Source : BIU Cujas

G. L 98.

Source : BIU Cujas

- grande
réserve -

Source : BIU Cujas

TRACTATVS
ILLVSTRIVM
IN VTRAQVE
TVM PONTIFICII, TVM CÆSAREI
iuris facultate Iuriſconſultorum,

De Iudicijs.

EX MVLTIS IN HOC VOLVMEN CONGESTI,
additis plurimis, etiam nunquam editis, hac * nota deſignatis;
& multò, quàm antea, emendatiores redditi;

Summarijs ſingulorum Tractatuum locupletiſſimis illuſtrati.

INDICES ACCESSERE ITA LOCVPLETES,
vt omnes materiæ, quæ ſparſim leguntur, facillimè diſtinctæ Lectoribus appareant.

TOMI III. Pars II.

332



Cornelius

Canalis J. V. B

VENETIIS, M D LXXXIIII.

aug dis · paris

Bibliothèque de l'Ecole de Droit

Source : Bib Cujas

INDEX AVTHORVM
huius Voluminis.

* De ſummo bono, Conſtantij Rogerij. 2
* De iuriſdictione, & Imperio, Hieronymi Muſcorni. 15
De reſcriptis, Guidonis Papæ. 28
De reſcriptis apoſtolicis, Ioannis de Graſſis. 31
De præceptis iudicum, Iacobi de Arena. 34
De actionum varietate, Placentini. 35
De actionibus perſonalibus, eiuſdem. 39
De actione, & eius natura, Baptiſtæ de S. Blaſio. 43
De in ius uocando, Federici Schenk. 57
De citationibus, Lanfranci ab Ariadno. Oriano 58
* De monitorijs, Quintiliani Mandoſij. 59
De compulſorijs literis, Guidonis Papæ. 70
De ceſſione iuris, & actionum fienda, Ioannis de Graſſis. 72
De ceſsione actionum, Iacobi de Arena. 74
De ceſsionibus, incerti Authoris. 77
De petitione, Lanfranci ab Ariadno. 78
De libellis formandis, Odofredi. 79
De libellis formandis, Hermanni Barenſis. 89
De dilationibus, Lanfranci ab Ariadno. 102
De exceptionibus impedientib. litis ingreſsũ, Martini de Fano. eod.
De exceptionibus, Lanfranci ab Ariadno. 103
De exceptionibus, Innocentij quarti. 104
De exceptionibus, Nepotis de Montalbano. 105
Defenſorium iuris, Ioannis Monachi. 122
De exceptionibus dilatorijs, & declinatorijs iudicij, D. Bagaroti. 128
De iureiurando propter calumniam, Franciſci Curtij. 130
De ſatiſdationibus, quę in iudicio pręſtantur, Federici Schenk. 135
De iudiciali miſsione in poſſeſsionem, Simonis Vincentini. eod.
De primo, & ſecundo decreto, Odofredi. 136
De primo, & ſecũdo decreto, Iacobi de Belu. & Guido de Suza. eod.
De primo, & ſecundo decreto, Guidonis Papæ. 139
De excuſsionibus pignorum, Bartoli de Saxoferrato. 140
De excuſsionibus bonorum, Iacobi de Arena. 141
De diſcuſsionibus, Benedicti de Plumbino. eod.
De ſequeſtris, Angeli de Peruſio. 142
De ſequeſtrationibus, Iacobi de Arena. 143
De ſequeſtris, Franciſci Curtij. eod.
De debitore ſuſpecto, & fugitiuo, Ioan. Baptiſtæ Caccialupi. 148
* De iure ſiſtendi, & manuum iniectione, quam uulgò arreſtationem vocant, Petri Pechij. 155
* De ceſsione bonorum, Matthæi Bruni. 179
* De debitore inope, Gaſparis Beatij. 204
* De remedijs poſſeſſorijs, Conſtantij Rogerij. 245
* De adipiſc. poſſ. iuxta l. fi. C. edicto, D. Adr. tol. Achillis Perſon. 246
* De mentiente circa poſſeſsionem, Marcii Antonij Cuchi. 291
* De interdicto uti poſsidetis, Verginij de Boccatijs. 300
Fallẽtiæ ad regulã ſpoliatus ante oĩa reſtituẽdus, Antonij Corſeti. 325
Petitorij diſputatio, Philippi Franci. 326
* De finibus regundis, Hieronymi de Monte. 333
* De iureiurando in litem, Phanucij de Phanucijs. 358
De expenſis in iudicio factis, Iacobi de Arena. 394
De expenſis, Lanfranci ab Ariadno. 396
De expenſis in iudicio factis, Federici Schenk. 397

Source : BIU Cujas

TRACTATVM CELEBERRIMORVM IN VTRAQVE, TVM PONTIFICII, TVM CAESAREI IVRIS facultate Iurisconsultorum

Secunda Pars Tomi Tertij.

CONSTANTINI ROGERII.

De Summo bono.

ARGVMENTVM.

Prophasis eò pertinet, vt de iuris philosophiæ cognati origine edisserens fusius pertractanda disponat.

SVMMARIVM.

1 *Philosophiæ moralis finis, summum bonum.*
2 *Leges nutu diuino inuentæ, diuinitus per ora Principum sunt promulgatæ.*
3 *Leges cum Philosophia affinitatis quiddam habent.*
4 *Mansuetudinis extrema quæ sint.*
5 *Comitas media est inter iniucundum & prorsus ridiculum.*
6 *Fortitudinis extrema quæ.*

PRAEFATIO.

SAEPE mecum ipse excogitans Imperialium nostrarum sanctionum finem, nihil aliud, q̃ summum illud quod dicimus bonum esse, dijudico. † Nec ab re, quia id ipsum moralis Philosophiæ finis est: cui hæc nostra legalis sapientia subiictur, teste Vlp. l.j. in fine principij. ff. de iustitia & iure. Ibi: veram, ni fallor, Philosophiã imitantes. Quocirca Imperator noster apud legem penult. C. de his quibus vt indignis, sese philosophia præditum attestatur. & sicut Socrates, teste Cicerone in *libro Tusculanarum quæstionum*, philosophiam de cœlo vocauit, & in vrbibus collocauit. Ita quoq; sacræ nostræ constitutiones à diuino caeumine traxerunt originẽ. l. 2. quæ est Greca. ff. de legib. † Idcirco nutu diuino per Principes promulgatæ dicuntur, & diuinitus per ora sapientum. l. fi. C. de præscrip. longi tpis. Non iniuria ergo res sanctissima dijudicatur, & inestimabilis ciuilis sapientia, attestãte Vlpiano in l.j. §. proinde. ff. de varijs & extraordinariis cognitionib. Hinc leges sacrum nomen assumpsere. l. leges sacratissimę. C. de legib. earumq́; ministri Sacerdotali noïe decorantur. l.j. in princ. ff. de iustitia & iure. Cura te igitur, acutissimi legum professores, veros sacerdotes, & philosophos imitari, eorum vestigia insequendo, thesauros, & diuitias paruifaciendo, honores ambitiosos fugãdo, ac reliquas humani generis cæcitates, quibus seducti & obcæcati per deuia aberramus, futuram duntaxat felicitatem, quam summum bonum dicimus, insequentes. † Cæterùm quia, vt paulò ante memini, leges nostræ cum ipsa philosophia fraternizare noscunt: eundem summæ fœlicitatis finem sectantes, vt quò nos ducũt, ipsos sciamus edocere, ne aliàs in profundum maris cæci euntes, finalẽ nostrum progressum funditus ignoremus: hũc duxi de summo bono tractatum explicare. Et quia, vt præmissorum series edocet, philosophiæ suffragio, & præsidio indigemus. Primò discutiã quid ipsa philosophia sit, & vnde dicatur, declarando quiditatem legum conuenire cũ quiditate Philosophiæ, & finem legum esse eundem cũ fine Philosophiæ moralis. Dico secundò: quia tractatus noster est de summo bono, quærã, quid sit summum bonum, referrendo multorum opiniones, quas authoritatibus, exemplis, & rationibus euidentissimis reprobabo p leges canones, & authoritates aliorum maiorũ nostrorũ.

Tertiò principaliter an sit in potestate hominis sine alio rerũ humanarum suffragio ad summum bonum aspirare? Et ibi dicam de libero arbitrio, & an præscientia diuina, vel corpora cœlestia huic libero arbitrio possint officere, & illud impedire.

Quartò principaliter tradã modos singulares bene organizandi arbitrium nostrũ, & perueniẽdi ad summum bonum, & consequendi virtutes apud Plotinum philosophũ purgatorias: & ibi demonstrabo opus esse prudentia, arte intelligentia, sciẽtia, & sapientia, ac postremò continentia. Quæ oïa declarabo, & quid inter se differant, demõstrando, ẽt oẽs partes philosophię, & oẽs sciẽtias in legibus nostris ꝓtineri, & ibi fingemus moraliter bellũ ad pugnandũ & prosternẽdũ corporis voluptates cũ magnis sudoribus ad pueniendũ ad habitũ singulariũ virtutũ.

Quintò principaliter videbimus de singulis moralibus virtutibus, præsertim de mãsuetudine, liberalitate, magnificẽtia, magnanimitate, grauitate, comitate, affabilitate, seu amicitia, fortitudine, temperantia, & postremò de iustitia particulari, & vniuersali, oïa tam per leges, q̃ per philosophos morales declarando. Et quia oïs moralis virtus tenet mediũ inter excessum & defectum, declarabo extrema singularũ virtutũ. † Et qa extrema mãsuetudinis sunt iracundia, & ſeuitia, videbimus qualiter ista per leges damnentur, & an ℈tus, seu alię dispositiones per iracundiam celebrati, vel celebratæ teneant. Et quia extrema liberalitatis sunt prodigalitas, & auaritia, videbimus multa bona ℈ dispositiones prodigorum, & auarorum, & qualiter à iure reijciuntur. Insuper quia extrema grauitatis sunt ostentatio & ironia, quarum vna plus est in vitio, altera in minus q̃ deceat, ideo hic tradam multa singularia præcepta, & fundamẽta in iure nostro, in materia fictionum. † Demum quia comitas medium tenet inter eos, qui sunt ab omni iucunditate alieni, & inter ridiculosos, & scurras, quam virtutẽ alii appella nt eutrapeliam, ſm philosophum in 2. Ethic. ad finem, teste Zabarella in clementina, ad nostrã. de hæreticis. quæ virtus tenet mediũ inter histriones, qui de oïb. ludunt, & agrestes homines, qui nunq̃ ludunt: & ideo ibi tradam de ludo, ioco licito, & illicito, ſm leges, & erit pulchrum videre. Itẽ quia affabilitas, seu amicitia tenet mediũ inter aduersatores odio sos, & adulatores, videbimus de amicitia & inimicitia, & de plerisque notabilibus effectibus amicitiæ & inimicitiæ, ſm leges ac de adulatione. † Itẽ quia extrema fortitudinis sunt, timor vanus, & audacia inconsulta, ibi tradã qualiter leges pro vano timore non opitulantur per actionem qđ metus cã, addendo aliqua singularia in actione qđ metus cã, & declarãdo an apud leges audacia sumatur in bona uel mala parte. Item quia temperantia tenet medium inter excessum & defectum in affectibus cõib. nobis cum cæteris animantibus. Ideo videbimus qualiter per leges puniantur isti excessus & defectus in his affectib. Postremò in hac quinta parte declarabo quæ sit vniuersalis iustitia, & quæ particularis, tam apud legistas, quàm apud philosophos. Vel melius, primò tractabo de temperãtia, deinde de fortitudine, tertiò de iustitia, & demum prosequar ad alias virtutes, de quibus suprà.

Sextò principaliter videbimus de fructu, seu præmio bonorum & supplicio malorum tam de iure diuino, quàm humano, & positiuo.

Septimò & vltimò principaliter discutiemus, cur homo sit procliuior ad malum quàm ad bonum: & ibi videbis pulchras considerationes, & valde notabiles.

ARGVMENTVM.

Periodi prioris scopus is est, vt philosophiam, iusque finiat, huius effectum, & finem aperiens.

SVMMARIVM.

1 *Philosophia quid sit, & vnde dicta.*
2 *Lex quid proprie dicatur.*
3 *Legislatoris quæ sit intentio præcipua.*

Source : BIU Cujas

Conſtan. Rogerij. De ſummo bono.

1 VEniamus igitur ad primum,& videamus vnde dicatur Philoſophia,& quid ſit Philoſophia. † Et bñ dic,q̃ Philoſophia,quaſi amor ſapientiæ dicitur,à philos Græcè, quod eſt amor Latinè,& ſophia,quod eſt ſapientia.Et hoc vult glo.in l.j.circa principium.ff.de iuſti.& iure. probatur in l.j.an & philoſophi.ff.de variis & extraordinariis cognitionibus.Et deſcribitur apud Ariſtotelem in libro Topicorum.Philoſophia eſt ſyllogiſmus quidam demonſtrans. Et Cicero alibi dicit,q̃ eſt iudiciũ veri,& finis bonorum. Et hæc eadem noſtris conueniunt legibus;quia demonſtrant veram viuẽdi viam: & à fallaci diſcernunt,& ad bonũ inuitant.l.imperialis.C.de nuptiis.Hinc dicitur ius noſtrum Ars boni & ęqui, cuius meritò
2 quis nos Sacerdotes appellat.l.j.in princ.ff.de iuſtitia & iure.† Et Lex,diffinitur,ſanctio ſancta,iubens honeſta,& prohibens cõtraria l.j.cum ibi notatis & l.2.ff.de legib.& vult glo.in §.lex.inſtitut.de iure naturali.& bene; quia leges cunctarum virtutum opera iubent,& vitiorum omnium facinora vetant. Nam & quæ ſunt continentiæ,vt non committas adulteriũ,aut ſtupra, flagitium.§,item lex.inſtit.de public.iudic. Et quæ ſunt fortitudinis:Non fugies in acie,non deſeres locum.l.deſertorem.ff.de re militari,Non arma abijcies:eadem.l.§.miles.Et quæ ſunt mãſuetudinis,vt non iurgia dixeris, non pulſabis, non contumelia afficies.l.j.aliàs eſt l.2.§.iniuriam.ff.de iniuriis.l.ſi non conuicij.
3 C.de iniuriis. † Et in ſumma, omne ſtudium legislatoris eſt, vt homines bene viuant.In authentico, vt non luxurientur cõtra naturam.circa principium.& non ſuas perdãt animas, eodem tit.§.propter.Et ſic finis legis eſt ad bene beateq; viuendum: dictis iuribus.& probatur in d.l.2.de legib. & in l.iuſtitia. §.j.ff.de iuſtitia & iure.& quarta diſtinct.c.factæ.cum ſequentibus.Cùm ergo Legis & Philoſophiæ idẽ ſit sũmi boni finis, meritò nobis & Philoſophis coęqueuè neceſſari⁹ de ſummo bono tractatus.

ARGVMENTVM.

Matrimonium, diuitias, voluptates, honores, Pontificium ſummum,inopiam demonſtratiuo dicendi genere varij fœlicitatem dixerunt: eam tamen virtute veriùs conſtitui cenſet.

SVMMARIVM.

1 *Beatitudo, ſeu ſummum bonum quotuplex.*
2 *Matrimonium quo iure inſtitutum fuerit.*
3 *Summum bonum in matrimonio non conſiſtit.*
4 *Bona ideo ſic dicta,quòd beatos faciant,qui ſe poſſident.*
5 *Bona temporalia quo fine amanda.*
6 *Anima humana in quas diuidatur partes ſeu potentias.*
7 *Felix quis ſit Epicuro.*
8 *Cupiditas omnium radix malorum,eſt corde propellenda.*
9 *Concupiſcentia quid ſit.*
10 *Salus animi quid Boethio,& quid ægritudo.*
11 *Beatitudo an conſiſtat in nobilitate & honoribus.*
12 *Nobilitas quid proprie dicatur.*
13 *Nobilitas ibi, vbi virtus.*
14 *Doctor non efficitur comes,niſi viginti annis publice legerit.*
15 *Fęlicitas quomodo probetur in honore conſiſtere.*
16 *Nobilitas quæ ſit, & quotuplex.*
17 *Nobilitas naturalis quæ ſit, & unde dicta.*
18 *Paterno crimine,aut etiam virtute nemo laudari, culpariue debet.*
19 *Dignitatis titulum nemo à ſeipſo accipere poteſt.*
20 *Mulieres quando & in quibus retineant claritatem ſui generis.*
21 *Nobilitas per quæ delicta amittatur.*
22 *Arma ſibi aſſumens incidit in legem Iuliam maieſtatis.*
23 *Nobilitas etiam acquiritur per ſcientiam, ſeu literarum peritiam.*
24 *Nobilis moribus ei,qui genere præferendus.*
25 *Nobilis quando quis efficiatur per feudi acquiſitionem.*
26 *Plebeij qui viles, & qui honeſti.*
27 *Nobilitas quandiu duret in aliqua familia.*
28 *Nobiles in quibus cæteris ſint præferendi.*
29 *Imperium vnde, ſeu à quo proceſſerit.*
30 *Beatitudo an conſiſtat in imperiali ſublimitate.*
31 *Pontifex ſummus in quo differat à Regibus.*
32 *Fœlicitas,quæ ſummum bonum dicitur, non conſiſtit in ſummo pontificatu.*
33 *Beatitudo in quibus non inueniatur.*
34 *Amor pecuniæ omnis eſt ſceleris fomes & materia.*
35 *Mens humana tenebris inuoluta ad deteriora contendit.*
36 *Amicitia quid ſit Ciceroni.*
37 *Beatus quis Soloni.*
38 *Diuitiarum contemptus hic abunde ſuadetur.*
39 *Romani priſci quales fuere.*
40 *Perfectio finis eſt hominis.*
41 *Fœlix nemo quandiu viuit.*
42 *Mundus vniuerſus animo hominis non ſufficit, vt ipſum ſatiet.*
43 *Voluntas bona non probis moribus, cunctis diuitijs eſt præferenda.*
44 *Summum bonum in quo tandem conſiſtat.*
45 *Magnificentia quid proprie dicatur.*
46 *Diuitiæ in quibus, & ad quæ ſint adiumento.*
47 *Eleemoſyna quæ ſit, & quotuplex.*
48 *Corrigere peccantem, eleemoſyna Deo gratiſſima.*

SEcundo principaliter videndum quid ſit ſummum bonũ. Circa quod aduertendum;quia de ſummo bono, ſeu beatitudine poſſumus dupliciter conſiderare.

1 † Primò prout homo ordinatur ad ęternam gloriam: & de hac nõ loquor.ne falcem imponam in alienam meſſem: ſed vos remitto ad Theologos,& etiam aliquid dicitur per gloſſam & Doctores in Clementina, ad noſtrum,de hæreticis.

Secundò poteſt cõſiderari beatitudo, prout poteſt eſſe in homine reſpectu huius vitæ humanæ. Quo caſu ſi quæſieris, quando dicatur quis hanc beatitudinem habere.

Sciendum eſt,q̃ diuerſarũ gentium mores, atque inſtituta diſcordant. Aliqui enim pro ſua præcipua fœlicitate ſplendidum appetunt matrimonium,iuxta illud Philoſophi,Mens hominis tenebris inuoluta, cæcas petitiones effundit, ſplendida cõiugia
2 quærit &c. † Pro quibus quia in matrimonio concurrunt ius diuinum,naturale,gentium,& ciuile. Diuinum ius concurrit quò ad ordinationem,& inſtitutionem:quia à Deo in Paradiſo exti tit inſtitutũ.c.deinde opponitur.25.diſt.Item ius naturale quantum ad conſummationem, quæ fit per commiſtionem corporum.l.j.§.hinc deſcendit.ff.de iuſtitia & iure.& inſtitut.de iure naturali.circa principium,quæ commiſtio deſignat conformitatẽ, quæ conſiſtit in carne inter Chriſtum & Eccleſiam. c.debitum. de bigamis. ad quod pertinet illud, quod Euangelium teſtatur, Verbum caro factum eſt,& habitauit in nobis.ut ibidem:& notat in c.ex publico.de conuerſ.coniugator. Concurrit etiam ius gentium propter conſenſum.l.nuptias.ff.de regulis iuris. iuncta l.ex hoc iure,cum ibi notatis.ff.de iuſtit.& iure. & iſte conſenſus animorum ſignificat charitatem, quæ conſiſtit in ſpiritu inter Deum,& iuſtam animam.d.c.debitum. ad quod pertinet illud, quod dicit Apoſtolus, qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cũ eo. Poſtremò concurrit ius ciuile quoad formam & ſolennitatẽ, vt dicit Bar.in l.j §.huius ſtudij.ff.de iuſtit.& iure.dic vt ibi.

Sed in contrarium facit,quia multa incommoda ſunt nuptiis
3 admiſta. † Vnde cum quidam lætanter diceret Diogeni ſe duxiſſe vxorem,rñdit,paruum ſolatium,& magnam ſolicitudinem es lucratus.Non tamen nego, quin bonum & optimum ſit ſacramentum matrimoniale per præmiſſa:tñ,alio non concurrente, non poteſt beatificare hominem:quia ſummum bonum in alio conſiſtit.c.cum deuotiſſimam.aliàs incipit,Si quis manu armata, 12.q.2.Aliiigitur in potentia,& diuitiis ſtatuunt fęlicitatem: in tantum vt aurum gratius q̃ ſolem intueantur, ut inquit Ambroſius de eo quod ſcribitur in Euangelio,Attulit ager cuiuſdam fructus vberes &c.& tranſumptiuè in c.ſicut.47.diſt. Addo quod & Ariſtoteles,Theophraſtus,& cæteri Peripatetici,licèt in vſu virtutis fœlicitatem poſuerint: tñ dixerunt externa bona adeſſe homini oportere,non vt illam ex ſeſe beatam vitam conficiãt:ſed ne operationes uirtutis.in quibus beata uita conſiſtit,impediantur propter defectum honorum,ſeu diuitiarum.pro quib.(quia ſine his non vł quis poſſe conſequi liberales artes) quæ animum præparant & expediunt ad ſingulas virtutes, ut infra dicam. Et pro hac opinione Paripateticorũ adduco vobis textum ad hoc
4 notabilem in l.bonorum.ff.de verb.ſign. *vbi dicit* Vlpianus, † q̃ naturaliter ex eo bona dicuntur,q̃ beatos faciunt.Subiicit: Beare,eſt prodeſſe,quod interpretari poſſumus, prodeſſe, tanquam inſtrumenta quædam ad virtutes nanciſcendas: quia alia beatitudo non poteſt in eis, vt patebit ex infrà dicendis, quod nota pro ſingulari intellectu illius legis.

Item facit;quia ex diuitijs & potentia poſſunt eleemoſynæ dari,& fieri opera pia,quæ aliàs non poſſent:quinimmo dico,q̃ diuites poſſunt per officium iudicis cogi facere eleemoſynã pauperib.gloſſa eſt notanda in c.ſicut.48.diſt.nec mirum: quia ſi ex his,quæ ſibi ſuperabundant,non ſubueniuntur ꝑſtitutis in ſumma neceſſitate,peccant mortaliter,d.c.ſicut.ubi optimè ꝓbatur. Ergo hac ratione poteſt iudex eccleſiaſticus interponere officium ſuum,etiã contra laicos,quando tendit immediatè ad correctum eos à peccato.c.clerici.& ibi Panormit. de exceſſibus prælat.de quo dic vt latè dixi in tracta. ſtatut. in titu. qui ſtatuta facere poſſunt.§.j.verſi.18. & 22.& adde præmiſſis id Salomonis
5 dictum,Pecuniæ obediũt omnia. † Honora præſentem ſubſtantiam propter duo,tum vt magnum malum prohibeas, tum vt amico ſtudioſo ærumnato ſuffrageris: quo ad reliquum verò victum non in exceſſu,ſed eam mediocriter dilige.

Item facit illud Philoſophi in libro Politicorum, Indigenti melius eſt ditari; quàm philoſophari. Et vult Ioann. Fabr. in Proęmio Inſtituti.

Et hanc opinionem Peripateticorum ſequitur Bart. in l.j.C. de dignitat.lib.12.dicẽs, q̃ diuitiæ dignitatem, ſeu nobilitatem, aut virtutem non poſſunt dare directè: poſſunt tñ eſſe cauſa,ob quam præmiſſa veniunt, & obuenta ſeruantur.

Sed attende,quia Zeno,& cæteri Stoici Philoſophi à præmiſſa Peripateticorum ſententia reſilire videntur, dicẽtes hominẽ,

totum

Source : BIU Cujas

totum ex seipso pendere, nec alio Fortunæ, seu rerum humanarum suffragio indigere. Et pro hac Stoicorum sententia vide tex. in l. in honoribus. §. Philosophis. ff. de vacat. munerum. & glo. habes in l. j. circa principium. ff. de iustit. & iur. & in c. virum. 47. distin. & alias plures authoritates, rationes, & exempla videbis infra, in discussione istius quæstionis, & argumentis supra factis in ꝫrium respondebo. Alii igitur, vt Epicurus, & Aristippus id, de quo agimus, bonum voluptatibus adscripserunt, quibus adijciendus Demosticus, qui euthymian, ideſt, tranquillitatem
6 animi, omni molestia vacantis, fœlicitatem appellat. † Pro cuius declaratione nosse oportet, animam nostram diuidi principaliter ſm Philosophum in 1. Ethic. c. 8. & in 6. Ethic. c. j. in rationalem & irrationalem. Et hoc probatur in c. frustra. & in c. consuetudo 8. distinct. Rationalis iterum scinditur in scientificam, in qua fit intelligentia, scientia, & sapientia: & consultiuã, seu rationatiuam, secundùm Philosophum in dict. c. primo, in 6. Ethicorum. In qua versantur prudentia, & ars. Et prosequere, vt ibi latius per ipsum Philosophum: ita ꝙ in hac rationali parte animi fiunt omnes intellectiuæ virtutes, quas infrà declarabo. Rursum, pars irrationalis diuiditur in vegetatiuam, quam plantis inesse constat. Item & appetitiuam, quæ omnium cupiditatum ac voluptatum est capax: in quibus quidem voluptatibus Epicurus & cæteri ſupradicti fœlicitatem statuunt: & de ista vegetatiua & appetitiua parte animi habetur per Philosophum in 1. Ethic. c. 8. & per glo. in Clement. prima, de summa trinitate, ĩ verbo, Intellectiuè. quæ dicit, ꝙ per appetitiuam seu sensitiuam partem animi communicamus brutis, per vegetatiuam enim plantis. † Vult ergo Epicurus, ꝙ si cuncta ad votum
7 ſuccedant alicuius, & sic omnia deseruiant illi parti appetitiuę, dicetur fœlix. Pro qua opinione do tibi glos. quæ hoc vult ad literam in Rubr. Procemij Institutionum, in verbo, Fœlix, quæ exponit, id est, prosper: quia cuncta ad votum sibi succedebant. Et pro hoc etiam facit, quia nihil fœlicius dici, aut excogitari posse videtur, quàm vita gaudiorum plena omnium, molestia detracta. Et hoc est quod voluit Salomon in Ecclesiast. c. 5. Hoc itaque mihi visum est bonum, ut comedat quis, & bibat, & fruatur lętitia ex labore suo facto sub sole. & ibid. in c. 8. Laudaui lętitiam, ꝙ non esset homini bonum sub sole, nisi ꝙ comederet, & biberet, atque gauderet. Et Seneca:

Dum fata sinunt, viuite læti:
Properat cursu vita citato.
Et Poeta ille:
Grandia semper amat, & ludicra verba iuuentus,
Est cum lætitia pulchrior omnis homo.

Sed, domini, licèt humanæ cæcitatis corruptela in hanc opinionem procliuior sit, quia (vt inquit Philosophus in 7. Ethic. c. 15.) Omnes gaudent aliqualiter pulmento, & vino, & venereis: tamen omnes philosophantes communiter improbant, & bene: quia non debemus facere omnia quæ corporibus libent,
8 vt dicit text. in c. bonorum. 47. distinct. † bonorum authori inhærere aliter non valemus, nisi cupiditatem à nobis (quæ oĩum malorum radix est) abscindamus. Et istud est quod voluit Cicero in quinto de Finib. bonorũ & malorum. Cupiditates sunt ĩsanabiles: ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiæ, seditiones, bella nascuntur: inanium cupiditatum nec modus vllus, nec finis inueniri potest. Nec ab re ergo dicunt Stoici, diffiniendo voluptatem esse sublationem animi sine ratione opinantis se magno bono frui. & glo. in clement. ad nostrum. de hæreticis. diffinit sensualitatem esse ius animæ desiderabilia corpori, & refutans nociua. Et Hugo de sancto Victore in libro primo Compendii Philosophiæ, dicit ꝙ, † Concupiscentia est immoderatus appetitus sensualitatis excedes modum rationis. Et sanè hi,
9 qui blanditiis voluptatum velle niti, atque inniti, hanc opinionem Epicuri vulgi sectantur, peccatores videntur plaudere in desideriis animæ suæ, contra c. donare. 86. distin. Videntur etiã homines amare in eo, in quo nequissimi sunt, contra c. qui venatoribus, eadem distinct. Reperio tñ Leonardum Aretinum, qui nostris temporibus in Italia claruit, & qui nouam & pręclaram Ethicæ translationem fecit, præmissam Epicuri sentẽtiam in suo Isagogico morali defensari, quasi non senserit de corporis, sed animi voluptatibus: quia (vt ait) iubet Epicurus virtutes exerceri: quia affectantes sunt plurimum voluptatum: & tamẽ, delicta sunt fugienda, quia sollicitant mentes, & quietas nunquã permittunt. Et subijcit, ꝙ clamat Epicurus ipse, non posse viui cum voluptate, nisi iustè, temperatè, prudenterq; viuatur. Nec rursum iustè, temperatè, ac prudenter posse viui, nisi cum voluptate. Et ꝙ ista senserit Epicurus, probo ex eo quod dicit Seneca libro octauo Epistolarum, dicens: Apud Epicurum duo sunt, ex quibus summum bonum componitur: ut corpus sine dolore sit, & animus sine turbatione, quod non potest esse, nisi iustè viuatur, ut patet ex præmissis. Addo etiam, ꝙ istud est, quod uo-
10 luit Boethius in libro de Consolatione: † Quid aliud animorũ salus vĩ esse, q̃ probitas? Quid aliud ęgritudo, q̃ vitia? Et quod in iucunditate & voluptate animi sit summum bonum, dico voluisse Aristotelem in 1. Ethic. c. 4. Nullus est bonus, qui non gaudet bonis operationibus. Subijcit: Neq; enim iustum vtiq; aliquis diceret, non gaudentẽ iusta operatione, nec liberalẽ nõ gaudentem liberalibus operationib. Idem Aristoteles in libro 2. Ethic. c. 2. vĩ amoris virtutem maximum esse gaudere, quibus oportet: & quæ oportet, odire. Et Salomon ĩ Ecclesiast. c. 3. Cogitaui ꝙ nõ esset melius nisi lętari, & facere bonum in vita sua. Postremò hanc opinionem sic intellectam probo authoritate sanctissimi Imperatoris nostri Iustiniani, in fine Procœmii Institutionum, vbi iubet, studium fieri cum voluptate & alacritate animi. ibi, Summa itaque ope & alacri studio &c. Cæterùm, si de corporeis voluptatibus sensisset Epicurus, prout cõiter intelligitur per reliquos Philosophos, præsertim per Aristotelẽ in 1. Ethic. c. 2. Multi quidem igitur omnino bestiales videnť esse, pecudum vitam eligentes, iunctis præcedentibus. Et etiam per Ciceronem in libro de Amicitia, paulo post diffinitionem, ibi; multi enim vt Epicureum vulgus voluptates belluarum &c. Certè tunc nõ immodicè erronea esset talis opinio, ut præmissa demonstrant: & vt infrà dicam post opiniones recitatas, qñ authoritate, ratione, & exemplo omnes opiniones reprobabo,
11 excepta virtutum amatrice. † Alii etiam sunt, qui honores, seu nobilitatem pro beatitudine colunt: pro quibus, quia arguunt quem non esse facinorosum: quia honor sese cum delictis non compatitur. l. j. in fi. C. ubi senat. vel clarissimi. & cuicunq; pecuniario commodo præfertur. l. si qui aduocatorum. C. de postul. Et, vt inquit Philosophus, in lib. 1. Ethic. c. 2. ciuilis vitæ ferè honor finis est, ut ipse Philosophus attestatur in libro tertio Politicorum. Item, nobilitas arguit bonos mores, ut patet ex definitione nonnullorum antiquorum, quos refert Dantes solennis Poeta vulgaris in quadam sua vulgari cantilena, quæ incipit: El doulce rime de amore, quæ solea trouuar li me penseri &c. di-
12 centium, ꝙ † Nobilitas est antiqua æris & diuitiarum possessio cũ pulchris moribus, & regiminibus. Et hoc est, quod vult Philosophus, in quinto & quarto Politicorum, dicens, ꝙ nobiles vĩr esse, quibus stant vel adsunt progenitorum virtutes, & diuitiæ. Et licèt ipse Dantes hanc diffinitionem reprobet, quasi diuitiæ tanquã viles, & animum inquietantes, nõ possũt dare, nec afferre nobilitatem: tñ reperio, ꝙ Bartol. in l. j. C. de dignitatib. lib. 12. sustinet diffinitionem, quia pur possunt esse cã, ob quam
13 venit nobilitas, & obuenta seruantur. † Item, ubicunq; est virtus, ibi est nobilitas, ut ipse Dantes concludit, vbi sup. sed diuitię conferunt ad magnanimitatem, quæ est virtus, ut videbitis inf. in §. 5. ergo &c. Et sic non, quia Bar. concordat cum opinione Peripateticorum, sup. relata, uolentium, ꝙ licèt diuitiæ ex sese beatam uitam non conficiant, tñ sunt vt instrumenta quædam ad virtutes. Et subijcit Bar. vbi sup. ꝙ isti boni mores acquirunť longo tpe decem, uel viginti annorũ, per l. de quibus. cum ibi notatis, super verbo, inueterata. ff. de legib. sicut videmus ĩ Do-
14 ctoribus, † qui non assequuntur dignitatem comitatus, nisi viginti annis in lectura pśteterint. l. j. C. de profess. qui in vrbe Cõstantino. lib. 12. Et adde tex. cum gl. & ibi vide Bart. in l. Alexandrinis. C. de decurionib. lib. 10. Sed, dñi, Philosophi aliter istud determinarent: quia oportet istos mores vsq; ad habitum exerceri: quia ante habitum acquisitũ non põt esse virtus, vt dicam infrà, quia virtus ꝯsistit in habitu mentis. l. iustitia. ff. de iustitia & iur. vbi dr̃, ꝙ iustitia, quæ est virtus, est cõstans & perpetua voluntas &c. & sic est in habitu, & rectitudine voluntatis. Or, dñi,
15 ꝫ præmissam opinionem, videlicet, † ꝙ in honore vel nobilitate consistat summum bonum, fortiter, facit: quia honores bene mutant statum, sed non ꝯdõnem naturalem. l. falsa. §. j. ff. de ꝯdit. & demonst. vbi vide oĩno quæ dixi, & ꝯñr ex nobilitate, vel honore prauus non efficitur bonus: & tales honores tanq̃ ambitiosi sunt spernendi: quia, vt dicit textus notabilis in c. cuicunq; 40. dist. Quicunq; desiderauerit Primatum in terra, inueniet confusionẽ in cœlo: nec inter seruos Christi computabiť, qui de Primatu tractauerit. Nec vnusquisque sustinet, qũo aliis maior appareat, sed qũo oĩb. inferior videatur: qm̃ nõ q̃ maior fuit in honore, ille est iustior: sed qui fuit iustior, ille maior est. Possent tñ præmissi authores saluari, si de vera nobilitate sensissent. Et ideo, pro huius intelligentia nosse oportet, ꝙ triplex est
16 nobilitas, ut dicit Bar. in l. j. C. de dignitatib. † videlicet Theologica, & Supernaturalis. Secunda Naturalis. Tertia Politica & Ciuilis. De prima quærendum in conspectu Aeterni iudicis, apud quem est nobilis omnis, qui est in gloria: & de hac hr̃ secũdùm Bartolum per magistrum Sententiarum in secundo libro, in distinctone 12. & ibi per dominum Bonauenturam, & probatur secundùm eum, primi Regum, secũdo cap. vbi dicit Deus: Quicunq; honorificabit me, ego honorificabo eum: qui autẽ contempserit me, erunt ignobiles. Et addo, ꝙ de hac nobilitate habes tex. in c. Adam. 40. dist. vbi dicit textus, ꝙ Adam primus homo pro peccato de Paradiso deiectus est: hoc est, qui nobilitatẽ Dei à se deiecit, nobilitate loci priuatur. Ista sunt verba formalia textus. Facit etiam text. in c. non loca. ead. dist. Non loca, uel ordines creatori nostro nos ꝓximos faciũt: sed nos, aut merita bona ꝯiungũt, aut mala disiũgũt. Et ĩ hac nobilitate sine dubio consistit summũ illud bonum, quo quis adepto, vt inquit Boe-

Source : BIU Cujas

thius, Nihil amplius deſiderari queat: quia per id homo ordinatur ad æternam gloriam per gratiam patris adiuuantis memoriam, & filii adiuuantis intellectum, & paracleti ſpiritus ſancti ad hoc cooperantis circa voluntatem, vt infrà declarabo.

17 † Naturalis verò nobilitas, ſecundùm Bart. ubi ſuprà, prout cadit in hominibus, dr̃ eo, quia à ratione naturali inducta eſt, quam nos Iuriſtæ appellamus de iure gentium: & de hac loquitur Philoſophus, ſm eum, in primo Politicorum, dicens, nihil aliud eſſe, quàm virtus, & malitia, determinans ſeruum & liberum, nobiles, & ignobiles. Et ſic ſecundum Bar. erit habitus electiuus in medio conſiſtens circa ea, quæ pertinent ad dominari, ſeu præeſſe. Et ſic diffinitio virtutis huic nobilitati conuenit: quia vbicunque eſt virtus, ibi nobilitas uera. addo ꝙ de hac loquitur textus in c. nos qui. 40. diſtin. dicens: Nos qui præſumus, non ex locorum, vel generis dignitate, ſed morum nobilitate innoteſcere debemus, nec vrbium claritate, ſed fidei puritate. Et de hac etiam loquitur tex. in c. nunquam. de vitijs. 46. diſtin. dicens, Nunquam de vitijs erubeſcamus parentum, ſed ſemper amplectamur virtutem, & hmõi etiamſi alienigenam habeant matrem, etiamſi fornicatione pollutam, uel quolibet dedecore
18 ſordidatam: nihil tñ de eius aut vilitate obfuſcabitur, aut crimine polluetur. † Subijcit etiam, ꝙ nemo de vitio vel virtute parentum laudandus, vel culpandus: nemo inde verè obſcurus eſt, aut clarus. Et de iſta loqtur Cicero in inuectiua in Saluſtiũ: ſanctius eſt me meis rebus geſtis florere, q̃ maiorum opinione niti, & ita viuere. vt ſim poſteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum. Et de iſta nobilitate etiam loquitur Ouidius de Luco, cuius verba aurea non prætermittõ. dicit enim:

Nobilitas hominis mens, & deitatis imago.
Nobilitas hominis virtutum clara propago.
Nobilitas hominis humilem releuare iacentem:
Nobilitas hominis mentem refrenare furentem.
Nobilitas hominis niſi turpia nulla timere.

Et de hac etiã loquitur Boethius in tertio de conſolatione. & Seneca in lib. Epiſtolarum ad Lucillum, & in hac nobilitate fateor etiam adeſſe ſummum bonum, ſeu etiam eam beatitudinem, quæ huius humanæ vitæ reſpectu hominum ineſſe põt.

Tertia eſt nobilitas Politica ſeu ciuilis. per quam apud nos, & in foro noſtro nobilis à plebeio diſtinguitur: & eã diffinit Bart. in l. j. C. de dignitatib. dicens ꝙ eſt qualitas illata per principatũ tenentem, qua quis vltra honeſtos plebeios acceptus oſtendit. Et ſingula uerba diffinitionis latè ibi proſequitur: & ſubijcit, ꝙ ſicut ille apud Deum eſt nobilis, quem Deus ſui gratia ſibi gratum fecit: ita in foro noſtro ille eſt nobilis, quem Princeps, vel Lex ſibi gratum, ſeu nobilem facit. Et pro hac ſimilitudine vide textum in l. imperialis. circa principium. & l. j. §. j. C. de officio præfecti prætorio Aphricæ. Subijcit tñ, ꝙ non poteſt eſſe ſimili-
19 tudo per omnia, & bene: vt patet ex his, quæ poſteà ibi in progreſſu dicit: & inter cætera dicit ipſe, ꝙ iſte titulus nobilitatis nõ præſupponit virtutem, quinimmo, multoties ſm Bart. propter vitia confertur. quia multoties videmus quem affici acceptum principi ſeculari, vel eccleſiaſtico propter vitia, & inde cõſequi nobilitatem, uel dignitatem aliquam. Subijcit tamen, ꝙ qui in talibus dignitatibus indignum præferunt digno: peccant, ut di-
20 cit ſanctus Thomas in ſecunda ſecundæ. quæſt. 64. † Subijcit ẽt, ꝙ talem titulum dignitatis quis à ſeipſo non poteſt accipere citra leſæ maieſtatis & falſi crimen, per l. lex duodecim tabularũ. circa finem ff. ad legem Iuliam maieſtat. ubi idem Bar. dicit per illum textum, ꝙ illi, qui vocant ſe Reges Siciliæ, cum nõ hẽant regimen, incidunt in legem Iuliam maieſtatis. Et eſt etiam ibi caſus notabilis, ꝙ ille qui præparat exercitum ſine ſcitu ſuperioris, incidit in legem Iuliam maieſtatis. Et addo, ꝙ de iſta nobilitate, qua nobilis diſtinguitur à plebeio, loquitur textus in §. plebiſcitum. inſtitu. de iure naturali. coniuncta gloſa, in uerbo Hortenſia. Et ex præmiſſis infero hanc nobilitatem apud nos vulgarem non arguere ex neceſſitate ſummum bonum, cum ſine virtute eſſe poſſit: licèt leges noſtræ eam foueant in multis, in tantum, vt etiamſi non ueniat ex origine, ſed ex accidenti, tñ extenditur vſque ad pronepotes: ut eſt gloſſa, & ibi Bartolus in l. j. C. de dignitatibus. lib. duodecimo. per l. diuo. C. de quæſtio.
21 Plus dico, ꝙ etiam † mulieres nuptæ, dummodo non nubant plebeijs, retinent claritatem & nobilitatem ſui generis in honorantijs, & ſedendo, ac perſiſtendo inter alias mulieres. Cãſus eſt in d. l. j. de dignitat. vt ibi declarat Bartolus ponendo caſum notabilem in terminis quotidie contingentibus inter mulieres. Secus ſi mulier nobilis nuberet plebeio: quia tunc perdit nobilitatem, ſeu dignitatem, ut ibi: & è ꝫ ꝛio, ſi plebeia mulier nubat nobili, efficitur nobilis. l. mulieres. eo. titu. de dignitatibus. & l. fœ-
22 minæ. ff. de ſenatoribus. † Item amittitur etiam nobilitas ꝓpter delictum, putà periurium. l. quoties. vbi caſus. C. de dignitatib. Et ratio ponitur in l. 2. in eod. titu. & in l. j. in fi. C. ubi ſenatores, vel clariſſimi. Et ideo, non mirum ſi in definitione dixi, ꝙ nobilitas eſt qualitas: quia poteſt adeſſe, & abeſſe, præter ſubiecti corruptionem. Similiter in definitione dr̃, qualitas illata: quia quis non poteſt eam à ſeipſo capere, immo capiens, ſm Bart. in d. l. j. incideret in legem Iuliam maieſtatis, allegat. l. ſecundam, circa finem, aliàs eſt l. 3. ff. ad legem Iuliam maieſtatis. Sed attende; quia ibi loquitur de aſſumente ſibi officium magiſtratus. Poſſes tñ dicere, defendẽdo Bartolum, ꝙ etiam iſte aſſumit ſibi officium magnorum magiſtratuum, hoc eſt principatuum: ad quos ſpectat conferre nobilitatem, ut infrà dicam: & ſic ibi probaretur ſm hoc, † quòd aſſumens ſibi ſimpliciter arma, volens ſeipſum nobilitare, incidit in legem Iuliam maieſtatis. Item in definitione ponitur per principatum tenentem: quia ad tales pertinet conferre nobilitatem, & dignitates. l. ſi conſtat. ff. de appellationibus. c. 2. extra de electione. & ad omnes, qui habẽt poteſtatem legis condendæ: quia per leges & ſtatuta terrarum, ac etiam conſuetudines confertur nobilitas, ſm Bar. in d. l. prima. Et ſubijcit, ꝙ per totum illum titulum duodecimũ confertur, & conceditur nobilitas: quia illa officia habent nobilitare, ſm eum. Et etiam dico, ꝙ omnes qui ſunt de numero Conſiliariorum, ſeu Decurionum, dicũtur nobiles, & habere dignitatem. Vide textum in l. ſpurii. in princ. ff. de decurionibus. & in l. 2. §. in filiis. cum ſeq. eod. titu. ubi Decuriones non reputantur inter plebeios, & conſequenter ſunt politicè nobiles, ut etiam vult textus in l. 3. in princ. ff. de teſtibus. Et iſtud eſt quod legitur Matthæi 27. c. Ioſeph. ab Arimathæa nobilis decurio, quaſi dicat, ꝙ erat nobilis; qa decurio. Idem dicit Bar. ubi ſuprà de quocunq; alio officio, ꝙ in loco, ubi de hoc agitur, reputatur habere dignitatem annexam. Probatur ſm eum in c. de multa. extra, de præbendis. & in l. fin. in principio, de muneribus & honoribus,
23 & ſic illis rationibus conceditur per legem nobilitas. † Similiter propter ſcientiam & literaturam conſequitur quis nobilitatem: quia reddit homines nobiliſſimos. Textus eſt in l. prouidendum. C. de poſtulan. Et dicit ibi glo. ꝙ illa eſt vera & ꝓpria nobilitas. Et ibi Salicetus ad hoc etiam allegat. l. ſecundam. §. fi. ff. de excuſat. tutorum. ubi, nobilis Vlpianus. Et ego addo textũ in Procœmio Inſtit. vbi Imperator illos Iureconſultos, de q̃bus ibi, appellat illuſtres, & facundiſſimos, propter meritum ſciẽtiæ. Addo ẽt, ꝙ hinc videmus, ꝙ tales dicuntur nobiles, vſquequo in officiis ſe immiſceant facinoribus, & ſceleribus: ut dicit text. in l. iudices. C. de dignitatibus. Et ideo Bartolus ibi notat, quod iudices, & Doctores dicuntur nobiles, & bene: quia dico, quòd ſcientia nobilitat interius intellectum, illuminando, & clarum reddendo. Item exterius: quia intellectus illuminatus corpus gubernat, & regit pulchris. & virtuoſis moribus. Et iſtud eſt, qđ voluit Seneca in libro de ſeptem artibus liberalibus, dicens, ꝙ licèt liberales artes virtutes non præbeant, argumentum tñ ad recipiendum præparant, & expediunt. Et Salomon Prouerbiorum cap. ſecundo, Si intrauerit Sapientia cor tuum, & ſcientia animæ tuæ placuerit, conſilium cuſtodiet te, & prudentia ſeruabit te, vt eruaris de via mala, & ab homine, qui peruerſa loq̃t. Et adde Salicetum in d. l. prouidendum. qui ſubijcit, ꝙ hoc non facit nobilitas, quæ habetur à genere: quia non cohæret perſonæ, ſeu perſonam non qualificat: ideo ſubiicit, ꝙ licèt quis ſit de nobili proſapia, uel genere, non debet nũ cupari nobilis, niſi bonis polleat moribus. Tu melius dic, vt ſtatim dicã, ꝙ immo vſque ad pronepotes debet appellari nobilis nobilitate politica,
24 niſi propter delictum priuetur. † Adde etiam, quòd nobilis moribus præfertur nobili genere, ſecundùm Cynum in d. l. prouidendum. & vult Panormitanus in c. ſecundo, extra, de donationibus. Adde etiam textum in c. de multa. de præbendis, ubi dicitur, ꝙ ſublimes, & literatæ perſonæ ſunt maioribus beneficijs honorandæ. Et ideo etiam gloſſa ibi notat, ꝙ ſcientia nobilitat hominem. Similiter dico, ꝙ hac nobilitate politica decoratur quis per feudi acquiſitionem: dummodo ſit antiquũ feudum: ſuper quo tñ oportet conſiderare à quo recipiatur feudũ: quia, vt dicit tex. in c. j. verſi. cæteri. quis dicatur dux, marchio, comes &c. in vſibus feudorum, ubi hæc verba ponuntur. Cæteri verò, qui beneficium ab antiquis temporibus non tenent, licèt nouiter à capitaneis ſeu valuaſoribus acquiſierint plebeij ſunt.
25 † Item ſubijcit, ꝙ hodie per feudum ſunt nobiles, qui ab Imperatore vel Rege feudum habent. Subijcit, ꝙ minores valuaſores, & minimi ſunt hodie plebeij, niſi ab antiquo feudum habeant: ut patet ex illo textu notabili, per quem ſm Bald. poſt Iacobum de Beluiſo potes cognoſcere euidẽter differentiã inter feudum nobile, & pædagogum. Et ſubijcit Bal. ꝙ ille tex. nobilitatẽ attribuit antiquitati. Et pro intelligentia optima ſemper recurre ad text. ibi. q̃ optimè declarat quis dicat̃ Dux, Marchio, Comes, & quis Capitaneus, ſm qđ in rubro continentur. Item, qui dicantur valuaſores, ac minores valuaſores, & quæ dicatur ſoldata; & eſt textus multũ notabilis ad declarationẽ multorũ. Seq̃t in definitione, de qua ſupra, vltra plebeios honeſtos &c. eo † ꝙ plebeiorũ quidã dñr honeſti, qdã viles: & licèt honeſti ſint magis honeſti, q̃ viles: tñ ob hoc non ſunt nobiles, ſed plebeij. Requiritur ergo, ꝙ ſit acceptus, qđ declara, vt per Barto. in a. l. j. C. de dignitatib. Sequitur demum ĩ definitione, acceptus: ideo qa, vt ſup. dixi, nobilitas ꝯſiſtit ĩ eo, ꝙ ſuperior facit quem ſibi gratũ, & acceptũ. Et poſtremò ſeq̃t in definitione: oſtẽdit, ideo ſm Bar. in d. l. j. ẽt ſi mille annis quis floreret virtutibus, &

Princeps

Source : BIU Cujas

Princeps eum ſummè diligeret: tamen plebeius remaneret, do nec ſibi conferatur dignitas aliqua, ſeu nobilitas. Quod declara, ut per Bartolum, vbi ſuprà.

Sed quæro, quantum duret iſta nobilitas? Gloſſa in d.l.j. dicit, ꝙ vſque ad pronepotes, & ſuprà dixi. Bartolus verò ibi dicit, ꝙ ſi id, ex quo ſequitur nobilitas, tranſit ad poſteros, vt Regnum, Ducatus, Comitatus, ac Feudum, de quo ſuprà, tunc in vſque in finitum progredietur nobilitas, non ex perſona parentum, ſed quia ſucceſſiue tenuit id, à quo proceſſit nobilitas: aliàs ſecũdũ eum non tranſgredietur pronepotes, niſi conſuetudo refragetur, prout dicit eſſe in qibuſdam partibus Italiæ, vbi tales admit
32 tuntur tanquam nobiles in infinitum, donec perueniant ad pau pertatem, vel viles artes: quo caſu efficiuntur ignobiles. l. ne qs. C. de dignitatibus. Attende etiam, ꝙ nobilitas amittitur ꝓpter delictum, vt ſuprà dixi per l. quoties. C. de dignitatib. Et attẽde:
27 quia oportet hæc omnia ſcire, propterea; † quia nobiles in teſti monijs, electionibus, & quibuſcunque aliis actibus præferũtur cæteris. l. tertia. in princ. ff. de teſtibus. l. ob carmen. §. fina. & ibi no. eod. titu. & l. maiorem. §. j. ff. de pactis. & c. de multa, extrà, de præben. Item, propter nobilitatem reputatur atrox iniuria, quę aliàs non eſſet. §. atrox. Inſtitut. de iniurijs. Item in pari delicto mitius punitur nobilis, q̃ ignobilis. l. Prædius. §. penult. ff. de incendio, ruina, & naufragio. l. 3. §. penult. ff. ad legem Corneliam de ſicariis. *quod declara, vt per Bart. in l. quædam. ff. de pœnis.*

Ex præmiſſis ergo patet, alio non ſubſiſtente, in nobilitate, *ſeu dignitate, non ꝙ*ſiſtere ſummum bonum. Et ideo, alii ſunt,
33 qui licèt præmiſſis inferioribus dignitatibus ſummum bonum non attribuant: tamen ſaltẽ in imperiali culmine conſtituunt, *quaſi tunc* nihil deficiat, cùm Imperator ſit mũdi Dñs l. deprecatio. ff. ad legem Rhodiam de iactu. Et pro eis facit; quia Imperium proceſſit à maieſtate diuina. l. j. in princ. C. de veteri iure enucleando. c. ſolitæ. de maioritate, & obedientia. & in authenti co de inſtru. cautela. in prima columna, & conſequenter Imperator poteſt dici Vicarius Chriſti, ſicut de Papa dicimus, & vult
28 Ioannes Faber in Rubrica Proœmij Inſtitut. † Attende tamen,
34 quia Imperium immediatè proceſſit à populo Romano. §. ſed quod Principi. Inſtitut. de iure naturali. Et ideo iura, quæ dicunt, ꝙ à Deo proceſſit, debent intelligi mediatè, ideſt, à Dei prouidentia. Ita dicit gloſſa in Authentico, quomodo oporteat Epiſcopos. in principio. Et ideo Apoſtolus iubet, ut oĩs anima obediat Imperatori, dum dicit, Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. c. magnũ. aliàs incipit, q̃ magnũ. vndecima quæſt. prima. c. omnis anima. extrà, de cenſi. Hinc Petrus Apoſtolus etiam omnibus fidelibus generaliter ſcripſit. Eſtote ſubditi dominis veſtris, ſiue Regi, quaſi præcellenti, ſiue Ducibus, tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorũ, lau
29 dem verò bonorum, d. c. magnum. & cap. ſolitæ. † Et ꝙ in Imperiali ſublimitate ſit ſummum bonum, probo: quia ſummũ bonum conſiſtit in fœlicitate, & beatitudine, & Imperator vocatur fœlix, vt patet in rubrica Proœmii Inſtitut.

Sed in contrarium facit, quod ſtatim de Papa dr̃. vnde dic vt infrà. Alij ergo ſummi pontificatus dignitati ſummum bonũ, ſeu fœlicitatem attribuunt. Pro quibus quia multum præfertur Imperiali: & tãto quanto ſpiritualia ſunt temporalibus digniora, d. c. ſolitæ. & ideo ſubijcit ibi textus, † ꝙ tanta inter Pontifices & Reges eſt diuerſitas, ſeu differentia, quanta inter Solem, & Lunam. Pro quo facit, quia Pontificatus proceſſit immediate à Deo, ut legitur Matthæi decimoſexto c. ibi: Tu es Petrus, & ſuper hãc petram ędificabo Eccleſiam meam. Et ſubiicit, Et dabo tibi claues regni cœlorum: & quodcũq; ligaueris &c. d. c. ſolitæ. prope finem, & ideo Papa dicitur verus Vicarius Chriſti. Et ideo dicit textus in c. non vos 40. diſt. Quis enim dubitat ſanctum eſſe, quem apex tantæ dignitatis attollit? Et adde etiam textum notabilem in c. quis dubitet. nonageſima ſexta diſtinct. Quis dubitet Sacerdotes Chriſti Regum, Principum, omniũq; fidelium patres & magiſtros cenſeri? Nonne miſerabilis inſaniæ eſſe cognoſcitur, ſi filius patrem, ſi diſcipulus magiſtrũ ſibi conetur ſubiugare? & iniquis obligationibus illum ſuæ poteſtati ſubiicere, à quo creditur non ſolùm in terra, ſed etiam in cęlis ſe poſſe ligari & ſolui?

31 † Sed attende; quia ꝙ pontificali dignitate non ſit ſummum bonum, arguo per capitulum, Multi. quadrageſima diſtinctione. Multi ſunt ſacerdotes & pauci ſunt ſacerdotes: multi ſunt nomine, pauci in opere. Videte ergo quomodo ſedeatis ſuper cathedram: non locus ſanctificat hominem, ſed homo ſanctificat locum. Non omnis ſacerdos ſanctus eſt, ſed Dominus ſanctus eſt ſacerdos. Qui bene ſederit ſuper cathedram, honorem accipit cathedrę: qui malè ſederit, iniuriã facit cathedræ. Ideoq; malus ſacerdos de ſacerdotio ſuo crimen acquirit, non dignitatem. Adde etiam illud Hieronymi, Non eſt facilè in loco ſanctorum Petri & Pauli ſtare, ſubaudi, digne, & tenere cathedram regnantium cum Chriſto: quia huic dicitur, Non ſanctorum filij ſunt, qui tenent loca ſanctorum: ſed qui exercent opera eorum. & tranſumptiuè in c. non eſt facilè. 40. diſtin. Adde etiam illud Gregorij, Nos, qui præſumus, non ex locorum, uel generis dignitate, ſed morum nobilitate innoteſcere debemus: nec vrbium claritate, ſed fidei puritate. Et ideo dicit textus in c. non loca. quadrageſima diſtinctione. Non loca, vel ordines creatori noſtro, nos proximos faciunt, ſed nos aut merita bona coniungunt, aut mala diſiungunt. Concludo igitur in nullo præmiſſorum quãtum in ſe eſt, conſiſtere ſummum bonum, quod vltrà prædicta probo authoritate, exemplo, & ratione.

Et incipiam primò ab authoritate ſummi Pontificis tãquam dignioris.

Secundò, ab authoritate Imperiali. Tertiò, ab authorita-
35 te reliquorum Philoſophorum maiorum noſtrorum. † Nam, ꝙ in aliquo præmiſſorum non ſit ſummum bonum, iuuamur authoritate ſummorum Pontificum in pleriſque locis, in quibus auaritiæ cęcitatem, ambitionis improbitatem, ac reliquarum delitiarum ambitum deteſtantur: ex quibus malis radicibus omnis, quæ nos turbat caligo, & omnia ſupradicta trahũt originem. Nam primò Gregorius X. in c. auaritiæ. de electione. libro ſexto. Auaros pecuniarum cæcos nũcupat. Idem facit Bonifacius octauus de ambitioſis, in c. quorundam oculos. eodem titulo, & libro. Nec ab re; quia iſta adeo exercitant homines, vt agenda non uideant, & à prohibitis non declinent. Et ideo dicit textus in c. virũ. quadrageſimaſeptima diſtinctione. quòd mens hominis potentiæ auida, nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere conceſſis, nec ęquitati adhibere conſenſum. Et omnino vide ad deteſtationem mũdanarũ voluptatum textũ
33 in c. his igitur. vigeſimatertia diſtin. & inter cætera dicit, † amorem pecuniæ eſſe fugiendum, tanquam ſit cunctorum delictorum & facinorum materia. Authoritati etiam Imperiali ꝓbatq; quia, vt dixi ſuprà in §. primo. finis legum Imperialium eſt ad bene beateq; viuendum, vt ibi per multa iura comprobaui.

Sed præmiſſa propter carnales concupiſcentias beatitudini potius officere, q̃ prodeſſe dignoſcuntur: niſi robuſtus, & maſculus quis ſit ad refrenandum: ego &c. Et iſtud eſt, quod voluit Socrates, ut legitur ĩ libro de moribus & vita Philoſophorum. † Mẽs hominis tenebris inuoluta cæcas petitiones effun-
34 dit; diuitias appetit, quæ multis mortis cauſa fuere: ſplendida cõiugia quærit, quæ nonnunquam domos funditus euertunt: honores concupiſcit, qui pleroſque ad malos exitus deduxerunt. Sileat igitur ſtulta mẽs hominis ſuorum futurorum malorum cauſis quaſi fęliciſſimis rebus inhiare, & ſe totam cœleſtium committat arbitrio: quia tribuere bona de facili ſolent etiam eligere aptiſſime putant. Et hoc etiam voluit Cicero in libro de
35 Amicitia, apud amicitiæ diffinitionem: † Amicitia eſt diuinarum, atque humanarum rerum conſenſio cum beneuolentia, & charitate: qua quidem haud ſcio, quicquam homini melius ſit à Dijs immortalibus datum. Diuitias alii pręponunt: bonam alii valetudinem; alii honores, alii potentiam, multi etiam, ut Epicureum vulgus, voluptates belluarum: ſed hoc ipſum eſt extremum, illa autem ſuperiora ſunt caduca, & incerta, poſita non tam in conſiliis noſtris q̃ in Fortunæ temeritate. Atqui in virtute ſummum bonum eſſe conſiſtunt, præclarè illi quidem agunt, quò fit, vt apud ſapientes ij ſint fœlices, quos vulgi deteſtatur opinio. Et ideo Empedocles Philoſophus cùm interrogaretur, quiſnam eſſet fœlix, ait, Nemo ex ijs, quos tu fœlices exiſtimas: ſed illum in illo numero reperies, qui ante te miſſus creditur. Non erit diuitiis, aut honoribus abundãs, ſed aut amãs exigui, aut non ambitioſę doctrinæ fidelis cultor, in receſſu ma
36 gis, q̃ in fronte beatior. † Et Solon de eodem interrogatus reſpondit, eos fœlices, quos fama latet. Et ideo Seneca de conſolatione ad Paulinum: Omnia iſta bona, quæ vos ſpecioſa, ſed fallaci voluptate, delectant, pecunia, dignitas, potentia, aliaque plura, ad quæ generis humani cæca cupiditas obſtupeſcit, cum labore poſſidentur, cum inuidia conſpiciũtur: nosq; ipſos onerant, & præmunt magis, q̃ proſint. Et iſtud eſt, quod voluit Cicero in libro de Oratore: O fallacem hominum ſpem, fragilemq; fortunam, & inanes veſtræ conceptiones, quæ mediocri in ſpatio ſpe franguntur, & corruunt. Et ideo has quæ nos præmunt blanditias, & fragiles conceptiones virili quadam probitate coercere debemus. Et hoc eſt, quod voluit gloſſa in Clementina ad noſtrum. de hæreticis. in verbo, placet. vbi allegat illud Alexandri ad Didymum, Ea, quæ voluntas ſibi vendicat, plerunque negamus amittere. Dedit nobis multas natura delitias, & blanditias, quas plerũque virtus prohibet. Allegat etiam illud Ouidij Epiſtolarum:

Eſt virtus placidis abſtinuiſſe bonis.

Et adde etiam præmiſſis text. in c. aliud. 11. quęſt. j. vbi dicitur, Aliud quidem eſt debita iuſta repoſcere, aliud ꝓpria perfectionis amore cõtemnere. Subijcit, Oportet ẽt à multis licitis abſtinere, dicente Apoſtolo, Oĩa mihi licent, ſed non oĩa expediũt.
37 † Exemplis quoq; probatur, ꝙ in ſupradictis non ſit ſummũ bonum: quia videmus, ꝙ antiqui Philoſophi, qui totis viribus fęlicitatem appetebãt, diuitias, honores, ac regna funditus abijciebant. l. in honoribus. §. Philoſophi. ff. de vacatio. muner.

Hinc legitur in libro de moribus & vita Philoſophorũ, ꝙ Crates Thebanus magnũ pondus auri proiecit in mare, dicens,

Source : BIU Cujas

Abite peſſimæ diuitiæ, ego potiùs vos ſubmergam, q̃ ſubmergar à vobis: quia non putauit ſe ſimul poſſe diuitias & virtutes poſſidere. Et illud dictum eſt canonizatum in.c. Crates ille Thebanus. duodecima quæſtione ſecũda. aliàs eſt. §. Crates ad c. gloria Epiſcopi. prope finẽ illius quæſtionis. & licèt multi libri habeant Socrates, tamen antiqua & bona Decreta hũt, Crates. & iſte fuit Thebanus, Socrates verò Atheniẽſis, vt legitur in libro de moribus & vita Philoſophorum.

Adde etiam Pittacum Philoſophum, qui fuit vnus ex ſeptẽ ſapientibus Græciæ, & qui Mitylenẽſium Principatũ ſibi vltrò oblatum, Phrynone Atheniẽſiũ Duce, propria ſponte abiecit, poſtq̃ decennio ipſum Principatum rexerat & optimo ordine reduxerat. Adde Biantem, qui etiam fuit ex ſeptẽ ſapiẽtib. Græciæ. Nam, vt narrat Valerius, cùm terram eius, Fortuna mutata, hoſtes inuaderent, omnesq; ſuarum rerum pretioſarum onuſti fugerent: & ipſe nihil ſecum deferret, interrogãtibus cur nihil deferret, ait: Omnia bona mea mecum porto. Pectore. n. nõ humeris ille geſtabat, non viſenda oculis, ſed animo exiſtimanda, quæ domicilio mentis incluſa erant. Poſſem etiam exemplificare præmiſſa in Diogene Philoſopho illuſtri, qui & diuitias, & oẽs præmiſſas delitias mundanas funditus abiecit, quaſi nihil boni in eis eſſet: ſed potius ad beatam vitam officerẽt; ut de Romanis Regibus, qui dum virtutes ſectabantur, cuncta ſibi ad votum ſuccedebant, & ſedulo, id eſt, cõtinuè rem ſuam publicam augebant. Cæterùm, q̃ primum ad voluptates & ſuperiora fortuita aſpirare cœperunt, q̃ raptim declinarunt. Et ideo Marcus Cato Porcius Philoſophus Stoicus & Poeta Latinus, q̃ Virgilij tpe Romæ claruit, Romanos increpabat, ut ait Auguſtinus
38 in lib. 5. de ciuitate Dei, dicens, † Nolite exiſtimare maiores noſtros armis Rempublicam ex parua magnam feciſſe, quia ſi ita eſſet, nos multò pulchriorem haberemus, quippe ſociorũ, atq; ciuium, præterea armorum, atque equorum nobis maior, q̃ illis copia eſt. Sed alia habent, quæ nobis nulla inſunt domi induſtriam, foris iuſtum Imperium animum in conſulendo liberũ, nec delicto, nec libidini obnoxium. Pro his nos habemus luxuriam, atque auaritiam, publicè egeſtatem, priuatim opulẽtiam. Laudamus diuitias, ſequimur inertiam, inter bonos & malos diſcrimen nullum facimus: oĩa virtutis præmia ambitio poſſidet. Ratione etiam ꝓbatur, qd̃ dictum eſt; quia ſm exigentiã finis. oportet modificari quæ ſunt ad finem, ſm Ariſtotelem ĩ libro
39 Poſteriorum. † Cùm ergo finis hominis ſit perfectio, non põt eſſe aliqua fœlicitas, niſi in his, quibus ad ipſam perfectionẽ, & ſummum bonum peruenitur: ſed clarum eſt, ꝙ per diuitias, honores, & alia bona externa, de quibus ſupra ad id non peruenit, immo illi ſupremo fini ꝓriãtur, & hominem peiorem reddũt, ſm Ariſtotelem in libro ſecundo magnorum moralium. Intelige tamen quantum ad diuitias, ſecũdùm ꝙ infrà dicam: ergo id non poteſt eſſe bonum; quia ſm Philoſophum id bonum dicit, cuius finis bonus eſt. Et finis in vnaquaq; diſpoſitione eſt attendendus. l. licèt. §. idem ſcribit. vbi bonus textus valde. ff. de peculio. l. i. in fi. ff. quod quiſq; iuris. l. ſinautem. §. poſſidere. ff. de rei vendicat. Hinc dicimus, ꝙ à fine res denominatur. l. ſi is qui quadringenta. §. ſed ſi opus. ff ad legem Falcidiam. facit l. ſtipulatio. §. opus. ff. de operis noui nuntiatione. Probo etiam præmiſſa alia ratione: quia ſi totum mundum poſſideat quis, & cuncta ſibi ad votum ſuccedant; quia tamen ſunt caduca, & incerta, ſubiacentia Fortunæ volubili, formido mutabilitatis non ſinit eſſe fœlicem. Et id declarat, ut inquit Cicero, temeritas Iulij Cęſaris, qui ferè omnia iura humana peruertit ob eum, quem ipſe
40 ſibi opinionis errore finxerat Principatum. † Adde Solonem Philoſophum, qui dicebat. Neminem, quãdiu viuat, dicas eſſe fœlicem, eo quòd vſque ad vltimum vitæ diem poſſit Fortuna mutari. Fœlicitatis enim iudex, dies vltimus eſt. Nec ab re; quia theſauri & voluptates huius ſeculi, quotidie diminutionem patiuntur. Et ideo, idem Solon cùm interrogaretur à quodam diuite exprobrãte, an theſauros haberet, ait: Tu & ego theſauros habemus, ſed inter meum & tuum hoc intereſt, quoniam nullus de meo me inuito poteſt contingere, & ſi diſtribuero, dimi nutionem non patiar: tuus autem amiſſionis quotidie patitur diſcrimen, etiam te inuito, & ſi alteri modice tribueris, ſemper minuitur. Poſtremò, ad corroborationem præmiſſorum, & ꝙ in præmiſſis nullatenus poſſit cõſiſtere ſummum bonũ, etiam ſi totum Mundum quis poſſideret. † Probo ratione materiali:
41 Nam vas ſaturari non poteſt, niſi totum repleatur. Hinc eſt, ꝙ ſi partem vacuam attingas, ſemper querelanter ſonat: modò certum eſt, ꝙ ex toto Mundo rotundo non poteſt animus hominis ſaturari: quia tripartitus eſt, videlicet ex memoria, intellectu, & voluntate. Vnde licèt toto Mundo eſſet homo refertus, ſeu plenus: tamen adhuc remanent partes quædam vacuæ: quia rotunditas rem triangularem in omnibus ſuis partibus replere non poteſt. Oportebit ergo noſtram tripartitam alia cauſa tripartita repleri, videlicet, per gratiam Patris, & Filij, & Spiritusſancti. Patris ſaturantis memoriam, Filij intellectum, & Spiritusſancti voluntatem: quibus patrocinantibus verum ſingularium virtutum habitum nanciſcimur, in quibus ſummum, de quo quærimus, bonum conſiſtit; & vera beatitudo, non aũt in ſuperioribus caducis & incertis. Et iſtud eſt quod voluit Iuriſconſultus noſter Iulianus. l. ſcire oportet. §. penult. ff. de tutoribus & curatoribus datis ab his. vbi textus vult † bonã voluntatem, ac bonos mores, & benignos præualere diuitiis, & dignitatibus. Et adde textum in l. ſi quis ſtipulatus. in fine. ff. de verb. obligat. Nunquam ergo cõquieſcit appetitus noſter, vſquequo præmiſſę tres partes animi ſint ſatiatæ per habitum virtutum, in quibus conſiſtit ſummum bonum, & vera beatitudo, ut eſt expreſſum in c. illud autem. & ĩ c. Nos qui. quadrageſima diſtinctione. & etiam eſt gloſſa in rubrica Procemij Inſtitutionum, in verbo fœlix. ibi: à virtute animi &c. Et etiam habes textum magis rotundum de brocca in c. cùm deuotiſſimam. aliàs incipit, ſi quis manu armata. duodecima queſt. 2. ibi, & quia ſummũ in rebus bonum eſt, Iuſtitiam colere, & ſua cuique iura ſeruare.
43 † Concludo ergo, cùm ſummum bonum conſiſtat in virtutibus, & virtutes conſiſtant in habitu, & rectitudine voluntatis, vt patet ex diffinitione Iuſtitię, quę eſt vniuerſalis virtus, & quę diffinitur eſſe conſtans, & perpetua uoluntas & c. Conſequẽter in bona voluntate, & habitu mentis in tribuendo cuique quod ſuum eſt, cõſiſtit ſummum bonum, prout in homine reſpectu humanæ vitæ eſſe poteſt: & ſic in operationibus ſecundùm virtutem, ut latè proſequitur Philoſophus in decimo Ethicorum c. ſeptimo. Adde & ſi ſint plures virtutes in operatione, ſm optimam ac perfectiſſimam, & præterea in vita perfecta ſecundùm eundem Philoſophum in lib. j. c. 5. aliàs decimo. Et ſubiicit rationem. Quia vna hirundo non facit ver, nec una dies ęſtatem: & eodem modo beatum & fęlicem nec una dies, nec exiguum tempus facit. Et declara, ut dicam infra in §. quinto, dum tractabo de Ludo. Sed & iſtud fatentur Peripatetici, licèt externa bona tanquã inſtrumenta ad virtutes requirant, ut ſuprà dixi. Pro quibus facit, quia, ut dixi, cuius finis bonus eſt, ipſum quoq; bonum eſt, ut inquit Philoſophus: ſed finis habendi proprium, ſeu bona externa poteſt tendere ad virtutes & morales & intellectiuas. De moralibus probo, quia ſine diuitiis non poteſt exerceri aliquid magnificum. Nam, ut infrà dicetur, †
44 magnificentia eſt quædam ſublimis liberalitas, quæ abſque facultatib. exerceri non poteſt. Et hac ratione Bart. in l. j. C. de dignitatibus. ſatis vĩ concordare cũ opinione Peripateticorum, ut ſupra dixi. Item ex talibus bonis poſſunt fieri eleemoſynæ, & alia pia opera bona, ut ſuprà dixi: ergo conferunt diuitiæ ad virtutes.

45 † Quò ad intellectiuas verò virtutes, ꝙ facultates proſint, patet: quia ſine libris non poſſes nec intelligentiam, aut ſapientiã nanciſci, quæ animum illuminant: præparant ad ſingulas virtutes ut ſupra dixi: ergo libros ſaltẽ neceſſarios oportet habere, tanquam ipſarum virtutum inſtrumenta. Aliàs dicam cũ Poeta illo,

Haurit aquam cribro clericus abſque libro.

Poſſent tñ probabiliter concordari opiniones, ut quantum ad hoc vltima bona, ex quibus intellectus immediate illumina tur, foueamus Peripateticos: quantum verò ad reliqua à Stoicorum opinione non cenſeo recedendum. Nec ob. quod dixi de magnificentia; quia rñdeo, nihil magnificentius, q̃ facultates quotidie prouenientes quadam animi generoſitate abijcere, & ſpernere, ac cæteris exhibere, & inde ſedulo eleemoſynam elar
46 giri dignoſcitur † quia eleemoſyna eſt triplex, ut dicit textus in c. tria. 45. diſt. videlicet, egẽtibus dare quicquid poſſumus: quod adimplemus, qñ propria a nobis abdicando proximis relinquimus. Caue tñ, ut eleemoſynam elargiaris, uel martyrium ſuſtineas ad pompam: quia tunc non mereris, ſed potius peccas. prima quæſt. j. Vide quantum. Et adde bonum textum in capitulo odi, & proieci. 24. quæſt. j. ubi gloſſa arguit, & reprehendit ſcholares, qui uadunt ad eccleſias, non ut audiant diuina, ſed vt uideant dominas. Alia, & ſecunda eſt eleemoſyna ſpiritualis, ſeu cordis, quæ, ut dicit tex. in c. duæ ſunt eleemoſynæ. 45. diſtinct. multò magis eſt quàm eleemoſyna corporalis: & iſta, ut ibi dicitur, non eget terrena ſubſtantia; quia conſiſtit in dimittendo rancorem ei, à quo fueris offenſus. Subijcit etiam textus, ꝙ dare aliquid indigenti aliquando quæris, & non habes, indulgere vero peccanti, quantum volueris, redundat tibi.

47 † Tertia eleemoſyna eſt, delinquentem corrigere, & errantem reducere in viam veritatis, ut dicit textus in d. c. tria.

Ex præmiſſis infero, ꝙ qui ſponte facultates proſternit, à nullo eleemoſynarũ genere retrahitur, & à graui periculo ſe ſubtrahit: quia mentem bonam qñq; ſubuertunt diuitiæ duodecima quæſtione ſecunda. Crates. vbi Philoſophus ille non putauit diuitias, & virtutes ſimul procedere poſſe. Vnde viri perfecti eſt, non ſolùm à malo, ſed etiam ab omni ſuſpicione, & ſpecie mali abſtinere. Clementina exiui. verſiculo, cumque annui reditus. de verb. ſignif. & in Clement. cupientes. de pœnis.

ARGVMENTVM.

Hominis inſtitutum liberum: nec fato, caſu, aut cœleſtibus corporibus deſtrui ſcribit.

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Felicitatem, siue vitam beatam, nemo sibi ipse valet præstare.*
2 *Bona externa cui debeant vsui esse iuxta Peripateticos.*
3 *Effectus causæ necessariæ simul & contingentis est contingens.*
4 *Arbitrium homini datumne sit liberum.*
5 *Arbitrium liberum quantæ sit nobilitatis.*
6 *Impeccabilis nemo per se, Deus autem omnia in omnibus.*
7 *Vir bonus nec prosperis extollitur, nec aduersis frangitur.*
8 *Prædestinatio seu præscientia diuina quid in hominibus operetur.*
9 *Effectus hominis nullus necessitate, verùm libertate, causatur.*
10 *Homo liber à Deo creatus, peccans infinitis sese immiscuit quæstionibus.*

TErtiò principaliter vidēdum, an sit in potestate cuiusq; sibi ipsi per virtutem hanc beatam vitam præstare sine alio suffragio. † Et arguo ꝙ non, vt videt expressum
1 in Clemētina ad nostrū. extra de hęreticis. vbi propterea ob hoc reprehendit opinionem illorum, tanquam hæreticam, qui asserebant, ꝙ homo in vita præsenti talem & tantum perfectionis gradum poterit acquirere, quòd reddetur penitus impeccabilis.

Item licèt quis sit sapiēs, & bonus ac omnibus virtutibus instructus: tñ aduersante Fortuna fieri poterit, vt in exiliū, in orbitatem, in egestatem, vel in carcerē tyrāni detrudatur, ac aliis suppliciis afficiatur ita, vt suppliciis, ac doloribus afflictus, nec cōtemplari quicquam, nec virtutes exercere permittatur: quo
2 fit, vt beatus in tantis calamitatibus nuncupari non possit. † Et ideo Peripatetici Philosophi corporis dicunt externa bona adesse homini oportere, non vt illa ex sese beatam vitā conficiāt: sed ne operationes virtutū, in qb. beata vita ꝙsistit impedianť.

Item huic potestati consequendi summum bonum vī posse officere prædestinatio, seu præscientia diuina, quæ falli non potest. 23.q.4. Non ergo.

Item & corpora cęlestia videntur posse dare impedimentū ad consequendum hoc summum bonum, vtpote Planetæ, quæ nos videntur inflectere sin cursum eorum quandoq; ad malū: quorum nomina Græca sunt, Phenon, Plenunta, Pyriona, Hesperus, Sciobō: quos Romani nominibus Deorum suorum, id est, Iouis, Saturni, Martis, Veneris, atq; Mercurii consecrarunt, quorum motibus formari asserunt vitam.

Sed his non obstantibus credo in cōtrarium esse veritatem: Pro cuius euidentia præmitto fundamentum Aristotelis in li-
3 bris (ni fallor) Physicorū, inquientis, † ꝙ oīs effectus participans de duabus causis, quarum altera est necessaria, altera cōtingēs, tunc effectus non est necessarius, sed contingens: vt dat exemplum Philosophus in procreatione, quæ causatur à cā vna necessaria, videlicet à Sole, & à cā ꝙtingēte, videlicet, à coitu hoīs.

Et quia ista vltima est causa contingens, non necessaria: quia aliquando credit homo generare, & nō generat: vel generare masculum, & generat fœmellam.

Præmitto etiam † ꝙ homini est datum arbitrium bene, vel malè faciēdi cum qualitate libertatis, hoc est, liberum arbitriū. c. Nabuchodonosor. 23.q.4. & certum est, ꝙ illud quod conceditur cum tali qualitate libertatis, debet esse abstractum ab omni coactione. Hinc dicimus, ꝙ vbi requiritur consensus liber, & sic cum qualitate libertatis, non sufficit ad validitatē actus consensus, nisi sit liber. Glos. 23.q.5. notissimi. & habetur per Panormitanum in c. cùm locum. extra de sponsali. & sic non erit tūc opus rescindere per actionem quod metus causa. In contrariū tñ consueui allegare. l. primā. ibi, liber sit stylus. C. de sacrosan. eccl. coniuncta l. 1. C. si quis aliquem testari prohibuerit. Quod declara, vt dixi in l. generaliter. ff. de verb. oblig.

5 † Adde etiam, ꝙ istud liberum arbitrium adeò est nobile, vt in his, quæ relinquuntur in mera voluntate, & libero arbitrio, non possit quouis modo etiam cum iuramento tale arbitrium sibi coarctare. l. cū precario. & est gl. in c. fi. de ꝓcuratorib. lib. 6. & tex. ī l. si quis in prin. testī. ff. de leg. 3. Nec in similib. ꝙsistētib. mera volūtate seu libero arbitrio stat iudicio maioris: quinimmò vnius contradictio in vniuersitate impediret dispositionē. c. fi. de maioritate & obedientia. & ibi Innoc. Panormit. & Doctores. Quod declara, vt dixi in tractatu Statutor. in titu. de formali statuto. fiendorum solennitate. §. j. & est bene notandum pro limitatione regulæ. l. quod maior. ff. ad municipales.

Si ergo liberum arbitrium habet vnusquisq;, vt infra dixi, certè si diceremus istud arbitrium aliquo modo coerceri vel per corpora cœlestia, vel per præsentiam diuinam, vel aliis modis, quibus supra, iam non diceretur liberum arbitrium, contra dictum capitulum Nabuchodonosor. Nec obstant argumēta adducta in contrarium. Primò Clementina ad nostrum. de hære-
6 ticis. † quia stant simul, ꝙ quis non possit fieri impeccabilis, nisi per Dei potentiam absolutam, vt legitur de beata virgine: & tñ possit per habitum virtutum sibi acquirere summum bonū, prout potest in homine adesse respectu huius vitæ: quia, vt dixi supra in §. præcedenti, in principio. De hac beatitudine & summo bono est Tractatus noster, non autem de beatitudine, prout homo ordinatur ad æternam gloriam.

Ad secundum argumentum Peripateticorū respondeo, put respondent Stoici, dicentes: Nihil bonum præter honestū: hoc est, quod laudabiliter & ex virtute fit. Corporis autem & Fortunæ quomodo negant esse bona: & consequenter, cùm contrariorum eadem sit disciplina, eorum incommoda non possunt esse mala. Virtus ergo satis erit ad beatè viuendum: nec poterit tormentis, aut vllis doloribus impediri: quia vir verè fortis ex se totus pēdet: nec humanos casus Fortunę, aut minas expauescit, nec illis, si accidant, frangitur.

Addo ꝙ istud est, quod voluit Seneca de Cōsolatione ad Elbiam matrem: Nec secunda sapientē euertunt: nec aduersa demittunt. Et vult Augustinus in Epigrāmatibus Prosperi, dicēs,
7 † ꝙ bonus nec temporalibus bonis extollitur, nec malis frāgit.

Sed attende, quia dico ista vera post adeptum habitum virtutis, quo homo per habitum ipsum factus est verè fortis. Cęterū, ante habitum quæsitum, dum continentiam cū passione agit, vt infra dicam, fortè esset opinio Peripateticorum verior, quia cùm nondum sit veram fortitudinem adeptus, in his calamitatibus turbaretur: & argumenta Stoicorum concludunt in eis, qui iam perfectionem per habitum acquisiuerunt.

8 † Ad argumentum de præsciētia & prædestinatione diuina, respondeo, ꝙ ista nullatenus coarctant libertatem arbitrii nostri: quia, vt dicit tex. in d.c. Nabuchodonosor. vires obedientiæ non ideo cuiquam Deus subtraxit: quia eum non prædestinauit: sed ideo eum non prædestinauit, quia recessurū ab ipsa obedientia esse præuidit. Et demum ibidem in §. non ergo. subiicit. Non ergo necessitatem facit correctionis vel obdurationis diuina prædestinatio, seu præscientia: cùm boni per gratiam corrigantur: libero arbitrio, mali pereāt. Et paulò post subiicit Augustinus, Duæ sunt necessitates, vna simplex, veluti necesse est omnes homines esse mortales. Altera conditionis, vt si aliquē ambulare quis scit, eum ambulare necesse est. Quod enim quisque esse nouit, aliter id esse, q̄ notum est, nequit. Sed hoc minimè secum illam simplicem trahit: hanc enim necessitatem nō propria facit natura, sed adiectio cōditionis. Nulla enim necessitas cogit incedere voluntatem gradientem: quamuis eū tunc
9 cùm graditur, incedere necessarium est. † Et ratio huius sumit ex eo quod dixi in primo euidentiali; quia licèt præscientia, vel prædestinatio diuina procedant ex causa necessaria, tamen ꝙa effectus actionum nostrarum etiam causatur à nostro libero arbitrio, & sic à causa contingente, non autem necessaria: ergo oportet dicamus, quòd iste effectus non sit necessari us.

Ad vltimum argumentum de Planetis & corporibus cęlesti bus, respondeo ꝙ non habent auferre libertatem arbitrii, cùm sint creata ad opus humani generis, nō ęcontrario, iuxta illud Psalmistæ, Omnia subiecisti sub pedibus eius. Hinc vulgò dicimus, Sapiens dominabitur astris. Aliàs corruerent omnia iura, quæ dicunt, nobis adesse liberum arbitrium: quia, vt dixi, qualitas libertatis arguit arbitriū esse abstractum ab omni coactione. Et ita volunt Ioannes Andræas, & Panormitanus in c. 2. de sortilegiis. & beatus Thomas in 2.2.q.85. articulo quinto. & aliquid dicam in §. sequenti.

ARGVMENTVM.

Hac periodo eo tendit Rogerius, vt fœlicitatis consequendæ argumenta perdoceat.

SVMMARIVM.

1 *Inuocatio diuini nominis in omni actu necessaria.*
2 *Parentes quando liberos alere teneantur, aut contra.*
3 *Maritus quando vxorem, & vxor virum alere teneantur.*
Ecclesia patronum inopem alere teneatur.
4 *Vestes, & alia ornamenta humana vsui necessaria.*
5 *Vestimentum ecclesiasticum haudquaquam fieri debet ex veste muliebri.*
6 *Medico quando imputari nequeat mors infirmi.*
7 *Domus quando & quibus vsui esse soleat.*
8 *Venatio quare inuenta, & an legibus approbata.*
9 *Philosophia rationalis quæ sit, & quotuplex.*
10 *Rescriptum Principis ob falsam latinitatem falsatum præsumitur.*
11 *Rhetorica quando & in quibus vtendum.*
12 *Scientia veritatis quæ dicatur.*
13 *Astrologia an sit legibus comprobata.*
14 *Leges magnopere conducunt ad summum bonum consequendum.*
15 *Hostis humani generis voluptas.*
16 *Scientia in quibus sit necessaria.*
17 *Legalis scientia quare dicta Architectonica.*
18 *Sapientia quid in se complectatur.*
19 *Leges vnde interpretationem accipiant.*
20 *Prudentia circa quæ versari dicatur.*
21 *Prudentia quo differat ab arte.*
22 *Aduocatio quando ars sit laudabilis.*
23 *Temperans quo differat à continente.*
24 *Incontinentia quo differat ab intemperantia.*
25 *Virtutes quæ purgatoriæ dicantur.*
26 *Amor libidinosus continentiæ hostis acerrimus.*
27 *Tyro ad vulneris suspicionem palleſcit.*

Quartò

Source : BIU Cujas

Conſtan. Rogerij. De ſummo bono.

QVartò principaliter videre congruit practicam bene organizandi liberum arbitrium, de quo ſupra: & modum perueniendi ad ſummum bonum. Super quo primò & principaliter puto inuocandum eſſe in oī actione, & arte diuini numinis ſuffragium, ſiue manducemus, ſiue bibamus, ſiue aliud quodcunq; agamus, vt dicit text. poſt Apoſtolum in c. non obſeruetis. in fine, 26. q. 7.

Et ideo Papa docet Deum inuocare in c. 2. de teſtibus. ac etiã Imperator noſter vbiq;, vt patet in Rubrica Inſtitutionum. & in l. j. in princip. C. de veteri iure enucleando. & in l. in nomine Domini. C. de officio Præfecti prætorio Aphricę. Et ratio eſt in promptu; quia omnia bene geruntur, ſi principium fuerit decens, & amabilis Deo, vt in authentico, Quomodo oporteat Epiſcopos. in principio.

1 † Et in tantum eſt neceſſaria inuocatio diuini nominis, vt ſi Notarius omittat, vitietur inſtrumentum, vt vult gloſ. in auth. vt præpo. nomen Imperatoris, vnde glo. quę incipit, puta in nomine Domini. quam ſequitur Bald. in tractatu de pace Conſtãtiæ. in principio, quod non videtur verum, ſi Notarius per ſimplicitatem omittat; quia iſtud non debet nocere partibus, vt eſt tex. ſingularis in l. fin. & ibi glo. C. de fideiuſſoribus. de quo per Speculatorem in titu. de inſtrumenti editione. §. j. circa principium. Patrem ergo in omnibus actibus noſtris inuocabimus in auxilium memoriæ, Filium in ſuffragium intellectus, Spiritum ſanctum in voluntatis præſidium.

Demum implorato auxilio à diuina maieſtate, opem à Philoſophia petemus, vt dignetur omnem quæ nos turbat, caliginem diſſipare. Et quia ſupra in §. j. dixi legum noſtrarum, & Philoſophiæ eundem eſſe finem, conſequenter & ipſæ leges viam veram à fallaci nobis demonſtrabunt. Nam & omnes partes Philoſophiæ attingunt leges noſtræ, ſiue ad corporis ſuſtentationem, ſiue ad animi rectitudinem pertineant. Nam ſi de neceſſariis pro noſtra corporali neceſſitate quæras, reſpondebũt tibi Iureconſulti, ꝙ primò & principaliter; quia ad corporis ſuſtentationem eſt educatio, demonſtrabunt qualem moderationem in ea adhibere debeamus. Hoc dicit Iuriſconſultus notabiliter in l. ius alimentorum. ff. vbi pupilli educari debeant. cõcludens, ꝙ debemus ita facere, vt ſemper annuatim aliquid ſuperſit ex reditibus. Et hoc notat etiam ibi gl. ad quod facit illud Ber. in Epiſtola ad Regnardum militẽ, ꝙ qñ reditus & ſumptus ſunt æquales, caſus inopinatus põt deſtruere ſtatum noſtrum.

2 † Qualiter autem, & qñ pater teneatur alere filium, habetur in toto titulo. ff. de liberis agnoſcendis. & regulariter tenetur, vt patet ibi: quo caſu ſi nõ alat, amittit patriam poteſtatem. Gl. eſt in l. neq; filiũ. C. de patria poteſtate. & notat Panormitanus in c. fi. de conuerſ. infidel. Mater autem qualiter teneatur alere filios, vide textum notabilem cum gl. in d. l. neq; filium. & in tribus caſibus tenetur, de quibus per Doctores in l. alimenta. C. de negociis geſtis. E contrariò autem liberi etiã tenentur alere parentes. l. j. C. de alendis liberis. vbi etiam gl. dicit, ꝙ frater tenetur alere fratrem, de quo in l. j. circa principiũ. ff. de tutelis & ration. diſtrahendis. & in l. cùm filium. ff. vbi pupilli educari debeant.

3 † Maritus etiã vxore tenetur alere, & è contrario. Quod qualiter procedat, notatur in c. per veſtras. de donationib. inter virum & vxorem. vbi gl. Innocen. Panor. & Doct. tangunt. Eccleſia etiam tenetur alere inopem patronum. Caſus eſt in c. nobis. in fi. de iure patronatus. In quo autem loco debeant pręſtari alimenta, dixi poſt Bart. in l. diuortio. in princ. ff. de verb. obl.

Quid autem alimentorum nomine cõtineatur, dixi in l. ſi cũ dotẽ. §. ſinautem in ſæuiſſimo. ff. ſol. mat. Et hanc materiam alimentorum tangit Spec. in tit. qui filii ſint legitimi. §. j.

4 † Secũdò pro corporali noſtra neceſſitate opus eſt veſtibus, & aliis ornamentis, quæ etiam approbantur per leges tanquam honeſta. l. ſi vt certo. §. interdum. ſecundo. ff. cõmodati. ibi: quò honeſtius &c. in tantum vt domini non ſolùm propriis, ſed ẽt famulorum veſtibus decorentur. l. id veſtimentum. ff. de peculio. & ideo gl. ibi notat illum textum contra famulos, & pediſſequas, vt qñ repelluntur, poſſit dominus auferre veſtes, quę eis fecerunt, vt in ſuo ſeruitio vterentur. Quibus autem veſtibus ſit vtendum per clericos, & alios, & cuius qualitatis & coloris, vide textum cum gl. notabili in c. j. & 21. q. 4. & adde tex in c. parſimoniam. 41. diſt. vbi dicitur, quòd diſſoluti & fracti veſtibus non recipiuntur.

Item dicit gl. in c. 2. de cuſtodia euchariſtiæ. vbi dicit, ꝙ debemus incedere ornati in veſtibus, non tñ ad iactantiam. d. c. 2.

5 Et attende † quia de veſte muliebri non debet fieri eccleſiaſticum veſtimentum. gl. eſt in ç. ad nuptiarum. de conſecra. diſt. j. Panormita. tñ eam videtur reprehendere in c. ad hæc. de religio. domibus. & multa bona in materia veſtium dixi in l. penul. §. ſeruus. ff. ſoluto matrimonio.

Tertiò, egemus pro noſtra neceſſitate corporali medicis pro ægris corporibus curandis, propter intemperantiam cõplexionis. Hoc ideo dico, quia ex tribus cauſis accidunt infirmitates corpori, ex peccato. Item ex tentatione, & in iſtis duabus non prodeſt medicina.

Item ex intemperantia complexionis: & tunc prode[illegible]dicina. Ita dicit Iſidorus in lib. 2. de ſummo bono, quòd nota pro excuſatione medicorum, quando moritur infirmus.

6 † Attende tamen; quia ad hoc vt mors infirmi non imputetur medico, debent quatuor concurrere.

Primum, quòd iſtud officium ſibi conueniat, vt quòd ſit laicus, non clericus.

Secundò, quòd ſit peritus.

Tertiò, ꝙ adhibeat omnem digentiam ſecundùm artẽ ſuã.

Quartò, ꝙ informet ægrotum de contrariis ſuæ ęgritudini: quibus interuenientibus non imputabitur ei mors infirmi: aliàs ſic. Vide textum, & ibi Panormitanum in c. tua nos. extra de homicidio. Et ad hoc allegat Panormitanus capitulũ ad aures. extra de ætate & qualitate. Et hos medicos etiam fouent leges noſtræ, eos præ cæteris honorando, & immunitatibus magnis prę miando: vt in toto titulo de profeſſoribus & medicis. li. 10. præſertim in l. medicos. & contra non adhibentes medicos, vel malos adhibentes illis, à quibus ſunt conſecutum lucrum, vel ex conuentione, vel ex alia diſpoſitione, vide gloſſam notabilem cum his, quæ ibi dixi in l. ſi ab hoſtibus. §. j. ff. ſolu. matr. & aliam gloſſ. in l. ꝙ ſi nolit. §. ſi mãcipium. ff. de ædilitio edicto. & quod dixi in l. ſi ſeruum. §. j. ff. de verb. obl.

7 † Quartò, opus eſt ædificio, ſeu domo, ꝙ etiam leges noſtræ approbant, dicentes, ꝙ domus eſt vnicuiq; *tutiſſimum* refugiũ. l. pleriq;. ff. de in ius vocando. & intereſt Reipublicę propter vrbium, & vicorum decorem, ne deſtruantur ędificia. l. cętera. ferè per totam legem, & ibi notatur. ff. de leg. j.

Quintò, opus eſt agricultura, quam & leges noſtræ fouent: vt in toto tit. C. de agricol. & cenſitis, lib. 11.

Sextò, opus eſt armis pro Reipublicæ tuitione. Et hoc dicit tex. in l. j. in prin. C. de Iuſtinia. Codice confirmando. Hinc leges noſtræ fabricenſibus fauent: vt in toto tit. C. de fabricẽſib. li. 11.

Septimò, pro rebus nobis neceſſariis opus eſt nauigio: & ideo ſuper his diſponunt leges noſtræ, vt in titu. Codicis de nauibus non excuſandis. lib. 11. & in titu. de nautis Tyberinis. eod. lib. & in titu. de nauicullariis facit. l. nauis. ff. ad legem Rhodiam de iactu. l. j. §. nauem. ff. de exercit.

8 † Octauò, pro recreatione & neceſſitate corporali inuẽta eſt venatio, quam & leges noſtræ approbant, cùm debita tñ moderatione, quod qualiter ꝓcedat, & qñ ſit licita, vide omnino glo. valde notabilem & magiſtram in c. qui venatoribus. 86. diſt. & notatur in c. j. de cler. venato. Et in locis præmiſſis videbis multas ſpecies venationum, & quæ ſint approbatæ, & quæ reprobatæ: de quo ſemper recurre ad ea quæ dixi in l. 3. §. Nerua. verſic. Item feras. ff. de acqui. poſſ.

Supereſt; omnibus ergo ad corporis neceſſitatem conueniẽtibus, canones & leges noſtras poſteris ꝓſulere, vt ꝑmiſſa docẽt.

Idem cenſeo de reliquis partibus Philoſophiæ, cuius Philoſophi tres aſſerũt eſſe partes principales, videlicet rationalem, naturalem, & moralem. Et idem dixit tex. cum gl. in c. legimus. ver. magi quoq;. 31. diſtin.

9 † Rationalis ſubdiuiditur in Grammaticam, Dialecticam, & Rhetoricam: de quibus in c. ſi quis Grammaticam. eadem diſt. Similiter naturalis in quatuor ſcinditur partes, ſcilicet in Geometriam, Arithmeticam, Muſicam, & Aſtrologiam: de quibus etiam in d. c. ſi quis Grammaticã. & in d. c. legimus. propè finẽ.

Moralis etiam tres continet partes, ſcilicet, monaſticam, ſeu ethicam. ęconomicam, & politicã. Circa quas tres vltimas partes vt plurimum verſantur leges noſtræ, licèt etiã ſingulas aliàs partes attingant, prout diſcurrendo liquidabimus. Nam Grammaticam ſeu loquendi congruitatem fouet Iuriſconſultus in l.

10 Plautius. de auro & argento legato † in tantum vt reſcriptum dñi Papæ vitietur propter falſam latinitatem. c. ad audientiam. primo, de reſcriptis. Secus videtur in aliis diſputationibus per l. Imperator. j. ff. de ſtatu hominũ. de quo per gloſſam & Doctores in iuribus præallegatis.

De Dialectica verò ſcientia, quæ verum à falſo diſcernit, tradit Iuriſconſultus in l. ea eſt natura cauillationis. ff. de reg. iur. Et exemplifica & declara vt ibi per gloſſam. & id, quod Dialectici fallaciam appellant, nos cauillationem, de qua cauillatione etiam meminit Iuriſconſultus in l. Titia. ff. de conditionibus & demonſtr. & adde textum contra Dialecticos. in c. nonne. 31. diſt. vbi dicitur, ꝙ in vanitate ſenſus, & obſcuritate mentis ingreditur, qui diebus, & noctibus in Dialectica arte torquetur. Et ideo Origenes cinyphes & ranas, quibus Aegyptii ſunt percuſſi, vanam Dialecticorum garrulitatem, & ſophiſtica argumenta intellexit. 31. diſt. legimus. verſi. 2. Contra quos etiam vide tex. in c. vino inebriantur. ead. diſt.

11 † Rhetoricam autem, ſeu Rhetoricorũ ornatus, ac exordia, ꝙ reddunt auditores beneuolos & attentos, docet Iuriſconſultus in l. j. ff. de origine iuris. qua tñ non debemus vti ad voluptatem, ſed ad eruditionem, & vt errores gentilium legendo deteſtemur. 31. diſt. turbat. §. cur ergo. Et legimus de beato Hieronymo, ꝙ cùm libros legeres Ciceronis, ab Angelo correctus eſt, eo ꝙ vir Chriſtianus Paganorum figmentis intenderet, d. c. legimus.

Source : BIU Cujas

gimus.in princ.& hoc,quia legebat ad delectationem, vt ibi dicit glo.Et ſubiicit ibi tex.paulo poſt,ꝙ omnis ſplendor Rhetoricæ eloquentiæ,omnes modi Poeticæ locutionis, quælibet varietas decorę,pnunciationis à diuinis ſcripturis sūpſit exordiū.

De Geometria, quæ in menſuris conſiſtit, habetur in l. 2. in princip.vbi Imperator eam approbat, tanquam publicè interſit eam exerceri. C.de veneficis & mathematicis. De hac etiam habetur in l.j.& per totum titulum. ff.ſi menſor falſam menſuram dixerit.& in d.c.ſi quis grammaticā.vbi dicitur, ꝙ iſta ſciē-
12 tia habet in ſe veritatem:ſed non eſt ſcientia pietatis:quia † ſciē tia pietatis eſt, intelligere Prophetas in Euangelio credere, & Apoſtolos non ignorare.Et idem dicit ibi tex.de Arithmetica, quæ conſiſtit in numeris, de qua etiam in l. 2. C. de veteri iure enucleando.circa finem ſecundæ calumnæ,ibi:neq; ſine ratione,ſed in numerorum naturam & artem reſpicientes &c.

De Muſica etiam habetur cum qua moderatione ea vti debeamus,in l.item apud Labeonem.§.generaliter.ibi:vel propo nat vt cantet aliquid,quod pudorem alicuius lædat. ff. de iniuriis. datur enim ibi actio iniuriarum contra cantantes in iniuriam alterius.

Addo etiam, ꝙ non debemus cantare cantilenas, in quibus
16 alia quæuis turpitudo,vel inhoneſtas contineatur.c.legant Epiſcopi.37.diſtinct. Et de Muſica etiam eſt text. in dicto c. ſi quis grammaticam.

*Adde etiam textum in l.*cum eiuſdem. ff. de ædilitio edicto. *vbi* ſtatuitur Græcorum ſeruorum cantantium non debere ſeparari:ad quod etiam vide textum in §. item ſi ex pari. Inſtit.de leg.Aquil.Quando autem apud Eccleſiaſticos ſit licita Muſica, *vel illicita*,vide gloſſam cum textu in c.cantantes. 92.diſt. & in Clementina j.de celebratione miſſarum.

3 † De Aſtrologia,quæ de ſuperioribus tractat, aliquid ſtatuitur apud leges & canones,vt patet ex l.more Romano.ff.de feriis.qñ de die naturali facit mentionem. Adde l.3. §. minorem. cum gl.ff.de minoribus.& l.cùm biſſextus.cum ibi notatis.ff.de verb.ſignific.& contra Aſtrologos vide textum notabilem, 37. diſt.nonne.ibi:qui Phyſicam perſcrutatur,oculos in cęlum leuat, & vltra profunda terrarum, & abyſſus in quoddam mare demergitur.Et dicit ibi gl.ꝙ ibi non reprehenduntur Phyſici,q ægrotantibus ſubueniūt:ſed illi,qui ſophiſticè cęleſtium ſecreta rimantur,& quæ eos ſcire non oportet.

De monaſtica,ſeu ethica,parte Philoſophiæ, quæ eſt ſcientia ſui ipſius,& docet ſe ipſum cognoſcere,& fragilitatem ſuam cō peſcere,honeſtè viuendo,& ꝙm bonos mores,habetur in l.iuſti tia.§.j.ff.de iuſtitia & iure.& in §.j.Inſtit.eo.& facit text. notabilis in l.obſeruandum.de officio Præſidis. Et dicitur monaſtica à monos,qđ eſt vnū,& ſticùs,qđ eſt ſcientia, quaſi vnius ſciētia.

De ęconomica,quæ ad rerum propriarum adminiſtrationē pertinet:ęconomus enim Grękè,adminiſtrator Latinè dicitur. l.iubemus.circa principium.& §.ęconomus.C.de ſacroſan. ecc. De hac tractat Imperator in §.cum vero Deo.in auth. vt determinatus ſit numerus clericorum.vbi docet modum expendendi,& ad menſuram redituum.

Ad quod etiam vide bonum text. in l. ius alimentorum. ff. vbi pupilli educari debeant.De hac etiam tractat Imperator in §.pen.Inſtit. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris. prohibendo ne quis re ſua malè vtatur:quaſi iſtud interſit Reipublicæ.

De politica verò parte Philoſophiæ moralis,quæ ad regimē ſingularium vrbium,& locorum pertinēt, citra dubium tractāt leges noſtræ,ex quibus omnes populi, & ciuitates reguntur, vt dicit Imperator,ꝙ ex hac noſtra ſcientia totus Mundus illuminatur, & conſequēter ſcientia noſtra morali Philoſophiæ,quæ iſtas tres vltimas partes continet,ſupponitur.

De maieſtate autem diuina,& Trinitate, proculdubio in legibus noſtris cautum eſt,præſertim in titu.C.de ſumma Trini-
14 tate & fide catholica. † Poſſunt ergo nobis leges non immodi cè opitulari ad ſummum bonum conſequēdum,& earum præſidium implorabitis.Nam & ipſę leges vnà cum Philoſophia, ſi ſuffragium ab eis popoſceritis,quod captum tibi digito iudicabūt ferociſſimum totius humani generis hoſtem,qui omnibus ſummam beatitudinem appetentibus acriter reſiſtit, quem tñ expugnare docebunt cum tribus ſtrenuis militibus,duobus belli ducibus,& horum ſupremo Principe: quo quidem hoſte deuicto in pręmium concertationis contribuent tibi pro tua perpetua fęlicitate & recreatione tres præſtantiores Reginas, quæ ſint ſub orbe noſtro ſtellifero cum alia florentiſſimarum Nympharum, ſeu domicellarum caterua, quæ nunquam à te diſcedent.Videre igitur congruit de his omnibus.

Et primò,quis ſit ille hoſtis: demum qui ſint eius expugnatores:tertiò de tribus Reginis,& earum domicellis.

15 Circa primum breuiter dico, † ꝙ hoſtis noſter crudeliſſimus eſt voluptas,ſeu ſenſualitas,cuius diffinitionē poſui ſupra ī §. 2.

Et pro intelligentia diuide & ſubdiuide argumētum noſtrū, prout ibi diuiſi.Et ꝙ ſenſualitas,& voluptas ſit hoſtis noſter,patet ex notatis in Clementina ad noſtrum.de hęreticis.& in Clementina vnicà,de ſumma Trinitate.& hoc eſt quod voluit Architas Tarentinus Philoſophus (cuius Pythagoras & Plato fuerunt auditores) dicens,ꝙ nulla capitalior peſtis,q̃ corporis voluptas,quæ hominibus à natura data eſt:quia cùm nihil mente præſtabilius datum ſit homini,huic diuino muneri nihil magis voluptate æmulatur.

Et ideo Plato, vt legitur in lib. de vita, & moribus Philoſophorum,eſcam malorum appellabat voluptatē, eò quia ea capiuntur homines, ſicut hamo piſces. Et iſta eſt cupido, quam Imperator noſter coarctari iubet in l.finali. §.filius.C.de bonis, quæ liberis.

Et ideo dicit text.in c.niſi cùm pridem.§. verum.extra de renūciatione. ꝙ otioſitas & voluptas arma ſunt hoſtis antiqui ad miſeras animas captiuandas.

Viſo igitur,& cognito hoſte noſtro,videamus modum eum deuincendi per milites,duces,& principem prælibatus. Et primò dixi oportere adeſſe tres milites,hoc eſt,intelligentiā,ſciētiam,& ſapientiam:quia iſta ſeruant animum, ac præparant,& expediunt ad ſingulas virtutes capeſſendas, & nos reddunt aptiores illuminando, & nobilitando nos interius & exterius: vt dixi ſupra in §.2.circa materiam nobilitatis.Et addo, ꝙ iſtud ꝓ-
16 batur in d.c.niſi cùm pridem.§.pro defectu.vbi dicitur,† ꝙ ſciētia circa ſpiritualium adminiſtrationem eſt neceſſaria, & circa temporalium curam opportuna.Et debes ſcire, ꝙ apud Philoſophos dicti tres milites inter ſe differunt: quia, vt dicit Ariſtoteles in 6.Ethicor. in pleriſq; locis intelligentia principiorum eſt,& circa principia verſatur:& ideo diffinitur eſſe quidam habitus naturalis in anima,quo cognoſcuntur principia naturaliter nota:ſcientia verò principia non tractat, ſed ab illis iam cognitis diſcurrit,& eſt de his rebus,quæ ſemper eodē modo ſunt, & aliter eſſe nō poſſunt.Et ideo Philoſophus ipſe in d.c.6.Ethicor. in 5. c.dicit, ꝙ ſcientia eſt de ex neceſſitate entibus, & eſt quoddam ſcibile demonſtrabile.

Et hinc aliqui ſatagunt dicere noſtram legalem ſophiam ꝓpriè non eſſe ſcientiam, cùm pro nutu Principum immutetur alia lege lata,vel tacito conſenſu populi.§.penul.Inſtit.de iure naturali:& ſic non eſt de impoſſibilibus aliter ſe habere.Et pro eis facit.l.j.§.j.ff de iuſtitia & iure.ibi:Ius eſt ars boni & ęqui &c. Ecce quod non appellat Ius noſtrum ſcientiam, ſed artem. In contrarium vide textum in Proęmio Inſtitutionum. §. cumq; hoc Deo.ibi:& legum ſcientiam &c. & in §. igitur. vbi quatuor *libros* Inſtitutionum appellat prima elementa totius legitimæ *ſcientiæ*.

Addo etiam textum ex Inſtitutionibus de iuſtitia & iure. §. j.ibi:iuſti,atque iniuſti ſcientia.

Et probatur etiam,quia cōtinet entia ex neceſſitate:dum tractat de ſumma Trinitate,& de iure naturali, quod eſt in immutabile.d.§.pen.& alia quæ dixi in præcedentibus.

17 † Quinimmo Ariſtoteles in 6.Ethicor.c.6. appellat legalem noſtram ſophiam Architectonicam,quaſi aliarum cunctarum dominam,& principatricem: quia, vt dixi, cōtinet diuinarum, atq; humanarum rerum notitiam,vt etiam dicit textus in Inſti. de iuſtitia & iure.§.j.

18 Reſtat vt videamus, quid ſit Sapientia. Et breuiter dico,† ꝙ Sapientia complectitur ſcientiam,& intelligentiam:quia & de principiis eſt,& de his,quæ à principiis manāt,iudicat, & diſcernit.Et ideo Philoſophus in 6.Ethico.c.6.dicit, Eſſe autem quoſdam ſapientes exiſtimamus totaliter, non ſecundùm partem: habent autem neq; vtiq; foſſorem Dii poſuerunt,nec aratorē, nec aliter quidem ſapientem:quare manifeſtum quoniam certiſſima vtiq; ſcientiarum erit ſapientia.

Oportet ergo ſapientem non ſolùm quæ ex principiis ſcire, ſed & circa principia verum dicere:quare vtiq; erit ſapientia intellectus,& ſcientia.Et de hac ſapientia poteſt loqui Iuriſcōſultus in l.j.ff.de officio præfecti prætorio ibi:pro ſapientia,ac luce dignitatis ſuæ &c.Præſumit enim Iuriſconſultus ibi:tales ſapiētes nō errare,nec aliter iudicaturos,q̃ Princeps,qui eos pro eorum ſapiētia ſtatuit,fuiſſe iudicaturus: & ſic bene ibi probatur, tres præmiſſos milites eſſe perſpicaciſſimos ad voluptates ſpernendas & ad præſeruandum nos ab erroribus.

Alibi tamen Iuriſconſultus capit ſapiētiam pro calliditate, & ita vulgò accipitur.Nam ita accipitur in l.quęſitum.ff. de cōditionibus & demonſtrationibus.vt patet ex gl.ibi: & dic vt ibi dixi. Et ſic poſſes cōtra illum textum arguere de l. item prętor.
19 ff. de ſuis & legitimis hæredibus. vbi eſt tex. ſingularis † ꝙ & ſi leges recipiant interpretationem à communi vſu loquendi,nō tamen recipiunt intellectum à vulgarium perſonarum locutione:niſi dixeris,ꝙ nedum vulgarium, ſed etiam omnium cō munis eſt conſuetudo appellare callidos & aſtutos ſapientes:licèt propriè non dicantur ſapientes,vt dixi.

Cognitis ergo tribus militibus belli,videre congruit,qui ſint duces prælibati exercitus.

Et breuiter dico eſſe duos,ſcilicet,Prudentiam, & Artem, à quibus omnia,quę excellenter, & cum laude fiunt, ſiue pro re
20 publica,ſiue priuata trahunt originem: † & verſatur prudentia circa ea,quæ non ſemper eodem modo fiunt, in quibus conſi-

lium,

Source : BIU Cujas

llum,& electio cadit:quia de impossibilibus aliter se habere frustra quis consulit,aut eligit. Probātur hæc ex dictis Philosophi in 6.Ethico.c.4.& c.9.& in lib.j.magnorum moralium,vbi diffinit prudentiam esse habitum electiuum eorum, quę in nobis sunt.Et in d.c.4. diffinit prudentiam esse habitum cum ratione verum circa humana operatiuum.

Alibi diffinitur, ꝙ prudentia est vera existimatio circa vtilitatem.Quo fit,vt nullus possit dici prudēs,nisi sit bonus,vt vult Philosophus in 6.Ethicor.c.9.in fi.

Hinc etiam dicimus, nullam moralium virtutum absq; prudentia esse posse,vt inquit idem Philosophus in d.6.Ethic.c.fi.

Et de hac Prudentia meminit Iurisconsultus in l.hæres. ff. de negociis gestis.

Sed attende,quia aliter videtur accipi prudentia in §. j. Insti. de iustitia & iure.& ff eod.ritu.l.iustitia.§.j.Sed dic,ꝙ ibi diffinitur prudentia cum adiecta qualitate iuris,vt dixi in l.quæsitum.

21 de conditionibus & demōstrationibus. † Inter prudentiam verò,& artem hoc solùm interest; quia prudentia in agendo, ars in faciendo versatur,secundùm Philosophum in 6.Ethico. c.3. Actio enim respicit effectus animi, qui regulantur ex prudentia,ars verò respicit actus exteriores, qui ex ipsa arte moderantur,vt teneant medium inter excessum & defectum. Et sic nulla moraliùm virtutum absq; prudentia & arte cōsistere potest. Iure ergo meritò appellaui prudentiam & artem duces belli nostri,seu exercitus.

Ex præmissis infero,ꝙ cùm ars sit cum prudentia tanto opere coniuncta,& copulata,nec differant,nisi vt supra,consequēter concludo artē non esse nisi in bonis, & approbatis dispositionibus,sicut nec prudentia. Et de hac arte loquitur tex.in l.2. in princip. C. de maleficis & mathematicis. & in c. cùm sit ars artium.extra de ætate & qualitate.& in c.Petrus.39. dist. & in c.

22 quia Episcopus.2.q.3. vbi probatur, † ꝙ officium aduocationis sit ars laudabilis,dummodo circa humana lucra non attendat, quia tunc æterna præmia perdit,vt ibi dicit tex.

Reperio tamē,ꝙ aliquando iura actus,& dispositiones damnatas,& ignominiosas appellat artē, vt in c.j.de vita & honestate clericorum,lib.6.& in c.qui venatoribus. §.j.86.distin.& j.q.j. Petrus.& in l.2.& 4.C.de maleficis,& mathematicis.

Sed potes dicere,ꝙ impropriè tunc accipitur ars. Et præmissa nota propter statuta.

Postquàm ergo vidimus milites, & duces belli, qui ex præmissis apparet,quinq; sunt munere,scilicet,intelligentia,scientia,sapientia,prudentia,& ars, quę sunt intellectiuę virtutes animum præparantes,& expedientes ad singulas virtutes, & ideo quinq; præmissæ virtutes possunt dici illæ,quas Plotinus Philosophus discipulus Platonis,& Porphyrii præceptor purgatorias vocabat.Nam mentem interius nobilitant, & illustrant: & sic purgant animum eius, qui decreuit se à corporis contagione eximere:& nihil aliud sunt, q̄ quædam rerum humanarum fuga.Et possunt partiri in tres partes,secundùm ꝙ tria sunt in tota rerum varietate principia,teste Empedocle Philosopho, scilicet,mollis affluentiæ,contemptus futuræ felicitatis,appetitus & mentis illustratio. Consecutiuè ergo videre cōgruit de Principe huiusmodi belli,quem dico esse continentiam, per quod abstinemus à corporeis delectationibus,& voluptatibus. Et idcirco Principem belli nuncupaui: quia licèt quis animum suū purgasset,vt supra, attamen fregissent impetus mentium, si nō ministerio membrorum excitarentur, teste Quintiliano in lib. Carminum. Ideo illustrastrata mente oportet per dominā cōtinentiam corporis contagionem actualiter eiicere, mediante cuius organo,si diu eamcoluerimus, certando belli victoriam obtinebimus.

23 Et,vt clarè illigas, nosse oportet † grandem esse differētiam apud Philosophos inter continentiam & temperantiam, quia licèt vterq; abstineat à concupiscentiis,& delectationibus corporalibus,tamen continens in hac sua abstinentia dolore fatigatur,& à prauis concupiscentiis concutitur: quia nondum cō traxit habitum, ideo non est satis firmus aduersus cupiditates: & ideo continentia non est propriè virtus: quia virtus non est sine habitu, vt infra dicam in diffinitione virtutis.

Cæterùm,si diu abstinuerit,in habitum transit:& ideo virtus tunc elucet temperantiæ.Et hoc est,quod subtiliter voluit Aristoteles in lib.7.Ethicorum,c.12.dicens formaliter:Est enim cō tinens potens nihil præter rationem propter corporales delectationes facere,& temperatus.Sed hic quidem habens, hic autem non habens prauas concupiscentias: & hic quidē talis,qualis non delectari præter rationem,hic autē qualis delectari, sed non duci.Et ideo videtur errasse Cicero in lib.2.Rhetoricorum artis veteris in diffinitione continentiæ,dum dicit,ꝙ continētia est virtus,per quam cōsilium gubernatur, cupiditas regitur. Et sic appellat eam virtutem, & malè:nisi saluādo eum dixeris, quòd largè dicitur virtus,sed non propriè.

Sed tunc obstant quę dixi in tractatu de dote.§.j.circa diffinitionem dotis.Similiter dico per præmissa (& quia contrariorū eadem est disciplina.l.j.in princip.ff.de his, qui sunt sui vel alie-

24 ni iuris.& Instit. eod. in principio) † differentiam esse inter incontinentiam,& intemperantiam:quia incontinens nondum habitum vitii contraxit:ideo cognoscit se malè agere: licèt ab effectu superetur,sicut dicit Poeta ille.

Video meliora,proboq;,deteriora sequor.

Cæterùm,intemperatus ille est, qui iam adeò in habitu vitii est constitutus,vt lumen cognitionis funditus amiserit,intantū vt peruersa natura rerum bonum quidem malum arbitretur,& malum bonum. Et istud est etiam quod voluit Philosophus in d.c.12.dicens: Similes autem & incontinens & intemperatus alteri quidem existentes, vtriq; autem corporalia delectabilia psequuntur:sed hic quid esset existimans oportere,hic autē non existimans.Et de temperantia & continentia vide glossam notabilem in Clementina ad nostrum,de hæreticis.vbi glossa declarat quæ sint virtutes purgatoriæ,inter quas eriam continentia est,si ponderabis quæ ibi dicit glossa.† Nam ibi dicit, ꝙ om-

25 nes virtutes, quæ sunt in homine nondum purgato à passionū insultibus,dicuntur purgatoriæ,quasi non sint hominum summè perfectorum:sed ad id toto conatu tendentium. Et consequenter continentia est virtus purgatoria,ex quo habet prauas concupiscentias,& insultus passionum:& ideo propriè loquendo,non est virtus,vt dictum est. Et exemplificat glossa præmissa in eo,qui modificat delegationes exercentes in cibis & venereis:& ipsam continentiam exercere debemus *in quibus*cunq; dispositionibus nostris temperando actus & *volūtates nostras*. l.Item quæritur.in principio,cum sua glossa.& §.si magister.ff.locati.& l.j.ff. de dona.inter vir.& vxo.

Et ita faciendo testimonium honestæ vitæ & probitatis animi ostenditur,vt dicit tex.in.l.2.C.de his,qui veniam ætatis impetrauerunt.Et de hac continentia vide etiam textum in c.quisquis.41.distinc. ibi:non enim propterea vobis continentiores sunt &c.& 44.dist.in c.cùm videat.

26 Et adde † ꝙ crudelior hostis, quem habeat continentia, est amor libidinosus,vt dicit tex. in §.illud. uersi. sed nihil.in auth: quibus modis naturales efficiantur legitimi.dicens, nihil esse furore amoris vehementius.Et ideo dicit ibi glossa,ꝙ amorosi dicuntur furiosi. Et subiicit ibi text. ꝙ proptetea ad resistendū opus est magno Philosophiæ suffragio contra insilientem,& inhærentem concupiscentiam.

Adde,ꝙ ita fecit beatus Benedictus,vt legitur in secūdo Dialogorum.Nam insultus carnalis tentationis repressit proiicien do se inter vrticas & spinas.

Et subiicit glossa in dicta Clementina ad nostrum. ꝙ *Hieremias*,& Ioan.Bapt.qui fuerunt in vtero sanctificati, *fm* Theologos:tamen habuerunt fomitem inclinantem ad venialia, nō ad mortalia,& contra tales insultus bellauerunt.Et differentia quam supra posui inter continentiam & temperantiam, proba tur in c.quod dicit.41.dist.

Ex præmissis infero,ꝙ quemadmodum in arte militari opus est studio solerti ad intelligendum & præsentiendum hostes. Hinc solemus acerrimos canes nutrire,vt obsidentium aduentum latratu testentur, sicut & Romani apud arcem Capitolinam anseres statuerant, quorum clamore à Gallorum insidiis exempti fuerunt. Ita in hoc bellico sudore, de quo hic agimus, opus est studio,quo intelligentiam, scientiam, & sapientiam nanciscantur, quæ voluptates & carnalia nostra desideria inducant.

Item apud duces belli militaris opus est prudentia, & arte, vt legitur apud Vegetium in lib.3.de re militari, ibi: dux vigilans, sobrius,prudens, tanquam de ciuili causa inter partes iudicaturus &c. Hac arte etiam absq; dubio opus est ad perstringēdum & terrendum hostes,vt legitur in d.lib.j.de re militari.Ita etiam in hoc nostro bello summopere est *necessaria* prudentia,& ars,vt supra dixi.

27 † Insuper vti tyro ad *vulneris* suspicionem pallescit, vt inquit Seneca *in lib.de prouidentia*,eò quia terribilis est hominibus conflictus,nisi sit assiduus, vt legitur apud Cassiodorum in lib.tertio Epistolarum.Ita etiam Princeps militiæ nostræ,videlicet continens:quia in hoc certandi genere tyro est,eò quia,vt supra dixi,nondum satis firmus est, nec adhuc præliandi habitum contraxit:ideo talis à prauis concupiscētiis,& passionum insultibus sedulò fatigatur,vt dixi.

Item sicut miles exercitatus audacter cruorem suorum sine timore præstolatur,vt inquit Seneca,vt supra,dicēs,ꝙ audacter veteranus cruorem suum expectat:quia scit se sæpe viciisse post sanguinem, ita quoq; qui per diutinam exercitationem trànsitum fecit ad arbitrium temperantiæ,& cæterarum virtutum, nulla premitur siniſtra concupiscentia, aut dolore quopiam fatigatur,vt præmissa docent.

Postremò, sicut in arte militari ex belli victoria triumphum quis consequitur,vt dicit Imperator in Proœmio Institutionum,ibi:victis hostibus, triumphator magnificus:ita etiam ex victoria præsentis belli trium sereniſſimarum Reginarum cum aliis plerisque splendidiſſimis Nymphis triumphum consequitur.

AR-

Source : BIU Cujas

ARGVMENTVM.

Hoc capite virtutem victricem variè describens eam mediã esse contendit Rogerius.

SVMMARIVM.

1 *Virtus variè à variis definita authoribus.*
2 *Mediocritas in omnibus laudanda.*
3 *Medium id dicitur, quod æqualiter ab vtroque extremorum separatur.*
4 *Legatum in genere si factum sit, quale dari possit.*
5 *Patri quid quæratur in bonis filii.*
6 *Virtus vna aliqua citra reliquas vix haberi potest.*

QVintò ergo videamus de triumpho præmisso, quem quis ex concertatione prȩmisla consequitur, median te organo supremi belli principis, ac militum, & ducum superius annotatorum. Nam, vt dixi, continẽtia cooperante lumine intelligentię, scientiæ, & sapientię, ac consu lentibus prudentia, & arte per exercitationem, diutinam assuetudinem, tres Reginas, videlicet, Temperantiam, Fortitudinẽ, & Iustitiam nanciscitur, ac alias singulas virtutes, de quibus infra. Et quia hic incipimus, & exordimur tractatum Virtutũ moralium, Primò oportet videamus diffinitionẽ in genere, quid sit virtus: demum, de singulis dicemus in specie, incipiẽdo à tribus Reginis, de quibus supra.

1 Et primò *aliqui dicunt*, † ꝙ Virtus est affectio animi cõstãs, quam *communi nomine* habitum vocant.

Cicero verò *in lib.* 2. Rhetoricorum artis veteris, dicit ꝙ Virtus est animi habitus modò consentaneus rationi. Et Boethius in lib. Diuisionum, Virtus est habitus mentis optimus. Seneca verò *in lib.* 6. Epistolarum ad Lucillum, Virtus nihil aliud est quàm recta ratio.

Sed, domini, hæc diffinitio non placet, quia secundùm eam continentia esset virtus, cum per eã recta ratione abstineamus. Dic ergo plenius, ꝙ virtus est habitus animi per assuetudinem acquisitus: vt mediocritatem quandam in affectibus seruet. Et hęc diffinitio satis cõgruit cum diffinitione Philosophi in lib. 2. Ethicorum. c. 5. licèt per alia verba loquatur. Et ideo dixi, habitus animi &c. ad differentiam continentiæ, quæ nõ est habitus. Demum dixi, mediocritatem in affectibus seruet: quia omnes morales virtutes tenent medium inter excessum & defectum, *ſm* Aristotelem in secundo Ethicorum. c. 4. & c. 5. & notatur in
2 c. sępe vitia. vbi etiam glossa, 41. dist. Nec mirum, † quia medius habitus in cunctis laudatur *ſm* Philosophum in 5. Ethicorum. c. 7. & etiam in 2. Ethicorum. c. 5. vbi dicit, ꝙ omnis situs superabundantiam & defectum fugit, medium autem quærit. & in c. 6. etiam dicit, ꝙ medietas est laudanda, extrema autem non re-
3 cta, nec laudabilia sunt. † Et medium dicitur, quod æqualiter di stat ab vtroq; extremorum, vt dicit in d. c. 5. quod declara, vt dixi in l. legato generaliter. ff. de leg. j.

Et hæc eadem mediocritas inter excessum & defectum placet nostris Legislatoribus in §. pen. Instit. qui ma. pos. vel nõ. in §. cùm ex aliena. Instit. de rerum diuisione. in c. quærenti. de offi-
4 cio delegati. Hinc est † ꝙ si fiat legatum in genere, nõ potest dari extremum in excessu vel defectu, sed mediocre, d. l. legato generaliter. Et ideo grossa in c. scientes. extra de censibus. dicit, ꝙ inter opiniones Doctorum semper media via, & opinio, tanq̃ *probabilior*, est sequenda. Et dixi in tractatu de Iuris interpretatione. §. 3. vbi plene vide, quæ opinio sit tenenda in cõflictu opinionum. Similiter: quia extremũ esset, ꝙ testator passim in suo testamento legibus derogaret. l. nemo potest. de leg. j. & etiam extremum esset, ꝙ eius voluntas funditus prosterneretur. l. j. C. de sacrosan. eccle. §. disponat. in auth. de nuptiis. idcirco media via eligitur, quia seruatur voluntas ope exceptionis, vt in d. l. nemo. Quod declara vt ibi dixi. Similiter extremum esset, passim rigorem sectari: extremum etiam esset passim ęquitatem sequi: ideo officio iudicis relinquitur, pro quibus, qualiter, & quando expediat prouidere. De quo dic vt dixi in tractatu de legis potẽtia, in prima parte. §. videamus.

5 † Similiter, ꝙ patri acquiratur aduentitium, in totum esset in humanum, & etiam ꝙ nihil eorum, quæ acquirit filius, acquiratur patri, esset contra debitum honorem paternum: ideo eligitur quædam media via, vt patri acquiratur vsusfructus: & proprietas remaneat filio. §. j. Instit. per quas personas nobis acquiritur. Vides ergo quãtopere in omnibus nostris actionibus mediocritas extollatur tam apud Iurisconsultos, q̃ apud Philosophos. Et antè, q̃ specificè veniam ad tractatum virtutum: vnum
6 non omitto, † ꝙ non potest etiam quis habere vnam virtutẽ sine alia: quia qui vna caret, omnibus caret. Vide textum cum glossa in c. nisi quippe. de renunciatione. Et dicit glossa in c. vbi sana. 24. q. j. ꝙ oẽs virtutes patiũtur detrimentum ab vno vitio.

ARGVMENTVM.

Temperãtiam inter extrema definit, varia adulteriorum genera pęnasque declarans.

SVMMARIVM.

1 *Temperantia circa quæ versari soleat. & nu.* 3.
2 *Temperatus quis propriè dicatur.*
4 *Temperantia inter eneruatorum luxuriam & pecudum insensibilitatem medias tenet.*
5 *Adulterium qualiter puniendum, & qualiter stuprum.*
6 *Mulier in dubio seducta præsumitur à viro.*
7 *Mulier stuprum committens cum seruo proprio capitaliter punitur.*
8 *Tutor si rem habuerit cum pupilla sua, deportari debet, & bona ipsius publicari.*

1 TEmpestiuum est ergo, vt veniamus ad primam Reginã, videlicet, Temperantiam. Et debes scire, † ꝙ *ſm* Philosophos morales Temperãtia versatur in his, in quibus continentia, & ècontrario: sed differũt in habitu, vt dixi in §. præcedenti. Et licèt strictè tẽperantia & continentia sint circa corporales delectationes, videlicet in abstinendo ab ipsis corporalibus delectationibus. c. tuæ. & c. discretionem. de eo, q̃ cognouit consanguineam vxoris suæ. c. fraternitatis. extra de frigidis. tamen dico, ꝙ continentia & temperantia, largè sumpto vocabulo, versantur in refrænando quoscunq; actus & voluptates nostras etiam extra corpori delectabilia. Item quęrit. in principio, cum sua glossa. & §. si magistro. ff. locati. l. j. ff. de donat. inter virum & vxorem. Et dicit Philosophus in 3. Ethicorũ.
2 c. 3. ꝙ † qui recedit à corporalibus voluptatibus, & hoc ipso gaudet, temperatus est: qui autem tristatur, intemperatus est. Quasi dicat, ꝙ licèt quis cum tristitia & dolore millies abstineret à iucũditate sensuum indebita, & à corporalibus delectationibus, & voluptatibus: non tamen dicitur temperatus, donec tandiu hoc egerit, vt amplius abstinendo non doleat. Et attende, quia ego supra, dum feci continentiam Principẽ belli nostri, assumpsi verbum largè, & generaliter, non strictè.

Et diffinitur temperantia apud Ciceronem in lib. 2. Rhetorum artis veteris, Temperantia est rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi firma & recta, & moderata donatio.

Alibi Aristoteles diffinit, Tẽperantia est virtus, propter quã ad delectationes corporales ita se habẽt singuli, vt lex prȩcipit.

Et adde diffinitionem continentiæ, quam posui in §. præcedenti. Proprius ergo loquendo, temperantia versatur circa eas voluptates, quæ nobis communes sunt cum cæteris animantibus, secundùm Aristotelem in 3. Ethicorum. c. 10. Licet ergo medium inter excessum, & defectum in affectibus nobis communibus cum omnibus animantibus.

3 † Ex quo infero, ꝙ in bibendo, comedendo, ac coeundo est dare excessum & defectum, quia, vt inquit Cecero in lib. de Senectute, tantùm cibi & potionis adhibendum est, vt vires reficiantur, non opprimantur. Et de temperantia circa alimẽta necessaria, vide textum notabilem in c. quisquis. & in c. deliciæ. & in c. quod dicit dñs. 41. dist. facit. c. si quis eorum. & c. si quis dereliquerit. 30. distinctione. in quibus iuribus patet de excessu & defectu in viuendo.

Infero etiam ex præmissis, ꝙ aliquando non coire in vitio reponitur: quia aliàs non esset dare defectum in temperantia, & sic non reflideret in mediocritate inter excessum & defectum.
4 Et ideo Papias Vocabulista in verbo, virtutes, dicit, † ꝙ temperantia tenet medium inter luxuriam eneruatorum, & insensibilitatem pecudum. Vnde etiam leges talem excessum & defectum deprauant; quia altero coniugum exigente debitum carnis tenetur, & compellitur alter persoluere. c. 2. de coniugio leprosorum. c. tuæ. de eo qui cognouit consanguineã vxoris suæ. c. si qua mulier. & c. si quis nuptias. 30. dist. & ideo si sit talis, qui, causante frigiditate, non potest reddere debitum carnis, potest mulier petere separationem, vt alteri nubat. c. j. & per totum extra de frigidis & maleficiatis.

Excessus etiam citra dubium à lege damnatur: quia pro adulterio damnatus masculus vltore ferro, & sic pęna capitis plecti tur. l. quamuis 2. in fi. C. de adulteriis. §. item lex. Insti. de publicis iudiciis. Fęmina verò clauditur verberata in monasterio, & alia patitur, de quibus in auth. sed hodie. C. de adulteriis.

5 † Si verò non est adulterium, sed stuprum committitur, tunc si per vim in renuẽtem, punitur adhuc pęna capitis, vt habetur in l. fędissimam. C. de adulteriis. Si verò committatur raptus, q̃ dicitur committi, etiamsi puella consentiente, puta si tibi scholari consentiat vt eam reducas in bibliothecam, vel in alium locum; quia pur tunc infertur violentia parentibus. Casus est in c. de raptoribus. 36. q. j. & idem si parentes ignorarent, vel non erant superstites: quia non potest se raptui exponere. l. liber homo. cum similibus. ff. ad legem Aquiliam. Itẽ præsumitur puella fuisse decepta: vnde consensus ille præsumitur extortus. Ad quod vide glossam in c. scienti. de reg. iur. lib. 6. Ita formaliter dicit Panor. in c. cum causa. de rapto. & adde Io. Fab. in l. vnica. C.
6 de rapto. virg. † qui dicit in dubio mulierem prȩsumi seductam à viro, nisi vir probet contrarium: quod etiam firmauit Panor. in c. j. de adulteriis. & videtur expressum in d. l. j. vbi dicit, ꝙ nisi essent insidię homini, tantum facinus non perpetraretur. Subiicit ob hoc, ꝙ siue volentibus, siue etiam nolentibus, mulierib. hoc fiat, est pœna capitalis. Quod declara, vt latius dixi in tractatu

ctatu statutorum, in titulo de declaratio. exposit. §. attingamus. versicu. decimoquinto.

7 † Cessante verò vi, vel raptu, si cõmittatur stuprum cum seruo proprio, adhuc est pęna capitalis in muliere, & seruus igne concrematur. C. de mulieribus, quæ se propriis seruis &c. l. j. Quod Angelus Aretinus in tractatu maleficiorum, in verbo, che hai adulterata la mia donna, dicit esse notandum propter istas maledictas mulieres, maximè viduas luxuriosas, quæ seruis vel familiaribus propris se immiscent, vt meritò decapitari debeant. Et sic videtur extendere legem prædictam loquentẽ de seruis ad familiares, quod non credo esse verum, cùm sit pęnalis & exorbitans, per ea quæ dixi in tractatu de iuris interpretatione. §. 6 & §. 7.

Si verò tutor defloraverit eam puellam, quam habuit sub tutela sua, debet deportari, & bona sua publicantur. l. j. C. si quis eam cuius tutor &c. In alijs verò personis extra istas personas, si stuprum committatur cum masculis, est pęna capitalis. l. cùm vir nubit in fœminam. C. de adulteriis. & §. item lex Iulia. Insti. de publicis iudiciis.

Idem si fęmina cum fęmina. d. l. fędissimam. & ibi glossa, & Salic. Idem dicit Angelus Areti. si Agens esset mulier cum masculis: quia eadem est ratio, & sic esset pęna capitalis. Si verò stuprum debito modo committatur inter masculũ & fœminam, tunc in inferente, si sit honesta persona, pęna est confiscatio dimidiæ partis bonorum. Si humilis, relegatur cum corporis coerctione, d. §. Item lex Iulia.

ARGVMENTVM.

Fortitudini definitæ spectandum timorem, illiusque extrema subiicit Constantius.

SVMMARIVM.

1 *Fortitudo quid sit Ciceroni.*
2 *Timor & audacia ferè semper in malam partem capi solent.*
3 *Audacia nonnunquam in meliorem sumitur partem.*
4 *Fortitudinis partes quæ sint.*
5 *Fortitudo virorum propriè est, non mulierum.*
6 *Timor vanus non est curę legibus.*
7 *Metui minori, quàm mortis, quibus succurratur remediis.*
8 *Audacia inconsulta legibus improbatur.*
9 *Dolus non necessariò includitur in temeritate.*

1 DE Fortitudine autem, quę est secunda Regina, quam ex victoria belli præfati consequimur, dicendum est & de suis extremis: & diffinitur Fortitudo per Ciceronem in lib. 3. Rhetoricorum artis nouæ, † Fortitudo est rerum magnarum appetitio, & rerum humiliũ contemptio, & laboris cum vtilitatis ratione perfectio. Et ista fortitudo tenet medium inter timorem & audaciam, fm Aristotelẽ in lib. 2. Ethic. c. 6. Et de ista fortitudine tractat Imperator noster in auth. vt omnes obediant iudici. prouinc. circa principium.

Et dicit, ꝙ aliqui hanc virtutem solùm constituũt in armis, & sic fm hoc esset mediocritas inter timorem, & inconsultam audaciam in re militari. Sed tu latius intellige, vt infra dicam. Et
2 ex dicto Philosophi, vbi supra, colligo, † ꝙ audacia, & timor sumuntur in malam partem. Et de timore, ꝙ sumatur in malam partem, probo vltra Philosophum, in c. qui ex timore. extra de reg. iur. vbi Papa reputat nõ factũ, qđ timidè, seu cũ timore fit.

Et addo bonum textum, 23. q. 6. §. ex his. vbi dicitur, ꝙ timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Filialis tamen timor bonus est, & potens introducere charitatem: vt notatur per glossam in d. c. qui ex timore.

De Audacia etiam, ꝙ sumatur in malam partem vtplurimum, patet ex l. si quis in tantam. C. vnde vi. & ex l. si quis nõ dicam rapere. C. de Episcopis & clericis. & ex. c. eum qui. de præbendis. lib. 6. cum similibus.

3 † Quandoq; tamen audacia sumitur in bonam partem. l. Gallus. §. nunc videndum. ff. de liber. & posth. & ita etiam timor.

Et circa Fortitudinem, vide quod dicit Tullius in lib. 2. Rhe-
4 toricorum artis veteris, dicens, † ꝙ Fortitudinis partes sunt fiducia, patientia, & perseuerantia. Et bene; quia fortitudo vim suã exercet in tolerando aspera, & infortunia accidentia, & in non gloriando de rebus secundis, vt dicit Ambrosius in lib. j. de offiiis, dicens, Est fortis, qui se in dolore aliquo consolatur. Re vera in re ea fortitudo vocatur, quando vnusquisq; seipsum vincit, iram continet, nullis illecebris emolitur, atq; inflectitur, nõ aduersis perturbatur, nec extollitur secundis. Et Seneca lib. 14. Epistolarum, Non affligitur sapiens liberorum amissione, non amicorum: eodem enim animo fert illorum mortem, quo suam expectat.

Et idem Seneca in lib. de Consolatione ad Ediam matrem, Nec secunda sapientem euehunt, nec aduersa demittunt.

Et idem Seneca de Consolatione ad Paulicinam, Quid tam humile, & muliebre est quàm finiẽdum se dolori committere? Nihil tam acerbũ est, in quo nõ ęquus animus solatiũ inueniat.

Idem Seneca in lib. de Prouidentia. Ignis aurum probat, miseria fortes viros. Idem Seneca in lib. Medea. c. 3. Fortuna fortes metuit, inanes præmit, fortuna opes, non animum auferre põt. Et istud est quod etiam voluit Cicero in lib. 6. Rhetorico rum artis nouæ, Et non multũ potest obesse fortuna, qui sibi firmius in virtute, quàm in casu præsidium collocauit.

5 † Ex præmissis patet, hanc fortitudinis virtutem propriè virorum esse, non mulierum: quia mulier dicitur à mollicie.

Et ideo Salomon in lib. Prouerb. Mulierem fortem quis inueniet? Et, vt dixi hæc præclara virtus est inter timorem, & audaciam. Et ideo dicit Philosophus in 2. Ethicorum. c. 2. Qui enim omnia timet, & fugit, & nihil sustinet, timidus efficitur: & qui nihil omnino timet, sed ad omnia vadit, audax est.

Et paulò post subiicit, Corrumpitur enim temperãtia, & fortitudo à superabundantia & defectu. Deinde postea subiicit, Assueti enim contemnere terribilia, & sustinere ipsa, efficiuntur fortes, & effecti maximè poterimus sustinere terribilia. Deinde paulò post subiicit, Qui sustinet pericula, & gaudet, fortis est: q autem tristatur, timidus est. Damnant enim Philosophi timorem, & audaciam, tanquam extrema ad fortitudinem. Et bene, quia & leges nostræ hæc ipsa damnant, vt patet ex iuribus, quæ supra allegaui ad hoc.

6 † Addo, hinc est, ꝙ de vano timore non currant leges. l. si qs ab alio. ff. de re iudicata. Et ideo ratione vani timoris non dant leges actionem quod metus causa: sed requiritur metus mortis, vel cruciatus corporis, q cadat in constantẽ virum. l. metum. 3. ff. quod metus causa. c. veniens. & c. consultationi. in fi. extra de sponsalib. & ideo pro minis & iactationibus etiam à potentioribus illatis, nõ simpliciter datur actio quod metus cã. quasi nõ sit iustus timor, nisi fm distinctionem, quam posui in tractatu de contractibus veti. in 38. combinatione.

7 † Succurrunt tamẽ leges pro minori metu, q̃ mortis vel cruciatus corporis, aliis remediis, puta per officium Iudicis, vt notatur in l. interpositas. per gl. & Doctores. C. de trãsactionibus. & est gl. clarior in c. cùm dilectus. extra quod metus causa. quod prosequere, vt latius dixi in dicta 38. combinatione.

Similiter propter timorem nunciantis nõ iactum lapilli, sed simplici verbo amittitur possessio. l. j. § in operis. & ibi glossa. ff. de ope. no. nunc. Quod an sit verum, dic vt ibi dixi. Et ꝙ timor vanus, tanquam superstitiosus, sit fugiendus, vult Iurisc. Vlp. in l. quæ sub conditione. ff. de conditionibus instit. ibi: alii per quam timidi metu diuini numinis vsq; ad superstitionem &c.

8 † De audacia etiam inconsulta, quę est aliud extremũ ad fortitudinem, ꝙ sit à legibus improbata patet ex d. l. si quis in tantam. & ex l. si quis non dicam. & aliis iuribus præallegatis. ¶ Et ex omnibus iuribus improbantibus temeritatem, vt est. l. eum, quẽ temere. ff. de iudiciis. & toto tit. Insti. de pęna temere litigantiũ. vbi vndiq; temeritatem puniri, & prę̃sertim eos, qui temerè vocant in ius sine venia eos, quibus debetur reuerentia: de quibus in §. fi. in d. §. tit. de pęna temerè litigantium. & in l. generaliter. ff. de in ius voc. contra quos pęna statuitur 50. aureorum. & an habeat locum in quocunq; subdito vocante in ius superiorem, idem & in leuato de baptismo vocante leuãtem, & sic patrinũ suum, vel in eo qui vocat patrem suum spiritualem, qui audiuit eum in confessione, vide Doct. de his omnibus in l. rei iudicatę. §. socero. ff. sol. mat. & per Ang. in d. l. generaliter.

9 Et aduerte, † quia temeritas necessariò nõ *includit dolũ*. Casus est in l. j. §. quæri potest. ff. ad Turpilianum. 2. q. 3. notandum. Et ideo concludunt Doct. in c. finẽ litibus. de dolo & contumacia. & Bar. in l. qui solidum. §. etiã. ff. de leg. 2. & vbiq; ꝙ quis condemnetur in expensis propter temeritatem *litigandi*, d. l. eum, quem temere. & ꝙñr non exigitur dolus, vel calũnia: ideo non euitabit quis condemnationem expẽsarum: quia careat dolo, vtpote quia iurauit de calumnia: licèt contrarium tenuerit gl. & malè in d. c. finẽ litibus. & in d. §. *etiam. quia licèt* tale iuramẽtum excusat à calumnia, non tamen excusat à temeritate

ARGVMENTVM.

Iustitiam vniuersalem cæterarum virtutum genus variè definit Rogerius.

SVMMARIVM.

Virtus vna omnium rerum est perfectissima.
1 *Iustitia quid sit Aristoteli, quid item Ciceroni. & nu. 2.*

3 DE tertia prę̃clariori Regina, hoc est, Iustitia, quam ex bello prę̃libato nanciscimur, congruit tractare quid sit & de eius extremis. Et breuiter Philosophus in 5. Ethicorum. c. 4. dicit † ꝙ Iustitia est habitus, secun-
1 dùm quem iustus dicitur operatiuus fm electionem iusti, & distributiuus: & ipsi ad alium, & alteri ad alterum non sic, vt eligibilis quidem plus ipsi, minus autem proximo, nociuus autem è contrario, sed ęqualis eius, quod secundùm proportionalitatẽ: similiter autem & alii ad alium.

In noua verò trãslatione domini Leonardi sic diffinitur, Iustitia quidem est, per quam iustus dicitur iusti. operatur secundùm electionem ac tributor sibi ad alium, & alii ad aliũ, nõ sic vt commodi quidem plus sibi, minus proximo: incõmodis verò contra, sed æquum secundùm proportionẽ, eodemq; modo

alii ad

Source : BIU Cujas

2 alij ad alium Cicero verò in lib.3. Rhetoricorum artis nouæ, dicit, † ꝙ iuſtitia eſt æquitas ius vnicuique rei tribuens pro dignitate cuiuſq;. Idem Cicero lib.2.Rhetoricorum artis veteris c.nono.dicit,ꝙ iuſtitia eſt habitus animi communi vtilitate conſeruata,ſuam cuique tribuens dignitatem. Iuriſconſultus autem noſter Vlpianus in l.iuſtitia.ff.de iuſtit.& iure dicit, ꝙ iuſtitia eſt conſtans,& perpetua voluntas vnicuique ius ſuũ tribuens. Et eodem modo diffinit Imperator in Inſtit.de iuſti. & iure,in princ. Et ſubijcit Philoſophus in d.lib.5.Ethicorum. in cap.1.ꝙ in iuſtitia ſimul omnis virtus eſt: quoniam perfectè virtutis vſus eſt,perfecta autem eſt,quoniam habens ipſam, & ad alterum poteſt virtute vti, non ſolùm ad ſeipſum : multi.n. improprius virtute vti pñt in his,quæ ad alterum nõ poſſunt. Deinde paulò poſt dicit, Optimus autem, non qui ad ſeipſum virtute vtitur,ſed qui ad alterum.hoc.n.opus difficile. Hęc igitur iuſtitia non pars virtutis,ſed tota virtus eſt. Et è contrario, iniuſtitia non pars malitiæ, ſed tota malitia eſt. Iſta ſunt verba formalia Philoſophi.

Et,domini,dico ꝙ nihil aliud voluit Imperator noſter in authentico vt omnes obediant Iudicib.prouincię.in princ.dicẽs,
3 † vnam quidem eſſe omnium perfectiſſimam virtutem arbitrandum eſt *omnibus hominib.*quę iura omnib.diſtribuit.hęc eſt ex *cauſa cognominata* iuſtitia. Deinde ſubijcit, alias virtutes *nihil* ſine hac valere.

Adde tñ ꝙ prædicta vera, inquantum loquimur de iuſtitia vniuerſali:quia debes ſcire,ꝙ habemus quãdam aliam iuſtitiã ſingularem,quæ eſt in ęquitate repoſita,& quæ non plus laudis *habet*,q̃ vna cęterarum virtutum.Et de hac plenè tractaui in tractatu de legis potentia in prima parte,in §.circa.vbi oĩno vide,qa eſt valde vtilis & quotidiana materia, vt patet ex his quæ ibi dixi.

ARGVMENTVM.

Iuſtitiæ extrema,quidque in eis ſpectandum ſit, docet.

SVMMARIVM.

1 *Iuſtitia quæ ſint extrema.*
2 *Iudex,ſeu iuſtitiæ miniſter qualis eſſe debeat.*
3 *Multitudine in delicto exiſtente,iudicis quæ ſint partes.*
4 *Lucra turpia legibus improbantur.*
5 *Victualia multa fertilitatis tempore licet emere,vt vendantur ſterilitate vrgente.*
6 *Vſurarij diabolici qui dicantur.*
7 *Damnum dare non dicitur,qui re aliena ad uſum deſtinatum vtitur.*
8 *Actio legis Aquiliæ pro damno ex culpa leuiſſima dato competit.*

1 NVNC videamus de extremis Iuſtitiæ.& reperio ꝙ Philoſophus in 5.Ethic.c.ſecundo.dicit, † ꝙ extrema iuſtitiæ ſunt lucra & damna, dicens formaliter:iuſtum utiq; erit medium damni & lucri.Et propè finem illius capituli ſubijcit,Plus qdem.n.habere,q̃ quæ ſuijpſius lucrari dr̃,minus aũt his quæ ex principio damnificari puta in uendere & emere, & in quantis *alijs licentiam dedit* lex.Iſta ſunt uerba formalia. Extrema uerò particularis iuſtitiæ in æqtate repoſitæ poſui in d.§.circa.

2 † Adde etiã,ꝙ miniſter iuſtitiæ,hoc eſt,Iudex, debet in exercitio iuſtitiæ medium tenere inter nimiam ſeueritatem, & exceſſiuam benignitatem,ut dicit notabiliter iuriſconſultus in l. obſeruandum.ff.de officio Præſidis. dicens, eum non debere excandeſcere aduerſus eos,quos malos putat,nec ẽt precib.calamitoſorum illachrymari oportet. Debet.n.ex ſeueritate, & miſericordia facere quoddam temperamentum, ut dicit Gregorius in Paſtorali.c.18.& probatur in c.fi.extra de trãſactionib.& in c.ſæpe vitia.41.diſt.ubi ẽt glo.dicit,ꝙ crudelitas,& remiſſio ſunt extrema ad iuſtitiam,ſeu ſunt oppoſita iuſtitiæ, & pietati.Et eſt rõ,qa iuſtitia ſine miſericordia crudelitas eſt, ſm Senecam in libro de Clementia. Et adde bonum text. pro inſtructione Iudicum in c.magnæ.extra de uoto.

3 † Item debet bene conſiderare,an multitudo ſit in delicto: quo caſu principaliores ſunt puniendi ſm iuris ſeueritatem: non autem alij.c.latores.de clerico excõmunicato miniſtrãte, quod eſt bene notandum ſecundum Panorm. ibi : quia ſæpe occurrit in proditionibus: & ſi immineret ſcandalum, debet ſeueritati detrahere.d.c.fi.& notatur in d.c.latores.& alia multa bona uide,q̃ dixi ad inſtructionem iudicum in d.§.circa.

Redeo ad extrema iuſtitiæ, quæ ponit Philoſophus, uidelicet lucra & damna indebita,quæ etiam a iure noſtro improbã
4 tur.† Nam turpia lucra abhorrent leges: puta qñ quis tẽpore meſſium,uel uindemiarum emit granum,uel uinũ, ut poſtea carius uendat.c.quicunq;.4.q.4. & ideo in iudicio animæ tanquam malè acquiſitum tenetur erogare in pauperes, ſm Gofredum in titulo de uſuris.§.quid de his. ſicut ẽt notanter dicit Hoſtien.in c.cùm ſit.de iudæ.in acquiſitis per excommunicatos tempore excommunicationis negotiantes, quia debent diſtribuere in paupere s:qa negotiati tũ c ĩterdicit eis. Panor. ibi vr̃ dubitare de hoc,p c.fi.de ſimo.ubi patet,ꝙ illicitè acqſitũ ſine alterius calũnia nõ ſubiacet reſtõni. qđ ẽt uult Inno.in c qa pleriq;.de ĩmun.eccle.tñ Panor.poſt gl.circa fi.apparatus vr̃ reſidere cũ opin.Hoſt. Attẽde tñ,ne decipiaris,qa Innoc.in
5 c.j.ne clerici vel monachi.tenet † ꝙ licitũ ſit unicuiq; tpe fertilitatis emere multa victualia,ut poſtea tpe famis abundet,ut fecit Ioſeph,& nedũ p ſe,ſed ẽt vendat pcio eodẽ, quo ab alijs ut uẽdit.Et ꝙ hoc faciat ad finẽ,ne ĩ terra ſua victualia đficiãt.

Cæterùm ſi emãt,ut carius uẽdãt, nulla utilitate pẽſata, tũc grauiter peccãt ſm Inno.& mortaliter ſm Panor.ibi, q̃ hęc dicta Inno.ſeq̃t.Et ita intelligit Innoc.dictũ c.q̃cunq;. qđ eſt bñ notandum.Et quæ ſint turpia,& illicita lucra, uide pulchrè p Inno.& Doct.in d.c.plerique.Et de lucris habitis ex ludo,dicã j̃.circa uirtutẽ,q̃ uocaẽ Eutrapelia. Et j̃ mercatores, q in uno loco emũt aliqd,ut inde in eodẽ loco carius uẽdãt,qa turpiter agũt.Vide Cald.& Panor.in c.fi.de uſur. & declara, ut dixi in tract.ſtatutorũ,in tit.de declara.expo.§.attingam⁹. verſi.47.& 48.quod eſt notandũ,& j̃ eos,q carius uẽdunt ad credẽtiã, q̃ ad pecuniã numeratã,uide tex.cũ gl.in c.fi.de uſur.& Panorm. in c.ad noſtram.de empt.& uendi.

6 † Et de mutuãtib.pecunias ſup officijs, qa ſunt vſurarij diabolici,& tenent reſtituere oẽ lucrũ factũ ex officio, dixi in l.ſi ſeruus legatus.§.Aufidius.ff.de lega.j. Si uerò nõ mutuant, ſed emũt officia ſpũalia,cõmittunt ſimoniã.c.j.& ij. ne Pręlati uices ſuas. Si uerò emĩt iuriſdictio tpalis,adhuc eſt turpe lucrũ, ſm Innn.& Butrigariũ ibi.Circa aliud extremũ ad iuſtitiã, qđ eſt dãnũ ſm Ariſt.diſponũt ẽt leges noſtræ, ut patet in toto titulo ad legem Aquiliam.

7 † Aduerte tñ,qa dico,ꝙ uti re aliena ad uſum deſtinatũ, putà uinum bibẽdo,non eſt dãnũ dare.l.q occidit.§.ſi qs alienũ. ff.ad leg.Aqliã.qđ notat ibi Floria.ad ſtatuta quaſi dãnũ dãtes, ut nõ includãt comedẽtes uuas,uel bladũ, aut uinũ bibẽtes.

Adde ꝙ multò minus dr̃ iniuriã facere:ut probat ille text⁹.

Addo ẽt,ꝙ qs debet patiẽter tolerare modicũ dãnũ ex opere,qđ fit p uicinũ pp faciẽtis magnã utilitatẽ tex.eſt notab.cũ gl.in l.j.§.ſunt q putẽt.ff.ne qd in lo.publ.& uide Bart.in repet. l.quò minus.ff.de fluminib.in 11.qõne.

Et iõ,tũc põt ſpni nũtiatio noui opis, ſm Bar.ĩ l.de pupillo. §.ſi qs riuos.ff de oper.noui nũci. An aũt qs poſſit retinere beſtiã in ſuo dãno dãtẽ uſq; ad ſatisfactionẽ dãni, Bar.in l.pen.ff. de incẽd.rui.& nauf.dicit,ꝙ non.Et alleg p caſu.l.Quintus.§. Põponius.ff.ad leg.Aqliã p quã legẽ idẽ tenet glo.in c.ſi læſerit.extra đ iniur.Sed lo.And.ibi:dicit,ꝙ j̃riũ ſeruaẽ apud nos. Quid de alia re,puta qñ dãnũ dãs aliqd diuiſit,uide tex.cũ Bar. in l.pẽtor ait.aliàs incipit,hoc amplius.§.de his. verſi Neratius. ff.de dã.infe.Et adde Bar.in l.reqrẽdi.C.de ſer.fugi. q dicit p Ri
8 chardo,ꝙ pt retinere,donec ſciat cuius eſt † Et no.ꝙ ẽt p dãno dato ex leuiſſima culpa cõpetit actio leg.Aqlię.l.ĩ lege Aqlia.§.ẽt leuiſſima.ff.ad leg.Aql. An aũt cõpetat p dãno dato ex negligẽtia.uide tex.notab.cũ ſua gl.in l.ſi cuius.aliàs, ſi uſusfructus.§.deniq;.ff.de uſufructu.de quo dic, ut plenè dixi in l.ſi mora.ff.ſol.mat.An aũt in foro ꝫſciæ qs teneaẽ reſarcire dãnũ datũ alicui pp ſui negligẽtiã,dixi in tracta.ſtatutorũ,in titu.de reſtricta ſtatu.interpret.§.videamus.uerſ.q̃ro,an ſtatutũ.Et adde,q̃ dixi in rub.ff.de acqr.hæred.Itẽ qñ plures dant dãnum,an vnus teneaẽ p facto alterius,dixi plenè in d.§.uideam⁹.uerſi.q̃ro,pone ẽ ſtatutũ. Quid aũt ſi culpa,aut odio alicuius ſit mihi dãnũ datũ,an poſsũ agere j̃ eũ,ut mihi reſtituat,dixi plenè in l.2.§.item ſi in facto.ff.de uerb.oblig.

ARGVMENTVM.

Mãſuetudinis extrema,& iracũdi actus qñ aut teneãt,aut liceãt,ſcribit.Liberalitatẽ ſuadet eius extrema ſubijciens: quidque in his obſeruandum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Manſuetudo quid,& quæ ipſius extrema.*
2 *Manſuetus quis verè dicendus.*
3 *Ira quid operetur in homine.*
4 *Votum an teneat impulſu aliquo,ſeu calore iracundiæ emiſſum. Confeſſio quibus non præiudicet caſibus.*
5 *Hæredes nõ vlciſcentes necem teſtatoris,priuantur commodo hæreditatis.*
6 *Vindictam per ſe ſumere quando liceat ſine Iudice.*
7 *Occidere licet eum,qui mortem minatur.*
8 *Rancorem animi quiuis remittere tenetur.*
9 *Liberalitas in quo conſiſtat Ariſtoteli.*
10 *Auaritia quid operetur,& quid largitas.*
11 *Liberalitas in quos maximè exercenda.*
12 *Peccatori etiam largiendum quandoque naturæ,non malitiæ gratia.*
13 *Liberalitas quid propriè dicatur.*
14 *Liberalitatis quæ ſint extrema.*
15 *Prodigo datur curator a lege,tanquam dementi,& furioſo.*
16 *Fatuus & demens probatur quis ex adminiſtratione prodiga.*
17 *Seruitutes diſcontinuæ quanto præſcribantur tempore.*
18 *Prodigus delinquens in omittendo non obligatur.*

DISCV-

Source : BIU Cujas

Conſtan. Rogerij. De ſummo bono.

DISCVTIAMVS nunc, & declaremus domicellas Reginarum de quibus ſupra: & incipiamus a manſuetudine, quæ vlciſcendi cupiditati reſiſtit: & quia iam plenè dictum eſt, ꝙ oīs virtus tenet mediū inter exceſſum, & defectū, oportet videre iſta extrema māſuetudinis.

1 † Nam iracundia eſt exceſſus: defectus verò eſt ſæuities. Iracundi enim, ut inquit Philoſophus in quarto Ethicorum. c. ſeptimo. celeriter iraſcuntur, & quibus non oportet, & pro quibus non oportet, & magis quàm oportet: ſed citò deſiſtunt: quod in ipſis opportunum eſt. Si quis verò eſt, qui pro quibus oportet, & contra quos oportet, non iraſcitur: videtur enim nec ſentire, nec dolere, nec reſiſtere. Seruile verò eſt paſſim cō tumelias perferre, & ſuos negligere, ſecundùm Philoſophum vbi ſupra.

2 Subijcit † quòd qui pro quibus oportet, & cōtra quos oportet, & quando, & quanto tempore oportet, iraſcitur, manſuetus eſt, & laudandus. Ira ergo aliquando virtus eſt, & laudabilis: & non iraſci, in vitio reponitur: &, vt inquit Aretinus in Iſagogico morali, videtur nec ſenſum, nec mentem habere, cui viſus adeò hebes, & diſſolutus eſt, vt nec doleat, nec grauiter ferat cùm patriæ, cùm parentibus, cùm filijs, cùm cæteris, quos chariſſimos eſſe habere debemus contumeliæ inferuntur.

Probemus hæc per iura: primò de manſuetudine habes textum in c. ſunt nanque. quadrageſimaſexta diſtinctione. & ibi etiam ponūtur exceſſus, & defectus manſuetudinis, de quibus ſupra. & ibi vide verba aurea. Et de exceſſu, videlicet, de iracundia, vide textum in c. relatum. in fine quinta quæſtione 2. vbi dicitur, ꝙ ira impedit diſcretionem. De quo vide textum
3 cum gloſſa in c. ſunt, qui opes. decimaſeptima q. 4. † Tempore enim iræ non diſcernit homo quod iuſtum eſt: immo putat eſſe iuſtum, quod facit. c. illa propoſitorū. & c. ira. 11. quæſtione tertia. Ideo lex ſtatuit non valere diſpoſitionem tempore iracundiæ factam. l. quicquid calore. ff. de regulis iuris.

Et ideo dicit ibi Bartolus, quòd ſi conſanguineus tuus in aliquo venerit contra te, propter quod vendidiſti alicui, vel donaſti bona tua, non valebit. Et vide legem Licitatio. in principio. ff. de publica. & per Imolam in c. fina. de donationibus. Quod verum fortè, niſi ex iracundia donaſſet eccleſiæ: quia valeret, dummodo relinquant legitimam filijs. Gloſſa eſt in c. ſi quis iraſcitur. decimatertia quæſtione ſecunda. de quo vide textum notabilem in d. c. ſunt qui opes.

4 † An autem valeat votum emiſſum aliquo impulſu animi, ſeu calore, gloſſa in dicto c. ſunt qui tenet, ꝙ ſic. Sed gloſſam reperio contrariam in c. dudum. de conuerſione coniugatorum. Sed ꝛcorda, ut dixi in tractatu de contractibus vetitis. trigeſimaquinta combinatione.

Et nota bene etiam gloſſam in c. ex literis. de diuortijs, quæ dicit, ꝙ confeſſio facta calore iracundiæ non præiudicat: niſi detur perſeuerantia. Idem dico, ſi ſit facta incidenter ad aliud, ſeu enuntiatiuè, quantumcunque in præſentia partis, caſus eſt, quem perpetuò nota, in c. fi. de ſucceſſ. ab inteſtato.

Sæuities verò, ſeu defectus in vlciſcendo, quod etiam a iure improbetur, & puniatur, habes caſum in l. prima. C. de his quibus, ut indigni. & ferè per totum illum titulum: ubi patet,
5 † quod hæredes, qui non vlciſcuntur necem ſui teſtatoris, dicuntur debitum pietatis omittere: & ideo priuantur commodo hæreditatis, ut ibi notatur. Et ad hoc etiam vide totum titulum. ff. ad Syllanianum. Et ꝙ iraſci aliquando ſit iuſtum, vult textus in c. ira. vndecima quæſtione tertia. ibi: dum iuſtò ampliùs iraſcimur, &c. Et ideo textus in c. vera iuſtitia. quadrageſimaquinta diſtinctione, dicit, ꝙ iuſti aliquando indignantur peccatoribus. Subijcit: Sed aliud eſt, quod agitur typo ſuperbiæ, aliud quod zelo diſciplinæ.

Indignantur etenim, ſed non dedignantes. Facit etiam ad præmiſſa. l. vt vim. ff. de iuſtitia & iure. vbi permittitur propulſatio iniuriæ: intellige tamen, dummodo fiat cum moderamine inculpatę tutelę. de quo vide textum cum gloſſa in l. prima. C. vnde vi. & per Doctores in d. l. vt vim.

Et ex ibi notatis poteris percipere exceſſum, & defectum in vlciſcendo.

Adde etiam, quòd lex in plerisque caſibus permittit vindictam.

6 † Et quod quis ſine iudice poſſit ſe vindicare, habes in l. prima, & ſecunda, cum ibi notatis. C. quando liceat ſine iudice ſe vindicare. l. itaque. ff. ad legem Aquiliam. l. nec in ea. & l. ſequēti. l. marito. in principio. & §. primo. & l. patri. cum tribus ſequētibus. ff. de adulterijs. l. Gracchus. & authentica ſi quis ei. C. de adulterijs. In quibus iuribus permittit lex impunè homicidiū fieri. Et declara omnia iſta iura, ut dixi in tractatu de legis potentia. in prima parte. §. nunc videndum. Permittit etiam lex, ꝙ poſſis occidere volentem te percutere, quando aliter nō potes euadere percuſſionem, niſi occidendo eum. Ita Bar. in l. furem. ff. ad legem Corneliam. de ſica. & in l. 1. C. vnde vi.

7 † Quinimmò & minantē tibi mortem potes occidere, in l. ſecunda. C. quando liceat vnicuique. ſecundùm Baldum, dicēs eſſe ibi caſum.

Tu verò meliùs circa hæc duo dicta Bartoli, & Baldi, dic ut dixi in d. §. nunc videndum.

Sed attende circa ea, quæ ſupra dixi, ꝙ aliquando non vlciſci in vitio reponitur, ſecundùm quod ſupra declaraui: & vlciſci tunc eſt uirtus. Conſequenter non eſt remittenda talis iniuria. Et tamen textus in c. tria. & in c. tuæ. quadrageſimaquinta diſtinctione. paſſim dicit, ꝙ remittere iniuriam ei, a quo lęſus fueris, eſt eleemoſyna ſpūalis, ut dixi ſ. circa fin. ſecūdæ partis.

Sed quomodo eſſet meritum, ſi quandoque caderet in vitium, & in abſtractum a virtute.

8 † Solutio, fateor indiſtinctè, quòd in omni caſu meritum eſt remittere rancorem animi: quod tenemur facere. de pęnitentia, diſtinctione quinta. capit. vltimo. quia non eſt licitum nobis aliquem odio habere. vigeſimatertia quæſtione quarta. cùm in lege. tamen non tenemur remittere actionem iniuriarum, ſeu ſatisfactionem, uel aliàs coerctionem, aut diſciplinam contra iniuriātem. c. & qui emendat. quadrageſimaquinta diſtinctione. vbi dicitur, ꝙ ille, qui ex corde remittit iniuriā, licet corripiat, & aliqua emendatoria pœna plectat, eleemoſynam dicitur dare, quia miſericordiam præſtat. Et hoc vult gloſſa notabilis in c. ſi quis contriſtatus. nonageſima diſtinctione. Et facit illud Pſalmiſtæ, Iraſcimini, & nolite peccare. Facit etiam textus in cap. de occidendis. vigeſimatertia quæſtione tertia. Et adde etiam Bartolum poſt Gulielmum in l. ſi tibi decem. §. quædam. ff. de pactis. Ad præmiſſa ubi ſubijcit Bartolus poſt magiſtrum Sententiarum in libro quarto, diſtinctione trigeſima, quòd quis non tenetur remittere inimico ſuo, nec aliter ei ſigna amicitiæ oſtendere, niſi hoc petat. De quo vos remitto ad Theologos. Et p̄miſſa bene nota contra aduocatos in actione iniuriarum, qui pro reis faciunt poſitiones, quòd actor confeſſus eſt peccata ſua, & remiſit iniurias.

Item ꝙ dixit ex corde orationem dominicam, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittim⁹ debitorib. noſtris, &c.

Cōſequenter volentes ex hoc inferre eſſe remiſſam actionem iniuriarum, prout etiam ſentit gloſſa in §. finali. Inſtituta de iniurijs. quod non eſt uerum: ſed per hoc videtur ſolummodo remiſiſſe rancorem & odium. Eſt & alia uirtus, quam quis conſequitur ex uictoria belli prælibati, uidelicet, liberalitas, quæ in dandis, capiendisque pecunijs verſatur, accipiendo verbum Pecuniæ largè, pro omni re, quæ nummo menſuratur. Ita dicit Philoſophus in quarto Ethicorum, circa princip.

Et ſic accipit verbum, pecuniæ, prout accipit Iuriſconſultus in l. nam quod liquidè. § finali. ff. ad Trebellianum: de quo dic ut dixi in l. talis ſcriptura. ff. de legatis primo. Et ſubijcit Philoſophus in dicto libro quarto. c. primo. † quòd non in multitu
9 dine datorum, ſed in dantis habitu liberalitas conſiſtit. Et ſubijcit paulòpoſt, quòd liberalis eſt, qui ſecundùm uires patrimonij erogat, & in quibus oportet. Et in libro ſecundo Polyticorū dicit, Largiri & auxiliari amicis, aut extraneis, delectabiliſſimum eſt. Et Lucas in Euangelio. c. ſexto: Date, & dabitur vobis. Et Paulus ad Corinthios: Hilarem datorem diligit Deus. Et Iſidorus in libro ſecundo Soliloquiorum: Quicquid largiris, cum hilaritate largire. Liberalitas ergo hilari vultu, ſerena facie, ſermone iocundo exercenda eſt. Et nota, ꝙ liberalis: ꝙa prodeſt in dando inter omnes virtuoſos, potiſſimùm amatur, ſecundùm Philoſophum in dicto libro quarto. c. primo. in fi. Et iſtud eſt quod uoluit Boethius in libro de conſolatione.
10 † Et ſi auaritia ſemper odioſos, claros largitas facit. Et ideo a legibus liberalitas multùm extollitur, & opulentiùs iura ſuccurrunt liberalibus, q̄ cęteris. l. exhęredatum. in fine. cum l. ſequenti. ff. de re iudicata. l. ad res donatas. ff. de ædilitio edicto. Et bene ſedet in Principe, præſertim in Papa. c. ſedes apoſtolica. de reſcript. Nā Eccleſia nemini debet claudere gremiū. l. fi. §. ſed ꝙa. C. de ſum. Trini. Nō tñ dī liberalis ꝙ facit id, ad qđ tenet. l. rē legatā. ff. de adimē. leg. Et milites magis p̄ſumunt liberales, q̄ Pagani. l. Lucius. §. j. cū ſua gloſſ. ff. de mili. teſtam.

Quæ aūt cōcurrere oporteat in liberalitate, vide in c. nō ſatis. 86. diſt. vbi dī, ꝙ p̄fecta liberalitas ex fide, cā, loco, & tpe cō mendatur. Et proſequere ut ibi. Et inter cætera dicit, ꝙ exercenda eſt in proximos ſeminis noſtri.

Et ſubijcit, ꝙ meliùs eſt, ut ſubuenias tuis, ꝙbus pudor eſt ab alijs ſumptū depoſcere. Nō tñ vt illos ditiores facias. Qđ nota ꝯ Prelatos, ꝙ neceſſarios ditāt. Nō. n. vt ibi dicit tex. ſed Deo dicāt, vt ſuos diuites faciant, ſed vt ſibi vitā p̄petuā fructu boni
11 opis acq̄rāt. † In largiēdo ēt debet ꝛſiderari ætas: vt ibi. Nā ſenib. plus largiri dēm⁹, ꝙa ſibi iā victū q̄rere nequeūt. Et his, ꝙ ex diuitijs ceciderūt ī egeſtatē: maximè ſine vitio ſuo, vt ibi dicit tex. Adde ēt, ꝙ in liberalitate modus eſt adhibēdus rerū, & p̄ſonarum, ut dicit text. in §. fratrem nr̄um. 86. diſt. in §. j.

Rerū, vt nō oīa uni, ſed ſingulis q̄dā p̄ſtenē, vt plurib. p̄deſſe poſſumus: iuxta illud Prophetæ. Diſperſit, dedit pauperibus. Perſonarum, vt primum iuſtis: deinde peccatoribus quibuſdam tamen prohibentur dare: non quia homines ſunt, ſed

quia

Source : BIU Cujas

quia peccatores. Ita dicit tex. formaliter, vbi supra.

12 † Adde, ꝙ Aristoteles aliquando reprehensus fuit: quia homini iniquo dedisset eleemosynam, qui respondit, Naturæ, nō malitiæ misertus sum. Et subiicit idem Aristoteles in lib. 4. Ethicorum. c. 2. ꝙ si quis dederit, quibus non oportet, aut non honesti gratia, non dicitur liberalis.

Et ideo, qui donant histrionibus, venatoribus, aut meretricibus, vitium committunt, nō autem virtutem exercent. c. donare. c. qui venatoribus. 86. dist. Et ex his verificatur, quod dicitur in d. c. non satis in princ. dum dicitur, Non satis est bene velle, sed etiam bene facere: nisi id de bono fonte procedat, ideſt, ex bona voluntate proficiscatur. Et dicit Philosophus in d. lib. 4.

13 Ethicorum. c. 2. † ꝙ liberalitas est mediocritas in dandis, capiendisque pecuniis: quia liberalis dabit, & erogabit in quibus oportet, & quod oportet.

Similiter in paruis, & magnis, & hoc cū voluptate quadā: capiet quoq;, vnde oportet, & quod oportet: quia cùm virtus circa vtrunq; mediocritas sit, vtrūq; faciet vt debet. Ita legitur vbi supra in noua translatione Aretini. Dicitur tamen ibidem in j. c. ꝙ viri liberalis est magis dare, quibus oportet, q̃ capere vnde oportet, & non capere vnde nō oportet. Et istud est, quod vult tex. in c. prædicator. 16. q. j. & in c. cum Marthæ. de celebratione missarum. ꝙ beatius est dare, q̃ accipere. Et subiicit ibi gl. rationem: quia dando placet homo, vbi accipiendo displicet. Philosophus verò vbi supra subiicit rationem: quia virtutis est bene potius facere, q̃ suscipere: & honesta potius agere, q̃ à turpibus abstinere. Et istud quod vulgò dicitur, Non sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bonum est. 22. q. 5. c. de forma. & c. j. & de noua forma fidelitatis, in vlibus feudorum.

14 † Viso de liberalitate, congruum est de suis extremis videre, quæ sunt prodigalitas, in excessiuo sumptu, & auaritia in defectu. c. ex parte. cum sua glo. extra de consuetudine. quæ gl. dicit, ꝙ prodigus dat danda, & non danda: auarus retinet tenenda, & nō tenenda: liberalis tenet medium inter vtrunq;. Et dicit Philosophus in d. lib. 4. Ethicorum, ꝙ prodigus in dādo excedit, in capiendo deficit. Et probatur in l. j. ff. de cura. furiosi, & prodigi. Et subiicit Philosophus, ꝙ ista est multò melior, q̃ auarus: quia non abiecti & ingenerosi est excedere in dando: & nō capere, dementis tamen est. Et hic multis prodest, ille nemini, nec sibi ipsi. Et sic nota, quia prodigum vocat dementem. Et sic ex administratione prodiga probatur quis demens, & fatuus: probando ꝙ nisi ei subueniretur, deduceretur in egestatem: licèt ex sermonibus videatur sue mentis compos. Et hoc vult Iurisconsultus in l. is qui. §. diuus. ff. de tutoribus & curatoribus datis ab his. quod nota ad id quod infra dicam.

15 † Et hac ratione lex prouidit eis de curatoribus, ad exemplū furiosi, vt dicit Iurisconsultus in l. j. ff. de curatore furiosi. & prodig. dan. Et potest Iudex prodigis interdicere administrationē bonorum. l. is, cui bonis. ff. de verb. obl. quod non faciet, nisi prodigalitas sit excessiua, quantùm ad propria bona, vt dixi.

Cæterū quò ad alia fiet interdictio ex sola mala administratione, licèt nō prodigaliter fiat: Putà si Episcopus, aut Princeps aliquis malè administret Rempublicam. vide text. cum Innoc. in c. grandi. de supplenda negligentia Prælatorum. lib. 6. Antè tamen q̃ prodigo interdicatur bonis, potest contrahere, & alienare, vt notatur in d. l. is cui. Attende tamen; quia si contrahens secum, sciret eum consumpturum in certum malum vsum, puta in vanitatibus mulierum, tunc nō haberet actionem. Casus est in l. si quis cùm sciret. ff. de vsucapionibus pro empto. Dedi tamen cautelam in d. l. is cui. per quā poteris irritare omnes cō-

16 tractus prodigi, etiam ante interdictum: quia, vt dixi, † ex administratione prodiga probatur quis fatuus, & demens, d. §. diuus. & ibi gl. quæ dicit, ꝙ sicut quis ex verbis probatur fatuus, ita ex gestis suis prodigaliter. Et est de mente Bart. in d. l. is, cui. dum dicit, talē carere discretione, seu iudicio. Et videtur expressum in l. Fulcinius. §. adeo. ff. ex quibus causis in possessionem eat. Nō ergo ante interdictionem debes pro irritādo eius alienationes adducere simpliciter prodigalitatem, sed dementiam, & fatuitatem, quæ est potens ad irritandum, vt dixi in tractatu de contractibus vetitis. in 28. combinatione. quam fatuitatem probabis in administratione sua prodiga. Et sic vis erit modo practicandi, sicut in simili dicit gl. in l. seruitutes. la grande. in fi. gl. magne. ff. de seruitutibus. & quod notatur ī l. si certis annis. C. de pactis.

17 & in l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. † Nam licet seruitutes discontinuæ, & præstationes non præscribantur decem, vel viginti annis: tamen per indirectum, si allegabitur titulus: & ad eius probationem diutina præstatio tēporis, de quo supra, obtinetur intentio.

Quæro, multi habent beneficium, ne conueniatur vltra, q̃ facere possint: de quibus in l. sunt qui. cum legib. seq. ff. de re iudicata. an istud beneficium habebunt, si prodigaliter consumpserint eorum patrimonia? Bald. ꝙ non. in c. ex parte. de consuetu. & probatur ibi in glossa, quod mihi non placet, nisi quādo dolosè, & in fraudem creditorum, contra quos vult vti beneficio, feciſſet, vt est casus in l. etiam. §. licet. ff. solu. matr. Ad quod vide gl. in l. si quis dolo. in prin. & ibi dixi. ff. de re iudi.

Quæro, an prodigus, cui interdictum est bonis, obligetur delinquendo? Bar. ꝙ sic in d. l. is cui. præterquam in his, quæ alienationem recipiunt, per gl. notabilem in l. si quis in tantam. C. vn de vi. & sequitur Cumanus ibi. Ego ibi tenui contrarium, ꝙ etiā delinquēdo possit alienare, cum fauore ipsius prohibeatur alienare: sicut dicimus de pupillo, qui prohibetur alienare, & tamē delinquendo alienat. l. clarum. C. de auctorita. præstan. per Bar. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infecto. Et in prodigo reperio Barto. idem tenuisse in dicta l. si quis in tantam. & sic est sibi contrarius.

18 Dico tamen, † ꝙ si prodigus delinqueret in omittendo, non obligaretur. Casus est in d. l. Fulcinius. §. adeo. in fi. Ex quo infero, ꝙ si mater prodiga negligat petere tutorem filio, non tamen excluderetur à successione. Ita limita. l. qui à matribus. C. qui pet. tutores.

ARGVMENTVM.

Auaritiam definit, & diducit, & excandescens dissuadet, hæc quando liceat.

SVMMARIVM.

1 *Auaritia quid Ciceroni, quid item Aristoteli.*
2 *Auari qualiter auaritiam suam tegere soleant.*
3 *Bona diuitum pauperibus communibus esse debent.*
4 *Furta, inuasiones, simonia, & similia crimina legibus puniuntur.*
5 *Auari quid pro terrenis, quid pro cœlestibus agant rebus.*
6 *Affectus qui nos in omnia facinora præcipites agant.*
7 *Auari mens qualis, & quibus occupari soleat.*
8 *Auarus cui sit assimilandus.*
9 *Auaritia quæ licita & honesta.*
10 *Magnificentia quid sit.*
11 *Pauper quare magnificus esse nequeat.*
12 *Magnificentissimi viri qui dicantur.*

DE auaritia, quę est aliud ad liberalitatē, nunc dicendū est: & diffinitur per Ciceronem in lib. 2. Rhetoricorum artis nouæ.

1 † Auaritia est iniurioſa appetitio alienorum. Et Philosophus in 4. Ethicorum dicit, eam esse insanabilem. Nā & senectus, & imbecillicitas omnes auaros facere tenetur: & est secundum eum, magis à natura hominibus insita, quàm prodigalitas. Et subiicit, ꝙ plures sunt auaritię modi: quia cùm consistat in defectum dandi, & accipiendi excessū non omnibus tota attribuitur: sed quandoq; scinditur. Nam alii in dando aliena verò non appetunt, nec capere volunt partim propter quādam modestiam, & abstinētiam à rebus turpibus: & aiunt ob id custodire sua, ne compellantur aliquando aliquid turpe facere.

2 † Adde, & sic palliant reatum suum, sicut hi, qui tenacitatē suam in parsimoniæ virtutem conuertere satagunt, vt dicit tex. in c. sæpe. vitia. 41. dist. Adde ꝙ etiam talis auarus se excusat, dicendo, quid iniustum facio, si cum aliena nō inuadam, propria diligentius seruo? contra quos Ambrosius in Euangelio Ioannis super eo, quod scriptum est. Attulit ager cuiusdam fructus vberes. exclamat, dicens, O imprudens dictum, quæ? ex quibus reconditis in hunc mundum detulisti? quando in hāc ingressus es lucem? quando de ventre matris exiisti? quibus, quæso, facultatibus, qbusve subsidiis stipatus ingressus es? Et post pauca, Proprium nemo dicat, quod est cōe. Et hæc habentur transumptiuè in c. sicut ipsi. 47. dist. Et istud vult Boethius in lib. de Consolatione. Nam si tua forent quæ amissa conquereris, nullo modo perdidisses. Alii verò secundùm Philosophum vbi supra, ob metum abstinent alienis, quasi facilè nō sit aliena capere, ac nō alios sua. Itaq; illis placet nec dare, nec capere. Contra quos ēt vide tex. in d. c. sicut. ibi: nec enim minus est crimen habenti tollere, quàm, cum possis, & abundes, indigenti denegare.

3 † Esurientium enim panis est, quem retines: nudorum vestimentum, quod tu recludis: miserorum redemptio, & absolutio est pecunia, quam tu in terram defodis. Tantorū ergo scias bona inuadere, quātis possis præstare quod vales. Et paulò ante dicit tex. ꝙ ille, qui plus, quàm sumptus suus exigit, retinet, violenter dicitur obtinere. Alii rursus in capiendo excedūt, omnia vndeq; capiunt, veluti, ſm Philosophum vbi supra, lenones, fęneratores, & omnes huiusmodi: contra quos, ne suā impunè exerceant auaritiam, leges vndiq; prouiderunt, vt dicit tex. Insti. de vi bonorum raptorum. in §. sed nedum. prohibendo sub pœna rapinas, vt in toto illo titu.

4 † Item inuasiones. l. si quis in tantam. C. vnde vi. Furta, vt in toto titulo de furtis.

Simoniacam rabiem, extra de simoniis per totū. Et rationē huius ponit Imperator in l. si quenquā. C. de Episcopis & cleri. dicens, Quis locus tutus? & quæ causa poterit esse excusata, si veneranda Dei templa pecuniis expugnentur?

Auri sacra fames veneranda penetralia serpit.

ideſt, latenter subintrat. Vsuras etiam vetant, vt in toto tit. extra de vsuris. etiam de iure ciuili, vt notatur in authentica ad hæc, C. de vsuris. & ꝙa tales auari varias contractuū simulationes ad-

Source : BIU Cujas

inuenerũt: vt à meta legis possent resilire, certè etiam suis fraudibus leges q̃plurimæ obuiarunt, vt dixi in tractatu de contracti. veti. in 4. combinatione, & aliis pleriſq; partibus illius tractatus: & hoc vt eradicaretur cupiditas: quia mens potentiæ auida nec abstinere nouit vetitis, nec gaudere concessis, nec æquitati adhibere concensũ. c. virum. 47. dist. Et contra istos scripsit Gregorius in 19. Moralium, 4. par. 35. c. & trãsumptiuè in c. omnes
5 huius seculi. 67. dist. vbi dicitur formaliter, † Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in cęlestibus debiles. Nam pro temporali gloria desudare vsq; ad mortem appetũt, & pro spe perpetua, nec parum quidem in labore subsistunt, ꝓ terrenis lucris qualiter iniurias tolerant, & pro cęlesti mercede tenuissimi verbi contumelias ferre recusant: terreno Iudici toto etiam die assistere fortes sunt, in oratione momento lassantur: sæpe nuditatem, deiectionem, famem pro acquirendis diuitiis, atq; honoribus tolerant, & earum rerum se per abstinentiã cruciant, ad quas adipiscendas festinant: superna autem laboriosè quærere tantò magis dissimulant, quantò magis ea retribui tardius putant.

Adde, quod ex eo fit, vt nisi hãc cupiditatem à nobis abscindamus, bonorum auctori inhærere non valebimus. c. bonorũ. 47. dist. Nam radix est omnium malorum cupiditas, vt ibi dicit tex. Idem dicit Paulus ad Timotheum, Epist. j. c. 6. Et ideo Cæci-
6 lius in lib. 4. de beata vita. † Tres sunt affectus, qui omnes in omnia facinora præcipites agunt, ira, cupiditas, & libido. Et Cicero in lib. 6. Rhetoricorum. Duæ res sunt, quæ possunt hominẽ ad turpe compendium commouere: inopia, atq; auaritia. Et ideo Scipio Romanorum cõsul in Senatu cõsuluit, nec auaros, nec inopes rebus publicis dedicari, vt iã in discursu huius tractatus dixi. Adde Tulliũ in lib. 2. Rhetoricorũ artis nouæ. Auaritia hominẽ ad quoddã maleficium impellit. Et dicit Seneca in Epistolis ꝓ in nullum auarus bonus est, in se pessimus. Et istud est, qđ dicitur Ecclesiastici. c. 14. Qui sibi nequã est, cui alii bonus erit? Et ideo legimus in lib. 4. apud Frontinum, ꝙ Casilini, obsidente Hannibale, tanta inopia perplexi sunt, vt centũ denariis murem venditum fuisse constet, eiusq; venditorem fame periisse, emptorem autem vixisse. Et sic ex his optimè probatur, quod dicitur in d. c. omnes huius seculi. & dicit text. in d. c. sicut. circa
7 principium, ꝙ † mens auari semel vinculis cupiditatis adstricta semper aurum, semper argentum videt, semper reditus cõputat, aurum gratius quàm solem intuetur, ipsa eius oratio, atque supplicatio à Deo aurum petit. Et bene dicit Aristoteles, ꝙ auaritia est insatiabilis, vt supra dixi: quia, vt dicit auctor libri, qui dicitur Pamphilus, dum viuit hydropicus, magis sitit, & petit vndam, sic magis exardet semper auaritia. Ideo dicitur insatiabilis ſm Saluſtium in Catilinario. Et istud est, quod dicit tex. in d. c. sicut. ibi: sed nec satietas vnquam, nec finis erit cupiditati. Et Imperator in d. l. si quenquam. appellat auri sacram famem. & exponit glo. id est execrabilis fames: quia vt famelicus panem, sic auarus aurum desiderat.

8 † Et sic auarus æquiparatur hydropico, & famelico, item dementi: quia, vt dicit Seneca in lib. Epistolarum, Dementia est, hæredis sui res procurare, & sibi denegare omnia. Et sic æquiparatur insensato, & mente alienato, seu fantastico, vt dicit tex. in d. c. sicut. in prin. Et dicitur humani generis vehementissima pestis, ſm Senecam de Consolatione ad Arbiam matrem. Et dicitur etiam auarus improbus. l. 2. § interdum. ff. de vulgari, & pupillari. Item cęcus. c. auaritiæ cæcitas. de electione. in 6. Item stultus, vt inquit Fulgentius in lib. 2. dicens, Auarus intãtum stultus est, vt sibi prodesse non norit. Item perfidus, ſm Ambrosiũ in lib. 2. de Officiis, dicentis, Auaritia perfidiæ vicina est.

Item æquiparatur lupo voraci: tamen Boethius in lib. de Cõsolatione, Auaritiam lupo similem dicit. Et Imperator in d. l. si quenquam appellat Auaritiam prophanum ardorem.

Cùm ergo auaritia tantis sit inflata vitiis, curemus eã à nobis extirpare. Et caue; quia viget multùm in mulieribus, vt inquit Bernar. in lib. de improbatione vitiorũ, dum pestis auaritiæ fragili viget in muliere. De quo vide tex. cum gl. in l. si stipulatus. ff. de dona. inter virum & vxorẽ. vbi gl. dicit, ꝙ si mulier donat, est quasi miraculum. In iuuenibus verò non solet vigere; quia nondum indigentiam experti sunt, secundùm Philosophum in secundo Rhetoricorum.

9 † Postremò nolo te latere, ꝙ habemus vnam solam auaritiã, quæ est licita, & honesta, videlicet, auaritiam temporis, secundùm Senecam in lib. de breuitate vitę, qui dicit, ꝙ solius temporis honesta auaritia est. Et attende, quia circiter liberalitatẽ duæ sunt alię virtutes, quarum altera in expendendo proxima est excessui, videlicet magnificentia, altera defectui, videlicet parsimonia, de quibus congruum est differere.

10 Et primò dic, † ꝙ magnificentia est virtus in expendẽdo magnitudinis factura: pusillanimitas autem, & paruifacientia contraria secundùm Aristotelem in lib. j. Rhetoricorum. & idem Philosophus in lib. 4. Ethicorum. c. 4. dicit, ꝙ non versatur circa omnes res pecuniarias, sicut liberalitas, sed solum ad sumptuosas pertinet.

Et ideo liberalitatẽ magnitudine excedit. Et subiicit, ꝙ qui in paruis aut mediocribus pro dignitate sumptus facit, hic magnificus nõ dicitur: sed ille, qui in magnis facit sumptum cõuenientem operi, ita vt opus dignũ sit illo sumptu, & sumptus dignus illo opere. & hæc faciet magnificus cum voluptate ac profusione quadam. Nam computandi, rationandiq; diligentia magnificentiæ contraria est. Itaq; magis cogitabit quemadmodũ pulcherrimum & specioſissimum ſit, quod fit, ꝙ quanti constet. Et paulò post subiicit, quod in omnibus ad agẽtem habetur respectus quis ipse sit, & quibus præditus facultatibus: quia non sufficit opus dignũ esse illo sumptu, sed ẽt oportet auctorẽ decere.

11 † Et ideo infert, pauperem magnificum esse non posse, cùm ei non adsit, quod cũ decentia erogare queat: & si faciat, fatuus est. Deinde etiam subiicit, ꝙ magnifici est, domum parare diuitiis congruentem, & illis maximè sumptus facere, quæ sunt per mansura diu. Et sic magnificentia est sublimis quædam liberalitas circa sumptus ingentes & magnos, vt si quis ad vsum populi theatrũ ædificet, aut epulum publicum, vel huiusmodi simile: cum ergo pauper nõ possit esse magnificus, infero Tribonianum iureconsultum, de quo Imperator noster meminit in ꝓ̃mio Institutionum, fuisse diuitem, cum ibi Imperator appellat eum magnificum. Et correlariè infero, ꝙ non fuit verus Philosophus, ꝓtout debuit esse. l. j. § j. cum ibi notatis per glo. ff. de iustitia, & iure: quia veri philosophi semper dilexerunt paupertatem. l. in honoribus. §. Philosophos. ff. de vacatio. munerum. & plenè supra dixi: nisi dixeris, ꝙ eũ appellauit magnificum, insequendo potius consuetudinem loquendi, qua viros præstãtes, & laude dignos, magnificos nuncupamus, q̃ verbi proprietatẽ.

Et de viris magnificis fit etiam mentio in l. hac lege. C. de ꝓximis sacrorũ scriniorum, lib. 12. & in l. viros spectabiles. C. de diuersis officiis & apparitoribus. eo. lib.

12 † Adde etiam, ꝙ Imperator noster quosdam magnificẽtissimos appellat, de quibus in auth. vt ab illustribus, & qui super eã dignitatem & c. circa medium. & etiã paulò ante finem. Et vide ibi gl. declarantem, qui sint illustres, qui spectabiles, qui clarissimi, & de inferioribus, & etiam ibi in rubrica præsupponitur, ali quos esse superillustres, vt sunt Papa, & Imperator ſm Bar. in l. j. in prin. ff. de off eius cui. adde ꝙ quidam vocãtur munifici, vt sunt liberales in largiendo. l. j. in prin. vbi casus. ff. de dona.

ARGVMENTVM.

Magnificentiam definit, extrema subiiciens: quibusque permissa.

SVMMARIVM.

1 *Magnificentia quæ habeat extrema.*
2 *Ventosus qualiter excedat, & in quibus.*
3 *Modicitas quæ sit, & quid operetur.*
4 *Auaritia vitium grauius est modicitate ipsa.*

1 NVnc dicamus de extremis magnificentiæ, † quæ sunt ventositas, & modicitas: ſm Philosophum in d. lib.
2 4. Ethicorum. Nam † ventosus in sumptu nõ opportunè faciendo excedit: quia in paruis sumptibus multa consumit, & splendorem contra decẽtiam captat: vtpote secundùm Philosophũ, si in histrionibus nuptialis apparatus epulas paret, vel quid simile: & hoc faciat nõ honesti gratia, sed ad ostentationem diuitiarum: & vbi opus est magnis sumptibus paruos faciens, vbi vero paruis, magnos.

3 † Modicitas autem in omnibus deest, & plurima consumit in parua re: & quicquid agit, tardus est, atq; morosus, semper cõsiderans, quemadmodum in quacunq; re parũ expẽdat: & hoc ipsum, vt subiicit Philosophus, cũ querelis agit, & cuncta maiora, q̃ oporteat, se facere existimat. Deinde subiicit, ꝙ sunt hi duo habitus vitia: non tñ vituperationem afferunt, cùm neq; dãnosa alii sint, nec nimium deformia: ex quo infero, auaritiã longè grauius vitium, quàm modicitas, si ponderabis quæ supra dixi.

ARGVMENTVM.

Parsimoniæ sedes, eiusque non improbatæ definitionem, virtutesque mentitas vitiorum repugnantium media subiicit.

SVMMARIVM.

1 *Clerici quod Parsimonia sua quærunt, pauperibus erogare debent.*
2 *Parsimonia quid definitè dicatur.*
3 *Auaritia quandoque velo tegitur Parsimoniæ.*
4 *Vitia contraria habent virtutes medias.*

VIdeamus nunc de Parsimonia, quæ est proxima defectui in expendendo. Et attende; quia non reperio, quòd Philosophus in dicto libro quarto Ethicorum de hac Parsimonia tractet: sed de ea meminit Imperator noster in l. secunda. C. de Episcopis & clericis, di-
1 cens, † quòd si clerici aliquid sua mediante parsimonia acquirant,

Source : BIU Cujas

quirant, debent erogare in pauperes. Et gl. ibi exponit, Parsimonia, id est, parcè viuendo. Et attende; quia parsimonia à iure nō est improbata. Et ideo tex. in c. parsimoniam. 11. dist. dicit. Parsimoniam cum veste humili nō improbamus, sicut etiam ornatum præter corporis diligentiam infucatam laudamus &c.

2 Et diffinitur ibi parsimonia per gl. quæ dicit † ꝙ parsimonia est vsus rerum temporalium cum moderatione remissus. Et eā docet obseruari Iureconsultus in l. ius alimentorum. ff. vbi pupillus educari debeat. & ibi gl. dicens, ꝙ in viuendo tantum debemus consumere, ꝙ singulis annis aliquid ex reditibus supersit. Et attēde quia dico, ꝙ parsimonia est virtus, vt est expressum in c. sæpe vitia. 11. dist.

3 Subiicit tamen ibi text. † ꝙ multi auaritiam, & tenacitatem suam sub vmbra parsimoniæ tegere satagunt, dicens notabiliter. Sæpe vitia se esse virtutes mentiuntur, vt tenacitas, parsimonia, effusio, largitas, crudelitas; zelus iustitiæ, remissio, pietas velit videri. Quasi dicat, ꝙ multi prodigalitatem effundentes, liberales velint videri: & crudeles Iudices suam seueritatem baptizant pro zelo iustitiæ, & negligentes in iustitia volunt videri pietate suffulti.

4 Et subiicit ibi gl. † ꝙ quoties duo vitia sunt contraria, semp habent duas virtutes medias, quarū vna magis accedit ad vnū, alia ad aliud. Nam parsimonia magis accedit ad auaritiam, largitas magis ad effusionem. Et sic accipit largitatem pro magnificentia, quæ, vt supra dixi, magis accedit ad excessum, seu ad effusionem. Non autem accipit largitatem simpliciter pro liberalitate: quia illa tenet medium inter illa duo extrema: nec magis accedit vni, q̄ alteri. dixi in l. legato generaliter. ff. de leg. j.

Subiicit etiam gl. prædicta, ꝙ credulitas, & remissio habēt iustitiam & pietatem pro aliis duabus virtutibus.

ARGVMENTVM.

Grauitas circa quæ versetur, huius extremorum effectus, mendacii incommoda scribit virturum anonimon extrema improbata, amicitiam definitam suadens, eius effectus: & inimicitiarum incommoda subiicit.

SVMMARIVM.

1 *Virtutes & vitia, quibus scatet natura humana.*
2 *Verax vt plurimum creditur esse probus.*
3 *Oculi nostri graues esse debent, & pudici.*
4 *Vultus ipse animi motum detegit.*
Viri graues qui dicantur.
5 *Grauitatis quæ sint extrema.*
6 *Ostentator & ironicus, mendaces sunt: & ideo vituperandi.*
7 *Socius societatis beneficium perdit, qui se socium esse inficias it.*
8 *Mendacium varijs punitur modis.*
9 *Fictiones non semper improbantur.*
10 *Simulatores & callidi prouocant iram Dei.*
11 *Solutio ficta ad filiam non extenditur.*
12 *Fictio cum præsumptione aliquando potest concurrere.*
13 *Fictio quandoque rumpit testamentum.*
14 *Laudare vituperandum, & execrabile est.*
15 *Amicitia quid sit Ciceroni.*
16 *Amicitia in omnibus ferè rebus necessaria.*
17 *Amicitiæ non diuturnæ quæ.*
18 *Amici qui propriè dicuntur.*
19 *Amicitia testem repellit.*
20 *Præsentia amicorum quid operetur.*
21 *Inimici esse qui præsumantur.*
22 *Vasallus amicitiam faciens cum inimico domini sui feudo priuatur.*
23 *Inimicus capitalis censetur, qui de crimine accusat, aut mortem minatur.*
24 *Inimicitiæ quæ dicantur grauissimæ.*
25 *Amicitiæ quæ, & quæ inimicitia testem repellat.*
26 *Ambitiosi qui dicantur.*
27 *Magnificentia quid sit, & quid magnanimitas.*

1 NNnc congruum est, † vt videamus aliquas virtutes, & vitia, quæ sunt in vita & cōuersatione humana: quia secundum Philosophum in lib. 8. Ethic. vnicuiq; secundùm dilectionem sunt propriæ & accōmodatæ.

Et, vt legitur apud Ciceronem, in naturis hominum dissimulationes sunt. Et Ouidius de Arte amandi,

Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figuræ.

Et Persius Satyricus, Satyra (ni fallor) quinta.

Mille hominum species, & rerum discolor vnus
Velle suum cuique est: nec voto viuitur vno.

Et hæc probantur in l. quæ sub conditione. ff. de conditionibus instit. vbi bonus casus. Facit. §. item pretium. Instit. de emptione & venditione. Quædam ergo in cōuersatione nostra virtus est, quæ tenet medium inter ostētationem & ironiam, q̄ Græcè dī, anti, fm Philosophum in lib. 4. Ethic. in veteri translatione. Et dicit Aret. in suo Isagogico morali, ꝙ ista virtus dī Grauitas. Et dicit Philosophus vbi supra, ꝙ iste medius inter prædicta extrema est ille, q̄ est vita & sermone verax: non dico in confessionibus, nec in his, q̄ ad ius vel iniuriam pertinēt, de quibus infra di-
2 cā. Sed in aliis fm habitū talis est. † Et iō subiicit Philosophus, ꝙ talis vir probus est: quia qui verum diligit, & in his, in quibus nō refert, verax est, in his multò magis, in quibus refert, verax erit.

Et ex his infero, ꝙ in ore seu loquendi modo multum consistit hominis grauitas. Ad quod vide bonum tex. in c. j. 43. dist. vbi dicitur, ꝙ discreti debemus esse in silēdo, & vtiles in verbo: ne aut tacēda proferamus, aut proferenda reticescamus. Et subijcit ibidem in §. prouidendum, ꝙ non solum praua nullo modo, sed nec recta inordinatè proferri debent: quia sæpe dictorū virtus perditur, cùm apud audientium corda loquacitas incauta, leuis, & inanis ab auditoribus iudicatur.

Similiter dico, ꝙ grauitas in habitu, & incessu ostenditur. 41. dist. §. clericus. & §. sicut. vbi dī, ꝙ quisquis, contemptis his, cum quibus viuit, latiora, vel austeriora sibi præ cæteris alimēta, vel indumenta quærit, aut intēperatus sui, aut superstitiosus est. Dicit insuper, ꝙ in incessu debemus esse ornati: quia grauitas itineris maturitatem mentis ostendit, & cōpositio corporis, vt Augustinus ait, qualitatem mentis indicat, vt ibi dicit tex.

3 † Item oculi etiam nostri debent esse graues, vt inquit Pericles Philosophus, cùm de Sophocle interpellaretur, vt puerum decorum intueretur, dicens, Prætorem decet nedū manus, sed ēt oculos habere continentes: vt legitur in lib. de vita & moribus Philosophorum.

Adde ꝙ impudicus oculus cordis nuntius est. Et ideo Ecclesiasticus c. 26. dicit, ꝙ fornicatio mulieris in extollentia oculorū, & in palpebris illius cognoscetur. Et Cicero in lib. 2. de Oratore dicit, ꝙ vultus est imago animi, oculus verò iudex.

Et adde de duplici oculo mentali, & corporali, quod dixi in l. j. in prin. in tex. & gl. ff. de ope. no. nunc.

Et hæc probantur in l. obseruandum. de offic. præsidis. vbi di-
4 citur, † ꝙ vultus motum animi detegit. Et ibi vide quam grauitatem debeant magistratus, seu præsides obseruare, quibus potissimum congruit grauitas. Et adde, quia leges multum ponderant grauitatem, præsertim in testimoniis. l. 2. ff. de testibus. 4. q. 3. §. item in criminali. c. licet ex quadam. de testibus. vbi gl. dicit, ꝙ graues sunt illi, qui non sunt leues, puta homo bonę famæ, & opinionis, & antiquus: & cū grauibus personis in singulis actionibus nostris participare debemus. j. q. j. scitote. Hæc de grauitate sufficiant.

5 † Videamus nunc de eius extremis, videlicet, de ostētatione, & ironia, quæ sunt in plus, vel minus fictio: ꝙ re vera sit, vt dicit Philosophus in dicto 4. lib. Ethi. Et subiicit, ꝙ ista in plus fictio, est iactatoribus non existentiū, vel maiorum q̄ existentiū: eirō autem ècontrario negare quæ existunt, vel minora faciunt: medius autē antetrastos quis existens verax & vita, & sermone existentia cōfitens esse circa ipsum, & nec maiora, nec minora. Ita formaliter dicit antiqua translatio. Et ideo in noua translatione Aretini dī, ꝙ ostentator vī fugere specioſa, cum non adsint sibi, vel maiora q̄ adsint: Ironicus verò contra: quæ sibi adsunt, negat, vel minora facit. Quod fieri solet aut nullius gratia, aut alterius: quia quisq; qualis est, talia agit: & dicit, & ita viuit, nisi aliter alicuius gratia agat.

6 † Et sic vtriq;, videlicet ostentator, & ironicus mēdaces sunt, & vituperandi: sed magis ostentator fm Philosophum. Et subijcit deinde, ꝙ qui res fingit maiores, q̄ sint si nullius gratia, prauus quodammodo videtur: vanus tñ est potius, q̄ malus. Si verò alicuius gratia, puta, gloriæ, vel honoris, seu lucri, gloriæ causa ea fingentes, quibus laudentur, aut beati videantur: lucra verò causa ea fingentes, quorum vsus ad proximos pertinet, puta se fingētes medicos, aut haruspices egregios: ironicos sua attenuā tes constat vrbaniores esse, fm Philosophum: non enim lucri causa faciunt, sed, vt fugiant timiditatem. Videtis ergo qualiter Philosophi mendacia & fictiones detestentur: quod & faciunt leges nostræ, puniendo diuersimodè mendaces. Nam si mentitur quis circa id, quod est cā beneficii sui, amittit beneficium. l. qui cum se patrem. ff. de re iudi. Quod tñ singulariter limita, vt ibi dixi. Hinc est † ꝙ socius, qui negat se socium, amittit beneficiū societatis. l. si vnus. §. fi. ff. pro socio. Similiter qui negauit bestiam suam dedisse damnum, conuictus amittit beneficiū dedē di animal, p noxa. l. j. §. pe. s. si quadrupes pauperiē fecisse dicat.

8 † Itē fideiussor, qui negauit se fideiussisse, amittit beneficiū diuisionis. l. sic dubitet. §. ita demū. ff. de fideiussoribus. Quid de beneficio cedēdarū & excussionis, dic vt dixi ī d. l. q cū se patrē.

Similiter punitur mendax in onere probandi. l. cùm de indebito. ff. de probationibus.

Item in amissione possessionis. l. fi. ff. de rei vendicatione.

Item in amissione feudi. c. vasallus. si de feudo fuerit controuersia. in vsibus feudorum.

Item in duplo pro simplo, in auth. contra qui propriam. C. de non numerata pecu. §. item mista. Insti. de actionibus. l. contra negantes. C. ad legem Aquiliam.

Item in amissione Falcidiæ. §. sancimus. cum gl. in authenti. de hæredibus & Falcidia. Et pulchras auctoritates contra mendaces posui in d. l. qui cùm se patrem. Attende tamen, † licet, vt
9 supra dixi, fictiones sint apud Philosophos reprobatæ: tamen p leges aliquando commendantur. l. obseruādum. ff. de off. præsi-

Source : BIU Cujas

dis. Et ideo gl.ibi dicit, Nota mirabilem malitiam, quam docet aliquis, ꝙ aliud geratur in corde, & aliud ſimuletur: ſicut optimè faciunt Bononienſes ſecundum gloſſam ibi.

Ex quo patet regulariter, tales ſimulationes eſſe dānatas. Nā affectum noſtrum ſine ſimulatione præbere debemus, ſecundū Iſidorum in lib. 2. Soliloquiorum. Nam ſimulatio, & aſſentatio duæ virulentiſſimæ peſtes ſunt, vt inquit Caſſiodorus in libro de amicitia.

Simulator enim ore decipit amicum ſuum, vt dicit Salomō
10 Prouerb. c. 21. Et finaliter Iob Hiſtoriologus dicit, † ꝙ ſimulatores, & callidi prouocant iram Dei. Et ideo habemus rubricam, plus valere quod agitur, q̄ quod ſimulatè ꝯcipitur. Et adde tex. in l. ſimulatè. ff. de ritu nuptiarū. & in c. j. quod metus cauſa. Nā & vbiq; leges tales ſimulationes damnant. l. j. circa principium. ff. de iuſti. & iur. ibi: veram (ni fallor) Philoſophiam, nō ſimulatam affectantes. & l. congruit in fi. & l. ſequenti. ff. de offic. præſidis. tendunt enim ad decipiendum. l. eum. ff. quod cum eo. & de ſimulatis contractibus dixi in tractatu contractuum vetitorū, in plerisq; locis, præſertim in quarta combinatione. Fictiones à iure ēt ſunt prohibitæ, niſi quatenus reperiuntur cōceſſæ. Et nullis caſibus attendendę: quia licèt ſint introductæ ex æquitate, p̄ſertim ad ſuſtinendum teſtamenta. l. poſtliminiū. ff. de captiuis. iſtæ tñ fictiones cenſentur ius ſingulare, & reſtringendum, & iō non trahuntur ad conſequentiam. vide tex. notabilem in l. 3. §. j. ff. de iure codicillorum. & in l. ſi ſocer. in princ. ff. ſolu. matrim.
11 † vbi ficta ſolutio non extenditur ad filiam: & tamen vera ſolutio impedit ius conſolidationis in eam. l. dotem, eod. tit. Et circa hęc, & fictiones, vide quę ſcripſi in l. mulieri, & Titio. ff. de ꝯditionibus, & demonſt. & in l. lex Cornelia. ff. de vulgari, & pupillari. & in l. ſi duo. & in l. hæres quandoq;. ff. de acquir. hæred. & in l. Pomponius. §. j. de acquir. poſſeſſ. & in l. conditio. la j. de conditionibus & demonſtrationibus. Et nota, quia leges municipales, & correctiuæ debent intelligi in caſu vero, non ficto. Clementina quod circa. de electionibus. coniuncto. c. quorundam oculos. de elect. lib. 6. Quid de legibus exorbitantibus. Idē videtur. l. 3. §. hæc verba. cum ibi notatis. ff. de neg. geſt. Bart. contra in l. ſi aliquam. ff. de acquir. poſſeſſ. dic vt ibi dixi in tractatu ſtatutorum, in titu. de extenſione ſtrictæ interpretationis. §. aggredi. Et vnum nō omitto, ꝙ id quod fit per fictionem, impropriè dicitur fieri. l. lege Cornelia. ibi: licèt minus proprie. & ibi Bald. ff. de teſtamentis.

Et ideo ceſſantibus præmiſſis de facili duæ fictiones non poſſunt ſimul concurrere. l. j. cum ibi nota. C. de dotis promiſſione. Et hoc quando procedunt ex eodem fonte æquitatis. De quo ſemper recurre ad Barto in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucapionibus.
12 † vna tamen fictio, & vna præſumptio bene poſſunt ſimul concurrere ſecūdùm Angelum, Cynum, & Imolam in l. ſi aliquam. ff. de acquir. poſſeſſ. Ego ibi tenui cōtrarium. dic vt ibi dixi. Et attende; quia aliqñ cōcurrunt fictio, & veritas: & tūc p̄fertur veritas, caſus eſt notabilis in l. filio quē. ff. de lib. & poſth. Et adde, ꝙ fictio aliqñ plus tribuit q̄ veritas. vide tex. cum his q̄ ibi dixi in l. 2. §. ſi tamen. ff. de verb. oblig. An autem dominium vel poſſeſſio transferatur per fictam traditionem, etiam quādo alias contractus eſt inutilis, vide omnino quæ dixi in d. l. ſi aliquam. Et illud nota, ꝙ ficta traditio meri detentatoris, non priuat dominum poſſeſſione: licèt ſecus in vera traditione. l. quāuis. §. j. ff. de acquir. poſſ.

13 † Poſtremò non omitto, ꝙ licèt, vt ſupra dixi, fictiones ſint introductæ ex æquitate, præſertim ad ſuſtinenda teſtamenta: tñ quandoque fictio operatur corruptelā teſtamenti. Caſus eſt in l. qui vxorem prægnantem. ff. de iniuſto, rupto. Et rationem ibi dixi vltra cæteros.

Eſt & alia virtus, quæ nomē minimè à Philoſophis ſortita eſt, quam tamen Philoſophus in 4. Ethic. dicit eſſe amicitiæ ſimilem, quæ tenet medium inter aſſentatores, & contentioſos.

Sunt enim quidam aſſentatores, qui placendi ſtudio laudāt omnia, & nihil aduerſantur, putantes minimè oportere ſe moleſtos eſſe, ſm Philoſophum vbi ſupra. Alii ſunt ècontrario in cunctis diſſidentes, nec offendere quicquam verentes, qui inhumani & contentioſi vocantur. Medius autem inter hæc extrema laudat quæ oportet, & repellit contraria. Ita dicit Philoſophus vbi ſupra.

Et hæc etiam probare poſſumus per leges & canones. Nam laudare & commendare quē in ſuis bene geſtis: & ſic vbi oportet, licitum eſt, & laudabile. l. ſi in aliā. & l. obſeruandum. §. antequam. ff. de offic. proconſulis. 25. diſt. perlectis.
14 † Sed extollere, & laudare, vbi non oportet, deteſtabile eſt. c. ſunt nonnulli. 46. diſt. vbi ponuntur verba aurea: & ideo omnino vide: & etiam contra adulatores vide. c. fi. 43. diſt. & l. primā. C. de ſtatuis, & imaginibus. & l. ſecundam. C. de dona. inter virū & vxorem. Aliquando tamen tolerantur verba adulatoria. l. fi. ff. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit. l. captatoriæ. ff. de hæredib. inſtituendis. & an verba adulatoria diſponant, vide l. generali. cum ibi notatis. ff. de vſufructu legato.

De contentioſis verò, arrogantibus, & inhumanis, qui diſpli centiſſimi ſunt, vide tex. in c. j. 46. diſt. per totū. & in c. cùm beatus 45. diſt. vbi dicitur, ꝙ beatus Apoſtolus arguere, obſecrare, & increpare in omni patientia præcepit. Et ꝙ obſtinatio, ſeu ſuperſtitioſitas ſit improbata, vide tex. in l. quæ ſub conditione. ff. de conditionibus inſtitu. Medius inuenitur inter hęc extrema, eſt amico ſimilis. Non dico ſimpliciter amicus; quia differt ab amicitia, quod effectu caret, nec ad eos reflectitur, quibus conuerſatur. Non enim amore, vel odio, ſed ꝙ ipſe talis eſt recipit quod oportet, & id erga notos, & ignotos, conſuetos & inconſuetos ſimiliter faciet: & tamen non conuenit pariter familiarum & extraneorum curam habere, nec eodem modo eis moleſtum eſſe.

Cęterùm, quia talis virtus eſt amicitię ſimilis aliquid perfunctoriè de amicitia dicamus, quæ diffinitur apud Ciceronem in
15 lib. de Amicitia, † eſſe diuinarum, atq; humanarum rerum coniunctio cum beneuolentia, & charitate. Et eſt res ſummè neceſſaria in vita, quia ſine amicis nullus eligeret viuere: licèt cūcta alia bona poſſideret. Nā & locupletes, & in dignitate: ac in ſumma potentia cōſtituti plurimū amicis indigere videntur. Quomodo enim cuſtodirentur, ſeruarenturq; ſine amicis, cū quantò plura ſint *illa*, tantò magis periculo ſubiacent? In paupertate quoq;, ac *reliquis calamitatibus vnicum eſt in amicos eſſe refugium*, & *iuuenibus ad compeſcēdum errores*, & ſenibus ad curam & obſeruationem, auxiliaq; *illarum rerū, quę illis* deſunt, propter imbecillitatem. *Iſta omnia dicit Philoſophus in libro* octauo Ethicorum.

16 Et ideo meritò Cicero in libro de Amicitia, dicit: † Ego vos hortari poſſum tātum vt amicitiam humanis rebus anteponatis. Nihil enim eſt tam Naturæ aptum, tam cōueniens ad *res vel* ſecundas, vel aduerſas. Et ideo Quintilianus in lib. Declamationum inquit, Non reperio quid in rebus humanis excogitauerit Natura præſtantius amicitia. Et ſubiicit Philoſophus in d. lib. 8. c. 2. ꝙ perfecta amicitia virorū bonorum eſt, & in ſe virtute ſimilium. Et ideo bene dicit Cicero in lib. de Amicitia, ꝙ nulla excuſatio peccati eſt, ſi amici cauſa peccaueris. Lex enim in amicitia ſcripta eſt, vt nec rogemus res turpes, nec rogati faciamus. Et ſubiicit Philoſophus vbi ſupra, ꝙ hę amicitiæ raræ ſunt: quia qui tales ſint pauci admodum reperiuntur. Dicit tamē, ꝙ talis amicitia permanet quandiu ſunt boni: virtus autem permanēs eſt. Et cōſequēter vult dicere, ꝙ tales amicitię ſempiternę ſunt, prout clarius dicit Cicero in lib de Amicitia, qui quicquid boni dicit, extraxit à Philoſopho vbi ſupra.

17 † Cæterum ſunt aliæ amicitiæ nō proprię, nec longè permanentes, vt eorum, qui aut propter vtilitatem, aut propter voluptatem ſe diligunt: quia tales non ſeipſos diligūt, ſed quia ex ipſis aliquid prouenit boni, vel iocunditatis, quibus ceſſantibus diſſoluitur amicitia. Et ſubiicit Philoſophus *vbi ſupra*: ꝙ cū iſta non permaneant, facilè ſoluūtur tales amicitiæ. Et ſic habes breuiter quæ proprie, & quæ improprie dicatur amicitia ſecūdum Philoſophos. Quod etiam probo per *leges noſtras*. Nā primò tex. in l. latæ culpæ. §. amicos. ff. de verb. ſignifi. dicit, ꝙ illos amicos non debemus dicere, qui ſunt leui notitia coniuncti. Et potes exemplificare in his, qui propter vtilitatem, vel voluptatem ſeſe diligunt: licèt gl. ibi aliter exemplificet.

18 Deinde ſubiicit tex. † illos eſſe amicos, qui ex honeſta cauſa amicitia copulati ſunt: licet ſecundum gloſ. *ibi, alibi accipiatur* largius, vt in 50. lib. *memoralium*. alias incipit, Maſſurius. eodem titulo. vbi *innuitur*, quòd ex inhoneſta cauſa etiam fit amicitia. Ita dicit ibi gl.

Adde quod etiam largè accipitur in l. tutori. C. de neg. geſt. & in l. liberi. C. de inofficio. teſtamento. vt infra patebit. Sed propriè illa eſt amicitia, quæ ex honeſta cauſa prouenit: quia vera amicitia eſt alterius ad alterum cū charitate coniunctio. Vide ad hoc tex. notabilem in *l. ſi fuerit. verſi. ſed & ſi. ff.* de rebus dubiis. Et tales amicitiæ ſunt præclaræ, & ſine ſordibus, & cum vera charitate, & virtute. Et ideo drco *leges*, quæ propter amicitiā ſtrictam repellunt à teſtimonio non loqui de vera amicitia ſtricta: quia *illa* caret omni ſuſpicione, cum propter talem amicitiam nunquam recedatur à ſemita honeſtatis & iuſtitiæ, vt
19 patet ex his, quę ſupra dixi. † Et adde circa hoc, ꝙ amicitia repellat teſtem, quod infra dicam.

Et eſt mirabile, ꝙ propter amicitiam repellatur aliquādo teſtis, & non propter fraternitatem, vide gl. in l. parentes. C. de teſtibus. Quod tamen intellige, niſi eſſent ambo in patria poteſtate, vel ſimul cohabitarent, vel eſſent in communione. Ita Butr. in c. cum oporteat. de accuſationibus. poſt Abbatem, & Guliel mum. de quo per Bartolum in l. qui teſtamento. §. j. ff. de teſtamentis. & Salicetus in dicta l. parentes. Sed aduerte; quia videtur, quòd amicus quantuncunque ſtricta amicitia coniunctus, ceſſante communione, vel cohabitatione, non repellatur à teſtimonio, ſicut nec frater: cum non ſit maior, nec ſtrictior amicitia q̄ fraternalis. Cogita. Et illud nota, ꝙ eo ipſo, ꝙ aliquis deputat aliquem ad aliquod officium, ſeu adminiſtrationem rerum, probatur ex hoc iſte eſſe amiciſſimus deputantis. Vide tex. cum Bald. in l. amiciſſimos. ff. de excuſation. tutorum.

Nota

Source : BIU Cujas

20 Nota etiam † ꝙ præsentia amicorum multū operatur in aliqua dispositione: quia nunquam præsumitur dolus, vel metus interuenisse.l.transactionem.de transactionibus.

Nunc videamus aliquid de inimicis. Et illud in primis nota, ꝙ paria sunt,aliquem non diligere vel esse eius inimicum.c.inquitionis. versi. 3. tertiæ dubitationis. extra de accusationibus. ꝙ nota,pro interrogationibus fiendis testibus. † Et non salutās
21 aliquem, præsumitur eius inimicus. c. cùm Adrianus. sexagesimatertia distinctione.

Item inuicem litigantes,nonagesima distinctione.placuit.

Item qui testificatus est cōtra me in causa criminali.c. memi nimus.de accusationibus.tamen textus ibi necessariò hoc non probat: licèt glossa ibi firmet per capitulum cùm P. eodem titulo. quod tamen non credo ita simpliciter verum: sed pro nunc non insisto.

Item qui copulauit amicitias cum inimico, censetur etiam eius amicus.l.liberi.C de inofficioso testamento.ꝙ glo. ibi notat ad feuda,quasi dicat † ꝙ si vasallus amicitiam fecerit cū inimico domini, perdit feudum. Quod clarius determinat glossa in c.vnico. §. secundo. quibus modis feuda amittantur. & alia gloss.& ibi Bal.in c.j.§.porrò.quæ sit prima causa beneficii amittendi. Et ex hoc patet, quòd ista iura non loquuntur de vera & propria amicitia: quia illa caret omni suspicione mali, vt supra dixi.

Item amittit feudum vasallus, si fideiubeat pro inimico domini in causa,quæ tangat iniuriam domini secundùm Bald.in dicto §.porrò.Et de fideiubente pro inimico alicuius,vide omnino in Speculatore, in titulo de treuga & pace. versicu. sed pone A.& B.

23 † Similiter cēsetur inimicus capitalis, qui mortem minatur, vel accusat de crimine capitali.glo.in l.licet.ff.de arbitris.& Bartol.in l.3.§.non solùm.ff.de adimēdis legatis.per l.qui cùm maior.de bonis libertorum.per totam.Idem dicit Bar.siquis interfecerit meum consanguineum, vel affinem. Allegat.l. in lege Cornelia.in principio,de iniuriis. Et finaliter dicit Ioannes Faber in §.item propter litem. Institu. de excusation. tutorum. ꝙ capitales inimici sunt,qui sibi inuicem fecerūt tale quid, quod
24 verisimiliter vnus mortem alterius affectat. † Grauissimæ verò inimicitiæ sunt propter litem omnium bonorum,vel maioris partis,d.§.item propter litem.Et ibidem vult idem Ioā. Fab. & sic non dicuntur tunc capitales, sed grauissimæ, prout etiam expresse vult Bar.in d.§.non solùm.

Item sunt grauissimæ in omnibus casibus, in quibus dicitur fieri grauis iniuria;de quo in l. item apud. §. j. cum sequenti. ff. de iniuriis.& §.atrox.Institu.de iniuriis. secundùm Barto. in dicto §.non solum.

Et nota præmissa propterea, quia inimicitiæ capitales repellunt à testimonio in omni casu,aliq non,sed fidem minuunt secundum Butrium post Hostiensem in d. c. cùm oporteat. De quo vide glossam in c.per tuas.in verbo, capitales. de simonia. Dicit tamen glossa in dicto c.cùm oporteat.& ibi Ioannes An
25 dræas,† ꝙ,quæ amicitia,& quę inimicitia repellat testem,relinquitur arbitrio Iudicis. Et attende,quia dico, ꝙ non eadem inimicitia repellit Iudicem & testem. 11.q.3. quicunque. vbi glossa dicit,quòd facilius recusatur Iudex, quàm testis: quia plures reperiuntur Iudices,quàm testes. Vnum etiam non omitto, ꝙ cohabitantes cum inimicis non possunt accusare. ca. repellantur.de accusationibus.ergo minus iudicare,vt ibi notatur.Intel lige tamen de cohabitatione continua,vt ibi dicunt Doctores.

Postremò vnum te moneo,ꝙ caueas à familiari inimico: qa nulla pestis est deterior ad nocēdum,nec efficacior, vt vult tex. cū gl.in l.data.C.de donationibus.& in c.j.93.dist.facit.l. fratres. C.de inoffic.testamento.

Quia in superioribus vidistis de quadā virtute innominata,q̄ est amicitiæ similis:videamus de alia,quæ ēt sine nomine remā sit,q̄ tenet medium inter ambitiosos,& remissos in honoribus.
26 † Sunt enim quidam plus, q̄ oportet, honoribus inhiantes, quos dicimus ambitiosos,secundùm Philosophum in 4.Ethic. & contra istos fuit promulgata lex Iulia de ambitu.l.vnica.ff.ad legem Iuliam de ambitu. Vide etiam contra eos.c. quorūdam. de electione.lib.6.

Alii sunt è contrario,qui eos honores, quos honestè consequi possunt,abiectione quadam animi prætermittunt, ſm Philosophum vbi supra. Adde contra eos legem si quenquam. C. de Episc.& cler.ibi:quātùm quisq; mereatur &c.Et subiicit Philosophus,ꝙ inter hęc vitia est virtus prelibata sine nomine,quę ēt habet aliam virtutem coniunctam, quæ vocatur magnanimitas,q̄ illi virtuti ita accedit,sicut magnificētia ad liberalitatē.
27 † Nam, vt dixi supra, magnificentia est quędā sublimis liberalitas circa sumptus magnos: & eodem modo magnanimitas circa honores excedit virtutē p̄dictā quadā magnitudine animi,propositoq; sublimi,vt si maximis honoribus dignus sit,nō vereatur sibi arrogare ſm Philosophum in d.lib.4.c.5.ad quod facit.c.qui episcopatum.8.q.j.Contra tamen facit d. lex, si quenquam.Solue,vt ibi notatur.

ARGVMENTVM.

Eutrapeliæ extrema veriora,quæ horum causæ ac fines: Lusus commoda, alearum morem improbatum, quiq; ludorum (quorum varia genera recensēt) quatenus, & quibus ex causis prohibiti, permissiq; sint: huius rei effectus interiiciens describit Rogerius.

SVMMARIVM.

1 *Eutrapelia inter quæ medium teneat.*
2 *Iocus in verbis consistere qualiter probetur.*
3 *Rustici,siue agrestes qui propriè dicantur.*
4 *Scurræ qui,& quid scurrilitas.*
5 *Ludus moderatus,licitus esse potest,& honestus.*
6 *Delectatio quid operetur.*
7 *Ludo & ioco quæ mala euitentur.*
8 *Bonum est,quod ad honorem,& ornatum ciuitatis tendit.*
9 *Lętitia,seu iucunditas quibus rationibus bona probetur.& nu.10.*
11 *Vitio an detur,si quis non omnino ludere inueniatur.*
12 *Eutrapelia virtus quæ dicatur.*
13 *Virtus omnis nullius est momenti citra charitatem.*
14 *Felicitas qualiter intelligatur esse operatio secundùm virtutem.*
15 *Consilia Euangelica non seruare,non est peccatum.*
16 *Excedere modum in ludendo qui dicantur.*
17 *Ioculatores qui sint,& quare sic dicti.*
18 *Thymelici qui dicantur.*
19 *Excessus in ludo variis modis contingere potest.*
20 *Ludus qui permitti soleat.*
21 *Ludo licito vincens non tenetur ad restitutionem.*
22 *Moribus bonis contrarium quid dicatur.*
23 *Præsumptio quando adeò efficax dicatur, vt contra ipsam probatio non admittatur.*
24 *Consuetudo nimium alterans iuris pęnas,reprobatur.*
25 *Consuetudo, qua licitè creditur ludi posse ad aleas, nullius momenti dicenda est.*
26 *Ludorum genera quatuor,& quæ.*
27 *Socius,aut particeps ludi æquè punitur atque ludens.*
28 *Obligans se ad nunquam ludendum,an teneatur non ludere.*
29 *Clerici ad aleas tum ludere,tum ludentes spectare prohibentur.*
30 *Clericis qui ludi permittantur.*
31 *Venatio clericis indistinctè prohibetur.*
32 *Clericus cum laico ludere prohibetur.*
33 *Magistratus seu officialis non debet ludere cum suis subditis.*
34 *Ludere cum mulieribus an liceat.*
35 *Choreæ an sint licitæ.*
36 *Clericus mulieris mamillas tangens, aut eandem amplectēs,præsumitur causa benedictionis hoc facere.*
37 *Ludus prohibetur quandoque gratia instrumenti,quo luditur.*
38 *Ludens cum veste alterius in ipsius contemptum puniri debet.*
39 *Laruæ gratia tegendæ ebrietatis primo introductæ fuerunt.*
40 *Sagittariorum, & balistariorum ludus quando licitus.*
41 *Instrumenta musices honesta & inhonesta.& nu.43.*
42 *Musices commoda.*
44 *Ludi prohibiti.*
45 *Ludorum prohibitorum causæ.& nu.46.47.& 48.51.55.56.& 57.*
49 *Sceleris exaggerandi argumenta.& nu.50.52.& 53.*
54 *Ludi quando cessandi.*
58 *Torneamenta quo iure permissa,prohibitave sint.*
59 *Hastiludia quatenus permittenda.*
60 *Duellum cur,quo iure,& quando permissum,& prohibitum.& nu.61.*
62 *Duello concedendo necessaria.*
63 *Duellum causa quauis prohiberi verius est.*
64 *Pugnare quibus ex causis liceat.& nu.65.66.*
67 *Ludo noxio dolum inesse & quomodo accipiendus.& nu.68.*
69 *Factionum interpretatio.*
70 *L.illud.ff.de iniuriis,explicari.*
71 *Musicus cantus quando prohibitus.*

TRactemus de virtute,quę apud Grecos Eutrapelia vocatur,apud nos vrbanitas,siue comitas,aut iocūditas.Dicam ptimò de eius mediocritate demonstrando quomodo est virtus, ratione, auctoritate, & exemplo. Demū,de eius extremis videbimus, qui sunt excessus, & defectus in iocando,seu ludendo.

Et primò dicam de defectu in nunquam iocando: & an iste defectuosus in ludendo cadat in vitium,seu peccatum. Demū de excessu ludi,seu ioci,qui est multiplici respectu: vel respectu ipsius ludi improbi,seu vetiti:& ibi discutietur, qui ludi sint ꝓhibiti:& an consuetudo in contrarium valeat: vel est excessus respectu personę ludentis,vel respectu personę,cum qua luditur, vel respectu instrumenti,cum quo luditur,vel respectu loci,vel respectu tēporis, vel respectu causæ materialis,vel respectu causæ finalis,vel respectu præiudicii humilitatis.

Ex quibus omnibus,quibus liceat ludere,& vbi,& qñ,& qualiter,& cum quibus,& in quo loco,& quantum.Demum videbimus,an pro eo,quod luditur,detur actio, vel repetitio: & de contractibus, qui fiunt in ludo, & qua pœna puniantur ludentes

Source : BIU Cujas

dentes ludo reprobo, ſiue parte inſtante, ſiue officio ludicis.

1 † Quæro igitur primò, inter quæ virtus prædicta, quæ dicitur Eutrapelia, teneat medium. Solutio, Vetus tranſlatio Ariſtotelis in 4. Ethicorum dicit, ꝙ tenet medium inter exceſſum, & defectum in ludendo.

Sed Aret. in Proœmio nouæ tranſlationis reprehendit: quia immò tenet medium inter exceſſum, & defectum in iocando. Nam iocari conſiſtit in verbis, ludere autem dicimur pila, vel
2 alio inſtro. Et hoc probo ēt ꝑ leges noſtras. † Nā ꝙ iocus conſiſtat in verbis, probatur in l. obligationum ſubſtātia. §. verborū. ff. de actio. & oblig. Et ꝙ ludere ſit cum pila, vel alio inſtro, probatur in l. j. ferè per totam legem, & in l. 2. ff. de aleatoribus. & in l. item ſi obſtetrix. §. fi. cum l. ſequenti, & ſequenti. ff. ad l. Aquil. tñ largè verbis dicit ēt qs ludere, vtpote faciēdo farſas, vel aliàs verbis iocādo. Probat in §. pe. ī Proœmio Digeſtorū. Et hinc sū pta occaſione hic tractabo de quocunq; ludo licito, & illicito.

3 † Sunt ergo vt propius deueniam ad materiā noſtram, nonnulli iudices & agreſtes homines, qui omnem abiicientes iocū ditatem, ruſticitati condonantur: qui propriè vocantur ruſtici: & Græcè talis dicitur, agrios, & habitus agri: quia ſm Philoſophum in 4. Ethic. c. 4. & hoc etiam ſatis probari poteſt iure noſtro: quia cum contingat homines, qui habitant ruri, ſeu extra muros ciuitatum, vel caſtrorum propter defectum aſſiduę conuerſationis fieri ita agreſtes, & rudes: ideo tales vocamus ruſticos in legibus noſtris. l. j. C. vt ruſticani ad nullum officium euocentur. lib. 11. & per Bart. in l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iure codicillorum.

4 † E contrario ſunt alii, qui omnem arripiunt iocandi, & ludē di occaſionem, ita vt nec honeſtati, nec dignitati parcant, dum modo riſum mouere poſſint: qui ſcurræ dicuntur, & ipſum vitium ſcurrilitas. Apud verò Græcos, qui talem habitum habet bomolochos dicitur, & ipſum vitium, bomolochia, ſm Philoſophum, vbi ſupra. & de his loquitur tex. in c. j. de vita, & honeſtate clericorum. lib. 6. & in l. 2. §. fi. ff. de his, qui notantur infamia. Virtus conſiſtens in medio comitas, ſeu vrbanitas dicitur, ſm Philoſophum: quia cum in vita noſtra ſit ceſſatio quædam, & remiſſio à negociis, cùm non poſſit quis continuò laborare, virtutis eſt, id temporis loco, & ſolatio adſcribere. Et ex his inferunt quidam, ꝙ moderatè ludentes ſint virtuoſi, & eutrapeli dicantur. quod non eſt verum: quia Philoſophus nō loquitur de
5 ludo, ſed de ioco: qui, vt dixi, conſiſtit in verbis. † Tamen, ꝙ ludus, moderatus, ſm quod infra videbitur, ſit bonus, & honeſtus, probo ratione, auctoritate, & exemplo. Ratione; quia certū eſt, ꝙ ludus tendit ad delectationem, & requiem laborum noſtrorum. c. continebatur. extra de homicidio. & per Philoſophum in 4. Ethic. c. 7. & in 4. Ethic. c. pen. in princ. Et ad hunc finem debet homo ludere, & iocari, ſm Philoſophum, videlicet vt inde poſtea bene operetur. Et cuius finis bonus eſt ipſum quoq; bonum eſt, vt alibi dicit Philoſophus. Et ideo in d. lib. 4. c. 9. dicit, ꝙ requies, & iocus in vita ſunt neceſſarii. Hinc eſt, ꝙ maiores noſtri ludos & dies celebres inſtituunt, vt populus ad lætitiam, & laborum neceſſarium temperamentum inuitaretur. l. j. C. de ſpecta. lib. 11. l. Septitia. de pollicitationibus. l. ciuitatibus. de leg. j. l. annua. de annuis legatis. per quæ iura probatur concluſio.

6 † Præterea certum eſt, delectationem eſſe bonū quoddam, vt ipſe Philoſophus dicit in lib. j. Rhetoricorum, & requies neceſſaria delectatio eſt, vt ipſe Ariſtoteles vult in lib. Politicorū. Et ad requiem fiunt ludi, d. c. continebatur. quia delectatio confirmat operationes, & diuturniores, & meliores facit, ſecundū Philoſophum, ni fallor, in lib. Rhetoricorum: ergo ludus moderatus bonus, & honeſtus eſt.

Item ex nunquam iocari, vel ludere contingunt mala: quia, vt inquit Caſſiodorus in lib. 5. Epiſtolarū: Incerta eſt vita illorum, qui nimia fatigatione laſſantur. & in lib. j. dicit: Interdum aſſidui labores, & ipſas ingratas faciunt dignitates.

Et ideo Seneca in lib. de tranquillitate animi: Danda eſt animi remiſſio, meliores, acrioresq; quieti ſurgunt: naſcitur ex aſſiduitate labor, animorum hebetatio quædam, ac languor.

7 † Sed iſta mala euitamus per ludum, & iocum moderatum: ergo vanus, & honeſtus eſt: quia viri perfecti eſt nedum malū, ſed etiam omnem ſpeciem, & formidinem mali ſcire euitare. Clemen. exiui. §. cumq; annui reditus. de verb. ſignifi. Probo ēt ratione præmiſſam concluſionem per legem ſolent. §. j. de aleatoribus. vbi dicitur, ꝙ ludere, vel certare cum haſta, vel pilo iaciendo, currendo, ſaliendo, luctando, vel pugnando cauſa virtutis ſit: ergo illud bonum eſt, cum tendat ad virtutem. Attende; quia ibi non accipitur virtus pro virtutibus, de quibus hactenus loquuti ſumus, ſed pro fortitudine, vt ibi dicit gl. Sed melius diceret (iudicio meo) pro virilitate, ꝙ fortitudo propriè eſt præclara virtus, de qua ſupra latè dixi. Accipitur ergo virtus in d. l. ſolent. pro virilitate.

Adde, & ita accipiebat Cæſar, dum milites ſuos increparet, dicens ſe non tantùm virtutem in milite deſiderare, quantum modeſtiam, virtutē proculdubio pro virilitate ponens. Tamen licèt in d. l. ſolent. virtus accipiatur pro virilitate, adhuc ibi probatur quod dixi: quia tales ludi, qui fiunt gratia virium exercēdarum, & ad agilitatem corporis, tendunt ad finem rei militaris, quæ eſt approbatiſſima, tendens ad tuitionem Reipublicæ, & ſic patriæ, & parentum. l. aduocati. C. de aduocatis diuerſorū iudiciorum. ibi: quàm ſi præliis, ac vulneribus patriam, parētesque ſaluarent. † Probo etiam alia ratione: quia nemo dixerit
8 id, quod tendit ad honorem, & ornatum ciuitatis, non eſſe bonum, vt patet ex his, quæ habentur in l. cætera. ff. de leg. j. Sed ludi Scenici, vel Circenſes, & honeſti tendunt ad honorem ciuitatis: vt eſt caſus ī l. ciuitatib. de leg j. Hinc fauemus legatis factis pro ludis fiēdis in ciuitate. l. annuam. ff. de annuis legatis. vbi gl. ludos, in quibus honeſtas, verecundia, ac mores caſti ſeruantur ſacros appellat. Et hæc etiam probantur in l. j. C. de ſpectaculis. lib. 11. ergo patet concluſionem veram.

9 † Rationibus ergo concludentibus probatur concluſio præmiſſa, quā & auctoritatibus maximis probo: quia hoc vult Ariſtoteles in 4. Ethicorum. c. pen. Item Salomon in Eccleſiaſte. c. 3. Cognoui, ꝙ non eſſet melius, niſi lætari, & facere bene in vita ſua. & c. 8. Laudaui lætitiam, ꝙ non eſſet homini bonum ſub Sole, niſi ꝙ comederet, & biberet, atq; gauderet, & hoc ſolùm ſecum auferret de labore ſuo in diebus vitæ, quos dedit ei Deus ſub Sole. Et Seneca in Tragedia;

Dum fata ſinunt, viuite læti &c. Et Paulus ad Romanos, cap. 12. Gaudete cum gaudentibus &c. Et Caſſiodorus in lib. 12. Epiſtolarum: Rex lætus optatur ab omnibus. Et Ouidius in lib. de arte amandi.

Si vox eſt cantans, ſi mollia brachia ſalta,
Et quacunque potes arte placere ſtude.

10 † Probo etiam hoc auctoritate pontificali, videlicet ꝙ ludus moderatus ſit licitus, & honeſtus, etiā clericis: vt eſt caſus in c. lator. & ibi gl. extra de homicidiis. quia alias dediſſet ibi operam rei illicitæ, & non poſſet procedere quod ibi dicitur. Probo ēt auctoritate Imperiali: quia Imperator noſter vos omnes hortatur in Proœmio Inſtitutionum, circa finem, vt cum iocunditate, & alacritate debeatis ſtudere, & leges noſtras ſuſcipere: quaſi ſtudium non ſit frugi, ſine ioci, vel ludi interpoſitione. Vltimò iſtud eſt, quod dicit Cato,

Iterpone tuis interdum gaudia curis.

Præmiſſam etiam concluſionem probo exemplo ſanctorū patrum, quos recitat tex. in c. recurrat. 32 q. 4. Item & iocaſſe, vt dicit Auguſtinus in lib. quæſtionum Geneſis. c. 41. & tranſumptiuè in can. quod ait. 22. q. 2. Et de his ſanctis patribus, qui viſi ſunt ludere, habes etiam gl. in d. c. lator.

Cæterùm, quia omnia extrema ſunt vitioſa, quod videmus de exceſſu, & de defectu in ludendo, vel iocando.

11 † Quæro igitur, an non iocari, ſeu deficere in ludo, in vitio reponatur? poſtea videbimus de exceſſu. Et arguitur, ꝙ ſic: quia eutrapelia eſt virtus, vt dictum eſt: ergo habet exceſſum, & defectum pro ſuis extremis vitioſis, ſicut aliæ oēs virtutes morales.

Item ſi bonum, & honeſtum, ac fructuoſum eſt ludere, prout ſupra concluſi: ergo non ludere erit vitium, & peccatum: ergo &c. l. j. in principio ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris. & Inſtituta. eodem in principio. Contrariorum enim eadem eſt diſciplina, vt ibi. Sed contra facit: quia ſi contrariorum eſt eadem diſciplina, ergo, poteſt argui, ꝙ ceſſare à ludo non ſit vitium; qa in ioco, ſeu ludo, non poteſt eſſe fęlicitas: quia propter aliud fit, ideſt, propter labores, vt paulò ante memini: & ſic ꝑpter aliud expetitur, q̄ propter ſe: & ſic non poteſt humanarum rerum eſſe finis, nec conſequenter fęlicitas.

Non enim ſtudemus iocandi gratia, ſed è cōtrario, iocamur ad finem bene ſtudendi. Iſta omnia dicit Philoſophus in 4. Ethicorum. c. 7. Si ergo in ioco non poteſt eſſe fęlicitas, ergo nec in eius ceſſatione videtur eſſe vitium, vt contrariorum eadem ſit diſciplina.

Quinimmo ex præmiſſis videtur probari, ꝙ non ſit virtus: qa ſi eſſet virtus, eius operatio eſſet fęlicitas: quia fęlicitas eſt operatio ſecundùm virtutem, vt dicit Philoſophus in dicto cap. ſeptimo. & ſic in operatione ioci eſſet fœlicitas, ſi iocus eſſet virtus, quod eſt falſum, vt dictum eſt: & ſic Philoſophus videtur ſibi contrarius.

12 Sed nō eſt apud rectè perſcrutantes: † quia eutrapelia eſt virtus media inter exceſſum, & defectum ioci. Non dico ludi, per ea, quæ ſupra dixi. Et licèt ſit virtus, non tamen eſt fœlicitas, vt dicit Philoſophus in loco præallegato. Et argumētum dum dicitur, ꝙ fęlicitas eſt operatio ſecundùm virtutem, non intelligas groſſo modo, ſecūdùm operationem vnius virtutis: quia nec vna hirundo, nec vna dies facit ver: ſed debes intelligere ſecundùm perfectiſſimam virtutem, vt dicit ipſe Philoſophus in primo lib. Ethicorum. c. 5.

Addo, ꝙ cùm loquatur in ſuperlatiuo, iſta perfectiſſima virtus erit Iuſtitia, quæ eſt vniuerſalis virtus alias omnes continēs, vt dixi ſupra in hoc tractatu de ſummo bono: alias dico, ꝙ in operationibus etiam plurimarum virtutum non poteſt eſſe fęlicitas, quia qui vna virtute caret, omnibus caret. c. vbi ſana. 24. q. 2. vbi glo. dicit, ꝙ omnes virtutes detrimentum patiuntur ab

vno

Source : BIU Cujas

vno vitio.adde capitulum desleat.infra de reg.iur.

Addo etiam,ꝙ id quod dicit Philosophus in d.c.5. probatur optimè in c.nisi cùm pridem.§ porrò. vers. quippe extra de renunciatione. vbi dicit tex.formaliter, † Si quantocunq; virtutum flore refulgeas,si charitatem non habeas, in te nihil comprobaris habere.Et gl.in verbo,Virtutum flore.exponit,operationibus, ideſt, operibus virtutum:quia virtutem nullus potest habere sine charitate.

Ecce ergo quod vult,ꝙ in operationibus aliquarum virtutū simpliciter non sit virtus, seu fœlicitas, sed tantùm in habitu, & actu. Et ideo subiicit ibi gl. ꝙ qui habet vnam in actu, habet omnes:& qui vna caret,omnibus caret.

Ex præmissis infero,ꝙ id,quod dicimus,†Felicitas est operatio secundùm virtutem:debet interpretari, ideſt,secundùm voluntatem,in qua est virtus perfecta.Et ita intelligitur contrariū super hoc formatum.

Concludo ergo,ꝙ in defectu ioci est vitium,& peccatum.

Sed quæro,an idem sit in defectu ludi, non reperio ꝙ Philosophus tangat: quia, vt dicit Areti. loquitur Philosophus de ioco, non de ludo. Tamen adhuc idem videtur: quia cùm supra probauerim ludum bonum esse, & honestum cum debitis circunstantiis,de quibus infra dicam:ergo cessatio erit vitium, arguendo à contrariis.

Sed potes *dicere,ꝙ ista* non est bona consequentia:† quia licèt *bonum sit vẽdere* omnia, & dare pauperibus: quia istud est cõsilium perfectionis,& sic ita facere est boni viri,& perfecti,sicut etiam bonum est percutiẽti te in vna maxilla præbere aliã: tamen cessare ab hoc,non est vitium,seu peccatum: vt habetur *in Clement.*exiui de Parad.de verb. sig. Et ita intelligitur gl. in c.j.de constitutionibus.vt ibi dicit Panor.De quo dic, vt dixi in tract.de legis potẽtia.in j.par.§. restat. Vnde teneo cõclusiuè,ꝙ si quis sit facetus,& vrbanus ī verbis,& sit iocosus,ꝙ licèt nunq̃ aliter ludat,non peccabit, nec in vitio reponetur: quia talis ꝓp vrbanitatem verborum defenditur à vitio rusticitatis, & in iocando *verbis,accipit* recreationem,& requiem debitam pro laboribus:& consequenter cessant in eo rationes,quas supra dixi.

Reliquum est,vt videamus de excessu *in ludendo.*† Et certũ est,eos excedere,qui nec dignitati, nec honorĩ parcunt, omnẽ arripientes iocandi occasionem: vt sunt histriones, quos vulgò buffones nuncupamus.Et ita appellat tex.in c.vnico. de vita & honestate clericorum.lib.6.& ibi Geminianus declarat:quãquam frequens sit eorum fama, & cum laude: tamen laudatur peccator *in* desideriis suis,& magnum peccatum est eos laudare.Hæc dicit tex.in c.donare. 86. dist. & prohibentur tales promoueri ad clericatum.c.maritum.33.dist.& à susceptione corporis Christi.de consecr.dist.2. pro dilectione, & sunt infames. 3.q.j.c.j.& si moniti non desistant, priuantur priuilegio clerica-
li.d.c.vnico.Et idem dico de Ioculatoribus, vt ibi.† Et dicũtur Ioculatores quasi loci latores in publicum,vt dicit glos. in d. c. vnico.& de his &c.vide l.secundam.§.fi.& §.ait prætor.ff.de his, qui notantur infamia.vbi dicitur, Omnes intrantes scenam ludendi gratia esse infames. Et est scena locus ludis deputatus, in quem omnes possunt passim ascendere ad vidẽdum fieri ludos, vt dicit tex.in d.§.ait prętor. Nimirum ergo,si notẽtur infamia: quandoquidem sui corporis tam publicè spectaculum faciunt. *Et ideo glossa in* d.c.vnico.dicit,ꝙ in occulto, vel causa recreationis alicuius infirmi,vel alterius honestę causæ aliquid ioci facere,non reprobatur.

Et adde,quod idem dicit gl.de citharistis,in d.c. donare. Et ꝓ his & gl.vide bonum text.in l.athletas.in princ. cum gl. in verbo,Thymelici.ff.de his,qui notantur infamia.& declarat Ang. in d.§.ait prætor.Et subiicit per hoc, † ꝙ cantantes, & salientes
in domibus priuatis,quando fiunt conuiuia,vel festiuitates,vtputa in doctoratu,vel militia,vel nuptiis alicuius, nõ sunt infames:& tales dicuntur Thymelici.Quod nota pro citharizantibus in domibus vestris, vel facientibus farsas in festiuitatibus, quas crebrò facitis:quia non sunt infames.

Ideo dico generaliter, vbicunq; generalis opinio est, ꝙ aliquis actus potius attribuatur virtuti,quàm vitio: quia talis actus dicitur virtuosus,non vitiosus : quoniam in his deseruiendum est opinioni vulgi,non debet vulgus decipi,aut eius opinio. Vide textum notabilem, & menti tenendum ad multa in l.athletas.in principio.ibi:& generaliter ita omnes opinantur &c. quẽ ibi ita declarat Angelus.

Ego verò credo talem populi opinionem excusare à pœna infamiæ,seu iuris, argumẽto notatorum in l.j.in fi.ff.de abigeis, & ita loquitur ille text.

Cæterùm,ꝙ talis opinio faciat cẽseri virtutẽ,vbi non est,hoc non credo, quicquid dicat Angel. quia virtus non potest esse in habitu mẽtis per assuetudinem acquisito, vt mediocritatem in affectibus seruemus.Nec obstat.l.athletas. quia loquitur quò ad pœnam infamiæ, vt dixi. Nec obstat etiam primum responsum illius legis,dum dicit,athletas artem ludicram non facere: quia virtutis gratia hoc faciunt: quia accipitur ibi virtus pro virilitate.l.2.cum sua gl.in fi.ff.de aleatoribus.

Et quia supra circa principium dixi, ꝙ multis modis excedit̃ in ludo. Discurramus per singula mẽbra. Nam primò dixi, † ꝙ potest esse excessus respectu ipsius ludi: quia est ꝓhibitus, vt est ludus azardi : quia subiacet viribus Fortunæ : & ideo lusor dicitur Fortunæ tentator,vt dicit Baldus in Rubrica.C.de cõdictione ob turpem causam.Et idem dico in ludo alearum, seu tabularum:licet in totum non subiiciatur Fortunæ: quia permiscetur industria:tamen prohibetur,maximè clericis, & ecclesiasticis personis.c.clerici extra de vita & honestate clericorum.authen interdicimus.C.de Episcopis & clericis.etiam si gratis fieret,ſm gl.ibi. de quo vt latius dicam in sequẽti combinatione.

Prohibetur etiam ludus alearum laicis,& quibuscunq;,vt est casus in authen.alearum vsus.C.de religiosis. Et ast constitutio Græca,quam multi libri non habẽt.Et hoc vult gl.in l.filiofamilias.§.j.ff.quarum rerum actio non detur. Et ratio ponitur in d.auth.alearum vsus.Et ideo dicit Bal.vbi supra,quosdam dicere tales ludos esse contra bonos mores ex accidenti, non ꝓp se:sed quia blasphemiæ, furta, & multa mala ex his sequuntur. Et subiicit Bal.ꝙ quidam dicunt, ꝙ si bona fide luderetur, siue in parua, siue in magna quantitate (quia vterq; est in pari periculo Fortunæ) non teneretur in foro conscientiæ ad restitutionem:nec confessores de hoc faciunt conscientiam. Et ita simpliciter transit Bal.Sed ego dico istud esse falsum per dictam authen.alearum vsus.& per gl.in d.l.filiofamilias.§.j. & per l.secũdam.§.fi.cum sequenti,& sequenti. arguendo per locum à speciali.ff.de aleatoribus.† Nam solum permittitur ludus tendens ad industriam,vt est ludus schacorum, vt dicit gl. approbata in d.authentica interdicimus.& Canonistæ in d.c.clerici.& Innocentius in c.lator.de homicidiis.

Item ludus est **permissus** tendens ad agilitatem corporis. l. qua actione.§.si quis **in** colluctatione.ff.ad legem Aquiliam.vt puta,si quis certet cum hasta,vel pilo iaciendo,aut currendo,saliendo,luctando,vel pugnando.Hæc omnia dicit tex. in l. 2. de aleatoribus.de quo etiam habetur in d.l.athletas.

Cæterum, si ludus non tendat ad exercendas vires corporis, vel ingenii,in totum reiicitur,& reprobatur, quocunq; animo ludatur:vt expresse dicit tex.in l.pen. in fin.ff. de aleatoribus.& etiam ludi alias permissi, nisi fiant cum debitis circunstantiis: de quibus,vt infra dicam,reprobantur.& reiiciuntur.

Ex his ergo apparet,illos,quos refert Bal.malè sensisse.Subiicit etiã Bal.vbi supra, ꝙ sanctus Thomas de Aquino dicit, † ꝙ vbi de consuetudine ludus est licitus, vincens nõ tenetur ad restitutionẽ,nec in foro iudiciali,nec in foro pẽnitẽtiali. Et subiicit idem tenere Ioannes Andręas in d.c.clerici.& Salic.in d.authentica alearum v sus.recitat verba Ioan.Andręæ.

Et attende,quia loquitur Ioan. And. in ludo misto ex fortuna,& industria,vt est ludus tabularum:quia in ludo hazardi nõ valeret consuetudo.Et ita refert quosdam tenere, quos ipse Io. And.sequitur,ac Io.Calde.& beatus Thom.vt dixi. Addo ꝓ eis videri casum in l.athletas. 2.responso præallega. præsertim inducendo eam, vt inducit Ange. secundùm ꝙ supra declaraui. Nam si populus per suam consuetudinem approbat ludum,cõsequenter opinatur illum licitum.

Succedat ergo ille tex.qui videtur velle omnem ludum esse licitum,quem populus opinatur licitum:& præsertim quia talis ludus non est de se prohibitus, sed propter consequentiam, vt dixi.Butrius tamen in d.c.clerici.dicit,tutius esse restituere,saltem pauperibus,non obstante consuetudine, propter malum animum spoliandi proximum.Et Panormitanus ibi tenet etiã non valere talem consuetudinem.Et credo ꝙ bene dicat:quia
dico talem consuetudinem esse contra bonos mores:† quia id dicitur contra bonos mores, quod est nutritiuum peccati, nedum mortalis,sed etiam venialis: vt dixi in tractatu de legis potentia:& nedum si verè nutriat peccatum,sed etiam præsumptiuè.c.detestanda.& c.ne captandæ.de concessione præbẽdæ. lib. 6.Et hac ratione nõ valet pactum de succedendo, licet iuratũ: quia præsumptiuè inducitur votum captandæ mortis. Sed ista consuetudo præsumptione iuris nutrit peccatum blasphemiæ Dei,& sanctorum.d.auth. alearum vsus. ergo &c. Et præsertim quia videmus illam præsumptionem iuris de facto obseruari. Vnde succedant,quæ dicit Bal.in simili in auth.sacramenta puberum.C.si aduersus venditionem. Butrius & Panor. in c. cum cõtingat.de iureiu.in quæstione quam tetigi in tractatu de con
tractibus vetitis.in §.videre.in j.q.vbi dicũt,† ꝙ qñ præsumptio iuris ciuilis, vel statuti est fundata ab eo, quod consuevit fieri, vt puta si in loco vbi cõiter minores solebant decipi, vel erant homines prompti ad eos decipiendum,statutum præsumat dolum in contractibus ipsorum minorum : nisi interueniat certa solennitas puta consensus duorum propinquorum:certè tunc adeò stamus illi præsumptioni,vt etiam iuramentum nihil possit aduersus illam præsumptionem.Cùm ergo illa præsumptio Auth.alearum vsus.sit fundata super peccato,quod quotidie videmus fieri,iure merito consuetudo in contrarium erit nutritiua illius peccati:& consequenter non valebit.

Probo ēt; quia si consuetudo in ludis attenderetur : ergo lu-

Source : BIU Cujas

dus pugnandi in duello poſſit per conſuetudinē approbari, qđ eſt falſum: immò talis conſuetudo, quæ eſt in pleriſq; partibus Galliæ, reprobatur tanquam praua cōſuetudo. Caſus eſt in c. 2. de clerico pugnante in duello de quo infra dicam.

Præterea certum eſt ex tali conſuetudine ludēdi ad aleas, homines fieri procliuiores, & prōptiores ad delinquendum: ergo non eſt ſeruanda. c. ex parte. & c. fi. cū ibi notatis. extra de cōſuetudine. † Et hac ratione non valet conſuetudo, quæ nimis alterat pœnam iuris ciuilis: vt qñ pro graui delicto imponitur pœna pecuniaria, vt eſt in iſta ciuitate. c. fi. extra de ſtatu monachorū. & ibi Doctores. Nec etiam ſtatutū tale valeret, ſm Hoſtienſem, & Panormitanum in c. 2. de delictis puerorum. Et hoc ea ratione: quia homines fiunt procliuiores ad delinquendum: quia, vt dicit tex. notabilis in c. pauper. 11. q. 3. nullam delinquens pertimeſcit culpam, vbi ſperat eā redimere poſſe pecuniis. De quo dic vt latius dixi in tractu ſtatutorum in titu. de nullitate ſtatutorum. in §. primo.

25 Vltimò, † qp conſuetudo ludendi ad aleas nullius ſit momēti, habes tex. in c. inter dilectos. extra de exceſſib. prælatorū. vbi expreſſe damnat talem conſuetudinem tanquam corruptelā. Nec dixetis; quia loquitur in clericis: quia fateor, tñ etiam Clerici non prohibentur niſi iure poſitiuo, nec pōt eſſe in eis vrgentior ratio: quàm ratio auth. alearum vſus. præallegatæ.

Cōcluſiuè ergo ex præmiſſis habes quatuor ludorū genera.

26 † Primum eſt, ludorum conſiſtentium in viribus Fortunæ.

Secundum ludorū miſtorū ex Fortuna, & induſtria: & hi ludi reprobantur, nec conſuetudo pōt ſuffragari, quò minus teneantur reſtituere in foro conſcientię: etiam ſi ille qui lucratus eſt, tractus fuerit per alium ad ludendum, ſm Panormitanum in c. quia pleriq; extra de immunitate Eccleſiarum. licèt ibi Innocentius quantum ad reſtitutionem diſtinguat inter trahentem & tractum: vt, inuitus ad ludum, non teneatur reſtituere ſi lucretur: ſed inuitans ſic. Et malè, per præmiſſa: quia indiſtinctè fieri debet reſtitutio ſecundùm communem ſententiam.

Et attende; quia iſta duo genera ludorum nedum reprobantur quò ad ipſos ludētes, ſed etiam quò ad partices, licèt ipſi nō ludant, vt eſt tex. in auth. interdicimus. C. de Epiſcopis, & clericis. ibi: Aut aliis ludentibus participes. &c.

27 Ex quo Gulielmus, & Bal. ibi inferunt, † qp ſi ex ſtatuto imponitur pœna ludenti, eadem pœna punitur particeps ludi, ſiue ſocius ipſius ludi: vt qñ vnus ludit pro ſe, & ſocio ſuo, vt ſæpe fit: quia talis particeps dicitur fraudem legis facere: ideo tenetur, argumento notatorum in l. non dubium. C. de legib. & in l. pupillus. §. ſi interpoſitam. ff. de authoritate tutorum.

Sed iſtud non eſt apud me ſine ſcrupulo: quia particeps non verè ludit, licèt fingatur ludere: & verba ſtatutorū (qa ſunt ſtricti iuris) debent intelligi in caſu vero, non ficto Clem. quod circa. extra de elect. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. de quo latiſſimè dixi in tractatu ſtatutorum. in titulo de extenſiua ſtatutorum interpretatione. §. aggredi.

Tertium verò genus ludorum eſt ludorum cōſiſtentium in induſtria intellectuali, vt ludus ſchacorum: & iſte eſt licitus.

Quartum eſt genus ludorum cōſiſtentiū in agilitate corporis ad vires exercendas, de quibus in l. 2. ff. de aleatoribus. & in l. athletas. ff. de his, qui notantur infamia. & quinq; ex his ponit etiam præallegata auth. alearum vſus. Et iſti etiam ſunt permiſſi, tanquam liciti, & honeſti dummodo fiant cum debitis circūſtantiis: de quibus in ſequentibus combinationibus, in tantum vt nunquam ludere talibus ludis in vitio reponatur, intelligendo eutrapeliam, ſecundùm veterem trāſlationem: ſecus ſm nouā Aretini: quia ſm eam eutrapelia reſpicit ioca verbalia, vt di
28 xi. Et ideo antequam veniam ad alias combinationes, † quæro, an quis poſſit ſe obligare erga aliquem ad nunquam ludēdum ſub aliqua pœna? Et reperio, qp Bar. tenet valere in l. ex ea parte. §. j. ff. de verb. obl. Quod verum credo abſq; dubio, qñ ſe obligauit ad non ludendum ludis reprobatis, puta ad azardum.

Cæterùm, ſi paſſim ſe obligaſſet ad nunquam ludendū, tunc ſecundùm veterem Ariſtotelis tranſlationem non videtur valere, quaſi cōtra bonos mores: quia per hoc priuaretur virtute, de qua ſupra, quæ eutrapelia dicitur. Sed tenendo opinionem Aret. in Proœmio nouæ tranſlationis, qp eutrapelia ſit virtus media in iocando in verbis, non in ludendo, tunc ſecus videtur. Ex quo patet illam indagationem eſſe frugi.

Venio autem ad ſecundam combinationem. Dixi ergo ſecundo loco, qp aliquādo ludus reprobatur reſpectu perſonæ ludentis: licèt alias ſit licitus. Pone exemplum in clericis, quibus plures ludi interdicuntur, qui laicis permittuntur. Vide glo. pri
29 mam in c. cōtinebatur. extra de homicidio. Hinc videmus, † qp ipſi clerici nedum prohibentur ad aleas ludere, ſed etiam aliis ludētibus inſpectores fieri, d. auth. interdicimus. & hī in d. c. cleri. de vita, & honeſtate clericorū. qđ non reperio ꝓhibitū laicis.

Item laici vexandi gratia, ſeu cauſa conuiuii poſſunt ludere, etiam ad aleas. Vide textum cum gl. in l. fi. in princip. ff. de aleatoribus. Et vult glo. in l. filiofamilias. §. j. ff. quarum rerum actio non detur: ſed ſecundùm Panormitanum in d. c. clerici. hoc nō licet clericis, quibus interdicitur conuiuia facere. c. non liceat. 44. diſtinctione.

Ego verò teneo, qp etiam clerici poterunt hoc facere dūmodo ſeruent tenorem, & conuiuia eadem diſt.

30 † Pręterea pone, qp ſint duo vel plures clerici ſocii in ſtudio, vel alias commenſales, cur par caponum, vel vnum capretum non poterūt inter ſe ludere, recreationis gratia? Iſtud enim nō reperitur eis prohibitum: ergo cenſetur eis conceſſum ſicut laicis. argumento. l. cùm prætor. ff. de iudiciis. Niſi dixeris, qp eis cōcedatur, dummodo non ludant ludo reprobo.

Adde etiam præmiſſis, qp licèt ludus venationis clamoſæ, vt eſt illa, quæ fit cum canibus, ſit laicis licita, ſaltem ad neceſſitatem pro pellibus, & carnibus, vt dicit gl. in c. qui venatoribus. 86. diſt. non ad voluptatem, vt ibi dicit gl. Sed gl. eſt in contrarium in c. j. extra de clerico venatore, quæ vult indiſtinctè eam eſſe licitam laicis. Et ibi Ioannes Andræas per §. feræ. Inſtit. de rerum diuiſione. Quod verum, ſecundum Panormitaoum ibi:
31 ſi rarò fiat: ſecus ſi omnino ſit deditus ad voluptatem. † Tamen quicquid ſit in laicis, clericis indiſtinctè prohibetur, etiā ad neceſſitatem, ſecundùm gl. in d. c. qui venatoribus.

Adde etiam, qp laicis prohibetur quibuſdam temporibus, vt dicam infra in 5. combinatione. Et materiam venatorū plenè explicaui in l. 3. §. Nerua. de acqui. poſſ.

De ludo autem prohibito reſpectu perſonæ potes exemplificare in doctoribus, in ſcholaribus, & aliis viris togatis, quibus non congrueret exercere ludos tendētes ad agilitatem corporis: licèt aliis perſonis ſint liciti: quia in eis alia grauitas exigitur, quàm in aliis perſonis. Nam tales debent alios præcellere moribus, grauitate, & facundia, vt dicit text. in l. medicos. C. de profeſſoribus, & medicis. lib. 10.

Tertiò dixi, † qp reſpectu perſonæ, cum qua luditur, prohibe-
32 tur ludus: vt puta, ſi clericus cū laico ludit: quia licet alias ludus ſit licitus: tamen non erit licitus, ſi cum laico per clericum fiat. c. continebatur. extra de homicidio. ſecundùm vnum intellectum: de quo ibi per gl. & argumentum. 2. q. 7. laicos. & 23. diſt. his ergo in principio.

Item exēplifica in eo, qui ludit cum filiofamilias, vel monacro, vel inſtitore, aut alio quocunq; ludente pecunias alterius: quia tales dicuntur alieni fraudatores, vt dicit Bal. in Rubrica. C. de conditione ob turpem cauſam. Et ideo, ſi ſcienter quis cū talibus ludat, nō ſolùm nihil poteſt lucrari, ſed etiam furti tenetur, argumento. l. ſi ſeruus cuiuſdam. ff. de conditione indebiti. Ita Bal. in dicta Rubrica.

33 Item potes exemplificare, † qñ magiſtratus, ſeu officialis ludit cum ſuis ſubditis, qp non debet facere: per l. obſeruandum. ff. de officio præſidis. vbi ponitur ratio: quia vtēdo ſimili familiaritate cum ſubditis, oritur cōtemptus dignitatis, vt ibi dicit tex. In Principe tamen nō reprobatur ludus cum ſuis ſubditis, vt legitur apud Ariſtotelem ad Alex. inquientem, Docet regiā maieſtatem hīre fideles, cū quibus delectetur, cū tædio affecta fuerit.

Item exēplifica, qñ nobilis, aut clericus, aut doctor, vel ſcholaris, aut alius in dignitate cōſtitutus ludit cum humili, vel abiecta perſona, ſeu cum ruſtico, aut cum plebeio: & etiam prohibetur ludus reſpectu eius, cum quo luditur, quādo quis pugnat cum beſtiis, vt in l. j. §. & qui operas. & §. ſequenti. ff. de poſtulando. & ibi per Doctores.

34 † Sed quæro, an ludere cum mulieribus ſit licitum? Non intelligas de ludo libidinoſo: quia ille abſq; dubio eſt prohibitus, & vario modo punitur, vt dixi ſupra circa virtutem temperantię, & præſertim punitur, ſi fiat cum turpi muliere: quia grauius peccatum eſt, q̄ ſi cum pulchra, vt dicit gl. in c. fi. 14. q. vlti. Sed loquor de alio ludo. Et breuiter ceſſante malo animo, & ſeruatis debitis circunſtantiis poteris cum mulieribus ludere.

Sed caue, ne animus ſit deprauatus, & qp non ludas ea intētione, vt quod cupis ſibi largiri, lucro ludi maritus ſibi adſcribat potius, quàm alteri turpi lucro. Et per præmiſſa dico, qp cū muliebus poteris choreas ſaltare pudicas cum honeſtate: quia etiā mulieres & coniuges aliorum debent eſſe cōes, vt habes text. & ibi gloſſa in c. dilectiſſimi. 12. q. j. Henricus tamen Bohic in c. cle
35 rici. de vita & honeſtate clericorum. tenet † choreas indiſtinctè eſſe prohibitas, propter periculum peccandi: quia bene noſtis, domini mei, quo animo hunc ludum ducitis vos iuuenes. Ego credo, quòd ſi fieret ex cauſa nuptiarum, vel in doctoratu, aut militia, vel ob aliam probabilem cauſam, dummodo non in die feſto: per id, quod dicam infra in ſexta combinatione, nec in loco vetito, per Clement. primam, de celebratione miſſarum. vbi de iſto ludo chorearum fit mentio: & per id, quod dicam infra in quinta combinatione: & dummodo non ſit animus deprauatus, quòd tunc eſſet licitus: quia non reperio prohibitum.

Et nota bene rationem Henrici prædicti: quia ſi propter periculum peccandi prohibentur choreæ cum mulieribus, multò fortiùs prohibebitur ludus deoſculandi mulieres, qui fit apud Gallos, & in iſta patria: quia illud magis incentiuum libidinis præbet, quàm choreizare.

36 † Sed

Source : BIU Cujas

36 † Sed quid dicemus de ludo tangendi mamillas mulierum, & eas amplectendi? Dic breuiter, ꝙ in clerico præſumit̃ ludus benedictionis, vt dicit gloſ. in §. abſit. 11. quæſt. 3. per illū textū, qui dicit, ꝙ abſit vt in ſacris ſacerdotibus aliquid ſiniſtri præſumamus. Laudo tamen, ꝙ mulieres tuas non cures accipere talem benedictionem: quia vbicunque actus poteſt interpretari in bonam, & in malam partem, ſi pro parte ſiniſtra eſt vehemẽtior præſumptio, præſumitur in malum. c. ſecundo. cum ibi notatis per Panormitanum, extrà de regul. iur. de quo plenius dixi in titulo de declarat. expoſit. §. j. verſiculo, Item vbi actus, in tractatu ſtatutorum.

37 † Quartò dixi prohiberi ludum prætextu inſtrumenti, cum quo luditur, putà quando luditur cum falſis taxillis. Nam regulariter ludus taxillorum eſt prohibitus. Fallit tñ quandoque, vt dicam in octaua combinatione.

Sed cum falſis taxillis nunquam licet ludere: immò ludens ſecundùm Angelum Aretinum in tractatu maleficiorū, in verbo, metitori. quod verbum eſt vulgare Lombardorum, tenetur pœna falſi. Allegat in argumentum. l. arbitrio. §. de eo. cum ibi notatis. ff. de dolo. Et tenetur de furto: quia non efficitur dñs pecunię quam vincit, argumento. l. falſus. in princ. ff. de furtis. Ita Baldus in Rubrica de condictione ob turpem cauſam. Et ſubijcit ibi Bal. ꝙ ſaltem punietur extra ordinem, & reſtituet pecunias: quia *turpitudo eſt ſolius vincentis*. Potes etiam exemplificare *hanc combinationem* in eo, qui ludit cum habitu monachali alicuius religioſi aut monialis. l. mimæ. C. de epiſcopali audiẽtia. Et talis grauiter punitur pœna corporali cum exilio: vt eſt caſus in §. fin. in authentico de ſanctiſſimis Epiſcopis. col-
38 *latione* nona. Idem dicit ibi gloſſa, † in quocunq; ludẽte cum *veſte* alterius in eius cõtemptum: quia eadem pœna punietur: & poteſt etiam conueniri actione iniuriarum. Quod vltimum credo verum: ſed ꝙ eadem pœna puniatur: quia vtens habitu monachali, non credo: quia ille longè grauius peccat, & pœnæ non ſunt ampliandæ, ſed moliendæ. l. interpretatione. ff. de pœnis. Caueant etiam religioſi, ne ludendo, vel alio modo habitū ſuum dimittant: quia ſtatim ipſo iure incurrunt ſententiã excõmunicationis. Caſus eſt in c. 2. ext. ne clerici, uel monachi. lib. 6. Et per conſequens, ſi poſteà celebrarent, efficerentur irregulares. c. j. § fin. de ſententia excommunicationis libro 6. de quo in c. ſi celebr. extrà de cleri. excommu. miniſtrante. Ratione etiam inſtrumenti interdicitur ludus laruarum: quia tale inſtrumentum appellat Papa monſtrum quoddam. c. cum decorem. extrà
39 de *vita* & honeſtate clericorum. † Et eſt inuentus ille ludus ad cooperiẽdum ebrietatem, vt legitur apud Titum Liuium, teſte Valerio. Dicit tamen gloſſa in d. c. cùm decorem. ꝙ licitum eſt facere repreſentationem aliquorum ſanctorum, putà Herodis, vel Magorum, uel qualiter Rachel plorabat filios ſuos. Hinc videmus quotidie fieri repræſentationẽ paſſionis Dñi noſtri Ieſu Chriſti, & aliorum ſanctorum: quia, vt dicit gloſ. prædicta talia inducunt homines ad compunctionem potius, quàm ad laſciuiam, vel voluptatem. Et allegat ibi gloſſa bona iura ad hoc. vide ibi.

40 † Prætextu etiam inſtrumenti interdicitur ludus ſagittandi, ſeu balliſtariorum, & ſagittariorum: quia, vt dicit tex. in cap. j. de ſagittarijs. eſt ars mortifera, & odibilis. Dicit tamen ibi gloſſa, *quod in bello iuſto poſſumus illa arte vti*. de quo vos remitto ad ibi notata.

Quæro, an ludere cum inſtrumentis muſicalibus ſit licitum? Gloſſa tangit in cap. donare. 86. diſt. quæ quærit, nunquid liceat audire cithariſtas, uel alia inſtrumenta, aut tangere, aut talibus dare? Et dicit, ꝙ ad voluptatem, vel laſciuiam non licet: putà facere matinatas, ſeu obbadas dominabus: ſeu ad laudem Dei, vel ob aliam iuſtam cauſam, putà recreationis alicuius debilis, vel infirmi, bene licet ſecundùm gloſſam ibi. Et tu Legiſta habes gloſſam in l. 2. §. fin. ff. de his, qui notantur infamia.

41 † Ego verò dico, ꝙ quædam ſunt inſtrumenta licita, & honeſta, vtputà organum, uel alia, quæ manibus tractamus: & cũ his inſtrumentis potes ludere recreationis gratia, vt ſupra, & ſine mercede: de quo per Philoſophum in octauo Politicorũ. quia, vt inquit Ieſus filius Sirach in Eccleſiaſt. c. 40. Vinum. & Muſica lætificant cor hominis. Et ſubijcit, ꝙ cithara, & pſalterium ſuauem faciũt melodiam: ſed ſuper vtrunque lingua eſt ſuauis. Et Philoſophus in dicto octauo libro. ca. 2. dicit eſſe omnibus hominibus delectabiliſſimum cantare. Et ſubijcit, ꝙ habet Muſica delectationem naturalem, propter quod hominibus, ætatibus, & omnibus moribus vſus ipſius eſt amicus. Et ideo Macrobius
42 de ſomnio Scipionis, † Omnis anima muſicis ſonis capitur, Muſica capitur omne, quod viuit. Et Caſſiodorus in libro ſecundo Epiſtolarum, epiſtola quadrageſima. Muſica triſtitiam noxiam, iocundi tumulos furores, attenuat cruentam ſęuitiem, efficit blandam, excitat ignauiam, & ſoporantem langorem vigilantibus reddit ſaluberrimam, quietem vitiatam turpi amore ad honeſtum ſtudium reuocat, caſtitatem ſanat, mentis tædiũ bonis cogitationibus, pernicioſa odia conuertit ad auxiliatricem gratiam, & quod beatum genus beationis eſt per dulciſſimas voluptates expellit animi paſſiones: nihil efficacius inuentum eſt ad promouendos animos, quàm cum cantu citharæ blanda reſultatio. Hinc etiam appellamus appellatam, exiſtimatamq; facilè corda moueant.

Adde quòd pugnantium animi tubarum carmine accẽduntur, beſtiæ, & cætera, ut inquit Boethius de Muſica.

43 † Attende tñ; quia inſtrumẽta tubarum, & alia, cum quibus non poteſt ludi, & pulſari ſine oris deformitate, vt cornu, & ſimilia, ſunt reprobata, tãquam inhoneſta, vt tradit Philoſophus in dicto libro octauo. Contra tamen facit, quia Pſalmiſta iubet laudare in ſono tubæ, dicens, Laudate eum in ſono tubæ, & ſimilibus. Ex quo apparet, ꝙ etiam in Eccleſia poſſumus vti talibus inſtrumentis muſicalibus, dummodo cum ipſis inſtrumentis non ſonentur cantilenæ inducentes ad laſciuiam. Et hęc ꝓbantur in c. cantantes. & ſeq. 96. diſtin. iuncto c. ſedulò. 38. diſt. Et ita debet intelligi in Clement. prima de celebratione miſſarum. Tamen Philoſophus habet pro inhoneſto inſtrumento ſonum tubæ, vt dixi: ergo non vr̃ licitum eo ludere in Eccleſia: cuius tñ contrarium videmus ſeruari. Et ſic potiùs ſeruatur dictum Pſalmiſtæ, quàm dictum Philoſophi, vt ſupra.

Et aduerte, quia vtentes inſtrumentis muſicalibus etiam honeſtis & approbatis lucri ſeu mercedis gratia ſunt infames, ut colligitur ex gloſſa cum qua tranſeunt Doctores in d. l. 2. §. fin. ff. de his qui notantur infamia. quia ſolùm ad recreationem debemus vti, vt faciebat Dauid Propheta, vt ibi dicit gloſſa.

Prohibetur etiam ludus ratione inſtrumenti, cum quo ludi-
44 tur, quando fiunt torneamenta; † quia luditur cum inſtrumentis ſanguinolentis, & cum quibus fit ſanguinis effuſio, & hominum ſtrages, & inde ſæpe mors, & animarum pericula ſequuntur. Ideo tales ſunt reprobati, maximè de iure canonico ꝓpter rationẽ præmiſſam, quę exprimitur in c. j. extra de torneamentis, & ideo, qui ibi occiditur, carere debet eccleſiaſtica ſepultura, vt in d. c. j. & ideo dixi maximè de iure canonico: quia idem etiam eſt hodie de iure ciuili. l. vnica. C. de gladiatoribus penitus tollendis. lib. 11. & notat glo. in l. j. C. de ſpectaculis ſcenicis. eodem libro, & Hoſt. in d. c. j. licèt ibi glo. videatur ſentire, quòd ſecus ſit de iure ciuili. Et per hoc patet, ꝙ haſtiludia, quæ fiunt cum cuſpide, ſeu ferris acutis ſunt penitus reprobata per rationem præmiſſam: ſecus de iure ciuili, ſi fiant cum lanceis nõ ferratis, per l. qua actione. §. ſi quis in colluctatione. ff. ad l. Aquiliã. & per l. ſolent. §. j. ff. de aleæ luſu, & aleatoribus. ſed de iure canonico etiam tunc videretur reprobari, vt ſentit gloſ. j. in d. c. j. & iura præallegata: quia ſentit, ꝙ illa l. ſolent. & ille. §. ſi quis in colluctatione. non procedant de iure canonico. & per præmiſſa etiam videtur, ꝙ duellum, quod fit ad finem purgationis vulgaris, ſit reprobatum. de quo dic vt dicam infrà in octaua combinatione.

45 Quintò dixi prohiberi ludum ratione loci: † quia licèt aliàs eſſet licitus, prohibetur qñq; ratione loci. vbi fit, vtputa ſi fiat in Eccleſia, vel cęmiterio per c. decet. de immunitate Eccleſiarũ. lib. 6 & de cæmiterio loquitur Clement. j. de celebratione miſſarum. vbi prohibetur chorizari in cęmiterijs Eccleſiarum. Nec etiam licitum eſt in Eccleſia vti inſtrumentis muſicalibus, vel cantu nimis delicato. cap. cantantes. 92. diſtinct. organis tamen vtuntur in Eccleſijs.

46 Item ratione † loci etiam ludens tenetur l. Aquilia. ubi aliàs non tenetur, vt patet in iaculantibus in locis, ubi poſſunt nocere, l. item ſi obſtetrix. § fin. ff. ad l. Aquil. & idem dico in alio ludo. l. item Mela. in principio, cum ibi notatis, eodem titulo.

47 Item reſpectu loci † improbatur ludus; quando quis ludit in ſcena propter præmium. l. 2. §. fi. ff. de his qui notantur infamia. & ideo talis efficitur infamis, ut ibi.

48 Item prohibetur ludus † aliàs licitus aliqñ mixta conſideratione loci, & perſonæ: vtpote, Si ſcholaris, vel clericus, aut alia quæuis grauis perſona, vel in dignitate cõſtituta luderet in platea, argumentum optimum in l. quædam. cùm ibi notatis. ff. de pœnis. Ratio; quia ex hoc tunc derogatur ſuæ grauitati.

49 † Et hinc videmus, ꝙ qñ tales perſonæ cõmittunt exceſſum aliquem derogantem ſuę grauitati, grauiùs puniuntur, q̃ cæteri in pari delicto, vt ibi eſt caſus, & notat ibi Bart., patet ergo, ꝙ locus facit illicitum, quod aliàs eſſet licitum.

50 Adde, ꝙ etiam locus qñq; aggrauat † delictum. l. aut facta. §. locus. ff. de pœnis. l. ſed eſt quæſtionis. verſic. ſed ſi in theatro. ff. de iniuriis. §. atrox. inſtitut. de iniurijs. l. oſſa. §. ſi in locum. ff. de religioſis, & ſumptibus funerum. l. qui ędes. vbi bonus caſus. ff. de incendio, ruina, & naufragio. Similiter dico, ꝙ locus qñq; facit vnum delictum tranſire in formam alterius delicti. l. diuus. ff. ad legem Pompeiam. de parricidijs.

51 Sextò dixi prohiberi ludum ratione temporis: † & hic facio generalem concluſionem, ꝙ nullus ludus poteſt exerceri diebus feriatis ob honorem Dei, quantùncunq; aliàs ſit licitus, caſus eſt in l. dies feſtos. C. de ferijs. ibi nec tñ &c. & nihil eodẽ die ſibi vendicet ſcena theatralis, aut Circenſe certamen &c. Nam certum eſt illos ludos eſſe adprobatiſſimos, quinimmo tẽdunt ad honorẽ ciuitatis. l. ciuitatibus. ff. de legat. j. & tñ prohibentur

diebus

Source : BIU Cujas

diebus feriatis, vt ibi: quia talibus diebus nullis debemus voluptatibus occupari, d.l.dies festos in princ.& ideo dico, ꝙ etiam tali tempore nō debemus venari, siue ad voluptatem, siue pro carnibus, & pellibus. glossa est notabilis in c.qui venatorib. 86. dist. dixi in l.3.§.Nerua.ff.de acquir. possess.

52 † Similiter nec tempore quadragesimæ, vel ieiuniorum licitum est venari: vt ibi dicit glossa. Ex his infero indubitabilē cōclusionem, ꝙ diebus feriatis non est licitum chorizare: quia debemus abstinere ab omni opere seruili, & ab omni voluptate, d.l.dies festos.& c.j.& per totum.extra de ferijs.

53 † Infero etiā, ꝙ illi, qui ludunt diebus feriatis, quantuncunq; ludus alias sit licitus, dicuntur dare operam rei illicitæ. sicut etiam quando clericus cum laico ludit. c.continebatur. & ibi glos. extra de homicidio. & idem dico generaliter, vbi in ludo non seruantur debitæ circunstantiæ, de quibus in præcedentib. & sequentibus combinationibus.& ideo dico, ꝙ si tunc aliquid sinistri accideret: licèt alias actus non esset culposus, puniretur ludens. d.ca.continebatur. secus quando luditur seruatis debitis circunstantijs. c.lator. eo.titu. quod bene nota ad multa.

Debent etiam cessare voluptates, & ludi tempore, quo debes
54 vacare † ad audiendum, vel videndum lectiones tuas, nisi te excusares, prout faciebat quidam commēsalis meus dominus Aldisius de Cagnolis ciuis Vercellensis, qui cùm increparetur, ꝙ in rota sua citharizaret, Respōdit, ꝙ sicut parua cantilena nō vitiat stipulationem. l.quæ extrinsecus. ff. de verb. oblig. Ita nec modica citharizatio vitiat studium suum.

55 Septimò dixi, phiberi ludum ratione causæ † materialis, seu eius quod luditur. Et hic aduerte. Nam licèt non prohibeatur ludus schacorum. Nec alii in quibus simpliciter versatur ingenium: tamen non passim permittitur ludi qualiscunq; quantitas, sed tantum parua quantitas: quia non potes ludere vltra vnum solidum, etiam si sis doctor, miles, vel quantuncunq; dines. Casus est in authētica, alearum vsus. C. de religiosis, & sumptibus funerū. ibi, sed nemini permittimus &c. Intellige tamen de solidis talibus, quorum septuagintaduo constituunt libram auri. Ita accipiunt leges. Equoties C. de susceptori. præposit. & Archariis. libro vndecimo. Nec intelligas, ꝙ pro omni vice possit ludi vnus solidus: sed intellige pro tota illa die, qua adinuicē ludunt, non facta aliqua interpositione: quia pro toto dicto tēpore dicitur vnus ludus, & non plures, vt dicit notabiliter Bartolus in l. inficiendo. §. si infans. ff. de furtis.

Ex hoc infero, ꝙ si quis lucraretur ad pilam, vel schacos, vel
56 ad alium ludum licitum † vltra quantitatē præmissam, tenetur restituere, vel etiam si lucraretur die feriato: quia tenebitur restituere, saltem pauperibus, tāquam turpe lucrum. per ea, quæ dixi in præcedenti combinatione. dico tñ, ꝙ aliquando licitum est ludere magnam quantitatem, etiam ad taxillos, vt in casibus, in quibus licitum est discordiam dirimere sorte: quod est, quando duo, vel plures discordant, solùm ad sui præiudicium: quia tūc altero volente, ꝙ sorte dirimatur, res decidetur per taxillos, vt notatur in l.fin.in princ.C.communia de legatis, quod intellige, qñ factum est clarum, sed dubium est in iure, alioquin si du- 62
bium est super facto, non est locus iudicio sortis. glossa est quæ reputatur singularis in l.vnica. C. vti possidetis. & vult Barto. in l.si duo. ff. vti possidetis. per l.duo sunt Titij. ff. de testamentaria tutela, de qua materia dic vt dixi in l.hmōi. §. fi. ff. de legat. j.

Octauò prohibetur ludus respectu causæ † finalis. Nam licèt
57 aliàs ludus esset licitus: tñ si luderes cā intētione, vt proximum spoliares, esset quid illicitum. vel si in publico certamine, & approbato luderes ad finem occidendi quempiam: quia tunc tenereris: licèt esset authoritate publica institutum. vide textum cum glossa in l.qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad legē Aquiliam. quia finis ludendi debet esse pro recreatione, & necessario tēperamento à laboribus, vt suprà plenè dixi. vel causa conuiuandi, seu vexandi simul l.fin.in princ. ff. de aleæ lusu, & aleatoribus. vel causa dirimendi controuersiam: vt in casibus, quibus locus est iudicio sortis, vt dixi in præcedenti combinatione. vel debemus ludere ad finem virtutis, seu fortitudinis, aut agilitate corporis, vel publicæ lætitiæ. l.secunda. in fine. ff. de aleatoribus.

Et d.§. si quis in colluctatione. vbi patet non puniri eum, qui ludit in publico certamine: licèt occidat hominē, nisi data opera hoc fecisset, vt ibi in glossa: & meritò dicit textus, in publico certamine, scilicet publicè instituto, seu publica authoritate: qa si priuata, putà si duo, vel tres, aut plures priuati instituerent hastiludia, vel torneamenta, in quo quispiam occideretur, certè tunc teneretur occidens: licèt non tenderet ad malum finē. vide glossam, & Doct. in d.§. si quis ī colluctatione. facit l.si vnus. 64
§. pacta. quæ ob turpem. ff. de pactis.

Idem credo, si authoritate publica instituerētur, & exercerētur diebus festiuis: quia tunc dicerentur, dare operam rei illicitæ, per ea quæ dixi supra in sexta combinatione. vel etiam aliis diebus, quando esset hastiludia cum ferris acutis; vel alia quęuis torneamenta, vbi de facili posset sequi mors hominū quacūq; authoritate fiant, siue publica, siue priuata; quia sunt reprobata absque dubio de iure canonico. c.j. & toto titulo de torneamentis. secus tamen sentit ibi glossa de iure ciuili. Tu dic, ꝙ immo etiam de iure ciuili tales ludi: & omnes cruenti, seu sanguinolenti sunt hodie reprobati, vt in rubro, & nigro. C. de gladiatoribus penitus tollentis. lib.11. vbi etiam est glossa, & clarius hoc firmat glo. in l.j. C. de spectaculis scenicis. eodem libro. & mouetur per illum titulum. de gladiatoribus: & vult Hostiensis in dicto cap. primo.

58 Præterea, posito, sed non concesso, ꝙ de iure ciuili † talia torneamenta non essent reprobata: tamen ex quo iure canonico reprobantur propter periculum animarum, ac etiam corporū, vt dicit textus in d.c.j. de torneamentis. consequenter dico, ꝙ huic iuri canonico stabitur etiam in foro ciuili propter pctm̄, per notata per glossam in regula possessor. de regu. iur. lib.6. & ibi per Ioannem Andream in Nouella. & per Innocentiū, Hostiensem, Ioannem Andræam, Butrium, & Panor. in c.fi. de prescriptionib. & per Panormitanū plenè in c.Ecclesia sanctæ Mariæ. de constitutionib. per Bartolum, & Salicetum in l.priuilegia. C. de sacrosanct. eccl. & eundem Bartolum in l.omnes populi. ff. de iustitia, & iur. & per c.licèt. de iureiur. lib.6.

59 † Hastiludia tamen cum lanceis non ferratis non sunt reprobata: quia in eis cessat ratio d.c j. de torneamentis.

Ex præmissis infero, quòd duellum erit omnino reprobatū, per rationes prædictas: & per totum titulum. extra de clerico pugnante in duello.

Infero etiam, ꝙ licèt ſm humanas constitutiones in plerisq; casibus permittatur duellum † ad finem purgationis vulgaris, 60
seu ad probationem criminis, & pręsertim secundùm leges feudales. Nam vnus casus ponitur in titulo de pace tenenda. c.j. §. si quis hominē. alius in eodem capitulo in §. si quis alium. & alius in §. si miles. de quibus per glossam in d.§. si quis hominem. vbi etiam Baldus. Alios plures casus ponit: tamen per prædicta dico, in omni casu duellum esse prohibitum, ac etiam per totum titulum de purgatione vulgari. & per c.monomachiam. secunda quæst.6. prælertim in fui ratione, ꝙ leges permittentes duellum non valeant, nec sint seruandæ firmauit Innoc. in l.cùm filius. §. fin. ff. de legat. 2. post Ioannem de Lignano in tractatu de bello. circa finem. vbi tractat de duello. & ideo subijcit Innoc. ꝙ posset defensari de iure recusans duellum, prout recusauit dominus Comes Montismaioris Pinerolio, etiam si acceptasset: & etiam si esset casus permissus per legem feudorum, vel Lombardorum.

Et ita dicit Imola aliàs fuisse consultum in quæstione *facti* p Angelum de Perusio, & dominum Franciscum de Rāponibus;
61 † & quàm plures alios doctores, pro quibus ego adduco iura, & rationes prælegatas.

Infero etiam, ꝙ licèt Bald. dicat se audiuisse ab Imperatore, ꝙ quinque concurrentibus admittitur duellum.

Primum, ꝙ ille, qui prouocatur sit suspectus vel diffamatus, vt quia sint indicia cōtra eum: & addo ad hoc rationem, quam idem Baldus ponit in d.§. si quis hominem. dicens, quòd duel-
62 lum † equiparatur torturæ, quæ non potest inferri nisi præcedentibus indiciis.

Secundum requisitum est, ꝙ non possit vera probatio haberi de eo, pro quo petitur duellum.

Tertium, ꝙ prouocatus sit par, vel maior: quia pro minori, seu inferiori non licet ascendere in superiorem.

Quartum, quòd causa sit personalis, & non pecuniaria.

Quintum, quòd electa sit via armorum, & non via strepitus iudicialis, & in istis casibus dicebat Imperator, duellum esse permissum.

Tamen per præmissa dico, ꝙ etiam ijs concurrentibus non erit duellum permissum in aliquo casu, quicquid dixerit glos. in §. per cōtrarium. instit. de hæreditatibus quæ ab intestato. vbi etiā Ioannes Fabri passim dicit esse prohibitum: & subijcit Ioānes Fabri, ꝙ licèt per statuta, & consuetudines regni Francię in certis casibus tolleretur duellum: tamen ille abusus consuetudinis non excusaret à peccato.

63 † Et sic nota, ꝙ etiam consuetudo in contrarium non iuuaret: de quo do tibi casum, quem non allegat, ubi expresse reprobatur consuetudo talis tanquam praua in c.2. & ibi glos. extra de clerico pugnante in duello. quod est notandum: & vidi quęstionem de facto apud illustrissimum quondam bonæ memoriæ Principem nostrum Ludouicum ducem Sabaudiæ. Siue ergo duellum fiat ad finem purgationis vulgaris, siue ad exaggerationem modi, pter inimicitias, siue causa virtutis, seu fortitudinis ostendendæ semper reprobatur duellum, ſm Ioānem
64 de Lignano, & Imolam, ubi suprà. Dico tamen, † ꝙ licèt duellum sit reprobatum, vt suprà, tamen pugna in plerisque casibus est licita: putà, si fiat pro defensione propriæ salutis. l. vt vim. ff. de iustitia, & iure. vel patriæ, vt ibi notatur. vel pro defensione filiorum, vel vxoris, vel aliorum, quorum iniuriā tenetur quis propulsare: non tamen pro defensione extranei, ſm Baldum in d.§. si quis hominē. nisi fieret authoritate superioris. l.vnica. C. vt armorum vsus insscio Principe interdictus sit. lib. 11. Ego

verò

verò dico, ꝙ Baldus bene dicit in quantum loquitur de coniunctis personis: quia pro eis licitum est alium offendere, vide glossam, Baldum, & Doctores in d. l. vt vim. Sed idem dico pro defensione extranei secundùm Gulielmum ibi, quem sequuntur communiter Doctores cõsulentes: tamen ꝙ offensus requirat præsidium pro euitando opiniones.

65 Item † licita est pugna pro defensione iustitię, etiam circa res. l. j. C. vnde vi. & ibi notatur, quod declara, vt plenè dixi in tractatu de legis potentia, in prima parte. §. nunc videndum.

66 † Itẽ est licita pro defensione honoris. Ideo, si rusticus aggrediatur nobilem, nobilis pro honore suo non tenetur fugere, licèt possit: sed potest secũ pugnare. secus è ꝯrio, Si nobilis aggrederetur rusticum, vt dixit Bal. post Cynum quem allegat in d. §. si quis hominem. de quo etiam per Docto. in d. l. vt vim.

67 Nonò, dixi, phiberi ludum respectu præiudicialitatis, † vtpote, quando tendit ad præiudicium tertij: quia ludus noxius est in culpa. l. nam ludus. ff. ad legem Aquiliam. hinc dicit textus notabilis in c. j. de præsumptionibus. quòd sicut noxius est ille, q̃ lanceas, & sagittas mittat in mortem alterius, ita vir qui fraudulenter nocet amico suo: & cum posteà deprehensus fuerit, dicit, ludens feci: & fraus in dubio præsumitur ſm glossam in d. c. j. quia omne maleficium prauè præsumitur actum, allega. l. primam.

68 † C. ad legem Corneliam, de siccariis. ego allego rationem; qa quando *actus gestus potest interpretari in bonam*, & malã partem, *si de se regulariter est malus*, præsumitur in dubio in malũ: *nisi* probetur contrarium, casus est in c. 2. de regulis iuris. Ratio secundùm Panormitanum ibi: quia pro parte sinistra est vehementior *præsumptio*. Subijcit tñ, ꝙ hæc præsumptio tolletur ex *consuetudine*, & qualitate personarum.

Et ex præmissis infero, ꝙ ligę, confœderationes, † seu coniurationes. & societates, sodalitiæ, quæ fiunt sine superioris auctoritate,
69 præsumuntur initæ ad malum: & hoc vult Innoc. in c. j. extra de sciſmaticis. Et addo eundem Innocẽtium in c. dilecta. & ibi Panormitanum de excessibus prælatorum. & Bartolum in l. fin. ff. de collegiis illicitis. & subijcit alibi idem Innoc. in c. bonæ memoriæ. de electione. ꝙ nunquam de facili potest prætendere causam, quare fecerint talem societatem: nisi omnino appareat iusta causa: licèt expresserint, ꝙ pro aliquo bono promouendo, seu ad aliquem bonum finem fecerint: & hoc siue interuenerit iuramentum, siue promissio, aut subscriptio: & sequuntur cæteri Doctores, quod nota: quia quotidie istæ similes societates fiunt: & ideo tales grauiter punientur, de quo recurre ad ea, *quæ dixi* in l. quidam cùm filium. ff. de verbo. oblig. & habui *de facto*: & consului eos acriter puniri.

Et ex præmissis etiam infero intellectum ad l. illud. ff. de iniu-
70 riis. vbi dr̃, † ꝙ si quis per iocum percutiat aliquem, nõ tenetur actione iniuriarum: quia illud verum, si hoc probatur: quia præsumptio est contra percutientem: & ita ibi dicit glossa.

Adde etiam textum notabilem in Prooemio Digestorum, in §. pen. quis enim ludos appellat eos, ex quibus crimina oriuntur? & ille textus specialiter prohibet ludos noxios fieri ꝯ legũ professores, seu scholares: & contrà facientes punit.

71 † Postremò, dico non esse licitum exercere ludum mysticè in ignominiam tertij, putà cantãdo aliquid quod pudorem alicuius lędat. l. item apud. §. generaliter. ff. de iniuriis.

ARGVMENTVM.

Lusores quando, an non amissa condicant: horum pœnas, contractusq; validos, vel contrà, effectusq; subijcit.

SVMMARIVM.

1 *Ludo soluta quando condicenda, an non. & à quo, nu. 2. & 3.*
4 *Ludo amissa restitui debere verius est.*
5 *Actio ludo vincenti denegatur: & cur.*
6 *Aleatorum pœna.*
7 *C. cum infirmitas explicari.*
8 *Ludus quando vnus, aut multiplex.*
9 *Aleatoribus domos locantium pœna varia. & nu. 11. & 12.*
10 *Domus publicanda in authentica. alearum. quomodo accipienda.*
13 *Aleatorum contractus non tenere.*
14 *Mutuum à colludente non repeti, & quomodo accipiendum. nu. 15. illudq; restringi. nu. 16.*

NVnc congruum est videre, an pro eo, quod luditur, detur actio, vel repetitio, & qua pœna puniatur ludens: & de contractibus, qui fiunt in ludo.

1 Circa primum dico br̃, † ꝙ si ludus est licitus (qđ quando sit supra vidistis) non datur aliqua repetitio: dũmodo non excedatur taxa, de qua suprà in combinationibus, nec fiat diebus feriatis, nec fiant animo spoliandi proximum, iuxta ea quæ suprà latè dixi. Cæterùm, si ludus est reprobatus secundùm ꝙ suprà declaraui, tunc dic, ꝙ aut ludẽs & perdens non erat dñs pecuniæ, sed administrator, puta filius, vel seruus, vel monachus: & tũc datur repetitio domino pecuniæ, vt est casus in l. fi. ff. de aleatoribus. & notat glo. in cap. clerici. de vita, & honesta. clericorum.

2 Si verò filius, vel seruus lucraretur † non tñ ipsi tenerentur restituere, sed pater vel dñs peculiotenus: vt est casus in d. l. fi. de aleæ lusu, & de aleatoribus. Si verò perdens erat dñs pecuniæ, tunc fuerunt opiniones, vna fuit opinio Pla. in d. l. fi. ꝙ nõ detur repetitio: quia ludus non est perpetuò prohibitus: tñ in aliqbus casibus permittatur, iuxta ea quæ suprà dixi. Alia fuit opinio, ꝙ non est fienda restitutio perdenti: quia cum turpitudo versetur ex vtraque parte, melior erit conditio possidentis. l. vbi autem. C. de condictione ob turpem causam.

Sed bene debet talis pecunia erogari pauperibus. Istã opinionem ponit glo. in c. clerici. de vita & honestate clericorum. quę
3 ita intelligit † opinio Pla. vbi suprà. Alia fuit opinio, an alter alterum adtrahat ad ludum: quia adtrahens, si lucrabitur, tenebitur perdenti restituere: secus si adtractus seu inductus lucretur: quia non tenebitur restituere: & ista fuit opinio Innocentij in c. quia plerique. extrà de immunitate eccle.

Sed glossa in d. c. clerici. quam sequũtur communiter doctores, & etiam glo. in c. j. 3 5. distin. quam ibi sequitur Archidiaco-
4 nus referens, idem tenent, Laurentius, & Hug. † tenent indistinctè debere fieri restitutionem perdenti, & bene: quia casus est in authentica alearum vsus. C. de religiosis, & sumptibus funerũ. & in d. l. fi. de aleatoribus. vbi hanc opinionem sequuntur communiter legistæ, vt Guido de Suza. Albericus, Baldus, & Salicetus, & communiter alii per illa iura, quæ indistinctè loquuntur. plus dico, ꝙ si perdens non vellet repetere, vel negligens esset, Episcopus loci, vel Procurator fiscalis poterit repetere. Et quando ignoratur cui victum est, expenditur pecunia in piam cãm, vel in opus publicum: vt est casus in dicta authentica alearum vsus. ibi in opus publicum conuertat. Quando verò scitur cui victum est, illi victo debet restitui; ut ibi habetur: & ibi notat Baldus. & aduerte; quia ista actio, quæ datur perdenti ad repetẽdum pecunias durat vsque ad quinquaginta annos, vt est expressum in dicta authentica alearum vsus. & ideo dicit ibi Baldus, esse speciale in hoc casu.

5 Et ex præmissis patet, † ꝙ si perdenti datur repetitio, consequenter vincẽti denegabitur actio, vt etiam est expressum in dicta authentica ibi, nulla sequitur condemnatio. Et pro hoc etiã facit: quia petenti obstaret exceptio, dolo facis petendo, quod restituturus es. l. dolo. ff. de doli, metusve exceptione.

6 Nunc videamus de pœna ludentis: & dic breuiter, ꝙ si ludatur cum falsis taxillis, punietur pœna, quam dixi suprà in quinta combinatione. Si verò ludatur cum bonis taxillis, vel cum alio instrumẽto reprobato, adhuc punietur arbitrio iudicis, de hoc inquirentis, ſm qualitatem personarum, & delicti: siue in publico ludatur, siue in priuato, siue in specie, siue in genere, d. authẽtica alearum. ibi, nec in publicis, & ibi nec in specie, nec in genere: & talis inquisitio, ꝙ non ludatur, & in ludo non blasphemetur, & ꝙ homines non periurent, potest fieri per Episcopum loci, vel etiam per Iudicem secularem, dicta authẽtica ibi. Episcopus locorum &c.

Addo, nec mirum: quia Ecclesia habet potestatem in laicos, & potest eos punire inquantum agit immediatè eos corrigere à peccato, in quo persistunt. vide textum, & ibi Panormitanum in c. clerici. de excessibus prælatorum. & ita facit in casu nostro propter peccata, quæ ex ludo oriuntur, secundùm quod dicit dicta authentica.

7 Adde bonum textum in c. cùm infirmitas. † de pœnitentiis, & remissionibus. vbi Papa statuit in laicos ad finem salutis animarum: licèt principaliter non disponat ibi circa animas illorum, quos intendit ꝯstringere. & in hoc est mirabilis ille textus: & vide vigintiquatuor casus notabiles valde, in quibus Ecclesia habet potestatem in laicos, quos posui in tractatu statutorum. in titulo qui statuta facere possunt. § primo.

8 Quæro, statuto cauetur, ꝙ † ludens ad azardum puniatur tali pœna. Quis lusit pluries vna die, & cum pluribus, & vna vice vicit, & alia perdidit: an dicatur vnus ludus, vel plures, vt si plures, pluribus afficiatur pœnis, iuxta materiam. l. nunquam plura. ff. de priuatis delictis? Breuiter dico, ꝙ est vnus ludus tantum, quousq; ipsę partes non habuerint ipsum ludum pro perfecto, & absoluto secundùm legem contractus. & ibi notatur. C. de fide instrumentorum. & donec alio, & ad alia diuersa diuerterint ludentes. l. continuus. in principio. ff. de verbo. obligat. ita singulariter dicit Bartolus in l. inficiando. §. si infans. ff. de furtis. Tu circa hoc, & similes quæstiones vide plenè quæ dixi ĩ tractatu statutorum, in titulo de restrictiua statutorum interpretatione. §. videamus. versiculo quæro de pulchra quæstione, cum sequenti.

9 † Et attende; quia ludens ludo reprobo, seu tenentes ludum in domo, aliis pœnis afficiuntur. Primò; quia illa domus, in qua luditur, debet publicari, vt est casus in dicta authentica alearum
10 vsus. ibi, domibus earum publicatis. quod debet intelligi, † nisi illa domus esset alicuius pupilli, vel viduæ, argumento. l. j. C. de falsa

falſa moneta. & ibi hoc vult Cynus in ſimili. Et idem in omni domo miſerabilis perſonæ, argumẽto notatorum per Cynum in l.j.C.quando Imperator inter pupillos, & viduas. Et idem ſi dominus domus ignorat, ꝙ ibi ludatur, argumento notatorum per Salycetum in d.l.j.in fin.C.de falſa moneta. & vult Angelus Aretinus in tractatu maleficiorum, in verbo metitori.

Item attẽde, quia ille, qui retinet ludum in domo, aliter acri-
11 ter punitur: quia † ſi percutiatur, & verberetur, talis iniuria non eſt punienda: nec oritur actio ex ea qñcunq;, & vbicunq; ſibi facta fuerit etiam ſiue tempore quo luditur, ſiue alio tẽpore, ſiue in loco, quo luditur, & ipſe ludum retinet, ſiue in alio loco: vt eſt caſus in l.j.in princ. ibi. vbicũq;, & qñcunq;. ff. de aleatoribus, & ibi notat Bart. intellige tamen, quando alibi percutitur, quàm in loco ludi. Illud verum, dummodo occaſione ludi fuerit percuſſus, vt dicit gloſſa ibidem in verſiculo quandocunque.

12 Item † patitur alias pœnas: quia ſi de domo, in qua luditur tempore quo luditur fuerit aliquid furto ſubtractum, ſiue à'luſoribus, ſiue ab aliis, nõ habet retinens ludum actionem pœnalem furti. quinimmo, nec rei perſecutoriam: vt eſt textus notabilis in d.l.j.§.j. ibi impunè fit. & in §. quod autem prætor. ibi, qđ non puto verũ. ff. de aleæ luſu, & aleatoribus. Poſſet etiam mulctari arbitrio Iudicis: quia ipſe retinens ludum eſt cauſa malorũ prouenientium ex ludo: de quibus in dicta authentica alearum. & poteſt etiam poni in carceribus. l. prima. §. fin. ff. de aleæ luſu, & aleatoribus.

De participibus autem in ludo quid ſit, & an puniantur, dixi ſuprà in prima combinatione.

13 Sed quæro de contractibus celebratis inter ludentes, † an teneant? & dico, ꝙ non. vnde, ſi ego ludens in ludo, vendo tibi veſtem, vel librum, talis contractus non tenet, vt notat Bart. in l. ſi quis cum ſciret in fine apparatus. ff. de vſucapionibus ꝓ emptore. Nec vendens in ludo tenetur de euictione. l. filiofamilias. §. j. ff. quarum rerum actio non detur. quod verum eſſe limita ſm Bartolum in d.l.ſi quis cum ſciret. quando fit iſta venditio collu ſori: vel celebratur contractus cum ſuo colluſore: quia tũc non tenet contractus: ſecus ſi cum alio contraheret ludens: quia tũc teneretur de euictione, ſecundùm Bartolum.

Aduerte tñ; quia illa lex ſi filio. §. primo. loquitur indiſtinctè.

Sed quæro, pone, ꝙ ludens mecum mutuet mihi pecuniam, vt ludat mecum, vel ille, qui retinet ludum mutuet pecuniã lu-
14 ſoribus, † an poterit repeti tale mutuum? Dic, ꝙ non ſm Doctores in c. clerici. de vita, & honeſtate clericorum. & eſt glo. notabilis in l.fin. ſuper verſiculo pecuniam recepit. ff. de aleæ luſu, & aleatoribus. & allegatur etiam gloſſa de hoc in l.j.in princ. eodẽ titulo, ſed illam non reperio: ſecus, ſi ab alio, quàm retinente ludum, vel ludente mecum accepero mutuum ſm gloſſam prædictam. quam notaui. & Doctores in loco prælegato, quod
15 fortè eſt verum, ſecundùm Angelum Aretinum, vbi ſuprà: † qñ quis mutuaret ignorans, an ille ludere velit, vel non. Nam ſi mutuum fieret illi, quem ſciam velle ludere, & luſit poſteà, & perdidit pecuniam licèt ego non ludam ſecum, tñ videtur, ꝙ repetere non poſſum, ſecundùm eum, per l. verum. §. penult. ff. de minoribus. Nec dixeris ſecundùm eum, ꝙ illa loquitur in minore: vt etiam loquitur lex ſi verò non remunerandi. §. ſi adoleſcens. ff. mandati. quia reſpondet, ꝙ l. verum. §. penult. loquitur etiam, quando minor (& ſic priuilegiatus) mutuat minori, & priuilegiato: & tamen ibi cùm ſint in pari priuilegio, potior eſt conditio illius, qui perdidit pecuniam, & facit ſecundùm eum, quod notauit Bartolus in d.l.ſi quis cum ſciret. Ego dico, ꝙ Barto. ibi vult contrarium: quia licèt deneget actionem pro contractu ce-
16 lebrato cum colluſore: non tamen denegat † alteri non ludenti, contrahenti cum ipſo ludente: immo expreſſe tunc dat actionem, quaſi non contraxerit cum omnino conſumpturo: quia poteſt vincere, & ex præmiſſis patet etiam nõ valere tranſactionem initam inter ludentes ſuper eo, quod luditur: & ita volunt Doctores in d. c. clerici. de vita, & honeſtate clericorum. & ratio eſt in promptu: quia tranſactio fit ſuper lite exiſtente. vel ſperata. l.j. cum ibi notatis. ff. de tranſact. ſed ſuper eo, quod luditur non poteſt eſſe lis, niſi calumnioſa, ergo tranſactio non poteſt valere, vt eſt caſus in l. in ſumma. in fine principij. ff. de conditione indebiti.

ARGVMENTVM.

Bonorum, malorumq; ſtipendia ex diametro pugnantia ſubijcit: illis libertatem, & vitam, his ſeruitutem, & mortem promittens.

SVMMARIVM.

1 *Præmium bene viuentium multiplex. & nu. 2. 3. 4. 5. & 8.*
6 *Virtutem aduerſis perfici.*
7 *Corrigat quis & ob quid.*
9 *Mali ſupplicium, vituperium: idq; ex perſona exaggerari: in bono diuerſim.*
10 *Bonis decus, lætitiamq;: malis contrarium dari.*
11 *Libertatem ex virtute, ex vitio ſeruitutem naſci. & 12.*
Diogenis Apophthegmata. ibidem.
13 *Bonos proſperare in malis contra eſſe.*
14 *Penſionem ſterilitate remitti: & quomodo accipiendum.*
15 *Bonis vitam, malis mortem promitti.*
16 *Diuitiæ hominum interitus.*

SExtò principaliter pollicitus ſum dicere de fructu, ſeu præmio bonorum, & ſupplicio malorum. Et primò videamus de præmio, quod eſt multiplex.

1 Primum † laudabilis hominis memoria. l. quoniam venerabilis. C. de Epiſcopis, & clericis. cap. bonæ memoriæ. extrà de electione.

2 Secundum præmium eſt gloria perpetua, † ſicut dicit Imperator noſter de his, qui pro Re publica ceciderunt, quos fingit perpetuò viuere per gloriam. §. filij autem. Inſtitut. de excuſat. tutorum. Ideo proſunt patri ad tutelæ, vel curæ excuſationem perinde ac ſi verè viuerent, vt ibi.

3 † Tertium eſt animi iucunditas, ea propter Philoſophi virtutes diiudicant ab hominibus exerceri debere: quia effectrices ſunt plurimarum voluptatum. Et iſtud eſt quod voluit Cicero in libro de ſenectute, dicens, ꝙ conſtantia rerum bene geſtarũ, & plurimorum benefactorum res iocundiſſima eſt. Vnde Boethius de cõſolatione, Quid aliud animorum ſalus vĩ eſſe, quàm probitas? quid aliud ægritudo, quàm vitia?

4 † Quartum præmium virorum bonorum eſt ſumma libertas; ꝙa (vt inquit ſecundus Philoſophus) libertas nihil aliud eſt, q̃ hominis innocentia. Ideo Cicero in libro (ni fallor) Paradoxorum. ſolum ſapiẽtem appellat liberum; quod etiam liquidò apparebit ex his, quæ ſtatim dicam ꝯ malos: & inſipientes, quos ſeruos nequiſſimos eſſe ꝓbabo, quod etiam probatur: *quia vbi* Spiritus Domini, ibi & libertas. & qui ſpiritu Dei ducuntur, non ſunt ſub lege, decimanona quæſt. 2. duæ ſunt. in fine. Nam per habitum virtutis ſenſualitas ſpiritui, & rationi adeò ſubijcitur, vt à ſenſualitate homo efficiatur immunis, & libertatem quandam conſequatur, intellige à ſeruitute peccati, non autẽ à ſeruitute, qua viri quantuncunque perfecti ſunt adſtricti eccleſiaſticis Prælatis, & ſecularibus Principibus. Nam virtus, qua homo ſubiicitur homini, ad corpus pertinet, non ad animam, quæ manet libera. Licèt ergo per habitum virtutis ab affectibus animæ liberemur, non tñ ab affectibus corporis: vt hæc probantur per Apoſtolum ad Romanos ſeptimo. Filij ergo Dei per gratiam, licèt ſint liberi à ſpirituali ſeruitute peccati, non tñ à corporali, qua eccleſiaſticis vel temporalibus dominis ſunt adſtricti: & in hoc errarunt quidam hæretici in Clemen. ad noſtrum. extrà de hæreticis. Limita ergo, & declara hanc libertatem, prout elegan ter declarat ibi Papa.

5 Quintum præmium eſt proſpera Fortuna. Nam † per virtutes, Deo ſuffragante, imperium nãciſcimur, pacem in ęternum conſeruamus, ac acerbiſſimos, & ferociſſimos hoſtes deuincimus, & omnem difficultatem ſuperamus, ſicut atteſtatur Iuſtinianus noſter in l. in nomine Domini. C. de officio præfecti prętorio Aphricæ. & hoc eſt, quod legitur in Epiſtola, inter claras. prope finem. C. de ſumma trinitate. cum Rex iuſtus ſederit ſup ſedem, non aduerſabitur ſibi quicquam malignum: & hoc eſt, quod vult Ieſus filius Sirach in Eccleſiaſt. c. 33. Timenti Deum non occurrent mala, ſed in tentatione Deus illum conſeruat,
6 & liberat à malis. † licèt ergo qñq; boni aliquo præmantur infortunio: tamen ſedulò habent Deum ipſum cunctipotentem, qui eis præſidium adfert, ad ſuas paſſiones tolerandas. Nec videatur tibi abhominabile, ꝙ interdum iuſti in hoc ſeculo perſecutiones patiantur: quia hoc grandi cum ratione fieri dignoſcitur: quia aliàs gradum perfectionis non poſſent aſſequi. Nam aſperitates maturant hominum mentes, iuxta illud poeticum dictum:

Vtitur ignare dulci non vſus amaro.
Nanque per oppoſitum naſcitur omne bonum.
Aſpera ferre docet, maturat aſpera mentem.
Immundus mundus, quæ tibi munda dabit?

Iuſtificatur ergo, & perficitur homo in rebus aduerſis. Cùm ergo, vt inquit Philoſophus in libro Poſteriorum, ſecundũ exigentiã finis oporteat modificari quæ ſunt ad finem: & finis noſter cęteris ſuperior, & præſtantior ſit perfectio. Ad quam deueniri fas non eſt, niſi per humanorum caſuum tolerantiam. Cõſentaneum ergo rationi eſt, etiam iuſtos qñq; fatigari; quia, vt inquit Paulus ad Corinthios, Virtus in infirmitate perficitur. Et præmiſſa probantur etiam ex his, quæ dicit ipſe Eccleſiaſt. c. 27. Homines iuſtos probat tentatio tribulationis. & in c. 31. infirmitas carnis ſobrium facit conuiuam.

Ex præmiſſis ergo patet, vnumquenque debere ęquo animo ferre, quicquid infortunij acciderit. Nam & ipſe Deus (quos di-
7 ligit) arguit, & † caſtigat, vt dicit Ioannes in Apoc. c. 3. nam cùm propter eorum bonã vitam non mereantur in alio ſeculo perpeti, Deus ipſe loco purgatorij, & vt perfectiores reddãtur, eos patitur qñq; affligi, & malos rebus ſecundis qñq; gloriari: propterea, quòd ęternaliter ſunt paſſuri.

8 Sextum præmium eſt † ineſtimabile, videlicet, vita ęterna; quia

Source : BIU Cujas

quia quicunque virtutibus honorificauerit Deum, glorificabitur ab eo.vt habetur primi Regū c.2. & vt inquit Salomon Prouerbiorum,cap.octauo.Qui ambulat simpliciter, saluus erit. & idem Salomon,c.22.Spiritus redit ad Deum, qui dedit eum. & Ecclesiast.c.3.Quantò maior es,humilia te in omnibus, & corā Deo inuenies gratiam,& postremò Psalmista,Dominus saluos fecit rectos corde. Volens ergo Imperator noster Deum imitari,à quo imperium habuit, vt in authentico de instrumētorum cautela.in prima colum.& l.j.in prin. C.de veteri iure enucleando.& cuius cōsequenter est vicarius,sicut dicimus de Papa.Clement.j.de iure iurando.præmijs terrenis virtutibus præditos extollit:quia cœlestibus præmijs nō potest quem insignire.& ideo dat terrena.l.& virtutum.C.de statuis,& imaginibus.l.j.& de famoso libello.§.fi.in authentico de non alienandis rebus ecclesiæ.facit l.antepenult.§.fin.ff.ad Sylleianum.Post ergo temporalia præmia à Principibus elargita,iusti ęternis fruuntur bonis.

Operam igitur demus,florentissimi legum professores,vt boni efficiamur, & vitam ęternam possideamus. Amen.

Supplicium verò malorum satis patet ex præmissis per iudicium contrariorum: quia contrariorum eadem est disciplina.

9 l.j.in princ.ff.de his,† qui sunt sui,vel alieni iuris.& institut.eodē in principio.Nam sicut præmium bonorum, præmium est laudabilis memoria,ita *malorum hominum* præmium suppliciū est vituperata,& *ignominiosa memoria*: & tanto vituperatior erit,*quantò maior, qui peccat*, habetur, vt inquit Satyricus ipse Iuuenalis, libro tertio, Satyra secunda.

Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò maior,qui peccat, habetur.

Tolle exemplum in Nerone,& similibus: & hoc idem volūt *leges* nostræ,quæ sicut probos viros laudibus efferūt, & eorum memoriam fecundant:ita improborum memoriam damnant. l.quoniam venerabilis.C.de Episcopis,& clericis. §. per ꝯrium. institut.de hæredibus ab intestato.vbi glossa,quæ reputatur singularis,dat practicam damnandi memoriam alicuius, post eius mortem;& cōfiscandi bona, & his modis potest defunctus iniuriam pati.§.j.institut.qui manumittere non possunt: sicut etiam dixi in secundo præmio.boni vitam perennem,& gloriā agunt,

10 vt inquit Ecclesiast.c.41.Curam habe de bono nomine: † bonū nomen permanebit in ęuum.aliàs in ęternum.Et istud est quod vult Imperator noster in §.filij.institut.de excusat. tutorum. ita malorum vita est mors perpetua per ignominiam:quia,vt inqt Iacobus Beneuentanus versilogus.

Non valet extingui sordida fama bene.

Et probatur in l.penult.cum ibi notatis.ff.de variis,& extraordinariis cognitionibus.Et sicut tertium præmium bonorum est animi iucunditas.quia, ſm Salomonem Prouerbiorū decimoquinto,Fama bona impinguat ossa.ita è conuerso,Malorū supplicium est tristitia,& continua animi propulsatio, & cordis afflictio,cùm de malè gestis homo recordatur. Et ideo (vt supra dixi) Boethius appellat vitia,ægritudinem animorum. Et istud est, quod dicit dominus Leonardus Aretinus in suo Isagogico morali,dū dicit,ꝙ inanes voluptates solicitant mentes,& quietas nequaquam esse permittunt.

Cæterùm,quia quartum præmium bonorum (vt dixi) est li-

11 bertas,† vt pluribus authoritatibus demonstraui,consequēs est, vt *malos in seruitutem* reponamus:quod probo ratione,authoritate,exemplo. Ratione;quia si hominis innocentia in libertate reponitur,vt dixi:consequens est,vt hominis lasciuia seruituti adscribatur, quod etiam probo: quia seruitus est constitutio iuris gentium, per quam quis dominio alieno contra naturam subijcitur:sed per vitia dominio voluptatum homo condonat: vt statim indicaui,& contra naturam: quia ad virtutes nobis est à natura ingenerata cupido,secūdùm Philosophos, & vult Boethius in tertio (*ni fallor*) de consolatione, dicens.Est enim mentibus hominum naturaliter veri boni inserta cupiditas, sed ad falsa deuius error adducit. ergo per vitia dominio alieno cōtra naturam quispiam subijcitur.

Præterea, cum per humanas constitutiones delinquentes variis afficiantur pœnis,quis dicet malos,& vitiosos nō esse in cōtinua pœnarum formidine? ac in sedulo superiorum tremore? huiusmodi ergo formido nō sinit eos esse liberos. quod autem improbi seruitutis laqueo improbentur pleno ore atteſtatur Cicero in libro Paradoxon,dicens.Omnes leues, omnes cupidos: omnesq; improbos esse seruos,quibus mulieres,& cæteri voluptuosi appetitus leges imponunt,iubent,& vetant, quod eis vī, nec illi aliquid negare possunt,vel audent,quò fit,vt nedum serui tales nuncupandi sint,sed etiam nequissimi serui,ſm Ciceronem. Et istud est,quod dicimus. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Nam & propter vitiorum consuetudinem, & malum habitum acquisitum,lumen cognitionis iniusti amittunt,ita vt malum quidem bonum arbitrentur:bonum autem malum, vt in superioribus diximus:& probatur in c.sicut.47.dist.

12 Exemplo quoq; probatur,† ꝙ mali sunt serui eius,quod legimus de Alexandro Rege,qui cùm transiret corā Diogene Philosopho Cynico:Philosophus Alexandrū spernens cur ei Regi honorem nō exhibuisset,ait:Alexander,non me respicis? quasi, non mei indigeas. Philosophus ipse respondit,se seruorum suorum seruo non indigere.Ego enim (inquit) præualeo cupiditatibus meis,illas refrēnans,& illas mihi subijciēs, vt mihi seruiāt: tibi autem Alexandro præualent, & tu seruus earum efficeris, iussioni earum obtemperans:quasi dicat, Si dominor cupiditatibus meis,quæ dominantur tibi,ergo seruus seruorum meorum esse dignosceris.

13 Cæterùm, quia, vt dixi,quintum virorum † virtute præstantium præmium est,prospera rerum humanarum fortuna, cōsequens est;vt malorum supplicium sit è contrario in rebus humanis aduersitas. Nam tales patiuntur tempestates, terræmotus, pestilentias, & fames.in authentico vt non luxurientur ꝯ naturam.§.propter.sicut dicimus de non soluentibus decimas: quia patiuntur clades,tempestates, & infortunia. c.reuertimini. 16.quæst.prima.

14 Et ideo,si colonus non soluerit decimas: † & venerit sterilitas,non sibi fiet remissio pensionis.Ita Hostien.in cap.pen.extra de locationibus.quod verum credo,nisi dominus in eadē damnatione sit per l.vbi autem.de condictione ob turpem causam.

Item patiuntur viri facinorosi diuersas pœnas à iure promulgatas, ſm qualitates delictorum,vt in superioribus.

Item sunt segregandi à cœtu virorum honestorū, & ab oīb. honoribus, & dignitatibus arcendi, vt dicit text. in l.2. C. de dignitatibus, libro 12.

15 Postremò; † quia dixi, ꝙ virorum bonorum est vita ęterna. consequens est dicere, ꝙ malorum supplicium sit mors ęterna:quia(vt inquit Iacobus Apostolus in Epistola) Peccatū cùm consummarum est, generat mortem. & Malachias Propheta, cap.4.Dies (inquit) succensus quasi caminus: & erunt superbi, & omnes facientes impietatem, quasi stipula: & inflammabit eos dies veniens.& Matthæus in Euāgelio, c.12.de omni verbo otioso,quod loquuti fuerint homines,reddent rationem in die iudicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis: & ex verbis tuis condemnaberis. Et Iesus filius Syrach,in Ecclesiastico, Cor durum

16 malè habebit† in nouissimo.Et Paulus ī Epistola prima ad Thimoteum. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem,& in laqueū Diaboli:& desyderia multa,& inutilia, & nociua quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Induite ergo vos celeberrimi proceres,armatura Dei, vt possitis stare aduersus insidias Diaboli:vt inquit Apostolus ad Ephe.c.6.

ARGVMENTVM.

Homines cur in flagitia propensiores: & hæc arcenda suadet.

SVMMARIVM.

1 *Homines potius in scelus, quàm virtutem propensiores quatenus accipiendum, & verum sit variæ huius rei sententiæ. nume. 3.4. & 5. verior numero 6.& 7.*

8 *Flagitia quomodo propellenda, arcendaue.*

SEptimò, & vltimò pro consummatione Tractatus nostri, pollicitus sum dicere, quare, consideratis splendidissimis, & eminentibus præmijs bonorum,ac grauibus, & luctuosis supplicijs malorum sint homines ꝓcliuiores ad malū, ꝙ ad bonum, quia, vt dicit textus in Proœmio Clementinarum, Procliuis ad malum sensualitas humana declinat. Idem legitur vigesima quæst.3.procliuis.& 12.q.j.omnis ętas.quo sępe grandi admiratione confectus fui,eò præsertim, ꝙ ad finem perfectio

1 nis† homo dignoscitur creatus.vnde ad suum finem potius debet esse procliuior.hinc est, ꝙ naturaliter ad verum bonum ꝓrumpit, ut dixi supra proximè, & vult Philosophus in 1.Ethic. licèt ex accidenti,& deuio errore ad vitia conspiret. Nec dixeris,Immo naturaliter homo aspirat ad malum,vt vī velle Philosophus ipse in 2. Ethic.c.7. vbi dicit, ꝙ natura proniores sumus ad voluptates,quia dico,ꝙ illud non est propriè naturaliter,qđ probo per textum in §.si quis igitur. ad finem.in authentico de monachis.collatione j.vbi textus formaliter dicit,ꝙ vita humana natura quodam modo labitur ad delicta,& sic dictio quodāmodo,tollit contrarium,quia includit,ꝙ verè natura non inclinat.l.in suis.cum ibi notatis. ff.de liberis & posthumis. & per l.sime in vacuam.de acquir. possess. & per Barto. in l.quòd si vir.ff. soluto matrimonio.

Cur ergo cùm & natura,& finis, & omnis ratio nos ad bonū prouocet,non sumus ad id procliuiores quàm ad malum?

2 Solutio,dicunt aliqui Philosophi,† ꝙ id accidit,quia sine proposito fine viuimus. Alii,vt Apuleius Apher Philosophꝰ Athenienſis,dicunt ideo id esse,quia animum non colimus; dicebat enim.Nihil ęquè miror,ꝙ cum homines cupiant optimè viuere,& sciant nō alia ex re,ꝙ animo viuere,nec fieri posse,vt optimè viuatur, nisi colatur animus, & tamen animum suum non colunt,oculi enim curandi sunt, vt acerrimè cernant pedes, ut celeriter currant,brachia uegetanda, vt fortiter pugnent, sic & animus colēdus,ut bene uiuatur.& sic ratio istorum nihil aliud

nisi,

Source : BIU Cujas

niſi, ꝙ libero arbitrio perperam vtimur. Sed per hoc non eſt quæſtio noſtra diſſoluta: quia idipſum eſt de quo quærimus, cur ſine propoſito fine viuimus, & animum noſtrum nō colimus. vnde alii dicunt, nos procliuiores ad vitia: quia creati ſumus ex nihilo quodam modo: quia ex limo terræ, & ideo tendimus ad
3 nihilum, † quod eſt peccatum ſecundùm Ioannem in Euangelio: Et ſine ipſo factum eſt nihil. ſed hæc ratio non placet: quia ſecundùm hoc cauſa materialis eſſet potentior, quàm finalis, qđ eſſe non debet: quia, vt inquit Iſocrates in exhortationibus, In omnibus operibus non ita principium vt finem perpendimus. Et Philoſophus libro 3. Politicorum: In omnibus ſcientijs, & artibus bonum optimum eſt finis. Nam & ipſe potior eſt his, quæ ſunt ad finem.

4 Alij igitur dicunt † id accidere propter peccatum, & trāſgreſſionem primi parentis: ſed nec hæc mihi ſatisfacit: quia hæc ratio ceſſabat in ipſo primo parente, qui tamen procliuior fuit ad peccatum. Sed reſpondent aliqui, ꝙ tentatio mulieris eum induxit ad tranſgrediēdum. ſed, nec hæc ratio ſatisfacit: quia (pur) mulier ipſa extitit procliuior ad tranſgreſſionem. Sed huic reſpondent aliqui, ꝙ tentatio antiqui ſerpentis eam ad reatū perduxit. Sed nec hæc placet: quia & Angelum bonum apud ſe habebat, qui ad mandati obſeruantiā tantùm propulſabat, inquantum malus Angelus ad tranſgreſſionem: iuxta illud Pſalmiſtæ: Quoniam Angelis ſuis mandauit de te, vt te cuſtodiant in omnibus vijs tuis.

5 † Alij autem hoc attribuunt malæ complexioni, vel conſtellationi, ſub qua quis oriundus eſt. Sed hæc ratio non eſt generalis: quia ita naſci poteſt ſub bona complexione, & conſtellatione, ſicut ſub mala. Vnde poſtremò poſt omnes opiniones mihi placet opinio principis Philoſophorum Ariſtotelis in ſecūdo Ethicorum. c. quinto, dicentis: Bonum eſſe finitum, malū autē eſſe infinitum.

Et pro quæſtionis noſtræ determinatione p̄mitto illud eiuſdem Philoſophi dictum in 6. Ethicorum, ca. 9. in fine. dicentis, Impoſſibile eſt prudentem quempiam eſſe, niſi ſit bonus. è contrario igitur non poteſt eſſe bonus, niſi qui ſecundùm prudentiam, & virtutes operatur bonum. Igitur in virtutibus conſiſtit. Modò certū eſt, ꝙ omnis virtus moralis circa difficile, & arduū verſatur, eo, quia tenent medium virtutes inter exceſſum, & defectum, quod quidem medium aſſequi ſummè difficile eſt, vt dicit Philoſophus in 2. Ethic. c. 7. Et ideo ſubijcit, in eo conſequen
6 do oportere † ſtudioſum eſſe: quia circuli medium contingere, non cuiuſque eſt, ſed tantum ſcientis. Quapropter quia bonum conſiſtit in medio, conſequenter dicitur finitum, ut inquiunt Pythagorici. Malum autem eſt infinitum, vt etiam vult Philoſophus in d. c. 5. in 2. Ethicorum. Ideo ſubijcit alterum, videlicet, bonum difficile. Alterum verò, videlicet, malū facile: quia boni ſimpliciter, mali autem multifariam. Nam virtutes circundatæ ſunt vitijs, hoc eſt, extremitatibus: ipſa verò virtus reſtricta eſt ad medium. Hinc dicit Philoſophus ipſe in d. c. 7. ꝙ iraſci, & pecuniam dare, facile eſt, & cuiuſq;, ſed cui, & quantum, & quomodo, & quamobrem id non cuiuſque eſt: nec facilè itaq; rectè facere rarum, & laudabile & præclarum eſt. Quocirca oportet eum, qui medium aſſequi vult ante omnia lōgius abire à magis contrario, ſm Philoſophum in loco prænotato. Quemadmodum ergo ludentes cum ſagitta faciliùs cohærētia ſigno, quàm ipſum ſignum in medium conſtitutum attingunt. Ita quoque
7 † facilius homines ad malum infinitum prouehuntur, q̄ ad bonum (vt ſuprà) finitum, cooperante etiam ſenſualitate, quæ cōtinuè nos ad corpori delectabilia īpellit, & nociua fugere ſuadet, vt legitur in Prooemio Clementinæ, in textu, & gloſſa. & hæc ſenſualitas adeò oſſibus noſtris eſt affixa, vt funditus extingui non poſſit. Clement. ad noſtrum. extrà de hæreticis. Hinc legimus viros perfectiſſimos repreſſiſſe inſultus carnalium paſſionum, vt faciebat Apoſtolus ſecundùm ꝙ legitur primæ ad Corinthios nono, in fine. Sic pugno, nō quaſi aerem verberans, ſed caſtigo corpus meū, & in ſeruitutem redigo, quaſi dicat, ꝙ carnales motus reprimendo, carnem ſpiritui ſeruire cogebat, ut declarat Auguſtinus. & iſtud eſt quod legitur ſecundæ ad Corinthios, duodecimo: Ne magnitudo reuelationis meæ extollat, datus eſt mihi ſtimulus carnis. Et ideo dicit Gregorius in ſecundo Dialogorum, ꝙ beatus Benedictus inſultus carnalis tentationis repreſſit, proijciendo ſe inter vrticas, & ſpinas, vt per vulnera corporis, vulnera mentis eijceret. Legitur quoq; ad Romanos ſeptimo: Video aliam legem in membris meis repugnantē legi mentis meæ. Oportet igitur nos primò induere armatura Dei. Quæ verò ſunt Dei armaturæ, quibus hoſtes animæ infeſtiſſimos deuinciemus, & ita ad ſummum illud bonum perueniemus, hoc eſt, regnum cœlorum ex varijs hagyographiæ, ſacręq; paginæ libris cōtinetur. Hæc autem ſunt, Fides, Eſa. c. 59. Et Paulus ad Epheſios c. 6. galea, quæ eſt ſalutis ſpes. primæ ad Theſſalonicenſes quarto, gladius, verbum Dei. ad Hebręos c. 4. Perſeuerantia in oratione. primæ Petri c. 5. Abſtinentia contrariorum legi. primæ ad Corinthios cap. 9. Hæc igitur arma ſunt, quibus tueri nos oportet aduerſus prælia, quæ in nos mouent hoſtes, Chriſtianiſimi. Hæc induamus, ne in conflictu pereamus.

Demum aliis armaturis ſuprà in quarta parte huius Tractatus relatis, oportet nos eſſe armatos, ſi has noſtras voluptates, & animi paſſiones volumus conuincere, & ad ſummū bonum peruenire. Et ex his ſum expeditus de iſto vtili Tractatu, valde tam pro anima, pro corpore fructuoſo, non ſolùm Iudicibus, ac cæteris Iuriſprudentibus, verùm etiam cuiuis ſtudioſorū generi. Hunc librum legant Philoſophi morales: hunc circunferant ſermocinarum doctrinarum amantiſſimi.

HIERONIMI MV-
SCORNI CYPRII,
De Iuriſdictione, & Imperio.

SVMMARIVM.

1 *Imperium vnde originem habuerit.*
2 *Imperij duplex dicitur eſſe origo.*
3 *Omnis quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, à definitione proficiſci debet.*
4 *Iuriſdictionis definitionem, quam tradit Accurſ. in l. 1. ff. de iuriſd. om. iud. falſam eſſe oſtendimus.*
5 *Definitiones debent omnibus, quæ ſub definito continentur aptè competere.*
6 *Princeps ſolutus dicitur eſſe legibus.*
7 *Verbum, neceſſitas, omnimodam, neque vllo modo voluntariam præſeferre ſententiam.*
8 *Honeſtas nullam videtur producere neceſſitatem.*
9 *Verbum debere, non coactionem, ſed rationalem quandam perſuaſionem denotare videtur.*
10 *Noua traditur iuriſdictionis definitio.*
11 *Ius dicere quid ſit, ex Ciceronis ſententia declaratur.*
12 *Iuriſdictionis appellatione non ſolùm mixtum, ſed merum etiam comprehendi imperium demonſtramus.*
13 *Imperium dici poſſe iuriſdictionem, non autem contra iuriſdictionem imperium eſſe concludimus.*
14 *Formæ, quæ ſub inferiori genere cātinentur, ſub ſuperiori etiam comprehendi dicuntur genere.*
15 *Cauſarum criminalium diſceptatio, iuriſdictionis eſſe dilucidè oſtenditur.*
16 *Merum imperium puram non eſſe poteſtatem contra Franciſcum Hotomanum, ac pleroſque alios perſpicuè demonſtratur.*
17 *Nunquid Princeps iuriſdictionem alicui cōcedendo, merum quoque & mixtum tranſtuliſſe videatur imperium.*
18 *Species omnes ſuis ſub generibus æquè contineri dicuntur.*
19 *Nomina, quæ plures habent ſignificationes, ſi dubij ſimus, de qua intelligantur, eam retinere ſignificationem exiſtimandum eſt, quæ cæteris nobilior dicitur eſſe.*
20 *Ius ciuile non poteſt dici genus vnam naturam habens, ſed vt nomina quæ dicuntur ſecundum prius & poſterius.*
21 *Quotieſcunque de ſignificatione alicuius nominis dubitatur, ad vſum loquendi communem recurrere oportet.*
22 *Verba, quando latinè concipiuntur, ſecundum latinos, & non vulgares homines interpretari debet.*
23 *Expreſſum dicitur illud, quod ex verborum etiam vi colligi poteſt.*
24 *Res, de qua ſpeciatim prouiſum eſt, ſub generali conceſſione venire non dicitur.*
25 *Princeps qui omnimodam donaret iuriſdictionem, merum etiam videtur voluiſſe concedere imperium.*
26 *Cōceſſa iuriſdictione, merum etiam in dubio intelligitur conceſſum imperiū.*
27 *Nunquid lex municipalis, quæ ſimpliciter de iuriſdictione mentionem facit, tam ordinariam, quàm delegatam etiam videatur comprehendere iuriſdictionem.*
28 *Nomina, quæ generatim, & ſpeciatim capi poſſunt, ſi lateat quomodo accipiantur, in ſpecie quidem potentiori accipi debent.*
29 *Iura municipalia, quæ ſtatuunt, vt nemo qui iuriſdictionem habet, ludos domi teneat, non de ordinario ſolum, ſed de delegato etiam diſponere voluiſſe contra Ioannem Bolognettum concludimus.*
30 *Sententiæ appellatione non definitiuam ſolùm, ſed interlocutoriam etiam intelligi poſſe contra omnes affirmamus.*
31 *Poteſtatis nomen dicitur eſſe generale, atque plura ſignificare.*
32 *Nunquid poteſtas, quæ magiſtratibus tantum competit, non ſolùm merum, ſed mixtum etiam imperium comprehendere dicatur.*
33 *Nunquid imperiū in magiſtratibus, vel in Principe potiùs reſidere dicatur.*
34 *Iuriſdictionem, ſiue imperium duobus modis concedi poſſe tradimus.*
35 *Magiſtratus dicuntur habere imperium per quandam communicationem.*
36 *Imperium quid ſit, nouiter declaratur.*
37 *Imperium merum non pro libero accipi imperio apertè demonſtratur.*
38 *Imperium merum pro ſimplici imperio accipiendum eſſe, contra Fabium Optinellum concluditur.*
39 *An merum imperium pro ſupremo, atque maximo accipi poſſit imperio.*
40 *Meri imperij definitionem non eſſe eam, quam videtur afferre Vlpianus in d. l. Im-*

Source : BIU Cujas

d.l.Imperium, contra Angelum, & sequac.ostenditur.
41 Nunquid gladij appellatione pœnæ omnes tum naturales, tum etiam ciuiles comprehendi possint.
42 Quod competit proprietati, ei etiam conuenire dicitur, cuius est proprietas.
43 Definitiones omnes proprijs constare debent generibus.
44 Verbum animaduertere, quid significet, optimè declaratur.
44 Verba secundùm subiectam materiam sunt semper accipienda.
46 An merum ipsum imperium in animalia bruta exerceri possit.
47 Nunquid merum imperium in corpora mortua exerceri dicatur.
48 Baldum non dixisse in l.vnica.C.ex delict. defunct. contrarium eius, quod in l.si is qui.C.qui testam.fac.poss.dixerat, clarissimè ostenditur.
49 Reijcitur Bolognetti distinctio, qua ostendere conatur, quo tempore corpora mortua puniri possint.
50 Pœnæ, quæ sepulturam denegant, mortuo reo non extinguuntur.
51 Nunquid corpora mortua licitè ad anotomiam faciendam tradi possint.
52 An lex Iulia maiestatis duo tantum capita continere dicatur.
53 Nunquid parentes rei iam defuncti petere possint, vt iudex in ferenda sententia procedat, ne ad ignominiam ei iusta remaneat aliqua nota.
54 Imperium merum in famosum latronem iam mortuum exerceri non posse, contra omnes defenditur.
55 Nunquid Reus, qui ex legis municipalis dispositione non solum in corpore, sed in ære etiam offendi potest, mortuus quoq; spoliari possit.
56 Quæ fiunt post actum nulla interposita mora, actui inesse dicuntur.
57 Mulierem tametsi ex iuris municipalis dispositione impunè offendi concedatur, scelere tamen adulterij nefario pollui non posse, contra Nellum, & sequac. perspicuè asserimus.
58 Nunquid membri abscissio iure digestorum cognita fuisse dicatur.
59 Pœnam ipsam pecuniariam minorem fuisse talionis pœna contra Bolognettum apertè determinatur.
60 Declaratur.§.pœna, Institutionum titulo de iniu.
61 Declaratur.l.qui manus.ff.de testa.
62 Meri imperij definitionem, quam tradunt Recentiores interpretes, veram non esse sustinetur.
63 Definitio, quam de mero imperio affert Bart. ab Recentiorum obiectionibus defenditur.
64 Iniuriarum causam dupliciter considerari posse.
65 Nunquid Princeps dicatur esse iudex.
66 Nunquid in causis criminalibus, quæ per accusationem expediuntur, iudicis officium nobile exerceri dicatur.
67 Officium iudicis nobile duplex dicitur esse.
68 Decij sententia in quæstione illa an in his, quę per accusationem expediuntur, officium iudicis nobile versari dicatur, ab Recentiorum obiectionibus defenditur.
69 Magistratus, qui vniuersas regunt prouincias, merum dicuntur habere imperium.
70 Magistratus, qui singularibus præsunt ciuitatibus, iurisdictionem tantum habere possunt.
71 Nunquid Episcopus ad constitutionem ciuitatis requiri dicatur.
72 Vtrum castra, quorum vniuersitati Princeps scribendo ciuitatis nomine decorasset, nomen illud retinere dicantur.
73 Castra, quę ciuitatibus subijciuntur, merum non videntur possidere imperiũ.
74 Castra, quæ ciuitatibus non sunt subdita, eandem prorsus retinere dicuntur iurisdictionem, quam defensores etiam ciuitatum possident.
75 Nunquid Doctores merum dicantur habere imperium in Scholares.
76 Constitutio habita.C.ne filius pro patr.quomodo intelligenda sit.
77 Quot sint meri imperij gradus.
78 Potestatem legis condendæ maximi esse imperij, facillimè ostenditur.
79 Quid sit officium iudicis nobile, perbellè declaratur.
80 Senatum legem facere non potuisse affirmatur.
81 Error Triboniani, & Theophili in §.senatusconsultum, Institutionum, titulo de iur.natur.gen.& ciui.apertè manifestatur.
82 Præfectus prætorio non ita generalem facere potest legem, vt omnis populus imperio subiectus eam seruare teneatur.
83 Nunquid membri abscissio capitalis pœna dicatur, latissimè discutitur: & affirmatiua ac negatiua opinio cum suis rationibus recensetur.nu.84.
85 Quando membri incisio dicatur habere locum, optimè declaratur.
86 Nũquid missio in carcerem meri dicatur esse imperij, disputatur, difficultasq; omnis noua distinctione sedatur.
87 Nemo iure ciuili perpetuis damnatur carceribus.
88 Quæ pœna sit intelligenda appellatione pœnæ capitalis perspicuè ostenditur.
89 Benignior semper in pœnis accipi debet interpretatio.
90 Pœnæ capitis appellatione mortem naturalem venire non posse, contra Fabium Optinellum concluditur.
91 Iudicem, qui Reum morte condemnauit, de morte naturali intelligere voluisse credimus.
92 Si iudex pœna capitali condemnaret Reum, qui eodem crimine versaretur, pro quo deportatio iam à iure communi, capitalis verò à lege deinde municipali constitueretur pœna, interpretationem ex mente iuris communis faciendam esse affirmatur.
93 Nunquid Reus damnatus suspendi liberetur, si dum subleuaretur, fracto laqueo viuus adhuc cecidisset in terram.
94 Quæ in magno meri imperij gradu ponantur.
95 Verba, quæ in propria eorum significatione manere possunt, non sunt pro alijs, & minus proprie accipienda.
96 Deportationis pœnam non tantum ciuitatis amissionem sed quandoq; etiam libertatis priuationem significare.
97 Quomodo.§.consumitur.l.cognitionum. ff.de var. & extraord.cognitionib. intelligendus sit.
98 Libertatem duobus modis considerari posse.
99 Ratio, cur præsides deportare non possint, inuestigatur.
100 Ratio Alberici confutatur.
101 Ratio Recentiorum interpretum reijcitur.
102 Ratio Bart.quam tradit in l.relegatorum.ff. de interd. & releg.defenditur.
103 Ratio Fulgosij probatur.
104 Quæ in paruo meri imperij gradu ponantur.
105 Nunquid Relegatio capitalis dicatur esse pœna, latissimè discutitur.
106 Quomodo.§.omnibus.l.hos accusare.ff.de accusat.sit intelligendus.
107 Nunquid tormenta meri imperij, vel simplicis potius dicantur esse iurisdictionis.
108 Nunquid magistratus municipales torquere possint.
109 Tormenta moderatione, ac mediocritate quadam adhiberi debent.
110 Nunquid liberi homines tormentis subijci possint.
111 Tormenta mixtæ dici posse iurisdictionis, noue ostenditur.
112 Coercitionem non solùm mixti, sed meri etiam dici posse imperij demonstratur.
113 Imperij non meri appellatione non omnes eius gradus: sed is tantum intelligi debet, in quo gladij potestas reponitur.
114 Multa quid sit declaratur.
115 Paulum minus rectè in l.si qua.ff.de verb.& rer.signif. Labeonem reprehendisse disputationis gratia concluditur.
116 Ratio, cur Duumuiri multam indicere non possint, inquiritur.
117 Ratio Alberici confutatur.
118 Rationes recentiorum interpretum reijciuntur.
119 Sensus quem recentiores.l.vnic.ff.si quis ius dicen.non obtem. noue accommodant, confutatur.
120 Noua affertur ratio.
121 Nunquid delegati multam indicere possint.
122 Delegatus à Principe multam indicit, non etiam subdelegatus, nouiter explicata.l.2.C.de spect.& sumpt.&c.
123 Arbitri nullam indicere possunt multam.
124 Nunquid merum ipsum imperium præscribi possit.
125 Fundos omnes patrimoniales, ad Principisq; dominium pertinentes spatio quadraginta annorum præscribi posse asserimus.
126 Quomodo lex finalis.C.de fund.patrim.& l.nemo.C.de fund.rei priuat.intelligendæ sint.
127 Merum imperium directè quidem præscribi nequit, sed vtiliter tantum.
128 Rex Franciæ, Hispaniæ, & Angliæ Imperatori obedire tenentur.
129 Liberationem à Principe concessam, ac spatio quadraginta annorum præscriptam reuocari amplius non posse tenemus.
130 Personæ priuatæ merum imperium præscribere non possunt.
131 Merum imperium delegari prohibetur.
132 Nunquid merum ipsum imperium iure pontificio demandari possit.
133 Nunquid merum imperium infirmitatis causa alijs committi non prohibeatur.
134 Quomodo.l.qui hæredi, & l.Meuius.ff. de conditio. & demonstrat. intelligendæ sint.
135 Notarius, qui manibus proprijs instrumenta scribere tenetur, si aduersa valetudine laboret, alijs scribendum iniungere potest.
136 Nunquid Principis delegatus merum imperium demandare possit.
137 Sensus Iason.l.vnic.C.qui pro sua iurisdict.iudic.dare, darive poss. traditus ab aliorum obiectionibus defenditur.
138 §.Quindecim.l.pater.ff.de leg.3.quomodo intelligendus sit.
139 Conciliationem, quam affert Bellarm.de l.à iudice, & auth. proximè sequenti.C.de iud.falsam esse perspicuè ostenditur.
140 Intellectus auth.ad hæc.C.de iudic.
141 Cur imperium dicatur mixtum.
142 Quomodo in mixtis denominatio fieri debeat.
143 L.Quæritur. ff.de stat.homin.declaratur.
144 Conciliatur.§.qui mandatam.l.1.ff.de offic.eius cum l.imperium. ff. de iurisd.om.iud.
145 Nunquid appellatione definitiuæ sententiæ summaria quoque intelligatur sententia.
146 Maxima est inter detractionem atque additionem differentia.
147 Iudicis præceptum in eum, qui confitetur, non dicitur habere vim sententiæ diffinitiuæ.
148 Accidentia perficiunt secundum quid subiectum, in quo reperiuntur.
149 Mixtum imperium quid sit.
150 Mixti imperij definitio, quam affert Bart. sustinetur.
151 Exactæ rerum definitiones per vltimas fieri debent differentias.
152 Noua mixti imperij definitio traditur.
153 Mixti imperij maximi quæ sint.
154 An emancipatio omnibus magistratibus concessa dicatur esse.
155 Cognitio ex supplicatione contra sententiam Principis, atque Prefecti prætorio mixti Imperij maioris dicitur esse.
156 Quæ sit supplicatio, & quando locum habere possit, dilucidè declaratur.
157 Nunquid restitutio in integrum mixti imperij dicatur esse.
158 L.fin.C.vbi & apud quem.quomodo intelligenda sit.
159 Maxima est differentia inter mandare iurisdictionem, atq; iudicem dare.

160 Ma-

Source : BIU Cujas

Hier. Muſcorni. De Iuriſd. & Imperio.

160 *Maioris videtur eſſe imperij iudicare iubere, quàm iudicem dare.*
161 *Quæ mixti ſunt imperij magis quàm iuriſdictionis, magiſtratibus municipalibus competere non poſſunt.*
162 *Decreta, bonorum poſſeſſiones atque dationes iuriſdictionis appellatione contineri perſpicuè demonſtratur.*
163 *§. Si intra. l. ſi dies. ff. de dam. infec. quomodo intelligendus ſit.*
164 *Nunquid tutoris datio mixti dicatur eſſe imperij.*
165 *L. Neque mandante. ff. de tutorib. & curat. quomodo intelligenda ſit.*
166 *Regula. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectig. vel emphyt. petat. quomodo accipienda ſit.*
167 *Verbum, valeat, quid ſignificet.*
168 *Verbum, dare, quomodo intelligi debeat.*
169 *Tutoris datio magiſtratibus vel à lege, vel à Principe nominatim ſemper conceſſa fuit.*
170 *Poteſtas dandi tutores iure magiſtratus non competit.*
171 *Nunquid auctoritas, quæ in manumiſſionibus requiritur, demandari poſsit.*
172 *An mixtum ipſum imperium delegari poſsit.*
173 *L. 2. C. de pedan. iudicib. quomodo intelligenda ſit.*
174 *L. Nec quicquam §. vbi decretum. ff. de offic. proconſ. & l. omnia. ff. de reg. iur. declarantur.*
175 *Cauſæ cognitio, quæ in minoris prædiorum venditione adhibetur, demandari non poteſt.*
176 *Decreta quæ in alimentorum tranſactione requirumtur, delegari prohibētur.*

1 QVONIAM de iuriſdictione, † atque imperio ſum tractaturus, operæpretium fore duxi, vnde originem habuerint quam breuiſſimè conſiderare, præſertim cùm vniuſquiſq; rei potiſſima pars principium ſit. l. j. ff. de orig iu. Qua in re varias interpretum reperio ſententias. Alij. n. origi nē duxiſſe à potentia. Vt glo. in c. j. de pac. iuram. firman. in vſib. feud. Alij à fortuna, vt Accurſius in l. digna vox, in verbo princi palis. C. de legib. Alii, prædictam tñ non excludendo, à Deo ita permittente, cuius ſnīæ fuit Andreas de Iſernia in feudorū præ ludijs, exiſtimant. Ego verò duplicem originis cauſam aſſignari poſſe cenſeo, quarum altera remota, propinqua verò altera dici
2 poteſt. Remotam: † Deum Optimum Maximū non quidē permittendo: vt Andreas voluit, ſed potiùs iubendo arbitramur eſſe. Hoc verū eſſe mihi vr̄, primò apertè probari Nouel. 6. in qua clariſſimè dr̄ maxima, præſtantiſſimaq; in oīb. eſſe dona Dei Sacerdotium, & imperiū. Illud. n. rebus diuinis nauat operā: huic humana curæ ſunt, eaq; gubernat: vtrumq; verò ex vno eodēq; principio procedens, cunctas mortalium res mirificè exornat. Quæ ſanè verba dilucidè oſtendunt, imperium à Deo donari, & ſi accuratius à nobis perpendantur, planiſſimè conſtabit, ſacerdotium, atq; imperium quo ad eorū principiū fuiſſe adęqua ta. Quæ cùm ita ſint, concludendum haud dubiè erit: imperiū, ſicut & ſacerdotium à Deo Opt. Maximo tanq̄ à cauſa ꝓuenire, vt eorum, quę inter ſe conſimilia ſunt, eadem conſtituatur rō. Deinde lucidius hoc idem firmo. §. j. Nouell. 83. vbi imperium à Deo fuiſſe conſtitutum clariſſimè oſtenditur. Proximam verò cauſam: viros illos conſilio, ac virtute præſtantes dicimus eſſe, q̄ diſſipatos, atq; per agros diſperſos homines vnum in locum cō gregarunt, eosq; ex feritate illa ad iuſtitiam atq; fidem colendā tranſtulerunt, ac ciuitates tandem inuento diuino, & humano iure męnibus ſepſerunt, vt ſcitè teſtat Plat. in libello de Regno.
3 Sed qm̄ † omnis, quæ à rōne ſuſcipitur de aliqua rei īſtitutio, debet à definitione proficiſci: vt intelligatur, quid ſit id, de quo diſputetur, vt Tullius libro primo de Officiis, & Baldus in prælu diis feudorum, nu. 8. teſtatum reliquerunt: vtile futurum puto, ſi primum quid ſit ipſa iuriſdictio breuiter aperiamus.
4 † Iuriſdictionem Accurſ. in l. j. in verbo, poteſt. ff. de iuriſdict. omn. iud. definit, poteſtatem de publico introductam cū neceſſitate iuri dicendi, & ęquitatis ſtatuendæ, quæ quidem definitio licèt pluribus argumētis à clariſſimo Bolognetto impugnetur ac tandem ab eo defendatur, mihi tñ non probatur, primò. quia:
5 non competit omnibus, † quæ ſub definito continentur, vt voluit Iuriſconſ. in l. j. §. dolum. ff. de dol. mal. mero. n. imperio, q̄
6 in Principe conſidere dr̄, præſens definitio conuenire † non vr̄: cùm ei neceſſitas dicatur adeſſe nulla: legum. n. laqueis ſolutus eſt. l. Princeps. ff. de legib. Scio ego quidem Decium ī d. l. j. quem etiam ferè ſequuntur omnes, velle tueri Accurſium, dicendo: Principem, etſi legibus ſolutus ſit: honeſtatis tñ neceſſitate omnino teneri oportere. c. Rex debet, 23. q. 5. Sed hæc ſua defenſio mihi non ſatisfacit: cum perpendo verbum illud, neceſſitate, in definitione poſitum: cuius hanc eſſe reperio naturam, † vt
7 omnimodam: neque vllo modo voluntariam præ ſe ferat coactio
8 nem: quamuis enim honeſtas, conſcientiaq; ipſa inclinet, † induc at, atq; ratione quadam id ſuadeat: non propterea tñ neceſſitatem aliquam mihi vr̄ afferre: videmus. n. obligationem, quæ à noſtris Iurecōſultis ad antidora appellatur: plurimum in ſe honeſtatis cōtinere, nam præclarum quidem, ac laudabile eſt, quo benefacienti benefaciamus. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de petition. hæred. nec propterea dicemus honeſtatem ipſam vllā producere poſſe vim, præſertim cùm neceſſarium propriè dicatur illud eſſe, quod nobis etiam inuitis fit. §. neceſſarij. Inſtitutionū titulo de hæred. qualit. & differen. Quæ cum ita ſint, nemo meo quidem iudicio erit, qui nō abſurdum eſſe fateatur: Principem ita neceſſitate teneri, vt ad ius dicendum inuitus etiam cogatur.
9 Nec obſtat quod obijciunt de d. c. Rex. nam verbum illud, † debet, quod iſti perpendunt non coactionem, ſed rationalē quandam perſuaſionem mihi denotare vr̄. Prætereà alia quoq; rōne oſtendo Accurſij definitionem falſam eſſe: ſiquidem verba illa, & ęquitatis ſtatuēdæ, mihi videntur omnino ſuperuacanea eſſe. quippe cùm ſub illis verbis, iuriſdicendi, optimè comprehendi poſſint: iuris enim appellatione venit proculdubio omne, quod ęquum atque bonum dicitur eſſe. l. j. in prin. ff. de iuſt. & iur.
10 Omiſſis itaq; † aliorum definitionibus puto ego ſic poſſe cō modè definiri: iuriſdictio eſt poteſtas ad ius dicēdum. Ius autem dicere quid ſit, ex Ciceronis Oratione in Verrem quarta, optimè colligi poteſt, cùm dixit: Quid ego iſtius in iure dicendo libi dinem demonſtrem? Quis veſtrum non ex vrbana iuriſdictione cognouit? Quis vnquam iſto prætore Chelidone inuita lege agere potuit? Iudices citari iubet: iubet citari Heraclium: Citatur Reus ſopatrus. Stenium citari iubet, atq; vt aliqñ de rebus ab iſto cognitis, iudicatis, & de iudicibus datis deſiſtamus dicere, ex
11 quibus verbis dilucidè conſtat: ius dicere aliud nil eſſe, † quàm Magiſtratū audita cauſa vel iudicare, vel iudices dare. Vñ apud Suetonium ſępe nunc Imperatorem ius dixiſſe, nunc cognoniſſe, modo iudicaſſe ſcriptum reperimus.

Sed qm̄ in reijcienda Accurſij definitione dictum eſt: Merū ipſum Imperium ſub iuriſdictione veluti ſub ſuo genere contineri, non abſurdè quæri poſſet: Nunquid iuriſdictionis appellatione tam merum, † quàm mixtum comprehendatur imperiū,
12 in qua quidem difficultate mihi nō vr̄ à cōi ſnīa recedendum, quæ dilucidè probatur. l. j. in princ. ff. de offic. eius &c. in qua ſcribit Papinianus: magiſtratus errare, qui, cùm publici iudicij exercitationem haberent, lege, Senatuſconſultovè delegatam veluti lege Iulia de adulteriis, iuriſdictionem ſuam mandant. Ex quibus mihi vr̄ perſpicuum eſſe: Merum ipſum Imperium tāquam ſpeciem ſub iuriſdictione proculdubio cōtineri, alioquin ſequetur: magiſtratus non errare, ſi eam mandarent. Prætereà hoc ipſum noua ratione probamus, quæ vt clarius intelligatur, breuiter ſciendum eſt: Imperium ipſum ſub iuriſdictione tāquàm ſuo ſub genere haud dubie comprehendi: id enim titulus qui legibus generalior dr̄ eſſe, clariſſimè nobis oſtendit: ex quo illud
13 intelligi volumus rectè dici poſſe: Imperium † eſſe iuriſdictionem, non autem ꝯ, iuriſdictionem Imperium eſſe: cùm ſimplex reperiri poſſit iuriſdictio, quæ nullo modo vr̄ includere Imperium. His ita cognitis, ſic argumentamur: Formæ contentæ ſub
14 genere inferiori continentur etiam ſub genere ſuperiori, † vt ſcitè declarat Ariſtoteles in libris Topicorum, ſed Imperiū dr̄ eſſe genus inferius ipſa iuriſdictione: ergo ſpecies, quæ ſub imperio continentur: debent etiam haud dubiè ſub iuriſdictione cō prehendi: ſed hæ quidem ſunt merum, & mixtum imperiū. Cōcludēdum itaq; eſt: eas ſub iuriſdictione veluti ſub genere ſuperiori complecti oportere. Nec me mouet. c. j. de pac. Conſtan. in feud. titul. à Bellarmato ꝯ communem ſententiam nouiter adductum: quia facilè rñdemus: locum illum ꝯriam potius ſnīam probare, ſi quidem Imperator iuriſdictionem *eo in loco* veluti genus in criminales atq; pecuniarias cauſas mihi diuidere vr̄: vt ibi ēt rectè animaduertit Accurſius. Et ꝙ cauſarum criminalium diſceptatio iuriſdictionis ſit, apertè demonſtrari poteſt ex
15 Codicis titulo, qui de † iuriſdictione gñaliter ſcribitur, & vtrūq; iudicii genus reſpicit. Quod etiam verum eſſe, Primum oſtendo teſtimonio Aſconij Prædiani, qui in argumēto actionis in Verrem quartę, diſertè oſtēdit, res capitales iuriſdictionis eſſe. Dein de idem comprobo auctoritate Suetonij, qui *in* Auguſti vita capite 33. in hæc verba ſcribit: *Dixit autem ius* non diligentia modo ſumma, ſed & lenitate, ſi quidem manifeſti parricidij reum, ne culleo *inſueretur*, quod non niſi confeſſi afficiebantur hac pœna. Poſtremò idem firmari pōt. l. 2. §. & quia. ff. de origine iuris, in qua dr̄: Conſulibus permiſſum non fuiſſe, vt ipſi de capite ciuis Romani iniuſſu populi ius diceretur. Ex his itaq; concludimus, rei capitalis cognitionem iuriſdictionis proculdubio eſſe, atq; ideo iuriſdictio ipſa veluti genus in criminales, atq; pecuniarias cauſas in d. c. j. meritò diuiſa fuit. Neq; me latet Ludouicum Charondā in libello de iuriſdictione, cui ēt aſſentitur Franciſcus Hotomanus in cōmentario de verbis iuris, tenere. Merū
16 imperium † puram eſſe poteſtatem, nulliq; immixtam iuriſdictioni, quæ apud populū reſeruabatur, & cū de animaduertēdo in facinoroſum ciuem ageretur extra ordinem qōnes populus conſtituebat, quibus merū illum Imperiū oīs iuriſdictionis expers dabatur, vt in noxiū tm̄ animaduerterēt, eumq; ſm̄ legem punirent. Sed horum ſnīa mihi nō probatur, certum eñ, atque perſuaſum habeo, imperiū, de quo in pręſenti loquimur, à iuriſdictione vnq̄ ſeparari non poſſe, nam ſi ab ea ſeiungeretur, tūc haud dubiè ſeueritas, atq;, vt ita dicam, tyrannis quædam potius diceretur, neq; poſſum mihi perſuadere. Populū meum ipſum imperium iuriſdictionis expers quæſtoribus vnq̄ dediſſe, ſed

eius

Source : BIU Cujas

eius tantum puto executionem eis semper commissam fuisse, cùm de puniendo ciue tractaretur. Concludamus itaque ex his merum ipsum imperium a iurisdictione non separari, sed veluti suo genere sub ea contineri.

Sed ex his pulcha sanè oritur dubitatio: Nũquid Princeps iu-
17 risdictionem alicui concedendo, † merum & mixtum quoq; imperium transferre intelligatur. In hac difficultate nõ eadem interpretum est sniã. Bal. in l. cùm multa. C. de bonis quæ liber. Pau. de Cast. in consi. 132. incip. Notandum est: Alexã. consi. 33. incipiente viso processu, in quarto volumine, tenẽt, Principem concessa iurisdictione, merũ etiã, atq; mixtũ cõcedere voluisse Imperiũ. Nituntur aũt potissimũ auctoritate eiusdẽ Alexã. qppe qui in l. j. ff. de offic. eius, scribit Principem, qui vniuersam iurisdictionem demandasset, merum quoque Imperium tradidisse intelligendum esse.

Quare idem vr̃ dicendũ in quæstione nostra, vt sub iurisdictione iã cõcessa merũ quoq; intelligatur Imperiũ permissum. Omissis aliorũ responsionib. placet mihi, vt dicamus nõ paruã esse differentiã inter delegare merũ Imperiũ, atq; illud idẽ alteri cõcedere, nam qñ demandatur, nullum mihi vr̃ Principis p̃iudicium considerari posse: cùm ipse possit qũcunque sibi libuerit illud reuocare: quod longè secus est in ipsa iurisdictione concedenda: hoc enim caĩu priuari ea Princeps videtur, qđ
23 in re dubia *præsumi non debet*, argumento eorum, quæ notant Dd. *in l. legatus. ff. de offic. præsid.*

18 Secundò in † eandem sententiam adducitur hæc rõ, oẽs species sub suis generib. æqualiter cõtineri debẽt. l. j. §. generaliter. ff. de leg. præstan. & tradũt omnes in l. si duo. in fine. ff. de administra. tutorum. sed iurisdictio dicitur esse genus, cuius tres sunt *species*, merum, mixtum Imperium, ac simplex iurisdictio, vt supra dictum est, ergo sub ipsa has etiam omnes contineri necessarium est. Sed breuiter respondemus, rationẽ hanc locum non habere, quando genus ipsum pro sua quoq; specie accipi possit, tunc. n. in specie potius, p̃sertim si dubij simus, capi oportet, vt elegãter tradit Bar. *in l. hoc legatum. ff. de leg. 3.* Ex his itaque concludendum est, iurisdictionem a Principe concessam non generatim, sed speciatim potius accipiendam esse.

Contrariam sniam tenuit Ias. in l. imperium. ff. de iurisdictio. omn. iud. quem etiam plurimi sequuti sunt, præsertim Fabius Obtinellus, qui nouis, vt ait, rõnib. eandem comprobare conatur sniam. Primò itaq; adducit §. sed ius quidem, versic. sed quotiens. Institutio. tit. de iur. natur. gent. & ciuil. in quo scribit Iustinianus, *ius* ciuile ex vnaquaque ciuitate, in qua obtinet, appellationem sumere, si quis enim leges Solonis, qui Athenien sib. leges conscripsit, aut Draconis, q Lacedæmonijs, ius ciuile Athenien siũ, vel Lacedæmoniorũ, appellare velit, non omnino peccauerit. Quòd si quis indefinitè ius ciuile dicat non addito cuiusnã ciuitatis, Romanum significare videtur. Quare idẽ quoque dicamus in proposito nostro, vt is, qui indefinitè iurisdictionem dixerit, simplicem tantum significasse videatur iurisdictionem.

19 Sed † locus hic mihi vr̃ contrariũ probare eius, ad quod citatur, cum. n. imperat. nihil aliud eo in loco declarare intẽdat, nisi nomina, quæ plures habẽt significationes, si dubij simus, de qua intelligantur, eam retinere significationem oportere, quæ cæteris *nobilior* dicitur esse, vr̃ merũ ipsum imperiũ in quæstione nostra haud dubiè accipiendum esse, quippe cùm excellentior iurisdictionis significatio merũ imperiũ dicat esse. Sed, vt verũ, ni fallor, huius §. sensum afferamus, illud præter alios oẽs mo-
20 nẽdũ est: ius † ciuile nõ posse dici genus vnã naturã cõem habens, vt pleriq; affirmare videntur, sed eiusmodi puto esse naturæ, cuiusmodi sunt noĩa, quæ *fm* prius, & posterius dicũtur; ius em̃ ciuile *prius* de Romano, posterius verò de alijs dici perspicuũ esse puto, exẽplo, qđ Iustinianus eo ĩ loco affert de poeta, q prius de Homero, posterius verò de alijs verificat: sicuti etiã dicimus de eo quod est, nam primo de substantia, secundo verò de accidentibus ipsis dicitur, vt scitè declarat Arist. 4. Metap. text. 2.

Ex his itaque cõcludimus §. illum ad rem nostram facere nõ posse, quippe cum de iurisdictione loquamur, quæ non ad vnũ, sed generale potius appellatur nomen.

Secundò mouetur ipse hoc argumẽto. Quando dubitamus
21 † de significatione alicuius nominis, ad vsum loquẽdi cõmunẽ recurrere semp debemus. l. Labeo. ff. de suppellect. leg. sed vulgaris omniũ sermo requrit, vt iurisdictio speciatim potius, quàm generatim accipiatur. l. more maiorum. l. iubere cauere. ff. de iurisdictio omnium iudicum: ergo sub iurisdictionis nomine non imperium, sed simplex tantum iurisdictio intelligi oportet.

Sed hoc argumentum procederet, si probaretur: iurisdictionẽ ipsam *fm* cõmunem vsum loquendi pro simplici, atque pura tm̃ iurisdictione accipi oportere, vt etiã dicemus in dissolu-
22 tione huius quæstionis. possem & aliter respõdere: verba † quãdo latinè concipiuntur esse semper interpretanda secundum latinos, & non vulgares homines, vt eleganter declarat Bartol. in l. si quis filiabus. ff. de testament. tuto. & Alexand. in consil. 2. volum. j. & propterea cùm ex proprietate, atque latinitate sermonis merum etiam sub iurisdictione comprehendatur imperium, illud quoque haud difficulter intelligendum erit. Neque obstant iura, quæ in contrarium sunt adducta: quia loquuntur de iurisdictione, quæ demandari potest: ideo mirum non est, si merum non intelligatur imperium: cùm alteri committi illud non possit, vt notant omnes in d. l. j.

Tertiò affertur hæc ratio: Quotiescũque lex, Senatusconsultum, constitutiove Pincipis merum siue mixtum ipsum imperium alicui confert, illud quidem in specie transferri semper solet. l. j. ff. de offic. eius. Sed merum imperium non videtur in casu nostro speciatim concessum: cum non expressis, sed sub generalib. comprehendatur verbis, argumento l. vxorem. §. Fœliciss imo. ff. de lega. 3. & l. non dubium. §. quod ad omnes. C. de legibus. ergo sub iurisdictionis nomine nõ videtur intelligi posse. Quod etiam eo firmari põt, quod leges omnes, quæ de mero imperio mentionem faciunt, expressis semper verbis illud manifestare solent, vt patet in l. illicitas. §. qui vniuersas, & l. præses. 2. ff. de offic. præsid. cum similibus.

Sed his ego breuiter respondeo, Merum ipsum imperiũ, etsi expressis semper debeat cõcedi verbis, non tm̃ necesse est, quin
23 sub † iurisdictione contineri dicatur, quippe cùm expressum illud haud dubiè dicat esse, qđ ex verborũ etiã vi colligi potest, vt tradit Bar in l. prætor. in prin. ff. de oper. nou. nunciat. & l. j. ff. de vulg. & pupilla. substitu. quibus ego etiam addo d. l. non dubium, in qua dicitur. ea, quæ expressa non sunt, ex legis voluntate colligi posse. Quod verò ipsi obijciunt de l. illicitas, & de l. p̃ses, planè alienũ est, nulla alia enim de causa eis in locis de mero imperio fit mentio, nisi, vt declaretur, qui sint magistratus, qui illud retinere dicantur, id autem a quæstione nostra diuersum esse neminem puto, qui apertè non videat.

Quartò inducitur. l. alimenta. §. basilicæ. ff. de alimẽt. & cibar.
24 leg. ex qua † colligunt interpretes: rẽ, de qua speciatim prouisũ est, sub gñali concessione amplius venire nõ posse, sed lex, seu imperat. iã in specie cõstituerint, atq; prospexerint, qui merum debeãt exercere imperiũ, vt videre est in proconsule, prætore, atq; præfecto prætorio. ergo ex vi verborũ illud intelligi nõ vr̃ posse Non possum non vehementer admirari de hoc Excellẽtissimo viro, cùm sibi persuadeat huiusce modi rõne opinionẽ suã optimè probari posse, quæ quidẽ si accuratius intelligatur, aptè dilui potest: fateor. n. ego merũ ipsum imperiũ sub iurisdictione venire nõ posse, qñ seiunctum, atq; omnino separatũ ab ea sit: hanc̃; puto esse snĩam. d. §. Basilicæ. quamuis. n. cibariorũ nomine, quæ libertis, libertabusque relicta sunt, basilicæ quoq; alimenta veniant; tamen; quia a principio separata, atq; distincta fuere, optimè fit, vt sub eorum genere comprehendi non videantur.

Postremò nititur. l. itẽ apud Labeonẽ. §. hoc edictũ. ff. de iniur. in qua scribit Vlpianus ea, quæ insignia, atq; notabilia sunt, nõ generatim, sed sigillatim semper exprimi oportere, sed merũ, atq; mixtũ imperium dicitur esse quid dignissimum, ac præstantissimum, cum principis ossibus affixum esse dicatur, vt eleganter tradit Bald. in l. more maiorum. ff. de iurisdict. omn. iud. quare non videtur sub iurisdictio. vniuersim facta comprehendi posse.

Sed ego respõdeo, nullum sequi absurdũ; si ea, quæ notabilia sunt, ad maiorẽ declarationẽ quãdoque exprimant̃, sed quod necesse sit, id semper fieri, prorsus negamus. Hoc verum esse ex eodem. §. apertissimè ostendi põt, scribit. n. eo in loco iurisconsul. prætorẽ, tametsi ex generali iniuriarum cã agi possit, in specie tm̃ loqui voluisse: nã ea, quæ notabiliter fiunt, nisi speciatim notentur, videntur esse quasi neglecta. Quib. planissimè constare videt̃ necessarium nõ esse, vt quæ insignia, atq; excellẽtia sint, expressis semper verbis declarentur, non. n. verè, atq; propriè, sed quodammodò neglecta viderentur: præterea dici potest, merum ipsum imperium cùm non fuerit expressum, sub iurisdictione tanquam neglectum comprehendi oportere.

Solutis itaque vtriusque sententiæ argumentis. Nũquid hac in re sentiendum sit, breuiter aperiamus. Censeo equidem mẽtem eius, qui disponit, diligentissimè attendendam esse, cùm dubitamus: an sub aliquo generali nomine quippiam aliud intelligatur: Mens autem ipsa tum ex verbis superioribus, tum etiam sequentibus colligi potest: ea enim, quæ sequuntur, optimè declarant, quæ proximè præcedunt. l. si seruus plurium. §. si.
25 ff. de legat. j. Ex his illud perspicuum esse † volumus: Principẽ, qui omnimodam donaret iurisdictionem, merum quoque haud dubiè concedere voluisse imperium, vt tradunt omnes in l. si in aliqua. ff. de offic. proconsat atque hoc idem dicere non dubitamus, si castrum cum libera iurisdictione concederetur: nam dictio illa tantæ virtutis est, vt etiam quæ speciali indigere videntur concessione, per eam venire dicantur: videmus enim procuratorem facere posse posse omnia. quæ speciale requirunt mandatũ, si ipse libera cũ potestate cõstitutus sit, vt diserte tradit Bar. in l. procurator cum libera. ff. de procur. Bal. in l. illud.

Source : BIU Cujas

§.1.C.de minoribus. Paulus de Caſtr.in l. iuriſiurandi.§. defenſor.ff.de iureiur. Quod ſi voluntas,atque mens ipſius, qui diſponit obſcura ſit,neque poſſit hoc modo colligi:tunc conſiderādus eſt communis vſus loquendi, nam ſi ea in ciuitate ſolitum eſſet,vt iuriſdictionis nomine merum quoque intelligatur imperium,idq; lucidiſſimè probaretur,haud dubiè comprehenderetur,argumento eorum,quæ notantur in l.Labeo.ff.de ſuppellect.legat. Qui ſanè ſi non appareret, putarem perſonam eius, cui conceſſa videtur iuriſdictio,inſpiciendam eſſe,ſi enim illuſtris ſit,atque in dignitate reperiatur, conijcitur, Principem illud quoque concedere voluiſſe,vt notat Baldus in l.plenum.§. equitij.ff.de vſu,& habitat.Barbat.in c. quod tranſlationem.de offi.legat.& Iaſ.in l.liber homo.ff.de ver.oblig. At ſi hoc ipſum quoque deficeret,profectò conſiderādum eſſet, quid Princeps ſolitus eſſet concedere;nam ſi moris eius eſſet concedendo iuriſdictionem merum etiam transferre imperium: nulla quidē dubitatio eſſet,vt ſcribit Ioan.Andr.in additionibus ad Specul.in tit.de locat. §.1. & Roman. in conſil.217. ſi verò non valeamus id aſſequi coniecturis,atq; omninò dubij ſimus: nō dubitarem,quin merum quoq; ſub iuriſdictione, veluti ſuo gene
26 re comprehendatur † imperiū,nulla alia quidem ratione, niſi, quia ex ſermonis proprietate proculdubio ſub ea contineri mihi videtur.Ex his cōcludo,falſam eſſe Obtinelli,& aliorum opinionem,qui tenēt:Principem,& ſi omnem alicuius caſtri iuriſdictionem conceſſerit,nō propterea videri merum etiam imperium transferre voluiſſe Neque ad rem pertinet, quod obijciunt de l.ſolet.cum ſequ.de iuriſd.om.iud ff. ex qua colligunt, dictionem illam,omnem,ſi iuriſdictioni fuerit coniuncta,operari, vt non de mero imperio,ſed de ſimplici potius iuriſdictione intelligatur:quia facilè reſpōdemus,verba generatim, atq; indefinitè prolata in eiſdem ſemper terminis,de quibus loquūtur ex Bart.ſententia in l.1.§.nūciatio. ff.de oper.nou.nunc. coangustanda eſſe,& propterea cùm prætor merum ipſum imperium aliis mandare nō poſſit.l.1.ff.de offi.eius meritò fit, vt dictio illa,omnis, de ſimplici tātùm iuriſdictione dicatur. Quod lōgè ſecus videtur eſſe in principe,qui nō ſolum mixtum , ſed merum etiam imperium concedere poteſt.

Sed quoniam ſuperius concluſum,atq; firmatum eſt, appellatione iuriſdictionis cōceſſæ non ſolum merum, ſed mixtum
27 † ēt venire imperium:nō inutilis adhuc exoritur dubitatio.Nū quid lex municipalis,quæ ſimpliciter de iuriſdictione facit mētionem,tam ordinariam,quàm etiam delegatam comprehendere videatur iuriſdictionē.Qua in re Alex.in ti.de iuriſd.omn. iud.ex mente Gl.concludit,vtrāque cōtineri poſſe, illud tamē adiiciendo;materiam,de qua agitur, ſemper inſpiciēdam eſſe, ſed quia hęc Alexandri ſententia nō videtur perfecta, cum nō aperiat,quid in re dubia tenendum ſit, Ideo Antonius de But. in c ſua.de offic.vicar.quē ēt ſequitur Iaſ. & Bolog.in tit. de iuriſd.om.iud.tenet,ordinariam tātum iuriſdictionem in hoc caſu comprehendi oportere.Huius autem ſentētię potiſſimum argumētum adducitur à Bolognetto,quod huiuſmodi eſt.Vbi cūque nomē aliquod & generatim & ſpeciatim capi poteſt: ſi lateat quomodo accipiatur,in ſpecie,& in ea quidem,quæ aliis potētior dicitur eſſe,ſumi oportet.§.ſed quotiens.Inſtitut.titul. de iur.nat.gent.& ciuil.& pulchrè tradit Barto.in l. hoc legatū. ff.de leg.3. & l.j.ff.de edēd.Sed iuriſdictio tum ordinariam, tum etiam delegatam ſub ſe comprehēdit.Ergo cùm dubii ſimus,de qua intelligatur,ordinaria veluti potentior intelligi debet.

Sed reſpōdeo ſimpliciter verum nō eſſe:nomina,quæ gene
28 ratim,& † ſpeciatim capiuntur,in ſpecie ſemper potentiori accipienda eſſe:regula enim illa locum habere eo ſolo caſu videtur,quo res ipſa neceſſariò expoſtularet:vt nomē illud vno tantummodo ſumeretur,tūc enim ſpeciatim potius accipi oporteret,vt elegāter tradit Decius in l.imperium.ff.de iuriſd.om.iud. cùm itaque in propoſito noſtro nihil repugnare videatur,ſi iuriſdictionem in vniuerſum capiamus, concludendum proculdubio erit,nō ſolum ordinariam,ſed delegatam etiam eius appellatione comprehendendam eſſe.

Secundò in eandem ſententiam adducitur l.1.§.qui mandatam.ff.de offi.eius,in qua vult Papinianus.eum,qui mandatam iuriſdictionē ſuſcipit,proprii nil habere poſſe,ſed eius, qui mādauit iuriſdictione vti,quib⁹ cōſtare videt,iuriſdictionē delegatā,ppriā dici nō oportere.Quare mirū nō eſt,ſi in iuribus municipalibus, quæ propriè intelligēda ſunt cōprehēdi nō dicat, argumento eorum, quæ tradunt Dd. in l.3.§.hęc verba. ff. de negoc.geſt.

Sed hoc argumētum facilè ſolui poteſt,maxima enim mihi videtur eſſe differētia,an verbum illud,proprium,ad delegatū, an verò ad iuriſdictionem referatur.Cōfiteor enim, delegatū proprij nil habere poſſe,ſed ex his ſequi nō video,quin iuriſdictio,qua ipſe vtitur,verè,atque propriè dicatur eſſe iuriſdictio.

Poſtremò recētiores interpretes ad comprobādam hāc ſentētiam nouam conātur afferre rationem,dicendo, regulam iuris eſſe,quòd cui non competit definitio,nec definitum ēt cōpetere debet,vt tradūt oēs in l.omnis definitio.ff.de regul. iur. Sed iuriſdictionis definitio,quam tradit Accurſ.in d.l.j.non vī accommodari poſſe iuriſdictioni delegatæ: qa de publico non videtur introducta eſſe: præſertim cùm neque publica dicatur delegati perſona, neq; vllam etiam ad ius dicendum videatur habere neceſſitatem. Quare ex his concludunt, eos propriam non retinere iuriſdictionem, & per conſequens in legibus municipalibus comprehendi non debere.

Sed hoc argumentum mihi vī nullius eſſe valoris,nititur.n. ea iuriſdictionis definitione, quā ſuperius pluribus rationibus reiecimus.Sed ſi eam etiam tanquam veram admittamus,dicimus adhuc eorum argumentum falſum eſſe:ſi quidem delegati iuriſdictio mihi vī eſſe poteſtas de publico introducta, cùm delegatio ipſa iure permiſſa ſit. Præterea dico tantum abeſſe, vt delegatus non habeat iuriſdicendi neceſſitatem, vt potius eam dicatur habere.

Contrariam itaque ſententiam tenuit Sapia,quem ſequitur Mandellus in tit.de iuriſd.omn.iudi. cui nos quoq; aſſentimur, eamq; omiſſis aliorū argumentis præter alios duab.rationib.firmamus,quarum prima eſt deprompta ex d.l.imperium , quo in loco definiens iuriſconſ.iuriſdictionem, dicebat, iudicis dandi poteſtatem eſſe, quæ quidem definitio cùm delegato competere videatur.l.cùm prætor.verſic. is quoque.ff.de iud.ſequi neceſſe eſt,vt iuriſdictio etiam ipſa verè, atque propriè ei conuenire dicatur.

Altera verò ratio deſumitur ex l. iudex poſteaquam.ff.de re iud. in qua vī concludere Vlpianus,iudicis appellatione nō ſolum ordinarium,ſed delegatū etiam intelligi poſſe;quare id ipſum mihi vī in propoſito noſtro dicendū, præſertim cùm diſ-
29 ferentiæ ratio aſſignari poſſit nulla.Ex † his concludimus contra Bolog.iura municipalia,quæ ſtatuūt,vt nemo,q iuriſdictionē hēt,domi ludos teneat,nō de ordinario ſolùm,ſed de delegato etiā diſponere voluiſſe,quamuis.n.materia ſit pęnalis, & anguſtè veniat interpretanda.c.in pœnis.de reg.iur.in 6.tñ hoc in caſu rōne publicæ vtilitatis dicitur fauorabilis,atq; dilatāda, vt ſcitè declarat Bar.in l.2.§ exercitum.ff.ex quib.cauſ.infam. irrogat.multum enim Reipublicæ vī intereſſe, ne ludi exerceātur, præſertim ab ijs , qui iuriſdictione potiuntur, vt notant oēs in titulo,de Aleæ luſ.& aleat.

Ex his etiam illud perſpicuū eſſe volumus: ſententiæ appellatione,de qua a lege municipali plerunq; fit mētio,nō eam ſolum,quæ † negotium definire dī,ſed illam etiam, quæ a noſtris interlocutoria appellatur,proculdubio intelligendam eſſe, atque in hāc ſnīam trib.rationib.a nemine,quē ego hactenus viderim,excogitatis adducti ſumus,quarū prima eſt:qa ſnīa æquè propriè comprehendit tam eam, quæ totam definit cōtrouerſiam,quàm etiam eam,quę aliquid obiter ad cauſam pertinens decernit: quippe cùm ſententia generale dicatur eſſe nomen, ſub qua illæ tanquam ſpecies contineri dicuntur,vt notāt omnes in titu.de re iudi. Quare concludendum erit, vtranque intelligi poſſe.

Secunda ratio deſumitur ex l.iudices.C.de ſententijs,& interlocut.omnium iud.in qua de ſententia ſimpliciter fit mentio, & tamen vtranque intelligere nobis neceſſe eſt.

Poſtrema verò ratio huiuſmodi eſt. Validum dicitur eſſe argumentum a lege ad ius municipale , vt ſcitè notat Iaſ. in l.ſi qs iniquū.§.ſi is p quo.nu.6.ff.quod quiſq; iur. Sed *lex ipſa qñ vult* facere mentionem de ſnīa, quæ prorſus negotium definit, nō ſimpliciter de ea loquitur,ſed addit ſemper aliquid , ex cuius vi intelligitur diffinitiua:hoc quidem obſeruaui in l.cùm iudex.l. cùm ſolitum.& l.cùm præſes.C.de ſenten.& interlo.om.iudic. quare id ipſum dicamus in caſu noſtro,nam ſi mēs eorū , q ius illud municipale conſcripſerunt,fuiſſet,vt de ſententia tantum definitiua intelligeretur,nō ita ſimpliciter loquuti fuiſſent, ſed magis eorum mentem nobis declaraſſent.

Neq; me mouet,quod obijciunt interpretes: ſtatuta propriè eſſe intelligenda, atque ideo ſnīam tñ definitiuam veluti propriè ſnīam intelligi oportere:quia reſpōdemus, argñ procedere,qñ ſnīa interlocutoria nō diceretur propriè ſnīa, qđ apertè falſum eſt, cùm ſpecies ſuis generib. æquè ppriè cōtineri dicātur,vt ex ijs,quæ ſuperius dicta ſunt, facilè quiuis pt intelligere.

Expoſita iuriſdictionis definitione,pximū eſt,vt imperij quoque definitionem in medium afferamus:quæ qdem abundè explicabitur,ſi prius q breuiſſimè videamus, qd ſit poteſtas, & an imperium in magiſtratib.vel in principe potius conſidere dicatur.Quod igitur ad primum pertinet, illud ſcire oportet: Poteſtatē nomen eſt (vt ita dicam) generaliſſimū,pluraque ſignificare:in perſona † magiſtratuum imperium: in perſona liberorum patriam poteſtatem:in perſona ſerui dominium,vt perſpicuè declarat Paulus in l.poteſtatis verbo.ff.de verborum ſignificatio. ſed hic dubitant Dd. An poteſtas ſpeciatim ſumpta, quę magiſtratibus tantum competere videtur tam merū; quàm mixtum comprehendere dicatur imperium. Paulus Caſtrenſis in l.eum qui.ff.de iuriſdictio omn.iudic.quem etiam ſequitur Decius in d.l.imperium tenet, merum tantùm contineri imperium.Primum autem,& ſummum illorū argumentum
31 ducitur

Source : BIU Cujas

ducitur ex l.imperium,vbi ſcribit Vlpianus merum imperium gladij eſſe poteſtatem ad animaduertendum in facinoroſos homines,quod etiã poteſtas appellatur. Sed huic argumento facilè reſpõdemus: cõfitendo merum quandoq; imperium appellari poſſe poteſtatem,ſed propterea nõ excluditur, quin mixtũ etiam ſub ea comprehẽdatur imperium. Præterea in hãc ſnĩam adducunt d.l.eum qui, quo in loco volens Iuriſconſ. declarare qui ſint illi magiſtratus,qui in poteſtate aliqua ſunt, exẽplũ ponit in proconſule,atq; prætore, qui merum dicuntur habere imperiũ,ſed hæc quidem ratio mihi vr̃ cõtrarium potius probare, nã ij magiſtratus non ſolum merum, ſed mixtum etiã retinere vr̃ imperium,vt clariſſimè patet tũ ex tit.de offi.proconſ.tum etiam ex tit.de offi.præſi.Poſtremo Decius, qui argutiſſimè hãc ſnĩam defendit,citat l.2.§.fi.ff.de recep.arbitr.l.nec magiſtratib. ff.de iniur.& l.ſed & ſi per prætorem.§.ait prætor.ff.ex quibus cau.maior. Sed hæc quidem iuris loca mihi videntur ad rem facere non poſſe:cùm in illis ne verbum quidẽ de hoc reperiatur,demirorque grauiſſimum illum virum ad quæſtionem noſtram hæc accommodare voluiſſe.

Contrariã itaque ſnĩam tenuit Fulgoſ.in d.l. imperium, quæ mihi quoque plurimum ſatisfacit. Poteſt autem dilucidè probari.l.poteſtatis verbo, quam ſuperius etiã adduximus, in qua dr̃, poteſtatis nomen *in perſona magiſtratuũ imperiũ* ſignificare,ſed *cùm imperiũ ipſum in merum* atq; mixtum diuidatur *imperium,ſequi neceſſe eſt*, vt poteſtas etiam, quæ ad magiſtra*tus* pertinet, vtrunq; cõplecti dicatur imperium. Quod etiam firmari poteſt: nã nõ reperitur in iure noſtro poteſtatẽ ſimpliciter prolatã *pro* mero tantùm accipi imperio, ſed vbi lex per po*teſtatẽ illud* denotare velit,addit ſemper aliquid, cuius virtute *ipſum* intelligere neceſſe eſt. Præclarum huius rei extat exemplum in l.2.§.exactis.ff.de orig.iur.

Sed iam tempus eſt,vt breuiter videamus, Nunquid imperiũ in magiſtratib.vel in Principe potius reſidere videatur. Eru-
33 ditiſſimus Alciatus † in d.l.imperium.vult contra omniũ ferè ſententiã,in Principe tantũ conſidere,quod ipſe eo probat, q̃ magiſtratus *imperij* tantum exercitationem habere dicuntur.l.j.ff. de offi.eius,atque ideo adminiſtratores,ſiue potius executores. *Nouell.60.* appellantur.

Sed contrariam ſnĩam omnes ferè interpretes ſequuti ſunt, à quibus diſſentire nõ licet,videtur.n.hæc ſententia clariſſimè probari.l.& ſi prætor.ff.de offi.eius.in qua Iulianus ſcribit, prætorem,qui alienam exequitur iuriſdictionem non pro ſuo imperio, *ſed pro eo*,cuius mandato ius dicit,agere,atq; etiã hoc ip *ſum* firmari poteſt.l.4.ff.de offi.præſid.vbi præſides imperiũ habere planiſſimè oſtenditur: ſcio equidẽ Alciatũ his iuris locis reſpõdere:Magiſtratus non ratione iuris,ſed exercitationis potius imperiũ habere poſſe.Sed hæc reſpõſio mihi videtur apertè confundi.l.ſi quid erit.ff.de offi.procõſ. in qua Vlpianus ſcri- 39
bit,legatum proconſulis neq; animaduertendi, neq; coercẽdi ius retinere poſſe.Quòd ſi aliquid contigerit, qđ maiorẽ videatur exigere animaduerſionem, ad Proconſulẽ illud remitti debet.Quib.dilucidè cõſtat: proconſulẽ animaduertẽdi ius habere.Quod etiam clarius firmatur.l.legatus Cæſaris.ff.de offi.præſid.in qua Papinianus ſcribit:præſides abdicãdo ſe, imperiũ nõ amittere.Neq; obſtat, qđ obijcit de d.l.j.qa plana vr̃ eſſe reſpõ*ſio.Magiſtratus*,q̃ ius habẽt,eius quoq; exercitationẽ poſſidere.

Vt autem oĩa,quæ ad hanc quæſtionẽ pertinere videãtur,facillimè diſſolui poſſint:illud prius diligẽter animauertendũ pu-
34 to: † iuriſdictionẽ,ſiue imperium duob.modis tradi poſſe, aut em̃ princeps illud ſibi cumulando, aut eo ſeſe priuando alteri cõcedit,vt tradit Bar.Bal.Paul.de Caſt.in l.vltima.ff.de iuriſdictione omn.iudi.& clarius idem Paul.in l.teſtamenta.C.de teſtam.atq; id ipſum eodem in loco perſpicuè notat Ange. Hoc etiam veriſſimum eſſe teſtatum nobis reliquerunt, Abbas in c. 3.de offi.ordi.& Roma.in conſil.72. His ita cognitis:duas ponimus concluſiones,quarũ prima huiuſmodi eſt. Magiſtratus nõ ita vidẽtur habere imperium,vt Princeps eo priuari dicat: quia hoc apertè falſum eſt:cùm illud tm̃ cum eis cõicet, vnde poterit & ipſe in eiſdẽ etiam cauſis quandocunq; ſibi libuerit iudicare.Altera verò cõcluſio eſt: Magiſtratus dicuntur habere imperiũ per quandã cõicationem,atq; vt ita dicã, accumulationem. Nam Princeps imperio non priuatur, ſed accumulatur, atque eius poteſtati adiungitur magiſtratus ipſe. Ex his cõcludimus ex mente præſtãtiſſimi Tiberij Deciani verũ atq; germanũ ſen-
35 ſum.l.j.ff.de cõſtitutio.Princi. † in qua ſcribit Vlpianus, populũ Romanũ lege Regia lata,ei,& in eũ omne ſuũ imperiũ, & poteſtatẽ tranſtuliſſe, quæ quidẽ verba ſic interpretor populũ Romanum, nõ ſolum Principi dediſſe imperiũ, vt dictatori dare ſolebat, cui periculoſiſſimo Reipublicæ tẽpore ſummam poteſtatem permittebat,ſed illud etiam in eum cõtuliſſe, vt omnino ſe priuari voluiſſet. Ex his itaque perſpicuum eſſe arbitror, Principem ſolere magiſtratib.concedere imperiũ,nõ eo quidẽ ſeſe priuando,ſed illud potius cum eis communicando.

His ita declaratis,nunc quid ſit Imperium ipſum ſimpliciter ſumptum,quod nobis præcipuè declarandum inſtituimus,bre-
36 uiter explicemus. Itaque non † omnino ineptè meo iudicio definiri ſic poterit.Imperium eſt iuriſdictio, ſiue poteſtas, qua iuſtè aliquid fieri iubetur,vel vetatur,ſcribit.n.Celſus in l.quod iuſſit.ff.de re iud.Quod iuſſit,vetuit ve prætor,cõtrario imperio tollere,& remittere poteſt,Paulus quoque in l.fin.ff.ne quid in loc.vel itine.publi.aſſerit eum, qui aduerſus edictum prætoris ædificauerit,tollere ædificium debere,alioqui inane,& luſoriũ prætoris imperium fuerit,atq; hoc nimirũ illud eſt, quod tradit Martian.in l.munus.ff.de verb.& rer.ſigni.cum inquit, munus propriè illud eſſe,qđ neceſſario ſubimus lege,more,imperiove eius qui iubendi habet poteſtatem,atque hæc quidem de imperij definitione dicta ſint.

Quoniam verò imperium aut merum,aut mixtũ eſt,de vnoquoque diligenter diſſerendum eſt, & à mero imperio tanq̃ digniore incipiendo,illud in primis de eo tractabimus.Quare merum dicatur.Secundò quid ſit.Tertiò quib.cõpetat magiſtratib. Quartò quot ſint eius gradus.Poſtremo nunquid præſcribi, ſiue demandari poſſit.Quod igitur ad primũ pertinet, † reperio
37 Bartolum in d.l.imperium.tres afferre expoſitiones, quarũ prima eſt:imperium dr̃ merũ:ideſt liberũ rõne Principis,qui libertatis ſedes appellatur.c.propoſuit,de cõceſſ.præben. Sed hæc expoſitio mihi nõ probatur:quia ſi vera eſſet, nõ ſolùm mixtum imperium, ſed ipſa etiam iuriſdictio mera haud dubiè appellaretur,cùm vtrunque in Principe liberum eſſe videatur.

Secunda igitur eſt expoſitio,quæ ferè eadẽ eſt cum prima, vt imperium dicatur merum: hoc eſt, liberũ ad differentiã officij mercenarij (ita.n.à noſtris appellatur) qđ actionibus deſeruit. Sed hac eadem rõne cõcludendum eſſet, mixtum quoq; imperium appellari merũ: quippe cũ officio iudicis nobili expediatur,atque actioni quodammodo deſeruire non dicatur, vt ex eius definitione inferius clariſſimè apparebit.

38 Quam ob rem videns Bar.has ſuas ſolutiones à † veritate abhorrere,tertiam tradit dicendo:imperium hac ſola ratione dici merum:quia ſimplex, atque ſeparatum eſt non à mixto ſolum imperio,ſed à ſimplici etiam iuriſdictione.

Hæc ſanè expoſitio, & ſi oĩum conſenſu recepta ſit, eam tñ Fabio Optinello placere nõ video:atq; in eam hoc vtitur argumento.Si verbum illud merum nil denotaret aliud præter ſimplicitatem quandam:hoc certè ſequeretur abſurdũ.Merum ipſum imperium à iuriſdictione nõ rectè fuiſſe ab Vlpiano ſeiunctum,atq; diſtinctum: quippe cũ hoc idem nomẽ vtriſq; haud dubiè cõuenire poſſit:ſicut.n.merum dicitur imperiũ ſimplex, ita quoque iuriſdictio pura, atq; ſimplex dici poteſt, quo nihil in iure noſtro *vel ineptius*,vel abſurdius fingi põt:præſertim cũ perſpicuum ſit:epitheta *nulla alia* de cã nominib.addi, niſi, vt oſtendatur illud,quod eſt magis *illius* rei proprium,argumento eorum,quæ eleganter tradit Iuſtinianus in §.ſequẽs.Inſtitutionum,tit.de actionib. † Qua de re aliter ipſe exiſtimat exponendum eſſe,vt verbum illud merum, aliud nil ſignificet, quã ſupremũ,& perĩde ſit, atq; ſi Vlpianus dixiſſet imperium ſummum,atq; perfectum, hancq; ſuã expoſitionẽ vr̃ clariſſimè probare.l.2.§.Populo deinde auctо.ff.de orig.iur. quo in loco Põponius diſertè aſſerit: imperiũ in delinquẽtiũ animaduerſionẽ ſummam,atq; ſupremã dici poteſtatẽ:quod etiã apertè ꝓfirmatur auctoritate Ciceronis,qui in libro,cui nomẽ Orator eſt, ſic ſcribit:Ecce tibi Socrates Magiſter iſtorum oĩum,cuius è ludo tanq̃ ex equo Troiano Meri Principes exierunt:quib.in verbis dilucidè oſtenditur verbum illud,Merũ, quid ſupremum, atq; excellens ſignificare, poſſet poſtremo loco id ipſum teſtimonio Varronis probari,q̃ cũ ĩ aĩo haberet ſuprema,atq; maxima nobis ꝓponere miracula, ea qdẽ appellare mera nõ dubitauit.

Sed nobis is quoq; vr̃ errare:fateor.n.ego verbũ, merũ, hanc quandoque habere ſignificationem, vt quid ſupremum oſtendat,ſed qđ in propoſito noſtro hoc modo accipiẽdum ſit,omnino nego: quippe cũ explorati iuris ſit ad differentiam mixti imperij illud appoſitum fuiſſe,quod quidem nulla alia de cauſa huiuſmodi videtur ſortiri nomen,niſi,quia & imperij, & iuriſdictionis particeps eſſe dr̃, vt inferius luce clarius demõſtrabit.

Quapropter cenſeo quidem ego vltimam Bartoli expoſitionem communiter approbatam veriſſimam eſſe: vt ex contrariorum natura dilucidè conſtat,cum enim mixtum dicatur eſſe imperium, quod ſimplici cohæret iuriſdictioni: merũ haud dubiè illud dicemus eſſe, quod ei non eſt immixtum, ſed ab ea ſeparatum,atque omnino diſtinctum.Hoc verum eſſe manifeſtè probari poteſt eorum argumento,quæ de mera conditione ſic ſcribit Calliſtratus in l.cum ſeruus.ff.de conditionibus & demonſtrationib. Sed nos neque conditionem meram putamus eſſe,quæ in datione exiſtat:neque meram conditionem,quæ in facto ſit:Sed eam conditionem, quæ ex quadam mixtura conſtit:Vnde merum etiam iuſgẽtium Triphonius in l. bonafides. ff.depoſi.Merum iudicis officium Pomponius ĩ l. ſtipulationũ. ff.de verborum obliga.Merum factum Paulus in l.qui res.ff.de ſolut.non in eleganter dixerunt, neque ad rem pertinet; quod obijcit Optinellus:nullum enim video ſequi abſurdum,ſi vnũ, atque idem nomen pluribus quandoque rebus accõmodetur:

Source : BIU Cujas

nam videmus Iuriſconſultos tum in d.l.bona fides, tum etiam in d.l. qui res, & merum iuſgentium, & merum quoque factum appellaſſe: Hæc autem omnino diuerſa eſſe, nemo eſt qui ignoret. Ex his itaque & illud conſequi neceſſe eſt: Merum imperiū, & meram iuriſdictionem dici poſſe, ac res tandem omnes, quæ admixtionem habent nullam, hoc nomine appellari non dubi
40 tamus. Sed de re hac ſatis dictum videtur: Nūc deinceps † quid ſit merum ipſum imperium breuib explicemus. Angelus, quē etiam ſequitur Alciatus li. 2. Paradoxorū. c. 7. & 8. exiſtimat definitionē meri imperij eſſe eā, quam Vlpianus vī afferre in d.l. imperium, cùm inquit: poteſtatē eſſe gladij ad animaduertēdū in facinoroſos homines, qđ etiam poteſtas appellatur: ſed hanc ego ſnīam falſam eſſe arbitror: quamuis eñ Angelus Zaſius, Alciatus, & Bolognettus videātur velle, Gladij appellatione non ſolùm pœnā eius naturalem, ſed illas etiā omnes, quæ ad mortem nō tendunt, comprehendi poſſe: id tamen procul à veritate remotū eſſe,
41 † facilè omnes intelligere exiſtimamus, ſi eorū argumenta breuiter exponamus atq; pro viribus diluamus.

Nituntur itaq; primo. c. dilecti. de ſenten. excom. in 6. vbi ſcribitur. Antiſtites poſſe ſi vim, aut iniuriam aliquam paſſi fuerint ſeſe defendere gladio, ſcilicet eccleſiaſtico, atq; etiā hoc ipſum probatur. c. interfectores. 23. q. 2. in quo dicitur. Eccleſiam velle, vt criminoſi non materiali ſed ſpirituali potius gladio feriantur. Quibus ex locis manifeſtē conſtat, ſpirituales etiam pœnas gladij nomine intelligi neceſſe eſſe.

Sed hæc quidem facilè euitari poſſunt, fateor. n. ipſe gladiū non pro pœna mortis eis in locis accipi debere, verum illud animaduertere nō oportet, id neceſſitate quadā euenire: quippe cum eccleſia ſpiritalem tantūm habere dicatur gladiū, quo nō occidit, ſed viuificat. c. inter hęc diſtinct. 33. q. 2 poſſet etiā prēter alios reſponderi, loca hæc cōtrarium potius probare, ſiquidē de gladio ſimpliciter nō loquūtur, ſed de quo intelligāt apertè nobis indicāt ex dictione illa, videlicet, q̄ mihi vī eo in loco habere vim declarādi. Quod etiam diligenter obſēruaui in d.c. interfectores illis in verbis: Spirituali gladio nō materiali: quæ quidem argumento nobis certiſſimo ſunt, ꝙ ſi ſimpliciter prolatum fuiſſet, de omni gladio haud dubiè intelligendum eſſet.

Secundò igitur loco excellentiſſimus Bolognettus ad comprobandam hanc ſententiam adducit. l. capitaliū. ff. de pœnis, ſed nihil planè ad rem facit: loquitur enim de pœnis capitalib. quę longè aliud ſunt, atque gladius ipſe.

Tertiò citatur. l. ſolet. ff de offic proconſ. in qua dicitur: nemi nem poſſe gladij poteſtatem ſibi datam, vel cuiuſcunque alterius coercitionis in alium trāsferre: quib. verbis dilucidè ꝛſtat, 43 Vlpianum pœnas omnes, quæ ad merum ſpectant imperiū ſub gladio cōprehēdere voluiſſe. Sed is mihi locus contrariā potius videtur probare ſnīam. Quid. n. verba illa, vel cuiuſcunque alterius coercitionis, ſi gladij appellatione cæteræ pœnæ cōtinerentur? Cenſeo itaque Iuriſcōſ. materialem tantùm eo in loco gladium ſignificaſſe, atque optima de cauſa poteſtatem etiam cuiuſcunque alterius coercitionis addidiſſe, vt nobis quidem oſtenderet: hanc quoque (ſub qua veniunt quorumcunq; pœnæ delictorum. l. aliud eſt fraus. §. j. ff de verbo. ſig. & l. ſi fortè. ff. de pœn.) ſi alicui data ſit, in alium transferri prohibitum eſſe.

42 Poſtremò Optinellus hanc nouiter adducit rationem, quicquid competit proprietati, neceſſe eſt etiam ei † ꝙuenire, cuius dī eſſe ꝓprietas, vt ſcitè nos docet Ariſt. in lib. Topico. ſed verbum perire, gladij dī eſſe proprium, cum aliud nil ſignificet q̄ vulnerare. l. quāuis. C. ad l Iul. Maieſt. ergo cuicunque illud cōpetit, & gladium etiam conuenire oportet: Sed iam explorari iuris eſt, pœnis omnib. tum corporalib. tum etiam pecuniarijs illud accommodari poſſe. l. ſi qs. C. de offi. ciuil. iud. iuncta. l. j. C. vt oēs iudic. tā ciu. q̄ milit. Ergo id ipſum ēt in gladio dicēdū vī.

Sed mea (vt fert opinio) decipitur Optinellus, cū velit verbū illud, ferire, gladij proprium eſſe: quippè cū generale potius dicat eſſe nomē, qđ plurib accōmodari pōt: atq; hoc quidē perſpicuum eſt, vt mihi nulla videatur indigere approbatione.

Quapropter cōtrariā ſemper exiſtimaui veriorē eſſe ſnīam. Vlpianum: inquam, in d.l. imperium. de gladio tantùm materiali loquutum fuiſſe Hoc eſſe verum, primùm probo. l. aut dānum. §. j. ff de pœn. quo in loco volens Iuriſconſ. declarare, qui dicantur illi, quib. vita adimitur, in hæc verba ſcribit: Vita adimitur, vt puta ſi damnatur aliquis, vt gladio in eum animaduertatur, ſed animaduerti gladio oportet nō ſecuri, vel telo, vel fuſtibus, vel laqueo, vel aliquo alio modo. Quib. ex verbis perſpicuū quidē eſt: Gladiū ipſum nō pro quacunque, ſed pro naturali tñ eius pœna accipiendum eſſe. Quod etiam cōfirmatur auctoritate Spartiani, qui in Caracalla, dū narrat Papiniani mortem, ſic ſcribit. Caracalla iuſſit gladio Papinianum feriri: deinde in conſpectu eius ſecuri percuſſus eſt, & à militibus occiſus: Quo facto, percuſſori duxit gladio te exequi oportuit iuſſum meum. Quibus dilucidè patet inter ſecurem, atque gladiū non modicam fuiſſe differentiam.

Præterea eandem ſnīam comprobo. l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de offi. præſid. vbi elegantèr dicitur, ius gladij eos habere, 46 qui vniuerſas regunt prouincias, atque in metallum dandi eis permiſſam eſſe poteſtatem: ex quibus conſequi illud neceſſe eſt, quod iam dixi, gladij appellatione ciuilem pœnam comprehendi poſſe nullam: ne ſuperfluus videatur Iuriſcōſultus, cum velit præter ius gladij poteſtatem eam dandi in metallum nobis eo in loco exponere. Vnum hic tacitus præterire nequeo: Recentiores interpretes pro hac eadem ſententia nouiter perpendere hanc eandem legem, dicendo: ſi verum eſſet, vt cæteræ quoque pœnę ſub gladio continerentur: hoc ſequeretur abſurdum: Præſidem etiam deportare poſſe: quippe cùm ius gladij habere dicatur: quod tamen omninò negatur in l. 2. ff. de pœn. Sed nō animaduertūt ij propriā, atque peculiarē aſſignari poſſe rationem propter quam ius deportandi præſidibus denegatum eſt, de qua inferius pluribus diſputabimus.

Poſtremò idem planiſſimè confirmatur. l. ſi quis filio exhæredato. §. irritum. ff. de iniuſt. rupt. & irrit. fact. teſtamen. vbi dilucidè oſtenditur ſub gladio nullam venire poſſe pœnam prēter eam, quæ naturaliter, atque proprie ſignificatur.

Sed, vt, quid hac in re ſentiam, breuiter exponam, dicimus controuerſiam omnem facillimè ſedari, ſi diſtinctione hac vtamur, aut enim gladij nomen latè, atque genericè accipimus: quo in caſu apertè concludimus pœnas omnes, quæ vitam adimunt ſiue gladij, ſiue ſecuris, ſiue laquei pœna ſit, non inelegāter ſub eo contineri: ex quo illud intelligi volumus: deportationem, relegationem, cæterasq; huius generis pœnas omnino excludendas eſſe: ſin verò magis propriè, magisq; reſtrictè illud diem intelligamus: haud dubiè tenemus gladium, qui materialis appellatur, comprehendi tantum oportere: atq; in hanc quidem ſignificationem putandū eſt, Vlpianum in d.l. imperium, illud accepiſſe: cum enim ipſe per exempla eo in loco procedat, præclarè ſanè fecit gladij exemplum tanquàm omnium vulgatiſſimum, atque frequentiſſimum nobis proponere.

Ex his igitur, & alijs præterea huiuſmodi locis quam plurimis, quæ nihil neceſſe eſſe arbitror copioſiùs perſequi, intelligi poſſe puto quàm leuiter erraſſe Angelum, & alios, qui cùm pertinaciter velint, meri imperij definitionem eam eſſe, quæ in d. l. imperium reperitur, in hunc errorem inducti ſunt, vt crederent Vlpianum ſub gladij appellatione ciuiles etiā pœnas omnes comprehendere voluiſſe: quod quàm abſurdum ſit, neminem eſſe puto ſenſus quidem communis compotē, qui ex his, quæ ſuperius diximus, apertè non videat.

Sed alia prēterea ratione probo Angeli ſententiam à veritate omnino alienā eſſe, ſiquidem optimæ definitiones proprijs debent generibus, atque differentijs haud dubiè conſtare, † vt eleganter tradit Barto. in l. 1. ff. de acquirend. poſſeſſ. proprium autem magis meri imperij genus iuriſdictio ipſa dicitur eſſe, vt ſuperius pluribus rationibus à nobis oſtenſum fuit. Vnde illud intelligi volumus longè quidem melius eſſe, ſi merum ipſum imperium per iuriſdictionem potius, quàm per poteſtatem definiamus: præſertim cum ſciamus, ſpecies omnes, quæ ſub vno genere cōtinentur, eodem etiam genere definiri neceſſe eſſe. Cùm itaque merum, mixtum imperium, ac ſimplex iuriſdictio ſub iuriſdictione ſimpliciter ſumpta aptè cōtineri dicātur, illud neceſſario ſequitur, vt ſub eodem etiam genere definiantur.

Quoniam verò ex his, quæ merum ipſum imperiū declarāt: varia, & perutilia quidem elici poſſunt, vtile facturū puto, ſi ab inſtituto noſtro pauliſper digrediamur, atq; in his aliquantulū immoremur. Itaq; primū quærunt interpretes noſtri, quid ſibi velit nomē hoc animaduertere: qđ quidē exponēs Accurſius, ī d.l. imperiū. aliud nil ſignificare affirmat, niſi ad vertendum in animam: hoc eſt, animatū corpus ſiue totū, ſiue partē, quæ quidē expoſitio, & ſi omniū cōſenſu recepta ſit, eam tamen Fabio Optinello, cui etiam ipſe aſſentior, placere non video: ſiquidē animaduertere eſſet in animatum corpus vertere, ſequeretur Vlpianū per verba illa ad animaduertēdū in facinoroſos, aliud nil dicere voluiſſe, quā vertere in animā in facinoroſos homines, in q̄bus verbis nulla, aut abſurda ſane eſſet ſnīa. Præterea illud ēt ſequeretur, corpora inanimata vllo vnquā modo puniri poſſe: quod aperte falſum eſt: vt mox dicemus. Quapropter ego crediderim verbum hoc animaduertere proprie, ac ſpeciatim nil denotare aliud, quam vertere animum, atque mentem. Ratione verò eius, cui adijcitur, varias ſuſcipere ſignificationes, ex quibus ſanè plana redditur Vlpiani ſententia: quippe qui per verba illa nil aliud meo quidem iudicio oſtendere nobis voluit: niſi animum, mentemque in facinoroſos
45 vertendam eſſe. Sed † melius quidem erit, ſi quæſtionem hanc grammaticis relinquamus, atque ex mente Decij dicamus: materiam ſubiectam ſemper ſpectandam eſſe, ex qua perſpicuum ſane fiet, quomodo uerbum hoc accipiēdum ſit. Quamuis aūt hæc Accurſij expoſitio nulla lege firmari poſſit: nullā tñ uideo eius partem ita incultam, atque deſertam eſſe, ex qua multa noſtri interpretes nō eruerīt enūciata, & plurimas excitauerīt difficultates: nos tñ, ne prolixiores ſimus, breuius q̄ fieri poſſit, tres tātū ex ea colligimus cōcluſiones, quarū prima eſt: Merū ipſum

† Imperiū nullo unquā modo in aīalia bruta exerceri poſſe,

cuius

cuius rei ratio eſt:quia delicta, quæ ſine animo, atque culpa cõmittuntur,puniri nõ debent, vt eleganter notat Accurſius in l. reſpiciendum.§.delinquunt.ff.de pœn.Cùm itaq; in brutis ipſis neq; animus,neq; culpa cõſiderari poſſit.l.j.ff. ſi quadrup. paup. feciſ.dic.mirũ videri nõ debet, ſi in ea animaduertere prohibitum ſit.Verùm hæc ita intelligẽda ſunt, ſi vtile nõ videretur, vt animalia etiam ipſa rationis expertia ad tollẽdam facti memoriam ſupplicijs afficerẽtur, tunc enim oppoſitũ haud dubiè dicendum eſſet,vt eleganter concludit Sapia in d.l.imperiũ, quẽ etiam eadem in lege ſequitur eruditiſſimus Bolognettus nu.36. Vnde legimus Exodi c.21.Moyſis lege cautũ fuiſſe, bouem qui fœminam occidiſſet,obrui omnino debere.& c.Leuitici 20.rectè determinatum eſſe conſpicimus: mulierem cum iumento coeuntem ſimul cum eo ſuſpendendã eſſe: præterea lege Draconis ſtatutum fuiſſe videmus,examinata corpora,quæ cadẽdo hominem interficerent: in mare prorſus deijcienda eſſe, atque neminem tandem latere puto,quod hiſtorijs Athenienſiũ ſcriptum reperitur,ſacerdotem quendam occiſum fuiſſe: cumque lateret,quis eum interfeciſſet, gladium, quo ipſe occiſus eſt penes eum repertum, in mare veluti in pœnam deiectum fuiſſe: quib. etiam addi poteſt auctoritas Guidonis Papæ, qui in quæſt. 234.teſtatur vidiſſe porcum ſuſpenſum; quia puerum interfecerat,quod ſanè *ridiculum* eſt.

Ex *his ſecunda depromitur* concluſio, q̃ huiuſmodi eſt. Me-
47 rum *ipſum* † *imperium in* corpus mortuũ exerceri non poſſe. l.defuncto.ff.de publi.iud.l.2.C.ſi Reus, vel accuſ.mort.fuer.qui bus in *locis dicitur* crimina oĩa morte extingui omnino debere,*ex quo factum* eſt vt ſententia, quæ aducrſus aliquẽ data fue-*rit,ſi tempore* eiuſdem ſententiæ mortuus ipſe ſit, valere nõ dicatur,vt eleganter tradit Angelus in l.2.C.qui teſtam. fac.poſſ. vbi vehementer iudices reprehendit, qui defunctorum corpora ſuſpẽdi permittunt. Atq; etiã hoc ipſum firmat Bald.in l.vnica.nu.11.C.ex delict.defunct. Sed quo planius concluſio bæc à nobis intelligatur,nõ incommodũ eſſe puto, duas præter alios in medium afferre exceptiones, q̃ mihi videntur eã dilucidiſſimè *declarare*. Primò itaq; excipitur, qñ quis ſuſpendi deberet, & ipſe veneno ſeſe mori feciſſet, hoc.n.caſu iudicũ arbitrio remittendũ eſt,vt ipſi diligenter delictum illud cõſiderent, quod quidem ſi atrocitatem habere quandam eis videretur:haud dubiè eum iam mortuũ punire poſſent, idq; eo magis faciendum eſſet, ſi aliquo modo appareret eum id fraudulẽter feciſſe. Vnde ne fraus ſibi proſit, & vt cæteri ab huiuſcemodi delictis deterreantur,omnino ſuſpendi oportere arbitramur.Hęc oĩa eleganter reperio tetigiſſe Baldum in l.ſi is q.C. qui teſta. fac.poſſ. Ex his itaq; illud breuiter obſeruari volumus:ſupradictã cõcluſionẽ intelligendã eſſe haud dubiè procedere,qñ ipſe, qui deliquerit natura ipſa, nulla vi adhibita, ex hac vita deceſſiſſet. Quod etiam ego præter alia probo eorũ argumẽto,quę in l.defunctis.C.ſi reus vel accuſat.mort.fuer.nobis tradunt, vbi elegãter quæritur.An ſi qs homicidio accuſatus ſit,pendẽteq; accuſatione mortuus fuerit,ad quẽ eius bona peruenire debeãt:cui dubitationi ſic diſtinguendo reſpõdet: aut ipſe mortẽ naturalem obijt,& ad eius hr̃des pertinebũt bona: ſin verò mortẽ violẽtã ſibi ipſi conſciuerit:nil eis debetur,ſed oĩa principi vẽdicari debent. *Ex* quib.dilucidè conſtat, maiorem eum conſequi oportere pœnã,qui mortẽ ſibi intulerit,q̃ qui natura defunctus ſit. Sed
48 hoc in loco illud breuiter præter alios obſeruãdũ † puto;interpretes noſtros nõ rectè dixiſſe, Baldum hac in re ſibi ipſi cõtrarium fuiſſe,nam ſi eius ſcripta diligenter conferamus, p̃rietatẽ in eis reperiemus nullam.Ait enim ille in d.l.vnica,eũ, qui mortẽ naturalẽ obierit,ſuſpendi non oportere.Quod ſi huius oppoſitum dicere videatur in d.l.ſi is qui, mirũ ſanè videri nõ debet: quippe cũ *ibi* de eo loquatur,qui vitam cum morte fraudulenter cõmutauit,atq; ideo merito reprehendit eo in loco Cynũ, qui nulla adhibita diſtinctione dicebat:Pœnam mortuo reo in iudicis arbitrium remittendã eſſe. Ex *his* etiã facilè dilui poteſt Optinelli ratio,qua nititur contra Bal.probare:crimina omnia ſimpliciter poſt mortem extingui neceſſe eſt, quam breuitatis gratia nihil attinet referre. Neque me latet grauiſſimum Bolo-
49 gnettum hac in reſtinguere hoc modo:aut † Reus præcedente condẽnatione, aut ea ſubſequẽte ex hac vita decedit. Primò quidem caſu pœnã omnino finitam eſſe affirmat, Secundò verò eã nõ eſſe extinctã concludit.Sed hæc eius diſtinctio optimè ex his,quæ ſupra diximus confutata remanet,ſiquidẽ prima diſtinctionis pars mihi vr̃ in eo locũ habere nõ poſſe, qui mortẽ ſibi ipſi cõſciuerit, ne in eũ ſnĩa exequi poſſit. Hoc eſſe verũ probo eorum argumento,quæ in l.fin.verſ.ſi autem.ff.de bon.eor.qui ante ſentent.mort.ſibi conſciu.elegantiſſimè tradit Martianus, qui in hæc verba ſcribit.Si quæratur.An is, qui ſibi manus intulerit puniri debeat,& merito ſi ſine cauſa id fecerit, puniendus erit,qui.n.ſibi nõ pepercit, multo minus alij parceret. Quod verò pertinet ad ſecundam eiuſdem diſtinctionis partẽ, haud dubiè affirmauerim eam quoq; falſam eſſe, illud enim certo ſcio: eum,qui poſt ſententiam mortem naturalem obierit,pœna ſaltem corporali affici non oportere, vt ex his quæ ſupra commemorauimus facilè colligi põt.Quæ cùm ita ſint, quis non videt ſnĩam hanc omnino euerti poſſe.Sed hæc quidẽ hactenus. De-
50 inceps † igitur,nunc ad alteram ſupradictæ concluſionis exceptionem accedamus.Itaq; excipitur, vt nõ procedat in eis pœnis, quæ ſepulturã denegare dicuntur.l.2.ff.de cada.punit.vbi Marcellus ſic ſcribit:ſi qs in inſulã deportatus,vel relegatus fuerit,pœna etiã poſt mortẽ manet,neque licet eum inde transferre alicubi.Ex quib.verbis elegãter colligit ibi Bartolus,eum,qui in ciuitate,dum vita fruitur, morari nõ poteſt, neq; etiam poſt mortẽ,vt ſepultura honoretur, ad eam reduci poſſe. Ex his itaque illud perſpicuũ eſt,crimina,ob quæ humatio prohibẽt, nullo vnquã tempore extingui neceſſe eſſe, cuius quidẽ rei eã arbitror ego rõnem eſſe,quã præclarè affert Bal.in l.vnica.C.ex defunct.delict.in qua ait:nulla alia de ratione conſtitutum eſſe, vt pœnæ,quib animata corpora afficiuntur, morte ipſa finiãtur, niſi,quia pœnæ ſunt ſenſus: cũ itaq; corpora mortua non ſentiant,iure factum vr̃ eſſe,vt pœnæ poſt mortem ipſam extingui dicantur,quæ quidem ratio cũ ceſſet in ijs pœnis,quæ humatio nẽ ipſam omnino tollunt: propterea quod ſepulturæ priuatio corpus ſine animo ſolum exiſtẽs reſpicere vr̃, ſequi neceſſe eſt, vt pœnæ iſtæ poſt mortem etiam manere dicãtur. Verùm hæc hactenus.Nunc reliquũ eſt,vt cæteras eiuſdem concluſionis, q̃ ab interpretib.noſtris in mediũ proferuntur,exceptiones perſequamur. Excipitur itaq; primo ex eorum ſnĩa,vt non habeat locum,quando adeſſet cã aliqua legitima,quæ ſuaderet,vt corpo
51 ri etiam mortuo pœna infligeretur,ex quo concluderem † verum eſſe,quod eleganter docuit Ripa in tractatu de Peſte: corpora mortua licitè à iudicib.tradi poſſe ad anotomiã faciendã: omnia.n.quæ publicæ vtilitatis gratia fiunt, etſi in contumeliã alterius tendant,ea tñ redarguenda nõ videntur eſſe.l. qđ Reipublicæ.ff.de iniur.inde fit.vt ſi carnifex nõ reperiatur,vilis quidem homo conditionis cogi poteſt,vt carnificis officio fungatur,vt ſcitè tradit Bar.in l.fin.§.vlti.de pignor.actio.ff.& Bal.in l. fi.C.de execut.rei iudic.In his tñ illud notandum eſt, quod ait Sapia in d.l.imperiũ,locũ id habere eo ſolo caſu,quo qs ad mortem cõdemnatus eſſet, quod ipſe nititur probare.l.j.§.quotiẽs. ff.de iniur.in qua Vlpianus ſcribit, iniuriã defuncto faciendam nõ eſſe,quæ ſi fiat,hæredis intereſſe exiſtimationem eius purgare.Præterea id ipſum probari videtur.l.fin. de ſepul. viol.ff.vbi ait Paulus,eos,q de ſepulcro corpora extraxerint, aut oſſa eruerint,ſi humilioris fortunæ ſint,ſummis affici ſupplicijs: ſin verò honeſtiores,in inſulã deportari debere. Ego verò arbitror corpora etiam,quæ capite dãnata nõ ſint licitè pro anotomia concedi poſſe,quod tamen ſic intelligo,ſi ea adhuc ſepulta nõ fuerint,nulla quidẽ alia motus ratione, niſi quia video multũ Reipublicæ intereſſe,vt medici in conſeruãdis viuorum corporib. peritiores euadant,ex qua quidem ratione facilè argumẽta Calafati omnia dilui poſſunt: quæ verò a Sapia in contrarium aducuntur nõ eſt difficile ſoluere. Primum.n.procederet argumentum,ſi id iniuriandi animo, non publicæ ratione vtilitatis fieret.Quod verò poſtremo loco obijcit, nihil planè ad rẽ noſtrã pertinere videtur,quippe cũ lex illa de his loquatur, quos humus iniecta iam contegebat,de quibus nulla prorſus in præſentia cadit difficultas,vt ſuperius etiam dictum eſt. Atque hæc quidem hactenus de prima hac exceptione. Secundò igitur excipitur in criminib.læſæ maieſtatis: in his enim vnuſquiſq; poſt mortem haud dubiè accuſari poteſt.l.fin.de publ.iud.ff.Sed hic breuiter videndum eſt.An illud verum ſit, qđ à recentioribus hoc in loco affertur:inquiunt.n.exceptionẽ hanc non eſſe ſimpliciter intelligendam. Si quidem † lex Iulia maieſtatis duo tãtum continebat capita,quorum alterum ad eos,qui cõtra Principẽ,alterũ verò ad eos pertinebat, qui in Rempublicã Romanã aliquid moliri conarentur:vnde illud intelligi volũt hoc crimine nõ accuſari eos, q̃ aliis Rebuſpublicis perniciẽ aliquã pararẽt,idq; probãt auctoritate Gloſſæ in §.publica.in verb. memoria.Inſtitutionũ tit.de pub.iudi & in l.j.in verb. in vrbe.ff.ad l.Iuliã Maieſt.Quod etiã in l.j. C.ne ex delict.defunct.vr̃ voluiſſe Ang.quẽ ẽt ſequitur Cæpo.in cõſi.17.& Deci.conſi.413.incipiente,in cã.Sed hæc eorũ ſnĩa,q̃ oĩum conſenſu vera habetur, facilè confutari p̃t.Primò:qa nulla lege firmari eã video,deinde qa p̃rium reperio fuiſſe accuratiſſimè adnotatũ in additionib.ad Gloſſam in §.ĩterdũ.Inſtitutionũ tit.de hęredit.q̃ ab inteſt.defer.Quod certè mihi quidẽ eo ꝓbabilius, ac veriſimilius eſſe vr̃,qꝑ certo ſcio,offendere maieſtatem aliud nil eſſe, niſi dignitatẽ,atq; amplitudinẽ ipſam demaculare: vt is, q ad Herenniũ ſcripſit,li.4.elegãter tradit,q̃ cũ in omnib.ijs præſertim quæ ſuperiorem nõ recognoſcunt,ciuitatib.reperiat̃,haud dubiè cõcluderem, crimen hoc læſæ maieſtatis in ijs etiam locũ habere poſſe:quib.ego poſtremo loco addo auctoritatẽ Baldi in l.2.C. de falſ.mone.qui eadẽ ex lege elegãter colligit:hoc eodẽ crimine teneri eos,q nõ Principis ſolum,ſed cuiuſcunq; alterius etiã ciuitatis falſam reddere conarentur monetã.Conſtat igit̃ iſtos quãuis eruditos viros, multũ hac in re à veritate alienos fuiſſe. Porrò eſt illud quoq; admonẽdũ,exceptionẽ hãc nihil planè ad rẽ nr̃am facere poſſe:qppe cũ ĩ criminib.læſæ maieſt.nõ corpus

Source : BIU Cujas

ipsum (vt nos loquimur) sed memoria tantum damnari dicatur. l. fi. ff. ad l. Iul. Maiest. & §. publica. Institutionib. de publ. iud.

Tertiò igitur loco excipitur in his, qui per excõicationem ab ecclesia separati sunt: cũ enim ij humari prohibeantur, sequi necesse est, vt post mortem etiã puniri quodammodo dicantur. c. ad hæc. de priuil. extra, & Clemẽtina prima. de sepult. atq; id ipsum puto non solum in monacho regulari, qui ex rebus ecclesiæ thesaurum sibi aliquem cõstituisset, sed in fœneratore etiã procedere manifesto, vt eleganter mihi videtur cõcludere Abbas in d. c. ad hæc, & in c. nuper. de sepult. extra.

Penultimò excipitur, quando parentes peterent, vt sentẽtia
53 ipsa ferat, † ne defuncto iniusta remaneat aliqua nota ad ignominiam sempiternam: hoc enim casu si iudex, cognoscẽdo, inueniret eum nocentem, atque improbũ, punire haud dubiè teneretur, ita vr̃ ꝯcludere Baldus in l. j. C. ne ex delict. defunct. quẽ communiter sequuntur omnes, idque probare conantur. l. filio. §. Seia. ff. de adimen. lega. & l. fin. §. vlti ff. de bon. eorum, qui ant. senten. mor. sib. consciue.

Sed, vt meam liberè dicam sententiam, hæc mihi videntur nullius esse momenti: Nescio enim certè, quo fieri potest, vt in corpus mortuũ, atq; iã sepultũ animaduerti adhuc possit. Quòd si velint, vt è sepultura ipsa extrahatur, deinde puniatur: hoc nihil absurdius, aut ineptius meo q̃dẽ iudicio dici potest. Nec obstãt iura ab his citata: quia nõ de corporali pœna, vt ij malè sentiũt, sed de bonis tm̃ defuncti in eis agitur, & ideo scitè cõcludit Martianus, ꝙ si innocens, ad hæredes eius, si verò nocens reperiatur esse, ad Principem bona ipsa pertinere debent.

Postremò igitur loco ne diutius in his tenear, excipitur in
54 latrone famoso, † eius eiñ corpus licitè dari potest feris, atq; vo lucrib. post mortem dilaniandum, vt voluit Accursius in l. j. ff. arbor. furtim cæsar. idq; nititur probare. l. capitaliũ. § fi. de pœn. Sed hæc quidem exceptio etsi omniũ consensu recepta sit: mihi tñ videtur dubia: præsertim cũ nulla concludenti ratione ꝓbari eã videã, nec planè ad rẽ facit. d. l. capitaliũ, qa aliud nil ĩ ea dr̃, nisi latrones famosos eisdẽ in locis, quib. grassati sunt, suspẽdi oportere, quod ego intelligo, ipsis adhuc vitam degentibus.

Sed quoniam hæc omnia difficultatem habent nullam, ideo melius est, vt Pragmaticorum quæstionẽ vnam hoc in loco excitatam breuiter explicemus. itaq; quærunt: An si municipalis constitutio, permittendo deportatum impunè offendi, velit, vt idem quoq; expoliari possit? Qua in re Baldus in l. sororem. C. de his quib. vt indign. scitè concludit: eũ suis vestib. exuendũ non esse. Sed maior hic exoritur dubitatio, An idem dicẽdum
55 sit † de eo, qui ex dispositione legis municipalis non solum in corpore, sed in ære etiã offendi permitteretur. Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. huius est sententiæ, vt idem omnino hoc etiam in casu decidendum sit, cui quoq; assentit eruditissimus Bolognettus in d. l. imperium, qui præter alios sic argumentat. Causa propter quam huiusmodi fuit imposita pœna: nulla alia sanè videtur esse, nisi vt vires delinquentium diminuãtur: quo minus ciuitatem perturbare possint. Sed causa hæc iam eorum morte euanuit, ergo & pœna ipsa, quæ veluti effectus causam ipsam consequebat, extingui omnino oportet. l. adigere. §. quãuis. ff. de iur. patron. & elegãter tradit Tiraquellus in prima parte tractatus de causa cessante. Præterea confirmari potest hæc eadem sententia. l. fi. pœna. ff de pœn. in qua dicitur, pœnas esse in emendationem hominum constitutas, & ideo mortuo eo, in quem constituuntur desinere debent.

Sed quoniam Sapia in d. l. imperium. contrariam non dubitauit tenere sententiam: non alienũ esse puto, antequã meam proferam sententiam: breuiter exponere quib. rationib. atque argumentis nitatur ipse, itaq; primum adducit. l. nec in ea §. fin. ff. ad l. Iul. de adult. in qua Papinianus scribit eum, qui adulterũ occidere potest: multo magis etiam contumelia illum afficere posse. mouetur deinde regula. l. non debet. ff de reg iur. & c. cui licet. eod. titu. in 6. in quibus dicitur, ꝙ si cui, qđ plus est, liceat: quod minus etiam est, licere debet. Cùm itaq; permittatur deportatũ impunè occidi posse: illud seq; necesse est, vt sine vllo etiam pœnæ timore denudari concedatur: quippe cũ id longè minus esse dicatur. Tertio loco in eandem sententiã eo factus est procliuior, ꝙ in l. 2. C. de commer. & merca. clarissimè habetur: eũ non peccare, qui subtili ingenio hostib. aurum furari conatur. Quib. postremo loco addit quæ eleganter tradit Bal. in l. fi. ff. de exhiben. reis in qua concludit, eum qui ab omnibus licitè interfici permittitur. non solum vulnerari, sed propria etiã auctoritate ad iudicem duci posse.

Sed omnia hæc Sapiæ argumenta mihi quidem videntur facilè vnica tolli posse responsione, ea enim solo casu mihi videntur habere locum, quo hostes ipsi vitam adhuc degerent: secus verò si mortui iam sint, præsertim cum crimina omnia post mortem extingui dicantur, vt superius copiosissimè declaratum est. Sed iam tempus est, vt quid hac in re sentiendum sit, breuiter aperiamus. Equidem arbitror ex mente Nelli in tracta tu Bannitorum (vt ipse appellat) in secũda parte tertij tẽporis, ita distinguendum esse, nam aut deportati confestim post occisionem spoliantur: idque impunè dicimus fieri posse: cuius
56 rei in promptu est ratio, nam † quæ fiunt post actum, nulla interposita mora, actui inesse dicitur. l. iurisgẽtium. § quinimmo. ff. de pact. l. quod ait lex. §. fin. ff. ad l. Iul. de adul. l. quotiens. §. si qs ita scripserit. ff. de hæred. inst. sin verò ipsi ex interuallo cũ iam interfecti sint, suis vestibus exuantur, contrarium haud dubiè cõcludimus verius esse, propterea ꝙ mors ipsa omnia soluere dicitur. §. deinceps. Authen. de nupt. Ex his colligo verum esse, quod eleganter docuit Bal in l. fi. C. si contr. ius vel vtilit. publi. quem etiam præclarè sequitur Decius in l. vt vim. ff. de iustit. & iur. Deportati vxorem a nemine posse scelere adulterij nefario licitè pollui: quppe cũ adulterium ipsum nõ solũ maritum, qui deportatus est, sed ipsam quoque ostendat vxorem, quæ pro marito puniri nõ debet toto tit. ne vxor pro mar. C. quod ego adeo
57 verum esse existimo: vt † crederem etiam minus rectè sensisse Nellum in d. tracta. Bãnit. in parte secunda secundi temporis. q. 46. vbi apertè voluit, mulierem, quæ ex cõstitutione municipali ĩ corpore offendi permitteretur: impunè etiã adulterari posse: hoc enim nihil meo iudicio dici potest obtusius: nã leges municipales concedendo homicidium, quamlibet ve aliam corporis offensionem, nullo vnquam modo adulterium ipsum permittere dicuntur: præsertim cũ illud cõtra ius diuinum dicitur esse, a quo statuentes ne tantillum quidem absque legitima causa recedere possunt, vt scitè tradũt omnes in d. l. vt vim, & l. omnes populi. ff. de iusti. & iur.

Hactenus de hac conclusione satis videtur dictum, nunc tertia, atque † postrema succedit, quæ huiusmodi est. Membri ab-
58 scissionem meri esse imperij, vt eleganter testatur Accusius in l. 2. C. de offic. eius qui vic. alter. obtin. & l. j. in verb. possit. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. Sed opportunus is mihi locus videtur, vt leuiter tangamus. Nunquid abscissio membri iure digestorum dicatur fuisse cognita. Qua in re Cynus. in l. transigere. C. de transact. & l. si fugitiui. C. de seru. fugit. quẽ etiam sequuti sunt Angelus, atque Fulgosius in d. l. imperium, apertè concludit eam nõ fuisse eo tempore celebratam, vnde colligũt id nouo Iustiniani iure intelligẽdũ esse, vt habẽt Nouell. 128. & 134.

Sed contra hanc ab omnibus ferè receptam sentẽtiam Alex. in d. l. imperium. adducit. §. pœna Institutionum tit. de iniur. vbi clarissimè habetur talionis pœnam lege 12. tabularũ fuisse introductã, cũ itaq; talio aliud nil sit, nisi ipsa mẽbri mutilatio, cõcludẽdũ sanè vr̃, eã iure quoq; digestorũ perspectã fuisse, quippe cum a lege duodecim tabularũ ortum habuisse dicatur.

Decius in d. l. imperium. num. 20. respondet dicendo illud esse de lege 12. tabularum: secus autem de iure Digestorum: cũ arbitrio iudicis eo tempore iniuria æstimaretur. d. §. pœna, & præclarè notatur in l. fi. C de iniur. Hanc Decij responsionem recẽtiores interpretes refellunt hac ratione: quod cum ius ipsum digestorum a l. 12. tabul. fluxisse videatur. l. 2. §. his legib. de origin. iur. ff. necessum est dicere eandem talionis pœnam, quæ in eadem reperiebatur lege, iure etiam Digestorum peruulgatã fuisse. Sed facilè defendi potest Decius, quippè qui malè ab ijs meo iudicio fuit acceptus, quod ostendo eius sententiam aperiẽdo: non enim sensit ipse pœnam hanc talionis iure veteri omnino fuisse immanifestam. Præsertim cum sibi ipsi etiam haud dubiè constaret, Pandectas ipsas a lege 12. tabu. ortum duxisse, sed hãc sanè arbitror eius fuisse mentem, quod & si pœna hæc iure illo veteri omnibus pateret, tamen quoniam fuit deinde reprobata, neque executioni, vt volebat lex ipsa tabularum. mittebatur, ignota quodammodo eo iure dicebatur. Tametsi Decius hoc modo tueri possit, mihi tamen eius solutio nullo modo ꝓbari potest: siquidem videtur velle, pœnam hanc iure Digestorum notam fuisse, sed in desuetudinem deinde abijsse, quod qdem iure cautum non reperitur. Quòd si quis obijciat. d. §. pœna, in quo dicitur talionis pœnam amplius in vsu nõ esse, facilè ex sententia Calæfati respõdemus non valere consequentiam, in desuetudinem abierat pœna talionis tempore Iustiniani: ergo etiam tempore iuris Digestorum.

Hac itaque solutione confutata succedit eruditissimus Bolognettus, qui nouiter respondendo dicit: locum illum communem potius probare sententiam. Nam pro osse rupto, ideft aliqua ratione offenso pœna talionis imponebatur, pro osse verò fracto, & truncato, pœna tantum pecuniaria infligebatur, quæ quidem ob maximam eorum paupertatem maior ducebatur esse pœna talionis, ideoque eo solum casu permittebatur, quãdo per talionem oportuisset offendentem priuari membro, id autem nulla alia de rõne constitutum erat, nisi vt homines, quibus Respublica maximè ꝓ vsu belli indigebat, integri conseruaretur, ex quo colligit, Accursium minus rectè sensisse in d. §. pœna. dum exponit verbũ rũpere, pro truncare, cũ ex eius sñia pro aliquo mõ offendere interpretãdũ sit. l. si seruus seruũ. §. inquit lex. ff. ad l. Aqui. qđ etiã apertius sibi vr̃ a Teoph. declarari. in §. tertio, institutionũ tit. de l. Aquil. & § alio quoq;. qb. mod. infir. testa. Ex his itaque concludit; mẽbri mutilationem iure digestorũ cognitã nõ fuisse, quippe cùm huiusce modi pœna eo tpe nõ imponeret, sed in pecuniariã potius pœnã querteretur.

In

Source : BIU Cujas

In hac ſolutione tria mihi videtur dicere Bolognettus. Primum eſt, talionis pœnam, quæ pro oſſe etiam fracto conſtituta erat in pecuniariam ſemper pœnam iure veteri (ne Reſpublica hominibus priuaretur) conuerſam fuiſſe. Secundum: verbum illud rumpere, pro aliquo pacto offendere accipiendū eſſe. Tertiū pœnam ipſam pecuniariam ob vetetum paupertatē maiorem fuiſſe talionis pœna. Hæc omnia a veritate abhorrere clariſſimè oſtendo: Primum enim apertè confunditur ex eodem §. pœna in quo Iuſtinianus eleganter ſcribit: propter mēbrum ruptum talionem imponi. Propter os verò fractum nūmarias pœnas conſtitutas eſſe. Ex quib. verbis ſatis conſtare vī talionis pœnam fuiſſe omnino diuerſam, atq; ſeparatam a pœna ipſa pecuniaria, quippe cū illa ad membrum ruptum, hæc verò ad os factum pertinere dicatur. Quod verò ad ſm pertinet haud dubiè affirmauerim: verbum ipſum rumpere nō illud ſolum ſignificare, quod aliquo modo offenditur, ſed quod etiam truncaī, atq; frangitur: Hoc eſſe verū dilucidiſſimè probo eodem §. tertio, quo in loco Theophili verba (niſi memoria me fallit) hæc ſunt. Ait enim lex quicqd enim vſtum, aut ruptum, aut fractū fuerit, actio ex hoc capite conſtituitur, ex abundantia autem videtur lex duab. illis dictionib. vſtum, & fractum vſa eſſe: nam ſola rupti appellatio omnib. his cauſis ſignificādis ſatis erat accommoda. *Ruptum enim intelligitur, qđ quocunq; modo corruptum eſt, vnde* nō ſolum quę vſta ſunt, aut fracta, ſed *etiam ſciſſa, colliſa, effuſa*, & quocunq; modo perempta, atque deteriorata facta ſunt, ſub Rupti ſignificatione continentī. Quæ cùm ita ſint, quis nō videt, eū hac in re deceptū nō fuiſſe?

Quod verò poſtremo loco aſſerit, apertè aduerſatur his, quæ
59 † *diſertè* ſcribit Alexander ab Alexand. Genialium dierū lib. 6. c. 10. quo in loco oſtendens, quæ parū conſulte lege 12. tabularū ſcripta erant in ijs, quæ ad talionis pœnam pertinebant, inquit, & cùm propter membrū ruptū, fractūve talionem conſtituerit, his verbis. *Si quis membrū rupit, in eū talio eſto; illi qui alteri os frangit*, cū ea corporis pars ſanctior ī homine ſit, ob id admiſſum nimiū tenuiter pœnam dixit: Cùm propter oris dignitatem ſeueriori pœna vindicādū foret. Ex quib. dilucidè patet, pœnam ipſam pecuniariam longè minorem fuiſſe talionis pœna: qđ etiam probatur l. in ſeruorū. ff. de pœn. vbi Marcellus ſcribit: quamlibet corporalem pœnam grauiorē eſſe pecuniaria damnatione. Ex his concludimus † ſenſum, quē Bolognettus d. §. pœna accommodauit, in dubiū reuocari poſſe: ſiquidē exponit ipſe verbum illud, os, pro oſſe: cùm potius pro ore ex Alexandri ſententia citato loco accipiendum ſit.

Omiſſis eis, quæ alij fuſius de hac re dicūt cenſeo præter alios concludendū eſſe. d. §. pœna. nihil planè ad rem pertinet, cùm ibi de talionis pœna agaī, quæ omnino diſſimilis eſt a membri abſciſſione: ſiquidem talionem pati neceſſe non erat, niſi eam reus elegiſſet: hoc enim ordine ad talionē deueniebaī. Primo enim reus ſuper iniuria paciſcendi facultatem habebat: deinde
63 ſi non paciſcebatur, iudex talionem imperabat: ꝙ ſi reo, & pactio grauis, & talio acerba videbatur, & ideo iudici non parebat, ſeueritas legis ad pecuniæ multam redibat, nā æſtimāta lite, iudex hominem pecuniæ damnabat: vt eleganter apud Gelliū libro vlti. c. j. Cæcilius oſtendit, ſuper verò mutilatione membri nullo modo paciſci licet: immo eam pati maximè neceſſariū eſt. Præterea dico talionem generalem, atq; incertam quādam fuiſſe pœnam, vt membrū pro membro offenderet: ſed membri quidem abſciſſio tantū abeſt vt ſit incerta, vt potius pro certo delicto imponi dicaī. Concludi itaq; videtur ex his: membri inciſionem iure digeſtorū cognitam non fuiſſe. Ego verò (quā quis ita facilè euitari poſſit d. §. pœna) contra Angelū, & eos, q illi aſſenſi ſunt, dico contrariū verius eſſe, argumentorq; ex eiſdem iuris locis, quib. ipſi cōem conanī probare ſentētiam. Mo-
61 ueor itaq; primo. l. qui manus. ff. de teſtamen. vbi † ſcribit Paul. fieri ab eo poſſe teſtamentū, qui manus amiſit, quamuis ſcribere non poſſit. Omnes videnī velle de eo loq Iuriſconſ. qui aliqua corporis ægrotatione manib. priuatus eſt. Sed mea quidē ſententia decepti ſunt, atq; iſtorū errorem apertè conuinco, legem illā ex his, quæ proximè antecedūt interpretādo. l. ſi ſeruus pluriū. ff. de leg. j. Itaq; dubitaī in ſuperioribus: An is, cui aqua & igni interdictū ſit, teſtamentū condere valeat, & diſertè decidit Caius, eū poſſe. Quæriī deinde in l. proximè præcedenti. An ſi qs poſt accuſationem in cuſtodia fuerit defunctus, eius teſtamē tū infirmeī, & eleganter determinat Vlpianus non infirmari: ſubſequiī poſtea. d l. q manus, in qua concludiī, teſtamentū ab eo ꝙfici poſſe, q manus amiſit. Ex quib. illud intelligi volumus, ꝙ ſicut in ſuperiorib. de cauſis, q̄ criminis ſunt, ſermo habeī: ita quoq; in iſta, quæ eis quodammodo annectiī, haberi debet: idq; eo comprobo, ꝙ in eadem lege reperiī verbū illud, amiſit, qđ quidem præter varia ſua ſignificata denotat etiam, qđ per ſen-
64 tentiam iudicis deperditū eſt, vt eleganter tradit Albericus in authen. ſtatuimus. C. de Iudæ. & cælic. & Accur in l. ſi qs in tāta. in verſ. amittat. C. vnde vi. quib. ego addo. l. eius qui. §. fina. ff. de teſtamen. & c. licet. de reg. iur. Non me latet hūc eūdem textū pro hac eadem ſententia alio etiam induci modo a Curtio iuniori in d. l. imperiū. nu. 37. & Calæfato nu. 65. Sed quia quæ ipſi dicunt mihi videnī nullius eſſe momenti, conſultò miſſa facio.

Secundo igitur loco eandem ſententiam ego comprobo. §. ad hoc prohibemus. Nouell. 128. in qua dilucidè permittiī magiſtratib. priuſquam in prouincias veniant, facultas ſibi conſtituendi Vicarios, quippe qui ad ipſorū vſq; præſentiam omnia, exceptis tamen ſupremo ſupplicio, atq; membri mutilatione, facere debent, quæ ipſi etiam magiſtratus poſſunt. Ex quib. facilè intelligi poteſt, non eo iure membri abſciſſionem conſtitutam fuiſſe, cùm ne verbū quidem ibi de re hac proferaī, quinimmo mihi videtur Iuſtinian. ponere eādem inciſionis membri, quæ vltimi ſupplicij originem eſſe, cū ſimul eo in loco apponā tur, atq; inuicem quodammodo conferanī. Sed cur dubitamus? iam non egemus emendicatis ſuffragijs: cùm id lucidiſſimè ꝓbetur. Nouel. 134. in qua volens Iuſtinia. corporales pro parte minuere pœnas, interdicit, ne vtraq; manus alicui, aut etiā vterque pes amputeī, aut huiuſmodi ſupplicia inferanī, per quæ reſoluanī artus: quandoquidē artuū reſolutio grauior eſt, quàm vtriuſq; manus amputatio. Quæ profectò verba argumēto nobis certiſſimo ſunt, nil aliud nouo Iuſtiniani iure introductum fuiſſe, quàm, vt vna ſolū manus amputeī: quippe cùm per alia iura, nimirū digeſtorū vtraſq; licitū eſſet trū care. Quod ego luce clarius probo. authen. ſed nouo iure. C. de ſer. fugit. in qua dicitur nouo iure ſancitum eſſe, vt ſi criminis qualitas membri exigat abſciſſionem, vnam ſolum manum amputandam eſſe.

Sed hæc quidem hactenus: animaduerto enim longius, q̄ volui, meam fluxiſſe orationē: ideo vt ad ea, vnde digreſſi ſumus,
62 redeat tandem ipſa, dicimus: ꝙ cùm ſatis † ſuperq; Angeli opinio reiecta ſit, occurrunt recentiores, qui nouiter merum ipſum imperium definiunt, poteſtatem coërcendi facinoroſos, a principe magiſtratib. communicatam ſm mandata. Sed mea quia ſententia huiuſcemodi definitio nullo modo recipienda eſt, quippe cū explorati iuris ſit, iuriſdictionis nomen proprius, atq; proximius hac in re dici genus, q̄ poteſtas ipſa: vt ſuperius copioſiſſimè a nobis declaratum eſt. Sed quæri video, vnde ſit, ꝙ per imperium ſimpliciter ſumptum definiri illud non concludamus, cùm magis propriū, atq; præcipuū dicaī eſſe genus? Cui difficultati reſpondendo dicimus: id fieri ſanè non poſſe, ne idem eiſdem verbis declarari videretur. Sed qđ magis vrget illud eſt; nam aut iſti merū definire volūt imperiū, vt & Principi, & magiſtratib. cōpetit, & hoc dici non poteſt: quia imperiū, qđ in Principe cōſidet nullo vnquam modo communicatum, ſed potius in eum tranſlatum dicitur eſſe. l. j. ff. de conſti. princi. Sin verò accipiant illud, vt magiſtratib. tantū conuenit definiēdū, tūc perinde eſſet, ac ſi diceretur, merū imperium communicatū eſt poteſtas magiſtratib. cōmunicata, quo nihil abſurdius, aut ineptius fingi poteſt. Cùm itaq; nulla hactenus definitio vera aſſignata ſit, arbitror non eſſe recedendum a ſententia
63 Bartoli, cui omnes ferè interpretes aſſenſi ſunt. Dico ergo † merū imperium eſſe iuriſdictionem, quæ iudicis officio nobili expeditur, publicam reſpiciens vtilitatē: ſed quia definitioni obijciuntr. non alienū erit, ea breuiter proferre, atque ꝓ ingenij virib. refellere, vt clarior, atq; aptior appareat hæc Bart. definitio.

Obijcitur itaq;, primo: ꝙ non conuertitur cū re, quæ definitur, ſiquidem abſolutio innocentis: qui de crimine capitali fuerit accuſatus, meri dicitur eſſe imperij. l. ſolet. ff. de inoffi. procō. Et tamen non ad publicam, ſed ad priuatam potius pertinere videtur vtilitatem, vt eleganter tradit Bar. in l. j. ff. ſol. matrimo.

Sed hoc argumentum procederet: ſi publica hæc vtilitas nō poſſet eo etiam caſu, quo quis a crimine liberatur, locum habere, quod apertè falſum eſt: nam ſicut ſententia, quæ condemnationem continet, publicum reſpicere dicitur commodum: ita quoq; ſententia, quæ alicuius abſolutionem complectitur, ad idem haud dubiè pertinere videtur commodū: multum enim Reipublicæ intereſt, vt vnuſquiſque ad defendēdam ſuam cauſam admittatur. l. nam Reipublicæ. ff. de oper. nou. nunciat. Ex his itaque patet abſolutionem, quæ ob innocentiam ſequitur, non eſſe in cauſa, quin iudex officium ſuum ob publicam dicatur exercuiſſe vtilitatem, ne delicta ipſa impunita remanere videantur. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquiliam.

Secundo igitur loco hoc idem nouiter eo comprobat Optinellus, ꝙ condemnatio, quæ ex actione iniuriarum oritur, meri dicitur eſſe imperij ex ſententia Bartoli, qui tum modicā corporis pœnam, tum etiam pecuniariam in 5. & 6. meri imperij gradu connumerauit, hæc autem condemnatio officio iudicis mercenario ſine vlla dubitatione verſatur: q̄ppe cùm omnia, quæ in iniuriarum actione in aliud delicti nomen tranſire non videntur, iudicis officio nobili expediri non dicantur.

Huic argumento facilè reſpondeo, ſed illud prius ſcire opor
64 tet † iniuriarum cauſam omnem dupliciter conſiderari poſſe, criminaliter, & ciuiliter: Criminaliter, cùm quis agendo petit, vt ipſe, qui ſibi iniuriam intulit, vel in corpore, vel in pecunia principi vendicanda puniatur: quo quidem caſu licitum eſt iudici pœnam ſuo arbitrio irrogare, quod adeo verum eſt, vt eam ad mortem etiam vſque dilatare poſſit,

Source : BIU Cujas

vt eleganter tradit Accursius in §. in summa, Institutionum titulo. de iniur. Ciuiliter verò, cum priuatim eius tantum consideratur interesse, qui iniuriam passus est, atque ideo petit pœnam pecuniariam sibi fore dandam: quo casu permittitur ei æstimare iniuriam, vt iudex, vel tanti reum condemnet, quanti ipse æstimauerit, vel minoris, prout ei visum fuerit. d. § ī summa. & l. licitatio. §. quod illicitæ. ff de public. & vectigal. His ita breuiter cognitis, dicimus, Optinelli argumentum verum esse in iniuriarum actione, quæ ciuiliter expeditur: secus verò est, cum criminaliter ad vindictā publicam agitur: tunc enim merum iudicis officium consideratur, in hisque terminis meo quidem iudicio loquitur Barto. in 5. & 6. meri imperij gradu, vt ex ijs verbis perspicuè colligi potest.

Tertiò Bolognettus illud obijcit, quod cum Barto. merum velit definire imperium, vt soli principi competit, nō debebat per iurisdictionem, quæ officio iudicis nobili expeditur, illud definire, propterea ꝙ Princeps, nō Iudex, sed potius fons appellatur, a quo magistratus omnes procedūt. c. in apibus. 7. q. j. l. bene a Zenone. C de quadrien. præscript. & elegāter tradit Alexāder, quem etiam sequitur Iason in l. j. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdictio.

65 † Sed respondeo Bolognettum valde decipi, dum velit Bartol. merum definire imperium, quod in solo principe residet, id enim tantum abest a veritate, vt nihil veritati magis possit esse contrarium. Præterea Principem dico magistratum, atque iudicem esse, præsertim cum magistratus dicatur ille, qui ex legibus Rempubli. gubernat: iudex verò, qui populo ius dicit. c. forus. de verbo. & rer. signi.

Sed illud postremo loco obiiciunt interpretes nostri, ꝙ hæc Barto. definitio videtur diminuta; siquidem non omnia, quæ meri sunt imperii, iudicis officio nobili expediuntur: exemplū est apertissimum in accusatione rerum criminalium, quæ licèt imperij sint, in ea tamen iudicis officium, quod a nostris mercenarium dicitur: haud dubiè consideratur; eò quod accusationi deseruire videtur.

Huic argumento tot, tamq; diuersæ afferūtur solutiones, vt molestum sit omnes referre: ideo eam, quam puto verissimam, afferre statui, quæ, vt apertius, atque clarius intelligatur, viden-
66 dum est prius: nunquid in causis criminalibus, † quæ per accusationem expediuntur, iudicis officium nobile: an verò potius mercenarium exerceri dicatur.

Bar. Salic. Cuman. Paul. de Cast. in d. l. imperium. Bal. in l. j. C. ne ex delict. defun. & l. neganda. C. qui accus. nō poss. apertè dicunt, iudicis officium mercenarium his in causis locum habere non posse, hancque communem esse testātur omnes. Cuius opinionis potissimum argumentum sumptum est ex eiusdem officij definitione, nil enim aliud dicitur esse, nisi, quod actioni iam expertæ, atque intentatæ deseruit, vt notant omnes in l. j. ff. de iurisdict. omn. iudic. cum itaque in causis, quæ criminis sunt, neque actio, neque obligatio cōsideretur vlla, illud manifesto constat, iudicis officiū mercenariū in his procedere nō posse.

Sed dicimus locum hoc habere argumentum ex solo casu, quo de crimine publico agit: secus verò, si in priuatis simus delictis, quibus & actio, & obligatio haud dubiè inesse dicitur. toto institutionum titulo, de obliga. quæ ex delict. nascun.

Contrariam videtur tenuisse Barto. sententiam sibi hac in re parum constans in l. iudex posteaquam ff. de re iud. Quo in loco in hæc verba scribit. Quia per sententiam iudex functus est officio suo, scilicet mercenario, quod actioni, vel accusationi propositæ deseruit. Ex quibus perspicuè constat, eum omnino velle accusationem ipsam officio iudicis nobilis expediri haud posse, cui etiam apertè assentitur Bald. & Iaso. in d. l imperium. Nituntur autem primo hac ratione. Si iudicis officium nobile 67
his in causis, quibus accusatio interponitur, exerceri diceretur, haud dubiè sequeretur, eam quidem cum inquisitione concurrere posse, cum vtraque officio nobili expediri dicatur, quod apertè falsum est, vt scitè traditur Barto. in l. 2. §. si publico. ff. de adult. Angelus in l. vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10. Bal. in titu. de quæstio. C. & Hypo. de Marsil. in Praxi. sua crimi. §. Constante. versic. quæri etiam potest. num. 93.

Hoc argumentum ita verum esset, si accusatio eodem iudicis officio nobili expediretur, quo inquisitio ipsa exercetur, at longè secus est, vt mox dicemus. Præterea dico simul concurre re non posse; quia sicut existentibus pluribus accusatorib. nobiliorem semper eligimus. l. si plures. ff. de accusat. ita quoq; accusatio, quæ inquisitione dignior dicitur esse, anteponi debet. Hæc enim extraordinarium, illa verò auxilium respicit ordinarium, vt disertè declarat Bart. in l. si maritus. §. fin. ff. ad leg. Iuliā de adulterijs. & pulchrè notant omnes in l. in causæ. 2. in princi. ff. de minoribus.

Secundò si argumentantur Dd. Quotiescunque duo inter se a lege comparantur, in omnibus intelliguntur haud dubiè exæquata, vt tradit Accurs. in l. sacrilegij, quem etiam eo in loco consequitur Bart ff. ad l. Iul. peculat. Sed inter actionē, & accusationem maxima quidem per legem constituta videtur esse similitudo, nam sicut in actione. l. ædita. C. de eden. ita quoque in accusatione ipsa necessario requiritur libellus. l. libellorum. ff. de accus. Quinimmo tanta intersit similitudo, vt quandoque altera pro altera accipiatur. l. j ff. de crimin. stellio. & notant omnes in l. qui accusare. C. de ædendo. ergo pariter officium iudicis mercenarium, quod in actionibus versatur, in accusatione quoque exerceri oportet.

Hoc argumentum sic ego diluo: Similitudines, quæ a legib. constituuntur, omni ex parte (si fieri possit) intelligendas esse, vt eleganter tradit Ias. in l. miles. §. iudicati. num. 3. ff. de re iudi. sed actio & accusatio: etsi latè, atque impropriè inter se quodāmodo conueniant, in propria tamen, atque eorum stricta significatione multum differunt, quippè cum altera priuatam magis, altera verò publicam præcipuè respiciat vtilitatem, quare non eodem iudicis officio exerceri sanè debent.

Vltimò excellentiss. Sapia sic nouiter ratiocinatur: si accusatio officio nobili expediretur: hoc sequeretur absurdum: ordinaria per extraordinaria expediri remedia, cum accusatio ipsa ad ordinarium, vt tradunt omnes in titu. de re iud. extra. & Bar. in d. l. si maritus. officium verò iudicis nobile ad extraordinarium spectare dicatur auxilium. l. si cui. ff. de condit. & demōstr. l. cum filius. ff. si certum petatur. Huicque argumento solutionē nobis tradendam relinquit. Quare ego facilè soluo nullum sequi absurdum, propterea, ꝙ ideo officio nobili expeditur accusatio, ꝙ actionis loco datur, vt mox dicemus: quo quidem ordinaria quoque exerceri possunt remedia: quippè cū huiuscemodi officium, non litis solum contestationem, sed libellum etiā, ac omnia tandem, quæ in iudiciis ipsis ordinarijs adhiberi solēt, necessario requirat, vt perspicuè tradit Barto. in titulo, de interrogat. actionibus. & l. 3. § hoc autem iudicium, in sexta quæstione. ff. de damn. infect. quod pulchrè intelligit Ias. in l. intra dies. ff. de re iudic. verum esse, si officium hoc nobile super eo implo retur, quod nunquàm antea in iudicio deductum esse videatur, atque etiam id ipsum voluit Bart. in l. iubere cauere. ff. de iurisd. omn. iud. & Alexand. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec.

Solutis itaque vtriusque sententiæ argumētis, reliquum est, vt: quid hac in re sentiendum sit, breuiter aperiamus. Alexāder in d. l. imperium. num. 18. conatur tueri Bartolum dicendo, iudicis officium dupliciter considerari posse, aut enim actioni institutæ, vt in dandis citationibus, siue dilationibus deseruit, quo casu verè, ac propriè mercenarium appellatur, & ita arbitratur loquutum fuisse Bartolū in d. l. iudex posteaquàm. Sin verò cōsideretur quo ad petitionem ipsam, qua reū puniri petitur, nobile dici debet, atque hoc modo ex eius sententia procedunt, quæ in d. l. imperium a Barto. dicuntur.

Sed hęc Alexand. defensio non satisfacit Bolog. hac ratione: quia iudicis officium non potest esse partim nobile, partim verò mercenarium: cum vna, atque eadem res diuerso iure censeri non possit. l. eum qui ædes ff. de vsucapionibus. Sed facilè respondeti potest: Vnam, & eandem rem diuerso iure, non sub eadem ratione, vt in quæstione nostra considerari posse, vt tradūt omnes in d. l. eum qui ædes. Sed hoc vnum mihi occurrit, quod me ab Alexandri sententia dissentire cogit: quod Bart. in d. l. iudex posteaquam, perspicuè quærit: nunquid sententia per eundem iudicem retractari possit. Ex quo apertè colligitur, de sententia eum non loqui interlocutoria, quæ in huiuscemodi dilationibus, atque citationib. dandis versatur, quippe cum ea ab eodē iudice haud dubiè reuocari possit, vt disertè tradit Bar. in l. quod iussit. ff. de re iudic.

Confutata itaque Alexandri sententia, concludo breuiter, conciliationem a quibusdam traditam, si dilucidè exponatur, verā haud dubiè apparituram. Sed illud prius scire oportet: iu-
dicis officium † nobile duplex esse: quorum alterum parti inhę ret, propterea quod ab eius petitionem, atque, vt ita dicam, implorati onem præstatur, idq; parū, aut nihil ab actione differt, vt eleganter scribit Iason in l. j ff. de iurisd. omn. iud. quem etiā eo in loco sequitur Bolognettus, & plures alij. Alterū verò est, quod per se omnino stat, nec vlli deseruire dicitur, atque hoc q- dem in inquisitionibus, siue denunciationibus ipsis semper cō- sistit: ita inuenio dixisse, ac pluribus firmasse Cynū in d. l. j. His ita declaratis dicimus: accusationem, officio iudicis nobili primo modo sumpto, haud dubiè expediri, & ita loquitur Bartol. in d. l. imperium, vt ex eius verbis apertissime colligi potest. Ex quo illud intelligi volumus: eandem, si ad illam tantum petitionem ratio habeatur: officio quoque iudicis mercenario exerceri posse: & in hac significatione arbitror procedere, quæ docuit Barto. in d. l. iudex posteaquam, quæ quidem omnia eo nouiter comprobantur, ꝙ in extrauagantis principio ad reprimēdum, versic. per accusationem, non ineleganter ipse dixit, duplex esse ius, quo sumitur vindicta, nimirum accusatio, & iudicis officium: verum quia optimè sciebat, accusationem officio quoq; nobili, quod per implorationem præstatur, expediri posse, ne malè quodammodo loqui videretur. Sequitur seipsum declarando quid per iudicis officium intelligat. Hoc autem officiū (inquiens) quandoque exercetur per inquisitionem proprio

iudicis

Source : BIU Cujas

iudicis motu, quandoq; verò per inquisitionem ad alterius de-
68 nunciationem. Ex his † concludo Decij quoque solutionem fa cillimè sustineri posse, quippe qui dicit accusationem, tamesi partibus competat: non tamen necesse esse officio iudicis mercenario expediri, quod ipse perspicuè probat argumento eorū, quæ copiosè traduntur in l. in causæ. 2. & l. ꝙ si minor. ff. de minoribus, in quibus dicitur, restitutionem in integrum, quæ parti competit, officio iudicis nobili exerceri. Neq; me latet quod obijcit eruditiss. Bolognettus, ꝙ cum accusatio sit ius in parte, atque iudicis officium omnino deseruire dicatur, necesse videtur esse, vt officio iudicis mercenario omnino expediatur. Sed ego certè nescio quid velit dicere cum suo argumento, quod nihil prorsus probat ꝓtra Decium, & quāuis ipse apertè neget, cognitionem restitutionis in integrum officio expediri nobili, hoc tamen nihil obtusius dici potuit, nam id planissimè probatur. § fin. d. l. in causæ, in quo apertè dicitur, restitutionem omnē in integrum ex prætoris cognitione omnino pendere, argumēto quidem certissimo, ꝙ si officio iudicis nobili non expediret, non tota quidam ex prætoris iudicio prouenire diceretur. Minus quoque obstat, quod obijciunt Recētiores interpretes: nō valere argumētum à restitutione in integrum ad causas criminales: quippe cum iudicis officium, ex quo prouenit restitutio, nullam producat obligationem, quod tamen lōgè secus est in causis *ipsis, quæ criminis sunt, toto institutionem titulo de obligat. quæ ex delict. nascuntur.* Nam valdè meo quidem iudicio decipiuntur, cùm extraordinaria saltem ex iudicis officio oriri dicatur obligatio, vt expresè tradit Barto. in l. fin. ff. de iniur. & Bald. *in l. dominium.* C. quod cum eo. Præterea dici potest, *Decium non* sumpsisse argumentum a restitutione in integrū (vt *ipsi falso* existimant.) Sed id tantum ex illa ostendere voluisse, nullum sequi absurdum, si vna, & eadem res aliquo modo partibus competat, atq; iudicis officio exerceri dicatur nobili. Ex his clarissimè (ni fallor) dissolutum remanet, quod vltimo loco definitioni Bartoli obijciebatur, & hęc satis dicta vidētur de definitione meri imperij.

Tertiò igitur loco potissimum quæritur, quibus mercium illud imperium competat magistratib. ¶ Qua in re Bartolus in d. l. *imperium.* nimium confusè loquitur, vt autem nos planè, atq; dilucidè procedamus, quinque ex eius verbis elicimus conclu-
69 siones: quarum illa prima est. Magistratus † omnes, qui vniuersas regunt prouincias, merum dicūtur haud dubiè retinere imperium l. illicitas. § qui vniuersas ff. de offi. præsi. Prouinciæ verò (*vt* id quoque obiter obseruemus) propriè dicuntur regiones longè ab Italia bello acquisitę populus enim Romanus regiones, quas in ius suum redigebat, „cul posítas, prouincias appellabat, ab easq; gubernandas magistratum summo imperio, atque potestate mittebat, vt disertè declarat Barto. in l. j. de Metrop. Berit. lib. 11. C. de quibus etiam plura tradit in commentarijs suis Strabo in calce vltimi libri. Scio quidem ego Prouinciarum aliàs fuisse consulares: aliàs verò prætorias: sed quoniā ad hunc locum pertinere hæc non videntur, missa facimus. Ad secundamq; deuenimus conclusionem, quæ huiusmodi est. Ma-
70 gistratus, † qui singularibus præsunt ciuitatibus, iurisdictionem tantum habere solent: exemplū est in ciuitatū defensorib. toto titu. de defens. ciui. Quòd si ijs nō leuiora solū cognoscendi crimina, sed cōpetentē etiā adhibēdi castigationem a Iustiniano Nouell. 15. cōcessa vī esse potestas: illud profecto est, quia eorū iurisdictio sine modica coercitione exerceri commodè nō potest. l. magistratus. ff. de iurisd. omn. iudi. Sed excipitur ciuitas Romana: quippè cùm ī ea merum retinebat præfectus imperium, vt eleganter declarat Vlpianus in l. j. § cùm vrbē. ff. de offi. præfect. vrb. Excipitur secundo in ijs ciuitatibus, quæ a Principis potestate speciatim sunt exemptæ, de quibus mentionem facit caput primum de pac. Constan. atq; etiam hoc ipsum mihi videtur locum habere in omnibus illis ciuitatibus, quæ ex consuetudine, siue præscriptione merum vendicassent imperiū: vt tradunt omnes in l. more. de iurisd. om. iud. ff. Sed is mihi locus expostulare videtur, vt quàm breuissimè declaremus, quæ requirantur: vt verè, atque propriè ciuitas constitui dicatur, quā difficultatem disertè determinat Bar. in l. 2. *in fine.* ff. de verbor. & rer. signific. & apertius in l. j. C. de Metropo. Berit. quibus in locis apertè concludit: ex principis sola voluntate ciuitates constitui oportere. Quod etiam Pluribus firmasse videtur Paulus de Castro in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. & Alexand. in additionibus ad Bartolum in d. l. 2. de verb. & rer. signific. ff. Ex his col-
71 ligo, Antistites † ad ciuitatum constitutiones necessariò nō requiri, idque mihi clarissimè probari videtur. ca. Episcopi. 80. distinct. & c. j. de priuileg. in quibus dicitur, Episcopos non in castellis, nec in paruis: sed frequentioribus, atque maioribus ciuitatibus designandos esse: quæ quidē veba argumēto sunt nobis certissimo: eas quoq; rectè dici posse ciuitates, q̄ Episcopū non
72 habēt. Sed pulchra hic sanè oritur † dubitatio. Nunqd castrū, cuius vniuersitati Princeps scribendo, sub ciuitatis noīe decorasset, verè, atque propriè ciuitas dicatur? Bartol. in tractatu, Qui sint rebelles, num. 6. quem sequitur Angel. in additionibus ad Bart. in d. l. 1. C. de Metropol. Berit dicit, ciuitatem haud dubiè appellari posse: idque probant argumento eorum, quæ traduntur in l. quidam consulebant. ff. de re iudi. in qua dicitur, Principem minoribus conferendo magistratum, eorum sentētias firmas esse voluisse, quod eodem modo in proposito nostro dicēdum videtur, vt ciuitatis iura omnia huiusmodi subscriptione in Castrum transtulisse videatur.

Contrariam verò sententiam sequutus est Archidiaconus in c. vltim. de sent. excommun. in 6. à qua nec ipse dissentio: nā mihi dilucidè videtur probari Clem. si summus Pontifex, de sentent. excommun. vbi apertè dicitur, quæcunque homini sūmum Pontificem tribuisse ad eum augendum, siue quouis dignitatis gradu honestandum: id beneuolentiæ gratia feciſſe, atque ideo non videri eum in dignitate illa approbasse. Quibus ex verbis perspicuū videtur esse, dignitatem in eo conferri nullam, qui honore afficitur, atque dignitatis titulo nominatur. Illud tamen adijcio, quòd si ex cōiecturis Principem voluisse cōstaret, castrum pro ciuitate haberi, haud dubiè ita habendum esset, vt in d. Clem. si summus Pontifex. Iuculenter notatur in illis verbis? Nisi se velle forsitan exprimat) Nec obstat, qđ objicitur ex l. quidam consulebant: quia planè alienum est: nō em ibi dicitur ex honorifica subscriptione vllam conferri posse dignitatem, sed ex ipsa magistratus collatione manifestè colligitur, Principē quoq; voluisse, vt sententia, quā in dijudicādo minor proferret: atque valida permaneret.

Tertia conclusio est: Castra, quæ ciuitatibus subijciuntur,
73 † merum non possident imperium, hancque probat Bar. l. nulli. §. ꝙ si in vico. C. de episcop. & cleric. l. si quis. §. ꝙ si cui. C. de natural. liber. & l. qui ex vico. ff. ad municip. Scio quidem ego excellentiss. Calæfatum in d. l. imperium. nu. 117. quem etiam sequuntur recentiores interpretes, tenere, leges à Bartolo citatas id non probare, quia de vico siue pago tantū loquūtur. Sed meo quidem iudicio decipiūtur: quia nil aliud ex illis vult colligere Bart. nisi ꝙ vicus ciuitati respondet, vt in eis perspicuè dicitur, ex quo necessario sequi video: vicos merū nō habere imperiū, cū ciuitates etiam ipsæ, quibus accedūt, illud retinere nō dicantur, argumento legis ;. C. depositi. l. cum principalis. ff. de regul. iur. & l. hæres à debitore. §. quod stipulator. ff. de fideiuss. Quod etiā in castris dicēdum videtur, cū nihil, aut parum à Vicis paganis differant, vt ex Laurentio Valla Elegantiarum lib. 4. c. 20. dilucidè colligi potest.

74 Quarta conclusio est. Castra, † quæ ciuitatibus non sunt subdita, eandem prorsus retinent iurisdictionem, quam defensores ēt ciuitatū possident: idq; probat Bar. ex titulorū dispositione. C. quæ huiusmodi est, vt titulo de officio Rectoris prouīciæ accedat alius, De præfecti vigilum. Hūc verò sequatur ille: De defensoribus ciuitatū: cui tandem proximus est titulus, De Magistratibus municip. Voluit ex his fortasse colligere, ꝙ cùm omnibus magistratibus inferiores dicātur esse ciuitatum defensores, & post eos sequatur titulus, De Magistratibus municip. consequens videtur esse, vt eādē dicantur habere iurisdictionē, Atque id ipsum sanè videt voluisse Azo in eiusdem tituli commētarijs, vbi expresè scribit, oīa, quæ de ciuitatū defensoribus dicta sunt, locum etiam habere ī ipsis municipiorū magistratib⁹ Sed objcit Gaspar Valla in d. l. Imperium, quem etiam eo in loco sequitur Calæfatus; ꝙ si hæc Bartoli ratio vera esset, haud dubiè sequeret, ꝙ cū titulū de offic. Rect. Prouin. sequatur ille, de defensoribus ciuitatum: idē esset tā defensoribus, quàm Rectoribus imperiū, quo nihil dici potest absurdus. Qua de re cōclusionem, quā isti existimāt verā esse, comprobāt. l. homo liber. §. fin. ff. de acquirend. rer. domin. & l si eueniet. ff. ad l. Iuliam de adult. in quibus dici videtur: eos verè possidere, qui ab alio nō possidentur, sed castra, de quibus disceptatio est, nō in alterius sunt potestate, cū superiorē nō recognoscant, ergo iurisdictionem habere nō prohibentur. Sed est, quod animaduersione dignū puto: hasce leges extra terminos ab his eruditis viris citari, id enim tātū mihi vidētur probare. Castra, quę nemini subiecta sunt, possidere, atq; auctoritatē habere nō prohiberi, sed ꝙ eādem obtineāt iurisdictionem, quā ciuitatū defensores retinēt: nescio certè qūo ex illis id elici possit. Quod verò objciūt rōni Bartoli, planè alienum est: quia nulla alia de causa ciuitatum defensores, atque prouinciarum rectores idem non dicuntur habere imperium, nisi quòd eiusdem non dicuntur esse ordinis: cum multo maior sit attributa rectoribus auctoritas. l. 1 eod. titu. quod longe secus est in municipiorum magistratibus, atque ciuitatum defensoribus, quorum potestas inuicem quodammodo videtur esse adæquata, eum ea quæ in vno obseruantur, in alio quoque obseruari dicantur, vt superius ex mente doctissimi Azonis diximus.

Postremo concl usio est. Qui præsunt collegijs fabrorum, vel alterius huius generis, merum non habent imperium, sed iurisdictionem tantum, quæ ad illius collegij professionem pertinere videtur. l. fi. C. de iurisd. omn. iud. & pulchrè tradit Bartol. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.

75 † Excipiuntur ex mente Bartoli & aliorum omnium interpretatum,

Source : BIU Cujas

pretum, Doctores, qui publicè profitentur, ij enim quãuis vniuerſitati Scholarium præeſſe dicantur, merum tamen retinere videntur imperium, idq; probant Federici conſtitutione, quæ incipit. Habita. C. ne filius pro parte. In qua dicitur, eos, qui litẽ mouere Scholaribus velint, electionem habere, vt corã domino, vel eorum magiſtro, vel ipſius ciuitatis Epiſcopo, quib. huiuſcemodi iuriſdictio data eſt, conueniant. Sed ab horum ſentẽ
76 tia omnino ego diſſentio, primo: quia † nulla lege eam firmari video. deinde quia nil planè ad rem facit Federici illa conſtitutio, quam iſti pro ſe citant; quia facilimè reſpondemus, eam habere locum cùm agitur de cauſis ciuilibus, vt irrogetur pœna pecuniaria: ſecus, ſi vt irrogetur pœna corporalis. Quòd ſi nõnulli exiſtimare videantur, litis appellatione vtranque pœnam contineri: ij multum aberrant, vt ex titulo de fructibus, & litiũ expenſis dilucidè colligi poteſt. Quod etiam probari poteſt l. j. ff. de teſtibus quo in loco apertè concluditur, litem ipſam non ad criminales, ſed ciuiles tantùm cauſas referendam eſſe, atque hoc nimirum illud eſt, quod Vlpianus ſcribit in l. litis nomẽ. ff. de verbo. & rer. ſignifica. litis nomen actionem ſemper ſignificare ſiue in rem, ſiue in perſonam ſit.

77 Sed hæc hactenus, nunc † ad illud, quod quarto loco declarãdum inſtituimus, accedamus. Quæritur itaque, quot ſint meri imperij gradus? & alij quidem tres, vt Albericus, alij quatuor, vt Salic. & Iaſ. nonnulli verò ſeptem, vt Romanus, cõſtituere gradus. Nos autem ex Barto. ſententia ſex tantum arbitramur eſſe: Maximus, Maior, Magnus, Paruus, Minor, atque Minimus.

In maximo imperio ponit Bart. auctoritatem legis condendæ, quæ Principi, Senatui, ac Præfecto etiam Prætorio cõpetit. Ex quibus verbis duas breuiter ex eius mente elicimus concluſiones, quarum prima huiuſmodi eſt: poteſtas legis †
78 conſtituẽdæ meri dicitur eſſe imperij. Sed hanc ornantur omnino euertere recentiores interpretes, ſingula verba, quæ in meri imperij definitione a Bart. addita ſunt: diligenter perpendendo. Primò enim videtur iuriſdictionem, per quam veluti genus merũ definitum eſt imperium: auctoritati legis ſanciendæ cõuenire nõ poſſe, ne ſequatur eos, qui huiuſcemodi obtinent iuriſdictionem, leges etiam facere poſſe, quo dici alienius nihil poteſt.

Sed hoc argumentum procedit a genere ad ſpeciem affirmãdo, quod nullius eſt valoris, vt pulchrè tradit Iaſ. in l. quæ de legato. num. 4. ff. de lega. j.

79 † Secundo igitur loco mouentur eo, q̃ Bar. merum definiuit imperium per officium nobile, quod quidem nil aliud eſt ex eius ſententia in l. j. ff. de iuriſdict. om iud. niſi quod ſecundũ leges propria auctoritate expediri poteſt, ex quo ſatis conſtare videtur, leges iam fuiſſe conditas, quibus ij, qui officium exercent nobile, parere omnino tenentur. Quare neceſſe eſt dicere, legẽ poſſe eum condere nullam, qui ne tantillum quidem ab ea recedere debet.

Sed valde meo quidem iudicio decipiuntur: longè enim aliter definit Bar. officium iudicis nobile, q̃ iſti arbitrãtur: quod vt luce clarius appareat, verba eius recitabo: q̃ hæc ipſa ſunt. Omiſſis aliorum ſententijs ſic dicas: officij iudicis triplicem dari ſpeciem, aut enim nobile, aut mercenarium, aut verò aduerſarium dicitur: Officium nobile eſt, quod per ſe ſtat, ſiue hoc iudex motu proprio exerceat, inquirendo: ſiue ad alterius poſtulationẽ, concedendo reſtitutionem in integrum, dando tutores, interponendo decreta, conſtituendo ſalaria, & alia huius generis faciẽdo, quibus in verbis clariſſimè videtur velle eos, qui officio potiuntur nobili, poſſe quandoque aliquid extra legum diſpoſitionẽ conſtituere, ſi res ipſa id expoſtularet: Sed vt omnis ſcru
81 pulus remoueatur, illud præter alios animaduertendum puto, Bartolum non ſimpliciter meri, ſed maximi voluiſſe poteſtatẽ legis condendæ eſſe imperij, quæ omnino ſpecie differre dicũtur. Quòd ſi quis obijciat regulam l. fin. ff. de fund. inſtruct. & inſtrum. leg. in qua dicitur plus, & minus non facere differre ſpecie. Huic ego ſic occurro, regulam illam declarando in his ſolũ habere locum, quæ facti ſunt, vt eleganter declarat Bar. in l. qui vſumfructum. ff. de verbo. oblig. & Iaſ. in l. j. ff. de acquiren. poſſeſſ. Secus verò eſt in imperio, de quo inſtituta eſt noſtra diſputatio: cùm iuris illud dicat eſſe, q̃d cuiuis facilè perſpicuum eſt.

Tertiò perpendunt verba illa; publicam reſpiciens vtilitatẽ: quę quidem argumento eis videntur certiſſimo: auctoritatem legis faciendæ meri dici non poſſe imperij, ne illud ſequi neceſſe ſit, leges, quæ ob priuatum quandoque fiunt commodum, legis nomen non habere, quo nihil peius fingi poteſt.

Sed hoc argumentum facilè euerti poteſt, ea enim virtute, & ſapientia Iuriſconſulti noſtri fuerunt, vt in legibus ſcribendis nihil ſibi aliud, niſi ſalutem, atque vtilitatem Reipubli. proponerent: quare mihi videntur leges omnes, quæ ob priuatum proponuntur commodum, ad publicam etiam, & præcipuè q̃dem pertinere vtilitatem. Quod & ſi nullius approbationis indigere videatur: vt tamen eis ſatis faciamus, hac ratione probamus. Aut lex priuatum includens commodum, vnius tantum reſpicit vtilitatem, & tunc non lex, ſed conſtitutio potius perſonalis appellanda eſt. l. j. ff. de conſtitu. Princip. Sin verò commune priuatorum contineat commodum: & tunc dicimus eã quoq; ratione finis, qui potiſſimum in vnaquaque re cõſiderari debet, ad publicam ſpectare vtilitatem, à legibus enim nihil cõuenit arbitrari, niſi quod Reipublicæ cõducat, proficiſci, q̃ eius cauſa ſunt cõparatæ: quis enim quæſo alius eſt legum finis, quàm, vt ex illis tranquillè quietèq́ue populi degant vitã, quod quantum Reipub. proſit neminem eſſe arbitror, qui id ignoret.

Poſtremo ex noua eorum definitione id ipſum cõprobãt: dictũ enim eſt, eos velle merum imperiũ poteſtatẽ eſſe magiſtratibus cõmunicatã, ſed facultas legis cõſtituendæ magiſtratibus nõ communicatur: cùm ſoli Principi competere dicatur. prẽterea diſerte additum eſt. Secundùm mandata, quę quidẽ verba eis, qui legem facere poſſunt, competere nõ videntur: quippe cùm ij legibus dicantur eſſe ſoluti. Ex his itaq; illud iam perſpicuum eſſe aſſerunt, poteſtatem legis cõdendæ meri nõ eſſe imperij, cùm eius definitioni huiuſmodi auctoritas conuenire nõ poſſit, argumento eorum, quæ notant Dd. in l. 1. ff. de teſtam. Sed facilè reſpondemus non valere argumentum ab eorum definitione, quia pluribus rationibus eam ſuperius reiecimus. prẽterea dico, quòd ſi vera eſſet: aliud nil concluderet, quàm condere legem meri non eſſe imperij, quod etiam Bar. nõ diffiterur, vult enim ipſe non meri ſimpliciter, ſed maximi eã eſſe imperij, vt ſuperius etiam diximus. atq; hoc eodem modo omnia eorum argumenta prẽter ſolutionem, quam vnicuique ſigillatim adiecimus, facillimè tolli poſſunt. Atque hæc quidem hac de re ſatis videntur dicta. Nunc ad ſecũdam accedamus cõcluſionem, quæ huiuſmodi eſt.

Senatus, & Præfectus Prætorio leges facere non prohibentur. De Senatu teſtimonium eſt in l. non ambigitur. ff. de legibus, in qua apertè oſtendit. Vlpianus Senatum ius facere poſſe. De præfecto vero Prætorio teſtimonium eſt. in l. normam. C. de preſ. præt. vbi eleganter dicitur, normam præfecti prętorij, quæ neque legibus, neque principis conſtitutionibus contraria ſit, omnino ſeruandam eſſe. Sed quo ad Senatum pertinet,
80 breuiter concludendum puto, legem condere † eum non potuiſſe, atque hoc verum eſſet, primum probo auctoritate Ale. ab Alex. Genialium dierũ. lib. 4. c. 11. quo in loco ſermonem habens de ſenatorum officio, in hæc verba ſcribit. Quippè ſenatui de rebus omnibus decernẽdi libera facultas erat, niſi in magiſtratibus creandis, & legibus ſanciendis, aut in hoſtes arma mouenda, vel à bello recedendum, pacemq́ue, & fœdera ſeruanda forent: tunc enim ſine populi iuſſu ſenatum nihil ſentire, nil decernere poſſe liquet. Quod etiam ſecundo *firmatur* loco teſtimonio Dionyſij Alicarnaſſæi, qui lib. 6. tradit, legem ſemper ab vrbe condita Romæ, fuiſſe, vt reſpublica omnis in poteſtate ſenatus eſſet prẽter magiſtratuum creationem, legũlationem, & belli, paciſue arbitrium. Quibus ex *locis* clariſſimè conſtat, Senatum, neque legem ſancire, neque ferre potuiſſe. Neque obſtat, quod obijcit Bar de l. non ambigitur, quia primũ ex aliorum ſententia reſpondemus, opus eſſe legem illam ĩterpretari ex eis, quæ eleganter tradit Iuſtinianus in § Senatuſconſultum. Inſtitutionum, titu. de iur. natur. gent. & ciuil. in quo ſcribit, ſenatum non ex ſe, ſed vice populi legis condendæ poteſtatem habuiſſe: nam cum auctus eſſet populus Romanus in eum modum, vt difficile eſſet in vnum conuocari leges ſanciẽdæ cauſa, æquum viſum eſt Senatum vice populi *conſuli. Ex* quibus perſpicuum quidem eſt, leges ipſas non ex ſenatorum, ſed populi potius Romani imperio conſtitutas ſemper fuiſſe: qui enim munere alterius fungitur, nil proprij habere dicitur. l. 1 §. qui mandatam. ff. de offic. eius, ſui mand. eſt iuriſdi. Sed hic † Illud breuiter obſeruandum eſt: Tribonianum, Theophilum lõge aberraſſe in d. § Senatuſcõſultum: cum crediderint ob difficultatem conuocandi populum datam *fuiſſe* ſenatui poteſtatẽ legis condendæ. Hæ enim ſunt contra fidem hiſtoriarum: non enim propter ciuium copiam populi poteſtas ad ſenatum trãſlata eſt, ſed Cæſarum potius aſtutia, & calliditate: vt ſcite animaduertit Frãciſcus Hotomannus ſuarum obſeruationum capite 2. Atq; etiã id ipſum firmauit Doctiſſim. Aldobrand. in eiuſdẽ. §. expoſitione. Deinde ego aliter etiã rñdeo: verbũ illud, *ius*, non pro lege, vt omnes, & male quidem ſentiunt, ſed pro ſenatuſconſulto haud dubiè accipiendum eſſe: in ſuis enim debet vnaquæq́ue lex intelligi terminis, vt præclarre declarat Bart. in l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. nou. nunciat.

Quod veto attinet ad Præfectum prætorio, haud dubie affir
82 mandum † eum, etſi generalem poſſit conſtituere legem, vt in d. l. normã dilucide dicitur, nõ tamẽ ita generaliter eam accipere dẽmus, vt oĩs populus imperio ſubiectus ſeruare eã teneat: valde. n. abſurdũ eſſet, ſi ſubditi Præfecti Africę terenẽ obſeruare, q̃ à Prẹfecto Oriẽtis cõſtituerẽtur: cũ potius cõfuſio, quã recta adminiſtratio diceret: quare reſtringenda eſt eorũ auctoritas, vt ad eos ſolũ pertineat, qui eius iuriſdictioni ſubijciuntur.

Quod ſi quis obijciat, id ipſum etiã fieri poſſe à cęteris inferioribus magiſtratibus, quilibet enim magiſtratus poteſt facere legem, quæ ad ſuam iuriſdictionem pertineat, vt eleganter tradit Bartolus in l. prima ff. quod quiſque iur. Huic reſpondemus,

cæteros

cæteros magiſtratus non leges, ſed edicta potius facere poſſe, quæ ad eā ſolùm ciuitatē, quàm regūt, pertinere dicuntur. Præfectus verò prætorio legib. ligat ſuis ciuitates oēs, quæ ſub prouincia, quam regendam ſuſcepit, reperiuntur: nam poteſtas, atque eorum auctoritas vſq; eo Imperatorum beneficijs creuit, vt etiam ad prouincias adminiſtrandas ſummo cū imperio mitterentur: credidit enim Princeps eos, qui ob ſingularem induſtriam, atque fidem exploratam ad hanc dignitatem aſcendūt: non aliter iudicaturos eſſe, quàm ipſe foret iudicaturus. l. j ff. eodem tit. Præterea illud etiam adijcimus, Magiſtratuū edicta nō ita perpetua eſſe, vt dicuntur eſſe ea, quæ a Præfecto prætorio proueniunt, vt pulchrè tradit Barto. in d. l. j.

In ſecundo gradu meri imperij maioris tres enumerat Bar. pœnas, atque vnam excitat quæſtionem: quarum prima eſt vltimum ſupplicium, de quo loquitur. d. l. Imperium: Secunda eſt ſtatus pœna, qua damnatur quis ad effodiendum metallum, & de hac verba facit Vlpianus in l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de offic. præſid. poſtrema verò eſt membri abſciſſio, de qua ſuperius etiam fecimus mentionem. At de duab. quidem ſuperioribus dubitare video neminem, de poſtrema verò magna dubitatio eſt:
83 nunquid † dicatur pœna capitalis. Cynus in l. tranſigere. C. de tranſact. quem etiam ſequitur Aretinus in l. qui manus. ff. de teſtam. tenet, *capitalem dici poſſe pœnam*, atque id videtur probari ex *ſententia Aretini. cap. j. §. ſi quis alium. de pac. tenend. in vſib. feud. in quo dicitur*, eum, qui alium interfecerit poſt pacē conſtitutam, ſententia capitali puniendum eſſe: ſubiungit deinde Imper. *Si quis verò alium poſt pacis edictum vulneraverit, manus ei amputetur*, & vt ſuperius dictum eſt, iudicet. Ex his *colligit*, ꝙ cum ſuperius de pœna ſit capitali facta mentio: neceſſe eſt dicere, manus amputationem capitalem quoque pœ-
84 nam eſſe. Sed † facilè ex ſuperioribus conſtat, hanc accommodari non poſſe imterpretationem: cùm enim in d. §. ſi quis aliū, dictum eſſet, homicidam poſt pacem conſtitutam capitalem ſubire ſententiam, ſequitur verſ. ſi verò: vbi habetur pacis violatorē, ſi a facie iudicis aufugerit, bona eius publicari neceſſe eſſe. Accedit poſtremò d. §. ſi quis alium. in quo dicitur, manus eius, *qui* alium poſt pacis edictum vulneraverit, amputari, atque (vt ſuperius dictum eſt) iudicari oportere. Quæ verba non ad §. ſi quis hominem, qui de pœna capitis loquitur, ſed ad verſi. ſi verò, vbi de publicatione bonorum agitur, haud dubiè referenda ſunt: vt ſenſus ſit, at is cui manus abſciſſa eſt, iudicet, vt ſuperius dictum eſt: ideſt publicentur eius bona, vt in pacis violatore cō *cluſum* eſt, argumento eorum, quæ notant Dd. in l. ſi idem cum eodem. ff. de iuriſdict. omn. iudi.

Quapropter contrariam alij tenuerunt ſententiam, hac potiſſimum perſuaſi ratione: pœna capitali damnatus prohibetur facere teſtamentum. l. eius qui. ff. de teſtam. Sed qui manus per ſententiam iudicis amiſit, teſtari poteſt. l. qui manus. ff. eodem: ergo fieri non poteſt, vt is pœna capitali dānari dicatur, at mihi videntur hæ duæ ſententiæ c̄iliari poſſe: ſi dicamus ex Bart. ſententia in l. 2. ff. de publ. iud. Membri inciſionem propriè nō capitalem: cùm de ciuitate caput non eximatur, impropriè verò capitalem haud dubiè eſſe pœnam: membrum enim, quod a corpore remouetur, mori quodammodo dicitur, quo fit, vt eadem inciſionis membri, quæ vltimi ſupplicij ratio, atque auctoritas ſit, atque ideo Barto. eundem vtriſque accommodauit gradum, vt enim membri abſciſſio, ita etiam vltimum ſupplicium in alium transferri nō poteſt. §. hoc prohibemus. Nouell. 128. Sed is mihi locus admonet, vt paucis videamus quādo pœ-
85 na † hæc inciſionis membri intelligatur procedere, & haud dubiè dicendum eſt, eam tunc habere locum, quando nō totum corpus ſed illa tantum pars, cui membrum illud coniunctum erat, enervatur: membra enim propriam, atque diſtinctam obtinere dicuntur in corporibus noſtris operationem, vt ſcitè nos docuit Ariſt. lib. 4. Metap. in fin. Bald. in l. 3. C. de accuſat. & Bar. in l. 2. ff. de publi. iudi. Ex his colligo, auris abſciſſionem ſub hac pœna contineri non poſſe, quia illius ſenſus non redditur debilis, ſed integer permanet, vt elegāter tradit Albericus in d. l. imperium: atque illud etiam perſpicuum eſſe poteſt, eum, qui alterius digitum abſciderit, non incidere in pœnam, quæ a lege municipali imponitur ei, qui alterius manum amputaſſet, quia digitus non membrum, ſed membri potius pars appellatur, vt p̄clarè tradit Barto. in conſi. 201. quod incipit: quæritur. Bald. in c. j. in princip. de nou. form. fidel. in vſibus feud. & Angelus in tractatu maleficiorum.

His ita declaratis reliquum eſt, vt quæſtionem, quam propo-
86 nit † hic Barto. breuiter diſcutiamus. Quæritur itaque, nunquid miſſio in carcerem huius dicatur eſſe imperij gradus. Qua in re cōcludit ipſe, carceris pœnā ꝑ toto vitę tpe huiuſce dici imperij: Quod nulla alia rōne probat, niſi, qa dānatis in metallū huiuſmodi cōparatur pœna. l. aut dānū. §. ſolet. ff. de pœn. Neq; obſtat, qđ obijcit Calæfatus in d. l. imperiū. de §. fi. eiuſdē l. aut dānum, in quo expreſsè dr, eum, qui perpetuis damnatur carceribus, pœnæ ſeruū effici non oportere, quia facilè reſpondemus. Similitudinē, quā inter haſce pœnas conſtituit Bar. quo ad ipſa tantum vincula intelligēdam eſſe, ſicuti enim metallis, ita etiā carceribus damnati in compedibus ſemper detinentur. l. aut dānum. §. inter eos. Neque ferenda eſt Bolognetri opinio, qui exiſtimat, deportationi potius ſupradictam eſſe pœnam adæquandam, cum deportati quodammodo carceribus addicti videantur: ſi quidem ab inſula, quæ eis deſignata eſt, exire prohibent, atque ideo longè melius ex eius ſnīa feciſſet Bart. ſi eodem in gradu haſce collocaſſet pœnas. Quia nemini duoium eſt, quin durior ſit carceris pœna, quàm in inſulam deportatio, quippe cum vltimo ſupplicio comparari dicatur, vt elegāter tradit Abbas in c. 1. de colluſ. detegen. & Bal. in l. programma. C. comminat. epiſt. & c. atque ob hanc cauſam maiorem haud dubie Imperij gradum obtinere debuit. Sed omnia hæc intelligēda ſunt
87 procedere iure pontificio: cum † nemo iure ciuili perpetuis dānetur carceribus, vt ſcitè tradit Vlpian. in d. l. aut damnum. §. ſolent. Ex his pulchra elicitur concluſio. Poteſtatem mittendi in carcerem non ut puniant, ſed vt cōtineantur rei, donec ad maiorem tranſmittantur iudicem iuriſdictionis eſſe: cum omnibus videatur competere magiſtratibus. §. & iudicare. Nouell. 15. & l. Limanarche. ff. de ſeru. fugit.

Sed Vall. in d. l. Imperium, quem etiam eo in loco ſequitur Bolognettus, dicit concluſionem hanc debili probari argumēto, quippe cum inferiores etiam magiſtratus modicam dicant habere coercitionem, quæ meri eſt imperij. l. magiſtratibus. ff. eodem: atque ex his illud perſpicuum eſſe volunt: auctoritatē hanc infimi potius imperij gradus, quàm ſimplicis eſſe iuriſdictionis. Verū ego vereor ne nō recte ſenſerint, nā licet modica coercitio inferioribus ēt cōpetat magiſtratibus: id tñ ex quadā neceſſitate haud dubie puenit, cū eorū iuriſdictio ſine illius auxilio dicatur eſſe nulla, quare nō poſſumus dicere huiuſcemodi poteſtatē ratione coercitionis meri eſſe imperij, cū illud, qđ vnaquaq; in re præcipuū eſt ſpectari ſemp debeat. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. peta.

Præcipuum verò videtur obtinere locum iuriſdictio; nam coercitio ei deſeruire quodammodo dicitur, vnde mirū videri nō debet, ſi iuriſdictionis munus dicamus eſſe, vt qs in carcere rib. cuſtodiat. Sed quo planius rem omnē intelligamus, diſtinguimus hoc modo: Aut quis mittitur in carceres, donec cognoſcatur de crimine capitali, de quo eſt accuſatus: & meri dicitur eſſe imperij, nam cum cauſa, propter quam reus in carceres detruditur, imperij ſit: neceſſe eſt etiam, vt miſſio illa, quæ cauſam ipſam conſequitur, eiuſdem imperij dicatur eſſe, vt tradit Bald. Salic. & Alexan. in d. l. imperium: Aut verò quis detinetur, vt tandem ad maiorem tranſmittatur, & præter alios concludimus, & ſimplicis, & nullius iuriſdictionis eſſe: ſimplicis q-dem, ſi ab inferioribus cuſtodiatur magiſtratibus. l. 1. §. 1. de offic. præfect. vig. & d. Nouell. 15. Nullius verò, ſi a priuato quis detineatur, vt ad præſidē remittatur. l. capite 5 ff. ad l. Iul. de adul. l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. quib. in locis clariſſimè videtur priuatis poteſtatem concedi, vt fures atque adulteros detineant, quòad eos ad præſidem deducant.

Sed quoniam hoc in gradu fit mentio de pœna capitali, quæ
88 triplex † dicitur eſſe, mors: aquæ & ignis interdictio, atque relegatio. l. 2. ff. de pub. iud. l. capitalium. ff. de pœn. & l. edicto. §. rei capitalis. ff. de bonorum poſſeſſ. E re facturum puto breuiter videre, de qua pœna intelligendum ſit, ſi iudex pœna capitali reū damnaſſet. Qua in re non deſunt rationes, & argumenta, quæ nobis perſuadere videntur, vt de naturali potius morte intelligamus. Primò enim offert ſe. l. ſacculatij. §. ſunt quædam. ff. de extraord. criminib. vbi præclarè tradit Vlpian. pœna capitis eos eſſe puniendos, qui σκοπελισμὸν committūt, quia & ipſa res mortem comminatur. Sed facilè reſponderi poteſt, ſi Vlpiani locum propius proſpexerimus, verba enim illa; Quia & ipſa res mortem comminatur, ſatis nobis indicant, eum de morte inteltigere voluiſſe.

Secundò adducit Optinellus. l. qui cœdem. ff. ad leg. Iul. de ſicar. in qua dicitur, eos, qui cœdem admiſerint, ſi in aliqua poſiti ſint dignitate, deportari: ſi verò inferioris ſint gradus capite puniri debere.

Sed reſpondemus, capitis pœnam ſtrictè eo in loco accipiendam eſſe, cùm ad deportationis differentiam appoſita videatur eſſe, atq; hoc eodem modo ſolui poteſt, quod obijcitur de lege ſi. ff. de incen. rui. & nauf. vbi eorum diſtinguūtur pœnæ, qui cō ſultò incendium commiſerunt.

Tertiò inducitur loco l. reſpiciendum. § fi. ff. de pœn. in qua dicitur, eum pęna capitis puniri, qui vel beſtijs obijcitur, vel alias ſimiles pęnas patitur. Sed is mihi locus planè videtur ad rē non pertinere: quippe cùm luriſcon. aliud nil eo in loco exponat, niſi quomodo quis capite puniri dicatur, & affert exemplū de illo, qui beſtijs obijcitur. Quod nos etiam non diffitemur, ſed illud reſpondemus alia quoque mitiora extare exempla, in quibus pœna illa, præſertim cùm dubij ſimus, locum habere haud dubiè debet.

Poſtremò igitur loco affertur hæc ratio; verba præſertim cū dubij ſimus, in propria, atque naturali eorum debent accipi ſignifica-

Source : BIU Cujas

gnificatione.l.fi.C.de iis qui ven.ætat.impetr. ſed capitalis pœna caput propriè ſignificat,quod quia perſpicuè verum eſt, nihil attinet ꝓbari,ergo de illo intelligere neceſſe eſt. Sed reſpõdeo, regulam illius legis locum non habere, cùm de pœnis agitur;quia mitiores ſemper eligendæ ſunt pœnæ,vt eleganter declarat Barto. in d.l fin.

Conſtat igitur facilè euerti poſſe ſententiam hanc,quare cõtrariam tenuerunt recentiores interpretes,quæ etiam communis eſt,atque eam nouiter probant.l.ſed & ſi quis ff.ſi quis caut. l.qui cum natu maior.§ is demum.ff.de bon.libert.& l.cum patronus.ff.de iur.patron.quibus in locis Iuriſconſult.declarando quæ ſit capitis accuſatio, alternatim loquuntur, dicẽdo eam eſſe, cuius pœna mors, aut exilium eſt:ſed iam explorati iuris eſt pœnas,quæ diſiunctiuè ponuntur in rei electionem ſemper cõmittendas eſſe, vt diſertè tradit Bart. quem etiam eo in loco ſequuntur omnes in l.j.ff.de effract.& clarius hoc ipſum notat Bal. in l.quicunq;.& l.ſi fugitiui.C.de ſeru.fugi.Quare manſuetiores haud dubiè ſemper eligentur pœnæ. Quòd ſi reus ipſe grauius vellet ſubire ſupplicium,id fieri certè non poſſet: cùm teneantur eum cogere iudices, vt mitiorem velit pati pœnam,vt voluit Angelus in tractatu maleficiorum in verbo. Quòd ſi non ſolueris.

Sed non poſſum de ijs non vehementer mirari, cùm afferãt hæc,quæ nihil planè ad rem noſtram faciunt, ita enim vera eſſent,ſi lex municipalis,vel iudex ipſe in aſſignanda pœna alternatim loquerentur:quibus in terminis non eſt inſtituta noſtra diſceptatio, loquimur enim nos eo ſolo caſu, quo ſimpliciter diceretur:Reum capitali pœna puniendum eſſe.

Quapropter niſi aliæ rationes vrgerẽt, quilibet ab hac ſentẽ-
89 tia† recedere poſſet.Ego verò arbitror eam apertè probari poſſe.l.ſi præſes.l.de interpretatione.ff.de pœn. in quibus præclarè dicitur,benigniorem ſemper in pœnis accipiendam eſſe interpretationem. Neque obſtat, quod obijciunt ij, regulam illam procedere:quando vocabuli proprietas id pateretur,ſed capitalis pœna non aliam videtur præter ipſam mortem ſuſcipere ſignificationẽ,ergo vt de illa ſolum intelligamus, nobis neceſſe eſt.Quia id omnino negamus:quppe cùm nõ ſolum mors, ſed deportatio etiam ipſa capitalis propriè dicatur pœna. Hoc eſſe verum luce clarius probo.l.licet.ff.de verb. & rerum ſignifica. in qua diſertè ſcribit in hæc verba Modeſtinus,licet capitalis latinè loquentibus omnis cauſa exiſtimationis videatur, tamen appellatio capitalis mortis,vel amiſſionis ciuitatis intelligenda eſt.Ex his itaque perſpicua remanet ſententia communis, quã exiſtimat Optinellus in d.l.imperium.locum non habere,quã-
90 do iudex,ſiue ius municipale nõ de capitali,ſed † de capitis pœna loqueretur,tunc enim mors ipſa naturalis haud dubiè intelligenda eſſet.Sed hęc eius ſententia mihi non ſatisfacit;quia inter haſce pœnas differentiam conſtitutam eſſe video nullam: immo ſæpè confunduntur, vt patet in l. cum patronus. ff. de iur. patro.

Secundò igitur,& longè melius excipitur,quando iudex reũ
91 † morte condemnaſſet:tunc enim mortem intelligere neceſſe eſt naturalem,argumento.l.ex ea parte.§.in inſulam.ff.de verb. obligationib.vbi elegãter ſcribit Papinianus, ſtipulationes hoc modo conceptas,cùm morieris,non niſi moriente eo, qui promiſit,committi debere. Quod etiam clarius ꝓbatur.l.cùm pater.§.hæreditate.ff.de lega.2.l.ſed ſi mors.§.cùm igitur ff.de donat.inter virum & vxorem. & l. Statius. §. Cornelio Fœlici.ff. de iur fiſc.

Poſtremo excipitur loco: quando lex iam pro aliquo crimine mortis pœnam adieciſſet, & iudex poſtea capitali pœna dãnaſſet reum, qui eodẽ verſaretur crimine:hoc enim caſu mors ipſa naturalis ſine vlla dubitatione intelligi debet, cuius rei ratio eſt:quia iudicis verba,quæ dubia ſunt,ad leges referri, atque
92 ex illis interpretari neceſſe eſt, vt ſcitè tradit Bald.in l hac † cõſultiſſima.C.de teſtament. & l.apparitores.C.de apparit.lib 10. Sed omnes hanc locum non habere intelligunt exceptionẽ, ſi pro eodem crimine deportatio iam à iure communi, capitalis verò à lege deinde municipali conſtitueretur pœna: tũc enim ex mente iuris communis facienda non eſſet interpretatio, nã leges municipales debent aliquid vltra ius ſemper operari commune,vt eleganter notat Barto.in l. 2.ff.vſucap.& l.4.§.ait prætor.ff.de dam.infect.Quod etiam pluribus firmat Iaſ.in l.properandum.§.ſiue autem.C.de iudic.

Quod an verum ſit,valde dubito: nam benigniorẽ ſequi interpretationẽ in pœnis præſertim non minus iuſtius eſt, quàm
93 tutius.Sed ex his † pulchra oritur quæſtio:Nunquid Reus damnatus ſuſpẽdi,liberetur,ſi dum ſubleuaretẽ, fracto laqueo viuus adhuc cecidiſſet in terram.Lucas de Penna in l.j.C.de deſert.& occult.libro 12.quem etiam ſequitur Ioannes de Arno. in ſoliloquijs ſuis,ſoliloquio 5.& Optinellus in d.l.imperium. tenet, eum omnino liberandũ eſſe.Sed meo quidẽ iudicio decipiuntur: quia iudicum ſententiæ ſuum ſemper debẽt ſortiri effectũ, vt notant omnes in titulo,de re iud.atque pluribus rationibus id firmare non grauaremur:niſi illud videremus hoc cuiuis facilè perſpicuum eſſe, ac de hoc gradu hæc quidem exiſtimauimus eſſe dicenda.Deinceps ad alios accedamus.In tertio igitur imperij gradu,qui magnus dicitur,ponit Bart.deportationem,
94 † quæ pœna capitalis dicitur.l.edicto.§. Rei capitalis. ff. de bonorum poſſeſſ.l. ſed & ſi quis, in princip. ff. ſi quis cautionibus. Deportatio autem erat ciuium Romanorum pœna, quæ ciuitatem ſolum adimebat. l.quidam. ff. de pœn. Sed hoc in gradu plures excitantur ab interpretibus noſtris difficultates. Primò enim videtur vnum,atque eundem gradum tam deportationi,quàm damnationi in metallum aſſignari oportuiſſe: cũ vtraque harum pœnarum morti adæquari dicatur.l. ſeruiturẽ. ff.de reg.iur.l.1.§.vltimo.ff.de bon.poſſeſſ. contra tabul. Sed facilè reſpondemus haſce pœnas diuerſis in gradibus iure collocatas fuiſſe:maximè enim inter ſe differunt:cùm altera ciuitatem ſolum,altera verò & ciuitatem,& libertatem ſimul tollere videatur.§.maxima. Inſtitutionum titulo, de capit. diminut. l.2.§.vltim.ff.de pœn. & l. inter pœnas. ff. de interd. & relegat. Sed quæri video,in quonam conſiſtat ſimilitudo, quæ ſit inter deportatum,atque mortuum ipſum.Huic itaque reſpõdemus, ſimilitudinem illam in his,quæ iuris tantum ciuilis ſunt, haud dubiè intelligi neceſſe eſſe.l.eius qui.ff.de teſta. Quod enim ad iusgentium pertinet,mortuis non æquiparantur,omniũ enim quæ huius iuris ſunt,capaces eſſe dicuntur.l.quidam.ff.de pœn.

Sed huic ſolutioni videntur duo iuris loca apertiſſimè aduerſari:quorum primus eſt in l.2.§.cùm autem.C.vt nemo priuat.quo in loco declarans Iuſtinianus,qua pœna debeant affici ij,qui vela regia in rebus alienis ſuſpendere audent, in hæc verba ſcribit.Qui auſus ſit id facere,ſi plebeius ſit,vltimo ſubdi ſupplicio: ſi clariſſimus,vel curialis, vel miles,vel clericus,proſcribendum,deportandumq; nõ ſolùm ciuitate Romana, ſed etiam libertate priuari cenſemus. Quibus ex verbis clariſſimè conſtat eum, qui deportatur libertate etiam priuari oportere.

Accurſius in d.l.2.verſi libertate.conatur reſpondere dicendo,locum illum non ita ſimpliciter intelligẽdum eſſe: Sed dũ Iuſtinianus dicit,Deportandum,addere debemus in metallũ: alioquin multa ex his,quæ certa ſunt,ſubuerterentur.Idque eo comprobat,quod in l.vltima.C.de poſtlimin. reuerſ. reperitur ſimilis loquendi modus.Ait enim Iuſtinianus eo in loco:eum, qui ab.hoſtibus reuertitur:neque retineri.ne in patriam redeat, neque alimenta eis præſtita reddere cogi poſſe. Quòd ſi quis huic præcepto conatus fuerit obſiſtere, actor, conductor, Procuratorque dari ſe metallis cum pœna deportationis non ambiget.

Sed hanc ſolutionem tametſi eam ſequantur omnes, ex ipſis tamen Imperatoris verbis apertè oſtendo falſam eſſe: ſiquidem in d.§.cũ aũt,connumerantur clariſſimi,Curiales,Milites, qui ſtante Accurſij expoſitione in metallum damnari poſſẽt, quod haud dubiè falſum eſt.d.l.Pœdius,& d.l.moris eſt.Neque
95 † obſtat,quod obijcit de lege finali, quia alium, & nouum quidem puto illius eſſe ſenſum,qui,vt apertius intelligatur: ſciendum eſt,maximam eſſe differentiam inter eum,qui in metallũ damnatur,atque eum,qui in inſulam deportatur, nam quamuis vtriuſque bona proſcribantur.l.in metallum.C.de bon.proſcri p.differunt tamen,quia bona, quæ deportati poſt pœnã eis irrogatã conſequuntur, ſtatim publicantur. l. deportati. C.de bon.proſcript. Quod longè ſecus eſt in ijs,qui in metallum dãnantur,cùm per eos nihil Principi acquiri poſſit.l.in metallum. ff.de iur.fiſc.His ita breuiter cognitis: dicimus Iuſtiniani verba non eſſe ita accipienda, vt velit actorem, conductorumve in metallum deportari debere, quia non facilè permittitur vnũ verbum pro alio,& impropriè interpretari:ſed ita concedetur, ſi in propria ſignificatione accipi non poteſt: vt copioſiſſime oſtendit Crauetta in titulo de legatis. nu.137. Cùm itaque non conſtet verbum deportationis in d.l vltima,nõ poſſe in ſua vera ſignificatione manere:huiuſcemodi ſanè non debet admitti interpretatio.Qua de re locum illum aliter ego intelligo, atque quod dicit Iuſtinianus ſic interpretor,vt actor,conductor, procuratorq; debeat dari metallis cum pœna deportationis:id eſt,cum hac inſuper adiecta pœna,vt ſi quid poſteà eis acquiratur:illud quoque Princeps omninò conſequatur.Quid ergò reſpondebimus ad §.cùm autem?Equidem aliter reſpondeo nouè interpretando §.illum.Verum prius ſcire oportet,deportationis pœnam non modo
96 † ciuitatis amiſſionem,quæ ſibi propria eſt.d.§.maxima.ſed quandoque etiam libertatis ſignificare priuationem,dummodo ex illius verbis,qui huiuſmodi imponit pœnam,id voluiſſe conſtet. Atque hoc illud nimirum eſt, quod tradit Imperat.in d.§.cùm autem, dum inquit, ſi clariſſimus,vel curialis audeat huiuſcemodi cõmittere facinus, proſcribendum,deportandumq; nõ ſolum ciuitate Romana,quæ ſemper amittitur,ſed etiam libertate,qua puniri non ſolet,priuari cenſemus. Hunc eſſe verum ſenſum aperte nobis indicat dictio illa:ſed etiam,quę videtur quodammodo deportationis pœnam ad ipſam quoque libertatis priuationem dilatare.

† Alter verò locus,& quidem clarior eſt in l. cognitionum. §.conſumitur.ff.de var.& extraordin.cognitionib.in qua declarans

Source : BIU Cujas

rans Calliſtratus: quando conſumi dicatur exiſtimatio, in hęc verba ſcribit. Conſumitur verò quotiens magna capitis diminutio interuenit: id eſt, cùm libertas amittit̃: veluti, cùm aqua, & igni interdicitur, quæ in perſona deportatorum euenit.

Sed ego quidem arbitror textum hunc corruptum eſſe: nam ſi vetuſtiſſimis quibuſdam exemplaribus credamus, loco illius dictionis, libertas, reponendum eſt, ciuitas, quo caſu omnis dubitationis ſcrupulus facilè remouetur.

Sed illud præterea ſilentio prætereundū nō eſt, non inelegãter hiſce iuris locis accommodari poſſe eorum ſolutionem, qui
98 dicunt libertatem ipſam duobus modis conſiderari poſſe, † aut enim propriè & ſtrictè accipitur: vt eſt illa, quæ ſeruituti opponitur: aut verò lata, atque impropria intelligitur ſignificatione pro iure quoddam diſponẽdi, & liberè quo velimus proficiſcẽdi. Priori quidẽ caſu libertate priuari deportatos negamus: poſteriori verò ea ſpoliari haud dubiè affirmamus: cùm enim certæ alicuius inſulæ, aut alterius loci limitib circumſcripti videantur, quos niſi aperto vitæ diſcrimine egredi non licet, libertatẽ quodammodo amittere dicuntur, Atque id quidem ſignificaſſe nobis videtur Vlpianus in l. 2. ff. de liber. homini. exhibend. cùm dixit, nihil multum à ſpecie ſeruientium differre eos, quibus non datur facultas recedendi.

His ita habitis. Nunc *altera dubitatio ſuccedit, videtur eñ de portationis pœnam ī eo imperij gradu collocari debuiſſe*, quo etiam *relegatio ipſa poſita eſt*: maximam enim inter ſe videtur habere affinitatem: vt enim in inſulam deportari, ſic etiam in eandem relegari Reus poteſt. l. relegati. ff. de pœn. & l. ſi quis in inſulam. ff. de cadauer. punit.

Sed facilè reſpondemus ex his, quæ eleganter tradit Marcel*lus in* d. l. relegati, in qua ſcribit, Relegatos in inſulam, ſi à loco ſibi interdicto non abſtinuerint, deportationis pœnam tanquã maius ſubire oportere ſupplicium.

99 †Sed quod magis vrget hoc in loco illud eſt; quia videtur deportationem longè maiorem eſſe pœnam: quàm ſit damnatio ipſa in metallum: ſi quidem *illa* præſidibus denegatur, hęc verò *omnino eis* conceditur. l. inter pœnas. ff. de interd. & relegat. & l. 2. ff. de pœ. cuius rei quæ tandem ratio reddi poſſit, conſideran*dum* eſt. Albericus in l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de officio præſidis. Cumanus in l. j. §. 2. quib. ff. de lega. 3. Vall. in d. l. Imperium, & eo in loco Bolognettus, quos etiam ſequitur Aldobrand. in §. cùm autẽ, Inſtitutionum titulo, quibus modis ius patriæ poteſtat. ſoluat. dicunt hanc eſſe differentiæ rationem; q̃ præſidib. deportandi facultas non eſt permiſſa: quia nobilium huiuſmo*di* dicitur eſſe pœna. l. cognitionũ. ff. de var. & extraordi. cognitionib. l. moris eſt. §. ſed. n. de pœn. in quib. dr̃, Decuriones nõ in metallum, ſed in inſulam deportari oportere: quo fit, vt neminẽ etiam ex principalib. in inſulã relegare poſſint. l. diui fratres. § de decurionib. ff. de pœn. in qua ſcribit Calliſtratus: de decurionib. principalibusq; ciuitatum; qui capitale crimen admiſerint; mandatis caueri, vt ſi quis eorum quid admiſiſſe videatur, propter quod relegandus extra prouinciam in inſulam ſit, Imperatori ſcribatur adiecta ſententia à præſide.

100 † Sed hæc ratio facilè confutari poteſt, habere enim locum ſi decuriones, atque optimates tantum deportandi, vel relegandi eſſent: cùm verò generaliter omnib. alijs, q̃ honeſtioris vitæ *ſunt, deportationis* ẽt aſſignet̃ pœna, nõ poterit defendi hęc rõ.

Altera eſt ratio, quam tradit idem Albericus in d. §. qui vniuerſas. quam etiam ſequitur Bolognettus, inquiens, præſides deportare non poſſe: quia præſens hæc pœna omnia quæ iuris ciuilis ſunt omnino tollit. l. inter pœnas. ff. de pœn. quæ cùm à nemine præterquàm à Principe concedantur, ab eodem etiã auferri conueniens viſum fuit, argumento. l. adulter. C. ad l. Iul. de adulter. *in* qua dicitur: præſcriptiones omnes, quæ à legibus reis condonantur, à nemine adimi poſſe. Ego verò hanc rationem non arbitror eſſe veram; quia neceſſe eſſet etiã dicere: poteſtatem damnandi in metallum præſidibus non fuiſſe permiſſam, quippe cùm ea, quæ iuris ciuilis ſunt hac eadem omnino tollãtur pœna. §. maxima. Inſtitutionum titulo, de capitis diminut. quod apertè falſum eſt. l. aut damnum. ff. de pœn.

Tertia ſolutio eſt Bartoli in d §. qui vniuerſas. dicentis nulla alia de cauſa præſides deportare non potuiſſe, niſi, quia nullam ſub eorum poteſtate habebant inſulam, ideoq; mirum videri non debet, ſi ad principem ſcribi oporteret, vt eam deportatis aſſignaret. Sed hæc ratio apertiſſimè confunditur ex l. relegatorum. ff. de interdi. & relegat. in qua clariſſimè dicitur, præſides eas in poteſtate habere inſulas, quæ ſub prouincijs, quas ſuſcipiunt adminiſtrandas, reperiuntur.

101 Quarta ſolutio eſt recentiorum interpretum, quæ vt † planius intelligatur, illud prius ſcire oportet. Deportatos olim nõ prius ciuitate priuari Romana oportuiſſe, niſi ſponte huiuſmodi ſubirent pœnam, atque in aliam nomẽ ſuum profiterentur ciuitatem. Sed quoniam indignum viſum fuit, vt delinquentes nulla capitali pœna plecterentur, introduxerunt priſci illi Romani interdictionem ignis, & aquæ, vt Rei hominum conſortio priuati in alia ciuitate nomen ſuum profiteri cogerentur: atque illius ciues efficerentur. Hæc eſſe vera dilucidè oſtẽditur ex Ciceronis oratione, quam p̃ domo ſua habuit, cùm inquit.

Ciuitatem nemo vnquam vllo populi iuſſu amittet inuitus, qui ciues Romani in Colonias Latinas proficiſcebantur, fieri non poterant Latini, qui non erant auctores facti, nomenque dederant. Qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc ciuitatem amittebant, quàm erant in ea recepti, quo vertendi, hoc eſt, mutandi ſoli cauſa venerant. id autem vt eſſet faciundum non adeptione ciuitatis, ſed tecti, aquæ, & ignis interdictione faciebant. Hæc ille. Sed Romanis poſtea Principibus imperantibus circuitus ille ſublatus eſt, atque determinatũ fuit, vt abſq; aliqua alia aquæ, & ignis interdictione, qui lege, vel iudicio deportandus eſſet, ciuitatem amitteret Romanam. Atq; hoc nimirum illud eſt, quod Vlpianus ſcribit in l. 2. ff. de pœn. cùm dixit. Conſtat poſtquã deportatio in locum aquæ, & ignis interdictionis ſucceſſit, non prius amittere quem ciuitatẽ: quã princeps deportandum eum in inſulam ſtatuerit.

Ex his illud perſpicuum eſſe volunt recentiores: quòd quando quis deportabatur, neceſſe ſibi erat in aliam proficiſci ciuitatem, quæ Imperio Romano ſubacta non eſſet: cuius cùm eſſet factus ciuis ciuitatem amitteret Romanam. Sed quoniã deinde totus terrarũ orbis in poteſtatem Imperatoris redactus erat. l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iact. euenit, vt præſides nullam poſſent deportatis aſſignare ciuitatẽ, quæ imperio ſubiecta nõ eſſet. Quare iure factum eſt, vt ad ſolum Principem pertineret deportatis inſulam aſſignare, ideſt, permittere, vt illa tanquam ſibi non ſubdita haberetur, cuius facti ciues ciuitate priuarentur Romana.

Sed meo quidem iudicio nullius momenti eſt hæc recentiorum ratio: quia falſum eſt, eos, quibus aqua, & ignis interdicebatur in aliam oportuiſſe demigrare ciuitatem, quæ Principi minimè ſubdita eſſet, ſatis enim erat, ſi ī aliam ciuitatem extra Romanam proficiſcerentur, ibiq; nomen ſuum profiterẽtur. Præterea hac eadem ratione concludi poſſet. Vrbis etiam Præfectum deportandi facultatem non habuiſſe: quippe cùm nullam deportatis aſſignare poſſet ciuitatem, quæ imperio ſubiecta non eſſet, quod haud dubiè falſum eſt. l. 2. ff. de pœn. Quapropter cum & ijs hæc fortaſſe dubia videretur ſolutio, aliam tradunt dicendo, quòd cùm deportatorum bona publicari debeant: non ſine cauſa factũ eſt, vt Principis auctoritas in eis cõdemnandis requiratur, de re enim ſua videtur quodammodo tractari: cùm verò ex ijs, qui in metallum damnantur, nihil vnquam Princeps conſequatur. l. in metallum. ff. de iur. fiſc. mirũ videri non debet, ſi eius auctoritas hoc in caſu nõ adhibeatur, ſed omnibus huiuſmodi facultas permittatur.

Sed hæc ratio mihi quidem videtur cæteris ineptior: quia ſequi neceſſe eſt, Principis auctoritatem in bonorum proſcriptio ne ſemper adhibendam eſſe: quo nihil dici poteſt obtuſius. Præterea multum a veritate aberrant, dum velint damnatorũ bona publicari non oportere: nam eleganter ſcribit Iuſtinianus in l. in metallum. C. de bonis proſcript. Eos, qui in metallum dãnantur, pœnæ ſeruos effici, atque eorum bona rationibus fiſci vendicari. Neque obſtat, quod obijciunt de l. in metallum. ff. de iur. fiſc. quia planè alienum eſt; ſcio enim quidẽ ego bona, quæ poſt pœnam eis irrogatam eueniunt: ad Principem non pertinere, ſed ex his ſequi non video eorum bona iam ante acquiſita publicanda non eſſe.

Hæ ſunt rationes magis præcipuæ, quę ab interpretibus afferuntur: cæteras prætereo, ne in his diutius moremur. Ego itaq;
102 in tanta difficultate rationem † differentiæ arbitror illam eſſe, quam ſcitè tradit Bartol. in l. relegatorum. ff. de interd. & releg. in qua hoc modo diſtinguendum eſſe ſcribit, vt ſi quidem præſides ſub ſe retineant inſulam: in eam deportare non prohibeãtur: ſin verò non habeant, ad Principem recurrendum ſit. Quæ quidem diſtinctio licet omnibus variis confutetur rationibus: mihi tamẽ videtur clariſſimè probari. d. l. relegatorum, in qua eleganter ſcribit Vlpianus. Prouinciarum præſides in inſulam relegare poſſe, ſi ad eius prouinciæ formam, quam adminiſtrãt, pertineat. Quòd ſi inſulam ſub ſe non habeant, id facere non poſſunt: ſed Imperatori ſcribere debẽt, vt inſulam eis aſſignet. Quod etiam apertius confirmari poteſt teſtimonio Theophili, quippe qui in §. cùm autem. Inſtitutionum titulo, quibus modis ius patr. poteſt. ſoluit. in hæc verba loquitur. Liberat autem liberos à patria poteſtate & parentis deportatio: nam ſi quis alicuius maleficij accuſatus & cõuictus huiuſmodi acceperit ſententiam à præſide, vel præfecto, & aliis. Volo te deportari in inſulam illam: ſimulatq; ſententia lecta fuerit, lex ei, & ciuitatẽ, & bona adimit, & ciuitate Romana exutus ſit peregrinus. Quibus ex verbis liquido conſtat, præſides deportare quandoque potuiſſe. Ad iuris verò loca, in quibus apertiſſimè dicitur, deportandi ius eis datum non fuiſſe, facillimè reſpondemus, de præſidibus ea loqui, qui inſulas ſub ſe nòn habent.

103 Hæc quidem ratio † tametſi veriſſima ſit, arbitro tamen eam quoq;, quæ Fulgoſij eſt, facilè ſuſtineri poſſe. Ait enim ille, nulla alia de ratione præſides deportare nõ poſſe: niſi, quia deportationis

Source : BIU Cujas

tationis pœna ciuitatis potiſſimũ Romanæ ius adimit, in qua cùm auctoritatem ipſi habeant nullam, merito factum eſt, vt ſine Principis venia tollere eam non poſſint. Quo fit, vt Præfectus vrbis, cùm in ea poteſtatem haberet. l. j. ff. de offi. præf. præt. deportare etiam non prohiberetur. Quòd ſi quis dicat, Nonne etiam damnationis pœna in metallum ciuitatem ipſam tollit? id nos quidem profecto verum eſſe non diffitemur: attamen illud reſpondemus, libertatem præcipuè quidem, per quãdam verò conſequentiam ciuitatẽ ipſam huiuſcemodi pœna haud dubiè remoueri oportere: nullus enim ſeruus poteſt eſſe ciuis Romanus. l. in metallũ. ff. de iur. fiſci. & C. de bon. proſcrip. Quæ cum ita ſint, quis non videt præſides in metallum damnare nõ potuiſſe? quippe cum eorum, quæ in conſequentiam veniunt, conſideratio vt plurimum habeatur nulla.

Ac de hoc quidem gradu ſatis nobis dictum videtur. Nunc, vt inſtituimus proficiſci ordine, ad reliqua pergamus. In quarto
104 itaque meri imperij gradu, † qui paruus dicitur, ponit Bartol. relegationis pœnam, quam etiam meri eſſe imperij teſtatur Accurſius, in l. nulli. C. de ſentent. & interlocu. omnium iudi. & in §. relegati. Inſtitutionum titulo, quibus modis ius patriæ poteſt. ſoluit. & probari quidem poteſt hac ratione: quia huiuſmodi pœna officio iudicis nobili expeditur, atque publicam reſpicit vtilitatem, ideo mirum videri non debet, ſi imperij dicat. Quod certè mihi probabilius videretur: ſi relegationi ipſa etiam bonorum publicatio adiungeretur, quod fieri poteſt. l. relegati. ff. de interd. & relega. nemo enim eo in caſu dubitaret quin imperij eſſe dicatur, argumen. l. j. C. ne ſin. iuſſ. princip. cer. iudicibus lice. conſiſ.

105 Sed pulchram, & meo iudicio obſcuriſſimam † oriri video quæſtionem: nunquid relegatio capitalis dicatur eſſe pœna: varia nanque hac de re reperio iura, nam Vlpianus in l. edicto. ff. de bonorum poſſ. videtur nobis ſignificare capitalem nõ poſſe dici pœnam: inquit enim, bonorum poſſeſſionem non ad rei capitalis damnatos, ſed ad relegatos potius pertinere. Denique nihil apertius proferri poteſt, quàm ex l. capitalium. ff. de pœn. quo in loco eleganter ſcribit Calliſtratus, relegationis pœnam non ad capitis periculum, ſed ad ipſam exiſtimationem attinere. Contra tamen apertiſſimè pugnat l. hos accuſare. §. omnib. ff. de accuſationibus, quo in loco declarans Venuleius, quæ ſint pœnæ illæ, quæ in ſeruos cadere non poſſunt, ſic ſcribit. Omnibus autem legibus ſerui rei fiunt excepta lege Iulia de vi priuata; quia ea lege damnati partis tertiæ bonorum publicatione puniuntur, quæ pœna in ſeruum non cadit: idemque dicendum eſt in cæteris legibus, quibus pecuniaria pœna irrogatur, vel ẽt capitis, quæ ſeruorum pœnis nõ conuenit, ſicut relegatio. Quibus ex verbis clariſſimè conſtat, relegationem capitis dici poſſe pœnam.

Sed Accurſius eodem in loco reſpondet, verbum illud, relegatio, pro deportatione accipiendum eſſe: hancque ſolutionẽ ſequitur Sapia in d. l. imperium. numer 5. Sed mea quidem ſententia nullo pacto huiuſmodi interpretatio recipienda eſt: nã verba, quæ in propria eorũ ſignificatione manere poſſunt, non ſunt pro alijs, & minus propriè interpretãda, vt ſuperius ex mẽte Crauettæ diximus.

Ideo Vallas. nobis tradendam reliquit ſolutionem. Itaq; puto interpretes omnes, qui crediderunt, legẽ illam loqui de pœna capitali, multũ aberraſſe: quia nil aliud vult eo in loco oſtẽdere Venuleius, niſi quæ ſint pœnę illæ, quæ ſeruis non conueniunt: ſed explorati iuris eſt, capitales ad eos pertinere pœnas. l. ſi fugitiui. C. de ſeru. fugit. §. Item lex Corneliana. Inſtitutionum titulo, de public. iud. Ergo de his loqui non poteſt Iuriſconſul. Quamobrem, vt dicam ego quàm breuiſſimè potero, quid
106 † ſentiam, illud prius ſcire oportet, eos, qui cum honorib. perfungerentur, atque de eis ob aliquod eorum crimen dimouerẽtur, capite minutos non incommodè appellari poſſe: nam capitis diminutio aliud nil eſt, niſi ſtatus, atque prioris iuris commutatio, vt diſertè tradit Iuſtinianus, inſtitutionum titulo de capit. diminut. in princip. cumque ſerui neque dignitatem, neque familiam, neque ciuitatem vllam habere poſſint, ſed omnium, quæ ad ius ciuile pertinent, omnino expertes dicãtur eſſe. l. fina. ff. de capit. diminut. & l. quod attinet. ff. de regulis iuris, iure factum eſt, vt ipſi capite minui non dicantur. Idque nobis apertiſſimè ſignificauit Paulus in l. 3. ff. de capit. diminut. & Iuſtinianus in § Seruus. eodem titulo, quib. in locis ſeruos capite minui negant; quia neque ius, neque caput habere dicuntur. Ex his concludo Iuriſconſul. in dicto §. omnibus, cum dixit: capitis pœnam, nimirum relegationem, ſeruis non competere, nõ de pœna capitali, ſed de capitis diminutione haud dubiè intellexiſſe, quæ quidem ad ſeruos pertinere non poteſt, quia nullum ius, nullamque exiſtimationem habere videntur dicta l. finali. Sed hæc non ita ſtrictè intelligenda ſunt, vt omnino relegationis pœnam a ſeruis excludamus: quandoque enim, impropriè tamen, eis competit: vt patet in l. 2. C. de ſepul. violat. & l. 2. ff. qui, & a quibus manu.

Poſtremo citatur loco. l. 2. ff. de public. iud. quo in loco declarans Paulus, quę ſint capitalia iudicia in hęc verba loquitur, Capitalia dicũtur iudicia, ex quibus pęna mors, aut exilium eſt, per has enim pęnas eximitur caput de ciuitate: nam cætera nõ exilia, ſed relegationes propriè dicuntur: tũc enim & ciuitas retinetur. Quibus ex verbis dilucidè patet, relegationis pœnam inter iudicia capitalia connumerari oportere.

Sed hæc explicatio Iuriſconſulti ſententię nõ omnino conuenit, eius enim verba ſatis indicãt, dictionem illam, cętera, nõ ad capitalia, ſed ad publica tãtùm iudicia referri neceſſe eſſe.

Equidem (vt, quid ſentio, explicem) has duas ſentẽtias inter ſe conciliari poſſe arbitror, multum enim intereſt. Nunquid relegatio in propria, an in lata accipiatur ſignificatione: priore ſi quidem caſu capitalem dici poſſe negamus: poſteriori verò caſu inter capitis pœnas connumerari nõ dubitamus. Hãc diſtinctionẽ veram eſſe luce clarius probat l. licèt. ff. de verb. & rer. ſignifica. cuius ſententiam referre nõ grauaremur, niſi ſuperius eam eiſdem verbis adduxiſſemus. Idque ipſum equidem eſſe arbitror, quod Paulus ſcribit in d. l. 2. cùm dixit: cætera verò nõ exilia, ſed relegationes proprie dicũtur: quaſi dicat relegationẽ ipſam, ſi in lata vſurpetur ſignificatione, ad iudicia etiam capitalia referri nullum eſſe inconueniens.

In hoc inſuper gradu exiſtimat Bar. ponẽdam eſſe pęnã omnem, qua corpus alicuius ſeueritate quadam afficitur, idq; probat. l. ſi quid erit. ff. de offic. proconſ. in qua dicitur, procõſulis legatum neque animaduertẽdi, neque coercẽdi, neque atrociter verberãdi ius habere poſſe: hæc enim maiorem exigũt anima-
107 duerſionem, atque ideo ad procõſulem † pertinere debẽt. Sed meo quidem iudicio locus hic nõ probat id, ad quod citatur, cùm tãtum ibi dicatur pęnas, quæ alicui atrociter infliguntur, meri eſſe imperij, ex quo ſequi nõ video eaſdẽ etiam huius inferioris eſſe gradus: niſi fortaſſe diceremus, quod cùm huiuſmodi pœnæ meri ſint imperij, neque ſuperioribus, neque etiã ſequentibus conueniant gradibus, conſequens eſt, vt quartum hunc imperij locum ſibi præſcribant. Vtcunque tamen ſit, ex his diſtinctionem hanc colligit Bart. aut tormenta pro pœna alicui dantur, & huius inferioris dicuntur eſſe gradus: aut ad verum inueniendum adhibentur, & ſimplicis eſſe poſſunt iuriſdictionis, vt ex Nouella 90. dilucidè colligi poteſt.

Sed Decius in d. l. Imperium. obijcit Nouel. 134. in qua dicitur, ſupplicia, per quæ artus reſoluũtur, longe grauiora eſſe vtriuſque manus amputatione, atque ideo cõcludit quæſtionem omnem ſimpliciter meri eſſe imperij: quippe cùm artus omnino diſſoluere dicatur. Sed facile tueri poteſt Bar. nam nõ loquitur ipſe de tormẽtis, quibus omnino mẽbra eneruãtur, ſed de his tãtùm intelligit, quæ quamuis artus quodãmodo amoueãt, in priſtinam tamẽ facillime reducuntur integritatem.

Sed extincta hac difficultate, altera maior oritur, videtur enim Bar. ſibi hac in re parum cõſtans, nam in l. cùm ſeruus. ff. de cõdic. cau. dat. ſimplicitertenet, quæſtiones omnes meri eſſe imperij: immo in l. interdum. §. qui furẽ. ff. de furt. loquẽs de tormentis, quæ ad veri inquiſitionem dãtur: apertiſſime concludit meri ea oportere eſſe imperij.

Sed optime defendi poteſt, ſi ex ſententia Decij, atque Alberici in d. l. imperium. hoc pacto diſtinguamus: aut tormenta in cauſa criminali, vt verum indagetur, adhibentur, & meri ſunt imperii, hancque ſententiam eſſe arbitror *Bartoli in d. l. cùm* ſeruus, & d. l. interdum: aut verò in cauſa ciuili, & pecuniaria ob eandem rationem ſubſtinentur, & ſimplicis dicuntur eſſe iuriſdictionis, & ita loqui videtur Bartol. in d. l. imperium. Hancque eius eſſe mentem planiſſimè illius verba indicant, cùm inquit: ſed ſi torqueretur ad inueſtigationem, tunc poſſibile eſſet, vt iuriſdictionis dicantur.

Defenſa itaque Bartoli ſententia ab aliorum calumnijs: Reliquum eſt, vt quid hac in re dicendum ſit, exponamus. id autem commodè facturum puto, ſi prius quàm breuiſſimè vi-
108 deamus. Nunquid † Magiſtratus municipales, ciuitatumque defenſores facinoroſos homines torquere poſſint? Qua in re Bartol. cum quo communis eſt opinio ſentit, eos poſſe: potiſſimumque eius argumentum ſumitur ex §. ſi uero ignoti ſint. Nouell. 90. in qua diſertè ſcribit Iuſtinian. teſtes ignotos, & undequaque obſcuros, ſi aliquid de ueritate in proferendo teſtimonio omnino corrumpere uideantur, tormẽtis ſubiici oportere, & iudices. ſi cum magiſtratu ſint, ipſi hoc facere, ſi uero alii quidam præter eos, qui magiſtratus gerunt, ſint, aſſumere debent locorum defenſores, atque per eos huiuſcemodi tormenta adhibere.

Sed ridiculam docti cuiuſdam uiri ſolutionem præterire non poſſum, qui exiſtimat locum illum ita eſſe intelligẽdum, ut iudices maiores poſſint, ſi alii miniſtri non ſint, teſtes, qui nonnihil ueritatis occultare uidentur torquere. Quod ſi apparitores, uel ciuitatum defenſores reperiantur; tunc non ipſimet iudices ratione decoris (ut eius uerbis utar) ſed per eos: id eſt per huiuſmodi defenſores tormenta iniicere debent. Quod idem eſt, ac ſi Iuſtinian. dixiſſet: committant eis, ut torqueant, ſed ex ipſis Imperatoris uerbis explodendam eſſe hanc interpretationem

Source : BIU Cujas

pretationem nullus est, qui non intelligat.

Præterea eandem sententiam præter alios comprobo hac ratione. Defensores ciuitatun, atque magistratus municipales modicam haud dubiè dicuntur habere coercitionem.l.magistratus.ff.de iurisdic.omnium iudicum. Sed tormenta moderatione, atque mediocritate quadam adhiberi † semper debent, vt pulchrè tradit Barto.in l.quæstiones.ff. de quæstionibus. & Bald.in l.j.C.de emend.seruor. Ergo ad eos etiam huiusmodi debet pertinere facultas. Atque hoc ipsum sanè mihi videtur sensisse Iustinia.in l.defensores.C.de defensorib.ciuitat. in qua scribit,ciuitatum defensores seuerioribus quæstionibus vti nō posse:quasi dicat,eas verò, quæ non ita seueræ sint, ab ijs exerceri non prohibemus.

His ita declaratis: nunc ad propositum sermonem reuertamur,atque,quod iam polliciti sumus, breuiter præstemus. Lōgè itaque aliter, quàm alij fecerint in tanta difficultate distinguendum esse arbitramur: aut enim tormenta in causa criminali adhibentur, & ex omnium sententia meri ea esse imperij confitemur:hac enim de re dubitare video neminem:aut verò in causa ciuili,& pecuniaria dantur, & iterum distinguendum est:si quidem seruis infligantur, simplicis dicuntur esse iurisdictionis,ipsi enim in causa etiam simpliciter pecuniaria torqueri possunt.l.diuus Pius.ff.de *quæstionibus*. Immo quandoque nullius esse *iurisdictionis arbitramur*.l.cùm seruus.ff.de condictio.caus.dat.*in qua disertè scribit* Pomponius, seruum, qui in *suspicionem furti alicui* venisset:posse à domino ei dari, vt eū torqueat sub ea tamen conditione:vt si id repertum in eo non esset,sibi redderetur. Sin verò liberis adhibeantur: tunc obser-
110 uandum *diligenter* est, nam cùm ij in causis † simpliciter ciui-*libus torqueri* non possint dicta l.Diuus Pius, vanum profecto esset quærere cuiusnam iurisdictionis hęc dicantur esse tormēta. Duobus itaque solùm casibus id videtur habere locum,quorum primus est, quando liberi ipsi homines in testimonijs proferendis vacillassent:tunc enim tormentis exponi debent,quo veritas omnis facilè erui possit.l.nullum.C.de testib. & Nouell. 90. Alter verò est,quando causa simpliciter ciuilis annexum haberet crimen: cuius rei præclarum extat exemplum in capit.j. *extra* de depositi. Qui enim depositum denegat, furtum committere dicitur,atque in eum furti actio datur.l.si sacculum.ff. depositi.§.placuit:Institutionum titu. de obligat. quæ ex delict.
111 nascunt. Huiuscemodi † verò tormenta mixtæ iurisdictionis esse apertè concludimus: cùm enim imperium ipsum hisce in casibus ratione vacillationis,atque criminis quodāmodo consideretur:iurisdictioniąue,cuius beneficio ciuiles causæ omnes expediuntur:potissimum deseruiat, atq; ei omnino cohæreat: mirum videri non debet,si eam mixtam appellemus, argumento.l.j.§.qui mandatam.ff.de officio eius &c. & inferius hac de re copiosissimè dicemus.

Sed de hoc gradu satis dictum videtur:nunc ad quintum meri imperij gradum accedamus,qui minor dicitur,in quo modicam ponit Barto.coërcitionem,quæ omnibus videtur competere magistratibus.l.Magistratibus.ff.de iurisdict. omnium iud. & D.Nouell.134.& ratio est, quia officio iudicis nobili expeditur,atque publicam respicit vtilitatem. Sed obijciunt interpretes nostri l fina.ff.de iurisdict. omnium iudicum, in qua scribit *Paulus*, mandata iurisdictione priuato, imperium etiam, quod non est merum,mandari: quia iurisdictio sine modica coërcitione nulla est. Quibus ex verbis clarissimè constat, coercitionem meri non esse imperij.

Multæ dantur solutiones:mihi magis placet Alciati solutio Paradoxorum libro 2.capit.j.quam etiam sequitur Cantiuncula in tractatu de officio iudi.quæstio.6.vt dicamus, iurisconsul.
112 eo in loco de mixto loqui imperio:cùm † enim imperium ipsum in duas diuidatur partes,in merum,atque mixtum. Per nō merum,mixtum illud imperium intelligere necesse est, vt idē sit,ac si Iustinianus dixisset, mandata iurisdictione imperium etiam mixtum transferri videtur, ex quo colligimus modicam ipsā coërcitionē nō meri,sed mixti potius dici debere imperij.

Sed quoniam ita intelligendo recedimus a sententia Bartoli,qui omnino existimauit modicam illam coercitionem meri esse imperij,ideo,vt tantum virum pro viribus defendamus; longè aliter, quàm alij existimauerint hanc cōtrarietatem dis-
113 soluimus:nam † per imperium non merum, non omnes eius gradus,sed cum tantum intelligimus, in quo gladij reponi debet potestas:maximè enim verisimile est, vt de eo loquaē Paulus mero imperio, de quo loquitur Vlpianus in d.l.imperium. Quod igitur iurisconsultus dicit,mandata iurisdictione, imperium etiam,quod non est merum,transit:idem profecto est,ac si dixisset merum ipsum imperium, quod in gladij tantum potestate consistit,nō transfertur. cæteri verò inferiores eiusdem imperij gradus transire possunt. Illud tamen adijcio, hanc nos explicationem ex doctrina ipsius Bartoli tradidisse. Non enim me latet, huiuscemodi meri imperij in gradus distinctionem commentitiam esse,sed non propterea explodendam: non eīn omnino a iurisconsultorum sententijs aliena est. Sed hæc quidem hactenus.Nunc ad postremum meri imperij gradum accedamus:in quo leuem multam ponit Barto.nam præsens hæc pœna ab ijs tantum,qui iure ordinario potiuntur, imponi potest l.fin.C.de mod.multar.atque ideo videmus neque ciuitatū defensores.l.defensores.C.de defen.ciuita.neque duumuiros.l. vnica.ff.si quis ius dicent.non obtempera. eam infligere posse. Sed illud breuiter hic obseruādum est,Bartolum non sine causa leuis attulisse multæ exēplum : ea enim quæ est ad quinquaginta auri libras vsque,ob peccatum datur grauissimum.l.illustres.C.de mod.multar. atque inter superiores propterea meri imperij gradus connumerari oporteret. Sed quoniam de multa hoc in gradu loquitur Barto. nonnullæ mihi occurrunt interpretum quæstiones, quas non alienum est breuiter exponere.Primò itaque quæritur, quid sit multa: deinde quibus competat magistratib. postremo nunquid delegati, atq; arbitri ipsi huiuscemodi pœnam dare possint.Quod igitur ad primum at-
114 tinet,dicimus,nil esse aliud multam, † nisi pœnam pecuniariā, quæ arbitrio habentis adiudicationem datur,neque ante debetur quàm si aut nō est prouocatum, aut procurator victus est, vt dilucidissimè colligi potest ex l.aliud est fraus,& l.si qua.ff.de verb.& rer.significat. Huius autē multæ pecuniariæ certus fuit modus apud Romanos præfinitus,quem transcendere nemini licitum erat, quippe de multarum æstimatione tam à consulibus,quàm a tribunis plebis, sæpè Senatusconsulto, sæpè populi rogatione cautum fuit, quibus maxima erat multa trium millium,& viginti assium,quia plus triginta bobus, & duabus ouibus quempiam multari non decebat.Minima verò asse taxabatur vna.Hæc disertè scribit Alexander ab Alexand. Genialium dierum libro 3.cap.5.& Gellius libro 11.cap.j. Ex his concludo disputationis gratia,Paulum in d.l.si qua,minus rectè Labeonē
115 reprehendisse:quippe † qui dicebat. Si qua pœna est,multa est: si qua multa est,pœna est.id enim mihi videtur verissimum esse,nam cùm pœna ipsa generale dicatur esse nomen, vt scite declarat Vlpianus in d.l.aliud est fraus,sequi necesse est : aliquā pœnam,nimirum pecuniariam,esse multam, contrao;, aliquā multam dici posse pœnam:genus enim si contrahatur, ad speciem suam referri necesse est: si verò sub latissima significatione accipiatur:sub eo species contineri suas, atque de eis prædicari nemini dubium est,vt tradunt omnes in l.si quid earum.§. inter emptum.ff.de lega.3.huius rei exemplum illud vulgatissimum est,quod de homine,atque animali affertur, rectè eīn dici potest: aliquod animal nimirum rationale, hominem esse, atque quendam hominum animal.

Deinceps igitur. Nunc quibus competat magistratibus multam ipsam indicere videamus.Qua in re sic regula constitui debet:Magistratus omnes potestatem hanc proculdubio habere possunt.l.vnica.ff.si quis ius dicend.non obtempe.Excipiuntur
116 autem ab hac regula eodem in loco Duumuiri.Est † autem hic locus animaduersione dignus:multi enim laboris, ac maximę vtilitatis est, interpretari, quæ tandem huius differentiæ ratio reddi possit.

Huic itaque difficultati primum occurrit Albericus in d.l.
117 vnica.dicendo, Duumuiros † multam indicere non potuisse: quia inferiores dicuntur esse magistratus: quæ quidē ratio non omnem tollit difficultatem;quia adhuc quærere possem:quare inferiores ipsi magistratus huiusmodi non dicuntur habere facultatem? Quapropter recentiores interpretes aliam dicunt afferri posse rationem,quæ huiusmodi est.Duumuiros multæ indicendæ ius non habuisse:quia multam omnem fisco adhiberi necesse erat.l.multarum.C.de modo multa.in quo cùm potestatem ipsi haberent nullam.l.j.ff.de iur.fisci.iure factum est, vt eam infligere prohiberentur.

118 Sed hæc quidem † ratio mihi nullius videtur momenti,quia non solùm fisco,vt ipsi minus recte sentiūt, sed publicis etiam operibus,aliisque necessarijs causis multa ipsa applicari poterat,vt expresse dicitur in d.l. multarum. Præterea conuincitur error istorum:nam concedo,Duumuiros nullam habuisse potestatem,vt de rebus fisci disponerent: sed ex his sequi necesse non est,eos saltem non potuisse multando ei acquirere.

Quare cùm & ij diligentius rem perpendendo iudicassent, hanc eorum rationem,omnino explodendam esse, nulla eīn lege firmari videtur:in noua sese esse opinione exclamant,atq; illud aperte firmant,Duumuiros multam indicere proculdubio potuisse. Ad l.vetò vnicam respondent, ad rem nostram facere non posse,quia non de multa, sed de pœnali tantum iudicio loquitur eo in loco Vlpianus, vt ex ipsius verbis apertissime colligi potest.Quare ex his concludunt,mirum videri non debere,si Duūuiri iurisdictionē suā multādo defendere possint.

Sed in hac solutione mihi videntur aperte decepti esse, nam Duumuiri modicam haud dubie poterant imponere pœnam, cùm minimam haberent coercitionem,cuius virtute,& in carceres mittere,& fustib.cædere eis non denegabatur, vt eleganter tradit Alexāder ab Alexand.Genialium dierum lib.3.cap. 16.Quod etiā lucidius probari potest.d.l Aliud est fraus, in qua Vlpianus ait, pœnam à quocunque magistratu imponi posse.

Præterea

Source : BIU Cujas

Præterea explicatio, quam ad l. vnicam acommodāt, ad Vlpiani ſententiam nullo modo accedit: quia contumacibus, atque ijs, qui ius dicenti non obtemperant, non corporalis pœna, ſed multa ipſa ex omnium ſententia adhiberi debet. Quòd ſi multa eo in loco mera pœna appelletur, ſummo cū artificio mihi videtur factum eſſe: genus enim omnes, quæ ſub ipſo ſunt, propriè continet ſpecies, atque de eis æquè dicitur. d. l. ſi quid earum. ff. de leg. 3.

Quapropter cùm viderent hanc etiam eorum ſolutionem abſurdam eſſe, tacitè ab ea recedunt, atque alium conantur ad l. vnicam. accommodare ſenſum: inquiunt enim, Duumuiros multę indicendæ ius ſemper habuiſſe, ſed contumaces deinde in iudicium deducere non potuiſſe, vt ab illis multam exigant. Nam corā ipſis iudicium nullo modo cōſtitui poterat. Quod ſanè ſignificaſſe eis Vlpianus videt, cùm dixit, Duumuiros iuriſdictionem ſuam pœnali iudicio defendere non poſſe: verbū enim illud, iudicium, controuerſiam, atq; litem quādam denotare videtur, vt ex his, quæ tradunt omnes in titulo de re iu. cuiuis facilè perſpicuum eſt.

Sed vereor ego ne nō rectè ſenſerint: nam ſi hæc eorum in-
119 terpretatio vera eſſet. Nulla † quidem in multa indicenda aſſignari poſſet inter Duumuiros, aliosq; magiſtratus inſignis differentia. Nam explorati iuris eſt, neminem eam exigere potuiſſe, niſi populus rectè multarum videri cenſuiſſet, vt ex Cicerone li. 3. de legibus clariſſimè colligi poteſt, cùm dixit: Cùm magiſtratus iudicaſſit, irrogaſſitve per populum multæ pœnę certatio eſt. Quæ profectò verba argumēto ſunt certiſſimo, moris antiquitus fuiſſe, vt cùm magiſtratus multā dixiſſet: illa poſtea ad populum diſceptaretur, & eius ſuffragijs vel firmaretur vel abrogaretur, idque multæ certatio dicebatur. Atque etiam hoc ipſum firmari poteſt auctoritate Liuij, qui libro 35. in hæc verba ſcribit: Ducētum millium ęris multam Poſthumio dixerūt, cuius certandæ cùm dies aduenisſet, conſiliumq; frequens plebis adeſſet, vna ſpes videbatur eſſe, ſi Caſca Trib. pleb. priuſquā ad ſuffragium tribus vocarentur, interceſſiſſet.

120 Reiectis itaque aliorum ſententijs † equidem ne longior videar, nouam differentię rationem ex Antonio Auguſtino, Emendationum lib. 4. c. 6. collegi, quam arbitror veriſſimam eſſe, ſed quo planius intelligatur: illud prius ſcire oportet: cauſas omnes, quæ cognitionem requirunt non à Duumuiris, ſed à Præſidibus atque Prætorib. expediri oportere. l. dies. §. ſi intra. ff. de damn. infect. in quo ſic ſcribit Vlpianus. Duas ergo res magiſtratibus municipalibus prętor, vel præſes iniunxit: actionē, & poſſeſſionem, cętera ſuæ iuriſdictioni reſeruauit: ſubijcit deinde, ſi fortè daretur non caueri, vt poſſidere liceat (quod cognita cauſa fieri ſolet) non Duumuiros, ſed Prætores vel Præſides permiſſuros.

Ex his concludo, nulla alia de cauſa Duumuiros multare nō potuiſſe: niſi, quia multa ipſa cauſæ cognitionem requirebat. Hoc eſſe verum luce clarius probo. l. 2. §. fina. ff. de iud. in qua ait Iuriſconſultus, ijs dari multæ dicendæ ius, quibus publicè iudicium eſt, & non alijs, niſi hoc ſpeciatim eis permiſſum ſit. Iā vero certiſſimi iuris eſt, nō ſolum ea, quæ iuris publici ſunt, ſed quę etiam ſpeciatim conceduntur, ſummam cauſę cognitionē requirere, vt notant omnes in l. 1. ff. de offic. eius. Prętera id firmari poteſt ex d. l. aliud eſt fraus, in qua dicitur, eum multam infligere poſſe, cui adiudicatio eſt: adiudicatio verò cauſę cognitionem proculdubio includit: cùm nil aliud ea ſit, niſi iudiciū, ſiue decretum eorum, qui pro poteſtate, quam à lege acceperunt, cauſa cognita de re ad ſe delata ſententiam pronunciāt, vt ſcitè tradit Franciſcus Hotomannus in Commentario de verbis iuris. Quòd ſi quis huius à me rationē quęrat: huic haud ſcio an aliter rñderi poſſit, q̃ altero de duobus modis: vel quia maxima eo tępore Romanis imminebat paupertas. vel qa res ipſę, atque hominum vita ęquiparantur. l. aduocati. C. de aduocat. diuerſ. iudic. atque ideo, vt in perimēda hōis vita, ſic ēt in auferēdis bonis, quę vitā ipſam ſuſtinere dicūtur: cauſę cognitio adhiberi neceſſe videtur eſſe.

121 His ita declaratis: nūc videamus nūquid † delegati, arbitriq; indicēdę multę ius habere poſſint. Quod igit ad delegatos ipſos pertinet, Bartolus in d. l. vnica. nu. 6. apertè cōcludit, eos multā dicere non poſſe, cuius rei ratio eſt; quia ijs datur multę indicē de ius, quibus publicè iudicium conceditur. d. l. fin. ff. de iudic.

Sed hęc quidē cōcluſio ex omnium ſentētia excipitur, vt nō procedat in Principijs delegato, atque in eo. cui cauſa ab eodem committitur terminanda. l. 2. C. de ſportul. & ſumpt. in diuerſ. iud. faciēd. & execut. liti. in qua Imperatores Valēti. Gratian. & Theodoſ. ſic ſcribunt. Omnibus iudicibus licētiā prętamus: ſiue ijs, quibus à noſtro numine lites mandantur illuſtribus, vel ſpectabilibus, vel clariſſimis, vel Togatis fori cuiuſcunque prętecturę, vel alijs quibuſdam: vel ijs, qui ex noſtris iudicibus delegandas lites accipiunt executores: ſi ceſſauerunt cauſas eis inſtructas offerre, & remouere ab executione, eos, & alios idoneos ſupponere: vel etiam multis afficere. Quibus ex vetbis planiſſimè conſtat, non ſolùm Principis delegatum, ſed eum etiam cui ab eodem cauſa demandatur, multā infligere poſſe.

Sed eſt, quod animaduerſione dignum puto, nam quod ad
122 † Principis delegatū eis haud dubiè aſſentior. Quod verò ad eū, q ab eodem delegato datur, mihi cū eis nō conuenit, qa id iure probari nō video, immo cōtrarium potius dicendū videt ex d. l. fi. ff. de iudic. Neq; planè ad rem facit d. l. 2. de ſport. quæ oculos interpretum perſtrinxit, qa verba illa: vel ijs, q ex nr̄is iudicibus delegandas lites accipiunt: mihi nō videtur cōmodè accipi poſſe, p ijs, qui ex noſtris iudicib. delegantur, cùm verbū illud, delegandas, nō ad iudices, ſed ad lites referri oporteat. Sed horum verborum hic mihi ſenſus eſſe videtur, vt ijs, qui lites accipiunt delegandas: ideſt, quæ ex Principis mandato delegandæ erant, multæ indicendæ ius concedatur, neque id mirum videri debet: nam Princeps mandando ſuis iudicibus, vt aliquam alijs cauſam committant, perinde quidem eſt, ac ſi eadem a principe commiſſa eſſet: omnia enim noſtra iure facimus, quibus auctoritatem noſtrā impartimur. l. 2. §. omnia. C. de veter. iur. enuclean.

Poſtremò excipitur ī delegato, qui aliter iuriſdictionem ſuā defendere non poſſet, ne eorum auctoritas omnino contemni videatur, argumento l. vltim. ff. de offic. eius cui mandat. eſt iuriſdictio.

Sed nouiſſimi interpretes exceptionē hanc reprobare videā-
tur, quia ſequi neceſſe eſt, vt Duumuiri etiam: ſi eorum iuriſdictionem aliter tueri non poſſint, multas infligere dicantur: qđ haud dubiè falſum eſt. d. l. vnic. quæ ſimpliciter prohibet, vt huiuſcemodi poteſtatem ſibi vendicent, atque eo magis id videtur verum; quia ad maiores poſſunt recurrere magiſtratus, vt eorum iuriſdictio ab illis defendatur.

Ego verò à communi ſnīa nō recedo, quæ ſi rectè intelligat̃, nō dubito, quin veriſſima apparitura ſit. Dico itaque Doctores noſtros locū hanc habere exceptionem eo ſolo caſu voluiſſe, quo iudex ipſe datus, ita impeditus eſſet, vt ſuperiorē hāc de re certiorē facere nō poſſet, quod facile cōtingere pōt: vel ob vrgentē fortaſſe peſtē, vel prælių, aliamve huiuſmodi legitimam cām: quo quidem caſu crederem Duumuiros etiam ſuā defendere potuiſſe iuriſdictionē ea quidem pœna, quæ tunc tēporis opportunior eis videretur: multa enim neceſſitatis gratia conceduntur, quæ aliàs non permittuntur, vt tradunt omnes in d. l. j. ff. de offic. eius.

Quod verò ad arbitros pertinet, ſentio cū Bartolo, eos nullā
123 indicere poſſe multam, & rō eſt; quia ij tm̄ hanc † poſſident auctoritatem, qui iure potiuntur ordinario, atque propriam retinere dicuntur iuriſdictionem. l. fina. C. de mod. mult. & l. 2. §. fin. ff. de iud. Sed arbitri iuriſdictionis omnino ſunt expertes. l. j. ff. de recept. arbitr. Ergo multare non poſſunt.

Hæc autem concluſio dilatatur, vt in arbitratore etiam procedere dicatur: multum enim inter ſe differunt, alter enim iudicis partes ſuſcipit, iurisque ordinem obſeruare tenetur: alter verò pro ſuo arbitrio procedere poteſt, vt eleganter tradit Barto. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio.

Excipitur autem primo, quando ab ipſis partib. huiuſmodi facultas indicendæ multæ arbitris cōceſſa eſſet. l. nō ex omnib. ff. de recept. arbit. in qua ſcribit Iabolenus, arbitros punire poſſe litigatoris cōtumaciam, pecuniā eum aduerſario dare iubēdo. Sed illud breuiter obſeruandum eſt, arbitri ſententiā, qua punit̃ contumax, non in vim ſententiæ, ſed conuentionis potius valere: vt optimè tradit Felinus in c. ſignificaſti. de foro competenti, & Decius in c. examinata. de confirmat. vtil. vel inutil.

Poſtremò excipitur, locū non habere in arbitris neceſſariis, qui ex legis municipalis diſpoſitione eliguntur: vt tradit Inno. in c. ſuſpicionis. de offi. delega. extra. cùm. n. a lege dati videant̃: idem eſt, ac ſi iudices ordinarij eſſent, atq; iō eorum officiū eſt iudicare, nō prout ipſi æquū eſſe exiſtiment, ſed prout iuris ſit, vt diſertè notat Socinus in conſi. 37. Quod incipit, ex themate propoſito. volum. j.

Declaratis meri imperij gradibus: Reliquum eſt, vt ad id, qđ poſtremo loco declarandum inſtituimus, accedamus. Quæritur itaque, nunquid merum ipſum imperium præſcribi, vel demandari poſſit. Qua in re ne vlla oriatur confuſio, primùm videbimus: nunquid præſcriptione, deinde verò, an delegatione quæri illud poſſit.

124 Quod igitur ad primum pertinet, varias interpretum † reperio ſententias. Bartolus enim in l. imperium. pollicetur, ſe hac de re dicturum in l. more. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum ibi verò aſſerit quæſtionem hanc arduam eſſe, neque ſe eo tempore quid dicendum ſit excogitare potuiſſe. Hoſtienſis in capitu. 2. de purgat. vulga. quem ſequitur tandem Bartol. in l. prima. §. denique. ff. de aqua pluuia arcend. & in l. ſi publicanus. §. finali. ff. de publican. tenet, merum ipſum imperium præſcribi non poſſe. Nititur autem potiſſimum hæc ſententia, lege tertia, in fin. ff. ad legem Iuliam maieſtatem: in qua Martianus dicit: priuatos homines ſi pro poteſtate, vel magiſtratu ſe geſſerint, lege Iulia maieſtatis teneri. Quæ profectò verba argumento ſunt, imperium ipſum præſcribi non poſſe,

ne ex

Source : BIU Cujas

ne ex delicto p̄scriptionis ius acquiratur.l.meminerint.C. vnde vi.& l.siue hereditaria.ff.de neg.gest.

Omissis aliorum rōsionibus dicimus, hoc argū procedere, cùm agitur de personis priuatis,quæ cum in exercēdo imperio habiles non sint:delictum committere dicuntur, & hanc puto esse sententiam d.l.3.Secus verò si idoneæ sint personæ,vt in nostra quæstione.

Secundo igitur loco firmatur hæc eadem sententia ex regula.c.dudum.de decimis,& l.2.C.de vsucap.pro emp.quibus in locis dicitur: ea, quæ in alium non transferuntur, nullo vnquam modo præscribi posse:sed merum ipsum imperium in aliū trāsire non potest.l.j.§.qui mandatā.ff.de offi.eius.ergo præscriptione consequi non videtur.

Hoc argumētum soluo cum aliis locum habere in longi tēporis præscriptione: secùs verò in ea,quæ per lapsum tanti temporis,cuius non extat memoria, acquiritur: hæc enim vim donationis habere dicitur,vt tradunt omnes in d.l.imperium.

Postremò adducitur.l.comperit.C.de præscrip.30.vel 40.annorum,in qua statuit Imperator, functiones omnes, siue ciuilē canonem,vel aliam quamlibet publicam collationem imposi tam solui,neque cuiuscunq; tp̄is præscriptionem admitti oportere.Cuius rei nulla alia ratio reddi potest, nisi: quia hæc ī signū principatus sibi *competere dicuntur*.Quod cùm ita sit,planè videtur, vt *hoc idem in mero imperio* dicamus: cùm illud etiam in signū *vniuersalis dominij* in Principe residere videatur. Excellentissimus Bolognettus in d.l.imperium.rñdet, legē illam non esse *intelligendam* in præscriptione tanti temporis, cuius nō *extat memoria*:eo enim casu functiones ēt ipsæ haud dubiè *præscribuntur*.c.sup̄ quibusdā §.præterea.de verb.sig. quo in loco declarans summus Pontifex, quæ Pedagia,Salinaria:& Guidagia prohibita sint, inquit,ea quidem esse interdicta,quæ neq; Imperatorum, neque regum, neque Lateranensis concilij largitione concessa, neque ex antiqua cōsuetudine,cuius nō extat memoria introducta apparent.

Sed hæc quidem solutio mihi non vī accōmodari posse sn̄iæ Imperatoris,quippe qui apertissimè concludit,publicis functionibus nullam obijci posse præscriptionē:sunt.n.semp Principibus exoluēda tributa, atq; vectigalia oīa, cum nos in eorū fide, & tutela simus,ab ijsq; fundos nostros veluti mancipio accipia-
125 mus.Neq; planè †ad rem facit.d.§.præterea,quia rñdeo nouc interpretando locum illum:si quidem Pedagia,atq; Guidagia illa non à summo Pōtifice,vt malè sentiunt oēs,sed à Comite Tholosano *fuerunt* introducta,atq; ideo cum in signum vniuersalis *dñij* constituta esse non videantur:mirum non est, si spacio tāti tp̄is,cuius non extat memoria,huiuscemodi Guidagia introduci posse dicantur.Idque ipsum mihi vī significasse Imper.in d.l.comperit,cū inquit,functiones autem impositas nullo vnq̄ tp̄e præscribi posse,quasi dicat, q̄ si eędem à Principe impositæ non viderentur, præscriptione acquiri non prohiberentur.

Contrariam itaq; sn̄iam tenuit Accurs.in Nouell.15.& gl.in c.conquestus.9.q.3.quam etiā sequitur Romanus in d.§.deniq;. Pet.de Anch.in c.Canonum statuta.de constit. in 6.& Bart. hac in re parum sibi constans in auth.præsides.C.de episco.audient. hancq; cōi consensu firmatam esse testatur Ias. in d.l.imperij.nume.38.Cuius summum, & potissimum argumētum desumitur ex *l.viros*.C.de diuers. offic. lib.12.In qua apertè dicitur, iurisdictionem per consuetudinem acquiri posse. Sed rñdemus, dissimilem esse rationem inter consuetudinem, atq; præscriptionē: illa.n.est ius disponens ex totius populi,siue maioris partis consensu constitutum:hæc verò dī esse ius ex vnius tantum consensione introductum:vt eleganter tradit Bart.in l.j.nu.3.C.quæ sit long consuet.Præterea dici potest, legem illam loqui de iurisdictione acquisita non p̄ Principis,sed contra Magistri officiorum potestatem, atque ideo mirum videri non debet, si huiusmodi iurisdictionis.præscriptio permittatur.

Secundò adducitur.c.auditis.de præscrip.in quo dicitur, iura omnia, quæ ad Episcopum pertinent, spatio quadraginta anno
131 rum ab Abbate præscribi posse.

Sed eodem modo, quo primum, solui potest, Non enim de Principis,sed Episcopi tantum præiudicio loquitur.

Postremò hanc eandem sn̄iam præter alios comprobo. l. si cohortalis.C.de cohortal.& princ.lib.12.in qua dī. Apparitorē cohortalem,si ad vllam aspirauerit dignitatē, in propriam cōditionem retrahi debere: ita, vt si qs vllam affectare militiā ausus fuerit,nulla temporis præscriptione præter eam, quæ ex triginta colligitur annis,muniantur.Sed qui ad merum aspirat imperium,dignitatem affectare proculdubio dicitur,ergo simili etiā temporis spatio illud præscribi necesse est dicere.

In hac difficultate mihi videntur iuris interpretes cōfundere terminos:cùm.n.eorū institutum sit declarare:An merū ipsum imperiū præscribatur,adduxerunt iura quæ de fundis patrimonialibus,atq; eorum pensionibus loquūtur. Quap̄p, vt clarius, atq; apertius omnia intelligantur,distinctionē hāc præter alios adhibendam esse arbitramur,aut enim quæritur: Nunqd fundi patrimoniales,eorumq; pēsiones,an verò merum ipsum imperium præscribi possit. Quod ad primū pertinet, concludimus:
126 fundos † omnes patrimoniales, ad Principisq; dn̄ium p̄tinētes spacio quadraginta annorū ꝑculdubio præscribi posse. Iura.n. sunt aperta,nimirum.l.fi.C.de fund.patrimonialib.lib.11.& l.cōpetit.C.de p̄scrip.30.vel 40. annorū. Quòd si qs conclusionem hanc refellere ideo velit:q̄ Imperator in l.vlt.C. de fund.& saltib.rei dominic.lib.11.dixit: loca, quæ ad sacrū dn̄ium p̄tinent, nulla diuturna possessione præscribi posse.is legē illam de præscriptione longi tp̄is,quæ decem annorum est,loqui sciat:vt Imperatoris verba id nobis eo in loco satis indicant.Pensiones verò oēs,quæ ex huiuscemodi possessionibus fisco pēdunt, nullo vnquam tp̄e p̄scribi posse affirmamus,vt clarissimè dicitur in d.l.comperit.Cęterùm id intelligo non procedere,q̄n possessor diceret,se à Principe, vel ab eius possessore hoc pacto fundum habuisse, ne pensionem vnquam solueret, idq; quoquo modo confirmaret:tunc.n.concurrente 40. annorum libera possessione,immunis,atque liber permanet fundus ille,& hanc puto esse sn̄iam.d.l.fi.C.de fund. patrimonialib. & l.nemo. C. de fund.rei priuat.quæ sanè subdifficiles alioquin viderentur.

Quod verò ad merū ipsum imperiū pertinet,iterū distinguimus: nam,aut † quis ita præscribere illud intendit,vt Principem
127 amplius tanquam verū dn̄m non recognoscat, idq; fieri nullo modo potest:nam idē esset,ac si Imperatoris imperiū diminuere vellemus,vt elegāter voluit Abbas in c.cum nobis, & c.non liceat.de præscrip.ext.atq; ideo disertè tradit Bald. in auth. quas actiones.C.de sacrosc.eccle.Præscriptione nunquam quæri posse,ne ad Principem appelletur:id.n.ad summam eius iurisdictionem pertinere vī.Ex quo illud intelligi volumus, Regem Fran-
128 cię, Hispaniæ, & Angliæ non ita de iure † libertatem vsurpare posse,ut Imperatori obedire non teneantur:sed illum veluti totius mundi dn̄m recognoscere debent, vt pulchrè tradit Felin. in d.c.non liceat.Sed iam illud bī obseruandum est, non inele-
129 ganter quæri posse.Num Princeps† concedendo alicui regi, ne sub eius potestate esse dicatur,reuocari vnquam possit liberatio illa?Cui difficultati rñdendo dicimus, eā proculdubio innouari,si spatio 40.annorū præscripta non fuerit,argum.l.fi.C.de fundis patrimonialibus. Vnde illud simul perspicuum esse potest: q̄ cum Illustrissimi Veneti priuilegio Imperatoris ab eius potestate exēpti fuerint:longissimoq; tp̄e liberè vixerint,ad eius potestatem amplius reduci non possunt. Aut verò qs meri tātum imperij vtilitatē p̄scribere vult,& concludimus, eū sine vlla dubitatione posse,dummodo habilis,atq; idonea sit persona:quo quidem casu puto sufficere tempus decem annorū,Principe tn̄ sciente:eo verò ignorante,requiritur tn̄ tp̄is,cuius nulla sit memoria. Et ita sentit cōis opinio. Cæterùm,quod de Principe dictum est,hoc idem ad Barones,Duces, comitesq;,qui alterius iurisdictionem vsurpare conantur:referendum est, nullam.n.video assignari posse differentiam.Huius verò ratio est;qa iurisdictionis quasi possessio dī ius personale, propterea q̄ personę cōpetit:iura verò personalia,cum cām cēseantur habere cōtinuā, existente dn̄i scientia, per decennium: ea verò non existente, lapsu tanti temporis,cuius non extat memoria, sine vlla dubitatione præscribuntur,ut præclarè voluit Bart.in l.iusto.§.nō mutat.ff.de vsucapionib.Alexander consi.24.incip. ponderatis his, volu.5.& Salicetus in l.2.C. noua vectig. instit. non posl. Ex his clarissimè colligimus, personas priuatas, etiam si in bona fide
130 sint (quicquid † dixerit Petrus de Anch.in consi.142.incipiēte, clarior,& breuior) non esse habiles ad p̄scribendum merum ipsum imperium,hancq; sententiā esse arbitror.l.j.C.de cohortalib.& l.j C.de curios.& stationar. lib.12.& hęc quidem iure ciuili obtinent. Iure autem Pontificio necesse est omnino dicere,iurisdictionem ipsam spacio quadraginta annorum,existente etiam domini scientia,præscribi posse.d.c.auditis.& c.de quarta,& ibi notat Abbas de præscrip.extra.

Sed iam tempus admonet,vt nos videamus, an ea quæ meri
131 sunt imperij cōmitti † possint? Qua in re hmōi constitui dēt regula.Merum ipsum imperiū demandari non pōt,& ratio est;qa lege,vel Senatusconsulto maioribus speciatim datum est magistratibus.l.j.ff.de offi.eius cui manda.est iurisd. l.nemo potest.ff. de reg.iur.& l.2.ff.de offic.Procon. cum.n.eorum industria,atq; prudentia electa videatur,optima de causa factum est, vt alteri illud committere non possint,argumento. l.inter artifices.ff.de solutionib.in qua scribit Vlp.q̄ si nauem à se fabricandam quis promiserit,uel insulam ędificandam, fossamve faciendam,& hoc specialiter actū est,vt suis operis id perficiat: fideiussor ipse ędificans,vel fossam fodiens non consentiente stipulatore non liberabit reum. Quod etiam luce clarius probatur. c. fin. §.j. de offic.deleg.in quo dicitur,inquisitionis ius,quod summus Pontifex alicui mandauerit, alteri committi non posse; quia eius fides,atq; industria approbata videtur esse.

Excipitur autem primò, ut non procedat iure † Pontificio,
132 qa quod cognosci potest,demādari eo iure non prohibēt:vt voluit glo.in c.qđ sedem,quam sequūtur omnes, de offi. ordinar.

Source : BIU Cujas

idq; ꝓbat can. illud, vbi ēt hoc ipſum notat 23. q. 4. & can. ſicut. 2. q. 7. Sed hæc iuris loca mihi videntur id non probare, & nullo negotio cōfutari poſſunt: ſi qdē de mero loquunt imperio, qđ à Principe aliis demandatur, de qua re dubitare video neminē. Cùm itaq; ratio, qua exceptio probabatur, nulla ſit, illud ſequi neceſſe eſt, vt exceptio ēt ipſa hoc modo intellecta falſa eſſe dicatur: probari tñ poteſt, ſi eam præter alios intelligamus in his tm̃ cauſis, quæ ſanguinis effuſionem requirunt, procedere. c. fi. Ne cleric. vel Monach ſecul. neg. ſe immiſ. & can. his à quibus. 22. q. 8. in quibus prohibet ſummus Pontifex, ne clerici in his ſe immiſceāt cauſis, quæ mortem, aut membri inciſionem requirere videntur. Quod ſi huiuſmodi quandoq; eis eueniat caſus, alijs eum demandare tenentur, huiuſcemodi enim pœnas eccleſia omnino abhorrere videtur.

Secundo igitur loco excipitur: ſi is, qui merum debet exercere imperium, Reipublicæ cauſa abſens fuerit, tunc enim illud demandari non prohibetur, vt clariſſimè dicitur in l. j. ff. de offi. eius &c. Idque difficultatem habet nullam.

133 Sed † an idem hoc in infirmo dicēdum ſit, maxima eſt inter interpretes controuerſia. Fulgoſius enim, quem etiam ſequitur Bellarmatus. in d. l. j. tenet, merùm ipſum imperium hoc in caſu delegari non poſſe: ſummum autem, & potiſſimum huius ſnīæ deſumit argm̃ Bellarm. ex d. l. j. in qua ſcribit Papin. vt is, cui cōtigerit publici iudicii exercitatio, non aliter poſſit eā, g̃ ſi proficiſcatur, mandare, quibus in verbis perpendit ipſe dictionem illam, ſi, quæ, cùm cōditionem denotet, vt tradunt oēs in l. j. ff. de condit. & demonſt. huius naturæ dr̃ eſſe, vt in ea tantum ſpecie, de qua loquitur, referatur: conditiones enim in forma (vt dicūt noſtri) ſpecifica adimpleri debent. l. qui hæredi, & l. Mæuius. ff. de condit. & demonſtrationib. Ex his itaque concludi videtur, merum ipſum imperium ob nullam aliam cauſam præter eam, quæ abſentiæ eſt, demandari poſſe.

Sed huic argumento facilè rñdemus, nam falſum eſt, ꝙdōnes ita rem, cui adijciuntur, coangustare, vt ad nullam aliam etiam ſimilem referri dicantur: id enim iure cautum eſſe non video, neq; planè ad rem facit, qđ obijcitur de l. qui hæredi, nam ratio,
134 quare dando domino, quod iubetur dari ſeruo hæredi † inſtituto, ꝙdō non impleatur, non eſt, ꝙ conditiones in forma ſpecifica adimplendæ ſint: quia ſequi neceſſe eſſet, vt ſtatu etiam liber, qui Titij ſeruo dare iuſſus eſt, dando dño, non liberetur, qđ verè falſum eſt, vt patet in verſic. certè ſtatuliber. eiuſdem legis. Sed huius deciſionis mihi vr̃ longè alia à Iuriſconſulto reddi ratio, cum inquit. Quia quæ facti ſunt, non tranſeūt ad dñm: cū igitur dare & recipere facti ſint. atq; in perſona ſerui reſidere poſſint, iure factum eſt, vt ei omnino ſoluatur, qđ à teſtatore ſibi relictū eſt. Minus etiam obſtat l. Męuius. in qua dr̃, legatum non aliter à legatario haberi poſſe, ꝙ oneratus eſt ducēta dari Callimacho, quorum incapax erat, niſi prius illa præſtiterit: huius. n. hāc ego puto eſſe rationem, quia voluntates teſtantium vim legis habere dicuntur. Nouell. 22. atq; ideo cum appareat teſtatorem voluiſſe. vt tunc fundus ad legatariū pertineret, cū ipſe ducēta Callimacho ſolueret, præſtare ſibi omnino debet, ſi legatum habere velit legatarius, idq; mihi vr̃ ſignificaſſe Labeo, cùm inquit. Quid enim intereſt vtrùm tali perſonæ dari iubeatur, an aliquo loco ponere, vel in mare deijcere, quaſi dicat: cum teſtatoris voluntas clariſſimè pateat: ea omnino ſeruari debet. Ita illuſtrauit hæc iuris loca Excellentiſſ. atq; Eruditiſſ. Guido Pancirolus Præceptor meus, cui plurimum ſemper tribui, cum ob ſingularem eius doctrinam: tum etiā ob incredibilem ſuam humanitatem qua erga omnes, virtutum præſertim ſtudioſos mirificè vtitur. Sed, vt ad inſtitutum noſtrum redeamus, dicimus hāc eandem ſententiam ſecundo firmari loco. l. ſi longius. ff. de iudic. in qua dicitur, iudicem datum, ſi longius ſpacium interceſſerit, quominus iudicio dare operā poſſit, à Prætore mutari oportere, quibus ex verbis clariſſimè videtur conſtare, cauſas ob aduerſam valetudinem demandari non poſſe.

Sed huic argumento vnà cum Bolognetto ſentio rñderi poſſe, legē illam de iudice ab ordinariis dato loqui, quippe q, qđ ſibi committitur, aliis demādare prohibetur. l. à iudice. C. de iud.

Poſtremò adducitur l. 2. §. corporis debilitas. ff. de vaca. & excuſationib. muner. in qua eleganter ſcribit Vlp. corporis debilitatem eorum munerum excuſationem præſtare, quæ tantū corpore perficiuntur cætera verò, quæ prudentis viri conſilio tractantur, remitti non oportere: ſed merum ipſum imperiū cōſilio prudentis expeditur: ergo ꝓp corporis infirmitatem aliis demandari non videtur. argumēto. c. ſi qui teſtium, de teſtib. extr.

Felinus ī c. ſi pro debilitate, de offi. deleg. quem etiā ſequitur Vallas. in d. l. imperium. reſpondet, cauſas meri imperij præter conſilium, non modicum etiam afferre ſecum corporis laborem, qui in voluendis libris, partibuſq; adſiſtēdis verſatur: cùm itaq; in exercendo mero imperio nō modo conſilium, ſed etiā labor ipſe conſideretur, cōcludendum videtur, ob corporis debilitatem illud delegari poſſe.

Sed mea quidem ſententia decepti ſunt, nam non corporis labor, ſed conſilium ipſum, quod in cauſis meri imperij præcipuum eſt, ſpectari debet.

Contrariam opinionem tenuit Bart. in l. j. ff. de offic. eius &c. quem etiam plures alij ſequuti ſunt. Nititur autem potiſſimum hæc ſnīa l. 2. §. fi. iuncta. l. ſeq. ff. de procuratoribus, in qua dr̃: Procuratorem ad litem ſuſcipiendam datum, iudicium ſuſcipere cogi oportere: niſi valetudinem, aut neceſſariam peregrinationem alleget, quibus ex verbis clariſſimè colligitur: abſentem, atque infirmum inuicem ęquiparari, atque ideo eodem modo ſe habere debent, vt eorum, quæ inter ſe comparantur, eadem conſtitui poſſit ratio.

Secundò hæc eadem ſnīa confirmari pōt, nam eadem abſentis, quæ infirmi ratio vr̃ eſſe. §. item qui. Inſtitutionum titulo de excuſat. tutor. & l. non ſolum. ff. eo. tit. in quibus dr̃, tutores non ſolū abſentię, ſed infirmitatis etiam cauſa à munere tutelæ excuſari poſſe, immo tanta eſt vis ęgritudinis, vt libertus, qui à tutela liberorum patroni excuſari non poteſt, ob eam excuſatione dignus videatur. l. libertas. & l. penult. C. & ff de excuſat. tutor.

Hinc videmus Notarium, qui propriis manibus inſtrumenta
135 † ſcribere tenetur, vt voluit Accur. Nouell. 44. aliis ſcribendū, ſi aduerſa valetudine ſit impeditus, cōmittere poſſe, vt tradit Bar. in l. j. ff. de offic. conſul. Quo fit, vt Doctores etiam, qui publicè profitentur, ſi infirmitate laborent, per alios ſuo fungi munere poſſint, vt eleganter notat Bald. in l. fi. ff. de excuſ. tut.

Sed omnia hæc argumenta vnica reſponſione confutari poſſunt, ſimilitudinem, quæ inter abſentem, atq; infirmū videtur eſſe: non procedere in his, quæ meri ſunt imperij, nam cum eius cauſæ maximi ſint momenti, ad Principem recurrēdum eſt, vt eas alteri cognoſcendas iniungat. d. c. ſi pro debilitate, *in quo dr̃*: eum, qui tractandis cauſis, quæ ſibi à ſummo Pontifice commiſſæ ſunt, adeſſe non poſſit, liberam habere facultatem eas alteri demandare: niſi fortè cauſę ita graues ſint, vt ſine eius præſentia commodè terminari non poſſint. Quoc. nixus ſentio contra communem ſententiam, merum ipſum imperium propter aduerſam valetudinem demandari non poſſe.

Poſtremò excipitur, vt locum non habeat in delegato Princi
136 pis; quia † non ſolum iuriſdictionis, ſed meri ēt imperij cās alijs demandare pōt, vt tradit Bart. cui aſſentiunt oēs in l. j. ff. de offic. eius &c. ſummū aūt huius ſnīæ argm̃ deſumitur ex l. vnica. C. qui pro ſua iuriſdictio. iud. dar. darive poſſunt, quæ duobus modis ab interpretibus noſtris perpenditur. Primò quidem, quia cùm poſt l. à iudice. C. de iudi. in qua dicitur, Principis delegatū aliis delegare poſſe, ſuperuenerit. d l. vnica, quæ hoc *ipſum* decidit, neceſſe eſt, vt in cauſis meri imperij eam intelligamus, ne inanis, atq; ſuperflua videatur eſſe. Quod etiam eo probatur, ga quotieſcunque lex in actu iam conceſſo generatim loqt̃: exceptionem videtur recipere nullam, vt tradūt omnes *in* l. j. §. nunciatio. ff. de oper. nou. nunc. Secundò verò videtur hæc eadē ſententia apertiſſimè probari in fine eiuſdem legis, quæ in hæc verba loqt̃. Hæc teneant, niſi iudices à nobis ſpecialiter delegantib. dati, aliis cauſas delegauerint iudicandas: nam ijs delegantibus nullo ꝓſonarum, cauſarumve habitu tractatu appellationum ad eos iure, iudicia remeabunt: Ex quibus planiſſimè patet, Principis delegatum cauſas omnes ſine vlla diſtinctione aliis committere non prohiberi.

Iaſon in d. l. j. conatur rñdere, dicendo huiuſcemodi *explicationē* Iuſtiniani ſnīæ nullo modo accedere poſſe, immo ſi eius mentē propius perpenderimus: eū non de meri imperij delegatione, ſed de cauſarum potius continentia agere intelligemus. Cùm. n. in principio illius legis hmōi ponat̃ regula. Delegationem fieri non poſſe, niſi cauſæ, quæ demandantur: & perſonæ, ꝙbus cōmittuntur, ad eius, qui delegat, iuriſdictionē oīno pertinere videantur: ab hacq; excipiatur regula Principis delegatus, illud ſequi neceſſe eſt: vt is non ſolū cauſas, quæ iuriſdictionis ſuæ non ſint, ſed ꝓſonis ēt ſibi non ſubiectis eaſdem demādare poſſit, argu. l. j. ff. de reg. iur. & l. nam quod liquidę. ff. de pen. leg. Marcus Antonius Bellarmatus in cōmentario. d. l. j. hāc Iaſonis ſolutionē confutat probando, legem vnicam in meri ēt imperij cauſis intelligēdā eſſe: cùm. n. in principio illius hæc ſtatuatur regula: iudices, cauſas ſolum, quę ſuę iuriſdictionis ſunt (qđ idem eſt, ac ſi diceretur, iure magiſtratus eis cōpetentes) demandare poſſe, ſequi oportet, vt meri imperij cauſæ ab eis delegari non poſſint: cum iure magiſtratus eis competere non dicant. Ex his illud perſpicuum eſſe vult, regulam prędictam ad cauſas etiam meri imperii dilatari oportere, cum itaq; in verſi. hæc teneant. excipiatur Principis delegatus, dicendum vr̃, eum, non iuriſdictionis ſolùm, ſed meri etiam imperij cauſas delegare poſſe.

Certè neſcio, quid velit Bellarmatus cum ſuo argumento, quod nihil prorſus probat, primò enim videtur velle nullam imperij cauſam in regula illa includi poſſe, cùm ad iudicis ordinarij iuriſdictionem pertinere nō videtur. Deinde verò eandē regulam ad merum ipſum imperium dilatari concludit, quo nihil obtuſius dici poteſt.

Secundò igitur obijcit Iaſoni, quòd ſi eius ſolutio vera eſſet,

daretur

Source : BIU Cujas

daretur Principis delegatus,qui non causas solùm ad eius iurisdictionem pertinentes,sed eas etiam, quæ suæ iurisdictionis nō sunt,demandare posset,quod verè absurdum est.Quomodo.n. fieri potest,vt causæ ad eius iurisdictionem pertinere dicantur: cùm ipse nihil habeat proprii, sed aliena vtatur iurisdictione. l.j.§.fi.ff.de offi.eius.

Sed ab hoc argumento defendit ipse Iasonem hac ratione,q̄ lex vnica loquitur de Principis delegato, qui administrator etiā erat,quo quidem casu rectè dici pōt,causas: nimirum illas, quæ iure magistratus sibi competunt,ad iurisdictionem suam p̄tinere.Hocq̄; verum esse probat ex illis verbis: Nisi iudices à nobis specialiter delegātibus aliis causas delegauerint iudicādas. Quę verba sibi videntur apertissimè significare,delegatos ipsos ante delegationē iudices fuisse. Deindè hoc ipsum firmat, quia si ita nō ītelligeret:exceptio illa nullo modo de regula diceret esse.

Sed quāuis q̄d tradit ipse,satis defendi possit, Arbitror tñ melius esse,si legem illam simpliciter de quocunq; delegato, siue sit administrator,siue non sit,intelligamus Neq; obstat,q̄d ipse obijcit:quia ad primū rñdeo,negādo,ex illis verbis demonstrari vnquam posse, delegatos anteq̄ causæ sibi commissæ essent, iudices fuisse,neq; mirum debet esse,si iudices appellentur;quia oēs,quibus aut à Principe, aut ab ordinario cā committitur, iudices dari haud dubiè dñr.l.à iudice.C.de iud.Ad secundū verò dicimus:exceptionē optimè ad regulam accōmodari posse, cū eiñ ex principio illius legis hæc verè colligatur regula: eū, q̄ delegandi potestatem habet,eas tantum causas demandare posse, quæ ad eius iurisdictionem pertinent, clarissimè sequi video,regulam istam locum non habere in delegato Principis, quippe qui causas,quæ iurisdictionis suæ non sunt,delegare potest.

Ex his itaq; clara,atq; firma permanet Iasonis solutio,quę planissimè probari potest ex ipsius tituli inscriptione,quæ ita se habet. Quippe p̄ sua iurisdictio.iudices dare,darive possunt,argumento quidem certissimo eorum: quæ in lege tractantur.

Secūdo igitur loco pro hac eadem sñia adducitur hæc ratio, q̄ sicut res semel alienata fit semp̄ alienabilis.l.pater.§. quindecim.ff.de leg.3.ita merum imperium semel delegatum, cēsetur factum esse semper delegabile.

Huic argumento primo ex aliorum sñia occurrimus dicen-
238 do.§.quindecim, † locū non hñe in casu nostro, propterea q̄ sequeretur, delegatū à quocunq; magistratu aliis demādare non p̄hiberi,cum causa ipsa semel facta sit delegabilis, quod apertè falsum est.l.à iudice.C.de iudiciis. Præterea dico ītерpretes oēs, qui ex eo loco depromere conantur.Rem semel alienatā semp̄ alienari posse,grauiter decipi:nam rō, p̄ quam constitutū esse voluit Papin.vt res prohibita alienari,semel in personas permissas alienata, post collibertorum mortem iterū alienari permittatur,non est,q̄ res semel alienata,semp̄ alienari possit: sed quia prohibitio illa nō fuit simpliciter facta, sed quòad viuerent ipsi colliberti,hoc esse verum,satis nobis indicant verba Iurisconsulti:cū dixit,sibiq̄; eos hñe possidere volo ea lege, & conditione, ne quis eorum partem suam vendere,donare,aliudve quid facere possit:illud.n.verbum, sibi, dī esse p̄sonale, significatq̄; id, q̄d statuitur gratia illius personæ,cui verbum illud adiicitur, constitutum esse.§.sed cum factum,Institut.titu.de stipulat.seruor.l.sitibi decē.§.si quis.ff.de pac.c.vnic.de duob.fratrib.à Cap. inuest. Ex his itaq; illud perspicuū esse volumus, testatoris consilium fuisse,vt p̄ huiusce modi prohibitionē p̄suleret ipsis collibertis, ne partem suā,quòad frui possent, extraneis alienarent, & p̄pea non prohibuit alterum alteri vendere, donare, aliudve quid facere,atq; ideo meritò concluditur, alienationem post mortem eorum factam validam permanere,ita intelligit, atq; interpretatur legem illam eruditissimus Pyrrhus Alfanus in commētario legis primæ.C.de eden.nu.36.

Postremò in eādem sñiam citatur l.tutor rerum.ff.de admin. & peric. tut. ex qua cùm eadem ferè eliciatur regula, quæ ex §. quindecim.depromitur:eodem etiam modo,quo illa solui dēt.

Constat igitur facilè euerti posse cōem hanc sñiam, ideo in p̄riam sententiam iuit Alex. in d. l. j. quem etiam plures alii sequuntur:hancq̄; nouiter probat Bellarm.l.à iudice iuncta auth. sequen.C.de iudic.cum enim in d.l.à iudice. dicatur, Principis delegatum iudicem dare posse : cōtra verò apertissimè pugnet auth.ad hæc.Necesse erit dicere,vt iuris hæc loca inter se concilientur. Authenticam illam de causis meri imperii loqui, quas quidem Principis delegatus aliis demandare nō potest. Quòd si quis dicat,locum illum non de Principis, sed ordinarii potius delegato intelligendum esse: id verum non esse apertè conuincitur ex Nouell.60.ex qua desumitur.

239 Bellarmatus soluendo dicit,† multum interesse.Vtrū iudex detur à Principe in causis,quę ex sui natura delegari possunt:an verò detur in ijs,quæ ex p̄pria eorū vi demandari p̄hibent̄:hoc enim casu tollitur facultas delegandi,& ita procedit authen.ad hæc.Illa verò sibi conceditur, hancq̄; existimat esse sñiam.d l.à iudice.Quod si à Principe iudex non detur,sed iurisdictio ab eo mandetur;tunc causæ omnes, siue imperii, siue alterius generis sint,alteri cognoscendæ optimè iniungi possunt, & ratio est;quia tota causa,& iurisdictio delegata videtur,& hanc putat esse sententiam.d.l.vnicæ.

Sed hæc distinctio planè aliena est,nam primum dico, auth. ad hæc,nullo modo in causis meri imperij intelligi posse,subiecta.n.materia, qua deagitur,id pati non vī,de litibus enim eo in loco loq̄t Iustinianus, quæ non ad criminales,sed ad ipsas ciuiles causas referri mihi videntur.l.j.ff.de testib.Præterea differentiæ rationem video esse nullam,quare sit,q̄ iudex in aliqua meri imperii causæ parte datus, eam alteri demandare non possit, is verò,cui eadem tota causa commissa sit, possit: cum vtriusq; industria mihi videatur à Principe electa,argumento eorū,quę notant Doctores in l.j.ff.de offic.eius.

Ego itaq; huic argumento p̄ter alios rñderi posse arbitror.
140 Authenticam illam† non de delegato,cui iurisdictio mandata sit,vt oēs minus rectè sentiunt,sed de eo,cui causę notio tm̄ data est,intelligendā esse,vt ex Nouella,ex qua desumitur, clarissimè colligi pōt : in hæc.n.verba scribit Iustin. si fidelissimis quibusdam interpretibus credamus.Cæterū omnes alios iudices,q̄ magistratu non defunguntur,causisq̄; nostro tm̄ iussu notionē interponunt,siue in hac alma vrbe, siue alibi tale quid p̄petrēt: quiq̄; ipsis in cognitionem assessorum loco sociātur, multo ēt asperioribus p̄nis persequemur, nisi ordine per totam litē ipsi causę audientiam præbuerint. Quibus ex verbis liquidò cōstat. Iustin.de ijs verba facere,quibus non iurisdictio,sed nuda tm̄ cognitio committitur, atq; ideo optima de causa concluditur,eū aliis demandare non posse.c.v lt.§.fin.de offic. deleg.

Postremo loco pro hac eadem sententia adducitur hæc ratio,quotiescunque alicuius industria in cognoscenda aliqua re eligitur,ea alteri committi non debet.l.inter artifices. ff. de solutionib.Sed quando merum ipsum imperium delegatur, diligentia eius,cui illud demandatur: eligi videtur, vt tradunt oēs in d.l.j.ergo aliis delegari non potest. Eruditissimus Bolognettus in d.l.imperium, cum videret commentitias aliorum solutiones absurdas esse,respondet ipse, sibi verum non videri,Delegati industriam hoc in casu à Principe electam fuisse: q̄a causæ plerunque ad partis postulationem personis, quorum industria Principi ignota est,committuntur. Deinde asserit dici posse, delegati industriam non modò in cognoscendo,sed in delegando etiam à Principe electam fuisse.

Sed hę quidem solutiones facilè euitari possunt,nam ad primam dici potest:q̄ cū delegati industria à partibus electa,atque p̄bata sit,sequi vī,vt eis non consentientibus, causa nunquam delegari possit.c.fin.§ j.de offic. deleg. Præterea replicare possumus,solutionē illā esse extra terminos quæstionis nostrę: q̄ppe cū de causis maximi momenti loquamur,quæ non ex partium consensu,sed ex mera Principis volūtate committi debent.Ad postremam verò responderi potest, q̄ eadem ratione concludēdum esset,ordinarium etiam causas omnes siue imperij, siue alterius sint generis,demandare posse: quod planè absurdū est, argumento eorum, quæ notant Doctores in d.l.j.

Hoc igitur argumento cum nulla rñsione, quam hactenus ego viderim,tolli possit:sentio cum Alexandro, Principis delegatū, quæ meri sunt imperii, aliis iniungere non posset, atq; ēt hoc esse verum luce clarius firmari pōt. d.c.si pro debilitate, in quo clarissimè prohibet summus Pōtifex:ne causæ, quæ graues sint,ab eius delegato aliis p̄mittantur,cū sine eius præsentia cōmodè terminari non possint,cū itaq; merū etiam ipsum imperium,grauissimas,atque maximi quidem ponderis includere videatur causas,necesse est, eas aliis demandandas non esse.

Inspectis,atque absolutis eis,quæ ad merum videbantur pertinere imperium. Me nunc conuertam ad ea, quæ mixti dicuntur esse imperij,ī cuius quidem explicatione eundem ferè ordinem sequar, quem etiam in declarando mero ipso imperio sequutus sum:primùm enim videbimus, quare mixtum dicatur, deinde quid illud sit: tertiò quot,& qui eius sint gradus:postremò nunquid aliis demandari possit.

Quod igitur ad primum pertinet,Accursius in l.iubere caue re.ff.de iurisd.om.iud.censet ideo dici mixtū:quia non solū me
141 rū imperiū,sed iurisdictio † ēt ipsa ad eius constitutionem cōcurrit,à mero.n.imperio accipit,vt demandari non possit: à iurisdictione verò, ut in cōmodo pecuniario consistere dicatur.

Sed hæc rō ab oībus confutatur, & ego etiam confutandam censeo.Primò:quia tenemus,mixtum ipsum imperiū regulariter delegari posse,vt inferius copiosissime dicemus. Deinde, q̄a datur mixtum imperium absq; cōmodo pecuniario, exēplum potest esse ex omniū sñia in ipsa tutoris datione Quapp longè melior mihi vī esse ratio,quam in d. l.imperium. affert Bart. vt mixtum imperium dicatur;quia & imperij,& iurisdictionis particeps videtur esse, Imperij inquam : quia officio iudicis nobili expeditur: Iurisdictionis verò, quia in ciuilibus versatur negotiis, atque priuatam respicit principaliter vtilitatem,atque hoc illud est,quod inquit Vlpianus in d.l.imperium,mixtum imperium illud esse, cui etiam iurisdictio inest.

Ex his colligūt interpretes nostri denominationem ī mixtis
142 à potētiori † fieri semper oportere.l.quęritur. ff.de stat. homin.

Source : BIU Cujas

l.cùm in diuerſis.ff.de religioſ.& ſump.funer. & l. legatis ſeruis. §.ſi ſeruus vnus.ff.de leg 3.quæ quidem leges id probare non videntur,& facilè confutari poſſunt:nã quod pertinet ad l.quæri
143 tur.in qua ſcribit Vlp.Hermaphroditum,eius eſſe ſexus † exiſtimari oportere,qui in eo præualet,rñderi poteſt,locum illũ, nõ de imponendo nomine mixturæ:vt inſtituta eſt noſtra diſcepta tio,ſed de eius potius effectu, intelligendũ eſſe. Minus etiam ad rem facit.d.l.cũ in diuerſis,in qua ſcribit Paulus, Religioſum illũ eſſe locũ,in quo caput,tanquã principalius,conditũ eſt:quia rñdemus, de mixtione nullam ibi fieri mentionem, ſed loca tñ inuicem comparari,atq; ab eo, qui rem digniorem receperit,denominationem ſumi. Atq; etiam hoc eodem modo tolli poteſt.d.§.ſi ſeruus vnus, in quo nil aliud ſcribit Martianus, niſi ſeruum eius artificij cedere legato, in quo plerunq; verſaretur.

Hanc igitur rẽ nos planius ex mente excellentiſſimi Tiberij Deciani explicãdo, diſtinguimus hoc modo, aut.n quæritur de mixtionis effectu,aut de imponendo ſibi noïe.Quoad primum pertinet,bñ cõcludimus,effectus inuicem comparari oportere, atq; potentiori mixtionem illam proculdubio applicari neceſſe eſſe.Hancq; puto eſſe ſnĩam d. l.quæritur. & d.l.legatis ſeruis. Quod verò ad ſm pertinet,rurſus diſtinguendum eſt:vt ſi appareat,mixtionem hoc animo factam fuiſſe, vt alteri alterũ cedat: tunc illud,quod accedit,tametſi potentius, atq; pretioſius ſit:natura tñ eius,cui adijcitur,ſequi oportet.l.& ſi non ſint.§.peruenimus.ff.de aur.& argen.leg.in qua Pomponius ſcribit, gẽmas argento,auroq; incluſas eis cedere debere:ſemper.n.cùm quęrimus,quid cui cedat,illud ſpectamus,quid cuius rei ornandæ cauſa adhibetur,vt acceſſio cedat principali.quod ẽt apertè ſignificauit Iuſtin.in §.ſi tñ.Inſtitutionum titulo,de re.diuiſione,cum dixit,ſi alienam purpuram veſtimento ſuo quis intexuit: licèt pretioſior ſit purpura,tamen acceſſionis vice veſtimento cedit. Sin verò dubij ſimus,quæ fuerit commiſcentium mens,tũc à digniori fieri ſemp debet denominatio,vt tradunt oẽs in c. quod in dubiis.de conſecr.eccl. Verùm hic præterire nequeo nonnullas reperiri mixtiones,quæ propriũ,atq; peculiare ſibi p̃ſcribunt nomen:exemplum eſt in l.pediculis.§.Neratius. ff.de aur.& arg. legat.in qua dr̃, mixtionem,quæ ex auro & argento cõponitur, electrum appellari,qua etiã de re teſtimoniũ eſt in l.adeo.§.voluntas.ff.de acquir.rerum domin.vbi qđ ex vino,& melle cõflatur non ineleganter mulſum appellatur. Nonnullas verò eſſe mixtiones,quæ non proprium,ſed ſui tñ generis videntur retinere nomen,exemplum põt eſſe in §. quædam. Inſtitutionũ titulo de actionib.in quo dr̃:actionũ quaſdam eſſe mixtas, qa & in rem,& in p̃ſonã dantur. Atq; etiam hoc ipſum videre eſt, tũ in interdictis,tũ ẽt in ꝺditionib.ipſis,vt patet in l.j. ff. de interd. & l.cum ſeruus ff.de cond.& demõſt. Hæc ideo ſubiicere volui, vt ex his illud ſimul perſpicuum fiat. Mixtionem,quæ ex iuriſdictione,atq; imperio prouenit,non peculiare,ſed ſui generis nomen retinere. Qua in re illud diligenter obſeruaui,ꝙ ſi plus imperij,q̃ iuriſdictionis ſit,mixtũ dici imperiũ, cui iuriſdictio ineſſe conuenit: ſin verò ꝺ res ſe habeat, mixtam appellari iuriſdi-
144 ctionem,cui imperiũ cohærere oportet. Atq; † hac quidem ratione arbitror.l.j.§.qui mandatam.cum l.imperium.optimè cõciliari poſſe, quæ alioquin difficiles viderentur.

Qm̃ verò mixtum dr̃,quod duorum naturam ſapit,non inele ganter colligunt interpretes ex ſnĩa Felini in titulo extra de re
145 iud.Iura † municipalia, quæ de ſnĩa merè definitiua mẽtionem faciunt,eam quoq;,quæ in cauſa ſummaria fertur, comprehendere: hancq́ue ſnĩam ſequuntur Recentiores interpretes nouis (vt aiunt) rationibus eam comprobando,quarum prima hmõi eſt, ſicut appellatione meri teſtamenti continetur illud etiam, quod inter liberos ſine ſolẽnitatibus fieri ſolet,vt notãt omnes in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto,& l.vlt. C. de teſtam. ita etiam in caſu noſtro dicendũ vr̃: præſertim cum ſententia ſummatim lata propriè legitima dicatur ſententia.

Sed hoc argumentum mihi videtur probare ꝺrium eius, ad quod citatur:cum enim iure ſpeciali inductum ſit,vt teſtamentum inter liberos confectum:etiã ſi ſolennitates non obſeruentur, merè dicatur teſtamentum, ad conſequentiam nõ videtur produci poſſe.l.quod verò.ff.de legibus.

Secundo igitur loco mouentur hac ratione, leges municipales nulla alia de cauſa videntur apponere dictionem illã, merè, niſi, vt ſnĩam excludant interlocutoriam,quæ principale negotiũ definire nõ dr̃,vt tradit Accurſius in l. & harum.ff.ſi ſer. vẽd. quem ẽt ſequitur Bar.in l.Titia. ff.de accuſat. Quare non vr̃ ſententiam quoq;,quæ in cauſa ſummaria fertur,excludẽdam eſſe, præſertim cum totum negotium determinare dicatur.

Sed ſi hæc ratio vera eſſet,profectò dictio illa,merè,ſuperflua videretur: ſatis enim erat ad interlocutoriæ excluſionẽ de definitiua tantum ſententia mentionem fieri.

Tertiò ſic argumẽtantur: Quemadmodũ interlocutoria ſententia,etſi in ea oẽs adhibeantur ſolennitates, quæ in definitiua obſeruari ſolent,non definit propterea dici interlocutoria, ita quoq; in definitiua ſnĩa dicendum vr̃ (vt ꝺriorum eadem ſit diſciplina) ꝙ ſi in ea non omnes apponantur ſolennitates, non ideo priuari debet nomine definitiuæ:præſertim cùm ſolennitates ſint accidentia quædam,quæ adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem poſſunt, vt tradit Porphyrius in c.de proprio, & notant omnes in l.hoc amplius.ff.de leg.3.

Huic argumento dicimus,ſnĩam interlocutoriam,in qua oẽs reperiuntur ſolẽnitates, quæ in definitiua etiam adhiberi ſolẽt, non merè,ſed ſimpliciter interlocutoriam dici oportere, cum ad eius conſtitutionẽ huiuſcemodi ſolennitates non requiran-
146 tur. Præterea dici poteſt,non paruam† eſſe differẽtiã inter additionem,& detractionem:ſi quidem illa actũ cõſeruat: hęc verò vitioſum reddit actum.l.iuriſgentium.§.igitur nuda. ff.de pac.

Quartò probat eandem ſententiam hoc argumento,nã cum ſententia,quæ in cauſa fertur ſummaria,eandem videatur habere vim,quam etiam retinet ſententia omnibus cum ſolennitatibus lata,in eius locum ſubrogata videtur eſſe, atq; ideo ſequi neceſſe eſt, vt merè definitiua dicatur, argumẽto l.proponebatur. ff.de iudic.l.ſi grege.ff.de leg.j.& l.peculium.ff.de leg.3.

Sed id profecto verum eſſe non diffitemur,attamen illud reſpondemus, nihil planè ad rem noſtram facere poſſe,in eo eñ ſolo caſu noſtra videtur inſtitui diſceptatio,in quo huiuſcemodi ſolennitatum ſublatio non apparet.

Quintò nitũtur auctoritate Baldi in l.in ꝺctib.C.de nõ num. pecun.in qua eleganter ſcribit,præſcriptiones,quæ ex legis municipalis diſpoſitione breuius includunt tempus,quàm iure cõmuni conſtitutum ſit: merè atque propriè dici præſcriptiones, cùm ea, quæ ad eius conſtitutionem requiruntur,non deficiãt, ſed tempus tantum immutetur.

Sed eodem modo, quo proximè antecedens *ſolui* poteſt.

Sextò Fabius Obtinellus in d.l.imperium. præter *alios* mouetur hac ratione,ſi ſnĩa quæ in cauſa fertur ſummaria non diceretur merè diffinitiua:ſequi neceſſe eſt,eã eſſe mixtam:cum eñ lex municipalis loquatur de ſnĩa merè diffinitiua: ponit reperiri diffinitiuã nõ merã: id eſt mixtam, alioquin dictio illa, merè, ſuperflua videretur eſſe,ſed falſum eſt, ſnĩam in cã ſummaria latam mixtã eſſe;quia oporteret ex diffinitiua,atq; interlocutoria conſtare, quod fieri non poteſt, cum interlocutoria *illud* tantum, quod obiter ad cauſam pertinet, decidat: ſummaria verò totam definiat controuerſiam, Ergo falſum videtur eſſe,eã merè diffinitiuam dici non poſſe.

Sed rñdemus,verum non eſſe,ſententiam,quæ merè diffinitiua nõ eſt,mixtam eſſe:qa poteſt dari ſnĩa,quæ nõ merè,ſed ſimpliciter diffinitiua ſit. Præterea dico non reperiri in iure noſtro verbum illud,merè,accipi ſemper ad differentiam *mixti*.

Septimò ſic argumentatur.Quotieſcunq; lex cõis,ſiue municipalis *tollit* ſolẽnitates, oĩa perinde præſumuntur ſolenniter acta,ac ſi ſolẽnitates *illæ* interueniſſent.l.j.§.rei vxoriæ.C.de rei vxor.actio. ſed lex ipſa in cauſa ſummaria iudiciorum ſolennitates ſuſtulit,ergo ordinem omnem iudiciorum obſeruatũ eſſe fingi neceſſe eſt.Ex his itaque perſpicuum videtur eſſe, ſententiam illam merè diffinitiuam dici non oportere.

Sed ex his, quæ ſuperius diximus facilè colligi poteſt ſolutio.

Contrariam ſententiam tenuit Alex.in d.l.imperium,& Angelus in conſi.114.incipiente.quidam petijt, quos ſequitur Laſ. & plures alii,hancq; ſententiam teſtatur communem Decius in d.l.imperium.Nititur autem potiſſimum hoc argumento.

Vnaquæq; res non à materia,ſed à forma ſuum ſemp recipere debet nomen:vt tradunt omnes in l.an inutilis. in prin. ff. de acceptilationib. ſed ſolennitates ſnĩæ diffinitiuæ formã tradere dñr, ergo illis deficientibus ſententia dici nõ poteſt definitiua.

Sed facilè reſpondemus falſum eſſe, ſolennitates ipſas eſſe in cauſa,vt ſententia merè definitiua dicatur:ſatis enim videt eſſe, ſi negotium tantum definiatur.

Secundò in eandem ſentẽtiam adducitur.c.fi.de re iudi. in 6. in quo dicitur,ſententiam definitiuam, quæ à *iudice* non ſedente pro tribunali profertur,nullius eſſe momenti, quod cùm ſecus ſit in ſententia, quæ in cauſa fertur ſummaria, non videtur appellari poſſe definitiua.

Sed reſpondemus,caput *illud* de cauſis, quæ ordinem & iudiciorum figuram deſiderant,intelligendum eſſe: vt etiam ſcitè tradit ibi gloſſa,alioquin ſequeretur cauſas,quæ ſummatim expediuntur,nõ poſſe dici definitiuas: qđ apertè falſum eſt. d.c.fi.

Poſtremò hæc eadem ſnĩa probatur auctoritate Accurſij in l.fi.§.& ſi filius,in verbo.imponẽda.C.de bonis q̃ liber.vbi aper-
147 tè ſentit,iudicis † præceptũ in eum, qui confitetur, ſnĩam dici non poſſe definitiuam,etiam ſi totum negotium definiat: Hoc idem ergo vr̃ dicendum in caſu noſtro, vt ſententia ſummaria, tametſi totam controuerſiam decidat,nõ definitiua,ſed potius dictum quoddam,atque iudicis præceptum dicatur eſſe.

Rñdent alii,& bene:iudicis præceptum optima de cã definitiuã dici non poſſe ſnĩam,quia non ad condemnationẽ, ſed ad confeſſionis potius executionem tendit,qui.n.confitetur,ſe ipſum quodammodo condemnare videtur.l.ſi debitori.ff.de iud.

Hæc ſunt potiora argumẽta,quæ in vtranq; ſnĩam afferri poſſunt. Reliquum eſt, vt quid in hac perdifficili quæſtione dicendum ſit,breuiter aperiamus. Equidem prætereundo multa, quæ

cæteri

Source : BIU Cujas

cæteri ſcribunt, cenſeo ex mente Decij ita diſtinguendum eſſe: An lex municipalis de mera, an verò de ſimpliciter definitiua mentionem fecerit: priori enim caſu ſententiam in cauſa ſummaria latam comprehendi non poſſe cõcludimus: nam ſiue ſolẽnitates, ſiue iudiciorum ordinem ſpectemus, eam ſemper excludi neceſſe vr eſſe. d.c.fin. Præterea hoc verum eſſe alio argumento probo: nam cùm ſolennitates non dicantur eſſe in cã, quod etſi ſępè diximus, dicendum eſt tñ ſępius, vt ſententia definitiua dicatur, neceſſe eſt, vt accidentiũ vicem obtinere debeãt, qđ etiam mihi videntur affirmaſſe oẽs, ſed accidẽtia huius ſunt naturæ, vt ſubiectũ in quo reperiuntur, ſm quid perficere dicantur, vt ſcitè docet nos Auerroes 7. Metaph. commen. 35. Ex quo
148 illud † perſpicuum eſt, ſententias pp abſentiam, atq; preſentiã ſolennitatum quodammodo diuerſas dici poſſe: ſed diuerſitas hæc optimè colligitur ex dictione illa, merè, quæ ſententiæ definitiuæ aliquid ſuperaddere vr: quare concludendum erit, ſentẽtiam, quæ in cauſa ſummaria fertur, definitiuæ appellatione cõprehendi non poſſe. Poſtremo loco id ipſum probo, nam cùm dici non poſſit: dictionem illam, merè, ad excluſionem interlocutoriæ, ſiue eius, quæ vim habet diffinitiuæ, appoſitam fuiſſe: nam ſatis eſſet dixiſſe diffinitiuam, neceſſe eſt, vt id ad differentiam ſententiæ, quæ in cauſa ſummaria fertur, factam eſſe intelligamus: nullas enim alias ſententiarum reperio eſſe ſpecies, vt tradunt omnes in titulo de re iudic.

Poſteriori verò caſu haud dubiè affirmauerim Pauli ſnĩam veriſſimam eſſe, quæ mihi videtur clariſſimè probari. d.c.fin.

His igitur declaratis, deinceps vidẽdum eſt, quid ſit mixtum
149 imperium. † Recentiores itaq; interpretes mixtum dicunt eſſe imperiũ poteſtatẽ imperandi, & coercendi inobedientes in ciuilibus, ẽt cum notione à Principe ſm mandata magiſtratibus communicatã. Verùm ego diffinitionẽ hanc probare non poſſum. Primò quia mihi vr proprium, atq; proximum genus non habere, vt in exponenda quoq; meri imperij diffinitione copioſiſſimè declaratũ eſt. Deinde: qa ex huiuſcemodi definitione apertiſſimè colligitur multã ipſam mixti oportere eſſe imperij, cũ potiſſimum dicatur eſſe contumaciũ coercitio. l. vnica. ff. ſi qs ius dicent. non obtẽp qđ apertè falſum eſt, vt elegãter tradit Bar. in d.l. imperiũ, quẽ oẽs ſequuntur, & ij quoque ſequuti ſunt:
150 ocũ meri † imperij gradus interpretarentur. Quapp longè probabiliorẽ arbitror eſſe Bartoli definitionẽ, quæ hmõi eſt: Mixtum imperiũ eſt iuriſdictio, quæ officio iudicis nobili expedit priuatam præcipuè reſpiciens vtilitatẽ: quæ quidem quanto breuior eſt, tãto mihi verior vr eſſe: quippe cum definitio dicaẽ eſſe oratio, qua qd ſit id, de quo agitur, oſtenditur q̃ breuiſſimè, vt ſcitè docet nos Cicero lib. 2. de finibus. Sed magis quidem certa, atq; firma hęc Bartoli definitio apparebit, ſi præcipua argumẽta, quę ad eã confutandam à recentioribus afferuntur, br diſſoluamus. Objcitur itaq; primò hanc definitionem à Iuriſconſultorũ ſententiis alienam eſſe, cùm nobilis, atq; mercenarii officij noua dicaẽ eſſe diſtinctio diſciplinæ gratia à noſtris excogitata. Quod
151 ẽt nos non diffitemur, ſed illud rñdemus, eã propterea abijciendam nõ eſſe: cùm. n. exactæ rerũ definitiones per vltimas † fieri debeãt differẽtias, quæ qm plerũq; nobis ſunt ignotæ, nõ ita curioſos oportet nos eſſe, vt omni ex parte abſolutiſſimã reddere velimus definitionẽ, ſed ea quidẽ contenti ſemp debemus eſſe, quæ naturæ rei, quã definimus, quodãmodo correſpondere vr, vt diſerte tradit Ariſt. lib. j. de morib. c. 4. cuius fortaſſe auctoritate motus Vlpianus nõ dubitauit dicere in l. omnis definitio, de reg. iur. ff. definitionem omnem in iure ciuili periculoſam eſſe.

Poſtremò loco objciunt: quia vr dari poſſe mixtũ imperiũ, quod publicã qñq; reſpicere vr vtilitatem: nã ſi Princeps in poſſeſſionem mittatur, vel ſi Reipublicæ curator detur, dicuntur quidem mixti hæc eſſe imperij, & tamen nemo eſt, qui non fateatur, eadem ad publicum etiam pertinere commodum.

Sed Bolognettus ex mente Curtij in d.l. imperiũ. rñdet, actiones, quæ Reipublicæ, vel Principi dantur, non ad publicum, ſed ad priuatum potius ius eis competens pertinere. Atq; hæc quidem de definitionę mixti imperij ſatis dicta videntur: ſi illud tñ adijciamus: Nouam nos quoq; afferre poſſe definitionẽ, & for-
152 taſſe cæteris probabiliorem, quæ hmõi eſt. Mixtum † imperium eſt iuriſdictio ciuilium cauſarum annexum imperium habentium, quæ maioris iudicis officio expediuntur. Deinceps igitur ad huius imperij gradus accedamus, qui ex Barto. ſententia tot ſunt, quot etiam meri imperij fuere.

In primo itaque mixti imperii gradu, qui maximus dr, ponit Bart. ea, quæ ad ſolum Principẽ pertinere videntur: exemplum
153 eſt in præſtanda venia ętatis, atq; in interponenda † auctoritate nõ ſolum in arrogatione, ſed etiam in infantium emancipatione. l. 2. C. de his, qui veni. ętat. l. 2. ff. de adoptionibus. & l. pen. C. de emancip. liber. hæc. n. cum officio iudicis nobili expediant, atq; publicam reſpicere videantur vtilitatem, meritò mixti imperij dicuntur eſſe. Sed illud fortaſſe quis objciet, q cũ huiuſcemodi exempla dicantur quædam potius eſſe gratiæ in arbitrio Principis poſitæ, non videntur officio iudicis nobili commodè expediri poſſe: præſertim cùm Princeps, nõ iudex, ſed omnium fons appelletur. Huic rñdemus, q cum Principis officium quodammodo imploretur, qñ huiuſcemodi gratiæ ab eo petuntur, meritò fit, vt officio nobili expediri dicantur, neque vllum mihi videtur ſequi abſurdum: ſi Princeps eo ſaltem tempore, quo ius adminiſtrat, iudex dicatur eſſe.

Sed hic diligẽter vidẽdũ eſt, an verũ ſit, qđ Decius objcit Bar-
154 tolo, emancipationem † amplius Principi non reſeruatam, ſed oĩbus magiſtratibus conceſſam eſſe. l. fi. C. de emancip. liberor.

Curtius in d.l. imperium. nu. 106. quem etiam ſequuntur Recentiores interpretes, tuetur Bartolum, dicendo: emancipationem, quæ ad infantes pertinet, de qua loquitur Bart. non fuiſſe in d.l. fi. correctã, ita, vt oĩbus competere videatur magiſtratib.

Ego verò ſnĩam Decij veriorem ſemp exiſtimaui, quæ mihi vr clariſſimè probari l. penult. eod. titu. in cuius principio hæc ſanè cõſtituitur regula, parentes nõ poſſe precibus Imperatori oblatis filios, qui in eorum poteſtate ſunt, iuris ſui conſtituere, niſi ipſi eis conſenſerint, à qua quidem regula excipiũtur infantes, in verſi. Niſi. nam ij, etiamſi nullum adhibeant conſenſum, ſui iuris à parentibus effici poſſunt. Sed cùm regula illa ex eorũ ſnĩa fuerit correcta: neceſſe vr eſſe vt exceptio ẽt ipſa ad ſimilitudinem regulæ intelligatur declarata, præſertim cum nullo iure ꝺrium probari poſſit. Quod etiam mihi vr ſenſiſſe Iuſtinianus, cùm inquit: niſi infantes ſint, qui & ſine conſenſu etiã hoc modo ſui iuris efficiuntur: quæ quidem verba ſic interpretor, vt modus ille, de quo Iuſtinianus ſuperius fecerit mentionem, in infantibus etiam excepto conſenſu, omninò adhibeatur. At cũ modus ille dicatur eſſe correctus in l. proximè ſequenti perſpicuum quidem mihi videtur eſſe: correctionem illa quò ad infantis etiam emancipationem proculdubio intelligendam eſſe.

Poſtremò idem comprobo alio argumento: nam ratio, pp quam conſtitutum eſſe voluit Iuſtinianus, vt magiſtratus oẽs emancipare poſſint, ea mihi vr eſſe, quæ in d.l. fi. non inelegãter affertur, vt circuitus quidem ille, qui in emancipationibus obſeruabatur, tanquã vanus atq; inutilis tolleretur: ſed huiuſmodi circuitus in infantis quoq; emantipatione conſideratur. ergo conueniens fuit, vt ipſe quoq; adimeretur.

In ſecundo mixti imperij gradu, qui maior dr, ponit Bart. po-
155 teſtatẽ † cognoſcẽdi correcta ſupplicatione ꝺ ſententiã, quam non ſolum Principi, ſed Præfecto ẽt Prætorio competere dicit. Sed illud obſeruandum eſt, qđ à Præfecti ſententia intra decem dies: à Principis verò ſententia intra biennium interponi debet ſupplicatio. auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. Imperat. offerẽd.

In hoc gradu duo mihi videntur notatione digna, vnum eſt, q gradus hic mihi videtur ſuperfluus eſſe: nam, vt in primo meri imperij gradu ſimul poſuit Bart omnia, quæ ad Principem, & Præfectum prætorio pertinere videbantur: ſic etiam hic facere debebat, præſertim cùm differentiæ ratio aſſignari poſſit nulla, quicquid dixerit Iaſon, qui à Decio ſcitè reprehenditur.

Alterũ verò, vt nos breuiter videamus, quæ dicatur eſſe ſup-
156 plicatio, † & quo planius intelligaẽ, ſcire oportet, q cùm quędã reperiantur ſnĩæ, à quibus non eſt licitũ appellari, introductum vr eſſe quoddã remediũ extraordinariũ, vt Principi, ſiue Præfecto preces porrigantur, quibus cõcedere velit, vt cauſa iterũ cognoſcatur, atque hæc quidem precum porrectio, ſupplicatio dr eſſe. Verùm id non ita ſimpliciter accipiendũ eſſe arbitror, vt oĩbus in cauſis, in quibus licita non vr appellatio, procedere intelligatur: ſed locum eo ſolo caſu habere intelligo, quo iure ſpeciali prohibetur appellatio. Vnde concluderem verum eſſe, qđ eleganter docuit Imola in l. ex conſenſu. ff. de appellat. ſupplicationem in ea ſententia, à qua de iure communi non eſt licitum appellari, admittendam non eſſe. Immo ſi quis hoc in caſu ſupplicationem porrigere velit, infamiæ notam proculdubio incurrere dicitur, vt tradit Iaſ. in l. fin. C. vt lit. pendent.

In tertio gradu meri imperii, qui magnus dr, enumerat Bart. cauſas omnes, quæ vel plenam cauſę cognitionem, vel coercitionem realem, uel perſonalem requirunt, exemplũ eſt in danda reſtitutione in integrum, in expellendo quem de poſſeſſione, atq; ex ſecundo decreto in poſſeſſione mittendo, quæ ideo dicuntur huius eſſe gradus: quia iure magiſtratus competere nõ videntur. l. ea quę. §. Magiſtratib. ff. ad municipal. & propterea etiam demandari prohibentur: ut tradũt omnes in l. lubere cauere. ff. de iuriſd. omn. iud. Cæterum excipitur reſtitutio in integrum quæ fauore minorum delegari conceditur. l. fin. C. vbi, & apud quem cognitio in integrum reſtitut. agitand. ſit.

157 Sed Bellarmatus in l. j. ff. de offi. eius & c. objcit Bar. q † reſtitutio in integrum nõ vr dici poſſe mixti imperii, nam ſequereẽ conſtitutionem illam Iuſtiniani, qua adminiſtratorib. reſtitutionis in integrum cognitio conceditur, ſuperfluam eſſe: quippè cùm ipſi retinere dicantur omnia, quæ mixti ſunt imperij.

158 Sed facilè tuemur Bartolũ: ſanctionẽ † illam nobis nõ uideri uanam eſſe: ſi quidẽ in d.l. fi non de maioribus, ſed de Pedaneis tñ iudicibus ur dubitatũ fuiſſe, an reſtitutio ĩ integrum eis cõpetere dicatur, & reſpondet Iuſtinianus huiuſcemodi cauſas non ſolũ apud iudices pro tribunali, de quibus nulla uidebatur eſſe dubitatio, ſed apud eos etiã, qui uel ab Adminiſtratoribus,

vel à Principe dati fuerint, de qbus dubium erat, proponi poſſe.

Sed videamus, ne huic Bart. ſnĩæ aliquid obſtet, occurrit eĩ mihi l. cognitio. §. vt bonorũ. ff. de officio eius, quæ mihi videt eius ſnĩam omnino euertere: niſi cum d. l. ea quæ, concilietur: in qua perſpicuè vr velle Paulus, Reſtitutionem in integrum, miſſionemq; ad poſſidendum bona rei ſeruãdæ cauſa, aut dotis ſeruandę vel legatorum ſeruandorum cauſa, iure magiſtratus non competere, neq; propterea demandari poſſe, quod tamẽ apertè negat Martianus in d. l. cognitio.

Eruditiſſimus Bolognettus, qui exiſtimat, mixtum ipſum imperiũ regulariter delegari non poſſe, hoc ꝓ̃riũ ita ſoluit, vt Martianus non de delegatione voluntaria, ſed neceſſaria potius loq videatur, cum enim Proconſul ipſe curis ſemper bellicis præſumatur occupatus, optima de cauſa factum videtur eſſe, vt legatis ſuis, quæ mixti ſunt imperij, mandare poſſit.

Sed hæc quidem ſolutio mihi nullo modo ſatisfacit: primò, qa iſta occupationis ꝓſumptio mihi nõ vr tam ſufficiens, vt eius cauſa delegatio admittatur: præſertim cum iure cautum id non reperiatur. Deinde qa mihi vr, ſolutionem hanc apertè confundi ex l. j. §. damus. ff. de ſuſpec. tutoribus, in qua cum dubitaretur: An apud legatum Proconſulis ſuſpectus poſtulari poſſit tutor: diſertè rñdet Vlpianus, Imperatorẽ Antonium cum Diuo Seuero Bradue Marco Procõſuli Africæ reſcripſiſſe, poſſe: cuius rei hæc quoq; rõ ſubiungitur: quia mandata iuriſdictione officium ad eum totum iuriſdicendi tranſit. Quibus ex verbis apertiſſimè colligitur: Proconſulis legatum non ꝑ occupationis ꝓſumptionẽ, ſed ꝑ gñalem potius ſibi mãdatam iuriſdictionẽ de ſuſpecto tutore cognoſcere poſſe. Quinimmò ſi ita ꝑtinaces eſſe velimus, vt id ob fauorẽ alicuius introductum eſſe omninò contendamus, ꝓfectò id vtilitati potius pupillorum, q̃ præſumptioni occupationum attribuere cogeremur, vt apertiſſimè vr velle Iuriſconſ. in d. l. cognitio. Poſtremò hanc ſolutionem falſam eſſe alio argumento probo: nam ſi curæ bellicæ eſſent in cauſa, vt ea, quæ mixti dicuntur eſſe imperij, legatis ſuis Procõſul mandare poſſet. Illud quidem ſequeretur: Prætorem (cùm in eo locum habere nõ videatur hæc ratio) huiuſmodi non retinere facultatem, argum. l. illud. ff. ad l. Aquiliam, quod apertè falſum eſt d. l. j. §. damus.

Equidem omittendo multa, quæ alii dicũt: cenſeo aliter huic difficultati rñdẽdũ eſſe: ſed vt res planior fiat, altius orationem
159 repetã. Sciendum† itaq; eſt, non paruam eſſe differentiam inter mandare iuriſdictionẽ, & dare iudicẽ: nam iudex datus nõ põt regulariter ad oĩa, quæ ad illã cãm pertinere uidentur ſe immiſcere. Antiquitus. n. ſub certa verborum formula dabatur: à qua ipſe recedere non poterat, cuius antiquæ ſolennitatis præclarũ habemus exemplum in frumentaria Ciceronis ꝯ Verrem oratione, cum dixit. Xenonis Meneni nobiliſſimi hominis fundus erat colono locatus. Colonus, quod Decumanorũ iniurias ferre non poterat, ex agro profugerat. Verres in Xenonẽ iudicium dabat illud ſuum damnatoriũ de iugerũ poſſeſſione. Xenon ad ſe pertinere negabat, fundum elocatum eſſe dicebat, dabat iſte iudiciũ: ſi pateret iugera fundi eſſe plura, q̃ colonus eſſet profeſſus, tum Xenõ damnaretur. Hoc ipſum ẽt in oratione ꝓ Cecinna clariſſimè nobis oſtendit. Qũ verò mandatur iuriſdictio, aut in oĩb. cauſis, aut in vna tm̃ ſpecie vniuerſa mandari põt. l. ſolet. l. Prætor. ff de iuriſd. omn. iud. quo fit, vt, ſi à iudice dato appelletur ad eum, qui dedit iudicẽ, ꝓponi debeat appellatio: ſin verò ab eo, cui iuriſdictio mandata eſt, appellandũ ſit, non ad eum, q̃ mandauerit, cum nihil ſibi reſeruauerit, ſed ad Principem, ſiue Præfectũ interponi debeat ꝓuocatio. l. j. §. ab eo. ff. qui, & à quo appellet. Ex his illud perſpicuum eſſe volumus, eũ, qui mandatã habet iuriſdictionem, non ſollum mittere in poſſeſſionẽ, ſed iu
dicem ẽt† dare poſſe. l. cùm Prætor. ff. de iud. Quòd ſi qs obijciat.
160 l. eum. qui. ff. de iuriſd. om. iud. in qua ſcribit Vlp. eum, qui iudicare iubet, magiſtratum eſſe oportet. Is ſciat maioris eſſe imperij iudicare iubere, q̃ iudices dare, vnde fit, vt magiſtratus iudices quos dederint, iubere iudicare poſſint. Qui verò mandatam habent iuriſdictionẽ, litigatoribus iudicem dare, verum ipſis, vt iudicẽt, iubere non poſſunt. Hoc eſſe verũ luce clarius ꝓbo. d. l. cùm Prætor, in qua cũ Paulus de prætore loqr̃, quẽ magiſtratum eſſe conſtat, eum iudicare iubere oſtendit: cũ verò ſubiecit, eum, cui mandata eſt iuriſdictio, iudicem dare poſſe, non ipſum iudicare iubere adiecit. Eſt præterea diligẽter animaduertendũ. §. vt poſſeſſio, cũ verſi. Imperatores, omninò coniugendũ eſſe, vt Antonius Auguſt. Emendationum lib. j. c. 9. diſertè nobis oſtendit.

His ita cõſtitutis, reliquũ eſt, vt quid ego ſentiã, br̃ exponam: equidem exiſtimo regulam hanc conſtituendam eſſe: ea q̃ ſunt
161 †mixti magis tñ imperii, quã iuriſdictionis, magiſtratibus municipalibus competere non poſſe, & ideo neq; eis mittere in poſſeſſionẽ, neq; in integrũ reſtituere, neq; bona rei ſeruãdæ cauſa iubere poſſidere licitũ eſt, ſiue hæc tribuant ius, ſiue pleniſſimã, ſiue ſummariã requirãt cognitionẽ, ſiue ex primo, ſiue ex ſecũdo fiãt decreto: & rõ eſt, quia hæc magis videntur eſſe imperij, q̃ iuriſdictionis, & hanc puto eſſe ſententiam d. l. ea quæ.

Hanc verò regulam intelligo locum non hr̃e, qñ ipſis magiſtratibus municipalibus mandata eſſet iuriſdictio: tunc. n. arbitror eos poſſe, & mittere in poſſeſſionẽ, atq; in integrũ reſtituere & reliqua tandem, quæ ipſe quoq; mandans non prohibetur facere: id. n. non ex magiſtratus, ſed ex iuriſdictionis potius mãdatę vi prouenire dr̃, atq; hoc nimirũ illud eſt, quod Martianus ſcribit d. l. cognitio, cum dixit: cùm propriam iuriſdictionẽ legatis tuis dederis, ꝓñs eſt, vt etiam de ſuſpectis tutoribus cognoſcere poſſint, quorum verborum hic mihi ſenſus eſſe vr, vt mandata iuriſdictione, neceſſariò ſequatur, non ſolum bonorũ poſſeſſionem dari, ſed in poſſeſſionem ẽt legatorum ſeruandorũ cau
162 ſa mitti poſſe. Hunc † eſſe verum ſenſum. §. vt bonorum, hac ratione probo; nam nihil eſt aliud iuriſdictio, niſi iuriſdicundi licentia, in qua & decreta & bonorum poſſeſſiones, dationesq́ue continentur, vt Tullius in oratione ꝯ Verrem, quæ eſt de prætura vrbana, ſcitè nobis oſtendit. Quod cum ita ſit, ꝓſequi illud neceſſe eſt, quod modo dixi. Magiſtratus municipales, quibus iuriſdictio mandata ſit, omnia, quæ magis imperij ſunt, q̃ iuriſdictionis proculdubio facere poſſe. Quod ſi quis noſtram hanc
163 refellere ſententiam† ideo velit, quod Vlpianus in l. dies. § ſi intra. ff. de damn. infect. dicere videtur, Magiſtratus municipales cautionem, & ex primo decreto poſſeſſionem tantum habere poſſe. Huic facilè reſpondemus, hoc ideo eſſe, quia Prætor non totam ſuam iuriſdictionem, ſed duas illas tantum res eis iniungere voluit: cætera verò ſuæ iuriſdictioni reſeruauit, vt apertiſſimè dicit eo in loco Iuriſconſultus.

In quarto mixti imperij gradu enumerat Bar. cauſas oẽs, quæ
164 †plenam requirunt cauſę cognitionem, nulla adhibita reali, vel perſonali (vt dicũt noſtri) coercitione. In quo quidẽ gradu vnũ tm̃ mihi vr̃ potiſſimũ examinandũ eſſe. Nunquid tutoris *datio* mixti dicatur eſſe imperij. Qua in re tres interpretũ reperio fuiſſe ſnĩas, quarum prima eſt Accurſij, & omniũ ferè interpretũ in in l. muto. § tutores datio. ff. de tutel. qui dicũt, ius dandi tutores, mixti eſſe imperij. Nituntur autem potiſſimum hoc argumẽto.

Quæ iudicis officio nobili expediuntur, priuatamq́; reſpiciũt vtilitatem mixti dicuntur eſſe imperii, vt ex eius definitione clariſſimè colligi poteſt, ſed tutoris datio non ſolum officio iudicis nobili verſatur, ſed ad priuatum etiam commodum pertinere videtur, ergo huius imperij neceſſe eſt eſſe.

Sed hoc argm̃ facilè ſolui poteſt quia tutoris datio non ſolũ nobili, ſed officio etiam iudicis mercenario commodè expediri poteſt. l. ius dandi. ff. de tutorib. & curatorib. in qua dicitur. Magiſtratus municipales, quippe qui iuriſdictionem tantũ retinere dicuntur, tutores dare poſſe.

Secundò citatur. l. neq; mandante. ff. de tutorib. & curatorib. in qua ſcribit Caius, neq; mandante præſide alius tutorem dare poterit: Quibus perſpicuum videtur eſſe, tutoris dationem demandari non poſſe, & propterea mixti dicetur imperij.

Sed reſpondemus negationem illam, neq;, non ad verbũ po-
165 terit, ſed † ad verbum potius mandante, referendam eſſe, vt ſenſus ſit, neminem Prę̃ide non mandante, tutorem dare poſſe.

Tertiò adducitur l. muto. § tutoris datio. ff. de tutel. in qua dr̃, tutoris dationem, neq; imperij, neq; iuriſdictionis eſſe: cũ itaq; imperii appellatione merum ipſum imperium intelligere neceſſe ſit, quia verba in potiori ſignificatione accipi ſemper debent. l. j. §. ſi in perpetuum. ff. ſi ager vectig. vel emphy. perat. *concludendum* haud dubiè videtur, mixti eam eſſe imperij.

Sed facilè tolli poteſt, quia cùm imperiũ dicatur eſſe genus has duas ſpecies propriè comprehendens merum, & mixtũ im-
166 perium, neceſſe videtur eſſe, vt eius appellatione† vtrunq; intelligamus. argumento l. j. ff. de legat. præſtan. Neq; huic ſolutioni aduerſatur, quod vulgò traditur: verba in potentiori ſignificatione accipienda eſſe, quia regulam illam locum habere eo ſolo caſu intelligimus, quo ſpecies omnes intelligi non videntur, vt ſuperius ex mente Decij diximus.

Quartò affertur. §. nos autem. Inſtitutio. titu. de Attilian. tut in quo dicitur, defenſores ciuitatum vnà cum eiuſdem ciuitatis religioſiſſimo antiſtite tutores creare poſſe, ex quibus illud perſpicuum fit, tutoris dationem delegari non poſſe, & per conſequens mixti debere rſſe imperij.

Orianus in commẽtario. l. j. ff. de offi. eius &c. rñdet, nouè interpretando. §. Nos autem. ſi quidem nulla ſibi vr̃ ciuitatum defenſoribus adhiberi neceſſitas, vt vnà cum Antiſtite tutores da-
167 re debeant, ſed in eorum potius arbitrio id remitti vr̃. Hoc † eſſe verum probat ipſe perpendendo verbum illud, valeant, cuius hæc dicitur eſſe natura, vt, ſi affirmando proferatur, non neceſſitatem, ſed liberam potius ſignificare dicatur volũtatem, vt eleganter tradit Bar. in l. Gallus. ff. de liber. & poſthum. l. nec quicquam. ff. de iudi. & l. j. C. quom. & quando iud. Tametſi hæc ſolutio pleriſq; optima videatur, mihi tñ non ſatisfacit: illud enim verbum, valeant, non ad ciuitatum defenſores, quia Iuſtiniani ſententia impudentiſſimè corrumperetur, ſed ad facultates pupilli haud dubiè referendũ eſſe cenſeo, quod cuius perſpicuum fiet, ſi Imperatoris verba in mediũ afferamus, quæ hęc ipſa ſunt: ſi facultates pupilli, vel adulti vſque ad quingentos ſolidos valeant, & hic punctũ inſeri debet: Defenſores ciuitatũ vna cum

eiuſdem

Source : BIU Cujas

eiusdem ciuitatis religiosissimo Antistite tutores,vel curatores creare in quibus apparet sniam dici posse nullam:si verbum illud valeant,ad defensores referri dicamus.Quapropter ego aliter respondeo,non esse verũ,ꝙ ex illo textu colligitur, tutoris dationem demandari non posse: illud tamen confitemur, delegatum cum Antistitis auctoritate tutorem dare oportere. Praeterea longè à veritate alienum esse puto,quod isti tanquam verissimum ponunt. Mixtum ipsum imperium delegari non posse, vt luce clarius mox demonstrabimus.

Po remò in eandē snīam adducitur l.j §.si qñ. ff.de magistratib.conuen.& l.Diuus Marcus.ff.de tutoribus, & curatorib. dat. ab his.In quibus scribit Vlpianus,Magistratus municipales arbitrium dandi tutores sibi vendicare non debere,quod nulla alia ratione vī constitutum esse:nisi,quia huiuscemodi facultas mixti dicitur esse imperij,argumento.l.ea quæ.ff.ad municip.

Sed facilè rndemus, legem illam intelligendam esse,qñ tutores non sub magistratuum municipalium,sed præsidum iurisdictione reperirentur,tunc.n.magistratus ipsi ad Præsides proculdubio recurrere debent argumēto.l.j.ff.de tutorib.& curatorib.

Cùm itaq; cōis opinionis argumenta dissoluta sint,ꝓns est,vt secūdam ingrediamur opinionem,quæ fuit Oriani in d.l.j.qppe qui existimat tutoris dationem simplicis esse iurisdictionis:mouetur autem *potissimum. l.ius dandi.ff.de tutorib.* & curatorib. & l.j §.*si mater.2.ff.ad Senatusconsul.Tertyllian.*quibus in locis dī ius creandi tutores omnibus magistratibus municipalibus datum esse. Vnde *illud* ꝓspicuum est, huiuscemodi auctoritatem magistratibus *tanquam* ius propriū concessam fuisse: quia verbū *illud,dare,dominij* translationē denotare manifestū est ex §.*sic itaq;* Institutionum titulo de actionib.cum itaq; magistratus ipsi municipales ea tantum,quæ simplicis sunt iurisdictionis iure proprio retinere dicantur,consequens est,vt ius dandi tutores eiusdem iurisdictionis dicamus esse.

Sed hoc argumentum confunditur ex l.j. §. Magistratib.ff.de magistratib.conueniend.& §.sed hoc iure, Institutionum titulo de Attil.tutor.in quibus apertissimè dī, Magistratus municipales non aliter dare posse tutores,q̄ iussu Præsidum, qđ † verò obijcitur de verbo dare:respondemus, dominij translationem eo solo casu illud significare, quo in prima persona profertur, vt disertè tradit Ias.in l.cum filio.nu.2.ff.de leg.3.& Barto.in l.si ita legatum sit.nu.3.eo.tit. 168

Postremò pro hac eadem sententia adducitur.l.vbi absunt.ff. de tutoribus & curatoribus in qua perspicuè scribit Paulus, De *curiones*,quando absunt ij,qui tutores dare possunt, dare iuberi oportere tutores. Ex quibus cum planissimè colligatur,potestatem creandi tutores demandari posse, necesse est, vt simplicis iurisdictionis dicatur esse.

Sed facile respondemus, non valere argumentum (vt superius etiam diximus) causa hæc demandatur,ergo simplicis videtur esse iurisdictionis, cum mixtum quoq; imperium regulariter delegari possit.

Hæc sunt præcipua argumenta,quæ pro Oriani sentētia afferri possunt. Nunc tertiam breuiter perpendamus sententiā,quæ fuit Bellarmati in l.j.ff de offic.eius.in qua scribit,ius dandi tutores,neq; meri,neq; mixti imperii,neq; ēt iurisdictionis dici posse,*cum.n.omnes* confiteantur,tutoris dationem,neq; meri imperij,neq; iurisdictionis esse. d.l.muto. ꝓns etiā vī esse, vt mixti imperii nō dicatur:propterea ꝙ mixtum dicitur illud, quod ex mero imperio,atque simplici iurisdictione conficitur,vt tradūt omnes in d .l.imperium.

Præterea hoc ipsum comprobat alia ratione: nam si potestas dandi tutores mixti diceretur esse imperii, frustra videretur huiuscemodi facultas tum Præsidi, tum etiam Proconsuli concessa:quippe cū ipsi iure proprio possidere dicātur, quæ mixti sunt imperii.l.præses.ff.de offi.præsid.l.& ideo.ff.de offic. proconsul.

Sed hæc Bellarmati solutio mihi vī nullius esse momenti, cū animus non quiescat,sed adhuc quærat,cuiusnam ergo dicatur esse naturæ hæc tutoris datio? Quæ verò ipse adducit planè aliena sunt. Ad primum.n.rñdemus,ꝙ etsi imperium, & iurisdictio ēt ipsa coniunctim,& quodammodo per concursum ad constituendā mixti naturam veniant, nō tñ eius appellatione vtrūq; disiunctim,atq; seperatim comprehendi necessum est, cùm inter se distinctę,atq; omnino separatæ dicātur esse species. Quod verò secundo loco affertur,facile tollitur:si dicamus fauore pupillorum introductum esse,vt tutoris datio sine speciali manda to neq; Præsidi neq; Proconsuli competere dicatur, vt nobis significetur maxima quidem cum diligentia honestissimos viros eligendos esse semper,quorum fidei res pupillorum committi possint,ne malè administrari videantur.

Hæ sunt præcipuę opiniones,quæ ab interpretibus afferūtur, quæ cum omnes pluribus à me cōfutatæ sint. Reliquum modò est,vt, quid ipse in hac perdifficili controuersia sentiam, bī exponam.In noua itaq; sum opinione,arbitror.n.totum ꝺrium illius,quod Bellarmatus tenet,verius esse:ipse enim existimat ius dandi tutores,neq; imperij,neq; iurisdictionis esse.Ego verò nō dubito,quin & imperij, & iurisdictionis dicatur. Sed quo mea hæc sententia planior fiat,illud prius scire oportere,potestatem creandi tutores secūdùm diuersa tempora diuersis personis nominatim concessam fuisse.Primùm enim Romæ Prætori vrbano ex l.Attilia cū maiori parte tribunorum, in prouinciis verò Præsidibus ex l.Iulia,& Titia reperio facultatem hanc ꝓmissam fuisse,vt perspicuè dī ī principio tituli Institutionū de Attilian. tutor.Deinde Claudius Imperator hanc eandem facultatem ad Consules transtulisse vī.§.sed ex his,eodem Institutio.tit. Quod etiam disertè tradit Suetonius in eius vita cap.23.Tum Marcus Antonius Philosophus Prætorem,qui tutelaris appellaretur,cō stituit:cui nominatim hoc onus iniungere voluit,vt scite testatur Alex.ab Alex.lib.2.Genialium dierum c.15. hancque Marci Antonij Constitutionem vī innuere Iustinian.in l.j.C.de tutorib.& curatorib illust.personar. Ad hæc lege, seu consuetudine potius constitutum fuisse vī,vt Romę Prefectus vrbis,Prætor vel secūdum suam iurisdictionem:in prouinciis verò Præsides, vel magistratus iussū Præsidum,si magnę pupillorum facultates nō essent,tutores creare possint. Iustinianus tandē, quo tutoris dationem faciliorem redderet,sanciuit, vt, si pupillorum facultates quingentos excedant aureos,à Præfecto vrbis,uel a Prætore, vt prius quoq; constitutum erat: sin verò vsq; ad quingentos solidos valeant, à ciuitatum defensoribus vnà cum Antistite tutores dari possint,vt clarissimè dicitur in d.§.nos autem.

169 Ex his itaque illud perspicuum esse volumus,tutoris † dationē magistratibus, vel à lege,vel à Principe nominatim semper concessam fuisse:atq; ideo si maioribus,mixti imperij, sin verò minoribus speciatim concederetur magistratibus,simplicis dicebatur esse iurisdictionis. Atq; hoc nimirum illud est, qđ Paulus scribit in d.l.muto.tutoris dationem,neq; Imperij,neque iurisdictionis esse,sed illi soli competere, cui nominatim cōcessa est:quorum verborum sensus à nemine,quem ego viderim excogitatus hic mihi vī esse:ius dandi tutores,neq; mixti imperij, neque iurisdictionis simpliciter dici debet: quia qñq; imperij, quandoq; verò iurisdictionis poterat esse, prout diuersis magistratibus nominatim concederetur.

170 Ex his colligo,† potestatem dādi tutores iure magistratus nō competere,neque propterea demandari posse;quia magistratibus speciatim data vī esse.Quod si quis obijciat.l j. ff.de tutorib. in qua cum dicatur Proconsulis legatum tutores dare posse, necesse vī esse,vt huiuscemodi potestas ex iurisdictione sibi demādata competere dicatur. Huic respondemus,legatos hanc possi dere auctoritatem non ex simplici delegatione,sed ex oratione diui Marci,quæ nominatim ius dandi tutores eis tribuit: vt clarissimè colligitur ex d.l.j.Illud præterea obijciet aliquis,qđ cùm in principio Institutionum de Attil.tutor.dicatur, magistratus iussu Præsidum tutores dare posse, videtur proculdubio dicendum potestatem hanc à præsidibus delegari potuisse.

Sed responderi potest cum Syluestro Aldobrandino in d.§. sed hoc iure. Magistratus municipales non simpliciter ex iussu Præsidum tutores creasse,sed quia lege vel constitutione aliqua sancitum erat,vt ipsi iussu præsidum tutores darent.

In quinto mixti imperii gradu, qui minor dī, ponit Bart. ea, quæ officio iudicis nobili expediuntur, atq; summariam tātum requirere dicuntur cognitionem, & propterea demādari non prohibentur.d.l.cognitio.§.vt bonorū.ff.de offic. eius. Sed qñ hoc in gradu nihil mihi vī animaduersione dignum: cum oīa, quæ hic à Bart.connumerantur,omnino pendere videantur ex sensu.d l.cognitio.quē superius pluribus discussimus,quare melius est,vt ad vltimum huius imperij gradum accedamus, ī quo ponuntur ea,quæ officio iudicis nobili sine vlla causæ cognitione expediuntur:exemplum potest esse in auctoritate quæ non solum manumissioni,sed emācipationi ēt interponi solet, oīb. enim vī competere magistratibus, vt voluit Accurs. in §.nulla. Nouel.15.Ex quo illud simul perspicuum esse potest, eā demandari licitū esse:vt tradūt omnes in l.j.ff.de offi eius.Ex his cōiter iuris interpretes duo concludunt:quorum primum est. Manumissionem sine causæ cognitione fieri posse: id autem verū esse intelligimus,quando à maiore vigintiquinq; annis fieret, nam explorati iuris est:manumissionē, quæ à minore procedit, summam causæ cognitionem desiderare.§.eadem.Instit.tit. quibus ex caus. manum. non licet.

171 Alterum verò est:auctoritatem,quæ in ipsis † manumissionibus adhiberi solet:mandari posse, cū iure magistratus cōpetere dicatur,argumento eorū,quæ notant Dd.in l.j.ff.de offic.eius.

Sed hic diligēter animaduertēdū est:nā Fulg.in l. 2. C. de offi. eius.ꝺriam vī tenere snīam, cui etiam assensi sunt recentiores interpretes,qui nouiter citant l.vlt.C.de vend.liber.in qua dicit, eos solum auctoritatem manumissionibus interponere posse, quibus hoc ius lege competit:ex quibus planissimè constat huiuscemodi auctoritatem aliis committendam nō esse : cum ea, quæ lege competere dicantur,delegari prohibeantur.d.l.j.

Sed per legi totā illam legem,neq; potui vnquā inuenire verbū illud,lege,quod isti ꝓpendunt, in hæc.n.verba scribit Imperator.Apud conciliū nostrum,vel apud Cōsules, Prætores,Presules, Præsides, Magistratusve earum ciuitatum, quibus huiusmodi

modi ius eſt,adipiſci poteſt patronorum iudicio ſedula ſeruitus libertatem.Quæ profectò verba ſi accuratius conſiderentᵉ:pſpicuum erit hmõi auctoritatem omnibus magiſtratibus permiſſam fuiſſe:cùm.n.Imperator primum de adminiſtratoribus feciſſet mentionē: ſubijcit deinde, Magiſtratusve,vt nobis oſtenderet poteſtatem hanc non ſolum maioribus,ſed minorib. etiã magiſtratibus conceſſam eſſe.

Poſtremò in eandem ſententiam citatur l.2.ff.de offi.eius:in qua dicitur cõſilium, quod manumiſſionis gratia fieri ſolet, ab eo,cui iuriſdictio mandata ſit, exerceri non poſſe.

Sed reſpondemus,legem illam intelligendam eſſe de manumiſſione:quæ per conſilium dari ſolet:hanc enim fatemur Prętori, atq; Præſidi tm̃ commiſſam eſſe: vt ſcitè tradit Theop. in §.eadem,Inſtitut.tit. quib.ex cauſ. manum.non lic.Ex his ſimul illud perſpicuũ eſſe poteſt,de hac ipſa manumiſſione loqui Imperatorem in d.l.fi.quæ à recentioribus affertur.

Quapropter verior mihi vr̃ opinio cõis,quæ mihi vr̃ planiſſimè probari.d.Nouell.12.in qua dr̃, teſtamenta, donationes, & omne denique,quod propriè ad ius monumentorum pertinet apud Præſides inſinuari poſſe,cùm itaq; manumiſſio nõ ſolum libertatis donatio.§.ſeruus autem,Inſtit.de hæred. inſtit.l.fin.in prin.C.de teſt.manum.& tot.titu.de manũ.vind.ſed monumẽtum etiam dicatur.l.j.§.pen.C.de commu.ſer.manum.ſequi neceſſe eſt:vt,apud ipſos etiam ciuitatum defenſores concedi poſſit.Quæ cum ita ſint:quis non videt,eam demandari non poſſe, argumento eorum,quæ tradunt Dd.in d.l.1.

His abſolutis ꝓñs eſt, vt quod poſtremo loco propoſuimus,
172 br̃ præſtemus.Quæritur itaq; † nunquid mixtum imperium regulariter demandari poſſit.In hac difficultate cõiter iuris interpretes tenent,ea,quæ mixti ſunt imperij,aliis committi non poſſe.Mouentur autem potiſſimum.l.2.C.de pedan.iudicib.in qua, cum dixiſſet Imperator.Præſides his in cauſis, quas cùm cognoſcere non poſſent. Pedaneos dabãt iudices:notionis ſuæ examẽ adhibere neceſſe eſſe:ita tm̃, vt, ſi ꝑp occupationes publicas oĩa hmõi negotia non potuerint cognoſcere, iudices dandi poteſtatem habere,ſubiungit deinde, id non ita accipiendum eſſe, vt etiam his in cauſis in quibus ex officio ſuo cognoſcere ſolebant,dandi iudices licentia permiſſa credatur: quibus ex verbis clariſſimè vr̃ conſtare, mixtum ipſum imperium demãdari nõ poſſe: cum ex præſidis officio cognoſci dicatur.

Sed hoc argm̃ concluderet, ſi mixtum imperium à Principe
173 † ſpecialiter Præſidi commiſſum eſſet, tunc enim non ex alio, ſed ex eius officio cognoſci diceretur:ſed vt lex illa planius ĩtelligatur,illud obiter admonendum eſt:pedaneos iudices nõ dici iudices à magiſtratu datos:vt omnes ferè interpretantur: nã titulorũ diſpoſitio, quæ hmõi eſt, vt hunc de Pedaneis iudicibus titulum,ſequatum alius:Qui pro ſua iuriſdictione iudices dare, dariuè poſſunt, refragatur, ſed Pedaneos iudices eos eſſe exiſtimo,quibus mandata,vel delegata ſit iuriſdictio.Quod ſignificaſſe nobis vr̃ Vlpianus,in l.3.ff.ne quis eum:cũ dixit, ſi quis ad Pedaneũ iudicẽ vocatũ eximat,pœna huius edicti ceſſabit: & Paulus etiam in l.ſi quis aliquid.ff.de pœn.cum (inquit) iudices Pedaneos,ſi pecunia corrupti dicantur, plerunque a Praſide, aut à curia ſubmouendos eſſe,per Pedaneos enim iudices mihi videtur haud dubiè eos intellexiſſe, qui ex iuriſdictione ſibi mãdata cauſas audiunt.

Poſtremò,ut huic tractatui finem imponamus, in eandẽ ſententiam adducit̃.l.nec quicquã.§.vbi decretũ.ff. de offi. procõſ. & l.oĩa.ff de reg.iur.in quibus dr̃, oĩa, quæ cauſæ cognitionem requirere videntur,per libellum expediri non poſſe, quorũ verborum ex oĩum ferè ſententia hic vr̃ eſſe ſenſus, vt omnia, quæ cauſæ cognitionem deſiderant,demandari prohibeantur.

Omiſſis eis,quæ alii fuſius dicũt,animaduertendũ eſt,omnes,
174 qui per libellum delegationem intelligunt,† multum delirare, atq; impudentiſſimè Latinam orationẽ corrumpere,& ne longior videar ex ſnĩa doctiſſimorum virorum, ita locum illum interpretor:vt oĩa, quæcunq; cauſæ cognitionem deſiderant, per breuem,atq; ſummariam facti narrationem libello ſupplici factam expediri non poſſunt,quia cauſas ipſas probari neceſſe eſt. Hunc eſſe verum ſenſum.l.nec quicquam, clariſſimè ꝑbo.l.excuſare.ff.de excuſat.tutor.in qua ſcribit Vlp.tutores per libellos excuſari non poſſe,quaſi dicat,excuſationem tutorũ non eſſe ꝑ libellos ſupplices faciendam,ſed omni ex parte probandã.l.ſcire oportet. §.ſufficit. ff.eo. Quod ẽt luce clarius firmari mihi vr̃. l.minorum.C.de præd.& aliis reb.minor. in qua dr̃, venditionẽ prædiorum minoris oblato libello. Præſidi per procuratorem fieri non poſſe,per libellũ autẽ,ſimplicem, atq; breuẽ venditionis cãm intelligere neceſſe eſſe,apertè nobis indicant Imperatoris verba,quæ ꝓximè ſequunt̃: ſubiicit.n.eam rem aliter confici rectè non poſſe,niſi apud acta cauſis ꝓbatis, quæ vẽditioni neceſſitatem inferunt,decretum ſolenniter interponatur.Ex qbus liquidò conſtat, Imperatorem per illa verba, oblato libello, ſignificare nobis voluiſſe, venditionis cauſam probatã nõ fuiſſe.

Cùm itaque cõmunis opinionis argumenta facilè euerti poſſint,ꝯriam exiſtimo veriorem eſſe ſnĩam,quam etiam ſequitur Alciat.lib.2.Paradox.c j.Mouet autem me (vt ita ſentiam) d.l: cognitio.§.vt bonorum,quæ mihi videtur apertiſſimè probare, mixtum ipſum imperium demandari poſſe. Excipio aũt ab hac ſnĩa cauſas illas,q̃ ſpeciatim alicui ꝯmiſſæ ſint argumẽto eorũ,
175 quæ tradunt Dd.in d.l.j.Ex his † concludimus, cauſæ cognitionem,quæ ꝑp venditionem prædiorum minoris adhiberi ſolet, demandari non poſſe etiam ſi mixti imperij dicatur eſſe: cuius rei facilis,in promptuq; ratio aſſignari põt, quia id iure ſpeciali ꝯſtitutũ eſſe vr̃,ne pupillorum bona malè diſtrahantur. l.j.C.de præd.& aliis reb.min.ſin.decret. alienand. Ex his ẽt illud perſpi-
176 cuum eſſe poteſt,† decretum,quod in alimentorũ tranſactione requiritur, nulla alia de cauſa committi non oportere,niſi quia Prætoribus nominatim illud tributum eſſe vr̃. l.cum hi.in prin. ff.de tranſact. in qua dicitur alimentorum tranſactionem non aliter validam eſſe, quàm ſi auctore Prætore facta ſit.

GVIDONIS PAPAE
DE RESCRIPTIS.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum,per quod mandatur aliquem compelli ad faciendum vel ſoluendum non obſtantibus quibuſcunque exceptionibus & appellationibus, quas exceptiones & appellationes excludat.& nu.3.*
2 *Exceptiones peremptoriæ admitti debent in omni iudicio etiam ſummario.*
4 *Exceptio declinatoria fori an ſit ſublata per generalem clauſulam, non obſtantibus quibuſcunque oppoſitionibus &c.*
5 *Reſcriptum tollens exceptionem in ſpecie, quomodo interpretandum ſit.*
6 *Reſcriptum, per quod mandatur procedi ſummarie & de plano ſine figura iudicij, quam interpretationem recipiat.*
7 *Verba hæc in reſcriptis appoſita, ſine figura iudicij, quas ſolennitates auferant.& nume.15.*
Ordo iudiciorum cuiuſmodi ſit.
8 *Citationis ſolennitas ſit ne ſublata per hæc verba,ſine figura iudicij.*
Citatio eſt de iure naturali.
9 *Libelli ſolennitas ſit ne ſublata per hæc verba,ſine figura iudicij.*
10 *Feriarum obſeruatio ſit ne ſublata per hanc clauſulam, ſine figura iudicij.*
11 *Iuramentũ de calumnia præſtatur etiam cum proceditur ſine figura iudicij.*
12 *Teſtes producti in cauſa,de qua cognoſcitur ſine figura iudicij, iurare debẽt.*
13 *Teſtes iurare parte præſente,& examinari in ſecreto debent, etiam cum ſine figura iudicij proceditur.*
14 *Teſtium publicatione facta,non licet alios teſtes producere, etiam ſi ſine figura iudicij procedatur.*
16 *Verba hæc,ſine iuris ſolennitate,in reſcriptis vel ſtatutis appoſita quomodo differant ab illis verbis,ſine figura iudicij.*
17 *Lex non verbis,ſed rebus imponitur.*
18 *Reſcriptum,per quod iudici datur licentia procedendi ſecundùm ſuum liberum arbitrium, quomodo ſit interpretandum.*
19 *Reſcriptum, quo iudici datur licentia procedendi ſecundùm ſuam conſcientiam, quomodo ſit interpretandum.*
20 *Reſcriptum,per quod committitur alicui,vt de cauſa cognoſcat ſola veritate inſpecta, quam formam procedendi concedat.*
21 *Solus, quam ſignificationem recipiat.*
22 *Clauſula generalis,non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs vel literis &c. adiecta reſcripto quid operetur.*
23 *Generalitas non obſtantiarum,ſufficit ad confirmandum actum.*
24 *Priuilegia tolli per generales non obſtantias multis iuribus probatur.*
25 *Clauſula hæc, ſupplendo omnem defectum de plenitudine poteſtatis, quid operetur.*
26 *Clauſula,ex certa ſcientia,in reſcriptis apponi ſolita quid operetur.*
27 *Clauſula, de plenitudine imperatoriæ maieſtatis,quid importet.*
28 *Clauſula,habita conſideratione ad grata ſeruitia, in reſcripto appoſita quid operetur.*
29 *Reſcriptum alicui per principem conceſſum poſſit ne eo abſente vel ignorante reuocari.*
30 *Verba hæc, compellatis, vel inquiratis, vel ſi ita eſt, in reſcriptis appoſita quid operentur,atque mihi de quibuſdam alijs clauſulis apponi ſolitis.*
31 *Reſcripti forma quatenus ſit attendenda & ſequenda.*
32 *Reſcripti verba ſecundùm ius ſunt intelligenda.*
Reſcripto a principe contra ius conceſſo,iudex delegatus quid facere debeat.
33 *Reſcriptum non præſentatum iudici intra annum, an poſt annum iuribus & effectu careat.*
34 *Reſcriptum principis valeat necne ſine adiectione diei.*
35 *Principi aliquid aſſerenti an ſit credendum.*
36 *Literæ quinquẽnales debitori conceſſæ an extendantur ad creditores futuros.*
37 *Princeps poſſit ne per ſuum reſcriptum confirmare ſententiam,quæ eſt nulla.*
38 *Princeps põt per reſcriptũ euocare ad ſe cauſam pendentem in alio iudicio.*
39 *Reſcriptum,per quod princeps confirmat libertates alicuius ciuitatis, quid importet.& nu.41.*
40 *Reſcriptum aduerſus libertates confirmatas conceſſum an valeat.*
42 *Imperator vel rex poſſit ne priuilegium ante coronationem concedere.*
43 *Hæredi qui nõ conſcripſit inuentariũ intra tẽpus lege præſtituũ, an remitti poſſit*

Source : BIU Cujas

possit negligentia per rescriptum principis.

44 *Princeps ius suum nemini sine causa tollere potest. & nu. 55.*

45 *Cancellarius principis possit ne rescriptum concedere.*

46 *Rescriptum, per quod remittitur alicui solutio vectigalium, an valeat.*

47 *Rescriptum impetratum lite pendente non valet nulla litis mentione facta.*

48 *Rescripto principis potest quis releuari à desertione appellationis.*

49 *Rescriptum, per quod conceditur alicui officium, quam interpretationem recipiat.*

50 *Officio ratione delicti sui priuatus nō potest ad idem officium rursus assumi, nec per rescriptum quidem principis.*

Rescriptum principis falsificans qua pœna puniatur.

51 *Exceptio semel opposita rescripto ac reiecta, non potest amplius aduersus illud opponi, etiam si ex eo rescripto ad aliud ageretur.*

52 *Rescriptum varia capita continens an per omnia sit probandum. & nu. 54.*

53 *Rescriptum plura sub disiunctione complectens, sit ne admittendum.*

VIA vsus rescriptorū frequens est in hac patria Dalphi. pp residentiā illustris. principis dñi nostri Ludouici regis Francorū primogeniti Viēnen. Dalphini de præsenti in hac patria Dalphinali residētis. Ideo ego Guido Papæ inter legum doc. minimus consiliarius in curia parlamenti Dalphinalis Gratianopoli residenti duxi aliqua in materia talium rescriptorū, & clausularum in eisdem apponi solitarum pro mei memoria in scriptis redigere præsens opusculum *inchoando* de hoc anno Do. 1453. & die 7. mensis
1 Martii, & pro introitu materiæ. ¶ Quæro primò † in rescripto *principis* mandatur aliquis compelli ad aliquid faciendum, vel soluendum cum illa clausula, oppositionibus, vel appellationibus in contrarium fiendis non obstantibus quibuscunq;. Quæ exceptiones, & quę appellationes sub illis verbis generalibus videantur comprehensę. Credo circa hoc sic dicendum, ꝙ aut factum est tale & adeo notum, ꝙ nullam capit exceptionem, & tunc proceditur ad executionem talis rescripti nulla exceptione admissa, vt no. gl. fi. in c. ex parte. extra de rescri. Aut factum est tale, in quo pōt cadere exceptio rationabilis, & tunc in dubio per tale rescriptum friuolæ exceptiones & friuolæ appellatio. vñr repulsę, non autē rationabiles, vt vult gl. in d. c. ex parte. quem ibi sequuntur Card. Floren. facit in simili. c. pastoralis. extra de appel. Vel *fm* Host. in d. c. ex parte, ꝙ exceptiones dilatoriæ sunt remotæ, & non peremptoriæ, vel grauis præiudicii, ar. l.
2 quoties. cum ibi no. C. de prec. impera. offe. quia † in omni iudicio, etiā summario & executiuo regulariter debent admitti exceptiones peremptoriæ: vt no. in c. sæpe. de verb. signi. vt minus lædat rescriptum ius tertii, q̄ possibile sit, iuxta. l. nec auus. C. de emanci. liberorum, intelligatur propterea rescriptum principis sustuliſſe tantummodo exceptiones dilatorias, & frustratorias, similiter frustratorias appellationes, & sufficit, ꝙ in his tale rescriptum vt odiosum verificetur; qm̄ non prę sumitur fuisse intentionis principis, per d. generalitatē velle tollere ius alterius, & minus lædere alium. Ideo sufficit, ꝙ tale rescriptum verificet in friuolis, & dilatoriis, & aliis parui præiudicii, arg. in l. 2. §. meri
3 tò. & §. quod principi. ff. ne quid in loco publico. Vel pōt † dici, ꝙ exceptio friuola, & omnis alia, cui de iure nō indulgetur expresse pro legitima, vt in d. c. pastoralis, in prin. videatur esse sublata, siue sit dilatoria, siue peremptoria: non autē aliæ exceptiones: quia si non posset expresse tollere exceptiones peremptorias, & alias multas lædentes, multominus in generali remotio-
4 ne exceptionum. ¶† Sed an per talem generalem clausulā, qui buscunq; oppositionibus non obstantibus, videātur sublatę exceptiones declinatoriæ fori, videtur ꝙ non maximè illæ, quæ procedunt ex suspitione: quia illam princeps non potest tollere nisi ex certa sua scientia, vt in gl. in c. ad hæc. extra de rescrip. & no. Ang. de Are. in l. fi. in 3. col. ff. à quibus appella. non licet.
5 ¶† Sed quid si princeps non in genere, sed in specie tollit exceptionem in suo rescrip. vt puta non obstante tali vel tali exceptione, exceptiones specificando? Certè illæ exceptiones videntur remotæ, vt no. gl. in d. c. ex parte. quod intellige verum *fm* Ang. de Aretio vbi supra *fm* formam. d. l. quoties. videlicet, dū-
6 modo non sit peremptoria exceptio, vel nimis grauis † Sed qd si princeps per suum rescriptum mandat in aliqua causa procedi summariè & de plano, sine strepitu & figura iudicii, de quo operentur ista verba? Dic ꝙ apud antiquos fuit magna dubitatio de significatione dictorum verborum, ob quam auferendā fuit facta clementina sæpe. de verb. signifi. de qua materia plenè tetigit Bar. in extraua. Imperatoris Federi. quæ incipit ad reprimen. Veruntamen non ommitto vnum exprimere *fm* Ioan. And. ꝙ illa verba, sine figura iudicii, tantum important, per se sola, quantum alia præcedētia simul iuncta. Vnde licet illa omnia iungi soleant in literis siue rescriptis principum vel statutū, tñ non est de necessitate, qñ illa verba, sine figura iudicii, apponuntur. ¶† Sed quæ solennitates per illa verba, sine figura iudi-
7 cii, videantur sublatæ. Ad cuius euidentiam præmitto, ꝙ figura iudicii est ordo substātialis ꝓcessus à iure requisitus, quo omisso ipsum iudicium vitiatur: vt l. prolatam. C. de sen. & interlo. om. iu. Qui quidem ordo talis esse distinguitur, videlicet libellus, litis contesta. dilationum assignatio, iurium testium instrumētorum productio, & similia: vt in c. qm̄ contra falsam. extra de ꝓb. & d. l. prolatam. de qua figura iudicii loquitur tex. in l. j. §. similique modo. C. de lat. lib. tol. & iste ordo & aliæ solennitates iudiciorum vidētur per d. verba sine figura iudicii sublatæ. Nisi quatenus exprimitur in d. cle. sæpe. *fm* Io. And. vel *fm* Bar. in d. extraua. ad reprimē. ꝙ per illa verba, sine strepitu & figura iudicii, iudex subleuatur ab obseruatione omnis iudicialis formæ, & figuræ iudicii à iure ciuili, canonico, vel municipali inductæ. Sed tñ tenetur seruare formam & figuram iudicii à iure iuregēitū, vel naturali ratione introductam, ad quam formam reducūtur ferè omnes casus expressi in d. cle. sæpe. ꝙ est notandum. Si verò ipsa verba nō essent apposita in literis, rescripto, vel statuto, sed alia præcedentia sola; tunc *fm* Io And. non haberet locum dispositio illius cle. sæpe. Quòd est notādum: & hoc sequitur Bar. in d. extrauag. ad reprimen. patet ergo, ꝙ illa cle. sæpe. habet locum, qm̄ illa verba, sine figura iudicii, apponūtur per se sola, vel coniunctim cum aliis. Alia ergo verba sine istis apposita faciūt
8 cessare dispositionem. d. cle. sæpe. quo ad multa. † Sed iuxta hæc quæro, an per d. verba, sine figura iudicii, sit sublata solennitas citationis? Dic non per tex. d. l. ad reprimendum. Secundò per rationem; quia citatio est de iure naturali: nā Deus citauit Adā delinquentem, dum inquit, vbi es Adam? quæ determinatio cō probatur per cle. pastoralis, extra de re iudi. vbi est tex. ¶ Quæro
9 vlterius circa hoc, an sit † sublata solennitas libelli per d. verba? Dic ꝙ sic. licet aliqualis petitio oretenus, vel apud acta coram iudice sit fienda, cum hoc sit quasi ius naturale, vt patet in quæstione mulieris, quæ coram Salomone filiū suū postulauit, dū ipsa dixit, filius meus viuit, & filius illius mortuus est, vt ī c. affert. extra de præsum. & 3. Reg. 3. c. & alibi dicit Iesus. Mulier vbi est, qui te accusat? Sed tñ in tali summaria petitione non est necessaria conclusio, quæ regulariter requiritur: dum tñ ex facti
10 narratione conclusio comprehendat. Et potest procedere † iudex diebus feriatis propter necessitatem hominū introductis: vt d. c. sępe. Secus si propter Dei reuerentiam; quia tales sunt seruandæ, iuxta illud, sabbata sanctifices, licet contrafaciat alia auctoritas Psalmistæ. Beati qui diligunt iustitiam, & iustitiam faciunt in omni tempore. Sed certè potest & debet intelligi illud vniuersale, omni, scilicet congruo & habili, arg. l. vt gradatim. §. sed si lege. ff. de muner. & hono. & idem dico in feriis repētinis
11 quod in diuinis dictum est *fm* Io. An. vbi supra. ¶ † Præterea illud est notandum, ꝙ in causa, in qua proceditur sine figura iudicii, iuratur de calumnia, licet illud iuramētum sit iure ciuili introductum: vt d. c. sępe quod satis naturali rationi conuenit, vt compescatur malitia litigantium: vt in proœmio instit. & de pę-
12 na teme. litigantium, in principi. Item testes † qui producuntur in causa debent iurare. l. iuramentū. C. de testibus. exemplo eius quod dictum est de iuramento calumniæ. Et licet tale iuramētum possit à parte remitti, tñ nō videtur in dubio per rescriptū principis esse remissum, nisi in eo dicatur, ꝙ possit procedi sine aliqua iuris solennitate, *fm* Bar. in l. j. ff. de testamēto militis. De
13 bent etiam † iurare parte præsente, vel citata, ne copia defensionis aduersario tollatur, quod esset cōtra naturalem rationem: & fieri debet etiam examinatio testium in secreto, & dictū ipsorum debet esse tale, quod rectè concludat, exemplo Danielis: vt in c. cum causam. extra de testi. & gl in l. si qñ. in fi. C. de testi. & tenet Bar. vbi supra: debet etiam fieri publicatio, & post ipso
14 rum † publicationem non est licitum alios testes producere, cū timor sit subornationis, vt plenè not. in c. fraternitatis. extra de test. & in l. per hanc. C. de tempori. appellatio. Qui timor iuri naturali concordat, vt alter alteri non insidietur. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. & vt malitiis hominum occurratur: vt l. in fundo. ff. de rei ven. & si actor peteret à reo sibi edi instrumenta ad eius intentionem fundandam, non deberet iudex ipsum audire; qa ista petitio esset contra rationem naturalem, vt l. qui accusare.
15 C. de edendo. † Quę ergo potest iudex facere in causa, in qua ꝓceditur sine figura iudicii? Dic, ꝙ potest procedere sine datione libelli; quia sufficit qualiscunq; petitio, vt supra dixi. Item sine litis contestatione. Item tempore feriarum ob necessitates hominum introductarum, secus in repētinis principis, aut Dei reuerentia introductis, vt prædixi. Item statuere debet dilationes quāto potest breuiores. Exceptiones autem frustratorias, vt appellationes friuolas reiicere debet: insuper multitudinē testiū aduocatorum & procuratorum iurgia repellere. Iustas autem defensiones debet admittere. Faciatq; iurare de calumnia, ac de veritate dicenda. Necnō & interrogare potest partes ex suo arbitrio quandocunq; lubebit. Præterea partes citare ad sentētiā audiendam licet non peremptoriè. Ac sentētiam in scriptis ꝓferre. In qua causa est necessaria conclusio, vt hæc omnia habētur in d. cle. sæpe. & nota, ꝙ de consensu partium tacito, vel expresso iudex in tali causa potest summariè procedere iuris ordine seruato. vt no. in d. c. sæpe. in fi. sui. argu. l. non quicquid. de
16 iudi. ¶ † Quæro circa præmissa, si statuto vel rescripto principis

Source : BIU Cujas

pis caueatur, ꝙ iudex procedat ſine aliqua iuris ſolennitate, dicit Bar. in l. filiusfamilias. ff. de don. ꝙ iſta verba in aliquibus differunt à prædi. verbis, ſine figura iudicii: vnde ſm eum poteſt iudex hoc caſu teſtes recipere ſine iuramento & procedere etiã diebus feriatis ob honorem Dei. Quod non poſſet in caſu præcedenti, & eſt ſm eum, quia iurm teſtes poteſt tolli per pactum, vt no. ff. de fer. l. j. in prin. & l. iuramen. C. de teſtib. ¶ Et feriæ in honorem Dei poſſunt tolli per leges. l. prouinciarum. C. de feriis. Item poterit admittere teſtes infames, & eos qui perdiderũt ea, quę ſunt iuris ciuilis tãtum. Secus autem in his qui perdidiſſent ea, quæ ſunt iuriſgẽtium. arg. in l. neq; enim §. j. & 2. iuncta l. j. ff de teſta. mili. Sed certè mihi vr, ꝙ iſta ſunt ſomnia. Vnde dico eſſe idem in vtroq; caſu, cum non ſit dare perfectam rationem diuerſitatis dictorum caſuum. Quid enim aliud eſt dicere,
17 ſine figura iudicii: q̃ ꝙ ſine ſolẽnitate iudicii? Certè nihil. † Aliter ſequeretur, legem magis eſſe impoſitam verbis quam rebus quod eſſe non debet, vt l. 2. C. commu. de leg. quia magis ſenſui quam diuerſitati verborum adhærendũ eſt, vt l. 3. in fi. C. de libe.
18 præteri. & pro hoc facit, quod ſtatim dicam in ſeq. q. ¶† Sed q̃d ſi ſtatuto vel reſcripto principis diſponatur, ꝙ iudex procedat ſm ſuum liberum arbitrium, vel ſm ſuam voluntatem? Dic ſm Io. And. in d. c. ſæpe in gl. ſuper verbo defendente, & Bar. in d. l. filiusfamilias, & in l. ad reprimẽ. in gl. ſuper verbo, videbitur expedire, ꝙ iſta verba idem ſignificant, & important, quod faciũt dicta verba ſine figura iudicii, & pro tanto nõ poterit iudex auferre parti iuſtam defenſionem: nam per talem conceſſionem non videtur conceſſa poteſtas lædendi partem circa principale negocium, vt in l. ſi qñ. C. de inoff. teſt. l. cum quidam. ff. de leg. 2. l. ſi procurator. in princ. ff. condi. indebi. facit. c. in generali. de
19 reg. iur. lib. 6. ¶ † Quid ſi dicatur in reſcripto principis, ꝙ iudex poſſit procedere & pronunciare ſm eius conſcientiam? Dicit Io. And. in cle. j. de iurepatro. ꝙ hic iudex habet latiſſimam ptãtem. Ideo ꝙ ab eius diffinitiua ſententia non poteſt appellari. Alii dicunt, ꝙ talia verba idem ſignificant, ac ſi dictum eſſet, vt pronunciet ſm eius liberam voluntatem. Quia iſta conſciẽtia debet eſſe talis, vt conueniat bono viro ſm mentem proferentis, vt d. l. cum quidam de qua conſcientia loquitur. c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcri. lib. 6. Et ideo dicunt poſſe appellari ab eius ſententia, cum nõ videatur amplior collata poteſtas in vno caſu quam in alio. Immo ſi rectè põderetur, minor eſt poteſtas eius, cui committitur: vt iudicet ſm conſcientiam, quam eius, qui iudicare debet ſm liberam volũtatem, ſm aliquos. Vel dic verius, ꝙ ſit latior poteſtas huius q̃ aliorum. Vnde credo, ꝙ talis iudex poſſit iudicare ſm conſcientiam ſuam informatam proprio viſu, vel auditu, licet regulariter ſit contrarium: vt no. per gl. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præſidis.
20 ¶† Quęro, princeps mandat per ſuum reſcriptum, vel committit alicui, vt cognoſcat & determinet cauſam ſola veritate inſpecta, quæ erit forma procedendi? Ego credo, ꝙ fungatur illa poteſtate, qua arbitrator electus à partibus. de quo loquit capitulum quintauallis. extra de iureiur. & in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. Vnde poterit talis delegatus procedere & diffinire ſine datione libelli, lite conteſta. & ſimilibus: quia veritas non requirit adminicularia, vt l. j. C. ſi vt ſe ab hæredita. abſtineat. Nec errore, vel omiſſione taliũ lęditur, vel vitiatur, ſed ſuis ſolis teminis eſt cõtenta: vt d. § veritas. per quem tex. firmatur & probat deciſio antedicta: per hoc enim, ꝙ dicit ſola, excludere intendit oẽm aliam formam & ſolẽnitatem, aliter nõ
21 diceretur inſpici ſola veritas: hoc enim nomen † ſolus, ſolum ſignificat vnitatem & ſingularitatem & non pluralitatem, arg. l. ſolam. C. de teſti. & l. ſi te ſolum. ff. de hæred. inſti. l. cum ſolus. ff. de acqui hær. Puto tñ, peremptorias exceptiones & iuſtas defenſio. tenetur admittere, cum ſint fendatæ ſuper iure naturali:
22 vt in cle. ſæpe. & habẽt reſpicere veritatem negocii. ¶ † Sed q̃d ſi in reſcripto principis ſit adiecta clauſula generalis non obſtãtibus quibuſcunq; priuilegiis vel literis &c. vel alia ſimilis gñalis clauſula? Dic ꝙ tantum valet illa generalis clauſula etiam reſpectu ſingulorum priuilegiorum, ac ſi nominatim de ipſis priuilegiis in contrarium facientibus fuiſſet facta expreſſa mẽtio.
23 † Ratio: quia generalitas non obſtantiarũ quæ ponitur ad certum actum confirmandum ſufficit ſm Io. An. & Archi. in c. cũ aliquibus. de reſcriptis. lib. 6. & idem Io. And. in c. j. in fi de exceſſio. præla. lib. 6. in verſi. breuiter. dici põt, ita ꝙ in omni materia, in qua verba derogatoria ſunt prolata licet generaliter ab eo, q̃ derogare poteſt, & apparet eius voluntas, ꝙ generaliter omnibus derogare voluit, illi eius voluntati eſt ſtandum: & Io. And.
24 in d. c. j. de exceſ. præla. allegat † multa iura, in quibus priuilegia tolluntur per generales non obſtantias. Allega. enim cle. j. in fi. de ſenten. excom. Vbi dicitur ad literam, porrò hanc etiam ſanctionem ad prędecentia trahimus, non obſtantibus priuilegiis, conuentionibus, ſtatutis & conſuetudinibus quibuſcunq;, quæ contra præmiſſa, vel aliquod prędecentium religioſis ipſis in nullo volumus ſuffragari. ¶ Allegat etiam cle. j. in fi. de iurepat. vbi ſic dicitur, non obſtãtibus exemptionibus, aut aliis quibuſlibet priuilegiis, conſuetudinibus, vel ſtatutis, quę circa præmiſſa, aut eorum aliqua religioſis ipſis, aut aliis in nullo volumus ſuffragari, alleg etiam cle. fi. in fi. de pęnis, vbi ſic dicitur, nullis priuilegiis, vel ſtatutis cuiuſcunq; tenoris exiſtant, alleg. etiam cle. j. in fi. de ſepul. vbi ſic dicitur nullo eius circa præmiſſa exẽptionis, vel quouis alio priuilegio ſub quacunq; verborum forma conceſſo aliqualiter ſuffragante, alleg. etiam cle. j. de teſta. vbi ſic dicitur, illos quos circa id deliquiſſe repererint, in aliorum exemplum pęna debita, non obſtante quocunq; priuilegio punituri, alleg. etiam cle. ſecundam, verſi. nos etenim. de ſepul. vbi ſic dicitur: nos etenim, vt in cunctis æqualiter & pacificè fauente dño procedat, vniuerſa priuilegia, literas, vel gratias verbo, ſeu ſcripto ſub quacũq; forma, ſeu expreſſione, vel exceptione verborum à nobis, vel à predeceſſoribus noſtris Romanorũ Pontificibus, cuiuſcunq; ordini prædictorum conceſſa, necnon cõ ſuetudines, conuentiones, ſtatuta, & pacta, inquantum ſunt prę miſſis, vel alicui præmiſſorum cõtraria, penitus reuocamus, caſſamus & irritamus &c. allegat etiam ipſe Io. And. vbi ſupra cle. j. circa fi. de decimis. vbi ſic dicitur, ante ſatisfactionem condignam nullatenus abſoluendi, priuilegiis non obſtan. quibuſcũque &c. alleg. etiam cle. j. verſic. ſanè prioratus. de ſta mona. vbi ſic dicitur, ſed teneantur etiam in ipſis prioratibus, ſeu adminiſtrationibus (quacunq; non obſtante cõſuetudine) reſidere &c. alleg. etiam cle. primam. circa finem. de hære. vbi ſic dicitur. nullo in hac parte priuilegio ſuffragante, alleg. etiam cle. primam. in verſi. cæterùm. de priuilegiis, vbi ſic dicitur. non obſtan. præmiſſis ſtatutis, aut quibuſlibet aliis priuilegiis cuiuſcunq; tenoris exiſtant, alleg. etiam cle. 2. eo. titu. de priuilegiis. vbi dicitur, quouis priuilegio contrario non obſtãte, alle. etiam cle. primã. circa princi. de pęnis. vbi ſic dicitur, non obſtante quacunq; cõſuetudine, quam reputamus (ſacro approbante concilio) penitus corruptelam: allegat etiam clementinam cum ex eo. de ſenten. excõicatio. vbi dicitur, ne decętero aliquid vel aliquod prędictorum, etiam ſi ſuper hoc hi, vel illi priuilegiis muniti extiterint quæ ipſis in nullo prorſus quò ad hæc volumus ſuffragari. Alleg etiam clementinam ſecũdam, in fi. de ſtatu mon. vbi ſic dicitur priuilegiis, ſtatutis, & conſuetudinibus quibuſcunq; in contrarium minimè valituris: allegat etiam capitulum primũ de exceſſibus prælatorum, lib. 6. vbi dicitur, quibuſcunq; ſuper hoc priuilegiis muniti exiſtant, quæ ipſis contra conſtitutionis tenorem nullatenus volumus ſuffragari. allegat etiam ipſe c. cũ non deceat. de elec. lib. 6. vbi ſic dicitur non obſtãtibus quibuſcunq; conſuetudinibus, vel ſtatutis eccleſiarum ipſarum contrariis ſeu priuilegiis quibuſcunq; per quæ præmiſſorũ effectus poſſet quomodolibet impediri &c. alleg. etiam c. quia ſæpe. eo. titu. vbi dicitur, non obſtantibus quibuſlibet priuilegiis &c. alleg. etiam capitulum primum. in fi. de cenſi. lib. 6. vbi dicitur, ſaluis ſuper hoc rationabilibus & approbatis religionum conſuetudinibus: allegat etiam. c. alma mater, de ſen. excõicatio. vbi dicitur, non obſtantibus quibuſcunq; priuilegiis, allegat etiam c. fundamenta. §. pe. de elec. vbi dicitur, nõ obſtantibus aliquibus priuilegiis &c. allegat etiam c. j. de bigamis, vbi dicitur conſuetudine contraria non obſtante: allegat etiam auct. nauig. C. de furtis. vbi ſic dicitur. ſublata pęnitus omni conſuetudine locorum, quæ huic aduerſatur: allegat etiam auc. oẽs peregrini. C. cõia de ſucceſ. vbi dicitur, non obſtante ſtatuto aliquo, aut conſuetudine, vel etiam priuilegio &c. Sic ergo probat ipſe Io. An. per 24. tex. iuris canoni. & ciuilis ſupra declaratos, ꝙ generales non obſtantiæ tantum operãtur, ſicut ſi ſpecialiter eſſent declaratæ, quod prodeſt ad multa reſpectu reſcriptorum, de quibus hic tractamus. Et dicit Paul. de Leaza. in d. clem. j. in fi. de ſepult. ꝙ verba generalia derogatoria vel confirmatoria actuum prędecentium prolata ab eo, qui poteſtatẽ habet confirmandi, vel derogandi, dummodo de eius voluntate conſtet, ſufficiũt, ſiue loquamur de priuilegiis, reſcriptis, conſtitutionibus, conſuetu-
25 dinibus, vel cõtractibus. Quòd ſi in reſcripto † cõtineatur clauſula, ſupplendo omnem defectũ de plenitudine poteſtatis, dic ꝙ talis clauſula tollit omnem ſubreptionem, quæ poſſet allegari ex taciturnitate aliarum literarum, vt in c. j. extra de trãſactio. & de hac clauſula vide in c. illa quotidiana. de elect. & per Spec. in tit. de legato, in §. nunc oſtendendum. verſ. 18. & per Guil. de Monte Lauduno & Doct. in cle. paſtoralis. ver. cæterum. de re iudica. illa etiam clauſula, ſupplendo omnem defectum &c. importat, ꝙ princeps ſupplet defectum iuris, ſi quis ſit in reſcripto, per quem gratia vel reſcriptum poſſet impediri ſm ꝙ iuris ſolennitatem tollere põt, in cle. ſæpe. de verb. ſig pro hoc. l. omnium. C. de teſta. & maximè qñ ex certa ſcientia in cle. paſtora-
26 lis. verſi. cæterum. de re iudi. ¶ † Sed quæro de clauſula ex certa ſcientia, in reſcriptis principum apponi ſolita quid operetur? Dic, ꝙ operatur effectus ſequentes. Primò ꝙ conceſſionem aut reſcriptum validat. vbi aliàs nõ valeret. gl. eſt ordinaria in c. venerabilis. de confirmatione vtili vel inutili. Secundò operatur hæc clauſula tantum, quantum clauſula derogatoria non obſtante tali lege l. idem Vlpia. in fi. ff. de excuſa. tut. & ibi per Bar. & Bal. & ponit idem Bal. in proç. feudorum, circa fi. primæ diuiſionis, in quæſtione, quæ incipit, an rex poſſit filium ſuum conſtituere

Source : BIU Cujas

ſtituere regem &c.facit bene cle.fi.de ſen.excom.licet talis clauſula non obſtante tali lege non ſemper valeat. 22.q.2. & ibi Archi.ita dicit Bald.in d.proęmio feudorum. Tertiò operatur, ꝙ princeps cum cauſa cenſetur priuilegium, vel gratiam cõceſſiſſe, quæ cauſa ſemper in principe præſumitur iuſta. l. relegati. in fi.ff.de pęn. Quartò etiam operatur, ꝙ error, ignorantia, vel inaduertentia excluditur. Plus dicit Bal. ꝙ quis non debet audiri contra illud, quod princeps fecit ex certa ſcientia, immo debet imponi ſilentium: ità dicit ipſe Bal. & tenet in gl. quam ipſe fecit ſuper extrauaganti Imperialis clementinæ mãſuetus &c. in §.ſi quis autem.ibi non admittemus &c.

27 ¶ † Sed quid operatur clauſula, de plenitudine imperatoriæ maieſtatis, & quid importet. dic ꝙ plenam & liberam poteſtatem: vt cenſeatur princeps ſupra ius diſpenſare.c. propoſuit. extra de conceſſi.præben.l.fideicommiſſa.§.quanquam. ff. de leg.

28 3.& cle.paſtoralis.in fi.de re iud. ¶ † Sed quid operatur clauſula habita cõſideratione ad grata ſeruitia &c. dic ꝙ facit trãſire reſcriptum in vim contractus, ſuper quo vide Bar. in l.ambitioſa. ff.de decretis ab ordine faciẽdis.& in l.item.§.ex his.ff.quod cuiuſq; vniuerſitatis,& l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur.& eſt effectus, ꝙ tale priuilegium ſola nuda voluntate non poteſt reuocari per principem c.quod ſemel placuit.& ibi Dy.de reg.iur.& faciunt allega.per *Bar.in locis ſupra allega.de clauſula*, quidam alii, in reſcripto *Papæ apponi ſolita* qualiter intelligatur: vide in Spec.in tit.de reſcrip.§.ratione aũt cauſæ. ver.itẽ ꝙ in eo &c.

29 ¶ † Iuxta prędmiſſa quęro, princeps conceſſit alicui reſcriptum, an ignorãte, *vel abſente* eo, cui conceſſit poſſit reuocare, vt valeat *reuocatio* Dic ꝙ non, nec valet prouiſio in contrarium *facta, caſus* eſt expreſſus in c.j.extra de cauſa poſ.& proprie.vbi ſic dicitur, ſuſceptis. & infra, legali prouiſione decretum eſt &c. id eſt tam poſſeſſionis q̃ proprietatis eau am ſub vno eodemq; iudice debere cognoſci, nec nos contra iam dictam partẽ aliquid poſſimus diffinire, vt ibi formaliter dicitur: Imperiale enim reſcriptũ, aut Papale parte abſente & non vocata conceſſum nõ valet, de Imperiali eſt tex.in l.fi. C ſi per vim vel alio modo. de Papali eſt tex.in c.inter.extra de maio. & obe. cum ſuis concordantiis.facit bene ad præmiſſa.l. ea quæ aduerſus. C. qũo & qñ iudex.& ſequitur ex præmiſſa talis effectus, ꝙ ſi quis virtute talis reſcripti apprehẽdat poſſeſſionem alicuius rei, ipſa poſſeſſio cenſebitur indebita, & apprehenſor eiuſdẽ iure, ſi quod habebat, dici meretur priuatus, ſaltim priuandus: quia auctoritate reſcripti iniuſti poſſeſſionẽ fuit ingreſſus, caſus in l.meminerint. C.vnde vi. non obſtante.l.iuſtè poſſidet.ff.de acqui.poſſ. ſicut ibi dicunt gl Cy.& Bart.

30 ¶ † Quæro vlterius, princeps committit aliquam cauſam p ſuum reſcriptum in quo reſcripto continetur verbum compellatis &c. dic, ꝙ ordo iudiciarius eſt ſeruandus. c. olim. extra de iniuriis. & idem ſi reſcriptum cõtineat verbum, vel inquiratis, vt in c.exhibita.extra de iud. Idem etiam ſi in reſcripto dicatur: ſi ita eſt, vel ſi tibi ꝑſtiterit, iſta deſiderant cauſæ cognitionẽ, vt no. Hoſt. ĩ d.c.exhibita. Idẽ ſi dicat̃, vocatis partibus, vel vocatis vocãdis, vel ſi veritate fungant̃, vel cognita veritate, vel iuſtitia mediãte, vel ſicut de iure fuerit, vel qđ canonicũ, vel qđ iuſtũ, talis cui cõmittitur à Principe, debet in figura iudicii ꝓcedere, & poteſt totam cauſam, vel partem committere: & talis poteſt ex cauſa recuſari.& eſt ratio: quia ius cõe continet. Idem ſi committatur ſub illa forma. Ea quæ de bonis, vt tenet Innocẽ.in c. epiſcopi.extra de re.eccle.non alienan. Idem ſuper vſuris reſtituendis. Et ſuper iniectione manuum violenter,& decimis ſoluẽdis, vt d.c.olim.qñ talis mixtus executor cenſetur, & annexã cognitionem habet. Nam quantuncunq; ei ſimpliciter & abſolute cauſa committitur, exceptiones tñ admittere tenetur, vt extra de officio delegati.c.ex parte.el 2. C.ſi contra ius vel vtilitatẽ publicam.l.& ſi non cognitio.& C.quæ res pigno.obl.poſ. l.j.& ſuper omnibus quæ ad ipſam cauſam pertinent, recipit poteſtatem.c.præterea.de offi.deleg.in c.prudentiam.in fi. & ff. de

31 iuriſdic.om.iudi.l.2.† Nec obſtat, ꝙ forma reſcripti ſit diligenter attẽdenda,& ſequenda, vt extra de reſcriptis. c. cum dilecta. Quia hoc verum, ſi iuri non contradicat; quia ſi contradiceret iuri, non eſt inſequenda eius forma.c.eã te. extra de æta. & quali.& l.reſcripta.C.de preci.Impera.offe.& l.quoties.eo.tit. Cum non præſumatur, ꝙ princeps delegans iura ſubuertere velit, extra de reſcriptis.cauſam quæ.& C.de inoffic.teſtam.ſi qñ nec iuri alterius derogare.c.licet. extra de officio ordinari. & in l. nec

32 auus.C. de emanci.liberorum. immo † verba reſcripti ſecundũ ius ſunt intelligenda, extra de reſcriptis.c.ſuper literis.& de offi cio delega.c.ſuper quęſtionum.§.ſi verò duo:& eſt ſimile, quod dixit.l.quæ tutorem præcipit confirmari, ſecundum ius, intelligitur præcipere.ff.de confirma.tutorum.l. tutores. Et præmiſſa intellige, niſi princeps in ſuo reſcripto adiecerit alias clauſulas derogatorias, de quibus tetigi ſupra in prima, ſecunda, & tertia quæſtionibus. Sed ſi princeps concedat reſcriptum contra aliquem contra ius, quid facere debeat iudex delegatus, vide. c. ſi quando. extra de reſcriptis, & ibi bonus text.

33 ¶ † Quęro aliquis impetrauit reſcriptum à principe, ſed eum non introduxit coram commiſſario, vel iudice, cui dirigebatur infra annum. An poſt annum euacuentur vires talis reſcripti? Videtur ꝙ ſi per c.plerunq;. in fi. extra de reſcriptis. in cõtrariũ videtur per l.falsò aſſeueras.C.de diuerſis reſcriptis. Dic pro declaratione iſtius quæſtionis, ꝙ vbi reſcriptũ impetratur ad agendum, ꝙ tunc locum habet præſcriptio annalis, vt d.c.plerunq;. Sed vbi impetratur ad aliquid aliud faciẽdum, vel excipiendũ; tunc non habet locum præſcriptio annalis, ſed habet prolixius tempus vel perpetuum, vt l.j.ff.de nũdi.& l.purè.§.fi. ff.de exceptio.doli.& facit.d.l.falsò. ¶ Sed à quo tempore incipit currere dicta annalis præſcriptio? Dic, ꝙ à tẽpore quo copia iudicis delegati haberi potuit, in tantum ꝙ partem citari facere potuit. l. j.& 2.ff.de diuerſis & temporalibus præſcriptionibus. 2. q. 6. biduum,& talis annus ab initio eſt vtilis, ſed poſtea eſt continuus. iſta ſunt verba Innocen.in d.c.plerunque.

34 ¶ † Quæro, an valeat reſcriptum principis, in quo dies nõ eſt deſcripta? Videtur ꝙ nõ per l.ſi qua.C.de diuerſis reſcriptis. Cõtrarium credo per ea, quæ dicit gl.in prima conſtitutione.C.circa finem, in gl. ſuper verbo. his ponendis. Et ita vidi ſeruari in cancellaria regis & dñi noſtri Dalphini in reſcriptis ad perpe-

35 tuitatem conceſſis. ¶ † Quæro, an credi debeat principi aliquid aſſerenti in ſuo reſcripto, & tali aſſertioni ſtari. de Papa eſt tex. ꝙ ſic.in cle.j.de probationibus. ¶ Sed quid de alio principe inferiore à Papa vel Imperatore. gl. in d.clem.j. mouet quæſtionem, ſed nõ determinat, ſuper qua dñs Lapus doctor egregius dicit, ꝙ ſi aſſertio concernat ius non damnum tertii, ꝙ ſibi nõ eſt credendum, idem tenet ibi Franci.de Zaba.& nihil plus dicunt, ſed dictum eorum confirmatur ratione; quia in his, quæ ſunt facti, non creditũ, niſi quatenus probatur. l. cõſilio. §. fi. ff. de cura. furioſi.& l.j.ibi probatio &c. C. quæ ſit longa conſuetudo. & l. an totum. C de ędifi. priua. Non obſtante dicta clementina prima; ꝙa loquitur in Papa ſuperiorem non habente, cuius aſſertio ſeu contractus habetur & haberi debet pro lege, vt ibi habetur & notat. idem etiam tenet Bar. expreſsè loquendo de illo, qui habet poteſtatem legem condendi. l. in donatione. la j. C. de donationibus inter virum & vxorẽ,& allegat tex. in l. Cęſar in prin. ff. de publi.& vectigali. Pro quo eſt præſumendum, ꝙ vnũ contractum illicitum vel aſſertionem non veram nunquã faceret, ſicut nec vnam legem inhoneſtam. l. 1. ff. de legi.& ponit Bar. in l.fi. C. ſi contra ius vel vtili. publicam. Si enim aſſertioni, quæ in talibus reſcriptis fieret, crederetur, q̃ plures iniuriæ & quamplura damna inde ſequerentur, ac inferri poſſent, quod non eſt fiẽdum. l.fi. C. ſi per vim vel alio modo,& ibi de hoc habetur text. expreſſus iuncta. l. meminerint. C. vnde vi.& quia etiam tales aſſertiones parte de cuius prędiudicio agitur non vocata nullũ debent ſortiri effectum. l. 2.§. meritò. §. ſi quis à principe. ff. ne qd

36 in loco publi.& l.quoties. C.de preci.impera.offe. ¶ † Princeps per ſuum reſcriptum mandauit, ꝙ talis debitor non compellat̃ ad ſoluendum debita ſua lapſis quinq; annis, quod reſcriptum cõiter appellantur literę quinquen nales. Quæro, an dictę literę ſe extendant ad creditores futuros? Dic ꝙ non, vt ſcripſi in de-

37 ciſionibus curię parlamenti. q. 109. ¶ † An princeps per ſuũ reſcriptum poſſit confirmare ſententiam nullam? Dic ꝙ ſic, ſed non alius, gl. allegatur notabilis. 9. q. j. c. nullus. ſuper verbo rata & alleg. 2. q. j. in primis. quia princeps poteſt remittere ſubſtantialia rei. C. de rei vxo. act. in prin. idem no. gl. in c. ad petitionẽ. ſuper verbo fides, de accuſ.& ibi loquitur de actio. nullis.

38 ¶ † Princeps per ſuum reſcriptũ poteſt ſuo proprio motu cauſam pendentem in alio iudicio coram ſe aduocare. l. nõ aliter. C. de pala. lib. 12.& arg. l.fi. C. de diuerſis reſcriptis, & vide gl. in l. vt noſtrum. extra de appellationibus. & ſunt tex. in c. licet. extra de offi. ordina.& in c. eccleſia. extra vt lite penden. ita etiam de ſtilo poteſt curia parlamẽti Dalphi. vt vidi ſeruari: & de hoc habetur per Henri. Boic. in d.c. vt noſtrum, & per Spec. in tit. de remiſſione. in §. nunc videamus. per totum, & de offic. delega. in §. reſtat. verſic. item reuocato. & vide quę dixi in deciſionibus curię Parlamenti. q. 440.

39 ¶ † Dominus noſter Dalphinus confirmauit libertates prę-ſentis ciuitatis Grationopolis, quæ quid importet talis cõfirmatio. Dic, ꝙ vbi fit talis confirmatio ſine cauſę cognitione nullũ ius tribuit talis cõfirmatio, vbi verò fieret cum cauſa cognitione vocatis, quorum intereſt, tunc tribueret ius talis confirmatio, ita dicit Cyn. in l. ex verbis. C. de donationibus inter virum

40 & vxorem. ¶ † Sed quid ſi princeps, qui libertates confirmauit, poſtea cõcedit reſcriptum parti aduerſæ in prędiudicium dictarum libertatum, an valeat ſecundum reſcriptum, credo ꝙ non: cum iam fuerit ius parti quęſitum tam ex dictis libertatibus, q̃ ex dicta noua confirmatione. pro quo l. quoties. iuncta gl. C. de precibus impera. offe & ibi Bar.& in l.fi. C. ſi contra ius vel vtili tatem publicam.& no. per Inno. in c. quę in eccleſiarum. extra de conſtitutionibus. Ita etiam tenet Hoſt. in tit. de priuilegiis. §. qualiter. ver. ſed quid ſi ille, & Specu. in titu. de inſtru. edit. §. nũc autem. verſi. quid ſi Imperator. & Io. Fab. inſti. de iure natu. gentium & ciuili. §. ſed naturalia. Et maximè ſi in cõfirmatione fuerit iuramentum appoſitum; quia non eſt veriſimile, talẽ princi-

pem ſe

Source : BIU Cujas

pem ſe velle delerare,& immemorem eſſe ſuę ſalutis ęternę.l.j. & auth.ſacramenta.C.ſi aduerſus ven.& c.ſi verò. & c. licet. extra de iureiur. conſiderato ꝙ ab ipſo ius & iuſtitia & nō iniuria debet oriri.l.meminerint.C.vndè vi.Item etiam ſi in conceſſione alteri facta dictum fuerit iure ſuo & alieno in omnibus ſemper ſaluo, vel aliud ſimile: nam tunc ex his verbis ſic expreſſis ſatis patet de mente talis principis.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.ff. de leg.j.& l.Lucius.§.maritus.in gl.ſup verbo ſenſiſſe.ff.ad Treb.& talibus verbis dēt ſtari.l. ille aut ille.§.j.& l.nō aliter.in prin.ff.de leg.3.quæ ſaluatio etiam non expreſſa intelligitur de iure ſubintellecta.l.2.§.meritò,& §.ſi quis à principe.ff.ne quid in loco publico.ibi etiam tenet Bar.& in l.beneficiū.in oppoſitione ibidē per gl.facta de dicto §.ſi quis à principe.ff de conſti principum.

41 ¶ † Sed quos effectus operatur talis confirmatio libertatum facta per principē in ſuo reſcripto. Dic ꝙ tres inter alios. Primus eſt;quia actus,qui confirmatur,fit maioris auctoritatis. 11. diſt. quis neſciat.Secundus eſt;quia ſi actus ſit minus validus, ſi confirmetur ex certa tamen ſcientia fit magis validus. c. j. extra de tranſac.Tertius,quia nullus poteſt de tali actu confirmato iudicare pręterquam ipſe princeps,qui confirmauit,vt c.j.& 2.extra de confirmatione vtili vel inutili.iunctis ibi no. in gl. quæ hoc declarat:ita dicit gl.in c.qa diuerſitatē.extra de conceſſio. præb. & gl.in c. examinata.extra de ꝯfirmati. vtili vel inutili. dicit, ꝙ confirmatio nihil vel modicum operatur; quia ſi aliquid inuenit.confirmat illud,aliàs nihil operatur,vt in d.c.quia diuerſita

42 tem.¶ † Sed an rex vel Imperator ante coronationē poſſit priuilegia concedere?Gl.dicit ꝙ nō in l.fi.gl.fi.C.de quadrien.pręſcriptio.Sed Bar. dicit contrarium in extrauagan. ad reprimendum.in gl.ſuper verbo reges,qui allegat.c. ſuper quibuſdam. §. præterea.de verb.ſignifi. & no.in c.j.de iureiur.in cle.quidquid tamen ſit de iure, tales principes eorum regia poteſtate vtūtur etiam ante coronationem. ¶Sed ſi reſcripto principis ſit adiecta clauſula non obſtante præſcriptione &c.vide, quæ ſatis plenè ſcripſi in deciſionibus dictæ curiæ parlamenti. q. 409.

43 ¶ † Hęres omiſit facere inuētarium infra tempus iuris, vtrum princeps poſſit cum per ſuum reſcriptum releuare à tali omiſſione dicendo non obſtante tali lege? Videtur ꝙ non; quia per non confectionem inuentarii quæſitum eſt ius creditoribus,vt conueniatur hæres vltra vires hæreditarias, quod ius nō poteſt princeps eis auferre.l.quoties.C.de preci.impera.offe. Vbi autē inchoaſſet inuentarium infra tempus iuris,ſed non compleuiſſet:tunc iſto caſu poſſet impetrare à principe,quod compleret; quia iam apparet de eius animo.Alii dicunt, vt Iaco.de Beluiſ. & Iac.de Are.ꝙ ſi hæres impetret à principe,ꝙ poſſit facere inuentarium ſolenniter, ꝙ valet aduerſus legatarios, non autem contra creditores:videtur tamen,ꝙ de rigore hoc nō poſſit fieri;quia auferrentur iura creditorum & legatariorum, per quod inducitur peccatum.Quid dicendum?Credo,ꝙ ſi reſcriptū impetratum eſt à principe durante tempore à iure ſtatuto, vt prorogetur tempus conficiendi, ꝙ valet in præiudicium creditorum,& legatariorum.Si autem tempus eſſet elapſum, tunc nō valeret,argu.l.bonorum.ff rem ratam haberi. & quod not. per Dynum in c.ratihabitio.de reg.iuris lib.6. & poteſt talis aſſignari ratio:quia poſtquā cauſante negligentia hæredis fuit ius quæſitum creditoribus & legatariis,& maximè creditoribus,qui de damno vitando tractant,vt l.ſcimus.§.licētia. el j. C. de iure deliberan.de quo iure eſt tex.in auth.ſed cum teſtator.in fi C.ad l. falci.& in auth.de hæredibus.& falcidia.§.ſi verò nō fecerit.collatione j.& d.l.ſcimus.§.ſin verò poſtquam. illud ius non poteſt eis per principem auferri,priuilegium hæredi concedendo, nā licet princeps ius cōe condendo poteſt ius meum auferre. l.nō eſt.ff. de leg. Attamen priuilegium alteri concedendo non poteſt.l.reſcripta.C.ſi contra ius vel vti.pu.licet moroſam dilatio.

44 poſſit concedere, vt d. l.quoties. † Et eſt ratio : quia ſi princeps non poteſt facere vnam legem inhoneſtā.l.3.ff. de legi. Sic nec ius meum tollere maximè ſine cauſa. Nam cum à Deo habeat princeps poteſtatem,in auth.quomodo oportet epiſcopos &c. in prin.collatio. j. dans talem iuriſdictionem non cenſetur ſibi dediſſe,vt ius meum auferat,maximè ſine cauſa;cū hoc ſit contra iuſtitiam,quę eſt conſtans,& perpetua voluntas ius ſuū vnicuiq; tribuens.l.iuſtitia.ff.de iuſti.& iur. ita dicit & tenet Bar. in l.fi.C.ſi contra ius vel vtili.publicam. Item Henricus Boic. in c. fi extra vt lit.penden. ibi dum dicit, aut eſt tale ius &c. Quòd ſi faciat reſcriptum tale priuilegium continens debet refutari,vt d.l.reſcripta.vbi dicit Bar. ꝙ quædā ſunt reſcripta prohibita impetrari,& illa impetrata non valent.l.j.C.ſi nuptiæ ex reſcripto Imperato.Quædam ſunt,quæ non ſunt prohibita impetrari, & iſto caſu loquitur. d.l. reſcripta. quia ſi continet aliquid contra legem ſcriptam,non valet,vt ibi dicitur,& dicit Hen.Boic. in c. ex parte.el ſecun. extra de offic. delega. ꝙ talia reſcripta qualitercunq; concedantur,nullatenus debent obſeruari.Io.Fab.tamen dicit caue; quia princeps per reſcriptum ſuum non videt velle meum ius tollere, niſi faciat mentionem de iure meo in tali reſcripto,ita dicit ipſe,inſti. de natu.gentium & ciuili. §.ſed naturalia.Et ſi dicatur non obſtante iure in contrarium facien-

te,vtrum hoc ſufficiat,vide quæ plenè dixi ſupra in q. Sed quid

45 ſi in reſcripto principis &c. ¶ † An dñs cancellarius dñi noſtri Dalphini poſſit de ſeipſo concedere reſcripta? Vī ꝙ non, cum talis conceſſio cenſeatur eſſe miſti Imperii maximi, & talia per alium q̄ per principem non poſſunt concedi, ſiue expediri. l. 2. circa prin.& ibi tex.C.de tempo.& reparationibus app. & l. nec auus.& l.fi.C.de emanci.liberorum.& l.j.& 2.C.de his qui veni. ætatis impetra.& ita vī dicere Bart. in l.Imperium in primo ſex graduum quos ibi facit.ff.de iuriſd.om.iud.ſeruatur tñ in cācellaria regis & dñi noſtri Dalphi. ꝙ dñi cancellarii multa reſcripta concedunt ſine ſcitu regis & dñi noſtri Dalphini ſub tñ nomine regio,& dñi noſtri Dalphi. ¶ Reſcriptum à rege Franciæ

46 vel dño noſtro † Dalphino impetratū, vt vectigal, ſeu pedagiū non ſoluatur,nō valet:tex.eſt in l.omnium.C.de vectiga.& cōmiſſis.& ibi Azo hoc idem tenet. ¶ Quid ſi in reſcripto principis contineatur clauſula,literis in cōtrarium impetratis,aut impetrandis non obſtantibus quibuſcunq;.vide Albe.de Roſ.in l. ſed & ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis cau. ¶ † Reſcriptum à prin-

47 cipe lite penden.impetratum valet,ſi ibi fiat mentio de litis pēdē. ſm Inn.in c.fi.vt lit.pen. nihil.noui fiat. ¶ An per reſcriptū principis poſſit executio ſnīæ latæ in dicta curia parlamenti ſuſpēdi, donec cognoſcatur de cauſa reuiſionis? Dic ꝙ nō, vt plenè ſcripſi in deciſionibus dictę curię.q.420.Qñ falſa cauſa vitiet reſcīptum,vide Bar.in l.3.& in l.demonſtratio,& in l.mutianæ.ff. de

48 cond.& demon.& ibi etiam de contractu vel ſnīa. ¶ † Princeps per ſuum reſcriptum poteſt ex veriſimili præſumptione quem releuare à deſertione appellatio.ita dicit Inn.in c.ex literis.in fi. extra de reſti.in integ.& vide ſuper hoc,quæ ſcripſi in deciſionibus dictæ curiæ parlamenti.q.185. ¶ † Si princeps per ſuū reſcri-

49 ptum donet alicui officiū,debet intelligi,ſi ille talis ſit idoneus, per tex.in l.reſcripto.in prin &in l.vt gradatim.in prin.ff.de muner.& hono. ¶ † Si quis ab officio prætextu ſui delicti fuerit priuatus,non debet ad illud iterato admitti etiam per reſcriptum

50 principis.l.ſi aliquis.C.de ſucce.& archa.li.10. ¶ Qualiter punia tur falſificans reſcriptum principis : tetigi in deciſionibus dictæ curiæ parlamenti. q.455. † Exceptio ſemel oppoſita ad eligēdū reſcriptum & reiecta, ſi ex eodem reſcripto ad aliud agatur nō

51 ꝓt iterato opponi,quod eſt notabile ſm Inn.in c. cum dilectus. extra de purgatione cano. ¶ † Si plura apponantur in reſcripto

52 principis, vel in libello, an oīa debeant probari diſtingue. Aut apponunt in reſcripto, aut in libello.Si in libello,aut ꝙiūctim, aut diſiunctim,ſi diſiūctim,ſufficit alterū ꝓbari.41. diſt.c.2.49. diſt.c.j.in prin.de exceſſibus prælato graue.& in c.inter cęteras. extra de reſcri.in antiq. & ff.de iure do.l.pleriq;.C.de ꝓd.indeb.

53 l.ſi † Sed malè facit,qui talem libellum admittit,cum ꝓp diſiunctiuam poſſit repelli,vt no.C.de annali exceptione.l.ſi.extra de libelli obl.c.2.niſi alternatiua naturam copulatiuæ importaret, extra de teſta. c. Raynutius, vel niſi vtrunq; alternatiuorū eſſet in obligatione; quia tunc eſſet neceſſe vtrunq; probare in l.j.§. miles.ff.de re iudi.ſi verò coniunctim,ſeu copulatiuè,ſubdiſtingue,quia aut alterum de propoſitis non ſufficit,aut alterum tm̄ ſufficit. primo caſu qñ alterum de propoſitis non ſufficit, tunc oportet,ꝙ vtrunq; probet̄,inſti.de hęre.inſti.§.pen. ſi autem alterum tm̄ ſufficeret,tunc etiam ſubdiſtingue; quia ſi ſe obligauit ad vtrunq; probandum,tunc vtrunq; debet probare.in c.licet extra de probationi.& imputet ſibi,qui ſe ad diuerſa probāda onerauit;quia ei mos gerendus eſt.ff.de proba.l. circa. Si aūt non ſe obligauit ad vtrunq;,tunc ſufficit alterum probari,extra de reſcri.c.2.& de accuſatio.accedens.& c.cū oporteat. Si in reſcripto.diſtingue,aut coniunctim,aut diſiunctim.Si diſiunctim vnum ſufficit probari,extra de reſcr.c.intet cęteras. Si verò cōiunctim ſeu copulatiuè.diſtingue.Aut vtrunq; tendit ad vnum finem,aut ad diuerſos. Primo caſu ſufficit alterum probari, de reſcr.c.2.de iud.c.exhibita,& ita de præb.c.cum iam dudū.& de appel.c.ſignificantibus.Niſi in ipſo reſcripto ſe oneraſſet ſuperflua probatione, vt ſupra dictū eſt in libello. c. ex parte.de foro cōp.Aut vtrūq; tendit ad diuerſos fines,vel effectus, tunc ꝓbato vno,non tenetur aliud probare,& ſic debēt intelligi no. per Hoſt.in d.c. ex parte. ¶ In hac materia reſcriptorum nota vnū ſingulare ſm do.Abb.Panor.in c.dudum.extra de præſumptio-

54 nibus.ibi no.& tene menti &c. † Impetrator reſcripti a principe non tenetur probare & verificare omnia in reſcripto contē ta,etiam ſi videātur expreſſa in forma cōditionis, ſi pro illis expreſſis habet intentionem fundatam iuris præſumptione, ſed onus contrarium probandi incumbit neganti, ita ibi dicit ipſe

55 dñs Pano.¶† Licèt Imperialis poteſtas poſſit de iure omnes defectus iuris poſitiui ſupplere,& remotis prioribus formis ſeu ſolennitatibus nouas apponere, & ſic de nihilo aliquid facere. C. communia de legatis.l.2.C.de rei vxo.actio.l.vna.non tamē ea, quæ alicui de iure naturali competunt,illi auferre licèt,niſi forte per ſententiam iuſtè & rite latam, vel aliàs ex iuſta cauſa : ita dicit Guliel.de monte Lauduno cle.paſtoralis. circa fi.de ſentētia & re iudicata.& de hac materia tetigi plura in conſi. 65.conſiliorum meorum.

IOAN-

Source : BIU Cujas

IOANNIS DE GRASSIS
DE RESCRIPTIS APOSTOLICIS.

SVMMARIVM.

1 *Veritas infigitur magis oculata fide, quàm per hominum aures.*
2 *Reſcriptum per quem, cui, quomodo, vbi, & quando præſentandum ſit.*
3 *Reſcriptum quando præſentatur, qui præſentes eſſe debeant.*
4 *Iudex ſuum officium niſi requiſitus non impartitur.*
Reſcriptum Apoſtolicum quomodo per iudicem acceptari debeat.
Reſcriptum ſine ſigillo non probat.
5 *In reſcripti præſentatione perſona id præſentans multum conſideratur.*
Nuncio ſiue mazerio apoſtolico aliquando ſine literis creditur.
6 *Reſcripta antequam curiam exeant per multorum manus pertranſeunt.*
7 *Reſcriptum apoſtolicum gratiam continens quomodo ligatum eſſe debeat.*
Quid de reſcripto ad lites & ad iudicia.
8 *Sigillum reſcriptorum quale eſſe debeat, & quale eſſe debeat effigies Apoſtolorum inibi ſculpta.*
Reſcriptum falſum præſumitur, quando à ſtilo ſolito Romanæ curiæ deuiat.
9 *Vitium in ſtilo æquiparatur vitio confirmationis.*
10 *Stilus curiæ in reſcriptis multum attenditur.*
11 *Litera capitanea Romani Pontificis in reſcriptis magna formata, & ſolenniter ſcripta eſſe debet.*
12 *Literæ reſcriptorum quales eſſe debeant.*
13 *Subſcriptio Roma. Pontificis, & Cardinalium hodie in reſcriptis non fit.*
14 *Iudex antequam legat reſcripta, debet, an ſint aliquæ raſuræ in locis ſuſpectis, videre.*
15 *Reſcriptum apoſtolicum ad lites in actis regiſtrari debet.*
16 *Reſcripti data, vel præſentatio quando attendatur.*
17 *Reſcripti preſentatio non ſufficit, ſed partis citatio requiritur.*
In reſcriptis ad beneficia dato executore ad executionem proceſſus proceditur.
18 *Reſcriptum quando habet vitium euidens, eius executio ſuſpenditur.*
Reſcripta apoſtolica in vna litera vel puncto corrigens excõmunicatus eſt.



VIA materia reſcriptorum, quæ hoc anno legitur in hoc felici ſtudio Taurini, & legendã aſſumpſi, eſt multũ vtilis, & quotidiana, ideo plenius attingenda & declaranda, vt inquit Paulus iuriſcõſultus in ſimili in l. legaui. in princ. ff. de libe. lega. qđ malè fieri poteſt, niſi aliquod reſcriptum apoſtolicũ repreſentetur in mediũ in forma debita, quod oculis corporeis ſubiiciatur, videatur, & palpetur, maximè per ſcholares iuuenes inexpertos, iuxta verbũ Im-
1 peratoris in ſimili inſti. de gradi. §. fi. † Dicentis: ſed cum magis veritas oculata fide, q̃ per aures hominũ infigitur, & ibi gl. addu cit verſus Horatii vt infra, Subniteant animos &c. Et ideo pro pleniori declaratione, Ego Ioannes Graſſus inter iuris vtriuſq; doctores minimus, qui alias legi & declaraui reſcriptũ ad lites, nunc in medium exhibendum, & preſentandum cenſui aliud reſcriptũ ad beneficia cum gratioſa, & executoria apoſtolica, in quibus eſt maior auctoritas, & difficultas. Et iſtud præſentatum modo debito, & legere & ꝑ ordinẽ declarare inſtitui. Et dicitur tam ab extra q̃ ab infra cum certa ſcriptura cum cordula, ſigillo & certis reſcriptis, tam in his quæ ſunt facti & ſtili curiæ Romanæ, q̃ in his quæ ſunt iuris, ſubiiciendo tñ quæcunq; dixero correctioni, ſuppletioni, & emẽdationi ſanctiſſimi Dñi, do. noſtri Pauli ſecundi moderni Romanorum Pontificis, & ſuæ ſanctæ ſedi Apoſtolicæ, & totius ſuæ curiæ, & omnium expertorũ in dicta curia. Et maximè Romanorũ Auditorũ, in qua me inſtitutum non profiteor, ſed licet antiquus iterum inſtrui concupiſco, ſi facultas obtulerit. Accedat ergo expertus præſentator talium reſcriptorum, vt ipſam preſentationem primo loco declarare valeam. Pro cuius declaratione dicit Spec. in titu. de competenti iudi. adi. in §. viſo, in principio in verſi. ſi nautẽ iu-
2 dex ſit delegatus, † ꝙ quis debet reſcriptum iudici, vel executo ri apoſtolico ſiue per ſe, ſiue per procuratorem legitimè conſti tutum præſentare, vt in l. j. ff. de procur. debet accedere ad iudicem, vt capi. vxor. 2 5. q. 3. Et hora congrua, ſcilicet, de die, nõ de nocte, c. conſuluit. de offic. delegati. Et ſi iudex ſit ordinarius, dũ ſedet pro tribunali. 2. q. 6. §. biduum. Si ſit delegatus, vbi eum inuenerit dummodo in loco honeſto, & non ſit occupatus, non q̃ comedit, vel dormit, vel eſt in diuinis. Et ei reuerenter ſe in-
3 clinans exhibeat & præſentet reſcriptum. † Et dicit Spec. in tit. de reſcrip. præſenta. §. j. in prin. ꝙ ibi debet eſſe nũcius publicus, vel duæ idoneæ perſonæ pro teſtibus in eorum præſenta. per l. vbi noſtris. ff. de teſti. Et dicat iudici, dñs noſter Papa vos ſalutat, & hãc literam, ſeu reſcriptum & ſuam benedictionem vo-
4 bis mãdat, & ego ſupplico, ꝙ ſm eius tenorem procedatis. † Et hoc ideo: quia iudex non impartitur officium ſuum niſi requiſitus. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. c. j. cum ibi no. de libel. obla. Et ipſe D. iudex bireto depoſito, & capite inclinato ſuſcipiens ſi ſit clauſum, vt qñcunq; eſt, vt cũ mittitur ſub baculo paſtoralis, & ſub annulo ſm tradita in c. ad audientiam. el j. de reſcrip. vel cum mandatur forma fidelitatis, caueat, ne ſigillum ex toto amoueatur; quia ſic non probaret, c. licet. de crimi. fal. ſi verò ſit apertum cum ſigillo in pendenti, vt cõiter ſunt talia reſcripta, licet dicat Spec. in titu. præallega. in d. § j. in verſi. poſtquam. & in verſi. poſt hoc confeſtim legẽdum &c. ego pu-
5 to diligenter perſcrutandum. † Et primò circa perſonã præſentantis, quæ multùm conſideratur in reſcriptis, vtrum ſit pars, vt multum notetur diligentia ſua ſm tradita in c. ſicut autẽ, & in c. plerunq;. & c. ex parte. extra de reſcrip. & c. cæterùm. eo. titu. lib. 6 & in c. tibi qui. eo. lib. Vtrum ſit nuncius, ſiue mazerius, ſiue miſſor apoſtolicus, cui creditur quandocunq; ſine literis. c. cum parati. de appel. & maximè de cõmiſſionibus, quæ fiũt plerunq; in curia. Secundò ipſam literam, ſiue reſcriptum ab extra & eius plicaturam quadratam. A tergo ſcripta & notata per
6 officiales curiæ, qui multi ſunt. † Et per quorum manus incedit reſcriptum, antequam exeat curiam, d. c. ad audiẽtiam, & ibi gl. & doc. de reſcri. qui ſcribit à tergo, regiſtrata eſt, & nomen ſuũ. Tertiò ſigillum & cordulam ſigilli conſiderando ea, quæ in d.
7 c. licet. de crimi. fal. † Et ſi ſit gratia in ſignum fidelitatis, liberalitatis, & dignitatis, debet eſſe ligata de ſerico diuerſi coloris cõiter crocei & rubei cũ ſexdecim filis pro quolibet colore. Si verò ſit commiſſio, quæ requirat cauſæ cognitionem, & concertationem iudiciariam, debet eſſe ligata de canipo ligamine cõi, in ſignum concertationis, & funis, quæ dirumpi nõ poſſit, nec deuiare à tramite iuſtitię & veritatis: ſigillum verò debet eſſe de plumbo perforatum ad longum, per quod cordula ducatur appenſa, taliter firmata, ꝙ extrahi non poſſit: ab vna parte ſigilli ſunt capita apoſtoloru m Petri & Pauli diuerſa in crinibus, bar
8 ba & ſtatura, † quia caput Pauli debet eſſe caluum & hirſutum cum barba prolixa, caput Petri debet eſſe grauatũ & piloſum cum barba rotunda, & grauata, & vtrunq; caput circunducitur circulo punctorum, & deſuper ſunt nomina breuiata. S. P. &c. cum cruce prolixa. Et nomen. S. P. &c. In medio habente duo puncta &c. Coronati, & vnde conſideranda ſunt illa nomina omnia ad falſitatem euitandam, ſeu ad falſitates detegendas, vt in d. c. licet, vbi etiam conſiderantur obtuſio, & inæqualitas, etiã voluit Spec. in tit. de reſcripti preſenta. in § j igitur ratione falſi. verſi. 10. cognoſcitur, vbi ponuntur verſus vt infra.

Forma, filum, ſtilum, litera, membrana, ſigillum.
Hæc ſex falſata, dant ſcriptum valere puſillum.

Quare ſi in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorũ reperiatur immutatio, vel variatio à ſtilo ſolito Romanæ curiæ præſumitur reſcriptum falſum. Et proſequimini vt ibi per Spec. & etiam in ver. ſequẽti, & in §. ratione autem formæ. & c. q̃ graui. de cri. fal.
9 † & quod voluit gl. in d. c. ad audientiam. quæ æquiperat vitium in ſtilo vitio confirmationis, & vtrunq; reddit reſcriptum fal-
10 ſum. His igitur diligenter proſpectis aperiatur, † & quartò tale reſcriptum diligenter etiam proſpiciat & conſideret, quę in eo ſcripta ſunt, ſi ſm ſtilũ appoſita ſunt, & formata & ordinata fuerunt; quia ſtilus multum attenditur, & in eo ſunt multa ſecreta, quæ per expertos conſideranda ſunt, & anteq̃ exeant curiã. Nã dicit Spec. in d. §. j. igitur ratione falſi, in verſi. & nota. ꝙ de ſtilo
11 curiæ. ¶ † Prima litera capitanea nominis Romani Pontificis debet eſſe magna & formata, & ſolenniter ſcripta. Item prima litera narrationis quæcunq; ſit, & quęcunq; ſcribitur in principio cuiuſlibet, clarè ſolennius ſcribi debet, q̃ cæteræ quæ ſequũ-
12 tur, & plures literas deſcribit Spec. & notat ibi. † Nec debet eſſe vna litera ſupra aliã, vt mihi tibi &c. ſic & dictiones diſtinctas, & diſtinctæ, niſi in aliquibus, vt epiſcopus dioceſanus apoſtolicam benedictionem &c. Et lineæ æquales, vt voluit Spec. in d. §. j. igitur &c. in ver. circa dictiones, cũ ſimilibus, vbi mirabiliter dicit, ꝙ pars vnius nõ debet poni in fine vnius lineæ, & alia pars in principio alterius, tñ compleri debet tota linea, vt ibi, ꝙ malè ſeruatum eſt in litera noſtra. Et inſpiciũtur etiam nomina & ſigna officialium ab intra denotata; quia etiã in illis de ſtilo cu-
13 riæ eſt magna virtus. † Nunquid autem requiratur ſubſcriptio Romani Põtificis cum eius ſigno, & ſubſcriptione Cardinaliũ, vt quandoq; in reſcriptis antiquis obſeruatum fuit, dicit Spec. in tit. præalleg. in d. § j. igitur, in verſi. Item ꝙ nõ eſt ſubſcriptio, ꝙ per deſuetudinem abiit, niſi in priuilegiis ſedis Apoſtolicæ, in quibus ſinguli Cardinales ſubſcribuntur, ꝙ tñ hodie non ſer
14 uatur. † Quintò proſpiciat etiam iudex, antequam legat, vtrum ſint aliquæ literaturæ, vel raſuræ, maximè in rebus ſuſpectis, & etiam in locis ſuſpectis, per ea quæ hñr in c. inter dilectos. extra de fide inſtru. quod voluit Spec. in d. § j. igitur. in ver. excipitur reſcriptum, ꝙ eſt cancellatum. His ſic factis legat ipſum totum reſcriptum ad longum, & intelligibiliter. Si verò ſit res ſecreta, & eo lecto offerat reuerenter mandato Romani Põtificis obtẽperare in ſequendo ſemper formam mandatorum, per c. cum
15 dilecta de reſcrip. † Et dicit Spec. in tit. præallega. de reſcri. præſenta. in principio in verſi. his igitur, ꝙ ſi ſine vitio iudex reperierit,

Source : BIU Cujas

rierit,præcipiat notario inſtante parte,ꝙ tam de præſentatis, q̃ de receptis faciat publicum inſtrumẽtum.Et hæc omnia,& totus tenor reſcripti ſcribatur in actis,ſi ſit reſcriptum ad lites, per c.qñ contra falſam.de proba.Et ſit cautus tabellio, ſm Spec. vt ipſe diligenter perſpiciat reſcriptũ,ne poſſit argui falſitas , & inde ibi in verſ. ſequen.formam inſtrumenti,deſignationibus,de quibus in d.c.qñ contra falſam.Et prodeſt huiuſmodi præſentatio ex mente Spec.in tit.de compe.iudi.adi.in §.viſo.ad notãdum diligenter iuriſdictionem,vt in c. tibi qui, & in c.capitulũ
16 de reſcrip. † Nam licèt tempus datæ, quo ad valorem reſcripti, & mentis concedentis conſiderandum videatur & inſpiciatur; tamen quò ad eius effectum iuriſdictionis & executionis conſi deratur tempus præſentatæ in beneficialibus,c.ad aures.c.ad au-
17 dientiam.el 2.de reſcrip.& d.c.capitulum.† Et ſicut in reſcriptis litis proceditur ad citationem,nec ſufficit præſentatio.c.gratũ. & c.relatũ.& c.licet vndiqꝫ. de off.deleg.& c.vt debitus. de app. Ita in reſcriptis ad beneficia dato executore proceditur ad proceſſus executionem ſecundùm formam mandati,vt in dicto c. capitulum,& etiam ponit Specu.in tit.de reſcr.præſenta.in principio,in verſ.eſt & alia. † Si verò eſſet vicium euidens , ſuſpẽdit executionem,ſm tradita in c.ſi quãdo.de reſcri.Et caueat vnuſquiſq;,ne aliquid addat propter ſentẽtiam excõicationis , vt in Spec.prę̃alleg.in §.igitur, quantum eſt in literis , vbi dicit, ꝙ ſi vna litera, vel punctus corrigatur , ipſo iure corrigens excommunicatus. Et hanc ſententiã ſingulis annis innouat curia Romana ſecundum eundem,& verum dicit &c.

Declarata igitur præſentatione reſcripti. ¶ Cõdeſcendo ad particularitates ꝑ ordinem ad ipſius reſcripti declarationem , & ſingulorum verborum in eodem ſcriptorum diuiditur igitur. Primò in 9. partes.Primò ponit ſalutationem.Secundò exordium. Tertiò reſignationem. Quartò prouiſionem. Quintò decernendo. Sextò non obſtantia & clauſulas derogatorias . Septimò proteſtationem.Octauò prouidet.Nonò, & vltimò ponit datam , ſecunda ibi,apoſtolicę ſedis,tertia ibi,cũ itaq; , quarta ibi, nos votis tuis, quinta,decernentes,ſexta ibi,non obſtantibus,ſeptima ibi, noſtræ tñ,octaua ibi,nulli ergo,nona ibi,data Romæ.Et ex hac diuiſione colligit ſummariũ, & effectus huius gratiæ & reſcripti.

SVMMARIVM.

1 *Papa quare in ſalutatione nomen ſuum præponat, cũ debuiſſet poſtponere, cum ſe appellet ſeruum ſeruorum.*
2 *Reſcriptũ eſſet falſum,ſi in eius ſalutatione alius, quàm Papa præponatur.*
3 *In reſcriptis quare dicatur Pius ſecundus.*
4 *In reſcriptis quare ponantur hæc verba,dilecto filio &c.*
5 *Reſcriptum eſt falſum,ſi Papa ſcribendo inferioribus epiſcopo , eos non appellet filios, & ſcribendo epiſcopo eum non appellet fratrem.*
6 *Reſcripta apoſtolica quare non dicant dilecto in Chriſto filio.*
7 *Reſcripta Papę quare non dicant dilecto filio noſtro.*
8 *In reſcriptis perſonarum æquiuocatio facienda non eſt.*
Error in nomine non nocet,ſi aliter perſona conſtet.
9 *In reſcriptis gratioſis ſit initium à perſona,cui prouidetur , non ſic in reſcriptis executoriis ad iudices directis.*
Ius in beneficio à tempore datæ quæritur.
Iudex & executor quis in cauſa propria eſſe non poteſt.
10 *Iudices vel executores apoſtolici quales eſſe debeant.*
11 *Papa quando poſſit eccle.ingreſſum concedere alcui ſine alio executore.*
12 *In reſcripto hoc quare dicatur canonico Taurin.& infra nu.13.*
14 *Verba hæc,ſalutem,& apoſtolicam benedictionem,in reſcriptis poſita quid operentur.*
15 *Exordium quale ponatur in literis gratioſis.*
Et quale ponatur in priuilegijs.
16 *Arguere licitum eſt ab exordijs.*
Exordium ſtilo curiæ non conueniens falſitatis præſumptionem inducit.
17 *Exordium,de quo hic in literis executorijs,non ponitur.*
18 *Narratio facti in reſcriptis ad beneficia quare neceſſaria ſit.*
Papa vni ſoli ſcribens nunquam in plurali ſcribit.
19 *Mandatum ſpeciale in impetratione reſcripti requiritur.*
Mandatum ſpeciale requiritur in permutationibus, & renunciationibus beneficiorum.
20 *Mandatum ſpeciale in tranſactione requiritur.*
21 *Mandatum in ſola impetratione non requiritur.*
22 *Beneficium impetrans de eius qualitate quando mentionem facere debeat.*
23 *Permutationes beneficiorum diuerſæ quantitatis in eadem eccleſia ſimul fieri poſſunt.*
Decanatus eſt dignitas in eccleſia.
Canonicatus dignitas non eſt.
Permutatio fieri debet auctoritate poteſtatem habentis.
24 *Permutare volentes beneficia oportet,quòd beneficia habeant.*
25 *In permutatione conuentio ſola non obligat,ſed traditio requiritur.*
Permutatio eſt contractus innominatus.
26 *Permutatio eſt contractus bonæfidei.*
27 *Beneficia permutata ſi permutantibus non conferantur, collatio per inferiorem à Papa facta nulla eſt.*
28 *Beneficia permutata alteri quàm permutantibus per Papam conferri poſſunt,licèt non ſit honeſtum.*
29 *Permutationi beneficiorum vt locus ſit, eorum reſignatio ſponte in manibus ſuperioris fieri debet.*
Beneficia ſunt in ſuperiorum poteſtate.
30 *Permutantes ſi renunciant beneficia in manibus notarij , & per ſuperiorem cuicunque ſuum conferatur,an hoc valeat.*
31 *Reſignatio beneficiorum per vim facta an valeat.*
32 *Reſignatio beneficij per ſuperiorem acceptari debet,aliter non valet.*
33 *Reſignatio beneficiorum ex cauſa permutationis per ſuperiorem repelli poteſt.*
34 *Permutantes beneficia an pœnitere poſſint,& à permutatione recedere.*
35 *Permutatio beneficiorum in quo ab alia rerum permutatione differat.*
36 *Permutationes beneficiorum niſi ad vota partium fieri non poſſunt.*
37 *Papa poteſt inuitos cogere ad beneficiorum,& etiam epiſcopatuum permutationem.*
38 *Epiſcopus ex cauſa presbyteros parochiales inuitos ad alias eccleſias transferri poteſt.*
39 *Electus ad dignitatem ſi alius idoneus non reperiatur , cogi ad acceptandum poteſt.*
40 *Optio an in beneficijs permutatis locum habeat.*
Permutantes in eorum intentione fraudari non debent.
41 *Fructus qui dicantur.*
Reddditus qui dicantur.
Obuentiones quæ dicantur.
42 *Mendacium etiam in vno nummo gratiam apoſtolicam viciat vti ſubreptitiam.*
43 *Pretia rerum non ſecundùm affectionem,ſed ſecundùm communem valorẽ, & extimationem extimantur.*
44 *Beneficiorum valor extimari debet ſecundùm locum,in quo eſt,niſi aliud de conſuetudine,vel ſtilo habeatur.*
Moneta Taurinenſis quare vſitetur in curia Romana.
45 *Reſcripta & literæ apoſtolicæ de vacatione , & de modo beneficij vacantis mentionem facere debent.*
46 *Canonia quid ſit.*
47 *Præbenda quid ſit.*
48 *Beneficia per Papam reſeruata per alium nec alij conferri poſſunt.*
49 *Beneficia ſpecialiter reſeruata quæ dicantur.*
50 *Beneficiũ quomodo contra alium reſeruari poſſit,ne inducat votum captandæ mortis.*
51 *Clauſula reſcripti cum plenitudine iuris canonicatus quid importet.*
52 *Beneficia pinguiora nobilibus dari debent.*
53 *Decretum quid ſit,& vnde dicatur.*
Decretales vnde dicantur.
54 *Decretum ciuitatis appellatur ſtatutum.*
Decreta iudicum quæ dicantur.
56 *Decretum irritans in gratijs expectatiuis ponitur.*
57 *Decretum irritans quos effectus pariat.*
Decretum irritans ignorantes ligat,ſecus in alijs decretis.
Cautela abundans non nocet.
59 *Clauſula,non obſtantibus ſtatutis,in literis apoſtolicis quid operetur.*
Princeps ſtatutis & conſuetudinibus in dubio derogare non præſumitur.
60 *Clauſula,non obſtantibus ſtatutis,an ſubreptitionis vitium tollat.*
61 *Subreptio modica in beneficialibus vitiat,& infra ſub nu.64.*
62 *Papa non præſumitur eccleſiam duplici acceptatione grauare.*
63 *Literæ apoſtolicæ ſubreptitiæ redduntur, ſi taceatur , aliquem in eccleſia de mandato Papæ fuiſſe receptum.*
64 *Gratia apoſtolica an ſubreptitia reddatur, ſi non fiat mentio de receptione ex cauſa permutationis.*
65 *Prouiſiones ſpeciales quæ dicantur.*
66 *Prouiſiones generales quę dicantur.*
67 *Legati an prouiſiones in beneficijs facere poſſint.*
68 *Motus proprius Papæ an gratiæ præcedenti deroget.*
69 *Gratia motu proprio conceſſa latiſſimè interpretanda eſt.*
70 *Literæ ſecundæ apoſtolicæ de clauſula in primis appoſita & de omni earum ſerie & tenore mentionem facere debent.*
71 *Permutantes ſine clauſula anteferri cæteris præferuntur.*
72 *Literæ ſecundę an mentionem de primis facere debeant.*
73 *Permutantibus beneficia conferri debent,& non illi,qui indultum habet in eadem eccleſia.*
74 *Clauſula,communiter,& diuiſim,quare in reſcriptis ponatur.*
75 *Princeps non præſumitur velle ſtatutis,& indultis eccleſię conceſſis derogare,niſi de eis mentionem faciat.*
Subreptio doloſa gratiam vitiat.
76 *Papam dirigere velle alicui ex coniecturis præſumitur.*
77 *Clauſula,& qualibet alia dictę ſedis indulgentia generali vel ſpeciali,in reſcriptis poſita quid operetur.*
78 *Teſtatoris voluntas enixa ad omnem ſucceſſionis ſpeciem extenditur.*
79 *Reſcriptum ob verborum duplicationem an vitietur.*
80 *Statuta & conſuetudines valent, quòd omnes in canonicos recipiendi perſonaliter iurent.*
81 *Iuramentum an per procuratorem præſtari poſſit.*
Statutum ſi dicat,quòd preſens perſonaliter iuret, in eius abſentia procurator iurare poteſt.
82 *Procurator idoneus quis dicatur.*

Source : BIU Cujas

83 *Procurator etiam habens mandatum ſpeciale poſitionibus non reſpondet.*
84 *Procurator ex domini mandato ſi iurat ſtatuta ſeruare, nunquid dominus abſens ſuperueniens à nouo iuramento excuſetur.*
85 *Verbum, corporaliter tactis ſcripturis, quid importet.*
86 *Beneficium impetrans de beneficio habito etiam minimo mentionem facere debet.*
Beneficium impetrans ſi de alio habito mentionem fecit, ſi de nouo aliud impetret, denuo etiam mentionem de his beneficijs facere debet.
87 *Permutare non poteſt niſi dominus, vel niſi qui loco domini ſit.*
88 *Permutationes beneficiorum ex partium conuentione, ſed ſuperioris prouiſione effectum ſortiuntur.*
In beneficiis ex ſuperioris canonica inſtitutione ius queritur.
Reſignari non poteſt id, quod non eſt.
89 *Clauſula, nulli ergo hominum &c. quare in reſcriptis & prouiſionibus apoſtolicis apponatur.*
90 *Clauſula iſta, nulli ergo &c. quos comprehendat.*
91 *Collatio, prouiſio, conſtitutio, & voluntas equiparantur.*
92 *Clauſula iſta, ſi quis autem hæc attentare preſumpſerit, quid importet.*
Eccleſia approbat, quod Deus, & Apoſtoli approbant.
Indignatio Dei ſicut maledictio excludit à ſpitualibus, & temporalibus.
93 *Indignatio, & maledictio aliquem non facit excommunicatum, ſed excommunicandum ex huiuſmodi indignatione.*
94 *Data literarum apoſtolicarum ad quid ſit neceſſaria, vt ponatur.*
Indictio, & anni dominicæ incarnationis hodie in literis Papæ ponuntur licèt antiquitus non poneretur indictio.
95 *Indictio quid ſit.*
Nonæ, idus, & calendæ antiquitus ponebantur.
Nonæ, idus, & calendæ qualiter inueniantur.
96 *Annorum computatio an à natiuitate, an ab incarnatione fiat.*
Anima in corpore regulariter per incarnationem non infunditur.
Chriſti corpus ſtatim quòd per ſalutationem factã beatæ Virgini fuit in vtero matris formatum Dei miraculo animam accepit.
97 *Annus ab aliquibus à circunciſione inſpicitur.*



1 IVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei &c. ¶ Pro horũ verborũ declaratione ſunt videnda ea, quę habentur in principio decretalium in ſalutatione, & in principio ſexti. † Et primò quęro de duob⁹ primò quare pręponat nomẽ ſuum cum humanitate, ex quo ſe appellat ſeruum ſeruorum, cum dictam ſalutationẽ debuiſſet poſtponere, pro quo facit epiſtola inter claras, & epiſtola victor. C. de ſum. Trin. & fi. catho. vbi poſtponit ſalutatio, poteſt dici altero de duobus modis. Vel primò, ꝙ in poſitiua eccleſia hac humanitate vtitur erga Imperatorem, vt poſtponeret nomen ſuum per iura præalleg. tñ præponitur hodie, vt oſtendat auctoritatem ſedis Apoſtolicæ quæ vice Dei eſt in terris, c. ſignificaſti de elec. mutauit ſtilum, vt continue p̃-
2 ponat nomen ſuum, ſcribat cuicunq; voluerit, vt hic. † Ex quo ſentit Spec. in tit. de reſcrip. præſenta. in §. ratione formæ. verſic. primò, ꝙ ſi alium ſcribendo præponeret, reſcriptũ eſſet falſum, argumen. c. quàm graui. de crimi. fal. ¶ Vel ſecundò hic eſt ſecũdus modus & cõis ſuperiorum ſcribentiũ inferioribus ſuis ma-
3 ximè ſubditis, vt præponatur nomen ſuum. † Secundò quæro, quare *dicitur in reſcripto*, Pius ſecundus, vt dicitur in plumbo. So. quia ex priuilegio, & ex data ſatis colligitur quotus ſit in ordine &c. ¶ Proſequor in reſcripto.

Dilecto filio Petro de Graſſis canonico Taurinẽſi &c. ¶ Hic ſunt ſeptem dictiones p
4 ordines, quæ habent ſuos effectus. ¶ † Prima eſt dilecto, quam ideo ponit Papa in reſcripto, vt denotet dilectionem in eo, cui ſcribitur, & conueniant ſequentia, maximè ſalutatio & apoſtolica benedictio quæ non mandatur, niſi dilectis, vt infra videbi
5 tis, & habetur in prima ſaluta. Et no. literam gl. & ſolennem per ea, quæ voluit Spec. in d. §. j. igitur. in verſi. & nota. ¶ † Secunda eſt ibi filio, & iſta ponitur ex ſtilo in omnibus inferioribus epiſcopo, quo omnes Papa, tã laicos, q̃ clericos appellat filios, epiſcopos verò fratres, ꝙ ſi aliter appellaret, reſcriptũ eſſet falſum, vt in d. c. q̃ graui, & voluit Spec. in tit. de reſcrip. præſenta. in §. ratione formæ. in principio. Sed hic occurrit duplex dubitatio.
6 † Prima: quia non dixit, dilecto in Chriſto filio, ſicut dicitur in c. cum dilecta. de reſcrip. & in c. rariſſimus, extra de conuerſio. coniugato. Solu ſentit Specu. in d. §. ratione formæ, in verſi. no. ꝙ in ſalutatione, vt notet differentiam inter maſculos, & fęminas, quibus ſcribit in Chriſto, ſicut in regibus, vt in d. c. rariſſimus, & illis forte ſcribit in Chriſto, vt denotet maiorẽ affectio-
7 nem ſubueniendi. † Secunda, quare non dixit filio noſtro. Sol. ſentit Specu. in d. §. ratione formæ, in ver. in ſalutatione, ad differẽtiam familiarium, & officialium ſuorum, quibus ſcribit Capellano noſtro, & Diacono noſtro &c. infra videbitis, & forte vt in eis denotet ſingularem beneuolentiam, & ſentit Specu. in præallega. §. ꝙ reſcripta ſint de ſtilo, ſi varient, præſumitur falſum. ¶ Tertia litera eſt Petro, ꝙ eſt nomen proprium, cum ſcribitur & prouidet. ¶ Quarta litera eſt p̃poſitio, hoc eſt, de Graſ-
8 ſis, quæ reſpicit cognationem. † Et iſta omnia verba ponuntur ad declarandam perſonam impetrantis, ne ęquiuocetur in perſonis, ꝙ non eſt faciendum c. fi. de reſcrip. Dicit tñ Hoſt. in eo. tit. in ſumma in §. quæ poſſunt obiici, in ver. item ſi in ſumma, & in verſi. item ſi in nomine Domini amen, ꝙ licèt errẽt in nomine, ſi tamen per circunferentias percipiatur perſona nõ nocet. c. veluti, extra de cenſi. & inde ibi, qui & qualis, & vnde fue-
9 rit hoc. † Circa quę occurrit dubitatio, quare in iſta gratioſa incipiatur à perſona, & principali parte, cui prouidetur, q̃ in executoria, vel aliis reſcriptis, quæ diriguntur ad iudices. So. quia in iſtis gratioſis prouiſio apoſtolica, & gratia principaliter, & directò dirigitur in perſonam, cui prouidetur, adeo ꝙ à tẽpore datæ quæritur ius in beneficio. c. ad audientiam. el 2. de reſcriptis, c. cum ab eo in fi. & c. eum cui. in fi. de præben. in 6. & c. tibi qui. de reſti. ſpo. eo. lib. ſed in executoria, & in reſcriptis ad lites pereq; cõmittitur cognitio, vel executio; quia nõ eſſet congruũ, quem eſſe iudicem & executorem in cauſa propria, & ius ſibi dicere. l. j. C. ne quis in ſua cauſa &c. diriguntur verba principali ter ad iudicem, & ad executores, qui habent cognoſcere & exe
10 qui. † Et quales debeant eſſe iſti iudices vel executores, habetur in c. ſtatutum. in princi. & in §. j. de reſcrip. in 6. & ad eum pertinet plena diſpoſitio clementi. j. in fi. extra vt lit. penden. † Quare ipſimet principali prouiſo recta via non conceſſit executionem, vt ſua propria auctoritate intret & capiet beneficium. So. dicendum, vt colligitur in c. paſtoralis. in §. quia verò. de offic. deleg. & in c. decętero. de re iudi. & c. ſi pro te. de reſcrip. in 6. ꝙ aut ipſe Papa certificatus de caſu ex certa ſcientia, & nullo poſſidente, & de conſenſu eius vult gratiam ſuam habere executorem, & poteſt ſine alio iudice, vel executore principali cõcedere ingreſſum eccleſiæ, vel beneficii, vt in contrariis. Aut nõ cer
11 tificatus de caſu alio poſſidente, & ſe opponente procedit, tũc regulariter dat̃ iudex, vel executor, vt hic, ne prouidere videat̃ cum ſcandalo, facit, quod habetur in c. 2. & in c. ſi quãdo. de reſcriptis. Et hinc deſcendit, ꝙ quandoq; conceditur gratia cum executore, quandoq; conceditur ſimpliciter gratioſa ſine executore, quandoq; conceditur ſimpliciter cognitio cum executore ſine gratioſa, & quandoq; poſſeſſio facti aſſignatur mãdari, vel poteſt dicere, prouiſionem apoſtolicam per hanc gratioſam ſtatim habere effectum per iura contraria executoria con
12 ceditur ad nudam facti executionem. ¶ † Sexta & ſeptima diuiſio & diffinitio huius particulæ eſt ibi, canonico Taurinenſi, q̃ alia duplici ex cauſa permittitur. Prima: quia in reſcripto princi paliter agebatur de iſto canonicatu Taurinenſi permutando, & ſuper quo prouiſio erat facienda, ſiue iam facta, vt ſtatim di-
13 cam. † Secunda: quia in his impetrationibus faciendis oportet impetrantem ſedi Apoſtolicę beneficia quæ obtinet exprimere, c. ad aures. de reſcrip. & voluit Spec. in titu. de reſcrip. præſenta. §. ratione autem formæ & impetrat. verſic. item ꝙ impetratur &c. Sed contra nullum, adhuc conſecutus fuerat iſte Petrus iſtum canonicatum, ſed fuit conſecutus per hanc gratiam. So. nundum potuit appellari canonicus, ſed debuit decanus nũcupari. So. ſoluit Inno. ꝙ ſi conſideretur, ꝙ iam ambo, & Petrus & Anibaldus de Tortis renunciauerũt eorum propria beneficia in manibus ſummi Pontificis, & Romanus Pontifex contulerat huic canonicatum, & alteri decanatum, & per conſequens ſtat, ꝙ licèt litera & reſcriptum apoſtolicum requirantur in talibus ad probationẽ, in talibus virtus eſt in literis & verbis apoſtolicis, & ſtatim cum Romanus Pontifex acceptauit renuncia tionem in beneficio & forte infra dicam. Et facit pro his quæ dixi in præcedentibus. ¶ Proſequor.

Salutem & Apoſtolicam benedictionẽ.
14 ¶ † Hæc verba veniunt declaranda ſm ea quæ habentur in ſalutatione Gregoriana, & in ſalutatione in 6. Et inde ibi effectus, & maximè p quę tollantur peccata venialia. Sed excõicatio non tollitur, ſi iſte fuiſſet excõicatus, vt gl. voluit in ſalutatione reſcriptorum & decret. in c. ſi quando de ſenten. excom. immo nec ſalutationem poneret, nec ſalutationem ſcriberet excõicato, ſed eorũ loco duceret ipſum conſilio Senenſi, vt voluit Spec. in ti. de reſcrip. prẽſenta. in §. ratione formæ. verſi. & nota, ꝙ Papa, circa fi. de his benedictionibus, quæ danẽ per ſimplices ſacerdotes poſt miſſam etiam epiſcopo præſente, & benedicere volente, dicite vt in c. ecce. 90. diſt. Et notabo ibi cum legam. ¶ Proſequor in reſcripto. ¶ Graſſus doctor & comes.

Apoſtolica ſedes circũſcripta benigna deſideria iuſta petentium congruo fauore proſequitur: vt votis eorum, quæ à rationis tramite non diſcordant, libenter ſe propitium exhibet & benignum.
15 ¶ † Hæc verba faciunt exordium, quod quidem in his cõfirmatoriis, & collatoriis beneficiorum de ſtilo curiæ conſueuit apponi, vt ſentit Spec. in tit. de reſcrip. præſenta. in §. ratione formæ. verſi. ſequitur videre de confirmationibus. Et ex hoc exordio notatur iuſtitia, dum dicitur, deſideria iuſta petentium. Et dum dicitur à rationis tramite non diſcordant, notatur etiam gratia, dum dicitur congruo fauore. Et dum dicitur, ſe propitiũ

exhibet

Source : BIU Cujas

exhibet & benignum. Et ſic ex duplici fundamento mentiunt̃ talia reſcripta,& notitiæ gratiæ ex ordine collat. & gratis ſuffragantur talia exordia etiam in priuilegiis,& eſt tale, dignum arbitratur,vt in illum reddatur ſedes Apoſtolica gratioſa,ex quibus ad propria id virtutum merita laudabiliter ſuffragãtur,alia exordia ẽt in priuilegiis indultis,& gratiis Apoſtolicis apponũtur conuenientia perſonis,& rebus de quibus agitur, vt colligit̃ in d.§.ratione formæ.verſi.ſequitur, cum ſeq. Et vide formã de qua vniuerſ. Quatenus &c. in conſeruatoriis apponuntur verba huiuſmodi in exordio,de quibus ſatis declaratur cauſa conceſſionis:vt patet in conſeruatoria aſinentium, & cauſinentiũ
16 ac etiam ſtudii noſtri Taurinẽſis. † Et puto ex huiuſmodi exordiis licitum arguere,ar.optimum in l.regula.§.fi.ff.de iuris & faigno.& tunc puto varietatem in huiuſmodi exordiis,ſi non ſit exordium conueniens ex ſtilo curię inducere prę ſumptionem falſitatis,per ea quæ dixi in prę cedentibus,& ſentit Spec.in titu. de reſcrip.præſenta.in §.j.igitur.ver.9.cum ſeq.in fi.& in d.§.ra-
17 tione formæ.in prin.† In literis iuſtitiæ vel executoriis non apponuntur huiuſmodi exordia.Et ideo in ea,quæ de his bonis ſignificant quę ſtus hodie ſiquidem &c.non requirũtur exordia, vt ſentit Spec.in d.§.ratione formæ.in forma conquerẽte, & in forma conqueſtus.¶ Proſequor in reſcripto &c.

18 **Cum itaq; tu.** ¶† Hic incipit narratio facti, quæ talibus reſcriptis ad beneficia conceſſis maximè ad impetrationem alicuius videtur neceſſaria ad euitãdam ſubreptionem.Et no.verbum. Cũ,in ſingulari. Quia vni ſoli cuiuſcunq; dignitatis exiſtat nunquam ſcribit in plurali,vt in c.q̃ graui.de cri.falſi vol & Spe.in d §.ratione formæ. in fi.principii.¶ Proſequor in reſcripto.¶ Graſſus.

Prædictum filium magiſtrum Stephanũ cruſuati ſcriptorẽ, & famulũ noſtrum, procuratorem tuum ad hoc te ſpecialiter conſtitutũ.
19 ¶† Per hæc verba apparet in impetratione reſcripti requiri ſpeciale mandatum dñi.Et eſt verum duplici cauſa,prima; quia in impetratione reſcriptorum regulariter requiritur ſpeciale mãdatum,de quo in c.non nulli.de reſcrip.ſecunda: quia agitur de permutatione beneficiorũ, in qua requiritur ſpeciale mãdatũ, ſicut in reſignatione ſiue in renunciatione, quæ inſunt in permutatione, vt infra dicam,de quo in clem.j.de renuncia. & ha-
20 betur in c.qui ad agendũ.& in c.generaliter.de procur.in 6.† Et facit:quia in permutatione ineſt quædam tranſactio, quæ non permittitur procuratori generali & habenti generale mandatum,vt in l.mandato totorum.ff.de procur.facit clem.non poteſt.eo.tit.Et puto in caſu noſtro, ex quo Romanus Põtifex atteſtatur ſpecialiter conſtitutum non oportere aliquam fidẽ facere de mandato,vt in d.clem. j. de procura.cui autem aliàs incumbat probatio mandati,dic vt in Spec.de reſcrip.præſenta.§.
21 ratione autem impetrat.&c.verſ.ſed cui incumbit &c.† In ſola autem impetratione non requiritur ſpeciale mãdatum, immo nec mandatum, c ad aures. & ibi gl. de reſcri. dummodo tempore ratificationis.¶ Proſequor &c.

Decanatum vallem nũcupatum. ¶ Ideo dicitur ſe decanum, quia ſunt diuerſi ſecundùm diuerſas adminiſtrationes,& diuerſas iuriſdictiones.Et ſunt duæ principales dignitates in eccleſia prędi
22 cta† ex quo ſequitur in impetrationibus beneficiorũ fieri ſpecialem mentionem de beneficiis,quæ impetrantur,& de qualitatibus eorum,c.ad aures.de reſcrip.Et iſtud eſt verum, qñ ſup certis beneficiis prouiſio ſiue reſcriptum impetratur, ſecus aũt qñ ſub expectatione;quia tunc non eſt certum beneficium, de quo in c.capitulum.& c.tibi qui.cum ſi.de reſcriptis. &c.

Ac dilectus filius Anibaldus de Tortis p̃ ſe ipſum canonicatum & præbẽ-
23 dam eccleſiæ ſoluendam.¶† Ex his verbis colliguntur permutationes beneficiorum diuerſę quantitatis in eadẽ eccleſia poſſe ſimul fieri,nam hic ex parte petierat decanatũ, qui eſt dignitas in eccleſia,c.cum acceſſiſſent.de conſt.c.j.& ibi per Arch. de conſt.in 6.Anibaldi erat canonicatus & prębenda,qui nõ ſunt dignitas.c.ſtatutum.§.j.de reſcrip. in ſexto.& tñ valet permutatio.de quo tñ dicendum,vt in c.maioribus.in fi.de præb.& c. q̃ſitum.& c.cum olim.de rerum permu.Sunt & diuerſi valoris,& tñ(vt puto) valet permutatio,dummodo fiat mẽtio de vero valore,& infra dicam,& fiat auctoritate habentis ptãtem,de quo in c.j.de rerum permu.in 6.¶ Proſequor in reſcripto.

Quos tunc obtinebatis,tu Petre decanatum,& Anibaldus canonicatum.
24 ¶† Ex his verbis ſequitur ad valorẽ permutationis in benefi cio oportere permutantes,ſeu permutare volẽtes habere,& tenere beneficia; quia iſta eſt natura permutationis etiam in aliis rebus,vt vnuſquiſq; obtineat,quod permutat.l.j.ff.de rer.perm.
25 nam quod quis non habet,permutare non poteſt, ꝙ patet† qa in permutatione ſola conuentio nõ obligat,ſed requiritur traditio.l.ex placito.C.de rerum permu.l.j.§.j.ff.eo.tit. ſic & in aliis cõtractibus innominatis,inter quos eſt permutatio,quę eſt do, vt des.l.iuriſgentium.§.ſed ſi alium.ff.de pac.l.naturalis.§.j. ff.de præſcri.verbis.& voluit Azo in ſumma de rerum permu. in §.j. & vide ibi rationem in ver.j.cum ſeq.de quo tñ aliquid infra di
26 cam.† Et cum ſit contractus bonæfidei: vt in §.actionum. inſti. de actio.& per gl.in c.venerabilis. extra de excep. oportet hinc inde eſſe beneficium ſine vitio, vt vnuſquiſq; obtinere poſſit, vt in l.fi.ff.de rerum diui.non tamen intelligas eſſe propriã permutationem,tanquam proprietas poſſideri non poteſt, vt voluit gl.in c. cum olim. de rerum permu. licèt eccleſia bene permutet,c.j.de eo qui mitti. in poſſ.cauſa rei ſeruandæ cum ſimilibus.¶ Proſequor in reſcripto &c.

In manibus noſtris apud ſedẽ Apoſtolicã ex cauſa permutationis ſpõte renunciaueritis.
27 ¶† Hæc verba denotant magni iuris effectum,primò in eo, ꝙ dicit in manibus Romani Pontificis,& apud ſedem Apoſtolicam,nec competit alicui ordinario inferiori ptãs conferendi, vt in c.niſi.de præb.in 6.dicite vt ibi.Secundò dum dr̃, ex cauſa permutationis eſt facienda illarum collatio beneficiorum,immo alteri facta collatio eſſet nulla ipſo iure, c.j. de rer.perm.in 6.& in clem.j.eo.tit.& eſt tex.indubitatus in inferioribus per iu-
28 ra præalleg.† An Papa forte de plenitudine ptãtis poſſet alteri conferre; quia eſt dñs beneficiorum & plenariam habet diſpoſitionem,clem.j in fi.extra vt lite pend.tñ non eſt honeſtum,ꝙ alteri conferat,quam permutantibus, ne illudantur per iura p̃-
29 alleg.facit,quod habetur in c. pe. extra de poſtula. † Tertiò dr̃, ſponte reſignatis;quia notat ſpontaneam renunciationem,& requiritur in manibus ſuperioris,ad quem pertinet collatio talium beneficiorum,ad hoc vt permutationi ſit *locus:* nam (vt dixi in præcedenti) beneficia non ſunt in ptãte permutantium, ſed ſuperioris.Et ideo oportet in eius manibus ſpõte, & liberè
30 renunciare,& ſine fraude, vt in c.j.de rerum permu.in 6.¶† Ex quo dubitaui de renunciatione in manibus notarii publici accipientis nomine & vice illius,ad quem pertinet,ſi ea reſignata ſuperior conferat cuicunq; ſuum, & ſic haberet à ſuperiore ex canonica inſtitutione,vt haberi debet, vt in c.ex frequentibus. de inſti.& c.j.de reg.iur.in 6. non autem ex priuata permutatione reprobata de iure ſine auctoritate ſuperioris, vt in c.maioribus.in fi.extra de præben.& in aliis iuribus præall. vt voluit Hoſtien.in ſumma de rerum permu.in §.quia põt. ver.& hæc intelligas,& no gl.in cle. j. de rerum permu. Quod verum eſt,& licitum eſt exprimere in cauſa permutationis,immo etiam ſi non
31 exprimatur,ſufficit ex ea fieri reſignationem,vt dicit ibi gl.† Sĩ autem non ſponte,ſed per vim fuerit facta reſignatio, *dic* vt in c.ſuper hoc.de renuncia.& c.ſolitæ.de reſti.ſpol.& c. Abbas. cũ ſequenti, cum ibi not. extra de his quæ vi metusve cauſa fiunt cum ſimilibus.¶ Proſequor &c.

Noſq; reſignationes huiuſmodi ex dicta cã duximus admittẽdas.
32 ¶† Hæc verba notant iuris miniſterium:quia oportet ſuperiorem huiuſmodi reſignationẽ admittere & acceptare,alias non valeret,vt voluit Hoſt. in ſumma de rerum permu.in §. quia p̃t.
33 in ver.& intelligas,cum ſeq.Circa quod quæro de tribus, † primo,nunquid poſſit ſuperior repellere hanc reſignationem, & puto ꝙ ſic,per c.admouet.de renun.& ſentit text. in ſequentib. dum dicit fauorabilibus.Et iſtud eſt indubitatum, & ſit iuſta cã expellendi.Sin indiſcretè & indeliberatè fieri *viderit, vel* ex vitio forte ſimoniæ,vel alio vitio.c. quæſitum. de rerum permu. quo caſu forte tunc infringere poterit,& punire tales delinquẽtes,ſicut ſi propria auctoritate deliquiſſet, vt in d. c. cum olim.
34 cum ſimi.eo.titu.† Quæro, nunquid & qñ poſſit pœnitere & recedere à permutatione.So.dicendum eſt idem in permutatione,quod in poſtulatione, Quia ſi permutatio fuit propoſita & introducta corã ſuperiore,maximè ſi admiſſa fuerit, vt hic fuit, non puto poſſe recedi,c.bonæ.el 2.de poſtul.immo velit nolit, ſi ſuperiori viſum fuerit,puto compellendos reſcindere & per-
35 mutare:& facit c.quidam cedendo.de renun.† Et in hoc differt iſta reſignatio & permutatio beneficiorum ab alia permutatione aliarum rerum,quæ conſiſtit in contractu innominato, do vt des,habet locum pœnitentia.l.ſi pecuniã. ff. de condi.ob tur. cau.& non niſi de implemento habet effectum, nec competit actio.l.ex placito.C.de rerum permuta.¶ Proſequor.

Nos votis tuis in hac parte fauorabiliter annuẽtes, canonicatum,& præbendam prædictos,quorum fructus,redditus & prouentus. 20. lib.Taurinẽſiũ ſecundùm communem extimationem valorem annuum, vt aſſeritur,non ingrediuntur.
36 ¶† Hic incipit prouiſio Apoſtolica, ex qua colligitur primò,dum dicit,votis tuis,has permutationes non eſſe faciendas beneficiorum,niſi ad vota partium, & inſtantibus partibus, ꝙ eſt verum regulariter propter inferiores,qui non poſſunt ſine cauſa ſubditos ſuos priuare beneficiis ſuis, c. conquerente. de
37 reſtitu. ſpolia. † Papa verò, qui eſt ſupra ius. cap. propoſuit de conceſſio. præben. eſt ſuperior omnium cap. cuncta per mundum. c. per principalem. 9. q. 3. Et eſt dominus omnium beneficiorum,& eorum habet plenam diſpoſitionẽ.c.2.de præben.

in 6.

Source : BIU Cujas

in 6.& c.j.in fi.extra vt lite penden. forte posset inuitos permutare nō solum inferiora beneficia,immo episcopatus, vt in regula,quod ob gratiam. & ibi Io. And.in mercurialibus. de reg.
38 iuris in 6.& aliquid in c.fi.de postul.† plus sentit Pet.ibi circa repositatorum suorum, q̄ etiam inferior, vt episcopus, si subsit causa, potest inuitos plures parochiales transferre ad alias ecclesias,& compellere per d.cap.quæsitū. de rer.permut. Et sufficiens causa erit secundùm eum per duritiem vel perfidiā plebis,cui vnus resistit & satisfacere non possit cum alijs, alius faciet cum similibus. Et puto, q̄ Archi. alleget notabile verbum
39 Ioan.And.in cap.si electio.de elect.in vj. † dicens, q̄ electus nō acceptando dignitatem,ad quam electus est, poterit,si alius æquè idoneus non reperiatur, per quē illi ecclesiæ consuli pos-
40 sit, cogi ad acceptandum. † Ex quo determinata videtur vna quæstio quotidiana, vtrum si in ecclesia ista erat consuetudo, vel statutum de optando secundùm tradita in capit.fin.de consuet.in sexto, an in his beneficijs permutatis habeat locū optio? Et videtur q̄ sic; quia non videtur velle princeps singularibus statutis,aut etiam consuetudinibus singularium ecclesiarū velle derogare cap. .de constit.in vj.tamen contrarium verū est; quia permutantes non debent fraudari in eorum intentione, per cap.primum.de rer.permutat.in vj.& per d.clementi. in ratione eorum.*Et istud maximè: quia infra est clausula, non obstante statuto, vel ꝓsuetudine dictæ ecclesiæ, vt infra videbitis.* Et ita sæpe consului. Secūdò principaliter in his prouisionibus & cōcessionibus beneficiorum oportere exprimi valorem fructuum,*reddituum* & prouentuum,non dicit proprietatem beneficii,*aut etiam* ipsius beneficii,vel tituli; quia cum sunt ecclesiastica,non recipiunt extensionem, cum sint specialia, vt in §.
41 sacræ.insti.de rerum diui.& l.fructus.ff.de rei vendi.† quæ videtur esse idem,tamē sunt diuersa,videlicet.Fructus sunt qui percipiuntur ex prædiis cura & cultura.§.si quis à non domino.insti. de rerum diuisio.& in l.fructus.ff.de rei vend.Redditus sunt, q̄ aliter extra rem percipiuntur,sicut pensiones domorum.l.si vrbana.ff.de condi.indeb.cum ibi not.Obuentiones sunt,quæ extrinsecus,quandoq; à casu obueniunt, vt in l. lege obuenire. ff. de verborum signifi.Et no.vnam optimā cautelam,nō se astrin
42 gere ad aliquam certam vel prę̄cissam solennitatem;† quia mē dacium etiam in vno, minimo nummo annullat gratiam tanquam subreptitiam.c.cui de non sacerdotali.in fi.de prę̄ben. in 6.& in c.si motu proprio.eo.tit.lib. 6. & c.ad audientiam.de rescrip.Et est optimum consilium,& fuit sic dicere, q̄ non egrediuntur & non extenduntur vltra 20.lib.Taurinensium secundùm communem extimationem:quia si minus valeret,sustineretur gratia, nec potest dici subreptitia, quare dicat Taurinensium,quia libra Taurini est sol. 5. Similiter si diceret Taurinen-
43 sium paruorum,vt colligitur in clem. 2. de magi. † Quare autē dicat secūdùm communem extimationem, istud ideo dicitur; quia precia & extimationes talium nō ex affectione nec ex accidenti seu à casu extimantur,sed communi valore, & communi extimatione.l.si seruum meum.ff.ad l.Aquil.& l.precia rerū.
44 ff.ad l.falci.& habetur in c.j.de empti.& ven.† Sed circa hoc solet dubitari, cuius loci considerabitur ista loci extimatio, vtrū in curia Romana,in qua dicūtur extimata omnia beneficia,an verò illius prouinciæ,vel ciuitatis,in qua est beneficium.Et breuiter puto, nisi aliud ex stilo curię, vel consuetudine habeatur, nec aliter in curia reperiatur declaratum, cōsiderari ciuitatem, & patriam,in qua situm est beneficium,per iura prę̄alle. & optimè facit. cap.j.de emptio.& vendi.Ego aliàs miratus sum,quare curia Romana,quæ habet propriam monetam. s. Florēnorum
45 de camera,carlinos,& alias plures monetas:vt patet, dum se refert ad monetam Taurinensium,nisi dicamus ex stilo curiæ ita īnstitutum,quia curia Romana vtebatur illa pecunia, & moneta tanquam magis bona, & vsitata,vt in d.clementi.2.de magistris.¶Prosequor in rescripto.

Pro resignatione ipsius Anibaldi huiusmodi vacantes.

45 ¶ † Ex his verbis colligitur in huiusmodi concessionibus & rescriptis apostolicis debere fieri mentionem de vacatione beneficii & de die vacationum;quia beneficium viuentis,nisi vacet,alteri conferri non potest,nec debet. c.nulli. in prin.& in §. j.de concess.præben.Et not. vacantes in plurali:quia canonia &
46 præbenda vacare dicuntur. † Canonia est ius quoddam, quod ex electione,seu collatione,vel institutione, & receptione alicuius in canonicum, seu in fratrē oritur, siue acquiritur,vbi est certus numerus canonicorum, aliàs de nouo creatur, & aliàs non,vt c.dilecto.de præben.c.proposuit.de concess.præben. & c.
47 si postquam.eo.tit.lib.6.† Præbenda verò est ius percipiendi ꝓuentus in ecclesia, & propriè consistit in fructuum prosecutione,& est consecutiua ad canoniam, quæ est in iure præbēda in facto,& hæc omnia sentit Host.in summa,de prę̄ben.in §.j.maximè in ver.fi.¶Prosequor.

Etiam si dispositioni apostolicæ specialiter vel generaliter reseruati existant.

48 ¶ † Dicti canonicatus & prębenda, sunt magni effectus hæc verba:q̄a talia beneficia specialiter & generaliter per alios, nec aliis conferuntur tanquam affecta, vt in c. 2. & in c.dudum. de præben. in 6. cum si. Tamen in casu nostro non multum puto necessarium per ea,quæ dixi in præcedentibus: cum talia beneficia permutata aliis q̄ permutantibus conferri non possunt, vt
49 in d.c.j.& in clem.j. de rerum permuta. † Sed quæro pro declaratione,quæ sunt beneficialiter reseruata.So.vt verbum sonat, nam specialiter dicuntur, qñ est specialis reseruatio, vt si Papa dicat,tale beneficium reseruamus dispositioni nostræ &c.generaliter dicitur,quādo in genere aliqua beneficia alicuius regio-
50 nis vel ciuitatis.† Sed occurrit dubium,quomodo beneficium potest specialiter reseruari contra alium, ne inducat votum captandæ mortis,contra c.nulla,& c.detestanda. & c.ne captandæ.de concess.præben.in 6.So. specialiter reseruando potest intelligi dupliciter. Prima specialis nominati beneficii certi hominis.Et ista potest dici specialis,& specialissima, quæ reprobatur per iura prælallega.Secunda specialis respectu ecclesiæ,& de prima vacatura, & ista quandoq; admittitur per Papā,vel suos delegatos,quibus hoc specialiter cōcessum fuerit, de qua in capi.præsenti de offic.delegati.in 6. & in c.executor.§.potest.cum simi.de concess.præb. in 6.& in d.c. ne captandæ. ¶Prosequor.

Cum plenitudine iuris canonicatus ac omnibus iuribus & pertinentiis suis,qui(vt asseritur) tibi de nobili genere procreatus existis, auctoritate conferimus & de illis prouidemus.

51 ¶ † Quid important ista verba,cum plenitudine iuris &c.satis colligitur ex præcedentibus:quia plenitudo iuris canonicatus est plenè habere ius commune canonicorum tam in choro,quàm in capitulo, tā in diuinis, quàm in actis capitularibus, iura & pertinentiæ sunt præbendæ,quæ hanc describunt,distribuit, & obuentionum & huiusmodi similium, quæ debentur canonicis,quæ tamen debentur cū qualitatibus suis, vt si interfit diuinis officiis,habeant distributiones quotidianas, non aliter fructus grossos prębendarum,secundùm consuetudines ecclesiæ,de quo in c.j.de cleri.non resi.in 6.facit, quod habetur in
52 c.relatum.extra de cleri.non residē.† de nobili genere &c. ideo facit mentionem, quia nobilibus de melioribus, ac pinguioribus beneficiis prouidetur,quàm aliis,vt in c.de multa. in fi.& c. pen.de præben.in 6. Ideo dicitur apostolica auctoritate confirmamus,& prouidemus, quia talibus plus fauemus. c.si beneficia.cap.si Apostolicæ.cum simil.de præben.in 6.¶Nunquid autem executor datus ad exequendum debeat ante excutionem de prę̄missis cognoscere,habetur per Innoc.in d.c.fi.de præsumptio.¶Prosequor.

Decernentes irritum & inane, si secus sup his a quoquā quauis auctoritate scienter,& ignoranter attentatum forsan est hactenus vel in posterum contingerit attentari &c.

¶Ex his verbis gratia fit potētior,q̄a in his literis & rescriptis apponitur decretum irritans.Cuius gratia aduertendum est.
¶Primò,q̄ habemus plura decreta,quæ hoc nomine nuncupā
53 tur,tamen sunt diuersa & diuersi effectus,† Nam decretum est illud,quod decernitur per principem & alios potestatem habētes iuris conden.Et dicitur à decerno decernis,idest à statuo statuis,vt inst.de iure naturali.in §.sed & quod principi.& in l.fi.C. de legi.& habetur in l.& quod principi. ff.de legi.& habetur in §.porrò 3.distin.Et ab isto vocantur & denominantur decretales & capitula, de quibus in proęmio decretalium & decreto-
54 rum,& de isto nihil hic. ¶ † Et habemus decretū ciuitatis & alicuius ordinis, q̄ decuriones statuūt.Et huiusmodi dñr corū statuta.Et dñr etiam à decerno decernis,& de his hr̄ in ca cum omnes.de consti.& in l.j.& 2.C.de decre.decurio.lib.10.& in l.j. &
55 per totum.ff.de decre.ab ordi.fa.† Sunt & decreta iudicum,quę interponūtur cum magna causæ cognitione per iudices in alie nationibus bonorū ciuitatis;ecclesiæ,vel minorum, de quibus in l.j.& per totum.C.de prædi.mino.& per titulum.C.de prædi.
56 curia.siue de non alie.lib.10.¶† Habemus decretū irritans, qđ apponitur in beneficialibus,& gratiis apostolicis, vt hic,& in c. si capitulo, & in cap. si soli. cum simi. de concess. præben. in 6. & habetur in cap.cum dilectus.de iure patro.& in capi. j. de rebus eccle.non alie.in 6.& in clemen. 2. eo. titu. & C. de prædi.
57 minorum,& C. quando decreto opus non est, lib. 10. † Et not. magnos effectus huius decreti; quia impedit omnes inferiores aliquid attentare in præiudicium gratiæ Apostolicæ,nam si qđ attentatum fuit decernitur,irritum,& inane ipso iure, vt in iuribus prælallega. nanq; afficit tale decretum beneficium, sicut si fuisset iam receptus in canonicum, vel mandatum fuisset, vt in capitu.si postquam.de prę̄ben.in sexto,& voluit glo.in cap.primo.in versicu. irritum, de concessio. præbend.in sexto.Aduertenda sunt verba rescripti & eius forma:quia si sub conditione facta fuerit concessio,vel sub modo,puta præbēdam,quam duxerit acceptandam & c.non ante operatur decretum, quàm acceptauerit, vt glos. voluit in capitu.j.in versicu. acceptaret, quæ incipit, q̄ quando scribitur &c.de concessio.prę̄ben.in sexto,&

Source : BIU Cujas

habetur in §. ex parte verò. vbi not. Gemi. q̃ ſi decretum inter-
58 ponitur ſuper re iurata nõ imprimit vires ſuas. † Alius magnus effectus: quia afficit ignorantes, q̃ procedit ex eo: quia beneficium iam affectum eſt, & tranſit cum qualitatibus ſuis, vt in d.c. ſi poſtquam. & in c.j. & in d. c. ſi ſoli. licèt alia decreta & ſtatuta non ligent ignorantes, de quo in c.2. de conſtit. Et ex his patet, q̃ expreſſio eorum verborum, ſi ſecus ſuper his &c. nihil aut modicum operantur intercueniente decreto.

¶ Sed oppo. & videtur q̃ in caſu noſtro decretum non irritet, nec vtile ſit; quia ſine eo erat irritum. Et iſtud ſentit tex., put dic. & iſtud eſt irritum &c. facit, quod habet̃ in c.j. de rer. permu. in 6. & in clem. j. eo. tit. ſ. tbi talia beneficia aliis q̃ permutantibus conferre non poſſunt. So. ſunt qui fatentur contrarium dicentes in hoc caſu decretum non neceſſarium, ſed ad bene eſſe. Et abundans cautela non nocet. l. teſtm̃ non ideo. C. de teſta. Ego contrarium dico, videlicet, q̃ iſto caſu operabitur decretum, vt his caſibus, quibus dixi in permutatione repelli poſſe, ꝑ decretum repelli non poterit, vt operatur decretum ſi alia attẽtetur certa. circa huiuſmodi beneficia vel acceſſoria, etiam citra collationem, & titulum eorum. ¶ Proſequor in reſcripto.

Non obſtantibus ſtatutis, conſuetudinibus dictæ
ecclеſiæ iuramento confirmatis, apoſtolica, vel quacunq; firmitate alia roboratis, contrariis quibuſcunque.

59 ¶ † Hęc eſt clauſula derogatoria, quæ cõmuniter ſolet apponi in reſcriptis ad beneficia, & vt̃ neceſſaria practica, quæ habetur in c.j. de conſtit. in 6. nam ſi in iſta eccleſia fuiſſet ſtatutum, vel conſuetudo ſpecialis, q̃ permutationes beneficiorum fieri non poſſent, q̃ non obſtante permutatione permutata beneficia aliis conferantur, vel quia ſimilis non fuiſſet appoſita clauſula, nõ habuiſſent huiuſmodi literæ effectum; quia non fuiſſet veriſimile, principẽ derogare ſpecialibus ſtatutis & cõſuetudinibus eccleſiæ. c. cum M. Ferrarienſis. de conſti. & clem. j. eo. tit.
60 † Sed hic occurrit dubium, vtrum hæc clauſula tollat vitiũ ſubreptionis in iſtis impetrantibus: nam ambo erant de hac eccleſia, & veriſimiliter ſciebant ſtatuta eccleſiæ ſuæ, vt in iuribus p̃allegatis, ergo non fecerunt mentionem nec de ſtatutis, nec de conſuetudinibus, reſcriptum tanquam ſubreptitium valere nõ debebit. c. cum veniſſent. extra de eo qui mit. in poſ. &c. & in c. cum acceſiſſent. de conſti. nec iſta clauſula refertur ad dolũ, ſeu
61 malitiam. Et iſtud ſine difficultate videtur verum. † Quia in beneficialibus etiam modica ſubreptio viciat. c. ſi motu proprio. de præben. in 6. Et hac ratione forte fit mentio in hac clauſula de iuramento, & cõfirmatione apoſtolica, & de quacunq; alia firmitate, quæ referuntur ad ſimilia ſpecificata, per ea, quę habẽtur in c. qui ad agendum. de procura. in 6. Et quæ poſſit eſſe iſta alia firmitas, forte erit præſcriptio, vel præſcriptio, vel alia res iudicata ſuper ſtatuto vel conſuetudine. ¶ Proſequor &c.

Aut ſi aliqui apoſtolica vel quauis auctoritate in dictis eccleſiis in canonicos ſint recepti, ſiue vt recipiantur.

62 ¶ † Hæc clauſula apponitur etiam cõiter in reſcriptis ad beneficia, ex eo quia non eſt veriſimile, principem velle grauare vnam eccleſiam, vel vnum prælatum multiplici acceptatione, vt in c. capitulum, & in c. mandatum. & in c. Abbatem. de reſcr.
63 & in c. tibi qui. de reſcrip. in 6. † Immo ſi taceant in literis ad beneficia aliquem in dicta eccleſia de mandato Papæ fuiſſe receptum, literæ redduntur ſubreptitiæ & nullæ, vt in d. iuribus, & voluit Spec. in tit. de reſcrip. præſenta. in §. ratione formæ. & in §. ſed ratione quoq; defectus, verſi. itẽ q̃ alius &c. tamen in hoc caſu noſtro non puto multum neceſſarium hanc clauſulã apponi; quia per hanc permutationem inuicem factam non videtur multum grauari eccleſia, & licèt ſint duę receptiones in iſta eccleſia, q̃ Anibaldus recipiatur ad dignitatẽ decanatus, & Petrus ad decanatum & præbendã, tamen per reſignationẽ vtriuſque valent, nec alteri per quemcũq; conferri poſſunt, vt in d.c. j. & in d.cle. j. de rerum permu. vt dixi in præcedenti, cũ alii inſiſtant, vt reciperentur vel apud ordinarium, vel apud excutorẽ apoſtolicum in his beneficiis permutatis, vana eſſet eorum licẽ
64 tia, ac inſtantia, per iura prę allegata. † Dubitaui tamen, ſi gratia apoſtolica illorum inſtantiũ non faciat mentionẽ de huiuſmodi receptione ex cã permutationis facta, reddatur ſubreptitia, præcedentia faciunt q̃ non. ¶ In contrarium facit; quia negari non poteſt per hanc receptionem præiudicari ordinario collatori in duobus: quia nõ poteſt valere, nec videre cõfirmari ſeu conferri cui vult per prædicta iura. Secunda: quia ſedes apoſtolica appoſuit manum, & ſuæ ordinariæ collationi derogauit, & in beneficialibus etiã minima ſubreptio viciat, vt in d. c. ſi motu proprio. de præben. Cogita. ¶ Proſequor in reſcripto.

6 l. qui ſeruum. † Et ſciendum eſt: quia in factum actio tunc ꝓprie datur, cũ ex maleficio, vel quaſi agit, vt ſi quid effuſum deiectũve eſt, vel perperam per imprudentiam iudicatum. In his enim caſibus nulla ex nomine prodita actio naſcitur, ſed nec ex lege ꝺdictio, ſeu de dolo p̃ſcriptis verbis actio. Cũ itaq; cęteræ actiones deficiant, & neceſſe eſt aliq̃ competere, in defectũ non immerito decurritur ad actionem in factũ, vt ff. de p̃ſcr. ver. l. qa. & l. quoties. Ecce. n. ſi 10. numiſmata fuerint ſub cõditione legata Titio, & eorũdẽ vſusfructꝰ pure Pãphilo, hæresq; illa numiſmata nõ exacta cautione Pamphilo preſtiterit, Titio poſt cõditionis euentũ per actionẽ in factũ ſuccurretur aduerſus fructuariũ, hoc tñ ita, ſi nec legatarius ſtipulatus fuerit: nec hęres dolo malo in exigẽda cautione ceſſauerit, vt ff. ad exhi. l. Iulianus. §. ſi ti-
7 bi decẽ. † Cõdictio ex lege, in p̃fatis tribus caſibus, i. vbi quid deiectũ effuſumve eſt, vel perperã iudicatũ, ideo non dat; ꝙa nulla noua lege obligatio noua inducit, ſed vetus & iure gentiũ parta à prætore formaꝫ, ſed nec de dolo actio cõpetit. Ecce eñ vbi quid deiectum eſt, nec aduerſus eum q̃ deiecerit (vtpote cũ alio iure, i. lege Aquilia teneaꝫ) de dolo actio daꝫ, ſed nec aduerſus eum, ex eius domo deiectum fuerit, cum nequaquã dolum admiſerit, ſanè ꝙa aliquatenus culpæ reus eſt, eo ꝙ opera malorũ
8 hoĩum vtitur, actione in factum tenetur, vt ff. nau. cau. ſta. l. vlt. §. hac actione. & inſti. de obl. ex q. de. §. irem exercitor. † In effuſis & perperam iudicatis eadẽ rõ eſt, eadẽ ergo cenſura, illud ãt certiſſimũ eſt, ꝙ in prædictis tribus caſibus & ſimilibus preſcriptis verbis actio ceſſat; eo ꝙa ex contractibus duntaxat innominatis, & ex quaſi contractibus, & ex pactis incontinenti incõtractibus adhibitis p̃ſcriptis verbis datur, vt ff. de præſcri. ver. l. 2. Et hoc tã in iudiciis ſtricti iuris, quã bonæfidei, vt C. de pac. l. in bonæ fidei. & ff. de pac. l. iuriſgentiũ. & ff. de contrahẽ. emp. l. pacta conuenta. Et in iudiciis ſtricti iuris, vt ff. de pac. l. reſcriptũ. §. vlt.
9 cũ l. ſequenti. ff. ſi cer. pet. l. lecta. C. de dona. l. lege. † Iſtis itaq; legibus euidẽter oſtenditꝫ pacta incontinenti adhibita tã in cõtractibꝰ ſtricti iuris, quã bonęfidei, & veterẽ, ſm qualitatẽ negocii, actionẽ informare, & nouam preſcriptis verbis actionẽ parere. Quippe donationis ſpecies cuius meminimus, ſicut nec ſtipulatio in bonæ fidei ꝯtractibus non reputatur, vt ff. de dona. l. eum qui. Præſcriptis aũt verbis actio, ſicut & ſuperius dictũ eſt, & ex ꝯtractibus innominatis oritur, puta ex do vt des, ex do vt facias, ex facio vt facias, vt ff. de præſcr. ver. l. naturalis. Ex quarto autẽ articulo, ꝙ eſt facio vt des, actio de dolo datur. Secus tñ caſuali ter reperitur, vt C. de tranſa. l. cum mota. De his tñ actionibus, i. in factum & præſcriptis verbis latius dicetur inferius. Sequitur,
10 Actio nihil aliud eſt quam ius &c. † Ius, ideſt quædam iuris rõ, ſiue forma, qua edita ſpecies futuræ litis demonſtratur, vt C. de eden. l. edita. & per quam actionẽ lis oĩs initiatur. Nam & Paulus actionẽ hypothecariã nominat vulgarem formulã, vt ff. de fur. l. ſi ſeruus. Aliàs autẽ iuris nomine ſignificatur conſtitutio ſiue cenſura hoĩum, ideſt ius ciuile, vel gentiũ, vel naturæ, i. ius naturale. Sed & ius dr̃, qđ p̃tor iniquè decernit, habita relatiõe non ad id qđ fit à p̃tore, ſed ad id qđ fieri debet. Ius quoq; dictũ eſt ius neceſſitudinis, ideſt ſanguinis: ſed & locũ in quo ius redditur ius appellamus, vt ff. de iuſti. & iur. l pe. & vlt. & ff. de inter. actio. l. 4. §. qđ ait prætor. Ius quoq; appellatur cibus delicatior.
11 † Et ſciendum eſt: ꝙa per hoc qđ actio ius eſt, differt ab eo quod in facto ꝯſiſtit, ſicut eſt vẽditio, traditio, ſolutio; hęc. n. nomina facta deſignatiua ſunt & nõ iuris, vt ff. de cura. furio. l. ꝯſilio. §. q̃ſitũ. Adiicitur p̃ſequẽdi, ad differẽtiã exceptionis, quæ eſt ius excipiẽdi vel retinẽdi. Perſequẽdi aũt verbo, & agendi, & petendi verbũ intelligaꝫ. Quippe actionis verbo, ꝯtinent in rem, in p̃ſonam, directa, vtilis, præiudiciũ. Stipulationes quoq; prætoriæ q̃ inſtar actionũ hñr: ſed & interdicta actionis verbo clauduntur,
12 vt ff. de act. & obl. l. actiones. † Proprie tñ actio vocatur, quæ in perſonã infertur, petitio, in rem, perſecutio in rem vel in perſonã rei perſequẽdę gratia vt ff. de act. & obl. l. actio. & ff. de verb. ſig. l. pecuniæ. Sequit̃ perſequendi in iudicio, ideſt iudiciali ꝯflictu, ſiue ꝯtentioſa iuriſdictione, quę expedit̃ in iudicio, ad differentiã voluntarię iuriſdõnis, quæ peragitur in cõcilio, qualis eſt manumiſſio, emancipatio, adoptio. Aliàs aũt iudicii nomẽ ꝑ intellectu ſiue diſcretione ponitur, vt inſti. qui. nõ e. per. fa. t. §. p̃terea. † Actio quoq; oĩs iudicium appellatur, vt C. fa. er. l. j. ff. de
13 mino. l. in cauſæ. & ff. de iu. l. ſi longius. §. ſi filiusfamilias. Sed & cauſæ exercitium dr̃ iudicium, vt C. de procu. l. licèt. & C. de iud. l. j. Iudicis quoq; ſententia iudiciũ nuncupatur. Et notandũ, ꝙ actio, per iudicii verbũ in ſui definitione poſitũ, differt ab his cauſis, quibus quid perſequimur, non noſtro iure, ſed per iudicis officium, vt in fructibus & aliis à bonæfidei poſſeſſorib. ꝓceptis, quos cũ vẽdicãtes vincimus, ꝑ iudicis officiũ nobis reſtitui poſtulamus, vt C. de rei ven. l. ſi fundũ. & l. certũ. Sed & ꝑ iudicii verbũ ſecernitur actio ab eo iure, qđ omnibus cõiter eſt indultum, puta, vt cuiq; liceat impune eũ occidere, qui nocturnus ad agros populator intrauit, aut itinera frequẽtata inſidiis aggreſſionis obſederit. Quippe nemo dẽt parcere militi, cui obuiare oporteat vt latroni, vt C. quã. li. vni. ſi. iu. fe vin. l. j. Annectit̃, qđ ſibi debeꝫ. debitũ aũt intelligo, ſiue ciuiliter tñ, vt q̃ chyrographum ſpe numerationis factũ, ſiue ciuiliter & naturaliter, vt ꝑ
14 mutuũ. † Id aũt, qđ naturaliter tñ debetur, ideſt ꝑ nudũ pactũ actione nec petit̃, nec repetitur. Nẽpe ex nudo pacto actio non oritur, vt C. de pac. l. legem. & C. loc. l. ſi tibi. Interdũ tñ & quod nudo pacto promiſſum eſt petitur: vt in cõſtituta dote & donatione, ſed & ſi ſolutũ fuerit, à minore puta, aliqñ non repetit̃, vt ff. de cõd. inde. l. interdũ. Sed & mulier q̃ interceſſit, licèt naturaliter debuerit, ſi ſoluerit, repetit, vt ff. de cõd. inde. l. q exceptionem. Sed & hoc verbum, qđ ſibi debetur, oẽm oĩno actionẽ cõprehendere intelligitur, ſiue ciuilis, ſiue honoraria, ſiue fideicõ-
15 miſſi fuerit p̃ſecutio, vt ff. de verb. ſig. l. pecunię verbũ. † Et ſciẽdũ eſt; quia licèt ꝯactus penè oẽs ſint naturales, ideſt à iure gentrium introducti, vt inſti. de rer. diui. actiones tñ omnes, ideſt agendi formulas ius ciuile induxit atq; prætorium, quod eſt viua vox & portio iuris ciuilis. Sanè quodam in loco iuris habeꝫ

Source : BIU Cujas

mentio naturalis actionis, vt ff de fideiuſ. l. fideiuſſoribus. Expoſita eſt paulò ſuperius ſufficienter actionis definitio, q̃ eſt, actio nihil aliud eſt, quam ius perſequẽdi in iudicio, quod ſibi debeẽ. Hæc inquam definitio cõuertitur cum ſuo definito. Omnis. n. actio eſt ius perſequendi &c. & oẽ ius perſequẽdi eſt actio. † Ex
16 his oritur quæſtio, ſitne actio rei vendicatio? profecto minime. Nempe qui in rem actionem intendit, ſiue rem vendicat, nihil ſibi debitum petit, ſed quod ſuum eſt, ſibi reſtitui poſtulat. Qđ autem alicuius eſt, id amplius eius fieri deberive ſeu dari nulla ratione poteſt, vt ff. de except. rei iud. l. & an eadem. §. actiones. & inſti. de leg. §. ſed & ſi rem legatarii. & inſti. de actio. §. ſic itaq; diſcretis actionibus. Relinquitur itaq;, vt rei vendicatio, inſpecta definitione prædicta, nequaquam ſit actio, eo tñ decurſum eſt, licèt per abuſum vſurpatumq; cõtra definitionem ſuperius expoſitam, vt rei vendicatio nuncupetur actio. Quippe actionis verbum latius porrigitur & generale eſt, vt ff. de verb. ſig l. pecu
17 niæ. † Ad hæc non abſurde quæri poteſt, quæ res ſit actio? Finge enim ꝙ quis acturus ait, rei vendicationem intendo, ſeu rẽ vendico petitionẽ hæreditatis, ꝓpono, vel hæreditatẽ peto, vtrũne horum verborum conceptio, vel ſignificatio erit actio, quidve
18 tertium? Et certè verborũ conceptio nullatenus eſt actio. † Nõ eñ figura literarũ, ideſt figura literali vel vocali, ſed oratione, quam exprimũt literæ, ideſt oratione intellectuali obligamur, vt ff. de actio. l. non figura. Veruntamen ſi certam rationem ſequamur, nec intellectualis oratio. i. vocalis orationis ſignificatio erit actio. Quippe iuris nomen non recipit, nec ergo actionis. Sicq; quid tertium actionem neceſſe eſt eſſe. Erit itaq; actio non quæcunq; petitio, vel intentio, ſed quę ſubiicitur petitioni fundandæ intentionis cauſa ratio. Ecce enim, inquit actor, rem vẽdico, quia res mea eſt, hæreditatem peto, quia hæres ſum. Hæ
19 certe ſubiectæ rõnes proculdubio ſunt actiones. † Nã & in dialecticis reprobatis aliis ambagibus, nihil aliud eſt argumẽtum, quàm ratio quæ ſubiicitur, & quod inducitur ad probandum poſitum dubium, puta, ſi in quæſtione vertitur, an Socrates ſit animal, & allegetur: quia eſt homo, competenter à neceſſario infertur, quia eſt animal.

SVMMARIVM.

1 *Actionum quædam ciuiles & quædam prætoriæ ſunt.*
Actionum multiplex hic ponitur diuiſio.
2 *Actionum aliæ in rem, aliæ in perſonam & aliæ mixtæ ſunt.*
3 *Actionum aliæ ad hæredes tranſeunt, aliæ verò non.*
Actiones quædam ſunt temporales & quædam perpetuæ.
4 *Actiones ex quibus oriantur contractibus.*
5 *Actio oritur ex obligatione literis contracta.*
Actio induci poteſt conſenſu tacito.
6 *Actio oriri poteſt ex obligatione quæ venit ex maleficio.*
7 *Actio directa non differt ab vtili.*
8 *Actionum aliæ ex maleficijs, aliæ ex obligationibus naſcuntur.*
Actionum aliæ inſolidum, aliæ non inſolidum redduntur.
9 *Actionum quædam vniuerſales & quædam ſpeciales ſunt.*
Actio in rem plus confert iuris, quàm actio in perſonam.

¶ De diuiſione actionis. Titulus I I.

EXpoſuimus non multo ſuperius qualiter actio definiatur, nũc explicemus quemadmodum diuidatur. Et notandum: quia à ſingulis verbis, quæ ſunt poſita in definitione, actionis diuiſio ſumitur. Ecce enim in primis à
1 verbo iuris: quia ſicut ius aliud ciuile, aliud prætorium: † ſic & actionũ aliæ ſunt ciuiles, aliæ prætoriæ, vt ff. de actio. l. act. §. vlti. A verbo perſequendi ſumitur diuiſio, ꝙ actionum aliæ ſunt in rem, aliæ in perſonam, alię mixtæ. A verbo iudicii ſumitur diuiſio, quia ſicut iudiciũ aliud eſt bonæfidei, aliud ſtricti iuris, aliud arbitrariũ, ita & actionum oĩum alię ſunt bonæfidei, alię ſtricti iuris, aliæ arbitrariæ. A verbo debiti, diuiſio gemina trahitur ſm qualitatẽ eius & quantitatẽ. Scđm qualitatem hoc modo, quia ſicut debetur aliàs res, aliàs pęna, aliàs vtrunq;, ita & actionum oĩum aliæ ſunt perſecutoriæ rei, aliæ pęnæ, aliæ vtriuſq;. Scđm quantitatem hoc modo; ꝙa ſicut aliàs debetur ſimplũ, aliàs duplum, aliàs triplum, aliàs quadruplum, ſic & actionum omniũ, aliæ in ſimplum, aliæ in duplum, aliæ in quadruplum, concipiũtur, vlterius enim nulla actio extenditur, vt inſt. de act. § omnes autem actiones: licèt pęna aliqñ & in amplius extra ordinẽ ꝓducat, vt C. de his q. a n. do. ma. l. vlt. & ff. de incẽ. ru. n. l. j. ſtatim à principio. Poſſumus tñ & adhuc cõmodius diffuſiusq; partiri, oĩum actionum, quibus inter aliquos diſceptat, aliæ ſunt ciui
2 les, aliæ ſunt prætoriæ. † Harum oĩum, i. ciuilium & prætoriarũ aliæ ſunt in rem, aliæ ſunt in pèrſonam, aliæ ſunt mixtæ, vt fa. er. com. diui. fini. regũ. pet. hæredi. & fortaſſis actiones in factum, q̃ pro interdictis retinendæ poſſeſſionis hodie redduntur. Itẽ harum oĩum aliæ ſunt bonæfidei, aliæ ſunt ſtricti iuris, aliæ arbitrariæ, vt actio quod metus cauſa, de dolo in rem actio, & redhibitoria, vt ff. de ædil. edi. l. redhibitoria actio. Item actionũ oĩum, aliæ ſunt perſecutoriæ rei, aliæ pęnæ, aliæ cuiuſdã mixturæ, aliàs in ſimplum, aliàs in duplum, aliàs in triplũ, aliàs in quadruplũ. Aliæ certæ, aliæ incertæ, aliæ famoſæ, aliæ non famoſæ. Aliæ pri-
3 uatæ, aliæ publicæ, ſiue populares. † Aliæ tranſeunt ad hæredes, aliæ non tranſeunt. Aliæ de re familiari proponuntur, alię extrinſecus ex æquo & bono ad vindictã proditæ ſunt, vt iniuriarum & in factũ actio, quæ redditur de libero hoĩe occiſo, vt ff. de his qui deiec. l. ſi verò. §. hæc aũt act. & ff. de redhibito. l. qua vulgo. & inſti. ſi qua. p. fe. d. §. pe. Item actionũ oĩum, aliæ ſunt tẽporales, alię perpetuæ. Itẽ aliæ deſcẽdunt ex cõtractibus, aliæ ex quaſi, aliæ ex maleficio, vel quaſi, ſed & ex variis cauſarum figuris, vt ff. de act. l. j. Variæ figuræ fortaſſis ſunt pacta incontinenti
4 adhibita, vel dices ꝓp cõdictionem furtiuam id dictũ eſſe. † Ex contractibus aũt proficiſcuntur actiones aliàs nominatis, aliàs innominatis, aliàs re, aliàs verbis, aliàs literis, aliàs cõſenſu. Re, aliàs ſpecie, aliàs quãtitate. Verbis, aliàs adfirmatiuis, aliàs negatiuis, aliàs in dando, aliàs in faciẽdo, aliàs pure, aliàs in diẽ, aliàs ſub conditione. In diem, aliàs certum, aliàs incertum. Sub conditione, aliàs ptãte, aliàs caſu, aliàs mixta, aliàs poſſibili, aliàs im
5 poſſibili ſeu probroſa, aliàs natura, aliàs iure, aliàs moribus. † Literis contrahuntur obligationes, & ex illis prodeunt vniformiter actiones, vt ex chyrographis quæ ſpe numerationis cõficiũtur. Conſenſu, aliàs expreſſo, aliàs tacitò. Expreſſo vt ex vẽditione, emptione, locato, conducto. Tacito conſenſu inducuntur actiones, puta actio ex ſtipulatu pro dote, & hypothecarię actiones in pluribus iuris articulis, vt in hoĩs tutorum cura & quaſi, puta, orphanotrophorum, & pro legatis penſionibus, & pro his
6 quæ debita ſunt fiſco † Ex maleficiis autem veniunt obligationes, & ex illis oriuntur actiones, aliàs nominatis, aliàs innominatis, aliàs priuatis, vt ex furto, damno, rapina, iniuria. Aliàs publicis, vt de vi & de libero hoĩe occiſo, in duobus caſibus ſuperius poſitis, aliàs extraordinariis. Nam ex ſtellionatu, quod cõſtat eſſe extraordinarium crimẽ, actio pignoratitia naſcitur, vt ff. de pig. act. l. tutor. §. contrariam. & ff. de cri. ſtel. l. j. Quippe criminum, alia ſunt priuata, alia publica, alia neutra, vt C. de ver. iu. enu. l. tãta circa nos. & ff. de cri. ſtel. l. j. Item actionũ, aliç ſunt di-
7 rectæ, aliæ vtiles, aliæ contrariæ. † Inter directas tñ & vtiles non eſt differentia. Non eñ refert, directa quis an vtili actione agat, vel conueniatur; quia in extrordinariis iudiciis qualia ſunt hodie oĩa iudicia, & in quibus conceptio formularum non obſeruatur, hęc ſubtilitas ſuperuacua eſt, maximè cũ vtraq; actio eiuſdem ptãtis eſt eundemq; habet effectum, vt ff. de neg. geſt. l. act.
8 & inſti. de inter. §. fi. † Item actionum, aliæ dantur ex maleficiis, vt de dolo, in factũ, pręſcriptis verbis, aliç ex obligationibus naſcuntur, vt ff. de act. l. ex malefi. & ff. de procu. l. licer. Item actionum, aliç redduntur inſolidum vt venditi, mandati, locati, aliç non inſolidum: hoc autem fit tripliciter, aliàs enim peculiotenus agitur ex contractibus, ſcilicet filiorũfa. ſeruorumq;, aliàs, niſi in id quod ei abeſt, prędoni puta quod improbe ad alterius adceſſit negocia. Actio eñ neg. geſt. daẽ, ſed in id in quo ille alter locupletior factus eſt, vt ff. de neg. geſ. l. ſi pup. §. ſed & ſi quis. aliàs agit inquantum reus facere põt, hoc eſt, ꝙ non totũ quod habet ei extorqueẽ, ſed ipſius ratio: ne egeat, hr̃, vt ff. de re iud. l. inter eos. Agitur aũt ſic aduerſus maritum, ſocerum & ſocium, vt ff. de re iud. l. ſunt qui. cum duabus ll. ſeq. Sic quoq; agitur aduerſus quondam filium exhæredatũ, vel ex modico inſtitutum abſentẽve, niſi patrẽfamilias ſe forte mentitus eſt, vt ff. qđ cum eo. q. in a. po. l. 2. & 4. hoc tñ ita, ſi contractus nomine ſecũ iniit,
9 cum eſſet in ptãte, conueniatur. † Item actionũ oĩum, aliç ſunt vniuerſales, ſiue generales, vt pet. hęre. mãdatum, tutela, pro ſocio aliç ſunt ſpeciales, ſiue ſingulares, vt rei vendicatio, cõdictio furtiua; & triticaria. Et ꝙa in actionibus in rem plus iuris habemus, vtpote per quas petimus noſtrum propriũ, quam in perſonalibus, quibus exigimus nobis debitum, de rerũ vendicatione in primis diſpiciamus: & quia in rem agitur, aliàs pro vniuerſitate puta hæreditate, quę hęreditatis petitione propoſita, petitur, aliàs pro re ſingulari, cõſtatq; quia vniuerſitas dignior eſt, quàm res ſingularis, à petitione hæreditatis ſumamus initium.

SVMMARIVM.

1 *Petitio hæreditatis alia directa, alia vtilis.*
Petitio hęreditatis directa cui & quo iure competat.
2 *Petitio hęreditatis directa aduerſus quem dari poſſit.*
3 *Titulus nullus quis dicatur.*
4 *Petitio hæreditatis vtilis ex perſona actoris quę ſit, & cui & contra quẽ competat.*
5 *Petitio hęreditatis vtilis aduerſus quem detur.*
6 *Petitio hęreditatis datur tantùm contra poſſeſſorem ſine titulo, ſed rei vẽdicatio contra omnem poſſeſſorem.*
Petitio hęreditatis in quibus differat à rei vendicatione.
7 *Poſſeſſor hęreditatis titulum ſuæ poſſeſſionis dicere cogitur, non autem poſſeſſor rei ſpecialis.*

¶ De petitione hęreditatis. Titulus III.

VIdeamus itaque cui petitio hęreditatis competat, &
1 in quem, & qualis ſit, bonęfidei an ſtricti iuris, temporalis an perpetua. † Petitio hęreditatis, alia directa inuenitur, alia vtilis. Directa competit hęredi vero, abinteſtato, vel ex teſtamento. Abinteſtato aut iure ve-

Source : BIU Cujas

re veteri, ideſt ex lege 12.tab. Aut iure nouo vt ex ſenatuſconſ.
2 & conſtitutionibus, vt ff. eo. l. j. & 3. † Datur autem aduerſus eum, qui poſſidet hæreditatem totam, partemve, ius hæreditarium, remve hæreditariam, licèt vnam & minimam, quo quidē caſu etiam tota hæreditas ab eo, qui ex aſſe eſt hæres, mero iure inſpectoq; rigore petitur, ſed hoc ſolum ei iudicis officio reſtituatur, quod aduerſarius poſſidet, vt ff. eo. l. licèt. & ff. ſi pars hęr. pet. l. j. §. is qui hæreditatem. Sed & aduerſus eum datur, qui poſſidet res quaſi hæreditarias, vt ff. eo l. item vidēdum. §. vlti. & l. nō tantum. Item aduerſus eum qui poſſidet res, quæ neque ſunt hęreditarię, neq; quaſi, puta fructus, qui poſt aditam hæreditatem acceſſerunt, vt ff. eo. l. item veniunt. §. item non ſolum. & §. fructus. & C. eod. l. 2. Datur autem aduerſus eum directa, qui nullo tit. poſſidet i. pro hærede, vel poſſeſſore, vt ff. eod. l. pro hærede.
3 † Nullum autem titulum eſtimo, qui vel prorſus & de facto nullus eſt: aut, & ſi de facto ꝓceſſit, iuris ratione deficit. Deficit aūt aliàs ratione perſonæ, vt ſi quis ſciens a furioſo emerit, aliàs ratione rei, vt ſi poſt motam controuerſiam quis comparauerit, vt ff. eo. l. qui interroga. & l. nec vllam. & C. eo. l. 2. Vtilis petitio hæreditatis diſtinguitur, aliàs ex ꝓſona actoris, aliàs ex perſona rei.
4 † Ex perſona actoris dr̄ vtilis petitio hæreditatis, & poſſeſſoria, quæ competit bonorum poſſeſſoribus, quos prætor velut hæredes facit, & fideicommiſſaria, quæ proponitur his, quibus hæreditas ex trebelliano reſtituitur, vt ff. de poſſ. & fideicom. hęr. pe. Ex perſona rei, puta aduerſus eū qui dolo poſſidere deſijt, litive
5 ſe obtulit, vt ff. eo. l. etiam. §. item ſi quis. & l. qui ſe. † Datur autē vtilis & aduerſus emptorem aliàsve acceptorem bonę malęve fidei. *Aduerſus autē bonæfidei poſſeſſorem duobus dumtaxat in caſibus, puta, ſi venditor non compareat, modicove diſtraxerit, vt ff. eo. l. etiam. §. j.* Habet autem hæc actio tā directa, quàm vtilis multa communia cum ſpeciali in rem actione, multaque ſingularia. Ecce enim petitio hæreditatis ſicut & rei vendicatio contra poſſidentem datur, dolum coercet etiam ante litem cōteſtatam admiſſum, vt ff. de rei ven. l. j. ſi autem. §. ſed & is. Singu-
6 laria autem hæc ſunt. † Petitio hæreditatis non datur, niſi cōtra poſſeſſorem ſine tit. prætergꝫ in caſu. Rei vendicatio ⁊ omnem poſſeſſorem. Item petitione hæreditatis nō petitur, niſi vniuerſitas, rei vendicatione nō, niſi ſaluo grege, res ſingularis, vt ff. de rei ven. l. j. §. per hāc. Item petitio hæreditatis augetur fructibus, rei vendicatio minime. Item petitione hæreditatis non tenetur bonæfidei poſſeſſor niſi locupletior. Rei vendicatione etiam de facto, qñ puta petitor erat diſtracturus. Item in peti. hæreditatis bonæfidei poſſeſſor fit malę fidei ex ſola denūciatione, in rei vēdicatione non niſi conteſtatione. Item peti. hæreditatis non datur niſi pro hærede & hæredi. Rei vendicatio cuique. Item peti. hæreditatis ⁊ poſſeſſorem & iuris & corporis. Rei vendicatio non niſi ⁊ poſſeſſorem corporis. Item petitio hæreditatis non datur ⁊ emptorem habētem regreſſum aduerſus venditorem, eumq; bonę fidei poſſeſſorem nec vtilis competit, ſed rei vendicatio competit ⁊ quemcunq; poſſeſſorem. Item poſſeſſor hæreditatis impenſas & neceſſarias & vtiles per exceptionem conſeruat. Rei poſſeſſor non niſi neceſſarias, vt C. de rei vend. l. domū.
7 vtiles ſicut voluptuarias aufert. † Item poſſeſſor hæreditatis ſuę poſſeſſionis titulum cogitur dicere, & pro qua parte poſſideat, ſed rei ſpecialis poſſeſſor minime. Conſtat autem: quia hæreditatis petitio mixta eſt, ideſt in rem & in perſonam, vt C. eo. l. hæredita. & ff. eo. l. ſed & ſi. §. petitio. Sed & in hæredē tranſit, vtpote cum ex quaſi contractu proficiſcatur. Aliquando tamen & ex contractu actio contra hæredes non competit, vt inſtit. de perpe. & temp. actio. §. aliquando tamen perpetua quoq; eſt, vt inſtit. eo. & bonę fidei, vt C. eo. l. vlti.

SVMMARIVM.

1 *Species venit rei appellatione non autem genus.*
2 *Rei vendicatio directa aliàs domino, aliàs non domino competit.*
Rei vendicatio directa cui competat & contra quem detur.
3 *Vendicatio directa in rem eſt actio, qua quis rem ſuam ab alio poſſeſſam exigit.*
4 *Sacra aut religioſa vendicari non poſſunt.*
Rei vendicatio cui competat.
5 *Legata ab adita hæreditate recta ad legatarium tranſeunt.*
Hæreditaria efficiuntur hæredis per aditionem hareditatis.
6 *Poſſideri quando quid dicatur.*
7 *Vendicari a quibus poſſit.*
8 *Poſſeſſor malę fidei tenetur, ſi res penes ſe exiſtens deterioretur.*
Poſſeſſor bonæ fidei non tenetur, ſi res ipſa ſine dolo ſuo deterior efficiatur.
9 *Damna & impendia in rei vendicatione percepta attendi debent.*
10 *Actio ſiue exceptio nulla tribuitur malę fidei poſſeſſori.*
11 *Poſſeſſor bonę fidei ſumptus factos in prędium quod apparuit alienum retinere poteſt.*
12 *Aedificanti mala fide nullum tribuitur auxilium.*
13 *Poſſeſſorum & fructuum multiplex eſt diuiſio.*
14 *Poſſeſſor bonę fidei fructus facit ſuos, quos ſua percepit opera.*
15 *Poſſeſſor bonę fidei fructus conſumptos cenſetur lucrari.*
16 *Poſſeſſor malę fidei nullos fructus ſuos facere poteſt.*
Poſſeſſor malę fidei titulo munitus excuſatur a percipiendis fructibus.
17 *Poſſeſſor quare fructus inhoneſtè quæſitos reſtituere teneatur.*
18 *Poſſeſſor malę fidei an fruitus ſit, non attenditur in fructibus æſtimandis.*
19 *Officium iudicis in quo verſetur in rei vendicatione.*
20 *Rei vendicatio eſt arbitraria actio.*
Actio quę & quare arbitraria dicatur.
21 *Actionem vtilem ſuo nomine habet, qui ſua culpa poſſidere deſijt.*
22 *Iudex mitius agit per arbitrium quàm per vltimum calculum.*
23 *Rei vendicatio per quæ tolli poſſit.*
Rei vendicatio quanto tempore tollatur.
24 *Rei vendicatio eccleſię Romanę competens in centeſimū protrahitur annū.*

¶De rei vendicatione. Titulus IIII.

IN rem actio quæ appellatur rei vēdicatio, rei ſcilicet ſingu-
1 laris, & directa reperitur & vtilis. † Appellatio enim rei, non genus: ſed ſpeciem ſignificat, quæ & deſignāda eſt, & vtrum tota, an pars & quota petatur, expreſſim dicendum eſt, vt ff. eo. l. ſi in rem. In rubrica autem de rebus creditis Rei, verbum vt generale prętor elegit, vt ff. ſi cer. pet. l. j. omnes enim. In titulo autē huius actionis, id eſt rei vendicationis, ſingularis rei ſignificatione idem accipitur. † Directa rei vēdicatio, aliàs domino
2 competit, aliàs non dño. Domino directa cōpetit, aliàs directò, aliàs non. Directa directò competens datur in poſſidentem. Directa non directò competens datur in eium, qui dolo poſſidere deſijt, vel liti ſe obtulit, licèt enim hęc ſit vtilis propter eum qui conuenitur, directa tñ poteſt dici ratione eius i. dñi qui experitur. Non dño directa datur in rem actio, nō tñ directò, id eſt nō nomine ſuo, ſed procuratorio, puta, ſi a dño fuerit ceſſa mandataque: nam & actionem in rem, & cedi & mandari poſſe, certo certius eſt, vt C. de actio. vendi. l. vlt. Hoc tñ in caſu, licèt ceſſa fuerit rei vendicatio, ſi non præceſſit delegatio, penes cedētem remanet, ſi dñs fuerat, cum rei dñio, vt C. de noua. l. ſi delegatio. De directa rei vendicatione primò videndum, poſtea de vtili, immo de vtilibus diſputabitur. Dicendum itaque eſt, quid ſit in rem actio, vnde naſcatur, cui competat, & in quem quid in eam veniat, & quod ſit in ea iudicis officium, & qualis ſit hæc actio.
3 † In rem autem vendicatio directa eſt actio, per quam rem noſtram, quæ ab alio poſſidetur, petimus, & ſemper aduerſus eum, qui rem poſſidet, vt ff. de actio. l. actionū. Naſcitur ergo rei vendicatio non ex obligatione, vt inſti. de actio. ſed ex poſſeſſione. Quippe poſſeſſio parit aduerſario actionem ī rem, vt C. de alie. iudi. mu. cau. f. Competit autem in rem actio ei, qui dominium adquiſiuit iure ciuili, vel gentium, non iure naturali: nempe eo
4 iure omnia ſunt cōmunia, nulla priuata. † Ex his colligitur; ꝙ nec ſacra aut religioſa vendicare poſſumus, ſed nec liberos noſtros, niſi quis adiecta cauſa, id eſt ex iure quiritum vendicet, vt ff. eo. l. j. §. per hanc autem. Datur autem ei, qui dñium quæſierit traditione, quaſi traditione & modo neutro. Traditione, vt ex donatione, vēditione, ſimilibusq;. Quaſi traditione, vt ſi quis in re ſua vſumfructum ſibi exceperit, vſusfructus enim exceptio pro rei traditione habetur, vel ſi quis in rem ſuam propriam, nō errans a dño, cui donauit, conduxerit, vel ſi poſſeſſor rei alienæ, pręſentis tñ ęſtimationem præſtitit, ſi tantum res illa in domi-
5 nio petitoris fuit, vt ff. eo. l. quædam. & l. eius. cum l. ſeq. † Modo neutro, vt in hæreditariis & legatis, ſiquidem directa via, legata, ab adita hæreditate ad legatarium tranſeūt, vt ff. de fur. l. a Titio. Hæreditaria quoq; fiunt hęredis aditione hęreditatis, etiā ſine apprehenſione poſſeſſionis, vt ff. de cri. expi. hęre. l. 2. §. apparet & C. eo. l. j. Datur autem hęc actio, ſicut etiam dictū eſt, in eū qui
6 poſſidet corpus quodlibet † poſſidere autem illud corpus intelligo, quod cenſetur per ſe & extat, ſecus ſi quid fuerit incluſum, iniunctum, intextum ve, in his enim caſibus non habet vendicatio locum, niſi, quod ſic habetur, fuerit exhibitum ſeparatumq;, aliquādo tñ nec, vt exhibeatur, agitur, ut ſi ſit tignum iniunctū. Sed & aliàs non uendicatur, qđ inuenitur exutum, uel abruptū, ut ff. eo. l. in rem. §. item quęcunq;. puta ſi fuerit ferruminatum. Corpus autem intelligo quale, ſiue ſolidum, ut lapidem, ſiue diſcretum, ut gregem, ſiue cōiunctitium, ut ita dicam, cuiuſmodi ſunt ędificium, nauis, armarium, ut ff. de uſucap. l. rerum. Et ſciēdum eſt; quia ut omnis generis corpus hac actione petitur, ſic & poſſeſſio qualis qualis etiam naturalis locū facit huic actioni.
7 † Quippe & a commodatario & depoſitario, ſed & ab omnib. qui tenent, & habent reſtituendi facultatem, uendicari poſſe puto, ut ff. eo. l. officium. in fi. Excipitur, qui rem immobilē alieno nomine tenet, hic namq; ſi conuenitur, dñm in iudicio nominare permittitur, ut C. ubi in rem actio. l. 2. Venit autem in hāc actionem rei ipſius reſtitutio, ſed & omnis cauſa & acceſſio præſertim poſt litem conteſtatam, ut ff. eo. l. Iulianus. §. item Iulia. &
8 l. præterea. ante litem conteſtatam non. † Nomine rei deteriorisfactæ malę fidei poſſeſſor tenetur, & iudicis ſolertia coercebitur, in hac actione remiſſa Aquilia, prout actor maluerit, ut ff. eo. l. non ſolum. & l. ꝙ ſi. Bonę fidei autem poſſeſſor & ſi rem petitam neglexerit, deteriorem, ſine dolo tñ, reddidit, nulli querelę ſubiectus eſt ante petitionem, poſtea uerò & ipſe prędo eſt,

ut ff. de

Source : BIU Cujas

9 vt ff. de petitio. hæredi. l. ꝙ si. † Habetur ergo in hac actione, ſm ea quæ dicta ſunt, ratio damnorum perceptorum, ſed & impendiorum. Ecce enim ſi bonæ fidei poſſeſſor ędificium fecerit, vel refecerit, ei conſulitur per retentionem, ſiue doli mali exceptionem: non tñ quatenus impenſum eſt, ſed inquātum res melior facta eſt, hoc tñ ita, ſi petitor diues fuerat, eademq; facturus etſi pauper ilico erat diſtracturus, vt ff. eo. l. in fundo. & non per actionem, vt ff. de except. do. ma. l. cum vir. Nec, qđ ab aliquibus iactatur, actionem negotiorum geſtorum debere competere, ad inſtar prædonis qui adceſſit ad aliena negotia ſui lucri cauſa, quæcunq; gerit, ſi quidem prędo eſt, & quamuis ſuo commodo ſtudeat, alienum tñ negotiū ſe gerere non ignorat, vt ff. de neg.
10 geſt. l. ſi pupil. §. ſed & ſi quis. † Malę fidei autem poſſeſſori, ſiue qd ex nouo fecerit, ſiue refecerit, nec actionis nec exceptionis remedium tribuitur. Mos enim geritur in tollendis talibus impendiis, id eſt, in voluntariis, vt C. eo. l. domum. Si verò ex nouo malę fidei poſſeſſor ędificauerit, nec abradere poterit. Quippe tam materiam quàm operam donaſſe creditur, vt C. eo. l. 2. & ff. eo. l. in fundo. Eo tñ ſoluto, qa ſi bonę fidei emptor arceę fuerim inq; ea ędificauerim, eo tempore quo iam alienam cōpeterim, & ſi non proſit exceptio, ſine diſpendio tñ dñi areę, ędificium,
11 quod poſui, tollere potero, vt ff. eo. l. Iulianus. † Illud tamē non inargute diſtinguī poteſt, ꝙ ſumptus in prædium factus, qđ alienum eſſe apparuit, a bonę fidei poſſeſſore per retentionem ſeruatur, a malę verò fidei nullo modo, id eſt nec actione, nec iudicis officio, nec exceptione, niſi neceſſariò in rem factam impenderit, non ſi rem ex nouo fecerit. Quippe longe aliud eſt facere quàm reficere, vt ff. de itine. actuq; pri. l. vnde. §. reficere. In vtilibus verò ſumptibus & voluptuariis nulla ratione iuuatur, niſi quia abradere permittitur, vt C. eo. l. domum. & ff. eo. l. ſumptus.
niſi forte tantum dare paratus eſſet, quantum his ablatis poſſeſ-
12 ſor habiturus foret, nihil laturus niſi vt officiat, nec enim malitijs indulgendum eſt, vt ff. eo. l. in fundo. §. conſtituimus. † Sinautem mala fide ędificauerit, ſicut & dictū eſt, omni carebit auxilio; quia nec aget, nec excipiet, nec iudicis officio ei ſubuenietur, ſed nec tollere, niſi in caſu prædicto, cōcedetur. Fructuū quoq; in rei vendicatione ratio habetur, differēter tñ & varie propter
13 varietatem poſſeſſorum. † Alij ſunt bonę fidei, alij malę, alij cū titulo, alii ſine titu. Alij faciunt fructus ſuos, alii non. Fructuum quoq; alii ſunt percepti, alij non. Perceptorum alii ſunt extātes, alij conſumpti, alij naturales, alij induſtriales. Necnon perceptorum alij ſunt tales, quos malę fidei poſſeſſor ꝓcipere poruiſſet, & ſi non neglexiſſet. Alij ſunt tales, quos vetus poſſeſſor, id eſt
14 petitor percepiſſet, ſi ei poſſidere licuiſſet. † Et certe bonæ fidei poſſeſſor, ſiue cum titulo, ſiue ſine titulo, fructus ſuos facit, quos tantum ſua opera percepit, nempe naturales ad dñm ſoli pertinent, vt inſtit. de rerum diuiſio. § ſi quis a non dño. & ff. de vſur. l. fructus. Quod enim in ff. de acquir. re. domi. l bonę fidei. dicit, bonę fidei emptores omneis fructus ſuos facere, intelligi debet & ex ſua opera alteriusve poſſeſſoris nomine p̄ſtita prouenientes, hos autem fructus ſuos factos bonę fidei poſſeſſor victus reſtituere cogitur, ſi tñ extent, vt ff. eo. l. Iulianus. & l. & ex diuerſo. §. vbi autem alienum. & C. eo. l. certum. & inſti. de iur. offi. §. etſi
15 in rem. & de rerum diuiſio. §. ſi quis a non dño. † Conſumptos autem fructus bonę fidei poſſeſſor lucrifacit, niſi duobus in caſibus, puta ſi ſumptus quos fecerit repetit, vſurasve pecuniæ creditori ſolutæ. Quippe in iſtis duobus caſibus fructus etiā conſumptus cum ſumptibus & vſuris compenſatur, vt ff. eod. l. ſumptus.
16 & l. emptor. † Malę fidei autem poſſeſſor nec fructus, quos ſua opera percipit, & ſi titulum habeat, ſuos facit, ſicq; eos extantes etiam actionis iure victus reſtituit, cōſumptos autem iudicis officio, vel ſine cauſa condictione compulſus, redhibebit, vt inſti. de iudi offi. § & ſi in rem. & ff. eo. l. & ex diuerſo. §. vbi autem. & l. ſi homo. & C. de condit. ſine cau. l. mala fide. A percipiendis autem fructibus etiam malę fidei poſſeſſor excuſabitur, ſi tamē titulo muniatur, vt C. eo. l. ſi fundum. ſi verò titulo careat, & de non perceptis tenebitur, ſi tñ percipi honeſte potuerunt, vt ff.
17 eo. l. fructus. & l. ſi nauis. § generaliter. † Fructus tñ & inhoneſte quæſitos poſſeſſor reſtituere cogitur, ne honeſta interpretatio non honeſto quæſtu lucrū poſſeſſori faciat, vt ff. de peti. hæredi. l. ſi poſſeſſor. 2. Sanè mater ſimilisq; perſona, etiam ſi titulo non gaudeat, de percipiendis non tenebitur, vt C. de vſufru. l. ſi pater. Malę fidei autem poſſeſſor ſine titulo, etiam de percipiēdis cōdēnabitur, quos ſcilicet ipſe potuit percipere, vt ff. eo. l. fructus. ſed nō in omneis, quos vetus poſſeſſor, id eſt petitor fuerat percepturus, niſi malę fidei poſſeſſor fuerit inuaſor. C. vnde vi. l. 4. Hoc enim in caſu malę fidei poſſeſſor cōdemnabitur, & in fructus, quos vetus poſſeſſor percepiſſet. Sanè notandum, ꝙ in caſu vnico de fructibus, quos etiā percipere potuiſſet bonę fidei poſſeſſor, tenetur etiam cum titulo, puta ſi quis conſcius a debitore eodemque fraudatore in fraudem creditorum emerit, vt ff. quę
18 in frau. credi. l. ait prætor. §. per hanc. † Generaliter autem cum de fructibus eſtimandis quæritur, conſtat animaduerti non debere, an malę fidei poſſeſſor fruitus ſit, ſed an petitor frui potuerit, ſi ei poſſidere licuiſſet, vt ff. eo. l. ſi nauis. §. generaliter. Si ergo fruitus eſt poſſeſſor, & petitor fruiturus fuiſſet, puta naue, taberna ue, præſtabit fructus, & mercedes vecturasq;, ſed & ſi fruitus eſt poſſeſſor, licèt non eſſet fruitus petitor, ſimiliter præſtabit, vt ff. de petitio. hæredi. l. cum hæreditas: præſtabit quoq; poſſeſſor fructus, etiam ſi non eſſet fruitus: cum tñ petitor fuerat fruiturus. Si uerò naue, ſeu taberna nō eſt fruitus poſſeſſor, ſed nec fuiſſet fruitus petitor, poſſeſſori non imputabitur, ut ff. eo. l. ſi nauis.
19 † Officium autem iudicis in hac actione in hoc verſabitur, ut iudex inſpiciat, an reus poſſideat, nec ad rem pertinebit, ex qua cauſa poſſideat, ubi enim probaui rem meam eſſe, neceſſe habebit poſſeſſor reſtituere uere, qui non obijcit aliq̄ exceptionem, ut ff. eo. l. officium. Sed & in eo iudicis erit officium, vt, ſi contra petitorem iudicauerit, reū debeat abſoluere, ſi verò pro petitore contra reum ipſum debeat condemnare, ut rem ipſam reſtituat cū fructibus, ſm diſtinctiones ſuperius poſitas, ſed ſi in prę-
ſenti neget ſine fruſtratione ſe poſſe reſtituere, tempus ei dabit̄ a iudice, fideiuſſoria tñ ab eo præſtita cautione, de litis eſtima-
20 tione, ut inſtit. de offi. iudi. §. & ſi in rem. † Conſtat autem: quia rei uēdicatio eſt arbitraria, id quod probatur ex lege quæ eſt. ff. ſub eo. tit. l. qui reſtituere. Sed & per aliam titulo eod. l. & ex diuerſo. Ex eo quoq; arguitur, ꝙ etiam actiones in rem utiles, veluti Publiciana, Seruiana ſunt arbitrariæ, ut inſtit. de actio. § præterea. Arbitraria autem dicitur hæc actio, & quæcunq; alia arbitraria; eo quia primùm iudex arbitraretur rem reſtitui: ſcilicet interloquendo, & poſtea pronunciat definiendo, & quantum aduerſarius in litem ſine ulla legis taxatione in infinitum iurauerit, condemnando. Hoc tñ ita ſi dolo deſijt poſſe reſtituere, ſi uerò culpa, non pluris q̄ quanti res eſt, reus condemnandus eſt. Si verò rem quidem habet, ſed non poſſe reſtituere contendit, manu militari poſſeſſio ab eo iudicis officio transferatur: ut ff.
21 eo. l. qui reſtituere. † Et notandum: quia ubi quis culpa poſſidere deſijt, litisq̄ eſtimationem præſtitit, etiam præter directæ in rem actionis ceſſionem, ſuo nomine habebit utilem: ut ff. eod. l. ſi culpam. Illi tamen ſcilicet poſſeſſori, qui litis eſtimationem ſubijcit, ſicq; rem non reſtituit, petitor de euictione cauere non cogitur: ut ff. eo. l. & ex diuerſo. § petitor. Si verò poſſeſſor condemnatus dolo malo poſſeſſionem amiſerit, duntaxat ei cauebit petitor per ſe non fieri, poſſeſſionem eius rei non traditū iri:
22 ut ff. eo. l. hæc ſi. † Notandum quoq; eſt, ꝙ per arbitrium, id eſt p interlocutoriam ſententiam iudex cum reo agit clemētius, per ultimum autem calculum, id eſt per definitiuam ſententiā agit ſecum durius, coercetq; eum ſeuerius: puta in quantum iurauerit petitor etiam in infinitum: ut eſt ſuperius dictum. Nam & cū eo, qui actione quod metus cauſa conuenitur, quam cōſtat eſſe arbitrariam, ſatis clemēter prætor agit, dans ei reſtituendi facultatem, ſi uult pœnam euitare: ut ff. quod met. cau. l. ſi cum §. ſi qs
23 non reſtituat. † Tollitur autē hæc actio tempore, aliàs ipſo iure ut per uſucapionem quæ clauditur triennio, & fortaſſis per prę-
ſcriptiones 10. & 20. annorum. Aliàs per exceptionem, ut per præſcriptiones. Aliàs longiores. Extenditur ergo hæc actio, alia uſq; ad triennium, decennium, uicennium. Alia ſopitur ſpatio 30. annorum. Alia 40. puta ſi fuerit in iudicium deducta: ut C.
24 de anna. exceptio. l. j. §. ad hæc. † Aliqñ quoque in centeſimum annum porrigitur, puta quæ competit Romanæ eccleſiæ: ut in auth. ut eccl Roma. cen. an. g. pri. Et quæ competit ciuitatibus ſecundùm quoſdam: ut C. de ſacroſ. eccl. l. ult. Sed & omnis actio nedum rei uendicatio, quam aliàs tricennalis, decennalis, uicennalis præſcriptio ſecludit, ſi loco cuicunq; religioſo competit 30. annis clauditur, uſucapione & quadriēnij præſcriptione ſuū robur obtinentibus, ut auct. de eccle. titu. col. 9. cōſtitu. 6. §. quas actiones. Expoſuimus de directa rei uendicatione, modo uideamus de utili, quæ non dño competit, datur autem utilis non domino, aliàs ratione corporis, ut Publiciana, reſciſſoria, & plures aliæ, aliàs ratione iuris, ut Confeſſoria & Negatoria.

SVMMARIVM.

1 *Actio publiciana cui competere dicatur.*
Traditum ex iuſta cauſa quid dicatur.
2 *Publiciana actio hæredi & honorarijs ſucceſſoribus competit.*
3 *Publiciana ex eiſdem datur cauſis quibus directa in rem actio.*
4 *Patientia aliquando pro traditione habetur.*
5 *Publiciana ceſſare dicitur in his, quæ vſucapi non poſſunt.*
6 *Publiciana eſt actio in rem & arbitraria, quæ poſt annum porrigi poteſt.*

¶ De Publiciana actione. Titu. V.

DE publiciana uidendum eſt, qualiter prodita ſit, cui cō petat, & in quem, quid in eā ueniat, & ex quibus cauſis detur, & qualis ſit hæc actio. Eſt autem actio publiciana nō ideo comparata: ut res dño auferatur, ex bono publico ꝫ naturalem rationem, eiusq; rei argumentum eſt primò ęquitas, deinde exceptio, quæ poteſt dici ſecunda ęquitas, ſcilicet ſi ea res poſſeſſoris non ſit. Exceptio tñ iuſti dñij pu-
1 blicianæ poteſt obijci: ut ff. eo. l. ult. & penul. † Competit autem ei, qui quid ſibi traditum ex iuſta cauſa a non dño poſſidere ꝫceperit, nondumq; uſuceperit. Nempe ſi uſucepiſſet directam &
ciuilem

Source : BIU Cujas

ciuilem haberet, nec vtilem vel honorariã actionem desideraret: vt ff.eo.l.j. Traditum autem ex iusta causa intelligo ex venditione, donatione, dotis nomine, & ex causa legati: sed, & si res ex causa iudicati sit tradita adiudicatave, publiciana competit: vt ff.eo.l.2.& 7. Estq; publiciana ad instar proprietatis tradita,&
2 non ad instar possessionis respicit: vt ff.eo.l.7.§.eum qui.† Competit autem hæc actio non tantùm bonę fidei emptori, & legatario similibusq;, sicut dictũ est, sed & hæredi, honorariis quoq; successoribus. Datur autem in hæredem & in quemcunq; possessorem. Et in summa in Publiciana actione omnia eadẽ erũt,
3 quæ in rei directa vẽdicatione diximus: vt ff.eo.l.sed &.† Datur autem ex quibuscunq; causis datur directa in rem actio, si tñ ex causis nacti, prout diximus, rerum quæsitarum possessionẽ amiserimus. Interdum tñ nec ex iustis possessionibus competit Publicianum iudicium: vt ex pignoratitijs, atque prẹcariis: vt ff.eo. l.quæcunq;. statim a princip. Notandum autem est, ꝙ & præter traditionem possessionemq; Publiciana competit: ut in hæreditariis, & legatis, partu quoq; ancillę furtiuę apud bonæ fidei emptorem concepto, nondũq; possesso. sed & in eo, ꝙ per alluuionẽ accesserit, in eo quoq; quod alicuius totius integri: vt statuæ, ędificij portio fuerit, rescissumq; petitur. Sed & si de vsufructu agatur traditio, itemq; de seruitutibus rerum Publiciana datur.
4 † Istis autem *in casibus pro traditione hꝛ patientia*, hic quoque traditionem *& patientiam tuendã* esse constat: vt ff.eo. l.si ego.
5 §.si de vsufructu. † Præterea sciendum est, ꝙ in his demum publiciana cessat, quæ vsucapi non possunt, hoc tñ ita, si vsucapio propter *rerum vitia* præpediatur, puta in furtiuis, vi possessis, & *seruis fugitiuis*, & in summa si res talis sit, vt eam lex, aut *constitutio alienari* prohibeat, publiciana nõ competit: quia his casibus neminem prætor tuetur, ne contra leges faciat: vt ff.eo.l.cũ. §.si res tales.& l.siue.§.hæc actio. Si verò usucapio rerum conditione impediatur, & tunc publiciana competit: ut in vectigalibus & in superficiarijs: vt ff.eo.l.cũ spõsus.§.si res talis. † Est autẽ
6 hæc actio in rem, sicut dictum est: vt ff. com. di.l.4. Et arbitraria: vt instit.de actio. Præterea porrigitur etiam post annum: vt ff.de actio.l.in honorarijs.

SVMMARIVM.

1 *Rescissoria actio cui & quando competat.*
2 *Rescissoria datur absentibus causa reipublicæ & aduersus eos dirigitur, ne quod euenit, prosit, vel obsit.*
3 *Rescissoria vsucapionem contra ius ciuile rescindit.*
4 *Mendacium vtile non punitur a prętore.*

¶ De Rescissoria. Titu. VI.

1 Sequitur vt de rescissoria videamus. † Cõpetit autem rescissoria ei, cuius res vsucapta præscriptave est, actione sua tempore perierit, cum reipubli. causa abest, vel in hostium potestate fuisset: vt instit.de actio. Rursus quoq; aliis multis hanc actionem prætor simili ęquitate motus accommodat, vt ff.ex qui.cau.in inte.restit.l.j.& l.8.& 9.& 10.& 11. Hoc tamen ita, si vsucapio in absentia fuerit impleta postve redditum, sed intra tempus modicum, quo hospitium conducitur, sarcina componitur: aduocatus quæritur: vt ff.ex qui.cau.maio.l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter. De his autem latius quæ ad rescissoriam pertinent in summa, quam de restitutionibus fecimus,
2 diligens lector inueniet. † Sed & sicut superius datur rescissoria absentibus reipubli.causa, sic & aduersus eos dirigitur, ne obsit, vel prosit, quod euenit: vt ff.ex quib.cau.l.j. puta si ipsi absentes res domi constitutorum vsuceperunt, vel præscripserunt. Est autem hæc actio, sicut & superior, tum vtilis in rem, tum arbitraria differt tñ ab ea, qa superior vltra annũ porrigitur: hęc anno
3 terminatur. Item Publiciana laborat vt vsucapio perficiat.† Rescissoria ꝺ ius ciuile datur, id est efficit, vt vsucapio rescindatur: vt instit.de actio.§.namq; si cui. & C. ex quib.cau.ma.l.vlti. Item in eo differunt, ꝙ rescissoria agentem prætor permittit dicere vsucaptum nõ esse, qđ vsucaptum est: ut instit.de act. §. rursus ex diuerso. Publiciana autem experientem prętor permittit dicere
4 vsucaptum esse quod vsucaptum non est.† Nam & aliàs prętor mendacium vtpote satis vtile admittit, ipsum quoq; impunitũ relinquit. Ecce enim l.Corn. fingitur, ab hostibus captum, ibiq; mortuum decessisse ea hora, qua captus fuit, licèt postea diutius vixerit, sed & iure postliminij fingitur ab hostibus reuersum semper in ciuitate fuisse, licèt apud hostes longo tempore manserit: vt C.de postli.re.l.j.ff.eo.l.in bello.& instit.quib.mod.ius pa. po.sol.§.si ab hostibus.

SVMMARIVM.

1 *Actio in rem vtilis cui & contra quem detur.*
2 *Locatio municipum plus potest quàm priuatorum.*

¶ De vtili in rem actione agrorum vectigalium. Titu. VII.

1 Sequitur & alia in rem vtilis,† quæ datur his, qui in perpetuum fundum conduxerunt a municipibus. Datur autem aduersus quemcunq; possessorem, sed & ꝺ ipsos municipes, ita tamen, si vectigal soluant. Idem est, & si ad tempus habuerunt conductum, nec tempus conductionis sit finitum. Secus ęstimo, si a priuato quis con-
2 duxerit, & in perpetuum, † nec enim absurdum est, ut plus possit locatio municipum, quàm priuatorum: vt ff. si ager vectig.l.j.

SVMMARIVM.

1 *Actio vtilis in rem cui competat emphyteutæ.*
2 *Contractus emphyteutici naturæ qualis, & a quo statuta sit.*
3 *Emphyteuta qua actione conueniri possit pro pensione soluenda.*

¶ De vtili in rem actione quæ datur emphyteutæ. Titulo VIII.

1 Competit & vtilis in rem emphyteutæ, † qui prædia emphyteutica, siue sua emponemata permutare potest & vendere, si tñ dño denunciet: ut instit. de loca.
2 & con.§.adeo autem.C.eo.l.cum dubitatur. † Huius autem contractus noui, & a Romanis reperti, propriam naturam Zenõ statuit, nõ inclinantem ad uenditionem, aut locationem, sed suis propriis pactionibus & naturalibus proprietatibus roboratam. Has autem omneis proprietates ex C.& instit.facile colligere licet. † Illud autem sciendum est: quia emphyteuta: ut pẽsionem soluat, infra triennium priuato, infra biennium loco religioso, condictione ex lege cõuenitur, licèt post traditionem emphyteutici prędij in se collatam utili in rem actione emphyteuta ꝺ quemcunq; possessorem experiatur. Sed & illud sciendum est: quia contractu emphyteuseos inito, & nondum eo prædio tradito, condictione ex lege agitur, ut traditio celebretur.

SVMMARIVM.

1 *Actio in rem vtilis aduersus quemcunque possessorem superficiario datur. Et si quis sit superficiarius.*

¶ De utili in rem actione quæ datur Superficiario. Titulo IX.

1 Superficiario quoque id est † ei qui in alieno solo superficiem ita habet: ut certam pensionem præstet. Prætor causa cognita in rem actionem utilem, & aduersus quemcunq; possessorem pollicetur: ut ff.de rei vẽd. l.superficiario.& l.prætor.& ff.de pigno.actio.l.tutor.§. ulti.si tamen non ad tempus modicum conduxerit: ut ff. de super.l.j.§. qui superficiem.

SVMMARIVM.

1 *Actio in rem vtilis militi & minori conceditur.*
2 *Minor quando prædium sua comparatum pecunia vendicare possit.*

¶ De vtili in rem actione quæ datur militi & minori. Titulo X.

1 Datur quoque utilis in rem † militi, & minori, quorum pecunijs res emptæ fuerint, licèt non eorum nomine, si tñ maluerint uendicare quàm pecunias condicere: ut C.de rei vendi.l.si ut. C.arbi.tute. l.curator. † Tunc autem proprie minor prædium sua pecunia com-
2 paratum uendicabit, si curator emerit, secus forte erit, si extraneus comparauit, ut ex l.prædicta.curator.conijcitur.

SVMMARIVM.

1 *Actio in rem vtilis reuocandi rem mortis causa donatam tribuitur.*

¶ De vtili in rem actione quæ datur ei qui rem mortis causa donatam reuocat. Titulo XI.

1 Vtilis quoque uendicatio datur† ei, qui rem mortis causa donatã reuocat, siue conualuerit, siue pœnituerit, siue sic pepigerit, siue de peregre redierit: ut ff.de dona.cau.mor.l.qui mortis.

SVMM ARIVM.

1 *Vendicatio vtilis datur reuocanti inofficiose donata:*

¶ De vtili in rem actione qua res inofficiose donata reuocatur. Titulo XII.

1 Vtilis quoque vendicatio † competit: ut reuocetur, quod inofficiose donatum est, sed & ut reuocetur, quod donatarius ingratus, & immemor accepti muneris acceperit: ut C.de inoffi.dona.l.si totas.& C.de reuo.dona.l.his solis. Quidam tamẽ ad reuocanda hæc, duntaxat condictionem ex lege competere inquiunt.

SVMM ARIVM.

1 *Actio vtilis in rem datur repetenti donata propter nuptias matrimonio soluto.*

¶ De vtili in rem actione, qua res propter nuptias donata soluto matrimonio repetitur. Titu. XIII.

1 Res quoque propter nuptias donata, † soluto matrimonio, licèt non fuerit tradita, utili in rẽ actione petetur: ut in auth.vt immo.ante nupt. do. no.h.d. Sed & si res fuerit per metum tradita, dominiumq; sic transiuit, ideoq; directa vendicatio cessat, in rem tamen utilis tribuitur: vt ff.quod met.cau.l.metum.§.ex hoc edicto.

SVMMARIVM.

1 *Rei vendicatio vtilis datur, si pretium rei venditę die pacto præfixum non fuerit solutum, res sit inempta &c.*

¶ De vtili in rem actione legis commissoriæ. Titu. XIIII.

1 Item si quis vendiderit † lege commissoria, hoc est vt si pecunia die pacto præfixa nõ fuerit soluta,

Source : BIU Cujas

ſoluta, res ſit inempta, nec fuerit facta ſolutio, utilis proponetur rei uendicatio: vt ff. de leg. com. l. vlt. C. de pac. inter emp. & uen. l. qui ea lege.

SVMMARIVM.

1 *Rei vendicatio vtilis datur contra eum, qui rem recepit, vt quem aleret, & non aluit.*

¶ De vtili in rem actione quæ datur ei qui rem donauit, ut aleretur, & non fuit alitus. Titu. XV.

1 Item ſi quis rem donauerit, ut † alatur, nec fuerit alitus, non tantum poterit condicere. i. in perſonam agere, ſed & utiliter uendicare: ut C. de donat. quæ ſub mo. l. j.

SVMMARIVM.

1 *Actio vtilis in rem datur ſoluto matrimonio petenti eſtimatam rem datam in dotem.*

¶ De vtili in rem actione, qua res eſtimata in dotem data ſoluto matrimonio repetitur. Titu. XVI.

1 Sed & res eſtimata in dotem † data ſoluto matrimonio vtili in rem actione petetur, ut C. de iure do. l. in rebus. Aliqui tñ hoc intelligendum adſerunt, ſi interceſſerit pactū, ut mulieris eſſet arbitrium.

SVMMARIVM.

1 *Rei vendicatio vtilis fiſco datur, ſi alicui tacitum fideicommiſſum relinquatur.*

¶ De utili in rem actione ex tacito fideicommiſſo. Titulo XVII.

1 Item ſi tacitum fideicommiſſum † & per hoc licitum alicui fuerit relictū, fiſcus illud uel utiliter uendicabit: ut ff. de iur. fiſ. l. imperator noſter.

SVMMARIVM.

1 *Vendicatione vtili petitur decima, vel quæcunque res notata.*
2 *Actio in rem vtilis an competat eccleſijs.*

¶ De utili in rem actione decimæ quam quis uouit. Titulo XVIII.

1 Item ſi quis bonorum ſuorum † decimam, remve quamcunq; ſuam vouerit, nō equidem prius in bonis eſſe deſinit, q̄ fuerit ſeparata, vel ſeorſum poſita ad eam petendam, vēdicatio vel vtilis proponitur: vt ff. de pol.
2 l. 2. §. ſi decimam. Sanè quod in C. de ſacroſan. eccle. l. vlti. † notandum reperitur, in rem actionem vel vtilem eccleſiæ competere, ex pacto donationis, venditionis, ſimilibusque falſiſſimum puto. Quippe ea lege cauetur, actionem eccleſiæ competere ad inſtar eorum, quæ legati titulo fidei ve commiſſi fuerint, derelicta. Ait enim, legatarijs & fideicommiſſarijs, duntaxat nomine relictorum ante traditionem, actiones in rem tradūtur. Eapropter nec eccleſijs niſi in relictis & non ex pactis actio in rem vel vtilis accommodabitur.

SVMMARIVM.

1 *Actiones præiudiciales quot, & quæ ſint.*
2 *Actiones quare dicantur præiudiciales.*
3 *Actio legis Aquiliæ quare penalis dicatur.*
4 *Actiones quando re & nomine ſint præiudiciales.*
5 *Actio præiudicialis qua quæritur, an quis liber ſit, ciuilis eſt.*
6 *Libertus per patronum actione præiudiciali petitur.*
7 *Actio non prodita poſſidenti nomine corporum, per quam neget rem actoris eſſe.*

¶ De præiudicialibus actionibus. Titu. XIX.

1 Proditæ ſunt & adhuc tres actiones † in rem vtiles, quæ vocātur præiudiciales. Prima eſt, per quā quæritur, an quis liber ſit. Altera an libertus. Tertia per quam quæritur de partu agnoſcendo. i. an quis ſit filius: vt inſtit.
2 de act. §. præiudiciales actiones. † Dicūtur autem præiudiciales: quia actionibus ſecum concurrentibus antea poſteave propoſitis præiudicare ſolent. Itaq; licèt principaliter aliquoties intendantur, præiudiciales vocantur, nō q̄ actu ipſo tunc præiudicēt, ſed quia ſi quæ actiones cum illis concurrerent, profecto præiu
3 dicarent. † Nam & aliàs actionem legis Aquiliæ pœnalē nuncupamus, nō quia ſemper pœnam contineat: ſed quia ſic nata eſt & prodita: vt pœnam valeat perſequi, poſſit quoq; creſcere aliàs ex inficiatione, aliàs ex menſis vel anni ſpacij repetitione: ut ff. ad leg. Aquil. l. inde Neratius §. hæc actio. & l. ſi ſeruus. ff. de acti. & oblig l. qui ſeruum. §. vlti. & inſti. de leg. Aquil. §. his autē verbis. † Tunc autē reuera. i. nomine & re ſunt præiudiciales actio-
4 nes, cum aliæ actiones principales intenduntur, & eis præiudiciales actiones in modum exceptionis obijciuntur. Ecce enim, ſi a me petas hæreditatem, egoque tibi obijciam, q̄ meus ſeruus ſis, vel libertus, vel filius, in primis vētilabitur hęc à me tibi obiecta quæſtio, & ſi obtinuero, ſublata erit tua, licèt primò mota fuerit intentio. Nam & aliàs ſi quem de iniuria fortaſſis accuſo, &
ipſe mihi cędis, aut vulnerum crimen obiecerit, ipſe vtpote de
5 maiori crimine acturus prius audietur, q̄ ego. † Sanè notādum eſt, q̄ illa prima ī rem actio vtilis præiudicialis. i. per quam quæritur, an quis liber ſit, ſeu ſeruus, ciuilis eſt, & legitimam ferè cauſam habet. Aliæ autem duæ ex prætoris iuriſdictione ſubſtantiā capiunt. Legitima autem cauſa actionum in rem dñium eſt. Quippe ita proditæ ſunt iure ciuili actiones in rem, vt quis dominium ſuum vendicet: vt inſtit. de actio. §. præiudiciales: licèt ipſum habeat. Nam & aliàs fundum etiam traditum peto: vt ff. de verb. oblig. l. vlt. Ferè autem ideo dicitur in textu: qa licèt eo actionis genere agatur de dñio, ceſſat tñ trina diſtinctio. Ecce. n. alias ī cauſis alius eſt qui petit, alius a quo petitur, aliudq; quod petitur. Namq; ſi quis aliquem, qui in poſſeſſione libertatis eſt, petit in ſeruitutem, ipſum petit & ab ipſo eodem petit, adſertione ſublata, ſi quis non in poſſeſſione ſeruitutis conſtitutus, in libertatem proclamet, ipſe eſt qui petit, & ſeipſum petit. In aliis autem duabus præiudicialibus. i. per quas quæritur an quis ſit libertus, ſeu filius, ceſſat vtrunq; i. & dñij ratio & trina diſtinctio. Nempe in his de dominio nō agitur, ſed & in his duabus actionibus idem eſt qui vel a quo petit, cum eo quod petitur. In rem
6 tñ & iſtę duæ actiones ſunt. † Nam libertus præiudiciali actione a patrono petitur, & ſiue neget omnino ſe libertum, ſiue cōfiteatur, ſed non Caij Seij, ſeu puta ſe petentis libertum eſſe diſſi tetur, præiudicium redditur: vt ff. ſi inge. l. vlti. Libertus quoq; ſe dicit ſuum & filius ſimiliter. i. ſui iuris, vnde & Perſius. Vindicta poſtq̄ meus a prætore receſſi. Sūt autem arbitrariæ actiones iſtæ, vt puto, & extra ordinem aliarum actionum negatiue plerūq; intenduntur. puta cum aliis actionibus principaliter intentatis, obijciuntur. Quod genus actionis, ſcilicet negatiuæ, in cōtrouerſijs rerum corporalium aliàs proditum non eſt, nam in
7 ius is qui non poſſidet, agit. † Ei verò qui poſſidet non eſt actio prodita nomine corporum per quam neget rem actoris eſſe: ut inſtit. de actio. §. ęque ſi agat. Sanè nomine rerum incorporalium actiones in rem vtiles & negatiue proditæ ſunt, quæ appellantur negatoriæ.

SVMMARIVM.

1 *Actio confeſſoria & negatoria pro quibus competat rebus.*
2 *Confeſſoria & negatoria directa & vtilis reperitur. Seruitutem vendicare quis poſſit.*
3 *Confeſſoria dicitur vtilis ratione perſonæ & rei.*
4 *Confeſſoria directa vel vtilis cui competat.*
5 *Negatoria directa cui competat.*
6 *Negatoria duo continet ſpecialia.*
7 *Confeſſoria aduerſus quem competat.*
8 *Confeſſoria & negatoria ſunt actiones in rem & vtiles & arbitrariæ.*

¶ De vtili actione confeſſoria atque negatoria, quæ de ſeruitutibus tam rerum quàm perſonarum, cum ruſtici, tum vrbani prædij proponuntur. Titu. XX.

1 Sunt & aliæ quæ vocantur confeſſoriæ, † proponuntur autem iſtæ actiones, id eſt confeſſoria & negatoria de ſeruitutibus tam rerum q̄ perſonarum, cum ruſtici tum vrbani prędij: vt ff. ſi ſer. vēd. l. j. & l. i. reſpon. & inſti. de act. §. ęque. Videamus itaq; cui competat confeſſoria atq; ne
2 gatoria, & in quem, quid in eas veniat, & quales ſint. † Et ſciendum eſt: quia confeſſoria & negatoria inuenitur tam directa q̄ vtilis, licèt omnis confeſſoria ac negatoria ſit actio in rem vtilis. Directa autem confeſſoria nulli alii q̄ dño fundi, cui ſeruit, competit. Seruitutem enim nemo alius vendicare poteſt, quam is, qui dominium in fundo vicino habet, cui ſeruitutē dicit de-
3 beri: ut ff. ſi ſeru. vend. l. 2. §. hæc autem in rem actio. † Vtilis autē confeſſoria dr̄, aliàs ratione perſonæ, aliàs ratione rei. Ratione perſonæ, ſicut ea quæ competit non dñis ſeruitutes vendicantibus, puta ſuperficiario, fructuario, vectigalis fundi poſſeſſori: ut ff. de ſerui. l. ei qui. & ff. de remiſ. Ratione rei, vtilis confeſſoria competit, puta ſi quis viā vendicet ad ſepulchrum quod eſt humanis vſibus exemptum: vt ff. ſi ſerui. ven. l. j. licèt ſeruitus itineris ad ſepulchrum priuati iuris ſit: vt ff. de ſerui. l. ſeruitutes. §. ſeruitus. † Competit autem confeſſoria directa vel vtilis ei, cui ſer
4 uitus quaſi tradita eſt vel per patientiam. Traditio enim & patientia ſeruitutum inducunt prætoris officium: vt ff. de ſer ruſti. præd. l. j. in fi. Competit autem ita demum, ſi prohibeatur vti ſeruitute: qua & retro vſus fuerit. Prohibetur autem quis, aliàs expreſſim: vt ſi prohibeatur ire, agere, vti frui. Aliàs per cōſequentiam: vt ſi prohibeatur viam reficere, ſternere, quidve q̄ iter fa-
5 cit inuium auferri: vt ff. ſi ſerui. vend. l. loci. §. ſi quis. † Directa autem negatoria competit dño ędificij vel prædij, quod ſeruire debere dr̄, neganti ſeruitutem ſe vicino debere: vt ff. ſi ſerui. vēd. l. loci. §. competit. Vtilis autem negatoria competit & eis, & in
6 eos, quibus & in quos competit vtilis confeſſoria. † Sanè notandum eſt, q̄ in negatoria actione duo ſpecialia reperiuntur. Vnū eſt: quia negatiue concipitur, quod aliàs non hr̄, niſi in præiudicialibus & in illis, ita demum, ſi nō principaliter, ſed in modum exceptionis, ſicut & ſuperius dictum eſt, obijciūtur. Eſt & aliud in negatoria ſpeciale: quia idem eſt iuris poſſeſſor, atq; debitor. Hoc autem vltimum actio negatoria commune habet cū confeſſoria. Ecce enim ſi lego, cuius prædium ſeruire dicitur, patienti eo qui ſeruitutem ſibi vēdicat, ędificauero, ego iuris poſſeſſor

effectus

Source : BIU Cujas

effectus ero, petitorq́;, negatoriam intendendo, si verò non habuero ędificatum, aduersarius meus possessor est. Nam cum nihil sit innouatum, ille possidet, hoc tñ ita, si & retro, sicut iam dictum est, seruitute vsus fuerat, & se vti suo iure credebat: vt ff. si ser. vend. l & si. § sciendum. & ff. quemad. ser. amit. l. vlti. & ff. de
7 aqua quoti. & ęsti. l. j §. Aristo. & ff. de iti. pri. l. vlti. † Cōpetit ergo confessoria aduersus eum, qui prohibet quem seruitute vti, opere, manuve. Negatoria non competit aduersus eum, qui vult seruitute vti, puta aduersus eum qui vult vti, frui, habitare, ire, agere, ambulare, aquamve ducere. In confessoriam autē actionem & negatoriam fructus veniunt. Fructuum autē nomine in confessoria cōputatur, quod intersit agentis, seruitute vti non esse prohibitum, vel non prohiberi. In negatoria verò actione fructuum nomine computatur, quod interest intendentis negatoriam, non esse vsum itinere, puta fundi sui, vel non amplius vti.
8 ff. si serui. ven. l. loci. §. 4. † Sunt autem sicut & iam dictū est actiones istę in rem: vt ff. si ser. ven. l. j. §. hæc in rem acti. & l. ersi. §. hęc autem actio. Et vtiles quia non gratia dominij sed quasi proponuntur, sunt & arbitrariæ sicut superiores, porriguntur quoque vltra annum: quia rei sunt persecutoriæ, vt ff. de actio. l. in honorarijs.

SVMMARIVM.

1 *Actiones in rem quę causa pignoris proponuntur quæ & quot sint.*
2 *Hypothecaria iure honorario oritur ex obligationis pacto.*
3 *Pignus in quo differat ab hypothecaria actione.*
4 *Hypothecaria est actio in rem & arbitraria & prætoria, & ad quod tempus protendatur.*

¶De Hypothecaria actione. Titu. XXI.

Enodatæ sunt superius actiones in rem tam directæ quàm vtiles, quæ gratia dñij vel
1 quasi dñij competunt. † Nunc aduertamus de actionib. in rem, quæ causa pignoris expressi, taciti, iudicialis, atq; prętorij proponuntur. Sūt autem duę, hypothecaria, quæ quasi Seruiana vocatur & Seruiana. Exponamus itaq; in primis cui hypothecaria cōpetat, & vnde nascatur, & in quem detur, & quid in eam veniat,
2 & qualis sit actio. Hæc eadem & de Seruiana dicemus. † Nascitur autem hypothecaria iure honorario ex obligationis pacto: ut ff. de pact. l. si tibi. §. de pignore. Competit autem persequenti pignus hypothecarię directa hypothecaria creditori, cui res obligata est a dño, vel non dño voluntate domini. Vtilis autem tūc competit, cum nō dñs obligauit, rei tñ obligatæ dñium postea nactus est. Idem si dominus non domino, qui obligauit, succes-
3 sit, vt ff. de pig. act. l. rem alienam. & ff. de pig l. si Titius. † Inter pignoratitiam & hypothecariam actionem nihil interest, nisi in sono nominis, quippe vtraq; pignoris appellatione continetur: vt institu. de act. §. inter pignus autem. & ff. de pign. l. res. §. inter pignus autem. In arctiore autem significat ione pignus appellatur, quod obligationis nomine sit traditum mobile sit, vel immobile. In arctissima autem significatione & ꝓprie pignus rei mobilis constituitur quasi a pugno deriuatum: vt ff. de verbor. signif. l. plebs. §. pignus. Hypotheca autem nuda conuentione contrahitur, vt insti. de actio. §. inter pignus. Competit autem in quemcunq; possidentem: vt ff de pign. l. si fundus. Quippe cum re ambulat & in rem est: vt ff. de pig. l. pignoris. Venit autem in hanc actionem rei obligatæ restitutio cum fructibus post litem contestatam perceptis. Sanè de fructibus antecedentibus nihil iudex pronuntiabit, nisi extiterint: vt ff. de pign. l. si fundus. §. in-
4 terdum. † Est autem in rem hæc actio, sicut dictum est, & arbitraria: vt insti. de actio. Præterea & prætoria: vt ff. de pact. l. si tibi. §. de pignore. Extenditur autem aliàs vsq; ad 10. vel 20. annos, puta aduersus bonę fidei possess. l. cum titu. vt C. si aduer. credi. l. j. Aliàs vsque ad 30. ann. l. aduersus extraneum detentatorem carentem alterutro. i. bona fide, vel titulo, vel vtroq;, aliàs vsq; ad 40. id est, aduersus debitorem & eius hæredem: ut C. de prescri. 30. ann. l. cum notissimi.

SVMMARIVM.

1 *Seruiana actio dicta a Seruio quibus & aduersus quos competat.*
2 *Seruiana actio pro quibus competat rebus.*
3 *Seruiana actio est vtilis in rem prętoria & arbitraria.*

¶De Seruiana actione. Titu. XXII.

1 Nūc de Seruiana loquamur. † Seruiana actio dicta est a Seruio, qui eam iotroduxit. Competit autem Seruiana locatoribus domorum, & fundorū & eorū hæredibus aduersus colonos inquilinosq;, & eorū hæredes, sed & aduersus extraneos datur Seruianū iudicium. Saluianū quoq; interdictū quod est de pignorib. adipiscędę possessionis causa proditum. Directum ꝯ creditorem, & debitorem, & hęredes eorum vtile in extraneos, vt C. eo. l. j. & ff. de pig. l. si debitor. & ff. de interdic. l. 2. § sunt autem. & ff. de fal. inter
2 l. j. & vlt. † Veniunt autem in hanc actionem res expressim obligatæ, sed & tacite, puta inuectæ, illatę, inductęq; ī domum locatore conscio vel ignaro, in fundum ita demum, si scierit: vt C.
3 loca. l. certi. † Est autem hæc in rem vtilis, prætoria & arbitraria: vt instit. de act. Et eatenus extenditur, quatenus hypothesaria.

PLACENTINI DE PERSONALIB. ACTIONIB.

PROOEMIVM.

Diligenter satisq; compēdiose pertractatæ sunt hucusq; rerum vendicationes. Nunc transeamus ad explicandas personales actiones, quarum quædam reperiuntur directæ, aliæ ꝺriæ, alię vtiles. Nullus tñ nos plenariè dicturos expectet, quid in has veniat actiones, iure seu iudicis officio ne, si singula diffusius prosecuti fuerimus operis cępti modus producatur in amplius, quam proposuerimus. Verūm quoniam prolixitas fastidium creat, nimia breuitas obscuritatem generat, inter vtrunq; constistam, vtiliter dilucideque expositurus, quibus competant, & quales sint, in quos dentur, & quāto tempore durent. Nec verò in audiendis his omnibus, inq; legendis actionum varietatibus torpeat auditoris animus. Si quidem actionibus lis instituitur, instituta dirimitur, pecunia quæritur, quæsita seruatur, perdita recuperatur, iniuria illata propellitur.

SVMMARIVM.

1 *Actionum personalium quædam ex contractibus, quędam ex maleficijs, & quędam ex diuersis causarum figuris oriuntur.*
2 *Contractus res quędam sunt, non autem maleficia.*

¶De diuisione personalium actionum. Titu. I.

1 Personalium itaque actionum † aliæ descendūt ex ꝺctibus, alię ex maleficiis, alię ex varijs causarum figuris, vt superius diximus. De actionibus autem, quæ ex ꝺctibus originem trahunt, vtpote dignioribus, primū videamus. † Quippe ꝺctus res sunt,
2 maleficia verò siue vitia ab re sunt. Earum autē actionum, quæ ex ꝺctibus descendūt, aliæ rebus informantur, alię verbis, aliæ literis, aliæ cōsensibus. Item earum aliæ sunt quibus præcise intenditur oportere dari uel fieri, hę sunt conditiones. Aliæ sunt, quibus non præcise agitur, sed & subalternatione intenditur: vt fiat, uel detur, aut interesse prętetur: ut in uenditis, locatis, similibusq;. De condictionibus quæ obtinent monarchiam ꝑsonalium actionum, & habēt expressam formam, agamus primum.

SVMMARIVM.

1 *Condicere quid sit, & quid condictio.*
2 *Actio quælibet personalis condictio dici potest.*
3 *Condictio incerti tribus competit casibus.*
4 *Certum quid sit.*
5 *Condictio certi generalis in duas secatur species.*
6 *Pecuniæ nomine venit omnis res in quantitate consistens.*
7 *Condictiones certi tres sunt, & quæ.*
8 *Condictio certi propter mutuum cui competat.*
9 *Condictio certi contra eum datur, qui mutuum suscepit.*
10 *Condici quæ res possint.*
11 *Vsura per nudum pactum venit in aridis fructibus.*

¶De condictionibus certi propter mutuum, & quid certi appellatione contineatur. Titu. II.

Exponamus itaque quid sit condicere, quidque sit condictio, & quot modis cōdicatur.
1 † Condicere est denuntiare prisca lingua: vt in ff. de actio. Moderna autem lingua & noua nihil aliud est hodie condicere, q̃ in personam agere. Sicq; nihil aliud est cōdictio q̃ in personam
2 actio: ut ff. de act. l. actionum. † Inde est, ꝙ omnis ꝑsonalis actio non absurde potest vocari cōdictio. Nam & rerum amotarum actio in hac significatione dr̃ condictio: ut ff. re. amo. l. rerum. 3. Obtinuit tamen per excellentiam: vt si absolute dicatur condictio, debeat intelligi certi, indebiti, seu ob causam, vel quæcunq; aliarum quæ continent expressam formam personalium actionum. Condicitur autem aliàs certum, aliàs incertum, sicq; cōdictio, aliàs certi, aliàs incerti. † Incerti condictio competit in tri-
3 bus casibus, puta si quis sine causa obligatus liberatusve incerti condictione agit: vt liberetur, vel in obligationem reponatur: vt ff. de condi. sine cau. l. qui sine causa. Sed & in locū furtiuę cōdictionis, quæ non nisi dño datur: vt ff. de condi. fur. l. j. cōdictio incerti nō dominis tribuitur, puta creditori, similibusq;: ut ff. de cond. fur. l. & ideo. §. Neratius. Condictio autem certi generalis est ex communi causa competens, ex qua certum debetur, siue ex causa ꝺctus, vel quasi, siue ex causa maleficij, vel quasi: vt ff. si
4 cer. pet. l. certi condictio. † Certum est, quod ex ipsa pronunciatione

Source : BIU Cujas

tione apparet quid, quale, & quantum ſit: vt ff. de verb. obl. l. ſtipulationum. Item certum eſt, cuius ſpecies, vel quantitas nomine proprio vel digito demonſtratur, ſiue aliquibus vocabulis, quæ vice proprij nominis fungantur: vt ff. ſi cert. pet. l. certum.

5 † Scinditur autem condictio certi generalis in duas ſpecies, altera cadit in nomẽ ſpeciale, & vocatur Triticaria, altera ſtat in nomine ſui generis, & vocatur certi condictio. Nam & aliàs adoptionis vna ſpecies ſpeciale nomen admittit, & vocatur arrogatio. Altera ſtat in nomine ſui generis & dicitur adoptio. Speciali autem certi cõdictione repetitur pecunia data mutuò. Nẽpe mutuum non cõtrahitur, niſi pecunia proficiſcatur: vt ff. ſi cert.

6 pet. l. 2. §. item. † Pecuniæ autẽ nomine hic intelligimus omnes res, quæ in quantitate conſiſtunt, puta quas numeramus, metimur, & appendimus. In his nanq; ſolis conſiſtit mutuũ: vt inſti. qui. mo. re con. ob. in prin. Aliàs autem nomine pecuniæ omnes res ſignificamus: vt C. de conſt. pecu. l. 2. & C. de teſt. l. teſtandi. &

7 ff. de verb. ſign. l. pecuniæ. † Ex prædictis colligi poteſt: quia tres ſunt (vt ita dixerim) certi condictiones, vna eſt, quæ vocatur triticaria, qua ſpecies petitur ex quocũq; debito. Altera eſt, qua repetitur mutuum, non idem ſed tantundem ſub eodem genere, & pereq; bonum, puta frumentum, oleum, aurum: vt ff. ſi cert. pet. l. 3. Tertia eſt condictio, qua petitur etiam pecunia numerata, ſtipulatione promiſſa non ex mutuo debita. Si quidem ex ſtipulatione duæ proficiſcũtur actiones, vna vocatur ex ſtipulatu, quæ competit, vbi quid incertum promiſſum eſt, puta inſulam fieri, foſſam fodi. Altera vocatur certi cõdictio, qua petitur certa res. Et certe ſi res illa certa fuerit ſpecies, tranſit condictio certi in nomen ſpeciale, & vocatur triticaria. Si verò fuerit illa certa pecunia, puta, aliave quantitas, ea actione petitur, quæ cõſtat in nomine generali, nuncupaturq; condictio certi, quæ certi cõdictio cũ ſit in ſui generalitate præcipua, meritò ponitur in tractatu prima. De qua certi condictione ſuper mutuo ſpecialiter prodita, quod re ꝫhitur, audiamus. Exponamus itaq; cui compe

8 tit, in quem, & qualis ſit, & quatenus durat. † Competit autẽ certi condictio propter mutuum ei, qui numerauit pecuniã, aliãve quantitatem, eius quoq; hęredi, ſed & ei cuius nomine numeratum eſt, competit directa certi condictio, quippe hoc in caſu ex pacto alterius alteri quæritur directa certi cõdictio, propter ſingula præcepta, quæ ſunt circa pecuniam creditam: vt ff. ſi cert. pet. l. ſingularia. Sed & directa hypothecaria hoc in caſu quæri-

9 tur: vt C. per quas perſo. no. ac. l. 2. † Competit autem in eum directa certi condictio, qui ſuſcepit mutuum, & in eius hæredem. In eum quoq; cuius nomine ſuſceptum eſt. Vtilis autem datur & qui alterius nomine numerauit eo non habente ratũ. In eum verò dirigitur vtilis, qui alterius nomine recepit, illo non accõ-

10 modante conſenſum: vt C. ſi cert. pet. l. 2. & 4. † Venit autem in hanc actionem, vbi condicam non id quod datum eſt, ſed tantundem, ſicut & ſuperius dictum eſt, & nihil amplius. Actione enim condictionis ea ſola quantitas petitur, quæ profecta eſt: vt C. de condi. inde. l. 2. Nec tñ vſura fenebris pecuniæ citra vinculum ſtipulationis petitur: vt C. de vſur. l. 3. niſi priuatis a ciuitatibus ſit credita: tunc enim ex nudo pacto debentur vſuræ: ut ff.

11 de vſur. l. etiam. † In ſpeciebus autem, puta in fructibus aridis venit vſura etiam per nudũ pactum, magis tñ proprie dicitur acceſſio vel additamentũ: vt C. de vſur. l. frumẽti. Conſtat, autem, quòd hæc actio ciuilis eſt, perſonalis ſtricti iuris, & perpetua.

S V M M A R I V M.

1 *Indebitum accipiens perinde obligatur atque is, qui mutuum accipit.*
2 *Obligatio tacita quandoq; naſcitur extra id, quod agitur.*
3 *Condictio indebiti directa cui & contra quem competat, & cui & contra quem vtilis.*
4 *Indebitum ciuiliter licèt debitum naturaliter non repetitur ſolutum.*
5 *Indebitum a ſciente ſolutum non repetitur.*
6 *Condictio indebiti ad quid detur, ſeu quid operetur.*

¶De condictione indebiti. Titu. III.

Poſt tractatum cõdictionis certi, quæ intenditur nomine mutui, non incompeten

1 ter adnectitur cõdictio indebiti; † qui enim accipit indebitum re obligatur, & perinde ſicut qui accipit mutuũ, niſi ꝙ hæc obligationis ſpecies potius ex diſtractu, q̃ ex cõtractu proficiſcitur, ſi quidem qui ſolutũ proponit, negotium diſtrahit & nõ ꝫhit: vt inſti. quib. mo. re. c. ob. §. is quoq;. & ff. de act. l. ex maleficiis. §.

2 is quoq;. † Plerunque tñ id accidit: vt extra id quod agitur tacita obligatio naſcatur, veluti cum per errorem indebitum ſoluendi cauſa datur: vt ff. commo. l. ſi is. §. ſi libero. Competit autẽ cõ-

3 dictio indebiti & directa & vtilis. † Directa competit ei qui indebitũ ſoluerit, ſiue per ſe, ſiue per alium, & eius hęredi, ei quoq; cuius nomine ſolutum eſt. Datur autem in eum qui ſuſceperit, & eius hæredẽ, in eum quoq; cuius nomine ſuſceptum eſt. Vtilis autem datur ei qui alieno nomine ſoluerit, illo non habente ratum. Sed & vtills datur alii, q̃ ei, qui ſoluerit, puta ſi ſcriptus hæres ſoluerit teſtamento rupto, legitimus vtiliter condicit: vt ff. eod. l. idem. cum l. ſeq. & l. nec nouum. Datur autem vtilis in eũ, qui alterius nomine ſuſceperit indebitum, illo non habente ratum. Sed & in eum quem, qui ſoluit, credidit procuratorem in rem ſuam factum: vt ff. eo. l. ſi procurator. §. idem Labeo. & C. eod. l. creditoris. Indebitum autem intelligo, ſiue ſit omni iure inde-

4 bitum, ſiue naturali tantum. † Nempe licèt ciuiliter ſit indebitum, ſi tñ vel naturaliter ſit debitum, ſolutum non repetitur, ſupereſt enim cauſa naturalis, quæ repetitionẽ inhibet: vt ff. quod quiſq; iur. in a. ſta. l. ſed qs. §. vlti. & §. eo. l. naturaliter. & l. ſi pęnę. §. quamuis. Sed & indebitum intelligo, etiam ſi alij, vel ab alio ſit debitum, non tñ ei, cui, vel a quo ſoluitur. Quamuis. n. debitũ ſibi quis recipiat, tñ ſi is qui dat, non debitum dat, repetitio com

5 petit: vt ff. eod. l. ſi pęnę. §. quamuis. &¦ l. in ſumma. §. vlti. † Aliqñ tñ indebitum ſolutum non repetitur, a ſciente puta: vt ff. eo. l. j. & l. ſi is. niſi minor ętas adiuuet. Sed & ex cauſa iudicati ſolutũ. non repetitur: vt ff. manda. l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. niſi iudicatum ſit ex falſis inſtrumentis, uel corruptis teſtibus: vt C. ſi ex fal. inſtru. l. j. Ex tranſactione quoq; ſolutum non repetitur, niſi per falſum ſit extorta, vel per calumniam: vt ff. eo. l. in ſumma. & C. de trãſac. l. pen. Ex cauſa quoq;, quæ per inficiationem creſcit, & legati venerabilibus locis relicti, indebitum ſolutum non repetitur: vt C. eo. l. ea quæ per. Sed & ſi ex pietate quid etiam indebitur ſoluatur, non repetitur. Sublata enim falſa opinione relinquitũ pietatis cauſa, ex qua ſolutum repeti non poteſt: ut ff. eo. l. cum is. §. mulier. His autem caſibus ceſſantibus, & ſi qui ſimiles inueniantur, indebitum ſolutum repetitur, aliàs ex errore facti, aliàs ex errore iuris, puta in muliere quæ interceſſit: ut ff. eo. l. qui exceptionem. Aliàs ſi quis ancipiti animo ſoluerit: vt C. eod. l. vlti. Aliàs ex priuilegio perſonæ: ut ff. eo. l. interdum. Reuocat autem hæc actio, aliàs id quod ſolutum eſt, aliàs tantundem, aliàs ſoluti ęſtimationem, aliàs prorſus aliud: ut prædij fructum & pretium: ut ff. eo. l. ſi non. Eſt autem hæc actio ciuilis, naturalis tantùm: vt ff. eod. l. indebiti. j. reſponſo. perſonalis, ſtricti iuris & perpetua.

S V M M A R I V M.

1 *Triticaria actio cui competere cenſeatur.*
2 *Triticaria actio contra quem detur.*

¶De condictione triticaria. Titu. IIII.

1 Sequitur vt videamus de condictione Triticaria. † Cõpetit autẽ Triticaria ei cui debetur quęcunq; res, & ex quacunq; cauſa; præter pecuniam numeratam, ſiue ſit res mobilis, ſiue immobilis, incorporalis etiam, puta vſufruc. vt ff. eo. l. j. Ita tamẽ res petitur hac actione, ſi fuerit certa & aliena, quippe rem ſuam nemo cõdicere poteſt, prętерquam a fure, ut ff. quemad. vſufru. ca. l. vlti. niſi forte ratione poſſeſſionis & res

2 propria dicatur: ut ff. eo. l. 2. & ff. de condi. indeb. l. indeb. † Cõpetit autem triticaria in eum qui debet ſpeciem quãcunq;, & eius hæredem, nõ diſtincta cauſa: ſed nec re, dummodo fuerit, ſicut dictum eſt, & certa & aliena. In hac autem actione ſi quæratur: res quæ petita eſt, cuius temporis ęſtimationem recipiat, verius eſt, ꝙ omne tempus ſpectetur, præſertim ſi fuerit ſpecies debita & inęſtimata. Idem ſi ęſtimata, ſi tamen is, cui debetur, malit rem, poſſit petere. In quantitate non diſtinguitur, fuerit ęſtimata necne, ſola quippe pecunia numerata a nexibus huius actionis excipitur, & certe ſi quantitas ęſtimata debebatur, ſola ęſtimatio præſtabitur, niſi forte vſura acceſſerit: nempe debitor contrarium non poſtularet. Eſt autem hæc actio perſonalis, ciuilis, ſtricti iuris & perpetua.

S V M M A R I V M.

1 *Condictio datorum ob cauſam cui competat & contra quem.*
2 *Condictio ob cauſam vtilis cui & contra quem detur.*
3 *Actio quæ competat, quando dolus cauſam contractui dat.*

¶De condictione datorum ob cauſam. Titu. V.

Sequitur vt dicamus de condictione datorum ob cauſam, ſiue ob rem datam, faciendamve, futuram & honeſtam. Superius enim condictio. i. indebiti reſpicit in

1 præteritũ. Hæc contemplabitur in futurum. † Competit autẽ ob cauſam directa condictio ei, qui dedit ob cauſam cauſa non ſecuta: ſuo quoq; hæredi; ei quoq; cuius nomine ob cauſam datum eſt: ſed & ſi cauſa fuerit ſecuta: non tñ iure, hæc condictio habet locum: vt ff. eo. l. 3. §. ſi liber. Datur autem in eum directa ob cauſam condictio qui ſuſcepit, & eius hæredem, in eũ quoq; cuius nomine ſuſceptum eſt, defectus ergo cauſæ huius condictionis cauſa eſt, id eſt ceſſatio: ſed & mora, prętер morã quoque eius qui facturus fuerat licebit ei pęnitere, qui dederit, ſi tamen eius duntaxat gratia negotium contractum fuerit: vt ff. eod. l. 5.

2 † Vtilis datur ei, qui alieno nomine ob cauſam dederit alio nõ habente ratum. Vtilis datur in eum qui alieno nomine ſuſcepit illo infirmante negotium. Illud ſanè notandum eſt: quoniam illud, quod datur ob cauſam, cauſa non ſecuta, cum datur ex cõtractibus duntaxat innominatis prætерq̃ ex datione, quæ condictioni ob cauſam mixta eſt, ut C. eo. l. ea. Niſi forte in nominato contractu id conuenerit: ut C. de pac. inter emp. l. 3. & C. de contrahen. emp. l. ſi dolo. † Sed & ubi dolus dederit cauſam ꝫctui,

3 puta

Source : BIU Cujas

puta uẽditioni: ex empto agitur,& fortaſſis condictione: ut res uẽdita reddatur, ut ff.de act.emp.l.tenetur. Ciuilis eſt hæc actio, perſonalis, ſtricti iuris, & perpetua.

SVMMARIVM.

1 *Cõdictio ob turpem cauſam directa cui & contra quem competere dicatur, & cui contra quem vtilis.*
2 *Condictio ob turpem cauſam quando competat.*
3 *Poſſidentis conditio in pari cauſa potior eſt.*

¶De conditione ob turpem cauſam. Titu. VI.

1 Condictio ob turpem cauſam † directa ei competit, qui dederit ob turpem cauſam,& ſuo hæredi,ei quoq;,cuius nomine datum eſt,in eũ dirigitur, qui acceperit,& ſuum hæredem:in eum quoq; cuius nomine acceptum eſt.Vtilis autem datur ei qui alieno nomine dederit illo non habente ratum:in eum datur vtilis, qui alieno nomine ſuſcepit illo non accommodante conſenſum,& hoc procedit,ſiue res ſecuta fuerit,ſiue non.† Ita demum condictio ob turpem cauſam
2 competit, ſi turpitudo contingat ſolum accipientem:puta ſi qs accipit nummum:vt reſtituat depoſitum,ſi verò turpitudo contingit ſolum dantem, condictio ceſſat:puta ſi quis meretrici dederit ob coitum, *licèt enim meretrix turpiter facit,quia eſt meretrix: noua tamẽ ratione minus turpiter facere creditur, quod accipit, cũ ſit meretrix.vt ff.eo.l.idem.* §. ſed quod. Et vbi vterq;
3 turpiter agit:condictio ceſſat.† In pari.n.cauſa potior eſt condictio poſſidẽtis:*vt ff.de excep.do.l.apud.*§.Marcellus.& ff.de ꝑdi. ob tur.*cau.l.ſi ob turpem.*& ff.nequis eum.l.2.Hæc condictio ci *uilis actio eſt* & perſonalis, ſtricti iuris, & perpetua.

SVMMARIVM.

1 *Condictio furtiua cui & contra quem detur.*
Fur ſemper eſt in mora.
2 *Condictio vnde dicatur orta.*
3 *Condictio furtiua non dicitur vtilis: ſed eſt perſonalis, ciuilis, perpetua & ſtricti iuris.*

¶De condictione furtiua. Titu. VII.

1 Nunc audiamus de condictione † furtiua,quę ſoli dño competit, & eius hæredem.Is enim qui præbuit opẽ licèt teneatur furti actione:non tamen conuenitur furti condictione,vt ff.eo.l.5.& ff.de ver.ſig. l.ſępe.*Habetur* autem ratio & eius,quod interſit agentis,veluti *ſi hæres* fuerat inſtitutus ſeruus,& periculum ſubeat dñs hæredi tatis perdẽdæ:ſed etiam ſi ſeruus ſubtractus fuerit mortuus:dominus conſequitur hæreditatis pretium: ſed & ſerui; inquantũ vnq̃ poſt furtum factum plurimi fuerit.Semper enim fur morã
2 facere vr̃:vt ff.eo.l.in re.§.ſi ex cauſa.& l.condicatur.† Quæri ſolet,vnde hæc condictio naſcatur,& certe ex cõtractu nõ oritur, quippe noxalis datur, & non niſi in quantũ peculium locupletius factum eſt:vt ff.eo.l.ſi ſeruus.& ff.de pecu.leg.l.licèt.§. ex furtiua cauſa.Sed nec ex maleficio oritur hæc actio:quia rei duntaxat habet perſecutionẽ:vt ff.eo.l.ſi pro fure.§. condictio rei furtiuæ.Sed & quia in hæredem furis datur, ſiue res ad eũ peruenerit furtiua,ſiue non:vt ff.eo.l.in ꝑdõne. Sed & ſi ſeruus quid ſuripuit *liber factus* eius nomine furtiua condictione, licèt furti ſit actio:non conuenitur,ut ff.eo. *l.ſi ſeruus*. Accedit his tribus argumentis quartum, quæ ſcilicet condictio non ſit ex maleficio.Ecce enim ſi plures rem vnam ſubtraxerint, & vnus rẽ vnã reſtituit, vel eius ęſtimationem,cæteri liberati ſunt condictione furtiua, vt C.eo.l.j.Vbi autem agitur actione ex maleficio, puta ex lege Aquil.quod alius præſtitit,alium non releuat,cum ſit pęna:vt ff.ad leg.Aquil.item Mela.§.ſed ſi ſeruum. Cum ergo cõdictio furtiua ex contractu non proficiſcitur, nec ex maleficio, ſicut oſtendimus,conſtatq; quia nec ex quaſi contractu, uel ex quaſi maleficio,neceſſe eſt, ut aliunde naſcatur, ſicque ex varijs
3 cauſarum figuris,ſicut ſuperius diximus,oriri dicatur. † Condictio autem furtiua nõ inuenitur *vtilis*, ſed in locum directę incerti condictio tribuitur,non domino, cui res ſurrepta eſt,vt & ſuperius dictum eſt,vt ff.eod.l.& ideo.§.Neratius.Eſt autem hæc condictio perſonalis, & ciuilis, & perpetua, & ſtricti iuris.

SVMMARIVM.

1 Condictio *ex lege quando & in quibus locum habeat.*
2 *Philoſophia operam mercenariam ſpernere dicitur, & ſapientia ciuilis non ęſtimatur nummis.*
3 *Locatio non contrahitur inter menſorem & eum qui ipſius vtitur opera.*

¶De condictione ex lege. Titu. VIII.

1 Condictio ex lege erit: cum obligatio † lege noua introducta eſt,nec ĩ lege cautum eſt,quo genere actionis experiamur,in donatis puta, ſicut & ſuperius dictum eſt.Sed & aduocatus honorarium ſibi ſimplici pacto promiuſſum,condictione ex lege petere debet:ut C.de ſuffra.& non
2 actione locati.† Philoſophia enim mercenariam operam ſpernit, & ciuilis ſapientia,quæ pretio nummario non eſt ęſtimãda, nec dehoneſtãda, locationis vinculum aſpernatur:vt ff.de var.
3 cog.l.j.§.an philoſophi.† Nam nec inter menſorem, & eũ qui menſoris opera vtitur, locationem contrahi veteres crediderunt,quodq; datur menſori non merces ſed honorarium appellatur:vt ff.ſi menſor fal.mo.l.j.§.ideo autem.

SVMMARIVM.

1 *Condictio ſine cauſa, vel ex iniuſta cauſa quando, cui, & contra quem competat.*

¶De condictione ſine cauſa,vel iniuſta cauſa. Titu. IX.

1 Reſtat vt de condictione ſine cauſa & ex iniuſta cauſa dicamus.† Competunt autem iſtę duę cõdictiones, & vbi cęteræ competunt,& vbi nulla aliarum competit.Datur autem hæc condictio ei,cuius quid apud alterum ſine cauſa deprehenditur, & in eum datur, qui quid ad alium pertinens hẽt, aliàs reſpectu proprietatis,aliàs reſpectu poſſeſſionis.Competit autem ſiue ab initio cauſa nulla fuerit,nullaq; eſt,puta ſi quis ex chirographo ſe obligauerit,nihilq; acceperit, condictione ſine cauſa chirographum cõdicit.Sed & ſi cauſa præceſſerit, finitaq; eſt,puta ſi is qui accepit ſolum chirographum, recte condicit. Sed & ſi cauſa dandi iuſta fuerit, redijt tñ ad iniuſtam ꝑdõ ſine cauſa vel iniuſta cauſa competit. Ecce.n.ſi fullo vel cõmodatarius veſtimẽtis amiſſis dño pretium præſtiterit.poſteaq; dñs veſtimenta inuenerit,pretium quod datum eſt cõdicitur, aut rem recuperatam præſtare dñm oportebit,vtrum maluerit:vt ff.eo. l.j.§.fi.& l.2.C.eo.l.diſſolutæ.& ff.commo.l.in cõmodato. §.vlti. Sed & ſi conuentus commodatarius condemnatusq;,ſi nondũ exoluerit,aduerſus dñm iudicati agẽtem rectè excipiet,ſi id, qđ furto videbatur amiſiſſe, receperit: vt C.de re iud.

SVMMARIVM.

1 *Actio directa commodati competit, qui commodauit, & eius hæredi: vtilis autem ei cuius nomine commodatum eſt.*
2 *Actio commodati pro quibus rebus concedatur.*
3 *Contraria commodati cui competat.*
4 *Commodati actio furti competit & prædoni.*

¶De commodato. Titu. X.

Explicite ſunt ſuperius condictiones omnes,quarum quædam ex contractibus deſcendunt,qui re ꝑhuntur:vt condictio certi.Alię ex quaſi contractibus,vt in cõdictione indebiti.Nunc ponamus de aliis actionibus, quæ ſimiliter non niſi rebus interuenientibus locum habent: vt ꝙ actio cõmodati,& pignoratitia,& depoſiti, & de aliis ſi quæ tales ĩueniantur.Et primum de actione commodati: quia celebrior eſt iſte ꝑctus atq; vtilior.Commodati autem actio & directa inue-
1 nitur,& vtilis,& ꝑria. † Directa commodati actio ei competit, qui commodauit,& eius hæredi in commodatarium & eius hæredem. Vtilis competit ei cuius nomine commodatum eſt ad inſtar forte depoſiti,vt C.ad exhi.l.pen.Sed & patri dñoque ſi filius commodauit ſeruusve.Datur quoq; vtilis non dño, puta ſi ſeruus,quem bona fide quis poſſidebat, vel ĩ quo vſumfructum habebat, commodauerit. Datur autem vtilis in eum, qui loco hæredis ponitur,puta in bonę fidei poſſeſſorem, & in eum cui ex trebelliano ſenatuſconſulto reſtituitur hæreditas.In pupillũ
2 quoq; locupletiorem vtilis datur,vt ff.eo.l.3.j.reſponſo.† Venit autem in actionem directam commodati & vtilem res cõmodata,eiusq; ſequela,dolus omnis,culpa,diligẽtia,cuſtodia.Aliqñ tamen ſolus dolus venit, puta ſi commodatarij tantùm gratia commodatum fuerit, idve conuenerit. Fortuitus autem caſus nõ venit,niſi pacto promiſſum fuerit, aut niſi commodatarius
3 nullo ſuo vitio inciderit,vt ff.eo.l.ſi vt.§.nunc vidẽdum.† Contraria commodati commodatario competit,ſiue quod in rem commodatam impenderit,niſi modica impendia fecerit, vel ſi damnum paſſus eſt per rem commodatam, puta per ſeruum ſi cõmodatum intempeſtiue fuerit reuocatum,vt ff. eo.l.in commodato.& l.in rebus.& l.ſi ſeruus.Quod autem ꝑrio iudicio cõ ſequi poteſt,id etiam ſi directa ſecum agitur,iure compenſationis ſaluum faciat,vt ff.eo.l.in rebus.§ quod autem.In ſumma diſtinguendum eſt, ſcierit necne, ſeruum commodatum eſſe furem per quem commodatarius furtum paſſus eſt. Nam ſi ſcierit, commodati contraria tenebitur ad intereſſe, ſi non ſcierit, liberum erit ei ſeruum pro noxæ deditione relinquere,vt ff. eo-
4 l.ſi ſeruum.† Et ſciendum eſt,quia etiam furi & prædoni competit actio commodati, ſed & depoſiti, ut ff. eod. l.ita. ff. depo. l.prima,§ ſi prædo. Ex improbitate tamen, nec ſic fur & prędo conſequetur agendi poteſtatem, ſed ratione contractuum in quibus bona fides exuberat. Eſt autem hæc actio perſonalis,bonę fidei & perpetua.

SVMMARIVM.

1 *Pignoratitia directa debitori competit,qui rem propriam dedit pignori.*
2 *Pignoratitia quando detur debitori ex facto creditoris.*
3 *Pignoratitia naſcitur poſt ſolutionẽ, vel poſt id quod pro ſolutione habetur.*
4 *Pignoratitia actio eſt perſonalis,bonæ fidei, & perpetua.*

¶De

Source : BIU Cujas

¶De pignoratitia actione. Titu. XI.

1 Sequitur vt videamus de pignoratitia actione. Pignoratitia inuenitur directa, vtilis, contraria. † Directa pignoratitia competit debitori, qui rem propriam pignori dedit, alienāve, dñi tamen voluntate præcedente, vel sequēte. Tūc.n. alienæ rei pignus tenet: vt ff.eo.l.aliena. Debitoris quoq; hæredi directa cōpetit. Vtilis datur ei, cuius filius seruusve rem obligauerit. Datur autē vtraq;, scilicet & directa & vtilis in creditorem & suum hæredem. Datur autem debitori directa, siue vtilis, alias ex suo facto, alias ex facto creditoris. Ex suo facto, puta si soluerit, vel aliter, prout voluit, creditori satisfecerit. Nec.n. aliàs satisfacere paratum esse debitori prodest: vt ff.eod.l.si rem. & l.quod si. Soluit autē debitor, aliàs naturaliter, vt si numerat, aliàs ciuiliter, vt si remittit ei creditor, vel ipso iure, vt per acceptilationem, vel exceptione, vt simplici pactione. † Ex facto creditoris pignoratitia debitori datur, si ex re pignorata fructū creditor perceperit, inve eam damnum dederit: vt C. eod. l.j. & 6.
2 Creditori ex facto debitoris ℈ria datur, puta si rem alienam pignorauerit, vel alteri obligatam: vt ff.eod. l.si rem.j.responso.& l.tutor. §.contrariam. nisi ad modicum eris res ampla fuerit pignorata: vt ff.eo.l.si quis.§.sed & si quis. Ex facto creditoris ℈ria creditori competit, si in pignus impenderit: vt ff. eo.l.si necessarias. † Illud sanè prætermittendum non est, quod post solutionem demum, vel id quod pro solutione habetur, pignoratitia nascitur: vt ff.eo.l.si rem.§.omnis pecunia. Nec ergo pignoratitiam creditor pręscriptione sustulit, & si per 40.ann. pluresve pignus habuit, nec obstat, quod dicitur, ius offerendi vlterius locum non habiturum. Ius enim offerendi in secundo tantū creditore legitur. Sed & si quis instet dicatq;, debitorem indignum fore pignoratitia post 30.vel 40. ann. cum debitor voluerit soluere, vel alias satisfacere, sicq; efficere, vt pignoratitia nasceretur, nullatenus mouet, alioquin filius emancipatus non ageret, qui in patris potestate per 30 ann. mansisset, si vt emanciparet, non studuisset, quo nihil falsius est. Nemo enim poterit incusare filium, si non egerit, cum nec, si voluerit, obuiante patria po-
4 testate potuerit: vt C.de anna.excep.l.j.in fi. † Est autem pignoratitia personalis, bonę fidei, & perpetua.

SVMMARIVM.

1 *Actio depositi directa deponenti competit & eius hæredi.*
2 *Actio depositi directa & vtilis in depositarium & eius hæredem datur.*
3 *Dolus venit in actione depositi & lata culpa, non autem leuis.*
4 *Actio depositi est personalis & bonę fidei.*

¶De actione depositi. Titu. XII.

1 Actio depositi directa inuenitur vtilis & contraria. † Directa competit deponenti & eius hæredi, vtilis datur alias ratione rei, puta propter ea quæ principaliter deposita nō sunt, vt propter capistrum, pullum, & ea quæ in cista fuerant: ut ff.eod.l.j. §. quæ depositis. & §. si cista. Aliàs competit ratione personæ, puta si seruus bona fide possessus, fructuarius, seu hæreditarius deposuit: vt ff.eo.l.j.§.non solū. & §.item. Sed & extranei pacto, puta si rem meam deposuit, legēq; dixerit, vt mihi restituat, utilis actio depositi mihi iure sin-
2 gulari competit: vt C.ad exhi.l.pen. † Dirigitur vtraq; in depositarium & eius hæredem, sed & in dñm patremq; vel peculiotenus, nisi filius emancipatus seruusve manumissus depositā rem teneat: vt ff.eo.l.j.§.filiusfamilias.& l.si apud. Contraria autē depositi depositario datur, si in rem depositam impēderit, vel per
3 eam damnum passus est: vt de pignoratitia dictum est. † Venit autem in actione depositi tam directa, q̄ vtili, etiam dolus, si in contractu conuenerit: vt ff.eod.l.j.§.si conueniat.& §.si quis. Et dolus solus lataq; culpa: vt ff.de reg.iur.l.℈ctus.& ff. eod.l.quod Nerua. Culpa autem lenis non venit, nisi id conuenerit, vel depositarius se obtulerit, vt ff.eo.l.j.§.sępe. vel nisi pretium depositionis acceperit: ut ff.vi bo.rap.l.2.§.si ī re deposita. vel nisi depo-
4 sitarij gratia depositum fuerit: ut ff.si cer.pet.l.4. † Est autem hęc actio personalis & bonę fidei, vt insti.de act.§.actionum autem. & ff.eod.l.prima.§.hanc actionem. In simplum & perpetua nisi depositum sit causa tumultus, incendij, ruinę, naufragij. His enim in casibus in duplum datur, ex inficiatione aduersus depositarium, & aduersus eius hæredem ex suo proprio dolo. Ex dolo autem defuncti depositarij hæredes eius non tenentur, nisi in simplum & intra annum, vt insti.de act.§.in duplum. & ff.eo.l.j. & l.quod tumultus.

SVMMARIVM.

1 *Actio depositi sequestraria quæ sit, & cui, & pro qua re competat.*
2 *Sequestratio specierum admittitur, pecuniæ autem prohibetur.*

¶De actione depositi sequestraria. Titu. XIII.

1 Est & quædam etiam specialis † actio depositi, quæ appellatur sequestraria, qua cum sequestro agitur, cuius fidem, qui deponunt, plures tamen sequuntur, vt ff.eo.l.proprie.& l.si in Asia.§. cum sequestro. &
2 ff.de verbo.signific. l.sequester. † Sequestratio enim specierum admissa est, licèt ꝓhibita sit sequestratio pecuniæ: vt C.de ꝓhib. sequest.pecu.

SVMMARIVM.

1 *Actio præscriptis verbis vnde nascatur, cui non competat, & cōtra quem.*
2 *Permutatio in quibus differat ab emptione.*
3 *Actio præscriptis verbis est bonę fidei, ciuilis, & personalis ex contractu innominato orta.*

¶De rerum permutatione & præscriptis verbis actione. Titulo XIIII.

Et quia permutatio re ꝓtrahitur, a re quoq; initium sumit, & ex permutatione quædam præscriptis verbis actio nascitur, de hac prę-
1 scriptis verbis actione dicamus. † Competit autem ei, qui speciē dederit, vt aliam speciem certam acciperet, hoc quoq;, si nō acceperit, verum est, siue quidem acceperit, ei tamen euicta est. Nā cum ex emptione debeatur euictio, ex permutatione quoque debebitur, quę olim fuerat vetustissima emptio. Ex permutatione quoq;, sicut ex emptione sequitur dñij translatio, procedit &
2 vsucapio. † Differt autem permutatio ab emptione: qa emptio nuda consentientium voluntate perficitur, permutatio re demum contrahitur. Item emptor cogitur nummos facere vēditoris, permutatori autem sufficit possessionem tradere, seq; per euictionem obligare. i. vt adsint & absint, quę adesse & abesse in
3 venditione oportebit, vt ff.eod.l.j.& 2. † Est autem hæc actio.s. præscriptis verbis, quę proponitur de permutatione bonę fidei: vt insti.de act.§.actionum autem, ciuilis, & personalis, & ex contractu nascitur innominato: vt ff.eod.l.j. Nec enim duntaxat: ut fiat, quod conuenerat, præscriptis verbis agitur: sed & quod datum est condicitur, quod sicut superius dictū est, non nisi innominatis contractibus præterquàm in donatione, contingit.

SVMMARIVM.

1 *Actio præscriptis verbis orta ex contractu, qui re perficitur, cui competere dicatur.*
2 *Actio præscriptis verbis ex contractu orta personalis est, ciuilis, perpetua, & bonę fidei.*

¶De præscriptis verbis actione, quæ de ęstimato proponitur. Titulo XV.

Item præscriptis verbis quæ proponitur de ęstimato ex contractu oritur, qui
1 re perficitur. † Competit autem hæc actio ei, qui rem ęstimatam vendendam dederit, in eum qui acceperit. Tenetur autem qui accepit, vt aut rem ipsam incorruptam restituat, aut ęstimationem, de qua conuenit, prębeat, vt ff.eo. Tenetur quoq; idem rei susceptæ periculo. Hoc tñ intelligo ita, si periculum contingit non casu fortuito, qui ex ordine naturæ in nullo bonę fidei iudicio præstatur. Tenebitur autem, si res petierit, vel sua culpa leuissima, verum hoc ita, si vel is qui accepit rogauerat, eiusve gratia hoc ciuile negotium gestum fuerat. Si verò ille qui dedit rogauit, eius periculo res est, aut neuter, periculum culpa contingens iure communi præstabitur, vt ff. si cer.pet. l.rogasti.& ff.de
2 præscrip.verb.l.si gratuitam.§.si margaritas. † Est autē hęc actio personalis & perpetua, & ciuilis, & bonę fidei, vt ff. eo. & instit. de actio.§.actionum autem omnium.

SVMMARIVM.

1 *Actio præscriptis verbis ex contractu innominato orta cui & contra quem detur.*
2 *Actio præscriptis verbis ex contractu do vt facias, est ciuilis, personalis, perpetua & stricti iuris.*

¶De præscriptis verbis actione quæ ex do vt facias innominato contractu oritur. Titu. XVI.

1 Ex do quoque vt facias contractu† innominato, qui & re perficitur præscri.ver.actio oritur, quæ competit ei, qui dederit, vt quid possibile tamen, & honestum quis sibi faceret, quo verò facto, non tantùm præscriptis verbis agitur, sicut & de permutatione diximus, sed & quod datū est, condicitur. Hoc ita si aliud quàm pecunia detur, vel in specie pecunia. Sed aliquando si pecunia detur vt quantitas, ideſt ad numerum, ut quid fiat non locati, vtpote locatione cessante, sed pręscriptis verbis agitur. Cessat autem locatio, ubi etiam pecuniam quis numerat, ut aliquis quid sibi faciat, alias ratione personæ, aliàs ratione rei. Ratione personæ puta quod qui facturus fuerat, locare operas suas solitus non erat. Ratione rei, ideſt facti, locatio cessat, si quis quid dederit ad manumissionem uel aduocationem, hæc enim locationem non recipiunt, ut ff.de præscr.ver.l.naturalis.§.at cū do.
2 & ff.de var.cog.l.j.§.in honorariis. † Est autem hæc actio ciuilis, personalis, & perpetua, & stricti iuris. Nam cum in ff. dicatur prę script.uerb.actio quæ de ęstimato & permutato redduntur fore bonę fidei, relinquitur per contrarium intellectum certas præscriptis uerbis actiones stricti iuris esse.

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

2 *Actio præscriptis verbis ex contractu do vt des, cui competat & contra quem.*
3 *Actio præscriptis verbis orta ex contractu do vt des, est ciuilis, perpetua, & personalis.*

De præscriptis verbis actione, quæ ex do vt des innominato contractu proponitur. Titu. xvij.

1 EX do quoque vt des innominato † contractu, qui re similiter contrahitur, quatta præscriptis verbis actio nascitur. Competit autem ei, qui quid dederit, vt sibi inuicem alius daret. Competit autem in eum qui accepit, nec dedit, vel si id quod dedit euictum sit. Illud sanè non inargute distinguitur. Quòd si pecuniam dedit, sub numero tamē, vt rem acciperem, & in genere, nōdumque etiam in rebus humanis constituam, emptio & venditio est: vt ff. de præscri. ver. l. v. Si verò rem dederim. i. speciem, ita vt certam acciperem speciem, permutationis cōtractus initur: vt ff. eo. Si. verò speciem dederim, seu pecuniam vt speciem, ita vt rem acciperem non certam, sed in genere, puta vnam de rebus suis, quam in domo habet, qui mecum contrahit, contractus initur, qui in appellatione generali consistit, & do vt des simpliciter vocatur. Articulus ergo iste do vt des, sicut dictum est, trifariam spargitur.
2 † Est autē hæc actio. s. quæ nascitur ex do vt des, sicut & ea quæ nascitur ex do vt facias, ciuilis, perpetua, personalis. De reliquis duabus, puta de ea quæ ex facio vt facias, & facio vt des innominato contractu oriuntur, vide paulò inferius in tit. 26. & 27. eiusdem libri.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio verbis contrahitur ex congrua interrogatione & responsione.*
2 *Actio ex stipulatu directa ei qui stipulatus est competit & eius hæredi.*
3 *Actio tacita ex stipulatu ex fauore inducitur.*
4 *Actio ex stipulatu pro quibus detur rebus.*
5 *Actio ex stipulatu stipulanti & eius hæredi competit.*

De verborum obligationibus. Titu. xviij.

1 PErtractatæ sunt actiones personales ex cōtractibus proficiscentes quæ rebus contrahuntur, nunc quæ verbis conficiuntur. † Et certe verbis stipulatio contrahitur ex interrogatione & responsione congrua: vt insti. eo. in prin. Et ex ea nascitur actio gemina. s. certi cōdictio, & actio quæ ex stipulatu vocatur. Vt verò stipulatio definiatur, diuidatur, contrahatur, committatur, purgetur, & quot modis responsio incongrua sit æstimanda in summis quas fecimus exposuimus. Cum itaque de certi condictione superius dictum sit, de actione ex stipulatu agamus. Et sciendum est: quia actio ex stipulatu inuenit̄ directa, & vtilis, expressa, & tacita. † Directa cōpetit ei qui stipulatus est, & eius hęredi, quid incertū, & datur in promissorem, & eius hæredem. Vtilis competit ex stipulatione filij, serui, tutoris, curatoris, procuratoris, institoris, magistri nauis, orphanotrophi, syndici, vt ff. de præto. stip. & ff. de dam. infe. & de insti. Expressa ex stipulatu actio competit, si quis expressum sibi stipulatus est, vel si filius, seruusve patri vel domino. Item si tutor, curatorve, vel similis persona: tacita autem ex stipulatu actio inducitur, alias ex præsumptione, alias ex fauore. Ex præsumptione, puta si instrumentum perhibet interceſſisse, responsionem probabiliter intelligitur præcessisse interrogationem, vt insti. de inu. stip. §. item verborū obligatio. & C. e. † Ex
3 fauore inducitur tacita ex stipulatu actio, vt in dotibus petēdis, & repetendis: vt C. de mi. vxo. ac. l. rē in pręsēti. Sed vbi quisquā erogauerit, nec ea, quæ ipsi arrogato, vel eius necessariis ꝓmittere debet, ꝓmisit, vtiliter ex stipulatu ageī: vt ff. de ado. l. his. Sed & si damnum contigerit, cum prætor super cautione damni infecti interponenda deliberaret, vtilis puta & tacita ex stipulatu actio competit: vt ff. de dam. infe. l. si finita. §. eleganter. Sed & fideiussores a tutoribus nominati, si præsentes fuerunt, & nō cōtradixerūt, & nomina sua in acta referri passi sunt, perinde tenebuntur, atque si in iure legitimo stipulatio interpo-
4 sita fuisse: vt ff. de fideiuss. tuto. l. 4. §. fideiussores. † Venit autē in hanc actionem id solum quod promissum est, vt insti. de obli. q. con. §. fin. nisi propter causam quæ præcesserit, puta propter emptionem stipulatio fiat: tūc enim stipulatio etiam vacuam possessionem tradi, non nudum factum, sed etiam causam bonorum continet, vt ff. eod. l. in conuentionalibus. Est autem hæc actio ciuilis, personalis, stricti iuris, nisi in dote & perpetua. Item actio ex stipulatu, alia est principalis pura qua tenentur ꝓmissores, i. principales rei debendi, alia est accessoria, qua scilicet tenent̄ ad promissiones fideiussores. Admittit interdū hæc actio, i. ex stipulatu accidentale nomen, vocaturq; arbitra-
5 ria. † Cōpetit aūt stipulanti & suo hæredi in eū, qui ꝓmisit certo loco eiusq; hęredi, vt ff. de eo qđ cer. lo. Post morā demū, & ff. eod. l. vlt. Introducta est autem hæc actio: vt promissoris malitiæ catur obuiam. Iniquum enim erat, si promissor in loco destinato nunquàm inueniretur, ficque stipulator suum non consequeretur, post itaque non in promissoris est arbitrio, vbi uelit solueꝛe, sed in stipulantis, vbi velit petere, vt ff. eod. l. 2. & l. vlti. Vbique ergo arbitraria agi potest, ut ff. de consti. pecu. l. si duo. Venit autem in hanc actionem quod interfuit etiam vltra legitimas vsuras, damni quoque & lucri habetur ratio, quod interfuit alterutrius loco suo potius, quàm in eo, in quo petitur solui. Fit autem arbitraria non tantùm ex stipulatu, sed ex quacūque stricti iuris actione propter loci adiectionem, vt ff. eod. l. si hæres. & l. aut. Bonę fidei non fit arbitraria. Talis est autem arbitraria, & tanto tempore durat, qualis est simplex ex stipulatu.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio literis contrahi potest.*
2 *Creditor qui scripsit se recepisse nulla iuuatur exceptione.*

¶ De literarum obligatione. Tit. XIX.

1 LITERIS quoque † contrahitur obligatio, puta per chirographum, & ex ea obligatione nascitur certi condictio. Ex chyrographo ei qui quem chyrographo obstrinxerit, in eum datur qui se chyrographo obligauerit spe futuræ numerationis. Tenetur autem is infra biennium efficaciter propter exceptionem non numeratæ pecuniæ. Post biennium cum effectu, nisi infra biennium iuri instando sit paritum, Biennium enim pro numeratione habetur, & obligationis substantiam implet, biennioq; transacto, obligatio, quæ fuerat tantùm ciuilis, efficitur naturalis, adeoque vt, si debitor paratus sit probare se pecuniam non accepisse, restrictis calumniarum fomentis audiri non debeat. Nam & si pupillus fuerit post biennium omnino compellendus est soluere, vt C. de nō
2 numeratæ pecuniæ. l. in contractibus. † Creditor autem q scripsit se recepisse, aliàs nulla exceptione siue replicatione iuuat̄, puta si scripsit se recepisse dotem, tributa, depositum, aliàs bienni ij temporis exceptione munitur 30. scilicet dierum pro fœneratitijs, videlicet debitis quæ sibi scripsit esse soluta, vt C. de non numeratæ pecuniæ. l. in contractibus. Est autem hæc actio ciuilis, & personalis, & stricti iuris.

SVMMARIVM.

1 *Actio mandati directa cui competat & cui vtilis.*
2 *Mandatum dicitur quasi manu datum.*
3 *Vsura venit in actione mandati contraria.*
4 *Vsura in contraria mandati applicatur ex mora.*
5 *Actio mandati est ciuilis, personalis, perpetua & bonæfidei.*

¶ De actione mandati vel contra. Tit. XX.

RESTAT vt uideamus de actionibus quæ veniūt ex contractibus, qui contrahuntur puris & nudis consensibus. i. non intercedentibus extrinsecus quibuscunque adminiculis superius expositus, rerum. s. uel uerborum, vel literarum, & quia in libro responsorum constitutionumque prius agitur de mandato, primùm de actione mādati dicamus. Nam & mandatum, sicut commodatum, quod supra prius est pertractatum, est gratuitum. Inuenitur autē mā-
1 dati directa, utilis, contraria, expressa, tacita. † Directa competit mandanti, & suo hæredi in mandatarium & suum hæredem. vtilis competit ex alterius mandato, puta filij, serui, & procuratoris. Contraria datur mandatario & hæredi eius. Expressa competit siue sit mandata tibi mea gratia tantùm, siue aliena tantùm, siue mea & aliena, siue mea & tua, siue tua & aliena. Tacitè mandati competit, si quis puta fideiussit pro copiam præsente & patiente, ut ff. eodem l. si remunerandi. §. si passus sim, sed & qui patitur ab alio mandari, ut sibi credatur, dare intelligitur, vt ff. eodem l. qui patitur. Sed & si vnus ex reis debēdi soluerit, cum se & alterum liberauit, mandati tacita experitur, vt ff. ad Velle. l. nec interest. Sed & in stipulatione adiectus, si ei solutum fuerit, tacita mandati a stipulante conuenitur, vt ff. de uer.
2 obliga. l. Iulianus. † Est autem dictum mandatum quasi manu datum. Inde est, ut id demum quis debeat mandare, quod ipse iure ualeat explicare, vt C. de peda. iudi. l. j. Competit autem mādati actio qualis qualis ita demum, si interfit, & quatenus interfit, ut ff. eodem l. si procurator. §. mandati actio. Veniunt autem in actione mandati tam utilis, quàm directa, expressa, uel tacita, puta prædij empti traditio, ut ff. eod. l. si procuratorem. Sed de suo facto cauere debet, vt ff. eod. l. de tuo, periculum est, ne pignorauerit, uel manumiserit seruū, vt ff. de rei vend. l. si post. Pretium quoque, quod de re redegerit ex mandato distracta. Consequenter quoque dominis debere mandatarium præstare, quantumcunque emolumentum sensit, siue ei mandatū sit, siue non; quia bonæfidei non congruit, de alieno lucrum sentiat, sed & in usuras conuenietur, quæ legitimo modo in regionibus frequentantur, vsurarum quoque vsuras, ut ff. eodem l. idemque. §. si procurator. Hoc autem procedit, siue in

Source : BIU Cujas

mora fuerit reſtituendi pecunias,ſiue eas in ſuos vſus conuerterit. Contrario autem iudicio experitur mandatarius,ſi ſuo pretio mandanti rem emerit, uel aliàs in rem ex mandato quæſitã
3 impenderit,vt ff.eod.l.ſi verò.§.ſi mihi. † Vſura quoque veniet in mandati contraria,puta ſi iam abſit,vel ad eam præſtandam obligatus ſit.Nam & id abeſſe intelligitur,ad quod quis obligatus eſt,vt ff de nego.geſt.l.ſi quis.Sed & abeſſe intelligitur pecunia fideiuſſori,etiam ſi debitor ab eo delegatus ſit creditori, licèt is ſoluendo non fuerit: quia bonum nomen facit creditor,qui admittit debitorem delegatum,vt ff.eod.l.inter.§.abeſſe.Imputet ſibi qui admiſerit talem, ipſumque idoneum eſſe
4 comprobauerit,vt ff de fideiuſ.l.3. † In contraria quoque mandati ex mora applicabitur vſura, ſed & ſi propriam pecuniam mandatarius impenderit vſus habebit,vt ff.eo.l.ſi verò.§.ſi mihi mandaueris. ſi tamen fœnerare ſolitus fuerat, vt ff.de vſur.l. qui ſemiſſes.Sed & in contrario mandati iudicio damni habetur ratio.Nam ſi ſeruus,quem mandato tuo emeram,damnum dederit mihi,ipſum pro noxæ deditione debebis penes me relinquere,ſi tamen id ſine culpa acciderit, quod ſi ſciſſes talem eſſe ſeruum,nec prædixiſſes,ad intereſſe teneberis, vt ff.eo.l.inter.§ cum ſeruus. † Eſt autem mandati actio ciuilis, perſonalis,
5 & perpetua, bonę fidei, vt inſtitu. de actio. §. omnium autem actionum.

§ V M M A R I V M.

1 *Actio directa pro ſocio competit ſocio & eius hæredi.*
2 *Damna & impendia attendi debent in actione pro ſocio.*
3 *Societas non tranſit ad hæredem ſocij.*

¶De actionibus pro ſocio. Tit. XXI.

ET quia ſocius non tantum ſuum ſed alienum quaſi ex mandato gerit negotium, ſubijciamus ilico de actioni
1 bus pro ſocio. † Intenditur autem directa pro ſocio actio ex utroque latere,competit quoque pro ſocio ſocio,& ſuo etiam hæredi,& in ſocium ſuum, & ſuum hæredem, ita tamen ſi tractatu habito ſocietas ſit coita, vt ff.eodē.l.nam. Naſcitur autem hæc actio diſſoluta demum ſocietate, vt C.eo. l.tandiu.Nec intenditur ea durante niſi in cauſa vectigalium,
2 vt ff.eodem l.actione.§.nonnunquàm. † Habetur in hac actione ratio perceptorum impendiorum,& damnorum:pro ſocio enim actio non ad diuiſionem,ſed ad perſonales pertinet inuicem præſtationes,ut ff.comm.diui.l.j.ſcilicet ut lucra,& damna communicentur,vt ff eodem l.quibus.& l.pro ſocio.& l.ſed ſi. & l.cum.& l.ſi fra.& l.ſi id. Aequum eſt,vt ſi quis participet lucrum,participet & damnum,ut ff.eod.l.ſi igitur. Niſi forte ob ſuum maleficium alter ex ſocijs ſubierit diſpendium. Sed & pacti in ſocietate,ſuper partibus puta, ratio habebitur, niſi forte ita conuenerit,vt alter lucrum tantum captaret, alter tantum damnum ſentiret.Eſſet enim hæc ſocietas leonina, vt ff eodē l.ſi non.§.ita coiri. Res quoque conferenda eſt in ſocietatem operaque,ſicut conuenerat,ut ff.eod.l.ſocietas.& l. ſi ſocietatē. Ratio quoque debitorum ſua condictione ſocijs uel a ſocijs iudicis officio interpoſitis cautionibus,ideſt vicarijs ſtipulationi-
3 bus,debet expediri, ut ff.eod.l. ſi vnus. † Illud quoque ſciendū eſt,quòd ſocietas non ad hæredem ſocij, ſed nec ad arrogatorē tranſit,vt ff.eod.l.actio.§.ſocietas.In hæredem tamen ſocij pro ſocio datur.Hæres enim licèt emolumenti ſit ſucceſſor, cogaturque negotia per defunctum inchoata explicare,non tamen eius eſt ſocius,niſi in vectigalibus,& is ita demum ſi fuerit accitus,vt ff.eo.l.hæres.& l.adeo.& l.verum §.in hæredem. Eſt autē hæc actio ciuilis,perſonalis,bonę fidei,& perpetua.

§ V M M A R I V M.

1 *Actio directa venditi venditori competit & eius hæredi contra emptorem & eius hæredem.*
Actio empti directa cui competat,& contra quem.
2 *Actio venditi directa & vtilis pro quibus detur rebus.*
3 *Actio empti directa & vtilis ad quid intentetur.*
4 *Pretia rerum certa ſunt.*
5 *Vendens ſcienter pecus morboſum longe præter rem condemnatur.*
6 *Venditor non tenetur de vitijs animi.*
7 *Venditor an cogatur prius rem præſtare, quàm emptor pretium numerare.*

¶De actione empti & venditi. Tit. XXII.

EXPEDITA eſt actio p̄ ſocio: quia id quod alienum eſt pro parte fit alterius. Nunc audiamus de actionib.
1 empti & uēditi,quibus id quod eſt alienum, in alterius redigitur dominium. † Et quod actio uenditi directa cōpetit uēditori,& eius hæredi, in emptorē & eius hæredē.Vtilis dat̄ ei,cuius noīe res a p̄curatore uendita eſt. Actio empti directa dat̄ emptori & ſuo hæredi in venditorē & ſuū hęredē, in eū quoque qui alterius noīe vendidit,ut ff.de pignoribus actio
2 nibus.lege eleganter. & ff.eodem. leg. Iulianus. † Venit autem in actione venditi tam directa, quàm vtili in primis pretium rei uenditæ, quodque ſpecialiter conuenit, puta vt in domo vendita habitare liceat, quippe ſi ob hoc vendidit minori pretio,id æſtimatur loco pretij,vt.ff.eodē. l. fundi. & l. ſi ſterilis.§. qui domum. Sed & ruta veniunt & cæſa, fructus quoque ante venditionem percepti,vt.ff. e.l. fundi. §. ruta.& C. e.l. 2. Vſuræ quoque veniunt,quas vel mora generauit, vel præter moram perceptio fructuum:æquum namque eſt,vt emptor qui re frui tur præbeat & vſuram,vt C.eo.l. curabit.& ff.e.l. Iulianus. §. ex
3 vēdito † In actione empti tam directa quàm vtili in primis venit,vt res vendita tradatur,non quidem præciſe, ſed vt vel intereſſe præſtetur,ſi res non traditur. Quod dupliciter contingit, venditoris.ſ.uitio ſeu procacia,puta quia alij vendidit & tradidit,vt C.e.l.4.Vel quia res vendita propter ſui conditionem tradi in re nequeat,puta ſi fuerit ſacra religioſa,vel perſona libera. In his enim ratione rei nō tenet emptio,licèt teneat, agaturq; ex empto ratione bonę fidei,vt.ff.eo.l.ſi ſterilis.§.quamuis.& ff. de contrahen.emp.l.qui offici.§.qui neſciens. Stipulatio autem in talibus nulla eſt.Sed & ſi ſtipuleris tibi & alteri,pro parte tātum ſtipulatio tenet, licet emeris tibi & alteri, inſolidum tantùm valeat emptio,vt ff.de contrahē.emp.l.fundi.inſt. de inut. ſtipu.§.quod ſi quis ſibi. Intereſſe autem intelligo ſingulare rei pretium,quod quandoq; pluris eſt, quam conuentum pretiū.
4 † Quippe certa ſunt rerum pretia,vnum vocatur conuentum, quo ſ.res venit. Alterum ſingulare, quod excedit conuentum. Alterum commune, quod eſt, quanti res communiter vendi poteſt,vt ff.ad l.aqui.ſi ſeruum.& ff.ad l.fal.l.pretia. Venit quoque in actione empti & quod rei venditę poſt emptionem acceſſit,etiam ſi quid ſeruo vendito venditoris intuitu donatum fuerit,vt ff.e.l.Iulia.§.ſi quid ſeruo.Nam cum ad emptorem ſpectet periculum,ęquum eſt, vt percipiat commodum, hoc tamen ita ſi ſpecies venit,vel quantitas vt ſpecies,vt ff. de contrahen.empt. l.quod ſępe.§.in his.Excipitur vinum,quod & ſi fuerit in ſpecie venditum,non tamen tranſmittit, niſi poſt deguſtationem,periculū,prēter quam ſi pacto remiſſa fuerit deguſtatio,vt ff.de peri.& com.rei ven.l.j.§.ſed ſi vēditor. Veniūt quoque in actione empti affixa,inſerta,incluſa,vt ff.e.l.fundi.Multipliciter quoque & differenter vēditor emptori cauere debet. Ecce enim in brutis eſſe,bibere,vt oportet.In hominibus erroneos eos, fugitiuosve nō eſſe. Secernitur autem ſciēs uenditor
5 ab ignorante. † Ecce enim ſiquis ſciens uēditor uendidit pecus puta morboſum, tignumve uitioſum, condemnabitur etiam longe præter rem, puta ſi contagione pecoris morboſi uitioue tigni, pecora perierunt, ædes corruerunt. Si verò ignorans vēdidit, non tenebitur,niſi quanto minoris emptor emiſſet, ſi ſciſſet,vt.ff.e.l. Iulianus. §. ſi venditor. In vaſe autem venditor conſcius non diſtinguitur ab ignaro,vt. ff.eo.l. tenetur. §.ſed ſi uas.Idem in locatione,ut ff. loca. l. ſed addes. §. j. ſecus in uaſe
6 commodato, ut.ff.com.l.in rebus.§.item.& l.pen.† De uitijs autem animi venditor non tenetur, niſi conſcius dixerit abeſſe, & non abfuit.i.promiſerit,uel niſi aliàs temere aſſeuerauerit,ut ff.e.l.Iulia.§.i.Ignorans itaque uenditor alias tenetur in ſolidū, ut in uaſe,alias tenetur in modicum.i.quanto minoris,ut in pecore morboſo,ſeruo fugitiuo. Alias tenetur in nihilum, ut in fure,ſeruo uendito & ſeruitute non dicta: ut ff.e. l. Iulianus. in princip. Niſi bonæ frugi ipſum eſſe uenditor aſſeuerauerit: qđ ergo.in C.legitur.titu.eo.l. ſi minor.uenditorem ignarum nomine tributi teneri,ſpeciale in tributo dictitio,uel id cōtingere;qa minorē eſſe capitationē dixit, maiorq; inuenta eſt. † Ad hæc quæri ſolet, compellaturne uenditor prius rem præſtare, quā emptor pretiū numerare? Et certe nulla lege id expreſſim cautum eſt,uerū ex lege quadā, ti.eo.l.qui pēdente, utcūq; dici pōt uenditorē prædiū debere tradere,per alteram autem.l. ſub eo.ti.l.ex empto.vtrunque conſtitutum, emptorem prius debere numerare.Quid ergo ſi alter alteri fidem non habeat,ſatis æſtimo vtranque.i.rem vēditam pecuniamque debitam,apud tertium tanquam apud ſequeſtrum oportere deponi, qui dirimat omne quod eſt inter emptorem & venditorem litigium. Sunt aūt hæ actiones.i.empti,venditi,ciuiles, bonę fidei,& perpetuę.

§ V M M A R I V M.

1 *Actiones ędilitiæ quot ſint & quæ.*
2 *Redhibitio quid ſit,& quid ſit,& quid redhibere.*
3 *Actiones ędilitiæ quibus & pro quibus rebus competant.*
4 *Actiones ædilitiæ ex quatuor oriuntur cauſis.*
5 *Homo redhibetur ex vitijs animi,ſi fugitiuus,vel erro fuerit.*
6 *Pecus vel mancipium non morboſum redhibetur propter morboſum.*
7 *Reſtitutio pretij & vſuræ veniunt in redhibitoria actione.*
8 *Actio quanto minoris qnando competere cenſeatur.*
9 *Actio in factum competit ad pretium recuperandum.*
10 *Actio redhibitoria ſex ſopitur menſibus,quanto minoris verò vtili anno.*
11 *Actio redhibitoria eſt arbitraria in ſimplum prodita,vel in duplum.*

De ędilitis actionibus. Tit. XXIII.

DIctum eſt ſuperius de actionibus empti & venditi,quę ſunt principales & dominæ,nūc dicamus de ędilitiis actionibus,quę ſunt illarū quaſi pediſſequę. Videamus itaq; quot ſint actiones ędilitię,in qbus reb⁹ ſint p̄ditę,qbus cōpetāt,in quos dētur,

ex

Source : BIU Cujas

ex quibus cauſis oriantur, quales ſint, & quanto tempore du-
1 rent. † Sunt autem tres ædilitiæ actiones. Redhibitoria, quanto minoris,& in factum actio. Illud ante omnia ſciendum eſt, redhibitionem quoque contineri empti ciuili iudicio, vt ff. de a-
2 ctio.empt.l.ex empto.§.redhibitionem. † Eſt autem redhibitio venditionis reſolutio, vt ff.de acqui.poſſ.l. Pōponius.§.præterea quæritur. Eſtque redhibere facere vt rurſus habeat venditor qđ habuerat,& quia reddendo id fit, idcirco redhibitio eſt appella-
3 ta quaſi redditio, vt ff.eo.l. redhibere. in princip. † Competunt autem hæ actiones emptoribus, permutatorib. quoque, qui loco emptorum habentur, & eorum hæredibus in venditores, permutatores,& eorum ſucceſſores, vt ff.eo.l.j. Sunt autem proditæ hæ actiones in duobus generibus rerū, fundus ſcilicet & animalibus, tam brutis quàm rationabilibus. Vlpianus tamen dicit, Labeonem ſcribere, ædilitium edictum pertinere non ſolū ad immobilia ſeſeq; mouentia, ſed ad mobilia quoque, vt ff.eo.
4 l.j. † Oriuntur tamen iſtæ ex cauſis quatuor, ex morbo, vitio, pacto,& ſi venditores non cauerent, prout ædiles iuberent. vt ff. eo.l.venditor. Eſt autem morbus habitus corporis contra naturam, qui vſum eius ad id faciat deteriorem, cuius cauſa natura nobis eius corporis ſanitatem dedit, leuis tamen febricula, vt vetus quartana, quæ iam ſperni poteſt, modicumque vulnuſculum non inducent edictum, vt ff.eod.l.j.§.ſed ſciendum. Vrgebitur autem redhibitoria vēditor tam ignarus quàm conſcius, debuit enim hæc habere nota venditor, nec intereſt emptoris, cum fallitur, ignorantia venditoris, an calliditate, vt ff.eo.l.j.§. cauſa. Hæc autem ita vera ſunt, ſi emptor ignorauerit, niſi noſſe potuit, puta homo effoſſis luminibus veniebat, vt ff.eo.l.quę ritur.§.ſi nominatim. Si autem emptor ſciuit, non redhibebit. Remiſiſſe enim tunc videtur tacitè, nec enim intelligitur eſſe celatus, qui ſciuit,& certiorari non debuit, qui non ignorauit, ſed nec volenti & ſcienti infertur dolus, vt ff de actio.emp.l.j.§. j.& C.de tranſact. Sed & ſi venditor nominatim exceperit de a-
5 liquo morbo, nomine eius morbi non conuenitur, niſi perfunctorie exceperit, vt ff.eo. † Ex vitijs autem animi redhibeē homo duntaxat, ſi fuerit fugitiuus, vel erro, aliàs non redhibetur homo ex vitio, niſi dictum fuerit vitium abeſſe,& nō abeſt. Ex empto tamen agi poterit, ſi ciens id vitium animi reticuit, vt ff.eo.l.j.& l.ob quæ §.idem Pomponius. Fundus quoque peſtibulas herbas habens, ſiue lætiferas redhibetur, vt C.eo.l.ſi prædium.& ff.eo. Fit autem redhibitio ex ordine propoſita redhibitoria actione. Aliquando tantum redhiberi mancipium debebit, licèt quanto minoris agatur, puta ſi nullius ſit pretij mā-
6 cipium, forte furioſum, vel lunaticum, vt ff eo.l.bouem.§.aliquando. † Sed & interdum non morboſum pecus vel mancipium redhibetur propter morboſum, vt ff.eo.l ædiles.2.§.ſi iumenta.& l.plerunque.& l.inſtiſſime. Ex pacto quoque redhibetur per actionem in factum, vt ff.de reſcin.vend.l.ſi cō uenit. C. eo.l ſupra alleg.& ff.eo.l.qꝑ ſi §.in factum. Sed & ſicut dictū eſt ſupra, ſi venditor non caueat, redhibitio locum habet., vt ff.eo.
7 l.ſi venditor. † Venit autem in actione redhibitoria reſtitutio pretij, & vſuræ veniunt, & ſi quid acceſſionis nomine dederit voluntate tamen debitoris, vt ff.eod.l.cum autem. & l. debet. Sed & ſi damnum emptor paſſus eſt, per hominem quē redhibeat, ei reſtitui debet. Econtrario cum emptor redhibet mancipium, reſtituere debet ipſum non deterioratum ſuo facto, familiæve ſuæ, vel procuratoris, ſed & reſtituere debebit emptor, quicquid ad ſe peruenerit, vel culpa ſua non peruenit, legatum quoque & hæreditatem, etiam ſi ea ſeruus perceperit emptoris contemplatione; quia ſi venditio remanſiſſet, nihil res hæc emptori profutura fuiſſet. Nam & per contrarium, ſi contemplatione venditoris ſeruus, qui eſt in cauſa redhibitionis, inſtitutus proponeretur, tamen diceretur reſtituere emptorem non debere, ſi nollet redhibere. Et generaliter dicendum eſt, quicquid extra emptoris rem per eum ſeruum acquiſitum eſt, id iuſtum videri oportere, vt ff.eo.l.cum autem §.fin. & l. & generaliter. Ex his quæ ſunt dicta colligi poteſt; quia redhibitoria actio nomine morborum, vitiorumque non ſolum in homine compe
8 tit, ſed & in fundis, ſicut dictum eſt, vt ff.eo.l.ſi tamen. † Quanto minoris verò actio competit, puta ſi quis venditor de mancipio adfirmauerit, non vt laudaret, ſed vt & præſtaret, & tunc tamen redhibitorium iudicium intendi poteſt, vt ff.eodem l. ſciendum. Et notandum eſt, quòd quanto minoris actione ſæpius agi poteſt, ita tamen, ne lucrum emptor faciat, & bis eiuſdem rei æſtimationem conſequatur, ut ff. eodem l. quod ſi.§.ſi
9 qui egerit † In factum autem actio competit ad pretium recuperandum, puta ſi mancipium ſine iudice ſit redhibitum. Sed & ſi uenierit, ut niſi placuerit intra tempus præfinitum, redhibeatur. Nomine quoque cautionum omiſſarum, ſed & ornamentorum non præſtitorum redhibitorium iudicium, uel in
10 factum intenditur, vt ff.eod.l. ædiles.§. non tantum. † Sopitur autem actio redhibitoria ſex menſibus, quanto minoris anno utili, ut ff.eod.l.ſciendum.§.tempus.& l.ædiles.2.& l.ſi tamen. & l.cum ſex. In factum autem actio, quæ eſt de redhibenda re, niſi placuerit, catenus extenditur, quatenus conuenit, etiam ſi pactum interceſſerit, vt in perpetuum redhibitio fieret. Vbi autem de tempore nihil conuenerit, in factum actio intra lx.dies vtiles accommodatur emptori ad redhibendum, vt.ff. eo.l.quòd ſi.§.in factū. Nomine autem cautionū omiſſarū,& niſi iumenta præſtentur vti optime ornata uendendi cauſa fuerint, redhibitoria vel in factum emptoribus infra lx.dies vtiles dantur, vt.ff.eod.l.ſi venditor.& l.ędiles.§.non tantum. Sunt autem iſtæ actiones non ciuiles, nec proprie prætoriæ, ſed quaſi prætoriæ: quia ædilitiæ; ſicut enim ius prætorium iuris ciuilis pars eſt, ſic & ius ędilitium portio eſt iuris honorarii, vt inſtitu.
11 de iur.natu.§.prętorum quoque edicta. † Eſt autem actio redhibitoria, vt æſtimo, arbitraria. Eſtque prodita aliàs in ſimplum, aliàs in duplum: vt. ff. eodem.l. redhibitoria. Aliæ verò duæ actiones ædilitiæ, id eſt, ęſtimatoria, quanto minoris,& in factū actio, fortaſſis ſunt bonæ fidei.

SVMMARIVM.

1 *Conductor quis dici poſsit.*
2 *Actio locati locatori competit & eius hæredi contra conductuorem & eius hæredem.*
3 *Inſtrumentum æſtimatum venit in actione locati.*
4 *Locator conductorem male verſatum in re locata expellere poteſt.*
5 *Actio conducti cui competat, & quid in ea veniat.*
6 *Inſtrumentum qnid proprie dicatur.*
7 *Actiones locati & conducti perſonales ſunt, ciuiles, bonæ fidei, & perpetuæ.*

¶De actione locati & conducti. Tit. XXIII.

QVia verò locatio penè eiſdem regulis contrahitur, quibus & venditio, de actione locati & conducti diſſeramus. In primis tamen ſciendum eſt: quia locatio proprie, niſi de pecunia mercedis nomine conuenit, nō contrahitur, vt.ff.com.diui.l.ſi conuenerit.&.ff.depo.l.j.§.ſi ve
1 ſtimenta. † Aliquando tamen & conductor dicitur, & partiarius colouus appellatur, qui non ad pecuniam numeratam cōduxit, ſed fructus quaſi ſocietatis iure,& damnum,& lucrum, cū domino fundi partitur, vt ff.eo.l.ſi merces.§ conductor. Abuſi-
2 ue tamen colonus talis conductor appellatur. † Competit autē actio locati locatori, et eius hæredi, in conductorem & eius hæredem. Venit autem in actione locati mercedis præſtatio, & rei finito vſu reſtitutio, ſiue locatio fuerat tēporalis, vel perpetua, in ſcriptis vel ſine, eo diſtincto, quòd ſiquis locauerit ad luſtrū, exactoque luſtro paſſus eſt conductorem in conductione, fecū do quoque anno fore nullum annum, hoc ipſo quod tacuerit relocaſſe videbitur. Hæc ita in ruſticis prædijs. In urbanis autem prædijs alio iure vtuntur, prout quiſque habitauerit, ita obligetur, niſi in ſcriptis certum tempus conductioni comprehenſum
3 ſit, vt.ff.eo.l.item. §.qui impleto. † Venit quoq; in actione locati inſtrumentum æſtimatum, licèt locatio non ſoleat dominium mutare, vt ff.e.l. cum fundus, &.l.non ſolet. Venit quoque dānum illatum a colono, vel ab alio, coloni, vel vitio, vel iudicio,
4 vt.ff.eo.l.ſi merces.§.culpæ.& ff.ſol.mat.l.pen. j.reſpōſo. † Locator quoque conductorem expellere poteſt, & impune ſi male verſatus ſit in re locata, vt. C.eod.l. ędem. vel ſi biennio continuo penſiones non ſoluerit, etiam ſi conuenerit de eo non expellendo, quippe tacita ineſt conditio, ſi penſionibus paruerit, vt.ff.eo.l.quæro.§.inter. Expellere quoque poterit non tamen ſine pœna, niſi probauerit domum ſuis vſibus neceſſariam, vel corrigere eam opus fuerit. His enim in caſibus non conuenietur ad intereſſe, ſed nec cogetur pati conductorem inhabitare. Compellendus eſt tamen conductor mercedem pro rata temporis remittere, vel non petere, aut habitationem non minus commodam præſtare. Idem in exuſtis & locatis ædibus, ut.ff.eo.
5 l.ſi quis.j. reſponſ. ſecus in venditis, ſiquidem & poſt exuſtionem debetur pretium, licet non merces. Actio † conducti conductori competit, & eius hæredi. Venit autem in actione conducti, vt res locata fruenda tradatur, vel intereſſe præſtetur, hoc de rigore, ex æquitate enim excuſabitur domus locator, ſi euicta fuerit ſine dolo malo ſuaque culpa, dum paratus ſit aliā habitatiouem eque commodam pręſtare, vt.ff.eo.l.ſi quis.idem in ſimilibus. Veniunt quoque inſtrumenta fundorum puta.
6 † Eſt autē inſtrumētum apparatus rerum diuitius manſurarū, ſine quibus poſſeſſio excoli non poteſt, vt.ff.de fund.inſtr.l.inſtrumenta. Et ſciendū quia locatur, aliàs res, vt domus, aliàs opera, vt exceptoris. Et certe ſi exceptor operas ſuas exhibuerit, vel per eū non ſteterit, ſed per aduerſariū, totius temporis mercedem accipere debet, præſertim ſi eo anno mercedes ab alio non acceperit, vt.ff.eod.l.ſed addes.§.fin.&.l.qui operas. Stetiſſe autem per cōductorem intelligo, ſeu locatorem, ſi ſteterit per eius vitium, ſeu per caſum in eius perſonam contingentem, vt per ægritudinem, vel per mortem. Ex his competenter & probabiliter colligi poteſt, quòd ſteterit extrinſecus, & per caſum in alterius perſona contingentem, nullo vel commodo vel in-
7 commodo quiſquam adfici debeat. † Conſtat autem, quòd hæ actiones ſunt perſonales, ciuiles, bonæfidei, & perpetuę.

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Locatio & conductio non cadunt inter menſorem & eum qui ipſius vtitur opera.*
2 *Actio directa datur ei qui in menſura deceptus eſt à menſore.*
3 *Menſor de dolo & lata culpa tenetur.*

¶Si menſor falſum modum dixerit. Titu. XXV.

QVIA menſoris opera tanquam conducti vtimur, vt ff. fi. regun. l. 4. §. j. de actione in factum, quæ aduerſus menſorem agrorum proponitur ex prætoris edicto, quod eſt, Si menſor falſum modū dixerit, audiamus.
1 † Nec cū crediderunt veteres, ſicut & ſuperius dictum eſt, inter tales perſonas locationem & conductionem eſſe, ſed magis operam beneficij loco præberi, & id quod datur ei, ad remunerandum dari, & inde honorarium appellari. Sin autem ex locatione vel conductione fuerit actum, dicendum erit, nec tenere intentionem. Inuenitur autem hæc actio in factum directa &
2 vtilis. † Directa datur ei, qui in agri numero deceptus eſt a mēſore, venditori puta & emptori. Datur autem in menſorē agrorum, ſi in numero fefellerit. In hæredes autem non datur, licèt hæredi ſimilibusq; perſonis detur. Nam & licèt a negotio originem accipit, ſerui quidē nomine non peculiotenus, ſed noxaliter intenditur, vt ff. eo. l. 3. §. vlt. l. 4. Duo ergo ſpecialia ſunt in hac actione, ſcilicet quia licèt ſit ex contractu, non datur in hæredem, & quia noxaliter competit. † Tenetur autem mēſor de
3 dolo ſolo, lataq; culpa, quæ dolo comparatur, vt ff. eo. l. j. §. hæc actio. Si falſum modum renuntiauerit ſiue per ſe, ſiue per aliū, viua voce vel per literas, vt ff. eo. l. j. §. vlti. & l. 2. Ita demum autē competit hæc actio emptori vel venditori contra menſorem, ſi alter ab altero condicere, vel aliàs ſuum conſequi nō valeat, vt ff. eo. l. 3. & 5. Vtilis in factum actio dat aliàs ratione rei, aliàs perſonæ. Ratione rei, vt ſi in menſura non agit, ſed ædificij, vel cuius alterius rei menſor fefellerit, vt ff. eo. l. 5. & 6. Ratione perſonæ, vtilis competit in eum, qui menſor non fuit in modo, tamen fefellit, puta aduerſus machinarium, architectum, carpentarium, ſeu redemptorem. Tabularius quoque ſiue ſcriba hac actione vtili conuenietur, vt ff. eo. l. vlti. & C. de magiſtra. con. l. vlt. Fortaſſis & econtrario ad honorarium expectandum. Hæc vtilis in factum actio menſori competit, quamquàm in edicto non habeatur, quod eſt de menſore proditum. Eſt autem hæc actio p̄toria non ciuilis, vt ff. eo. l. j. Et ꝑpetua, vt ff. eo. l. hęc actio.

SVMMARIVM.

1 *Actio præſcriptis verbis oritur ex innominato contractu facio vt facias.*

¶De præſcriptis verbis actione, quæ ex facio vt facias innominato contractu proponitur. Tit. XXVI.

EX contractu quoq; licèt innominato † qui & conſenſu perficitur ex facio, ſcilicet, vt facias, quædam præſcriptis verbis actio naſcitur. Competit autem ei, qui quid fecerit, vt quid ſibi aliud quis faceret, nec id factū fuit, vt ff. de præſcrip. verſic. l. naturalis. Eſt quoque hæc actio ciuilis, perſonalis perpetua, ſtrictiq; iuris, ſicut ferè cæterę præſcript. verſic. actiones.

SVMMARIVM.

1 *Actio de dolo oritur ex contractu innominato facio vt des.*

¶De præſcriptis verbis actione, quæ ex facio vt des innominato contractu proponitur. Tit. XXVII.

1 EX facio quoque † vt des innominato contractu, qui & re contrahitur, quædā actio naſcitur quæ de dolo vocatur. Nam ſi feci, vt dares, & poſteaquàm ceſſas dare, nulla erit ciuilis actio, & ita de dolo dabitur, præterq̄ in C. de tranſ. l. cum mota. & l. ſi pro fundo. in l. in illis enim legum caſibus ex neceſſitate præſcriptis verbis actio iure decernitur, quia & vetus actio perempta eſt, & quia de dolo actio, vtpote ceſſante dolo, competere non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio pecuniæ licèt nudum pactum ſit, actionem tamen parit.*
2 *Actio de conſtituta pecunia cui & contra quem competat.*
3 *Conſtitui quando poſſit aliud pro alio.*
4 *Actio de cōſtituta pecunia eſt perſonalis, prætoria, ſtricti iuris & perpetua.*

¶De conſtituta pecunia. Tit. XXVIII.

1 RESTAT vt de actione quæ vocatur de conſtituta pecunia videamus, † licèt enim conſtitutio pecunię ſit nudum pactum, actionem tamen parit, cumque conſtitutor paciſcatur, licèt propriè non contrahat, magisque conſtitutio contractib. accedit, quàm aliis actionum matriculis, vt ita dixerim, meritò in præſentiarum dicendū eſt, cui competat hæc actio de cōſtituta pecunia, in quem, & qua-
2 lis ſit. † Competit autem ei, cui quis conſtituit, in eum qui cōſtituit ſe ſoluturum, ſiue pure, ſiue in diem, ſiue ſub conditione, vt ff. eo. l. id quod. Siue pro ſe, ſiue pro alio. Conſtituit autē pe-
3 cuniam iurib. debitam, vt ff. eo. l. 3. † Aliud quoque pro alio cōſtitui poteſt, dummodo debeatur hoc naturaliter tm̄, vt per nudum pactum, vel ciuiliter & naturaliter, vt per ſtipulatum, vel naturaliter, non tamen ciuili iure ſed prætorio, vt per iuſiurandum: ſi verò quid debitum ſit ciuiliter tantùm, exceptione tamen eius petitio poſſit elidi, puta non numeratæ pecuniæ, vel pacti conuenti, nequaquàm conſtituit̄. Ita demum autem tenetur qui conſtituit, ſi perſonaliter loquatur, ideſt ſi conſtituit ſe ſoluturum, non ſi alium, vt ff. eo. l. eum qui. Sed ſi quis conſtituit ſe pignus daturum, cum vtilitas pignorum irrepſerit, debet etiā hoc conſtitutum admitti, vt ff. eo. l. qui autem. §. ſi quis. Sed & ſi certo loco fuerit conſtitutum exemplo arbitrariæ actionis vbi agi poterit, vt ff. eod. l. ſi duo. §. ſed certe. Et notandum eſt: quia licèt is qui ſtipilanti pure promiſit, ilico teneatur ad dandum, modici duntaxat temporis habenda ratione. Conſtitutor tamen infra deçem dies exigi non poteſt, vt ff. eo. l. promiſſor. §.
4 ſi ſine. † Eſt autem hæc actio perſonalis, prætoria, ſtricti iuris, & perpetua.

SVMMARIVM.

1 *Condictio ex lege competit donatario & eius hęredi aduerſus donatorem & eius hæredem.*
2 *Condictio ex lege datur, vt res donata tradatur.*
3 *Donans ſcienter rem alienam ſi euincatur, ad ſumptus in ea per donatarium factos tenetur.*

¶De donationibus. Titu. XXIX.

ET quia donationis cōtractus in codice vltimo loco expeditur, & a Iuſtiniano donatio in formam contractus redacta eſt, cum iuregentium nudum pactū fuiſſet, nec actionem pareret, de actione quæ prodita eſt ob dona-
1 tionem audiamus. † Competit autem ex lege condictio donatario, eius hæredi, in donatorem & eius hæredem, ita demum autem, ſi donatio ſit mera, ex munificentia liberalitateq; deſcē dat. Si verò mixtum fuerit, donationis ob cauſam cū donatione negotium, vel ob mortem ſit donatum, alijs actionib. ageī, ideſt, vel condictione ob cauſam, vel actione ex teſtamēto. Nā & mortis cauſa donata, tanquā legata, etiam ſi ab ir. teſtato fue-
2 rint relicta, actione ex teſtamento petuntur. † Competit autē ex lege condictio, vt res donata tradatur, vt inſtitu. eod. §. perficiuntur. & C. eod. l. ſi quis. §. ſinautem hoc. Non euicta re ſartiat̄, vt C. de euic. l. 4. Non enim donator liberalitatis ſuæ pœnā pati debet, vt ff. de ædil. edic. l. ad res. Licèt tamen donatori neceſſe non erit repromittere ea quæ in rebus venalib. ædiles repromitti iubent, ſi tamen donator euictionem ſpecialiter promi-
3 ſerit, conuenietur. † Sed & ſi ſciens rem alienam mihi donauerit, & vincat, inq; eam ſumptus magnos fecero, obſtrictus erit, vt ff. eo. l. Ariſto. §. Labeo ait. Eſt autem hæc actio ciuilis, perpetua, perſonalis, ſtricti iuris, vt ff. eod. l. eum qui.

SVMMARIVM.

1 *Executoria, inſtitoria & ſimiles an ſint actiones.*
2 *Exercitoria actio cui & in quem detur.*

¶De actione exercitoria, inſtitoria, tributoria, quod iuſſu & de peculio. Titu. XXX.

QVIA actiones ex contractibus deſcendentes, de quibus dictum eſt ſuperius, actionesq; ex quaſi contractibus, de quibus dicetur inferius, propter contractus & quaſi, ſeruorū, filiorumq; fa. in parentes dominosq; redduntur, earumque aliæ ſunt inſolidum, vt exercitoria, tributoria, Quod iuſſu. aliæ non: vt de peculio, de in rem verſo, de his omnibus videamus. † In primis autem ſciendum eſt; quia hæ
1 non ſunt actiones, ideſt exercitoria, inſtitoria, tributoria, de peculio, de in rem verſo, quod iuſſu non ſunt actionum nomina. ſed formarum, ſiquidem vna actio, ſcilicet condictio certi, vel actio venditi, vel quæcunque alia pro qualitate negotij, quo agitur de peculio, deq; eo quod in rem verſum eſt, ſicq; duplicē condemnationem habet, & vna eſt actio, vt inſtitu. quod cum eo qui in al. po. eſt. poteſt obſtringi iudicio tutelæ, negotiorum geſtorum, de peculio, & de in rem verſo. Minus ergo propriè aiunt quidam has eſſe actionum ſpecies, quas non eſſe actionū ſpecies, ſed formas aperte probauimus. Nam & aliàs concepti, oblati, exhibiti, non exhibiti formæ ſunt actionum furti, nō fur-
2 ti ſpecies ſeu genera, vt inſtitu. de furtis. † Exercitoria actio cōpetit ei qui cum magiſtro nauis contraxit nomine tamen eius rei, cuius ibi præpoſitus fuerit, ſeruus liberve, vt ff. eodem l. j. Datur quoque in exercitorem directa, non cum magiſtro agitur eodem actionis genere, ſed vtiliter agitur in exercitorem, vt ſic ea actio quæ datur directa cōtra magiſtrum, detur vtilis, voceturq; exercitoria cōtra exercitorem. Hoc enim edicto actio non transfertur ſed adijcitur, vt ff. eodem l. ſi eum. §. item. Et ſciendum eſt; quia ita demum competit in exercitorem nomine pecuniæ creditæ condictio certi exercitoria, ſi in eam rē in quam ſumitur, fuerit neceſſaria pecunia. In hac enim actione curioſum oportet eſſe creditorem, vt ff. eodem l. vltim.

Datur

Source : BIU Cujas

Datur autem hæc actio perpetuò heredibus & in hæredes etiã ſerui nomine, vt ff. eod. l. ſi tamen. Eſt & prætoria, eſt aliàs bonæfidei, aliàs ſtricti iuris, pro qualitate negotij & actionis genere.

BAPTISTAE DE SANCTO BLASIO

De Actione & eius natura.

PRAEFATIO.

IN Chriſti nomine ac glorioſæ virginis. Poſtquàm Deo duce arborem Ioānis ſuper Actionibus meis auditoribus aliqualiter in voce declaraui. Idcirco ego Baptiſta de Sancto Blaſio vtriuſque iuris doctor precibus nonnullorum meorum ſcholarium motus opuſculum quoddam ſuper dicta Arbore actionum, facere ac deſcribere conſtitui de Actionibus, & natura earum nũcupatum. In quo omiſſis quæ ſcribuntur ſuper dicta arbore per Ioannem ac etiã quæ latius per *Roffredum in libellis* exponuntur, ad vtilitatem & doctrinam iuuenum aliqua pauca breuiter declarabo, vt eis ſit poſſibile ſummo digito & quaſi per indicem eas actiones attingere, iuxta ea quæ habentur, inſtit. de publi. in §. fin. Accedo igitur ad *expoſitionem* ſingularum actionum; iuxta ordinem *Ioannis in arbore* ſua: cui tamen addam multas ſuppletiones, *Et primò* de prætorijs actionibus declarabo: cui, contra quem, & ad quid, ſeu pro quibus rebus actio detur. de libellis verò ſuper qualibet actione, ac de clauſulis ipſorum in hoc opuſculo nihil dicemus, ſed ea alio tempore declarabo.

SVMMARIVM.

1 *Actio publiciana cur ſic dicta, & cui, contra quem, & pro quibus rebus detur. ſ.*
2 *Poſſeſſio nunquid in eccleſiam ſine traditione transferatur.*
3 *Titulus pro ſuo probat vſucapiẽdi conditionẽ. Et quid veniat in eo probãdũ.*
Titulus pro ſuo à paucis intellectus.
4 *Publiciana quibus denegetur.*
Bona fides allegata cenſetur præſcriptione allegata.
6 *Lex Voconia quid in ſeruitutibus introduxerit.*

Actionum Centuria prima.

¶ Prima Actio.

1 PVBLICIANA. ¶ † Prima actio appellatur, ſic dicta à Publicio prætore, qui primus eam introduxit: vt inſt. de act. §. alię. & 2. diſt c. quædam etiam leges. De qua videamus primò cui detur, ſecundò contra quem, tertiò pro quibus rebus detur. Ad primum dic, ꝙ datur ratione quaſi dominij illi, qui incepit rẽ præſcribere, vel vſucapere, & ſic qñ illi erat res tradita ex aliqua iuſta cauſa probabili ad transferendum dominium, vt ex cauſa emptionis, donationis, dotis, vel legati, ſic de ſingulis, de quibus plenè habetur. l. j. & 2. cum multis *legibus* ſeq. ff. de publi. Secus ergo eſſet, ſi res talis fuiſſet mihi locata, vel commodata, vel pignori data, vel ſic de ſingulis, in quibus non ſolet dominium transferri. etiam ſi tradẽs eſſet dominus, vt habetur in d. §. aliæ. Sed quæro iuxta prędicta, quid ſi mihi rem alienam conſiſtentem in pondere, numero, vel menſura, ex cauſa mutui tradidiſti, quo caſu non eſt mutuum, l. 2. §. appellata. ff. ſi certum petatur, pone ꝙ illam rem extantem deſijt poſſidere: vtrum potero ipſam petere per hanc actionẽ publicianam. Breuiter dic ꝙ ſic: quia titulus mutui eſt habilis ad vſucapionem præſtandam, vt eleganter probat glo. in verſ. tuũ. in d §. appellata. licèt talis titulus non ſit connumeratus in rub.
2 ff. de vſuca. nec in alijs titulis ſequen. † Sed pone ꝙ eccleſia ſeu eius prælatus vult rem alienam ſibi venditam, vel donatam per actionem publicianam repetere a tertio poſſeſſore, quæ nunquàm fuerit tradita ipſi eccleſiæ, vtrum hoc poſſit. Videbatur dicendum ꝙ ſic; qa ſi donans, vel vendens fuiſſet dominus, tranſtuliſſet dominium in eccleſiam ſine aliqua traditione, caſus eſt in l. fi. C. de ſacroſanct. eccle. Ergo ſi ille non eſt dominus, videtur ꝙ transferatur vſucapiendi conditio, etiam abſque traditione per regulam. l. clauibus. ff. de contrahen. empt. ergo &c. Sed teneo contra, quia licèt in eccleſiam trãsferatur dominium ſine traditione: non tamen transfertur poſſeſſio ſine traditione, arg. l. denique. ff. ex quibus cau. ma. ita dixit glo. ſuper verſ. in rẽ. in d. l. fin. C. de ſacroſanc. eccle. Sed ſine poſſeſſione non procedit præſcriptum, vel vſucapio, vt in l. ſine poſſeſſione. ff. de vſuc. ergo non competit publiciana. Idem dico in legatario rei alienæ, ꝙ ſibi non detur publicia. contra tertium poſſeſſorem, tanꝙ res illa ad eius manus veniat, & poſtea deſinat tenere, vel poſſidere, quantumcunque in legatarium transferatur dominium ſine traditione, ſaltem ab adita hæreditate, ſi res ſit propria teſtatoris, vt in l. a Titio. & ibi per Bart. ff. de fur. & ratio eſt: quia tunc licèt transferatur dominium ſine traditione, non tamen transfertur poſſeſſio vt eſt gl. magna. in fi. ſui, ſuper ver. hypotheca-
3 ria. in §. j. & ibi dixi, inſtit. de lega. ergo &c. † Sed quæro, quid ſi aliquis volẽs rem petere per actionem publicianam probat rẽ illam poſſediſſe pro ſua, & tanquàm ſuam, nunqd ſufficit abiq; abſque probatione alterius tituli. Videtur ꝙ ſic; quia titulus pro ſuo præſtat vſucapiendi conditionem, vt in toto titu. ff. ꝓ ſuo. Tu dic, ꝙ non ſufficit illud ſolum probare, vt no. dixit Bar. in l. j. ad fi. commenti. ff pro ſuo. Credo ergo, ꝙ actor debet allegare aliquem titulum habilem ad transferendum dominium, & licèt hoc non probet, ſufficit probare, ꝙ poſſedit illam rem pro ſua, & tanquàm ſuam ad probandum præſumptiue titulum allegatum, ſicut dicimus in ſimili in l. ſi certis annis. C. de pact. & in l. cum de in rem verſo. ff. de vſuris. & ibi per Bar. & in c. peruenit. de cenſi. & gl. in l ſeruitutes. la grande. ff. de ſerui. tit. generali. Vel verius ſecundum Ang. dic ꝙ illa iura loquuntur, quando tractatur de modico præiudicio: vt in præſcribenda ſeruitute. Secus autem vbi agitur de magno præiudicio, vt in propoſito noſtro: quia tunc non ſolũ debet allegari titulus prædictus, ſed etiam vltra hoc debet probari, ꝙ fama erat in loco, ꝙ virtute talis tit. allegati ille cæperit rem illam poſſidere pro ſua & tanꝙ ſuam, arando, ſeminando, & fructus colligendo. Et nunc intel-
4 ligis titulum pro ſuo, qui a paucis intelligitur. Et † aduerte, ꝙ quilibet volens intentare publicianã, & ſic præſcribere, vel vſucapere rem, debet habere bonamfidem cõtinuam in terris imperij ratione peccati, aliàs ei denegaretur præſcripto, & ſic publiciana, vt per gl. in c. fi. de præſcrip. & in c. poſſeſſor malefidei. de regu. iur. lib. 6. licèt aliud ſit ſecundum leges, ſecundum not. inſti. de vſuc. in prin. & per Ange. in repe. l. j. C. de iudi. quicquid dixerit Bar. in l. ſequitur. § ſi via. ff. de vſuc. & in l. hæc autem iura. ff. de ſer. vr. præ. & ibi dixi. Item aduerte, ꝙ iſta bonafides quãuis præſumatur propter titulum, tamen debet allegari per l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollioni. ff. de adul. & per Bal. in c. ſi quis per 30. ſi de feud. fue. cõtrouer. & per Bal & Ang. in l. ſuper longi. C. de præſcrip. lõg. temp. & per Ang. in l. eum qui. §. fi. ff. de publicia. & quod in ſimili no. Bar. in l. cũ quid. ff. ſi. cert. peta. & in l. rem alienam. ff. de pigno. actio. in 3. col. & Bald. in l. etiam. C. de excep. rei iudi. & Saly. in l. certi. C. loca. Tu tamẽ ade Inno. & Car. in c dudum. de deci qui dixerunt, ꝙ allegata pſcriptione, implicite præſumitur & allegata cẽſetur bonafides. Circa ſecundum principales contra quem datur actio publicia-
5 na. Dic † ꝙ datur contra omnes tenentes, vel poſſidentes, vel ſaltem dolo deſinentes poſſidere, vel detinere ad ſimilitudinẽ rei vendicationis, vt not. in d. §. aliæ. Fallit contra dominum ipſius rei, vt in l. pe. & fi. ff. de publi. niſi in certis caſibus ſpecialib. in quibus datur etiam contra dominum, de quibus per gloſ. in d. l. fi. & latius per gl. in d. §. aliæ. Secundò fallit cõtra titulo poſſidentem, contra quem talis actio publiciana non datur, vt eſt caſus nota. in l. ſiue autem. in §. ſi duobus. ff. de public. niſi talis titulus ſit procuratus in fraudem primi emptoris ſecundũ Bar. in d. §. ſi duobus. per Spec. in tit. de cau. po. & proprie. § fi. in fin. & vide ibi per Ioan. And. Circa tertium & vltimum pro quibus competat actio talis. Dic ꝙ competit non ſolum in rebus mobilibus, quæ vſucapiuntur, ſed etiam in rebus immobilibus, quę proprie præſcribuntur, vt probatur in l. ſi ego. §. idem Iulianus. & §. idem ſcribit. ff. de pu. Item competit non ſolum pro rebus corporalib. ſed etiã pro reb. & iurib. incorporalib. vt pro ſeruitutibus, vt in d. l. ſi ego. in §. j. & 2. & no. gl. in §. æque. de actio. Et hoc ſiue nos loquamur in ſeruitutib. quæ poſſunt præſcribi, vt ſunt illæ ſeruitutes, quæ habent cauſam continuam, ſiue in ſeruitutib. quæ non poſſunt præſcribi, vt ſeruitutes habentes cauſam diſcontinuam, vt via iter & actus. De quibus habetur in l.
6 foramen. ff. de ſerui. vrba. præd. † Nam lex voconia in talib. ſeruitutibus vſucapionem ſuſtulit. l ſequitur. § fin. ff. de vſucap. & tamẽ pro eis competit actio publiciana, in d. l. ſi ego. §. idem de ſeruitu. ff. de public. Adde ꝙ iſta actio publiciana requirit duo extrema. Vnum eſt ex parte actoris, quod eſt quaſi dominium, vt d. §. aliæ. & in c. abbate ſanè. de re iudi. lib. 6. Aliud ex parte rei: quod eſt poſſeſſio, vel detentatio; vel ꝙ dolo, vel culpa deſierit poſſidere, ſicut rei vendicatione, vt probatur in l. eum qui. §. in publiciana. §. de public. & per gl. in d. §. aliæ. & per Bald. in l. j. C. ſi plures vna ſententia fue. condem. Adde quòd actio publiciana & ad exhibendum non poſſunt ſimul intentari in eodẽ libello, vt in Specu. de act. & peti. propoſitione. §. 2. verſicu. & no. & ſcripſi in rub. ff. de publici. Adde ꝙ iſta actio non competit pſcribenti præſcriptione longiſſimi temporis, in qua non requiritur titulus, per l. j. ff. de publi. & ibi dixi in 3. notabi. niſi in caſu auth. malefidei. C. de præſcrip. long. tempo. per not. per Ang. in l. eum qui. §. prætor ait. in fine. ff. de publici. Et de materia huius actionis publicianæ, vide pleniſſime p gl. & docto. in d. §. æque. inſtitu. de actio. & per canoniſtas in c. abbate ſanè. de re iudi. libro 6. & per Bald. in l. j. C. ſi plures vna ſententia fuerint condemna. & per Specu. in titu. de cau. poſſeſ. & proprie. §. nunc dicendum. & per Roſ. in libellis, in titu. de public. actione. & per Petr. in tract. libellorum ſuorũ, & per Ang. de Aret. in d. §. aliæ.

Source : BIU Cujas

Bapt.de S.Blaſ. De actio. & eius natu.

SVMMARIVM.

7 *Actio reſciſſoria quibus detur,& quando competat. 9. Et contra quem detur,& ad quid & pro quibus rebus.10.12.Et quotuplex ſit. 13. 14.*
8 *Præſcriptio ſtatuaria nunquid currat ipſo iure contra minorem.*
Roma caput mundi.reſpublica iure notatur.
9 *Reſtitutio in integrum ex cauſa abſentiæ quando concedatur.*
11 *Reſtitutus in integrum quam actionem intentet.*
12 *Reſciſſoria & officium reſcindens nunquid in eodem libello ſimul & ſemel poſſint intentari.*
13 *Reſtitutio in integrũ vtrũ poſſit ſine ſpeciali mãdato p procuratorẽ intẽtari.*
15 *Querela inofficioſi nunquid reperiatur reſciſſoria,Et quid de accuſatione.*
16 *Accuſatio omnis officio iudicis expeditur.*
17 *Iudicis officium nobile nunquid reperiatur reſciſſorium.*
18 *reſtitutione in integrum obtenta quæ actio concedatur, & intra quantum tempus,Et quid in ſtatutis.19.21.*
20 *Statutum epiſcopi & comitis eſt ius prætorium.Et quid de ſtilo & conſuetudine magiſtratuum.*
21 *Reſtitutio in integrum quid ſit.*
22 *Annus vtilis quib.actionib.currat,vt eo lapſo non amplius concedatur.23.*
Læſionis tempus nunquid reſtituendum reſtitutione in integrum obtenta.
23 *Reſtitutio in integ.an prius petenda quàm reſciſſoria poſſit intentari.*
24 *Remedium præſenti contra abſentem præſcribentem,an & quod competat.*
25 *Reſtitutio in integ.intra quantum tempus debeat peti.*
26 *Actio ſeruiana cui & p quibus rebus detur,& qñ cõpetat,& qd requirat.*
27 *Actio ſeruiana nominatur hypothecaria.*
28 *Actio quaſi ſeruiana cui & contra quem conceſſa.*
29 *Cautela ad euitandã bonorũ excuſſionem,& quando non requiſita excuſſio.*
Actio hypothecaria quæ requirat.
30 *Superficiario quæ actio conceſſa.*
Tempus non modicum quid ſit.
31 *Metum paſſo quæ actio detur,& pro quibus rebus.32.33.*
32 *Actio vtilis in rem metum paſſo data quanti ſit temporis.*
34 *Actio bonorum poſſeſſoria hæreditatis poſſeſſione cui & cõtra quẽ detur.*
35 *Actio fideicommiſſaria hæreditatis petitione quid ſit.*
36 *Hæreditatis petitio vtilis directa quo iure fideicommiſſario detur.*
37 *Actio de partu agnoſcendo quid ſit, cui & contra quem conceſſa,& quando locum habeat.*
38 *Abbas nunquid poſſit petere aliquem in monachum ſui monaſterium pronuntiari per actionem prẽiudicialem.*
Actionem prẽiudicialem quę perſonę,& contra qnos intentare poſsint.
39 *Debitor alienans in fraudem creditorum qua ſit actione obnoxius, & quando prẽſumatur ſic alienaſſe.*
40 *Actio Fauiana cui competat,item & Clauiſiana.*
41 *Bona in fraudem alienata quas actiones habeant, vt reuocentur.*
42 *Actio redhibitoria quando locum habeat.*
43 *Emptor emens rem latenter vitioſam quas intentare poſsit actiones.45.*
44 *Actio quanti ominoris quotuplex ſit.46.*
47 *Lex iuxta materiam rubricę intelligenda.*
48 *Emptio rei vitioſę quanto minoris qualiter procedat.*

¶ Secunda Actio.

7 **In rem reſciſſoria.** ¶ Secundum Ioan.† ſecũda eſt actio. circa quam primò quæro,cui detur.Dic ꝙ datur reſtitutis in integ.propter captiui tatem: vt in l.fi. C.ex qui. cau.ma. vel quia quis fuit detentus in vinculis ſeu carceribus,vt in l.ſuccurritur.ff.ex quib.cau.ma. vt propter abſentiam,vt inſtit. de act.§. rurſus. vel propter aliam iuſtam cauſam:vt ff.ex qui.cau.ma.l.j.in fi.

¶ Sed iuxta prædicta quęro,vtrum talis actio reſciſſoria detur tantum maioribus. xxv. an.lęſis ex cauſis, ex quibus. ſ. an verò detur etiam minoribus.Dic ꝙ ſic,vt probatur in l.in cauſę la. j. in §.interdum.in fi.§.ff.de mi.& quaſi per illum totum titu.Sed contra hoc facit.l.fi.C.ex qui.cau.in inte.reſt.non eſt neceſ.vbi preſcriptiones regulariter non currunt contra minores,fruſtra ergo petitur reſti.in integ.& per conſequens fruſtra quęrimus de actione reſciſſoria, quę datur poſt reſtitu. obtentam. Sed tu debes ponere caſum,ꝙ minor vendidit rem ſuam ſolenniter, quo caſu tranſtulit dominium, & ſic caret re minor venditor, quo caſu lęſus eſt,obtenta reſti.in integr.datur ſibi utilis in rem reſciſſoria, & ſic ceſſat contrarium, pro quo allego Cy. in l.fi. 4.q.C.ex qui.cau.ma.Et adde,quòd minor quandoque lęſus eſt in uẽdẽdo,& tũc ꝓcedit qđ dixi,qñq; lęſus eſt ꝓtio tm̃,& tũc ad
8 ꝓtiũ tm̃ reſtitueret,ut plene no.in l.ſi qdẽ.C de ꝓd.mi.† An aũt ꝓſcriptio ſtatutaria currat ipſo iure ꝰ minorẽ: Dic ut per Bar.& alios in d.l.fi.& per Inno.& Abb.in c.cõſtitutus. de integ. reſti Item quęro,an talis actio detur eccleſię in integ.reſti.Rñ.ꝙ ſic ut habet in cle.j.de in inte.reſt. Sed quid dicim⁹ de repu.lęſa & integ.reſti. Dic ꝙ idẽ eſt in ea,qđ ī eccleſia & minore,ut habe in l.reſpubli. C.ex q.cau.maio & ibi ꝑ doc.Sed an idẽ ſit ī fiſco vel villa.Rñ.ꝙ Roma ꝓprie eſt caput mũdi.l.j.C.de vet.iu.enu. in gl. Et ꝓprie Roma dicit reſpu. alia aũt loca dicũtur priuata, vt dicit gl.in l.ſed & ſi.§ hęc clauſula.ff.ex q.cau. ma. tm̃ quò ad propoſitũ nr̃m Roma,ciuitates oppida & villę, quę reguntur per gubernatores,& ſic per alios dicuntur reſpublic. & in §.rurſus.inſti.de actio.& d.§.hæc clauſula.Sed in caſtro,vel villa,vide quod no.per glo.& Cy.in d.l.reſpublica.vbi concluditur ꝙ nõ, de quo me remitto ad ibi no.per doc.& per Abb. & alios in c.j. in 5.col.de in inte.reſti.& ibi Abb.tenet,ꝙ etiã vniuerſitas ſcholarium,in qua ſunt multi minores,poſſit in inte.reſti. dic vt ibi. Quæro iuxta prædicta;quando concedatur reſti.in integ.ex cauſa abſentiæ, de qua ſupra vti ſic ſciamus quando competat di-
9 cta actio reſciſſoria. † Reſpond.quando petitur per præſentem contra abſentem in integ.reſti. & tunc ſufficit quæcunque abſentia,& an voluntaria: ſed quando petitur per abſentem contra præſentem, tunc oportet abſentem fuiſſe abſentem ex cauſa neceſſaria non affectata;vt qa miſſus fuit pro legato, vel ambaſiatore,vel ex cauſa probabili,vt cauſa ſtudiorum, ſecus ſi ex voluntaria cauſa non probabili,vt no.in d.§.rurſus. Et aduerte quia finita cauſa abſentiæ dantur ſinguli dies abſenti pro ſingulis 20.miliarijs ad redeũdum,vt habetur in l.j.ff.ſi quis cau. & iſti dies habentur pro abſentia,& ſi plus diſtulerit abſens,imputabitur abſenti ex hoc læſo,vt habetur in d.§.rurſus.& in l. ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.ff.ex quibus cauſ.ma.Et attẽde quia in longo itinere pro qualibet hebdomada ad redeundum abſens habere debet vnam diem quietis vltra dictã diem pro ſingulis 20.miliarijs:vt not.in glo.ſinguli.in c.cupientes.§.ꝙ ſi per 20.extra,de elec.lib.6.An autem in ſtatutis vel conuentionib. facientibus mentionem de dieta vel reſcriptis intelligitur de legali prædicta, an verò ſecundum conſuetudinem & vulgi opinionem,dic vt habetur in c.nonnulli.de reſcrip. vbi per glo.& doc.Item quæro,quid ſi abſens vſucapiat,vel præſcribat rem abſentis, vtrum detur talis reſtitutio, & per conſequens actio reſ-
10 ciſſoria. † Dic ꝙ ſic,cauſa eſt in l.ſi ff.ex quib.cauſ.ma.& ſic priuilegiatus vtitur ſuo priuilegio contra alium priuilegiatũ pari priuilegio. Et eſt ratio: quia vtens priuilegio tractat de damno euitando, ſed ille contra quem tractat de lucro, ſecus autẽ ſi vtrique tractarent de damno euitando,vt in l.ſi minor 25.an. filiofam.in prin.ff.de mino. niſi vnus vtens priuilegio prætenderet iuſtiorem cauſam:vt in l.verum.§.fin.ff. de mino. de quo arg.dic per Cy.& doc.in auth.quas actiones.C.de ſacroſanc. eccleſ.Secundò principaliter quæro, contra quẽ datur talis actio. Dic ꝙ datur contra eum,qui propter læſionem illius, qui fuit in integ.reſti.acquiſiuit.Et aduerte: quia cum talis actio ſit realis, per conſequens ſequitur rem ad quemcunque vadat, & ſic datur contra illum,contra quem daretur ciuilis actio realis.l.officium.ff.de rei vend.& quod no.inſti.de act.§.j.& in §.aliæ. ſecus autem ſi eſſet actio perſonalis,de quo vide in d.l.in cauſę.§.fin. & l.ſeq.ff.de mino.Tertiò principaliter quæro ad quid detur talis actio in rem reſciſſoria,& pro quibus rebus.Reſpon. ꝙ datur ad illud idẽ ad quod dabatur illa prima actio realis, antequàm eſſet præſcripta,vel vſucapta, arg. eorum quæ dixi ſupra proxi. q.& datur tam pro rebus mobilibus quàm immobilibus:vt declarat Cyn.in d.l.fin.in 4.q.C.ex quibus cau.ma.Item datur nõ ſolum ad res corporales, ſed etiam incorporales. † Et ſi vis ſci-
11 re,quam actionem in integ.reſti.intentet. Pręmitto,ꝙ aliud eſt iudicium reſcindens,& aliud eſt reſciſſorium.Reſcindens iudicium eſt reſti.in integ. quæ imploratur per officium iudicis aduerſus obſtaculum vſucapionis vel præſcriptionis, de quo in l. ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.ff.ex quibus cau.ma. Reſciſſorium iudicium eſt,cum quis poſt reſtitutionem cõceſſam petit rem vtili actione:quę primò directa erat, ſed per vſucapionem vel præſcriptionẽ facta eſt vtilis: quia dominus rei qui habebat directam perdidit eam per vſucapionem vel præſcriptionem: & per iſtam talem actionem reſciſſoriã reſtituitur læſus in eo quod perdidit:quia quod abſtulit læſio, illud idẽ reſtituit, ſeu reſtaurat reſtitutio.l.ꝙ ſi minor.§.reſtitutio.ff.de mi. & ſcire debes ſecundum gl.ꝙ reſciſſoria non eſt proprium nomẽ actionis,ſed eiectio quædam,vt dicit glo.in d.§.ſed quod ſimpliciter. ſicut dicimus de actione de peculio, tributoria, exercitoria & inſtitoria,ſm Barto.in l.fin.ff.ex quib.cau.ma.Et dicitur natiua natura non datiua: quia naſcitur ex dominio directo quod reſidebat penes ipſum reſtitutum,quod verum eſt, ſi prima actio nõ erat in totũ ſublata per vſucapionẽ,vel præſcriptionem,ſed erat inefficax: ſecus ſi primitiua actio ī totũ fuit ſublata, nã tũc dr̃ datiua,cũ nõ habeat ꝑexiſtentẽ materiã,ſed datur a ſolo ꝓto re,vt l.in honorarijs.ff.de act.& obl.Et iſta licèt ſit reſciſſoria annalis:tm̃ perpetuat ꝑ litis cõte.ſecus in officio reſcindẽte: qa tũc tale officiũ reſcindẽs dẽt inchoari & finiri intra quadriẽniũ.l.fi.
12 de tẽp.in inter.reſti.petẽdę. † Et dr̃ iſta actio reſciſſoria realis habito reſpectu ad actionẽ ī cuius locũ ſubrogat.ſ.vtilis actio cõfeſſoria vel negatoria reſciſſoria;vt colligit ex no.ī gl.in d.§.rurſus.Et gl.ꝯcludit,ꝙ talis actio reſciſſoria eſt adiectio & nõ propriũ nomẽ actionis, ſicut dicimus in actione de peculio, de in rẽ verſo.Et ꝓpea in integ.reſt.intẽtabit primũ actionẽ realẽ vel perſonalẽ,prout erat prima,q̃ dr̃ reſciſſoria;& iſta eſt cõis opin. de quo etiã vide qđ habet in d.l.fi.& ibi per Cy. C.ex quib.cau. ma. Quærit modò, an in eodẽ libello poſſit intẽtari reſciſſoria & officiũ reſcindẽs ſemel.Dic ꝙ ſimpliciter nõ põt.l.fi.& l.fundum.ff.de exce.ſecus ſi intentet ſucceſſiue:vt dicit gl.magna in d.l.q de inoffi.ff.de inoffi.teſt.Et no.ꝙ ſi prima actio nunquàm competit,

Source : BIU Cujas

competit,vt in caſu.l.ſi quis Titio.& l.ſi quis ſtipulatus.ff.ex q̃bus cauſ.ma.ſi ipſo iure eſt ſublata,vt per vſucapionem : vt not. Barto.in l.in honorarijs.§.ſed cum reſciſſa.ff.de act.& obliga.eſt neceſſe,q̃ in limine iudicij intentetur officium iudicis reſcindens:aliter repelleretur tanquàm agens ſine actione.l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de nego.geſt. Sed ſi prima actio competit etiã hodie:ei tamen obſtat exceptio, vt in præſcriptione lõgiſſimi temporis:vt per Barto.in d.§.ſed cum reſciſſa. Ibi bene poterit intentari illa prima actio,& ſi exciperetur de præſcriptione per viam replicationis,& ſic incidenter poterit proponi reſtitutio in integrum & ſic officium iudicis reſcindens:pro quo vide qđ not.Bar.& Paul.de Caſt.in l.nam & poſtea.§.ſi minor.ff.de iure-
13 iur. † Et aduerte, q̃ ſi proponitur talis reſtitutio principaliter p̃ procuratorem,requiritur ſpeciale mandatum.l.illud.§.ſi talis. ff.de mino.ſecus ſi proponatur incidenter:vt habetur per doct: in d.§.ſi minor.quod not.Et de hoc, vtrum actio ſemel extincta amplius reuiuiſcat,vide Bar.in l.Meuius.§.duobus.ff.de lega. 2.& vide etiam in l.qui rem.§.aream.ff.de ſolu.Item attende:q̃ alia eſt actio reſciſſoria reſtitutoria : vt quando reſtituitur prima actio quæ erat præſcripta:vt ſupra patet.Alia eſt actio reſciſſoria inſtitutoria:vt quando quis reſtitu.in integrum ad actionem quam nunquàm habuit, ſed habuiſſet , ſi occupatus ex iuſta cauſa non fuiſſet,vt probatur in l.ſi quis Titio. & in l. ſi quis ſtipulatus.ff.ex quibus cauſ. ma. & ibi per Bald.& nota.Cyn. in præal.l.fi.Et tunc iſta actio reſciſſoria dicitur eſſe proprium nomen actionis,non autem adiectio,quando reſtituitur prima actio quæ fuit in rerum natura ſemel:nam tunc hoc vltimo caſu non eſt proprium nomen actionis, ſed proprium nomen eius eſt nomen primæ actionis cũ iſta adiectione reſciſſoria, vt not. in d.l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.& ibi per Bal. & de iſta materia vide per gl.& doct.in d.§.rurſus.& in d.§.ſed quod ſimpliciter.vbi etiam per Bar.& Bal. vbi plenè habetur de iſta materia,& in l.quod tempore.C.de reſtitu.mili.& d.l.fi.C.ex quib. cau.ma.Ex prædictis vltra ordinẽ Io. in arbore infero ad quaſdã aliàs actiones reſciſſorias p̃ quas dico Ioã.fuiſſe defectiuũ, vt ſtatim ſubdo.Et hoc certè negari nõ p̃t, ſi rectè cõſideremus.

¶ Tertia Actio.

14 **In perſonam reſciſſoria.** Tertia eſt actio † circa quam,q̃ a eius intellectus pendet ex prædictis non inſiſto, de qua not.in gloſ.in d.§.rurſus.& habẽt in d.l.fi.& ſic datur illi q̃ eſt in integ. reſti.ad actionẽ p̃ſonalẽ q̃ ſibi ante læſionẽ cõpetebat & ꝫ illũ ꝫ quẽ poterat intẽtari illa prima actio p̃ſonalis, anteq̃ eſſet p̃ſcripta,vt in l.patri.§.minor.ff.de mi. & dat̃ ad illud ad qđ prius dabat̃ ipſa actio,anteq̃ eſſet p̃ſcripta,ar.eorũ q̃ s̃.dixi , ar.§.quos aũt.inſti.de bon. poſ.licèt Io.ĩ arbore ſua ſolũ fecerit mẽtionẽ de actione ĩ rẽ reſciſſoria:& ſic minus p̃fecte,vt patet ex p̃dictis.

¶Quarta Actio.

15 **Mixta reſciſſoria.** ¶Quarta eſt actio, † & hæc talis actio datur in integ. reſtitut. cui primo ante læſionem dabatur actio mixta, vt eſt petitio hæreditatis fa.er.commu.di.fi. regũ. de quibus actionibus mixtis habẽt in § q̃dã.inſti.de act.Et dat̃ ꝫ illũ ꝫ quẽ illa prima actio mixta dabatur , per not.in §.rurſus.& per Cyn. in d.l.fina.

¶Sed quæro, nunquid reperiatur querela inofficioſi teſtamenti reſciſſoria. Reſpon.ſic,& pone exemplum vel caſum, q̃ hæres adita hæreditate ſe abſentauit,& ſtetit abſens per quinquẽnium & vltra,& ſic expirauit talis querela inofficioſi teſtamenti ab adita hæreditate per lapſum quinquennij, vt in l. Papinianus.§ ſi conditioni.ff.de inoffic.teſtam.& in l.ſancimus.§. illud.C.de inoffi.teſta. & quod habetur in d.§ rurſus. certè tali reſtitutione obtenta dabitur exhæredato vel habito pro exhæredato,cui competebat querela, vtilis querela inofficioſi teſtamenti reſciſſoria,ar.no.per glo.& doct.in d.§.rurſus.Et audi mirabile:quia talis querela vbi per prius ante reſtitutionem & ante læſionem poterat moueri vſque ad quinquennium per dicta iura:nunc poſt reſtitutionem obtentam debebit moueri intra annum vtilem per l.in honorarijs.§.ſed cum reſciſſa.ff.de act. & obliga.& quod habetur in d.l.fi.C.ex quibus cauſ. ma. quod not.ad limitationem prædictorum iurium , qui doc. non tangunt.Aduerte tamen: quia talis querela inofficioſi teſtamenti non eſt propterea actio,nec accuſatio, ſed tenet medium inter vtrunque:vt not.in l.poſthumus.§.ſi quis ex his.ff.de inoffic.teſtam.& vide gloſ.ſuper rubr.inſtit. de inoffic. teſtam.

16 ¶†Quæro,nunquid reperiatur accuſatio reſciſſoria. Dico q̃ ſic,per ſupradicta, & pone exemplum iſto modo. Tu ſcis,q̃ accuſationes vt plurimum ſolent dari vſque ad 20.annos.l.querela.C.ad leg.cor.de Fal.licèt actiones omnes regulariter durent 20
30.an.l.ſicut.l.omnes.C.de præſcrip.30.vel 40.an.& inſtitu. de perpe.& temp.actio.in princip.Pone ergo exemplum in crimine falſi:& ſic q̃ falſarius ſtetit tandiu abſens,q̃ præſcriptum eſt illi accuſationi de falſo, eo reuerſo petitur reſtitu. in integrum ex clauſula generali:de qua in l.j.in fi. ex quibus cauſ. ma. &in præallega.§.rurſus. certè obtenta tali reſtitu. in integrum dabitur & conceditur illi reſtitutio dicta accuſatio reſciſſoria intra annum vtilem tantum:per d.§.ſed cum reſciſſa.quod no.Et aduerte: quia omnis accuſatio expeditur officio iudicis nobili ad publicam vtilitatem:vt per Barto.in l.imperium.ff.de iuriſdict. omnium iudicum. ſed tamen communiter appellatur accuſatio,& non officium iudicis ſimpliciter, argum. l. cum delanionis.§.aſinam molendinariam.ff.de fun.inſtruct. vnde nimirum ſic formo quæſtionem de accuſatione ſimpliciter : & non ſub nomine officij iudicis:de qua infra ſtatim dico.

¶Rurſum quæro, nunquid reperitur officium iudicis nobi-
17 le reſciſſorium,quòd de mercenario non eſt dubium.† Reſpõdeo quòd ſic,& pone exemplum, quòd inceptum eſt quadriẽnium contra Titium ad petendam reſtitu.in integrum per aliquem maiorem,vel minorem:iuxta.l.fina. de tempor. in integrum reſtit.pe.Titius ſe abſentauit,& eo abſente expirauit quadriennium,eo reuerſo proponitur reſtit.in integrum per officium iudicis nobile reſcindens ad reſcindendam præſcriptionem lapſi temporis illius quadriennij : quod eſt continuum in ſui progreſſu,licèt ſit vtile in ſui princip.vt in d.l.fin.qua reſtitutione obtenta reſtituitur illi reſtituto primum officium iudicis vtile,quod appellatur decetero reſciſſorium , licèt primum eſſet officium iudicis reſcindens:vt patet ex prædictis, quo etiam officio reſciſſorio intentato intra annum vtilem , per dicto §. ſed cum reſciſſa.reſtituetur ei prima actio perſonalis, vel realis, vel mixta,per not.in dicto §.rurſus. Et ſic vides mirabilia. Primum,quòd officium iudicis reſciſſorium efficitur officiũ iudicis reſcindens.Secundò, quòd vbi tale officium iudicis reſcindens ſolet poſſe intentari intra quadriennium, per dicta l. fina. nunc poterit intentari intra annum vtilem,per ſæpius alleg.§. ſi cum reſciſſa.cum ſit eadem ratio in officio iudicis nobili, quę eſt in actione quantum ad propoſitum noſtrum,ergo idem ius eſſe debet.l.illud.in fin.ff.ad leg.Aquiliam.cum ſim.Nam ſemper etiam prima actio quæ erat directa ante reſtitu. obtentam nunc regulariter datur vtilis,quæ dicitur reſciſſoria , ſiue prima actio ſit ex contractu,vel quaſi,ſiue ex maleficio,vel quaſi:ſecũdum Cyn.in dicta l.fina.C.ex quibus cauſ.ma. quod nota.ad limitationem.l.petendæ.C.de temp.in integrum reſtitu.pe.

18 ¶†Quæro quare obtenta reſtitutione in integrum reſtitut. prima actio vtilis & non directa, & quare debet intentari ſolũ intra annum vtilem:& maximè ſi ſit actio rei perſecutoria,quę ſolet dari vſque ad 30.annos,etiam ſi ſit prętoria:vt habetur inſtitu.de perpe.& temp.actio.in princip. Dic ſecundum doct. q̃ ideo eſt:quia cum prima actio eſſet ſublata per remedium iuris ciuilis,puta præſcriptionis,vel vſucapionis:vt inſtitu.de vſucapio.in princip.idcirco non potuit prætor contra ius ciuile reſtituere actionem extinctam , niſi quantum ad effectum dando vtilem actionem,argumen.§.quos autem. inſtitu. de bono poſſeſ.& quia iſta actio datur contra ius ciuile, ſm qđ prima actio erat extincta,vel nullius effect⁹, p̃ p̃ iſta actio reſciſſoria durat ſolũ anno vtili:vt in d.§.ſed cũ reſciſſa.ibi,q̃a ꝫ ius ciuile ſecus aũt ſi actio p̃toria rei p̃ſecutoria eſſet inducta in nõ p̃uiſo à iure ciuili;q̃a tũc p̃petuò,ideſt 30.annis duraret,vt in d.prin.inſtit.de p̃pe.& tẽp.act.ar.p̃dictorum.qđ not. multũ ſingulariter.

¶Quæro iuxta p̃miſſa,pone q̃ p̃ ſtatutũ factũ ab epiſ.comite,vel marchione,qđ eſt ius p̃toriũ ſm Bar.in l.5.ĩ prin.ff.de ver. obl.& in l.ambitioſa.ff.de decre.ab ordi.faci.inducit̃ ĩ aliquo caſu nõ p̃uiſo a iure ciuili vſucapio,vel p̃ſcriptio aliqua: vtrũ tũc ſi petat & obtineat̃ in integ.reſtit. aduerſus illã vſucapionẽ vel p̃ſcriptionẽ ex aliqua cã a iure cõceſſa,dabit̃ prima actio reſciſſoria ſolũ intra annũ vtilẽ,& nõ vltra,& vr̃ dicendũ, q̃ det̃ ſolũ
19 intra annũ p̃ dictũ §.ſed cũ reſciſſa.In ꝫriũ facit, † q̃ det̃ & intẽtari poſſit ĩtra illud tps,intra qđ prima poterat ĩtẽtari,anteq̃ ille læſus eſſet:q̃a iõ talis actio reſciſſoria dat̃ tm̃ ꝫ.annũ vtilẽ: q̃a dat̃ ꝫ vſucapionẽ vel p̃ſcriptionẽ inducta a iure ciuili,p̃ quã cẽſet ſublata prima actio quãtũ ad effectũ : vt dixit text.in d.§.ſed cũ reſciſſa.in fi.Sed in q̃ſtione p̃poſita dat̃ talis actio ꝫ ius prætoriũ,qđ induxerat ĩ caſu illo vſucapionẽ vel p̃ſcriptionẽ,& ſic nõ dat̃ ꝫ ius ciuile ſm qđ talis actio inducta p̃ ſtatutũ p̃torium nõ erat vſucapta vel p̃ſcripta,ergo &c.Quid dicemus,cogita ſuper hoc,ſed forte melius eſt dicere, q̃ tunc vltima pars ſit vera, ar.a rõne ceſſante,de qua in d.§.ſed cũ reſciſſa.in fi. Aduerte tñ in eo qđ s̃.p̃ſuppoſui ſm Bar.tale ſtatutũ eſſe ius p̃toriũ , p̃ut et tenuit Bar.in l.oẽs populi.ff.de iuſt.& iur.p̃ c.2.de maio. & obe. & c.2.de ꝫſti.li.6.Idẽ dixit Bar.in l.fin ff.de pœnis.& in l.2.ff.de bo.poſ.tit.gn̄ali.& in l.2.§.fi.ff.de vſuc.,p̃ empto.idẽ dixit Bal.in l.ſiue pars.C.de dila.& in l.ſi p̃diũ.C.de ædil.act.& in l.id qđ pauperib.C.de epi.& cle.in ver.tertiò q̃ro & in rubri.C.q̃ admit.ad bo.poſ.poſſunt.& p̃ eũdẽ in repetitione.l. Emilius ff.de min. &
20 in l.certũ.C.vnde cognati.in verſ.ſequit̃ videre de ſecũdo. † & ibi ẽt habet̃ qđ de ſtilo & cõſuetudine magiſtratuũ, an ſit ius p̃toriũ.Sed aduerte:q̃a Bal.ĩ l.receptitia.circa prin.C.de ꝫſti. pec. dicit,q̃ immo eſt ius ciuile,& idẽ dixit Ang.in l.4.§. Cato ff.de ver.ob.qñ iſti nõ vice alterius ſtatuũt,ſed p̃prio iure, de quo ẽt vide p̃ Lu.de Ro.ĩ d.l.3.ĩ prĩ. & ĩ l.j.C. q̃ admit.vide ĩ gl.ĩ verbo, obſeruet̃.ĩ c.j.ſi de ĩue.ĩter do.& vaſ.lis ori.Et q̃ sũt iſti, q̃ iure p̃prio hoc faciũt, tãq̃ ñ recognoſcẽtes ſup̃iorẽ,hĩ & ĩ l.j.§.de qua

Source : BIU Cujas

re.ff.de poſtu. & per Bart. in l.infamem.ff.de publ.iud.& in l.nō ambigitur.ff.de legi.& per canoniſtas in c.cum te.de re iudi.& per Anto.de Butr.in c.per venerabilem.qui fil.ſint legi.ſed ſi recognoſcunt ſuperiorem;tunc ſit vera opinio Barto. per d.gloſ. & de hac materia vide per Abb.in c fin.de offic.leg.& quod dixi in c.conſtitutio.2.diſtin.in 2.quæſt.dic vt ibi ſcripſi, ex quib. patet,an dicta quæſtio procedat.

¶Quæro nunquid in caſu prædicto actio reſtituta erit ciuilis an prætoria. Videtur ꝙ ſit prætoria,per d.§.rurſus.ſed forte eſt melius dicere,ꝙ tunc ſit ciuilis,ex quo non datur contra ius ciuile,ſed potius ſecundum ius ciuile per d.§.quos autem.ſuper quo tamen cogita.Tu autem dic, ꝙ ius ciuile ſuper hoc non prouidet in concedendo talem reſtitutionem in integrum, ſed ſolum ius prætorium. Et ideo ſemper debet dici prætoria, ex quo ſemper reſtituitur auctoritate prætoria:vt in d.§.rurſus, & non auctoritate legali:tene menti iſtas conſiderationes, quia doct. non ponunt.

21 ¶†Quæro quid ſi prima actio non durabat per annum, ſed forte tantum per ſex menſes ex forma ſtatuti ciuitatis, vtrū dabitur prima actio reſciſſoria intra annum vtilem.Videtur ꝙ ſic, per d.§.ſed cum reſciſſa.ſed contra facit,quod no.Cy.in d.l.fi.C. ex quib.cau.mai.in 6.q.in fi.& ideo vī dicendū,ꝙ ſi prima actio erat longioris vitæ q̄ actio reſciſſoria, ꝙ actio reſciſſoria dēt intra annum vtilem tantum, vt in d.§.ſed cum reſciſſa. Si verò prima actio erat breuioris vitæ: tunc actio reſciſſoria erit eiuſdem vitæ & eiuſdem temporis: vt videtur probari in l.fi.ff.de mino.& in l.ſed & ſi per prætorem.§.quoties.ff.ex quibus cauſ. maio.Ratio eſt; quia ſicut propter abſentiam quis non debet damnum pati,ita nec lucrum.l.3.ff.ex quib.cau.maio.

¶Quæro, pone ꝙ fui læſus propter abſentiam aduerſarij in annis 10 fui in integrum reſtitutus,per l.j.in fi.ff.ex quibus cau. ma.cum ſi nonne reſtituuntur mihi illi 10.anni, in quibus fui læſus.Videtur ꝙ ſic:quia reſtitutio eſt in priorem ſtatum repoſitio.l.ꝙ ſi minor.§.reſtitutio.ff.de mi. Si ſic, nunquid potero ēt poſt annum,intra quem debet actio reſciſſoria intentari, intra tamen illos decem annos ius meum proſequi, & deducere in judicium. Et videtur ꝙ non, per d.§ ſed cum reſciſſa. Sali.verò in d.l.fi.verſ.oppo.10.& fortiter dicit,ꝙ non videt rationem quare non,ex quo ſum intra tempus mihi reſtitutum: & ſuper hoc dicit cogitandum:quia iſta tranſcendunt ſenſum ſcholaſti
22 cum.† Sed quidam doctor dicit, ꝙ aut prima actio erat omnino ſublata,vt in vſucapione rei mobilis: & tunc debeo ſolum intra annum vtilem ius meū deducere,ita intelligatur d.§.ſed cum reſciſſa.cum ſimi.Aut prima actio non erat ipſo iure ſublata:vt in præſcrip.rei mobilis,per quam acquiritur dominium ſolum vtile præſcribenti:& remanet in perſona mea,cōtra quā præſcriptum eſt dominium directum: & per conſequens durat directa rei vendicatio per ea,quæ habentur,inſtit.de vſucap.in prin.& tunc prima actio, ideſt directa rei vendicatio poterit intentari,etiam poſt annum vtilem, intra tamen illos decem annos,ex quo illa prima actio ſublata non erat. Idem etiam ſi loquitur in præſcriptione longiſſimi temporis, per quam ſecundum communem opinionem non tollitur actio, ſed ſolū paratur exceptio præſcriptionis 30.vel 40.anno. vt habetur in dicto princip.inſtitu.de vſuca.cum ſimi.Et in iſtis duobus caſibus vltimis ſi intentabo primam actionem, quæ durat, & aduerſarius meus excipiat de præſcriptione longi, vel longiſſimi temporis,etiam poſt annum vtilem replicabo de reſtitutione in integrum,per prius mihi conceſſa per ſupradicta. Mihi autem videtur dicendum, ꝙ per reſtitutionem in integrum obtentam mihi reſtituatur totum tempus,in quo fueram læſus, ſed attende omnino:quia debebo intra annum vtilem in omni caſu, & in omni præſcrip.ius meum deducere in iudicium: per d.§.ſed cum reſciſſa.ſed illa actione reſciſſoria deducta in iudicium intra annum vtilem,tunc ex vi proprię naturę illius primę actionis,quæ appellatur reſciſſoria:ipſa actio debet durare intra tantum tempus,quantum abſtulerat læſio,per d.§ reſtitutio.ſed nihilominus ſi lis fuerit conteſtata ſuper ipſa actione reſciſſoria intra annum vtilem,ipſa actio perpetuabitur,non ex ſui natura propria,ſed ex vi perpetuationis factæ per litis conteſtationem, iuxta ea quæ habentur in d.l.fi.de præſcri.30.vel 40. anno. quia actio reſciſſoria etiam perpetuatur per litis conteſtationem:vt habetur in d.l.fi.& ibi per doct.& no.in l.ſed & ſi per prætorem. in §.quoties.ff.ex quibus cau.ma.nec mihi placet,ꝙ ſi quis intra annum vtilem non deduxerit in iudicium ius ſuum per actionem reſciſſoriam,ꝙ admittatur ad perſequendum ius ſuum: ſi ſibi ſupereſt aliquid de tempore ſibi reſtituto, in quo fuerat læſus;quia illi anni vtiles dantur ad principiandum & initiādum iudicium in actione reſciſſoria.Ita intelligo dictum § ſed cum reſciſſa.quem puto procedere non ſolum quando prima actio erat in totum extincta, ſed etiam quando durabat, ſed contra eam exceptio præſcriptionis obſtabat.

23 ¶†Quæro,vtrum actio reſciſſoria,quæ(vt dictum eſt) debet intentari intra annum vtilem,ſemper tollatur anno vtili. Videtur ꝙ ſic,per d.§.ſed cum reſciſſa.& per d.l.fi. Tu dic ſecundum Cy.in d.l.fi.ꝙ aut talis actio reſciſſoria competit propter in integrum reſtitutionem petitam officio iudicis nobili: vt in toto titulo.ff.& C.de mino.& in toto titu.ex quibus cau.maio.& tūc durat tantum vno anno vtili:vt in dictis iuribus. Aut competit propter reſtitutionem petitam iure actionis.& ſic de iure communi,vt per actionem quod metus cauſa, vel actione de dolo, vel per remedium ſenatuſconſulti Velleiani, quod datur mulieri intercedenti pro alio,& tunc non finitur anno, ſed durat perpetuò in eo,in quo continet rei perſecutionem ſecundum Cy.& Ang.in d.l.fi.& hoc probatur in l.ſi cum excepit.§.ſatis clementer.ff.qđ met.cauſ.& qđ habetur.l.metū.§.volenti.eo.titu.

¶Quæro,vtrum prius debet peti reſtitutio in integrum, antequàm poſſit intentari actio reſciſſoria: Breuiter dic ꝙ ſic, ſecundum communem opinio.de qua probatur in l.ab hoſtibus. § ſed quod ſimpliciter.ff.ex quibus cau.& per Cy. in l.fi. C.eod. titu.& habetur per Dy.& glo.in d.§.rurſus.

¶Sed contra omnia prædicta oppono, ꝙ nulla reſtitutio in integrum ſit neceſſaria,immo ꝙ nemo audiatur ad petendum reſtitutionem in integrum vbicunque abſens præſcript. contra maiorem præſentem,primo:qa præſens potuit præſcriptionem vel vſucapionem interrumpere ſecundum modos traditos in l.vt perfectius.C.de anna.excep. Præterea nonne contra abſentem potuit præſens mitti in poſſeſſionem vel rei petitæ, vel pro menſura debiti declarati: & ſic venire ad venditionem bonorum ex ſecundo decret.vt in titu. ex quibus cauſ.in poſſ. ea.& quod habetur in c.quoniam frequenter. circa finem. extra vt lite non ꝓteſt.& probatur in l.ſi finita.§.Iulianus.de dam. infec.Solu.dic vt not.glo.notabilis in l.is qui reipublicæ cauſa. ff.ex quibus cau.ma.Et breuiter ſecundum Barto. ibidem in l.is
24 qui. † dic,ꝙ nullum remedium competit præſenti cōtra abſentem præſcribētem,niſi potuerit per præſentem deueniri ad diffinitiuam ſententiam contra abſentem; vt quia abſens reliquit procuratorem in ciuitate, contra quem potuit ad ſententiam diffinitiuam deueniri,vt ibi, vel quia abſens habebat in ciuitate vicinos vel amicos vel coniunctos,qui abſentem defendiſſent, ſi per præſentem requiſiſti fuiſſent, niſi enim requirantur per præſentem,ſibi denegaretur in integrum reſtitu.l.item ait prætor.in §.defendi.cum l.ſeq.ff.ex quibus cauſ.ma.quod not. Alia autem remedia de quibus in ar.non impediunt reſtitutionem in integrum: quia cum talis reſtitutio detur propter lucrū abſentis,non poteſt abſentis opponere culpam præſenti, ex qua ipſe abſens ſentit lucrum:vt in l.cum fundo.§.j. & ibi not.ff.de iur.dot.facit qđ habetur in l.vendicationē.& in l.ſeq.ff. de euic.

¶Ex quibus ego infero, ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ contra abſentem poſſit deueniri ad ſententiam diffinitiuam, ꝙ iſto caſu nullus preſens,cuius actio eſſet per abſentem præſcripta, poſſet petere reſtitutionem in integrum,ex quo præſenti conſultum erat per remedium ſententiæ diffinitiuæ per ea quæ habentur in d.l.is q reipublicæ cauſa. quod not.

¶Vltimò quæro intra quantum tempus debet peti reſtitu-
25 tio in integrum tam per maiores quàm per minores. † Breuiter dic ſecundum Barto.in d.§.ſed quod ſimpliciter.ꝙ aut reſtitutio in integrum proponitur aduerſus ſententiam, vel aliquē contractum,& tunc debet proponi intra quadriennium,quod à ſui principio eſt vtile, & in ſuo progreſſu continuum, licèt olim deberet proponi intra annum vtilem, vt habetur in d.§. rurſus.& in l.petendæ.C.de tempo.in integrum reſtitu. pe. Aut nos loquimur de reſtitu. in integrum petita aduerſus lapſum temporis, ideſt aduerſus vſucapionem vel præſcriptionem. Et tunc aut tempus læſionis maius erat, quàm quadriennium, & tunc debet proponi reſtitutio intra quadriennium tantum per d.l.petendę. Aut erat minus tempus quàm quadriennium: & tunc debet peti intra tantum tempus,quantum fuit tempus læſionis per d.§.quoties.& l.fi.ff.de mino. quod tamen tempus à principio ſui vtile erit,ſed in ſui progreſſu continuum,ſicut dicimus in quadriennio per d.l.perēdę.arguendo de toto ad partem.l.quæ de tota.ff.de rei vendicatio.licèt Cyn. in d.l.petendæ. voluerit,quòd in omni caſu reſtitutionis petendæ concedatur quadriennium.

¶Quinta Actio.

Seruiana pro rebus Coloni.

¶Quinta actio eſt. Et iſta actio datur domino,vel quaſi fundi ruſtici,qui talem
26 fundum ruſticum locauit,vel ad partem fructum dedit: † & datur pro conſequendis rebus ipſius coloni inuectis vel illatis in dictum fundum ruſticum, & datur contra ipſum conductorē illius fundi ruſtici:& etiam contra quencunque poſſidētem res illas inuectas & illatas,quæ ſunt tacitè pignori obligatæ ipſi locatori,vt plenè habetur in §.item ſeruiana.inſtit.de act.vbi plenè de natura iſtius actionis in l.ſi fundus. § in vendicatione.ff. de pig.Et aduertè:quia iſta actio appellatur hypothecaria, ſicut actio quaſi ſeruiana.iſtud probatur in l.apud Celſum.§.idē tractat.ff.de doli except.& vide text.in d.§.item ſeruiana.Attende tamen,ꝙ talis actio ita demum locum habet, ſi dominus ſciuit illas res fuiſſe illatas in dictum fundum, ſecus ſi ignorauit: quia

tunc

Source : BIU Cujas

tunc non ſunt tacitè pignori obligatæ, vt habetur in l.certi iuris. C. loca.

¶Item locum habet talis actio, ſiue talis colonus nūmis colat, ſiue etiam fit partiarius. Et etiam non datur ſolum pro penſione ſeu affictu, ſed etiam pro deterioratione ipſius fundi, vt probat glo. in d.§.item ſeruiana.ſuper verbo,quis.

¶Nota, ꝙ etiam ad hoc vt iſta actio ſeruiana competat, requiritur primo habilitas obligantis, vel conducentis ſecundū gloſ.in l.item quia.ff.de pact.ſcilicet ꝙ non ſit pupillus:ſed talis, qui poterit expreſsè obligare. Secundò requiritur habilitas rei obligatæ,ſcilicet ꝙ ſit talis,quæ obligari poſſit, vt in l.ob æs.C. de act.& obligat.aliàs ſecus,puta ſi eſſet liber, domus vel res ſacra.Tertiò ꝙ conductor habeat tale ius in ipſa re, quod obligare poſſit.l.qui filios.in fi.C.quæ res pig.obliga.poſſ.Quartò,ꝙ ip ſæ res fuerint illatæ eo animo in re loca. vt ibi ſint perpetuò & non ad tempus:vt nota.in §.item ſeruiana.& l. debitor.ff.de pigno.Quintò requiritur,ꝙ ſit res,quam veriſimiliter quis in ſpecie eſſet obligaturus.l.obligatione generali.ff.de pigno. Sextò ꝙ res à te poſſideatur.l.vnic.C.de alie.iud.mut.cau.fa. Septimò ꝙ locator ſciuerit illa inuecta & illata cum diſtinctione tamen, de qua in d.§.item ſeruiana.vt ſtatim prędixi.

¶Sexta Actio.

Seruiana pro rebus inquilini.

27 ¶Sexta eſt actio. † Et iſta datur domino fundi vrbani, ſiue ſit in rure,ſiue ſit in ciuitate;quia locus non facit prædium vrbanum vel ruſticum, vt habetur in ſti.de ſerui.§.j. Quando ſcilicet dominus vel quaſi vult per iſtam actionem ſeruianam, quę hypothecaria appellatur, proſequi res inuectas vel illatas in fundum vrbanum ſeu domum, quæ ſunt domino tacitè obligatæ. l.2.ff.quib.mod.pig.vel hypo.taci.contrahi.& gloſ. in d. §.item ſeruiana.ſuper verbo,coloni.in princi. Et datur tam contra inquilinum quàm cōtra quemcunque tertium poſſeſſorem illarum rerum,per d.l.ſi fundus.§.in vendicatione. Et datur contra poſſeſſorem illarum rerum tacitè obligatarum tam pro merce de ſeu debita penſione ipſi domino, quàm pro deterioratione dictę domus,ſeu fundi vrbani,ſicut actio hypothecaria:vt in d. l.2.& habetur in d.§.item ſeruiana. Et aduerte, ꝙ licèt illa demum inuecta vel illata per colonum in prædio ruſtico ſint tacitè pignori obligata,ſi dominus ſciuit,ſecus ſi ignorauit, vt dixi ſupra proxima actione: tamen inuecta & illata per inquilinum ſunt tacitè pignori obligata,ſiue dominus,ſeu locator ipſius domus ſciuerit, ſeu ignorauerit illa eſſe inuecta ſiue illata per ea,quę habentur in d.l.certi iuris.C.loc.ſecus autem in colono:vt ſupra ſtatim dixi. Et quæ ſit ratio differentiæ inter iſtā actionem & præcedentem,vide glo.in d.§.item ſeruiana. & qđ habetur in d.l.certi iuris.Et quamuis Ioan.in arbore vnam tantum poſuerit deſeruientem illis duab.actionib.tñ gratia cōmodioris intellectus ego diuidere volui in duas,arg.§.ſed ne in primis.inſtitu.de lega.

¶Septima Actio.

Quaſi ſeruiana, ſeu hypothecaria.

28 ¶Septima eſt actio. † Et iſta datur cuicunque creditori,qui prętendit habere & habet obligata bona ſui debitoris vltra ſupradictos duos caſus,de quibus diximus in duabus proximis actionibus,vt probatur in §.item ſeruiana.inſtit. de actio. Et datur tam contra debitorem quàm contra quencunq; tertium poſſeſſorem, vel detentorem rerum obligatarum vel tacitè, vel expreſsæ cum ſit actio realis, vt habetur in d.l.ſi fundus.§.in vendicatione.& in l.pignoris perſecutio.ff.de pignor. Et datur, vt creditor conſequatur ſecuritatem in illis rebus ſibi obligatis eidem relaxandis per detentorem, vel poſſeſſorē, ſeu debitorem. Et hoc ſiue illa bona fuerint mobilia, ſiue immobilia,vt eſt caſus in d.§.item ſeruiana.ibi, pignora hypothecasve. Et in hoc differt iſta actio a duabus proximis actionibus prędecedentibus, quę locum habent ſolùm pro rebus mobilibus quæ poſſunt inuehi ſiue inferri, vt habetur in d.l.certi iuris.

¶Et attende; quia quando quis vult tales actiones intentare contra tertios poſſeſſores,eſt neceſſarium, ꝙ primùm excuſſionem fecerit contra debitorem obligatum,vel eius hæredes, aliter poſſet repelli per exceptionem excuſſionis non factæ, vt habetur in authen.hoc ſi debitor.C.de pignor.

¶Scias tamen,ꝙ vnum remedium eſt ad faciendum, ꝙ non ſit neceſſaria excuſſio. videlicet ꝙ creditor tempore obligationis bonorum factæ per debitorem faciat, quòd debitor conſtituat ſe prǽcario nomine creditoris ſeu nomine ipſius creditoris poſſidere bona obligata, quo caſu quia tunc transfertur poſſeſſio illorum bonorum obligatorum in ipſum creditorem,iuxta ea quæ habentur in l.quod meo. & in l. interdum. ff. de acquirenda poſſeſſione. Si ipſe creditor vult conſequi illa bona tanquàm ſibi obligata contra tertios poſſeſſores, & intentet condictionem ex l.finali. C. de acquirenda poſſeſſione. & tunc non erit neceſſaria excuſſio : quia tunc dicitur condicere poſſeſſionem ſuam, ſeu ad ſe ſpectantem; quam ille debitor in alium bona transferendo interuertere videtur. Et ita dicunt quidam doct.in d.l.fi.C.de acquiren.poſſ.hoc idem tenuit Iacob.de But.& ibi Floria.in authē.hoc idem ſi debitor.C.de pigno.quod eſt ſubtile.Secus tamē eſſet,ſi intentaret hypothecariam,& ſic non condictionem ex dicta l fin ſecundum Bal. in l.j.C.de reuocan.his quæ in frau.credi.alie.ſunt.

29 ¶ † Item aduerte;qa ea quę.ſ.dixi de excuſſione faciēda locū habēt in hypothecaria conuentionali ſeu legali, ſecus autem eſt in pignore prætorio: tunc enim non requiritᵗ alia excuſſio, vt no.Bal.in l.j.de reuo.his q̄ in frau.alie.ſunt.quod tene menti.

¶ Et attende,quia attenta ratione quæ prædicta eſt requiritur excuſſio,quando creditor intentat hypothecariam: ſecus ſi intentat cōdictionem ex.l.finali.C.de acquirē.poſ. Ego cōſidero, ꝙ vbicunque eſt tranſlata poſſeſſio rei obligatæ per ipſum debitorem in perſona creditoris:ꝙ tūc ſi debitor, vel alius interuertat illam poſſeſſionem creditoris:& creditor intentat condictionem ex dicta l.fina.ꝙ tunc non requiritur aliquo modo excuſſio:ſicut etiam eſt,quando debitor cōſtituit ſe bona obligata poſſidere nomine creditoris,cū ſit eadem ratio, ergo &c. argumento in l.illud.in fi.ff.ad legē Aqui.quod not.Itē adde,ꝙ non requiritur excuſſio etiam quando debitor rem hypotecatam alienauit pendente lite cōtra ſe.Vel qñ debitor eſt abſens, vt in dicta authen.hoc ſi debitor.& ibi gl.& Bal.Itē adde, ꝙ nō requiritur excuſſio,quando contra excipientem de excuſſione nō facta replicatur per creditorem, ꝙ debitor nō eſt ſoluēdo, offerendo ſe hoc probaturum incōtinenti,vt per Florian.in dicta authen.hoc ſi debitor.ad fin.Et maxime ſi replicerur & probetur,ꝙ debitor notorie non ſit ſoluendo,vt per Bar.& docto. in l.fina.ff.ſi certum peta.& in l.decem.ff.de ver oblig.Item valet proceſſus contra poſſeſſorem etiam nō facta excuſſione, ſi de ea nō eſt receptum:vt per Bar.in l.2.C.cō.di.& Flo. in d. aut. hoc ſi debitor.Item adde, ꝙ quantum ad hypothecariam paria ſunt principaliter debitorem eſſe abſentem,vel eſſe prēſentem,& non poſſe aliquo impedimento conueniri, vt per Bar. & Cyn. & alios in dicta aut.hoc ſi debitor.

¶ Vltimò de materia hypothecariæ quę requirantur in ea, & quid debet creditor probare, quando agit hypothecaria tam contra debitorem,quàm contra tertios poſſeſſores, dic vt per Bar.in l.rē alienā.ff.de pig.actio.& per Sali.in l.cū res.C.de ꝓba.

¶ Octaua Actio.

Quę datur ſuperficiario

30 ¶ Octaua eſt actio.† Et iſta locum habet,quotieſcunq; quis conduxit aream, vel fundum ad non modicum tempus,quod interpretatur decennium,ſecundum cōmunem ſententiam,vt habetur in l.j.§.qui in perpetuū. ff.ſi ager vecti.vel emp.pet.quo caſu ſi ille conductor ædificaue rit aliquod ędificiū in ſolo cōducto, quod ędificiū ſuperficies appellatur,& cadat a poſſeſſione,vel detētione eiuſdē ſuperficiei,ſeu ędificij,durant tamē tēpore ſuę conditionis & non vltra,vt no.Rayn.in d.§.qui in perpetuū . poteſt intentare ꝑ poſſeſſorē,vel detentorem illius ędificij vtilem rei vēdicationem quæ datur ſuperficiario ad reſtitutionē illius ædificij,in quo ſupficiarius, ſeu ꝯductor hēt vtile dñiū, quale hēt ēt in ſolo cōducto.ff.de ſuperfi.l.j.§.j.& l.ſuperciario.ff.de rei vē.& per Roff. in libellis ſuis.Ex his patet,ꝙ talis actio ſolum datur pro immobili:& ſic pro ędificio,non autem pro re mobili:quod no.

¶ Quæro,quid ſi emi, vel alio titulo acquiſiui aliquē fundū ad domū,ſeu ſuperficiē faciendā in dicto ſolo, pone ꝙ poſtea feci domū ſeu ſuperficiē:& cecidit ab eius poſſeſſione vel detētatione,iuxta l.officiū.ff. de rei vend. nunquid cōpetit mihi directa rei vēdicatio ciuilis,an verò iſta actio vtilis in rem,quæ tunc eſt prętoria.Dic circa hoc,ꝙ aut ille qui in me tranſtulit fundum ſeu ſolū ad ſuperficiē faciendum in eo per me,retinuit apud ſe dominium illius fundi expreſſe; & tūc datur iſta actio vtilis in rem prætoriam pro iſta ſuperficie vendicanda, vt habetur in d.l.j.§.qui ſuperficiario.ff.de ſuperfic.aut ille expreſſe ſibi nō retinuit dominium in fundo, & tunc videtur omne ius ſuū, qđ habebat in illo fundo in me tranſtuliſſe,& per conſequēs mihi daretur rei vendicatio ciuilis,vt habetur per gl.in l.ſi mulier. C. de iure dot.& probatur in l.ſpecies.ff.de aur.& arg.lega.

¶ Quid autem ſi ego emo ſolum ędificiū ſine terreno ſeu fundo,vtrum mihi iſta actio vtilis in rem, & vtrum hoc poſſit iure fieri.Dic ꝙ de iure ciuili non poteſt ſolum ędificium. ſeu ſuperficiem in alium transferre;cum transferat dominium in fundo ſeu terreno,ſaltem in tantum quantum capit ędificium, vt in l.obligationum §.placet.ff.de act.& oblig.ſed de iure pretorio ſecundum qđ conuentiones partium ſunt ſeruandæ, hoc poteſt fieri,& datur iſta actio vtilis in rem prætoria illi, qui habet vtile dominium in ſuperficie,ſeu ędificio, & ita declarat Bart. & Albe.de Roſa.in dicta.l.j.ff.de ſuperficie.quod no quia pauci hæc intelligūt, tanq̄ incognita & occulta apud iuriſtas cōiter.

¶ Nona Actio.

Vtilis in rem quæ datur metum

31 paſſo.¶ Nona eſt actio.† Et circa iſtā actionē dic, ꝙ ſi tu fuiſti per metum,qui caderet in cōſtātē animū, vel corporis cruciatū coactus in aliū aliquā rem tuam,uel quaſi tuam transferre,

quo

Source : BIU Cujas

quo casu licèt voluntas tua sit coacta, tñ voluntas est.l.si mulier.§.metum.ff.quod metus cauſ. Isto casu inspecto iure ciuili propter voluntatem illam quantuncunque coactam transtulisti dominum rei tuæ in illum metum inferentem:& sic tibi dari non potest rei vendicatio ciuilis quæ datur soli domino.l.in rem.in princip.ff.de rei vendi.sed tamen de iure prętorio secus, de quo in toto titu.quod metus cauſ.vnde de iure prætorio illa prima rei vendicatio,quæ dicebatur ciuilis & directa, nunc dicetur vtilis rei vendicatio prætoria; quia cum esset extincta de iure ciuili propter trãslationem dominij:vt in d.§.metum. per consequens prætor non potuit ad correctionem iuris ciuilis illam primam rei vendicationem directam ciuilem introducere: sed introduxit istam vtilem rei vendicationem prætoriam, quæ habet eundem effectum,quem habebat illa directa ciuilis, argumen.§.quos autem. instit. do bono.post.Ista probantur in l.metum.§.volenti.& ibi per gl.& per Bart.ff.quod metus cauſ. Et dic, ꝙ talis actio in rem datur contra illum, contra quẽ dabatur illa actio ciuilis, & sic contra quemcunque possessorem vel detentorem illius rei,vt in l.officium.ff.de rei vendi. & hoc argum.l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis cau. vbi subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur,ergo idem debet esse in ista vtili actione in rem prætoria subrogata per prætorẽ in locum actionis ciuilis prius extinctæ de iure ciuili.

¶Quæro pro quibus rebus detur ista actio vtilis in rem, quæ datur metum passo.Dic ꝙ † datur tam ꝓ rebus mobilib.quàm
32 immobilibus,& tam pro rebus corporalibus quàm incorporalibus:vt quia tu per metum coegisti me, vt remitterem tibi seruitutem aliquam,quæ mihi,seu rei meæ debebatur: quæ seruitus est incorporalis,vt instit.de rebus corporalib.& incorpor. in fi.certe mihi ipso iure datur actio in rem confessoria vtili p̃toria,non obstante ꝙ ante remissionem esset ciuilis, vt est casus in §.æque.instit.de act.& probatur & not. per gl.& docto. in d.§.volenti.licèt non sic explicite declarent.

¶Quæro,vtrum vtilis actio in rem prætoria, quę datur metum passo rescissa ab edicto prætoris ipso iure,vt dicunt doc.in d.§ volenti.sit annalis, an verò duret tanto tempore quãto duratura erat tempore metus illati. Videtur primò dicendũ,ꝙ duret solo anno vtili, ex quo est actio rescissoria per l. in honorarijs. § sed cum rescissa.ff.de actio.& oblig.& per ea quæ supra dixi in actione rescissoria. Tu tamen dic contrarium: quia durat tanto tempore,quanto erat per prius duratura, argumen.l. ꝙ si minor §.restitutio.ff.de mino.& quod habetur in l. si cum exceptione.§.satis clementer.ff.quod metus cau. Aliud verò puto in actione rescissoria: quia restituitur per officiũ iudicis, & per restitutionem in integrum,quæ petitur officio iudicis, de quo in l.fin.C.ex quibus causis maio. quæ tunc bene durat anno vtili:& ita loquitur d.§ sed cum rescissa. Aliud est in actione rescissoria restituta iure actionis,vt per actionem de dolo, vel ꝙ metus causa,vt in d.§ satis clementer. vel ab edicto prætoris ipso iure in casu nostro,argumen.eorum quæ dixi supra circa actionem rescissoriam mixtam.

¶Quæro, quid prima actio erat prætoria: vtrum intentabit illa actio directa,an verò vtilis. Breuiter puto dicendũ, ꝙ si tractatur de danda tali actione contra contractum inductum a iure ciuili,ꝙ tunc datur illa actio prætoria vtili argu.d.§.sed cum rescissoria in fin.& etiam.§.quos autem.institu. de bonor.poss. Sed si tractaretur de danda actione contra aliquem contractũ inductum ab eodem iure prætorio.Et tunc forte datur illa prima actio prætoria directa, ex quo potest ipse prætor ipso iure tollere contractum præcedentem inductum ab eodem prætore,argum.eorum quæ habentur in l.ius autem ciuile.ff. de iustitia & iure.circa qđ vide qđ scripsi s̃.in actione mixta rescissoria.

¶Decima Actio.

Vtilis in persona.

33 ¶Decima est actio † quæ datur metum passo.Circa istam dic breuiter, ꝙ ista actio datur illi & contra illum ad illud cui contra quem,& ad quod dabatur prima actio personalis, quãdo ille,qui vult ipsam intentare,fuerat læsus ꝓpter dolum,seu metum sibi illatũ per aduersarium,sicuti supra diximus in ꝓxima actione.per ea q̃ no.per gl.ĩ l.metũ.§. volẽti.ff. qđ metus cã, quanquam Ioan. in arbore sua de hac mentionem non faciat.

¶Vndecima Actio.

Vtilis mixta.

¶Vndecima est actio; q̃ datur metum passo.Ista talis actio hẽt locũ,qñ prima actio erat mixta,de quib.mixtis habeẽ in §.quædã.insti.de actio. Et habet locum in casib.in quib.s̃.dixi cõpetere vtilem actionẽ in rem,quæ datur metum passo,ista probãtur in d.l. metũ. in §. volenti.& quod ibi no.per gl.licèt Ioan.istã nõ ponat in arbore sua.Et circa hãc possem formare plures quæstiones ad materiã,quas breuitatis cã omitto. Et istas volui addere & tractare de eis per se ad maiorem declarationẽ & ad faciliorẽ intellectũ,ar.§.sed ne in primis.insti.de legatis vnde nemo me arguat

¶ Duodecima Actio.

Bonorum possessoria

hæreditatis petitio.

¶ Duodecima est actio. † Circa hanc dic, quòd datur *illi*, qui succedendo de iure prætorio agnouit aliquam bonorum possessionem ex testamento, vel ab intestato coram iudice, iuxta materiam l.fina.C.qui admitti ad bono, possess. possunt. & quod habetur in l.j.§.decretali.ff.de suc.edic.& quod habetur,insti.de bono. possessio.per totum.& datur contra quencunque possidentem bona hæreditaria proheręd,vel pro possessore: & sic contra illum, contra quem posset intentari petitio hæreditatis ciuilis, quæ datur hæredi de iure ciuili, vthæc probantur in l.j.& 2. ff.de bonorum possess. hæred. petit. & datur principaliter, vt quisque pronuncietur bonorum possessor, & sic hæres de iure prætorio. & consequenter vt restituantur corpora hæreditaria, argum. eorum quæ glo.& Doct.& præsertim Bar. scripsit in petitione hęreditatis in l.j.in prin.ff.de eden.quod nota.

¶ Decimatertia Actio.

Fideicommissaria hæreditatis

petitio.¶ Decimatertia est actio,de qua habetur in toto titulo.
35 ff.de fideicom.hęre.peti.† Et ista actio datur illi, cui est restituta hæreditas in totum,vel pro parte iure fideicommissi ex trebel.senatusconsulto,& hoc quando est restituta.insti.de fideicõmissarijs hęreditatibus:& tũc daretur rei vendicatio cõtra possessores vel detentores illorum bonorum possessorum restitutorum ex causa fideicommissi vniuersalis,vt not.gl.& Bar. in l. j.& 2.ff.de fideicom.hæredi.peti. licèt Rofred. in suis libellis videatur dicere contrarium & male:& dic,ꝙ datur talis actio, vt quis pronuntietur fideicommissarius,& in consequentiam corpora fideicommissarię hęreditatis restituantur,arg.eorum quę not.Bart.in d.l.j.in prin.ff.de eden.

¶ Quæro,vtrum talis actio possit intentari non solum contra tertios possessores,sed etiam contra hæredem grauatum. Respõdeo, ꝙ si hæres restituit hæreditatem fideicommissario factis & re:& postea talia bona iterum deuenerint ad hæredem: dicendum est,ꝙ talis actio nullo modo competat illi fideicommissario:sed tunc sibi daretur rei vendicatio,vel publiciana tãquam contra quemlibet bonorum possessorem,vel detentorẽ illorum bonorum,per ea quæ no.gl.in d.l.2.ff.de fideicom. hęre.pet.sed si hæreditas fuit restituta solo verbo.& tunc idem puto dicendum,per d.l.2.& quod ibi not. per ea quę habentur in l.ab emptione.ff.de pac.

¶ Quæro,nunquid talis fideicõmissarius restituta sibi hæreditate verbo poterit intentare petitionem vtilem hæreditatis cõtra possidentem illa bona pro hærede, vel possessore. Respon. ꝙ sic:quia in ipsum fideicommissarium facta tali restitutione transferuntur omnes actiones actiue & passiue, quæ dabantur directe hæredi & contra hæredem:vt habetur in dicta.l.restituta.& in dicto §.restituta.Et si dicas,talis fideicommissaria hęreditatis petitio est superflua.contra.§.quibus.prima. C. consti.& contra prœmium Gregorianum.cum ex illi.fideicom. competat petitio hęreditatis vtilis,& de iure ciuili, vt dictum est. Re-
36 spond quòd vna non est superflua per aliam: † quia utilis petitio hæreditatis directa datur fideicommissario de iure ciuili ex persona hęredis,cui competebat illa petitio hęreditatis directa, sed fideicomissaria hæreditatis petitio postea fuit data per prætorem ipsi fideicommissario ex persona propria ipsius fideicõmissarij:& ita declarat Bar.in præallega.l.2.Et attende:quia potest talis fideicommissarius intentare utilem petitionem hęreditatis ex persona hæredis, quando ille qui restituit fideicommissum uniuersale erat hęres de iure ciuili, sed si fuisset bonorum possessor de iure prætorio,tunc iste fideicommissarius poterit intentare utilem bonorum possessoriam hęreditatis petitionem ex persona bonorum possessoris,qui restituit hęreditatem per fideicommissum ipsi fideicommissario:& etiam istam fideicommissariam hęreditatis petitionem ex persona propria ipsius fideicommissarij per iura,de quibus s̃.dixi.& ita intelligo scripta Bar.in dicta l.2. Vltimò uide gl.in l.j.C.unde legi.& unde cognati.quę uult,ꝙ licèt per agnitionem bonorũ possessio nis illi fideicommissario facta restitutione,uerbo detur bonorũ possessoria hęreditatis petitio ex persona bonorũ possessoris: & eidem bonorũ possessori acquiratur utile dominiũ: nihilominus ipsa glo.uult,ꝙ si bonorum possessor uelit singulas res uendicare,hoc possit facere per directam rei uendicationem,& ita cum ipsa transeunt communiter doc. Sed ego credo illam glo.procedere,quando aduersarius possidebat illam rem singularem aliquo tit. sed si ipsam possideret pro hęrede,uel pro possessore:puto illam gl.non procedere,sed debere contra illum intentari bonorum possessoriam hęreditatis petitionem, seu fideicommissariam hęreditatis petitionem per ea quę habenẽ in l.regulariter.in fi.& in l.licèt minimam.ff.de pet. hęre. iuncta.l.2.ff.de bo.poss.hęre.pe.quod tene menti.

¶ Decimaquarta Actio.

In rem præiudicialis de partu

37 agnoscendo. ¶ Decimaquarta est actio. † Circa istam actionẽ dic,ꝙ datur illi,qui dicit aliquẽ esse filiũ suũ naturalẽ & legitimum:

Source : BIU Cujas

mum: vel naturalem tantùm, vel legitimum tantùm. Et datur in illum, qui negat se esse talem filiū: in casu quo ipse sit in quasi possessione, ꝙ non sit filius: & datur, vt pronuntietur illū esse filium, & per consequens vt præstet parenti ea, ad quæ præstanda tenentur liberi parentibus suis. Et econtra si quis sit in quasi possessione filiationis detentus: potest ipse sic detentus in dicta quasi possessione filiationis intentare talem actionem contra detentorem suum: in qua patet pronuntiari se non esse filium illius, & per consequens se non teneri ad aliqua præstanda, ad quæ solent teneri liberi parentib. Ista omnia probantur in §. p̄iudiciales. & quod ibi not. per glo. in sti. de act. Et aduerte, ꝙ talis actio præiudicialis non datur ratione patriæ potestatis solū: sed etiam datur ratione solius filiationis: secus autem est in rei vendicatione, quæ datur adiecta causa de iurè quiritum, seu Romanorum: de qua habetur in l. j. §. per hanc. ff. de rei vendi. & est glo. in d. §. præiudiciales. Et ex hoc patet, ꝙ etiam contra matrē vel ascendentem per matrem posset etiam aliquis de liberis illius intentare talem actionem in rem præiudicialem: & econtra, quod tene menti. Et attende: quia talis actio datur contra filios, seu liberos, qui à nullo detinentur, aliter autem si inuiti detinentur, habet locum rei vendicatio, de qua supra, quando scilicet illi liberi essent in potestate vendicantis: aliter forte daretur officium iudicis, vel alia remedia: de quib. per glo. in d. §. per hanc. & insti. de pat. po. §. ius autem. Idem dico in liberis detētis nedum inuiti, sed etiam volentes: vt dicit glo. in d. §. per hāc. Adde, ꝙ prædicta habent locum etiam in liberis arrogatis, vel adoptiuis, scilicet ꝙ habeat locum d §. præiudiciales. & etiam d. § per hanc. si tamen hoc vltimo casu isti adoptiui sint in patria potestate patris adoptiui, iuxta l. cum in adoptiuis. C. de adopti. & in §. sed hodie. instit. de adopti. Ratio est: quia ille §. per hanc. solum se fundat super iure patriæ potestatis: vt dixi in d. §. per hanc. licèt doc. non ponant. Adde, ꝙ ille §. per hanc. habet locum in multis alijs personis: de quibus plenè dixi in illo §. per hanc, scilicet in casibus 20. de quibus dixi vltra gl. & doc. Adde singulariter, ꝙ si monachus est factus Papa inuito Abbate suo, debet redire ad monasterium, & Papa debet semetipsum cogere redire: vt dicit glo. 18. quæst. 2. c. quàm sit. in verbo, ordinandum in fi. Adde ꝙ ille §. per hanc. habet locum etiam in viro vendicante vxorem suam: subaudi, etiam si iurasset eam nō repetere per c. tua nos. de iureiuran do. Et de materia dicti §. præiudiciales. & dicti §. per hanc. vide infra proxima actio.

¶ Decimaquinta Actio.

38 **In rem prę̄iudicialis** de libertinitate. Decimaquinta est actio. † Hęc locum habet, qñ qs dicit aliquem esse libertum suum, qui est quasi in possessione libertinitatis, vel ingenuitatis: ille verò dicit se esse ingenuum, vel econtra: vt habetur in d. §. præiudiciales. Sed si esset quæstio, vtrum quis esset seruus meus, an verò liber: & si ingenuus, vel libertus, vel econtra: habet locum alia actio in rem præiudicialis de libertate & seruitute, quæ est tunc ciuilis & non prætoria: vt in d. §. præiudiciales. Quæro, vtrū abbas possit petere aliquem in monachum sui monasterij pronūtiari per actionem præiudicialem. Dic ꝙ sic: si talis monachus à nullo detinetur, vel etiam si detinetur, sed volens, aliter si detinetur inuitus: habet locum rei vendicatio adiecta causa de iure canonico, & ita intelligo glo. & doc. in d. l. j. §. per hanc. Quæro, quid in prælato, idest, episcopo vendicante clericum suum? Respond. idem quod in monacho per no. per gl. & Bald. & Ang. in d. §. per hanc. Quæro, quid in marito vel in sponso, vendicante vxorem vel sponsam, vel econtra? Respon. idem est, qđ dixi in monacho, etiam si maritus, vel sponsus nūquàm habuisset possessionem suæ vxoris vel sponsæ secūdum Ang. in d. §. per hāc. & vide no. in c. ex parte. extra, de resti. spo. vbi de hoc quod not. Quæro, quid in potestate aduersus ciuem suum? Respond. idem quod in monacho: vt per glo. & doc. in d. §. per hanc. Quæro, qd in ciuitate aduersus ciuem suum? Respond. distinguendo, vt dixi in monacho. l. de iure. ff. ad munici. Quæro, quid de domino aduersus colonos, ascriptitios, agricolas, & censitos, & similes? Respond. idem iuris esse: vt C. de agr. & cen. per totum lib. 11. & quod habetur in d. §. per hanc. & in d. §. prę̄iudiciales. Quæro qd in barone, vel comite aduersus subditum suum. Dic ꝙ idē est: & sic si ab aliquo ille subditus detinetur inuitus, potest vendicari per medium cōcludendi iurisdictionis: vt habetur 7. q. j. cap. non oportet. & d. §. per hanc. & ibi per doct. Quæro, quid in domino aduersus vasallum suum? Respond idem est, & si volens detineatur, potest vendicari adiecta causa de iure consuetudinario, secundum doc. in d. §. per hanc. Quæro, quid in villa de sindico villæ aduersus rusticos suos collectandos: Dic idem iuris esse, & tales rustici ab alio detineantur volentes possunt vendicari adiecta causa de iure statutario. Stante statuto ꝙ rustici talis villæ teneantur ad collectas & onera: vt habetur per Barto. Ang. & doc. in d. §. per hanc. Et circa prædicta vide Bart. in l. immo. ff. de lib. exhib. Conclude ergo ex omnibus prædictis, ꝙ aut prædicti monachus, clericus, ciuis, & similes: de quibus supra à nullo detinentur, & tunc contra eos datur actio in rem præiudicialis: quæ appellatur actio in rem præiudicialis de monachatione, ciuilitate, clericatu, & similes, argumēto eorum quæ habentur in d. §. præiudiciales. Sed si supradicti ab aliquo detinentur, tunc si detineantur inuiti, idem est per d. § per hanc. & in d. § ius autem nostrum. & quod ibidem not. Aut detinentur volentes, & tunc cessat ista actio ī rem præiudicialis, & habet tūc locum rei vendicatio adiecta causa de iure canonico, ciuili, vel consuetudinario, vel statutario secundum ꝙ supra dixi: ita intelligo supradictas quæstiones per ea quæ supra diximus.

¶ Decimasexta Actio.

39 **Pauliana** ¶ Decimasexta est actio. † Et hæc locum habet, quando debitor alienauit aliqua bona sua in fraudem creditorum, nec ipsi possint consequi, quod eis debetur, dummodo talia bona sic alienata sint corporalia, mobilia, vel immobilia, quo casu creditores agunt actione pauliana contra illos, quibus est facta alienatio in fraudem ad reuocādum illa bona alienata perinde, ac si non essent alienata; vt sic creditores possint se mitti facere in possessionem bonorum illorum, ac si fuissent possessa per debitorem, vt si creditores possint eorū creditū consequi, & illa bona vēdi facere. Secundū ea tamen quæ not. in §. item si quis in fraudem. instit. de act. Et aduerte: quia si debitor alienat in fraudem creditoris ex cōtractu lucratiuo, seu ex causa lucratiua, tūc sufficit fraus ipsius debitoris. Si verò ex contractu oneroso, tunc requiritur fraus tam debitoris, quàm etiam ꝯhentis cum debitore, vt habetur in l. pe. C. de reuo. his quæ in frau. cred. & in l. quæ autem. §. hoc edictū. & §. simili modo. ff. quæ in fraud. cred. Et dic, ꝙ debitor præsumitur in fraudem alienasse, quando omnia bona sua, vel maiorem partem bonorum suorum titulo lucratiuo vel oneroso alienauit: vt habetur in l. omnes. §. Lucius. & quod ibi not. ff. quæ in fraud. cred. Idem est etiam, si debitor solum alienauit ex quocunque titulo sua bona meliora, seu sua melioramēta, hoc no. dicit Ang. in l. summa cum ratione. ff. de pec. & aliqui dicunt de hoc esse glo. ibi singularem. Nota etiam, ꝙ antequàm agam reuocatoria, debeo primò agere contra debitorem & facere ipsum condemnari: & ipso contumace existente debeo facere pronuntiari me in possessionem bonorum mittendum esse: vt in §. item si quis. ibi, possessis. Deinde debeo facere excussionē bonorum, quo facto si nihil habet: vel non habet tantum, qđ sufficit: possum facere eum detrudi in carcerem, etiam si bonis cessit propter fraudem commissam in alienando l. fi. §. fi. ff. quę in frau. cred. Qualiter autem probabitur, ꝙ debitor alienauit in fraudem creditorum: Dic probando, ꝙ sciebat se habere creditores, & probatur eius scientia eo ipso ꝙ contrarium non probatur: cum sint creditores in facto suo. l. quanquàm. ff. ad velle. Item nemo præsumitur ignorare vires patrimonij sui. vt in authen. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. Et ideo prædicta, vbi dixi de præsumptione in fraudem alienationis, intelligo, dummodo debitor sciret vel scire deberet se debitorem per prædicta, aliàs secus, argumen. l. quod te. ff. si certum petatur.

¶ Decimaseptima Actio.

40 **Fauiana.** ¶ Decima septima est actio. † Circa istam actionem dic, ꝙ datur patrono contra possessores illorum bonorum quæ fuerunt liberti sui, qui alienauerat in fraudem legitimæ debitæ ipsi patrono ad reuocandum illa bona alienata vsque ad legitimam debitā ipsi patrono, de qua legitima habetur in §. sed nostra. instit. de succes. liber. Istud probatur in l. j. in princip. §. j. & penult. ff. si quid in fraud. patro. & quod not. instit. de actio. §. item si quis in fraud.

¶ Decimaoctaua Actio.

Caluisiana. ¶ Decimaoctaua est actio. Circa istam actionem dic, ꝙ hæc locū habet pro reuocandis bonis alienatis in fraudem per debitorem, vel etiam per libertum: & sic in fraudem tam creditorum q̄ patroni: & sic datur communiter in his duobus casibus, in quibus etiā potest intentari dicta actio pauliana & fauiana. Ita dixit gl. in d. §. item si quis in fraudem. Et fuit introducta: quia interest nostra plures actiones habere ad idem: vt in l. cum filius. §. varijs. ff. de leg. 2. etiam si nullum aliud interesse haberemus intētādo magis vnam actionem quàm aliam: vt dicit glos. sing. in §. sic itaq;: super ver. odio. circa fin. instit. de actio.

¶ Decimanona Actio.

41 **In factū reuocatoria.** ¶ Decimanona est actio † Circa hanc dic, ꝙ datur ad reuocādum solum incorporābilia alienata per debitores, vel libertum in fraudem quorumcunque creditorū, vel patroni. Et in hoc ista actio differt ab aliis tribus actionib. de quibus statim supra dixi: quia illæ dantur solū ad bona corporalia in fraudem alienata: ista autem ad reuocandum solum incorporalia alienata, tamen in fraudem tam creditorū quàm patroni, vt est casus in l. hac in factum actione. ff. quæ in fraud. cred. licèt aliqui dicant, ꝙ etiam in supradictis tribus actionib. semper datur ista vnica actio in factum ad reuocandum tam bona corporalia quàm etiam incorporalia secundum illos. Et sic nomina illa pauliana, fauiana, caluisiana secundum hoc nō

essent

Source : BIU Cujas

eſſent propria nomina actionum:ſed adiectiones,& ſic dicerẽ actio in factum pauliana,vel actio in factum fauiana,& actio in factum caluiſiana,de quo tamen dic,vt nota.in d.§. item ſi quis vltramontanorum,qui voluerunt, ꝙ eſſent tantum duæ actiones,videlicet pauliana. Item actio fauiana,caluiſiana,quæ ſic dicitur:quia auctor ſeu prætor,qui ipſam introduxit erat binominis,forte vocabatur Fauiuſcaluius.ſed hoc mihi non placet: qa iuriſconſultus in l.in fauiana.ff.ſi quid in frau.pa. ponit copulã, & inter fauianam & caluiſianam, dicendo in fauiana & caluiſiana:ergo ſunt duæ actiones & non vna:quia copula debet cadere inter diuerſa:vt not.glo.ſuper rubr.ff.de iu.& fac.ign.& ſic in hoc ſequor opin.Ioan.in arbore ſua.

¶Vigeſima Actio.

42 **Redhibitoria.** ¶Vigeſima eſt actio. † Circa hanc actionem dic, ꝙ datur vbicunq; res eſt empta quæ habebat aliquod vitium latens,qđ emptor ignorabat, propter quod vitium ipſe emptor nullo modo empturus fuiſſet,ſi illud vitium ſciuiſſet, & datur ipſi emptori contra venditorem ad eum compellendum, ꝙ rem illam retro accipiat & pretium reſtituat.Et ſi venditor hoc non faciat propter eius contumaciam, hæc actio datur contra ipſum venditorem in duplum.l.redhibitoria.ff.de ædil.edic. & per totum illum tit. 45
Et attende:quia hæc actio debet intentari intra ſex menſes vtiles tantum computandos, ſcilicet a die traditionis factæ: vt eſt caſus in l.ſciendum.§.tempus.ff.de ædil.edic. Et ſcias, ꝙ ſi aliqs emit aliquam rem cum pacto, ꝙ poſſit eam rem redhibere, ſi ipſa res emptori diſplicuerit. Iſto caſu emptor debet declarare voluntatem ſuam intra 40.dies vtiles: alioquin vltra non audiatur:caſus eſt ſingularis in l.ꝙ ſi nolit.§.ſi quod ita venierit.ff.de ædil.edic.Et de iſta materia vide glo.magiſtri in l. Iul. in prin.ff. de act.empt.quæ ponit de actione redhibitoria,de actione quãtominoris emptor empturus fuiſſet,ſi vitium ſciuiſſet, vel quãto minoris,res eſt &c.Item adde glo. magiſt.in l.j.§.j.ff.de ædil. edic.quæ numerat magiſtraliter, ex quot cauſis habeat locum iſta actio redhibitoria, dic vt in ea.Et adde, ꝙ ſi emptor ob vitium rei elegerit agere non redhibitoria, ſed quantominoris: tunc poteſt agere vſque ad annum vtilem; vt in dicta l.ſciendum.§.tempus.ff.de ædil.edic.de quo dic, vt ſtatim dicam in ſequenti actione.

¶Vigeſimaprima Actio.

43 **Quantominoris res eſt.** ¶Vigeſimaprima eſt actio. † Hæc actio datur in prædicto caſu, quando emptor emit rem habentẽ vitium latens, quod tamen ſi emptor ſciuiſſet bene omnino rẽ empturus fuiſſet:ſed quia propter illud vitium tantum res non valet,quantum ipſe emptor exburſauit, propterea prodita eſt iſta actio, per quam emptor agit contra venditorem intra annum vtilem:vt in d.§.tempus.ad cogendum vẽditorem quod reſtituat emptori de pretio rei per eum recepto tantum quantum venditor habuit vltra verum,& commune pretium ipſius rei,quo vendi potuiſſet,ſcientibus illud vitium:vt habetur in dicto §. tempus.

Et aduerte, ꝙ reperitur vna alia actio, quæ appellatur actio quantominoris emptor empturus fuiſſet,ſi vitium illius rei ſciuiſſet,quo caſu non habetur reſpectus ad verum & commune pretium ipſius rei, ſed ad id pretium ſingulare quãtominus ipſe emptor empturus fuiſſet, ſi emptor illud vitium rei ſciuiſſet tempore emptionis,de qua per gloſ.nota.in l.Iulianus.in princip.ff.de actio.empt.& hoc caſu talis actio eſt ciuilis & non prętoria,de quo tamen dic:vt habetur in d.l.Iulianus.in princip. & ibi dixi, de hoc etiam infra dicam.

Sed ego quæro,quotuplex ſit actio quantominoris, & ſubſequenter quæro, quotuplex ſit actio redhibitoria, de qua ſupra proxima actione dictum eſt. Et in quibus differat actio quantominoris ciuilis a prætoria,de quo tamen vltimo dic, vt in gloſ. magna in fin.in d.l.Iulianus. in princip.

Circa primum aduerte : quia Pet. & Cyn.in l.2.& in l.fin.C. de ædil.actio.tenet: † quòd ſit vnica tantum actio quantominoris res communiter valet,quę eſt prętoria.& hoc per l.quòd ſi nolit.§.ſi plures & l.ædiles aiunt. in princip.ff.de ædil. edic.& per l.ſi minores.C.de actio.emp.Et vltra prædicta mouetur per l.2.C.de ædi.actio.vbi litera dicit,quòd lapſis ſex menſibus, intra quos durat actio redhibitoria,& elapſo anno,quo actio quantominoris res communiter valebat, iuxta legem ſciendum.§.temporis.ff.de ædil.edic nulla alia actio ſupereſt emptori, quæ per eum poſſit intentari, tunc ſic, ſi competeret actio quantominoris ciuilis, certe illa perpetuò duraret tãquam ciuilis:vt inſtitu de perpe.& tempo.act. in princip.ergo &c.

Secundò : quia leges iſtę quę dicunt, de actione quantominoris emptor empturus fuiſſet, ſonant idẽ ꝙ dicunt illę aliæ leges,ſcilicet quantominoris res communiter valebat:quia veriſimile eſt, ꝙ emptor tanti rem emiſſet, quanti communiter valebat: cum pretium ſingulare non debeat attendi, ſed commune.l.pretia rerum.ff.ad l.falcid.

Tertio:quia ſi eſſet dare actionem quantominoris ciuilem, de qua habetur in d.l.Iul.ſcilicet quãtominoris emptor empturus fuiſſet,iuxta l.Iul.in prin.& actionem prætoriam quantominoris res communiter valebat tempore contractus,vt in dictis iuribus,certe ex quo iſta prætoria non eſſet cõtra ius ciuile,ſed ferè conformis cum ipſo iure ciuili duraret perpetuò,licèt ſecꝰ ſit in illa actione prætoria,quę eſt contra ius ciuile,quę ſolet durare minus,videlicet maxime anno vtili : vt in l. in honorarijs. §.ſed cum reſciſſa.ff.de act.& obl.ergo &c.

Quartò ego addo rationẽ:quia ſi eſſet reperire actionẽ quãtominoris ciuilem, ſcilicet quantominoris emptor empturus fuiſſet,ſequeretur,ꝙ ſi pro nullo,ſeu pro nihilo illlam rẽ emiſſet,ꝙ pretium totum recuperaret: & ſic vltra pretium retineret rem lucri cauſa,ar.l.illud.§.minus.ff.de tribu. & q đ no. glo. magna in d.l.Iul.in ver.quid differt &c.Hoc autem videtur inconueniens,ar.l.emptorem §.ſi ibi.neque enim bonęfidei &c. ff.de act.emp.ergo &c.facit.l nõ oĩs.ff.ſi cer. pet. nam clarũ eſt, ꝙ vẽditor nõ intendebat rem carere pro nihilo.l.j.ff.de contrahen.emp.ergo &c.facit.l.cũ de indebito.ff.de proba.& l. bouẽ. §.aliquando.ff.de ędi.edic.licèt contrarium dixerit Salice.in d. l.ſi minoris.& d.gl.magna in fi.ſui in d.l.Iul.in princ.

Quintò;quia ſi emptor pro nullo, ſeu pro nihilo rem emiſſet,ſi vitiũ ſciuiſſet,non videtur poſſe competere actio quanto minoris ciuilis vel prætoria,ſed actio redhibitoria,vt probatur in glo.j.in fi.in .dl.Iul.in prin.ergo &c.Et ideo concludunt ipſi Pet.& Cyn.ꝙ ſit dare vnam tantum actionem quantominoris prætoriam, quantominoris ſcilicet res communiter valebat tempore contractus.

Ad d.l.Iulian.in prin.ff.de act.emp.ipſi reſpondent,ꝙ ibi loquitur de actione ex empto quantominoris emptorem emiſſet:conſiderato communi valore tempore illius cõtractus : & ſic illud quantominoris nõ eſt proprium nomen actionis, ſed adiectio quędã ſicut cũ dicimus de peculio. & de in rẽ verſo, tributoria &c.vt not in l.3.§.cui congruit.ff. de pec. & habetur per aliquos in l.j.in prin.ff.de verb.obl.Communis tamen opinio ſe habet contra Pe.& Cy.& ſic gl.prima ſignata in d. l. Iul. in prin.eſt vera:& maxime quia actio quantominoris competit ſolum pro ſeruis & animalibus & cæteris rebus de quibus in l.j.ff.de ędi.edic.Iſta autem ciuilis redhibitoria pro omnibus rebus ſecundum Raph.Fulg.in d.l.Iulianus.in prin.

Ad d.l.2.C.de ędil.act.reſpondetur,quòd imperator ibi non fuit interrogatus,niſi vtrum competeret aliqua actio prętoria: & ſi interrogatus fuiſſe de ciuili, reſpõdiſſet imperator eã perpetuo cõpetere.Et ego hoc probo ratione illius rub. C.de ędil. act.quę loquitur de ędilitijs actionibus tantùm,& ſic de prętorijs:vnde & lex illa de qua in d.l.2.eo ti.debet intelligi,ꝙ loquatur de prætoria tantùm,& quod nihil dicat,vel tractet de ciuili redhibitoria,ar.l.imperatores.ff.de in diem adiect. & quod no. gl.in c.bonæ de confirma.vti. vel inutil. quæ dicit, ꝙ in dubio tenendum eſt quod nigrum diſponat id,quod rubrum.

† Ad ſecundum arg.reſponderur ꝙ leges noſtrę expreſſe loquuntur diuerſimode:nam in prætoria dicunt quantominoris res communiter valebat. In ciuili verò redhibitoria quantominoris emptor empturus fuiſſet:vt not.in d.l.Iulianus. in princ. ff.de act.empt.Fateor tamen, ꝙ ſi emptor nullo modo empturus fuiſſet,ꝙ non competeret illa actio prætо.vel ciuilis quantominoris,ſed competeret actio redhibitoria, ne ſequatur inconueniens,de quo ſupra dixi quarto articulo.

Ad tertium argu. reſpondetur,quòd actio quantominoris ciuilis refertur ad ſingulare pretium emptoris,ſcilicet quantominoris empturus fuiſſet:vt in d.l.Iul.in prin ſed prętoria refertur ad commune pretium emptoris, ſcilicet quantominoris res communiter valebat, & ſi quanto communiter empta fuiſſet a ſciente vitium ipſius rei, vt in iuribus. ſupra allegat. Et ſic iſta prætoria non conſonat iuri ciuili per nota.in l.j.in prin. ff.de act.empt.vbi loquitur de intereſſe, & in l.vnica. C.de ſen. quæ pro eo quod intereſt profe. Aduerte tamen; quia ſi hæc communis opinio vera eſt, ſecundum quam emptor iurabat quantominoris empturus fuiſſet &c. prout declarat Paul. de Caſt.in d.l.Iul. in princ.certe hoc dico ꝓcedere viuo emptore, ſed illo emptore mortuo non poſſet ſup hoc iurare hꝰ ipſius emptoris,arg.l.gñaliter.in princ.C.de reb.cre. & iureiur. Et ita poteſt loqui d.l.quòd ſi nolit.§.ſi plures.ff.de ædi.edic.& ſic tũc ageretur,quantominoris res communiter valebat, vt ibi. facit quod not.in l.idem Pomponius §.fin.ff.de rei ven.Mihi tamen plus placet de iure opinio Petr.& Cyn. nam illa actio quantominoris ſeparata ab actione ex empto: vt ibi, in princ. ibi dum dicit,in condemnatione ex empto &c.Cum iuriſconſultus incipiendo a l.ex empto.eo.titu.ff.de act.empt.vſque ad l.Iul.§.ex vendito.tradit de ipſa actione ex empto, † pro quo facit ; quia illa l.Iul.eſt collocata ſub titulo.ff.de actio.emp.& ven.ergo loquitur de illa actione ex empto & non de alia actione quantominoris,ar.d.l.imperatores.& quod not.gloſſ. in d.c. bonę. Itẽ

quia

Source : BIU Cujas

quia iuriſconſultus ſciuiſſet in rubrica illa.ff. de actio. empt. & vend. ſupponere. Et de actione quantominoris ciuilis: ſi talis actio quantominoris ciuilis reperiretur in iure noſtro, ſicut iuriſconſultus fecit in prætoria in rubri.ff. de ædil edic. & de redhibitoria & quantominoris &c. argu. l. vnicæ, in fi. C. de cad. tol. vnde datur nobis intelligi, ꝙ non reperitur niſi vna tãtum actio quantominoris prætoria, ac etiã illa actio ex empto, quæ ex ſui natura exuberanti competit ad iſta omnia, de quibus in d. l. Iulia. in princip. Non ob. quòd iſta actio prætoria quantominoris competat ſolum pro certis rebus &c. vt dicebat Raph. Fulg. quia illud eſt verum ex verbis edicti: ſed ex interpretatione competit pro omnibus rebus: vt nota. in dicta l. in princip. Item concludo, quòd ſit reperire tantum vnam actionem redhibitoriam prætoriam per prædicta, & de iſta tractat hic Ioan. in arbore ſua. & Roff. in libellis ſuis. Barto. tamen & Paul. de Caſt. in d. l. Iulia. in princip. tranſeundo cum communi opinione dicunt, quòd immo alia eſt actio ex empto ciuilis, quanto minoris emptor empturus fuiſſet. Et alia eſt actio prætoria, quãto minoris res communiter valebat, finge enim doctorẽ emiſſe librum corruptum, quem ſi ſciuiſſet corruptum, hoc nõ obſtante tamen eum emiſſet aliquo maiori pretio quàm communiter alius indoctus emiſſet: puta ſcholaris indoctus: certe intẽtabitur iſta *ciuilis, non autem iſta prætoria*: quia ſi vellet doctor iurare, quòd emiſſet ſolum & duntaxat pro communi pretio,
48 eſſet periurus, *ideo* &c. † Iſta eſt vna truffa iudicio meo: quia *communiter quis ſciens* vitium rei nullo modo emiſſet, aut ſi pur *emiſſet, certe* emiſſet illam rẽ pro communi pretio, & non *pro ſuo* pretio ſingulari, vt communiter videmus, argumen. l. cum de indebito. ff. de proba. ergo hoc rarò accidens non eſt in conſideratione per l. nam ad ea. ff. de legi. & quod nota. in gloſ. magna in d. l. Iulian. in princip. præterea pone, quòd emptor rem non emiſſet, niſi pro vili pretio intra dimidiam & communi iuſti pretij, quomodo aget quantominoris empturus fuiſſet, immo ſibi obſtaret exceptio doli mali, per l. 2. C. de reſcin. vendi. iuncta. l. Papinianus. §. ſi filius. & quod ibi nota. ff. de inoff. & l. j. §. quod ait. ff. de ſuperficiebus. vbi cui datur actio, multo magis datur exceptio: Præterea iuriſconſultus in dicta lege Iul. in §. ſi venditor. loquitur per uerbum, quanto pluris ſeruum emiſſet. & in §. contrarium. qui ſequitur dicto §. ſi uenditor. loquitur per uerbum, quanto pluris hæreditas ualet: & ſic lex capit vnum pro alio, ut etiam ibi notat Rapha. Fulg. ergo &c. ueruntamen eſt, quòd in iudicando uel conſulendo non recederem a communi opinione docto. ea tamen modificata, ut ſupra patet: tene men. iſta.

SVMMARIVM.

49 *Emptor rem vitioſam reſtitutus lucrum ſentire non debet. Exercitor nauis qua teneatur actione.*
50 *Actio inſtitoria contra quem, & ad quid detur.*
51 *Pater in peculio filij non eſt melioris conditionis quàm cæteri creditores. Et ſi cum filio contrahat qua actione teneatur.* 52.
53 *Actio pecuniæ conſtitutæ quando concedatur.*
54 *Actio vtilis ex confeſſione quid ſit, & cui detur.*
55 *Iurans cauſa adiecta iudicialiter quibus inuoluatur actionibus.*
56 *Negotiorum geſtorum actiones quot ſint.*
57 *Tutela quas actiones pro ſe habet, item & depoſitum.* 58.
59 *Actio quod metus cauſa cui detur, & contra quem.*
60 *Dolo malo alterius deceptus actionem habet de dolo.*
61 *Fur manifeſtus quid ſit & qua teneatur actione.*
62 *Actio in factum furti aduerſus caupones, nautas, ſtabularios quæ ſit. Et ꝙd in quaſi delictis.* 63.
64 *Serui corrupti tenetur, qui animum ſerui corruptum facit.*
65 *Actio vi bonorum raptorum quid ſit, & contra quem detur.*
66 *Actio iniuriarum in quem intentetur.*
67 *Sepulturæ & loca ſacra quas habeant actiones.*
68 *Via publica non deterioranda. Et quid de locis publicis & eorum actionibus.* 69.
70 *Fluminum riparumq́, priuilegia & actiones. Et quid de lacubus & ſtagnis.* 71. 72.
73 *Bonorum poſſeſſio quando dicatur agnita, & quam ſecum ducat actionem.*
74 *Actio de tabulis exhibendis aduerſus quem intentetur. Et quid de literis exhibendis & deducendis.* 75.
76 *Spoliatus poſſeſſione quibus iuuetur remedijs.*
77 *Edificans poſt prohibitionem actione quid vi, aut clam tenetur.*
78 *Interdictum vti poſſidetis quibus competat. Et quid de vtrobique.* 79.
80 *Interdictum de ſuperficie contra quem detur.*
81 *Actio de itinere actuq́, priuato quid ſit, & quem iuuet.* 82.
83 *Interdictum de aqua quotidiana aut æſtiua locum in quo habeat.* 84. *Et de aqua dicenda e caſtello.* 85.
86 *Interdictum riuorum purgandorum quod ſit, & quid de fonte.* 87. *Et eius refectione.* 88.
89 *Cloacæ & ſordes purgandę propter fœtorem & aeris corruptionem. Et cloacæ purgandę quę actio ſit.* 90. 91.
92 *Precarium a commodato & mutuo in quo differat, & quam actionem gignat.*
93 *Arborum cedendarum actio qualis ſit.*
94 *Glandis nuncupatione quid veniat, & glandis legendæ actio quę ſit.*
95 *Inquilinus aduerſus dominum prohibentem quam habeat actionem.*
96 *Creditor aduerſus debitorẽ ad auocãdas res obligatas qua actione iuuetur.*
97 *Ædificans poſt noui operis nuntiatione cui interdicto ſit obnoxius, & quid ſi ſatisfecerit.* 98.
99 *Pupillus contra creditorem cui eſt facta ſolutio ad illud, quod per debitorẽ eſt ſolutum creditori adminiſtratoris, qui in fraudem alteri ſuo creditori debitorem pupilli delegauit, quo interdicto iuuetur.*
100 *Actio de albo corrupto quando locum habeat.*

¶ Vigeſimaſecunda Actio.

49 **In factum ędilitia** Vel redhibitoria. Vigeſima ſecunda eſt actio. † Circa hanc dic, ipſam dari emptori contra venditorem, qui extra ius receperat rem venditam tanquam vitioſam ab emptore: vt qa ipſe vẽditor forte extra iudicium retro accepit ab emptore rẽ venditam tanquam vitioſam; quo caſu ſi emptor velit habere a venditore pretium ipſius rei ſolutum per emptorem venditori: & venditor forte pęnitentia ductus velit, quòd emptor recipiat tem emptam tanquam illa res de iure non potuerit redhiberi: & per conſequens venditor vult retinere pretium nihilominus venditor per iſtam actionem cogitur præſtare pretium ipſi emptori, & econtra emptor venditori omnẽ commoditatem, quæ reperitur apud ipſum emptorem occaſione dictæ rei emptę tempore, quo res erat penes emptorem: vt quia erat ſeruus, mediante cuius perſona emptor acquiſierat aliquod legatum, vel hæreditatem. Iſta enim omnia ſunt reſtituenda vendi tori: ita quòd emptor neque damnum patiatur, neque lucrum ſentiat: vt eſt caſus nota. in l. quòd ſi nolit. §. in factum. ff. de ędili. edic. quod not.

¶ Vigeſimatertia Actio.

Exercitoria. Vigeſimatertia eſt actio. Quæ datur cõtra magiſtrum nauis, ad quem ſpectat lucrum vel damnum ex contractu vel quaſi celebrato cum illo homine libero vel ſeruo qui gubernat dictam nauim, qui appellatur exercitor nauis: vt habetur. l. j. §. magiſtrũ. ff. de exer. & per totum illum titulum: dummodo talis contractus, vel quaſi ſit factus cum dicto exercitore nauis in cauſam, circa quã ille exercitor fuerat præpoſitus ipſi naui per magiſtrum: vt ibi habetur: de quo etiã habetur per gl. notabilem. inſtit. de actio. §. actiones autem de peculio. & habetur inſtitu. quod cum eo. §. eadem ratione. Et hæc actio habet locum in mari vel aquis: & ſic in nauibus, vt in toto illo tit. ff. & C. de exerci.

¶ Vigeſimaquarta Actio.

50 **Inſtitutoria.** Vigeſimaquarta eſt actio. Hęc † datur contra illum, qui poſuit aliquem ſeruũ vel liberum hominem alicui negotiationi vel fontico ſeu apothecę in terra, & ſic non in noui ex contractibus vel quaſi, factis cum dictis inſtitutis in cauſam circa quam erant inſtituti. ¶ Et datur hęc actio & præcedens ad id ad quod dabatur actio ex illo contractu vel quaſi contra illum cum quo fuit factus contractus vel quaſi, vt habetur per gloſſ. in præalleg. §. actiones autem de peculio. & in toto titulo. ff. de inſtitoria. ¶ Et aduerte: hæc actio & præcedens datur inſolidum, etiam ſi ille qui fuerat inſtitutus certæ negotiationi erat ſeruus, vel filiusfamilias nihil habebat in peculio, vt habetur in d. §. eadem ratione. & quod not.

¶ Vigeſimaquinta Actio.

51 **Tributoria.** ¶ Tigeſimaquinta eſt actio. † Circa iſtam actionem dic, quòd datur creditoribus contrahentibus cum filio vel ſeruo alterius & contra dominum vel patrem, quando ſcilicet talis contractus vel quaſi celebratur inſciente patre vel domino & contradicere valente, qui tamen non contradixit: vt in l. j. §. ſcientiam. ff. de tribu. & per iſtam actionem, ſeu in iſta actione tributoria pater vel dominus non poteſt de peculio filij vel ſerui deducere ante omnia, quod ſuis vel ſibi debetur: de quibus habetur per gloſſ. in d. §. actiones autem de peculio. inſtitu. de act. immo pater vel dominus vocatur in tributum cum cæteris creditoribus ad peculium filij vel ſerui, & ſic dominus vel pater non eſt melioris conditionis quàm ſint reliqui creditores; immo iudicantur ad paria; vt habetur in §. introduxit. inſtitu. quod cum eo. & in toto titulo. ff. de tributo. de quo not. eſt glo. in dicto §. actiones autem de peculio. & ſic patet, quòd iſta actio non datur cõtra

Source : BIU Cujas

tra patrem vel dominum ex contractu vel quaſi filij uel ſerui: niſi filius vel ſeruus habeat peculium: vt patet ex prædictis &c.

¶Vigeſimaſexta actio.

Quod iuſſu.

¶Vigeſimaſexta eſt actio. Iſta actio datur cõtra dominum vel patrem ex cõtractu vel quaſi: celebrato cum filio vel cum ſeruo præcedente iuſſu domini vel patris,vel ſaltem ſecuta ratihabitione patris vel domini. Et datur inſolidum contrahenti vel quaſi cum filio vel cum ſeruo:etiam ſi nihil ſit in peculio filij vel ſerui: vt in l.j.in princip.& in §.ſi ratum.ff.quod iuſſu.& habetur inſtitu. quod cum eo.§.j.& per gl.in d.§.actiones autem de peculio.

¶Vigeſimaſeptima Actio.

De in rem verſo.

52 ¶Vigeſimaſeptima eſt actio. †Hæc actio datur contra patrẽ vel dominum ex contractu,vel quaſi, celebrato cum filio vel ſeruo alterius.Et datur ipſi contrahenti vel quaſi, quãdo res eſt conuerſa in vtilitatem patris vel domini: & daẽ hactenus quatenus verſum eſt in vtilitatem eorum,etiam ſi nihil eſſet in peculio ipſius filij vel ſerui:vt habetur in §.præterea.inſtitu.quod cum eo.& in toto titulo.ff.de in rem verſo.

¶Vigeſimaoctaua Actio.

De peculio.

¶Vigeſimaoctaua eſt actio, & talis actio locum habet, quotieſcũque pater vel dominus aliquid habet de peculio ſerui vel filij,& datur cõtrahenti ex contractu vel quaſi, celebrato cum filio vel ſeruo, ignorante domino vel patre, vel etiam ſciente, ſed prohibere non valente:vt habetur in dicto §.actiones autem de peculio. inſtitu.de actio.in qua tamen actione per prius deducitur, qcquid debetur naturaliter ipſi domino vel patri,vel alijs quos habet in poteſtate, & quibuſdam alijs perſonis: de quibus habetur in §.cum autem quæritur.inſtitũ.quod cum eo.& dic qꝙ dominus vel pater tenetur actione de peculio ſolum pro peculio profectitio,qꝙ filius vel ſeruus adminiſtrat patiẽte patre vel domino:vel etiam pro peculio aduentitio, in quo tamẽ pater nõ habet vſumfructum,vt quia pater remiſit,aliàs ſecus,vt colligitur ex dictis per Barto. in l.ſi finita.in §.ſi de vectigalibus. ff. de dam.infec.quod tenemenți.

¶Vigeſimanona Actio.

De conſtituta pecunia.

53 ¶Vigeſimanona eſt actio. † Circa iſtam actionem dic,quòd datur, quotieſcunque quis promittit per pactum nudum ſe ſoluturũ alicui creditori ſuo vel alterius id in quo ille erat creditor ciuiliter & naturaliter,vel etiam naturaliter tantùm:vt in l.j §.debitum.ff. de conſtitu pecu. ſecus autem ſi eſſet debitor tãtùm ciuiliter, cuius obligatio ciuilis eſſet eliſa per exceptionẽ: vt quia creditor fecit debitori obligato ciuiliter & naturaliter pactum de non petendo,quo caſu tollitur naturalis obligatio,& remanet ciuilis, ſed poterit opponi exceptio pacti de non petendo, vt in l. ſtichum.§.naturalis.ff. de ſolu.& in l.ſi vnus.in §.pactus ne peteret.ff.de pact.& hoc ꝓbatur in l.quòd ſi maritus.in §.j.de conſtitu.pecu. & not.in d.§. debitum.de quo etiam in §.de pecunia autem conſtituta. inſtit. de actio.de quo dic vt ibi.ſecus autem eſſet in fideiuſſore,ſi poteſt accedere & fideiubere, etiam vbi ſubeſt ſola ciuilis obligatio mero iure,vt habetur in l.j.ff.de fideiuſ.& inſtitu. eodem titu.in §.j.& quæ ſit ratio diuerſitatis,vide per Barto. in dicta l.j.ff. de fideiuſ.quod tene menti. Et ex hoc ſequitur, quòd licèt de iure ciuili ex nudo pacto non oriatur actio, vt in l. iuriſgentiũ. verſicu.igitur nuda.ff.de pactis. nihilominus ſi ille qui tenetur ex pacto nudo promittit illud idem per pactum nudum,ex iſto ſecundo pacto oritur actio de conſtituta pecunia, per dicto §. debitum. quod nota.

¶Trigeſima Actio.

Vtilis ex confeſſione.

¶Trigeſima eſt actio. 54 †Circa iſtam actionẽ dicendum eſt,quòd datur,quotieſcunque poſt litem conteſtatam reus conuentus in iudicio confitetur in iudicio corã iudice ſedente pro tribunali ſe eſſe debitorem illius actoris qui agebat contra ipſum reum ex aliqua cauſa,ſecũdùm Roff. in libellis ſuis,de qua actione habetur in l.proinde.§.j.ff.ad leg. Aquil. quam actionem aliqui appellant confeſſoriam per illum text. ſed non eſt verum:quia ille tex.debet exponi, quòd detur actio vtilis confeſſoria, ideſt actio vtilis ex confeſſione, ita declarat Roff.vbi ſupra.confeſſoria enim actio datur pro tuenda ſeruitute: vt in §.æque.inſtitu. de actio.& in toto titu.ff. ſi vſufru.pe. & in toto titu.ff.ſi ſer.vend.Et aduerte : quia cum miniſterio dixi de confeſſione facta in iudicio, coramque iudice; nam ſi eſſet facta extra iudicium, ex tali confeſſione non orietur actio, ſed bene per ipſam probaretur debitum, quod debitor confeſſus eſt:ita debet intelligi tex.in l.Publi.§.Lucius.ff.depoſiti.

Item cũ miniſterio dixi de confeſſione facta poſt litem cõteſtatam; quia ſi fieret ante litem cõteſtatam ad illa interrogatoria quæ per actorem ſolent fieri ad præparationem iudiciorum,non poſſet ex ea oriri actio, vt habetur in l.j.ff. de interroga. actio.

Et attende,quòd iſta actio eſt vtilis in caſu, quo inſtantia eſſet perempta, quo caſu amplius non poterit ferri ſententia ſuper primo proceſſu,vt habetur in l.properandum.C.de iudi.& in l.j.C.quando prouo.non eſt neceſ.& ideo tunc ipſe actor poterit iſtam actionem vtilem ex confeſſione intentare:vel etiam primam,& antiquam electionem in actione ipſius actoris.l.qđ in hæredem.§.eligere.ff.de tribu.intereſt enim noſtra plures actiones habere etiam ad idem contra eũdem, vt in l. cum filius. §.varijs.ff.de leg.2.etiam ſi nullam aliam vtilitatẽ haberemus: vt dixit gloſ.ſingularis in §.ſic itaque.in penulti.parte inſtitu.de actionibus.& ita declarat Roff.in ſuis libellis,vbi latius ꝑ eum.

¶Trigeſimaprima Actio.

In perſonam iuratoria.

¶Trigeſimaprima eſt actio. † Iſta actio,quæ vendicat ſibi locum,cum iuratur adiecta cauſa,& dic, quòd iſta actio, locum habet quotieſcunque delatum eſt & ꝓſtitum iuramentum alicui ex partibus in iudicio ad poſtulationem alterius partis adiecta cauſa:vt quia actor ad poſtulationẽ rei iurauit reum ſuum eſſe debitorem in actione ex empto vel vendito,vel alia ſimili actione perſonali: vt dicẽdo iuro quòd tu es debitor meus:quia vendidi tibi talem librum pretio ducatorum 10.quo caſu iuranti datur actio ex empto perſonalis ad pretium contra deferentem iuramentum. Et econtra in dicto caſu daretur actio ex vendito iuratoria ad rem venditam tradendam contra illum actorem:ſecus autem ſi iuraretur informiter non adiecta cauſa,ex qua ille eſſet debitor: quia tunc ex tali iuramento naſceretur actio in factum,vt habetur in l.actori.C.de rebus creditoribus, & iureiurand. de quo infra videbimus.de hac etiam actione habetur in l.ſi duo patroni. in §. ſi qs iurauerit.& in §.Marcellus.ff.de iureiurand.& per gloſ.& doct. in §.item ſi quis poſtulante. inſtitutio. de actio. 55

¶Trigeſimaſecunda Actio.

In rem iuratoria.

¶Trigeſimaſecunda eſt actio. Iſta actio vendicat ſibi locum cũ iuratur adiecta cauſa,& iſta actio habet locũ, quotieſcũque quis conuenit aliquem in iudicio per aliquem actionem realẽ, vtputa per rei vendicationem, & ille actor iurauit reo poſtulãte rem illam eſſe ſuam,ſeu eſſe dominum illius rei,quo caſu datur ipſi actori vtilis rei vendicatio iuratoria: ſecus autem ſi iuraſſet ſolum rem petitam non eſſe aduerſarij ſui; tunc eñ non ſequitur:ergo eſt actoris,vt nota.per gloſ.in d §.item ſi quis poſtulante.& quod habetur in d.§.Marcellus.& §.ſi quis iurauerit.

¶Trigeſimatertia Actio.

Mixta iuratoria

¶Trigeſimatertia eſt actio. Iſta actio locum ſibi vendicat, cum iuratur adiecta cauſa. Et dic,quòd iſta actio locum habet,vbicunque pars aduerſa in iudicio iurauit ad poſtulationem aduerſarij ſui, illum aduerſarium teneri ſibi per aliquam actionem mixtam, ſuper qua pendebat iudicium inter ipſas partes, vt in actio.familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, & finium regundorum,de quibus habetur in §. quædam. inſtitu. de actio. Iſtud probatur ex his quæ dicuntur,vel habentur in dicto §.itẽ ſi quis poſtulante.& in dicto §.ſi quis iurauerit. & §. Marcellus. quod tene menti.licèt Ioann.in arbore ſua actio. faciat confuſo modo vnam actionem iuratoriam tantùm, ſed hoc modo materia harum actionum clarius habetur.

¶Tigeſimaquarta actio.

Negotiorum geſtorum directa.

¶Trigeſimaquarta eſt actio.In hac actione dic, quòd iſta actio datur domino abſenti poſtea reuerſo, cuius negotia geſta ſunt ex voluntate ſua ſine mandato contra ipſum geſtorem negotiorum, vt reddat rationem & reliqua de adminiſtratione per eum facta ipſi domino, de qua actione habetur inſtitu. de obliga.quæ ex quaſi contra.naſc.in §.j.& in toto titu.ff.& C. de negot.geſt.

¶Trigeſimaquinta Actio.

Negotiorum geſtorum contraria.

¶Trigeſimaquinta eſt actio. † Super hac actione dic,quòd per iſtam actionem conſulitur negotiorũ geſtori contra dominum: cuius negotia geſta ſunt in caſu prædicto ad recuperandum contra dominum id quod ipſe geſtor ſine mandato neceſſario vel vtiliter impendit de ſuo pro negotijs domini,vt habetur inſtitu.de oblig.quæ ex quaſi contra.naſ.in d.§.j.& in §.ſicut. 56

¶Trigeſimaſexta Actio.

Negotiorum geſtorum vtilis directo.

¶Trigeſimaſexta eſt actio.Et hæc actio datur, vbicunque quis gerit negotia alterius

alterius ex neceſſitate ſui officij, vt quia erat tutor vel curator alicuius pupilli, vel adulti, vel prodigi, vel furioſi, vel mentecapti & ſimilium perſonarum; quo caſu finita cura vel ſimili officio. iſta actio negotiorum geſtorum vtilis directo datur illi, cuius negotia geſta ſunt ex neceſſitate gerentis ratione officij ſui contra talem geſtorem negotiorum, vt reddat rationem & reliqua, vt probatur in l. curatoris. C. de nego. geſt. & quod ibi plenè nota. per gloſ.

¶ Trigeſimaſeptima Actio.

Negotiorum geſtorum vtilis vtiliter. ¶ Trigeſimaſeptima est actio. Et iſta actio locum habet in caſu econuerſo præcedenti caſui, videlicet quia datur ipſi curatori, vel tutori, qui geſſit negotia prædictarum perſonarum & neceſſitate dicti officij contra illum cuius negotia geſta ſunt ad recuperandum illud quod ille curator vel tutor neceſſariò vel vtiliter impendit de ſuo circa negotia illius cuius tutor vel curator erat, vt habetur in dicta l. curatoris. & quod ibi nota. C. de neg geſt. facit quod habetur inſtitu. de obligat. quæ ex quaſi contract. naſc. circa princip.

Et aduerte: quia dicta actio vtilis nego. geſt. vtiliter vel directò, habet etiam locum, quando quis gerit negotia alterius ſuſpitione neceſſitatis: licèt reuera non immineret aliqua neceſſitas: vt quia mando libero homini per me bonafide poſſeſſo tã quam ſi eſſet ſeruus meus: vt in l. at qui natura. in §. ſi libero. ff. de negot. geſt. ſecus autem ſi liber homo gerit negotia mea ex mera voluntate ſua cum mandato: quia tunc daretur actio mã dati: vt in toto titulo. ff. & C. mandati.

¶ Trigeſimaoctaua Actio.

Pro tutelæ directa. ¶ Trigeſimaoctaua eſt actio. Circa hanc actionem dic, quòd datur pupillo contra illum qui non erat tutor ſuus, qui tamen negotia geſſit ipſius pupilli ſcientis vel ignorantis tã quam tutor eiuſdem pupilli, cum reuera non eſſet: & datur vt reddat rationem & reliqua, de qua habetur in toto titu. ff. pro eo qui pro tut.

¶ Trigeſimanona Actio.

57 **Contraria protutelæ.** ¶ Trigeſimanona eſt actio. † Dic quòd iſta actio locum habet in caſu econuerſo præcedenti: videlicet qa reuera de iure non eſſet ius.

Et datur contra illum pupillum ad recuperandum illud, qđ neceſſariò vel vtiliter impenſum eſt circa illius pupilli negotia adminiſtrata per illum tutorem, vt habetur in præalleg. titu. ff. pro eo qui pro tuto.

¶ Quadrageſima Actio.

Depoſiti directa in quatuor caſibus prætoria. ¶ Quadrageſima eſt actio. Circa hanc actionem dic, quòd licèt generaliter, vel regulariter actio depoſiti ſit ciuilis nihilominus in quatuor caſibus eſt prætoria, videlicet quando quis propter metum tumultus vel incendij ruinæ vel naufragij rem ſuam penes alium deponit cuſtodiendam; quo caſu ad recuperandam illam rem depoſitam datur illi deponenti iſta actio depoſiti directa contra depoſitarium, vt rem depoſitam reſtituat, vt habetur in l. j. in §. j. & in l. quod tumultus. ff. depo. Et iſta actio a princip. eſt in ſimplum & ſic rei perſecutoria.

Sed ex poſtfacto ex dolo depoſitarij negantis depoſitum vel rem reſtituere creſcit in duplum computata re in illo duplo. Et ſic efficitur mixta, ideſt, perſecutoria rei & pœnæ: vt in §. ſequens. in verſicu. planè ſi depoſiti. inſtitu. de actio. & in dictis iuribus, de qua actione dic vt late habetur in dicta l. quod tumultus.

¶ Quadrageſimaprima Actio.

Depoſiti contraria prætoria in dictis quatuor caſibus. ¶ Quadrageſima-
58 prima eſt actio. † Iſta actio depoſiti contraria prætoria datur ipſi depoſitario contra deponentem ad recuperandum impenſas per depoſitarium factas circa rem depoſitam de ſuo: & ſic datur in caſu econuerſo præcedenti, vt probatur ex his quæ habentur: inſtitu. de pœn. teme. liti. in § item tutelæ. Sed in alijs caſibus eſt actio ciuilis: vt ſupra dixi.

Et propterea in arbore Ioann. in numero ſeu ordine ciuiliũ actionum repetitur iſta actio ciuilis depoſiti.

¶ Quadrageſimaſecunda Actio.

Viæ reiectæ. ¶ Quadrageſimaſecunda eſt actio. Circa hanc actionem dic, quòd locum ſibi vendicat, quotieſcunque quis reiecit viam publicam in fundum alterius priuati: vt quia vicinus animo dilatandi & ampliã di fundum ſuum occupauit de via publica, ampliando poſtea eandem viam & ipſam reijciendo in fundum alterius vicini, vt habetur in l. ſi in agrum. ff. de via pub. quæ eſt ſingularis, & alibi non reperitur.

Et datur illi, in cuius fundo via publica eſt reiecta ad intereſſe contra illum qui dolo malo vel culpa hoc fecit vel fieri fecit, vt probatur in dicta l. ſi in agrum. Aliqui tamen, quòd hoc non ſit proprium nomen actionis: ſed proprium eius nomen ſit actio in factum, quæ adiectiue dicitur viæ reiectæ. Sed tamen text. in dicta l. ſi in agrum. clare ſentit, quòd ſit proprium nomen actionis: & ita tenet Ioann. in arbore ſua.

¶ Quadrageſimatertia Actio.

59 **Quod metus cauſa.** ¶ Quadrageſimatertia eſt actio. † Iſta actio datur illi, qui per metum mortis, vel propter corporis cruciatum, per quod fit me us, qui caderet in conſtantem virum, vt in l. metum. ff. quod metus cauſ. aliquid alienat ad reuocandum alienatum. Et datur contra metum inferentem, vel contra alium quẽcunque, ad quem res illa ſic per metum alienata peruenisſet, & ſic eſt actio perſonalis in rem ſcripta: vt in l. ſi cum exceptione. in §. Pedius. ff. quod metus cauſ. & not. in §. quædam. inſtitu. de actio. Et reus conuentus alienatum reſtituendo: & reſtituendo actorem in priſtinum ſtatum liberatur; quod ſi non facit, ex eius contumacia condemnatur ipſe reus in quadruplum, in quo tamen quadruplo eſt rei perſecutio, vt habetur in dicta l. ſi cum exceptione. in princip. ff. quod metus cauſ. & in §. quadrupli. inſtitu. de actio. vbi habetur plenè de iſta materia: & in quo differt iſta actio quod metus cauſ. ab actione in rem vel in perſonam mixta: quæ datur metum paſſo: de quibus ſupra diximus. collige ex nota. per Barto. in l. metum. §. volenti. ff. quod metus cauſ. vbi declarat ipſe Barto. propter quid ſit neceſſaria iſta actio, quòd metus cauſa: vltra actionem priſtinã vtilem quæ datur metum paſſo, de qua ſupra diximus.

¶ Quadrageſimaquarta Actio.

60 **De dolo malo.** ¶ Quadrageſimaquarta eſt actio. † Hæc actio datur illi, qui per dolum malum alterius eſt deceptus. Et datur contra doloſum, vt deceptus reſarciatur & in damno non remaneat: vt in toto tit. ff. & C. de dolo malo.

Circa quem dolum malum diſtinguendum eſt, vt habetur per gloſſ. & doct. in lege eleganter. in princip. ff. de dolo. videlicet quia aut contractus, in quo interuenit dolus eſt bonęfidei, aut ſtricti iuris, & aut dedit cauſam ipſi contractui, aut nõ, & ſic aut erat dolus incidens aut non, de quo etiam habetur in l. ſi quis cum aliter. ff. de verborum obligatio. Et dicitur dolus malus & dolus bonus, & ſic pro quadam bona & laudabili aſtutia in bonam partem, vt habetur in l. j. §. j. ff. de dolo. Et aduerte, quòd iſta actio non datur niſi per ſummam vltra duos aureos: vt habetur in l. ſi oleum. §. fin. & l. ſequen. ff. de dolo. & no. in §. gallinarum. inſtitu. de re. di.

Et adde, quòd ſicut metus debet eſſe talis, qui caderet in cõſtantem virũm, vt dixi ſupra in proxima actione: ita etiam dolus debet eſſe talis, qui caderet in conſtantem virũ, adeo quòd ſi non caderet in conſtantem virum, aſcriberetur potius eius fatuitati & leuitati quàm dolo, vt in capitu. cum dilectus, de his quæ vi metusve cauſa fiunt, & ibi per Innoc. & Abb. quod tenemenți, vt ſcias articulare in tali actione.

¶ Quadrageſimaquinta Actio.

61 **Furti manifeſti.** ¶ Quadrageſimaqnta eſt actio. Circa hanc actionẽ † dic, quòd datur illi cuius intereſt furtum factum non fuiſſe, de qua vide in §. furti autem actio. inſtitu. de oblig. quæ ex deli. naſ.

Et dicitur ille fur manifeſtus, qui deprehenſus & captus eſt in illo furto, vel cum re furtiua, antequàm eo die quo furtum feciſſet eam rem pertuliſſet ad locum deſtinatum, vel quando contra ipſum furem acclamatum eſt per quemcunque, licèt captus non fuerit, vt habetur in §. manifeſtus. inſtitu. de obl. quæ ex delic. naſc. & in l. ſecunda & tertia. ff. de furt. Et dic, quòd datur ad quadruplum in quo non continetur rei perſecutio: quia rem dominus conſequitur per condictionem furtiuam: vt in l. prima. ff. de condi. fur. vel per rei vendicationem: vt in §. fina. inſtitu. de obligat. quæ ex delic. naſc. & in §. ſit itaque. verſicu. planè hodie furtum. & in §. ex maleficijs. inſtitu. de actionib.

Sed quæro, vtrum quilibet poſſit capere furem fugientem cum re furtiua. Dic quòd ſic, vt eſt caſus in dicto §. manifeſtus. ibi, a domino vel alio, etiam ſi ille fur eſſet clericus, & capiens eſſet laicus ſecundùm Bartol. in l. ſi quis in ſeruitute ff. de furt. & Barto. in capitu. cum non ab homine. in ſecunda columna de iudi. Hoc intelligo verum, dummodo laicus, vel clericus captus cum re furtiua: vel in ipſo furto præſentetur iudici intra

20. horas,

Source : BfU Cujas

20.horas, aliàs qui detineret ipſum furē ſic captum vltra illud ſpatium temporis incideret in pœnam priuati carceris, cuius pœna eſt pœna capitis,de qua in l.prima. C.de priui.carce. Illud probatur in l.cap.quinto. in principio. ff.ad leg. Iulia. de adult. & dixi inſtitu.de actio.in principio. Et attende, quòd talis pœna quadrupli in furto manifeſto uel dupli non manifeſto eſt pœna ciuilis:& ſic applicatur parti, vt habetur in §. fina. inſtitu. de obl.quæ ex delict.naſc. Et debet talis actio moueri coram iudice ciuilium cauſarum per l.ſolemus.§.ſi quis latrunculator.ff.de iudi. Poſſet tamen ipſe fur etiam criminaliter accuſari coram iudice maleficiorum ad pœnam applicādam fiſco: vel quòd fuſtigetur,vel aliter arbitrio iudicis puniatur:vt habetur in l.finali.ff.de furt.non tamen fur debet mori, niſi eſſet famoſus latro. Iuxta ea quæ habentur in l. capitalium.§. famoſos.ff.de pœn.vel niſi ſaltem tria furta commiſiſſet: quia tunc tanquàm conſuetus furari deberet ſuſpendi: vt habetur in authenti.ſed nouo iure.C. de ſeru. fugiti. Et ſi furta præcedentia fuiſſent commiſſa in alieno territorio, tamen connumerarentur in numero trium furtorum,vt ſic pœna poſſit aggrauari, & ſic vt fur hic ſuſpendi poſſit: ſi quod furtum etiam vnicum hic commiſit,ſi tamen alia furta alibi commiſerit, licèt illa furta alibi commiſſa principaliter hic puniri non poſſint, per l. extra territorium.ff.de iuriſdictio.omnium iudicum, vt habetur per Barto. in l.ſi cui.§.cum ſacrilegium.ff.de accu.fac.quod ponunt doct. aliqui in dicta authent.ſed nouo iure. Ex quibus habes, quòd licèt per binum actum inducatur conſuetudo, ut habetur in l.tertia.in fin.C.de epiſc aud. nihilominus in actu furandi non inducitur conſuetudo furandi niſi ſaltem per tertium actum:vt patet ex prædictis. Et adde, quòd vſus linguæ non inducitur per binum aut trinum actum: ſed per plures actus arbitrio iudicis,vt notabiliter dixit Cyn.in l.ſecunda.C.de re.credi. & iureiur.

Quid autem ſi fur commiſiſſet vnum magnum furtum, vtrū poſſit ſuſpendi. Bald. in dicta authent. ſed nouo iure. tenet quòd ſic: quaſi vnum magnum furtum æquiparetur tribus paruis furtis. Sed Sali. & Paul.de Caſt.ibi tenent contrarium: quaſi potius attendatur conſuetudo furandi quàm magnitudo rei furtiuæ. Et ſcias quòd pœna dupli vel quadrupli pro furto non eſt hodie in vſu niſi in ciuitate Romana ſecundùm Ludoui. de Roma in ſuis ſingularibus.

¶Quadrageſimaſexta Actio.

Furti aduerſus nautas, caupones, ſtabularios.

¶Quadrageſimaſexta eſt actio. † Iſta actio locum habet,quotieſcunque eſt
62 factum furtum alicui in caupona, ſtabulo, vel naui alterius, dummodo tale furtum factum ſit per illos familiares, quorum opera illi caupones,vel ſtabularij,vel nautæ vtuntur.

Et datur in duplum perſonæ hoſpitatæ applicandum, quæ paſſa eſt furtum contra cauponem, ſtabularium, vel nautam, in quo tamen duplo non continetur rei perſecutio. Quæ tamen actio ſecundùm communem opinionem appellatur in factum furti, ideſt,pro furto aduerſus nautas, caupones, vel ſtabularios,ut dicit Barto.in rubr.furti aduerſus nautas.

Et naſcitur ex quaſi delicto,vt probatur in §. item exercitor nauis. inſtitu de obliga. quæ ex quaſi deli. naſc. Et quia reperiuntur duæ aliæ actiones tractantes quaſi de eadem materia quas infra ponit Ioann. in arbore ſua in numero actionum in factum:ideo pro clariori doctrina hic ſtatim eas ſubijciam.

¶Quadrageſimaſeptima Actio.

In factum in ſimplum aduerſus nautas, caupones & ſtabularios.

¶Quadrageſimaſeptima eſt actio. Circa iſtam actionem dic,quòd datur illi, qui poſuit aliquas res ſuas quaſcunque in naui,caupona, vel ſtabulo alterius, quæ fuerunt traditæ cuſtodiendæ ipſi nautæ,cauponi, vel ſtabulario, vel ſaltem appoſitæ fuerunt ſciente nauta; vel caupone; uel ſtabulario : vt probatur in l.j.§.fin.ff.nau.cau. ſtab.

Et datur contra ipſum nautam,cauponem, vel ſtabularium & in ſimplum,& ſic eſt rei perſecutoria:& datur ratione cuſtodiæ dicto modo receptæ ad verum intereſſe damni paſſi: etiam ſi tale damnum datum eſſet in dictis rebus per viatores, vt eſt caſus in l.ſicut & caupo.ff. nau.cau.ſtab.

¶Quadrageſimaoctaua Actio.

In factum in duplum aduerſus nautā, caponē, vel ſtabulariū.

63 ¶Quadrageſimaoctaua eſt actio. † Iſta actio eſt ex quaſi delicto, licèt præcedens actio ſit ex contractu de recepto :quia caupo, nauta, vel ſtabularius dicto modo rem ſaluam fore recepit:vt habetur in dicta l.j.§.fin.ff.nau.cau.ſtab. & quod habetur d.§.idem exercitor nauis.

Et competit iſta actio contra dominum nauis, vel caupone, vel ſtabuli pro damno dato in rebus perſonæ hoſpitatæ per famulos quidem dicti domini qui dicitur fuiſſe in culpa vtendo opera malorum hominum, vt in d.§. item exercitor nauis.

Et datur ei qui eſt paſſus damnum, vt habetur in l. idem ait in § primo.ff.nau.cau.ſtab. Et datur in duplum, in quo tamen duplo ineſt rei perſecutio,vt dicit Barto. in rubr.ff.furti aduerſus nautas,caupones & ſtabularios.

Et dic,quicquid dicant alij iudicio meo, quòd iſta actio,quæ eſt in duplum datur in caſu præcedenti, quando ſcilicet nauta, caupo,vel ſtabularius rem ſaluam fore recepit: & datur pro omni cætero damno, & pro omni cætero delicto commiſſo circa dictas per familiares dicti domini,excepto furto:quia ſi eſſet furtum,tunc daretur ſpecialis actio,quæ appellatur furti aduerſus nautas,caupones,ſtabularios; quæ eſt in duplum, vt ſupra vidimus,in quo duplo nō ineſt rei perſecutio: ſecus autem eſt,vt dixi in iſto duplo quod venit in iſta actione,de qua hic,vt per Barto in dicta rubri.ff.furti aduer. nau. caup. ſtab.Et ſic illa prima actio habet locum in furto commiſſo quomodocunque per famulos tamen domini.

Secunda verò actio ex contractu datur contra ipſum dominum,etiam ſi tale damnum committatur per viatores.

Terria verò actio, de qua hic, locum habet in alio damno commiſſo aliter quàm per furtum per famulos tamen dicti domini, quod not.

Et iſtud declarat iſtas tres actiones & naturam earum, quæ prima facie videntur tendere ad idem, ſed tamen differunt eo modo quo ſupra dixi.

Et circa iſtas actiones maximè circa primā vide plures quæſtiones,quas in materia format Barto.in l.j.ff. furti aduer. nau. cau.ſta.ex mente Roſ.in libellis ſuis.

¶Quadrageſimanona Actio.

Serui corrupti.

¶Quadrageſimanona eſt actio. † Hæc actio locum habet, vbi-
64 cunque quis facit ſeruum alterius deteriorem in animo:vt quia facit ipſum ebrioſum,luxurioſum, contumacem aduerſus dominum ſuum,& ſic de ſimilibus vitijs animi,& datur domino ſerui in duplum deteriorationis,propter quā ſeruus minus valet, quàm prius valeret.

Et datur contra corrumpentem & deteriorem facientem ſeruum illum:vt iſta probatur in l.prima.in principio.ff. de ſer. cor. & in l.ſi quis perſuaſerit. C. de furt. & ſeru. corrup. & in §. vnde inſtitu. de obliga.quæ ex deli.naſ.& in §.in duplum. inſtitu. de actio.

Et eadem actio ſcilicet vtilis datur patri contra corrumpentem filium vel filiam in animo,vel cæteros liberos, vt in l. tantùm.§.primo.ff.de ſeru.cor.tunc tamen defertur iuramentum in litem ipſi patri,non autem poteſt agi ad duplum, cum liberum corpus æſtimationem non recipiat, vt in l. liber homo.ff. ad l.Aquil.& quod habetur in d.l.vt tantùm.§.j.& quod not.in dicto §. in duplum.

Item eadem actio vtilis quæ datur patri: datur marito contra corrumpentem eius vxorem in animo,vt habetur in d.l.vt tantum.§.j.Sed ſi perſona ſerui eſt corrupta in corpore:vt quia ſeruus eſſet vulneratus vel occiſus, tunc haberet locum actio leg. Aquili. vt in toto. ff.& C. ad l. Aquili. & inſtitu.eodem titu. in princip. & in §. iniuria.

¶Quinquageſima Actio.

Qui bonorum raptorum.

¶Quinquageſima eſt a-
65 ctio. † Iſta actio datur in quadruplum,in quo continetur rei perſecutio,vt in §.vi autem bonorum raptorum inſtitu. de actio.

Et datur contra raptorem bonorum alterius per vim:ſi tamē ſint bona mobilia,vt probatur in l.2.§.& generaliter.ff. vi bon. rap.& in §.quia tamen.in fin.§. inſtitu. vi bon rap.in prin.

Sed quæro,quid ſi aliquis furripuit aliqua bona ex domo alterius,in qua nullus erat,vtrum tunc habeat locum non ſolum actio furti,verum etiam actio vi bon. rapto. Reſpond. diſtinguendo, quòd aut iſte per prius erat talis intentionis, quòd ſi aliquem in domo reperiſſet,rapinam commiſiſſet, & iſto caſu tenetur etiam actione vi bonorum raptorum. Aut non erat intentionis committendi violentiam, ſi aliquem reperiſſet reſiſtentem, & iſto caſu non tenetur actione vi bono. rapto. Iſta probantur in l.ſi quis ex domo.ff.de furt. & quod habetur in l. j.in princip.per Barto.ff.vi bon. rap.

Quæro,quomodo diſcerni illius intentio poſſit:dic ex genere armorum:quia ſi ſe præparauerit cum armis aptis ad reſiſtēdum:præſumitur,quòd fuerit intentionis volendi bona rapere etiam per vim contra reſiſtentem, vt habetur per Ang. in præalleg.l.ſi quis ex domo.

Et iſta faciunt in argumentum:quòd homicidium præſumatur penſatum,vel non penſatum ex genere armorum, vt dicit Albe.de Roſa.in ſuo opere ſtatutorum,in quarta parte.facit,qđ habetur in clemen.j.extra de homi.& quod habetur per Barto. & doct.in l.reſpiciendum.§. delinquunt.ff. de pœnis.

¶Quinqua-

Source : BIU Cujas

¶Quinquageſimaprima Actio.

66 **Iniuriarum** quæ non deſcendit ex lege Cornelia. ¶Quinquageſimaprima eſt actio.† Circa iſtã actionẽ dic, ꝙ habet locũ, vbicũq; quis intulit alteri iniuriam cũ vitio ſeu verbis: vt in l.ſi non conuitij. C.de iniur.& durat toto anno continuo vt ibi ꝺ iniuriam inferentẽ: & per eam petitur reũ condemnari in tanta ſumma in quanta ęſtimauerit actor per ſuum iuřm,qui ſm cõem opinionem debet iurare ſe potius voluiſſe amittere tantum de bonis ſuis,puta cẽtum, quã ſe eſſe paſſum dictam iniuriam,vt hř in l.iniuriarum ęſtimatio. ff.de iniur.& ibi per Bar. & glo. Iudex tamen poteſt illam ſummam refrenare ex officio ſuo ex bono & ęquo, vt no. inſti. de act.in princ.& hř in §.ſumma.inſtit.de iniur.Et in caſu prædicto iſta actio iniuriarum eſt prætoria: ſecus autẽ ſi fieret alteri iniuria illum verberãdo cum dolore, vel pulſando ſine dolore, vel domum illius intrando per vim: quia tunc haberet locum actio iniuriarum ciuilis non prætoria: vt habetur in l.lex Cornelia.ff. de iniur.prout videbis de ea in ordine ciuilium actionum.

Quinquageſimaſecunda Actio.

In factum legis Aquiliæ ſubſidiaria. ¶Quinquageſimaſecunda eſt actio. Hæc eſt actio etiam prætoria, & habet locum, *vbicunq; alteri eſt datũ damnum vel iniuria de non corpore in non corpus, ut ſi quis ſeruũ meũ quẽ in cõpedibus ligatũ poſuerã:qa erat fugitiuus diſſoluerit cõpaſſione ſeu miſericordia ductus:ſeruus meus aufugit: certe qa ille non lęſit corpus ſerui: nec ẽt ſeruus meus reperit lęſus in corpore: propterea dř damnũ datũ de non corpore in non corpus, ex quo ego carco ſeruo meo qui aufugit, vt hř inſtit.ad leg.Aquil. §.fi.Secus* autẽ ſi eſſet datum damnum de corpore in corpus: vt *quia quis cędit ſeruum meũ ferro, vel alio modo*: qa tũc daretˉ actio legis Aquiliæ ciuilis & directa: vt in dic. §. fi.Sed ſi daretur damnum de non corpore in corpus: vt qa quis animalia aliena *incluſit*,& illa fame mori permiſit, tũc daretur actio vtilis legis Aquilię, & nihilominus ẽt *illa* in factũ, vt hř ẽt in text.& glo.in d.§.fi.inſtitu. ad leg.Aquil. Sequitur modo vt videamus de aliis actionibus in factum, quæ dantur loco cuiuslibet interdicti. *Iuxta* ea quæ habentur in §.fi.inſtitu. de interdic. & ibi vide glo. quæ ponit quatuor genera actionis in factum.

¶Quinquageſimatertia Actio.

67 **In factum** de mortuo inferendo. ¶Quinquageſimatertia eſt actio. † Iſta actio datur illi q vult ſepelire mortuum hominem in aliquo loco in quo ius habet ſepeliendi. Et datur contra prohibentem ipſum inferre mortuum, vt deſiſtat a prohibendo & ad intereſſe prohibitionis, vt habetur *in toto titu.ff.de ſepult. ędific. & mor.infe.* De intereſſe dico, quid enim ſi quis prohibetur vehere cementa neceſſaria ad ſepeliendum hominem, quæ poſtea perempta ſunt argu. l.j.§.ędificare.eo.tit.

¶Quinquageſimaquarta Actio.

In factum de ſepulchro ędificando. ¶ Quinquageſimaquarta eſt actio.Hæc actio datur contra prohibentem alium volentem ędificare ſepulchrum, uel ędificatum reformare,vt ille deſiſtat a prohibendo. Et datur etiã ad intereſſe ratione prohibitionis illi qui prohibetur non iure, ut habetur *in* d.tit.ff.de ſepul.ędifi.& mor.infe.& de intereſſe dico propter ea quæ dixi ſup.proxima actione.

¶Quinquageſimaquinta Actio.

In factum ne quid in loco ſacro fiat immittaturve. ¶Quinquageſimaquinta eſt actio. Hæc actio locum habet & datur contra volentem aliquid facere uel immittere in loco ſacro,puta in eccleſia vel muris eccleſiæ, ne aliquid faciat *in* eis, & ſic prouidet, anteq̃ aliquid factum ſit, ut habetur in titu.ne quid *in* loco ſa.fi.in rubro & nigro.

¶Quinquageſimaſexta Actio.

In factum vt quod factum eſt immiſſumve in loco ſacro tollatˉ.¶Quinquageſimaſexta eſt actio. Iſta actio datur ad opus iam factum, vel immiſſum in loco ſacro tollendum ſeu remouendum:& ſic tale interdictum hoc caſu eſt reſtitutorium, ſed præcedẽs ſup. proxi. eſt prohibitorium, vt habetur in d.tit.ne quid in loco ſacro.& probatur in l. 2.§.interdicta.ff.de interdi.tit.generali.

¶Quinquageſimaſeptima Actio.

In factum ne quid fiat immittaturve ĩ via publica vel in itinere publico quo deterior fiat.¶Quin
68 quageſimaſeptima eſt actio. † Iſta actio locum habet, quotieſcunque quis vult aliquid immittere in via vel in itinere publico,propter quod ſi illud eſſet factum vel immiſſum via redderetur deterior: & ſic eſt interdictum prohibitorium,de quo habetur in l.2.§.ait prætor.ff.ne quid in loco pub.

¶Quinquageſimaoctaua Actio.

In factum vt quod factum vel immiſſum eſt in via uel itinere publico tollatur. ¶ Quinquageſimaoctaua eſt actio. Iſta actio datur cuilibet de populo: ſicut ẽt in præcedentib.tribus actionibus, ad faciendũ qđ ille qui immiſit aliquid vel fecerit in uia vel itinere publicò, ꝓpter quod via efficitur deterior,illud tollat & uia reſtituatur ad priſtinũ ſtatum,& hoc caſu tale interdictum eſt reſtitutorium.de iſta actione loquitur tex.in d.l.2.§.prætor ait.ff.ne quid in loco pub.

¶Quinquageſimanona Actio.

In factum ne quid in loco publico fiat. ¶Quinquageſimanona eſt actio. Iſta actio locum habet, vbicunq; aliquis fecit aliquid,ſeu vult facere in aliquo loco publico,propter quod ille locus redditur deterior, vel occupatur, dummodo ſit alius locus q̃ via publica,uel iter publicum: quia de his ſup.proxi.dictum eſt. Et iſta actio dabitur cuilibet de populo,ad faciendum, ꝙ ille qui vult aliquid facere in loco publico prohibeatur,uel ut illud quod factum eſt tollatur,de quo habetur in l.2.in prin.ff.ne quid in loco pub.

¶Sexageſima Actio.

In factum ne quid fiat immittaturve in flumine ripave eius quo ſtatio uel nauigatio deterior fiat. ¶Sexageſima eſt actio.Hæc talis actio locum habet,vel ſibi locũ uendicat ad prohibendum, ne quid fiat immittaturve in flumine publico vel eius ripa, propter quod fluminis nauigatio deterioretur, vel ſtatio ripę & eius vſus deterior fiat, de quo habetur in toto titu.ff.de flumi.& ſic actio eſt prohibitoria, ad prohibendum ne quid fiat, anteq̃ illud fiat: ſed ad tollẽdum id,quod iam factum eſt indebite, loquitur actio ſequens, quę eſt reſtitutoria, ut ibi dicam.

¶Sexageſimaprima Actio.

In factum vt quod factum immiſſumve eſt in flumine eiusve ripa tollatur. ¶ Sexageſimaprima eſt actio.Hæc actio datur ꝺ illum,qui aliquid fecit, vel immiſit in dicto flumine publico,vel eius ripa,ad eum compellendum: ut reducat flumen, uel eius ripam ad priſtinum ſtatum,& ſic ut illud tollat. Et ex hoc apparet. ꝙ præcedens interdictum eſt prohibitoriũ. Iſtud uerò eſt reſtitutorium, & datur cuilibet de populo,de quo habetur in toto tit.ff.de fluminibus.

¶Sexageſimaſecunda Actio.

In factum vt liceat vti frui loco publico ei qui cõduxit ipſum locum publicum uel eius ſocio.
69 ¶Sexageſimaſecunda eſt actio.† Hæc actio datur illi,qui cõduxit aliquem locum publicũ vel aliquam rem alicuius rei publicæ,& ad modicum tẽpus vel eius ſocio.verbi gratia, ſi eſſet publicanus,qui cõduxit uectigal, uel tributũ: certe ſi quis eum uel eius ſociũ ,phibeat uti frui,ꝺ illum poteſt proponi iſtud interdictum,cuius loco datur iſta actio in factum, de quo hř in l.j.& in toto tit.ff.de lo pub.fru.Sed ſi aliquis conduxiſſet dictam rem a republica ad nõ modicum tempus,qđ interpretatur decenniũ: ut hř in l.j.§. qui in perpetuum. ff.ſi ager uect.uel emphy.pet.in l.j.§.quod ait.ff.de ſuperfi. de iure communi & ciuili tutus eſſet per exceptionem, ſi poſſideat, & per actionem ſi deſierit poſſidere,uel detinere: quia daretur ſibi utilis rei uendicatio durante illa conductione ſua, de qua habetur in dictis iuribus.

¶Sexageſimatertia Actio.

In factum vt liceat reficere uiã publicã uel iter publicũ. ¶Sexageſimatertia eſt actio. Iſta actio datur cuicũq; uolenti pro intereſſe publico reficere & aperire uiam publicam,uel iter publicum: ꝺ prohibentem ſeu prohibere uolentẽ:de quo hř in tit.ff.de uia pu.maxime in l.j.in prin.

¶Sexageſimaquarta Actio.

In factum ut liceat ire uel agere per uiã publicam uel iter publicũ. ¶ Sexageſimaquarta eſt actio. Iſta actio prodita fuit contra illos, qui prohibent, uel impediũt eos, qui uolunt ire, uel agere per uiam publicam, de quo habetur in l.2.§.fi.ff.ne quid in lo.pub. & ſic eſt interdictum prohibitorium, ut ibi.

¶Sexageſimaquinta Actio.

In factum ne quid in flumine publico ripaue eius fiat quo aliter aqua fluat quam priori ęſtate fluxerat.¶Sexageſimaquinta eſt actio.† In hac actione dic, ꝙ locũ
70 habet,ubicunq; quis aliquid facit uel immittit,ſeu facere uel immittere uult in flumine publico uel eius ripa, ꝓpter quod aqua fluminis aliter flueret uel fluxerit,q̃ fluxerat in priori ęſtate,tũc proxi. poteſt uti ad prohibendum ne quid fiat uel immittatur. Et datur ſimiliter cuilibet de populo, ut habetur in titu. ff. ne quid in flumi.pub ripaue eius fiat.

¶Sexageſimaſexta Actio.

In factum ut quod factum immiſſumve eſt in flumine publico uel ripa eius propter quod impeditur dictus curſus aquę tollatur.¶Sexageſimaſexta eſt actio. Hæc actio locum habet, quando aliquid factum immiſſumue eſt in flumine publico uel eius ripa, propter quod fluctus aquę aliter fluat, quàm fluxerat ęſtate proxi. præterita. Et datur ad illud quod factum uel immiſſum eſt tollatur.Et datur ſimiliter cuilibet de populo contra illum qui illud fecit uel immiſit: & ſic iſtud eſt interdictum reſtitutorium: ſuperius uerò eſt prohibitorium: quia datur contra illum,qui nondum fecit,ſed faciebat, ſeu facere uolebat:de quo interdicto habetur in eo tit.ff.ne quid in flu pu.ripave eius fiat.

Source : BIU Cujas

¶Sexagesimaseptima Actio.

In factum vt liceat ripam publicam fluminis reficere vel munire.¶Sexagesimaseptima est actio. Ista actio locum habet & datur cõtra illum qui prohibet volentem reficere vel munire ripam publicam fluminis, ne ripa destruatur in damnum vicini ipsius ripę volentis eam ripam munire,dũmodum vicinis proximis, vel qui sunt transflumen cauеat de damno infecto, ꝙ posset accidere in futurum vsque ad decem annos arbitrio boni viri : vt in l.vnica. ff. de ripa mu.Et datur hęc actio ꝯ prohibentem ad hoc vt ille remoueatur a tali prohibitione : & vt illi liceat reficere dictam ripam publicã,de quo habetur in tit. ff.de ripa mu. Et ꝙ dictum est de ripa fluminis:idem dico de ripa lacus,fossę, vel stagni, vt in d.l.vnica.in fi.

¶Sexagesimaoctaua Actio.

In factum vt liceat in flumine publico,vel stagno,vel lacu nauigare,& ĩ eius ripa onerare vel exo
71 nerare.¶Sexagesimaoctaua est actio. † Ista actio locum habet, si quis vult nauigare in flumine publico lacu,vel stagno, vel in eius ripa aliquid onerare vel exonerare ex naui:quo casu si ꝓhibeatur per aliquem, contra illum prohibentem datur ista actio in factũ; de qua loquitur titulus.ff.ut in fiu.pub. naui.lic.in rub. & nigro. Et adde, quòd lacus dicitur, qui habet aquam perpetuam,stagnum habet aquam temporalem ibidem stagnantem, quæ colligitur in illo loco tempore hyemis. fossa est locus manu factus, quæ fossa potest etiam esse publica; quo casu idem dicendum est in ea, quod in flumine,lacu, uel stagno publico: ut est casus in d.l.vnica.ff.vt in flu.pub.

¶Sexagesimanona Actio.

In factum ne vis fiat ei qui in possessionem missus est. ¶Sexagesimanona est actio.Circa istam actionẽ dic,ꝙ locũ habet,qñ aliquis mittitur in possessionem cã rei seruandę vel in tenutam,quo casu si aliqs prohibeat illũ esse in possessione vel in tenuta, ille prohibitus habet interdictũ, ne vis fiat ei qui in possessione missus est.& in loco eius intentatur dicta actio in factum sicut ꝓ ceteris interdictis:de quo loqr̃ titulus.ff.ne vis fiat ei qui in possessionẽ missus est,in rubro & in nigro.Et proditũ est istud remediũ:qa talis qui missus est in possessionem causa rei seruandæ non possideat.Sed solùm dicitur esse in possessione:vt habetur in l possideri.§.vlt.ff.de acquir.poss.& propterea sibi deficiebat interdictum vti possidetis : quod datur illi qui possidet: vt in l.si duo.§.creditores.ff.vti pos.quod no.

¶Septuagesima Actio.

In factum loco interdicti quorum bonorũ. ¶Septua-
72 gesima est actio.† Circa hoc interdictũ dic, ꝙ habet locum, vbicũq; quis agnouit possessionem bonorum de iure prętorio alicuius defuncti tanq̃ successor de iure prætorio qui dr̃ bonorum possessor; quo casu licèt per solam bonorum possessionẽ agnitã acquirat dñium saltem rerum hęreditariarum:vt hr̃ in l.j.ff.de bo.pos.tit.generali: non tñ acquirit possessionẽ eorum bonorum: nisi eam actualiter apprehendat : ut l.cũ hæredes.in prin.ff.de acq. pos. Et ideo pro adipiscenda possessione illorũ bonorũ ꝯ possessores põt intentari istud interdictũ quorũ bonorũ,loco cuius intentat dicta actio in factũ sicut & pro aliis interdictis, & sic tale interdictũ est interdictũ adipiscendæ possessionis,de quo hr̃ in toto tit.ff.& C.quorũ bonorũ. & insti.de interdic.§. adipiscendæ.Et aduerte : qa tunc dr̃ bonorũ possessio agnita,qñ.s.coram iudice quis declarat voluntatem suam, ꝙ vult & intendit esse successor alicuius defuncti,per cuius mortẽ aliqua successio vniuersalis sibi delata est, vt in l.fi.C. q admit.ad bo.pos.possunt.nec iudex habet hodie necesse aliqd dicere in tali agnitione, ut ibi.licèt de iure veteri iudex deberet eã decernere tali agnoscẽti, & sic dicebat bonorũ possessio decretalis, vt ĩ l.j.§.decretalis.ff.de succes.edic.vñ hodie põt dici iudicialis;quia dẽt agnosci tñ corã iudice, ut in d. l.fin.& præsentia iudicis requiritur in memoriam veteris edicti, ut per Bal.

¶Septuagesimaprima Actio.

In factum loco interdicti quorum legatorum. ¶Se-
73 ptuagesimaprima est actio † Ista actio dat̃ ꝯ legatarium vel fideicõmissarium,qui post mortem testatoris ante tñ hæreditatẽ aditam per hæredem occupauit & accepit rẽ legatam vel per fideicommissum relictum occupando eã ꝓpria auctoritate : nõ expectans ipsam rem legatam habere de manu hæredis post aditãm hæreditatem per eum.Et datur tale interdictum ipsi hæredi,uel bonorum possessori ad auocãdum dictam rẽ legatam seu possessionem eius, & hoc forte quia hæredis interest rem legatam uel per fideicommissum relictã esse penes se,ut possit circa ipsam vti detractione falcidiæ ꝓp legem Falcidiã,vel trebellianicæ propter trebellianum senatusconsultũ. hr̃ in toto.tit.ff.& C.quorum lega.& sic patet,ꝙ hæres uel bonorũ possessor non potest intentare hanc actionem seu hoc interdictũ,nisi hæres conqueratur de Falcidia vel Trebellianica,ut no. in l.j.C.quorũ lega.Adde,ꝙ agens hoc interdicto debet offerre legatario uel fideicõmissario,qui ante hæreditatem aditam,vel ante bonorũ possessionẽ agnitã occupauerit rem relictam, sibi satisdationem de dandis relictis, si dari poterunt detracta Falcidia,uel Trebellianica,ut in l.vnica.C.quo.leg.& quod ibi no.

¶Septuagesimasecunda Actio.

In factum loco interdicti de tabulis exhibendis. ¶Se-
74 ptuagesimasecunda est actio.† Ista actio locum habet,qñ aliquis fecit testm̃, quod post mortem testatoris ab aliquo detinetur,qui illud testm̃ occultat;quo casu hæredi,legatario,seu fideicommissario,cuius interest dictum testm̃ exhiberi datur ꝯ illum occultantem dictum testm̃ dicta actio in factum,seu de tabulis exhibendis,ad cogẽdum illum,ꝙ exhibeat in iudicio tale testm̃,de quo habetur in toto titu.ff.de tabu.exhi. Et si non uelit exhibere iussus a iudice, tunc condemnatur ad interesse hæredis, vel legatarij, quod interesse dicitur in hærede ęstimatio hæreditatis:in legatario ęstimatio legati:etiam si sit legatum conditionale.ut in l.locum.§.condemnatio.ff.de tab.exhiben. Cessat tamen hoc interdictum, si pendeat quæstio super hæreditate: uel quæstio falsitatis super testamento: quia tunc debet exhiberi, sed debet deponi, ut in l.fi.eo. titu.

¶Septuagesimatertia Actio.

In factum loco interdicti de liberis exhibendis.¶Se-
ptuagesimatertia est actio. Ista actio locũ habet,si filius,uel nepos tuus,uel alius descendens inuitus detineatur ab aliquo:secus si detineatur volens, ut in l.si filius.ff.de libe.exhiben.quo casu datur ꝯ detinentẽ tali parenti dicta actio in factum loco illius interdicti de liberis exhibendis, per quod ille detinẽs cogitur illum filium exhibere patri & in iudicio demonstrare:ad hoc ut pater ille videat,si ille sit filius suus, uel nepos,sic de singulis:ut habetur in tit.ff.de libe. exhi. & sic tale interdictum est exhibitorium, prout etiam est præcedens interdictum,ut in l.locum.§.hoc interdictum.ff.de tabu. exhiben.

¶Septuagesimaquarta Actio.

In factum loco interdicti de liberis deducendis.¶Se-
75 ptuagesimaquarta est actio. † Hoc remedium locum habet si filius tuus, uel alius descendens ab aliquo detinetur:vel fuerit exhibitus patri, uel in iudicio demõstratus, quo casu si pater videret filiũ esse suum, poterit contra detinentem intentare interdictum de liberis deducendis, per qđ pater poterit filium suum deducere,de quo hr̃ in d.tit ff.de lib.exhib. vel deducen. Vanum enim esset patri, ꝙ filius suus sibi exhiberetur per remedium, de quo sup. proxime dictum est : nisi sibi esset perditum remedium, per quod liceret sibi eius filium sibi exhibitum deducere & ad se auocare,ut in l.3.§.hoc autẽ interdictum.ff.de lib.exhi.vel dedu.Vnde dic,ꝙ supradictum interdictum est exhibitorium: hoc verò est deductoriũ,ut in d.l.3.§.j.

¶Septuagesimaquinta Actio.

In factum de libero homine exhibendo.¶Septuage-
simaquinta est actio.Hæc actio locum habet,quando liber homo ab aliquo detinetur inuitus, quo casu cuilibet de populo licitum est intentare contra detentorem illius liberi hominis istud interdictũ de libero homine exhibendo, ut si appareat illum esse liberum hominem,inuitum aliquo detineri non debeat, ut habetur in l.j. & 2. & 1. quod ait.§ hoc interdictum.ff.de lib.ho.exhi.& vide quod dixi sup.circa actiones præiudiciales.

¶Septuagesimasexta Actio.

In factum loco interdicti vnde vi. ¶Sepruagesima-
76 sexta est actio. † Istud interdictum dat̃ spoliato possessione in qua spoliator spoliauit alium sua possessione.Et dicitur esse interdictum recuperandæ possessionis, ut habetur in §.recuperandę.insti.de interdic Et habet locum solum in vi expulsiua,ut habetur in l.j.circa prin.ff. de vi & vi ar.Et habetur de ista materia in toto tit.C.unde vi.& per totum. ff.de vi & vi ar.& extra,de resti.spo.per totum.& de his violentiis & differentiis ipsarum vide plenius.C.de his quæ vi metusve cã gesta sunt.l.j.de quo etiam habetur insti. de interdic. in §. hodie. Et adde,ꝙ etiã prædo spoliatus est restituendus, ut in c.in literis.de restit. spol. Et debet possessio restitui insimul cum fructibus & cum omnibus damnis & interesse:ita quòd spoliatus reponatur in pristinum statum,ut in c.grauis. eo. titu.spoliator non potest referre quæstionem dominij,ut in d.c.in literis. ibi not. & habetur in l.si quis a se fundum.C.ad leg.Iuliam de vi publica uel priuata.& in l.si de ui. ff. de iudi. Quot autem remedia competant spoliatis.uide 3.q.prima cap.reintegranda.& in glo.summæ,ubi glo.pulchre loquitur. Et adde, ꝙ hoc interdictum durat anno utili de iure ciuili non ultra : nisi de eo quod peruenit ad uiolatorem seu ad spoliatorem, ut in l.2.& ibi no. C. unde ui. & nisi per uiam excipiendi durat perpetuò : quia quæ sunt annalia ad agendum: sunt perpetua ad excipiendum.l.pure.in fi. ff. de doli mali excep.De iure uerò canonico durat perpetuò:& sic etiam ultra annum, ut no.in c.2.de resti. spol. ubi glo.hoc tenet etiam respectu pęnę,& scripsi in princ. decreti. in q.25. in uersi.44.Et adde, ꝙ hoc remedium datur contra spoliatorem non contra tertium,ad quem res deuenit,ut ĩ l.cum a te.ff.de ui & ui ar. nisi tertius sciens de ui & spolio acceperit:a spoliatore,ut c. sępe. de resti.spolia.de quo in d.c.reintegranda.

¶Septua-

Source : BIU Cujas

¶Septuagesimaseptima Actio.

77 **In factum** pro interdicto qđ vi aut clam. ¶Septuagesimaseptima est actio. † Ista actio locum habet, quotiescūq; qs in aliquo fundo ędificauit post prohibitionē: ut in l.j.§.vi factum.ff.qđ vi aut clam. quo casu dr̄ vi facere, vt ibi, uel etiam qñ quis clā ędificauerit, iuxta.l.3.§ fi.eo. titu. suspicans tñ me sibi litem moturum, quo casu mihi ꝫ illum qui sic ędificauit cōpetit hæc actio loco illius īterdicti qđ vi aut clam, ad hoc ut ego indemnis conseruet, vt in toto tit.ff.qđ vi aut clā. Et vt tollatur, qđ factū est vi aut clam, adeo ꝙ nulla exceptione potest se tueri, sicut nec spoliator: nisi opponat aliquam ex quatuor exceptionibus notatis per glo. in l.j.§.j.ff.quod vi aut clam. Et habet locum hoc interdictum solum pro opere facto in re immobili, ut in d.l.j.§.hoc interdictum.el 2.ff.quod vi aut clam.

¶Septuagesimaoctaua Actio.

78 **In factū** pro interdicto vti possidetis. ¶ Septuagesimaoctaua est actio. † Hoc interdictum locum hēt, vbicunque ego possideo aliquam rem immobilem; quo casu si quis me molestet in possessione illius rei immobilis: & forte qa ille contendit se esse in possessione, seu se possidere, & non me, intentabo ꝫ illum me molestantē interdictum vti possidetis, ut in l.si duo in prin. vbi hr̄ de forma sententiæ in hoc interdicto ꝑ Bar. & in l.j.§.interdictum.ff.eo.tit.vti possi. vbi ponitur per Bar. forma libellādi *in hoc interdicto, & in hoc venit interesse actoris.l.3.§.fi.ff.vti poss. & ibi vide* per Bar. de materia. & C. eo. tit. vti pos. & per *cano. in c.* licèt causam. de proba. vbi per glo.

¶Septuagesimanona Actio.

79 **In factum** pro īterdicto vtrobi. ¶Septuagesimanona est actio. † Hoc īterdictū locū hēt, vbicūq; *possideo aliquā* rē immobilē, puta equū, vel librum, & aliqs me *molestat* ī mea possessione illius rei mobilis, dicendo ꝙ nō spectat ad me, sed ad ipsum. Et ego dico, ꝙ spectat ad me: quo casu ꝫ illū potero ꝓponere īterdictū vtrobi, qđ locū hēt ꝓ tuitione possessionis rei mobilis, ut in l.j.ff.vtrobi. sed p̄cedens interdictū hēt locū pro tuitione possessionis rei immobilis, vt in l.j.§.pen. ff. vti pos. dummodo in dictis duobus interdictis volens ipsum intentare nō possederit ab aduersario vi, clā, vel precariò, vt hr̄ in d.l.j.§.fi.vti pos. & insti. de interdi. §.vtrobi. de quo dic ut ibi, & ff.vtrobi.l.vnica. hanc tñ differentiam inter possessionē rei mobilis vel immobilis non vidētur facere canonistę: putantes pro possessione vtriusq; rei sufficere ac posse intentari vnicū interdictum vti possidetis, vt habetur in d.c.licèt causam. de proba.

¶Octuagesima Actio.

80 **In factum** loco interdicti de superficiebus. ¶Octuagesima est actio. † Istud interdictū locum sibi vendicat, quotiescūq; qs habet possessionē in aliqua superficie: cui si desineret possidere vel detinere superficiem daretur vtilis actio in rem quæ datur superficiario; quo casu si ipse superficiarius non desierit possidere ipsam superficiē sed ipsam possideat: & alius molestādo ipm in sua possessione ꝙtēdēs se potius possidere, tunc ille q est in possessione illius superficiei: datur interdictū de superficie cuius loco intentat̄ ista actio in factū, ut in §. fi. insti. de interdi. Et datur ꝫ illum, qui ꝙtendit se potius possidere molestādo aliū in sua possessione illius superficiei, ad hoc vt ille desistat a tali molestatione: & pronuncietur ēt intentantē tale interdictū esse in possessione, & per ꝙñs vt aduersarius suus sibi ꝙdemnetur ad interesse suū, qđ actor passus est rōne dictę molestationis: & ꝙ caueat in futurū se non molestaturum eundem in sua pacifica possessione illius superficiei, sicut sup. diximus in sñia ferenda super interdicto vti possidetis, qđ datur pro tuitione possessionis, quā quis hēt in alia re immobili, vt ꝑ Bart. in l.si duo. ff. vti pos. & in l.j.§.hoc interdictū. eo. tit. Et hoc interdictū datur illi, de quo sup. dixi, dummodo non possideat superficiem ab aduersario vi, clam, vel precariò. Ista probantur in l.j. in prin. & in §.j. & 2. ff. de superficiebus. & tex. ibi dicit, ꝙ quæ dicuntur in interdicto uti possidetis habent locum etiam in isto casu.

¶Octuagesimaprima Actio.

81 **In factum** de itinere actuq; priuato vtendo. ¶Octuagesimaprima est actio. † Ista actio datur illi, qui per fundum alterius habuit, seu quasi possedit iter, vel actū ad fundū suū per fundū vicini eundo saltē ꝑ 30. dies ēt discontinuos ꝑ illū fundū vicini ad fundū suū in eo anno proximo retro. Et datur ꝫ vicinum ꝓhibentē illū ire uel agere per fundum suū, ut desistat a ꝓhibitione, vt hr̄ in l.j. in princ. & in §.j.ff.de iti. actuq; priua. & uenit interesse ꝓhibiti ꝫ prohibentem. l.4.§. in hoc interdicto. eo. tit. Et sic in hoc interdicto non agitur de iure vel non iure eundi uel agendi per vnū fundū ad aliū, sed solum de possessione, vel quasi, vtrū qs fuerit vsus seruitute itineris uel actus per dies 30. licèt discontinuos, ut in dictis iuribus. Sed de iure uel non iure eundi vel agendi bene contenditur, qñ intentatur actio confessoria, uel negatoria, in qua vertitur iudicium non possessorium, sed potius petitorium. Iuxta ea quæ dixi in §. ęque. instit. de actio. & habetur in l.2.ff.si serui. uendi.

¶Octuagesimasecunda Actio.

82 **In factum** de itinere actuq; priuato reficiēdo. ¶Octuagesimasecunda est actio. † Ista actio locū habet, quotiescunq; qs hēt actū vel iter ꝑ fundū alterius ad suum fundū: & vult reficere istud iter, vel ēt actū: & ille ꝑ cuius fundū illud hr̄ vult reficientē impedire, quo casu volēti reficere datur ista actio in factū loco interdicti de itinere actuq; priuato reficiēdo. Et dat̄ ꝫ impedientē, vt ille desistat ab impeditione uel impedimēto, vt hr̄ in l.3.§. ait ꝓtor. ff. de itine. actuq; priuato. Et differt hoc interdictū a superiori: qa ī illo sufficit quē illo anno esse vsum iure seruitutis, licèt non probet seruitutē sibi deberi; sed in isto oportet probare duo. Primò, ꝙ illo anno fuerit usus iure seruitutis. Scđò, ꝙ reuera seruitus illa ei debetur, vt est casus in d.l.3.§. hoc autē a superiori. Et adde, ꝙ volens reficere viam, uel actū &c. debet cauere de damno infecto dño fundi, in quo vult reficere viā, ut in d.l.3.§. qui hoc interdicto. Et adde, ꝙ meritò tractatur de via reficienda per illum qui prætendit seruitutē: quia hoc onus non incumbit debenti seruitutem, sed illi cui debetur. l. quoties. §. fi. de serui. tit. generali. fallit in seruitute oneris inferendi. l. eum debere columnam. ff. de seruit. urba. prædio.

¶Octuagesimatertia Actio.

83 **In factum** de aqua quotidiana. ¶ Octuagesimatertia est actio. † Ista actio locū hēt, vbicūq; qs saltē in vno die in anno ꝓximo retro duxit aquā ꝑ fundū alterius ad suum fundum forsitan irrigandū, vt in l.j.§.qđ aūt. ff. de aqua quoti. & ęsti. & in §. illud. ea. l. quo casu si ille cuius est fundus impediat uolentē vti illa seruitute aquęductus, seu volentē ducere illā aquā, dat̄ ista actio ꝫ ꝓhibentē, ut desistat a ꝓhibēdo, ut in l.j. §.j.ff. de aqua quoti. & ęsti. Et sic est interdictū prohibitoriū, pōt etiam esse restitutorium, vt tollatur qđ factum est per dñm fundi in præiudicium vsus illius seruitutis, & sic dabitur ut tollatur quod factum est, ut in l.j.§ j. & ibi glo. ff. de aqua quoti. & ęsti.

¶Octuagesimaquarta Actio.

84 **In factū** de aqua ęstiua. ¶ Octuagesimaquarta est actio. † Ista actio locū hēt ꝫ ꝓhibentē ducere aquam ꝑ fundū illius ad fundū ducere volentis ipsam aquā, de qua ducenda ius hr̄e prętendebat tpe ęstatis: & ꝓꝓ hoc appellatur aqua ęstiua: & dat̄ illi qui vno die saltē in anno retro vsus est illa aqua ęstiua, vt ille desistat a prohibitione, ut habet̄ in d.l.j. ff. de aqua quoti. & ęstiu. in §.2. & potest esse etiam restitutorium. ut ibi.

¶Octuagesimaquinta Actio.

85 **In factum** de aqua e castello ducenda. ¶Octuagesima quinta est actio. † Hæc actio datur ubicunq; quis p̄tendit hr̄e ius ducendi aquā ex castello alterius. i. ex loco alterius, in quo aqua abinde nascens, uel abinde cōgregabatur, quo casu si prohibeatur de aqua illa ducere ad fundū suū ꝫ ꝓhibentem datur ista actio, ut desistat a prohibitione, de quo habetur in l.2.§. ait prætor quo ex castello. ff. de aqua quoti. & ęsti.

¶Octuagesimasexta Actio.

86 **In factum** de riuis purgandis. ¶Octuagesimasexta est actio. † Circa istā actionē dic, ꝙ datur illi q vult purgare seu reficere riuū, ꝑ quē ius habeat ducēdi aquā per fundū alterius ad fundū suū; quo casu si prohibeatur; datur ista actio prohibitoria ꝫ illum prohibentē, ut possit riuū purgare ad hoc, vt aqua habilius fluere possit, de quo hr̄. ff. de riuis. per to. tit. Et datur hoc interdictum illi qui habet seruitutē ducendi aquā, vel illi qui eo anno vsus est aqua seu ęstate prędente non vi, clam, non precariò ab aduersario, ut l.j.§. hoc interdictum. ff de riuis. Et sic est interdictum ꝓhibitorium, & etiam potest esse restitutorium, ut dixi sup. circa alia interdicta, & in l.fi.ff. de riuis.

¶Octuagesimaseptima Actio.

87 **In factum** de fonte, & vt liceat vti eo. ¶Octuagesimaseptima est actio. † Ista actio dat̄ ꝫ illū, qui aliquē ꝓhibet a iure aquā ex fonte seu ex puteo alterius, ad hoc vt ille ꝓhibēs cesset a prohibitione, de quo hr̄ in tit. ff. de fonte. Et sic ista actio loqt̄, qñ quis vult aquā in fundo alterius hauire, & ipsam ferre seu portare ad fundū suum: sed remedia prędentia loquuntur, qñ quis non vult ferre, nec portare aquā, sed ipsam ducere per aliquem riuum, vt patet ex prædictis, & ꝓbatur in l.j.§.j.ff. de fonte. Et habet locum in aqua viua: secus in mortua, puta in cisterna, ut in d.l.j.§. hoc interdicto. de cisterna.

¶Octuagesimaoctaua Actio.

88 **In factum** de fonte reficiendo. ¶Octuagesimaoctaua est actio. † Hæc actio locum habet, qñ q hēt ius hauriēdi aquam ex fonte uel puteo alterius, & ille, qui istud ius habet, vult reficere puteum vel fontem, qui egebat refectione. Certe si dominus fontis prohibet hoc, contra ipsum datur dicta actio, ut ipse prohibens patiatur ipsum reficere dictū fontem uel puteum, ut habetur in d.titu. de fonte. in l.j.§.fi.

¶Octuagesimanona Actio.

89 **In factū** de cloacis purgandis: & reficiendis. ¶Octuagesimanona est actio. † Circa istam actionē dic, ꝙ locū habet, quotiescunq; quis vult purgare, vel reficere cloacam, quæ prętendit in fundum vicini, per quam aquā, vel colluuiones ducit tollendo seu remouēdo immundicias existētes in

Source : BIU Cujas

ipſa cloaca, ſeu ipſam reficiendo, qñ purgatione, ſeu refectione egebat, certe ſi ille prohibeatur, qui ius habet ducēdi, ſeu immittendi per dictam cloacam: ꝯ prohibentem per prohibitū intentatur iſta actio, vt ille deſiſtat a prohibitione. Et vt patiatur eum intrare fundum ſuum in quem cloaca illius diſcurrit cauſa eam purgandi uel reficiendi ꝛm ſtatum eius priſtinum, vt in l.j §. qđ ait ptor. ff. de cloacis, quæ debent purgari & mūdari ab immunditiis ꝑp fętorem, qui ſolet corrumpere aerem & generare peſtem, vt habetur in l.j. in prin. & per totum titulum. ff. de cloacis.

¶Nonageſima Actio.

90 **In factum** ne quid in cloaca fiat immittaturve. ¶Nonageſima eſt actio.† Si aliquis vult immittere vel facere aliquid in cloacam meam, vel in qua ius habeo, propter qđ impediatur aqua fluens vel vſus eius per ipſam cloacam, mihi datur contra illum dicta actio ad prohibendum illū, vt in l.j. in fin. ff. de cloacis, & ſic in hoc caſu tale interdictum eſt prohibitorium, & prouidet antequam quid fiat in cloaca, propter quod vſus eius deterior ſit, vel fiat, ut in d.l.j. §. fi.

¶Nonageſimaprima Actio.

91 **In factum** vt qđ factū immiſſumve eſt in cloaca tollatur. ¶Nonageſimaprima eſt actio.† Iſta actio prouidet, poſtq̄ iam aliqd factū, vel immiſſum eſt ī cloacā per alium, ꝑp qđ vſus eius eſt factus deterior: & ſic hoc caſu tale interdictum eſt reſtitutoriū: qa datur ꝯ illum qui iam aliqd fecit vel immiſit ī cloacā, ꝑp quod eius vſus eſt factus deterior, vt illud tollat, & ſic ut cloaca in priſtinū ſtatum reſtituatur ad petitionem illius, cuius erat cloaca, uel qui ius habebat in ea. de quo habetur in l.j. §. deinde ait prætor. ff. de cloacis. Et ſic patet, ꝙ hoc interdictum hoc caſu eſt reſtitutorium, ut in d. §. deinde ait. In caſu verò præcedenti eſt prohibitorium, ut ibi dixi.

¶Nonageſimaſecunda Actio.

92 **In factum** loco īterdicti de precario. ¶Nonageſimaſecunda eſt actio.† Iſta actio datur mihi ꝯ illum qui aliquam rem a me habuit precariò, ut rem illam mihi reſtituat ranq̄ ſim in poſſeſſione illius rei, ex quo dicebaī meo noīe poſſidere, ut in l. 2. C. cōia. de vſuc. & l. qđ meo. in princ. & l. interdū. ff. de acq. poſ. & qđ hr̄ in l. ab emptione. ff. de pac. & ſic eſt interdictū reſtitutoriū, vt in l. 2. ī prin. & §. i. ff. de precario, & daī ut reus rē reſtituat in priſtinū ſtatū, qđ ſi non facit, ꝯdēnatur ad intereſſe actoris. l. quędā. §. ex hoc interdicto. ff. de preca. Et differt precariū a cōmodato: qa cōmodatū datur ad certū & limitatum uſum, vt ſi tibi cōmodo equū meū: ut vadas Vincētiā, quo caſu non poſſum reuocare tale cōmodatū, niſi finito vſu, vt in l. in cōmodato §. ſicut. ff. cōmodati. Sed precariū eſt illud, qđ ad preces tuas per me tibi ꝯceditur, ſeu ꝯmodatur non limitato certo uſu, vt ſi tibi cōmodo equum meū ſimpl'r, ut not. in rubr. ff. de precario. & in nullo mutatur dñium, licèt in illū cui ꝯcedit precario transferatur poſſeſſio. l. 4. §. j. ff. de precario. qđ non eſt in ꝯmodato, ut in l. rei ꝯmodatę. ff. cōmodati. & vtrūq; fit iu rebus non conſiſtentibus in pōdere, numero, uel mēſura, cū in iſtis conſiſtat mutuū. l. 2. §. j. ff. ſi cert. pet. Et nunc intelligis in quo differāt inter ſe precarium, commodatum & mutuum.

¶Nonageſimatertia Actio.

93 **In factum** de arboribus cędendis. ¶Nonageſimatertia eſt actio.† Hæc actio habet duo capita. Primum datur ꝯ illum qui habet arborem, quæ pēdet ſup. meū ędificium, uel quæ eſt prope murum meū. Et datur mihi ꝯ illū, vt debeat incidere eam arborem a ſtipite. Aliter ego poſſum ꝑpria auctoritate ipſam incidere, & lucrabor ligna illius arboris, vt l.j. circa prin. ff. de arbor. cęden. Secundum caput locum hēt, qñ arbor vicini eſt prope confinia poſſeſſionis meę, & ſic ꝑpe prędium ruſticum, & datur mihi ꝯ illum, ut ramos ſuę arboris ſuccidat circuncirca, incidendo ipſos ramos a terra, ne tollatur ſol & aer, ſeu ne vmbra noceat agro meo, vt habetur in d.l. circa fi. ff. de arbo. cęden. ubi omnia iſta probantur. Et adde l. fi. ff. fini. regun. ubi declaratur quantum debeat arbor diſtare a regione vicini, ſed d.l.j. §. fi. ff. de arbo. cęden. loquitur de arbore diſtante ſecundum mēſuram illius. l. fi. ut nihilominus teneatur alta circa ramos; ut ſup. Quid autem quādo arbores vicini ſunt prope aream meam, dic ut in l. fi. in ſi. C de ſeruitu. & aqua.

¶Nonageſimaquarta Actio.

94 **In factum** de glande legenda. ¶Nonageſimaquarta eſt actio.† Circa iſtam actionem dic, ipſam habere locum, quotieſcunque ex arbore mea, quæ pendebat in area vicini, uel prope aream ceciderunt fructus in ipſam aream vicini mei, quo caſu mihi cōtra illum datur dicta actio de glande legenda. inf. tres dies tantum, poſtquam fructus ceciderunt, ut ille vicinus permittat mihi tollere fructus meos. Et dic appellatione glandis omnes fructus continētur, & poſt tres dies non debet audiri. Iſta probantur in l.j. ff. de glande legen.

¶Nonageſimaquinta Actio.

95 **In factum** de migrādo. ¶Nonageſimaquīta eſt actio.† Hæc actio datur inquilino, ꝙ ſoluta mercede, vel penſione domino fundi uel domus vult res inuectas uel illatas ī fundo vel domo extrahere ex ipſo fundo vel domo & eas abducere, & datur ipſi inquilino ꝯ dñm fundi vel domus, qui vult prohibere ipſum colouum vel inquilinum, ne illas res extrahat de domo vel fundo. Iſta habentur in d.l.j. per totum titulum. ff. de migrando. Et aduerte, ꝙ tale interdictum non competit colono, & ſic in prędio ruſtico, ſed tantum inquilino volenti migrare, ut in d.l.j. §.j. dic vt ibi. & inquilino habitantis gratis competit tale interdictum utile, ut d.l.j. §.j. in fi §. Et datur inquilino pro rebus proprijs, uel etiam non ſuis, puta ſibi commodatis ſaltem vtile, ut in l. fi. eod tit. Et competit inquilino, poſtq̄ ſoluit pēſionem vel poſtquam non ſtat per eum, quominus eā ſoluat, ut in l.j. in prin. ff. de migrando. Et in hac actione venit, ꝙ dominus domus patiatur ipſum inquilinum aſportare res inuectas & illatas, & ſic venit intereſſe inquilini. d.l.j. ff. de migran.

¶Nonageſimaſexta Actio.

96 **In factum** loco Saluiani īterdicti. ¶Nonageſimaſexta eſt actio.† Iſtud interdictū eſt de poſſeſſione, & daī directū creditori ꝯ debitorē, & dño ꝯ colonū eius uel inquilinum ad aduocandas vel perſequendas res obligatas vel inuectas, ſeu illatas in fundū, quæ res erant creditori vel dño fundi pignori obligatę. Iuxta ea quæ habenī in §. itē Seruiana. inſti. de act. ſed utile datur ꝯ tertios poſſeſſores eorundē bonorum quæ erāt obligata tacite vel expreſſe, vt ꝑbaī l.j. ꝙ ibi not. C. de Saluiano īterdicto. Et iſtud interdictū eſt magis utile, quā ſit actio Seruiana, uel quaſi Seruiana, ſeu hypothecaria: qaī hoc interdicto ſufficit, ꝙ creditor ꝑbet, res illas fuiſſe poſſeſſas tanquam ſuas ꝑ debitorē tꝑe obligationis ꝯctæ, ſed in hypothecaria oportet creditorē probare de dñio debitoris, ut hr̄ in l.j ff. de Salui. interdi. & per doct. Dyn. & alios in d. §. item Seruiana, de quo dic. ut per eos. Et dic, ꝙ in hoc interdicto reus condemnatur ad reſtituendum poſſeſſionem uel detētationem rei obligatæ, vt in l. ſi fundus. §. in vendicatione. ff. de pigno.

¶Nonageſimaſeptima Actio.

97 **In factum** de opere demoliēdo qđ factū eſt poſt operis noui nuntiationē ante remiſſionē nūtiationis ¶Nonageſimaſeptima eſt actio.† Iſta actio daī ꝯ illum qui aliquid ędificauit ſpreta nuntiatione noui operis, ſeu poſt nuntiationem ſibi factam, ne deberet ędificare in loco meo, vel in quo ius ꝑhibendi me hr̄e prætendebam, quo caſu ſi ille ſpreta nūciatione noui operis antequā ipſa nunciatio ſit ſibi remiſſa ędificauerit, cogitur ędificatū poſt nūciationē deſtruere, nec audiī, ſi uelit ꝑbare ſe ius ędificādi habuiſſe, uel habere. Iſta hūr in l.j. in prin. ff. de noui operis nunciatio. Et aduerte, ꝙ iſtud interdictū hēt locum in ędificato poſt iam factam nunciationē noui operis, ſed interdictum quod vi aut clam habet locū ī eo, quod eſt ędificatum non intercedente nunciatione noui operis, ut eſt caſus in d.l.j. §.j. verſic. de noui ope. nunciatio.

¶Nonageſimaoctaua Actio.

98 **In factum** vt liceat ędificare ei cui eſt facta nunciatio noui operis, ſi ſatiſdederit, uel ſatiſdare paratus eſt. ¶Nonageſimaoctaua eſt actio.† Iſta actio locum habet, quotieſcūq; ille, cui facta eſt nunciatio noui operis, prius anteq̄ proſequatur in ędificando vel ędificari faciendo vult ſatiſdare de opere demoliendo, in caſu quo apparebit eum iniuſte ędificaſſe, quo caſu ſi ille nūcians pur uelit impedire ipſum ędificare volentem: ꝑōt ꝯ illū nunciantē intentare dictā actionē, ut patiatur ipſum ędificare, de quo hr̄ in l. prætor. §. ſi quis paratus. & in §. deinde. ff. de noui oper. nunciatio. Et iſtud interdictum eſt ꝑhibitorium, ut in d.l. prætor ait. §. hoc inter dictum.

¶Nonageſimanona Actio.

99 **In factum** loco interdictum fraudatorij. ¶Nonageſimanona eſt actio.† Hæc actio datur, quotieſcunq; debitor pupilli vel adulti tutore vel curatore delegāte alteri dictū debitorem ſoluit pecuniā debitā illi, cui erat facta delegatio predicta, qui erat creditor ipſius tutoris, uel curatoris. Et hoc factū fuit in fraudē ipſius pupilli, uel adulti, quo caſu licèt debitor ſit liberatus: tñ ille creditor, cui facta eſt ſolutio, qui tñ participauit fraudem cum illo tutore uel curatore, tenebitur id qđ ſibi ſolutum eſt reſtituere pupillo vel adulto per iſtud interdictum, qđ appellatur fraudatoriū, ſecus ſi ille creditor fraudem non participauit, vt eſt tex. ſingularis in l. pupilli. ff. de ſolu. Et iſtud interdictum differt ab actione pauliana, fauiana & caluiſiana: quia illę actiones dantur, qñ debitor pupilli participaſſet fraudem cum creditore tutoris uel curatoris ſimiliter participantis fraudem. Ita loquitur titulus. ff. quæ in frau. cred. ſed iſtud interdictum datur pupillo uel adulto cōtra creditorem cui eſt facta ſolutio ad illud quod eſt ſolutum per debitorem creditori adminiſtratoris. ſ. tutoris vel curatoris qui in fraudem alteri ſuo creditori delegauit debitorem pupilli, ſecundùm cano. declarat Bar. in d.l. pupilli. in prin. quod tene menti.

¶Centeſima Actio.

100 **In factum** de albo corrupto. ¶Cēteſima eſt actio.† Circa iſtam actionem dic, ꝙ locū hēt, quotieſcunq; quis aufert aut corrūpit ſeu vitiat vel deturpat aliquid qđ eſt poſitum ꝑ prętorem ſeu iudicem in aliquo loco eminēti, puta in aliquo muro dealbato, uel ſuper portis palatii vel eccleſię, vt omni-

Source : BIU Cujas

vtomnibus innotesceret, puta aliquod statutum vel ędictum, & datur talis actio cuilibet de populo contra illū sic delinquentem: vel ꝯ illum qui dolo fecit ꝙ alius, vt sup. delinqueret. Et imponitur tali delinquenti per dictam actionem pęna 50. duca. vt hī in d.l.si quis id quod. ff. de iurisdic. omnium iud. & in tit. ff. de albo scribendo. Et quod no. per Bar. in d. iuribus. & habetur in §. pœna. instit. de act. Adde tñ. ꝙ aliqui in d.l.si quis id quod. habēt ꝙ imponatur pœna quingētorum aureorum: tñ tu tene motiorem pęnam. s. 50. duca. ut ibi per Cy. & Bal. Adde ꝙ si iste qui incidit in hanc pęnā non pōt soluere luit in corpus: ut d.l.si quis id quod. in princ. Et sic qa est debitor ex delicto non pōt cedere bonis suis, ut ibi per Bal. Adde ēt, ꝙ d.l.si quis id qđ. procedit, qñ illud qđ erat positum in albo, erat positū ut ibi perpetuò maneret, secus ā ad tempus, vt in citatione cuius dies expirauerat, ut ibi per Bart. & Bal. per illam literam. Adde ꝙ ista actio est annalis, prout est omnis actio ex delicto prętoria ſm Dyn. in suo cōsi. 25. & Bal. in d.l.si quis id qđ. in princ. Et dic ꝙ ista pœna est ciuilis, & sic applicatur actori, aliàs non esset actio, sed accusatio, ut habetur in l. agraria. ff. de termino amoto, ubi per Bart.

Centuria Secunda Actionum.

SVMMARIVM.

1 *Edictum, si quis ius dicenti non obtemperet, qua actione prosequatur.*
2 *Vocari in ius sine venia qui non possint, & qua actione teneantur.*
3 *Et quid in vi eximente. 5. aut dolo. 6.*
4 *Fideiussores qualiter in iudicio dandi.*
7 *Actio de edendo contra quem detur.*
8 *Calumniatores qua domentur pœna. Et quid de dolosis. 9.*
10 *Actio de dolo cui concessa. Item alienationis iudicij mutandi causa. 11*
12 *Interdictum de effusis quod sit, & contra quem experiatur. 13.*
14 *Appendices ędium ad viam interest, ne sint caducæ.*
15 *Mensor falsum modum dicens pecunia corruptus ad quid teneatur.*
16 *Sepulturæ antiquorum quibus locis fiebant.*
17 *Funeris impensa post mortem dicitur non in vno curando. Et est cunctis creditoribus magis priuilegiata.*
18 *Religiosus locus pro puro non habendus.*
19 *Iurare informiter quid sit, Itē confiteri & quæ super istis cadāt actiones. 88.*
20 *Calumnia retundenda in possessione ventris nomine. 21.*
22 *Tutorem te falso asserens vt deludat, qua conueniatur actione. Et qualiter minori consulatur. 23. Item qui alterius dolo vt tutor auctorauit. 24.*
25 *Testamenti omissa causa ab intestato hæreditatem capiens vt legatorios ludat, quomodo deturbetur.*
26 *Publicani superexigentes infra annum ad duplum male exacti tenentur.*
27 *Venditio hominis liberi detestanda.*
28 *Fructus per eum qui in bonorum possessione est seruandi, ne deteriorentur.*
29 *Creditor possidens rem debitoris quos repetat sumptus.*
30 *Damnum datum in turba quando dicatur.*
31 *Libertas legata in testamento quas debeat qualitates habere.*
32 *Actio incendij, ruinæ, naufragij contra quos intentetur.*
33 *Sepulchrorum violatores quomodo coerceantur.*
34 *Actio ex lege prætoris quæ sit.*
35 *Actio rei vendicationis ad quid detur, & quid in illa veniat exprimendum. Et quid in dominio vtili. 36.*
37 *Actio in rem confessoria seruitutes respicit, Et quid de negatoria. 38. Item de præiudiciali. 39.*
40 *Ius Quiritum quod dicatur.*
41 *Actio hæreditatis petitione cui incumbat, & aduersus quem præstetur.*
42 *Finium regundorum lis qualiter dirimenda. 43. Et quid in familia erciscunda tam directa. 44. quam vtili. 45.*
46 *Actio communi diuidundo qualis sit, & ad quid data.*
47 *Actio certi conditionis quando possit intentari, maxime si sit specialis, & vnde oriatur. 48.*
49 *Conditio triticaria quibus rebus innitatur, & quando concedatur.*
50 *Conditio ob causam numquid competat ex capite causæ non sequutæ, & quibus casibus fallat, Et quid ex capite pœnitentiæ, vbi ponuntur xxviij. limitationes.*
51 *Condictio sine causa vnde prodiit. Item & ob turpem causam, & quomodo intententur. 52. Et quid in condictione indebiti. 53.*
54 *Condictio furtiua cui detur. Item ex lege. 55.*
56 *Actio ad exhibendum cui & pro quibus rebus præstetur.*
57 *Actio ex empto cui dirigatur, Et quid veniat in ea, Et quid ex vendito. 58. Item locato. 59. Item conducto. 60.*
61 *Actio aduersi oneris cur sic vocata, & in quo locum habeat.*
62 *Actio pro socio quid sit. Item mandati. 63. Item depositi. 64. Item commodati. 65.*
66 *Actio tutelæ quo tempore præstetur.*
67 *Actio pignoratitia cui detur, maxime si sit contraria.*
68 *Præscriptis verbis quales actiones veniant. 69. 70.*
71 *Sententiæ executio quot modis fieri & peti possit.*
72 *Actio de dote quæ sit, & quæ priuilegia habeat.*
73 *Actio pluuiæ arcendæ quos afficiat, Item pecoris pascendi. 74.*
75 *Actio ex testō datur legatariis contra hæredem ad solutionem legatorum.*
76 *Stipulator contra promissorem quas habeat actiones. 87. 95.*
77 *Fur non manifestus qualiter possit accusari.*
78 *Tignum iniungere vicinæ parieti qualiter liceat.*
79 *Arbores furtim cęsę quam multam ab incisore censequantur.*
80 *Rerum amotarum actio quibus competat.*
81 *Tutor rē pupilli in proprios vsus conuertens quomodo conueniatur, & qñ.*
82 *Actio legis aquiliæ quibus modis veniat consideranda.*
83 *Pauperies per quadrupedem facta qualiter compensetur.*
84 *Actio iniuriarum ex leg. Cornelia tribus seruit capitibus. Et quibus modis ex ea agi possit.*
85 *Minores quam habeant actionem contra magistratum ad cautiones in nō bene cautis.*
86 *Actio ingrati quibus concessa.*
89 *Actio quanto minoris empturo cui & qualiter opituletur. Et quid de quanto pluris. 90.*
91 *Actio rem pupilli saluam fore cuius effectus.*
92 *Procurator de cuius mandato dubitatur quam stipulationem interponat.*
93 *Stipulatio iudicatum solui per quos interponatur, & quid de stipulatione damno infecto. 94.*
96 *Stipulatio vsufructuarii qualis sit & præstari debeat, Et quid de stipulatione pro rebus quę vsu consumuntur. 97.*
50 ctio.Hæc † condictio ob cauſam locũ habet,quotieſcunq; ego dedi aliquid alicui pp aliquam cãm de futuro faciendã ſeu implendam per illum; quo caſu cauſa illa nõ ſecuta poſſum id qđ dedi reperere per condictionem ob cauſam, de qua habetur in toto tit.ff.& C.de condi.ob cau.& in l.j.ff.de condi. ob tur. cau. Et aduerte: quia propriè loquendo debet dici cõdictio ob rem, & nõ conditio ob cauſam: quia cauſa intelligitur de præterito, de qua loquitur totus titulus.ff.& C.de cõd.inde.vt in l. damus. ff.de condi.indeb.ſed res de futuro,vt ff.de condi.& demon.l.ſi ita legatum.in fi.& quod habetur in d.l. j. & datur ex duplici capite.primò ex capite cauſæ non ſecutæ. ſecundò ex capite pęnitentiæ re integra,vt hĩ in l.ſi pecuniam. in princ. ff.de condi.ob cau.de quo dic vt ibi. ¶Reuoco in dubium, Vtrum ſit verum, ꝙ condictio ob cauſam competat ex capite cauſæ non ſecutæ. Reſpondeo ꝙ ſic.in contractibus innominatis,vt in d.l.ſi pecuniam.Hoc tñ limito multis modis.¶Nam primò fallit, ſi cauſa non eſt ſecuta pp caſum fortuitum contingentẽ in perſona aduerſarii,vt in d.l.ſi pecuniam.ibi, conditio tẽporis &c. ſecus eſt in contractu nominato,per l.qui operas ff. loc.& l.item ſi vno. §.item cum quidam.eo.titu. ſm Pau.de Caſt.in d.l.ſi pecuniam. hoc ꝓcedit,ſi caſus fortuitus imminet de p̃ſenti,& ſic nõ ceſſauit,aliàs ſecus,vt patet in d.l.ſi pecuniam.dũ dicit de condictione ob cauſam ex capite pęnitentiæ &c. ¶Secundò fallit, ſi eſſet actum à principio, ꝙ non poſſit repeti datũ ex capite cauſæ nõ ſecutæ,ſed tñ ex capite pęnitentiæ:quia ſic eſt econtra: vt dicit econtra Raph.Cuma.in l.ſi alienã.§.Marcellus.per illum tex.ff. de do.cau.mor. nam contrariorum &c.l. j. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. ¶ Tertiò fallit in contractu innominato facto cum eccleſia : nam non poteſt agi contra eam condictione ob cauſam, ſed ſolum præſcriptis verbis ad implementum contractus,vt in c.verum.de condi. appoſitis. ſm intellectum traditũ per Nico.de Matarellis in l.dictam.C.de cond.ob cau.prout ibi refert Bal. ¶ Quartò fallit, qñ expreſſe fuit actum à principio, ꝙ recipens decem debeat illa reſtituere, ſi Capuam non ierit, vel ſi pęnitebit dantem.per l. ſi dñs. ff. de præſcri. ver. nam tunc datur actio præſcriptis verbis,ſed non condictio ob cauſam.d.l. ſi dñs.licet Bar.in l.2 .C.de condi.ob cau.aliter dicat. ¶ Quintò fallit ſi actor non plene impleuit pro parte ſua:vt quia promiſit amplius non petere, vt reus daret decem , nam tunc quia aliud non amplius petere habet cauſam ſucceſſiuam, ceſſat cõdictio ob cauſam:& habet locũ actio de dolo, vt in l.actione. ſm vnã lecturam.C.de tranſ.de qua per Raph.Fulgo.in d.l.ſi pecuniam. in prin.ff.de condi.ob cau.¶ Sextò fallit,ſi deficit cauſa quę fuit cauſa faciendi contractum,ſi ſit cauſa remota & non proxima, & amplius non ſupereſt, nam tunc ceſſat condictio ob cauſam ex quocunq; capite,ſecus ſi deficiat cauſa obligans,ſeu cauſa ꝓxima,vt in l.j.C.de pac.& ibi per Bal.¶Septimò fallit in contractu facio vt des, vel in contractu facio vt facias, ſi factum ſit nõ repetibile;nam tunc datur actio de dolo,ſi aduerſarius nõ vult implere,vel præſcri.ver.ſeu in factum,de quo habetur in l.naturalis.§.ꝙ ſi faciam.ff.de præſcrip.ver.& in l.cum proponas.C.de dolo.& per gl.in d.l.ſi pecuniam.& per Bart. & doct. in l.ſi.ff.de condi.ob cau.ſecus ſi factum eſſet repetibile,vt per Bar. in d.l.ſi pecuniam. Idem dicit ibi Bar.ſi datio nõ eſſet repetibilis.¶Octauò fallit,ſi cauſa vtriuſq; eſt ſecuta,vt in d.l.ſi pecuniam, de quo ibi per Bar.qui dicit,ꝙ ratio eſt:quia iam ſumpſit ſuam perfectã vim & obligationem.¶Nonò fallit in illo,qui impleuit cõtractum pro parte ſua ob cauſam impoſſibilẽ de iure vel de facto ſcienter,nam tunc ceſſat repetitio,vt d.l.dictam.C.de cond. ob cauſam . ¶Decimò fallit , ſi repetens non vult ſoluere intereſſe aduerſarii,quod ipſe aduerſarius prætẽdit,vt in d.l.ſi pecuniã. in prin.ſed certe hoc procedit in condictione ob cauſam ex capite pęnitentiæ,ſecus ſi ex capite cauſæ non ſecutæ ſm Bald. in d.l.ſi pecuniam.ꝙ ego intelligo verum,niſi aduerſarius eſſet paratus adimplere contractum etiam pro parte ſua,ſeu ſi non fuiſſet in mora implendi pro parte ſua,ar.d.l.ſi pecuniam.quicquid ibi dicat Bal.¶Vndecimò fallit , ſi de tali cõtractu innominato eſt factum publicum inſtrumentum,in quo ſolet apponi ſtipulatio,nam tunc datur cõdictio ob cau.vt per Bart. in l.2.ad fi.C. de condi.ob cau.tenementi.¶Duodecimò fallit in contractib. nominatis:nam in eis ceſſat condictio ob cauſam.l.fi.ff.de condi.ob cau.¶Capio ſm caput quod eſt: vtrum ex capite pęnitentiæ habeat locum iſta condictio ob cauſam in contractibus innominatis,& certe ſic,per d.l.ſi pecuniam.Et hoc procedit, qñ aduerſarius tenebatur implere pro parte ſua contractum ad cõmodum agentis condictione ob cau.de quo ibi per glo.Bart.& Pau.de Caſt. Item procedit , etiam ſi ſit factum inſtrm publicũ de contractu innominato ſm Bal.in c.j.de feu.dato mini.valuaſoribus,in vſibus feudorum.Idem ſi inſtro dicitur, talis promiſit permutare &c.ſm Bal.in l.ſicut.C. de ac. & obl. Iſta tñ regula fallit in multis caſibus,de quibus infra dicam per ordinem. ¶Primò fallit, ſi per ſtipulationem promiſi tibi decem vt vadas pro me Romam:quia iſte non eſt ſimplex contractus innominatus,ſed mixtus:cum ſtipulatio ſit contractus nominatus.l.j.in fi.ff.de pac.In quo non habet locum pęnitentia. d. l. ſicut.C.de ac.& obli.iuncta l.Ariſto.ff.de do.ſm Pau.de Caſt.in d.l.ſi pecuniam.de quo per Bar.in l. fi. de condi. ob cau. ¶ Secundò fallit in contractibus nominatis,nam in eius ceſſat pęnitentia.d.l. ſicut.C.de act.& obli.& l.in commodato.§.ſicut. ff. commodati. & no.oẽs doc.in d.l.ſicut.& in l.ſi pecuniã. in prin. ¶ Tertiò fallit,ſi contractus innominatus non eſt ſimul,& eodem tempore factus vtrunq;,ſed ex vna parte vno tempore & ex alia parte ex interuallo,vt ſi heri dedi tibi fundum , & hodie ago ꝙ vadas pro me Romam,vt in l.ſi fundum.ff.de pac.& per Pau.de Caſt. in d.l.ſi pecuniam.in prin.¶Quartò fallit,ſi dixi dono tibi hanc pecuniam,puta 10.vt vadas pro me Romam: nam tũc ceſſat pę nitentia:qa donatio eſt hodie cõtractus nominatus,vt in l.Ariſto.ff.de dona.per Pau.de Caſt.in d.l.ſi pecuniam. vnde iſta litera procedit,qñ dixi do tibi hãc pecuniam,vt vadas pro me Romam &c.¶Quintò fallit fauore dotis,vt ſi do tibi pecuniam,vt nuptiis ſecutis cum Titia efficiatur dotalis,vt in l.ſi ego.§.j.ff. de iure dot.& no.Bal.in d.l. ſicut. nã nec mihi nec hæredi meo dat̃ condictio ob cau.ex capite pęnitẽtię, vt in d.l.ſi ego.§.j.¶Sextò fallit,ſi res non integra,& ſic res eſt initiata, vt quia aduerſarius incepit ire Romam,vel ſi dedit tibi decem,vt contrahas matrimonium,& iam ſunt contracta ſponſalia, vt in l. quod Seruius. ff.de condi.ob cau.de quo per Bar.& Pau.de Caſt.in d.l.ſi pecuniam.in prin.Sed tñ quantum ad id quod nõ eſt impletum, ſed ſupereſt implendum,ſecus eſt ſm eundem Paulum in d. l.ſi pecuniam.Aduerte tñ:quia illa.l.quod Seruius . loquitur in dote, quæ eſt contractus nominatus,ſeu in qua non habet locum pę nitentia.d.l.ſi ego.§.j. ff. de iure dotium. ¶Septimò fallit in eo, cui contractus innominatus eſt impletus, & ſic iſta materia ſeu regula procedit in implente contractum innominatũ pro parte ſua,quem põt pęnitere re integra ex parte aduerſarii ſui,vt in l.ob eam.ff.de preſcri.verbis.& no.ſi quis acceptio.ff. de condi. ob cau.hoc tñ fallit in caſu.§.ſed ſi accepit.in d.l.ſi pecuniam.ſ. qñ eſt offenſus aliqualiter,vt ibi.¶Octauò fallit,ſi cõtractus innominatus incepit à præcedenti cõuentione : nam ſecuto implemento

Source : BIU Cujas

plemento contingit liberatio ab obligatione saltē naturali qua tenebar, vnde vna & eadem solutio non debet parere liberatio & obligationem seu repetitionem. l. cum is. §. j. ff. de condi. inde bi. ſm Raph. Fulg. in d. l. ſi pecuniam. Pau. de Cast. ibi contra, vt ibi per eum, pro quo all. quod in simili notat Cy. in l. j. in 2. col. C. de pac. ¶ Nonò fallit, ſi id quod datum vel factum est sit nō repetibile per l. ſi non sortem. §. libertus. ff. de condi. inde. nam tunc agitur condictio. ob causam, sed actione de dolo. l. natura lis. §. ꝙ ſi faciam. ff. de præscrip. verb. tu dic ſm Rapha. Fulgo. & Pau de Cast. in d. l. ſi pecuniam. ꝙ ex capite pęnitentiæ non pōt competere actio de dolo: quia aduersarius nō est in dolo, ſi est paratus adimplere contractum innominatum pro parte sua: meritò tunc competit actio in factum, vt in l. cum mota. cū ibi no. C. de transac. de quo ēt dic, vt per Sali. & Ang. in d. l. ſi pecuniam. ¶ Decimò fallit in quolibet cōtractu innominato, excepto cōtractu illo innominato do ne facias, prout loquitur illa l. ſi pecuniam. ſm Guil. de Cugno ibi, tamen cōiter doc. tenent contrarium: quia est eadem ratio in aliis contractibus innomi natis, quæ est in illo, de quo loquitur Guil. de Cug. prout notat Pau. de Cast. in d. l. ſi pecuniam. ¶ Vndecimò fallit in contractu innominato cadente in speciem transactionis, vt in l. quamuis. C. de tranſ. & in l. 3. in prin. ff de condi. ob causam, de quo aliàs dixi in d. l. ſi quis accepto. ¶ Duodecimò fallit, qñ in ɔtractu innominato *ex vtraq; parte est* secutum implementum, vt proba tur in d. l. ſi *pecuniam. & ibi* no. per Pau. de Cast. in distinctione sua. Et hoc *niſi interueniat* consensus vtriusq; partis & actus retro similis, vt in *l. ab* emptione. ff. de pac. ¶ Decimotertiò fallit in *cōtractu innominato* iurato; vt est gl. in verbo, vt necesse ha*beas proficiſci* &c. quod est verum, niſi aduersarius remittat iu*ramentum* ſm Bal. in l. pactum quod dotali. C. de colla. & no. in c. cum contingat. de iureiur. ¶ Et adde, ꝙ qui promisit factū iuratum, potest præcisè compelli ad factum ſm Bal. in l. j. ff. de ac. emp. in prin. in 2. col. ad fi. per illā gl. & vide Bal. in proęmio feudorum, in 8. col. Et idem dicit Ant. de But. in c. veniens. in 2. col. de iureiur. & Bal. in l. in actionibus. in j. col. in fi. ff. de in litem iuran. Adde etiam, ꝙ iuramentum facit, ꝙ nō possit mora purgari, per *l. ſi quis* maior. C. de transa. & per Bal. in repetitione. l. & ſi *poſt* tres. ff. ſi quis cau. Item facit rem iuratam valere vt melius valere potest, vt in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. ¶ De cimoquartò fallit, ſi in contractu innominato sit appoſita illa clauſula, ꝙ valeat omni meliori modo &c. ar. illius gl. vt in d. l. ſi pecuniam iuncto d. §. filius matrem. in d. l. cū pater. ¶ Decimoquintò fallit, ſi in obli. & scriptura cōtractus innominati est appoſita illa dictio omni modo, ar. gl. in verbo omnimodo, in l. ſi. C. de fideic. & quod ibi no. Ang. ¶ Decimoſextò fallit in cā pia ſm Bal. *in* d. l. ſicut. C de ac. & ob. arg. in d. l. ſi ego §. j & per Bald. in l. mandatum. 4. col. C. mandati, & per Bal. in d. l. ſi pecuniam. in lectura antiqua. & per Romanū in auth. ſimiliter. C. ad l. fal. li cèt idem Romanus teneat cōtrarium in d. l. ſi pecuniam. ¶ Decimoſeptimò fallit, ſi do decem, vt Capuam vadas, tibi qui es ſo litus locare operas tuas: vt no. per gl. j. in d. l. ſi pecuniā. vnde illa l. ſi pecuniam. & ſic dicta regula procedit in non consueto loca re operas ſuas ſm doc. ibi, circa hoc tñ vide l. j. ff. ſi mēſor falſum modum dixit. ¶ Decimooctauò fallit, ſi fuit actum inter cōtrahentes, ꝙ non reuocetur contractus innominatus ex capite pę*nitentiæ*, ſed tñ ex capite causæ non secutæ ſm Raph. Cuma. ꝑ illum tex. *in l. ſi alienam.* §. Marcellus. ff. de do. cau. mor. ¶ Decimononò fallit de iure canonico in terris eccleſiæ ſm Bal. ī rub. C. de rerum permu. alleg. no. per gl. in c. cum inter. de elec. & vide per Ang. *in* l. in traditionibus. ff. de pac. & Bal. in l. cum quis. C. de iur. & fac. igno. & in l. ſiue apud acta. C. de transac. maximè quia pactum nudū de iure canonico habet vim ſtipulationis: vt in c. j. de pac. Et in ſtipulatione ceſſat condictio ob cau. &c. l. fi. ff. de condi. ob cau. licèt Roma. contra in d. l. ſi pecuniam. arg. c. cum expediat. de elec. *lib.* 6. ¶ Vigeſimò fallit in eo, quod datur causa conditionis implendæ, vt est gl. magna in l. inter mor tis. ff. de do. cau. mor. quod no. ¶ Vigeſimoprimò fallit in pactis liberatoriis, de quo per Bal. in d. l. ſi pecuniam. & in d. l. quāuis. C. de tranſ. & ibi per Flo. & alios, & per Bar. in d. l. ſi pecuniam. & in l. dedi. in prin. ff. de cond. ob causam. ¶ Vigeſimoſecundò fallit, ſi talis contractus nominatus sit pars vel præambulum contractus nominati: nam tunc ceſſat condictio ob causam ex capi te pęnitentiæ ſm Bal. & Flo. in d. l. quamuis. per l. fundi partem. & l. Labeo scribit, ſi mihi. ff. de contrah. empt. iuncta d. l. fi. ff. de condi. ob cau. ¶ Vigeſimotertiò fallit, ſi ſemel contra actorem sit iudicatum, vel ſuper hoc transactum. arg. l. actione. C. de trā ſac. & in l. fratris. eo. tit. & l. euidenter. ff. de exec. rei iud. ¶ Vigeſi moquartò fallit, ſi causa implenda per aduersarium sit causa im pulsiua, & non finalis, per nota. in simili per Bar. in l. 2. in fi. ff. de do. & per gl. in d. l. ſi pecuniam. ¶ Vigeſimoquintò fallit in diuiſione, quæ distractus est, nam in ea non hēt locum pęnitentia: vt per Bal. in l. diuiſione. C. fami. erc. & ibi per Salic. ¶ Vigeſimo ſextò fallit, ſi permutatur vna ſpecies cum alia ſpecie venali, nā assumit naturā contractus nominati, & ſic ceſſat condictio ob causam ex capite maximè pęnitentiæ, vt est text. ſingularis ſm vnam lecturam in l. j. C. de rer. permu. & ibi per doc. ita inquit Bar. in l. fi. ff. de rer. permu. ¶ Vigeſimoſeptimò fallit in hærede facientis contractum innominatum, nam facultas petendi nō transit in hæredem ſm Sal. in d. l. ſi pecuniam. in princ. per l. 3. ff. de ſeruis exportandis. facit. l. fi. C. de reuoc. dona. & l. omnimodo. C. de inoff. teſt. & quod no. in l. Pomponius ſcribit, ſi frumen tum. §. fi. ff. de rei ven. ¶ Vigeſimooctauò fallit, ſi aduersarius in præparamentis tantum impendit quantum habuit vel plus ab actore, vt in d. l. ſi pecuniam. in fi. principii. ¶ Et per hæc habes expeditam hanc materiam ſolenniter vltra omnes alios. Et has limitationes aliàs dedi dum legerem dictam l. ſi pecuniam. pro præceptore meo.

¶ Centeſimaquinquageſimaprima Actio.

Condictio ob turpem

vel inhoneſtā causam. ¶ Centeſimaquinquageſimaprima est actio. † Hęc actio datur contra illum, qui à me aliquid accepit ob turpem & inhoneſtam causam, in 51 terueniente turpitudine ex parte recipientis tñ, quo casu poſſum quod dedi ob illam causam turpem vel inhoneſtam repetere. Exemplum ſi tibi darem decem, vt homicidium cōmittas: nam turpiter accipis illa decem, cum gratis tenearis te ab homi cidio abſtinere: vt in toto tit. ff. & C. ad l. Cor. de Sica. & in illo præcepto diuino, non occides &c. & nulla turpitudo verſatur ex parte mea, ſecus ſi eſſet turpitudo ex parte dantis tm̃, vt ſi do decem meretrici ob luxuriam: nam licet ipſa turpiter faciat lu xuriando: non tamen turpiter accipit, & ideo nō poſſum repetere, quod dedi: ſed tamen fiſcus aufert turpia lucra, quando est turpitudo ex parte vtriusq;, vt habetur in l. j. §. vlti. & per totum titulum. ff. de condi. ob cau. & quod ibi no. & etiam quod no. in l. generaliter. ff. de calumniato.

¶ Centeſimaquinquageſimaſecunda Actio.

Condictio ſine cauſa.

Cēteſimaquinquageſimaſecunda est 52 actio. † Iſta qñq; appellatur condictio incerti, vt ff. de condi. ſine cauſa. l. qui ſine. Sed tñ cōiter appellatur condictio ſine cauſa, prodita est: quia ſępe contingit, ꝙ quis promittit alicui decē credens ſe ad illa decem teneri, vel etiam ſoluit aliqua cauſa iuſta præcedente, & cauſa illa effecta est iniuſta, vel est redacta ad non causam iuxta ea quæ habentur in l. 2. ff. de cond. ſine cauſa. Ideo iſto casu vel ſoluens, vel promittens pot est repetere ſolutionem, vel etiam facere ſe reponere in priſtinum ſtatum, in quo erat ante obligationem contractam, & hoc per hanc condictionem ſine cauſa, vt in l. j & per totum titulum. ff. de condi. ſine cauſa. & C. eod. titu.

¶ Centeſimaquinquageſimatertia Actio.

Condictio indebiti.

Cēteſimaquinquageſimatertia eſt actio. † Iſta 53 condictio indebiti datur illi, qui ſoluit indebitum per errorem contra illum qui recepit ſolutionem indebitam. Et datur ad ſo lutum repetendum, ne ille locupletetur cum iactura alterius. l. nam hoc natura. ff. de cond. inde. de quo habetur plene in l. j. ff. de condi. inde. Et quod ibi no. & ibi tractatur de multiplici in debito. ſ. naturaliter & ciuiliter, vel naturaliter tm̃, vel ciuiliter tm̃ ſoluto quandoq; per errorem iuris, qñq; per errorem iuris & facti: qñ per errorem facti tm̃, vt habetur etiā hoc in l. error. & in l. cum quis. C. de iuris & fac. igno. & inſti. qui. mo. re contra hi. ob. §. j. & inſti. de obl. quæ ex quaſi contra. naſ. §. fi. Et attende, ꝙ vbi datur condictio indebiti: ibi etiam competit cōdictio ſine cauſa. d. l. j. ff. de condictione ſine cauſa.

¶ Centeſimaquinquageſimaquarta Actio.

Condictio furtiua.

Cēteſimaquinquageſimaquarta ē actō. † Hęc 52 actio datur ſoli dño rei furtiuæ, vt ff. de condi. fur. l. j. & datur ɔ furem vel eius hæredem ad vendicandum rem furtiua tm̃: pę nam enim furti manifeſti vel non manifeſti ſine re furtiua quis conſequitur per actionem furti manifeſti vel non manifeſti. Et datur illa actio furti illi cuiuſcunq; intereſt furtum factum non eſſe, vt hæc habentur in d. l. j. & in l. ſi pro fure. ff. de condi. fur. & inſti. de obl. quæ ex delic. naſ. §. fur. & in § fi. vbi est bonus tex. & in §. ſic itaq;. ver. planè. inſti. de actionibus.

¶ Centeſimaquinquageſimaquinta Actio.

Condictio ex lege.

Cēteſimaquinquageſima quinta ē actio. † Iſta actio 55 datur, vbicunq; aliqua lex ciuilis noua dicit in aliquo caſu dari actionem, vel etiam vbicunq; lex ciuilis inducit obligationem nouam, nec est cautum in illa lege quo genere actionis agatur, iſto enim caſu quando lex est ciuilis datur condictio ex lege illa, vt in l. vnica. ff. de condi. ex lege. Sed ſi illa eſſet lex prætoria, daretur actio in factū, vt ibi habetur: & est bona gl. inſti. de act. §. aliæ. & dixi ſupra in vltima actione prætoriarum actionum.

¶ Centeſimaquinquageſimaſexta Actio.

Actio ad exhibendum.

Cēteſimaquinquageſimaſexta eſt ac 56 tio. † Hæc actio datur mihi contra quencunq; ad illum cogendum, ꝙ in publico exhibeat aliquam rem mobilem meam, vel

quaſi

Source : BIU Cujas

quaſi meam,vel alienam,quam tñ meam exhiberi intereſt : ratione.ſ.dñii vel quaſi:vel alicuius iuris:ad hoc vt habeam copiã illam rem videndi & cognoſcendi,ad hoc vt videam,vtrum velim iſtam aliquo iuris remedio perſequi. Et fit exhibitio talis rei coram iudice,vt habetur in l.j.& 2.ff ad exhib. Et ſi ille nõ vult exhibere, defertur mihi iuramentum in litem, vt habetur in l.3.ſt.de exhib.

Centeſimaquinquageſimaſeptima Actio.

57 **Ex empto.** Cẽteſimaquinquageſimaſeptima ẽ actio. † Hæc actio datur emptori contra venditorem,vt rem venditam tradat emptori:ſi non habet facultatẽ rei tradendæ,alia datur ad intereſſe,iuxta ea quæ habentur in l. j.in prin.& quod ibi no.ff. de act. emp. de quo dic vt ibi plene p gl.& ibi latiſſimè dixi vltra alios,multa noua in materia iſta ponendo,& etiam datur ad intereſſe euictionis,vt in toto tit.ff. & C.de euic. An autẽ in cauſa euictionis detur prima actio ex empto,an verò detur vtilis actio,declara,vt per Bart. in l. Ariſto.§. Labeo.ff.de do.vbi not.loquitur.Et aduerte,ꝙ in hac actione ſi cut in qualibet alia actione bonæfidei veniũt omnia, quæ æqua ſunt venire,de quibus etiam inter partes nihil actum eſt,vel cogitatum, vt habetur in l.fi.ff.de condi.ob tur. cau. & in l.ex empto.per totum prin.ff.de ac emp.& plene per glo.inſti.de act.in §.actionum.vbi gl.ponit,quæ veniant in iſta actione, & in omnibus aliis quæ ſunt bonæfidei,quæ aũt ſunt bonęfidei actiones dic ꝙ numerantur in d.§. actionum.in text. Et aduerte : quia ad hoc vt talis actio ſit effectualis contra venditorem,eſt neceſſarium,ꝙ emptor ſoluat pretium, vel offerat ipſi venditori, vt in l.Iulianus.§.offerri.ff.de ac.emp.& ſi emptor nõ confidit de vẽditore,vel econtra, põt emptor, vel venditor pretium vel rem deponere penes tertiam perſonam,de quo vide, quod elegan ter no.Bar in l.ſi ſoluturus.ff.de ſol.Et adde, ꝙ emptor vel venditor mero iure habet actionem etiam antequam contractum adimpleat pro parte ſua,licèt ſibi obſtet exceptio,ſi non adimpleuerit,antequam agat.Ita debet intelligi.d.§.offerri.Sed in cõtractibus innominatis ipſo iure ſibi de negat actio,antequã impleuerit contractum pro parte ſua,vt no. Cy. in l. in bonæfidei. in 3.oppoſitione.C.de pac.& dixi in d.§.offerri. Et vtilitas huius inueſtigationis eſt : quia in primo caſu debet opponi exceptio per partem.l.j.C.vt quæ deſunt aduoc.partium iudex ſupple.& l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.in gl.in opponendo. ff.de pac. Sed in ſecundo caſu iudex ex officio ſuo in parte non excipiente pt repellere agentem ante implementum factum ex parte ſua, vt in l.actione.C.de tranſactio. & quod habetur in d. l. j. C. vt quæ deſunt aduocatis parti.iudex ſuppleat.

¶Centeſimaquinquageſimaoctaua Actio.

58 **Ex vendito.** Centeſimaquinquageſimaoctaua eſt actio. † Iſta actio econtra datur venditori contra emptorem ad pretium conuentum dandum ipſi venditori,vt in l.ex emp.in prin.& in d.§.offerri.ff.de act. emp.& ſi non confidit de emptore, poteſt rem deponere penes tertiam perſonã.Bart .in d.l. ſi ſoluturus,hoc modo debet intelligi §.offerri.præallegatus.

¶Centeſimaquinquageſimanona Actio.

59 **Ex locato.** Centeſimaquinquageſimanona eſt actio. † Iſta actio datur locatori contra cõductorem: vt ſibi ſoluat mercedem debitam & intereſſe ſuum, ſi qđ habet. Sed actio ex conducto datur conductori contra locatorem,vt ipſe locator adimpleat contractum ex parte ſua,hoc eſt ꝙ ipſe locator præſtet patientiam, ꝙ conducta poſſit habitare in domo conducta,vel ꝙ poſſit vti frui re conducta per totum tempus conuentum,vt habetur inſti.de loca.in prin. & vide bo nam gl.in eo.titu.§.fi. & de iſta materia vide,quod habetur in l. circa.C.locati.& in l.ꝙ ſi nolit.§.quia aſſidua.ff.de ædil. edi. vbi probatur,ꝙ ſi nulla mors eſt promiſſa intelligitur illa quæ ſolita eſt præſtari tacite promiſſa.

¶Centeſimaſexageſima Actio.

60 **Ex conducto.** Cẽteſimaſexageſima eſt actio.† Circa hãc actionem dic quod datur illo caſu de quo ſupra proximè dixi.

¶Centeſimaſexageſimaprima Actio.

61 **Oneris aduerſi.** Centeſimaſexageſimaprima eſt actio. † Hæc actio habet locũ in tali caſu,nam qũq; conductor recepit in ſe periculum rei conductæ per pactum expreſſum,aliàs enim conductor non tenet, niſi de dolo,lata culpa & leui,vt ff.loca.l.ex conducto.& ff.con mo.l.ſi vt certo.§.interdum.& §.nunc vidẽdum.Iccirco vt prouideatur locatori contra conductorem de re conducta quæ periit penes conductorem,datur actio ſpecialis quæ vocatur oneris aduerſi.Et appellatur ſic; quia conductor in ſe recepit onus aduerſi.i.aduerſitatis,hoc eſt onus caſus fortuiti,ſeu periculi,vbi primò ex natura contractus de tali periculo non tenebatur, vt ſupra probaui,quæ tñ actio ſm Azo.hodie locum nõ habet: qa ſufficit actio ex locato, vt habetur in l.opus, quod aduerſione, & in l.in naue Saufeli.ff loca.Poſſumus tñ dicere, ꝙ actio locati habet locum in prædicto caſu, qñ pactum ſuper receptione periculi fuit appoſitum incontinenti,iuxta contractum locati: quia tale pactum veſtitur coherentia contractus : & informat veterem actionẽ locati. l. in bonæfidei. & in l.petens.C.de pac. & in l.pacta conuenta.ff.de contrahen.emp.& ven.& in l.iuriſgentium.§.quinimmo.ff.de pac.quo caſu meritò poteſt dici, ꝙ detur dicta actio locati,etiam ad id, quod deuenit in pacto, cũ tale pactum videatur eſſe pars locationis. l. fundi partem. ff. de contrah. emp. & ita intelligatur opinio Azonis & ſequacium per dicta iura.Sed ſi tale pactum apponeretur ex interuallo:tũc non poſſet dari actio locati, quæ tunc nõ informatur à pacto, vt in dictis iuribus, vnde forſitã poſſumus dicere, ꝙ detur dicta actio oneris aduerſi:de qua in dictis iuribus,quaſi in ſubſidium tale pactũ veſtiatur legis auxilio,ar.l. legitima. ff. de pac.iuncta l.in naue Saufeli.Et ſm hoc iſte eſt caſus ſpecialis in quo ex pacto nudo oritur actio,& iſta non tanguntur per doc.ſuper quo cogitandum eſt.Et vide quod dixi in c.quæ cõtra mores. diſt. 8.

¶Centeſimaſexageſimaſecunda Actio.

62 **Pro ſocio.** Cẽteſimaſexageſimaſecũda eſt actio.† Hęc actio datur contra ſocium in caſibus de ꝙbus habetur in tit.ff.& C.pro ſoc.&c.ex vtraq; parte directa, vt no.inſti.de actio.§.actionum.

¶Centeſimaſexageſimatertia Actio.

Mandati directa vel contraria . Cẽteſimaſexageſimatertia eſt actio.

63 † Iſta actio mandati directa datur mandanti cõtra mandatum recipientem ad intereſſe mandantis,vt reddat rationem de geſtis per eum virtute ipſius mandati. Sed actio mandati contraria datur ipſi mandatario contra mandantem, vt recuperet id, quod de ſuo expoſuerit vtiliter vel neceſſariò in rebus vel negociis illius mandantis virtute dicti mandati,vt habetur de prę dictis.inſt. mandati.in prin.& inſt.de pę.te.litig.in §.item tutelę. & in d.§.actionum.& in tit.ff.& C mandati.

¶Centeſimaſexageſimaquarta Actio.

Depoſiti directa vel contraria.Centeſimaſexageſimaquarta eſt actio.

64 † Hæc actio directa datur deponenti ad rem depoſitam repetendam ſeu conſequendam.Sed actio depoſiti cõtraria datur ipſi depoſitario contra deponẽtem pro expenſis factis per eum, circa rẽ depoſitam neceſſariò, vel ſaltem vtiliter,vt inſti.qui.mo. re cõtrahi.ob.in §.præterea.& in d.§. item tutelæ. & in toto tit. ff. & C.depoſiti.& quod habetur in §.plane. inſti.de actio. & dixi ſupra in ordine prætoriarum actionum, vbi tractaui de actione depoſiti prætoria in quatuor caſibus tantum.

¶Centeſimaſexageſimaquinta Actio.

Tutelæ directa vel contraria. Cẽteſimaſexageſimaquinta eſt actio.

65 † Iſta actio tutelæ datur finita tutela.Iuxta ea quæ habentur inſti.qui. mo. tu. ſi.per totum,& datur ipſi pupillo, ſeu pupillæ contra tutorem, vt reddat rationem de geſtis vel neglectis in tutela ipſius pupilli.Sed actio contraria tutelæ datur illi tutori,vel quaſi tutori, ꝫ pupillum ſuum finita tutela, vt recuperet eam, quã vtiliter vel neceſſariò de ſuo expoſuit circa pupillum vel eius negocia gerenda,vt habetur in toto tit.ff.de tute.& ra.diſt.& in §. actionũ. & quod ibi no.inſti. de act.& inſti.de ob.quæ ex quaſi cõtra. naſ. in §.tutor quoq;.in l.ex maleficiis.§.tutor quoq;.& in l.ex maleficiis.§.tutor quoq;.ff. de oblig. & in d.§.item tutelæ.

¶Centeſimaſexageſimaſexta Actio.

Commodati directa vel contraria.Centeſimaſexageſimaſexta ẽ

66 actio.† Hæc actio commodati directa datur illi, qui rem aliquã commodauit alteri . Et datur contra ipſum commodatarium, vt rem commodatam reſtituat non deteriorẽ, vt in l.3.§. ſi redita.ff.commoda.Sed actio commodati contraria datur ipſi cõmodatario,qui aliquas impenſas non minimas,ſed magnas vel maximas fecit vtiliter,vel neceſſariò in rem commodatam. Et datur contra ipſum commodantem ad recuperãdum tales impenſas,vt habetur in l.in rebus.§.poſſunt.ff.commoda. & quod habetur inſti.qui.mo.re contrahi.obl.§.is quoque.

¶Centeſimaſexageſimaſeptima Actio.

Pignoratitia directa vel contraria. Centeſimaſexageſimaſeptima

67 eſt actio.† Circa iſtam actionem dic, ꝙ ipſa actio pignoratitia directa datur debitori contra creditorẽ, cui tradita erat aliqua res mobilis pro pignore,vt habetur in §.item ſeruiana.inſtit. de ac.& in § fi.inſti.qui. mo.re contrahi. ob. ſoluto tñ toto debito ipſi creditori non prius,vt in l.ſi rem.§.oĩs.ff.de pi.ac.& datur ad pignus conſequendum ſeu reſtituendum per ipſum creditorẽ debitori:vt in dictis iuribus.Sed actio pignoratitia cõtraria datur ipſi creditori,cui res fuerat tradita loco pignoris:quia forte erat res aliena:& ſic non potuit obligari, vt not. in l.rem alie.ff. de contrahen.emp. vel etiam quia ipſe creditor deceptus fuit à debitore qui ſibi tradidit vnã rem loco pignoris pro alia, iuxta ea quæ habentur in l. j.ff. de pig. ac. vel & quia creditor fecit aliquas impenſas vtiles vel neceſſarias in re ſibi pignori data,vt habetur in d.l.tutor.§.contraria.& in d.§.fi.inſti.qui. mo.re cõtrahi.

Source : BIU Cujas

trahi.ob.dūmodo tales impensæ non sint maximæ, nec nimiū oneroſæ ipſi debitori,aliàs nec debitor delicatus: nec creditor nimis oneroſus audiendus eſt, vt ff. de pig act. l. ſeruus. de quo habetur per doct.in d.§.fi.& in d.§. item ſeruiana. vbi plene habetur in quibus differt actio pignoratitia ab actione hypothecaria,& ibi per gloſſ.

¶Centeſimaſexageſima octaua Actio.

Præſcriptis verbis ęſtimatoria. Centeſimaſexageſimaoctaua eſt actio. 68 † Iſta actio datur contra illum, cui dedi aliquam rem ad vendēdum, vel ad eius precium explorandum, quam tñ rem ſibi æſtimaui forte in 10.aureis tempore traditionis, dicens me poſtea velle iuſſum accipientem talem rem teneri mihi ad reſtituēdum aut rem acceptam aut eius ęſtimationem. Et iſto caſu talis actio prę ſcriptis verbis eſt bonæfidei,vt habeē in §.actionum. inſt.de ac. de cuius materia vide plene ibi no. per gl. & quod habetur in l. j.§.fi.ff.de æſti.actio.& in d.§ actionum.& in l.ſi gratuitam. in §. ſi margaritas.ff.de præſcriptis verbis.

¶Centeſimaſexageſimanona Actio.

Præſcriptis verbis ex permutatione. Cēteſima ſexageſimanona eſt actio. 69 † Super iſta actione dicendum eſt,ꝙ ipſa eſt actio bonæfidei, vt in d.§.actionum.& datur *vbicunq; quis dedit rem ſuam ex permutatione alteri: vel aliam rem pro illa recuperet*, prout in p. mutatione cōuenerant.*Et naſcitur demum*,poſtquam ille, qui conuenit de faciendo permutationem, adimpleuit cōtractum ex parte ſua. Et fingitur quaſi retro nata à tempore dictæ cōuētionis,*vt in l.ex placito.C.de rer.permu.*& quod habetur in d.§. *actionum.per gl.*& in l.j.ff.de rer.permu. Sed quæro, in quo dif*fert permutatio* in ſpecie ſumpta à contractu, do vt des in ſpe*cie ſumpto*. Videtur, ꝙ nulla ſit differentia, cum in vtroq; caſu detur actio præſcriptis verbis,vt in l. naturalis per totam l. ff. de præſcriptis verbis.Sed in cōtrarium facit: quia actio præſcriptis verbis,quæ competit ex permutatione,eſt bonæfidei: & ſic veniunt in ea oīa quæ æquum eſt venire: & illa de quibus non eſt actum nec cogitatum inter partes, iuxta materiam. §. actionū. & l.fi.ff.de cond.ob tur.cau.Sed actio præſcriptis verbis quę datur ex contractu do vt des,eſt ſtricti iuris,vt in d.§.actionum.& ſic in ea non venit niſi id quod expreſſe actum eſt inter partes. l.quicquid aſtringendæ. ff. de verb.ob. ergo &c.Quid dicemus? Dic breuiter, ꝙ tunc eſt permutatio, quando permutatur ſpecies cum ſpecie. Sed contractus do vt des quando datur vel dari conuenit genus pro genere:vel ſpecies pro genere, vel econtra,vt no.dixit Bar.in d.l.j.in fi.ff.de rer.permu.ꝙ not.quia multi in hoc errant.

¶Centeſimaſeptuageſima Actio.

Præſcriptis verbis quæ in multis caſibus admit titur. Centeſimaſeptuageſi- 70 ma eſt actio.† In hac actione dic, ꝙ iſta actio præſcriptis verbis competit in multis caſibus variis & diuerſis,qui not.in gl. inſti. de interdi.in §.fi.& inſti.de act.§.actionum.verbi gratia, primò competit ex omnibus pactis nudis appoſitis iuxta cōtractus veſtitos:vt habetur in l.2.C.de pac.inter emp.& vend.& in l.in bo næfidei.& in l.legem. & l. petens. C. de pac.& l.iuriſgentium.§. quinimmo.ff.de pac.& in l.lecta.ff.ſi cer.pet.& quod habetur in l.pacta conuenta.ff.de contrah.empt. Item datur cuiuſlibet interdicti,& appellatur actio præſcriptis verbis:quia de iure veteri proponebatur ipſa actio præſcriptis verbis, ſeu actio in factum, quæ idem eſt,vt in l.j.in fi.& l.ſeq.ff.de præſcri.ver.in d.§.fi.inſti. de interdict.Et dicitur actio prę ſcriptis verbis:quia de iure veteri proponebatur ipſa actio præſcriptis verbis, per quædam verba ſcripta.i.anteſcripta per legem,licèt hodie non ſeruetur ſolēnitas verborum in actionibus proponendis,vt in titu.C.de for. ſublat.& quod no.inſti.de interdi.in d.§.fi.& in prin.tit.inſti. de act.& potius talis actio appellatur prę ſcriptis verbis,q̃ aliæ actiones,quæ etiam proponebantur de iure veteri ſm quaſdam formulas,vt in d.tit.C. de for. ſubla. quia in illa actione præſcriptis verbis, forte erunt verba magis ſolennia, q̃ in aliis actionibus, arg.§.eſt & aliud.inſti.de do. Item eadem actio præſcriptis verbis,ſeu in factum competit,vbicunq; æquum eſt dari actionem propter aliquas variarum cauſarum figuras, vt in caſu. l. ſancimus.C.de ſacroſan.eccl.& de materia iſtius actionis prę ſcriptis verbis,ſeu in factum,dic vt habetur in l.quoties.& quod ibi habetur per gl.& doc.ff. de præſcrip. ver. de hoc tamen quare iſta actio præſcriptis verbis ſic dicatur vltra ea quæ dixi ſupra dic vt no.per gl.in rub.ff.de præſcript.verbis, & quod ibi dixi reprobā do Pau.de Caſt.ſuper hocartic.

¶Centeſimaſeptuageſimaprima Actio.

In factum ex re iudicata, quæ etiam dicīt iudicati.Cente- 71 ſimaſeptuageſimaprima eſt actio.† Hæc actio naſcitur ex ſentē tia victori contra condemnatum ad executionem ſentētiæ, vt habetur in l.actori.C.de rebus cred.& iureiur. Et attende ꝙ exe cutio ſententiæ duobus modis poteſt fieri & peti. Vno modo intentando iſtam actionem, & tunc debet dari libellus & iure ordinario procedi.Secundo poteſt intentari officium iudicis ꝓ executione dictæ ſentētiæ, vt ſ.committatur ſchedula ad pignorandum condemnatum: & tunc proceditur ſummarie ſine dation libelli,ita declarat Bar.in l.intra dies.ff.de re iudi. poſſet ēt ipſe victor intentare actionem veterem,quam habet ante ſententiam,perinde ac ſi ſententia lata non eſſet:& tunc debet ꝓcedi ordinarie dato libello: quia ſententia facit nouationem, ideſt nouam actionis adiectionem: vt l.aliā. ff. de noua. de quo vide per gl.& Ang.in ſua ſolenni repetitione in l.j.C. de iudi.

¶Centeſimaſeptuageſimaſecunda Actio.

Ex ſtipulatu pro dote. Cēteſimaſeptuageſi maſecūda eſt actio. 72 † Iſta actio datur tam marito contra mulierem pro dote ꝓmiſ ſa exigenda pro oneribus.matrimonii,q̃ etiam ipſi mulieri, vel eius patri cōtra maritum, vel eius hæredes ſoluto matrimonio, vel etiam conſtante,ſed viro vergente ad inopiam,vt l.j.& 2.& in l.ſi conſtante.in prin.ff.ſol.mat.& in l.in rebus. & in l. vbi adhuc.C.de iure do.Et talis actio datur ex ſtipulatu,quæ fingitur à iure interpoſita tam ex parte viri,q̃ mulieris,etiam ſi interpoſita non fuiſſet,vt in l.j.circa principium.C.de rei vxo.act.Et etiā eſt actio bonæfidei,vt in §.actionum.inſti.de act.& ibi plene de eius materia.Et iſta actio de dote & ipſa dos habet multa priuilegia,quorum aliqua recitantur per doc.in d.l.j.ff.ſol.ma.ſed tu vide plurima priuilegia quæ ego cumulaui ampliſſime vltra omnes in meo tractatu de priuilegiis dotis, & quæ ſpecialiter circa dotes ſtatuta ſunt,dic vt ibi dixi.

¶Centeſimaſeptuageſimatertia Actio.

Aquæ pluuiæ arcendę. Centeſimaſeptua geſimatertia eſt a- 73 ctio. † Sup hac actione dic,ꝙ hac actione prouidetur mihi cōtra illum, qui in prædio ſeu agro ſuo conſtruxit, ſeu fecit aliqđ opus manufactum,ꝓ quod impeditur curſus aquæ pluuialis,& ex hoc aqua mihi nocet ſeu fundo meo: quia forte inundabat fundum meum, quo caſu ſi hanc actionem intento contra illum,qui opus fecit,conſequar per hanc actionem, ꝙ ipſe cogatur opus factum deſtruere,ita ꝙ aqua pluuialis nō mihi noceat. Sed vt reducatur ipſa aqua ad ſuum curſum ſolitum, & hoc expenſis illius, & etiam conſequar ab illo emendationē omnis dāni mei,quod conſecutus ſum poſt litis conteſta.vel litem conteſtatam ſuper tali actione. Sed ſi opus eſſet ab alio factum & talem actionem intentarem contra dictum opus poſſidētem: tenetur ſolum patientiam præſtare, ꝙ meis expenſis opus deſtruam.Iſta probantur.ff.de aqua plu.ar.l.j.§.j. & §.in ſumma. & l.ſi tertius.§.j.& vlt.eo.titu.

¶Centeſimaſeptuageſimaquarta Actio.

De paſtu pecoris. Cēteſimaſeptuageſima quar ta eſt actio. 74 † Iſta actio datur mihi contra illum qui impoſuit ſeu immiſit ſua animalia qualiacunq; eſſent ad paſcendum frumentum,hordeum, vel alios fructus in fundo meo,vt eſt caſus vnicus.ff.de præſcrip.verbis.l. ſi ſeruandarum. §. fi. alibi non reperitur de iſta actione in iure noſtro,& datur ad intereſſe meū, vt ibi habetur,alioquin ſi fructus mei de arbore mea cecidiſſent in fundum vicini,qui miſiſſet animalia ſua ad paſcendum fructus daretur actio in factum ad intereſſe meum contra vicinum.d.l.ſi ſeruandarum. §. fi & hoc qñ ſine dolo vicin⁹ hoc fecit, alioquin ſi dolo hoc feciſſet, daretur rei vēdicatio contra illum, & actio ad exhibendū perinde,ne ſi fructus meos qui ceciderāt in fundum ſuum poſſideret,vt l.Iulianus.§.glande. ff. ad exhib.& in l.parem.ff.de reg.iur. tene menti iſta,quia pauci intelligunt.

¶Centeſimaſeptuageſimaquinta Actio.

Ex teſtamento. Cēteſimaſeptuageſimaquinta eſt actio. 75 † Hæc actio datur legatariis vel fideicommiſſariis cōtra hæredem, vt ſoluat legata vel fidei commiſſa,& naſcitur ex quaſi contractu: quia hæres adeundo hæreditatem videtur quaſi contrahere cum creditoribus & legatariis ſeu fideicommiſſariis,vt l.apud Iulianum.§. fi. ff. ex qui. cau.in poſ.eatur.& l.ex maleficiis.§.hæres quoq;.ff.de act. & ob. & §.hæres quoq; inſti.de obl.quæ ex quaſi cōtractu naſ. dantur etiam legatariis aliæ actiones quandoq;, videlicet rei vendicatio & hypothecaria.l.j.& 2.C.communia de leg.& ibi plene no. & inſtit.de leg.§ j.

¶Centeſimaſeptuageſimaſexta Actio.

Ex ſtipulatu quæ ex verborum obligatione naſcitur. Centeſimaſe- 76 ptuageſimaſexta eſt actio.† Iſta actio datur ſtipulatori contra promiſſorem ad rem promiſſam per ſtipulationem ſeu verborum obligationem,vt inſti.de verb.ob.in princ. dummodo res talis promiſſa per ſtipulationem non ſit certa omni certitudine,videlicet quæ vel qualis vel quanta ſit, aliàs daretur certi cō dictio,non autem actio ex ſtipulatu, vt habetur in l. vbi autem non apparet.in princ.ff.de verb.obl.& in l.ſi quis certū.ff.ſi cer. pet.& inſti.de verb.obl.in prin.

¶Cen-

Source : BIU Cujas

¶Centeſimaſeptuageſimaſeptima Actio.

77 **Furti non manifeſti.** Centeſimaſeptuageſimaſeptima eſt actio.

† Super hac actione dic,ꝙ datur illi,qui paſſus eſt furtum de aliqua re mobili,cuius furtum factū eſt,vt in §.furtum.inſti.de ob. quæ ex deli. naſcun.& datur contra furem, qui non fuit deprehenſus,ſeu captus in furto,ſeu cum re furtiua, antequam ipſe rē furtiuam perferret eo die ad locum ad quem perferre deſtinabat eodem die,dummodo contra furem per aliquem fuerit acclamatum,aliàs daretur contra ipſum actio furti manifeſti,cuius eſt pęna quadrupli,quæ eſt actio prætoria, ſed pro iſta actione eſt pęna dupli,& eſt actio ciuilis,vt habetur inſti. de ob. quæ ex deli.naſ.per totam primam columnam.& in §.pęnę.eo. titu. & eſt pęna ciuilis,quæ applicatur parti,& ibi habetur. Poſſet ēt fur accuſari criminaliter ad pęnā vel corporalem, vel pecuniariam ſibi arbitrio iudicantis imponendam,& fiſco applicandā. l.fi.ff.de fur.& quod habetur in l.fi.ff.de priua. delic. circa quod vide,quod plene ſcripſi in hac actione furti manifeſti.

¶Centeſimaſeptuageſimaoctaua Actio.

78 **De tigno iniuncto.** Centeſimaſeptuageſima octaua eſt actio. † Iſta actio datur illi,cuius tignum, vel materia apta ad ædificandum poſitum, ſeu poſita eſt per alium in aliquo ædificio, vel contra quemcunq; tenētem ſeu poſſidentem dictum ædificiū, in quo illum tignum eſt impoſitum,& datur illi,cuius eſt tignum, vel res illa. Iſta actio ad duplum æſtimationis ipſius rei poſitæ, in quo tamen duplo ineſt rei perſecutio,vt habetur.ff.de tig. iniū. l.j.& in l.in rem.§.tig.ff.de rei ven.& inſti.de re.diui.in §.cū quis in ſuo loco ex alic.materia.

¶Centeſimaſeptuageſimanona Actio.

Arborum furtim cęſarum. Cētesimaſeptuageſimanona eſt actio. † Super hac actione dic,ꝙ datur contra illū, qui furtiue, vel animo lucrandi & aduerſarium damnificādi incidit aliquam arborem alterius, propter quod dñs arboris magnum patitur damnum, & incidenti per vim magnum lucrum acquiritur, & datur illi, cuius erat arbor ſic inciſa ad duplū eius in quo arbor valebat per prius,antequā arbor fuiſſet inciſa, de quo duplo deducitur pretium lignorum ipſius arboris inciſæ, verbigra arbor p prius valebat 10. ligna verò arboris inciſæ valent duo,dabitur iſta actio ad octo contra incidentem:quia deducitur de pretio ipſius vel illius arboris æſtimatio illorum lignorum, quę remanſerunt dño arboris.Et aduerte:quia poteſt per dictam actionem arborum furtim cęſarum conſequi aliud ſimplum,ſed ſi primò actor egerit actione arborum furtim cæſarum ad duplum, ceſſabit actio legis aquiliæ,ſed tñ ſi ille qui arborem incidit etiam ligna ſubtraxiſſet:poterit per dñm arboris agi cōtra illum actione furti pro lignis arboris ſubtractis, cuius pęna eſt dupli in furto non manifeſto.Iſta probantur in l.2 .& l. furti §.fi.& l.faciendi.& l.pen.ff.arb.fur.cę.

79

¶Centeſimaoctuageſima Actio.

80 **Rerum amotarum.** Centeſimaoctuageſima eſt actio. † Iſta actio datur marito contra vxorem, vel econtra furto per alterum commiſſo in bonis alterius conſtante matrimonio cauſa diuortii furti commiſſi,quod diuortium verò poſt fuit ſecutum, vt l. rerum quidem amotarum.ff. re. amo. & datur ad recuperandum rem ablatam,vt ibi,quo caſu in honorē & fauorē matrimonii nulla actio famoſa poteſt competere inter eos iugales,immo inuenta fuit iſta actio rerum amotarū,quę non infamat,vt ff.re.amo. l.j.& 2.C.de fur.l.fi.in fi.& C.re.amo.l.2.

¶Centeſimaoctuageſimaprima Actio.

81 **De rationibus** diſtrahendis. Cētesimaoctuageſimaprima eſt actio. † Circa hanc actionem dic,ꝙ datur pupillo finita tutela cōtra tutorem, qui durante tutela aliquas res mobiles pupilli, vel pecuniam amouit, & in proprios vſus conuertit: & forte non animo furandi: quia tunc etiā teneretur actione furti.l.actione.ff. de tute. & ra. diſtra. Et datur ad duplū veræ æſtimationis ipſius rei ſubtractæ, in quo tamen continetur rei perſecutio,res autē duplatur non autem intereſſe vltra rem,vt ff.de tute.& ratio.diſtra.l.j.§.de rationibus.& §.conſiderandum.

¶Centeſimaoctuageſimaſecunda Actio.

Legis aquiliæ, ſiue damni iniuria dati,ſiue de damno dato.Centeſimaoctuageſimaſecunda eſt actio.† In hac actione dic,ꝙ datur iſta actio legis aquiliæ directa,qñ damnum datur de corpore in corpus,vt quia occidiſti ſeruum meū,vel ipſum vulneraſti manibus tuis, vel gladio, vel alio modo. Sed actio legis aquiliæ vtilis competit, qñ datur damnum de non corpore in corpus: vt quia tu concluſiſti ſeruum meum in aliquo loco,vel ipſum de per ſe fame mori permiſiſti. Iſta probantur inſti.ad l.aquil. §. fi. Si verò daretur damnum de non corpore in non copus:vt quia ſeruus aufugit, tunc daretur actio in factum ſubſidiaria,de qua ſupra dixi in ordine actionum prætoriarum,ac etiam probatur in d.§.fi.in fin. Et aduerte qñ quis occidit ſeruum vel animal manſuetum alterius:tunc habet locum actio legis aquiliæ quanti plurimi fuerit animal mortuum infra annum retro,vt inſt.de l.aquil.§.fi. Qūque verò quis ſolum lædit,vel vulnerat ſeruum,vel animal mā ſuetum alterius: & tunc habet locū dicta actio legis aquiliæ cōtra dantem damnum quanti plurimi fuit ipſum animal lęſum, vel vulneratum infra 20.dies retro tantum,vt in §.3.capite. inſtit.ad l.aquil.Qñq; quis vlnerat,vel etiā occidit quolibet aliud animal non manſuetum,vel etiam dat damnum quomodocūque contra alias res noſtras animatas vel etiam inanimatas: & tunc ſimiliter datur dicta actio legis aquiliæ quanti plurimi ipſum animal vel ipſas res fuit infra 30.dies retro,vt habetur in d. §.3.capite.& l.ſi ſeruus.§.inquit lex.& §.rupiſſe. ff.ad legē aquil.

¶Centeſimaoctuageſimatertia Actio

83 **In factum de pauperie** Centeſimaoctuageſimatertia † eſt actio. Iſta actio datur hoc modo: quia qñq; animal quadrupes alterius manſuetum dat nobis damnum quomodocunque: & tunc datur iſta actio contra illum,cuius eſt quadrupes,per quā cogitur damnum emēdare, aut animal pro noxa dare.ff.ſi quadru.pau.fe.di.l.j.circa prin.& inſti.eo.tit.§.j.qñq; animal bipes alterius dat animū, puta quia gallus vicini occidit gallinam tuā: & tunc habet locum dicta actio vtilis ex ſententia legis 12. tabularum,licèt verba deficiant,quæ loquūtur ſolum in quadrupede,vt ff.ſi quadru.pau. fe. l.j.2. & pe. qñq; verò animal ferum & non manſuetum,quod tamen erat in dñio alterius, vt canis, vrſus,vel leo, qui erat ligatus in loco, per quē ſolebat iri cōiter, dedit alteri trāſeunti damnum: & tunc aut iſtud animal ferum & non manſuetum vulnerauit hominem liberum: & tunc dat actio in factum ædilitia. Et etiam actio in factum vtilis de pauperie ad intereſſe illius damnum paſſi,vt inſti.ſi quadru.pau.fe. di.ad finem. Sed ſi homo fuiſſet occiſus, tunc datur dicta actio contra illum,qui tenebat illud animal in dicto loco periculoſo ad 100.duca.vt no.in d.§.fi. inſtit. ſi quadru. pau.fe di.Aut illud animal nō manſuetum ligatum, vt ſupra dedit mihi damnum occidendo vel vulnerando ſeruum meum,vel etiam me damnificando in reliquis rebus meis,puta in veſtimentis,tunc competit dicta actio ædilitia ad duplum damni dati, vt etiam dicta actio in factum de pauperie vtilis, vt probatur in d.§.fi. inſtit.ſi quadru.pau.fe.di.ſed ſi tale animal ferum aufugiſſet, & poſt fugam damnum alicui dediſſet,non teneretur prior dñs: quia tale animal fugiens deſinit eſſe illius & in §.illud.inſt.de re.diui.& in d.tit.inſti.ſi quadru.pau.fe.di.§.j.

¶Centeſimaoctuageſimaquarta Actio.

Iniuriarum ex lege cornelia in tribus capitibus.Centeſimaoctuageſimaquarta eſt actio.† In hac actione dic, ꝙ ſeruit nobis in trib. caſibus,in quibus eſt ciuilis. Primus, ſi quis per vim vel contra voluntatem meam domum in qua habitabam introiſſet. Secūdus eſt, ſi quis me verberauit. ſ. cum dolore vel vulnerando vel aliter me percutiendo cum dolore cū ſanguinis effuſione. Tertius,ſi quis me pulſauerit, ideſt ſine dolore pſonæ meæ mihi iniuriam fecerit: vt quia me conquaſſauerit ob mei iniuriā,in quibus tribus caſibus deſcendentibus ex lege cornelia,iſta actio ciuilis datur,iſta probantur.ff.de iniur.l. lex cornelia inſti. de iniu. §.ſed & lex cornelia.Sed ſi quis contra me fecerit iniuriam ſcripto:hoc eſt aliquem libellum contra me famoſum ſcribendo, dictando,recitando, ſiue diuulgando, vel ipſe præſtando alteri hoc facienti.Et tunc ſimiliter iſto caſu datur dicta actio iniuriarum ciuilis introduta per cōſtitutiones imperiales,ſed in tribus caſibus præcedentibus eſt introducta per l.12.tab.antiqua,vt in d.l.lex cornelia.§.ſi quis librum.& in l.j. C.de famoſis libellis.& 5.q.j.c.fi.vbi.d.l.j. eſt canonizata. Sed ſi quis mihi fecerit iniuriā dicto, dicendo mihi verba iniuriоſa vel alteri de me ſeu conuitium quod idem eſt: tunc datur contra illum actio iniuriarum prætoria,de qua ſupra in ordine prætoriarum actionum. Et aduerte: quia dupliciter agi poteſt in iſtis actionibus: uno modo iniuriantem criminaliter accuſando,& hoc caſu imponeretur illi iniurianti pęna fiſco applicanda, uel corporis afflictiua arbitrio iudicis.l.fi.ff.de iniur. Alio modo ciuiliter agi poteſt, ut iniurians condemnetur iniuriato,& ſic eſt pęna ciuilis & actio ciuilis,iuxta ea quæ habentur per Bar.& doc.in l.iniuriarum æſtimatio.ff.de iniuriis.& inſtitu.de actio.in prin. Vltimò aduerte: quia qñq; quis dicit alteri verbo ſeu dicto aliquid iniurioſum, quod uerum non eſt. Et ille hoc prouocet ad iniuriam: & tunc habet locum id quod ſupra dixi. Qñq; uerò quis dicit de altero quod uerum eſt. Et tunc ſi quæritur,utrum teneatur actione iniuriarum ciuiliter & criminaliter,dic aut ille dicit tale quid, qđ intereſt reipublicæ notum eſſe:ut quia ille dicit,ꝙ quis eſt latro uel homicida,uel ſimili modo quos omnes eſſe notos intereſt reipublicæ,ut repellantˉ à dignitatibus & teſtimonio &c. Et tūc ille non tenetur aliqua actione iniuriarum.l.cum qui nocentē. in prin.ff.de iniur. Aut non intereſt reipublicæ illud eſſe uel nō eſſe notū;ut quia ille dicit alteri,ꝙ eſt ebrius,uel cęcus, uel gibbus:quod uerum erat,& ſic de ſingulis: & tunc bene teneretur actione

Source : BIU Cujas

actione iniuriarum,ut no.per Bar.in d.l.eum qui nocentem.in prin.& per Cyn.in l.ſi non conuitii.C.de iniuriis. Adde tamen, ꝙ pro modica iniuria condemna. non efficitur infamis ſaltem de iure canonico,vt in c.cum te.& ibi per doc.de ſen. & re iud. Item adde,ꝙ iniuria non fit ſine dolo iniuriam facientis, vt in l.illud relatum.ff.de iniur.

¶Centeſimaoctuageſimaquinta Actio.

In factum quę datur contra magiſtratum,qui nō exe
git idoneam cautionem, rem pupilli ſaluā
85 fore. Centeſimaoctuageſimaquinta eſt actio. † Iſta actio datur pupillis vel adultis contra magiſtratum deputatum ad cautiones ſeu ſatiſdationes exigendas,de quo §.fi.inſti.de ſatiſda.tut.q magiſtratus non exegit cautionem à tutoribus, vel à curatoribus,vel ſi exegit,minus idoneè exegit, & hoc in caſibus, in quibus tutores vel curatores ſatiſdare coguntur:de quibus inſti.de ſatiſda.tut.vel cura.per totum.§.j.quod qualiter intelligatur, vide gl.plenam in d.§.fi.& datur ad intereſſe pupilli vel adulti, vt in dictis iuribus, & vide quod habetur in dictis legibus, & ff. & C.de magiſtra.conue.vbi patet,ꝙ iſta actio prouidet in multis caſibus iſtis pupillis vel adultis contra magiſtratum, quos caſus refert Roff.in libellis ſuis, in rub. de actione in factū quæ datur contra magiſtra.& ibi vide per eum.

¶Centeſimaoctuageſimaſexta Actio.

86 **Ingrati.** Centeſimaoctuageſimaſexta eſt actio. † In hac actione dic maximè, quod datur patrono contra libertum ſuum qui extiterit ingratus aduerſus patronum tali ingratitudine ex qua poſſit reuocari in ſeruitutē iuxta not. ꝑ gl.*inſti.de capitis diminutio.*§. maxima.& datur patrono ad re*uocandum* libertum ad priſtinam ſeruitutem,vt habetur in l.j. & per totum titulum. C.de libe. & eorum libe. eodem modo talis actio datur parenti contra liberos ſuos emancipatos ad reuocandum eos in priſtinam patriam poteſtatem tanquam ingratos & contumaces parentibus ſuis,qui poſſunt reuocare eos ex leui cauſa in patriam poteſtatem. Et hoc totum quod ſupra dicimus fit,ſeu fieri poteſt nō per actionem ingrati, ſed potius per accuſationem ingrati,ideſt ingratitudinis.Alii dicunt,ꝙ talis reuocatio fit per officium iudicis, de quibus omnibus vide per gl.in d.§.maxima. Sed quicquid ſit,Ioannes in arbore ſua tenet,ꝙ proprium nomen iſtius actionis ſit ingrati.

¶Centeſimaoctuageſimaſeptima Actio.

Certi condictio ex ſtipulatione.Cēteſimaoctua
ſimaſeptima ē actio.†Iſta actio
87 locum habet,cum quis ſtipulatus eſt aliquid certum, cuius ſolutio nō ſit variabilis ex poteſtate ſoluere debētis. Iuxta ea quæ not.Bart.& doc.in l.j.vbi autem non apparet, in prin.ff.de verb. obl.Et datur ſtipulatori contra promiſſorem ad dandum ſtipulatori id quod promiſſor ſibi dare promiſit.d. l. vbi autem non apparet.§.fi.Sed ſi quis non eſſet ſtipulatus aliquid certum: tūc ſibi competeret actio ex ſtipulatu,vel certi cōdictio.l.ſi quis certū.ff.ſi cer.pet.& inſti.de verb.obli.in prin.& quod ſupra dixi in actione ex ſtipulatu.

¶Centeſimaoctuageſimaoctaua Actio.

In factum quæ oritur ex cōfeſſione informiter facta
iudicio.Centeſimaoctuageſimaoctaua eſt
88 actio.† Super iſta actione dic,ꝙ qñq; quis confitetur in iudicio ſe eſſe debitorem alterius adiecta cauſa,& ſic formiter:tunc cōtra ipſum competit actio vtilis ex illa cauſa cōfeſſata,de qua vide in ordine prætoriarum actionum circa principium. Qñque quis confitetur in iudicio ſe eſſe debitorem alicuius non adiecta cauſa,& ſic informiter:tunc datur talis actio, de qua hic, illi in cuius fauorem eſt facta talis confeſſio contra cōfitentem ad dandum & faciendum illud quod confitens confeſſus fuit ſe vel dare facere.Iſta probantur in l.proinde.in §.j.iuncta. l. nam & poſtea.§.pen.& fi.& in l.ſed ſi poſſeſſori.& in l.ſi duo patroni. §.pe.ff.de iureiur.Et ita tenet Roffre.in libellis ſuis. Ex quo habes limitationem ad id,quod habetur in l.cum indebito.§. fi. ff. de proba.vbi confeſſio ſine cauſa non præiudicat: quia illud fallit,ſi fiat talis confeſſio in iudicio. Item habes aliam limitationem ad l.Publi.§.Lucius.ff. depoſiti, vbi confeſſio non inducit obligationem: & ſic nec actionem, ſed ſolum probationem: quia fallit, niſi talis confeſſio facta eſſet in iudicio, vt patet ex prædictis,quod nota.

¶Centeſimaoctuageſimanona Actio.

Quanto minoris emptor empturus eſſet. Cen
teſimaoctuageſimanona eſt
89 actio. † Iſta eſt actio ciuilis, & differt ab actione quanto minoris res eſt,de qua ſupra vidimus: quia iſta datur emptori contra venditorem,quanto minoris emptor empturus fuiſſet,ſi ſciuiſſet vitium rei latens,vt l.Iulianus.in prin.ff.de act.empti.Sed illa alia actio datur emptori contra venditorem, quanto minoris res eſt, ideſt quanto minoris res illa cōiter valebat apud ſciētes vitium latens illius rei,vt no.in d.l.Iulianus.in princ.Et vide ſupra in actione quanto minoris res eſt,quę actio eſt prętoria,vbi latiſſimè dixi vltra alios,dic vt ibi dixi.

Centeſimanonageſima Actio.

Quanto pluris. Centeſimanonageſima eſt actio.
90 † Super iſta actione Roff.in libellis ſuis dicit,ꝙ iſta eſt actio de per ſe.Et ſic ſentit,ꝙ ſit nomen ꝓprium actionis,de qua in l.Iulianus.§ ſi venditor.& §.per cōtrarium.ff.de act.emp.Sed mihi nō videtur, ꝙ ſit proprium nomē actionis,ſed ſit idem effectus, qui eſt in actione quanto minoris emptor empturus fuiſſet,de quibus ſupra dixi: quia ita videt probare iudicio meo dictus §.ſi venditor. & d.§.per contrariū. Sequitur vt videamus de tredecim actionibus ex ſtipulatione, quæ locum habent in diuerſis caſibus,vt ſunt plurimum prętoriæ, & aliquæ iudiciales, de quibus omnibus in l. ſtipulationum aliæ.ff.de verb.obl.Ideo eas hic in fi.huius operis collocaui.

¶Centeſimanonageſimaprima Actio.

Ex ſtipulatione rem pupilli vel adulti ſaluam fo
re interpoſitam per tutorem le
gitimum vel datum ſine inquiſitione vel per curatorem adulti.Centeſimanonageſimaprima eſt actio. † Iſta datur ad intereſ
91 ſe pupillo finita tutela ꝫ tutorē,vel adulto finita cura ꝫ curatorem: quando tutor vel curator per ſtipulationem promiſit rē pupilli vel adulti ſaluam fore. Et datur ad intereſſe pupilli vel adulti,prout datur actio tutelæ &c.vt inſti.de ſatiſd.tut.in prin. & in tit.ff.rem pupilli vel adulti ſaluam fore. maximè in l.j.& ꝑ omnes leges illius tituli.

¶Centeſimanonageſimaſecunda Actio.

Ex ſtipulatione rē ratam haberi. Centeſimano
nageſimaſecūda eſt actio. † Iſta
92 ſtipulatio interponitur per procuratorem, de cuius mādato dubitatur.l.j.C.de procu.& l.3.ff.rem ra.habe. Et debet peti ante litem conteſtatam,vt habetur in l.Pomponius.§.rati. ff. de proc. Et ſi procurator talis interuenit pro minore,debet promittere, ꝙ per minorem non petetur reſtitutio in integ.l.4.ff.rem ra.habe.Et in hac actione venit intereſſe ſtipulatoris, vt l. 2. ff. rem ra.habe.Item talis ſtipulatio debet etiam præſtari per quemcūque,qui agit ſine mandato nomine alterius,puta tanquam coniuncta perſona.l.non ſolū.§.j.ff.de procu.& l.maritus.C. de ꝓc. & l.3.§.ſed & ſi forte.ff.iudica.ſolui.

¶Centeſimanonageſimatertia Actio.

Ex ſtipulatione iudicatum ſolui. Centeſimano
nageſimatertia eſt actio. † Iſta
93 ſtipulatio interponitur & præſtatur ab omni perſona,quę in iudicio alieno nomine comparet ex parte rei.l.minor.§.fi. & l. ꝙ proprio.§.qui alium.ff. de procur. Et hodie nemo ſuo nomine conſuetus tenetur ſatiſdare iudicatum ſolui, vt in §. ſed hodie. inſti.de ſatiſda.& l.vnica.C.de ſatiſda.

¶Centeſimanonageſimaquarta Actio.

Ex ſtipulatione de damno infecto. Centeſima-
nonageſimaquarta eſt actio.
94 † Hæc ſtipulatio interponitur, qñ domus tua minatur ruinam ſupra meam,& committitur, qñ poſtea mihi ruina cōtingit ex vitio ipſius rei:ſecus ſi caſu fortuito.l. dāni.§. Sabini. & l. fluminum.§.hæc ſtipulatio.& l.idem ſeruus.§.quanquam.ff.de dam. infec.& in ea venit damnum & ſic diminutio patrimonii, non autem lucrum ceſſans.d.l.fluminum.in fi.& l.Proculus.in fi.& veniunt etiam penſiones inquilini,qui migrauit propter timorem ruinæ.Idem etiamſi ex hoc non potui rem locare.l.in hac. & l. damni. eod. titu. Et de iſta ſtipulatione loquitur totus titulus.ff.de dam.infec.

¶Centeſimanonageſimaquinta Actio.

Ex ſtipulatione interpoſita de opere demolien
do in cā nunciationis noui ope
95 ris. Cēteſimanonageſimaquinta eſt actio. † In hac actione dic, ꝙ iſta ſtipulatio committitur contra illum, qui fecit opus poſt nunciationem noui operis & ſatiſdationem præſtitam de opere demoliendo,ſi iniuſte opus faceret.Et per illam ſatiſdationē præſtitam,vel habitam pro præſtita quando ſtat per nunciantē nouum opus,quominus ſibi promittatur,cenſetur remiſſa nūciatio noui operis,& durat dicta ſtipulatio,vt habetur in l.prætor.§.j.& §.ſi quis paratus.& § qui remiſſionem.ff. de noui operis nuncia.Et iſta actio ex tali ſtipulatione datur ſtipulatori contra promiſſorem, vt deſtruatur ædificatum indebitè in caſu, quo ille promiſſor non iure ædificaſſet, vt in dictis iuribus. Aliàs ſecus,vt ibi.

¶Centeſimanonageſimaſexta Actio.

Ex ſtipulatione quā interpoſuit vſufructuarius.
Cēteſimanonageſimaſexta eſt
96 actio.† Iſta ſtipulatio interponitur per vſufructuarium in fauorem proprietarii ſtipulantis duo primum,ꝙ vſufructuarius debet promittere de vtendo re arbitrio boni viri.i.iudicis l.continuus.§.cum ita.ff.de verb.obl.& quod no.inſti.de vſufr.in prin. Secundum,ꝙ debet promittere eſt,ꝙ quicquid ſupererit finito vſufructu reſtituet.De qua in l.j.ff.vſufru. quemad..caue. Et iſta ſtipulatio ex primo capite committitur etiam durante vſufructu toties, quoties vſufructuarius re male vtitur. Sed ex ſecūdo capite tantum ſemel committitur, ſcilicet finito vſufructu, &

non

Source : BIU Cujas

non ante,vt ibi habetur,de quo etiam vide quod habetur,inſti. de vſufructu.§.conſtituitur.

¶Centeſimanonageſimaſeptima Actio.

Ex ſtipulatione pro rebus quę vſu conſumũtur. Centeſimanonageſimaſeptima
97 eſt actio. † Dic ꝙ iſta ſtipulatio interponitur per vſufructuariũ ſuper rebus,quę vſu conſumuntur de reſtituendo proprietario æſtimationem harum rerum finito vſufructu, vt habetur in l. hoc Senatus. ff. de vſufructu ea. re. quę vſu conſumuntur.& in d.§.conſtituitur.inſti. de vſufru.

¶Centeſimanonageſimaoctaua Actio.

Ex ſtipulatione ex titulo.ff. vt legatorum vel fideicommiſſ. nomine caueatur.
98 Centeſimanonageſimaoctaua eſt actio. † Iſta actio locum habet, quoties eſt factum legatum vel fideicommiſſum in diem, vel ſub conditione quo caſu grauatus ad pręſtandum tale fideicommiſſum debet per ſtipulationem promittere ipſi legatario vel fideicommiſſario de re ſic relicta pręſtanda illęſa & integra adueniente die vel conditione, vt habetur in toto tit. ff. vt leg. vel fideicommiſ.nomine caueatur.

¶Centeſimanonageſimanona Actio.

Ex ſtipulatione contra illum qui rogatus eſt reſtituere,quicquid poſt mortem eius ex hæreditate ſupererit. Centeſimanonageſimanona eſt
99 actio.† Iſta locum habet, quoties quis eſt grauatus poſt mortẽ ſuam reſtituere, quicquid ex hæreditate grauantis penes grauatum ſupererit,quo caſu tenetur iſte talis grauatus per ſtipulationem promittere illi,cui talis hęreditas erat reſtituẽda,de ipſam ſibi reſtituendo,ideſt de reſtituendo id quod ſupererit penes ipſum tempore mortis ſuæ, & debet cauere de conſeruando ad minus quartam partem bonorum:quia reliquas tres partes poteſt alienare,vt in auth.contra rogatus. C.ad Trebellia. quæ eſt extracta ex §.ſi quis.in auth.de reſti.colla.nona.

¶Ducenteſima Actio.

100 Ex ſtipulatione de iudicio ſiſti.Ducenteſima eſt actio.† Iſta datur ex ſtipulatione de iudicio ſiſti interpoſita tam ex parte rei quàm actoris, qui non poſſidet bona immobilia, de qua in toto titulo. ff. ſi quis cautioni.& in l. 2. §. ſi quis. eod.titu.& l.ſciendum.in princip.ff. qui ſatiſda.cogantur, & not. in authen. offeratur. C. de litis cõteſta. & in §. hodie. inſtitu. de ſatiſdando. & in authen. generaliter.C.de epiſco.& cler.

Fragmentum Centuriæ tertiæ.

SVMMARIVM.

1 *Venditor ſanum promittens & morboſum præſtans qua actione & per quẽ conueniatur.*
2 *Legatarius quando teneatur hæredi grauato per ſtipulationem promittere de reſtituendo.*
3 *Arrogator quid arrogato pupillo per ſtipulationem promittat.*
4 *Actio quid ſit,& in quo ab exceptione & accuſatione differat, & quo iure inducta.*
5 *Agere ſine actione an quis poſſit.*
6 *Actio nunquid in iudicio exprimenda maximè inepta.*
7 *Sententia ſuper actione inepta eſt nulla.*
Actio ab officio iudicis in quo differat.
8 *Actio numquid de iure canonico naſcatur ex pacto nudo.*
9 *Actio ab obligatione in quo differat.*
Actio quot modis & qualiter tollatur.
10 *Actio quomodo tollatur per præſcriptionem.*
Actio directa in quo ab vtili differat.
11 *Actio quot modis detur.*
Actionem in genere vtrum ſit dare.
12 *Eccleſię prefectus quo nomine agat.*
Agi ciuiliter dicitur,quando agitur ad priuationem beneficii propter crimẽ.

¶Ducenteſimaprima Actio.

1 Ex ſtipulatione pro rebus morboſis. Ducenteſimaprima eſt actio. † Iſta locum habet quando venditor per ſtipulationem promiſit iumẽtum vel ſeruum eſſe ſanum,& non eſt:& promittit de euictione, & forte ad duplum. Et datur emptori cõtra venditorem ad intereſſe emptoris,vt habetur in l.ſi fundus.& in l.euicta. §. duplæ. ff. de euictio.& habetur inſtitu.de diuiſione ſtipulationis,de iſta & ferè de oĩbus ſupradictis ſtipulationibus vt plurimũ neceſſariis.

¶Ducenteſimaſecunda Actio.

Ex ſtipulatione per quam legatarius, vel fideicommiſſarius promittit hęredi dare ſibi relicta & tradita reſtituenda ratione legis falcidiæ. Du
2 centeſimaſecunda eſt actio. † Iſta competit,qñ hęres,ſeu grauatus ad præſtandum legatum, vel fideicõmiſſum exigitur ab ipſo legatario,ſeu fideicommiſſario,quo caſu ſi grauatus dubitat vtrum legata ſeu fideicõmiſſa ſint defalcanda ratione legis falcidiæ:tunc ipſe legatarius,vel fideicommiſſarius tenetur per ſtipulationem promittere de reſtituendo ipſi grauato, quicquid ipſe legatarius,vel fideicommiſſarius debet de eo,quod ſpectat ad ipſum grauatũ ratione legis falcidiæ,vt habetur.ff. ſi cui plus quàm per legem falcidiam.l j.& in l.ſi.§.hæc actio. Et iſta ſtipulatio interponetur etiam in donatione cauſa mortis,vt in d.l.j. §.hæc ſtipulatio. Et præſtatur etiam legatariis & fideicommiſſariis grauatis ad tale legatum præſtandum alteri legatario vel fideicommiſſario,vt in d.l.j.§. ſed & legatario. niſi legatarius vel fideicommiſſarius velit cauere hæredi euitato circuitu, vt in l. videamus.eo.tit.

¶Ducenteſimatertia Actio.

Ex ſtipulatione arrogati ſeu arrogatorum. Ducenteſimatertia, & vltima eſt
3 actio.† Iſta ſtipulatio interponitur,qñ quis arrogat aliquem pupillum, quo caſu tenetur per ſtipulationem promittere pupillo,ſeu tabellioni tanquam publicę perſonę ſtipulãti de reſtituẽdo omnia bona, quæ ipſe arrogator habuit de bonis pupilli arrogati,& vltra hoc quartam partem ſuorum bonorũ,& debet promittere facere talem reſtitutionem illis, ad quos bona pupilli peruentura fuiſſent,ſi arrogatio facta nõ fuiſſet, & hoc ipſo pupillo manẽte in pupillari ætate,vt in auth.de adop. & l. his verbis.ff.de adopti.& in l.non autẽ.& in l ſi arrogatio.ff.de adoptioni.& in §.cum autem.inſti.de adoptio. Vltimò aduerte: qa etiam in iſtis omnibus ſtipulationibus,de quibus ſupra dixi, cõ petit quandoq; certi condictio,quandoq; certum eſt in obligatione,quandoq; actio ex ſtipulatu,quandoq; incertum debetur per l.ſi quis certum.ff.ſi cert.pet.& inſtitu.de verb.oblig.in princi.de quibus ſcilicet actione ex ſtipulatu,& certi condictione ſupra dictum eſt. Veruntamen vt clarior intelligentia earum habeatur, volui in ſpecie de his deſcribere, argum.§.ſed ne in primis.inſtit.de lega.

¶Actionum generalia.

Nunc verò condeſcendo ad aliqua generalia ĩ materia actionum. Et quia omnis bona cognitio debet incipere à diffinitione,vt in l.j.ff.de teſta.& l.omnis diffinitio ff.de reg.iur.
4 incipiens à diffinitione actionis.Primò quæro, † quid ſit actio. Reſpondeo vt in l.nihil.ff.de act.& obli. & ibi per gl. & inſti.de act.§.j.& ibi aliàs pleniſſimè ſcripſi.Secundò quæro,in quo differt actio ab exceptione.Reſpon.ꝙ actio datur actori,ſed exceptio datur reo,vt habetur inſti.de actio.in prin. & inſt.de exce. in prin.Tertiò quæro,quo iure fuit introducta actio,& quo iure exceptio.Dic ꝙ actiones fuerunt introductæ à iure ciuili,vt habetur per doct. in l.ex hoc iure gentium. ff. de iuſti. & iure. De exceptionibus autem dic,vt per Ant.de But.& Abb. in rub. extra de excep.& per Ang.de Are.inſti.de except.ſuper rub. De iudicio verò vnde habuit originem.Dic vt latè dixi diſt.7.in prin. in verſ.reuoco in dubium &c.& tetigi in rubr.ff. de iudiciis, ad finẽ.Quartò quæro,in quo differt actio ab accuſatione. Rñ.qđ actio eſt ciuilis,accuſatio verò criminalis, vt in l. ſolemus.§.latrunculator.ff.de iudic.Item accuſatio expeditur nõ iure actionis,ſed officio iudicis nobili,vt per Bar.in l. Imperiũ. ff. de iuriſdic.om.iud.Item vbicunq; aliquis applicatur parti,illud dicitur expediri iure actionis regulariter,ſed vbicunq; aliquid applicat fiſco,illud dicit expediri iure accuſationis, & ſic iudicio criminali vt habetur in l.agraria.vbi per Bar.ff.de termino amoto. &
5 quod no.in §.in ſumma.inſti.de iniur.† Quintò quæro, vtrum quis poſſit agere ſine actione.Reſpõ. ꝙ non, ſi ei deficiat etiam officium iudicis,de quo inſti.de offic. iudic. per totum. & extra de offic.iudic.per totum,vt probatur in l.ſi pupilli.§. videamus. ff.de neg.geſt.de quo dic vt ꝑ Bar.in l.ſi Titius.ff.de verb.obli. Et dic, ꝙ agens ſine actione põt per iudicem ex officio ſuo : etiam parte non opponente repelli.Secus qñ competit actio,quę intẽtatur,contra quam tñ põt opponi aliqua exceptio iuris,quę nõ opponitur: nam tunc iudex non põt ſupplere de facto. Iſta hñr in l.actio.de tranſact.in l. j. C. vt quæ deſunt aduocatis partium iudex ſuppleat.Et quod no.in l.j.ff.de officio aſſeſſo.facit.l.quos prohibet.ff.de poſtu.arguendo de perſonis ad res,iuxta.l.ſi quis inquilinos.§.ſi ita legatum.ff.de leg.j.Et vide per Ang in conſi. 291.in fi.col.& in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.in gl.in opponẽdo.ff.de pact.vbi tñ Bar.dicit notanter,ꝙ ſi ex actis & productis in cauſa conſtat, ꝙ reo competit exceptio : iudex põt ſupplere, quamuis reus aliter nõ excipiat.Ratio eſt:quia acta faciunt notorium,vt in c.vnam.& c.fi.de coha.cle. & mu.Et in notoriis iudex põt ſupplere,vt habetur in l.emptorem.ff.de actio.empt.Facit.c.ad noſtram.de iureiur. vbi in notoriis nõ eſt ordo iuris de neceſſitate ſeruandus.Facit,quod habetur per Sal.in l.ea quidẽ. C.de accuſa.& per doct.in l.ſi vero pro condemnato.§. qui pro
6 rei qualitate.ff.qui ſatiſd.cogun.† Sextò quæro, vtrum actio ſit exprimenda in iudicio.Reſpon.ꝙ non, dũmodo narretur apte factũ,ex quo reſultat actio,vt in c.dilecti.& c.examinata. de iudiciis.& habetur per legiſtas in l.j.in prin.ff.de edendo.&in l.edita.C.de edendo. & vide in Spec.de actio. & petitio. §. ſequitur. verſi.ſed nunquid quis tenetur:vide etiam in §.j.in princ. eo.tit.

Fallit,

Source : BIU Cujas

Fallit, qñ ex aliquo negocio ad idem alicui plures actiones cõpeterent: nam tunc vna est eligẽda, vt in l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tributoria, quod intelligo, si reus de hoc excipiat, aliàs libellus generalis admitteretur, per l.j. in fi. C. de annali exceptione. Septimò quæro, quid si exprimitur actio, sed inepta, vbi actio non erat exprimenda, vel vbi erat exprimenda, vt patet ex dictis in præcedenti quæstione. Respon. ꝙ tunc iudicium est nullum, & debet de nouo intentari actio apta, vt in d. c. examinata. Et sic reus debet absolui ab obseruatione iudicii. l. j. §. j. ff. si mensor falsum modum dixerit. Octauò quæro, quid si producitur libellus, sed ineptus. Respon. ꝙ vbi opus est productione libelli, vt est regulariter, vt in auth. offeratur. C. de litis contesta. & c. j. de libelli oblatione, paria sunt non producere libellũ, vel producere sed ineptum. l. quoties. ff. qui satisda. cog. Sed vbi non est opus libello si offertur sed ineptus, nõ vitiatur iudiciũ, vt dixit gl. in l. vinum. ff. si cer. pet. Ex prædictis patet, ꝙ aliud est exprimere actionem ineptam etiam vbi non est opus exprimere actionem, vt dixi supra proxima quæst. Et aliud est offerre libellum ineptum, vbi non est opus libello, vt per gl. in d. l. vinũ.

7 quod not. † Nonò quæro, quid si fertur sentẽtia in meritis causæ & sic non absolutoria ab obseruatione iudicii, super tamen actione inepta. Respon. ꝙ tunc sententia est nulla, vt est gl. inst. de oblig. in prin. in verbo, *fin nostræ ciuitatis*, ad fi. gl. facit pro ea. d. c. examinata. *Item facit ratio*: quia deficit fundamentũ, ibi non potest *subsistere ędificium*, vt j. q. j. cum Paulus. facit. l. j. ff. de ori. iur. vbi *principium* est potentissima pars vnusquisq; rei, & quod late *dixi in simili* in c. mala consuetudo. 8. dist. in no. 3. *Decimò quæro, in quo differt actio ab officio iudicis.* Respon. ꝙ *actio præsupponit* obligationem, vt in diffinitione actionis, *in verbo*, debetur. Sed officium iudicis datur ex quadam æquitate. l. ꝙ si Ephesi. ff. de eo quod cer. loco. & nullam prẽsupponit obligationem. l. qui per collusionem. §. fin. ff. de act. emp. & l. 4. C. depositi. hinc dicimus, ꝙ ille contra quem cõpetit actio cõstituitur in mora per solam interpellationem etiam extraiudicialem & vnicam, vt no. in l. si ex legati causa. ff. de verb. obl. & est gl. in l. qui Romæ. §. cohęredes. eo. tit. Sed ille contra quẽ cõpetit officium iudicis, non constituitur in moram per aliquem actum extraiudicialem nec iudicialem citra litis cõtestationẽ, vnde per litis contestationem in mora constituitur, vt per Bar. in l. cum postulassem ff. de damno. infe. Vndecimò quęro, quę sunt illę actiones, quæ dicuntur ex variis figuris causarum. Respon. dic vt no. in l. j. in prin. ff. de actio. & obli. & instit. de act. §. omniũ. & quod ibi plenissimè scripsi vltra alios, & tetigi supra

8 circa princ. arboris actionum in glosis meis. † Duodecimò quę ro, vtrum saltem de iure canonico ex pacto nudo nascaẽ actio. Dic ꝙ sic, ꝟm communem opin. vt in c. j. ff. de pact. Qualis seu quæ autem erit illa actio: credo ꝙ sit condictio ex illo canone. j. de pact. arg. l. j. ff. de condict. ex lege. & l. j. C. eo. tit. Decimotertiò quæro, vtrum agenti aliqua actione possit obiici exceptio præscriptionis. Dic ꝙ sic, nisi nos loquamur in debitore, seu in illo qui scit se debitorem, & sic qui est in mala fide propter peccatum etiam in terris Imperii, vt no. in c. fi. de præscr. & in c. possessor malæ fidei. de reg. iur. lib. 6. & per Ang. in repeti. l. j. C. de iudi. quicquid dixit Bar. in l. æquitur. §. si viam. ff. de vsuca. & in l. hæc autem iura. ff. de serui. vrb. præd. & ibi dixi. Decimoquartò quæro, vtrum in vno & eodem iudicio actor possit contra vnũ & eundem reum cumulare plures actiones. Dic ꝙ sic regulariter, fallit in certis casibus, de quibus per Bart. & alios in l. edita. C. de edendo. & vide per Inn. in c. querelam. de elect. & per Dy. in c. nullus pluribus. de reg. iur. lib. 6. & per Io. An. in addi. Spec. in tit. de libel. conceptio. §. ista. Decimoquintò quæro, vtrũ plures possint in vno & eodem libello conueniri ab vno & eodẽ, & quid econtra, vtrum plures possint in vno & eodem iudicio agere contra vnum & eundem. Respon. dic vt dixi latè in l. eo quod à multis. C. si cer. pet. & per Bar. in l. 3. ff. de duo. reis. & per Bal. in l. edita. C. de edendo. in q. 13. & per Lud. de Ro. in suo cõsi. 248. & per Inno. in c. fi. de collu. detegen. & per doc. in c. cum

9 dilectus. de relig. do. Decimosextò quæro † in quo differt actio ab obligatione. Respon. ꝙ ex contractibus vel quasi & ex maleficiis vel ex variis figuris causarum nascuntur obligationes. l. ex hoc iure gentium. ff. de actio. & oblig. & ibi per Bar. & alios. Sed ex ipsis obligationibus, scilicet naturalibus & ciuilibus iunctis propter approbationem factam de illis obligationibus naturalibus per ius ciuile, vt no. insti. de oblig. in princip. tanquam ex duabus radicibus originalibus nascuntur & producũtur actiones tanquam sint filiæ ipsarum obligationum. l. licèt. §. ea obligatio. ff. de procu. Decimoseptimò quæro, vtrum quando intẽtatur actio in iudicio sit exprimenda causa proxima vel remota. Respon. ꝙ in personalibus actionibus debet exprimi causa proxima ipsius obligationis, quæ cã dicitur remota ipsius actionis, vnde debet exprimi species contractus, vel quasi, delicti, vel quasi. Sed in realibus debet exprimi causa immediata. s. dominium vel quasi in rei vendicatione vel publiciana, vel ius hypothecæ in hypothecaria, de quo per doc. in c. 2. de libel. obla. & ibi per Abb. in 3. col. in ver. sed quæritur, quæ cũ sit exprimẽda &c.

& in c. Abbate sanè. de re iudi. lib. 6. & per Cy. & alios in l. edita. C. de edendo. & in l. j. in prin. ff. de eden. & vide quod latè dixi in c. quo iure. dist. 8. in ver. ex quinta parte glo. & cętera. super gl. 2. Decimooctauò quęro, quomodo & quibus & quot modis tollitur actio. Resp. vt per totum tit. inst. qui. mo. tol. obli. & per totũ. tit. ff. de pac. & per totũ. tit. ff. de sol. & C. eo. tit. & l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & per totum tit. ff. & C. de accep. & in tit.

10 de noua. & in c. j. de reg. iur. Decimononò quæro † vtrum actio tollatur per præscriptionem ipso iure, vel ope exceptionis. Rñ. ꝙ vsucapione rei mobilis, vel præscriptione longi temporis, in qua requiritur titulus, possessio & bona fides, stante de hoc statuto ꝙ ipsa actio tollatur, actio tollit ipso iure, sed præscriptione lõgi tpis tollitur ope exceptionis præscriptionis, vt per Bart. in l. nam & postea. in prin. ff. de iureiur. vbi Bart. dicit, ꝙ etsi lex deneget actionem: tñ non tollit eam ipso iure, & qđ no. Pau. de Cast. qui tñ loquit in vsucapione, ꝙ ipso iure in ea tollat actio, in d. l. nam & postea. §. si minor. Et qđ no. Bar. in l. 2. in ver. quæro quid si statutum. ff. de vsuc. vbi dicit, ꝙ si cauetur statuto, ꝙ p̃scriptione quæratur dñium, intelligitur de directo, vt sic statutum aliquid addat iuri cõi: per l. si qñ. in prin. ff. de lega. j. & ideo tunc per præscriptionem talem tollitur actio ipso iure, cum rei vendicatio detur soli dño. l. in rẽ. in prin. ff. de rei vend. & l. j. C. de alien. iud. mu. cau. fac. Ad idem facit quod not. Bar. in l. fi. in fi. ff. rẽ ra. hab. & vide gl. summæ. 16. Vigesimò quæro, in quo differt actio directa & actio vtilis, & vtrũ actio vtilis sit natiua, an verò datiua. Rñdeo, vt habetur in l. j. C. de actio. & obl. Et si quęris, quæ sit actio directa directò, vel directa vtiliter, vel vtilis directò, vel vtilis vtiliter. Dic vt no. per gl. & doc. in l. curatoris. C. de neg. gest. Et si quæris, quando competit actio directa & quando actio contraria. Dic vt per Barto. & alios in d. l. curatoris. & aliqui ponunt in d. l. j. C. de act. & oblig. Vigesimoprimò quæro

11 † quot modis datur act. Rñ. ꝙ no. per gl. etiam doc. & ibi dixi in insti. de actio. in prin. Et addẽ ꝙ actio proprie loquendo dicitur in personam, petitio in rem, persecutio in rem & personam, vt in l. actio. ff. de act. & obl. de hac quæstione, vide latissimè ꝑ Hernaldũ in suo repertorio in litera actio, vbi melius oĩbus dicit. Vigesimosecũdò quæro, vtrum sit dare actionẽ in genere. Rñ. dic, vt no. ꝑ gl. & doc. & ibi dixi. insti. de act. in prin. & in §. actiones. & per gl. & doc. in l. j. ff. de peti. hære. & per Bar. in l. si seruus fructuarius. ff. de stipu. ser. Vigesimotertiò quęro, vtrum ex contractu vel actu inutili quæratur vel oriat actio, dic vt per Bart. in l. j. ff. de noua. & in l. si id quod aurum. ff. de verb. obl. Vigesimoquartò quæro, vtrum deducto contractu in stipulationem oriatur actio nedum ex illa stipulatione, sed etiam ex illo cõtractu. Resp. dic per Bar. & Rapha. Cumanum in l. si stipule. ff. de verb. obl. & per Bar. in l. certi condictio. §. qm̃. ad finem. ff. si cer. pet. & in l. singularia. in 5. col. eo. tit. & in l. bonę fidei. ff. de eo quod certo loco. & in l. si quis cum aliter. per Bar. ff. de verb. obli. Vigesi-

12 moquintò quæro † vtrum rector vel prælatus ecclesię debeat agere noĩe suo proprio, an verò noĩe ecclesiæ suæ. Respõ. ꝙ aut petit beneficium: & tunc debet agere nomine proprio, & sic ꝑt dicere beneficium esse suum, sed si agit pro bonis ecclesię & nõ contenditur de beneficio: & tũc debet agere nomine ecclesiæ suæ, non autem nomine proprio, vt per Abb. in c. literis. de rest. spol. & dixi in c. quo iure. dist. 8. circa lecturas illius capituli. & in notabili 11. Qua actione quis petat prælaturam, dignitatem, ecclesiam, castrũ, vel villam, pro iure quod hẽt in illa, vide Innoc. in c. cũ venerabilis. de relig. domi. in gl. 2. Et adde, ꝙ dicitur agi ciuiliter, quando agitur ad priuationem beneficii propter crimen, de quo per Inn. in c. ex parte. de testi. dic tamen quod nõ, tunc dicitur agi petitorio non possessorio, vt no. gl. in clem. j. de rescque. pos. & fruct. Vltimo si vis uidere de pluribus circa actiones, uide id quod scripsi in repertorio ad consilia Angeli in litera actio, ubi plurima notanda inuenies.

DE IN IVS VOCANDO,

ERIDERICI SCHENEK ex liberis Baronibus à Tautenberg.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium à citatione incipit.*
2 *In ius vocare quid sit.*
3 *Citatio ab eo iudice profecta, qui iudex esse prohibetur, est nulla.*
4 *Citatus ab eo iudice, cui manifeste non subiicitur, impune non paret.*
5 *Citatus ab eo iudice, cui propter priuilegium non subijcitur, venire debet; priuilegium allegaturus.*
6 *Miles alieno nomine iudicio adesse non potest.*
7 *Mulier alienam defensionem suscipere prohibetur, prętquam parentum morbo, vel ætate impeditorum.*
8 *Citatio quando corruat ratione rei.*
9 *Inter patrẽ & filium iudicium non subest, siquidem filius in ptãte patris sit.*

Source : BIU Cujas

Friderici Schenech. De in ius vocan.

10 *Fœmina ad eum iudicem venire non tenetur, qui cum ea inuita nuptias contrahere tentauerit.*
11 *Citatio in diem feriatum concepta est nulla.*
12 *Citatus in locum inhonestum venire non cogitur.*
13 *Sontico morbo impeditus iudicio adesse nō tenetur, nec procuratorem mittere in causis arduis. & quid sit morbus sonticus. & nu. 37.*
14 *Tempestate vel vi fluminis impeditus excusatur, si die præstituta iudicio se non sistat.*
15 *Vocatus in locum manifeste periculosum venire non cogitur.*
16 *Vocandus in ius non est Pontifex, dum sacra facit, nec is qui propter loci religionem mouere se loco non potest, nec etiam is qui funus familiare ducit.*
16 *Vxorem ducens in ius vocari non debet, quemadmodum nec ea quæ nubit.*
18 *Imperium habens in ius vocari non potest. & nu. 22.*
19 *Inferioris iudicis citationi impune nō pareat, qui à superiori iudice citatus est.*
20 *Legationis munere fungentes in ius vocandi non sunt eorum nomine, quæ ante legationem contraxerunt.*
21 *Hæredes, agnati, coniunx, affines, fideiussores item defuncti totis nouem diebus à morte illius in ius non sunt vocandi.*
23 *Magistratus etiam maiores in officio peccantes in ius vocari possunt.*
24 *Vocatus in ius non veniens à iudice mulctatur.*
25 *Citatum in ius non venisse, sed posteaquam venerit sine iudicis commeatu recessisse, paria sunt.*
26 *Actoris in iudicium ad diem reo præstitutam non venientis pœna.*
27 *Citationem vbi fieri oporteat. & nu. 32. & nu. 36.*
28 *Domus appellatione quid veniat.*
29 *Peremptoria citatio quibus in causis necessaria, & quomodo ad eam perueniatur.*
30 *Tres denunciationes peremptorij vim obtinent.*
31 *Iudex litem à præcepto non exorditur, nisi cum clausula, Si graueris &c.*
33 *Iudicem non posse quenquam extra territorium suum citare, quomodo accipiendum sit.*
34 *Vniuersitas aliqua citari quomodo debeat.*
35 *A maiori parte vniuersitatis factum ab omnibus factum intelligitur.*
38 *Contumax quis dicatur.*
39 *Contumax non est audiendus, nisi prius restituerit impensas aduersario.*

1 SERIES iudicialium actorum, ab ea parte, quę de † in ius vocando est, exordium sumit. §. institu. de pœna teme. litig. In ius
2 † autem vocare, est iuris experiundi causa vocare. l. j. ff. eo. tit. Vocari in ius quiuis poterit, nisi vel lege, vel constitutione p̄hibeatur. Cum itaq; quæritur, an quis in ius vocari possit, inspiciendum est, an ne prohibeatur, quemadmodum de procuratore constituēdo dicimus, quod edictum prohibitorium est. l. mutus. §. cum quæritur. ff. de procur. Multos, quos in ius vocari vetitum est, iurisc̄onsulti in ti. de in ius voc. commemorant, & nos quoq; in libello, cui titulum: DE IIS QVI IN iudicio versantur, præfiximus,
3 sumus prosecuti. Generatim † in ius vocatio corruit, nonnunquam ratione iudicis, vt quia ab eo sit iudice profecta, quem iudicem fieri iura prohibent. Quidam enim lege impediūtur, ne iudices sint, quidam moribus, quidam natura, vt habetur in l. cum prætor. §. non autem oēs. ff. de iudi. l. 2. ff. de reg. iur. Idem
4 obtinet, si ab † eo fiat iudice, cuius iurisdictioni nō subiacet vocatus manifeste, cum extra territorium ius dicenti impune non pareatur. l. vlt. ff. de iurisd. om. iud. c. 2. de consti. lib. 6. Si tamen cōtrouerti possit, num iudicis iurisdictioni vocatus subsit, vocati
5 erit, non cōtemnere auctoritatem prætoris, sed † venire debet, priuilegium suum allegaturus. Prætoris autem erit existimare, an sua sit iurisdictio. l. si quis ex aliena. ff. de iud. Alioqui si vocatus non venerit, & mulcta damnari, & excōicationis sententia plecti ob contumaciam poterit. l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit. & c. si duobus. iuncta gl. super verbo, tenebit, de appellationibus, & c. c. cum parati. eo. ti. Nonnunquam corruit in ius vocatio ratione actoris, quando talis sit persona, vt cum eo, vel proprio, vel alieno nomine lis agitari non possit, de quo etiam copiosè scripsimus in eo libro cui titulus est, de his qui in iudicio
6 versantur. Alieno nomine experiri prohibetur miles, † etiamsi pro patre, matre, vel vxore velit. l. militem. C. de procu. Qui em̄ stipendia merentur, suis tantum negociis supersesse inoffensa disciplina possunt, & in rem suam agere. l. qui stipendia. C. de procu. Item † & vltra sexum muliebrem esse constat, & virile officium esse, alienam susciperе defensionem. l. alienam. C. de procur. Pro parentibus tamen nōnunq̄ agit fœmina, vel morbo vel
7 ętate impeditis, si alius non habeat, qui agat. l. fœminas. ff. eod.
8 tit. nonnunq̄ † corruit ratione rei, vtpote si res, ob quam in ius vocatio sit facta non sit in hominum cōmercio, vt est iuris vulgati, vel quia talis sit res, quæ postea in obligationem vēnura sit. Iudicium enim anteq̄ aliquid debeat, accipi non pōt. l. nō quēadmodum. ff. de iudic. Nonnunq̄ ratione promiscua, videlicet,
9 tam re, q̄ iudicis, tam actoris, q̄ rei. Lis † enim nulla regulariter esse potest inter patrem & filium in sacris paternis constitutū.
10 l. lis nulla. ff. de iudic. Nec vocata illa † ad iudicem veniet, qui cū ea inuita nuptias contrahere conatus est. nam confestim cōstatione proposita, cum sua suorumq; domo iurisdictionē eius euitare poterit. l. vnica. C. si quacunq; prædi. p̄t. &c. Nōnunq̄ cor
11 ruit in ius vocatio, ratione † temporis, vt quia tempus est feriatum. l. j. ff. de feri. & dilat. l. fi. C. eo. siue solennes sint feriæ, siue repētinæ. Feriarum autem dies enumerat Imperator in l. omnes dies. C. de feriis. Et Pontifex in c. vlt. eo. tit. Item ratione loci: nā
12 si arbiter, vel iudex, in locum aliquē inhonestū † adesse iusserit, sine dubio impune ei non parebit. l. si cum dies. §. si arbiter. ver. sed si in aliquem. ff. de arbit. Item ratione patentis, & perspicui impedimenti, quo obstante: vocatus probabiliter abesse poterit. ita †
13 impeditus morbo sontico, etiā inuito litigatore ac iudice, diem differt. Sonticus autem æstimandus est, qui rei agendæ impedimento est litiganti. Qualis est & motus corporis contra naturam, quem febrim appellant, diuersum tamen in febricula, siue febri leuissima. Item in veteri quartana, in qua oībus negociis aliquis supersesse solet. Nam sontici morbi vocabulo non comprehendentur. l. quæsitum. ff. de re iudic. Morbo itaq; impeditus, & in ius vocatus, nec procuratorē mittere cogitur in arduis causis. c. querelam. iuncta ibi gl. de procuratoribus. In leuioribus tñ, procuratoris, & respōsalis missionem quidā desiderant: vt ibi nota. & arg. in c. cum dilecti. de dolo & cōtum. Itē
14 † tempestate, vel vi fluminis impeditus excusat. l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio. Verū si quis tēpore opportuno proficiscēdo, illos casus euitare potuisset, & ipse se arctauerit, an ei exceptio sit profutura, iudex causa cognita statuet. Nam neq; sic arctandus est, vt possit ei dici, cur non multo ante profectus es, q̄ dies veniret? Neq; iterum permittēdum ei, si quid sit, quod ei imputetur, causari tempestatem, vel vim fluminis. d. l. secūda. §.
15 si quis tñ. Item † excusatur, si locus, ad quem sit vocatus, præsentiam venienti periculosam faciat. d. l. 2. §. quid enim. si quis cū Romæ esset. Citatio quippe ad locum notoriè non tutum, citatum non arctat. clem. pastoralis. ver. notorium quippe, ad indubitatum. & ibi gl. super verbo, odio notorio. de re iudi. in clem. Nonnunquam etiam corruit in ius vocatio, idq; ne ius dininū,
16 aut humanum, publica, priuataue vtilitas offendatur. Veluti † si in ius vocetur Pontifex, dum sacra facit, aut illi, qui propter loci religionem, inde se mouere non possunt. Aut funus ducens
17 familiare, busta, vel mortuo faciens obsequia, vel qui † vxorem ducit, vel quæ nubit, vel magistratus, qui Imperium habent, qui
18 & † coercere aliquem possunt, & iubere in carcerem duci. l. 2.
19 ff. de in ius voc. vel qui certo tribunali sistere debeat, voceī † ad maius auditorium, nam non veniens ad minus contumax non
20 videtur. l. contra pupillum. §. fi. ff. de re iudic. Item si legati † tempore legationis in ius vocentur super his, quæ ante legationem contraxere. l. 2. §. legatis. ff. de iudi. Hi enim venire in ius modis
21 præfectis vocati non coguntur. Similiter † hæredes, parētes, liberi, cōiux, agnati, cognati, affines, aut fideiussores defuncti ante nouem dierū spatium, quibus vñr lugere, conueniri, aut quocunq; modo inquietari, aut aliqua admonitione pulsari, aut in iudicium vocari nō possunt: siue debiti gratia, quod à defuncto descendit, siue alterius cuiuscunq; causæ nomine, ad memoratas personas specialiter pertinentis. §. hęc aūt diſposuimus. vers. sancimus itaq;. in auth. ut cū de appellatione cognoscitur. coll. 8. Proinde si quæ contra hos interlocutio fiat, retractationi est obnoxia. Nam pęnam contumacis non patitur, quam maioris causæ ocupatio defendit. l. contumacia. versi. pęnam. ff. de re iu
22 di. Quod autem paulò ante dictum est: magistratus † in ius vocari non posse, obtinet in maioribus, quos more maiorum sine fraude in ius vocare non licet. l. sed & si per prætorem. §. hęc clausula. ff. ex quibus cau. ma. Minores enim magistratus, etiam in ipso magistratu conueniri possunt. l. nec magistratibus. ff. de
23 iniu. Maiores † etiam conueniri possunt, quando peccant in officio, videlicet, cum venalem habuerint sentētiam, aut pęnam pretio remiserint, aut vitio cupiditatis ingesserint, aut alioqui improbum egerint. l. iubemus. C. ad legem iuliam repet. & in auth. vt differ. iudi. §. si tamen contigerit, quendam nostrorum subiectorum ab ipso clarissimo prouinciæ iudice lędi, iubemus eum adire sanctissimum illius ciuitatis episcopum, & ipsum iudicare, inter clarissimum illius prouinciæ iudicem, & eum qui
24 putatur lædi ab eo &c. col. 9. Vocatus autem † in ius. ad diem & locum præfinitum se in iudicio sistere debet. Alioqui multari poterit à iudice, qui iurisdictionem suam defendere potest pęnali iudicio. l. vnica. ff. si quis iusdicen. non obtēp. Debet quoq; ad iudiciū veniens, ibi cōsistere. donec à iudice remeandi facultas sit cōcessa, arg. l. scire oportet. §. p̄ns. ver. sufficit. autem. ff. de
25 excusa. tut. Paria † enim sunt nō uenire, uel uenisse, & sine iudicis cōmeat̄ recedere. c. j. de iud. Si actor ad diem præstitutū non uenerit, absoluit̄ reus ab instantia, qui nisi denuò citetur, postea
26 redire non cogit̄, ut est iuris & styli peruulgati. Sed & actor † ad diem reo præfixum non ueniens, cōdēnatur ueniēti reo ad impensas ea de cā factas. Et denuo eo petente, reus non citabitur, nisi se uēturū & compariturū idoneè cauerit, hoc est, pignoratitia, uel fideiussoria cautione. Aut (si illas p̄stare nequeat) saltē iuratoria c. j. de dolo & contu. lib. 6. iuncta gl. super uerbo sufficienter. Citatio autem, siue in † ius vocatio intimabitur ipsi vo-
27

cato,

Source : BIU Cujas

cato,aut ad domum denunciabitur], si vocati copia haberi non
28 potest.l.j.§.j.ff.de lib.agnosc.Domum]† accipimus hospitium,si in ciuitate maneat,quod si non sit in ciuitate,sed in villa,vel in municipio,illic,vbi larem collocauit,denunciatio fiet:vt ea.l.§. domum.congruit præmissis.l.aut qui aliter.§ si quis se denũciauerit.ver.& si forte.ff.quod vi aut clam.& c.causam quæ iuncta glo.super verbo], ad domum. de dolo &]contu. In causa tamen damni infecti]abesse videtur,qui in iure non est:sicq; ad domũ fiet denunciatio.l.4.§.prætor ait.versi.abesse.ff. de damno infecto.Si nullam habuerit habitationẽ,& de prædio lis sit:aut alioqui re immobili,illi citationis literæ affigi poterint.d.vers.abes-
29 se.Porrò in omnibus † causis grauioris momenti,peremptoria desideratur,maximè in sententiæ diffinitiuæ prolatione,nisi in illis causis,in quibus summariè, & de plano iudiciũ exercetur. Nam ad audiendam diffinitiuam sentẽtiam vna sufficiet vocatio.c.sępe.ver. sententiam verò diffinitiuam.& ibi gl.super verbo,peremptorie,de verborum significatione, in clem. Ad peremptorium per tria præuia edicta peruenitur, interuallo decẽ dierum discriminata:nonnunquam tamen statim conceditur, nam ordinem & compẽdium edictorum moderabitur iudex pro conditione causę,vel personæ,vel temporis.l.ad perempto rium cum 4.legibus sequentibus. ff.de iudic. Hodie tamen tres
30 † denunciationes peremptorii edicti vicem obtinent.l.tres denunciationes.C.quomodo & quando iudex.Cessante aũt causa perẽptorii edicti,aduersus eos,quiui admoniti iudicio adesse noluerunt,sententia à iudice proferri poterit. l.2. C. quomodo & quando iudi.Item cum par vocat parem(quę vocatio verius requisitio fuerit) vnam sufficere vocationem gl.putat: veluti si arbitri,aut simul dati iudices,alter alterum absentem vocet, vt in c.j.vers.duro.super verbo,requisierint.de hæret.in clem.Quã-
31 quam † iudex non à præcepto litem exordiri poterit, in C. de execu.rei iudi.Tamẽ si quid ante causę cognitionem præcipiat, eo cum temperamento clausulæ.si graueris,causam coram nobis allegaturus compare.Talis iussio in simplicem vocationem atq; citationem resoluitur,atq; transformatur. Id colligitur ex lege de pupillo.§.meminisse.ibi gl.super verbo,eum.ff. de ope. no.nunc.gl.fi.in c.ex parte.el j.extra de verb.signi.Nonnunquã
32 † citatio vel intimatio fit eo loco,vbi frequentius solet habitare citatus. c.causam electionis.de elec.in cle.Proinde si duobus mensibus solum in loco quopiam commorari consueuerit,& aliis in locis paucioribus diebus fiet loco eodem intimatio,arg. à simili in l.maiori parte.ff.de verb.signi.Verùm si in vtroq; loco æquali temporis spacio moraretur,arbitrarium erit,in alterutro loco citare.Quanquam tutius fiat in vtroq;. d. clem:cau-
33 sam electionis.ibi gl.in verbo, communiter.Iudex † ꝓstitutum extra locum suæ iurisdictionis & districtum nequit in ius vocare.cle.pastoralis.de re iudi.ver.desiperet.Id obtinet:cum territoria sint distincta,per dominia diuersorum principũ]. Diuersum igitur,si sub vno principe diuersæ sint dictiones:nã prędes vniusditionis, etiam in alia ditione existentẽ videtur posse in ius vocare.l.omnes.§.exècutoribus.vers. verum si apparitor.C.de episcop.& cler.Sed in his receptæ consuetudini obtemperandum.
34 In citationibus † autem,edictis,atq; denunciationibus vniuersitati faciendis sufficit, vt in loco congruo, coram maioribus & aliis,qui de vniuersitate adfuerint,publice proponantur,ꝑm gl. in c.si capitulo.in verbo,factam,de concess.præbẽ.lib.6. Expedit tamen,vt coram collegio per superiorem legitimè,& ex more congregato(si commode fieri possit) citatio insinuetur], arg. in d.c.si capitulo & ibi per gl.præfatam.Si verò id commode fieri nequeat, fiat vti dictum est.cum hoc temperamento intelligo gl.in fi.in regula,non potest dolo carere.ff.de reg.iur. Dum ait, vt vniuersitas,vel ecclesia sit contumax,citetur in c. vel in con-
35 gregatione.Quod autem † maior pars curię efficit,pro eo habetur,ac si omnes egerint.l.quod maior pars. ff. ad muni. Et quoniam duobus locis quis domicilium habere potest, si vtrobiq;
36 ita se instruxerit,† vt non ideo minus apud alteros se collocasse videatur.l assumptio.§.iurisprudentibus.ff.ad municip.etiam vtrobiq; in ius vocari posse videtur, nisi in altero frequentius commoretur,vt antea dictũ est.Citatus si mala valetudine detineatur(vt superius quoq; dictum est) venire non cogitur. Qui-
37 nimmo † si in iudicio se sisti promisisset, tamẽ si valetudine impeditus sistere non potuisset, exceptione esset adiuuandus. in l. 2.§.si quis in iudicio.ff.si quis cautio.Item si infirmitate impeditus continuare iter non potuit,habebitur ratio humanitatis,sicut haberi solet & hyemis,& nauigationis, & cęterorum, quæ
38 casu contingunt.l.si cui.in fi.ff.ex quib.cau.maio.Si tribus † edictis propositis.vel vno pro tribus(quod vulgò peremptoriũ appellatur) literis euocatus præsentiam sui facere contemnat, cõtumax dicitur.Contumax autem nõ videtur, nisi qui cum obedire deberet,non obsequitur,ideſt,ad iurisdictionẽ eius, cui negat obsequi,pertinet.l.contumacia. ff. de re iudic. Si contumax
39 † postea comparuerit,non aliter ei iudicialis patebit aditus,nisi prius aduersario omnes impensas restituat, simul & damna iudicis æstimatione diffinienda, postquam iuratũ fuerit ab eo qui expensas fecit.l.sancimus.C. de iudi.

D. LANFRANCI
AB ARIADNO BRIXIEN. de Oriano.

De Citationibus.

SVMMARIVM.

1 *Citatio an sit de processu,seu pars ipsius processus.*
2 *Præsens quando citari debeat.*
3 *Citatio fieri debet ad personam,vel ad domum.*
4 *Citanti datur electio statuto dicente,quòd quis citetur personaliter, vel ad domum.*
Citatio an possit fieri ad domum, etiam si citandus experiri possit.
5 *Citatio ad domum fienda an possit fieri ad apothecam.*
6 *Citatio quid continere debeat.*
7 *Citatus ad locum non tutum non tenetur comparere.*
8 *Citatio an debeat fieri ad partis instantiam.*
Citatus coram iudice ordinario comparere debet priuilegium suum allegaturus,si dubium sit,an sit iudex competens.
9 *Citatio an debeat esse peremptoria,vt actus valeat.*
10 *Citatio quæ & quot modis dicatur peremptoria.*
11 *Admonitio iudicis dicitur quædam citatio peremptoria.*
12 *Citatio expectatoria nunquam est peremptoria.*
13 *Citatio sub conditione fieri potest.*
14 *Citatio quando valeat nullo adiecto termino.*
15 *Præceptum non valet factum nulla præcedentem citatione.*
16 *Citatio quando necessariò debeat fieri personaliter.*
17 *Citatio generalis ad totam causam facta est valida.*
Subditus quando extra territorium existens citari possit.
18 *Citatio quando fieri possit die feriato ad non feriatum.*
19 *Commissio fieri potest nuncio etiam die feriato.*
Executio sententiæ fieri potest die feriato.



1 VAERO, vtrũ citatio sit de ꝓcessu.Et videt̃ ꝙ non: quia iudicium incipit à lite contestata:vt in l.j.& ibi gl.C.de iudi.& in l. fi. §.illud. C.de tempo. appell. † In contrarium ꝙ citatio sit de processu,casus est ad literã.in §.omnium gesta. insti. de pęna temere liti.& ipsa est veritas,immo ipsa citatio est primus actus ꝓcessus,ita tenet Ang.& Bar.in l.j. ff. de in ius vocan. sed libellus, qui est datus iudici.& inquisitio quę ponitur in actis, non est de ꝓcessu,determinat Bar.in extrauaganti ad reprimendam in verbo,summariè,& ideo nimirum si libellus possit offerri die feriato ob honorem Dei:quia nõ est de processu. Quòd libellus datus iudici non sit de processu,mihi videtur tex. ad literam in l.literam in l.libellus aduersus.ff.de in ius vocan. Ita est tex. etiam in l.miles.§.sexaginta.ff.de adult.per gl.& doc.in c.fi.s̃.de iud.]&
2 per doc.in l.j.de fer.† Scd̃ò quæro.Nunquid pñs dẽt citari.Quidam dicunt ꝙ sic,(Vide Feli.in c.j.7.col. post medium in versi. no.etiam ꝙ præsens supra de iudi.vbi etiam an cogatur pati,vt sibi libellus offeratur,etiam si ad hoc non fuit citatus, & vide ꝑ eum in c.j.de libel.obla.in prin.2.col.versi.an autem.& an & qñ præsens respondere cogatur,vide per eum in d.c.j.in fi.d.7.col. in versi.non igitur.) sed Bal.& Bar.& Ang.in l.j. ff. de in ius voc. tenuerũt ꝓtrarium,ꝙ immo prędens non debet citari,ea ratione freti; qa per præsentia habetur finis & effectus citationis, & effectus est comparitio:tamen Ant.de But.dicit ꝙ si præsens dicat,se nõ fore instructum, & velit tempus ad deliberandum, ꝙ tunc non potest compelli respondere:quia sibi statui debet terminus ad respondendum, quod æquissimum est. Ita tenet ipse in c.fi supra de iudi.Pro hac sententia Bar.& sequaciũ facit, qđ hr̃ in simili:nam vbi citatio est nulla ratione alicuius defectus,si citatus compareat,actus tenet non ratione citationis,sed ratione præsentiæ,adeo ꝙ poterit ad vlteriora procedere,quod non posset,si citatio esset nulla.Istud est d.sing.Bal.in auth.si oẽs.C. vt se ab hæreditate abstineant.Tertiò quæro,vbi quis debet cita
3 ri.† Rñdeo personaliter,vel ad domũ,ita dicit tex. in §. j.ff.de libe.agno.& in l.scire oportet.§.sufficit.ff.de excu. tut. & in l.aut qui aliter.§.si forte.ff.quod vi aut clã,& in c. causam quæ supra de dolo & contu.quæ verba debent intelligi; ꝙ primò quis dẽt citari personaliter,si reperiat̃,& si nõ reperiat̃, dẽt postea citari ad domũ,vnde illa alternatiua ꝑsonaliter,vel ad domũ, nõ denotat electionẽ,sed denotat citationis ordinẽ, videlicet vt primò ꝑsonaliter citet̃,si reperiat̃,& si nõ reperiat̃,tũc ad domum Hæc fuit sn̄ia Richar. Malũ.& By.in l.4.§.p̄tor.ff.de dam.infect. (Et ibidem admodum vide latè do. Alex. de Imo.) quem ordinem sequitur Bar.hanc sententiam tenuit Io.de Imo.in c.si ad-
4 uersarius,supra de eo qui mit.in pos.causa rei seruan.† Si tamen

Source : BIU Cujas

3 uè respondendum esse, si enim † sequestratio pecuniarum, seu bonorum, & rerum prohibita est. l. vni. C. de prohi. seque. per rationem de qua ibi in tex. & in practi. Papien. ti. de forma seque. & per Franc. Curt. senio. in tracta. de seque. seu in repet. dictæ l. vni. in 2. no. nu. 6. vbi notat sequestrationem omni iure prohibitam esse; & probatur in c. 2. de seque. pos. & ibi per omnes, & per Guid. Papæ dec. Delphi. 210. in prin. Fortius igitur prohibita cē seri debet sequestratio personæ, argum. tex. in l. seruorum. §. vlt. ff. de pęn. l. 2. ff. de sta. hom. Bal. in l. per diuersa. in 10. q. C. manda. vbi ꝙ non facta liquidatione contra hæredem sicut res capi nō potest, ita nec persona, sequitur Alexan. consi. 188. col. j. lib. 2. & Feli. in c. quia G. nu. 4. de iud. Et adducitur ratio; quia captura ꝓsonæ in se habet iniuriam, vt etiam voluit Roland. à Valle præfatos citans, & sequens consi. 21. in prœsenti, nu. 10. lib. j. Hinc dicimus, debitorem captum indebitè, vel iniustè tanquam spoliatum ante omnia suæ pristinæ libertati restituendum esse nulla exceptione obstante. l. 2. C. si per vim, vel alio mo. l. si quis liberum. ff. de proba. l. vis eius. C. eo. Et vulgatum est illud, carcerem esse malam mansionem, ad text. & gl. in l. si hominem. ff. depo. Hinc notatur in alle. l. in seruorum. maiorem pœnam esse morari in carcere, q̄ laborare in agro, vel alio opere publico. Et carcerem speciem esse tormentorum, inquit Bal. in l. si clericus. C. de episc. audien. & nota. in clem. j. de hæreti. Hinc est, ꝙ à captura personæ appellari potest, etiam de iure ciuili sicut à tortura ſm Bal. in alle. l. si clericus. C. de episc. audien. dicentem singulariter, ꝙ licèt aliàs à grauamine, vel ab interlocutoria sit necesse appellare infra decem dies, & postea non possit; quia facit ius quantum ad partem, & transit in rem iudicatam. gl. in l. 2. ff. de app. recipi. & est tex. in c. cōcertationi, de app. lib. 6. & in c. cum dilectus. de electio. Tamen etiamsi infra decē dies à die decretę capturæ, vel à die carcerationis non appellasset, posset qñcunque appellare; quia de præsenti, & successiuè semper grauatur ſm Bal. in alle. l. si clericus. qñ enim grauamen est successiuum, & habet causam continuam, nunquam currit tempus decē dierum ad appellādum, & semper quis dicitur esse infra decē dies, pro quo adduco tex. in l. j. in fi. ff. de vsufru. accresce. Distingue
4 re possumus, ꝙ † aut arrestum personæ fit, vt in quadam domo, seu in quodam palatio assertus debitor maneat, & hæc esset species, vel similitudo carceris, prout per Doc. in alle. cle. j. de hæreti. Vel etiam arrestum fit, vt prœmisi, ne quis ab vrbe discedat, &
5 absq; rationabili cā, & procedant quę supra dicta sunt. † Aut arrestum conceditur ex rationabili causa, puta ꝓp dilapidationis suspicionem, vel ꝓp suspicionem fugę, vel ex aliis similibus, seu vrgentibus rationibus, & tunc arrestum huiusmodi licitum, iuri consonum, & rationabile censendum sit, prout per oēs supra citatos, maximè si illa quatuor concurrant, prout per Gui. Papę dec. Delphin. 246. inci. Iudex nō debet. Immo creditor fugiētem debitorem iure insequi potest, & ab eo pecuniam sibi debitam extorquere, iuxta tex. in l. ait prætor. §. si debitorē. ff. de his, quæ in frau. credi. pro quibus, & ꝙ arrestum fieri possit etiam lite pendente: & ꝙ non impediat, vel retardet negocium principale, vide Rip. resp. 116. incip. quia arbitror, sub titu. de excep. & respon. sequen. Vt arrestorum pleniorem notitiā habeas, scias
6 ꝙ † arrestorum duo sunt genera, alterum est legis, alterum hominis, de arresto hominis hactenus loquuti sumus. De arresto autem legis habes tex. in l. vni. cir. prin. vbi cauetur, ꝙ iudices tā ciuiles, q̄ militares debeant per quinquaginta dies post depositam administrationem remanere in locis vbi administrarunt, nec interim inde discedere. C. vt om. iud. tam ciui. Idem etiā cauetur in l. consiliarios, quæ ampliat præmissam dispositionē ad cācellarios iudicū, & alios domesticos. C. de assesso. Et de vtroque arresto Oldra. cons. 65. Hic agitur, in prin. vbi etiā arguit de vno arresto ad alterum: subdens, ꝙ rumpens arrestum comparatur rumpenti carcerem. Hodie per statuta locorum tēpus remanendi in loco gesti officii solet restringi ad dies 15. vel circa, ne officiarii depositio officio vacui diu remaneant: & expensis
7 insupportabilibus vexētur, † pactū, ꝙ quis arrestari, seu carcerari possit sine ministerio iudicis, ꝙ non valeat, secus si cū iudicis ministerio, vide ꝓ Bar. Ang. vtrūq; Imo. Rom. & alios in l. alia. §. eleganter. ff. sol. mat. ꝓ Ang. in l. si vnus. §. pacta. ff. de pact. & in auth. vt non fiant pig. in fi. Et ꝙ per pactū non possit quis se obligare ad carceres, voluit sing. Ang. in l. nemo pōt, col. j per illum tex. ff. de leg. j. An per clausulam de cōis stilo per tabelliones in instrumentis inseri solitam. videlicet, ꝙ creditor possit propria auctoritate, vel iudicis capere debitorem, deueniri possit ad dictā capturā absq; iudicis ministerio, videatur Ang. in d. l. nemo potest, vbi inquit. Nam superfluò occupat membranas stilus ille tabellionum. Quod dictū pro sing. cōmēdat, & sequit Alex. in alle. l. alia causa. §. j. ff. sol. mat. col. 4. ver. in hoc ergo. Et ibidē addit singulare dictum Inno. ac Hostien. & gl. in c. P. & G. de offic. deleg. vbi volunt, clausulam non valere, ꝙ si in termino debitor

Source : BIU Cujas

bitor non ſoluerit, poſſit excommunicari citatione, & contumacia non præcedente,& ſic non ſeruata forma. c.ſacro.de ſen ten.excom.Et conſuluit Bal.conſi.80.incip.clericus,lib.2.clericum non poſſe ſe per pactum obligare ad perſonalem detētionem iudicis ſecularis. Prout etiam, † ꝙ quis bonis cedere non poſſit,pactum non valeat,uoluerunt Paul. Caſtr. in l.Titio centum §.Titio centum.ff.de condi.& demon. Alex.conſ.37.viſo, & opportunè.col.2.verſi. Tertio videtur, ꝙ dato.lib.2.de quo ꝑ Catell.Cott.in ſuis Memoria.in ver.ſolui non poteſt aliud.verſ. Ex iſta regula dicebam poſſe inferri.& per Anto.Galleſ.quæſt.4. & 6.par.2.ad 3 par.obliga.Cameræ Apoſt.etiam ſi in pacto, uel obligatione appoſitum ſit iuramentum.Bal.in auth. ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vendi.Alex.in præall.§. eleganter. & hāc teſtatur communem Alcia.in c.cum contingat, nu.69. de iureiur. In pacto, ſeu conuentione,ꝙ debitor capi poſſit (non dico per ipſum creditorem,ſed per curiam,ſeu ſatellites) aliqñ apponuntur verba hæc, videlicet vnica tantum citatione, ſeu monitione præcedente;Aliquando verò. Nulla monitione, uel citatione præcedente:in ijs caſibus ſumus in claris, quando citatio requiratur, ſeu monitio,uel non.Cōuentio enim ſeruanda erit. l.j.ff.de pact.c.j.de treg.& pa.At ſi ſimus in dubio:quia nil expreſ ſum ſit,niſi ꝙ debitor capi poſſit, videretur dicendum, ꝙ id qđ reo fauorabilius,ſeu minus damnoſum,& iniurioſum eſt,ſequi deberemus,argum.text.in l.ſemper in obſcuris.ff.de reg. iur. & in l.ſemper in ſtipulationibus.eo.tit.& ſic ꝙ capturam præcedere deberet citatio,uel monitio;quia etiam vrbanius hoc eſſet,& hoc *multi* ſeruant.Multi verò contrariū affirmant,& ſæpè con*trarium* ſeruari vidi.Vrgens ratio pro hac ſecunda opi.& obſer*uantia* eſt; quia aliàs ludibrio eſſent verba illa,ac licentia de capiendo debitorem,& nihil operaretur,contra tex. in l.ſi quando.ff.de leg j.nam ſi requireretur citatio ꝑ tali captura, eſſet inſtruere debitorem ad fugam parādam. Et quòd non requiratur citatio,voluit Bal.in l.cunctos populos.C.de ſum.trini.per text. in l.ſi hac.§.prætor ait. ff.de in ius vocan. & ibi ꝑ Modern. Hinc dicunt docto.in l.ſi ſic.ff.de leg.j. ꝙ ſi ſecundum formam ſtatuti debitor poteſt capi ad voluntatē creditoris habētis inſtrumentum guarentigiatum,ſeu confeſſionatum,tunc non requiritur, quòd præcedat citatio.Nec tunc videtur tolli defenſio, ſed præpoſterari cognitio,& ſic ipſa defenſio. Et ita obſeruaui ſuper ſtatuto Florentino, dum eſſem Rotæ Florentinæ Auditor. Aliud etiā † arreſtum hominis Romæ, & alibi frequentiſſimū eſt, qñ quis carceratus fuit ad vnius inſtantiam ex vna cauſa, & ad alterius inſtantiam recommendatur,ſeu cōfirmatur in eiſdem carceribus ex alia cauſa,qui quodammodo ſequeſtratur, de quo ꝑ Bar.*in l.* 2.ad fin.ff. de cuſto. & exhibi.reo.& in quæſtione incip. Lapus. De arreſto hominis poſt monitorium, ſeu præceptum, & poſt contumaciam,& ꝙ ſit iuri conſonum, vide Io.de Ami. de Vena.in præalleg.conſi.154.facti ſeries,poſt nu.3.verſ. Igitur potuerunt arreſtari. Non tamen omittam aduertere,ꝙ adeo inhumanum videtur pro rebus ciuilibus a perſona captura incipere,vt ſtatutum illud,† quòd ſententiæ de facto, etiam incipiēdo a captura perſonæ, excutioni demandentur non excludat cauſę cognitionem,vt uoluit Angel. in l. ſi ſic.ff.de legat.j. Vide etiam Socin.conſ.66.nu.8.& ſeq.vol.4.

SVMMARIVM.

1 *Arreſtatus illicentiatus recedens an poſſit illico excommunicari abſque alia citatione.*
2 *Excommunicatio ſub conditione propter appellationem ſuſpenditur.*
3 *Lex animata, & inanimata eiuſdem ſunt potentiæ.*
4 *Arreſtati a lege.*
5 *Arreſtati a principe.*
6 *Arreſtum frangens, carcerem fregiſſe videtur.*

QVAESTIO IX.

1 NOnò quæro † Arreſtatus in Rom. Cu. illicentiatus recedit,an poſſit illico excommunicari,vel excommunicatus declarari abſque alia citatione? Opin.affirmatiua comptobari uidetur ex formula arreſti,de qua in prin. proximę pręced. quęſt. ubi quis arreſtatur ſub excommunicationis pœna, ne diſcedat a Rom. Cu. niſi prius reſponderit poſitioni,vel aliud fecerit:eo igitur ipſo, ꝙ contrauenit, ipſo facto excommunicatus eſt:ergo alia citatio,uel monitio requiri non debet,iuxta tex.in c.reprehēſibilis.ibi,Niſi fortè talis ſit culpa,quæ ipſo iure gereret ſuſpenſionem & c.de appel.& ibidē gl. in uer.ipſo,ac Ioan.And.& alij.Pro hac opin.videtur etiam tex.
2 in c.præterea.2.eo.titu.de appel.vbi ſententia † excommunicationis ſub conditione ſuſpenditur,ſi ante conditionis euentum fuerit appellatum,ergo ſi non appelletur, prout in caſu noſtro, aliud dicendum erit,& ſic ſtatim,vel elapſo termino, vel impleta conditione, vel conſtito de contrauentione, quis excommunicatus eſt,iuxta communem ſententiam,prout per Lap.alleg.73.per D.meum Phil.Dec.145. conſil.incip.quæritur,nu.2.
3 & ſeq.& alios,quos addo ad dictam alle. Lapi 73.Amplius † lex animata,& inanimata eiuſdem ſunt potentiæ.§.vlt.in auct.de conſul.Oldra.conſ.65.Hic agitur. cir. prin. ubi arguit de arreſto legis,ad arreſtum principis:ſed arreſtati a lege habentur pro cō-
4 feſſis,ſeu conuictis † l.conſiliarios. C. de aſſeſſo. §.ſi verò ſemel. & ibi glo.in ver.factum,ponderat illum tex. contra famulos fu-
5 gientes.in authen.de exhiben.& introdu.reis. Sic & † arreſtati a principe,vel eius miniſtro pro confeſſis pariter haberi debent. At contra confeſſos nullæ ſunt partes iudicis niſi in exequen-
6 do l.1.& toto titu.ff.de confeſ.c.2.eo.tit.lib.6.Et† arreſtum frangens carcerem fregiſſe videtur,qui pariter pro confeſſo habeē, & puniri debet.l.in eos.ff.de cuſto.reo.& Oldrad. ubi ſupra, ubi plura ad rem noſtram. Videantur etiam Ioan.And.in addi.magna,in fi.ad ad Specu.in titu.de præſumptio. §. ſpecies. & Nicel. in 52.concor.glo.in 98.fallen.plura alia pro hac opin.affirmatiua adducere poſſem,quæ breuitati ſtudens miſſa facio. Concludo veriorem, tutiorem, & humaniorem eſſe ſententiam pro opin.negatiua,quam in terminis noſtris tenuit Rot. 822.ſciendum eſt,quando aliquis.in anti. vbi ꝙ requiritur citatio per audientiam contradictarum.Et pro hac opin.vide quæ latè ſcribit Barth.Socin.in ſuo conſ.quod eſt 20.inter con.Cur. Senio.poſt poſt nu.17.verſ.ſed infra facillimam, & ibidem aliis in locis.

SVMMARIVM.

1 *Arreſtato qualiter conſulatur.*
2 *Perſonę qualitas conſiderari debet.*
3 *Sequeſtrum data fideiuſſione reuocatur.*

QVAESTIO X.

1 DEcimò quęro † arreſtato qualiter conſulatur? Reſpondeo, ꝙ neget monitorium, ꝓcuratorem cōſtituat, dearreſtariq; inſtet. Quod obtinebit in terris eccleſiæ, ſi is bona in dictis terris eccleſię poſſideat. Vel ſit ꝑſona eccleſiaſtica, quæ ratione beneficiorum ad vrbem quandocunque reuocari, uel ſaltem vexari poſſit: vel ſit aliàs perſona bonę conditionis,opinionis,famæ,dignitatis, & exiſtimationis, arg.tex.in l.teſtium fides.verſ.Tu magis ſcire potes. ff.de teſtib. in l.fortiſſimis.ubi glo.& Bart.C. de mili.veſtib.lib.12.& ꝑ Cor-
2 ſet.in ſuis ſingu. in ver.conditio perſonæ, ubi † ꝙ ſemper conſiderari debet conditio,& qualitas perſonæ. Ex ijs & aliis,quæ adducebam,dearreſtari aliàs obtinui Reuerendiſſimum D. Franciſcum Piſaurum Patriarcham Conſtantinopolitanum ad inſtantiam cuiuſdam Aloiſij Nigri eiuſdem D. Patriarchę negociorum geſtoris,prætextu prætenſæ mercedis arreſtatum. Et ꝑ eodem D.Patriarcha,ꝙ etiam non teneretur fideiuſſorem prę-
ſtare,ſeu aliàs cauere occaſione litis, dicebam eſſe tex.in terminis in §.ſi quis verò,verſ.Pro omnibus autem cauſis. in authen. de ſanctiſſi.epiſco. Aliud etiam remedium ſeſe offert,ut arreſtatus aliquem breuem terminum aduerſario ſtatui faciat ad probandum,quicquid vult,& poteſt,quo lapſo,& non docto,ꝙ dearreſtationi,& liberationi locus fit: qui ſic dearreſtatus immunis,& in ſua priori libertate,& poteſtate erit eūdi quò voluerit. Aduerſario enim imputandum erit,ſi tempus ſibi prefixum labi paſſus ſit,ad tex.in l.ſed & ſi per prętorem. uerſ. Sed & ſi dum decreto.& ibi glo.in uer.decreto.ff.qui.ex cau.maio. Vel deniq;
3 ſi omne aliud remedium ceſſauerit, inſtet † reuocationem ſequeſtri,ſeu arreſti data fideiuſſione obtinere,ut per Cyn.Bald.& alios in alle.l.uni.C.de prohi.ſeque.ac per canoniſtas in c.2.eod. in praxi Papien.de forma ſequeſtri,nu.5.verſi.Deinde quæritur, an hæc ſequeſtratio.per Iafr.dec.240. incip.ſequeſtrum regulariter,& ad hęc:Docto.citat, & hanc communem eſſe teſtatur. Dic.igitur Arreſtatus ſi aliter liberari non poſſit, cautionē præſtabit de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, ſtatimque arreſtū tolletur.Hæc tamen limitabis, niſi is,qui dearreſtari petit, obſtinatè,vel calumniosè differat, vel ſubterfugiat iuſto, ac rationabili iudicis mandato parere.Vnde propter denegationem, ſubterfugium,vel etiam dilationem, poſſet facilè cauſæ, vel negocio alicui detrimentum,vel quid ſiniſtri parari:puta ſi quis arreſtatus fuerit,ex quo materias, ſeu articulos medio iuramēto ſpecificare recuſauerit, (hoc tamen rarò eueniet, alia.n.via prouidetur,uidelicet ne admittātur articuli niſi ſpecificatis materiis, & ne teſtes recipiantur) vel iuramentum calumniæ ſubire noluerit:ſeu poſitionibus per verbum credit, vel nō credit reſpondere:vel in aliqua cauſa examini ſe ſubijcere. Aut in aliquo ex infinitis caſibus,in quibus alicuius præſentia, vel actio requiratur.Tunc nullo modo dearreſtabitur: immo cōtra ipſum iuxta facti contingentiam procedetur,iura enim quoad fieri poteſt, fraudibus,malitiis, calumnijs,& contumaciis occurrunt, ad l.ſi cui.ibi,Per medias vias.ff.de ſeruitu.l.in fundo.vbi glo.dat concordan.ff.de rei vindi.c.j.de iudi. Cardi. in clem.j. in 4.not.de re. permu. c.calumniam, de pœn. cum vulga. Limitari etiam pōt, quod diximus,ſequeſtrum rei,vel perſonæ tolli pręſtita fideiuſſione,non procedere,quando ſequeſtratio perſonæ, vel rerum emanaſſet cauſa cognita,non ad effectum vt debitor ſatiſdaret, ſed vt ſolueret: tunc illa reuocari non debet per præſtationem fideiuſſionis,ſed per realem ſolutionem, per regulam l.ſi pecuniæ.in fi.ff.vt in poſſeſſ.leg.quem tex.ad hoc multum commendat Bar.in l.conſentaneum.poſt num.15.verſi. Ideo enim facta eſt miſſio.

Source : BIU Cujas

est missio. C. quomo. & quan. iud. & in specie ita cõcludit Bero. in c. quoniam contra, nume. 158. versi. Quando verò sequestratio bonorum, & personæ, de proba. Quatuor limitationes quando sequestrum data cautione reuocari non debeat, ponit Ias. in l. si fideiussor. §. vlt. post nu. 17. ff. qui satisf. cogan. Et Felin. quinq; in c. examinata, col 7. de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Quæ differentia sit inter monitoria sine clausula, siquis senserit, & in quibus sunt comminatæ censuræ. Ex nunc & c. & monitoria cum dicta clausula. Et ferendæ sententiæ.*

QVAESTIO XI.

1 VNdecimò quæro † quæ differentia sit inter monitoria sine clausula, siquis senserit se grauatum compareat & c. & in quibus sint comminatæ censuræ ex nunc, put ex tunc, & sic latæ sententiæ excommunicationis: ac monitoria ferendæ sententiæ, ac cum clausula si quis? Respondeo regulariter (vt tãgam infra quæst. 17.) cum illa clausula decerni solẽt monitoria præsertim Romæ, & sic sine causæ cognitione, quando videlicet apponitur clausula si quis, quo casu Rota (prout dec. Achil. sub titu. de Monito. in causa Egitanen. de mense octob. 1549.) concluserit, non esse necessariam monitorij reintegrationẽ, sed sufficere obseruationem quatuor terminorum contra sic monitum. Pro quatuor terminis similibus videre poteris Felin. in c. ad probandum. post nu. 6. de re iudi. & Cassa. dec. 6. nume. 20. de caus. possess. & proprie. & postea deueniri debere ad declaratoriam: secus verò dixerunt in causa Albricen. pension. vt dec. seq. dicti Achil. eod. titu. in monitorijs in curia, quæ fiunt sub pœna excommunicationis ferendæ sententiæ; quo casu necessaria est citatio ad videndum se excommunicari: quia non paruit monitorio.

SVMMARIVM.

1 *Auditor Camerę an via monitorii, vel alia in causis beneficiariis procedere possit.*

2 *Auditor Cameræ non habet iurisdictionem in causis beneficiariis, & spiritualibus.*

QVAESTIO XII.

1 DVodecimò quæro † an Auditor Cameræ via monitorij, vel alia in causis beneficiariis procedere possit? Re-
2 spondeo negatiuè. Auditor † enim cameræ nõ habet iurisdictionem in causis beneficiarijs, & spiritualibus. Rot. Bellame. 210. in causa. & 305. incipien. in causa mea. Rot. in no 336. & ad alia, quæ adduco in 4. quæst. 31. Reg. cancel. num. 2. & seq & apparebit ex infra dicendis. Verùm hodie in facultatibus. Aud Cameræ inter alia adsunt hæc verba. Nec nõ omnes, & singulas spirituales, & ecclesiasticas, & prophanas: vnde argui posset pro affirmatiua præsertim ponderatis illis verbis, omnes, & singulas, omnia includentibus, & nihil prætermittentibus, ad glo. in c. vt circa. §. vlt. in ver. omnia, & singula. de elect. lib. 6. Bald. in l. si cui. §. si filio. ff. de lega. j. Alex. consi. 17. lib. 3. & p alios, quos cito in 2. quæst. 31. Reg. Cancel. nume. 2. subsisto igitur, nec quid sentiam hic declaro.

SVMMARIVM.

1 *Auditor Cameræ an monitorium decernere possit, vt quis possessionem beneficij dimittat, vel de titulo doceat.*

2 *Turbatores qualiter reprimi possint.*

3 *Rex possessorium in beneficialibus cognoscere potest.*

QVAESTIO XIII.

1 TErtiodecimò quæro † an Auditor Cameræ monitorium cõtra aliquem decernere possit, vt possessionem beneficij dimittat, vel de suo titulo doceat? Distinguerem sic. Aut monet alienæ possessionis turbatorem, & affirmati-
2 uè responderem † contra prædones enim, aut turbatores quilibet procedere, illosque reprimere potest. l. in re communi diuidunda. §. inter prædones. ff. commu. diui. per quem text. & alia iura, quæ adducit, voluit Bald. cõsi. 337. statutum quo. post prin. versi. sed est considerandum, volum. 5. statutum in fauorem possessoris non prodesse turbatori. Aut monet possessorem, & Bal. in d. consi. 337. nu. 2. & consi. seq. quærit, an valeat præceptum iudicis factum alicui, ꝙ dimittat possessionem, vel doceat de titulo: considerari potest, ꝙ non solum Auditor Cameræ, immo ẽt
3 † Rex, uel iudex secularis ꝓcedere potest super ecclesiasticis in concernentibus factum, & in possessoriis. Bald. in l. omni. ubi ẽt Alex. in apostil. in ver. in fine. ad fin. vers. Et ideo in possessorijs secularis se intromittit. C. de sacros. eccle. & in l. filiũ distinimus. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. Angel. in disputatione. Astensis miles. Fede. de Sen. consi. 97 facta est lex. Bar. in l. quoties, & ibidem Ias. nu. 6. C. de iudi. Idem Bar. in l. Titia. ff. solu matri. in lect. antiqua. Abb. in c. cum sit generale. col. 6. vbi hanc magis communem putat, de fo. comp. Alex. in præalleg l. Titia. col. 4. ff. sol. matr. Pau. de Eleaza. in clem. j. de vsur. Anto. de But. & Cardi. in c. tuam. de ordi. cogni. Abb. in c. literas, col. 3. ad fin. de iura. calum. Lui. Papæ dec. j. & 71. ac 85. Anto. de But. Cardin. & Felin. in c. cum sit, col. 3. de fo. compe. Capi. dec. Neap. 7. in causa. num. 2. Afflic. Dec. 2. & Dec. 24. num. 9. Iafre. Dec. 274. incipien. quæstio nudi, & numari possessorij. Rip. respon. 35. aliàs vlt. de reser. vbi ad id alios citat. & nu. 2. hanc communem dicit, lib. 2. Idem Rip. super rub. de iudi. num. 90. & in l. naturaliter. §. nihil commune. nume. 19. ff. de acqui. pos. Boer. dec. 79. num. 13. Gramma. dec. 78. Igneus in l. necessarias. in §. non aliàs, in 2. par. ff. ad syllania. Gui. Bene. in c. Raynutius. in uer & vxorem nomine Adelasiam. num. 9. de testa. Et videmus passim Reges, Duces, & dominos quoscunque temporales, uel seculares circa possessionem beneficiorum concernentia se intromittere. Ego plura olim adducebam pro contraria opin. quam tenuerunt idẽ Bart. in l. Titia. ff. solu. matri. qui uariauit, & Bal. qui etiam varius fuit, in l. quoties C. de iudi. idem etiam videtur sentire, idem Bal. cõsi. 109. per statutum terræ Gualdi. colum. 1. vers. Quæ exceptio vsuraria contra hębreum, lib. 2. Verùm ne quis decipiatur, limitanda sunt præmissa, vt non procedant, quando causa possessorij: seu mera ipsa possessio: vel merum factum uidenda, seu tractanda, vel videndum, seu tractandum sit inter clericos: tunc enim laicus nullo modo se intromittere potest. Anton. de But. Abb. & alij communiter in c. litteras. de iura. calum. & nouissimè Aegid. Boss. in sua praxi crimi titu. de principe, num. 211. sed quia (vt mihi relatum fuit) causa super qua scripsi, adhuc pendet ultra non procedo: alibi forsan hæc plenius tractabo. Interim scias, quòd quò ad ius, & proprietatem rei spiritualis, & ecclesiasticæ laicus nullo modo se intromittit, nec principaliter, nec incidenter. c. tuam. de ordi. cogni. Abb. colum. 3. in præalle. c. litteras, uers. Mere spiritualis. Boss. vbi supra, num. 210. Quòd Aud. Cameræ hodie possit indistinctè moncre, & procedere concludo per ea, quæ alibi dixi præsertim ex amplissimus suis facultatibus.

SVMMARIVM.

1 *Auditor cameræ monitorium an decernere possit super fructibus occasione decimarum.*

2 *Prophanæ causæ quæ dicantur.*

3 *Decimarum causa quòd sit spiritualis.*

QVAESTIO XIIII.

DEcimoquartò Auditor Camerę processit uia monitorij in fauorem A. rectoris Ecclesiæ B. decreti contra C. rectorem ecclesię D. in Rom. Cu. degentem super restitutione fructuum perceptorum ratione decimarum prouenientium in termino de Montagna, quas vterque
1 ad se ratione suæ ecclesiæ spectare asserebat † quæro, an monitorium decernere potuerit, ita vt validè processum fuerit? Pro parte affirmatiua duo ponderari possunt, quorum alterum est, ꝙ hæc causa erat prophana; quia agebatur super fructibus occa-
2 sione decimarum prouenientibus, † & illæ dicuntur causæ prophanæ, quæ in clem. dispendiosam. de iudi. expressæ non sunt, ut per Cassad. Dec. 1. eo. titu. Alterum est, quòd monitus erat in Rom. Cu. Romæ autem quilibet moneri, vel citari potest, quippe quæ communis sit patria, iuxta tex. in l. Roma communis patria. ff. ad munici. in l. 2. §. omnes, & ibi Docto. ff. de iudi. & in ca. vlt. de fo. compe. Contrarium cõclusere Domini de Rota in Conchen. decimarum inter Martinum Ximenez, & Marcum de Parada. Considerarunt enim in casu, de quo supra, actorem fructus decimarum petere non potuisse, nisi quia decimæ debeantur suæ ecclesiæ, & sic, quòd agebatur non ratione personarum, & debitorum, ac creditorum ipsorum litigantium: sed ratione suarum ecclesiarum, quibus prætenditur decimas deberi, quæ ecclesiæ sub iurisdictione Auditoris Cameræ non erãt, & sic potuisset per rectores ita agẽtes perpetuum præiudicium ecclesijs suis inferri: & propterea Domini fuerunt pro nullitate, put Dec. Prolo. 114. incipien. Conchen. decimarum † causa au-
3 tem decimarum, ꝙ sit spiritualis, & in alle. clem. dispendiosam. cõprehensa si inter ecclesias, vel personas ecclesiasticas agatur, probat Rot. 433. fuit dubitatũ, vtrũ si agatur, in no. Hodie habemus facultates, ac priuilegia Aud. Cameræ, & illorum tenorẽ seruare debemus. cap. accepimus, & c. seq. de fi. instru. c. cum plãtare, versus fin. cap. porrò, & c. petistis, de priuile. Rot. Cassa. 1. in fin. eo. Verba autem priuilegiorum sunt quæ posui supra ad fin. quæst. 12. quòd possit cognoscere omnes, & singulas causas spirituales, ecclesiasticas, & prophanas.

SVMMARIVM.

1 *Romani an coram Auditore Cameræ conueniri possint.*

2 *Romani ab alio, quàm Cæsare iudicari non possunt.*

3 *Romanos laicos trahi non debere ad curiam ecclesiasticam.*

QVAESTIO XV.

1 DEcimoquintò quæro † an Auditor Cameræ uia monitorij, vel alia contra Romanos procedere possit? Pro opin. affirmatiua concludendum vĩ. Nam sicut prius oĩs huius vrbis potestas, & iurisdictio in Impe-
ratorem translata erat. l. uni. ff. de offi. præfe. præto. ad Imperato
2 remq; spectabat, † ac Romani ab alio, quàm Cæsare iudicari non poterant, prout tam ex historiis notissimis, quàm ex ipsis legibus, ac ex sacra pagina uidere est in persona diui Pauli, put

Actuum

Source : BIU Cujas

Actuum c.22.ad fin.¦Dic mihi si tu Romanus es & c. & 25. Dixit autem Paulus ad tribunal Cęsaris sto,ibi me oportet iudicari,& postea.Tunc Festus cum consilio loquutus respondit Cæsarem appellas,ad Cæsarem ibis,cum ijs, quę sequuntur. & per diuum Thomam 2.2.quæst.69.art 3.de quo etiam per Oldra. consi.89. Episcopus,post nu.3.Hodie Roma, & Romæ iurisdictio omnis ad summū Pontificem spectat,vt omnes norunt:& Bonif.VIII. interlocutus est, nullum Romæ præter Papam iurisdictionem ordinariam habere,vt refert Archid. in c.experientiæ, versus fi. 11.q.2. Et Papa nūcupari etiam potest Imperator Apostolicus. c.Constantinus.1.& 2.96.distin. Host. in c.per venerabilem, colum.8.in vers.imperio.qui fil.sint legi.Bal.in l.j.col.j.vers.Tertiò dico.C.de sum.trini.Auditor Cameræ, Auditor est gñalis ipsius Papæ,vt ex ipsius facultatibus apparet:sequitur,ꝙ sicut Papa cognoscit inter Romanos, ita ipsius Auditor generalis cognoscere possit.In cōtrarium est veritas, ꝙ immo ipse Auditor causas Romanorum audire,& terminare non possit, prout concludit etiam Gemin.consi.149.primò circa.num.j.ubi etiam, ꝙ Papa
3 sępè declarauit nolle † ciues Romanos laicos trahi ad curiam ecclesiasticam, cum sit seorsum senator positus per eum ī vrbe pro causis laicorum. De cuius senatoris officio tractatur in primo lib. statutorum vrbis. Et habemus motum proprium in fauorem Romanorum. Et in dies citari videmus subuertere tentantes iurisdictionem capitolinam,ad dicendum contra motū proprium populo Romano concessum:& illius vigore videndum reassumi causam in curia capitolina,& inhiberi &c. Fallit, nisi procedatur in vim obligationis in forma Cameræ. De quo tamen, & quando, & quomodo hoc procedat alibi tractandum erit. Interim in hoc resideo, & hoc iure utimur, ꝙ si expresè, vel tacitè partes coram ipso Aud.Cameræ consentiant,validus sit processus, quòd si Romanus monitus, vel citatus ad curiam Capitolinam recurrat,causamque reassumi faciat, cesset Aud. Cameræ iurisdictio.

SVMMARIVM.

1 *Priuatio beneficiorum non debet apponi in monitorio.*
2 *Vacatio de iure, & de facto requiritur, vt impetratio sit bona.*
3 *Probatio vera quando dicatur.*
4 *Excommunicationis sententia non transit in rem iudicatam.*

QVAESTIO XVI.

DEcimosextò Auditor Cameræ instante fisco ordinaria auctoritate, & vigore Bullæ in Cœna Domini monitorium decreuerat sub sententiis, censuris, & pœnis, ac priuatione beneficiorum contra Petrum Lotesos ad comparendum personaliter ad se purgandum de nonnullis excessibus,& delictis: contra quem non comparentem procurator fiscalis procedi per audientiam contradictarum, & deinde pronunciari obtinuit:ac declarari dictum Petrum incidisse in sententias,censuras,& pęnas in dicto monitorio contentas; quæ sententia nulla prouocatione suspensa in rem transiuit iudicatam.Ioannes Morales impetrauit hoc beneficium, illud ꝑ priuationem uacare prætendens: comparuit deinde Petrus coram dicto D.Auditore Cameræ,vt se expurgaret,& citato fisco obtinuit se absolui a sententiis,censuris, & pœnis in dicto moni
1 torio contentis.Quæro† an Petrus absolutus suum beneficium recuperare debuerit? Hic plura discutienda venirent, verū quia casus iste in sacro Rotæ Auditorio (me etiam pro Petro interueniente,& plura pro eo in iure adducente) propositus,& decisus fuit,ipsum Rotæ decretum hic subijciendum putaui.In Annotationibus bon.me.Hyer.Nouati hæc sunt Decisionis verba. Die veneris 9.Martij 1548. Rota resoluit nullam rationem habendam esse dictæ prouisionis impetratæ per priuationem ex allegatis:& quia monitorium non debet fieri sub pœna priuationis beneficiorum.Et R.D.Decanus mandauit dicta uerba priuationis beneficiorum semper esse delenda de monitoriis. Bon. mem.Achilles de Grassis hoc modo annotauit. Dixerunt Dñi in vna Barchionen.coram Nouato, ꝙ absolutus debet recuperare suum beneficium: tum quia sentētia incidisse in pœnas priuationis nō bene priuat,per Felin.in c.inquisitionis, ante nu.8. de accusa.& Bisigne.dec.vlt.de re iudi. Item quia talis absolutio declarauerat omnia esse nulla. Dixerūt etiam Dñi esse multum aduertendum,ꝙ licèt quandoq; declaremus aliquem incidisse in pœnas contentas in monitorio, deberemus cancellare pœnam priuationis. Cōtra impetrationem Ioan. Morales dicebā,
2 ꝙ ad hoc vt impetratio beneficii esset bona † requirebatur vacatio de iure,& de facto,vel saltem de iure,vt latè tractat Staph. super signa.fol.77.& seq.ac fol.166.& seq.iuxta primam impres. Rebuff. super Concor. de Regia ad præla.nomina. §.monasteriis,in ver. vacantibus. At in casu præmisso asserebam non esse incursam priuationem per sententiam iudicis; quia solum declarabat Petrum incidisse in pœnas priuationis,non autem priuabat expresè,& adducebam Innoc.in c.qualiter.2. col.3.versi.
3 Credendum tamen,ante num.11.de accusa. vbi quòd † tunc est cvra priuatio,quādo expresè dicitur,depono talem, priuo, vel perpetuò eum a sua ecclesia amoueo, & tanto magis inconsiderabilem dicebam esse prætensam probationem: quia sententia erat lata in contumaciam non parentis monitorio, non autem
4 quia crimen esset probatum.Insuper ponderabam.Quòd † sentētia excommunicationis, & interdicti lata contra Petrū etiam nulla prouocatione suspensa nunquam in rem transibat iudicatam,semperq; reuocari poterat,constito de illius iniustitia. c.ad reprimendum.de offic.ordin. c.sacro. de senten.excom. c.licèt, eo.titu.lib.6. Abb.in c.consan.nu.9.de re iudi.Phi. Fran.in c.qua fronte, in 8.not. de appel.Cum igitur sententia contra Petrum esset indiuidua.l.in hoc iudicio. ff. famil. ercis. qñcunq; poterat reuocari constito de illius iniustitia,prout factum fuit.Hodie in monitoriis, de quibus loquimur de stilo (vt audio) etiam pęna priuationis beneficiorum apponi cōsueuit, quod etiam de iure procedere puto, vt alibi tractabo.

SVMMARIVM.

1 *Attentare an dicatur spolians post monitorium de non molestando.*
2 *Monitorium per comparitionem resoluitur in simplicem citationem.*
3 *Monitorium sapit comminationem, non inhibitionem.*
4 *Monitorium vim citationis habet.*
5 *Si senseris te grauatum, clausula.*
6 *Præceptum absque clausula si senseris & c.est iniustum, & nullum.*
7 *Præceptum absque clausula si senseris & c.quando subsistat.*
8 *Præceptum cum clausula si senseris,quando operari deberet.*

QVAESTIO XVII.

1 DEcimoseptimò quæro † an monitus ab Auditore Cameræ (suppositā valida iurisdictione) ne molestet B.in sua possessione sub censuris ecclesiasticis,si postea Bernardum spoliauerit attentasse dicatur? Pro opin. affirmatiua facit totus titu.vt lit.penden.nihil in no.in rub.& nig.ff. & C.in Decreta.in 6.& in clem.Et cum huiusmodi rubricæ sint conceptæ negatiuè,regulariter nihil debet innouari lite pēdente,iuxta glo.in rub.præfata ut lit.penden.in Decreta. vers. Et aduerte. Lite igitur introducta ex præsentatione monitorii qcqd ea pendente fit,attentatum erit.Cassad.dec.6.incipien.voluerūt Domini,super Regu.Cācel.Et huc spectant ea, quæ adduco sup 14.formula commis.in ver.Attētatorum in j.priuile.vbi,ꝙ duobus probatis,videlicet innouatione, & ꝙ lite pendente semper attentatis,illorumque reuocationi locus esse debet. Hic innouatum supponitur: item lis, videlicet (ut præmisi) monitorio intimato,ergo &c.Et ꝙ monitorio intimato dicatur lis,probo arguendo a pari,seu ab equiperatis, suppositō, ꝙ citata parte lis pendere dicatur.c.proposuit.de for.comp.& ad ea, quæ adduco in 11.quæst.Regu.de subrogan.num.2.ita & executo, seu intimato monitorio lis pēdet: cum monitorium equiperetur citationi,ut tetigi supra in prima quæst.& probatur ex ijs, quæ volunt
2 Docto.dicentes,ꝙ per comparitionem † moniti, monitorium resoluitur in simplicem citationem.Bar.in l.j.num.3.C.de exec. rei iudi. Bald. super rub. C.commi.vel Epi.post num.4.ibi. Aut citatus comparet,& resoluitur in simplicem citationem.Inno. in cap.tua,nume.8.de cohabi.cleri.sequitur Bal.in l.officio.§.ius alimentorum.cir.medium.ff.vbi pupil.edu.debe.Idem Bal.ꝓsil. 177.ad euidentiam.in prin.lib.3.& consi.463.quatuor,nume.3. volum.4.iuxta nouam impres. ubi loquitur de præcepto cū illa clausula si senseris &c. Ancha.consi.297. efficacibus. col. prima versi.Quintò dicitur.Abb.in c.ex parte,col.vlt.in 3.no.de verb. signif.practi.Papien.in for.libelli in Actione noui operis,in ver. nouum opus,ante num.4.Ang.in §.curare. post nume.10. vers. sed Barto.in l.j.Insti.de actio. Corset.in suis singu.in ver.citatio. Angel.qui dicit curiam Romanam introduxisse formam hanc citandi.Alex.num.3.& seq.Rip.nu.19.& seq. & Ias. in l.de pupillo.§.meminisse,post nu.8.ff.de no. oper.nunc. Idem Ias.in l.nec quicquam,num.6.vbi hanc magis communem dicit.ff.de offic. procon.Ruin.consi.19.ante num.6.volum.5. Bertran.consi.61. viso,num.3.lib.j.in primis.Paris.consi.113. Monitorium emanatum.in prin.vol.4.Ioan.de Ami.de Venaf. consi.35. Magnifice, vbi hanc communem dicit,num.j.Felin.consi.5.venerabilis,nume.8.vers.Secundò aliud considero. Pro opin.verò negatiua in casu præmisso concluserunt Domini de Rota,prout annotauit Reuerendis.Put.dec.17.sub tit.de resti.spolia in hæc verba.Post monitorium Auditoris Cameræ de non molestando possessōrem sua possessione sub censuris,si quis spoliat aliquem, non dī attentare, licèt dicatur spoliare. Dum rationem huius Decreti Rotalis inuestigarem,reperi aliam eiusdem Put.dec quæ rationem
3 reddit.videlicet, † quòd monitorium sapiat quandā comminationem tantum,non inhibitionem,nisi fieret per viā inhibitionis,quasi Rota inferre velit, monitorium huiusmodi verā litis pendentiam non inducere: nec instar citationum arctare, sed monitorium simile esse comminationibus,de quibus in toto tit.C.commina.vel epis.to.& ibi per Bart.super l.iudex,& per Bald. & alios super rub. Ego (licèt Rotæ obseruantissimus sim) priorem opin.affirmatiuam veriorem puto. Nec ratio prędicta (mea quidem sentētia) multum stringit:suppositā, prout etiam

Rota

Source : BIU Cujas

Rota supponebat iurisdictionem in Auditore Cameræ monitorium decernente. Nec monitoria huiusmodi debiliora, & minus valida citationibus ipsis existimo: & vltra stilum notorium
4 probaui supra † monitorium huiusmodi citationis vim habere. Immo etiam citatio verè dici potest, si aduertamus subtilius intuentes ad id, quod dicit Bald. in d. rub. C. commi. uel epist. ibi, Aut est validum, & tunc refert. Aut citatus comparet, & resolui tur in simplicem citationem: quia alternatiuum, & altera pars vera est, quia comparuit. Mens Bal. est, ꝙ tale monitorium, seu præceptum alternatiuum sit, duo in se continens, videlicet, ꝙ quis faciat illud, quod sibi præcipitur: vel si illud facere nolit, cõpareat: & sic etiam citatur ad comparendum. Et hæc etiam supponit, & ita intelligi debet Cardi. in c. j. ad fin. de cau. pos. & ꝓpri. Et ꝙ sit citatio voluit Paris. cõsi. 116. circa resolutionem. nu. 23. & seq. lib. j. præsertim ibi. Tale mandatũ, citatio, & instantia iam periit: & tamen ibi nulla alia citatio supponitur, nisi monitorii, vel mandati præsentatio, & moniti comparitio. Est verum, ꝙ si Rota non suppositisset iurisdictionẽ in Auditore Cameræ monitorium decernente: vel si assereremus monitorium huiusmodi fuisse circa non spectantia ad Auditoris Cameræ officiũ: ꝓut considerat Salyc. in l. j. in princ. & q. 2. versi. tunc distingue, aut vtrumq; spectat & c. C. commi. vel epist. aliud fortè dicendum esset. Rotæ etiam decretum subsisteret, si supponeremus moni-
5 torium huiusmodi esse sine clausula. † Si senserit se grauatũ, veniat responsurus, seu compareat infra triduum iustitiæ complementum recepturus. De qua clausula vide per supra citatos sup glo. vlt. in c. ex parte. §. vlt. de verb. signif. per Bar. in l. j. nu. 3. C. de excep. rei iudi. per eundem Bar. in l. defendente. ff. de aucto. tuto. per Bar. & Bald. in l. 2. col. 2. C. de episco audien per Barto. in l. ea quidem, versus fin. C. si manci. ita fuc. alie. & in l. j. § j. in fi. ff. de iu. deli. Bal. & Salyc. in l. de minore. col. 2. C. de transactio. Imol. in l. cum ab initio, col. j. in fin. ff. quemad. testa. aperi. Ang. in l. non nunquam. ff. de iudi Nicel. in 52. concor. glos. fallen. nu. 112. per glo. & Doct. in præalleg. l. de pupillo. §. meminisse. ff. de no. oper. nunci. per Ang. in §. curare. Insti. de actio. post nume. 10. versic. Quid dicendum de eo, quod iudices. Cardin. in clem. j. ad fin. de celebra. missa. & omnino per Cels. Vgo. inter clausulas iudiciorum, in clausula si senseris te grauatum. Et hæc clausula iustum, & firmum reddit iudicis mandatum, seu monitorium. Et iudex mandando aliquid cum dicta clausula dicitur bene iustificare seipsum: & in nihilo partem grauat. Abb. in alleg. c. ex parte. de verbor. signif. Et hæc theorica, & praxis totius mundi; ac curiæ Romanæ, prout inquiunt Paul. Castren. in alleg. l. de pupillo. §. meminisse. ff. de no. oper. nunci. Ioan. de Ami. de Venaf. ꝓsil. 35. Magnifice. nu. 2. & seq. & post Laud. & Cardin. in clem. dispendiosam. Lanfran. de Oria. col. 2. super gl. in ver. præmoniti. versi. subijcit D. Florenti. hanc formam esse bonam, sed debere adijci vna clausula, videlicet. Saluo si quis sentiat se grauatum &c. de iudi. Idem Lanfran. in c. quoniam cõtra. in ver. citationes, col. 4. versi. Hæc vera sunt, ꝙ nõ potest incipere a præcepto, nisi in præcepto inferatur clausula iustificatiua, si senseris te grauatum cõpareas. de probat. Aliàs sine dicta clausula fateor, ꝙ huiusmodi monitorium comminationẽ potius, q̃ citationem saperet, inhi
6 bitionem verò nullo modo. Et tale † præceptum, seu monitorium absq; illa clausula emanatum iniustum, inconsideratum, exorbitans, & nullum plerumq; habetur, de præalle. con. Anch. 297. col. j. uoluit Bar. in l. j. C. de exe. rei iudi. Abb. in d. c. ex parte, de verbor. signif. Iaſ qui hanc opin. magis communem dicit in l. nequicquam, nu. 6. ff. de offi. proconſ. Bertran. communem dicens consi. 247. vniuersitas, num. 3. lib. 2. in primis, & etiam magis communem dicit consi. 64. egregiè, vol. 3. in primis, nu. j. & ꝑ alios supra adductos. Et ꝙ clausula si senseris, operetur iuxta cõmunem sententiam, ꝙ si in termino non compareatur, præceptum cum ista clausula habeat vim sententiæ: si compareat̃ habeat vim citationis, ponit Io. de Ami. de Venaf. consil. 153. nu. 2. Dum autem dico præceptum decretũ sine clausula, si quis senserit, esse nullum, & iniustum, intelligo de præcepto decreto
7 absq; causæ cognitione, & ex abrupto: alioqui cum † causæ cognitione validum, & iustum affero. ad ea, quæ volunt distinguẽtes Bal. super rub. C. commi. vel epistо. & Abb. in c. ex parte. j. nume. 7. & seq. de verbor. signif. Et isto secundo modo puto loqui Rot. 340. vtrum præceptum de soluendo. in anti. Valebit etiam, seu subsistet monitorium, uel præceptum, illique in dubio parẽdum erit, si non afferat plenum præiudicium, uel sit super eo, in quo non requiratur causæ cognitio, prout per Paul. Castren. in alleg. §. meminisse, post num. 5. versi. si verò non affert, & ꝑ eundem Io. de Venaf. alleg. consi. 35. num. 12. puta in materia nũcia tionis. Verùm in quantum dixi monitorium vim citationis habere, id vr̃ contra tex. in c. peruenit, de fideiuſ. ibi, Vel aliàs legitimè vobis rem ita se habere constiterit, moneatis ipsum, vt memorato R. pecuniam, quam pro eis soluit, restituant & c. & sic diuersa erit citatio a monitorio: & illa hoc præcedere debebat, ut supponere subtili consideratione debemus ex illa dictione cõstito, quæ requirit citationem illius, de cuius interesse tractatur, vt per glo. magnam in clem. vni. de offic. deleg. & in cle. j. in ver. inquisitionem. de con. præb. ac in clem. 2. in ver. constiterit, de pœn. & voluit Bero. in c. cõquerẽte, nu. 11. de resti. spoli. vtrunq; requiri, unum prius, alterum succesſiuè. Rñderi potest, ꝙ monitio de qua ibi, alterius erat speciei, q̃ monitorij, de quo tractamus: & hæc inter se differunt, vt declarauimus supra in 1. q. Rursus retorqueri potest argumentum arguendo a speciali, ut in illo casu præcedere deberet citatio: regulariter autem secus dicẽdum sit: cum (vt probauimus) idem operari soleat monitoriũ, quod citatio. Sed aduertendum est, ꝙ Bal. in alleg. l. nequicquã. §. vbi decretum. ff. de offic. proconſ. col. 5. versi. Istam glo. vr̃ tenere, præceptum huiusmodi cum hac clausula si senseris, non valere nisi in certis casibus, vt est qñ esset fundatum in iure cõi: ut in casu præalleg. §. meminisse. Nam etiã ipsa pars nunciando, & sic prohibendo nouum opus fieri, facit ut nullius sit momenti, quicquid postea ędificatum fuerit, ut hr̃ in l. j. §. nunciatio. ff. de no. ope. nunci. non mirum si etiam ipse iudex ad petitionẽ partis possit ĩcipere a tali præcepto, vnde vr̃ velle ibi Bal. ꝙ illa verba, si senseris, postea appositа in præcepto potius ex vrbanitate iudicis, q̃ ex necessitate in terminis dicti §. meminisse. apponantur, ex quo præceptum huiusmodi super iure communi fundatum est. In aliis verò casibus super iure communi non fundatis tale præceptum cum clausula præmissa si senseris, nullo modo subsistere videtur, etiam quoad effectum, ut per comparitionẽ resoluatur in simplicem citationem: quia ex quo illud præceptum non ualet, non grauat: & ideo sequens clausula nihil operetur. Pro hoc faciunt nota. per Innoc. in c. tua. de cohabi. cleri. & mulie. vbi dicit, ꝙ prẽcepta inualida a principio, non possunt resolui in simplicem citationem. Hanc opin. sequitur Io. And. in addi. ad Specu. in tit. de Aduocato cir. prin. quia esset præposterare ordinem, & ponere currum ante boues. Quidquid sit, de consuetudine hodie passim in quacunque materia quæcunque præcepta, ac monitoria cum præmissa clausula concedi consue
8 uere, etiam nulli iuri conformia. † Verior tamen, ęquior, ac magis rationi consona mihi videtur hæc opin. contra cõmunem obseruantiam, præsertim quia illa clausula de comparendo est limitata, videlicet super exgrauatione, & reuocatione grauaminis, ergo limitatum parere debet effectum, & sic solum ille dicatur citatus super reuocatione grauaminis, non autem super facto principali, argum. tex. in l. cancellauerat. ff. de ijs, quæ in test. delen. & in l. cum tale. §. vlt. ff. de condi & demonst. & faciunt, quæ habentur in c. si a iudice. de appel. lib. 6. Præmissa igitur vniuersalis praxis solum toleranda esset in terminis illius edicti de no. oper. nunci. & similibus, non autem in aliis fundatis in iure communi: ut per Io. And. ubi supra, & in eisdem addi. ad Specu. titu. de senten. prola. §. species, in ver. quæstionem habeo. Vide etiam Bald. in l. præscrip. C. si con. ius, vel vti. publi.

SVMMARIVM.

1 *Regestorum super solutione quis, quem, & ad cuius instantiam monere possit.*
2 *Regesta, & non registra nuncupari debent.*
3 *Monitorium pro regesto coram se fabricato quilibet iudex decernit.*
4 *Delegato omnia commissa videntur, sine quibus ad expeditionem causæ deueniri non potest.*
5 *Procurator ad solutionem regesti obligatur.*
6 *Ad exigendum speciale mandatum requiritur.*
7 *Monitorij pro solutione regesti formula.*
8 *Solui quid debeat, si incertum sit, executioni locus non est.*

QVAESTIO XVIII.

1 DEcimooctauò quæro † quis, quem, & ad cuius instantiam monere poterit super solutione regestorum, &
2 quæ sit huius monitorii formula? Hæc † regesta voco, non registra, vt vulgus solet corrupto vocabulo, ꝓut docet Bud. in annot. in pandect. super l. Herennius Modestinus. ff. de decurio. Ad primum respondeo, ꝙ antiquo tpe Auditor Cameræ (vt ab antiquis audiui) monebat pro huiusmodi solutione regestorum coram quocunq; penderet causa principalis: præsertim si corã aliquo Rotæ Auditore. Hodie idemmet iudex
3 siue ordinarius, siue delegatus † huiusmodi monitorium decernit pro regestis coram se fabricatis, qui stilus hodiernus omni iuri, & rationi consonus videtur: tum in iudice ordinario quouis, circa quem nulla cadere potest hęsitatio, cum hęc, & alia cãs coram se pendentes concernentia ad suam spectent iurisdictionem: & ius dicentis officium latissimum sit. l. j. ubi omnes. ff. de iurisdom. iudi. Paris. cõs. 168. & si iudicis. in prin. vol. 4. Tum ẽt in
4 delegato, † cui omnia censentur commissa, sine quibus ad causę congruam expeditionem deuenire non potest. l. 2. ff. de iurisdom. iudi. c. j. de offi. deleg. ac argu. l. oratio. ff. de sponsa. & l. ad legatum. ff. de procu. Rursus vltra alias clausulas in rescriptis passim apponi solitas, illa etiam inferitur, videlicet. Cæteraq; facien di, dicendi, & exercendi in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna, de qua clausula eiusq; effectu tracto super 1. formula commiſ. ad fin. Ad secundum respondeo, ꝙ
5 monere poterit principalem de iure: & de stilo Ro. Cu. ẽt † procuratorem,

Source : BIU Cujas

curatorẽ,qui pro principale ſuo abſente obligatur ad ſolutionẽ regeſti:& ad ſatisfaciẽdum notariis de eorum ſalariis. Rot.303. licèt procurator.in no.Mil.in ſuo reper.in ver.procurator conſtitutus ad cauſam teneẽ ſatiſdare notariis. & Caſſad. dec.j.nu.2. de procur. Ad tertium reſpondeo, ꝙ tam ad inſtantiam principalis, q̃ procuratoris monitorium huiuſmodi decerni poterit: Magis tamen expedit inſtante procuratore monere: niſi ad inſtantiam principalis quis ad id monitus fuerit, dubitari poſtea contingat,an procurator pecuniam depoſitam pro regeſto ad-
6 uerſarium tangente abſque ſpeciali mãdato exigere poſſit.† ſpeciale enim mandatum ad exigendum requiritur. l.non ſolùm, cum ibi nota.ff.ſolu.matr.Socin.conſi.260.in cauſa, poſt nu.18. verſic.Amplius etiam non poterat penſiones exigere.lib.2.Ad
7 quartum dicitur,ꝙ formula hæc erit.† De mandato R.P.D.N. &c.ad inſtantiam A. principalis, ſeu B. procuratoris peremptorie moneatur.C.ex aduerſo principalis, ſeu D.eius procurator, ac principalis reſpectiue,quatenus infra tres dies ꝓximè ſequentes debeat partem ſuam regeſti hactenus facti,& in futurum ſatisfeciſſe de parte ſua regeſti faciẽdi &c.Aliqui dicunt, infra tres dies ſoluiſſe debeat partem ſuam regeſti tam facti, q̃ faciendi. Hæc ſecunda formula,quæ forſan notariis communior eſt,quò ad eius ſecundam partem mihi non videtur tuta. Quomodo.n. quis moneri,ſeu cogi poteſt,*vt infra triduum ſoluat* partẽ ſuam regeſti poſt *triduum*, *vel* fortè poſt menſes conficiendi: cũ ꝓp incertitudinem neſciat *quid ſoluere* debeat: & ſic ante opus factum ad *aliquam ſolutionem* cogi poſſet, immo ſtante obligatione
8 præciſa;*vel* etiam promiſſione de ſoluendo † ſi incertum ſit,*quid ſolui* debeat,licèt ex poſt certificari poſſit;ante certificationẽ *alicui* executioni locus non erit.l.j.vbi omnes. ff.de leg.2. *Cur.Iun.*conſi.36.habita diligenti,poſt nume.8.Defendi poſſet ſtilus notariorum interpretãdo. Quam faciendi infra tres dies; ideſt poſtquam regeſtum faciendum factũ fuerit,intra tres dies ſoluere debeat.Et hæc fuit mens, & intentio notarij, vt ſolutio fiat intra tres dies,poſtquam (vt dixi) regeſtum faciendum,fecerit.Vnde magis attendere debemus ad mentem,& intẽtionem, quàm ad verba,vt docet Plato lib.13. q̃ inſcribitur Theetus, ſeu de ſcientia,inquiens: Non nos ſermonibus, ſed nobis ſermones ſeruiant. Et ꝙ intentio ſola cõſiderari debeat,eſt text.in c.intelligentia.de verbo.ſig.uoluit D.meus ſuper rubr.de proba.col.2. verſi.prædicta ſaluatio.Pariſ.conſil.20. Gratia.præſens.nu.2.volum.4.Hinc dicimus,ꝙ verba impropriari debent,ut inſeruiant intentioni.c.is autem,in fi.22.quæſt.2.

SVMMARIVM.

1 *Procuratori an aliqua via conſuli poſſit,vt a regeſti ſolutione immunis ſit.*
1 *Habitare quilibet præſumitur in patria ſua.*

QVAESTIO XIX.

1 DEcimononò quæro† an procuratori (vt proximè diximus) monito aliqua via conſuli poſſit: vt a regeſti ſolutione immunis ſit? Concludendum eſt,ꝙ ſi tempore monitionis huiuſmodi in perſonam procuratoris factæ,principalis Romæ præſens ſit,procurator eiuſdem principalis præſentiam allegando, a ſolutioni regeſti eximitur ex notorio ſtilo Cu.Romanæ.Cuius ſtili rationem puto eſſe; qa cum ſit præter,& fortè contra ius, ꝙ procurator teneatur ad expẽſas regeſti,& ad ſalarium notarij:& hoc (vt præmiſi) a conſuetudine introductum fuerit,ea præſertim ratione, ne cauſæ proſecutio impediatur, vel forſan ne fraudetur notarius in ſuis ſalarijs ſtante principalis abſentia,prout per præalle.dec.305. in no. per Nic.Mil.in Reper. in ver. procurator conſtitutus ac Caſſad.deciſ. prima, nu.2.de procur. Si ergo principalis præſens ſit, ceſſat cauſa,ſeu ratio ſtili præmiſſi, & ſic procurator excuſabitur a ſolutione,dummodo præſentiam principalis infra terminum monitorij alleget. Alioqui ſi non alleget, etiam ipſe procurator ad ſolutionem huiuſmodi faciendam compelli poterit, ut paſſim ſeruari videmus.Quare autem oporteat principalis præſentiam
2 allegare,eam puto rationem eſſe,ꝙ quilibet† præſumatur commorari, ſeu habitare in patria ſua. l.cum quidam magna. ff de lega.2.l.prædia.§.affini.ſuo verſi.hæc teſtatrix, & ibi notat Bart. ff.de fun.inſtru. Idem Bar.in l.poteſt.nu.17.verſ. Aliquando ille, & ibidem Alex.col.4.& Iaſ.ff.de acquir.hæred.Aret.conſil.135. clariſſime D.Collateralis,col.j.& 2.Caro.Ruin.conſi.61. in lite, nu.20.& ſeq.verſi.ad quintum, vol.5.

SVMMARIVM.

1 *Poſt lapſum tempus monitorij executi ſuper ſolutione regeſti coram quo,& qualiter procedatur.*
2 *Negociorum geſtorum actio competit ſoluenti pro alio abſque mandato.*
3 *Depoſiti actio fauorabilis eſt executionem paratam habens.*

QVAESTIO XX.

1 VIgeſimò quæro† corã quo,& qualiter procedatur poſt lapſum termini monitorij executi ſuper ſolutione regeſti? Reſpondeo,ꝙ executo monitorio,triduo lapſo, coram notario cauſæ depoſitum fieri cõſueuit in tãta ſumma,in quanta principalis, ſeu procurator aduerſarius ꝓp parte regeſti eum tangente debitor apparet. Idemq; notarius ſoluenti cedulam,ſeu quitantiam conficit, ac tradit. Procurator verò,ſeu principalis, qui ſoluerat monitorium iam executũ, ac ſchedulam ſolutionis prædictæ alicui ex notariis Auditoris Cameræ præſentat,principalem aduerſarium, ſeu eius procuratorem coram dicto Auditore Cameræ citari faciens, ad dicẽdum contra iura producta & repetita, videndum iurare teſtes ſuper recognitione,quatenus opus ſit, ſoluendum iuxta formam cedulæ depoſiti,aliàs videndum decerni, & tradi mandatum executiuum.Et ſi monitorium ſit decretum,& executum ꝑ procuratorem,in citatione dicitur.Citetur Meuius ex aduerſo principalis, non autem ex aduerſo procurator: licèt is ſit procurator cauſæ principalis, & in omnibus actis citetur aliàs vt ꝓcurator, non autem vt principalis.Ratio differentiæ eſt;quia licèt iſte reſpectu cauſæ principalis verè ſit procurator: ratione autẽ obligationis de ſoluendo regeſtum dicitur, & eſt principalis, quia (vt præmiſi) ex ſtilo antiquiſſimo cogi poteſt ad ſolutionem ipſius regeſti:cum igitur poſſit ĩuitus ad id cogi, ergo debitor eſt, & principalis. l.debitor intelligitur is. ff. de verbo.ſignif. Quare autem coram Auditore Cameræ, & qua actione conueniatur hic procurator,vel principalis pro ſolutione regeſti reſpõdeo, ꝙ ſupponendum eſt ex ſtilo Rom. Cu. tranſacto tempore, ſeu termino trium dierum,de quibus in monitorio, de quo tractamus pro ſolutione regeſti collitiganti præfixo, ſi is non ſoluat partem regeſti ſibi tangentem, vel aliàs non concordauerit notarium,alterum ex collitigantibus, ſeu procuratorem poſſe, & ſolere facere depoſitum pecuniarum pro ſolutione regeſti tangente partem aduerſam,& ad rigorem:ſuper qua ſolutione, ac quietatione notarius dat ſchedulam, quam is qui ſoluit deinde coram Auditore Cameræ producit pro recuperanda pecunia ſoluta pro alio.Et licèt pro alio abſque mandato ſoluenti regu-
2 lariter † competat actio negociorum geſtorum pro eo, quod vtiliter expoſuit.l.2.ff.neg geſto.ac Inſti.de obliga. quæ ex quaſi contra.naſcun.§.j. & per Rofre. Beneuen.in ſuis libellis rub.de contra.actio.nego.geſto. tamen ex ſtilo curiæ Romanæ ad maiorem fauorem ſolutionis mercedũ notariorum ſolutionũq; que
3 factarum recuperationem,datur † actio depoſiti,quæ fauorabilior eſt:& executionem paratam habet toto tit ff.& C.depo.Coram autem Auditore Cameræ fieri ſolent huiuſmodi exactiones tum ex illius facultatibus: tum ex ſtilo inueterato.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ſubſtituens an pro regeſto teneatur.*
2 *Procurator ſubſtituens ad hoc ne ipſe citari poſſit, qua cautela vti debeat.*
3 *Inſtrumenti mandati abſque proteſtatione recipiens, acceptat mandatum.*

QVAESTIO XXI.

1 VIgeſimoprimò quæro † procurator conſtitutus acceptat tantùm quò ad effectum ſubſtituendi:ſubſtitutus poſtquam plura egit in cauſa, & plures actus fecit deceſſit,vel a Rom.Cu.receſſit,an q̃ ſubſtituit validè moneri poſſit pro ſolutione regeſti? Pro præmiſſorum maiori declaratione ſuppono, ꝙ ſi quis abſens conſtituatur procurator cum poteſtate ſubſtituendi,ſi duntaxat ſubſtituere vult,nõ autẽ
2 intendit onus procuræ indiſtinctè acceptare, † & ipſe in cauſa citari poſſe,aduertat,ꝙ dũ ſubſtituere vult, hac cautela vtatur, videlicet,vt ſcribi faciat a notario cauſæ.Conſtitutus Cornelius Garaldinus habens notitiam de quodã mandato apud acta ſup tali cauſa (vt dicitur) ꝓducto, in quo aſſeritur ſe procuratorem ab N.principali conſtitutum eſſe cum poteſtate ſubſtituẽdi &c. acceptauit onus mandati huiuſmodi ad effectum ſubſtituendi duntaxat,& non aliàs,aliter,nec alio modo: & ex tũc ſubſtituit, & loco ſui poſuit &c.Vidi plures,qui produxerunt mandata cõſtitutionum huiuſmodi apud acta, & proteſtati ſunt non acce-
3 ptare,niſi ad effectum ſubſtituendi,ignorantes † per ſolam recep tionem inſtrumentorum,uel literarum,in quibus procuratores conſtituuntur,eos mandata acceptare,niſi ſtatim proteſtentur nolle acceptare,iuxta text.in clem.j.de procur.vnde monui inſtrumẽtum,& literas huiuſmodi per tertiam perſonam apud acta produci debere, ad hoc vt proteſtatio præmiſſa ſuffragari poſſit.Redeo ad principale quæſitum,& reſpondeo, quòd iuxta praxim Romanam,prout ſeruari vidi: & ab antiquis ita ſeruatũ fuiſſe audiui, pars affirmatiua comprobata fuit præmiſſa proteſtatione,ꝙ acceptabat ad effectum ſubſtituendi dumtaxat non obſtante.Ratio ſtili huiuſmodi ſuppoſito altero ſtilo de quo ſupra quæſt.18.num.5.ꝙ procurator in Rom.Cu.teneatur ad ſolutionem regeſti,& ad ſatisfaciendum notariis de eorum ſalariis, quòd ſi contrarium teneremus abſente,vel defuncto ſubſtituto prædicto,principaliq; abſente,id quod inductum fuit in fauorẽ notariorum,ne debitis ſolutionibus defraudarentur, illuſoriũ redderetur:quo fit,vt ille procurator cum dicta poteſtate ſubſtituendi conſtitutus,licèt proteſtatus fuiſſet,ꝙ acceptabat ad effectum dumtaxat ſubſtituẽdi: & propter huiuſmodi proteſtationem euaſerit alia onera procuratoribus incũbentia;hoc tamen

circa

Source : BIU Cujas

circa solutionem regestorum euitare non potuit, stante obitu, vel absentia substituti, seu principalis. Et in terminis nostris ita fuit decisum ut per Rot.23.de procura.aliàs 303.in no.vt etiam voluit Nico.Mil.in suo Reper.in ver.procurator constitutus ad causam.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium contra aliquos nominatos an cum processu subsistat.*
2 *Citandi nomen, & cognomen specificari debet.*
2 *In vim clausulæ. Quosdam alios, quatuor citari possunt.*
4 *Vigore clausulæ omnesq; alios, vltra quatuor citari possunt.*

QVAESTIO XXII.

1 VIgesimosecundò quæro† decernitur monitorium cõtra aliquos nõ nominatos, an illud, & processus illius vigore subsistant? Distinguendi sunt plures casus: primus sit, decernitur monitorium contra N. postea præ-
2 sentatur Titio, qui sẽm p̃ successiuè nominatim citatur,† & licèt nomen citandi, & cognomen certum esse debeat, argum.tex.in l.idem Pomponius.in fi.& in l.seq ff.de rei vindi.& ad tradi.per Maria.Socin de citatio.art.20.num.14.in 9. quæst. princ. tamen quia nesciebatur nomen, & cognomen, alio remedio vtẽdum erat, ad tex.in l.si in rem.j.ff.de rei vindi.vnde vĩ sufficere, q̃ nuncius, seu notarius in ipsa citationis relatione, vel præsentationis monitorij expresserit nomen, & cognomen citati, vel moniti: & sic subsequens declaratio sufficiat: tãto magis, quia iudicium (vt præmissi) factum fuit cum eodem Titio, qui monitus erat. Pro, & contra ponderari possunt. Rot.419.si impetretur, & Cassad.2.de do.& contu. Verior tamen vĩ præmissa opin. prout per præalleg. Mar. Socin. de citatio. art.5. post num.17. versi. si ergo citator vult plenè, & bene officio suo fungi dẽt sine alia inquisitione interrogationis citare *illos*, quos impetrator sibi dixerit nominandos, & postea versi. Nec fortè mireris secundum Inn. q̃ dictum sit, q̃ ad nutum impetratoris debent omnes citari, quos declarauerit &c. quæ tanto magis procederent, si ille Titius se defendebat, & in iudicio litigabat, argum. tex.in l.si in iudicis nomine.ff.de iudi.& per eundem Maria. Socin. de citatio. in d.art.20.nume.5.secundus casus erit, si decernitur monitoriũ contra N. Geraldinum, & postea fiat relatio per cursorem, q̃ monitorium præsentauit Cornelio Geraldino, eadem, & maiori ratione dicemus monitoriũ, & subsecuta subsistere: de agnomine enim, seu cognomine iam constat: quis verò sit ille N. postea declaratum fuit: vnde perinde censeri debet, ac si a principio nomen declaratum, vel expressum fuisset. ad ea, quę in simi. voluerunt Bal. consi 50. casus talis Vgnolus.in prin.lib.j. Anch. consil.127.ad dubia. Boe. contra Cassan. decis.274. an valeat. & Anto.Galles.ad for.came.quæst.2.par.2.& quæst.j.num.7.& seq. ad 5.par.obliga.camera. Tertius casus erit, si decernitur monitorium contra Cornelium Geraldinum, & N. & N. præsentat̃ monitorium eidem Cornelio Geraldino, ac Calphurnio, & Nicolao Mandosijs & contra omnes tres successiuè nominatim citatos validè proceditur. præalleg dec.419.aliàs 18.de do.& contu. & Cassa.dec.2.eo.tit.& ad alia supra adducta. Quartus casus poni potest, si monitorium decernatur contra Fatium picciolum, & quosdam alios, seu nonnullos alios nominandos. Et tunc di-
3 stinguere possumus,† q̃ aut postea quatuor vltra Fatium nominantur, & omnia subsistant; aut nominantur octo, vel decem; & tunc obstabit c.2.de rescr.lib.6. Pro quibus vide Maria.Socin. de citatio.art.5.num.63. Quintus, & vltimus sit, si apponat̃ clau-
4 sula† contra Fatium omnesque alios, tunc vltra quatuor citari poterunt: & cessabit dispositio dicti c.2.de resc.lib.6. quod non loquitur per verba vniuersalia. ut ibi ponderant Ioan.And.nume.3.& Gemini.post num.9. quos sequitur Maria.Socin. in alle. tracta. de citatio.art.5.post num.63.versi.secus si diceretur in literis. Verùm circa omnes præmissos casus potissimè consuetudo inspici debebit. Pro aliquibus ex præmissis videre poteris, quæ scripsi in 36.q.Regu.de Anna.

SVMMARIVM.

1 *An valide procedatur contra successorem in beneficio iiteris prouisionis non expeditis.*
2 *Successor ignorantiam prætendere potest.*

QVAESTIO XXIII.

1 VIgesimotertiò quæro† monetur successor in beneficio onerato, ut pensionem soluat: & literæ reseruationis pensionis sibi non intimantur, an validè contra sic monitum procedi possit? Pro opin. negatiua facit, q̃
2 † successor ignorantiam prætẽdere potest gestorum per decessorem, seu prædecessorem, puta an ille cõsenserit alicui pẽsioni: vel an illud quod petitur ex illius causa, vel facto debeatur, ad tex.in l.vlt.in fi.ff.pro suo.in l.qui in alterius.ff.de reg.iur.Bar.in l.non ab re.in fin.C.vnde vi. Pro opi.affirmatiua, quæ verior est, habemus decis. Cassad. 12. de rescrip. vide rationes, & iura, de quibus ibi. & quæ adduco in 4.Formula commis.in versi.prẽo minatos hæredes. Et ad contraria, quæ adduci possunt, respõde tu ex mente Cassad. ubi supra, & decis.secunda, sub tit.de pẽsio. ad fi.versi. Intimatio verò, quòd illa quandoque procederent, quando ageretur ad pœnam priuationis beneficii: seu ad incursum censurarum: non autem quando duntaxat ad solutionem pensionum decursarum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, vel successor absque noua noua monitione an excommunicari possit. Instantia transit ad hæredes.*
2 *Hæredis in personam pœnam committi.*
3 *Periurium incurrendi, ac iuramenti effectus an transeat in hæredes. Hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti.*
4 *Hæres eisdem iuribus astringitur, quibus eius author.*
5 *Hæres citandus stante statuto, quòd executio fiat contra hæredem.*

QVAESTIO XXIIII.

1 VIgesimoquartò quæro† an hæres, vel successor ex processu facto contra defunctũ monitum sine noua monitione excommunicari possit? Pro opin. affirmatiua adduci potest, q̃ instantia transeat in hæredem. l.eum hominem. ff. de fideius. l.si rem. 2. ff.de rei vendi.& per Alex.in l.si constante.§.si bona.ff.sol.matri. Magis autem ad rem dici po-
2 test, q̃† hæres, vel successor tenetur ex cõtractu defuncti, & pœna committitur in personam hæredis. l.vlt. de nauti. fœno. l.ad diem.ff.de verb. oblig. Et actiones competentes defuncto actiuæ, & passiuæ transeunt in hæredes: vt toto titu. C. vt actio. ab hęre. & contra hære. incip. & Insti. de inuti. stipu. §. post mortem. Secundò videmus iuramentum defuncti (iuxta opin. aliquorũ) quò ad effectus obseruantiæ contractus, excepto reatu periurij, afficere hęredes: ad hæredesq; trãsire tam actiuè, q̃ passiuè. Inn. in c.veritatis, de iureiur. Bald. in l.etiam. in fi.ff.eo. Et omnia iura tam ciuilia, quàm canonica interpretanda sint, q̃ vinculum iuramenti, & periurij liget tantum iurantem, & ipse contrauenies sit periurus, non alius. At effectus, & virtus iuramenti transeat etiam in hæredes: prout etiam concludunt Bart. in l.si quis p̃ eo. col.3.& ibi Pau.Castr.num.5.ff.de fideius. Bald. in authen. sacramenta puberum, col.vlt.C.si aduer.vendi.& ibi Saly. col.penul. Pau.Castr.nu.3.& Corn. nu.140. in repet. Bald. in l.vlt.nu.16. C. de pact.& in l.si quis.§.illud.C.de inof.test. Anto. de Bur. in cap. cum contingat, num.5.& Abb.nu.18.de iureiur. Cassa.dec.2.nume.10.eo.tit. Paris.consi.75.pro resolutione.nu.23. lib.2. Pau.Castren. in l.si grege.nu.5.ff.de leg. præsertim si defunctus, qui iurauit, promisit pro hæredibus. Et non minus hæres ciuiliter accusari poterit de incursa pœna, p̃p inobseruantiam eius, quòd defunctus iurauit, ex qua ipse, qui iurauit, accusari potuisset. Barto. in l.cum quis decedens.§.codicillis.nu.10.ff.de leg.3. Afflic.dec. Neapo.381. quædam Hyppolita. ad fi. Fed.de Sen. consil.267. per c.veritatis.de iureiur. And.de Isern. in const. eos, qui scienter, Capic.dec.Neap.75. Vel ẽt iuxta opin. aliorum effectum† etiã in-
3 currendi periurium transire ad hæredes, prout voluerunt Ang. de Perus. cõsi.326. in themate, ante nu.2.vers. Quia si tenor. Soc. cõsi.38. in causa, post prin. vers. Et si videatur, lib.3. Feli. in c.cum sit generale, col.6.de for.compe. Mar. Anto. Bauer. de Virtu. iuramen. post nu.62. consi.45. vers. sed si essemus in iuramento cõfirmatorio, vbi alios ad id citat. pro præmissis vide Fed.de Sen. consi.281. statuto cadetur. Bald. in aucten. sacramenta puberũ. ad fi.C.si aduer.vendi.& ibidem Paul. Castren. col.j. idem Paul. consi.77. visis, & consideratis, lib.2. Thom. Parpal. qui hoc seruari affirmat, in l.si quis maior. quæst. 5. in 3. casu. C. de transactio. Alex.consi.7.volum.6.col.2.& consi.26. in fi.vol.7. quod etiam inuenies inter consi. Soc.lib.j. post consi.78. vide etiam Cornel. consil.112.& consil.287.col.j.vol.4. Guid. Papæ singu.345. Iurm. non transit in hæredem, quò ad periculum animæ. & dec.414. incip. Iuramentum est quid personale. Anch.in alle.c.veritatis, de iureiur. Ias.consi.76.col.j.lib.j. Brun.consi.12.col.7. Cẽpo.consi. 36.col.3.& consi.66.col.7. Bartho.Cassen.consi.47. col.7. Felin. in c.cum sit generale, nume.9. de for.compe. Ruin. consi.195. col. pen. lib.j. Gramma.con. ciui.100. col.8. D.meum Phi.Deč. consi.639. Loffre.consi.23.col.2. Et opiniones hoc modo concordantur, q̃ contractus iuratus, & eius virtus, ac effectus transeant ad hæredes tam actiuè, q̃ passiuè: iuramentum enim in cõtractu appositum ipsum confirmat: & sicut cõtractus de sui natura est perpetuus, & transitorius ad hæredes, etiam de illis mentione non facta, est tex.clarus in l.si pactum. de proba. sic & virtus, & effectus iuramenti in eo appositi transit ad hęredes, & ꝫ hæredes, vt supra dixi. Et ratio præcipua, quare hæres teneatur seruare iuramentum a defuncto præstitum, illa adduci põt; quia hæres tenetur exonerare defuncti cõscientiam, & pro eo satisfacere. est tex.in c.vlt.de sepult. in c.literis, de rapto. in c.ecclesia. §.Item peccato Israelitarum. vers. veluti si quispiam, & ibi gl.in ver.conquisita.1.quæst.4. Quod etiam voluerunt Roma. cons.149. conclusionem, num.4. Abb.in c.cum sit generale. nu.22.de for. comp. Ruin.consi.20. num.2.vol.4. Socin.consi.203.capiendo, nu.2.lib.2. Curt.Iun.cõsil.181. præsupponitur, versus fin. D.meus

consi.

Source : BIU Cujas

consil.282.viso processu,nu.6.& consi.303.in casu, nu.6.Alcia. in l.2.§.& harum.nu.33.ff.de verb.oblig.Et ꝙ hæres teneatur ad interesse pro delicto defuncti etiam de iure canonico, singulariter voluerunt Bal.in l.j.col.vlt.vers.Tertio autem casu.C.ne ex deli.defun.& in l.furti actione.C.de furt.Bart.Ang.ac Pau.Cast. in l.postulante.in prin.per illum tex.ff.ad trebel. vbi ꝙ si statutū disponat,ꝙ instrumentum mittatur executioni contra debitorem in eo descriptum, possit etiam executio fieri p̄ eius hæredem,licèt non sit nominatus,prout etiam notat Iaſ. in l.si cui legetur.§.vlt.in 3.not.ff.de leg.j.& consi.217. communitas, col.2. lib.2.pulchrè Catel.Cott.in suis Memoria.in vers. Hæres censetur. Et generaliter dicimus, hæredem, † & successorem affici, astringi,& iuuari eisdem iuribus,& vinculis,quibus eius author, ad l.hæredem,quæ est 60.& l.in omnibus officijs,aliàs in ijs,quæ officij quæ est 135.§.nō debet.ff.de reg. iur. quod & voluit Aret. consi.36.casus talis est,num.3.vers.Secundo dico, & consi.112. considerans,col.2.vers.De successore.Socin.consi.82. sup quæstionibus.nu.3.lib.3.Immo hæres censetur eadem persona cum defuncto,vt dicit tex.in auctē.de iureiur.a mor.præsti. cir.prin. & declarat Bart.in l.2.§.j.col.2.ff.de præt. stipula. Hinc dixit Bal. in l.j.C.quo.lega.ꝙ nominato Titio,credatur etiam nominatus eius hæres. Ita ꝙ cessat p̄ hæredem illa excusatio. Tu non es nominatus in instrumento,quem *ibi* communiter sequuntur, & declarat Socin.*consil.141.lib.2.*ac D. meus consil.162. col.2.& Iaſ.consil.217.per totum.*lib.2.* An autem si in contractu ponatur dictio taxatiua duntaxat.solùm,& similis,transeat obligatio actiuè,& passiuè, pura. Ego tātùm, ego dumtaxat promitto tibi decem,*transeat ad* hæredes passiuè. Vel si Meuius dicat, promitto *tibi soli,tibi* tantùm. vel tibi duntaxat, obligatio transeat ad *hæredes* creditoris actiuè. Vide Bal.in l.vlt. C.de actio. emp.col. *vlt.*num.5.vbi etiam ꝙ illa dictio taxatiua censetur apposita ad excludendum extraneos,nō autem hæredes, per ea, quæ ibi adducit. Verùm magis communis opin.videtur in contrarium,ꝙ eo casu quo apposita sit dictio taxatiua, non transeat obligatio ad hæredes actiuè, vel passiuè: quia censetur esse pactum personale,argu.tex.*in* l.non solùm.§.tale.ff.de *libe.* lega. & in l.idem in duobus.§.j.ff.de pact.& voluerunt Bar.Ange.Pau.Castren.& cōmuniter alij in l.qui in futurum.ff.de pact. Alij etiam sequuntur hāc opin.quos citat,hanc magis communem affirmās Ant. Gomez.in tracta.varia.reso.titu.de quali.contract.nu.13.versic. Dubium tamē. Ex præmissis colligi videtur, ꝙ fortius hæres,vel successor ex processu iam cum illius authore fabricato absque noua monitione,censuris,& quib.vis aliis vijs vexari possit. Contrariam opin. & bene tenuit Rota dec. 337. nota ꝙ ex processu. in antiq.per text.in l.seruus. ff. de his,qui notan.infa. Et quia excommunicatio fertur in contumacem, ad ea, quæ adduxi super 2.formu.commiſ.in ver.non paritionis. At contumacia in hærede,vel successore cadere verisimiliter non potest. Et quia excōmunicatio in aliquem non citatum personaliter, seu non monitum fieri non potest,prout probabo infra quæst.26. poterit p̄ hæredem, vel successorem monitum, seu citatum procedi via mandati executiui, vel etiam via excommunicationis,& censurarum,iuxta theo. Anto.de But in c.licèt,quam Abb. ibi in fi.sequitur,de voto.Et ꝙ ex contumacia defuncti non excommunicetur hæres,voluerunt Are.& Alex.in l.grege legato.ff.de leg.j. & Hyero.Cagno.in l.hæredem.quæ est 60.nu.14. ff.de regu.iur. Quòd absque noua citatione,vel monitione hæres, vel successor excommunicari non possit habemus text. in c. a nobis.2. in fin.vbi hæres debitoris defuncti excommunicari possit monendus est,de senten.excom.Et voluit Bal.in l.per diuersas.in 10.q. C.manda.ꝙ si statutum disponat, executionem fieri debere p̄ hæredem,† hæres citari debeat,ad hoc vt constet ipsum esse hæredem,& talis contra quem executio, de qua loquitur statutū, fieri possit,sequuntur Feli.in c.quia G.nu.4.& D. meus colum.7. de iudi.Ruin.consi.152.col.2.& 5.vol.4.& consi.88.colum.3.ac consi.102.col.j.vol.5.& Boe.Dec.295.nume.15. Florentiæ adest statutum lib.2.rub.29.de hæredib.& hæreditate debitoris cōuenien pro quo videri poterunt Ange.consi.386. statuto Florent. Pau.Castren.in l.si seruum.§.vlt.in fi.ff.d acqui.hære. in l.q iure familiaritatis.ff.de acquir.pos.in l.j.C.de repu. hære. & consi.55. lib.j.in nou.Corn consi.91.col.4.vsque in fi.Socin. consi.60.colum.3.lib.j.& 113.vol.4.Nonnulla huc spectantia, ac ad rem nostram facientia inuenies apud Aug.Bero.eius quæst.familia.57. incip.statuto cauetur,vt contra debitores.Pro præmissorū corroboratione illud etiam adduci potest, ꝙ iuramentum adeo sit personale.c.veniens,de iureiuran. vt licèt iurans possit cogi ad factū,† iuxta glo.singu.in l.si pecuniam. ff. de condi. ob cau. tñ eius hæres † ad factum cogi non poterit, vt concludit Bald. in prælud.feud col.7.Nec hæres iurantis efficitur de foro ecclesię, vt notat Bald.in l.prima,versi.Extra quæro.C.de reb. credi.& in auctē.sacramenta puberum.C.si aduer. vendi. Amplio ut sicut iurm non transit in hæredes ita nec facultas iurandi † Bald. in l.secunda.C.de condi.indeb.Et pro declaratione huius ampliationis videndæ sunt quatuor ampliationes, quas ponit M.Ant. Bauer.in tractat.de virtu.iura.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta vigore monitorij an sit bona,& restituibilis.*
2 *Distinctione contrarietas tollitur.*

QVAESTIO XXV.

1 VIgesimoquintò q̄ro, † an monitorij vigore capta possessio sit bona, & restituibilis? Supponenda est extra. Pau. III. prohibens cum decreto irritanti possessionē capi via mandati, dic tu vel etiam monitorii, ut infra ostendam,per transumpta supplicationum,de qua extra. seu regula perpetuò valitura loquor in 4.q.31.Reg.num.13. Iuxta thema præmissum.Rota in Calaguritan. de la puebla coram Capizucca inter Petrum de Montoio, & Martinum Perez, in qua ego scripsi,distinguebat hoc modo,videlicet. Aut supplicatio, seu supplicationis transumptum inserta erat in monitorio, & quia tunc in loco beneficii datur possessio timore monitorij, & ordinarius verisimiliter credere potest, ꝙ propter illam insertionem debet tradi possessio,quo casu Regulæ, seu extraua.præ dictæ locus est,& consequenter possessio non fuisset bona. Aut quis possessionem capit cum monitorio,& postmodum habuit supplicationem;tamen quia iudex de partibus potuisset possessionem denegare cum sola supplicatione. Et sic non est eadem ratio:& hoc casu voluerunt Domini bonam esse possessionem captam,& restituibilem vigore supplicationis: neque esse infectam per decretum Regulæ, & propterea illa non obstante in præfata causa possessionem esse restituibilem decreuerunt.Hęc ferè ad literam descripta sunt in dec.Achil.3. de constitu. Et sic etiam Rota supponit extra.illam nō solum procedere in mandatis,sed etiam in monitoriis. Sed quomodo defendā alteram dec.quam posui in alle.quæst.4.Reg.31.nume.13.quæ vult,extra.
2 huiusmodi non habere locum in monitoriis. † Ad euitandam contrarietatem distinctione opus est. ad l.inter stipulantem.ff. de verb.oblig.Bar.in 1.const.C.nume.13. versi.Nota,ꝙ contrarietas.& per Curt.Iunio.consil. 147. contra ea.nume.quarto,& sexto.Distinguo igitur sic. Aut loquimur in monitorijs cū clausula, si quis senserit &c. quæ per comparitionem resoluitur in simplicem citationem: prout per Abb.in c.primo, post num.6. de cauſ.poſ.& proprie.& per Pariſ.conſi.113. monitorium ruti. in prin.vol.4.& procedant quę dixi in dicta quæstio.4.31.Regu. Aut loquimur in monitorijs absque illa clausula:& quæ monitoria per comparitionem non resoluuntur in simplicem citationem, & procedat Dec.Achil.præmissa.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium an personaliter intimari debeat.*
2 *Citatio personalis non requiritur in causis ciuilibus.*
3 *Excommunicandus personaliter citari debet.*
4 *Personalis citatio quando non requiratur.*

QVAESTIO XXVI.

1 VIgesimosextò quæro † an monitorium personalē intimationem,seu executionem requirat? Stante ęquiparatione citationis,& monitorij vt supra, videtur negatiuè respondendum † citatio enim personalis non ne-
2 cessariò in causis, præsertim ciuilibus requiritur. l.j.§.permittit. ff.de agno.libe.l.aut qui aliter.§.si fortè.ff.quod vi,aut clā.l.scire oportet.§.oportet.ff.de exc.tut.l.4.§.prætor. & ibi per omnes. ff. de dam.infe.c.causam, ante fin.ubi ꝙ etiam contra non personaliter citatum ad sententiam procedi potest, de dol. & contu. Ex sententia verò Inn.& Host.in c.ult.de eo,qui mitti.in possess. 3 cau.rei seruan.eliciunt omnes,ꝙ excommunicandus † personaliter citandus veniat propter grauitatem præiudicij, quod per excommunicationem infertur.Idem dixerunt Abb. col.vlt. ac Collecta.in d.c.vlt.de eo,qui mitti.in possess. Pau.Castr.in alleg. l.4.§.prætor ait.col.j.ff.de dam.infe.Præposi.in c.caueant,contra glo.ibi.3.q.9.And.Tiraq.de vt.retra.lib.j.§.9.Glo.2.nu.4. Felin. in c.cum sit Romana,nu.13.& seq.de appel.Bald.in l.vt pfectius. C.de anna.excep.col.2.& in l.in actionib.in lect.antiqua,in fi.ff. de in lit.iuran.Ioan.Fab.in §.vlt.Insti.de pœna teme.liti. Roma. consi.482.in casu.nu.ij.Rot.313.nota ꝙ lite.& 337.nota ꝙ ex processu.vers.Vnde an requā aliquis excōicetur oportet,ꝙ personaliter moneatur.in antiq.Cassad.dec.12.de rescr.& dec.2.de pen sio.Lanfran.de citatio.nu.16.vers.Vnde non omittes. Monitorium autem decernitur sub pœna excōicationis: ergo personaliter intimari debet.In Reperto.etiam Inquisito.in ver.citatio, notatur, ꝙ citatio personalis requiritur ad sententiam excommunicationis.Et generaliter, ꝙ qñ inferri potest magna iactura,& graue præiudiciū, non sufficiat citatio facta domi,vel aliàs non personalis,quo casu sic citatus dicitur fictus contumax: & ex tali citatione elicitur præsumpta scientia,non autem vera;& sic non sufficit:prout præter prædictos voluerunt Bar.in l.vlt.ff. de in inte.resti.Alex.in l.pleriq;,col.2.versi. Nota ex hac *lege*.ff. de in ius vocan.preceptor meus consi.34.nu.4.Phi. Fran.in c.cō certationi.ad fi.vers.Et p̄ hoc dicit Rota de appel. lib.6. Et dixit Ang.consi.186.in prin.ꝙ statutum loquens in contumace non

habet

habet locum in citato ad domum, nisi probetur ipsum habuisse veram scientiam: & respondet ad illud, ꝙ præsumatur à familia certificatus de citatione. Quid tenendum? Infinita pro vtraque parte adduci possent. Ego breuitati studens concluderē in omnibus casibus, in quibus citatio personalis quò ad causas ciuiles requiritur, personalem intimationem monitorij faciendā esse,
4 multo magis vbi petitur quem excōmunicari. † In quibusdam autē casibus, puta si quis malitiosè; se absentet, ne intimatio ad eum perueniat, & in aliquibus casibus infra dicendis ēt aliquo personaliter non monito potest ad excommunicationem, & monitorij redintegrationē procedi, de qua infra tractabimus. Et antequam ad distinctiones ipsas deueniam, ostendo, ꝙ etiam ex mente Rotæ quis non personaliter citatus excommunicari possit. Pro quo adduco in terminis Rot. Bellame. 188. incipien. Vt citatus excōicetur. Vbi ꝙ ad hoc vt citatus per edictum excō municari possit, vltra affixionem edicti in partibus vicinis, verisi milis notitia excōicandi de citatione hmōi probari debet. Ergo etiam ex mente Rotæ non procedit absolutè, ꝙ excōicationis ad fulminationem parte personaliter non citata peruenire non possit. Et ꝙ citatio personalis ꝯ excommunicandum fraudulen ter se absentantem, seu latitantē non requiratur, voluit Inno. & alii c. si aduersarius. de eo q mitti. in possess. cau. rei serua. sequun tur Ang. in l. vt perfectius. C. de anna. excep. & Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra. in ver. citationes, col. 4. versic. Vnde non omittas singulariss imam. de probat. Quantum verò ad dubium illud latissimum, & anceps attinet, an citatio domi, vel p̄ edictū facta sufficiat, an verò p̄sonalis citatio requiratur, verior, & magis communis opin est. Quòd aut quis personaliter reperiri potest. Aut nō. Primo casu requiratur personalis; secundo sufficiat executio facta domi: vel per edictum pro omnibus actibus iudiciariis iuxta distin. Bartol. & Paul. Castren. in l. 4. §. prætor. ff. de dam. infe. quam ibi Alex. num. 2. dicit magis communem: seqt̄ Abb. in alle. c. causam, nu. 5. de do. & contu. Mil. in Reper. in ver. citatio prima debet fieri personaliter. Lanfran. in præalleg. trac. de citatione, seu in repet. c. qñ contra. in ver. citatio. de probat. post num. 16. versi. Quod est verum, nisi iste se absentet fraudulenter, vt ad eum non perueniat citatio. Idem voluerunt Inno. & alii in alle. c. vlt. de eo qui mitti in pos. Matthe. Matthesi. not. 133. & Tiraq. in alleg. tracta. de vt. retra. lib. j. §. 9. Glo. 2. num. 7. & in præall. Repert. Inquisito. in ver. citatio. vers. Quod verum, nisi citandus se absentet. Pro quibus videantur ea, quæ scripsi in 71. quæst. Regu. de Anna. num. 5. & seq. Et in aliquibus casibus ibi, & in locis supra adductis contentis, puta si quis latitet, vel malitiosè, & fraudulēter se absentauerit, vel si propter aduersarij potentiam, vel iustum metum nemo ad illum citandum accedere audeat, seu monitorij qualitercūq; executi notitiam habere præsumatur, puto, ꝙ etiam siquis personaliter citatus non fuerit, excommunicari possit. Et ꝙ sufficiat monitorium, seu citationem peruenire ad citandi notitiam, habemus regulam eum qui certus. lib. 6. facit text. in clem. causam. de electio. in fi. vbi ꝙ citatio illegitima cum notitia subsecuta ita ligat, sicut citatio ab initio legitima. Roma. consi. 410. Hyppo. de Marsi. super rub. C. de probatio. num. 371. & singu. 259. Tiraq. vbi supra, num. 16. Et in terminis citationis malæ executæ, puta ad domum (vbi personaliter facienda erat) ꝙ sufficiat notitia malè citati concludit Felin. in c. cum sit Romana. col. 5. de appel. vbi etiam limitationem adducit, videlicet, ꝙ non requiratur citatio personalis, qñ agitur de reintrudēdo in eandem excommunicationem malè absolutum. Postremò, ꝙ etiam in sententia declaratoria quem incidisse in censuras, seu pœnas ipso facto requiratur citatio (licèt nonnulli ꝯrium affirmauerint) tenuit glo. in clem. presenti, in ver. constiterit, de censib. quam omnes sequuntur: vt dicit Soc. consi. 20. post nu. 16. Rip. in l. is cui bonis. nu. 27. ff. de verbo. obl. D. meus Phi. Dec. in c. reprehēsibilis, post nu. 2. de appel. Iul. Clar. sent. lib. 5. §. vlt. q. 31. nu. 3. versi. Item adde.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium prius executum an censeatur, quàm quem in Rota citatum ad excluſionem attentatorum.*
2 *Citans primò, præuenire dicitur.*
3 *Ordinaria via fauorabilior.*
4 *Citatio plenam cauſæ certitudinem continens plus operatur.*
5 *Delegatus maior, & dignior eſt quocunque ordinario.*
6 *Rota loquente cætera tribunalia obmuteſcunt.*

QVAESTIO XXVII.

VIgesimoseptimò quæro. Eadem die reperiebatur præsentata commissio, & citata pars coram Rotæ Audito re ad dicendum ꝯ commissionem: & quoddam moni torium executum ꝯ actorem pro parte rei corā Audi-
1 tore Cameræ super eadem re. † Quæritur, an monitorij executio huiusmodi sit attētata, & cuius horum tribunalium iurisdictio in casu proposito præualeat? Quò ad primum quæsitum, inueni in terminis dec. Crescen. in titu. de cau. possess. & propri. 100. aliàs 53. in qua cōtinetur, ꝙ in Casalen. beneficij corā Paulo Capizucca concluſum fuit pro non attentatis, ex quo non apparebat, quis horum actuum præcessisset. Et præsumēdum erat monitorium executum tempore licito, ne præsumeretur delictum, argu. tex. in tex. in l. meritò. ff. pro socio, & sic ante citationem executam, ad dicendū ꝯ commissionem, ad Rot. Bellame. 699. suppoſito, ꝙ causa, quæ est etiam in no. 469. per Felin. in c. super literis, ante num. 13. vers. Limita primò. de rescr. pro quib. etiam adduci potest tex. in l. item apud Labeonem. §. si commu nem. iun. glo. in ver. si cum iure. ff. de iniur. Bart. in l. non solùm. §. sed vt probari, nu. 3. ff. de no. oper. nun. & per eundem in l. gerit, col. 6 ff. de acquir. hære sic etiam dicimus, ꝙ actus ille præcedere præsumitur (quando sumus in dubio) qui præcedere debebat pro validitate actus. Alex. in l. 2. §. prius, colum. 2. vers. Quod vbi aliàs. ff. de vulga. & pupil. & consi. 112. vol. 5. Cassad. dec. 21. de præb. Felin. in c. pastoralis, col. 4. de rescr. Quoad secundum dubium, quòd Auditoris Cameræ iurisdictio prævaleat, probatur, ex quo (vt præmisi) præsumptio est, monitorium prius executū
2 fuisse. Vnde Auditor Cameræ † præuenit prius citando. c. gratū, & c. licèt. de offic. deleg. c. proposuisti, de for. compe. tracto sup 10. Formula commission. Audiat, qui prevenit. Secundò via mo
3 nitorij est † ordinaria, ergo fauorabilior, & magis attendenda, ad l. Seio. §. medico, & ibi per Bar. ff. de ann. lega. c. licet. de offi. ordi. Socin. in l. qui Romæ. §. Callimacus. col. 5. ff. de verb. obl. Et ꝙ sit firmior iurisdictio ordinarij, q̄ delegati, voluerūt Archid. in c. si quis episcopus. 2. q. 6. Alex. & communiter Doct. super rub ff. de offi. eius, cui manda. est iurisd. Tertiò monitorium, quod intima tur, specificat omnia, & certiorem reddit eum, cum præsentatur super omnibus, quæ ab ipso petuntur: non sic citatio ad dicendum ꝯ commissionem, quæ nec plenè, nec semiplenè instruit aduersarium, super quibus, quo iure, & qua causa conueniatur, seu in iudicium euocetur. Immo citatio huiusmodi non specifi
4 cat, quid ipsa commissio contineat, quo casu † minus attēditur, & minus operatur hæc citatio, q̄ illa, quæ plenam causæ certitudinem continet, præalle. dec. 469. suppoſito, ꝙ causa, præsertim in fin. in nouis. Bellam. 699. & Fel. in alle. c. super literis. nu. 13. in 1. limi. versi. Nisi appareat, ꝙ citatio plena p̄cesserit impetrationem. de rescrip. In contrarium autem facit, quia Auditor Rotę
5 est delegatus, † delegatus autem quilibet maior, digniorque est quocunq; ordinario. c. sanè. 2. de offic. deleg. glos. super rub. eod. tit. c. studuisti. de offic. leg. c. pastoralis. §. præterea, de offic. ordi. Angel. in l. aduersus. C. si aduer. rem iudi. Doc. super rub. de offic. deleg. super qua etiam ego scribo. Insuper Rotæ tribunal oībus
6 aliis, quæcūq; sint, præponi debet, † & ea loquente cætera sileāt, non secus ac (vt antiqui Gentiles asserebant) oraculo Delphico loquente cætera obmutuissent. Ad cōtraria responderi posset, & primò ad primum, ꝙ non obstet illa præsumptio; quia proce deret solum ad illum effectum excludendi delictum: & sic limitata causa limitatum debet producere effectum, vulga. l. ī agris. ff. de acqui. re. domi. l. cancellauerat. ff. de ijs, quæ in testa. delen. l. militis codicillis. §. j. ff. de mili. testa. Ad secundum de facultate ordinaria responderi potest, ꝙ adducta loquantur in terminis sat diuersis: & nunc tractamus, quæ potestas ordinarij, an delegati sit potentior, validior, & præstātior. In Rotæ Auditore vtraq; qualitas considerari potest, videlicet ꝙ dicatur ordinarius in co gnoscendo: & delegatus in pronunciando, ad glo. j. in cle. Auditor, de rescr. Ad tertium respondet Felin. in alle. c. *super literis*, post nu. 13. vers. sed primus casus non videtur procedere in citatione facta per cursorem in Rom. Cur. licèt dicta dec. etiam de illa expressè loquatur; quia ibi potest citatus (si vult) facilè habe re copiam commissionis, & ex cōtentis in ea se instruere. Tertia opi. excogitari, & sustineri posset, ut neutra harum executionū, monitorij, videlicet ac citationis, subsistat, propter dubium, seu incertitudinem, quæ illarum præcesserit, argu. text. in l. duo sunt Titij. ff. de testam. tute. l. si fuerit legatum relictum. & l. si quis de pluribus. ff. de reb. dub. & ad alia, quæ adduco in 4. q. 3. Regu. Can cel. nume. 2. cum pluribus sequen. Quid tenendum? Quid ego sentiam, aperiam super illa Regu. prohibente concedi mandata a iudicibus Roman. Cur. pro adipiscenda possessione beneficiorum ante literarum expeditionem, de qua loquor in 4. q. Reg. Quòd commissio in causa. nume. 13.

SVMMARIVM.

1 *Monito N. ad docendum ſe paruiſſe literis, ſi actor inſtet declarari locum eſſe regreſſui, an procuratori moniti danda ſit dilatio.*
2 *Pœna priuationis, vel caducitatis nō incurritur ante partis declarationem.*
3 *Penſionem ſolui inſtans caducitatem remiſiſſe videtur.*
4 *Dilatio conceditur propter ius notum.*

QVAESTIO XXVIII.

1 VIgesimooctauò quæro † monito N. ad docendum se paruisse literis Apostolicis, in quibus constituta erat pensio, & ob non solutionem cōcessus erat regressus, si postea solutione non probata actor petat declarari locum fuisse regressui ob non solutionem, & procurator moni ti petat dilationes ad partes ad consulendum eius principalem, an dilatio hmōi concedi debeat? Pro opin. affirmatiua ꝙsidero, quòd

Source : BIU Cujas

q̃ principalis intentio actoris vr̃ esse, vt assequatur pecunias p̃ pensionibus nō solutis sibi debitas: monitusq; ad alterum duorum tenetur: vel docere se soluisse: vel si non soluerit tempore debito, saltem dum interpellatur, etiam purgando moram, soluere, cum antequam pars aduersa declaret se pœnam consequi
2 velle: vel instare, seu profiteri aduersarium priuatum esse † pœna priuationis caducitatis, seu alia similis nondū dr̃i in cursa: put per oēs in l.2.C.de iu.emphyteu.& in c.potuit, de loc. Et faciūt, quæ voluit in simi.D.meus cons. 138 & diligenter.nu.6. Immò cum moneat aduersarium ad docendum se paruisse literis, quæ literæ illum obligant ad solutionem pēsionum, nihil aliud vel-
3 le vr̃, q̃ vt soluat, & cum instet pro solutione, † oēm caducitatē, & priuationis pœnā remittere vr̃. iuxta veriorē, & magis cōem opin. de qua per Ias. in alle. l.2 nu.224.ac 128.ver. Secundò quæro, & est pulchra quæstio, vbi alios refert. C.de iu.emphyte. Cas-
4 sad.dec.2.de loca.post nu.3 Si igitur † actor aliā viam, seu aliud ius, q̃ prius tentare visus esset, nunc tentat, procuratori ad desuper suum principalem consulendum, dilationem omnino cōcedendam fore dicimus: cū noua requiratur instructio: nec quis instructus venisse censeri debet, nisi respectu iuris, quod aduersarius intentauerat, ad Rot.320.licèt in causis.in nou.& Cassad. dec.2.de dilatio.nu.4. Contrarium in casu prædicto cōclusērūt Dñi de Rota in Toletan. Pension. coram Camillo. prout dec. Crescen.97.aliàs 9.sub tit.de dilatio.incip. Monitus ad docendum.rationem adducit, quæ est, q̃ in monitorio ad docendum de solutione veniebat regressus ob nō solutionem accessoriè, de quo monitus certioratus poterat procuratorem mittere ad se defendendum.

SVMMARIVM.

1 *Monitus pro solutione mille, in quingentis debitor, an totum negare possit.*
2 *Positio in parte falsa, an tota negari possit.*

QVAESTIO XXIX.

1 VIgesimononò quæro, † monitus vt soluat mille, si in quingētis tm̃ sit debitor, an citra calumniam totum negare possit? Pro affirmatiua adduco tex.in l.qui solidum.in fi.prin.à contrario sensu, & ibi Bar. Imo.& Saly.ff.de leg.2.in l.properandum.§.fin autem alterutra.vbi etiā Ias.nu.12.C.de iudi.Spec.in tit.de lit.conte.§.2.ver.*Si autem* copulatiuè gl.in c.2.in ver rōnabili cā. ver. vel poterit *simpliciter* positionē negare.& ibidem Gemini.col.3.ver. Ibi *sigillatim*. de confes.lib.6.gl.in c.præsentium.in ver.*sigillatim*.de testib. eo.li. 6.Bal.in l.2.§.quæ obseruari.col.5.versi.Sed quid si positio.C.de iura calum.& in l ea quæ, q 9.C.de condi.indeb. Idem Bal. in c. dudum 2.nu.30 ver.Quęro pone.de elec. Alber.in l.quod sępe. in §. *veneni*, vbi dicit ita obtinuisse.ff.de ꝑh.emp. practi. Papiē. in forma position.actoris.in gl.ponens. D.meus Phi.Dec.in l.nō ꝑt.col.2.ver. Et ideo.vbi hanc veriorē dicit.ff.de reg. iur. vbi videatur.ēt Hiero.Cagno. qui alios citat nu.4.& seq. Are. in l. præterea.in 2.no ff.manda. Ang. Aret. in §. si quis agēs, post nu.17. ver. Quid si actor plus petit. Insti. de actio. Alex.cōs.183.viso pū cto qōnis. col.2.ver. Præterea ēt considero, q̃ dicta positio.vol. 5.Lanfran.in repe.c.qm̃ contra.in ver.rm̃siones in 9.reg.de ꝑb. Io.Crot.in repe.l.j.§.Si stipulanti.post nu.5. ver. Contrariam tm̃ opi. vbi rm̃det rationi in ꝺrium adductæ per Imo. dicens, q̃ qui *ponit mutuasse* centum, censetur affirmare, q̃ illam quātitatē, & non *minorem* ipse mutuauit. Idem voluit Alcia.ibidem nu. 48.hanc magis cōem affirmans.ff.de ver.obli. Pro negatiua cōcludunt Cyn. Bar. Alex. Aret. Ias.& alii, hanc cōem, & cōiorem testantes in alleg.l.j..§.si stipulanti.ff.de ver.obl. Bar. in l.si is qui ducenta.§.vtrū.col.vlt.ver. Venio ad ver. perinde.ff de reb.dub. Io.And.in c.præsentiū.col.6.vers. in gl.quia positio.de testib.li. 6.Bal.in l.j.col.2.& seq.in 6.& 7.q.C.de ꝓf. Et.dixit Bal.in l.j. col. 9.C.de fur. q̃ negans contractum, perdit illius beneficiū. Abb. in c.j.nu 15.de plus petitio. Ant.de But.in c.j.col.pe. ver. Sed est dubium, vbi hanc cōem affirmat.de lit.ꝓte. & alii relati in apostil. ad Dec.in alle.l.non pōt.in ver.in totum.ff.de reg. iur. Idem concludit post Ant.de But.& Imo.Feli. in c.cōcupiscentiā. col. vlt.de consti. Et ratio adducitur, quæ est, q̃ admitti debeat pars vera, petens enim torum non vr̃ excludere partem. Et idem voluit concludēs subditos denegare posse charitatiuum subsidiū episcopo, solum in eo, in quo excedit taxam. Belēci. de charita. subsi.q.46 Et Doct. vbi supra adducūt diuersas cautelas, & Aduocatorum practicas. Ego opi. prœceptoris mei pro affirmatiua in praxi quoad propositum quæsitum seruari vidi, & in dies, & passim similia monitoria simpliciter negantur. In curia verò capitolina, & alibi extra Rom.cu.rm̃detur libello, monitorio, vel prœcepto hoc modo, videlicet. Negauit narrata prout narrant̃, vera fuisse, & esse. In rm̃sione verò positionibus, si contineāt vera, & falsa, tam Romæ q̃ alibi dr̃. Non credit vt ponit ut. Aduertendum tm̃ est, q̃ dictum Bar. d cōis opi. vr̃ potissimè fundari in illis tribus glossis.c.2.de cōfes.lib.6.& in c. præsentium. de testi. eo.lib. Aret.in l.j.§.si stipulanti.ff.de verb.oblig.col.4.vers. Et ēt hoc potest inferri, dicit illas gl. videri velle oppositum, q̃ rōne partis falsæ totum possit negari. Postea idem Aret. dum subdit illud exemplum, pono, q̃ possedi per annos, & tu negasti positionem, possim postea ponere, q̃ possedi decem annis, & tu rm̃dere tenearis, concludit ipse cum Io. de Imo. pro negatiua, q̃ nō tenearis rm̃dere. Successiuè idem Are. negat illud assumptū, seu suppositum, q̃ qui interrogat super toto, videatur interrogare super qualibet eius parte. citans tex. in l. non alienū. In prin. ff.de interrog.act. vbi q̃ qui vult sibi rm̃deri de parte, debeat interrogare de toto, & de parte ipsius: & hoc facto ille, qui negat simpliciter, vr̃ negare totum, & partem. Ipse tandem Aret. vbi supra fatetur magis cōem opin. esse cū Bar. Corroboro opinionem meam contra Bar. in qua ego resideo, per ea, quæ adducit Hyppo.de Marsi. super rub.ff.de fideiusso.nu.339. ver. fallit nisi ab ipso fideiussore petatur plus debito: vbi ponit regulam generalem, q̃ licitum sit negare totum p̃ partem plus debito petitam, pro quo etiam citat illas duas gl. de quibus supra, & plures hanc opinionem tenentes recensēt idem Marsy. affirmans hāc esse communem opin. Tu autem hanc teneas, vel tanquam hodie magis communem, & in praxi, ac in iudiciis receptam, & tanquam æquiorem, & rationi consonam.

SVMMARIVM.

1 *Contra alterum ex monitis sub pœnis &c. non reproducentem testes suspectos qualiter, & ad quos actus procedendum sit.*
Testes ad concordiam reducendi.
2 *Instrumentum suspectum de falso quis reproducere tenetur.*
3 *Testes suspectos de falso quis reproducere tenetur.*
4 *Sub pœna amissionis causæ, & priuationis, verba quid operentur.*

QVAESTIO XXX.

1 TRigesimò quæro † monentur partes litigantes inñante fisco, in causa ciuili pendente interesse hñte, q̃ debeāt intra tot dies reproduxisse testes suspectos de falso, sub pœna amissionis causæ, priuationis iurium, & aliis: vna parte reproducente, & altera non, qualiter, & ad quos actus procedendum sit? Rñdeo, q̃ antequam deueniatur ad decretū huiusmodi monitorii officiū iudicis est bene perscrutari, & oculis (vt aiunt) linceis discernere, ac diligentissimè perquirere, an testes, qui videantur inter se discordes, vel sibi ipsis non constare, seu contrarii, possint ad concordiam reduci, vt dixi Bal. per illum tex.in l.item videndum.ff.de peti. hæredi. ac in §. quibus, in j.const.C.& de pace Constan.in ver.die Lunę, & Bar.in l.Gallus.§.ille casus.ff.de libe. & posthu. quam concordiam iudex oī conatu quęrere debet, ac omni subtilitate: etiam per impropriā verborum significationem, subauditionem, extensionem, geminationem actuum, & per plures alios modos, de quibus per Roma in l.j.in j.lect.col.4.& in 2.lect.ff.si cer.peta.per eundem. in l.j.col.2.ff.de no.ope.nun. Feli in proc. Decret.in ver. Rex pacificus, col.2.& seq.& cōem regulā esse dixit D.meus Phil. Dec. consi.105.nu.2. sufficere conuenire testes in facto principali. Et licet essent contrarii in quibusdam accessoriis non refert. Bald. in l.eos, col.2.ff.de fals.& in l.j.versus fin.C.de transactio. Ange. cons.248.ex themate, col.7.Spec.in titu.de testib.§.7.vers. Item q̃ de suo. Immo etiam in facto principali modica falsitas, seu contrarietas non curatur secundùm Ant.de But.in c.2.de regula. Refert Alex.consi.5.in causa inquisitionis, lib. j. Verùm si te-
2 stes concordari non possunt, concludo, q̃ † sicut quis tenetur reproducere instrumentum suspectum de falso.l.vlt.C.de fi.in-
3 stru. & per infra modo citandos, ita † etiam testes suspectos de falso. Bal. post Nic.de Mattharel.in d.l.vlt. quod dictum pro nota.refert, & sequitur Fel.in c.per tuas, post nu.6.ver. Vltimò post
4 alios adde.de testi. Illa † autem verba, sub pœna amissionis causę & priuationis iurium, operantur, q̃ contrafaciens, seu non implens, quę sibi mandantur, causam amittat, & priuandus veniat suis iuribus.ad c.j.& ibi Abb.de loca c.vni & ibi gl. communiter comprobata.de sagitta c.vni.de eo, qui ordi.furti fusce. Seruatis igitur quatuor terminis. Ad docēdum, se repræsentasse testes, ac paruisse monitorio, de stilo seruari solitis, ad declaratoriam amissionis causæ & priuationis iuriū deuenietur, quæ declaratoria in similibus necessaria est.c.cum secundùm.cir.fi.de hære.lib.6.ubi etiam Gemini.& Ant. de But.in c. cum causam. col.pe. uersi. Quæro quid si.de iura.calum. Feli.in c.Rodulphus, uersi. sed declaratoria sententia requiritur. & in c. causam quæ in j.limi.de rescri.

SVMMARIVM.

1 *Monitorij ad redintegrationem quando, & qualiter deueniatur.*
2 *Pragmatici Romani formulas norunt, illarum autē causas, originem, principia ac rationes ignorant.*
3 *Contumacia in non parendo, vel non comparendo, & nu.5.*
4 *Contumax absque noua citatione mulctari non debet.*
6 *Terminus trium dierum quare in monitorio apponatur.*
7 *Excommunicationis sententiam præcedere debet trina monitio.*
8 *Triduum terminus competens, eorū, quæ incōtinenti fieri, vel probari debēt.*
9 *Nisi infra tres, clausula.*
10 *Nisi quot modis sumatur.*
11 *Nisi, conditionem facit suspensiuam, in sententia, seu præcepto iudicis.*
12 *Redintegrare monitorium quid sit.*
13 *Redintegrare potius, quàm reintegrare.*

Source : BIU Cujas

Quintil. Mandosij. De Monitorijs.

QVAESTIO XXXI.

1 TRigesimoprimò quæro † qñ,& qũo deueniatur ad monitorij redintegrationem,& quid sit,& quid operet redintegratio hmõi? Hic plura circa praxim Romanæ curiæ tangã,quæ,& nonnulla ex p̃missis, præsertim qua rõne instituta sint,plerisq; pragmaticis Romanis incognita hactenus(vt puto)fuerunt:quibus illud Philosophi ad fi.6.lib.Eth. quenit.Arq; vt rubusto(inquit) sit in corpore sine oculis se mouẽte,errat enim vehementer, ex eo,quia non habet visum &c.
2 sic ẽt † pragmatici isti obseruationes, & formulas norunt, illarum aũt causas,origines, principia,ac rõnes ignorãt. Supponẽ-
3 dum est imprimis stilus procedẽdi via monitorii † Illo eñ exe cutio,si monitus infra terminum præfixum sibi, nõ paruit monitorio,vel non comparet; proceditur contra eum vt cõtumacem.Et licèt dubium sit apud Doct † an contumax absq; noua
4 citatione mulctari possit:verior tñ opi.est,q̃ noua citatio requiratur,ad tex.in l.2. ibi, Ex cã à competẽti iudice mulcta pro iurisdictione iudicis damnabitur,& ibi per Bar.in j.lect.nu.17.ff.si quis in ius voca.non ier.per Doct.in l.2.ff. si quis ius dicen. non obtempe.per Maria.Soci.in c.veniens,nu.9.in vlt. no. de accus. & per oẽs canoni.in c.j.de iudi.præsertim per Are.nu.61.& Rip. nu.80.in 2.conclu.vbi hanc cõem opi.dicunt. Iuxta hanc opin. Romanus stilus habet,vt contumax denuo citetur, & non tñ semel,sed & pluries,vt infra ostendam, ea potissimum ratione, q̃ non solum agamus de mulcta, seu pœna contra cõtumacem: sed & de fulminandis ecclesiasticis cẽsuris,ẽt hodie in subsidiũ. Ad quarum censurarũ fulminationẽ non nisi ex magna cã deueniendũ est.c.sacro.de sen.excom.& per Doct.in d.c.j. de iudi. Monitus Romæ quatenus infra tres dies debeat satisfecisse Mẽuio de aliqua pecuniarum summa, post illos tres dies citabitur ad videndum decerni mandatum executiuum (& si in subsidiũ hodie)ad videndum se excõicari, quia non paruit monitorio. Actorq; monitorio reproducto mandatum executiuum contra contamacem obtinebit,vel in subsidium,eundem cõtumacem excõicari faciet nisi ad primam diẽ, vel nisi infra tres dies, & regulariter cum intimatione. Excõicari etiam, q̃ quis possit pp contumaciam,probaui in prima formula cõmission.in ver.
5 Non partionis. † Cõtumacia autem pp quam sic monitus excõicatur duobus modis considerari põt: vel quia cõtumacia sit in non comparendo,vt in c.q̃m frequenter.ad fi.vt li. non cõte. ver.Vel in contumacem est ecclesiastica sñia ferenda. c. ex par. j ibi,Ad intelligendam,de verb.sig.c.venerabilibus.§.porrò. de sen.excom.lib.6.& per Rip.in alle.c.j.de iud.nu.29.in j.Amplia. Vel quia contumacia sit in non parendo, vel contraueniendo præcepto facta d.c.ex parte ibi, Quia videlicet iussus noluit maleficium emendare.c.excellẽtissimus.ad fi.11.q.3.& per Rip.vbi supra.Et q̃ quælibet contumacia non solum in non parẽdo,sed & in non comparendo digna sit excõicatione, cõcludit gl. pe. in ver.duo sunt.96.dist.& notatur in c.accedens,vt li. non con-
6 te.† Quare autẽ in monitorio,quod Romæ executioni demandatur indifferenter apponi soleat terminus trium dierum,rñde-
7 rent aliqui, q̃ ea rõne fiat, † quia excõicationis sñiam præcedere debeat trina monitio,vel vna pro oĩbus, quod probare possumus arg.tex.in l.ad peremptorium.cum pluribus sequẽ. ff. de iudi.& in l.consentaneum.C.quomo & quan. iud. in c.de illicita.§.de conuentione.24.q.3. & in propriis terminis est tex. in c. sacro.iun.declaratione gl.in ver.competenti. de sen. excom. in c.statuimus.iun.gl.in ver.monitionem,& in c.constitutionem. vbi etiã pulchra gl.in ver.vna pro oĩbus.eo.tit.lib. 6. vide Abb. in sua praxi c.12.nu.4. ver. Et debet monitio habere tẽporis interualla competentia. Vide etiam supra q.j. nu. 17. Et ibi dictis addo,q̃ licèt excõicationẽ præcedere debeat monitio,seu citatio,sine illis tñ lata subsistere videtur,& valida esse.cap.sacro.& ibi gl.& Doct.de senten.excom.Io.And. in c.qua fronte. de appel.Augu.Bero.consi.50.Francisca mulier,nu.61.versi.similiter
2 interpellet,niſi accedat etiam † iuſſus ipſius iudicis.Innoc. in c. prout.de dolo & contu.in præallega c.j.in princ.cum ibi nota. per glo.de confeſ.lib.6.per Bald in l.fi.§.ꝙ ſi actor.C.de iura.calum per Fran.Curt. in tracta.poſitio.& interrogatio.vbi etiam ſubdit nonnullas limitationes,ac per Augu. Bero.q.78.incipiẽ. Interrogatus,in princ. Modò ad praxim deuenio, & primò dico,poſſe procedi via monitorij, ſeu præcepti, & ſic iudex corã quo productæ ſunt poſitiones monebit partem, contra quam poſitiones productæ fuerunt, vt illis reſpondeat infra biduum, vel infra tres, alioqui illæ pro confeſſis,ſeu confeſſatis habeantᷣ, quo termino lapſo pro talibus habebũtur,per tex.in c.2.de cõfeſ.lib.6 & ibi gl.in ver.pro confeſſis,poſt medium dicit, ꝙ hodie ipſo iure,quod etiam affirmat ibidem Gemini. Non negauerim tamẽ,quin alia via quàm monitorij ad idẽ, ad eundẽq; effectum procedi poſſit,videlicet per viam citationis, vel monitionis iudicis oretenus factæ vt quis poſitionib. reſpondeat, cum commination e, ꝙ ſi infra tempus ſibi aſſignatũ nõ reſpõdeat,illæ pro confeſſis,ſeu confeſſatis habebuntur.Et in iſtis terminis loquitur,& ſic intelligi debet Rober.Maran.de ordi.iud. par.6.ſub tit.de cõtu.nu.18.verſ.octaua pœna eſt. Alio etiã modo,& aliàs mulctando,coercendo, vel grauando procedi poterit,& per iudicem eccleſiaſticum excommunicando, niſi quis reſpondeat.Hodie formula monitorij, vt quis poſitionib.reſpõ
3 deat,ſimilis huic eſſe † ſolet,videlicet,De mandato &c.& ad inſtantiam Meuij moneatur Titius ex aduerſo principalis,quatenus infra triduum proximum ſub 200. duc. au. pœna locis pijs per nos eligendis applicanda, ac pro illa mãdatum executiuũ, & in iuris ſubſidium, & quatenus opus erit excommunicationis poſitionib.& articulis in actis infraſcripti notarij datis, medio iuramento per verbum credit,vel non credit, ſingulariter ſingulis ſufficienter reſpõdiſſe. Et ſi in præmiſſis ſenſerit ſe grauatum,compareat & c. Expedit (mea quidem ſententia) † vt
4 inſtetur per Iudicem pronunciari illum,qui non reſpondit, haberi ꝓ confeſſo,ſeu poſitiones ipſas pro confeſſis haberi,ad hoc ne diſputationi locus remaneat,an mora non reſpõdentis purgari poſſit,ad ea,quæ tractant Cyn.in l.2.§.ꝙ ſi actor.C.de iura. calum.Bal.in c.3.de mili.vaſal.qui contum. eſt Ange. & Imol. in *l. ſi inſulam.ff.* de verborum oblig.& ibi Alexand poſt alios, num.36.ibi, niſi iudex pronunciaſſet eum haberi pro confeſſo.

SVMMARIVM.

1 *Monitoriarum formula.*
2 *Excommunicari quis debet ex re non vulgari.*
3 *Monitoriæ ab epiſcopis concedi ſolitæ.*
4 *Reuelatio delinquentis parte inſtante an fieri debeat.*
5 *Furem reuelare quando quis teneatur de iure canonico.*
6 *Officio nobili procedere dicitur iudex, licèt pars accuſet.*

QVAESTIO XLVII.

1 QVadrageſimoſeptimò quæro † quæ ſit formula monitoriarum,de quibus loquutus ſum ſupra q.j. nu. 12. ad quid inuentæ ſint,& qualiter in illis procedatur? Circa primũ reſpõdeo,ꝙ plures formulæ dari poſſent, hæc tñ quam ſubiiciã frequentior,& vberior mihi viſa fuit ſub ijs verbis. Alexander Riarius & c. Venerabilib.& circumſpectis viris Vicarijs, ſeu officialib.&c.ac vniuerſis, & ſingulis parochialium eccleſiarum rectoribus,capellanis,curatis,& non curatis ciuitatum &c.necnõ conuentuum fratrum Prædicatorum, Minorũ, Auguſtinẽ. & Carmelitarum prioribus,& guardianis, ac fratribus per prædictas ciuitates,& earum diœceſes,& aliàs ubilibet conſtituris, & eorũ cuilibet inſolidũ,ac illi,vel illis ad quem, vel ad quos p̃ſentes noſtræ literæ peruenerint,ſalutẽ in Domino, & præſentibus fidem indubiam adhibere. Noueritis, ꝙ nuper pro parte nobilis viri N.inſtanter requiſiti diſcretioni veſtræ, & cuilibet veſtrũ tenore præſentiũ cõmittimus, & ſub excõicationis pœna,quã canonica monitione præmiſſa in vos,& veſtrum quemlibet ferimus in ijs ſcriptis,niſi feceritis, quæ mandamus, diſtrictè præcipientes,,quatenus receptis præſentib. vos, & quicunq; veſtrum,qui ſuper hoc fuerit requiſitus per uos,vel alium,ſeu alios ex parte noſtra vos Dñi vicarij,& officiales dum cauſarum audientias tenebitis,vosq; priores,guardiani, & fratres ī veſtris ſermonibus publicis, dum verbum Dei fideli populo ibidem aſtanti prædicabitis,ac vos rectores,cappellani curati,& nõ curati in veſtris eccleſijs, dum miſſarum celebrabũtur ſolemnia, & fidelium populus ibidem conuenerit ad diuina officia audiẽdum,moneatis primò,ſecundò,tertiò,& peremptoriè publicè, alta,& intelligibili voce oẽs,& ſingulas perſonas vtriuſq; ſexus exemptas,& non exemptas,cuiuſcũq; dignitatis,ſtatus, gradus, ordinis,vel conditionis exiſtant,quas,& earum quamlibet nos etiam tenore præſentium monemus eisq; nihilominus in virtute ſanctæ obedientiæ,& ſub excommunicationis pœna, quã canonica monitione præmiſſa in eas, & earum quamlibet ex nunc ferimus in ijs ſcriptis:niſi mãdatis,& monitionib. noſtris huiuſmodi paruerint cum effectu diſtrictè præcipimus,,& mãdamus,quib.& eorum cuilibet vos etiã præcipiatis, & mãdetis eiſdem,quatenus ſi ſit earum aliqua,quæ clã,furtiuè, latẽter, occultè,indebitè,& iniuſtè habuerit,receperit,leuauerit, occultauerit,occupauerit, retinuerit, & ſibi indebitè appropriauerit quouis quæſito colore,aut titulo:aut ſciat habẽtes, detinentes, occultantes,celantes,vſurpantes,rapientes, ſibi indebitè appropriantes aliqua de bonis mobilib. & immobilib. dicti N. ſicuti aurum,argentum monetatũ, & nõ monetatum cuiuſcunque formę,pateras,ſciphos,cochlearia,virgas,anulos auri,& alia quęcunque vaſa aurea,argentea,ærea,ſtãnea,perlas, lapides pretioſos,literas,chartas,cedulas,inſtrumenta publica,teſtamenta,legata relicta,donationes,protocolla, obligationes, quitantias, contractus,recognitiones,libros rationũ, reddituum, cenſuũ, & aliorum debitorum,ac aliàs ſcripturas tam publicas, quàm priuatas lectos, culcitras,linteamina,mappas &c. veſtimenta, pannos lineos,& laneos,& alia corporis veſtimenta, & quæcũque domus vtẽſilia,vina,vaſa,frumentũ,legumina &c. domos, vineas &c,boues,equos &c.& alia quæcunq; animalia,& bona ad dictum N.ſpectantia, & pertinentia tum rõne perſonæ ſuæ, & ſucceſſionis hæreditariæ &c.in quibuſcunq; locis,ſeu reb.cõſiſtãt,aut ſciant,ſeu ſciat aliquem, vel aliquos dicta bona,vel ex ipſis aliqua habuiſſe,vel habere detinere,occupare,& ſibi indebitè appropriare &c.ipſæ p̃ſonæ,quas prorſus ignorat,dicta bona,aut ex ipſis aliqua habentes,detinentes, occupantes, & ſibi indebitè appropriantes reddant,reſtituant realiter, & cum effectu infra 10.dierũ ſpacium a die monitionis ſic factæ in antea proximè computandorum, ſeu poſtquam huiuſmodi monitio ad ipſorum notitiam deuenerit &c ſcientes verò dicta bona,aut ex ipſis aliqua habentes,detinentes,occupantes,vſurpãtes,& ſibi indebitè appropriantes,reuelent, & ſignificẽt eidem N.aut alicui alteri perſonæ idoneæ,& fideli,per quam, ſeu mediãte qua poſſit eidẽ N.fieri reſtitutio, ſeu condigna ſatisfactio de bonis,& rebus ſupradictis:aut aliter conueniant,& concordent amicabiliter cum eodem.Aliòqui lapſo dictæ monitionis termino oẽs,& ſingulas p̃ſonas ſic monitas dicta bona, aut ex ipſis aliqua habentes,detinentes,occupantes, & non reſtituentes,ſcientesq;,& nõ reuelantes,quas, & earũ quamlibet ob hãc cauſam in ijs ſcriptis excõicamus,vosq; tandiu in veſtris eccleſijs ſingulis dieb.dominicis,& feſtiuis dũ miſſarum celebrantur ſolemnia,& fidelium populus ibidem conuenerit ad diuina officia audiendum,pulſatis cãpanis,candelis accenſis, & demum extinctis,& in terram proiectis ſic excommunicatos ob dictam cauſam publicè nuncietis,ſeu nunciare faciatis, donec aliud a nobis,vel ſuperiori noſtro ſuper hoc habueritis in mandatis.Et ſi huiuſmodi excõicationis ſententiam poſt denunciationem huiuſmodi per vos,ſeu alterum veſtrũm ſic factam,per 15.dies animis (quod abſit) ſuſtinuerint induratis, nec de præmiſſis ſatisfacere,& ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ redire curauerint.Nos tunc attendentes,ꝙ eorum creſcente cõtumacia, & inobedientia, meritò creſcere debeat & pœna, in ipſas omnes,& ſingulas perſonas prædictas ſic excõicatas, & denunciatas ſententiam ipſam excommunicationis ex nũc, prout ex tunc duximus aggrauãdã,& tenore præſentiũ aggrauamus&c. Præmiſſæ formulæ hucuſque locus fuit, quid autem futurũ ſit ſtante nouiſſimo Concilio Tridentino,meum non eſt decidere,Conciliũ inquã Tridentinũ in Decre Refor.ſeſſio.25.c.3 ſic loquit.Quapp excõicationes illæ, quæ monitionib. p̃miſſis ad finẽ reuelationis (vt aiũt) aut ꝓ deperditis,ſeu ſubtractis rebus ferri ſolẽt a nemine prorſus,p̃terquã ab epiſcopo decernant,&
2 tũc nõ aliàs, quã † ex re non vulgari,cauſaq; diligenter, & magna maturitate p epiſcopũ examinata &c.Hęc verba. Et re non vulgari,cãq; cognita &c.cũ iure antiquo maximã cõformitatẽ habent,iuxta tex.in c.epiſcopi ſi ſacerdotali.in c. nemo epiſcoporũ,& c.ſeq.11.q.3.in c.ſacro.de ſent. excõ. Monitoriæ † quæ
3 ab epiſcopis ſuper præmiſſis conceduntur, breuiores eſſe conſueuere,eiuſdẽ tamen ſubſtantiæ,& effectus:ſciendũ eſt, ꝙ epiſcopus, ſeu eius vicarius cuicũque petẽti has monitarias gñales contra detinentes res ſuas,vel ſcientes quis eas obtineat, ut niſi

Source : BIU Cujas

reſtituant, uel reuelent infra certum tempus excommunicati ſint, concedere poreſt.gloſ.Barto.& Alexand. in Apoſtil. ad ipſum.Barto.Ange.Alber. Saly.Paul.Caſtren.& Floria.in l.ciuile eſt.C.de furt.Bald.in c.ſi ſacerdos.verſ. Item ſi aliquis fecit furtum.ff.de offi.ordi.Are in c nouit.col.pen.ver. Circa vltimum. de iudi.Rot.444. quæ incipit extra Rotam. in not.gloſ. in uerſ. præmoniti,iun.tradi.ibi per Anch.Cardin.& Imo.de iud.Ioan. de Ligna.in tracta.de cenſu.eccleſi.§.reſtat videre ex quibus cauſis.verſ.12.& §.ſeq.ver.21. Ex præmiſſis,& infra dicendis patebit ſolutio ad quæſita ſupra in prin.In principio præmiſſæ formulę dictum fuit.Pro parte N,hinc videtur oriri maxima contentio inter legiſtas in alleg.l.ciuile.C.de furt.& in l.3.§.ſi tibi.ff.de cōdi.ob tur.cau.& canoniſtas in c.qui cum fure.de furt.& alijs in
4 locis:videntur enim legiſtæ cōmuniter concludere,quòd † reuelatio delinquentis ad inſtantiam partis fieri non debeat, ſed ad inſtantiam iudicis ex officio,faciendo inquiſitionem generalem vt purget prouinciam ſuam malis hominibus.ad l. cōgruit. ff.de offic.præſi.qui legiſtæ etiam affirmant,etiam de iure canonico,quem non teneri inſtante parte furem indicare.Hinc Ange.& Floria.in d.§.ſi tibi inditium.Idem Ang.in l.qui uas.§.qui ex voluntate.ff.de furt.Ioan.de Ana.in alleg.c.qui cum fure.eo. colum.penul.& Afflic.conſtitu.Neapol.In quæſtionib.col.3.referunt exemplum diui Franciſci, qui interrogatus, ſi homicida inde tranſiuerat,verbis vſus æquiuocis, immittēs manus in ma-
5 nicas reſpondit. Hàc non tranſiuit. Canoniſtæ verò † præſertim antiqui concludere videbantur, quòd etiam ad inſtantiam partis quis cogi poſſet etiam ſub cenſuris ad propalādum,& indicandum furem,& vbi ſint, ſeu quo tranſportatæ fuerint res ſubtractæ:vt per gloſ.in alleg.c.qui cum fure.& per Alberi.& Ia ſo.in d.l.3.§.ſi tibi inditium, in j.fallen.ff.de condi.ob tur.cau. Abb.in c.dilectus.in j.not.de exceſ.præla.Et hoc iure vtimur,ꝙ etiam ad inſtantiam partis monitorię huiuſmodi generales decernantur,& concedantur,vt præmiſſum eſt.Et in iſtis monitorijs ratione peccati officium iudicis maximè exuberat. Cardin. in clem.diſpendioſam.quæſt.23.de iudi.Et licèt pars inſtet,accu
6 ſet,denunciet adhuc dici debet, iudicem procedere † ex mero officio nobili.Et accuſans dicitur ſtimulus inſtigans iudicem: vt voluerunt Caccialup.Lācellot.& Claud.in l.imperium, col. 4.ff.de iuriſ.omn.iudi.pro quibus,& omnibus alijs, quæ hic deſiderari poſſunt,& pro alijs quæſtionibus huc pertinentibus vide omnino Ioan.Neuiza.in ſua ſyl.nuptia.lib.3.in ver. monitoriæ.num.28.cum pluribus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Monitus an velit vti ſcriptura, quam de falſo quis redarguere vult,qualiter reſpondere debeat.*
2 *Inſtrumento vti volo quatenus ſit bonum,reſponſio.*
3 *Inſtrumento falſo vtens non punitur pœna ordinaria.*

QVAESTIO XLVIII.

1 QVADRAGESIMOOCTAVO quæro, qualiter † reſpondere debeat monitus, an vti uelit ſcriptura, per eum producta, quam quis moneri faciens de falſo redarguere vult? Reſpondent cōmuniter Docto.quòd reſpondendum ſit, volo vti cum proteſtatione ſi,& quatenus veritatem contineat. Vel ſic,volo vti hoc inſtrumento,quatenus illud appareat verum,& ſi non appareat verū,profiteor illo me non vſurum,uel ſic, volo uti dicto inſtrumento ſi non adducantur ſuſpitiones falſitatis.Seu volo uti pro bono, & legali ſi,& quatenus de iure ſit,& non aliàs. Hanc reſponſionem, & praxim comprobant Gui. de Suza.in authen. ſi quis in aliquo C. de eden.Specu.in titu. de inſtru. æditio.§.videndū reſtat.in princi.uerſ.Quòd ſi velis.& Bald.in l.ſi aduerſarius. in fi. C.de fide inſtrum.Cyn.Angc.& Saly.in l.ſi falſos.C.de falſ.Fely. in c.præſentium.num.12.de teſtibus.practi.Papien.in forma ꝓductionis inſtrumentorum.in uerſ.appareant.Ioan.Franc.Rip. in c.cum M.Ferrarien.poſt num.100.uerſ.Bene facit.de conſtit. Hanc praxim,& reſponſionem, videlicet, volo vti inſtrumento † quatenus ſit bonum,vel ſi non adducantur ſuſpitiones falſitatis,comprobauit Rota coram Capizucca in cauſa Portuen. Caſtri Riani pro filijs Aloyſij de Gaddis,contra fratres S.Pauli. In contrarium,quòd immo talis reſponſio admitti nō debeat, ſed requiratur præciſa,& clara reſponſio,videntur uoluiſſe,& pro hac opinio. citantur idem Cyn. in allega.l.falſos. C.de falſ. Barto.in l.diuus.2.ff.eo.Lap.alleg. 119. quæro pone. in princip. Fulgo.conſi.177.Bald.conſ.96.libro j.Aretin. in c.præſentium. colum.6.de teſtibus.Cæpol.caute. 54.& Fely. in d.c. præſentiū. colum.4.Et hanc opinio.contra cautelas prædictas iuxta præalleg.conſ. Fulgo.177.comprobatur conſilium Neapolitanum, intelligens cautelas procedere tantum parte non opponente, prout teſtatur Afflict.dec.Neapo.189.incipiē.Facta publicatione. quas etiam cautelas impugnat Aegidius Boſſ.in tracta. cau. crimi.titu.de Falſ.num.155.Et opin.Barto.& Lap. ſecuti fuerūt Anto.de But.in c.imputari.ad fi.de fide inſtrum.Auguſt.de Arimi.in addi.ad Ange.de Malefi.in uerſ. falſario. poſt nu.44.uerſ. Tu autem in hac materia adde,quòd Docto. moderni,ac Ioan. Bapt.Ferret.conſ.88.incipien.ſuper puncto. vbi ad fi. hanc opi. Bart. & Lapi veriorem affirmat. In harum opinio. contrarietate ſic diſtinguerem. Aut ille,qui moneri fecit aduerſariū, vt declaret,an vti velit inſtrumento, quod ipſe de falſo redarguere vult,& ille qui produxit reſpondit ut ſupra, & qui moneri eum fecit amplius non inſiſtit,ſeu acquieſcit reſponſioni datæ,& eſſem pro prima opinio. aut reſponſione data non obſtante inſtat adhuc idem,qui moneri fecit, præciſe, & clarè reſponderi debere,& opinionem Barto. Lapi,Fulgo.& ſequacium veriorē putarem per ea,quæ ipſi adducunt.Quam opinionem Barto. & cum eo tenentium tanto magis procedere affirmarem,quando ad inſtantiam interrogantis, ſeu inſtantis ſtatueretur terminus aduerſario ad deliberatè,ac præcisè reſpondēdum,velit vti,uel ne,vel ipſe monitus terminum huiuſmodi petijſſet, prout per Barto.& Lap.ſupra citatos per Aretin.in c.præſentium. colum. 6.de teſtib.& per Matth.de Afflic.dec.189. Aliter etiam diſtingui poſſet.uidelicet.Aut ſimpliciter quis interrogatur, an uelit vti inſtrumento: Aut ſpecificè exprimendo partem ſcripturæ, quam intēdit de falſo redarguere,& ſic monet, vel interrogat, an uelit uti inſtrumento in tali parte, in qua ſic dicitur,In hoc ſecundo membro interrogatus,ſeu monitus præcisè reſponde re tenetur abſque aliqua proteſtatione,vt voluerunt Saly. in l. ſi falſis.C.de falſ.Card.Alexand.in c.in memoriam.19.diſtin.& Rip.in c.cum M.Ferrarien.poſt num. 100. verſ. Secundum remediū. Aliàs ſi in genere quis moneat, ſeu interroget hac ſpecificatione non facta,procedat prima opin. prout volunt Docto.pro illa citati.Et expreſsè hoc voluerunt Archid. in alleg. c.in memoriam.& Ange.Aret.in §.appellantur.col.5.verſ.Sed pone.inſtitu.de actio.Non tamen annuere omittā, quòd vtens
3 inſtrumento falſo † non punitur pœna ordinaria legis Corneliæ de falſ.prout qui falſum fabricauit,ſed alia mitiori,vt uoluerunt Cyn.in l.2.colum.j.uerſ.Quæritur circa.& ibi Ang. qui dicunt hoc caſu imponendam eſſe pœnam relegationis ad tempus.& ibidem Saly.in 2.oppo.hanc communem affirmat.C.de fide inſtrumen.Idem uoluerunt Ioan.Fabri in §. Item lex Cornelia.in fin.inſtitu.de publi.iudi.Ioan.de Anan.in c.ad falſariorum.colum.j.de crimi.falſ.practi.Papien.in for. libel. ad reſcinden.ſenten.in verſ.doloſe.nume.3. Hyppo.de Marſi. conſi.47. num.5.Afflict.dec.Neapo.vlti.num. 18.

SVMMARIVM.

1 *Moneri an quis poſſit,an vti velit depoſitionibus teſtium,quas de falſo aduerſarius redarguere vult,& qualis reſponſio danda ſit per monitum.*
2 *Probatio per teſtes,& per ſcripturam æquiparantur.*
3 *Teſtes falſos producens etiam ſi poſtea dicat eorum atteſtationibus vti nolle,nihilominus de falſo puniendus erit.*

QVAESTIO XLIX.

1 QVADRAGESIMONONO quæro,an ille modus monendi,& reſpondendi, de quo in proxima p̄ceden.quæſtio.procedit etiam in atteſtationibus, vt quis moneri † debeat,vt declaret,an uelit vti atteſtationibus,uel teſtium depoſitionibus, quas aduerſarius de falſo redarguere vult?Pro opin.affirmatiua facit,quòd ſicut æquipa-
2 ratur, † probatio per teſtes probationi per ſcripturas,iuxta tex. in l.pactum,quod bona fide.C.de pact.l.in exercendis.C.de fide inſtrumen.& per D.meum.conſ.169.colum.j.in fin. Sic etiam circa reprobationem, ac circa illis vti uolentes idem modus ſeruari debeat,idemque ius ſtatutum eſſe cenſeri debeat.Secūdò idem dicendum videtur arguendo ab idētitate *rationis, ad* text.in l.ſi poſtulauerit.§.ratio.ff.de adult.l.j.§.hoc *interdictum* eandem.& ibi notat Barto.ff.de fonte.l.illud.cum glo.magiſtra in uerſæſtimari,quæ dat concordan.ff.ad leg.Aqui.c.tranſlato. cum gloſ.fin.de conſtitu.Non minor, nec differens ratio militare conſpicitur in monendo producentem teſtes, quàm ſcripturas,& in reſpondendo, an quis uelit uti ſcripturis ſuſpectis de falſo,quàm atteſtationibus pariter ſuſpectis. Tertiò in indiuiduo,ꝙ idem modus monendi, interrogandi, ac reſpondendi in utroque caſu procedat,elicitur ex Barto.in l.diuus.2.poſt num.2 verſ.Quod dixi de inſtrumento,idem dico de atteſtationibus ff.ad leg.Corne. de falſ.& Barto.ſequitur Lap.allega. 119. incipien.quæro pone.ante num.5.Et ꝙ idem de atteſtationib. quod de ſcripturis in terminis noſtris reſpondendum ſit, apparet ex conſ Raph.Fulgo.177.incipien.publicato proceſſu, ubi concludit,idem quod in ſcripturis dicendum eſſe in depoſitionibus teſtium,uidelicet,ꝙ interrogari quis debeat, an uti uelit atteſtationibus,ſeu depoſitionibus,& tunc ſufficiat reſpondere,quòd eis vtitur,inquantum veritatem contineant,aliàs nō. In contrarium,quòd immo aliud dicēdum ſit circa atteſtatio-
3 nes,quā circa ſcripturas in terminis noſtris, probatur: quia † ꝓducens falſos teſtes etiam ſi poſtea dicat illis, ſeu eorum depoſitionibus vti nolle,nihilominus de falſo puniendus erit, ex quo ſcienter falſum commiſiſſe videtur, prout volunt Barto. in l.ſi falſos.C.de falſ.Paul.Caſtren.in l.2.C.de fide inſtrumen. Ange. Aret.in tracta.de Malefic.in uerſ.Falſario.num.42.verſ.Et ſcias. Rui.conſ.86.num.6.uerſ.Et ita etiam,uolum.4. Ego ſic diſtinguerem. Aut quis produxit falſum articulum,& ſuper eo teſtes examinari fecit,ſeu aliàs teſtes falſos induxit: & ꝓcedat ſecūda opin.

Source : BIU Cujas

opin.& crimus in diuerſis terminis ab illis, de quibus in proxima præceden.quæſt.per nunc addu&ta, & per Rip. in c. cum M. Ferrarien.ante nu.101.de conſti.uerſ.Tertiò intellige,quòd præmiſſa proteſtatio.Et ſic ſumus in caſu,in quo quis fabricauit, & vti voluit,vnde (vt præmiſi) pœnam falſi non euitabit, vt per ſupra relatos,& dicta l.falſos,& ibi Bald.Ange.& Saly. C.de falſ. quantum enim in ſe fuit egit,ac falſum commiſit: quod etiam voluit Ruin.alleg.conſ.86.num.3.volu.4. Aut non fuit peccatum in datione articulorum,neque opera, vel facto, ſeu malis artibus teſtes inducentis illi falſum in principalis fauorem depoſuerunt,& tunc quia is falſum non fabricauit, ſed ſolum eo iam fabricato vti velle videbatur,ei renuncians falſi pœnã euitat,præalleg.l.ſi falſos.C.de falſ.& ſi dicat ſe erraſſe in formando articulos,vel ꝙ putaſſet teſtes vera dixiſſe,audietur: ita Fely. in c.præſentium,num.11.de teſtibus:ſicque intelligendum affirmat Bal.in l.j.col.fin.C.ſi ex falſ.inſtrum. Et in ijs terminis idem dicerem quod de producente ſcripturas, & monitorio huiuſmodi locum eſſe affirmarem,interrogationibusque ac reſponſionibus,de quibus in præceden.proxima quæſt. vel illis ſimilibus iuxta ſubiectas materias.

SVMMARIVM.

1 *Releuari ſe indemnem volens qualiter procedere debeat.*
2 *Fideiuſſoribus actiones, & remedia competunt ante, & poſt damna paſſa.*
3 *Fideiuſſor antequam ſoluat, quando agere poſſit.*
4 *Diu ſtetiſſe in obligatione, quando quis dicatur.*

QVAESTIO L.

1 QVINQVAGESIMO quæro, fideiuſſor † volens ſe indemnem releuari qualiter procedere debeat? Inter aliàs vias breues illam eligere poterit, vt via monitorij infraſcripti tenoris agat.De mandato A. C. & ad inſtãtiam N.moneatur O. quatenus infra tres dies proximè futuros debeat ſub excommunicationis pœna &c. dictum N. eius fideiuſſorem iuxta formam inſtrumenti obligationis indemnem realiter, & cum effectu releuaſſe. Et nihilominus ſub eadem pœna arreſtentur dictus O.ne a Ro. Cu.recedat, & oĩa bona ſua mobilia,præſertim equus,& 20.ſalmæ grani in domo P.exiſtentes, ne alicui tradantur, aut extra dictam domum ducantur,vel exportentur,niſi prius dictum N.realiter, & cum effectu de ſumma centum aureorum, pro quibus ſe in banco de Ceulis pro dicto O.obligauit releuauerit.Et ſi ſenſerit ſe grauatum & c.Iura fideiuſſoribus † actiones, ac remedia pararunt & 2 ante,& poſt damna paſſa,iuxta tex.in l.ex mãdato.§.fideiuſſor. & l.ſi mandato meo.§.fideiuſſor.ff.manda.ac.§.ſi quid.Inſti.de fideiuſ.& toto titu.ff.& C.eo. Quatuor caſus, in quibus fideiuſſor antequam † ſoluat agere poteſt habemus per tex. iun. gl. in 2 l.ſi pro ea.C.manda per glo.in uer. ſoluerit,in alle.§.ſi quid.Inſtit.de fideiuſ.alios etiam addunt ibi Ang.& alij, & ille eſt præcipuus,quando diu fideiuſſor ſtetit in obligatione,iuxta tex. in Lucius. §. fideiuſſor. ff.manda.Et hoc an fideiuſſor dicatur diu 4 ſtetiſſe in obligatione relinquitur arbitrio iudicis,prout per gl. in d.§.fideiuſſor,ac gl.in uer.feceris.in l.ſi pro ea.C.mãda.Doc. cõiter in §.ſi quid autem.Inſtit.de fideiuſ.ac gl.magna in c.ſi.extra eo.de fideiuſ.& hanc magis communem affirmat Iaſo.in l.ſi fundum,num.11.uerſ.ſed intelligitur arbitrio iudicis.ff. de leg. j.Romæ habemus ſtatutum cap.104.lib.j.diſponens, ꝙ fideiuſſores,aut expromiſſores,qui ſe pro aliquo obligauerint poſſint compellere principalem,ut eos extrahat de fideiuſſionibus, vt dẽtur fideiuſſores de conſeruando eos indemnes, & hoc antequam fideiuſſores condemnentur, uel diu nõ ſtetiſſent in obligatione,uel etiam ſi principalis non dilapidet bona ſua. De arreſto ꝑſonæ,& bonorũ,de qb.hic,tractaui latè ſupra q.8. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus, & declaratus quia non paruit monitorio ſuper ſolutione quingentorum, an ſi ſoluat ſummam petitam, & expenſas taxatas indigeat abſolutione ab excommunicatione huiuſmodi.*
2 *Solutio, & liberatio idem ſonant.*

QVAESTIO LI.

1 QVinquageſimoprimò quæro, an † excommunicatus, & declaratus, quia non paruit monitorio,continenti,ꝙ is ſoluat ducatos quingentos, ſi poſtea ille ſoluat ſummam petitam,ac expenſas taxatas, indigeat abſolutione ab excommunicatione huiuſmodi? Pro opin.negatiua eſt regula iuris,ut ceſſante cauſa ceſſet effectus.l.adigere §.quãuis.ff.de iu patr.c.cum ceſſante.de appel.Excommunicatio infligebatur propter ſolutionem non factam,facta igitur ſolutione ceſſare debet excommunicatio,ac effectus monitorij,& ex- 2 communicationis. Secundò habemus, ꝙ ſolutione † eius,qđ debeť,omnis tollitur obligatio.Inſt qb mo.tolli.obl in prin. Et eo ipſo,ꝙ qs ſoluit,eſt liberatus,ſolutionisq;, & liberationis nomẽ idẽ deſignat.l. ſolutionis verbũ.ff de ſol l liberationis verbũ,q̃ eſt 47.& ſolutionis verbo q̃ eſt 176.ff de ver.ſig & ad ea,q̃ notat gl. ſuper rub.ff de ſolu.Tertiò ſublato principali tollit̃ acceſſoriũ,iuxta quod principale regulatur,ampliatur, & reſtringit̃ l.p̃diis in prin.ff.de leg 3.c.acceſſoriũ.de reg iu.li 6.cũ vulg. Quartò vr̃ text. in terminis pro hac opin.in c.j. de deci.lib.6.ibi, Eccleſijs emẽdã non fecerint cõpetẽtem, ſint,& tãdiu maneãt ab officijs,adminiſtrationibus,& beneficijs ſuis ſuſpenſi,donec deſtiterint,& ſatisfecerint.Et ſic ſuſpenſio durat vſq; ad ſatisfactionem.Et ex ijs,quæ poſtea ſubiiciuntur videntur æquiparari ſuſpenſio,& excommunicatio,ſeu excommunicatio ſufficitur quibuſdam in caſibus in locum ſuſpenſionis.Idem igitur videtur dicendum,ꝙ pariformiter quis excommunicatus remanere debeat,donec ſatisfecerit,ſeu vſq; ad ſatisfactionem, & non vltra.Præmiſſis ſubtilibus,& coloratis argumentis non obſtãtibus contrarium deciſum videmus in eo.c.1.de deci.lib.6.ibi, Ante ſatisfactionem huiuſmodi nullatenus abſoluendi.Et ſic duo requiruntur,primum eſt, vt ſatisfiat condignè: Alterũ vt poſt ſatisfactionem condignam ſubſequatur abſolutio ab ipſa excommunicatione.Et eſt ibi glo.ſeu addi. Ioan. Andr. in ver. donec,quæ dicit. In excommunicato verò neceſſaria eſt abſolutio poſt ſatisfactionem.Cum igitur habeamus caſum legis, ſeu canonis amplius diſputationi, ſeu reſponſioni contrariis adductis locus eſſe non debet.l.ancillę.vbi Bal.& alij.C.de furt. l.illam.C.de collatio.D. meus Philip. Dec. conſ. 452. viſa. col. vlt.ante num.27.

SVMMARIVM.

1 *Monitorum cum inhibitione obtinenti ad ordinario contra capitulum pro obtinenda poſſeſſione canonicatus tertio ad litẽ admiſſo, an poſſeſſio per capitulum tradita ſit attentata, & inualida?*
2 *Intereſſe prætendens, de eo docto ad cauſam admittitur.*

QVAESTIO LII.

1 QVinquageſimoſecundò quęro, Monitorio cum inhibitione obtento ab ordinario contra capitulũ pro aſſequenda poſſeſſione canonicatus,tertio ad litem admiſſo † an poſſeſſio pet capitulum tradita cẽſenda ſit attentata,& inualida? Hoc quæſitũ poſui in meo tracta.Inhibit.quæſt.115.vbi ad partes arguens oſtendo primò,ꝙ cum paritum ſit monitorio,nullus dolus cõſiderari poſſe videbatur,& cõſequẽter nec attẽtatũ,nec delictũ,qđ ſine dolo nõ procedit. Immò ſuppoſita obediẽtia actus hmõi ualidi,& laudabiles cẽſeri debebãt. Et ꝙ mẽbris principalib⁹ ſedis Apoſtolicę, ac p̃latis obediẽdũ ſit,probatur ex tex.in c.oẽs,in c.illud, & toto titu. de maio.& obe.Et diu⁹ Bernar.ſup illis uerbis.Beati mites,inqt ſubiecta ſit Deo,ſcilicet anima,& ijs pariter, qbus uice eius hẽt obedire prelatis.Diuus Thomas ſecunda ſecundę, q. 104.art.4. & 5.Tam igitur qui monitoriũ huiuſmodi à ſuperiore,ac poſſeſſionem illius vigore a capitulo obtinuit immunis eſſe videtur ab omni dolo,& culpa,quàm ipſum capitulum, præſertim quia in monitorio iuxta conſuetum pœna appoſita cenſeri debet. Dixi aliam opin.contrariam facilè ſuſtineri poſſe per ea, quæ ibi adduco:cum enim capitulum poſſeſſionem tradiderit exiſtente illo tertio in lite actum prohibitum faciebat,ac attẽtabat,cum enim ille tertius in vim clauſulæ contra N. omnesque alios intereſſe putãtes &c.in monitorio poni ſolitę, ꝑ ſuo intereſſe admiſſus fuerit ad cauſam,vt ſuppoſuimus, immò ẽt ſi non adeſſet dicta clauſula,quia coram ordinario cauſa pen- 2 debat,poterat † intereſſe prætendens coram illo comparens de dicto intereſſe docto,ſe ad cauſam admitti facere,c.vt hi cõtra quos.vt li.penden.lib.6.Innoc.in c.veniens.1.in ver.reſtiterit.de ſponſa.Rot.103.verſ.ſi C.impetret. verſ. Tertiò verò ſuperueniente pro ſuo intereſſe. in nou. Et de veniente ad cauſam pro ſuo intereſſe tam in vim dictę clauſulæ, omneſq; alios intereſſe putantes,quam clauſula non appoſita,& tã corã ordinario,q̃ delegato tractãt Abb.Feli.& alii in c. veniẽs. 2. de teſti. & ego in 9.formula commiſ.Admiſſionis pro intereſſe,in 1.gl. Ex quibus concluditur,ꝙ iſte tertius iam erat in lite, & in eius p̃iudicium citra vitium attentari nihil fieri poterat, & cõſequẽter quo ad eum illa poſſeſſio per capitulum tradita lite pendente vitioſa,& attenta fuit, & per illam poſſeſſionis traditionem præiudicium inferri potuiſſet illi tertio, dando ſibi duriorem aduerſarium,ad tex.in l.qui cum vno.§.non omnis.iun. declara.Budei ſuper ver.præcioſiorem,qui exponit, ideſt duriorem. ff.de re mili. ſeu ex alia cauſa ſibi præiudicari poterat. Et ſic ſumus in terminis ti.vt lit.pend. nihil inno.ff.& C.& in iure can.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor inſtrumentalis Seium moneri facit ad euacuandum, & ſuper reſtitutione fructuum, Scio illi huius occaſione inhiberi faciente, an actus per illum inſtrumentalem poſſeſſorem poſtea facti dicantur attentati.*
2 *Inſtrumentalis poſſeſſio præcedens operatur, vt actus facti ſubſequenter, tamquam facti in continuationem poſſeſſionis non dicantur attentati.*
3 *Poſſeſſionem via facti recuperare potens ſi iudicem adeat, ad viam facti amplius recurrere non poteſt.*

QVAESTIO LIII.

1 QVinquageſimotertiò quęro.Poſſeſſor inſtrumentalis moneri facit Seium ad euacuandum,& ſuper reſtitutione fructuum:Scio illi huius litis occaſione inhiberi faciente † an actus per illum inſtrumentalem poſſeſſorẽ poſtea facti dicãtur attẽtari? Hęc tractauimus in 116. q.de Inhibitio.vbi diſcuſſa re ad partes,concluſimus pro attẽ- 2 tatis,ibi uideri poterit.Conſiderabam, ꝙ licèt † inſtrumentalis poſſeſſio

Source : BIU Cujas

possessio præcedens capta nemine existente in possessione, & cõsequenter bona, & considerabilis operaretur, ut actus subsequentes tanquam facti in continuationem possessionis, nõ possent dici prohibiti, & attentati, ut per Paris.cons.172.colum. 1.in fin.& colum.seq.uolu.4.& uoluerunt Domini de Rota in Illerden.sacristiæ coram Fãtucio.9.Decẽbris 1555.dicẽtes possessionẽ captã post instrumẽtalẽ illinc ad nõnullos annos fuisse cõtinuatiuã, ꝓ quo faciũt quæ scripsi in 23.q.de Inhibitio. & ibidẽ nu.13.loquor de hac possessione instrumẽtali capta, altetera postea subsecuta. Verùm in casu nostro ꝓp additionẽ ad iudicẽ hic possessor instrumẽtalis, tãquã meticulosus possessionẽ amisisse dr, & ꝓpterea nõ põt supponi amplius continuatio prioris possessionis, vnde consequenter attẽtasse dr. In simili ẽt dicimus, ꝙ q via facti põt† possessionẽ recuperare, si iudicem 3 adeat, ad viã facti amplius recurrere nõ possit. Bal.in l.2.col.5.q. 10.C.de serui.& aqua.& in l.j.circa prin.vers.Itẽ nota, ibi, Quia vbi assumitur via.C.de execu.rei iudi.& in l.ædẽ col.3.in 3.q.C. loca.D.meus in l.vlt nu.31.vers.Et rõ vr.C.de ædi.diui Adri. tol len. Aret.in l.clã possidere.nu.13.ff.de acqui.pos.Rip.in l.de pupillo.§.meminisse.nu.7.ff.de no.ope.nun.Rui.cons.127.nu.12. ver.Et qa eligẽdo.nu.55.Hye.Grat.cõs.90.nu.3.li.j.Imputet igit sibi, ꝙ tutorẽ viã habẽs, iudicẽ adeũdo sibi ipsi ꝓiudiciũ intulit.

SVMMARIVM.

1 *Arrestatus appellans, & iter arripiens an puniri debeat.*
2 *Arripiens iter ad superiorem, interim est sub eius protectione.*

QVAESTIO LIIII.

QVinquagesimoquartò quæro, in monitorio ꝑ Titium decreto, & executo ꝓ solutiõe cẽtũ, appositũ ẽt erat arrestũ, & sic idẽ Titius arrestatus fuerat, q ab arresto huiusmodi tãquã illegitimo, & iniusto ad sedẽ Apostolicam appellat: ad superiorẽq; iter arripit † an tanquã arresti violator puniri debeat? Pro 1 opi. affirmatiua faciunt ea, q̃ scripsi s̃.q.9.præsertim dũ ęquiperando frangentẽ arrestũ frangenti carcerẽ pari pœna vtrũq; puniri debere videbat. Et facit illud cons.Oldra.65.Hac igitur. circa prin.Pro opi.negatiua cõclusit iuxta terminos nostros Gui. Papæ dec.436.incipiẽ.cũ materia.post nu.105.post Bart. in l.de pupillo.§.si qs ipsi ptori.nu.28.ff.de no.ope. nunci. & ibi volũt 2 tã Bar. q̃ alij, arripientẽ † iter appellantẽ, vel ꝓtestantẽ, ad superiorẽ interim esse sub eius protectione. Et subdit Gui. Papæ vbi supra, ꝙ ita seruat Curia Parlamenti. Idem etiam voluit Gui. Papæ in tracta. de appellatio. q.87. alios ad idem citans. Hac igitur via consuletur ẽt arrestato, præter eas, quas posui s̃.q.10.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus, vel procurator an moneri possit sub pœnis, quòd causam aliquã suscipiat.*
2 *Pauperi difficile est litigare.*
3 *Potentioribus pares esse non possumus*
4 *Inuitus ad aliquid faciendum nemo cogi potest.*
5 *Agere de iure suo nemo cogi potest.*
6 *Notarius cogitur acta recipere, & instrumenta conficere.*
7 *Notarius dicitur persona publica, & seruus publicus.*
8 *Aduocatus, & procurator quando teneantur causas, & lites acceptare.*
9 *Doctor cogi potest ad consulendum.*
10 *Officium, vel exercitium suum exercere quando quis cogi possit.*

QVAESTIO LV.

1 QVinquagesimoquintò quæro, an † monitoriũ, vel præceptũ ꝓ iudicẽ decerni possit, quo Aduocatus, vel procurator cõpelli possit aduocationis, vel procuræ in aliqua cã officiũ exercere: sub pœnis, etiã priuationis ab officio? Hoc quæsitũ in dies accidit, infiniti.n.& in ciuilib.& in criminalib. indefensi re- 2 manẽt, vel ꝓpter paupertatẽ † & impotentiã litigãdi, ad tex.in l. si procuratorẽ.§.si ignorãtes.ibi. Quid tñ si paupertas eis nõ permisit, excusata est eorũ inopia.ff.mãda. Docto.oẽs in c.ex rõne. de appel. Bal.in l.2.§ si qs iudicio.ff.si qs cautio. Cassad.dec.6.de appel. Paris.cons.102.ꝙ snĩa.vol.4.vel ꝓp potentiã, seu fauores 3 alterius partis, seu collitigãtis, vel aduersarij: Potentiorib. † n. pares esse nõ possumus, vt dicit etiã tex.in l qa etiã.in prin.ff.de alie.iudi.mutã.cau.fa.& in authen. vt oẽs obe. iudi. ꝓuincia.§.si verò.vers.Nec latebat.nec tutũ sit. Et in l.qa cũ vno.§.non omnis. vbi etiã Bud.sup ver.pretiosiorẽ, q exponit, idest duriorẽ.ff. de re mili. Quo fit, vt impotẽs, vel indefensus ad iudicẽ recurrat, petẽs sibi de aduocato, ac ꝓcuratore ꝓuideri, sub pœna priuationis ab officio, seu exercitio, & sub alijs pœnis. Pro opi. negatiua arguo sic. Nemo inuitus † cogi põt ad aliquid faciendũ. l.si 4 verò.§.vlt.ff.sol.matri.l.sicut.in prin.C.de actio.& obliga.l.nec emere.C.de iu.deli.l.neq; ab initio.C.de nupt. Bar.in l.talis scriptura.in j.respõ.post nu.2.vers.Itẽ vbicunq;, tractat de aliquo obligãdo cõtra suã voluntatẽ.ff.de leg.j. D.meus ĩ l. diẽ functo. col.pen.super gl.in vers.ex tempore.vers. Sed ista responsio.ff. 5 de offic.assesso. Secundò † agere de iure suo nemo cogi potest. C.vt nemo inui.in rub.& nig.l.vlti.C. de vsur. pupill.l.creditor. 6 C.de pigno. Tertiò arguendo à speciali † Notarius requisitus cogitur recipere, & conficere acta, & instrumenta, & id genus, alioqui punitur.l.prouide re idũ.§.j.C.de postul. Host. in sum. de fide instru.§.ex quibus. Bald.super rub.C.eo. Rip.in l.j.nu.23. 7 C.de eden.† Et propterea notarius dicitur persona publica, & seruus publicus.l.2.in fi.ibi seruum publicum apud prætorem stipulari debere.ff.rẽ pupil.fal.fo.l.orphanotrophos.ibi. Et præsentibus publicis personis.i.tabularijs.& ibi glo C.de episco.& cleri.Specu.in tit.de fi.instru.§.tertio.c.quoniam contra. & ibi Abb.& cæteri, vbi etiam & ego de ijs tracto.de proba. Abb. in c.sicut.in fi.ne cleri.vel mona.Si igitur ex iure speciali, & quia personæ publicæ, & serui publici notarij dicuntur ad exercendum officium suum notariatus cogi possunt, ergo non alij ad exercendũ aliquod officium. Quartò videmus, ꝙ quis receptis literis, vel instrumento, in quibus ipse procurator constituitur absque protestatione, ꝙ nõ intendit acceptare, cogitur officiũ procuratoris exercere.cle.1.de procura.ergo ante aliquam receptionem, vel facta protestatione minime cogi poterit. Quintò, ꝙ procurator inuitus dari non possit, habemus tex.in l.filusfa.quæ est 8.ff.de procura.& in l.inuitus.C.eo. ac in l. nemo inuito.in prin.ff.de reg.iur.sequitur, ꝙ cogi nõ possit ad acceptandum, & pari ratione nec aduocatus. quippe qui procuratori similis est, vbi inter eos non reperitur in iure differentia constituta. Cõtrariũ passim seruatur tam Romę quàm vbiq; locorũ, vt aduocatus, & procurator palatij, vel in palatio versantes, qui soliti sunt (vt vulgò inquiũt) suas operas locare, & quascunq; 8 lites, & causas indifferenter † acceptare, ad id cogi, & iuris, & facti remedijs possint, & debeãt: & hoc iure vtimur. Quod etiã voluerũt Raph. Pau. Castrẽ. & Ias.in prin.in alle.l. inuitus. C.de procura.ac Imol.in l.damni.1.§.si is qui.ff.de dam.infe. Et in cõtrarium adducta non loquũtur in solitis indifferenter patrociniũ prẽstare (& sic cessant, & tollũtur oĩa cõtraria.) Et de aduo cato, † & Doctore ꝙ teneatur & cõsulere, & patrociniũ præsta 9 re, probatur in l.1.§.ait prætor.1.ff.de postu. in l.prouidẽdũ.ver. si quis verò monitus. C.eod. in l.in sacris, vbi glo & Bart.C. de proxi.sacro scrinio.lib.12. Idem Bar.in l. proximè. in prin. ff. de ijs, quæ in testa delen. Saly.in l.sancimus.C.de aduo. diuer. iud. Anton.de Butr.in c.pro debilitate, de offic. delega. col. 4. Et ꝙ Aduocati, procuratores, notarij, artifices, ac cæteri, qui suum 10 †officium, vel exercitium publicè, & apertè, ac ex professo exercent, ratione sui officij, vel exercitii ad illud exercendum cogi possint. voluerũt ẽt Ang in l.1.§.vlt. per illum tex.ff.furt.aduer. naut. D.meus, & Cagno.in alle.l.nemo inuitus, qui est 199 ff.de reg. iur. Quod profitebatur M. Tullius nemini ad eum confugienti patrocinium denegans, inuehens etiam in Iuuentium Lateren. officium suum præstare denegãtem, vt in oratio. pro Cn. Plancio. Aduocati, qui clarissima eloquẽtiæ lumina ab Imperatore vocantur in l.restituendæ.C.de aduo.diuer.iudi. dedignari non debent, etiam pauperibus, imbecillibus, ac a fauoribus aduersariorum potentum oppressis consilium, & auxiliũ præstare, illis fauere, illos fouere, illos seruare, iuxta præceptum Diuinum Ecclesiasti.cap.4. Congregationi pauperum affabilẽ te facito. & cap.7. Pauperi porrige manum tuam. & Iob. c.29. Pater eram pauperum. Et Horat. de Asinio Pollione loquens lib.2.Ode.1.inquit. Insigne mestis præsidium.

SVMMARIVM.

1 *Monitorio, seu præcepto pro decernendo, an citatio requiratur.*
2 *Lædi vbi quis in iudicio potest citatio requiritur.*
3 *Inhibitio citationem an requrat.*
4 *Citatio an præceptum præcedere debeat.*

QVAESTIO LVI.

1 QVinquagesimosextò quæro † an pro monitorio, seu præcepto decernendo necessaria sit citatio, ad videndum decerni monitorium, seu præceptum? Pro opinio. affirmatiua arguo sic, vbicunque quis lædi po- 2 test in aliquo actu iudiciario † citari debet.l.de vnoquoq;.ff.de re iudi.l.nam ita diuus.ff.de adoptio.l.1.§. denunciare igitur.& §.denunciare autẽ oportet. ff.de ven.inspici.l. si quando, & ibi Bald.C.de testib.sed per monitorium, vel præceptum deueniri posset ad executionem realem, vel personalem, & plerunque (saltem in subsidium) ad incursum in cẽsuras, seu alias pœnas: ergo euidens læsio inferri paratur. Secundò videmus in simili, 3 ꝙ pro decernenda † inhibitione regulariter citatio requiritur: vt voluerunt Compostel.in cap.dilectus, ad fin.vers. Item nunquid, de rescrip.Rot.24.de do.& contu.aliàs 615.Nota licet, & 26.eo.titu.aliàs 825.Nota dic.in anti. Idem voluit Ias.in l. nequicquam, num.3.affirmans communem.ff. de offic. procons. & lega. D.meus cons.460.viso, nu.10. Paris. cons.172. in causa, num.15. Dida.Couarr.practi.quæstio.cap.24.num.3. Maran.de ordi.iudicio.in 3.par.6.par.prin.q.2.nu.196.& nouissimè Rolã. a Valle.cons.77.viso, nume.24.& seq.lib.2. Tertiò, quòd in præ 4 ceptis, & id genus requiratur † citatio, voluerunt Bald.in alleg. l.nequicquã.§.vbi decretum, col.2.ff.de offi. procon. ac Ludoui. Roma in l.de pupillo.§.meminisse, ff.de nou.oper. nunc. dicens loã. Andr. idem tenuisse in quadam addit. ad Specul. in ti. de Aduoca. vbi ꝙ affirmet a præcepto inchoari non posse, nisi in casu, in quo si pars esset præsens, etiã inuita ad id cogi posset. Quã tamen additiõnem ego inuenire non potui. Idem voluit Ange. Aret. in §.curare, colum. penul. Institu. de actio. Contrarium

Source : BIU Cujas

rium ſeruatur in præcepto, ac monitorio cũ clauſula ſolita, ac iuri, & rationi conſona, ſi ſenſeris te grauatum, vel ſi ſenſerit ſe grauatũ, gl. vlt. in c. ex parte. §. vlt. & ibi Abb. de verb. ſignifi. Bar. in l. j. nu. 3. C. de excep. rei iudi. & per alios, quos cito ſupra q. 17. nu. 5. Et ꝓ hac opi. negatiua pondero, ꝙ monitorium, ſeu præceptum cũ dicta clauſula ſi quis & c æquiperatur citationi, vel citationis vim uabet, ſeu citatio etiam dici poteſt, prout per Pariſ. conſi. 116. incipien. circa reſolutionem, nu. 23. & ſequen. lib. j. & ad ea, quę adduxi ſupra q. 17. nu. 4. Vnde ſi citatio eſt ipſum monitoriũ, vel præceptũ cum dicta clauſula iuſtificatiua, ſeu citationis vim habet, fruſtra requireretur alia citatio: nõ ſecus ac ſi quis citandus eſſet ad videndũ ſe citari. Et in ſpecie, ꝙ citatio nõ requiratur ꝓ decreto monitorij, vel præcepti cũ dicta clauſula, immo, ꝙ a præcepto, ſeu monitorio huiuſmodi incipi poſſit, voluerunt gl. in præalle. l. de pupillo. §. meminiſſe. & ibi Ange. Imo. Pau. Caſtren. Roma. & Iaſ. ff de nou. ope. nunc. Bald. in in l. actione, ac Saly. vterq; col. 2. C. de tranſact. glo vlt. in allega. c. ex parte. j. de verb. ſign. Bar. in l. j. C. de excep. rei iudi. in l. j. col. 2. C. de epiſco. audien. in l. ea quidem. circa fi. C. ſi manci. ita fue. alie. & in l. j. §. j. in fi. ff. de iu. delib. Bal. ſuper rubr. C. cõmina. vel epiſto. col. 2. & ibidẽ Saly. Imo. in l. cum ab initio, col. j. ff. quẽ admo. teſta. ape. Ang. in l. nonnũquam. ff. de iudi. Maria. Soci. de citatio. col. 60. in 22. caſu. Lanfran. de Oria. in c. qm̃ contra, col. 14. de proba. Nicel. in 52. cõcordan. gl. in fallen. 112. Ex præmiſſis ſoluuntur oĩa cõtraria, quæ procederent in præcepto ſine illa clauſula iuſtificatiua. Magis tñ in ſpecie. Ad primũ reſponde tue, ꝙ nullum præiudiciũ infertur, ſi adſit clauſula ſi ſenſeris, qa per cõparitionem monitoriũ, vel præceptũ reſoluitur in ſimplicẽ citationẽ. Bar. in alle. l j. nu. 3. C. de exec. rei iudi. Bal. ſup dicta rubri. C. commina. vel epiſto. poſt nu. 4. verſ. Aut citatus cõparet, & per alios citatos ſupra in 17. q nu. B. Ad ſm negatur ſimilitudo inter monitoriũ, ſeu præceptum, ac inhibitionẽ. Præter id, ꝙ inhibitio paſſim decernit, præſertim in Rom. Cu. abſq; citatione, & ab inhibitione iudiciũ inchoari poteſt. Abb. conſi. 5. in q. Stepha. Aufre. de pote. eccleſ. ſuper laic. poſt nu. 8. verſicu. Nono põt iudex, & per alios, quos refero in 18. q. de inhibitio. poſt nu. 2. verſ. Breuiter cõtrariũ ſeruatur. Inſuper in inhibitione nõ apponitur dicta clauſula ſi ſenſeris &c. Ad tertium de p̃ceptis, reſpondeo, ꝙ loquor de præceptis cũ præmiſſa clauſula, non de præceptis ſine illa, quæ regulariter niſi cã cognita, & ſic parte citata decernantur non appoſita clauſula illa iuſtificatiua, inconſiderata, exorbitantia, ac iniuſta, & inualida habebuntur. Anchar. conſ. 297. colum. j. Abb. in c. ex parte j. de verborũ ſignifica. & probatur ſupra in 17. quæſtio. nume. 2.

GVIDONIS PAPAE DE COMPVLSORIIS LITERIS.

PRAEFATIO.

IN ſtatutis Delphinalibus circa ordinem iudiciorum per bonæ memoriæ dominum Iacobum de Montemauro, tunc gubernatorem p̃ſentis patriæ delphinalis factis de menſe Februarij anno Domini Mcccxcix. ſub rubri. de literis compulſorijs & præciſis concedendis, continetur ſtatutum in effectu continens. Quòd cum ſi contra compulſorias literas ſuum voluerit inchoare proceſſum exhibito in forma publica obligationis vel ſubmiſſionis inſtrumẽto. Compulſoriæ literæ cum diei aſſignatione concedantur. In quo quidem termino ſi reus legitimè compareat & comparẽdo ad alteram ſubſcriptarum exceptionum, videlicet excommunicationis falſi, tranſactionis, rei iudicatæ, ſolutionis, præſcriptionis & pacti de non petendo duntaxat admittatur: & dictæ compulſoriæ eo caſu vim habeant ſummariæ petitionis. Verum quia ego Guido Papæ inter legum doctores minimus a triginta & tribus annis citra a quib. incepi in hac ciuitate Grationopoli practicare vidi pluries tam in practicando quàm in iudicando circa intellectum dicti ſtatuti dubitari. Ideo de hoc anno currente Domini Mcccclxiij. & de menſe Maij inchoaui materiam huius ſtatuti pertractare. Et pro ipſius ſtatuti declaratione & intellectu ſequentes quæſtiones in iure duxi videndas. Et cum opinionibus doctorum antiquorum & nouiſſimorum declarandas & decidendas.

SVMMARIVM.

1 *Reus per literas compulſorias in iudicio conuentus quas exceptiones aduerſus inſtrumentum opponere poſſit.*
2 *Verbis ſtatuti etiam duris debet ſtari.*
3 *Exceptio contra ſtatutum ſeu inſtrumentum opponi poteſt, quòd non ſit factum cum debita ſolennitate.*
4 *Statutũ ſequẽs non preſumitur præcedẽtia corrigere ſtatuta, niſi exprimat.*
5 *Minori & cuius non valenti eſſe in iudicio obijci poſt exceptio, obſtante ſtatuto prohibente aliàs opponi exceptiones.*
6 *Exceptio patriæ poteſtatis aduerſus literas compulſorias non admittitur.*
7 *Curator filiofamilias in cauſa criminali dari debet ad illam litem.*
Exceptio excommunicationis opponi poteſt contra notarium recipientem inſtrumentum, ſuper quo impetratæ ſunt literę compulſoræ.
8 *Exceptio ꝙ non ſit notarius qui inſtrumentum confecit admittitur non obſtante ſtatuto &c.*
9 *Caſus per ſtatutum omiſſus remanet in diſpoſitione iuris cõis. & nume.* 11.
10 *Exceptiones rationabiles non tolluntur per ſtatutum prohibens exceptiones opponi contra literas compulſorias.*
11 *Inſtrumentum non dicitur publicum, quod abſque debita ſolennitate eſt factum.*

Quæſtio prima.

1 PRimò igitur quæro † an reus per compulſorias in iudicio conuentus poſſit alias exceptiones validas, & de iure ſibi competentes quàm in dicto ſtatuto comprehenſas aduerſus inſtrumentum ad iuſtificationem ipſorum producto rũ opponere. Bar. circa hoc dicit ꝙ nõ l. j. §. j. ff. 2 qđ vi aut clam. † quia dicit ipſe in dubio ſtandũ eſt verbi ſtatuti quamquam duris, in l. proſpexit. ff. qui & a quibus. in l. j. §. ſi is qui nauem. ff. de exercitoria niſi, dicit ipſe Bart. in quatuor caſibus. Primus caſus eſt, ſi opponatur contra ſolẽnitatem inſtrumẽtorũ. videlicet ꝙ nõ eſt publicũ, cũ dictũ ſtatutũ loquatur 3 de inſtrumẽto publico. l. 4. §. cõdemnatũ. ff. de re iudi. † Et ideo contra ſolennitatem inſtrumentorum poteſt opponi ſecundum eum, quòd ibi non eſt annus, indictio, dies, teſtis, & ſimilia de ſubſtantia & ſolennitate inſtrumentorum, de quibus in l. ge nerali. C. de tabul. lib. 11. Secundò dicit ipſe Barto. niſi ſint aliæ exceptiones deſcendentes ex alijs ſtatutis: † quia non eſt credẽ 4 dum, ꝙ per dictum ſtatutũ cõditor ipſius voluerit alia ſtatuta corrigere, arg. in l. nam ad ea. ff. de leg. ſed tantummodo remanere voluiſſe alias exceptiones competentes de iure cõmuni, 5 vt dicto §. ſi is qui nauem. † Tertiò dicit ipſe Bar. niſi opponantur exceptiones contra perſonam actoris, vt quia eſt minor, vel aliàs talis, qui non poteſt eſſe in iudicio, quia licèt ſtatutum prohibeat alias exceptiones contra inſtrumentum, iſta tamen exceptio eſt contra perſonam, & in l. filio. ff. de inof. teſt. Et per hoc vĩ velle Bart. quòd poſſit opponi paterna poteſtas contra compulſorias, videlicet quòd ipſe qui impetrauit compulſo- 6 rias eſt filiusfamilias & non poteſt ſtare in iudicio. † Sed de ſtilo curiæ parlamenti talis exceptio aduerſus compulſorias nõ admittitur, vt plene ſcripſi in deciſionibus parlamenti, quæſtione 410. Et qui ſtilus corroboratur ratione; quia cum in hoc ſtatuto Delphinali admittatur tantummodo vna exceptio contra perſonam impetrantem, videlicet excõmunicationis, aliæ videntur excluſæ, quia ſtandum eſt verbis ſtatuti quanquam duris, vt dicit Bar. in dicta l. j. §. j. quod vi aut clam. Et præmiſſa intelliguntur in cauſa ciuili. † In criminali autem non ſolum 7 auctoritas patris ſufficeret, ſed debet dari curator filiofamilias ad illam litem, vt dicit Bar. in l. ſi. ff. de verb. oblig. Sed an exceptio excommunicationis poſſit opponi contra perſonam notarij, qui recipit inſtrumentum, ſuper quo literę compulſoriæ ſunt impetratę. Crederem ꝙ ſic, cũ indiſtincte admittat huiuſmodi ſtatutum exceptionem excommunicationis, at in l. j. §. generaliter. ff. de leg. præſtan illa tamen exceptio excommunicationis contra ndtarium oppoſita nõ inualidaret inſtrumentum, niſi fuiſſet publice talis denuntiatus, vt plene dixi in appa ratu meo ſuper ſtatuto Delphinali, ſi quis per literas &c. in gl. ſuper uerbis communi ęſtimatione fide dignos. ibi. quòd non 8 ſic eſt &c. Vel etiam † & quartò, dicit ipſe Bar. ſi opponatur in perſonam notarii, quòd non erat notarius, qui confecit inſtrumentum, quia tunc etiam admittetur talis exceptio non obſtãte huiuſmodi ſtatuto ſecundum eundem Bart. in l. 2. §. prætor. ff. qui ſatiſdare cogantur. Sed Ray. vt refert Bart. in l. ita pudor. C. de adul. tenet, quòd immo indiſtincte mille alię exceptiones quàm nominatæ in dicto ſtatuto opponi poſſunt. Quia ſtatutum loquitur taxatiue, dum dicit, dumtaxat. Et natura taxatiuę eſt excludere. l. qui aliena. §. libertos. ff. de neg. geſtis. Et hoc uidetur ſequi Bald. in dicta. l. ita pudor. quia dicit ipſe, cum ſtatutum ſit præter ius commune, quia permittit aliquas exceptiones. Igitur aliæ non obſtabunt, quia eſt caſus omiſſus, ergo nõ eſt recedendum a verbis ſtatuti, argumento in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſoluto matrimonio. † Sed iſta ratio Bald. non videtur bo- 9 na, quia ſi caſus eſt omiſſus a ſtatuto, ergo remanet in diſpoſitione iuris communis. l. ſi cum dotem. in principio. ff. ſoluto matrimonio. & quod ibi not gloſ. & Bart. ſed de iure communi in omni iudicio quamuis ſummario poteſt & debet opponi contra, & perſonę ſunt prius legitimandæ. l. ſi quærimus. ff. de teſtamentis. & gloſ. & ibi Bar. in l. 2. C. de edict. diu.. Adria. 10 tollen. igitur &c. Oldradus verò dicit † quòd immo per tale ſtatutum friuolę tantummodo exceptiones ſunt ſublatæ, nõ autem rationabiles, vt dicta. l. ita pudor. & dic. l. i. §. 1. cum ſua gloſ. ff. quod vi aut clam. Et ſic in hac prima quęſtione principali videmus Bar. Ray. Bald. & Oldra. eſſe differentes. Ego tamen crederem opinionem Bar. eſſe veriorem. videlicet quòd nõ obſtante dicto ſtatuto poſſit ſaltem opponi & excipi cõtra

ſolennitatem

Source : BIU Cujas

D. Guidonis Papæ, De compulsorijs literis.

solennitatem instrumenti & contra personam agentis, q̃ ipse est minor & filiusfam.& q̃ ipse qui fecit instrumentũ non erat notarius. Ratio: quia statutum nihil dicit de personis, nec etiã
11 loquitur de persona illius qui recepit instrumẽtum. † Ideo isti casus omissi remanent dispositioni iuris cõmunis. l. qđ Seruius. ff. de condict. ob cau. & l. si cum dotem. in princ. ff. soluto matrimo. & quod ibi not. per glos. & Barto. Sed de iure communi cõtra personas, & quod instrumentum non habeat solennia, & q̃ ille, qui recepit instrumentum, non est notarius, possunt in iudicio opponi, vt dicta l. si quæramus. & dicta l. generali de tabula igitur &c. Et maximè possunt opponi contra instrumentum
12 de defectibus solennitatum instrumentorum: † quia hoc statutum loquitur de instrumento publico, quod non esset, si solennia deficerẽt, iuxta not. in d. l. generali Et in hoc residet Oldra. dum dicit, q̃ per tale statutum friuolæ exceptiones videntur reiectæ & non aliæ de iure admissibiles. Et ita secundùm opinionem Bartoli & eũ sequenti. vidi semper iudicari in curia parlamenti.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones nouationis & delegationis an possint opponi contra literas cõpulsorias non obstante statuto &c.*
2 *Verba statutorum sunt in potentiori significato capienda.*
3 *Statutum de non opponendis exceptionibus contra literas compulsorias intelliguntur tam de proprijs quàm improprijs.*
4 *Exceptio nouationis & delegationis obijci non potest aduersus literas compulsorias.*

¶QVAESTIO II.

1 **Secundò quæro.** Si obstante dicto † statuto potest opponi exceptiones nouationis & delegationis. Et videtur q̃ sic: nam prædictæ oppositiones non sunt propriè exceptiones: quia exceptio cum sit actionis exclusio, in l. j. & 2 ff. de exceptionib. præsupponit actionem, igitur cum dictum statutum sit exorbitans a iure cõmuni & disponat, q̃ nullæ aliæ exceptiones possunt opponi quàm in dicto statuto comprehensæ, per illud verbum, duntaxat, intelligi debet dictum statutum de proprijs exceptionibus, & non de improprijs: vt in l. 3. § hæc verba. ff. de nego. gest. Sed exceptiones nouationis & delegationis non excludunt actionem per obiectũ sed ipso iure, vt l. j. cum materia. ff. de noua. & l. 2. C. eod. titu. ergo non sunt propriè exceptiones. Ideo videntur posse
2 opponi, cum statutum loquatur de exceptionibus, † & debent intelligi in potentiori significato. l. j. ff. si ager vecti. vel emphy. peta. & hanc partem tenet Bald. in l. si non sortem. § libertus. ff. de condi. indebi. Sed Dominus Ioannes de Imo. tenet contrarium in l. fin. ff. a quibus appel. non licet. quem ibi videtur sequi Ange de Aretio, in quinta colum. Quia, vt dicunt ipsi, istæ non sunt exceptiones permissæ a dicto statuto, quæ non possunt opponi. Nec obstat, q̃ non sunt propriè exceptiones: quia aduertendum est, q̃ etiam in dicto statuto permittitur opponi exceptio, quæ non est propriè exceptio, vt exceptio solutionis: quia solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio institu. quibus mod. sol. oblig in princip. Igitur dictum statutum intelligitur, & eius intentio fuit, q̃ opponi non possunt aliæ exceptiones tam propriæ quàm impropriæ. Ista sunt verba Ange. de Aretio vbi supra, & adduco vltra eum aliam rationẽ: quia hoc statutum permittit etiam opponi exceptionem excommunicationis, quæ etiam non est propriè exceptio, quia non excludit actionem. l. j. & 2. ff. de excep. Sed tantummodo differt iudiciũ, donec agens fuerit absolutus, iuxta ea quæ leguntur & notã. in c. decernimus. de sententia excommunicationis. lib. 6. Igitur cũ in hoc statuto permittuntur opponi aliquæ exceptiones, quæ etiam non sunt impropriæ exceptiones, etiam quæ non dicuntur propriæ exceptiones. Ideo dicit insequendo opinionem lo.
4 de Imo. & Ang. de Are. † q̃ dictæ exceptiones nouat. & delega. aduersus tales compulsorias opponi non poterunt obstante dicto statuto, quod taxatiue loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum obligationis non valet in qua non continetur ipsius obligationis causa.*
2 *Promisso non est causa obligationis.*
3 *Præceptum iudicis vel testatoris nudum sine causa est innalidum.*
4 *Exceptio contra instrumentum admittitur, quòd causa obligationis in ipso non continetur.*

¶QVAESTIO III.

1 **Tertiò quæro.** Pone q̃ instrumentum † ad iustificationem productum non continet causam obligationis, & sic non valet obligatio, iuxta l. 2. §. circa. ff de exceptione doli cum ibi not. ideo dicit Barto. in dicto §. circa. quòd libellus, in quo dicitur † peto a te decem: quia
2 promisisti, non valet, eo quòd promissio non est causa, vt dicit glos. in dicto §. circa. quam ibi sequitur Barto. Et alibi dicitur,
3 † q̃ præceptum nudum iudicis, vel testatoris sine causa etiam non valet. l filiusfamilias. § diui. ff. de legat. j. & nota. Cyn. & doctor. in l. quoties. C. de fideicom. & faciunt not. in l. j. C. de ver.
4 sig. † An hæc exceptio admittatur non obstã. dicto statuto. Dic q̃ sic, secundùm Bar. in dicta l. si nõ sortem. § i. ff. de condictione indebiti. Et ideo dico in quolibet alio contractu ex quo nõ oritur obligatio, & ita fuit iudicatum in curia parlamenti Delphinalis: vt plene scripsi in decisionibus parlamenti ipsius curiæ, quæstione xv.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio simulationis non potest opponi contra literas compulsorias obstante statuto de non opponendo &c.*
2 *Simulatio præsumptione iuris & de iure probata opponi potest contra literas compulsorias.*
3 *Statutum non præsumitur tertio velle præiudicare.*
4 *Notario opponi potest exceptio, quòd fuerit simulate rogatus.*
5 *Instrumentum non dicitur, si in eo solennitas debitæ non inueniuntur.*

Quæstio quarta.

1 **Quartò quæro. An non** obstante † dicto statuto possit opponi contra compulsorias exceptio simulationis. Bar. in d. l. 1. §. 1. ff. quod vi aut clam. in ver. sed quid si oppono, quòd instrumentum est simulatum & c. detetminat q̃ nõ, quia talis exceptio non impugnat instrumentum, sed impugnat vires contractus contenti in hoc instrumento; quoniam negari non põt, q̃ nõ sit instrumentũ publicum, licèt de contractu simulato, vt C si quis alteri vel sibi l. 1. & l. quamuis. & l. cum proprias. Sed
2 Bal. in l. j. circa finẽ. C. plus valere quod agitur. distinguit. † quia aut simulatio probatur præsumptione iuris & de iure: & tunc per tertium possunt opponi, argumento notatorum in authẽ. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. & potest esse ratio in hoc, secundum Ioan. de Imo. in d. l. fi. ff. a quibus appel. non licet. q̃ non est credendum, † quòd statutum voluerit tertio præiudicare, arg. in l. 2. §. meritò. & in §. quòd si princeps. ff. ne quid in loco publ. sicut videmus in rescripto cum clausula appellatione reiecta, quæ clausula nõ præiudicat tertio, in c. super eo. extra de offi. deleg. aut simulatio est probanda, & tunc aufert, aut obiicitur contractui, & tunc nõ potest opponi obstante dicto statu-
4 to, & in hoc concordat Bar. vt s. dixi. † & opponitur rogationi tabellionis, quia opponit, q̃ simulatè fuit rogatus, q̃ a partes finxerunt rogare notariũ, cum non intenderẽt rogare, vel dicẽdo
5 q̃ testes fuerunt simulatè adhibiti. Et pro hoc dicitur † q̃ instrumentum nõ est instrumentũ, id est quòd deficiunt solennitates instrumentarie, id est rogitus, in authenti. de tabellio. §. nos autem. & tunc potest opponi talis exceptio simulationis contra compulsorias non obstante dicto statuto.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio acceptilationis an possit opponi contra literas compulsorias non obstante statuto hoc prohibente.*
2 *Promittens certam quantitatem soluere an possit exceptionem compensationis opponere.*
3 *Acceptilatio obijci potest contra literas compulsorias non obstante statuto de non opponendo &c.*
4 *Compensatio contra literas compulsorias admitti potest.*
5 *Confusionis actionum exceptio aduersus literas compulsorias admittitur.*

Quæstio quinta.

1 **Quintò quæro: quia** dictu statutũ admittit † exceptionem solutionis, an poterit opponi exceptio acceptilationis quæ habetur loco solutionis. Et videtur quòd non, quia dictum statutũ loquitur de vera solutione. igitur &c. l. solutum. ff. de solutio. ideo non verificari in ficta. l. 3. §. hæc verba ff. de neg. gest. Sed acceptilatio est ficta solutio. institu. quibus modis tolli. obliga §. item per acceptilationem. igitur &c. Ita dicit Ioan. de Imo. in d. l. fin. ff. a qui. appel. non licet. Sed aduertendum, quia Bar. videtur tenere contrarium in simili in l. amplius nõ peti. ff. rem rat.
2 habe. vbi tenet † q̃ si aliquis promiserit soluere certam quantitatem pecuniæ, & iurauit, q̃ si postea vult opponere exceptionem compensationis q̃ potest, nec dicitur esse periurus, quia ille qui compensat dicitur soluere, vt ibi. & in l. si constat. C. de cõpensa. & in l. si peculium. §. 1. ff. de statuliber. & in l. si mulier. C. de condi. ob cau. & in l. si fundus sub conditione. §. Titio. ff. de lega. 1. licèt non sit vera solutio. Et etiam licèt iuramentum debeat impleri in forma specifica, in cap. ad nostram. extra de iu-
3 reiuran. † Dico ergo insequendo opin. Bart. tanquam veriorem, quòd ficta solutio puta acceptilatio poterit opponi contra tales compulsorias. & similiter etiam compensatio, licèt dicatur etiam ficta solutio. pro quo adduco vltra Barto. quia ille qui dicitur ficte residens in ecclesia, non dicitur periurus, licet iurauerit residentiam facere, in c. ex parte. Io 2. extra de cleri. non residen. ita qui ficte soluit dicitur soluisse. pro quo text.
4 in l. 4. §. soluisse. ff. de re iudicata. Et ita vidi seruari, † quod compensatio admittitur contra tales literas compulsorias de stilo etiam cõsuetudinario curiarum præsentis patriæ Delphinatus. Quæ consuetudo est legitima legum interpres dicti statuti, in
5 lege si de interpretatione. ff. de legib. Et ad idem dico † q̃ exceptio confusionis actionum, quæ fit per aditionem hæreditatis,

iuxta

Source : BIU Cujas

iuxta l.si debitor.C.de pact.etiam admitti debet contra tales literas compulsorias: quia habetur loco solutionis, & idem importat ꝙ solutio,iuxta l.Vrannius.in princ.ff. de fideiusso.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio de nullitate contractus in instrumento contenti an possit contra literas compulsorias opponi.*
2 *Statutum de non opponendis exceptionibus contra literas compulsorias intelligi debet, si res rite & recte gesta fuerit.*
3 *Nullitas contractus in instrumento contenti potest contra literas compulsorias obijci.*

¶QVAESTIO VI.

1 Sextò quæro. † Quid si opponatur, ꝙ cõtractus, de quo fuit confectum instrumẽum, est nullus de iure: quia fortè cum minore sine curatoris auctoritate, vel aliàs an audietur reus opponendo de tali nullitate. Dic ꝙ sic, non obstãte dicto statuto. pro quo adduco: quia si etiam ex pacto partium remoueatur appellatio, non propterea videtur sublata via nullitatis ſm Ang. de Aretio in d.l.j.§.j a quib. apell. non licet. ibi, quid si promitto rem. Et de hoc tetigi in decisioni
2 bus curiæ parlamenti. q.38.† quia debet intelligi dictum statutũ, si res gesta rite & rectè processerit p ea quæ dicit. Bart. inl. diuus. de testamẽto milit. & idem Bart. in l.j.§.j.ff. quod vi aut clam. Et ita etiam seruat stilus curiæ parlamenti, vt scripsi plenè in decisionib. q.219. Non enim tantummodo potest opponi cõtra instrumentum de defectibus solennitatum, & sic de nullitate instrumenti, vt dixi supra in prima quæstione, in fine, maximè in casu huius statuti, in quo fit mentio de instrumento publico,
3 † sed etiam de nullitate & inualiditate contractus descripti in *ipso instrumento*, vt dixi supra in 3.q. & in dicta q.209.

SVMMARIVM.

1 *Reo exceptiones contra literas compulsorias admissibiles opponente an debeat iudex ex suo officio agentem repellere.*
2 *Iudex exceptionem tacitè in obligatione inclusam, licet a reo non oppositam supplere potest.*
3 *Exceptiones multæ sunt, quas a reo non oppositas nõ potest iudex supplere.*
4 *Processus in causa criminali factus cum procuratore contra quem non est oppositum an valeat.*

¶QVAESTIO VII.

Septimò quæro. Apparet iudici ex lectura instrumenti, ꝙ ibi non sunt solẽnia, quæ de iure requiruntur, & quæ exceptiones sunt admissibiles, & possunt opponi non obstante dicto statuto: vt dixi supra in prima quæstione, in fin. vel etiam apparet iudici ex lectu-
1 ra ipsius instrumenti, ꝙ in ipso instrumento non committitur causa obligationis. Quæ exceptio potest etiam opponi aduersus compulsorias, vt etiam dixi supra in 3.q. † Si autem reus opposuerit ĩ iudicio tales exceptiones, an iudex ex suo officio debeat supplere & repellere agẽtes. Dic ꝙ sic: vt l.si vnus.§.pactus ne peteret. cum gloss. & ibi Barto. ff. de pact. Idem tenet Ang. de Are. in l.4.§.condemnatum. in 2. colũ. ff. de re iudic. & alibi dicit
2 Barto. † ꝙ exceptio, quæ inest tacitè in actione, qua quis cõuenitur, licèt non opponatur à reo, iudex nihilominus potest etiã supplere & absoluere talem reum. l.eum qui ita.§.qui ita, lo.j.ff. de verb.oblig. & ibi secundùm Barto. plenissimè, sed apparente in causa diffiniendi, si hoc sufficiat deducere ad mẽtem iudicis per iura & allegationes ad partem iudicis tradendam, dic ꝙ sic secundùm Barto. in l.eum qui §.qui ita. ff. de verb. obli. & Ang. de Aretio. in d.l fin. ff a quibus appellare non licèt, & in dicto §. condemnatum. Et hoc verum, quando exceptio inest ipsi obligationi, vt in casu quæstionis propositæ. Sed venit extrinsecus: tunc est necessarium in iudicio opponere, & non sufficeret dicere seu opponere in allegationibus ad partem iudici tradendam, vt dicit Barto. in dicto §.qui ita. vide Ang. de Aretio in di-
3 cto §.condemnatum. † sunt etiam multæ aliæ exceptiones reo competentes, quæ si per eum in iudicio non opponãtur, iudex non poterit supplere, de quibus plenè scripsi in decisionib. curiæ parlamenti quæstione. 405. Et tangit etiam Ang. de Aretio in l.4.§.hoc autem iudicium. de dam. infect. & ibi etiam Barto.
4 † Sed iuxta hanc materiam quæro procurator, qui non debet per iudicem admitti in causa criminali, iuxta l. penulti. in §.ad crimen. ff. de publi. iudi. si non fuerit oppositum in iudicio, an processus valeat. Dic quòd sic, secundùm. Ange. de Aret. in tractatu suo maleficiorum. in gloss. super verbis, qui iudex videns quòd inquisiti &c.

SVMMARIVM.

1 *Reus non valens aliquam exceptionem sibi de iure competentem contra literas compulsorias opponere, an saltem possit iudicis officium implorare.*
2 *Exceptionem de iure communi competentem remanere nil aliud est, quàm actionem fortificare.*
3 *Reus quando possit officium iudicis implorare contra literas compulsorias.*
4 *Exceptio præscriptionis non admittitur contra literas compulsorias.*
5 *Actio in quo differat a iudicis officio.*
6 *Solennitas quæ seruari debeat in actione intentanda.*
7 *Officium iudicis cum imploratur, tres personæ & cognitio causæ requiritur.*
8 *Actio quælibet obligationem præsupponit.*
9 *Officium iudicis oritur, quotiescunque vera ad iudicem diriguntur.*

Quæstio octaua.

1 Octauò quæro. † si obstante dicto statuto reus non possit opponere contra literas compulsorias & instrumentum ad iustificationem ipsarũ productum aliquam exceptionem sibi aliàs de iure competentem, si ipse reus possit saltem implorare officium iudicis. Dic ꝙ sic, vt est casus no. in l.planè. ibi, & ad ipsum officium iudicis cõtinebitur &c. ff. de peti. hæreditatis. & in l.fi. eo. tit. & in l.3. in fi. ibi, vel officio iudicis vel doli &c. ff. nautæ caupo. stabu. Secus tamen si dictum statutum diceret, nulla alia exceptio vel diffinitio admittatur: quia tunc reus esset excluſus ab imploratione officij iudicis, & nõ erit remedium reo, nisi ꝙ ipse soluat, & postea repetat, iuxta. c. debitores. extra de iureiur. ita dicit Bartol. in d.l.j.§.1. ff. qđ vi aut clam. in verb. item aduerte, quia si statutũ &c. quem sequitur Ang. de Are. in d.l. fi. in fine. ff. a quibus appellare non licet. & istud idem voluit Bar. in d.l. planè. & Pet. de Anc. in clemen. j. de sequestratione possess. & fruc. qui omnia supradicta per Barto. sequitur, ut refert idem de Are. in d.l.fi. ff. a quibus appel. non licet. sed Bal. in d.l.j. in ult col. C. de cond. in-
2 debiti, dicit † ꝙ immo remanere exceptionem quæ de iure cõmuni competit non est aliud quam fortificare actionem. Et ideo dicit ipse nõ est uerum, quòd iudex possit supplere in defectum exceptionis, & sic non possunt implorare officiũ iudicis, ut admittat alias exceptiones, ut l. quoties. C. de precibus impera. offe. & in l.3.§.is pro quo. ff. quod quisque iuris. & hanc partẽ etiam sequitur Sali. in d.l. ita pudor. C. de adul. in uers. sed ultra prædicta quæ sunt Bar. &c. sed do. Io. de Imol. in d.l. fi. ff. a quibus appellare non licet, in quæstione. Quæro, an stante dicto statuto quòd nõ possit opponi &c. in fi. ut ibi refert de Aretio concordando opiniones Bar. & Bal. & Salic. distinguit, quia di-
3 cit ipse, † aut auctor locupletaretur cum aliena iactura rei conuenti, si non posset implorari officium iudicis. Et tunc officiũ iudicis poterit implorari: ita intelligitur dicit ipse de Imo. opinio Bar. per dictam l.planè. & d.l.fi. Et ex hoc dico insequendo hanc distinctionem domini Ioannis de Imola, quòd licèt exceptio non numeratæ pecuniæ per dictũ statutum uideatur sublata, ut non possit opponi aduersus compulsorias, quòd nihilominus poterit implorare officium iudicis, ne actor locupletetẽ cum aliena iactura: aut non locupletaretur, ut non contingeret, si exceptio esse præscriptionis uel pacti de non petendo ex causa lucratiua facti, & tunc uidetur quòd nõ possit implorari officium iudicis, ex quo per statutum excluduntur tales exceptiones. Et ita intelligantur opiniones Baldi & Sali. & per hanc
4 distinctionem Imo. in hoc secundo membro dico † ꝙ exceptio præscriptionis, quæ per statutum curiæ Delphina. sancti Marcellini excluditur, non debet admitti in dicta curia, etiam per implorationem officij iudicis, de hac quęstione etiam scripsi in dictis decisionibus curiæ parlamẽti quæstione ccxcij. De hac materia imporationis officij iudicis etiam scripsi in dictis decisionibus quęsti. ccclxij. de officio iudicis, & de differentijs inter actionem & officium iudicis, uide in l.qui. per collusionẽ
5 §.fi. ff. de actione empti. Et inter cæteras differentias † est ista, quia in actione ante litem contestatam non potest procedi ad diffinitiuam sententiam l.2. ubi in rem actio. Sed fit missio in possessionem bonorum. C. quomodo & quando iudex. l. consentaneum. & C. de bonis auctoritate iudic. possiden. l. cum proponas. & aut. ibi posita: sed in officio iudicis sic. C. si minor ab
6 hęre. se abstineat. l. si omnes. † Item alia differẽtia: quia quando intentatur actio, debet seruari solennitas posita in l. prolatam. C. de senten. & interlocu. om. iudi. Sed illa solennitas non seruatur, ubi intentatur officium iudicis, ut notat gl. in l. recusare. in 2. glo. ibi posita. ff. ad trebel. Item quando actio intentatur, requiritur consensus patris. l. fi. §. necessitatem. C. de bonis quę li. Sed ubi intentatur officium iudicis, non requiritur auctoritas patris. Istud ita indistincte non uidetur procedere: quia ubicũque imploratur officium iudicis in figura seu forma iudicii, nõ est ratio diuersitatis, quin ita bene requiratur consensus & au-
7 ctoritas patris, sicut iudicio intentato per uiam actionis, † cum in ipso officio iudicis implorato in figura & forma iudicii requiruntur tres personæ & causæ cognitio. c.2. extra de officio in l. in causæ. §. causa cognita. ff. de mino. ergo in eo ita bene requiritur consensus patris, sicut in iudicio ordinario. Sed in iudicis officio, quod imploratur per filiumfamilias non in forma, seu figura iudicii, sed extraordinariè, ut in agnitione bonorum possessionis, quæ fit coram iudice nemine uocato. l. fin. C. admitti ad bonorum possess. possunt. & tunc non requiritur consensus patris: & ita procedat, quòd hic dicitur excepta auctoritas, ut no. in l.1. C. qui admi. ad bonorum possess. possunt.
8 & est gloss. secunda ibi posita. † Item actio præsupponit obligationem. l. quintus. in fi. & ibi Dy. & de Are. ff. de annuis legatis. Sed officium iudicis non ita præsupponit in l. qui per collusionem. in fi. licèt uideatur quòd immò ad officium iudicis potest

accedere

Source : BfU Cujas

D. Guidonis Papæ, De compulsorijs literis.

accedere fideiussor, vt not. Bar. in l. finita. §. Iulianus. versi. quid sit effectus primi & secundi decreti. ff. de dam. infec. Alia differentia: quia in actione concluditur contra partem, & in officio iudicis verba diriguntur ad iudicem, ita etiam colligitur ex gl. relata ad tex. in l. si soror. C. de colla. & est glo. super verbo, iubebit. † quæ vult, ℘ vbicunque verba diriguntur ad iudicē, dat-
9 tur & oriatur officium iudicis, sed illud est intelligendum secundùm Sali. ibi, vbi nō præcedit factum, ex quo oriatur actio. l. cum postulassem. in prin. ff. de dam. infec. secus vbi subest factum, ex quo oriri possit actio. ff. & insti. de interd. pro hoc in Spec. in tit. de contuma. §. nunc dicamus. ver. sed pone reus dicit verbi gratia, sum minor & læsus, ideo domine iudex peto re stitui per vos dominum iudicem. Iuxta hoc quæro, si appellatione actionis continetur officium iudicis. & videtur ℘ non, cum magna sit differentia inter actionem & officium iudicis, sicut ponit Bar. in l. j. ff. de iur. om. iudi. In contrarium videtur tex. iuncta gl. in l. actionis verbo, & l. pecuniæ verbum. §. actionis. ff. de ver. signi. & est effectus, vtrum legatis actio. veniant ex pensæ, & alia quæ officio iudicis debentur.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex cui ex actis constat actorem male agere, an possit eum repellere reo eius officium non implorante.*

Quæstio nona.

1 **Nonò quæro** circa hanc materiam. † Reus nō implorauit officium iudicis, sed iudici ex actis apparet actorem male agere, an poterit actorē repellere & iustitiam ministrare ex officio suo non obstan forma huius statui. Ant. de But. in c. cum dilectus. extra de consuetudine, tenet ℘ sic, & alleg. Inno. in c. cum olim. extra de cēsi. Idem vo luit Bal. in rub. de manumissio. ea ratione: quia tunc non aditur reus, sed iudex. etiam tenet Angel. de Are. in l. 3. §. hoc autem iudicium. de damno infecto. ibi. octauus casus &c.

S M M A R I V M.

1 *Fideiussor an possit contra literas compulsorias opponere, ℘ principalis debeat prius conueniri.*

2 *Verba statutorum sunt stricte & in suis terminis accipienda.*

Quæstio decima.

1 **Decimò quæro** de quæstione quæ † quotidie occurrit in facto. Aliquis promisit soluere Titio centum responsorio nomine tertij, & se cō stituit soluturum submittendo omnibus curijs Dalphin. non renuntiauit iuri dicendi principalem prius fore conuenien q̄ responsorem, an hæc exceptio ordinis, ℘ prius cōueniatur debitor principalis, quam respon sor, vel constituto, possit contra literas compulsorias opponi. Et videtur ℘ sic, tamen ipse respō sor interuenit in obligatione nomine alieno, ideo prius est cō ueniendus debitor ptincipalis, quam ipse respōsor, siue constitutor, iuxta ea quæ leguntur & no. in aut. præsente. C. de fideiuss. Et ita tenet Pet. Iac. in tit. de constituta pecunia libellus, circa principium. & facit in aut. de fideiuss. in §. 1. col. 1. Sed credo contrariū in materia huius statutis. † Quia verba ipsius statuti stricte sunt accipienda & tenenda in suis terminis, iuxta. l. ꝑspexit. qui & a quibus. & notat Iacobus de But. in l. 1. C. de cōdi. inser. & Bar. ī l. §. j. ff. qd̄ vi aut clam. & pro hac parte bene facit aut. si qñ. C. de cōstituta pecunia. facit ēt: ga per huiusmodi statutum nō solū censentur reiectæ propriæ exceptiones, sed etiam aliæ: quæ etiam non sunt propriæ exceptiones, vt dixi. s. in secunda exceptione circa finem. & tangam infra q. xii. Et ita etiam seruat curia parlamenti, vt scripsi in decisio. parlamenti. q. xciiii.

S V M M A R I V M.

1 *Venditor an possit contra literas compulsorias ab emptore impetratas opponere exoeptionem pretij non soluti.*

2 *Emptori ad rem nulla competit actio ante solutionem pretij.*

3 *Exceptio pretij non soluti non admittitur contra literas compulsorias.*

4 *Exceptio rei venditæ & non traditæ non admittitur contra literas compulsorias.*

Quæstio vndecima.

1 **Vndecimò quæro.** † emptor alicuius rei impetrauit literas compulso rias super instrumento venditionis, in quibus literis compulso riis petit rem venditam sibi tradi: reus opponit aduersus compulsorias exceptionem pretii non soluti. Et dicit propterea nō teneri rem venditam tradere nō soluto pretio, iuxta. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. an hæc exceptio debeat admitti q̄ dictas literas cōpulsorias obstāte dicto statuto. Et videtur ℘ sic licèt actio ex vēdito nō sit nata ante solutionē pretii, vt d. §. in verb. actio &c. & de verb. sig. l. cedere. eq̄ videtur: quia exceptio est action is exclusio. l. 2. ff. de excep. Et dicit lex ℘ si ante petat, repellit̄ per exceptionē. C. eo. l. si pater. ergo nata est actio, Quid dicendū. Iac. de Ra. tenet † ℘ nulla competit actio, antequā solu atur pretiū, & sic intelligit d. §. offerri. & dicit Bar. in d. §. offer ri. quòd ex contractu vltro citroque obligatorio nō pōt effectualiter agi, nisi ab eo qui totum cōtractum ex parte sua adimpleuit, per d. §. offerri. sed Pet. dicit, ℘ statim oritur actio, etiā si nulla pretij solutio sequatur, probat sic: nam lege cauetur, ℘ cōuentiones nominatæ iuris gentium differunt à cōtractibus innominatis: quia quæ in speciale nomen cōtractus fiunt, statim pariunt actionem, sed aliæ non nisi re secuta. ff. de pac. l. iuris gētium. §. j. & facit l. qui pendentis. ff. de act. emp. ita dicit Cy. in l. si traditio. C. de act. emp. dico tñ circa hanc quæstionem, ℘ quicquid sit de iure, fuerit nata actione vel non ante solutionē pre-
3 tij, † ℘ illa exceptio pretii non soluti, non debeat admitti aduersus dictas compulsorias ex forma dicti statuti, in quo statuto licèt certæ aliæ exceptiones enumerentur, nō tñ est ista exceptio inter certas enumerata, ideo non credo, ℘ debeat admitti: cum huiusmodi statutum non debeat ampliari, sed stricte intelligi & seruari in suis terminis quāquam duris: vt dicit Bar. in d. l. j. ff. qd̄ vi aut clam. & tetigi vt supra in j. q. & idem dicendum in venditore, qui petit pretiū, qui licèt non possit petere pretiū, nisi rem venditam offerat, vt dicit Spec. in dicto actore. ver. item repellit̄
4 venditor. & no in d. § offerri. in gl. super verbo, potest, in si. † Qā tamen exceptio hæc rei venditæ & non traditæ non admittitur ex forma & mente dicti statuti: cùm statutum non debeat ampliari, sed stricte in suis duris terminis seruari, vt dicit Bart. in d. l. j. §. j. ff quod vi aut clam. & Ia. de But. in l. j. C. de condi. incerti. an dictus. § offerri. habeat locum in locatione & cæteris contractibus, vide plene per Henric. Boic. in c. in causis. in prima distinctione, extra de re iudi.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio diuisionis actionum duobus reis debendi insolidum competens non potest obijci contra literas compulsorias.*

2 *Statutorum verbis licèt duris standum est.*

3 *Exceptio diuisionis actionum an sit dilatoria vel peremptoria.*

QVAESTIO X.

1 **Duodecimò quæro.** † An contra tales compulsorias poterit opponi exceptio diuisionis actionum, quæ competit duobus reis debendi insolidum obligatis, qui non renunci auerint illi beneficio, iuxta auth. hoc ita tamen. ibi, no. per gl. & doc. C. de duobus reis. Credo ℘ non, cum hoc non patiātur verba dicti statuti ꝑpter illa verba taxatiua duntaxat, quę sunt exclusiua aliarū exceptionum, arg in clemen. vna de sequestra. possess. & fructuum. & ibi notatorum, & no. per Arch. in c. statutum. §. in nullum. de
2 rescriptis. lib. 6. † Et quibus verbis quanquam duris standum est in materia statutorū, vt dicit Bar. in d. l. j. §. j ff quod vi aut clam. & non sunt amplianda, vt dicit Iacobus de Butrio in d. l. j. C. de condictionibus incertis. Et pro hac parte facit etiam ratio: quia licèt hæc oppositio non sit proprie exceptio: tamen non exclu dit actionem, quod patet, ℘ post litis contestationem non pōt opponi, secundum Bar. in l. si dubitetur. ff. de fideiussoribus. Tamen hæc oppositio licèt non sit proprie exceptio, censetur etiā per hoc statutum reiecta. Sunt & aliæ oppositiones, quę nō sunt proprie exceptiones: vt dixi in simili plene supra in secūda quęstione, circa finem. De aliquibus aliis exceptionibus opponēdis ante litem contestatam scripsi in decisionibus curiæ parlamenti, q. 94. Et de materia diuidendarum actionum, vide plene per Ioannem Ferrati. in titulo, forma libelli contra plures reos debendi. † an dicta exceptio diuisionis quæ reis debendi competit
3 sit dilatoria vel peremptoria. Dic ℘ est dilatoria, vt dicit Bar. in dicta l. si dubitetur. ff. de fideiusso. ideo debet opponi ante litis contestationem.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio saisinæ mandato iudicis ad instantiam tertij an possit cōtra literas compulsorias opponi.*

2 *Saisinæ concessioni præcisarum non debent esse impedimento.*

3 *Saisinæ in quibus sint concessæ casibus.*

4 *Duntaxat, est dictio omne id quod non exprimitur excludens.*

5 *Precisè in quibus casibus sint concedendæ.*

QVAESTIO XIII.

1 **Decimotertiò quæro.** Si cōtra dictas compulsorias sup publico instrumento debitoris possit † opponi, ℘ debitum in compulsorias petitum est saisitum mandato iudiciario ad instantiā tertii ius haberet prætendentis in ipso debito Dic ℘ non, vt plene scripsi in decisionibus parlamenti, q. 210. verum quia nōnulli hūt decisiones, ideo dictam decisionem facientem mentionem de saisinis, hic duxi inserēdam de verbo ad verbum, vt sequitur. Anno Dñi millesimoquatercentesimoquinquagesimooctauo, die vicesima mensis Martij fuit concluſum per Dños
2 meos de parlamento in camera consilij, † ℘ saisinæ non debeāt impedire concessionem præcisarū: & quod dicitur in curia parlamenti concedantur præcise. Tamen expensæ super literis cōpulsorijs non obstantibus saisinis per quancunq; curiam factis, attento etiam ℘ de iure tales saisinæ sunt regulariter prohibitę, nisi in casibus, † videlicet qñ debitor est magnus baratator,

vel in-

Source : BIU Cujas

vel in fuga, vel eſt prodigus, vel pp inopiam, vt hæc plenius dicit Bartolus in lege mulier. ff. de lege commiſſoria. ibi, quæro an bannum ſit de iure. Vltra dico, q̃ dicta oppoſitio ſaiſinæ nõ eſt de exceptionibus enumeratis in hoc ſtatuto, ideo eſt hęc oppoſitio excluſa per verba dicti ſtatuti. † Ibi duntaxat, quæ eſt dictio taxatiua & excludit omnes alias exceptiones, vt dicit Bartolus in dicta lege prima. §. j. ff. quod vi aut clam. & plene ſupra deduxi in præcedent. quæſtionibus, ita q̃ nõ ſolum in dicta curia parlamenti, ſed etiam in aliis curijs inferioribus præſentis patriæ Dalphina. non debet attẽdi ad tales ſaiſinas, vbi inchoatur proceſſus à compulſoriis. † Sed debent concedi præciſe. Etiam in caſibus de quibus ſupra proximè tetigi, in quibus valeat, & procedunt ſaiſinæ ſecundum Bar. in d. l. mulier. Quia etiam illis iuſtis cauſis interuenien. nihilominus debent concedi pręciſe ex forma & mente dicti ſtatuti.

4

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones peremptoriæ & dilatoriæ an per reſcriptum tolli poſſunt ſub clauſula, non obſtantibus quibuſcunque oppoſitionibus &c. remiſſiue.*

QVAESTIO XIIII.

Decimoquartò. Quia ſupra viſum eſt de exceptionibus, quæ per ſtatutũ tolluntur & tolli poſſunt. † An per reſcriptũ principis poſſint exceptiones peremptoriæ vel dilatoriæ tolli ſub illa clauſula nõ obſtantibus quibuſcũq; oppoſitionibus &c. Vide quæ plene dixi in tractatu meo qui intitulatur tractatus reſcriptorũ & clauſularum derogatoriarum & non obſtan. in reſcriptis principũ apponi ſolitarum, in prima ſecunda & tertia quæſtionibus.

1

SVMMARIVM.

1 *Exceptio repulſa in prima inſtantia an poſſit opponi in cauſa appellationis à conceſſione præciſarum.*

2 *Iudex ad quem poteſt exceptionem contra præciſas conceſſas admittere licèt à repulſione ipſius appellatum non fuerit.*

QVAESTIO. XV.

Decimoquintò quæro. Reus oppoſuit in iudicio cõtra cõpulſorias alteram exceptionem in hoc ſtatuto comprehẽſam, iudex per ſuam interloquutoriam repulit talem exceptionem. Et conceſſit literas pręciſa, † nunquid in cauſa appellationis ſi à conceſſione præciſarum fuerit appellatum, potero illam exceptionem in prima inſtantia repulſam iterato in cauſa appellationis opponere. Inno. dicit q̃ ſic in c. quo ad conſultationem. extra de re iudica. Spec. tamẽ in tit. de exceptionibus. in §. dicto de dilatoriis. verſi. ſed quicquid ſit in principali videtur tenere contrarium, dum tamen non fuerit à dicta interloquutoria appellatum, volẽs innuere, q̃ ſi ſit minor, aut eccleſia, ſubuenitur per in integrum reſtitutionem, aliàs nõ. Sed dic, q̃ hæc quæſtio eſt diciſa hodie pro opinione Innoc. in c. fi. in princ. de appella. lib. 6. videlicet † q̃ iudex appellationis poterit illam exceptionem admittere, licèt à repulſione ipſius nõ fuerit appellatum, ita ibi probat tex. quem text. non vidit Spec. quia tempore ſuo ſextus decretalium nondum erat compilatus, nec ſimiliter etiã Innocen. non viderat ſextum. Ideo Ioannes Mona. in d. c. fin. in gl. j. dicit, q̃ per dictum capitulum fi. deciditur dubium tactum per Innocentium in d. c. quò ad conſultationem.

1

2

SVMMARIVM.

1 *Exceptionem falſi aduerſus inſtrumentum obligatorium opponens ſe ſubſcribere & iuramentum præſtare tenetur.*

2 *Excipiens communiter non tenetur ſe inſcribere ad pœnam talionis.*

QVAESTIO XVI.

Decimoſextò quæro. Quia ex forma huius ſtatuti admittitur exceptio falſi contra literas compulſorias & inſtrumẽtum ad ipſarum iuſtificationem productum. † an opponens talem exceptionem falſi contra inſtrumentum obligatorium teneatur ſe ſubſcribere & præſtare iuramentum, de quo habetur in l. fin. C. de fide inſtrum. Dy. dicit q̃ ſic, & reputat caſum in d. l. fi. iuncta gl. poſita ſuper verbo, quaſi falſum. † Excipiens tamen regulariter non ſe inſcribit ad pẽnã talionis, in c. ſuper his. extra de accu.

1

2

SVMMARIVM.

1 *Exceptio falſi ſententiæ exequutionem non retardabit.*

QVAESTIO XVII.

Decimoſeptimò quęro. † An exceptio falſi retardet exequutionẽ ſnïæ. Innocen. dicit q̃ non in c. licèt de prob. & vide Bal. ibidem in repertorio. facit pro hac l. ſatis. C. de falſis.

1

SVMMARIVM.

1 *Exceptio contra delegantem vel cedentem competens opponi poteſt contra delegatum vel ceſſionarium.*

QVAESTIO XVIII.

Decimooctauò quęro. † ſi exceptio cõpetens cõtra delegãtem vel cedentem poſſit opponi contra eum cui delegatur vel contra illum cui fit ceſſio. Bar. q̃ ſic in l. ſi cum filius. ff. de dona. & vide per doc. in l. apud. § de actoris. ff. de excep. doli. & in l. doli. ff de noua. & vide lo Fab. in §. in bonæfidei. inſt. de excep. Dy. in c. cum quis in ius de reg iur. in 6 Ang de Peru. in l. ſi donatarius §. ſi quis indebitam. ff. de cond. cauſa data cauſa non ſecuta. Bal. in l. ſi cum dotem. §. ſi patri. ff. ſolu. matri & doct. in l. ſeruum. §. fi. cum l. ſeq. ff. de procu. & vide tex. in l. ſi quis delegauerit. & in præalleg. l. doli exceptio. ff. de noua.

1

SVMMARIVM.

1 *Exceptio, quòd non poſſit conueniri fideiuſſor niſi principali prius excuſſo, an poſſit obijci contra compulſoriam ſuper inſtrumento de indemnitatis promiſſione.*

2 *Statuta ampliari non debent ſeu extendi ad non contenta in eis.*

QVAESTIO XIX.

Decimononò quęro. † Ille qui ꝓmiſit aliquẽ indemnem ſeruare non poteſt conueniri, niſi prius excuſſo principali, vt dicit Ange. de Are. poſt Barto. in l. ſi ſe non obtulit. §. fin. in fi. ff. de re iudi. an hæc exceptio poterit opponi aduerſus compulſorias ſuper inſtru. talis promiſſionis impetrato. credo q̃ non, ex forma & mente huius ſtatuti, cum eius verbis quanquam duris ſit ſtandum in l. proſpexit. ff. qui & à quibus. & in l. j. §. ſi is qui nauẽ. ff. de exercitoria. & tenet Bar. in d. l. j. ff. quod vi aut clam. † nec debet ampliari ſiue extendi ipſum ſtatutum ad exceptiones ibi non expreſſas, ſed reſtringi, ac per Bar. in l. Cęſar. ff. de publican.

1

2

SVMMARIVM.

1 *Notarii non poſſunt literas concedere compulſorias ſuper apodiſſa, in qua ſubmiſſio reperitur expreſſa.*

2 *Literæ compulſoriæ concedi poſſunt ſuper inſtrumento in formam publicam redacto, ſed non ſuper apodiſſa.*

3 *Statutum ſuper inſtrumento publico non debet extendi ad ſcripturã priuatã.*

QVAESTIO XX.

Vigeſimò quęro † ſi grapharii parlamẽti Dalphin. & aliarum curiarũ inferiorum poſſint expedire partibus literas compulſorias ſuper aliqua apodiſſa manu aſſerti debitoris ſignata, in qua reperit̃ ſubmiſſio expreſſa ad curiam parlamenti. Dic q̃ non; quia ſtatutũ diſpoſuit, † q̃ ſuper inſtrumento in publicam formam exhibito literæ compulſoriæ concedantur. Sed illa apodiſſa nõ eſt in forma publica: quia ibi non ſunt teſtes, & notarius qui requiritur ad hoc vt dicatur inſtrumentum publicum iuxta ea quæ leguntur, & no. in l. generali. C. de tabu. lib. 11. ideo non debet extendi ſtatutum ad illã priuatam ſcripturam, arg. in l. proſpexit. ff. qui & à quibus, & in l. j. §. ſi is qui nauẽ. ff. de exercitatoria. † Et q̃ huiuſmodi ſtatutum loquens de inſtrumento publico non debeat extẽdi ad literam priuatam, expreſſe tenet Bart. in l. j. §. j. ff. quod vi aut clam & faciunt quæ dicit Bar. in l. Cęſar. ff. de publica. & de hoc tetigi ſupra in q. j. Tamen quicquid ſit de iure, vidi aliquando tolerari tales ſcripturas: & recognita ſcriptura ſiue ſignatio à debitore, vidi concedi literas præciſas in curia parlamenti Dalphin.

1

2

3

SVMMARIVM.

1 *Actoris compulſorias impetrantis intentio an ſit iuſtificata reo die tertia ſolutionem factam allegante.*

2 *Actor debitũ per exhibitionẽ inſtrumenti probare debet reo ipſum negãte:*

3 *Excipiens de ſolutione an cenſeatur debitum & actoris intentionẽ confiteri.*

4 *Excipiens de ſolutione non præſumitur velle litem conteſtari.*

5 *Actus geſtus id tantum quod ex eo ſequitur inferre dicitur.*

6 *Commodum reportare quis non debet ex eo quod impugnet.*

QVAESTIO XXI.

Vigeſimoprimò quęro Quia hoc ſtatutũ admittit exceptionem ſolutionis, † an intentio actoris impetrantis compulſorias erit iuſtificata, ſi reus alleget ſolutionem die tertia. Dic q̃ aut reus allegat ſolutionem ſimpliciter; & tunc cenſetur debitum cõfiteri & ſuccumbet, niſi probet ſolutionem ſimpliciter, etiam ſi actor non produxerit inſtrumentũ ſui debiti. Aut reus non allegat ſolutionem ſimpliciter, ſed primò negat aſſertum debitum dicendo: nego debitum. † Et ſi de nouo conſtaret, dico ſoluiſſe: tunc enim ex hoc non eſt fundata intentio actoris, niſi probet debitum per exhibitionem inſtrumenti, ſuper quo compulſoriæ fuerunt impetratæ. Iſta eſt concluſio omniũ doc. maximè gl. & Cy. in l. ſi quidem. C. de exceptio. & facit. c. exceptionem obijciens. & ibi Dy. de reſcrip. lib. 6.

1

2

Circa

Source : BIU Cujas

3 Circa iſtum articulum. † Nunquid excipiens de ſolutione videatur cõfiteri debitum & intentionẽ partis agentis ſunt opiniones. Nam quidã ſunt, qui dicunt, ꝙ ita: & hanc ſnĩam gl. ſentit in l. exceptionem. C. de proba. in l. ſi quidem. C. de excep. in l. non vtiq;. ff. illo eodem titulo, ac eam expreſſe tenuit gl. in auth. de exhi. & introd. reis. in § ſancimus. in ver. ſuſcepto. in verbo, conteſtationẽ. ad fi. & quod hoc facit. l. qm̃. C. de his qui no. infa. l. quinquaginta. ff. de proba. in ver. nam & ſi. vbi vr̃ caſus, & auth. ſi dicatur. C. de teſti hoc etiam tenet Dy. in c. exceptionem obiiciens. de reg. iur. lib. 6. vt refert Bar. in d. l non vtiq;. & ſentit Spec. in tit. de proba. in §. reſtat. ver. primum. Alii ſunt in cõtraria ſnĩa dicentes, videlicet ꝙ excipiens de ſolutione non vr̃ fateri intentionem partis agẽtis neq; debitum: & iſta eſt cõis opi-
4 nio legiſtarum & canoniſtarum. † Mouentur primò: quia talis exceptionem obiiciens non vult litem conteſtari. l. elegãter. §. ſi quis. ff. de condi. indeb. Et tñ ſi excipiens de ſolutione intelligeretur confiteri per confeſſionem fieret litis conteſtatio affirmatiuè, vt in l. j. in gl. C. de litis conteſta. lib. 6. vbi exceptionem obiiciens non intelligitur litẽ conteſtari. Secundò pro hac parte facit, inducta ad vnũ effectũ non debent operari contrariũ. l. 2. C. de iuramen. calum. l. cũ tale. § falſam. ff. de cond. & demõ. Ergo cum exceptio ſolutionis tendat ad repellẽdum actorem,
5 non debet eius intentionem fundare. † Tertiò actus geſtus nõ infert, niſi id quod neceſſariò ſequitur ex eo. l. neq; tales. l. ad ꝓbationem. C. de prob. l. non hoc. C. vnde cog. & licèt quis dicat ſe ſoluiſſe nõ infert neceſſariò, ꝙ ſoluit debitũ: quia potuit ſoluiſſe indebitum, ergo obiiciens ſolutionem non vr̃ cõfiteri debitum. Quartò facit: quia in dubiis actus hominũ ita debent interpretari ſm ꝙ minus præiudicant l. ſi cui. ff. de ſeruit. l. meritò. ff. pro ſocio. l. ſemper in obſcuris. de reg. iu. Ergo exceptio ſolutionis, cum potuerint ſoluiſſe debitum & indebitum, in dubio eſt interpretanda in eam partem, vt minus prẽiudicet excipiẽti.
6 † Quintò pro hoc facit: quia ex eo quod quis impugnat nõ debet hr̃e cõmodum. l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoff. teſta. arg. eius quod dicimus, ꝙ ex poſitione negata non põt quis ſe iuuare, no. in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iu. calum. Sed actor adverſus quem obiicitur exceptio ſolutionis illam exceptionem potius vr̃ impugnare, cũ reus aſtringeretur ad probationem, ſi operaretur confeſſionẽ debiti, ergo &c. Et pro hac ſententia vr̃ caſus in l. ſi quidem. C de except. in l. non vtiq;. ff. illo eo. tit. in c. exceptionem obiiciẽs. de reg. iur. lib. 6. in c. cum venerabilis. circa medium, extra de excep. Et hoc ibi teneat Inn. Io. And. & eſt cõis opinio canoniſtarum. Et pro hoc allegatur lex cum de indebito. ff. de probatio. Et hanc ſnĩam tenuit gl. in lege Iulianus. ff. de cõdictio. indeb in gl. j. ibi, vel dic ꝙ eodem caſu, ex qua gl. in quantum loquitur de ſententia abſolutoria colligit ibi Bart. eſſe deciſionem contra Dy. in præalleg. c. exceptionẽ obiiciẽs. de reg. iur. lib. 6. de qua ſupra. Eſt ergo concluſio ſm cõem ſententiam legiſtarum in prẽalleg. l. ſi quidem. C. de excep. & canoniſtarum vbi ſupra ꝙ obiiciens exceptionem ſolutionis, vel pacti non videtur confiteri debitũ. Et ita etiam determinauit præceptor meus dominus Ambroſius de Vignate in præallega. lege quinquaginta. qui ferè omnia prædicta dixit, aliquibus tamen per me additis. Quæ prædicta reddunt deciſionem illius viceſimæ primæ & vltimæ quæſtionis ſtatuti, de literis compulſoriis, adhuc dubiam.

IOAN. DE GRASSIS,

CVM NOVISSIMIS annotationibus.

De Ceſſione Iuris & actionum fienda:

PRAEFATIO.

QVONIAM in corpore iuris ſparſus & diffuſus articulus de Ceſſione inuenitur, & à nemine collectus hucuſque, duxi ipſum opus aggrediendum colligẽdo in ordine ſm meę perſpicacitatis ſciẽtiam mihi ore & labiis à Deo inſtillatam, donec perfecero, videlicet prẽmittã per §§. qualiter fiat Ceſſio iuris & actionum, deinde quis cedere poſſit. Item quæ actiones cedi poſſint, cui, & in quem transferri poſſint iura & actiones. Item quę actiones competãt procura. in rem ſuam, & vnde naſcantur. Vltimo loco quando appellatur, quis cedere poſſit, & quo iure, quibus omnibus ſic per ordinem enarratis, vtile erit per optantibus falarem ſuam in iure ciuili non omittere, circa hunc articulum ceſſionum veritatem ante offuſcatam ex variis ſparſionibus nunc puriſſimè elimatam cognoſcere.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio actionis quo titulo fieri poſſit.*
2 *Ceſſio facta potentiori ratione officij nunquid valeat.*
Ceſſionum formulæ.
3 *Actio pro parte vendi, & pro parte donari non poteſt, & cur.*
4 *Lege deficiente, nos quoque deficimus.*
5 *Decipere ſe inuicem contrahentibus eſt permiſſum.*
Tituli nomen vtrum ſit de neceſſitate in Ceſſione inſerendum: vt donationis præſumptionem ceſſare faciat & ſimulationem.
6 *Donare nemo regulariter præſumitur.*

§. Primus.

1 SCIENDVM eſt igitur, ꝙ ceſſio † actionis põt fieri quocunq; titulo vero non ſimulato. C. manda. l. per diuerſas. & C. plus valere quod agi. per totum, ex quo. ſ. titulo rei dñium trãsferri poteſt ad aliũ & ipſam ceſſionem actionem transferri dicitur. l. ſcimus nulli. & c. ff. de iure do. l. ſi mulier. §. ex aſſe. ff. eo. in tantũ ergo transfertur actio ex ceſſione, vt à iure illius propriè appelletur cui ſeu in quem fit. ff. de procu. l. quæ omnia. §. planè. quare procurator in rem ſuam dicitur: vt ff. man. l. ſi procuratorem. §. dolo autem. in fi. & ff. de in rem verſo. l. 4. §. idem Labeo. & loco dñi. ff. de pactis l. ſed ſi tantũ. & C. de act. emp. l. emptor. (Adde ꝙ procurator in rem ſuam cõſtituitur per verba pono te in locum meum. Bar. & Ang. & Alex. in l. 2. §. ſi ff. de ope. no. nunc. & in l. planè. cum gl. fa. er. & vbiq; Bar.) Et hæc omnia vera ſunt, ſiue ſit titulus ille, per quem fit ceſſio de his, quæ fiunt inter viuos, vt C. de hære. vel act. ven. per totum, niſi fiat potentiori ra-
2 tione officii; quia tunc non valent ceſſio † immo amittit creditum. C. ne liceat potentio. l. j. & 2. vel alia ratione q̃ officii, quia habebit locum titulus de alie. iud. mu. cau. fa. vel etiam ſi nõ potentiori aliqua ratione fiat non valet: ſi tamen res ſit in iudiciũ deducta in quibuſdã caſibus, vt C. de liti. l. 2. & fi. ſiue cauſa mortis: vt ff. de do. cauſa mortis. l. Titia. vel in alia vltima voluntate. ff. de leg. (Ceſſionum formas vide per Spec. in tit. de ceſſio act. per totum. Sali. in repe. l. j. C. de ac. & obl.) Poteſt itaq; cedi actio titulo dona. & transferri, vt C. mand. l. fi. Item titulo emptionis & venditionis, vt d. l. per diuerſas. & C. de hære. vel act. vend. per totum, Item titulo dotis, vt tit. de act. & obli. & ff. ſol. mat. l. Męuia marito. Item tit. ſocietatis: vt ff. pro ſocio. l. j. 2. & 3. & ff. de pecu. l. Sticho. Item tit. ſolutionis, ſcilicet dationis in ſolutum. Itẽ tit legati & fideicõmiſſi, vt C. de leg. l. ex legato nominis & arg. C. cõia de leg. l. 2. hoc tñ fallit, vbi res eſſet in iudicium deducta; quia tunc actio non transfertur, ſed hæres litẽ exequitur & prẽſtat legatario totum id quod conſequitur. C. de litig. l. quicũq;. & auth. nunc ſi hæres. Item transfertur actio etiã tit. inſti. & ſubſti. vt d. l. quicunq;. C. de litig. Caue tamen, ꝙ licèt dixerim ſupra
3 ꝙ actio † poteſt donari & vendi, tamen non poteſt pro parte vendi, & pro parte donari; quia iura præſumunt ſimulatum talem contractum, vt C. manda. l. fi. idem ſi minori pretio empta ſit; quia in dubio præſumitur ſimulatum, idem & ſi deficiat res ceſſionis. C. manda. l. per diuerſas. not. C. ne liceat potentio. l. 1. per gloſſ. vbi autem non dubitaretur, ſed certum eſſet, non eſſe ſimulatum; tunc indiſtinctè valet, nec locus eſt præſumptioni prædictæ, vt ff. & C. de hæred. vel actio. vendi. per totum. idem & ſic certum eſt eum eſſe ſimulatum, vt C. plus valere quod agitur per totum, & not. in d. l. j. C. ne liceat potentio. poteſt etiam dici ſecundum quoſdam, quòd titulus ceſſionis non exigatur, pro hoc facit. l. item quia. §. ſi cui. ff. manda. & l. per diuerſas, & not. C. ne liceat potentio. l. j. dicunt enim non reperiri cautum
4 de titulo ceſſionis, & vbi lex † deficit, nos quoq; deficere debemus. ff. ſol. mat. l. ſi verò. §. de vno. & d. l. per diuerſas. hoc dicit ſi recte inſpiciatur. Nam dicitur ibi, ꝙ redimenti nomen reſtituã pretium, quantum datum eſt pro ceſſione, licèt venditum nomen ſeruatum eſt, ſic. n. videbatur ꝙ non; qa nõ debet reſcindi venditio facta minori pretio, quia licitũ eſt contrahentibus in-
5 uicem † ſe decipere. ff. loca. l. item ſi pretio. §. quemadmodũ. vt ff. de mino. l. in cauſæ. la 2. dum tamen vltra dimidiam non decipiatur. C. de reſcin. vendi. l. 2. (Adde tamen, ꝙ contrahens dolo partis deceptus non cogitur implere contractum. l. qui nondũ, & ibi Bald. C. de hæred. vel actio. vend.) Ego hanc probo, quòd non ſit ex neceſſitate nomen tituli inſerendum in ceſſione, dũ tamen cã, quare ceditur, ſit incerta, quæ neceſſaria eſt ſm Vbertum de Bobio iſta rõne; quia ſicut nuda traditio corporaliter facta ſine cã non transferet dñium rei immobilis. ff. de acq. re. do. l. nunq̃ nuda. ita traditio actionis non transfert vtilem actionẽ nec directam: difficilius enim acquiruntr̃ incorporalia, vt ff. pro ſocio. l. j. §. ſi. & l. 2. & ibi vide gl. magna, in prin. & ff. de pecu. l. ſi quis. nec eſt vera ſnĩa eorum, qui præſumũt donationem intelligi in ceſſione, à qua titulus in cã ceſſionis non continetur, arg. ff. de cond. indebi. l. j. & ff. de reg. iur. l. cuius per errorem, quia de
6 regulari iure nemo † præſumit donare. l. cum de indebito. ff. de probati. addo ergo & aliã rationem. Nam conſtat, ꝙ ex cõtracta innomi-

Source : BIU Cujas

innominato fit ceſſio actionis,vt C.de actio.& oblig.l.j.ff.de prę ſcri.verbis l.naturalis. circa prin. quomodo ergo poterit nomẽ inſeri:cum contractus ſit innominatus,& careat nomine, vnde vera eſt hæc ſnĩa,ꝙ ſufficiat cauſam ceſſionis inſerere, vt arg.C. de procur.l.qui ſtipendia.& ff.de probat. l.cum de indebito.

Annotatio An titulus ceſſionis exigatur in ceſſione Bar.in l.per diuerſas. dicit ꝙ ceſſio præſumitur ſimulata,ſi titulus ⁊ctus non appareat in ceſſione, ꝓ illã. l.j.licèt inſtrumento ceſſionis. & hoc ſentit Spec. in tit.de proc. §.ſequitur videre.in prin.&c. (Adde Bald. in l.per diuerſas.in 2. q.& in Spec.de pac.in prin.ver.filius autem.idem Bal.in l.ſecunda,in 2.col.verſi.3.præſumitur ſimulatio.C.ne lice.poten.)

SVMMARIVM.

1 *Cedere actiones qui poſſint.*
2 *Infans cur non poſſit actiones cedere, & quid de tutore ſuo.12.*
3 *Pupillus ſine tutore nunquid cedat actiones.*
4 *Adultus nunquid ſine curatore cedit actiones.*
Minor vtrum reſtituatur, ſi ſit leſus per ceſsionem.
5 *Furioſus nunquàm cedit actiones niſi dotis cauſa.*
6 *Mutus & ſurdus non cedunt.Et quid de curatoribus eorum.*
7 *Filiusfamilias an cedere poſsit, & in quibus.*
Filiusfamilias põt in omnibus caſib. obligari præterquàm in mutuo & voto.
8 *Pater ſolus an poſsit actionem filij cedere tanquàm adminiſtrator.*
Seruus actionem vtrum cedat.
9 *Collegium & vniuerſitas actiones quas habent cedunt.*
10 *Bannitus an & quando poſsit iura & actiones cedere.*
Intellectus.l ſi duo.ff.de ſolutio.
11 *Statutum contra iuris rationem inductum in conſequentiam non trahitur.*
12 *Ceſsionarius dicitur procurator in rem ſuam, & an poſsit in libello dicere ſibi debitorem obligatum.13.*

§.Secundus.

Viſo qualiter fiat ceſſio, expedit ſubijcere pſonas, quæ ipſas poſſunt cedere actiones.Et
ratorem. Sed quid ſi non habeat curatorem. Rñdeo, tunc poteſt cedere; qa obligari, vt eadem. l. ſi curatorem. Sed nũquid ipſe curator poterit ſine adulto cedere. Rñde non; cum nec eum obli-
30 get, vt C. ſi tuto. vel curato. l. ſi creditor. † Sed nũquid infans pupillus & adultus poſſit reſtitui in integrum aduerſus ceſſiones a ſeipſis cum tutorib. vel curatorib. factas, vel ſine, vel a tutoribus vel curatorib. ſolis, ſi ſint læſi in ipſo ꝯctu. Rñdeo ſic, niſi decretũ iudicis interueniat, vt C. de præd. mino. l. ſi quidem. cum ſimilibus, vel niſi rẽm interuenit in adulto, vt C. ſi aduerſus vendi.
31 authen. ſacramenta Præterea † quid de furioſo, nunqd põt cede re adulto? Rñdeo non, vt C. ad Trebell. l. Sancimus. Item qa ipſe nec obligari, vt ff. de act. & oblig l. j. §. furioſum. & eſt ratio; quia nec tacite, nec expreſſe põt conſentire, vt ff. loc. & conduc. l. qui ad certum. niſi qñ pater exigit dotẽ filiꝫ furioſę; quia tũc tacite conſentire dr̃, vt ff. ſol. matr. l. 2. §. voluntate Sed quid de curatore furioſi, nunquid poterit cedere. Rñdeo ſic, vt ff. ad Trebellia. l. hæres. & C. ad Trebellia. l. Sancimus. Item quid de ſurdo & mu to. Rñdeo, non poſſunt cedere, nec obligari, vt ff. de verb. oblig. l. j. in prin. & inſti. de inuti. ſtipulatio. §. mutũ & §. ſeq. ſed nunqd curator muti poteſt cedere. Rñdeo ſic, vt ff. ad Trebellia. l. ſeruo inuito §. fin. Sed nunquid hoc eſt verũ in quolibet ſurdo. Rñdeo non, ſed tñ de eo qui nullo modo exaudit, ut ff. de acti. & oblig. 39
l. j. §. fi. an filiusfamil. poſſit cedere actiones acquiſitas ex caſtrẽſi,
32 vel quaſi caſtrenſi, vel aduentitio lucro quæro. Rñdeo ſic, † cum poſſit obligari ex omnibus cauſis prꝫterq̃ in mutuo, & in voto, vt ff. de iudic. l. tam ex, & de actionib. & obligat. l. filiusfamil. & ff. de noxal. l. quotiens. & ff. de pecul. l. ſi quis filio. & l. & ideo. & ff. de eden. l. prætor. § ſed ſi filius, & ff. de pollicita. l. ſi quis rem. §. voto. Sed tñ hodie nõ poteſt actiones cedere, in quib. patri exercitium competit, niſi conſenſu ipſius patris, vt C. de bo. mater.
33 l. j. & de bo. quæ libe. l. fi. §. vbi autem in vnum. † Sed nunquid pater ſolus poteſt cedere actiones filii in ſua poteſtate manentis tanquam legitimus adminiſtrator ipſius. Rñdeo non, niſi filius ſit infans, vel abſens. C. de bo. quæ libe. l. fi. §. ubi autem in vnum, & ff. ſolu. matr l. 2. §. volunt Item ſi filiusfamil. ex re patris ꝓpria aliquos ꝯctus fecit, nunquid pater poterit cedere iura in hoc cõ tractu ſine filio. Reſpondeo ſic, cum in his, quæ iuris ſunt, tota obligatio ſit patri acquiſita per filiũ, vt ff. de verb. obli. l. qđ cũq; 42
primo reſpon & §. fi. & rem pup. ſalu. fore. l. ſi filius. Secus autem in his quæ facti ſunt; quia tunc non egreditur perſonam filij, niſi ſtipulatus fuiſſet ipſi patri, vt ff. de verb. obligat. l. quod dr̃. Item quæro, an fideicommiſſarius poſſit cedere actiones ſi quas hẽt. 43
Rñdeo ſic, vt ff. ad Trebell. l. j. §. ſi autem collegium. Item qd de eccleſia, nunquid miniſter eius poteſt cedere actiones. Reſpon deo non, vt ff. de libe. leg. l. prætor ait. §. qui ſic, vel dic, ꝙ ſic, ſicut pupillus, qui non habet curatorem, vel dic ꝙ pro re mobili poſ ſit, & immobili non poſſit, argu. C. de ſacroſ. eccleſ. l. iubęmus, & l ſacroſanctę & not. Accur. in authen. de non alienan. aut ꝓmutan. reb. eccle. §. hoc ergo nos. in glo. ſignata ſuper verbo numeranda. Item quid de ſimplici procuratore ad hoc ſpecialiter cõſtituto, nunquid poteſt cedere actiones. Domi. Accur. de Reg. & domi. Homobo. de mor dicunt ꝙ non per. l. ff. ad Trebellian. l. reſtituta ubi dicitur, ꝙ tutor pupilli non poteſt cedere, multo ergo minus procurator poteſt cedere, argum. ff. de reg. iur. l. non debet, dominus Alber. Papi. & dominus Iacob. Bald. dicunt idẽ:
34 quia † per procuratorem non ſit venditio, ut ff. de procur. l. procurator, & ceſſio eſt venditio, vt ff. de fide. l. ſi dubitet. in fi. primo
35 reſponſo. & l. his. Item quia † procurator alium procuratorem facere non poteſt ante litis conteſtationem, vt C. de procurat. l. quod quis, & l. neq;. & qui iura cedit, ſolet facere procuratorem in rem ſuam eum, cui cedit, ut C. de hæreditate uel actione uendita. l. emptor. & ff. mand. l. ſi procurator. §. dolo autem. in fi. Alij vt Albe. de Galeo. & Oldr. quibus aſſentio, dicunt ꝙ procurator ad hoc ſpecialiter conſtitutus poteſt cedere: quia per procuratorem † hæreditas reſtitui poteſt, in qua reſtitutione tranſeunt
36 actiones: vt ff. ad Trebell. l. reſtituta, & † procurator habens ſpe-
37 ciale mandatum poteſt alium procuratorem etiam ſimplicem facere, ſecundùm domi. Odofr. licèt prædicti ſapientes ꝯdicant. Itẽ quæro, an ille, qui habet ius ceſſum, poſſit alij cedere. Rñdeo ſic, & transfert vtilem, quæ erat apud eũ, & nulla remaneat apud eum, qui ſecundò ceſſit, ſecundùm dominum Alber. de Gal. ut ff. de minorib. l. ſed vtrum, ubi ponit eam Accur. in ſolutã. C. de hæredita. uel actione vendita. l. emptor. Sed dic ut notat ipſe Ac
38 cur. ff. ad Trebell. l. extitiſſe. An † bannitus poſſit cedere iura & actiones, qui per ſe agere prohiberur ex forma ſtatuti. Rñdeo ſecundùm do. Alber. de Gal. ꝙ ceſſio non ualet, ſi bannitus ſit ex cauſa ex qua bona publicantur; quia actio & petitio fiſco & ꝯ fiſcum competit, ut ff. de ca. diminutio. l. 2. & ff. ꝓ ſocio. l. actione. §. public. & hęc eſt ipſa veritas: ſi autem bona non ſint publi cata ex illa cauſa, tunc & idem Alber. de Gal. diſtinguit utrum fiat titulo lucratiuo, an oneroſo. Primo caſu obſtat exceptio banniti auctoris, ut ff. de ꝯhenda emptio. & uend. l. dolia. § j ff. ꝓ ſocio. l. idemq; in fi. ff. de reg iur. in l. in his. §. non debeo. Secũdo caſu nõ obſtat, ut ff. de excep. doli. l apud Celſum. §. de auctoris. & §. ſi cum legitima. Alij ſubdiſtinguunt hoc membrum, qñ fit titulo non lucratiuo, vtrum fiat bona fide, & tũc non obſtat, an mala fides, & tũc obſtat, ut arg. ff. de except. doli. l. apud Celſum. §. de auctoris, vbi dicit, cum ſit bonę fidei. Hoc non placet, nam ipſa. l. apud Celſum. §. de auctoris. & § ſed cum legitima. intelligitur qñ exceptio ꝙpetit ꝯ auctorem propter ipſam rem occaſione perſonæ forte dolum committentis in ipſa re. acquiritur & qñ vult vti adminiculo, aut acceſſione ſui auctoris, vt no. Acc. in d. §. ſed cum legitima. & facit prædicta. l. ff. de regu. iur. l. in his. §. non debeo. cum ſimilibus. Alii diſtinguunt aliter, utrum fiat ceſſio ex cauſa voluntaria, an neceſſaria, argu. ff. de procur. l. ſeruum quoq; § fi. ff. de damno infe. l. cum poſtulaſſem. § fin. Nec hoc placet: quia illa l. ſeruum quoq;. §. fi. loquitur in exceptione procuratoris, quæ demum aduerſus procuratorem obijciatur, ut repellatur, ſi non defendat, quæ exceptio non competit ꝯ cedentẽ, nec ex ſua perſona, quod ſecus eſt in exceptione forbanniti auctoris. Alia etiam l. cum poſtulaſſem. §. fi. loquitur in eo q ius habebat in rem ipſam ante ceſſionem ex ꝯctu cedentis, qđ ius ſequebatur rem, ad quemlibet trãſentem, ſecus eſt in noſtro caſu. Alii diſtinguere uoluerunt, utrum agatur directa nomine domini, an vtili nomine ſuo. Primo caſu obſtet exceptio. Secun do non, argumen. de ſolutio. l. ſi duo. Nec hæc placet; quia † directa & utilis non ſunt duæ actiones, ſed una duas habens qualitates, ſm Ioan. vt dicam infra, quæ act. comp. ei qui iura & actiones per ceſſionem acceperit, & hæc vnde naſcantur, & l. ſi duo, loqr̃ in eo qui habet duas actiones diuerſo iure competentes eidem ſuo nomine, licèt ad eandem rem, vt ipſa lege colligitur. Poſſet etiã dici ſm alios, ꝙ illa l. ſi duo. loquatur de exceptione reali, licèt hæc exceptio forbanniti auctoris eſt perſonalis. Tu dic ſalua ſemper meliori ſnĩa, ꝙ indiſtincte poſſit cedere, nec obſtet exceptio prædicta; cũ ipſa ſit perſonalis ergo perſonam nõ egre ditur, ut ff. de leg. 2. l. cum patronus. & de admi. tut. l. ex pluribus. 40
cum ſimilibus; † & quia ſtatutum ꝯ rigorem iuris inductũ eſt, nec ad conſequentias ſit trahendum, ut ff. de legib. l. quod ꝯ. Itẽ quia nulla l. ꝓhibetur cedere, licèt ſit bannitus, † & quæ non reperiuntur prohibita, uidentur iuris permiſſione conceſſa, ut ff. ex quib. cau ma. l. nec non. § j & no. ſup. in princ. huius tituli, qs 41
cedere poſſit. & hæc quæſtio fuit diſputata, & ſic determinata Pa duę in ſcholis per domi. Oldinum de Biraga in ſuis ſcholis, † priuilegiatus aliquis ſcholaris puta habens ius ceſſum ex iuſta cauſa a quodam priuato, nũquid vtetur ſuo proprio priuilegio priuilegiatus. Rñdeo, vr̃ ꝙ non poſſit uti priuilegio ſuo, & hoc di-
43 cunt quidam pluribus rationibus, & primò: qa † fiſcus, qui priui legiatur in multis, ſuccedens in locum priuati, utitur iure priua ti, ut ff. de uſur. l. cum quidã. §. fiſcus. Itẽ qa pupillus eodẽ modo ſuccedens in locum maioris, utitur iure maioris, ut C. de nõ nu. pec. l. ſi in certa. & C. de hæredi. actio. l. ſi prætextu. Itẽ quia ex ꝓſona hæredum conditio obligationis immutari non debet, ut ff. de uerb. oblig. l. 2. §. ex his, & de prætor. ſtipulatio. l. prætorẽ. & C. de reſti. mili. l. quæ a patre. Item quia abſurdum eſt, ſucceſſorẽ plus iuris hr̃e q̃ defunctũ, ut ff. de reg. iur. l. aliud. § abſurdum. Itẽ hæres ibi eſt defendendus, ubi erat defendendus defunctus, ſi tñ ibi inueniatur, ut ff. de iudi. l. hæres abſens. Itẽ ſi res ſubſtituatur in locum alterius, eiuſdem eſt poteſtatis, ut ff. de don. inter ui. & uxo. l. ſi donatæ. § ſi ſponſus. Itẽ qa id uenit in actione ſubſtituta, qđ in ea in cuius locum alia ſubſtituta eſt, ut ff. de uſur. l. ſi ſtipulatus, & ff. ſi quis cau. l. eum qui. §. qui iniuriarum. Item quia ali-
44 cuius † priuilegium in alterius iniuriam porrigi non debet. ff. de admi. tut. l. impuberi. & ff. ne quid in loco publico. l 2. §. ſi quis a principe. Item quia nõ debet eſſe quis melioris ꝓdõnis q̃ author ſuus. ff. de reg. iur. l. in his. §. non debeo, & l. in ipſis. Alij ꝯdicunt,
45 † ꝙ uti poteſt priuilegio ſuo, multis & uariis rõnibus, & primò: quia ꝓpria eius cã dr̃, cui facte eſt ceſſio, ut ff. de ꝓcu. l. q ſtipẽdia.
46 Item cũ fauorẽ contineat † fauores ſunt ampliandi, & odia reſtringẽda, ut ff. de lib. & poſthu. l. cũ quidã. Itẽ qa priuilegia ſunt benigne, & pleniſſime interpretanda, ut ff. de ꝓſti. prin. l. fi. extra
47 de uerb. ſig. c. olim. † Itẽ qa & fiſcus ſuccedens; priuato utitur pri uilegio ſuo ut ff. de iure fiſ l fiſcus. j. reſpon & ff de uſu. l. cũ qdã. §. debitores. Itẽ qa minori ẽt ſuccedenti maiori ipſo iure nõ cur rit tẽpus, qđ maiori ſupereſt, niſi factus maior, ut ff. de min. l. in terdũ C. de tẽp in integ. reſti. l. ea. Itẽ qa ꝓſcriptio quæ currebat ꝯ
48 defunctũ, ſi finiatur ꝯ minorẽ aliquo caſu infringitur ꝓ in integrũ reſti. ut ff. de min. l. ait prætor. † Item qa legatus Romę hæres inſtitutus hẽt ius reuocandi domũ, ut ff. de iudi. l. 2 §. legatis, & l. de eo. Itẽ qa hæres utitur priuilegio, quod defuncto non cõpetebat, uelut in re ſeculari, quæ peruenit ad eccleſiã; qa tũc excuſatur à lucratiuorum deſcriptione, ut in auth de eccleſ. tit. §. ſi qua. colla. 9. C. de ſacroſ. eccleſ. l. pen. Itẽ qa & ſucceſſor plus hẽt
49 q̃ defunctus, ut C. ſi pend. appell. l. fi. ff. de in integ. reſti. l. abſtinere. Tñ ego puto, ſalua meliori ſnĩa, † ꝙ priuilegiatus habens ius ceſſum a priuato poſſit uti priuilegio fori iam indulto, ut ff. de iud. l. j. §. legatis. & l. de eo. & ẽt aliis priuilegiis, dũmodo experiatur ꝓ tpe futuro, & ex ꝓſona & facto ſuo, licèt competat ei ex cã ipſius cedẽtis: & ſic intelligo oĩa iſta iura ꝓxime allegata: ſi uerò ſit fori priuilegiũ ĩdulgẽdũ, tũc ſecus, ut ff. de iud. l. hęres abſens. j. reſpon. uel experiatur etiã in aliis priuilegijs ex tempore præterito.

Source : BIU Cujas

rito,vel ex persona & facto dñi cedentis,& sic intelligo leges pri
50 ma parte allegatas.Sed ego quæro † nunquid cessio facta de laico in clericū valeat.Rñdeo fm Gof. q cessio non valet, immo adimitur actio ea rone;qa facta vī potentiori rone officij, vt ratione priuilegij fori,vt notatur extra de aliena. iudi. mutan.cau. fac.c.ij.& argu.C.ne li. po.l.j.& 2. Sed tu dic de iure ciuili,q valet cessio,nec obstat ille titu.C.ne li.po l.j.& 2. quia loqr in eo q est potentior rone officij.Secus si ex alia causa sit potentior, sicut accipitur de alienatio.iudi.mutan.cau.fac.l.3.& C.si ex nox. cau. aga.l.2.vel dic q ille tit.ne li. po.loqr in clarissimis & illustribus, nā video,q si cessio sit facta militi,valet. C. de proc.l qui stipendia,licet sit arg.ꝫ.ff.de alien.iudi.mutan.cau.fac.l.cum miles.sed dic,q ibi prohibet miles agere,non qa miles, sed qa iudicij mutandi cā cessio facta fuit.Sed dic,q illud esse non pōt,q ille titulus loquat tm̄ in clarissimis & illustribus, qa hi nec in proprijs causis possunt interesse,vt C.de ꝓcur.l.fi.nec militis honor officium est fm Accur.sed est genus hominū priuilegiatorū i expe
51 ditionib. Sed pone † priuilegiatum cedere iura & actiones priuato,nunquid iste vtetur priuilegio cedentis, et quò ad forum, & vī q sic,ad exemplū maioris succedentis minori,qui petit in integ.resti.ex persona defuncti,vt C.de temp.in integ.resti.l.3.& l.ea quę.Itē qa hæredes omnium eorū qui in integ. restitui possunt,restituitur i integrū ex ꝓsonis defunctorū,vt ff. de in integ.
52 resti.l.non solū.† Item qa & auxilium senatusconsulti velleiani competit et hæredi mulieris,vt C.ad velleia.l.hæredes.Tu dic,q non possit vti priuilegio aliquo ꝓsonali ex persona defuncti,cū dicatur dās litis.ff.de iure do.l.ꝓmittendo,cū simi. & qa tale priuilegiū non egreditur ꝓsonā,vt ff.de reg.iur.l.in oībus. & l.priuilegia,& ff.de censi.l.forma.§ q̄q̄,& l.3.§ fin.& ff.de iure immu.l.j. §.ꝓsonas,& l.semper. ff.de iur.immunitatis,& ff.de aqua quo.& ęsti.l.j.§.permittitur.secus in reali priuilegio; qa eo bene vti poterit,arg.legum pro prima parte allegatarum, & maxime illius. C.ad velle.l.hæres.Sed quid si actio ipsa sit priuilegiata. Rñdeo, tūc ille,cui facta est cessio,potest vti ipso priuilegio.ff.de reg.iur.
53 l.in oībus,& l.priuilegia.sicut etiam qñ † priuilegium ipsius rebus concedit:qa cum ipsis rebus transit ad quemlibet successorē.ff.de aqua quoti.& ęsti.l.j.§.permittitur, & ff. de censi.l.3.§.fi.

¶Quæ actiones cedi possunt. Rubrica.

54 Actiones † ceduntur omnes quæ verbo actionis continent,largo modo accepto vocabulo,vt accipitur.ff.de actionib.& oblig.l.actionū genera.§.actiones. nō et largissimo, vt accipit in eod.tit.l.actionis verbo. & est ratio, quare largissimo modo non accipitur; qa tunc etiā directa transferuntur, vt ibidem dī,quæ non pōt cedendo transferri, cum sit ossibus ita infixa,vt separari non possit,vt C.de nouatio.l.3.& no. Accurs. ff.de pecul.l.quis ergo casus.in gl.j.debitorib. & l.si Sticho peculiū.in gl.cū actiones. Itē & alia rone.s.ne criminalē & publicam actionē ꝓprehendat,vbi nec simplex interuenit ꝓcurator, vt ff. de pub.iudi.l.accusatorē.§.ad crimē.& ne priuatā & popularem contineat actionē,vbi et nō interuenit procurator simplex, nisi quātum pertineat ad priuatū cōmodū, quo casu & cedi posset, vt ff.de ꝓcu.l.licet.j.rñso.& §.j.& ff.de iniur.l.iniuriarū actio ī bonis vbi & hoc no.Ac.in gl.& ff.de fur.l.si vēdidero.§.fi.nisi forte 62
ad defendendū,& ff.de po.ac.l.qui populari.& l.seq. Sed nūquid
55 † actiones, quæ sunt ex delictis, possint cedi. Rñdeo, & dico q sic. ff. de peti. hæredi. l.quòd si in diem. §.Iulianus.Sed nunquid
56 †cessio partis debiti demum pōt fieri.Rñdeo,& dico q sic.ff.de peti.hæred.l.q si in diem.de administr.tuto.l.si plures. & de tut. & ra.di.l.pupillus.& ff.de pecu.l.quæsitum.§.sed si pro parte.ff.de cēsi.l.eū possessor.& no.Ac.ff.de fide.l.si fideiussores.& l.Modestinus.licèt alii ꝺicant,vt no.Ac.d.l.de fideiussor. Modestinus.
57 † Item nunquid actio realis possit cedi.Rñdeo sic; qa quantum ad articulū cessionū nil distat realis a ꝓsonali, vt C. de hære. vel
58 act.vendi.l.fi.† Sed nunquid realis,& qñ pendet ex ꝓsonali,veluti hypothecaria pōt cedi sine ꝓsonali.Rñdeo nō,qa hypothecaria accedit ꝓsonali actioni,vt ff.de pig.l.res hypothecæ.& accessoriū non transit sine principali,vt argu.ff.de reg.iur.l.cū principalis.& C.de vsur.l.eos qui.j.respon. & C. depos.l.si depositū. ff. quib.modis pig.vel hypothe.solua.l.Paulus.§.fi. & de distra.pig. l.fin.ff.ad Trebell.l.patri. & q cedi non possunt,no.Accur.C.de hære.vel act.vend.l.fi.licèt sint argu.ꝫ,scilicet q cedi possit tam realis q̄ personalis,vt d.l.hære.vel actio.vend.l.fin.& q hæc sint, vera,probatur inst.de act.item.§.Seruiana.Itē vī posse cedi,quia officiū iudicis pōt cedi, vt ff. de minorib.§.j. sunt etiam arg.pro hoc.C.mand.l.per diuersas,vbi dicit, exceptis, & ff.de except.rei iudica.l.fin.§.Latinus Largus.& C.de iure dotium.l.in rebus,vbi dicit,nolumus itaq; &c. & argu. C. per quas personas nob.acqr. l.j.C.de præscrip.30.anno.l.cum notissi.in fi.& de pig.act.l.2.hoc fm Ac.de Reg.Addo ego optimam rationē pro eo, q cedi non possit:quia semper cedens realem retēta personali pōsset reuocare ipsam,quam cessit,& cessionē infringere,veluti extinguendo personale;quia sublato principali extinguitur accessorū, ut C.de vsur.l.eos.j.respon.& sic posset,& post litis cōtestationem, & post denūciationē,vel partis solutionem reuocare cessionē, q esset ꝫ l.C.de nouat.l.2.Sed nunqd debet stipulari cui ceditur ab eo ꝫ quē fit cessio?Rñdeo non;qa tūc esset delegatio,immo eo inuito,& ignorante potest fieri cessio inter absentes. Rñdeo etiam sic,ad exemplum simplicis procuratoris, ut ff.de ꝓcur.l.j.
59 & no.Accur.eo.tit.l.in causę.§.sed & si procurator.in gl † Item quid si ceditur actio acquisita a cedente per dolum uel fraudē, nunquid doli exceptio obstabit procuratori in rē suam?Rñdeo
60 sic.ff de doli excep.l.apud.§.sed cum legitima,& ibi not. † Item nunquid actio iniuriarū pōt cedi?Rñdeo non,fm Io.quia nō est in bonis ante litis contest.& post efficitur litigiosa,vel dic q sic, vt no.Accur.C.de hære.vel actio.vendi.l.fi.& ad hoc facit,quod no.ff.de hęredi.vel act.vēdi.l.si nomen. Sed facta cessione, cuius est postea periculum actionis cessę,ꝫc vt ff.mand.l.inter causas. debet.n.cadens præstare debitorē esse ei ꝫ quem cedit iura,non etiam locuplete,ut ff.de pig.l.periculum,& ff.de solu.l.pupilli.§. soror.ff.de hæredita.uel actio.vend.l.si nomen.arguo tamen cōtra.ff.de hæredita.uel actio.ven.l.si nomen. arguo tamen cōtra. ff.de pignora.actio.l eleganter.§.si vendiderit.

¶Cui & in quem transferri possunt iura & actiones. Rub.

61 Possunt iura cedi † & actiones quibuscūq; personis,vt argum. C. de action. & obligat.l.sicut.in princ.& quia oīa sunt iuris permissione cōcessa,nisi reperiātur prohibita,vt ff.ex quibus causis maio. l. nec non.§.quod eis.cum similib. excipiuntur ꝓsonæ quæ acquirere non possunt,vt C.de iure delib. l.si infanti. quia infanti actiones cedi non possunt,nec possunt sibi acquirere,vt ff.de verb.oblig; l.j.primo rñso,& de actio.& oblig.l.j.§.furiosum. Idem in surdo, qui nullo modo exaudit,& in muto, qui nullo modo loquitur, vt ff.de actio.& oblig.l.j.§.mutū,& institu.de inuti.stipulatio.§. mutum.Sed quid de ipsorum tutoribus & curatoribus, nūquid poterit eis solis fieri cessio? Rñdeo sic,nomine ipsorum,ut d.l.si infanti.& C.ad Trebell.l.scimus.j.respon. Sed nunquid pōt fieri cessio supradictis personis cum auctoritate ipsorum tutorū, uel curatorum? Rñdeo vī q sic, ut ff. ad Trebell.l.seruo inuito.§.si pupillo.Sed dic cōtra q non,vt C.de curato.furio.l.fi. §. sinautē perpetuus,& ille §.ad Trebell.l.seruo inuito.§.si pupillo.loqr,& intelligitur de maiore infante. Item quid de pupillo & adulto? Rñdeo,potest ei fieri cessio,& prę̄stari etiam sine tutore & curatore, quia in acquirendo non est necessarium tutoris vel curatoris auctoritas,ut ff.de acqui.rer.domi.l.pupillus.& C.de aucto. præstan. l.obligari, nisi ex causa cessionis deberēt obligari se vel sua bona forte pro euictione uel pretij restitutione,uel qua alia ratione:quia tunc non possent eis cedi actiones,sine tutorū uel curatorū auctoritate,ut ff.de aucto. tuto.l.obligari,& l.pupillus. §.j.& C.de in integrum restitutio.mi.l.si curator habens,& tūc nihilominus restituuntur in integrum,si sint lęsi, vt ea. l.si curator. Sed nunquid solus tutor pupilli vel curator adulti recipiet iura,& actiones? Respondeo non:ut C.de iure deliber. l.potuit. Sed quid si nō habeat curatorem adultus, uel tutorem adultus, uel tutorem pupillus,nunquid possit eis cedi? Rñdeo posse sibi cedi,sed restitutio in integrum eis lęsis competit,ubi decretum interceserit,ut dictis.ll.si curator,& de præd. mino.l.si quidem, vel nisi ab adulto interuenerit iurm, ut in authen. sacramenta. signata super l.2.C.si aduersus uendi.† Item nunquid seruo possint cedi iura & actiones? Rñdeo sic,sed id totum acquirit dño, ut ipse dñs,seu procuratores dñi agant ex ipsa cessione:cum seruus in iudicio esse non possit,vt ff.si quis cautio.l.quotiens.& C. de iudiciis.l.seruus. Itē nunquid potest fieri cessio procuratori? Dic q sic,cum & per procuratorem fieri posset, ut no.supra qui cedere possunt.& ff.ad Trebell.l.restituta. Item nunquid filiofamil.possint cedi iura & actiones? Respondeo sic, & patri acquiritur fm uetera iura,ut ff.de uerb. obli. l.quod dī,& ff.de reg.iur. l.filiusfamilias, nisi in casirensi peculio,ubi acquirit sibi, et iure antiquo,ut institut.per quas personas nobis acquir.in principio, & ff.de castren. pecu. l.miles. & l.ex nouo. Sed hodie sibi acquirit iure moderno, ut C. de bonis quæ liberis. l.cum non solùm. Sed tamen administratio rerum, & exercitium actionum patri competit, uel etiam ipsi filio patris consensu interueniente, ut C.de bon.maternis.l.j.in fine,& d.l.cum non solùm.Sed nūquid potest fieri procurator in rem suam etiam ex parte rei? Respondeo sic,ut ff.de conditio. indebi. l.fi. §.Titium, & inuito actore, vt ff.famil.ercis.l.planè.

¶Quæ actiones competunt ei,qui iura & actiones per cessionem acceperit, & hæ vnde nascuntur. Rub.

63 Facta cessione legitime † actiones competunt quandoque directæ nomine ipsius cedentis, quandoque vtiles nomine eius cui ceditur,ut C.de hæredit.uel actio. vendi. l.fina.in glos. poterit ergo.In directis enim proprie dicitur de procuratore in rem suam,in utilibus uerò dominus,ut C. de hæreditate uel actione uendita.l.emptor hæreditatis.in glo.si directis, in fi. l.ipse directe demum facta cessione ex ipsa cessione competūt ipsi procuratori in rem suam nomine domini, ut

Source : BIU Cujas

prædicta.l.emptor hæreditatis.vbi dicit mandatis, nam exponit ibi.l.directis vtilis vero competunt ſuo noïe tribus ex cauſis, ex natura ℈ctus, & ab initio ſine ceſſione, vt C. de hæreditate vel actione vendita.l.poſtquam, & hoc accidit quibuſdam caſibus demum.quos infra dicam. Alia in ſubſidium ēt poſt ceſſionem factam,& deficientem poſtea,vt C.de actionib.& oblig.l.j. Alia ex qualibet ceſſione iuris facta. Apparet ergo ex prędictis,quòd ſemp vtilis competit ex ceſſione facta quocunq; ℈ctu nominato,ſine vltimà voluntate. Aliàs nunquā competit vtilis ſine ceſſione,niſi demum in ſubſidium, vt dixi, vel niſi certis caſibus, quibus etiam,ſine ceſſione competit vtilis ex natura præcedentis ℈ctus ſine cauſę,qui hi ſunt.† Primus in emptore,vt C.de hæreditate vel actione vendita.l.emptor.& C.de action. & obliga. l.2. Secundus in nomine dato in ſolutum,vt C.qñ fiſc.vel priua. l.fi. Tertius in nomine pignori dato, vt ff. de pig.l.cum cōuenit. Quartus eſt in dote,vt C.de actio.& oblig.l.2. Quintus in legato nominis,vt C.de leg.l.legato nominis. Sextus eſt hodie in donatione,vt C.de donat.l.illam.& hos ſex caſus not. dñs Accu.in glo.ordi.quæ incipit non vt eum,quæ eſt C. de actio.& oblig.l.j. Addo ego & alios vbi competit ex præcedenti cauſa vtilis ab initio & ſine ceſſione,videlicet in tutoribus,curatorib. & magiſtratibus,cæterisq; ſimilibus,vt ff.de tut.& ratio.diſt l.j.nunc tractemus.& C.de contr.iud.tu l j.& 2.C.de magi.quen l.j. & ff. de neg.l.ex facto.& poteſt eſſe ratio; quia ex neceſſitate obligatur, & ideo eſt ſecus in fideiuſſoribus & mandatoribus qui ex voluntate ſe obligant,vt C.de nego.l.tutori.pōt & alia eſſe ratio diuerſitatis prædictorum;quia nullum regreſſum habent tutores & cæteri ꝓdicti aduerſus aliquos,vt argu.ff.de procur.l.ſi minor. in prin.qđ ſecus eſt fideiuſ & mandatoris, vt ff. de fideiuſſorib.l.vt fideiuſſor.in no.Accur.Itē competit vtilis ſine ceſſione geſtori, qui mutuauit pecuniā abſentis noïe ipſius,nec ſtipulatus eſt ſibi reddi,nec ratum hī a dño,vt C.ſi cer.pet.l.ſi abſentis.& l.q̄uis. & in ſum.Azo.ſi cer.pet.§.datur autem.Item competit vtilis indebiti ſine ceſſione ei qui ſoluit indebite per errorem facti pecuniam ab alio debitam, & ab eo forte iam exolutam, eodē cuius noïe ſolutum ſit ratum non habente, vel actum non mandāte, vt C.de cond.indeb.l.ſi pignora,nam facti,cum nota.Accur. Itē pupillo aduerſus fideiuſſores,qui promiſerunt rem pupilli ſaluā fore,datur vtilis ſine ceſſione,vt C.de magiſtra. conuen.l j in fi. & ibi not.Ac.Item competit vtilis ſine ceſſione cui reſtituta eſt hæreditas ex trebelliano ſenatuſconſulto,vt ff.ad Trebell.l.ſi hęres pecuniam.& ff.de fide.l.hæres a debitore. item ei filio emancipato competit vtilis ſine ceſſione qui qui petit & accepit bonorum poſſeſſionem ℈ tabulas, vt ff.de bonor. poſſeſſ. ℈ tabul. l cum emancipatus.in prin & d l.ff.de fideiuſſor. l.hæres a debitore.& eſt ratio ſm Ac. de Reg. quare vtilis actio ſine ceſſione competit demum prædictis caſibus,quia† actio vtilis eſt auxiliū extraordinarium, vt C.ad exhib. l.ſi res, vnde extraordinarium auxilium non datur,niſi ſpecialiter lege caueatur; qa quibus caſibus lex deficit,nec vtilis actio danda eſt,vt ff. ſol.mat.l.ſi verò. §.penult.Hinc eſt ſciēdum, q̄ his caſibus ſupradictis nil proficit ceſſio directę.cum vtilis tantundem valens competat ſine ceſſione,vt not.dñs Azo in ſumma de hæredi.vel act.vēd.§.ſumma autem,& no.etiam dñs Ac C de hæred. vel act.vendi.l.emptor. Item caue tibi:quia his caſibus etiam ſupradictis nec vtilis competit,nec directa ceditur, ſi dolus eius cui cedi debet interceſſit in præcedenti ℈ctu,vel cauſa,vt ff.de adminiſtr.tut.l.ſi plures,& de tut.& rat.diſtra.l.ſi ex duobus. & ff.de ſolut. l.Stichum.§.pen. & ff.de excep doli.l.apud Celſum.§ de auctoris.Sed nunqd† hęc vtilis,quæ ab initio competit prædictis caſibus deficit ſeu moritur ſtatim facta ceſſione directæ? Rñdeo non ſm Ioan. immo directa & vtilis competit,nec tñ ſunt duæ ſed vna duas habens qualitates,vnā iure ℈ctus,alteram iure ceſſionis, vt hoc not.Ac. C.de hæredi.vel act.vend.l.emptor.in gloſ. agit ergo. Alij dixerunt,ſtatim vtilem annihilari facta ceſſione directæ,& duas eſſe actiones argu.ad hoc ff.de ſolu.l.ſi duo rei.Item ſolet quæri,vtrū ꝓdictæ vtiles actiones quę competunt procuratori in rem ſuam naſcantur,qđ dic vt no.domi.Az.in ſumma de actio.& obliga. §.penult.Item pone habeo debitorem, ℈ quem habeo ꝓſonalē actionem, puta certi condictionem de mutuo, & hypothe. ex pignorum conſtitutione, vendidi ſimpliciter tibi nomen iſtius debitoris,quæ actio tibi competit vtilis perſonalis vel hypothecaria. Quidam dicunt, q̄ competit vtilis hypothecaria,vt ff. de pigno.l.pignoris proſequutio.& Inſti.de actio.§ item ſeruiana. & facit bene pro hac ſententia.C.de hære.vel act.uendi.l.poſtq̄ & in hac ſententia eſt dñs Homobonus de Mor. & dñs Lāfran. & dñs Azo in ſumma,C.de pigno.licèt dñs Ac.in glo.ordinaria dicat contra.C.quæ res pigno oblig.poſſ.l.nomen. & d.l.hæreditatem.ſed hæc l.hæredem.non obſtat ſm eos & Ac.de Reg.quia loquitur ſm vetera iura, quando mulier non habebat tacitam hypothecam,ſed hodie ſecus eſſet. Vel dic, q̄ aliud eſt in tacita hypotheca q̄ in expreſſa. Ego puto habere utilem & ſicut cedēs habere directas,quod probo tali ratione;† quia is cui ceſſa ſunt iura ſimpliciter poteſt proſequi pignora & agere ℈ fideiuſſorē, ut C.de act.& oblig.l.hoc a creditore.& l.ſi ſolutum.& no. Azo in ſumma de hæred.uel act.uēd.in fi.l.ſic arg.℈.ff.de uerb.oblig. l.ita ſtipulatus.§.Criſogonus.in fi.& l.aliquid.& C de hæred. uel actio.uendi.l.uenditor.& l.filij.& l.emptori.quæ uidentur innuere,q̄ etiā ℈ fideiuſſorem & pignora ſit facienda expreſſe ceſſio. Item & alia ratione probe;qa † hypotheca uiuit & moritur ut acceſſoria,qñcunq; ipſa principalis moritur,quocunque modo moriatur,ut C.de luit.pign. l.intelligere. præterquā ſi ꝓſcriptione 30.annorum moritur principalis: quia tunc durat 40.annis hypothe.ut C.de præſcrip.30.vel 40 anno.l.cum no. Ac. d.l.intelligere.ut tunc forte mortua, ſeu extincta præſcriptione principali,poſſet cedi ſola hypothe.quæ adhuc durat,aliàs ſola principalis ſine hypothe.cedi poſſet,ut dixi ſupra,quæ actio.cedi poſſunt.§.Sed nūquid realis &c.Sed nunquid principalis poſſet ſola cedi,ut no.ſupra quæ actiones cedi poſſunt.§. ſed nunqd ceſſio partis,interueniente vno de his tribus,quæ dicit. l. C.de nouatio.l.ſi de legato.puto ipſam acceſſoriam extinctam eſſe,nec amplius reſuſcitari poſſet ſine nouo facto debitoris,ut arg. C.de re.pigno.l.cum ex cauſa.in fi.Item quæro,ſi facta ceſſione pignora vel fideiuſſores adijciantur & acquirantur ipſi obligationi & nomini uendito ſiue ceſſo.Rñd.ſic,ut ff.de hæred. uel act.uend. l.emptori.Sed eſt ne ei opus noua ceſſione pro his pignorib.uel fideiuſſoribus,an ſufficit ſibi uetus ceſſio nominis facto.Reſpōdeo, non ſufficit uetus, ſed noua ceſſione opus eſt, ut ff. manda. l.hæredē fideiuſſoris.licèt d.l.emptori. uideatur innuere, quòd etiam ſine alia ceſſione proſint ei.Item nūquid in exceptionib. competentibus poſt ceſſionem factā uenditori proſint emptori ſine ceſſione.Reſpondeo ſic,ut ff.de poſt.l.ſi tibi.§.pactū conuentum.ff.de contrahen.emp.& uendi.l.dolia.in fi. Poſſet tñ reſponderi illi. l.ſi tibi. §. pactum conuentum,quòd illud pactum fuit factum uenditori in re uendita,& hoc no.ff.de peti.hæredit. l.etiam ſi.§.penul.in glo.ordina.

¶Qualiter & quando compelletur quis cedere iura & actiones. Rubrica.

69 Actiones† cedere compelluntur uēditor hæreditatis uel nominis actione ex empto compulſus. Item hæres qui ex ſenatuſconſulto Trebelliano hæreditatē reſtituit actione ex teſtamento.Item hæres, ℈ quem bonorū poſſeſſio petita eſt accepta a filio defuncti.probatur de primo ff. de hæred.uel actio.uendi l.2.§ non ſolùm.& l.uenditor. primo reſpon.& §.j.& l.emptori. & C.de ſol.l.nullo. & no.domi.Azo in ſumma de hæred.uel act.uendi.§.ſumma. probatur de tertio.ff. de fide.l.hęres a debito.j.reſpon.& ff.de bonor. poſſeſ.℈tab. l.cū emāncipatus.in prin.hæc uera intellige in his, quæ ex ſuis pſonis acquiſiuerunt ipſi cedentes occaſione ipſorum bonorū,ut prædictis legibus colligitur: cū in actionibus antea acquiſitis utiles actiones comparantur ſucceſſione,ut no. ſupra quę actio cōpe. procurat.in rem ſuam facto,& hæc unde naſcantur.Item compellitur magiſter merci nauali præpoſitus per actionem ex locato,uel mandati cedere dño,qui eum prępoſuit actionem quam habet ℈ eum qui ſecum in dicta merce ℈xit,ut ff.de exercit.l.j.in fi.j.reſpon.& §.econtrario. & not. etiam Rofr. in ſuo libello de exercit.act.in fi.item cōpellitur cedere actiones ſocius ſocio per actionem pro ſocio,ut ff.pro ſocio.l.3.j.reſpon. Sed quid ſi ſit ſocius omnium bonorum,& poſt ℈ctum ſocietatis aliquid acqſiuit,nunquid cogetur cedere actiones in acquiſitis pro parte ſocio ei contingente Reſpondeo ſic actione pro ſocio cōuentus: 70 † cum & poſtea acquiſita teneantur conferre & cōicare,ut ff.p ſocio.l.ſi quis ſocietatem ℈xit.in ſumma domi. Azo. pro ſocio. §.competit autem. idem dico ſi non ſit ſocius omnium bonorum in his quę acquiſiuit poſtea pertinentibus ad id de quo ſocietas ℈cta eſt. Item hæres compellitur cedere iura & actiones cohęredi, cui aſſignatum eſt nomen a iudice per officium iudicis,ut ff.famil.erciſcun.l.per familię.§.fin.alioquin deficientibus ſtipulationibus cogitur hæres cohæredi iura & actiones cedere per actionem præſcrip. uerb.C.famil.erciſ.l.licet.in fi.Item procurator ſimplex idem nō in rem ſuam, & nuncius compellitur cedere ipſis dominis,uel cui uoluerint domini nomina & obligationes acquiſitas ex officio ſcripto per actionem mandati,ut ff.de acquir.poſſeſſ.l.poſſeſſio.& C.per quas perſon.nob.acquir. l.j.§.fin.& ff manda.l.idemque.§ ſi cui mandauero.§. fin. & l.qui mandatum.in fi.& ff.depo.l.j.§.ſi te rogauero.item negotiorum geſtores,qui aliena negotia ſine mandato dñi adminiſtrauerit, compelluntur cedere per actionem depoſiti,uel generaliter ex quocunq; ℈ctu, ex quo penes ipſum geſtorem fuit pecunia uel res,ex qua actione acquiſiuit, ut C. ſi cert. peta.l.ſi abſentis.& ff. de neg.geſt. l.nam & Seruius.§. fi & no.Ac.C.ſi cer peta.ſuper.l. quamuis.in gl.utili &c.Item ſi credebam Seium teneri Titio & ſolui noïe Seij,ei quē Titium credebam cum non eſſet,nō tranſtuli dñium,ut ff.de cond.cau.da.l.ſi procurator. in fi.& ſic accipiens tenet mihi ſoluēti ꝺdōne furti.ut C.de fur.l.falſus. & ff.de fur l.falſus creditor. §. creditor. Si autem ratū habeat Seius dominus,tunc dominium eſt translatum in accipientē,& ſic competit mihi,qui ſolui indebite,condictio indebiti,quam dño pro quo ſoluo compellor cedere per actionem neg. geſto. item qui

conuentus

Source : BIU Cujas

conuentus est rei vendicatio ad seruũ, si illum dolo desierit possidere, & tunc alius eum occiderit, per officium iudicis cogit̃ cedere actiones actori, si malit potius eas ab eo habere, q̃ pretium, vt ff. de rei vendica. l. si hominem. §. ꝙ si dolo. item post litis contestationem super vendi. animalis, si ab alio occisum sit animal, compellitur reus cedere actiones contra occisorem, si velit euitare solutionẽ, ꝯstimationis litis motæ de dicto animali, vt ff. si quadrup. paupe. fe. di. l. pen. §. si post. item minor qui accepit pecuniam mutuo, & eam mutuauit alii forte egenti per officium compellitur cedere suo creditori iura, quę habet contra eum, cui ipse mutuauit, vt ff. de mino. l. patri. §. si pecuniam in ver. ꝙ si agenti. Item hæres tenetur per actionem ex testamẽto legatario cedere actionem legis aquil. pro soluto legato vulnerato ante aditam hæreditatem, vt ff. ad legem Aquiliã. l. huic scripturæ. Item minor qui negocia maioris gessit sua ꝑpõtanea voluntate cõpellitur cedere ipsi maiori ius restitutionis, quod habet aduersus eos, cum quibus cõtraxit ex illa gestione, si vult euitare actionem negociorum gestorum, quam dominus potest intentare contra eum pro ipsa gestione, vt ff. de mino. l. ꝙ si minor. j. responso. Item fulloni & sarcinatori, qui vestimẽta ad lauandum amisit sua culpa, compellitur dñs concedere actionem & vendicationem eorum per oppositionem exceptionis, antequam soluat ipsi dño pretium rerum, vt ff. locati & cõduc. l. si merces. §. fi. vel per actionem ex conducto, etiam postq̃ soluitur, vt ibidem *innuitur*. Item *supradicti* procurator simplex, nuncius, & negociorum gestor hñt desiderare sibi actiones cedi à dñis per oppositionem exceptionis cedẽdarum actionum ad exemplum tutoris cui fit cessio à pupillo aduersus contutorem remedio exceptionis prædictæ, vt C. de contra. iu. tut. l. 2. & ff. de tut. & rat. distr. l. j. §. non tãtum. Item aduersus magistratũ, *qui satisdationem* accepit à contutore per oppositionem exceptionis compellitur pupillus cedere actionem ipsi tutori soluenti, vt ff. de magistra. conuẽ l. ꝙ si tutor. quæ continuatur cũ præcedenti. Item fideiussor aduersus fideiussorẽ, vt agere possit, debet cedi à creditore actio ante solutionẽ, vel statim post, vel etiam ex interuallo, dummodo prius conueniatur de actione cedenda. & ad hoc compellitur non per actionẽ, sed per exceptionis oppositionẽ, vt ff. de fideiussorib. l. vt fideiussor. & ibi nota. Ac. Illud idem dicas de mandatoribus, quod dixi de fideiussoribus, vt ff. de fideiusso. l. fideiussor. & non solũ contra mãdatorem per oppositionem exceptionis cedendarum, vt proximè dixi, sed etiam aduersus reum principalem, vt ff. de fideiussor. l. cum his. & C. de fideiusso. l. 2. & l. cum alter. & ff. mandati. l. si quis alicui. §. fi. & ff. de solutio. l. Stichum. §. pen. Sed nunquid creditor inuitus compellitur cedere actiones fideiussori volẽti satisfacere contra debitorem principalem, & contra cõfideiussorem pro portionibus eidem contingentibus? Respõdeo sic, *ſm* Ac. Reg. vt ff. de fideiusso. l. fideiussorem succurri. & C. loca.
71 & conduc. l. si diuisa. Sed ego quæro † q̃ possit opponi hæc exceptio cedendarum actionum? Respondeo q̃cunq; ante satisfactionem etiam post ſnĩam, vt ff. de tute. & rat. distr. l. j. §. nõ tãtum, & C. de contra. iu. tut. l. 2. & ff. de fideiusso. l. si fideiussor. §.
72 idem respon. Item nota, ꝙ † creditor qui emit bona debitoris, agens contra fideiussorem repellitur per exceptionem cedendarum actionum hoc modo; quia creditor cogitur cedere fideiussori soluenti iura & actiones contra reum principalem & *eius bona* remedio exceptionis cedendarum actionum, vt dixi supra eodem §. sed nunquid creditor. sed hoc facere nõ potest; quia aduersus seipsum non potest cedere iura, quod sua culpa contingit; quia emit bona; quia cum non possit cedere propter suam culpam aduersus bona dicti debitoris, meritò repelli debet à fideiussoribus, vt ff. de solutio. l. Stichum aut Pamphilũ. §. si creditor. ff. loca. & conduc. l. si merces. §. culpæ. ff. de solutio. l. in his & ff. de admi. tut. l. si pupillus.

¶ De his quæ fiunt circa iudicium agentis ex iure cessо. Rubrica.

73 **Quæritur** † nunquid ille, qui agit ex iure cessо cogat̃ facere fidem cessionis in litis cõtestatione petente aduersario, vel saltem rauere de rato. Et est argu. quòd teneatur cauere, si fidem non faciat de cessione, ad exemplum tutoris, vt ff. de administra. tuto. l. vulgo. & sindici seu actoris vniuersitatis, vt ff. quod cuiusq; vniuersita. nomi. l. item eorum. §. actor. in fi. & facit. ff. de procurato. l. nõ solùm. §. qui alieno. & l. j. §. sed interdum. E contra vr̃, ꝙ debeat cogi fidẽ facere de cessione, nec cauere de rato volens admittitur; quia iudicium est actus trium personarum, de quibus primò debet inquiri ff. de iu
74 dic. l. si quis ex aliena. C. de exceptio. l. fin. quia si iudicium sit incompetẽs, nullum est iudicium. Idem ergo in actore, si actor sit incompetens, facit ad hoc. C. mãda. l. per diuersas. & l. ita tñ. Itẽ idem dicimus in cohęrede. ff. famil. erciſc. l. j. §. 2. facit. C. de manda. prin. l. 2. ff. ad Treb. l. qui ita. §. etiã. & hoc placet: quia posset esse, quia tentatiue ageret, vt videret, vtrum posset vincere, & quum videret se posse vincere, tunc faceret sibi cedi iura, cum adhuc non essent cessa, & talis cessio sibi prodesset in quacũq; parte iudicii esset facta, dummodo ante ſnĩam, vt ff. de iudi. l. li- 84 in eo qui alterius nomine agit. Sed † quid si cedens ſponte ve-

cèt. & qui satisf. cogan. l. Iulianus. & ff. de rei vendica. l. sinautem.
75 Item quæro † nũquid iste, cui sunt cessa iura, teneatur defendere cedentem: cum sit factus procurator in rem suam *ſm*. l. ff. de procur. l. seruum. §. fin. & l. sequen. & l. procurator. Sed qualiter
76 † formatur libellus in hac actione cessa? Respondeo, ꝙ formã dus est sic, *ſm* Dñm Benedictum de Ceruia. Proponit Titius cõtra Seiũ, donata & cessa sibi actione à Caio, ꝙ dictus Caius mutauit dicto Seio vnciam auri. Quare petit dictus Titius donata & cessa sibi actione prædicta à dicto Caio, dictum seruum sibi condemnari ad soluendum dictam quantitatem pecuniæ. Vel ꝙ dictus Seius ei reddat dictam pecuniam, saluo iure addẽdi &c. Sed nunquid qui tenetur tibi vtili actione, te agente nomine tuo & non nomine cedentis, est tibi obligatus, ita vt possis dicere in libello, eum tibi obligatum? Quidam dicunt, ꝙ nõ, sed lex permittit tibi agere, idest ad vtilitatem tuam. Sed nun-
77 quid † causa ex qua fit cessio debet exprimi in libello? Arguo ꝙ fic. C. de edic. diui Adria. tollen. l. edicto. cum similibus. Sed cũ actio vtilis cõpetat ei cui cessę sunt actiones ex cessione vel in subsidium, vel ex natura contractus sine cessione, nunquid dẽt eligere & exprimere agendo, qua velit experiri, directa nomine dñi, an vtili suo nomine. Respondeo sic, secundùm do. Albertum de Gal. per l. ff. de solutio. l. si duo. & ff. de lega. j. l. si mihi & tibi, tamen arg. est contra, vt in summa prædicti dñi Alberti de Gal. Sed quid si simpliciter egit, nec fuit petitum, ꝙ illud exprimeret, quid dicemus eum intentasse? Dic vt dicũt in eadem
78 summa domini Alberti de Galeotto. Itẽ quęro † si habeo obligatum specialiter nomen debitoris mei ab ipso debitore meo, nunquid possim debitorem debitoris mei conuenire, antequã conueniam ipsum meum debitorem principalem *ſm*. l. C. de actionib. & obligatio. l. aduersus & l. fi. Dicũt quidam ꝙ primo debeo conuenire debitorem meum principalem ista ratione; quia fiscus, qui habet tacite obligata bona sui debitoris. ff. quib. cau. pign. taci. cont. l. 2. & sic nomine quoq;, vt ff. de verb. signif. l. bonorum. non potest conuenire debitorem debitoris sui, nisi prius excutiat bona sui principalis debitoris, vt C. quan. fisc. vel priuat. l. nõ prius. Item & quia nec possessorem pignoris sui debitoris poterit conuenire fiscus, antequam conueniat debitorem principalem, vt ff. de iure fisc. l. Moschis. vnde cũ fiscus ex sua tacita hypotheca nõ possit, meritò nec priuatus debet posse ex sua expressa, per auth. C. de actio. & oblig. auth. sed hodie. Sed dñs Albertus & do. Ot. & dñs Iacob. Bel. dicunt cõtrarium
79 † scilicet ꝙ possit conuenire debitorem debitoris sui etiam debitore principali non excusso per illas duas. l. aduersus. & l. fi. C. de actionib. & oblig. quæ non sunt mutatæ isto casu, vt dicũt, & sic stare non prohibentur, vt C. de testa. l. sancimus. & de appel. l. præcipimus. nam auth. sed hodie, dicit de possessoribus pignorum ꝙ vltimo loco conueniantur. at debitor debitoris non dicitur possidere pignus aliquod, licèt debitor sic contineatur iure incorporali, & incorporalia non possidentur, vt Insti. de reb. corporal. & incorpora. & ff. de acq. rer. dom. l. seruus. §. incorpo
80 rales. Nec contra hoc facit, ꝙ quasi † possidentur incorporalia,
81 vt ff. de pet. hære. l. etiam. §. j. quia nec quasi possessor, dicit auth. Item † non obstat in auth. de fideiusso. §. sed neq;. vbi dicit, sed neq; ad res debitorum, quæ ab aliis detinentur; quia sensit legislator de possessore pignoris & non debitore. Item nõ obstant idem §. sed neq;. ibi vbi dicit. ideo est dicere, vel si quos habuit homines sibi met obligatos ex hypoth. actione teneri possunt: quia intelligitur de obligatis ipsi creditori occasione ipsius debitoris, aliter tanquam fideiussores mandatores vel sponsores, quod potest esse, si promisisset eum seruare indemnem de mutuo & credito, quem faciebat obligando se personaliter & bona sua iure pignoris & hypothecæ, & ideo dixit: quia hypothecaria teneri posset. Item non obstat. l. non prius. superius allega. in contrarium: quia illla loquitur in tacita hypotheca, secus in expressa. Item non obstat. l. ff. de re iudic. l. à diuo Pio, vbi dicit, ꝙ vltimò venitur ad nomina: quia illa loquitur in exequutoribus ſnĩarum, ex prædictis in præcedenti quęstio. possum dicere
82 secundùm Ac. de Reg. ꝙ † mulier habens expressam hypothecam potest conuenire prius debitores mariti vel hęredum suorũ. Secus autem si omisisset expressam: quia tunc non potest ex tacita, vt supra dixi in fisco per l. non prius. C. quan. fis. vel priua.
83 Item † quęro, quis debet iurare de calumnia dñs an procurator in rem suam. Respõdeo, ipse procurator, cum sit principalis p̃sona, & suum negocium gerat, vt no. Ac. C. de procurat. l. qui stipendia & de actionib. & oblig. l. j. de hæredi. vel act. vendi. l. emptor. & ita tenet Ac. in gl. ordina. ff. de procurator. l. non solum. in prin. in gl. j. super verbo interrogationibus, licèt aliter dixerit dñs Paulus, si tamen dicatur idoneor & melius scire veritatem debet venire, & iurare de veritate dicenda, vt nota. Ac. C. de iura. calum. l. 2. §. sinautem fuerit. & præiudicat si confiteatur, vt ff. legatis j. l. seruum filii. §. j. sed Ac. de Reg. dicit, ꝙ non hoc casu debet compelli facere venire cedentem, cum propria sit causa illius cui cessa sunt iura, & dictæ duæ ll. C. de iuram. calum. l. 2. §. sinautem. & ff. de procuratori. l. non solum. in princ. loquuntur

niat &

Source : BIU Cujas

niat & confiteatur, vel dicat aliquid contra eum cui ceſſit: tũc dicit Ac. de Reg. ꝙ bene præiudicat, ſi ſit ſoluendo ipſe qui confeſſus eſt, aliàs non, ſi forte ſit quidam ſpauoldus, & ita Iudex varie debet conſiderare ſm eum, & arg. ff. de rei vendi. l. in fundo. ff. de actio. & obligatio. l fi. & in hac ſententia fuit dñs Vbert. de Bobio licèt ſit arg. cõtra ff. quemadmo. ſeruit. amitta. l. ſi partẽ. §. j. ſed cum actiones directè non transferantur; quia ita ſunt oſſibus infixæ, vt dixi ſupra, quæ actio cedi poſſ. ego quæro † an
85 dñs qui eas ceſſit, poſſit agere, vel eas alii cedere? Reſpõdeo ſic, vt C. manda. l. ſi pater. niſi aliquod de tribus interuenerit, ſcilicet conteſtatio litis, vel partis receptio, vel denunciatio, vt tamẽ ſibi ſoluatur, quæ denunciatio debet fieri debitori, vt C. de nouatio. l. 3. & ſic, altero iſtorum interueniente vtilis præfertur dire-
86 ctæ, aliàs non, vt ſic intelligitur. l. ff. de procurator. l. in cauſæ. §. ſi ſm Ac. de Reg. Sed nunquid ille, cui ceſſio factam eſt, poterit producere eos teſtes in cauſa, qui produci non poterant à cedente, puta domeſtici, & familiares, vel parentes, & ſimiles? Reſpondeo, ꝙ p̃t producere in teſtes & cedentem & domeſticos, & familiares eius, & ſimiles, dummodo aliquod commodũ dictæ cauſę non ſpectet ad ipſum cedentem, nec pro munere, nec pro alia quacunq; cauſa vel ratione, vt C. de iure dotiũ. l. j. ff. qñ app. ſit l. j. §. in propria. & facit. C. de euict. l. 2. & quia non eſt ꝓhibitum, cum edictum de teſtib ſit prohibitorium, vt arg. ff. de teſtib. l. j. & maximè quia propria cauſa eſt eius qui iura ſibi ceſſa accepit, vt ff. de procurat. l. quæ omnia. §. placet. licet ſit arg. contra. ff. de acqui. poſſ. l. Pomponius. §. cum quis &c. & hæc dicta ſufficiant. Deo gratias amen.

DE CESSIONIBVS.

INCERTO AVTHORE.

SVMMARIVM.

1 *Vtilis actio an ſine ceſſione competat.*
2 *Cedens facta ſi agat directa actione, an præferatur ei cui facta eſt ceſſio.*
3 *Actio hypothecaria an tantum nudam poſſeſſionem reſpiciat.*
4 *Res ſi duobus ceſſa ſit, ad quem ratio maximè ſpectet.*
5 *Confeſſio quando non præiudicet.*
6 *Qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur.*
7 *Concedendo iura, an quis faciat procuratorem vt in rem ſuam.*
8 *Procurator non dominus eſt ante litem conteſtatam.*
9 *Ceſſio facta principali an valeat.*
10 *Ceſſio hypothecaria quando non valeat ſine principali.*
11 *Ceſſio facta ſine cauſa an valeat.*
12 *Interueniente pretio emptio præſumitur non ceſſio.*
13 *Probare cuius ſit, pecuniam datam fuiſſe.*
14 *Vtilem qui habeat actionem, an directam habere queat.*
15 *Experiri nemo poteſt ſine actione.*
16 *Fideiuſſor æn teneatur, ſi principalis pignus debitori reddidit.*
17 *Iura & actiones an debeant cedi pro parte, vel in ſolidum fideiuſſori.*
18 *Iura & actiones an ſpecialiter in fideiuſſorem cedi debeant.*
19 *Debitorum nomina ſunt incorporalia.*
20 *Cedens an ceſſionarium in ius vocare poſſit.*
21 *Minor an actionem cedere poſſit.*
22 *Ceſſio an venditio cenſeatur.*
23 *Vendito nomine, venditur inſtrumentum nominis.*

CESSIONVM materia vtilis multum, nõ nullis cognita & aliàs ſępe vidi cõſuli peritiores, & male reſpondere. Idcirco breuiter tractabo ea, quę de hac materia mihi vtilia videbuntur. Et primò antequam ad alia procedã, ſciendũ eſt, ꝙ vtilis actio
1 nũquam † ſine ceſſione competit alicui. Et hæc eſt regula generalis, quæ quidẽ fallit in quinq; caſibus ſpecialibus. Primus eſt in actione ex vendito, vt C. de ac. vel hære. ven. & l. 2. & 3. & l. emptor. & l. poſtquã. Secundus in nominibus in dotem datis, vt C. de act. & obl. l. nominibus. Tertius in nomine in ſolutum dato, vt C. quando fiſc. vel priua. l. fi. Quartus in legato nominis, vt C. de leg. l. legato. nominis. Quintus eſt. ff. de pig. act. l. ſi conuenerit. In iſtis ſolummodo quinq; caſibus & non in aliis eſt ſpeciale.

2 † Quæro, procedendo vlterius ponamus, Aliquis ceſſit mihi actionem in decem, facta ceſſione, poſtmodum ipſe egit actione directa ſuo nomine. Ego cui facta eſt ceſſio egi vtili. Quis p̃fertur in agendo. Ego qui ceſſi, vt ff. de procu. l. in cauſæ. §. pe. Et hoc verum videtur niſi in tribus caſibus. Primus eſt, ſi denũciaui debitori, antequam ageretur, vt ſolueret illi, qui ceſſerat iura. Secundus eſt, ſi litem fui iam conteſtatus. Tertius, ſi partem recepi pecuniæ. Iſti caſus no. C. de do. l. fi. An autem cedens poterit agere, de hoc vide plene per Barto. in l. facta. §. ſi hæres. ff. ad Treb. Quæro. Quid ſi cedens mihi exegit, nunquid repetam ab ipſo vt mihi reſtituat? Dico ꝙ ſic. Ar. ff. ſi ager. vecti. vel emphy. pet. l. j. §. qui in perpetuum. Quid erit? Quidam obligauit mihi nomen debitoris ſui, quæ actio mihi datur? Quidam dixerũt ꝙ datur mihi hypothecaria, vt C. de hære. act. l. hęredem. Sed Mar.
3 Sill. dicit, ꝙ peſſimè dicunt: quia † natura hypothecariæ eſt tantum aduocare nudam poſſeſſionem: vt ff. de emp. & ven. l. ſi cũ venditor. vnde dicit, ꝙ datur vtilis ex contractu, ex quo poterat ille agere directa: quia ſi poterat ille agere directa ex mutuo, & certi condictione & vtili ar. l. nomen. C. quæ res pi. ob. poſ. Nec ob. de actio. vel hære. vendi. quia illa loquitur in tacita hypotheca. Et ita videtur innuere gl. ordinaria in l. & cum ipſe, & ita dicit gl. ordinaria ſuper. l. nomen. §. & actiones contra debitorem
4 meum ipſe cui ceſſit ceſſi. Quæro ceſſi alicui iura aliqua † nũqd ille cui vltimo facta eſt ceſſio habeat actionem & agere poſſit? Do. Io. dicit ꝙ non, ex eo ꝙ infinitas eſt euitanda: vt C. de ſacro ſan. l. inter diuinum. Quid erit? Aliquis in rem ſuam agit contra me, dico ego tu non potes agere nec experiri, quia ſatisfeci illi q tibi ceſſit ante ceſſionem factam, dixit iſte, non eſt verum, dixi ego, faciam eum venire coram iudice, dixit ipſe, libenter. finaliter venit ille qui ceſſit, & confeſſus eſt me ſibi ſoluiſſe, iſte nõ obſtante confeſſione: vult agere dicendo ꝙ non prę̃iudicat ſibi talis confeſſio. Nunquid poteſt? Certe videtur, ꝙ talis cõfeſſio ſibi faciat præiudicium, ar. l. 2. C. cõia de leg. & de vſuris. l. fi. ff. fi. re
5 gun. l. eos. † Econtra videtur, ꝙ non præiudicat talis cõfeſſio, ar. ff. quemadmodum ſeruit. amit. l. ſi partem. §. j. D. Vbert. de Bobio ita diſtinguit in q. iſta, & refert quæ ſit perſona cõfitentis, vt ſi eſt talis perſona, quæ poſſit ſatisfacere vtriq;, & tunc non faciet præiudicium, ita iudex debet varia ſtatuere ex perſonis & cauſis. ff. de rei ven. l. in fundo. & de act. & obl. l. fi. C. ſi quis impera. maledixerit. l. j. cum ſuis ſi. no. per Bar. in l. j. in prin. ff. de tributo. ꝙ qñ lex vel ſtatutum dicit, ꝙ actiones competentes vni dẽtur alii, intelligitur de vtilibus nõ de directis, & ibi quid ſi ſtatutum dicat, ꝙ per liberam perſonam quęratur nobis actio, vbi diſtinguit. Quęro, aliquis conſtituit procuratorem ſuum & dedit ei poteſtatem liberam, ꝙ poſſit cedere iura & actiones fideiuſſoribus contra debitorem ſuum, dicit fideiuſſor conuentus, Ecce ego ſum paratus ſoluere, cedas mihi iura, quæ habet dñs contra debitorem principalem, cuius ſum fideiuſſor: dicit procurator, Paratus ſum, dummodo ſoluas, & oſtendit inſtrm procurę ſuæ & mandati ſui, videns fideiuſſor dictum mandatum dicit, non habes mandatum ſpeciale ſuper hoc: & ideo volo te condemnari: quia non potes cedere. Nunquid debebit condemnari? & videtur ꝙ non, ar. ff. de fideiuſ. l. ſi mandati. & l. ſi cui. l. fi. eo. tit. & ff. ad Treb. l. reſtituta. de aucto. tuto. l. pup. Contra videtur,
6 ar. illius generalis dicti, qui † per alium facit &c. vt ff. de admin. tut. l. ita autem. §. geſſiſſe. de vi & vi ar. l. j. §. dixiſſe. & ne quis eum qui in ius voca. vi exi. l. ſi per aliud. §. j. non facit tanquã ipſe, ſed tanquam alius, vt ff. de adopti. l. ſi pater. §. qui duos. Item verba debent aliquid operari. ff. de leg. j. l. ſi qñ. ff. ad munucipa. l. j. ſed D. Albertus Papien. & dñs Vbertus de Bobio dicunt, ꝙ ipſe nõ poſſet cedere iura in hoc, tali ratione: quia cedẽdo iura faceret procuratorem vt in rem ſuam, vt ff. de condi. inde. l. fi. §. Titius, & l. ſi procurator & C. de procu. l. quod quis & l. neq; tutores. ff. de procur. l. Pomponius. & ſi ceſſerit, non valet vt puto, immo dicebat D. Albertus Papien. ꝙ quicunq; aliter dicit hæreticus eſt: ſed D. Homobonus Cremonen. reſpondebat huic argumẽto, dicit ipſe, certe hæreticus non ſum, & tñ dico contrarium. Nec obſtant argumenta allegata, quia ego bene cõfiteor, ꝙ ce-
7 dendo iura facio † procuratorem vt in rẽ ſuam ſecũdùm dñm Albertum, ſi habet ad hoc ſpeciale mandatum, bene poterit cedere alteri ante litem conteſtatam, & facere alium procuratorem in rem ſuam, cum in aliis iudiciis & litibus procurator nõ poſſit alium procuratorem conſtituere ante litem conteſtatã;
8 quia non eſt dñs † ante litem conteſtam, vt ſupra d. l. neq;. & l. quod quis. Sed ſi habet ſpeciale mandatum ad procuratorẽ cõſtituendum, & certus eſt ille qui debet conſtitui, nunquid potero conſtituere? Certe ſic, arg. ff. de procur. l. 2. Sed nonne certus eſt iſte cui debent cedi iura & conſtitui procur. vt in rem ſuam? Si ergo eſt bene certus, bene poteſt conſtituere ipſum procuratorem in rem ſuam, & ita poterit cedere iura, & actiones & facere procuratorem in rem ſuam, & ita nõ ob. opi. D. Albe. maximè argumentum ſuum. Et hæc argumenta ipſa veritas: & in hoc videtur concor. gl. or. quæ eſt. ff. de procur. l. 2. ego in quodam conſilio fui, & feci in tali caſu dari fideiuſſores, vel aliter ſatisfdari ab illo procuratore, qui erat paratus cedere cũ illo mã dato, per dñm qui conſtituerat ratam habere illam ceſſionem, cuius nomine fiebat; quia erat in lõginquis partibus. Et hoc tolerari poſſet, vt euitetur fraus iſtius procuratoris petentis & cedere volentis. Et nota hãc quæſtionem, quę ſępe venit de facto.
9 Quæro, Aliquis ceſſit † ſuo principali, nunquid valet ceſſio? Et vr̃, ꝙ ſic, vt ff. de act. vel hær. ven. l. fi. & C. mãdati. l. fi. & l. ab Anaſtaſio. & l. per diuerſas. eo. & ff. de excep. rei iudi. l. ſi ex ſextante. §. Latinus. Contra vr̃, & ita dicit gl. ordinaria, quæ eſt acceſſoria non põt cedi ſine principali, arg. ff. de reg. iur. l. cum principalis. Et ꝙ ſit acceſſoria probatur. ff. de inſtito. l. pupillus. §. præſcribere. do. Mar. ibidem dicit, ꝙ credit ꝙ ſic, non tñ pro certo aſſerit, ar. l. fi. C. de actio. vel hęre. vendi. vbi gl. ord. dicit, ꝙ cedi non p̃t;

quia ſi

Source : BIU Cujas

quia si diceremus hoc iam esset absurdum; quia si cedens ageret actione principali, Alius hypothecaria caute, perderet suam naturam actionis realis hypothecaria. & ita dicit gl. or. Ego autem adhibeo distinctionem, aut iste, qui cedit, hēt principalē actionem hypothecariā. Et † tunc non valet cessio hypothecaria sine principali; qa forte stetit per triginta annos, q̄ ipse non egit. Et tunc bene valet cessio, vt C. de luitio. pignorum. l. 2. in gl. quę incipit, intelligere debes, q̄ fuerit sublata principalis tanto tempore non. C. de præscript. 30. ann. l. cum notissimi. §. j. quæ omnia sunt vtilia.

Quid si aliquis cessit alicui actiones vtiles, directas, ciuiles & prętorias contra debitorem suum, & constat in instrumento, q̄ præfecit eum occasione istius cessionis, tamen non continetur causa in instrumento, nūquid valebit talis cessio † facta sine cā? Et certe videtur q̄ non arg. ff. de his qui no. infa. l. ». & l. ignominiæ. & de transactio. l. cum hi. §. causa. & C. de procu. l. qui stipendia. & de proba. l. exemplo. Contra dr̄. C. de præd. curialium. l. fi. vbi dr̄, q̄ postquam pretium interuenit, prę̄sumitur † emptio & venditio, & ita præsumuntur omnia solenniter acta: vt ff. de p̄scrip. verbis. l. natura. Sed ego contra per l. qui stipēdia. supra allegatam, & hęc est veritas, & faciunt iura allegata pro ista parte, q̄ non valet cessio. Quæro, quid si in instr̄o apponatur, q̄ nō sit data pecunia, nunquid debebit pecuniam † datam probare iste cui cessa sunt iura? Videtur q̄ sic, vt de non nu. pecu. l. si ex cautione. de rei vēd. l. dolus. & l. per diuersas. C. mādati. & l. ab Anastasio. eo. tit. sed do. Mar. Sill. cōtra, & ego quia præsumo omnia solenniter acta: vt instī. de fideiusso. §. fi. & C. de contrahen. & cō mit. stip. l. j. Quęro, aliquis promisit mihi codicem, vel aliquid in quodam instrumento, & promisit omnes expēsas, quas faciam in exigendo illum codicem, postea cessi omnia iura & omnes actiones alii, nunquid iste promissor meus tenebitur ad expensas illi cui sunt cessa? Et videtur q̄ non; quia ille fuit principalis, qui meruit hoc priuilegium. ar ff. de admi. tuto. l ex pluribus. ff. de leg. 2. l. patronus. ego contra, vt instī. de verb. obl. §. ex conditionali. Quæro, aliquis agit cōtra me iure cessō, dico sibi, an agis ex persona tua an non? & mihi specifices, & ipse dicit nolo tibi exprimere, nūquid cogetur? Videtur q̄ sic, vt ff. de tribu. l. quod in hęredem. §. eligere. item quia directa competit ex mente, vtilis ex verbis, vt ff. de neg. gest. l. negociorum. Item alia † possum cum habeo directam quæ nō possum cum habeo vtilem: nam si exprimat, tunc eris instructus, ar ff. de eden. l. 2. Ecōtra dicitur q̄ non, vt ff. de pet. hær. l. nec vllam, & l. si quis sciens. de euictio. l. minor. Item tantum consequitur per directam quantum per vtilem. l. actio. ff. de neg. gest. Quid dicemus? Dico q̄ tenetur exprimere per l. si duo. ff. de sol. Quæro, quid si egit quis cōtra me, & non habet animum litigandi, & cum facta esset litis & contestatio & assignati termini & dilationes vtriq; parti ad probandum, & cum factæ fuerint probationes & concluſum in causa, dum eramus prope sn̄iam videns iste, q̄ subcumbebat in causa, iuit ad quendam debitorem suum, & dixit sibi, nōne talis debet tibi. c. quæ mihi debes? Dixit ipse, sic: dixit iste, cedas mihi iura & actiones quæ habes, & cessit, & iste habens talia iura cessa facit talem positionem mihi, pono q̄ debes. c. tali ex tali causa, item q̄ contra te & tua bona habeo iura cessa de debito isto, modo excipio ego & dico, quid ad te si debui illi? iste dicit, reperio instrumentum, qualiter idem mihi cessit iura, q̄ facere potuit, vt C. de proba. l. ad probati. Modò quæritur, nunquid talis positio admittetur, ex quo habuit ius petendi ante sn̄iam diffinitiuam, ita q̄ condemnatio fiat? Et videtur q̄ sic: vt ff. ad exhi. l. tigni. & de rei ven. l. si autem. & l. si mandauerit. mandati. & de pig. l. si rē §. fi. & l. si ita. ar. istarum legum, q̄ actio competat cum effectu. econtra videtur, q̄ non admittatur, vt ff. de iudi. l. non potest. de aqua plu. ar. l. hactenus ad fi. & pro derelicto. l. aut pars. C. de fideic. lib. l. inter. ff. cōi diui. l. ne fundum. Quid ergo dicendū? Ego ita distinguo, aut iste est litem contestatus nomine suo, aut alieno. hoc ita intelligas, aut directa agit, & videtur nomine illius, qui cessit; & tunc tenet iudicium; quia postea cedendo ratificare videtur, vt ff. de iudi. l. licet. Aut simpliciter egit, & etiam tūc habet locum. d. l. licet j. nomine meo vtili iure cessō, vel si suo, tunc post litem cōtestat. ar. cum prosequitur, si alieno dic q̄ sic. ff. de iu. l. licet. ff. qui satisd. co. l. iudic. & de minor. l. & si sine. §. fi. & in hac opinione sum & fuit do. Guido de Suza. quia hæc sine dubio est vera opinio. Quæro, habeo debitorem, & fideiussor vult satisfacere, si volo sibi dare pignus: vt C. de fideiusso. l. 2. & l. fideiussor. ego nolo dare, nunquid poterit me cogere ad dandum sibi pignus? Et primò † videtur q̄ non, qua autem actione non video, & nemo sine actione experitur: vt ff. de peti. hæredi. l. si quid possessor. Ego dico contrarium per duo iura: vt C. loc. l. si diuersa. ff. de fideiuss. l. si fideiussor succurri debet. Sed quo iure cogetur? Respondeo, iudicis officio. Nec obstant leges quæ allegantur à quibusdam. l. nulla. C. de solu. quia illæ loquuntur in extraneo, qui non fideiussit, sed volebat satisfacere creditori, & volebat q̄ cederentur & darentur sibi pignora, quæ dari sibi non debebant per leges allegatas. Quæro, habeo fideiussorem, debitorem & pignus, & postea venit & rogauit me, q̄ eidē cederem licentiam vendendi pignus prædictum, dicendo, tu es bene securus de debito amore mei; concedas mihi licentiam, Et dixi, libenter, facta cessione, ego postea contra fideiussorem ago; qm̄ principalis aufugit cum oībus suis bonis, dicit fideiussor, cedas mihi pignora, vel iura in pignore quæ habes, & paratus sum satisfacere tibi. Dico ego, facere non possum; quia feci gratiam debitori, vt pignora vēderet dicit fideiussor. id tibi imputes, hoc nolo redundasse in mei præiudicium, quid dicendū? Certe quidam male intelligentes scripserunt † q̄ fideiussor nō teneatur ad solutionem, per l. Stichum aut Pamphilum. ff. de solu. Ego autem dico & credo expre q̄ si feci gratiam debitori, vt venderet pignus, certe hoc non obstante q̄ non possis cedere pignus & materiam pignoris ipsi fideiussori: nihilominus ipse fideiussor cogitur ad solutionē, arg. l. j ff. quib. mod. pignus, vel hypo. sol. & de his quæ in frau. credi. l. si pignus, quæ lex est aurea ad materiam istam, & hoc, nisi dolo fecerit gratiā debitori, nec obstat. l. Stichum. aut Pamphilum. § pen. quæ in contrarium allegatur, quia illa lex loquitur in personalibus, nam cōtingit cul pa sua: quia fecit pactum de non petendo. Quæro, ago cōtra fideiussorem, dicit fideiussor, paratus sum soluere, cedēdo mihi † iura & actiones contra fideiussorem meum, Nunquid debeo cedere in solidum vel pro parte? Et certe videtur q̄ in solidū, vt ff. de leg. j. l. si res obligata. in fi. Tu contra, & dicas q̄ pro parte tantum. ff. de tuto. & cura. l. si plures. & de pecu. l. quæsitum. & est gl. C. de duo. reis l. j. & hæc est veritas. Quæro, Aliquis bannitus cessit mihi iura & actiones, an potero experiri & agere tali iure cesso à bānito seruo? Aut cessit mihi ex causa lucratiua, aut ex onerosa, Si ex lucratiua, tunc nō possum, vt quia donauit. Si ex onerosa, Sic: vt ff. de excep. doli. l. apud Celsum. & dic vt ibi p Bar. & l. si procur. & l. pater. Quæro, vendidi nomen debitoris, q̄ & quam habebam cōtra debitorem, & in cessione nihil dictū fuit de fideiussore, venit emptor, & vult agere cōtra fideiussorē ex isto iure cesso, An potest? Et videtur q̄ sic. ff. de actio. & obli. l. 3. & de leg. 3. l. nomen. in prin. Econtra videtur q̄ non: quia ad hoc vt possit agere iure cessō oportet q̄ specialiter cedātur † iura & actiones contra ipsum fideiussorem, arg. duarū ll. ff. de hære. vel actio. vendi. l. qui filii nomine. & l. antepe. ergo cum non cessat, non valet cessio, nec agere potest. Item alio arg. Nam cessio est stricti iuris, vnde potius videtur omissum per l. quicquid astringendæ. de verb. obli. & ad hoc. ff. de fideiuss. l. vt fideiussor. Et sic dico, q̄ nec excessione, nec ex vi cessionis fideiussor talis poterit conueniri, arg. præalleg. ll. Quæro iuxta prædicta, nunquid iste fideiussor petere possit aliquo iure? Et dico q̄ sic. s. illa actione quæ quæsita est emptori eo ipso q̄ emit, vt C. mandati. l. j. sed ex cessione, non cū non fuerit facta contra ipsum. Et hoc verum. licèt quidam aliter voluerint dicere. Quæro, quidā obligant debitorē: vt ff. ad Tertul. l. si legatarius §. j. volo agere cōtra debitorē debitoris hypothecaria. mihi obiicit q̄ primò debeā res & bona debitoris principalis excutere, nūquid cogetur? Respondetur aliàs fertur. D. Alber. Papien. respōdisse in quodam conuen. vtil. arg. cuiusdā. l. pen. C. de act. & obl. quia videtur hoc tantum contingere in hyp. pignoris, sed in nominibus debitorum aliud dicit de iure censeri: quia nomina debitorū † incorporalia sunt, ergo nullo modo possunt possideri, vt ff. de acqui. rerū domi. l. seruus. §. incorporales. & ff. de vsur. l. sequitur. §. sed nostra. & quod nō mutatur, quare stare prohibetur. l. sancimus. C. de testa. & appell l. p̄cipimus. in auth. quib. mod. na. effi. sui. §. tribus. Tu dicas contrarium, vt C. qñ fil. debi. suū pue. l. nō prius. ff. de iure fisci. l. Moschis. Sed D. Alber. est illis iuribus cōtrarius, & dicit non obstare; quia loquuntur in tacita hypotheca, non expressa, sed ita nō intelligitur lex illa, vel possumus dicere specialiter in fisco. Quæro, aliquis agit contra aliquem, & nō dimisit procuratorem, quod facere potuit. Nunquid imputabitur sibi: Videtur q̄ non: quia non tenetur mittere. gl. ord. dicit q̄ nō. ff. si quis cau. l. 2. Ecōtra videtur mittere, & dimitter, argumēto. ff. de procurat. l. j. §. iusti. & de mino. l. Papi. & ex quib. cau. maio. l. sed & si per prætorem. §. aduersus, tu ita potes dicere & distinguere, An sit grandis ille contra quem agitur, an non. Et si grandis sit, non tenetur. ff. de procu. l. in pecuniariis. extra. de procur. c. querelam. si secus sit, tunc tenetur. Quid si dictum est in citatorio, q̄ veniat, & habuit responsalem, nunquid tenetur mittere procuratorem? Respondeo. Sic, ita concludit Ioannes Theutonicus decretorum doctor extra. de dolo & contuma. c. cum dilecti. ff. de diuer. & tempor. præsc. l. j. & ista sunt illa q̄ pro maiori parte consueuerunt notari cōiter à Nico. Mata. & postea Iaco. de Are. Sed iuxta hoc quæro, Quid si tibi sub pęna promisi non facere aliquod opus in solo meo, postea alienaui solum & emptor fecit, An tenear? Et an emptor etiam teneatur? vide per gl. in l. 3. §. 2. ff. de alie. iudi. mutan. cau. fact. & in l. fi. ff. de contrahē. emp. Sed quid, exemplum vendidi tibi fundum, in quo ante vē ditionem damnum factum fuerat, ego non egi, sed post venditionem volo agere. An possum, ita q̄ emolumētum meum sit solum? Dic q̄ sic: vt l. is qui in put. §. si postea. ff. quod vi aut clā. & per Cy. in simili. ff. de iurisdic. om. iudic. l. fi. in quæstione fi. Et plura alia vide vt scripsi in d. l. 3. §. 2. ff. de alie. iudi. mutan. causa fac. Sed

20 fac. Sed an † cedēs ad petitionem ceſſionarii teneatur venire in iudicium cum cōuenitur? Dic ꝙ ſic, vt de euictione tenetur: vt quia ceſſit ex cauſa oneroſa: quia ad eum ſpectat commodum & incommodum, iuxta.l.j.§ in propria.ff.qñ app.ſit.pro quo facit.C.de vſur.rei iud.l.fi.§.& antiquitas.ff.de pēnis.l. quod dictū. aliàs ſi ex cauſa lucratiua non tenetur venire, facit.l.ad res donas.ff.de ædil.edic. Sed an † minor poteſt cedere actionem? Dic
21 ꝙ ſic, vt nota.per Bar.in l.j.§.fuit quæſitum.ff.ad Treb. Sed an tutor poſſit cedere actionem pupilli? Dic ꝙ non, per Bar.in l.reſtituta.§.pupillus.eod.titu. Laus Deo.

Nota ꝙ cedens iura contra debitorem, non transfert ius agēdi in ceſſionarium contra debitorem, niſi in tantum quantum ſoluit: Et ſic ſi cedo tibi iura contra Titium debitorem meū de c.pro l.non poteris agere contra Titium niſi ad illa.l. quæ mihi ſoluiſti. l.per diuerſas, & l.ab Anaſtaſio. C. mandati. Item nota
22 † ꝙ ſi ſtatuto cauetur, ꝙ debitor non poſſit detineri pro debito, ꝙ ceſſionarius nō poteſt facere detineri debitorem pro debito ſibi ceſſo, ita notat Bald.in l.plane.ff.famil.erciſ. Item nota, ꝙ ceſſio actionis & iurium cenſetur quædam venditio, & vt alterius rei venditio regulari debet, probatur in l.ſi is.& l.ſi dubitetur.primo reſpon.§.fi.Spec.in tit.de ceſſio. actio. §. j. verſi.ſed nunquid minor.& ver.ſequitur.tangitur in l 2.C.de reſcin.ven. Item nota, ꝙ vendens nomen tenetur tradere inſtrumentum nominis, vt nota. per Bald. in l. inſtrumenta prædiorum.de fideicommiſſis.

LANFRANCI
DE ARIADNO.

De Petitione.

SVMMARIVM.

1 *Libellus querimonialis eſt qui in cauſis criminalibus, conuentionalis verò qui in ciuilibus porrigitur.*
2 *Concluſio nulla requiritur in libello in cauſa criminali oblato.*
3 *Libellus conuentionalis in ciuilibus narrationem requirit & concluſionem.*
4 *Cauſa proxima in libello in actione reali oblato inſeri debet, ſed non in actione perſonali.*
5 *Libellus qualiter formari debeat in actione reali.*
6 *Reus conuentus libellum generalem vel obſcurū non debet petere declarari.*
7 *Libellus in rei vendicatione qualiter debeat concludere.*
8 *Libellus aliquid continere debet, quo probato ſententia pro actore ferri dēt.*
9 *Actio hypothecaria eſt realis, in cuius libello cauſa remota inſeri debet.*
10 *Libellus eſt legiſtarum argumentum, quemadmodum & ſyllogiſmus dialecticorum.*
11 *Libellus talis procedit, peto talem fundum, qui fuit meus.*
12 *Libellum præſumptiuè concludere quando ſufficiat.*
13 *Cauſa non neceſſariò exprimitur in iudicio generali ſeu vniuerſali.*
14 *Iudicium quod dicatur vniuerſale.*
15 *Libellus an ſit in ſcriptis porrigendus.*
16 *Libellus in quibus iudiciis ſit neceſſarius & in quibus non.*
17 *Libellus in ſcriptis non requiritur in quacunque cauſa agitanda coram officiali leges ignorante.*
18 *Libellus an ſit de ſubſtantia iudicij, & an poſſit ei renunciari.*
19 *Sententia libello conformis eſſe debet.*
20 *Libellus per conuentum petitus neceſſariò eſt porrigendus.*
Proceſſus per ſimplicem querelam dicitur, qui ſit ſine libello.
21 *Libellus incertus non procedit, ſi ei opponatur de incertitudine.*
Libellus incertus ſuper acceſſoriis procedere poteſt.
22 *Libellus an ſit de proceſſu.*
23 *Proceſſus ſine citatione fieri poteſt parte in iudicio præſente.*
24 *Reſcriptum quando loco libelli poſſit haberi.*
25 *Libellus non debet mentionem facere de aduerſarij iure.*
Concluſio libelli ſecundùm ius commune facta ſufficit, licèt non de iure ſpeciali.
26 *Libellus porrectus an poſſit emendari, & ei aliquid adiici, vel detrahi.*
27 *Renunciari poteſt liti etiam lite conteſtata.*
28 *Argumentum de toto ad partem in iure eſt validum.*



VIA petitio plerunq; ponitur in libello, & per libellum expeditur: vt in auth. offerat. C.de lit.conteſt. & in c.j. ſupra de lib.obla. Ideo prēmitto, ꝙ duplex eſt libellus, quidā querimonialis, & quidam cōuentionalis.
1 † Querimonialis eſt, qui porrigitur in cauſis criminalibus: vt in l.libellorum. ff.de accu. Libellus conuentionalis eſt q porrigit in cauſis ciuibus, vt in d.auth. offerat. In primo ſufficit ſola narratio facti, nec requiritur aliqua concluſio. tex.in l.j.§.j.ff.ad turpil. (Adde Fran.Aret.in l.improbum.C.ex quibus cau.infa) Hęc eſt ſnīa Bal.in l.& ſi ſeuerior.C.ex quibus cau.infa.irrog.nec eſt doctor aliquis, qui ab hac recedat, & eſt ratio: quia in cauſa criminali nihil concluditur debere dari vel fieri parti: quia aut eſt pęna corporalis & applicatur corpori, aut eſt pęna pecuniaria, & applicatur fiſco: vt in l. agraria.ff.de termino.& ibi pulchre p
2 Bar.† Cùm ergo concludatur, nihil debere fieri parti, nimirum ſi nulla concluſio eſt neceſſaria in tali libello: quia incontinenti narrato facto ſuccedit pęna legalis, quæ eſt à lege, vel à ſtatuto ordinata. Vel ſi eſt arbitraria, iudex debebit imponere talem pęnam, quæ eſt conſueta imponi in talibus delictis: vt eſt tex.in l.cōfeſſus.ff.de cu.& reo.exhi. Vnde iudex qui eſt legis miniſter, adminiſtrator reipublicę ſine aliqua petitione partis imponet
3 pęnam à lege ſtatutam.† In ſecundò autem libello.ſ.cōuentionali in cauſis ciuilibus duo requiruntur. ſ.narratio & cōcluſio. narratio prędit, & concluſio ſequitur, & debet attendi cōcluſio libelli: non autem narratio ad cognoſcendum, ſi libellus eſt ineptus, & quę actio ſit intentata: hæc eſt ſnīa Inn.in c.ſuper literis.in verbo, & in cōi forma, de reſcriptis. eandem snīam tenet Cy.in l.edita.C.de eden. Idem tenet Bart.in l. Aurelius. §. idem quæſiit.ff.de liber.lega. Hoc voluit Bal.in l.& ſi ſeuerior.C.ex q-bus cau.infa.irroga. Eandem tenet Ang.in l.qui interrogatus.ff. de per.hær. (Adde do.Bar.Soc.in conſ.160.inci.in præſenti.ver. confirmatur iſta opi.in fi.in 2.parte.& do.Mari.Soci.in conſ.39. incip.viſis.ver.vtrum quia, in j parte.& do.Bar.in conſi.134.inci. viſa.ver.ſecunda via.in fi.eo.parte.& do.Alex.de Imo. in conſ. 121.in 2.col.in j.parte. Et ibidem in 8. col. quid de concluſione generali an procedat.) In quo libello cōuentionali debet exprimi cauſa, ſed diuerſimode, quia habemus diſcurrere per tria iudicia. Nam quoddam eſt iudicium generale, & quoddā eſt vniuerſale, & quoddam eſt particulare.

Quò ad particulare hic eſt conſiderandum, ꝙ interdum intentatur
4 actio realis & interdum actio perſonalis.† Si libellus porrigitur in actione reali debet exprimi cauſa proxima nō autem remota. In actione autem perſonali eſt totum oppoſitum, quare eſt aduertendum, ꝙ ſi habemus contractum, ex quo contractu reſultat obligatio, ex obligatione naſcitur actio, vt in l. licet. §. ea obligatio.ff.de proc. quę actio eſt illa quę deducitur in iudicio, & dicitur illud ius quod competit nobis ad conſequendum id quod nobis debetur, vt inſt. de act. in prin. ex quo peruenitur ad ſnīam, ex qua ſnīa peruenitur ad executionē. Cauſa remota in actione perſonali eſt contractus. Cauſa autē proxima eſt obli-
5 gatio.† Vnde ſic formatur libellus in reali. mutuaui Titio 10.q recuſat mihi reſtituere, quare ipſum peto condemnari ad dandum mihi 10.nō autem debet exprimi ipſa obligatio: ita tenet gl.in l.j.in prin.ff.de eden.quam ſequitur Bar.Ang.& cęteri doctores. Eandem ſnīam tenet gl. c. ſignificantibus extra, de lib. obl.quam ſequitur Io.An.Inn.& cęteri doc. Veruntamē ſi quis porrexerit libellum in actione perſonali non inſerta cauſa remota hoc modo, talis mihi debet 10. quare peto ipſum condē-
porrexerit libellum in actione perſonali non inſerta cauſa remota hoc modo, talis mihi debet 10. quare peto ipſum condēnari: procedit libellus, niſi opponatur, vt in l.fi.C.de anna. exce. & hoc tenet Ang.in l.j.in prin.prędlle.& idē Io.de Imo.& Ant.
6 de But.in d.c.ſignificantibus.† Cautela eſt pro reis conuētis, qñ libellus eſt generalis vel obſcurus, ꝙ non petāt libellum declarari, ſed dicant ſe non teneri reſpondere. Nā ſi diceret reus, debere declarari, actor cito declararet, ſi enim dicat, nō tenemur reſpondere, non percipiet actor, ex qua cauſa hoc agat. Et ſi nō declarabit, ſuccūbet: & iſta fuit notabilis cautela Pe. fratris Bal. & Ang.& etiam Alb.in c.fi.ſupra de libel.obl. & ibi eſt tex. bonus quem etiam ſequitur Io.de Imo. (Et hoc idem tenet Fel.in c.ſignificantibus.in 3.col.ver.5. declaratio.) In actione reali cā
7 remota eſt titulus, & cā proxima eſt dñium.† Vnde in rei vendicatione hoc modo cōcluditur, talis poſſidet talem rem licet indebitè & iniuſtè, quam dico ſpectare ad me iure dñij &c. Nō enim eſt neceſſe, ꝙ inferatur cā remota. i. titulus, vt eſt, quam rē emi à Titio &c. quare hoc contingit, ꝙ in actione perſonali inferatur cauſa remota, & in reali proxima. Reſpondeo, ꝙ actor debeat ita dare libellum ſuum conceptum, ꝙ reus poſſit delibe rare, vtrū velit cedere vel contendere, vt in l.j.in prin. ff. de edē.

8 Item in libello † debet tale quid apponi, ꝙ ſi eſſet verū, poſſet ſequi ſnīa pro actore. Vnde ſi in actione perſonali actor inſereret cauſam ꝓximam, ſolum dicendo peto 10.à Titio, ad quæ eſt mihi obligatus, quare &c. iſte libellus eſſet ita generalis, ꝙ non poſſit reus deliberare, an velit cedere, vel contendere. Nam reus poſſet meritò dubitare. ſ. qualiter ſit obligatus & ex qua cā, ſed ſi dicat hoc modo, peto 10.à Titio, quæ ſibi mutuaui, ecce modò ꝙ reus eſt certus, an ſit verum, & ideo debet inſeri cā remota: quia ex illa redditur certus, an velit cedere vel contendere, ꝙ non fit per inſertionem cauſæ proximæ. Item in actione reali. ſ. in rei vēdicatione. Si dico peto talem rem mihi reſtitui quam emi à Titio, quę eſt cauſa remota: non eſt inſertum in libello tale quid, quod ſi eſſet verum, poſſet obtinere actor; quia etiam probato ꝙ emerit illam rem à Titio, non poterit obtinere: quia iſta ſtāt ſimul, ꝙ illā rē emerit à Titio, & ꝙ nullum ius habeā: quia Titius non
9 erit dñs, ꝙ dictum eſt in reali. ſ. rei vēdicatione.† Nam & in hypothecaria

pothecaria actio est realis,vt in l.pignoris C.de pig. & in §. item seruiana.insti.de actioni.& plene per Dy.ibi, debet tñ inseri causa remota hoc modo, talis possidet talem fundum, quem dico mihi esse obligatum actione dotis matris meę: ita dicit eleganter Ang.in l.j.in prin.ff.de eden.Et per hoc reprehenditur gl. ibi loquens indistinctè de actione reali:libellus autē debet ita formari,ꝙ concludat necesse,vel præsumptiuè,vt in l.omnis.§.Lucius.ff.de his quæ in frau. credi. † Est enim libellus argumētum legistarum,sicut syllogismus argumentum dialecticorū,in quo libello interuenit maior propositio,minor,& cōclusio.Sed plerunq; tacetur in libello minor propositio tanquam de se nota: procedit enim libellus, vt in argumentis legistarum cum duabus propositionibus tanquam enthymema quoddam, quod secundum dialecticos ex duabus propositionibus cōsistit. Quod declaro hoc modo: ecce argumentum dialecticorum . Omnis homo currit,Sortes est homo , ergo Sortes currit. iste est syllogismus in darii.Ecce modo syllogismus qui est argumentum legistarum Omnis qui suscipit pecuniā mutuò tenet illā restituere. ego mutuaui 10.Titio , ergo ille debet cōdemnari mihi ad restituendum . Et plerunq; & sępe tacetur vna propositio in libello quod solum dicitur mutuaui 10. Titio,quare peto ipsum condemnari:quia lex minorem habet pro nota. Vnde libellus saltem præsumptiuè cōcludit, ꝙ sufficit, vt dixi.† Ex quo infert Spec.ꝙ procedit huiusmodi libellus.peto talem fundū,qui fuit meus:dicit ipse,ꝙ procedit in rei vendicatione; quia concludit præsumptiuè;quia qui olim fuit dñs,præsumitur hodie, vt in l. siue possidetis.C.de probat.& in l.ancillæ.C.de furtis.& ibi gl.facit quod no.per Bal.in l.j.C.de seruis fugi. Hanc sñiam sequitur Ant.de But.Io.An.& Io.de Imo. in c.significantibus supra de li bel.obla.contra quam opinionem insurgit Bar.in l.certum.§. si quis fundum.ff.de confes.dicens nullo modo talem libellū posse procedere in iure,hanc sñiam amplexus est Cy in l.edita. C. de eden.quam Ang.reprobauit inconuincibili ratione.i.ꝙ talis libellus nullo modo pōt procedere;quia vnius inclusio cętero rum est exclusio.c nonne.de præsump.& in l.maritus.C.de procur.sed includitur in libello solum tempus præteritū,ergo non pōt includi tempus præsens.immo excluditur,ita tenet Ang.in l.si in rem ff.de rei vend.& l.j in prin.ff.de eden.Non obst.alleg. in contrarium per Spec. videlicet ꝙ sufficit in libello concludere præsumptiuè:& qui olim fuit dñs &c. † quia istud est verum, ꝙ sufficit,nisi alia præsumptio tollat illam præsumptionem: vt in d.l.diuus.ff.de in integ resti.& in l.licèt Imperator.ff. de leg j. sed sic est, ꝙ ipsa præsumptio vī, ꝙ vnius inclusio cæterorū est exclusio,tollit illam præsumptionem, ꝙ qui olim fuit dñs, hodie præsumitur dñs,& sic remanet firma sñia Bar.Cy.& Ang. q̄ est ipsa veritas,& in iure tenenda.Et hæc omnia procedūt in iudicio singulari. † In iudicio autem generali seu vniuersali non est necessaria aliqua causę expressio:vt no.Bu.Io.An.& Ioan.de Imo.in c.significantibus supra alleg.in gl.& cęteri doc. & Ang. in l.j.in prin.ff.de eden. Quod autem dicatur iudicium generale,siue vniuersale inferius dicam.

Sed vnum est aduertendum, ꝙ circa id quod supra dixi.s. ꝙ in actione reali debet inseri cā proxima; quia dico,ꝙ pōt etiam inseri causa remota, sed non poterit in iudicio prosequi nisi cām illam in libello expressam, sed lata sñia absolutoria poterit adhuc actor gerere contra cōuentum ex alia cā non obstante exce.rei iudicatæ,vt in l.si mater.§.quis autem. ff. de excep.rei iud.& in c.Abbate sanè.de re iud.lib.6.ita no.Ang. singulariter in l.j.in prin. ff.de eden. secus si in rei vendicatione quis non exprimit causam aliquam remotam.s. quia dicat simpliciter rem spectare ad se iure dñii nullam tñ causam exprimēdo: & sic vī omne suum ius in iudicio deduxisse & poterit prosequi ipsius cām:& vbi fuerit sñia lata nulla expressa causa dñij in sñia , tunc obstabit exceptio rei iudicatæ agere volenti iterū rei vendi.exprimendo certam causam:vt in l.si mater. §. eandē. ff.de exce.rei iudi. In iudicio autem generali vel vniuersali non requiritur expressio causæ neq; certæ rei, nec in libello, nec in processu,veluti est petitio hæreditatis : est enim iudicium vniuersale id,quod sub vna dictione comprehendit plures res.† Iudicium autem vniuersale est illud, in quo comprehenditur aliqua dictio,quæ non comprehendit plures res:sed tñ sub illa dictione plura facta asserantur,vt est tutelæ actio.nego.gest.& de similibus.Nam tutela non comprehendit plures res:sed tñ cōtinet plura facta:quia tutor reddere tenetur administrationis rationem ex tutela,in qua ratione plura capitula possunt ꝓtineri , & in isto iudicio generali, licèt non requiratur aliqua expressio in libello,tñ requiritur in processu,& obstabit exceptio rei iudicatæ solū iure prosecuta:vt in l.licèt.C.de iudi.nisi dolosè actor commisisset aliquam rem expressam prosequi in ꝓcessu; quia tunc etiam in illa omissa obstabit exceptio rei iudica.vt in l. de rebus.ff.de arb.quæ lex est notabilis ad talem quæstionem,licet doc. non allegent , ꝙ si est factum compromissum generale de omnibus rebus,deinde arbitratores fecerunt condemnationē, vel absolutionem , & inter alia condemnauerunt partes ad faciendum fines generales, ꝙ non obstante tali compromisso & tali sentētia generali alter ex litigatoribus poterit de nouo agere non obstante tali ratione alicuius causæ non deductæ per errorem:ita no.tex.in l.prę alleg.

Quæritur † vlterius,vtrum libellus sit porrigendus in scriptis.Et vī ꝙ non per tex.in l. j. in prin.ff. de eden.& in auth.generaliter. C. de epis. & cleri.& in cle. sæpe. de verb.sig Dicendum est,aut loquimur in causis summariis:& tunc non requiritur libellus in scriptis , sed sufficit intētionem suam apud acta explicare, & deinde in actis redigere : vt in cle. sæpe.præalle.tñ si hoc casu fuerit libellus porrectus solēniter nō nocebit:vt voluit gl.in cle.dispendiosam de iud.& idem tenet Bar.in auth.offeratur.C.de litis conte. (Nunquid autem in causis summariis requiratur libellus, vel qualisqualis petitio, vide do.Alex.de Imo.in consl.in j.col.in 2.parte, & an sufficiat libellus gñalis,vide per eum in consi.32.in 3.col.in 4.parte.& in cōsi.43.ea.parte.& in consi.184.in j.col.in 2 parte.) Aut loquimur in causis ordinariis, & tunc si illæ causæ expediuntur per viam actionis.tunc requiritur libellus offerri in scriptis : vt in d.auth. offeratur.& in c.j.supra de lib. obl. aut dicta causa expeditur per officium iudicis,& tunc si est officium iudicis, quod succedit in locum actionis,& tunc etiam requiritur, ꝙ fiat libellus in scriptis.† Si autem est officium iudicis mercenariū , quod deseruit actioni propositæ.tūc melius requiritur libellus: vt voluit gl.in rub.ff.de interro.actio.Aut officium iudicis continet promissionem , veluti est officium iudicis , per quod interponitur decretum,veluti in alienatione rerum minoris,vel dotalium;tūc nō requiritur libellus.l.nec quicquam.§.vbi decretum. ff. de offic. proconsu ita eleganter distinguit Bal.in auth.offeratur.In casibus autem breuibus non requiritur:vt in auth.nisi breuiores.C. de sent.ex breui.reci.& causa breuis est ſm doc.ibidem arbitrio iudicis inspecta qualitate personę & quātitate litis,si causa ascēderet centum ducatos inter duos pauperes habetur pro magna causa.(Adde Feli.in c.in causis circa prin.de testi.& in c.2.de offi.deleg.) Si autem litigaretur inter duos magnos diuites, censeretur parua.Ad hanc distinctionem bene facit gl.in l.& si susceperit.in §.libertus.ff.de iudi.† Item no. istud , ꝙ etiam in causa, quæcunq; sit,quæ agitur coram officiali ignoranti leges,nō requiritur libellus in scriptis istud est sing.dictum Bal.in auth. nisi breuiores supra alleg. ꝙ intellige verum , nisi habeat vicariū iurisperitum: vt est cōiter in ptātibus ciuitatum , qui conducūt vicarios:verum hoc casu qñ est euidenter illicitus actus , idem poterit esse iudex & tabellio,si hoc eorum dictauerit consuetudo,per tex.in l.iubemus.in §.eisdē.tabellionibus.C.de sacrosan. eccl.ita tenet Bal.in d. auth. nisi breuiores. † Quæritur vlterius, nunquid libellus sit de substantia iudicii,ita ꝙ non possit ei per partes renunciari.In hoc articulo fuerunt quinq; opiniones, put refert Bal.in auth.offeratur. verior opinio videtur esse, ꝙ sit de substantia iudicii,& ꝙ nullo modo possit ei renunciari tacitè vel expresse,ꝙ probatur primò per dictum tex.in auth.offeratur.in fi.vbi dicit tex. ꝙ libellus debet offerri in scriptis : & postmodum in fi.sui subiicitur,& si hoc obseruatum nō fuerit,omne actum pro nihilo habeatur:& sic lex dat certam formam ꝓducendi ius suum:& vltra illam formam traditam vlterius procedit annullando actum,si sit factum contra eum, ergo cū forma sit à lege tradita , ꝙ libellus debet offerri in scriptis , partes non possunt renunciare formæ per legem traditæ , neq; solennitati.istud est dictum Bar.in l.nemo pōt.ff de leg j.& l.j. de vsuc & in l.Aquilius Regulus.ff.de do.& idem tenet Bal.in d.auth.offeratur.& in l.illud.C.de sac.san.eccl.(Vide do.Alex.de Imo. in l.ius publicum.de pactis.Et adde,ꝙ nō solum in ordinariis , sed etiam in causa appellationis est de substātia vt per Spec.in tex. de libel.concep.§.vtum.& per Bal.& Pet.de Suza.in l.fi. in fi. C. de tempo.appella.) Secundò probatur inconuincibili ratione. † Nam sententia debet esse conformis libello:vt in c licèt Heli.de Simo.& in l.fi.C.de fideic.libe.& in l. vt fundus. ff. cōi diui. & in l.j.C.vt in posl.leg.& in l.certi condictio.in prin.ff.si cer.pe. & vbiq; ꝑ Bal. & per ꝓñs sñia est forma & libellus est materia, sup qua fundat sñia. Ex quo sequitur, ꝙ positiones & rūsiones non possunt fieri de his quæ continentur in libello , aliàs dicerentur impertinentes ſm Bald.qui ita no.in l.j. C. vt in posl. leg. cum libellus sit materia super qua fundat sententia , nimirum si non possit renunciari libello,& non possit ferri sententia ; quia forma non potest esse sine materia.Hanc sententiam tenet Hostien.& Inno.& gl.in c.j.supra de libel.obla. eandem sentētiam tenet Bal.in d.auth.offeratur.& est de iure verior.& Io. And. in cle.sępe de verb.signi.in verbo, necessaria. † tenet necessarium fore libellum,si petatur per conuentum,aliàs non,si nihil dicat. hanc sñiam sequitur Ant.de But.in c.j.supra libel. obla. & hanc sententiam dicit Io.de Imo. in practica fore seruandam per auctoritatem Ioannis And. licèt contrariam opin. de iure credat fore veriorem.

Quæro iuxta præmissa, quid si statuto caueatur,ꝙ in tali cā procedatur per simplicem querelam , quid importent ista verba:Resp·

Source : BIU Cujas

ba. Resp. q̃ ista verba nihil aliud important, q̃ q̃ sine libello ꝓcedatur: ita dicit singulariter Bal. in l. C. vt in pos. leg. itē pone q̃ secundum practicas, vt inquit Ia. But. in auth. offeratur. fiant tres libelli, quorum vnus remanet iudici, alter offeratur parti, & alius remetur per scriptum. Inter istos libellos reperitur diuersitas, modò quæritur cui stabitur. Dicendum q̃ libello, qui remanet apud iudicem, ita determinat Spec. in titu. de libel. cõcep. § restat. circa prin. ita no. Bald in d. auth. offeratur.

21 † Not. q̃ libellus incertus non procedit, si opponatur, vt no. glo. in l. fin. C. de anna. excep. & est tex. in c. fi. de libel. obla. (Adde Pau. de Cast. in consi. 145. & D. Alexā. de Imo. in consi. 181. 2. parte. & in consi 184. in 1. col. ea. parte. vbi ponit, an procedat iste libellus, peto quicquid habes in tali loco, & quid de libello generali, & quomodo debeat ferri sententia in his & in vniuersalibus.) Quod fallit, quando actor est incertus ex facto rei; tunc procedit libellus incertus, etiã si opponatur de incertitudine, vt in §. qui aũt. ff. quorũ lega. ita tenet Inn. in c. significantibus. de libel. obla. idē tenet Ang. in l. 1. in prin. ff. de eden. Itē libellus incertus ꝓcedit sup accessorijs. Vñ ꝓcedit hmõi libellus, peto rem restitui cum fructibus, secũdum Inn. in c. querelam. el 2. de elect. idem tenet An. in l. si in rem. ff. de rei ven. idē vult Barto. in l. ex diuersis. de rei ven. Idem quoque tenet Cyn. in l. cum propriam. C. si quis alteri vel sibi. idem tenet glos. in l. fundi. ff. de excep. Et notandum est, q̃ vbi petitur aliquid in iudicio singulari, id singulariter designari & liquidari oportet, aliàs non tenet sententia tanquam incerta, vt in §. curare. insti. de acti. & in §. omnium. In iudicio autem generali sufficit fieri declarationem in processu, vt in l. 1. ff. de eden.

22 † Sed quæritur, nunquid libellus sit de processu? Apparet quòd sit de processu, quia scribitur in actis, vt in hac decretali quoniam contra falsam. Quòd autem non sit de processu probatur, quia citatio est initium actus processus, vt in §. omnium. de pœna temer. liti. insti. sed libellus porrigitur iudici ante citationem, ergo apparet, quòd libellus nõ est initium processus neque de processu. Dicendum est, q̃ quò ad iudicem non est de processu libellus, & ideo potest offerri iudici die feriato. l. miles. §. sexaginta. ff. de adul. Item videmus in appellatione, qa libellus appellationis potest interponi die feriata, ita tenet Io. de Imol. & Anton. de But. & Host. in c. præterea de dila. & ideo dato libello iudici & non oblato adhuc parti potest actor suũ libellum reuocare, vt in l. Sempronia libellos. ff. de fur. quò autem ad partem libellus est de processu, & ita intelliguntur contraria, quia quàm primum est parti datus, tunc ponitur in actis, vt in isto capitulo. Quoniam contra falsam.

23 Quæro nunc † nunquid possit fieri processus sine citatione, si pars est præsens in iudicio. Dicite q̃ sic, quia citatio solum est necessaria respectu absentis, ista est glo. singularis in l. fi. § illud. C. de tempo. app. istud est dictum Bald. & Barto. in rub. C. de in ius voc. qui etiam decidunt præsentem quæstionē, & ponunt in l. 1. ff. de in ius voc.

Quæro iuxta præmissa, quid est illud, quod quotidie dicitur, quia rescriptum habetur loco libelli, vt no. Bald in l. eleganter. §. si quis post. ff. de condi. inde. & est text. in c. præterea. supra de dila. & Bald. in l. 1. quando libel. principi offertur, † dicit rescriptum non habere vim libelli. immo requiritur libellus, aliàs sententia erit nulla. Dic secundum Hostien. in d. c. præterea. q̃ rescriptum habetur loco libelli quo ad inducias liberatorias tantum denegandas: tamen requiritur porrectio libelli non obstante, q̃ præsentatum fuerit rescriptum, sed nulla dilatio debet dari illi, cui datus est libellus, si potuit ex rescripto informari & deliberare. & hoc est verum in causis ordinarijs, in causis beneficialibus & summarijs tunc rescriptum habetur loco libelli etiam ad hunc effectum, vt non teneatur alium dare libellum, secundum Anto. de Butr. in d. c. præterea. quòd tenet Specu. in tit. de libel. concep. §. qualiter. circa princ. q̃ etiam sequitur Ioã. de Imo. in d. c. præterea. & modo videtis, quòd erit vtile, q̃ in rescripto ponatur illa clausula summariè & de plano. (Adde D. Alexan. de Imol in consi. 198. in 2. parte.

25 † Et aduertendum vlterius, q̃ quis non debet facere mentionem de iure aduersarij in libello, immo succumbet, si est tale, quod si esset verum, sufficeret ad victoriam aduersæ partis, ita tenet Innoc. in c. fi. de libel. obla. & sequitur Ioan. de Imol. quod est verum secundum eundem, nisi replicetur in libel. contra ius aduersarij, & non est mirum, quod supra dixi, quia quis dicitur confiteri id quod ponit in libello, vt in l. cum precum. C. de lib. cau. & sic confessio sua nocet. (Vide Franc. Aret. in l. cum te. C. de transs. & q̃ ibi dixi in apostil.) Illud verò non est omittendum, quod sufficit concludere secundum ius commune, licèt non de iure speciali, veluti si creditor ecclesiæ dicat se mutuasse pecuniam rectori ecclesiæ & nondum restituisse, licèt non faciat mentionem, q̃ dicta pecunia sit versa in vtilitatem ecclesiæ, tamen procedit libellus, ita tenet Inn. in d. c. fi. de lib. obla. tamen requiritur, q̃ probet pecuniam versam in vtilitatem ecclesiæ, iuxta not. per Barto. Bald. & Cyn. in authen. hoc ius porrectũ. de sacrosan. eccl. & iuxta plene. not. per Guil. Iac. But. in l. ciuitas. ff. si cer. pe. Et quod no. per Innoc. in c. 1. de

26 depo. † Finaliter est videndum, an in libello poterit aliquid addi vel emendari &c. Breuiter tu dic, quòd ante litem contesta. poterit libellus emendari indistincte, post lit. contesta. non, vt in §. si minus insti. de acti. (Vide tu late Feli. in c. significantib. in 8. col. ad fi de libel. obla. & quod ibi dixi in apost.) & facit qđ no. per Bald & Cyn. in l. edita. C. de eden. potest tamen declarari etiam post lit. contest. ut in l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. quia qui declarat, nihil de nouo dicit, vt l. hæredes palam. ff. de test. & ibi plene no. vnde clausula, quæ quotidie ponitur in libello, saluo iure addendi, mutandi &c. nihil operatur, ita tenent docto. in l. edita. C de eden pro quibus est glos. sing. in c. inter dilectos. de fide instrum. (Adde Fely. in c. ex parte. in ver. copula. in 4. col. de rescrip & in c. significantibus. de libel. obla. in fi & in c. inter dilectos. de excep. & in c. inter monasterium. in 2. col. de re iud. & in c. excomm. in me. 1. col. de hære.) si tñ hæc clausula hoc modo inseratur saluo arbitrio addendi, tunc post lit. contest. poterit addi, vel detrahi secundum Bald. qui ita

27 not. in l. edita. C de eden. † potest tamen in totum liti renuntiari etiam lite conte. l. postquam liti. C. de pact. q̃ intellige, nisi interfit aduersarij non renuntiari; quia tunc non potest renuntiari nisi cum eius consensu, glos. est sing in l. vtique. ff. de rei ven. quam sequitur Bald. Bar. & etiam Ange. ibidem, & dicunt omnia fore menti tenenda, & ideo si aduersarius feciisset multas expensas in litem, pro quibus veniat condemnandus renuntiare volens non poterit liti renuntiare nisi cum cõsensu aduersarij. Si autem non interesset aduersarij; tunc posset renuntiari liti in totum etiam eo inuito, vt in d. l. postquam liti. Similiter poterit detrahi a libello in parte post litem cõtest.

28 quia si licèt in toto multomagis in parte; † quia bonum est argumentum de toto ad partem, ut in l. quæ de tota. ff. de rei ven. ita tenet Ioan. de Imol. in c. significantibus. supra de libel. obla. Illud est etiam aduertendum, quia in notorijs non est necessarius libellus secundum Innoc. qui ita tenet in c. significantibus. supra alle. debet nanque libelli copia dari aduersario non expensis actoris sed rei: ita tenet Ange. in l. 1. § edere. ff. de edē. (Adde Fran. Aret. in l. Aristo in fi de acquir. hær vbi tractat de scripturis in genere.) Contrariam sententiam tenet Ioan. An. in clem 2. de appel. & in clem. sepe. de verb. signi. In hoc seruetur consuetudo, quæ est optima legum interpres, vt l. cum de interpretatione. ff. de legi. si non constat de consuetudine, tenenda est opinio. Io. And.

D. ODOFREDI VETVSTISSIMI LEGVM interpretis.

De Libellis formandis.

PROLOGVS.



POSTQVAM opus artis notarię, diuina fauente clemetia perduxi laudabiliter ad effectum, necessarium esse decreui ad ipsius operis supplementum summam componere de libellis formandis per quam beneuole agere volẽtibus cõsulatur, & illorum supprimantur ambages, quibus est pompa & detractio, & licèt rem non nouam aggrediar, cum a multis peritissimis res ista sit hactenus agitata. quorum corrigiam calciamenti soluere non sum dignus, attamen considerans q̃ natura quotidie properat edere nouas formas, & multis nouitatibus vtitur, de nouo noua quotidie procreando, ut in auth. de consan. & vter. fra. in prin. col. 6. Studebo pro viribus summam de libellorum formationibus ex dictis peritissimorum, nouumq̃ue opusculum compilare, in quo secundum leges libelli taliter formati inuenientur per singulas actiones, ita vt quisque etiam canonistarum poterit themate sibi dato, cuilibet agere uolenti libellum componere competentem. Ad hoc autem vt cito reperiat actoris sedulitas quod velit, in quatuor particulas præsens opusculum diuidamus, quarum prima prætoriarum libellos, secunda interdictorum, tertia edictorum, & quarta ciuilium actionum dilucide continebit.

Prima Pars.

SVMMARIVM.

1 *Libellus quid proprie dicatur.*
Verba in diffinitionibus nullam debent continere superfluitatem.
2 *Libellus vnde dicatur.*

Quid

Source : BIU Cujas

Quid sit libellus, & unde dicatur. Cap. I.

1 Libellus est breuis petitio † in scriptis habita voluntatem legitimam proponentis ostendens. Vel aliter. Libellus est breuis chartula, petitionis causam & actionem cõtinens proponentis. Et est notandum, q̃ singula verba in diffinitionibus posita pondus habent, vt notauimus in arte 11.di. † Dicitur autem libellus & est eius nomen diminutiuum uel per etymologiam dicitur libellus quasi lucidus litis limes. Vel dicitur a libra, sicut enim in libra ponderatur iustitia: ita in libello ponderatur & inquiritur iustitia & intẽtio proponentis. Vel dicitur libellus a librãdo, quia enim deliberat reus, vtrum cedat, an contendat.

2

SVMMARIVM.

1 *Libellus multis capitur modis.*
2 *Libellus est in iudicio offerendus.*
3 *Libellus coram arbitris offerri potest.*

Qualiter nomen libelli accipiatur, & in quo loco & apud quos offeratur. Cap. ij.

1 Libellus † autem accipitur multis modis: ponitur enim quãdoque pro substantia victuali, id est, pro pane albo & subcinericio, ut C.de epi.audi l.iudices. Quandoq; pro apostolis, idest, literis dimissoriis: ut ff.de libel.di.in rubro & nigro. Ponitur & quandoque libellus pro libellis appellatorijs, qui dantur iudici a quo appellatur, vt ff.de app.l.1.§.libelli.& C.de ap.l.si quis. Ponitur etiam libellus & alijs modis huic magis conuenientibus disciplinę, quos quidem notauimus diligenter in arte.4.diuis.§.in triplũ.

2 † Offertur autem libellus in iudicio, id est, in loco vbi ius redditur. C.de lit.conte. auth. offeratur. siue sint iudicis ordinarij, siue delegati, siue maioris, siue minoris, ut C.de liti.authen.litigiosa res. Item † coram arbitris offertur libellus, ut C.de arb.l. pen.circa fin. Et est sciendum, q̃ ista plenius tractauimus in arte notariæ, quæ aliàs ordo iudiciorum nuncupatur.

3

SVMMARIVM.

1 *Libelli qualiter in ciuitate Bononiensi formentur.*
Libelli quomodo in Lombardia soleant formari.
2 *Libelli qualiter in Romana curia formari sint soliti.*
3 *Interpretatio ueterum & mos antiquus seruari debent.*

Qualiter libellus sit formandus super qualibet actione. Cap. iij.

His tanquam introductorijs prælibatis, deinde dicere incipiamus qualiter libellus formetur in singulis actionibus secundùm diuersorum locorum consuetudinem breuiter demonstrantes. † Sciendum est igitur, quòd in ciuitate Bononien libelli cõcipiuntur hoc modo. Agit M. contra S. cui uendidit &c. vel quòd iniuste tenet rem talem &c. In ciuitatibus autem Tuscu. & in Lombardia ita concipiũtur libelli. Deo & uobis domino potestati nostro conqueror ego Stephanus de M. cui mutuaui centum &c. uel quòd iniustè possidet rem talem &c.

1

2 † Romæ uero, aliàs in curia domini Papæ concipiuntur libelli hoc modo. Supplicat sanctitati uestræ pater sancte humili & deuota prece, S. quòd talis extorsit ab eo certam summã, pono x. per usurariam prauitatem. unde petit ilia x. sibi restitui condictione ex canone, & hoc si uelis agere coram domino Papa. Si autem uelles, quòd causa alicui committeretur, concipies libellum hoc modo. Significat sanctitati uestrę pater sancte, S. quòd talis nobilis possessiones ad eum pertinentes uiolenter inuasit. unde ut iustitiam consequatur, petit in causa ista, ut iudicem dignemini delegare. Et hic talis libellus uocatur Romæ petitio, & petitio ista porrigit Romæ in audientia. Denique uidetur hoc necessariò prælibandum, quòd ante cuiusuis libelli formationem rubricam simplicem continentem nomen actionis breuiter præponemus: deinde naturam actionis tangemus, & cui competat, postremò libellum super eadem formabimus actione, leges per quas probetur bene cõposita allegantes. † Et quia ueterum interpretatio & mos antiquus seruandus est, ut C.de testa.l.testamenta.& ff.de legi.& senatusc on.l.de quibus. ideo secundùm ordinem arboris. D. Ioã. in qua sunt omnes actiones de mũdo, procedemus, ab actione publiciana inchoantes.

3

SVMMARIVM.

1 *Publiciana actio dicitur eo quòd a Publicio prætore primò proposita fuerit.*
Actio publiciana cui competat.
2 *Petens rem quam a non domino emit quam actionem debeat intentare.*
Libellus qualiter in rei uendicatione uel publiciana sit formandus.

De publiciana. Cap. iiij.

1 Hæc actio publiciana vocatur † quoniã primum a Publicio prætore in edicto proposita est, vt insti.de actio.§.alię. Cõpetit autem hæc actio ei qui emit & per traditionem accepit rem corporalem, vel ex alio iusto titulo, quo solet dominium transferri, nactus est possessionem a non domino bonafide, nec adhuc compleuit usucapionem, vt in d.§.aliæ. ut ff.de publici.l.1.& p totum.& datur cõtra quemlibet possidentem, prę terquam contra verum dominum rei, vt ff.eod.l.penul.& vlt.

2 † Si ergo aliquis rem possideat, quam dicis ad te pertinere, quia a non domino emisti, vel alio titulo per traditionem bona fide credens rem esse tradentis recepisti, sic ages. Agit S. contra R. qui iniuste detinet rem illam positam in parochia sanctę Mariæ, cuius confines sunt tales: ab oriente possidet A. & ab occidente B. & si qui alij sunt confines, quam rem dicit ad se pertinere iure dominij vel quasi, quia forte illam emit a Iacobo vt domino. vnde rem illam petit sibi restitui cum fructibus &c. & ad hoc rei vendicationem & publicianam proponit, & concipitur ita libellus, vt per hoc quod dicit iure dominij rei vendicatio, & per hoc quod dicit, vel quasi, publiciana proposita videatur, & not. q̃ libellus iste recipitur, ita tamen, ut actor eligat actionem, vtrum velit agere rei uendicatione vel publicia. in causæ processu, alijs etiam modis libelli in hac actione concipiuntur, sed iste Bononiæ frequentatur.

SVMMARIVM.

1 *Res absentis causa reipublicæ vsucapta, uel præscripta recuperatur per actionem in rem rescissoriam.*
2 *Rescissoria datur præsenti, cuius res per absentem usucapitur.*
3 *Libellus qualiter in rescissoria sit formandus.*

De actione in rem rescissoria. Cap. v.

1 Si res † tua sit vsucapta uel præscripta ab aliquo, dum esses absens causa reipublicæ, vel causa studiorum, vel mercaturę, vel necessaria captiuitatis, poteris rem tuam recuperare, proinde ac si vsucapta non esset, ut instit.de actio.§.rursus.† Item etsi absens vsucapiebat rem præsentis, similiter præsenti succuritur contra absentem per actionem rescissoriã. vnde in ea sic formatur libellus. Ago ego. S. cõtra R.

2

3 † petens ab eo rem meam talem sitam in tali loco, cuius confines sunt tales, quam rem vsucepit, dum ego essem absens causa reipublicæ, vel mercantiæ &c. vnde ut vsucapio remoueatur de medio, officium vestrum imploro: qua rescissa rem illam mihi restitui peto actione rescissoria, q̃ ita cõcipi debeat libellus, probatur instit. de act.§.rursus.

SVMMARIVM.

1 *Inuecta & illata in prædium, vel domum conductam domino pro pensione sunt obligata.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in actione seruiana.*

De actione seruiana. Cap. vj.

1 Si colonus, vel inquilinus † tuus conducat a te prædium, vel domum: omnia quę sunt inuecta & illata, sunt obligata tibi pro pẽsione, vt C.in qui. cau. pig. ta.contra.l.si non inducta.& ff.eo.l.1.2.& 3.& C.loca.l.certi.vn de si aliquo casu possessio rei perueniat ad aliquem, potes ab

2 eo reuocare per actionem seruianam. † in qua sic formetur libellus. Ago ego S. contra talem, qui possidet rem talem mihi obligatam a tali colono vel inquilino meo, pro pensione domus uel prædij, uel pro damno mihi dato in ipsa domo, quę pẽsio est, vel quod damnum est x. libr. vnde peto rem illam ratione possessionis mihi restitui, & ad hoc propono actionem seruianam, q̃ ita debeat concipi libellus probatur. insti. de actio. §.item seruiana.& in ll, præalleg.

SVMMARIVM.

1 *Actio quasi seruiana seu hypothecaria datur vt res mihi pignori obligata ab alio possessa reuocetur.*
Actio quasi seruiana ex obligatione pignoris nascitur.
2 *Libellus qualiter in actione hypothecaria formetur.*

De quasi seruiana quæ hypothecaria vocatur. Cap. vij.

1 Si quis possidet rem mobilem † uel immobilem, tibi pignori obligatam, siue sit debitor, siue alius, poteris ab illo rem illam aduocare proponendo actionem quasi seruianã, quæ actio nascitur ex obligatione pignoris, & est in rem, & eadem alio nomine hypothecaria vocatur, vt insti.de

2 act.§.item seruiana. † vnde actor in ea sic concipit libellum. Ago ego S. contra R. qui iniuste detinet rem talem mihi obligatam a Titio debitore meo pro x. lib. Bonon. quas sibi mutuaui, unde peto rem illam mihi restitui, & ad hoc propono hypothecariam actionem, vel quasi seruianam, quòd ita bene concipitur libellus. probatur instit.§.præalleg. & C.de pignor.l.pignoris. ff.eod.l.1.§.pacto. ff.de pact.l.si tibi.§.de pigno. cętera latius not. in arte dict.

SVMMARIVM.

1 *Actio utilis in rem cui & pro qua re tribuatur.*
2 *Libellus qualiter in vtili rei uendicatione sit formandus.*

De vtili in rem actione, quæ datur superficiario. Cap. viij.

1 Si aliquis conduxit aream uel † solum alicuius, & imposuit ibi superficiem, sicut de facto quotidie contingit, si cadit a possessione ipsius rei, potest intentare actionem ad rem illam petendam, quæ uocatur utilis rei uendicatio, ut ff.de superfi.l.1.& argu.ff.si ager uec. uel emphy. per.

l.1.

2 l.1.& 2.† In hac actione sic forma libellum. Ago ego S. contra R. qui iniuste possidet rem talem sitam in tali loco, cuius tales sunt confines, quam rem conduxi, vel ex tali causa habui a tali domino, ad superficiem ibi ponendam, prout imposui superficiem, quæ in solo est modo. vnde peto rem illam mihi restitui, & ad hoc propono vtilem rei vendicationem. Et nota ꝙ potest etiam petere pensiones perceptas, & percipiẽdas. Quòd autem libellus sit bene conceptus, probatur ff. de superfi. l. 1. §. 1. 2. & 3.

SVMMARIVM.

1 *Rei uendicatio utilis datur emphyteutæ ad aduocandum rem sibi datam in emphyteusim, quæ ab alio possidetur.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in actione in rem utili data emphyteutæ.*

De vtili in rem actione quæ datur emphyteutæ. Cap. ix.

1 Si autem aliquis possideat. † rem mihi concessam in emphyteusim, vel alium contractum, qui libellarius vulgariter appellatur, eandem rem vel vtilem rei vẽdicationem, quæ emphyteutæ seu illi qui cõduxit ad non mo-
2 dicum tempus datur, † petam hoc modo. Ago ego S. contra R. qui possidet rem talem, puta prædium, vel domum mihi datam a Titio in emphyteusim, vel ad libellum, cuius confines sunt tales. vnde peto rem illam mihi restitui utili rei vendicatione, quæ datur emphyteutæ. Prædicta probantur in corpore de non alie. aut permu. re. ec. col. 2. & de alie. & emphy. col. 9. & C. de iure emphy. l. fi. ff. si ager vec. l. 1. & 3. & instit. de loca. §. adeo.

SVMMARIVM.

1 *Vendens aut donans aliquid metu compulsus utilem rei uendicationem habeat ad reuocandum.*
2 *Libellus qualiter in rei uendicatione metum passo competente formetur.*

De vtili in rem, quæ datur metum passo. Cap. x.

1 Si quis per metum † compellatur rem aliquam vendere, vel tradere, vel donare: succurritur sibi per prætorem, & habet vtilem rei vendicationem, in qua
2 sic formatur libellus. † Ago ego S. contra R. qui iniuste detinet rem talem positam in tali loco, cuius confines sunt tales, vel cuius signa sunt talia. si mobilis est res, quam tradidi Titio per metum mortis ex causa emptionis vel donationis, vnde rem illam peto mihi restitui, & de dolo re promitti: ne res interim dum fuit apud eum sit facta deterior, & ad hoc propono vtilem rei vendicationem, quæ datur metum passo. Quòd libellus sit bene conceptus, probatur insti. de ac. §. sequens. & ff. quod met. cau. l. metum. §. volenti. & §. ex hoc edicto.

SVMMARIVM.

1 *Possessoria hæreditatis petitio datur uocato ad successionem alicuius de iure prætorio.*
2 *Libelli forma quæ sit in possessoria hæreditatis petitione.*
3 *Possessoria hæreditatis petitio est actio mixta in rem & in personam.*

De possessoria hæreditatis petitione. Cap. xi.

1 Si quis vocatur † ad successionem alicuius de iure prætorio, vt emãcipatus: habet possessoriam hæreditatis petitionem: per quam factus bonorum possessor tantundem consequitur, quantum si hæres
2 institutus fuisset. ff. de pos. hære. pet. l. 1. & 2. & insti. de bon. pos. in prin. † vnde in hac actione sic formabitur libellus. Ago ego S. contra R. qui iniuste detinet hęreditatem Titij, cuius bonorum possessionem agnoui, vnde liberi, vel vnde agnati, vel vnde cognati. vnde illam hæreditatem dico mihi debere restitui,
3 & ad hoc propono possess hær. petitionem. † Probatur, quia hæc cautio mixta est in rem & in personam. C. de pet. hær. l. hæreditati. & instit. de act. §. sequens. & veniunt in ea omnia quæ veniunt in directa, vt ff. de possess. hære. pet. l. 1. & 2. de petit. hære. l. item veniunt.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissaria hæreditatis petitio cui incumbat & pro quare.*
2 *Libellus qualiter formetur in fideicommissaria hæreditatis petitione.*

De fideicommissaria hæreditatis petitione. Cap. xij.

1 Si quis fecit testamentum † & instituit te hæredem, & rogauit te per fideicommissum, vt hæreditatem mihi restituas, & restituis, potero bona defuncti petere a quolibet possidente, per hanc actionem, præterquam
2 ab eo qui restituit. ff. eo. per totũ. † vnde sic formatur libellus. Ago ego S. contra R. qui iniuste detinet hæreditatem talem, quæ fuit quondam Titij: & quæ fuit mihi restituta per auctoritatem senatusconsul. trebel. ab hærede testamento Titij instituto. vnde illam hæreditatem mihi peto restitui: & ad hoc ꝓpono fidei hęre. pet. Quòd autem libellus sit bene conceptus, ꝓbatur per iura supra alleg. & ff. ad trebel. l. 1. & instit. de fideicom. hære.

SVMMARIVM.

1 *Actio in rem præiudicialis datur domino aduersus libertum uel uasallum.*
2 *Libellus qualiter formari possit in actione in rem præiudiciali.*

De actione in rem præiudiciali pro libertinitate vel vasallinitate. Cap. xiij.

1 Si libertus tuus † vel vasallus gerat se pro ingenuo negans aliquid tibi debere nomine operarum præstare, potes agere contra illum actione in rem præiudiciali, per quam ipsum reuocabis in libertinitatem, hoc mo-
2 do. † Ago ego S. contra R. quem dico meum libertum esse, vel qui cum sit libertus meus, gerit se pro libero vel ingenuo. unde ipsum in libertum meum peto, & ad hoc propono præiudicialem in rem actionem, ꝙ ita recte concipiatur libellus, habes insti. de acti. §. præiudiciales.

SVMMARIVM.

1 *Filius uel nepos a patre uel auo non agnitus aduersus eum intentare potest actionem in rem præiudicialem de partu agnoscendo.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione in rem prejudiciali de partu agnoscendo.*
3 *Officium iudicis implorat ur, ut partus agnoscatur.*

De actione in rem præiudiciali de partu agnoscẽdo. Cap. xiiij.

1 Si filius vel nepos † alicuius non agnoscatur a patre vel auo, vel quia non præbet alimenta, potest compellere ipsum, ut sibi prouideat per actionem in rem præiudicialem de partu agnoscendo, quæ actio etiam locum habet, vt filius agnoscat patrem, & nepos auum, ut instit. de act. §. præiudiciales. & ff. de libe. agno. l. siue. §. 1. & l. si quis a liberis & C. de
2 alen. lib. per totum. † unde in hac actione sic formatur libellus. Deo & vobis domino A. potestati Bonon. conqueror ego S de tali patre meo, uel ego pater de tali filio meo, vel ego auus de tali nepote meo, vel ego nepos de tali auo meo, qui cũ sim filius suus, vel nepos, vel pater, uel auus, denegat mihi alimenta, & me denegat filium suum, uel patrem, uel auum, uel nepotem. vnde vt alimenta præstet, & me agnoscat in filium suum, uel patrem, uel auum, vel nepotem, actionem in rem præiudicialem propono, vel propono officium uestrum domine iudex, ꝙ ita recte concipiatur libellus, dicit l. 1. ff. de rei vendi.
3 † quòd etiam alimenta petantur officio iudicis, habetur. C. de alen. libe. l. 2.

SVMMARIVM.

1 *Creditor actione pauliana aget contra debitorem alienantem in fraudem. Pauliana actio dicitur a Paulo prætore introducta.*
2 *Libellus quomodo in actione pauliana sit formandus.*

De actione Pauliana. Cap. xv.

1 Si debitor alienat † in fraudem creditorum, possunt creditores omnia alienata reuocare per actionem paulianam. Nam ipsa datur creditori aduersus eum, qui res debitoris ab alienatore in fraudem creditoris recepit. Et dicitur Pauliana a Paulo prætore, adhoc, vt si creditor non inueniat tot bona, vnde sibi valeat satisfieri: reuocentur cũ fructibus. ff. de vsu. l. videamus. §. in fauiana In hac actione sic for-
2 ma libellum. Agit † S. contra R. qui possidet prædium tale, cuius confines sunt tales, quod prędium Titius debitor suus alienauit per fraudem, vel fraudis cõsilio, vt eum fraudaret de debito suo, & fraudatus est, cum bona ipsius Titij non sufficiant ad debitum persoluendum ipso R. possessore sciente, & fraudẽ participante. unde rem prædictam reuocat cum fructibus & omni causa proposita actione pauliana, ꝙ libellus iste sit bene compositus, habetur l. 1. ff. de his quæ in fraudem credit. & l. qui autem. §. hoc edictum. & l. ait prętor. §. per hanc.

SVMMARIVM.

1 *Patronus alienata in fraudem per libertum actione fauiana reuocare potest.*
2 *Libelli forma qualis sit in actione fauiana.*

De actione Fauiana. Cap. xvj.

1 Si libertus alienat † in fraudem patroni: poterit patronus alienata reuocare per actionem fauia-
2 nam, vnde in ea sic formatur libellus. † Ago ego S. contra R. qui possidet domum talem, cuius tales sunt confines, quam domum Titius libertus meus alienauit in fraudem meam, ad hoc ut me suum patronum fraudaret tertia parte, quam de iure habeo in bonis ipsius. unde rem illam pro tertia parte pro indiuiso peto mihi restitui cum fructibus & omni causa, & ad hoc propono fauianam actionem, quòd ita recte concipiatur libellus, & quòd fauiana patrono detur: dicit l. ff. si quid in fraudem patro. l. 1. §. dolum. & l. quodcunque in princip. & l. videamus. §. in fauiana. ff. de usur.

SVMMARIVM.

1 *Filius arrogatus actione utili caluisiana vel fauiana reuocatur per arrogantem alienata in fraudem.*
2 *Libellus qualiter in utili caluisiana formari possit.*

De utili caluisiana, vel utili fauiana. Cap. xvij.

1 Si quis arrogat aliquem † in filium: & postea alienat aliquid de rebus suis in fraudem filij arrogati, ad hoc ut diminuat quartam, quam debet filio arrogato per constitutionẽ diui Pij de bonis ipsius, ut ff. de adop. l. si arrogator. §. sed an impuberi. poterit filius arrogatus reuocare per utilem caluisianam,

Source : BIU Cujas

caluisianam, vel fauianam.ff.si quid in fraudem patron.l.vlti.
2 † in hac autē actione sic forma libellum, Ago ego S.contra R. qui possidet res tales, quas Titius pater meus arrogator in fraudem meam alienauit, ut quarta debita mihi ex constitutione diui pij diminueretur. vnde peto res prædictas mihi assignari cum fructibus & omni causa, & ad hoc ꝓpono vtilem caluisianam, vel utilem fauianam, vel vtilem in factum caluisianam, ꝙ libellus iste sit bene conceptus, probatur præalle.l.

SVMMARIVM.

1 *Actio redhibitoria cui, contra quem, & pro qua re competat.*
2 *Libellus in actione redhibitoria qualiter sit formandus*
3 *Redhibere quid sit.*

De actione redhibitoria. Cap. xviij.

1 Si aliquis vendat tibi † equum retrogradum, vel alio modo vitiosum, nec te certiorauit, competit tibi emptori ignoranti contra venditorem redhibitoria actio ad sex menses.ff.de ędilio edic.l.ediles aiunt.& l.cum sex.
2 vnde sic forma libellum. † Ago ego S. ꝺ R. qui vendidit mihi equum, qui equus est retrogradus, vel alio modo vitiosus, vel seruum morbosum. unde quia dictus equus vel seruus est in cā redhibitionis. Ideo ad ipsum redhibendum, ꝙ omnia retroagantur cum accessionibus suis, redhibitoriam propono actionem, Quòd ita recte concipiat libellus, probatur per ll.ff.eo.l. 1.& l.redhibere.& l.cum autem.§.Iul.& l.bouem. & pluribus
3 ll.illius titu. † Et est sciendum, ꝙ redhibere est facere, vt rursus habeat venditor quod habuerat, & quia reddendo omnia, ex vtraque parte id fiebat. idcirco redhibitio est appellata, quasi redditio d.l.redhibere.ff.eo.& prædicta etiam no.in arte.dis. 2.

SVMMARIVM.

1 *Actio quanto minoris quæ sit, cui, contra quē, & in quibus cōpetat casibus.*
2 *Libellus in actione quanto minoris qualiter formetur.*
3 *Vitium vel morbus inferi debet in libello, qui in actione quanto minoris formatur.*

De quanto minoris actione. Cap. xix.

1 Hæc actio datur ad omnia † & in omnibus casibus in quibus redhibitoria, & etiam in quibusdam alijs, in quibus locum non habet redhibitoria: nā seruus emptus laborat vitio animi ex consuetudine, puta quia sit blesus, vel mendax, de quo probabiliter ignorauit emptor, cōpetit ei quanto minoris actio.l.quæritur.§.ult.ff.de ædi. edic. & competit quando propter vitium uel morbum res minus valet, quàm valeret cōiter, si illud uitium deficeret, ad repetendū de pretio tantum quantum res propter vitium valet minus.
2 † vnde in hac actione sic formabis libellum. Ago ego S.contra R.qui vendidit mihi seruum vitiosum.ſ.qui est erro, vel fugitiuus, vel seruum morbosum, puta hydropicum, vel equū morbosum, qui habet gallas & super ossa, vel quia est retrogradus, uel talem codicem, qui est corruptus in textu, vel codicillatus, seu cancellatus, vel fundum qui ducit herbam pestibulam, vel carnem quæ non fuit sincera. vnde quia propter dictum morbum vel vitiū res prædicta decem minus valet quàm valeret, si illo morbo vel uitio careret, ideo illa decem peto, quia res illa tanto minoris est, & ad prædicta propono actionem quāto minoris, & ꝙ ita cōcipiendus sit libellus, dicit l.ff.de ędil.edi.l.ꝙ
3 si nolit.§.si quis egerit. † Quod ēt vitiū vel morbus debeat inferi, dicunt.ll.ff.eo.l.ob quæ vitia.§.animi.& multæ.ll.tituli illius.

SVMMARIVM.

1 *Actio in factum ædilitia in quibus casibus competat.*
2 *Libellus in actione in factum ædilitia qualiter formari debeat.*

De actione in factum ædilitia. Cap. xx.

1 Hæc actio competit † in multis casibus & diuersis, competit enim in primis, quando facta fuit redhibitio, & pretium non restituit emptori cum accessionibus & alijs quæ iubent ædiles, vnde emptor sic format libel-
2 lum. Ago ego S.contra R. qui vendidit mihi equum morbosum, cuius equi cū facta sit redhibitio, & pretium non sit mihi restitutum & accessiones, puta decem, ideo prædictum pretiū peto mihi restitui, & ad hoc propono actionem in factum ædilitiam. Item competit etiam venditori, quando non restituuntur ab emptore ea quæ sunt acquisita per seruum, & alia quæ præcipiunt ædiles. & in hoc casu venditor sic format libellū. Ago ego S. ꝺ R. cui uendidi equū morbosum, nomine cuius equi egit redhibitoria contra me, & redhibitio facta est, sed qa non restituit quæsita per seruum, uel equum & accessiones, puta talia, ideo contra ipsum ago, ut prædicta mihi restituat, & ad hoc propono actionem in factum ædilitiam. Quòd in vtroque casu recte concipiatur libellus, dicit l.ff.eo.l.ꝙ si nolit.§.in factum. & ista sufficiant breuitatis causa.

SVMMARIVM.

1 *Actio exercitoria cui, contra quem & pro qua re detur.*
2 *Libellus in actione exercitoria qualiter sit formandus.*

De exercitoria actione. Cap. xxj.

1 Si aliquis haberet † nauem fluuialem, vel marinam, vel qui in stagno nauigaret, præponat in ea magistrum, ut contrahat, tenetur iste qui præponit actione exercitoria, & denominatur exercitor dominus ille qui prępo
2 nit, & qui præponitur magister, vt ff.eo.l.1.§.2.† Libellus. Ago ego S.contra R.qui cum Titium præposuerit naui suę, cū ipso Titio magistro nauis conueni, ꝙ portaret me cum rebus meis vltra mari in subsidium terræ Sanctæ. vnde quia fidem fregit, peto ab ipso c.libras, cum in tantum mea interfit, & ad hoc ꝓpono exercitoriam. Quòd ita recte cōcipiat lib.dicit ff.de exer. ac.l.1.& si seruus.& insti.de act.§.sequens.& §.omnes.

SVMMARIVM.

1 *Institoria actio cui detur, contra quem & pro qua re.*
2 *Libellus qualiter sit institoria actione formandus.*

De institoria actione. Cap. xxij.

1 Si dominus aliquis † præponat seruum, vel filium vel liberum hominem alicui tabernæ vel stationi uel negotiationi, si contraho cum illo præposito, & mihi non facit quod conuenit, possum agere contra dīm,
2 vel patrem actione institoria, † in qua sic forma lib. Ago ego S.contra R.a quo peto x. quæ mutuaui Titio præposito ab eo tali tabernæ ad vinum uendendum. ad prædicta propono institoriam actionem, prædicta probantur.ff.eo.per totum.

SVMMARIVM.

1 *Actio tributoria cui, contra quem & pro qua re detur.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in actione tributoria.*

De tributoria actione. Cap. xxiij.

1 Est & alia actio † quæ uocatur tributoria, per quam consulitur contrahenti cum filio uel seruo alicuius, in quo usumfructum habet, ꝙ pater vel dominus vocetur in tributum, id est, vt cōicet omnibus creditorib. merces peculiares, & tantum tribuat cuilibet creditori, quantum
2 sibi retinet pro rata debiti, ut ff.eo.l.1.† vnde in hac actione sic forma libellum. Ago ego S.contra R.qui merces tales, puta ceram uel pannos quos apud se habet; in quibus mercibus cum Titio filio uel seruo suo contraxi eo sciente, & non contradicente. unde peto ꝙ mihi contribuat: vel si forte contribuit sed non ad plenum, dicam ꝙ merces minus contribuerit. vnde ut ad plenum contribuat, ago: & ad hoc propono tributoriam. Quòd ita recte concipiatur libellus dicit l.1.ff.eo.tit.& insti.qđ cum eo qui in alie.po.

SVMMARIVM.

1 *Actio de in rem uerso cui concedatur, contra quem & pro quibus rebus.*
2 *Libellus qualiter formari possit in actione de in rem verso.*

De in rem uerso actione. Cap. xxiiij.

1 Si aliquis contraxit † cum seruo vel filio emendo vel uendendo, uel mutuando, uel alio quocunque modo, & ex illo contractu aliquod uersum est in rem domini uel patris, tenetur pater uel dominus contrahenti ac si cum eo esset cōtractum, & hoc quatenus in rem sua versum est. Si ergo in totum sit versum, agit in totum: si uerò in parte, pro parte agit, ut ff eo.l.1.& l.si pro parte.§.in rem autem uer-
2 sum. † & forma libellum sic. Agit S.contra R.a quo petit x. quę Titio ipsius filio vel seruo mutuauit. uel alias cum eo contraxit, quæ pecunia in sui R.utilitatem fuit uersa. vnde illam petit sibi restitui, proposita actione de in rem uerso. Quòd ita concipiatur libellus dicunt iura prę allegata, & habetur institu. quod cum eo qui in alie.potesta.

SVMMARIVM.

1 *Actione quod iussu quis teneatur, & pro qua re.*
2 *Libelli forma qualis sit in actione quod iussu.*

De quo iussu actione. Cap. xxv.

1 Si filius † uel seruus alicuius contrahat tecum iussu uel mandato patris uel domini, tenetur pater uel dominus insolidum tibi actione quod iussu, siue dirigatur iussus ad se, uel ad filium, siue seruum, siue generaliter dicatur, contrahat quicunque uult cum seruo meo, ut ff.eod.l.j.& per
2 tot.† vnde ita forma libellum. Ago ego S.contra R.a quo peto rem talem, quā tali eius filio uel seruo iussu suo cōmodaui, uel tot libras quas eius iussu mutuaui, & ad hoc ꝓpono actionem quod iussu. Quòd libellus sit bene conceptus probatur iuribus præalleg.

SVMMARIVM.

1 *Actio de peculio contrahenti cum seruo uel filio peculium habente aduersus patrem uel dominum tribuitur.*
2 *Libellus qualiter in actione de peculio sit formandus.*

De actione de peculio. Cap. xxvj.

1 Si contraxisti † cū seruo uel filio hñte peculiū de patris uel dñi uolūtate, cōpetit tibi actio de peculio ꝺ dñm uel patrē.ff.eo.ti.p to. hoc tñ fallit in filiofa. si pecuniā accipiat mutuò ꝺ macedonianū. C.ad se.consul.mace.l pe. Et si seruus uel filius non viuat, & trāsierit annus utilis, ut ff.eo.l.1.§.potestatis.& l.se.& l.1.ff.qñ de pecu.actio est anna. Item si seruus fideiubet extra causam peculiarem, vel cō promittat, uel mādauit &c. vt ff.de peculio.l.licèt.§.si filiusfa-
2 milias.& §.Iulianus.& §.si seruus.† in hac actione sic forma libellum.

Source : BIU Cujas

bellum. Agit S. contra R. a quo petit xx. quæ Titio ſeruo ipſius vel filio mutuauit. vnde vt ſibi dictam pecuniam reddat, propo nit contra eum actionem de peculio, probatur hæc forma ll. præallegatis.

SVMMARIVM.

1 *Actio de conſtituta cui detur, & contra quem. & pro qua re.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in actione de conſtituta.*

De conſtituta. Cap. xxvij.

1 Si aliquis pro aliquo † ſe ſoluturum cõſtituat ſim plici pacto id quod ex aliqua cauſa erat debitum ſiue naturaliter tantum, ſiue naturaliter & ciuili-
2 ter, datur in eum, ſi non ſoluat, actio de conſtituta, ut ff. eo tit. l. 1. & l. quòd ſi §. ſiquis. † unde in hac actione ſic forma libellũ. Ago ego S. contra R. qui ſe mihi in decem conſtituit debitorẽ pro Titio, a quo mihi illa x. debebantur ex cauſa mutui, uel qa mihi promiſit etiam ex nudo pacto. unde quòd illa decẽ mihi ſoluat, ago contra illum, & ad hoc ꝓpono actionem de conſti tuta. Quòd ita recte concipiat libellus probatur. inſti. de actio. §. de conſtituta. & ff. eo. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Actio vtilis ex empto cui detur, contra quem & pro quibus rebus.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in actione utili ex empto.*

De utili ex empto, uel ex alia cauſa, ex qua iuratur. Cap. xxvij.

1 Si rem aliquam poſſidebas † quam ego dicebã ad me pertinere cauſa adiecta, puta quia emi a te, vel quia mihi donaſti, vel quia fuit mihi le-
gata a teſtatore tuo, uel ab alio, & tu detuliſti mihi iuramentũ, quòd ego iurarem rem mihi a te venditam, & ego iuraui, ꝙ tu mihi uendidiſti, competit mihi vtilis ex empto. Si iuraui, ꝙ res fuit mihi legata te deferente, competit mihi vtilis ex teſtamen to, & ſic de alijs contractibus. ut ff. de iureiur. l. ſed & ſi poſſeſ. §.
2 item. & §. ſi cum. † unde in hac actione multi formantur libelli ſm diuerſitatẽ cauſarum, ſed in caſu præmiſſo ſic forma libel-lum. Ago ego S. contra R. a quo peto rem talem, quia cum il-lam peterem actione ex empto, ipſe mihi detulit ſacramẽtum. quo iuraui ipſam eum mihi uendidiſſe pro xx. unde rem illam mihi tradi, vel quod intereſt prẽſtari peto vtili actione ex em-pto. Quod ita recte concipiatur libellus probatur ff. de iureiur. l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. & not. ꝙ eodem modo formatur in alijs actionibus, quando iuratum eſt actore deferente.

SVMMARIVM.

1 *Condictio certi vtilis datur contra confitentem in iudicio ſe aliquid debere.*
2 *Libellus qua iter ſit in condictione certi ex confeſſione formandus.*

De utili certi condictione quæ datur ex confeſſione. Cap. xxix.

1 Si aliquis † fuit cõfeſſus in iudicio ſe aliquid mihi de-bere, datur mihi contra eum talis actio, ſ. vti lis certi cõdictio, ut ff. ad l. aquil. l. proinde. §. 1. & 2. Et in hoc exẽ plum pone, quòd agebam contra te certi condictione ex mu-tuo. forte mutuum ita probare nõ poteram, tu fuiſti in iudicio confeſſus, veruntamen ego fui negligens, ꝙ non inſtiti, ut dare tur ſententia intra triennium, & ita triẽnium eſt elapſum, nũc volo agere vtili certi condictione ex mutuo, & ex illa cõfeſſio ne bene poſſum nam non pereũt acta coram illo iudice licèt pereat inſtantia, quia acta vel geſta redacta in publica monu-menta habere uolumus perpetuam firmitatem, vt C. de re iud.
2 l. ulti. † unde ſi agam. Ago ego S. cõtra R. qui fuit coram iudice confeſſus ſe mihi debere x. cum illa decem peterẽ ab eo ex cau ſa mutui, unde ꝙ illa decem mihi ſoluat, ago contra cũ, & pro-pono utilem certi condictionem ex mutuo. Quòd ita recte concipiatur libellus, probatur per ll. ſupra alleg.

SVMMARIVM.

1 *Actio negotiorum geſtorum directa cui, contra quem & pro qua re conce-datur.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in actione negotiorum geſtorum directa.*

De actione negotiorum geſtorum directa. Cap. xxx.

1 Si aliquis te abſente † uel prẽſente & ignoranteſine mãdato & ſponte gerat negotia tua, cõ petit tibi contra eum directa nego. geſto. actio, & in ea forma
2 ſic libellum. † Ago ego S. contra R. qui gerendo negotia mea me abſente, uel prẽſente & ignorante percepit ex bonis meis. c vnde ꝙ illa. c. mihi reddat, ago contra ipſum, & ad hoc pro-pono negotiorum geſtorum directam, probatur hæc forma. ff. eo. l. 1. & 2. & inſtit. de oblig. quę ex quaſi contrac. naſcun.

SVMMARIVM.

1 *Actio negotiorum geſtorum pro tutore vel curatore cui concedatur & cõ-tra quem.*
2 *Libellus qualiter in actione negotiorum geſtorum pro tutore formetur.*

De actione negotiorũ geſtorũ ꝓ tutore uel curatore. Cap. xxxj.

1 Si quis eſt tutor uel curator † alicuius, & ego ge ro negotia pupilli ſui uel mino ris, quæ ipſe debebat ex officio gerere, & ſic erat ſua cã in cura & ſollicitutide. unde habet locum actio neg. geſt. ut ff. eod. l. ſi
2 pupilli. in prin. & tunc forma ita libellum. † Ago ego S. contra R. qui mei contẽplatione geſſit negotia pupilli uel adulti mei. vnde quia ex illa adminiſtratione vel geſtione percepit x. ideo contra ipſum ago, & peto illa x. mihi ſolui, propoſita nego. ge-ſto. actione. Quòd ita cõcipiatur libellus, probatur. l. prę alleg. & ff. eod. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Actio negotiorum geſtorum vtilis cui detur & contra quem.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in actione utili negotiorum geſtorum.*

De utili negotiorum geſtorum actione. Cap. xxxij.

1 Si aliquis cum credens ſe † tutorem, uel curatorem, gerat negotia minoris vel adulti; cui competit adul to contra eum actio utilis nego. geſt. ff. eod. l. ait prętor. §. ſi furioſi. & §. curato
2 ri. & C. eodem titu. l. curatorum. † In ea ſic forma libellũ. Ago ego S. contra R. qui credens ſe meum curatorem adminiſtra-uit negotia mea, & male, uel qui fuit curator meus uel mihi da tus in teſtamento, & confirmatus legitimus uel datiuus. vnde ꝙ reddat mihi rationem adminiſtrationis ago ꝯ ipſum, &c. uel ſic, quia dolo uel culpa ſua lata vel leui commiſſa ab eo in adminiſtratione ſum damnificatus in decem, vel ex illa admi-niſtratione habet decem, ideo illa decem peto, & ad hoc pro-pono vtilem nego. geſto. actionem. Quòd ita debeat concipi libellus, dicunt ll. præalleg.

SVMMARIVM.

1 *Actio negotiorum geſtorum contraria cui, contra quem & pro qua re detur.*
2 *Libellus qualiter in contraria negotiorum geſtorum actione ſit formandus.*

De contraria negotiorum geſtorum actione. Cap. xxxiij.

1 Si tu geras negotia † alicuius & aliquid impẽdiſti in illa geſtione, poteris repetere per actionẽ nego. geſt. contrariam, ut inſtitu. de obl. quę ex quaſi contrac.
2 nat. §. 1. & ff. eodem titu. lib. 2. † Vnde ſi uis agere pro eo quod ſoluiſti in illa adminiſtratione, ſic forma libellum. Ago ego S. contra R. cuius negotia eo abſente, uel etiam prẽſene, vel igno rante adminiſtraui & ſponte, in qua adminiſtratione x. de bo-nis meis erogaui. vnde vt illa x. mihi ſoluat, ago contra ipſum & peto vſuras, quæ cucurrerunt a tempore morę, & ad hoc ꝓ-pono contrariam nego. geſt. Quòd ita debeat concipi libellus, dicunt ll. præallega.

SVMMARIVM.

1 *Actio pro tutelæ cui, in quem & pro qua re concedatur.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in actione protutelæ.*

De actione protutelę. Cap. xxxiiij.

1 Si aliquis credens † ſe tutorem cum non eſſet, uel ſciens ſe tutorem non eſſe, fiugit tamen ſe tutorem, gerit negotium alicuius, conue-niri poteſt ab eo, cuius gerit negotia actione protutelæ, ut ff.
2 de eo qui pro tuto. neg. geſt. l. 1. §. 1. & 2. † Vnde ſic forma libel-lum. Ago ego S. contra R. qui tanquam tutor geſſit negotia mea, cum non eſſet, ex qua geſtione ſunt centum apud eum, uel ex illa geſtione me damnificauit in centum. vnde illa cen-tum peto, & ad hoc propono actionem protutelę. Quòd ita re cte concipiatur libellus, dicunt ll. præalleg.

SVMMARIVM.

1 *Tutorem ſe eſſe credens ſi adminiſtrando de ſuo aliquid impendat, actione contraria protutelæ illud poteſt repetere.*
2 *Libellus in contraria protutelæ actione qualiter ſit formandus.*

De contraria protutelę actione. Cap. xxxv.

1 Si aliquis credens † ſe eſſe tutorem, cum non eſſet, & adminiſtrauit bona alicuius pupilli, & illa adminiſtratione aliqnid de ſuo impen-dit, poteſt illud petere per contrariam protutelę actionem, ut
2 ff. eo. l. ult. † Vnde ſic forma libellum. Ago ego S. contra R. cu-ius bona adminiſtraui, credens me eſſe tutorem illius, in qua adminiſtratione expendi decem. ideo illa decem peto per con trariam actionem protutelę. Quòd ita recte concipiatur libel lus, dicunt leges prædictę.

SVMMARIVM.

1 *Actio depoſiti cui, contra quem, & pro qua re tribuatur.*
2 *Libellus in actione depoſiti qualiter ſit formandus.*

De actione depoſiti, in quatuor caſibus. Cap. xxxvj.

1 Si depoſuiſti apud † aliquem res tuas cauſa ti moris incendij, ruinę, naufragij, ſeu tumultus, & ipſe nõ vult re ſtituere, habebis ꝯ eũ actionẽ depoſiti. Et ī ea ſic ꝙcipe libellũ.

† Ago

Source : BIU Cujas

2 † Ago ego S.contra R.apud quem depoſui res tales, tempore tali,& timore incendij,ruinæ,naufragij, ſeu tumultus,vnde peto res illas mihi reſtitui, ſi ipſe fuerit res ipſas inficiatus, peto res illas in duplum mihi reſtitui,& ad hoc propono actionem depoſiti.probatur.ff.depoſi.l. 1.§.1.& l.quod tumultus. & ita inſtitu.de.act.§.ſequens.& nota,q̃ prædicta omnia largius notãtur in arte.3.diſt.in fi.& 4.diſt.§.in duplum.

SVMMARIVM.

1 *Actio viæ reiectæ cui detur, quare,& aduerſus quem.*
2 *Libellus in actione viæ reiectæ quomodo formandus.*

De actione viæ reiectæ. Cap. xxxvij.

1 Si vicinus in agrum † vicini viam publicam reiecerit,poteſt is, per cuius fundum via eſt facta, agere actione viæ reiectæ ad ſuum intereſſe, ſcilicet quanti intereſt ſua,q̃ via publica per fundum illius facta non
2 eſſet,ut ff.de uia publi.ſi in agrum.† vnde in hac actione ſic forma libellum.Ago ego S. contra R. qui in agrum meum viam publicam reiecit, ſeu immiſit, propter quod intereſt mea in c. ne illa via ita reiecta ſit. vnde illud meum intereſſe peto,& ad hoc ꝓpono actionem viæ reiectæ. Quòd ita recte concipiatur libellus,& ad intereſſe,& ad actionem propoſitam,dicit l.ff.de via publica.l.penulti.

SVMMARIVM.

1 *Actio quod metus cauſa competit ei, qui metu mortis vel cruciatu corporis aliquid facit,aduerſus eum compellentem.*
2 *Libellus qualiter in actione quod metus cauſa formari poſſit.*
3 *Actio quod metus cauſa locum habet, ſiue negotium perfectum ſit,ſiue imperfectum.*

De actione quod metus cauſa. Cap. xxxvij.

1 Compellit quis aliquem per † metum mortis, vel qui cõtinet periculum corporis & cruciatum,qui etiam caderet in hominem conſtantis animi,vt rem aliquam ſibi tradat,vel vendat,vel donet, vel eũ ab obligatione liberet.vnde metum paſſo ſuccurritur ꝓ actionem quod metus cauſa,quæ perſonalis eſt & prætoria, & quẽlibet poſſeſſorem rei perſequitur, vt inſtit de act. §.ſequens. &
2 ff.eo.l.metum.§.volẽti.& § hæc actio. † & in hac actione ſic forma libellum. Ago ego S.contra R. qui compulit me per metum,vt ſibi venderem, vel promitterem talem rem, uel eum ab obligatione liberarem.vnde quòd a tali obligatione me liberet,uel vt ſe in priſtinam obligationem reponat.ago contra
3 ipſum, & propono actionem quod metus cauſa.† Quòd hæc aũt hęc actio locum habeat, ſiue negotium ſit perfectum, ſiue imperfectum,& etiam in obligationibus reſcindendis, dicit l. ff.eodem l.metum.§.ſed quod prętor.& §.ex hoc edicto.& nota,quòd de materia iſta plenius inuenies notatum in arte 1. & 2.diſtinct.

SVMMARIVM.

1 *Actio de dolo cui, contra quem,& pro quibus concedatur rebus.*
2 *Libellus in actione de dolo qualiter formetur.*
3 *Dolo in contractum bonæ fidei incidente qualiter formetur libellus.*
4 *Libellus qualiter formari debeat dolo in contractum ſtricti iuris incidente.*
5 *Dolo dante cauſam contractui ſtricti iuris valet contractus, licèt exceptio obſtet.*

De actione de dolo. Cap. xxxix.

1 Si quis dolo te decipiat in † contractu, ſiue ex propoſito, ſiue ex incidenti, habes contra ipſum actionem de dolo, in qua ſic forma libellum, quando
2 dolus dat cauſam contractui bonæ fidei.Ago ego S. contra R. qui me dolo induxit ad hoc vt ſibi venderem codicem meũ, aliàs non venditurus,& illum codicem ſibi tradidi.vnde vt eũdem codicem mihi reſtituat,ago contra ipſum,& ad hoc propono actionem de dolo. Quòd ita recte concipiaẽ libellus, di-
3 cit l.ff.eod.eleganter.in princ.† Si autem dolus incidat in contractum bonæ fidei, ſic forma libellum. Ago ego S.contra R. qui cum proponerem vendere codicem meum pro xx. dolo ſuo incidente contractui me decepit in duobus denarijs. vnde vt illos denarios mihi det & ſoluat ago contra ipſum, & ad hoc propono actionem ex vendito.Quòd ita recte concipiatur libellus,etiam pro minima quantitate dicit l.ff.de act.emp.
4 l.Iul.§.per contrarium.† Si autem dolus incidat in contractu ſtricti iuris, tunc ſi quantitas eſt ultra duos aureos, dabitur actio de dolo.& ſic concipe libellum.Ago ego S. cõtra R. qui in promiſſione,quam ſibi feci,decepit me in tribus aureis.vnde quòd prædictam mihi quantitatem reſtituat,ago contra eũ actione de dolo.Quòd ita recte concipiatur libellus,dicit l.C.
5 de inuti.ſtipu.l.dolo. † Si autem dolus dat cãm cõtractui ſtricti iuris,tunc tenet contractus,ſed obſtat exceptio, niſi ſit proceſſum ad traditionẽ:& tũc locũ habet de dolo,& forma libellũ, vt prædixi;& nota demum,q̃ iſta plenius tractantur in arte.

SVMMARIVM.

1 *Actio furti manifeſti quæ ſit,cui competat & contra quem.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione furti manifeſti.*
3 *Agens criminaliter pro furto manifeſto ſimplicem debet facere accuſationem per iuramentum.*

De actione furti manifeſti. Cap. xl.

1 Si quis rem tuam † auferat tibi, & tu eum in eo delicto deprehendas,vel eodem die antequam perueniat ad locum deſtinatum, deprehenſus vel viſus
2 fuerit.habes contra illum actionem furti manifeſti. † In qua ſic forma libellum. Ago ego S.contra R. qui codicem meum mihi ſubtraxit,uel furatus eſt,& antequam cum illo codice peueniret ad locum deſtinatum,ſcilicet quò ire volebat, fuit deprehẽſus vel viſus cum illo codice a me uel a Titio, vel ab alio. unde mihi peto ipſum in quadruplum condemnari,& ad hoc propono actionem furti manifeſti. Quòd ita recte concipiatur libellus, dicit.l.inſtit.de obl.quæ ex delic.§.manifeſtus.& ff.
3 eod.l.fur manifeſtus. † Si autem uis agere criminaliter, facias ſimplicem accuſationem per iuramentum, quæ poſtea ſcribitur in libro communis, hoc modo. Talis ſuo ſacramento accuſat talem, quem dicit ſibi vnum codicem furtim abſtuliſſe de tali loco: vnde petit eum puniri ſecundum formam con. Bono.fit libellus cum die & conſule &c. Sed quia vſus moderno rum ipſum repulit ab aula: ideo ipſum in præſenti libello non duximus inſerendum.

SVMMARIVM.

1 *Actio furti aduerſus nautas caupones & ſtabularios quæ ſit,cui, & contra quem competat.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione furti aduerſus nautas,caup.& ſtabu.*

De actione furti aduerſus nautas,caupo.ſtabu. Cap. xlj.

1 Si nauta,caupo, † ſtabularius,uel aliquis de eorum familia furto tibi res tuas ſubtraxit,habes contra eum furti actionem in duplum. In qua
2 ſic forma libellum. † Ago ego S.contra R.in cuius naue,caupona,ſeu ſtabulo res, ſeu merces intuli, ſeu immiſi, quæ res mihi ſubtractæ ſunt a tali.vnde contra cauponem ago actione in factum,ex illo titulo furti aduerſus nau.caup.ſtabu.ut recepta reſtituant, & peto duplum per prædictam actionem, & hoc q̃ ago contra nau.caup.ſtab. Si autem vis agere contra illum qui ſurripuit,ita dices.Ago ego S.cõtra R q̃ merces,ſeu res quas intuli,ſeu immiſi in nauem, ſeu cauponam, ſeu ſtabulum Titij, mihi ſubtraxit.vnde noĩe prædictarum mercium in duplum ago ꝓtra ipſum,& ad hoc propono actionẽ furti manifeſti,vel nec manifeſti ex illo titulo furti aduerſus nau. Quòd autem in vtriuſq; perſona recte concipiatur libellus,dicit.l.ff.eo.l.1.

SVMMARIVM.

1 *Actio in factum ex edicto nautæ,caupo.ſtabularij,cui,contra quem & pro qua re concedatur.*
2 *Libelli forma quæ ſit in actione in factum ex edicto nau.cau.ſtabu.*

De actione in factum ex illo edicto nau.caup.ſtabu. ut re.reſti. Cap. xlij.

1 Si nauta, † caupo, uel ſtabularius res quas immiſiſti in nauem, caup.ſtab.non reſtituerit,ſed forte dicit eas amiſſas,tenetur actione in factum ex illo edic. nau-
2 tæ, caup.ſtab.ut re.reſtit.† Vnde ſic forma libellũ in hac actione.Ago ego S.contra R.in cuius nauem,cau.ſtabu.immiſi vel intuli, eo ſciente merces tales, quas ipſe uel alius abſtulit, uel ſubtraxit mihi,puta talis: vnde q̃ res illas reſtituat ago contra ipſum,& ad hoc propono actionem in factum ex illo edicto. nau.caup.ſtab.ut reſtituat. Quòd ita recte concipiatur libellus, dicit.l.ff.eod.l.1.

SVMMARIVM.

1 *Actio ſerui corrupti locum habet contra corrumpentem animum ſerui.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione ſerui corrupti.*

De actione ſerui corrupti. Cap. xliij.

1 Si tu habes † ſeruũ,& ego aĩum eius corrũpo,faciendo de bono malũ,& de malo deteriorẽ; haber locũ hæc actio,ut ff.eo.l.1.in prin.& § ult.In qua ſic for-
2 ma libellũ.† Ago ego S.ꝰ R. q̃ ſeruũ meũ Titiũ corrupit, ſuadẽdo ſibi dolo & fraude ut me cõtẽneret,uel ſubtraheret mihi res meas,puta tales,ꝑ q̃ ſeruus eſt deterioratus in x.ideo illa x.peto,& ẽt res quas mihi ſubtraxit, & ad hoc ꝓpono actionẽ ſerui corrupti.Quòd ita recte cõcipiaẽ libellus,dicit.l.ff.e.l.1.& l.ſi qs ſeruũ.§.ult.Et no.q̃ oĩa p̃dicta notantur in arte,diſt.4.

SVMMARIVM.

1 *Actio vi bonorum raptorum locum habet contra auferentem mihi rem meam mobilem.*
2 *Libellus qualiter in actione vi bonorum raptorum formetur.*

De actione vi bonorum raptorum. Cap. xliiij.

1 Si aliqs † rẽ tuã mobilẽ ꝑ violẽtiã tibi auferat, habet locum hęc actio vi bo.rap.q̃ qdẽ eſt in quadruplũ re cõputata,vt
2 inſti.eo.§.quadrupli.† In actione ſic forma libellũ. Vobis dño A.ptãs Bon.cõqueror ego H.de R.q ꝑ violentiã abſtulit mihi codicẽ meũ,uel mihi cõmodatũ,vel depoſitũ.vñ peto iꝑm in quadruplũ cõdẽnari,ad qđ ꝓpono actionẽ vi bo.rap.Quòd ita recte ꝯcipiaẽ libellus,dicit l.inſtitu.eo.§.j.& ff.e.l.j.& p̃tor. Illud nota,q̃ prædicta euidentius notantur in arte,diſt.3.& 4.

Source : BIU Cujas

Odofredi. De Interdictis.

SVMMARIVM.

1 *Actio iniuriarum prætoria quando & contra quem locum habere possit.*
2 *Libellus in actione iniuriarum prætoria qualiter formari debeat.*
3 *Agens criminaliter pro iniuria simplicem debe facere accusationem.*

De actione iniuriarum prætoria. Cap. xlv.

1 Si aliquis fecit tibi† iniuriarū dicto, facto, seu scripto, præterquam in tribus casibus, scilicet quādo quis est pulsatus, verberatus, vel domus sua vi introita; habes contra eum actionem iniuriarum prætoriam: nam in alijs tribus casibus competit ciuilis; de quo suo loco dicemus.

2 † Libellus. Ago ego S. contra R. qui mihi talem iniuriam dixit, scilicet ꝙ me vocauit filium meretricis, uel cucurbitam, uel scripsit de me carmen famosum, scilicet ꝙ eram raptor, latro, atq; pirata, uel cantauit de me malam cantilenam, quam iniuriam nollem mihi dixisset, uel de me cantasset, seu scripsisset pro centum libris Bonon. quas centum libras peto mihi dari, uel præstari, & ad hoc propono actionem iniuriarum prætoriam. hæc instit. de iniu. §. in summa. & ff. eodem. l. prætor.

3 † Si autem quis vult agere criminaliter, faciat simplicem accusationem, prout dixi supra in actione furti: nota tamen, ꝙ abūdantius prædicta notantur in arte, dist. 6.

SVMMARIVM.

1 *Actio legis aquiliæ directa competit pro damno dato de corpore in corpus.*
2 *Actio in factum subsidiaria datur pro damno dato a corpore in non corpus.*
3 *Libellus qualiter formari debeat in actione pro damno dato.*

De actione in factum subsidiaria l. aquiliæ, & de vtili actione l. aquiliæ. Cap. xlvj.

1 Ad euidentiam † huius actionis not. ꝙ ꝑ damno dato interdum competit actio l. aquiliæ directa, quæ tunc competit, cum damnum datur de corpore in corpus, vt instit. ad l. aquil. §. cæterum. & ostendemus cum de ea inter alias ciuiles tractabimus, interdum vtilis, quæ tunc competit, cum damnum datur de non corpore in corpus, veluti si panno rubeo fugaui armenta vel iumenta, & aufugerūt & præcipitata sunt, teneor vtili ac. l. aqui. quia sententia concordat, licèt uerba deficiant. s. quia damnum datū est, sed non a corpore, sed quia præstiti occasionem damni. vn de damnum uideor dedisse, ut ff. ad l. aquil. l. q occidit. §. in hac

2 quoque † Interdum in factum subsidiaria, scilicet cum dānū datur a corpore in non corpus. verbigratia, excussi anulum de manibus tuis aureum, cecidit in mari vel flumine, certe damnum datum est a corpore in non corpus, quia anulus stans in aqua non est factus deterior, & hoc secūdū D. Io. Sed D. meus R. dicit, ꝙ vtroq; casu competit vtilis. Si aūt damnum datur a non corpore in non corpus, tunc locum habet actio prædicta in factum. verbi gratia, solui seruum tuum compeditatum miserię causa, seruus ille postea fugit, constat. n. ꝙ corpus non est læsum, & constat ꝙ a corpore meo non dedi damnum, sed ꝑꝑ sequentem fugam damnum tibi illatum est. vnde competit

3 in factum, vt instituto ad l. aquil. §. vlti. † vnde in his actionibus sic forma libellum. Ago ego S. contra R. qui panno rubeo fugauit armentum meum, vel pecora mea incluſit, & ita fame mortua sunt, quæ quidem, iam est annus, ꝙ valuerunt cētū. vñ ꝙ illa centū ꝑtet ago ꝯ ipsum, & ad hoc ꝓpono vtilē actionē. l. aquil. vel in factum. Quòd ita recte concipiatur libellus probatur instit. eo. § cæterum. & hoc qñ damnum datum est a nō corpore in corpus. Si aūt damnum datum sit a nō corpore in non corpus, vel a corpore in non corpus, concipies sic libellū. Ago ego S. contra R. qui seruum meum Titium, quem posueram in compedibus soluit, & ita ille seruus aufugit, qui valuit xl. iam sunt xxx. dies. vnde ipsa xl. peto, & ad hoc ꝓpono actionem in factum subsidiariā. l. aquil. vel quia anulum meum, vel denarios meos excussit de manibus meis, & deuenerūt in flumine vel mari, quem anulū æstimo c. solidorū. vñ vt illos c. solidos det mihi contra ipsum ago, & ad hoc ꝓpono actionē in factum subsidiariam. l. aquil. Quòd his duob. exemplis recte cōcipiatur libellus, dicit. l. ff. de præscrip. ver. l. quia actionem.

Docturi de interdictis: quæ & ipsa ꝑtoria sunt, Visum est nobis initium sumere ab eo interdicto, quod est de mortuo inferendo, quod religionis tuendæ causa prætor ꝓposuit. ff. de interdictis. l. 2. §. 1. & dignior est causa religionis, vt arg. ff. communia præd. l. præcaueri. & argu. C. de sac. sanc. eccle. l. sancimus. ideo ab ipso primitus inchoemus.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum de mortuo inferendo, cui competere dicatur.*
2 *Libellus in interdicto de mortuo inferendo qualiter formetur.*

De interdicto de mortuo inferendo. Cap. j.

1 Si aliquis vult sepelire, vel inferre† mortuū in sepulchrum, ad quod sepulchrum ibi cōpetit ius inferendi mortuū, uel de nouo velit facere sepulchrum in locum suum purum, & prohibeat ab aliquo, poterit agere interdicto de mortuo inferēdo, quod prohibitorium est, vel actione in factum subrogata in locū illius interdicti. insti. de interdic. §. prohibitoria ut ff. eod. l. 1. & si fuit prohibitum habet prædictum interdictum ad interesse, & habet locū actio in factum ad interesse, ut ꝑ eam tñ cōsequat actor, quantum interfuit eius non prohibitum fuisse. ff. de rel.

2 & sumpt. fu. l. liberum. & ff. de mor. infe. l. 1. † Vñ in hoc interdicto, siue actione sic forma libellum. Vobis dño B. ptāti Bono. conqueror ego S. de R. q me ꝓhibuit inferre mortuū in locū talem, in quo mihi erat ius inferendi. vñ ꝑꝑ illā ꝓhibitionem intuli in alium locum puerū quē emi, vel cōduxi pro tāto pretio, s. decē, quod interesse dicti loci ęstimo viginti, q̄ peto actione in factum loco eiusdem interdicti. Quòd ita recte concipiatur libellus ꝓbat. ff. de mor. infe. l. 1. & ff. de reli. l. liberum.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum de sepulchro ædificando, cui & contra quem competat.*
2 *Libellus qualiter formetur in interdicto de sepulchro ædificando.*

De interdicto de sepulchro ædificando. Cap. ij.

1 Si quis volebat ędificare † sepulchrum, ad quod ædificādum sibi ius competebat, & ab aliquo prohibeat, habet ꝯ eū interdictum de sepulchro ædificando, vt ff. de mor. infe. l. 1. §. prætor ait. In quo sic forma

2 libellum. † Vobis dño A. ptāti Bon. conqueror ego S. ꝯ R. qui me ꝓhibet volentē ædificare sepulchrum in loco tali, cuius cō fines sunt tales, in quo loco est mihi ius ædificādi sepulchrum & mortuū inferēdi. vñ ne me impediat in futurū, ago ꝯ ipsum, & ad hoc ꝓpono actionē in factū surrogatā in locū interdicti de sepulchro ædificando. Quòd ita cōcipiat lib. ꝓbat d. §. ꝑtor. Et nota, ꝙ bene dixi actione in factū, qa hodie interdicta nō ꝓponunt, sed actio in factum ꝓ interdictis surrogata est.

SVMMARIVM.

1 *Interdicto, ne quid in loco sacro fiat, quis teneatur.*
2 *Libellus qualiter concipi debeat in interdicto ne quid in loco sacro fiat.*

De interdicto ne quid in loco sacro fiat. Cap. iij.

1 Si quis ædificat † vel aliquid immittit in loco sacro, quod pertineat ad incōmodū uel deformitatē loci, & nō ad ornatum; tenetur interdicto ne quid in loco sacro fiat, immittaturve. In hoc aūt interdicto

2 ita cōcipit libellus. † Ago ego S ꝯ R. q immisit, vel vult immittere in loco tali sacro, cuius tales sunt fines, ꝑꝑ quā immissionē locus ille turpis & deformis apparet. vnde vt illud qđ immisit remoueat, uel ne immittat vel immitti faciat, ago ꝯ ipsum, vel peto ipsum ꝓhiberi, & adhoc ꝓpono actionē in factū surrogatā in locū interdicti ne quid &c. Quòd ita recte cōcipiat libellus, ꝓbatur. ff. eo. l. 1. & l. 2. §. locorum. ff. ne quid in loco pub.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum ne quid in loco publico fiat, quod sit & quando competat.*
2 *Libellus qualiter concipiatur in interdicto, ne quid in loco publico fiat.*

De interdicto, ne quid in loco publico fiat. Cap. iiij.

1 Contingit sępe † ꝙ aliquis in via publica, vel in loco publico aliqd ædificat, vel īmittit, iō interdictū ꝓditū, ne qd fiat in loco publico, vel via, vel itinere publico. & si factū fuerit, ꝙ tollat, & sic est istud interdictū ex j. parte ꝓhibitoriū, & ex secūda restitutoriū, ut ff. eo. ti. l. j in prin.

2 & §. hoc interdictū. & §. ait ꝑtor. † In hoc aūt interdicto sic cōcipiat libellus. Ago ego S. ꝯ R. q vult ponere, vel imposuit ī loco publico, cuius tales sunt fines, tale qd, ꝑ qđ locus publicꝰ deteriorat. vnde peto ipsum ꝓhiberi, ne ponat. Vel si posuit, dicas vnde vt positum tollat, ago ꝯ ipsum. & ad hoc ꝓpono actionē in factum surrogatā in locum interdicti, ne qd fiat in loco publico. Quòd ita recte concipiat libellus, dicunt ll. præalleg.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum ne quid in flumine publico fiat, quando locum habeat.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in interdicto, ne quid in flumine publico.*

De interdicto, ne qd in flum. publico, vel ripa eius ponat. Ca. v.

1 Si aliqd † vult immitti ab aliquo in flumine publ. vel ripa ipsius, vel forte est īmissum, cōpetit hoc interdictū, quorū vnū est ꝓhibitoriū, s. ne qd fiat in flum. publico, vel ripa ipsius. aliud est restitutoriū. s. ꝙ si factū fuerit restituat, & tollat, vt ff. e.

2 l. 1. in prin. & §. deinde ait ꝑtor. & ff. de Pu. l. j. † In his interdictis ita cōcipe libellū. Ago ego S ꝯ R. q tale qd posuit in flumine tali, ꝑꝑ qđ flumē nō est nauigabile, vel ꝑꝑ qđ flumē nauigari nō pōt. Vñ ꝙ remoueat ago ꝯ ipsum. Si aūt nōdū posuit, sed uult ponere, dicas ita in libello, q uult ponere, vñ peto ipm ꝓhiberi. ad hoc ꝓpono interdictū de fluminib. ne qd in flumi. publico ripave ipsius fiat, quo peius nauigeť, uel actionē in factū subrogatā in locū illius interdicti. Quod ita recte cipiat libellus, dicūt ll ꝑalle. Si aūt uis agere ex alio interdicto. s. ne qd fiat in flumine pub. cōcipies ita libellū. Ago ego S. ꝯ R. q in flumine publico tale qd posuit, quo flumē illud aliter fluit q̄ fluxerat ī priore ęstate: vñ ut remoueat, ꝯ ipm ago. Vel si vult ponere dicas. Ago ꝯ ipm ne ponat, & ad hoc ꝓpono interdictū, ne qd ī flu. publi. fiat, quo aliter fluat quā fluxit in priore ęstate, actionē in factū subrogatā in locū ipsius interdicti. Quòd ita recte cipiatur libellus, probatur. ff. ne quid in flumi. publ. per to. Si autem propter id quod immissum est molendinum tuum est factum deterius, sic dicens. Ago ego S. contra R. qui tale opus vult facere

Source : BIU Cujas

cere vel immittere, vel fecit vel immisit in flumine tali, propter quod damum mihi infertur, quia molendinum meum non ita currit, nec ita fluit sicut consueuerat. vnde ne ponat, vel immittat, vel si posuit dicas, quòd remoueat, ago contra ipsum, & ad hoc propono vtile interdictum, ne quid fiat in flumi. publi. &c. Quòd ita recte concipiatur libellus, probatur iuribus præalleg.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum de loco publico fruendo, quando locum habeat.*
2 *Libellus qualiter formandus sit in interdicto de loco publico fruendo.*

De interdicto, de loco publico fruendo. Cap. vj.

1 Si aliquis conducit domum vel prædiũ † vel aream publicam a fisco, vel republi. alicuius ciuitatis, & impediatur re conducta frui, habet contra impedientem interdictum de loco publico fruẽ
2 do, vt ff. eod. l. 1. † Vnde sic forma libellum. Ago ego S. contra R. qui non permittit me vti & frui loco publico, cuius cõfines sunt tales, quem locum a massario ciuitatis Bono. conduxi pro x. lib. Bono. singulis annis soluendis. Vnde ne me prohibeat, ago contra ipsum. & ad hoc propono interdictum de loco publico fruendo, vel actionem in factum subrogatam in locum illius. Quòd ita recte concipiatur libellus, dicit l. præalleg.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum de via publica reficienda, datur contra impedientem viam publicam reficere volentem.*
2 *Libellus qualiter contipi debeat in interdicto, de via publica reficienda.*

De interdicto, de via publica reficienda. Cap. vij.

1 Si aliquis vult reficere † viam publicam, & ab aliquo impeditur, habet contra impe dientem interdictum de via publica reficienda, vt ff. eod. per
2 totum. † Vnde sic concipitur libellus. Ago ego S. contra R. qui me uolentem reficere vel purgare talem viam publicam phibet. vnde vt cesset a tali iniuria ago contra ipsum, & potest addi, & ut mihi soluat & reddat, quantum mea interest, me prohibitum non esse, & hoc quando per talem refectionem vertebatur specialis vtilitas actoris, & ad hoc propono interdictum de via pub. refi. vel actionem in factum subrogatam &c. Quòd ita recte concipiatur lib. dicunt iura præalleg.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum, vt liceat ire agere per viam publicam, competit contra impedientem eum, qui vult ire vel agere per viam publicam.*
2 *Libellus qualiter concipiatur in interdicto, vt liceat ire agere per viam publicam.*

De interdicto, ut liceat ire agere per viam publicam. Cap. viij.

1 Si aliquis vult ire per viam publicam, vel vult † aliquem ducere, vel agere, & impeditur ab aliquo, habet contra eum interdictum, vt liceat ire, age-
2 re per viam publi. In quo sic forma libellum. † Ago ego S. contra R. qui me uolentem ire uel agere, vel ducere tale quid per viam publicam prohibuit vel prohibet. vnde ne me ꝓhibeat, ago cõtra ipsum, & ad hoc propono interdictum, vt liceat &c. vel actionem in factum subrogatam &c. Quòd ita recte concipiatur libellus, ꝓbatur. ff. ne quid fiat in loco publi. l. 2. §. vlti.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum, vt liceat ripam fluminis publici reficere, cui competat & cõtra quem.*
2 *Libellus qualiter formetur in interdicto, vt liceat ripam flumi. publici reficere.*

De interdicto vt liceat ripam publici fluminis reficere vel munire. Cap. ix.

1 Si aliquis vult reficere † vel munire ripam publici fluminis, & ab aliquo prohibetur, habet contra illum interdictum, vt liceat ri. pub. flumi. refi.
2 In quo sic forma libellum. † Ago ego S. cõtra R. qui prohibuit & prohibet me volentem reficere uel munire ripam talis flumi. sine aliquo impedimento nauigij, cum essem paratus satisdare & cauere nomine damni infecti vsque ad x. ann. secundũ mandatum prętoris. vnde ne me prohibeat, ago contra ipsum. & ad hoc propono interdictum, ut liceat ripam pub. flum. refi. vel mu. uel actionem in factum subrogatam &c. Quòd ita recte concipiatur lib. dicit l. ff. de ripa mu. l. vnica.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum, vt liceat in flumine publico nauigare, cui competat, & contra quem.*
2 *Libellus qualiter formetur in interdicto, vt liceat in flumine publico nauigare.*

De interdicto, ut liceat in flumine publico nauigare. Cap. x.

1 Si quis in flumine publico vel stagno † publ. vel lacu pub. vel fossa pub. nauigare, vel piscari prohibeatur, habet interdictum, ut in flu.
2 pub. lib. na. Et in eo sic forma libellum. † Ago ego S. contra R. qui me prohibuit & prohibet nauigare, vel piscari in flumine tali, vel stagno, vel fossa, vel lacu. vnde ne me prohibeat, ago contra eum, & ad hoc propono interdictum, ut li. in flu. pu. &c. vel actionem in factum surrogatam &c. Quòd ita recte concipiatur lib. probatur. ff. ut in flu. pub. l. vniça.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum, ne vis fiat, competit ei, qui a iudice in possessionem missus est, si per alium prohibeatur.*
2 *Libellus qualiter concipiatur in interdicto, ne vis fiat ei.*
3 *Officium iudicis potius est ad agendum, quàm fit interdictum.*

De interdicto, ne uis fiat ei, qui in possessionem missus est. Cap. xj.

1 Si quis mittatur in possessionem † a iudice, vel in tenutam alicuius rei, causa rei seruandæ, & tu prohibeas eum esse in possessione, vel tenuta, competit ei hoc interdictum, siue dominus, siue alter pro-
2 hibuerit, ut ff. eod. l. 1. † Et in hoc interdicto sic concipe libellum. Ago ego S. contra R. qui prohibuit me ire, vel esse in possessione talium rerum, in quarum possessione iudex me mittendum decreuit. vnde ne me prohibeat, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum, ne uis fiat ei qui in poss. miss. est. vel actionem in factum &c. vel si uis petere tuum interesse, scilicet quanti tua interesset, non esse prohibitum dicas, vnde quia interest mea in c. non esse prohibitum, ideo istud interesse peto. Quod ita in vtroque casu recte concipiatur lib. dicit l. præalleg. Si autem non vis prædictam actionem proponere, dicas ita. Ago ego S. contra R. ut supra. vnde quòd in pos. rerum illarum mittar manu militari, officium iudicis propono, & vestrum officium domine iudex imploro. Quòd ita recte
3 concipiatur libellus probatur. ff. eod. l. si quis missus. §. 1. † Et ibi dat cõsilium Vlpia. quòd melius sit agere officio iudicis, quàm proponere interdictum.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum quorum bonorum, quando habeat locum.*
2 *Libellus qualiter concipiatur in interdicto quorum bonorum.*

Interdictum quorum bonorum. Cap. xij.

1 Si aliquis vocatur ad successionem † alicuius ex testamento, vel ab intestato, & vult possessionem rerum defuncti ab illis qui possidẽt auocare, seu recuperare, habet locum interdictũ quorum bonorum, quod resti. est, & pertinet ad uniuersitatem bonorum, & non ad res singulas, vel ad nomina, quia contra debitores hæredi. non datur, sed ad bonorum corporalium pos. ut ff. eo. l.
2 1. & 2. † Vnde sic concipe libellum. Ago ego S. cõtra R. qui iniuste tenet, uel possidet bona, quæ fuerunt quondam Titij, cui ex testamento uel ab intestato succeff. vnde eorum possessionem peto mihi tradi, uel dari, & ad hoc propono interdictum quorum bonorum, uel actionem in factum &c. Quòd ita recte concipiatur libellus probatur ll. præalleg. & instit. de interdict. §. adipiscendæ.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum quorum legatorum, quando habeat locum.*
2 *Libelli forma qualis sit in interdicto quorum legatorum.*

De interdicto quorum legatorum. Cap. xiij.

1 Si legatarius sua auctoritate: † occupat rem sibi legatam sine hæredum uoluntate hæreditate iacente, tenetur hæredi rem illam restituere, & id æquissimum uisum est prætori, vnumquemq; non sibijpsi ius dicere
2 occupatis legatis, sed hoc ab hęrede petere. ff. eod. l. 1. † Vnde in isto interdicto sic concipias libellum. Ago ego S. contra R qui domum talem cuius fines sunt tales, legatam sibi in testamento Titij, cui Titio ego ex testamento successi, sua auctoritate iacente hæreditate occupauit, vnde prædictæ domus pos. mihi dari, uel tradi peto, & ad hoc propono interdictum, quorum legatorum, uel actionem in factum sobrogatam &c. multi tamen sapientes ponunt in lib. cuius domus possessionem, uel quam domum peto mihi restitui, cum istud interdictum dicatur restitutorium, sed hoc cum calumnia procedit. Quòd autẽ libellus sit bene conceptus, probatur per l. pręalleg.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum de liberis exhibendis, cui & in quem competat.*
2 *Libelli qualiter debeant formari in interdicto de tabulis exhibendis.*

Interdictum de tabulis exhibendis. Cap. xiiij.

1 Si aliquis fecit tabulam, id est † testm̃, & illa tab. ab aliquo teneat̃, & tua interfit illud exhiberi, potes agere contra illũ
2 interdicto de tabulis exhibẽdis, in quo sic forma libellũ. † Ago ego S. ꝯ R. q̃ testm̃ vel codicillos Titij, in quo vel in quib. mihi legatũ fuit relictũ, nõ exhibet, vñ q̃ exhibeat ago ꝯ ipsum, & ad hoc ꝓpono, interdictũ de tabulis exhibendis. uel actionem in factũ subro. in locũ ipsius. Quidã sapientes sic. Ago ego S. ꝯ R. q̃ testm̃, uel codicillos, in q̃bus sunt mihi x. legata, cũ posset exhibere, nõ exhibet: vnde q̃a interest mea in x. p̃dictũ meũ interesse peto, & ad hoc ꝓpono ut &c. Quòd ita recte concipiat̃ libellus, ꝓbatur. ff. eo. l. 1. & l. locũ. §. solent. & §. condemnatio.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum de liberis exhibendis cui & contra quem detur.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in interdicto de liberis exhibendis.*

Source : BIU Cujas

Interdictum, de liberis exhibendis. Cap. xv.

1 Si filius tuus qui est in potestate † tua, ab aliquo detineatur inuitus: poteris agere con
2 tra eum interdicto de liberis exhibendis hoc modo. † Ago ego S. contra R. qui Titium filium meum in potestate mea consti turum, inuitum detinet, vnde peto illum mihi exhiberi, & ad hoc ꝓpono interdic. de lib. exhibē. vel ac. in factum, subrog in lo. ipsius. Quòd ita recte concipiatur libellus, probatur. ff. eo. l. j. in prin. & §. in hoc interdicto.

SVMMARIVM.

1 *Interdicto de liberis deducendis quando teneatur quis.*
2 *Libellus quomodo concipi debeat in interdicto de liberis deducendis.*

Interdictum de liberis deducendis. Cap. xvj.

1 Si filius alicuius ab alio detentus, † exhibeatur patri, poterit postea pater contra illum qui impedit eum deduci intentare interdictum
2 de deducendis liberis sic. † Ago ego S. contra R. qui prohibet & impedit me uolentem deducere filium in mea potestate cō stitutum, unde non impediat, vel prohibeat, ago cōtra ipsum, & ad hoc propono interdict. de libe. dedu. vel actionem in factum subrogatam &c. Quòd recte concipiatur libellus, probatur. ff. eod. l. deinde. §. 1. & §. hoc autem interdictum.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum, de libero homine exhibendo, quis intentare possit.*
2 *Libellus qualiter formetur in interdicto de libero homine exhibendo.*

Interdictum, de libero homine exhibendo. Cap. xvij.

1 Si liber homo detineatur ab † aliquo inuitus, potest intentare contra detentatorē interdictum de libero homine exhibendo, quod cuilibet de populo competit, ut ff. eod. l. 1. & 2. & l. quod & lex. § hoc in-
2 terdictum † Et in hoc interdicto sic forma libellum. Ago ego S. contra R. qui Titium liberum hominem inuitum detinet, & sibi libertatem recedendi quo uelit non præstat. unde quòd illum Titium exhibeat peto, & ad hoc propono interdictum de libero homine exhibendo, vel actionem in factum subrogatam &c. Quòd ita recte concipiatur libellus, probatur. ll. præalleg.

SVMMARIVM.

1 *Interdicto unde vi, quando quis possit teneri.*
2 *Libellus qualiter concipiatur in interdicto unde vi.*
3 *Dominus qualiter libellum concipiat aduersus subditos debita seruitia denegantes.*

De interdicto, vnde vi. Cap. xviij.

1 Si possidebas domum, vel fundum, † vel aliquam rem immobilem, & aliquis te expellat a possessione illius rei, potes recuperare possessionem illius rei per interdictum vnde vi. per quod fit restitutio possessionis cum omni causa damni dati, vt ff. eod. l. 1. § 1. in hoc interdi-
2 cto sic concipe libellum. † Vobis domino A. potestati Bononien. conqueror ego S. de tali, qui me expulit de possessione fundi talis cuius fines sunt tales, quem fundum possidebam, vn de quòd restituat mihi possessionem fundi prædicti, omnem causam damni dati. ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum vnde vi, vel actionem in factum subro. &c.

Si autem vis agere, ut ille restituat & puniatur per constitutionem, si quis in tantam, dices retento principio, ut supra. vnde ut restituat mihi possessionem fundi prædicti, & si est dominus vel si habet ius in re, quod cadat a dominio, uel a iure quod habet, uel si non dominus, siue nō habet ius in re, vt æstimationem ipsius fundi mihi soluat, ago contra ipsum, & ad hoc propono constitutionem, si quis in tantam.

Si autem tu non fuisti expulsus, sed coloni tui, dices. Ago cō tra talem, qui colonos meos, qui erant in possessione talis fundi, expulit violenter de ipso fundo, vnde quòd restituat &c. vt in primo libello. Quòd ita recte concipiatur libellus, probatur. ff. eod. l. 1. & §. 1. & §. quoties. & §. siue autem. §. rectissime. & §. pen. & l. cum fundum. & l. colonus. C. eod. l. si quis in tātam.

3 † Si autem rustici cōtradicunt seruitia debita dominis exhi bere, sic agunt domini contra eos. Ago contra talem, qui me talibus seruitijs, puta capone, uel spatula porci debitis mihi & antecessoribus meis, ab ipso & antecessoribus suis solutis per xxx. annos, quam solutionem allego ad probandum dicta seruitia debita, & me quasi spoliauit, contradicendo mihi soluere, seu reddere. vnde quòd restituat mihi quasi possessionem illorum seruitiorum, ago cōtra ipsum, & ad hoc propono vtile interdictum vnde vi, vel actionem in factum utilem subrogatam &c. vel vtilem condictionem ex l. si quis in tantum.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum quod vi aut clam, cui aut contra quem detur.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in interdicto quod ui aut clam. & numero 3.*

De interdicto, quod vi aut clam. Cap. xix.

1 Si aliquis contra tuam denunciationem † aliquid faciat in tuo, & siue denunciatio fiat per iactum lapilli, siue alio modo, videtur vim facere. Item si quis te celante, quem suspicatur sibi controuersiam moturum, vel suspicari debuit, aliquid in solo tuo faciat, videtur clam facere. vnde competit tibi interdictum quod ui aut clam, ut ff. eod. l. 1. §. quòd si ui. & l. vim facit. & l. prohibere.
2 §. clam. & l. seruitus. † vnde in hoc interdicto sic concipe libellum. Ago ego S. contra R. qui me inuito, & cōtra meam prohibitionem & denunciationem in tali loco, cuius fines sunt tales, quem locum dico ad me pertinere iure dominij, vel quasi, vel ratione vsusfructus, vel alterius interesse, opus fecit, uel fieri facit post meam denunciationem & prohibitionem. vnde vt illud opus remoueat, & in pristinum patiatur statum restitui, suis expensis, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum quod ui aut clam, vel actionem in factum subrogatam &c. Quòd ita recte concipiatur, dicit l. ff. eodem titu. l. 1. l. semper. & l. competit. §. vlti.

3 † Si autem fecit opus te ignorante & celante, ita concipies libellum. Ago contra R. qui opus fecit in loco tali, me ignorā te & celante, & suspicante seu suspicare debente, me sibi controuersiam moturum. quem locum dico ad me pertinere iure dominij, vel quasi, vel alio iure. vnde ut prædictum opus patiatur destrui, suis expensis &c. vt in superiori libello.

SVMMARIVM.

1 *Interdicto uti possidetis quis teneatur.*
2 *Libellus qualiter formetur in interdicto uti possidetis.*

De interdicto, vti possidetis. Cap. xx.

1 Si quis turbat te in possessione tua, & non † permittit te pacifice possidere, habes contra ipsum interdictum vti possidetis, per quod possessionē habitam retines, & propterea dicitur retinendo possessionem: vt instit. de interdictis. §. retinendæ. & in hoc interdicto sic con
2 cipe libellum. † Ago ego S. contra R. qui me in tali domo vel fundo, cuius fines sunt tales, quem possideo, inquietat & perturbat, non permittendo me pacifice possidere, vnde ne vim turbatiuam, vel inquietatiuam mihi inferat, aut aliquo modo inquietet possessionem meam, prohiberi peto: & ad hoc propono &c. Quòd ita recte concipiatur libellus, dicit. l. ff. eo. l. vnica. & instit. de interdict. §. retinen. Et nota, quòd simili modo facere posses libellum, si aliquis colonos tuos, inquilinos aut ascriptitios, in possessionem tui soli, non permittendo eos laborare & consueta tibi præstare seruitia inquietaret. Et latius notatur in arte, dist. 12.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum, utrobi, aduersus quem competat & cui.*
2 *Libellus qualiter debeat formari in interdicto vtrobi.*

De interdicto, vtrobi. Cap. xxj.

1 Si aliquis turbat, seu inquietat † te in possessione rei mobilis, habes contra turbantem interdictum vtrobi, in quo sic forma libellum.
2 † Ago contra R. qui me talem rem mobilem, cuius talia sunt signa, non permittit pacifice possidere turbando mihi possessionem illius rei. vnde ne me turbet: sed permittat pacifice possidere, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum vtrobi, uel actionem in factum &c. Quòd ita recte concipiatur libellus, probatur. ff. eodem l. vnica. & instit. de interdict. §. retinendæ.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum de superficiebus competit superficiario aduersus turbantem eum in superficie.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in interdicto de superficiebus.*

Interdictum de superficiebus. Cap. xxij.

1 Si imposuisti superficiem † in solo alieno, & alius turbat te in superficie illa, succurritur tibi superficiario per interdictum de superficiebus, vt ff. eodem l. prima. & ff. uti possidetis. l. si duo. §. Labeo. & sequenti. in
2 quo sic forma libellum. † Ago contra R. qui me superficiem positam in tali solo, cuius tales sunt confines, quod solum ad superficiem imponendam, a Sempronio domino ipsius soli conduxi, pacifice possidere non permittit: immo me in possessione ipsius superficiei turbat & inquietat. unde ne me turbet, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum de superficiebus uel actionem in factum subrogatam &c. posset ēt proponi interdictum uti possidetis, probatur per ll. præalleg.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum de itinere actuq́, priuato est prohibitorium pertinens ad rusticas seruitutes tuendas.*
2 *Libellus qualiter formetur in interdicto de itinere actuq́, priuato.*

Interdictum de itinere actuque priuato. Cap. xxiij.

1 Hoc interdictum prohibitorium † est, pertinens ad tuendas rusticas tātūmodo seruitutes. vñ si aliqs vadit p fundū alicuius priuati, siue iure seruitutis, siue non, dumtñ hoc anno fit itinere vel actu, nō vi, nō clā, vel p̄cario, & venit alius, & ꝓhibet ipsum volentē ire agere, ideo cōpetit sibi interdictū de itinere actuq́ priuato, vt ff. eod. l. 1. & in eo sic forma libellum.

2 lum.† Ago ego S.contra R. qui me volentem vti, & vtentem uia,itinere,vel actu per talem fundum, cuius tales sunt confines,prohibet,qua via,itinere,vel actu usus sum hoc anno, non vi,non clam,non precario,unde ne me prohibeat, ago contra ipsum,& ad hoc propono &c. Quòd ita recte concipiatur libellus,probatur ll.prælleg.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum de itinere actuque priuato reficiendo, cui & quando competat.*
2 *Libellus qua forma concipiatur in interdicto de itinere actuque priuato reficiendo.*

Interdictum de itinere actuque priuato reficiendo.Cap. xxiiij.

1 Si tu habes seruitutem viæ,† itineris, vel actus, & vis reficere locum illum, vnde tibi debetur illa seruitus,& ab aliquo prohibearis, competit tibi contra illū hoc interdictum,vt ff.eo.l.vnde.§.ait prætor. in quo sic forma
2 libellum.† Ago contra R. qui me volentem reficere viā, iter, siue actum,quam vel quem habeo per fundum talem,cuius fines sunt tales,de iure mihi constitutam & debitam impedit & prohibet reficere.vnde ne me impediat ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum de itinere actuque priuato reficiendo,uel actionem in factum subrogatam &c. Quòd ita recte concipiatur libellus,dicit l.prælleg.ata.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum de aqua quotidiana,cui competat & contra quem.*
2 *Aqua quotidiana quæ dicatur.*

Interdictum,de aqua quotidiana. Cap. xxv.

1 Si habes ius aquæ quotidianæ, † ducendi ad prædia tua,& ab aliquo prohibearis aquam illā ducere, habes contra illum interdictum de aqua quotidiana, quod est prohibitorium, & interdum restitutorium est.
2 † Aqua autem quotidiana non dicitur ea quæ quotidie ducitur, sed ea quę quotidie duci potest,si uelit,ut ff.eo.circa principium.vnde in hoc interdicto sic concipe libellum.Ago contra R.qui me prohibet ducere aquam per fundum talem, cuius fines sunt tales, quam aquam duxi hoc anno non vi, non clam,non precario,vnde ne me impediat, seu prohibeat, ago contra ipsum, & ad hoc propono actionem in factum &c. Quòd ita recte conci.lib.probatur l.prælleg.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum,de aqua æstiua,cui competat & quando.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in interdicto de aqua æstiua.*

Interdictum,de aqua æstiua. Cap. xxvj.

1 Si habes ius ducendi aquam † æstiuam ad locum tuum, quam in priori æstate duxisti a me,& ab aliquo impediaris, ne eam ducas, habes contra eum interdictum de aqua æstiua, eaque sola æstate expedit vti,vt ff.
2 eod.l.1.circa prin.in hac actione sic forma libellum.† Ago ego S.contra R.qui me prohibet,vel impedit ducere aquam æstiuā per fundum meum, ad irrigandas teneras cucumellas, vel citreolas,vel alia,uti aquam illam duxi priori æstate,vnde ne me impediat,uel prohibeat, ago contra eum, & ad hoc propono interdictum,de aqua æstiua, vel actionem in factum subrogatam &c. Quod ita recte concipiatur libel.probatur. ff.eod.l.1. §.deinde ait prætor.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum de aqua ex castello ducenda cui & contra quem competat.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in interdicto de aqua ex castello ducenda.*

Interdictum,de aqua ex castello ducenda. Cap. xxvij.

1 Si aquam per castellum,idest†per receptaculum, quo aquam publicam recipit, ducis ad locum tuum,& impediris illam aquam ducere,habes interdictum de aqua ex castel.du.vt ff.de aqua quotidia.& æstiua.l.j.
2 §.ait prętor,quo ex castello.in quo sic forma libellum. † Ago ego S.contra R. qui iniuste prohibet me seu impedit aquam ducere ex castello,id est ex illo tali receptaculo, quod recipit aquam publicam,ex quo loco ius est mihi,siue competit aquā ducere,vnde ne me prohibeat,ago contra ipsum,& ad hoc propono interdictum de aqua ex castel.du.vel act.in factum &c. Quòd ita recte concipiatur libel.dicunt iura prælleg.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum de riuis,cui & contra quem competat.*
2 *Libellus qualiter formetur in interdicto de riuis.*

Interdictum de iuris. Cap. xxviij.

1 Si quis habet † riuum,per quem aquam ducit, & ab aliquo impediatur aquam per illum ducere,vel prohibeatur,ne ducat, vel vult reficere riuum illum,uel purgare,& ab aliquo prohibetur. Vel si aliquis habeat specus vel septa in flumine, vel habeat fossam, vel puteū, & uult ducere aquam, uel reficere, vel purgare, & ab aliquo prohibeatur, habet interdictum de riuis. ut ff.eod. l.prima. in
2 princ.in hoc autem interdicto sic forma libellum. † Ago ego S. contra R.qui me prohibet & impedit ducere aquam per riuum, vel sepra, vel specum, vel ducere aquam de puteo sicut priori æstate, vel hoc anno duxi, vel reficere. vnde ne impediat,vel ne me prohibeat,ago contra ipsum, & ad hoc propono &c. Quòd ita recte conci.lib.dicit l.prælleg.

SVMMARIVM.

1 *Interdicto de fonte reficiendo,quis teneatur.*
2 *Libellus qualiter formetur in interdicto de fonte reficiendo.*

Interdict.de fonte reficiendo. Cap.xxix.

1 Si aliquis habet vsum hauriendæ † aquæ de fonte,uel puteo,uel piscina,uel lacu,& ab alio impeditur, competit ei contra ipsum impedientem hoc interdictum de fonte. Aliquando quis vult reficere fontem,uel puteum,& ab alio impeditur,vel prohibetur reficere,vel purgare,& tunc habet interdictum de fonte reficiendo, ut ff.eod. l.prima. in
2 princ.& §.deinde ait prætor.in quo sic forma libellum. † Ago ego S.contra R.qui prohibet me, uel impedit uti aqua de fonte,lacu,puteo, uel piscina tali, cuius fines sunt tales, qua aqua usus sum hoc anno non ui, non clam, non precario, unde ne me impediat,uel prohibeat uti aqua illa, sicut hoc anno usus fui, ago contra ipsum, & propono interdictum de fonte, uel actionem in factum subrogatam &c.

Sed pro reficiendo sic concipe libellum.Ago contra te,qui me prohibes,uel impedis purgare fontem,uel reficere piscinā, uel lacum,uel puteum,cuius fines sunt tales.unde ne me impedias purgare prędicta, sicut ius est mihi purgandi, & usus sum hoc anno,non ui,non clam,non precario,ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum de fonte reficiendo,uel actionem in factum subrogatam &c. Quòd ita recte concipiatur libellus,dicunt iura prędicta.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum,de cloacis,cui competat,contra quem & pro qua re.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in interdicto de cloacis.*

Interdictum de cloacis. Cap. xxx.

1 Si uis cloacam tuam purgare,† & ab alio impediris. item si uis cloacam de nouo facere,& ab aliquo prohibearis, vel si aliquis immisit cloacam in tuo, habes contra eum interdictum de cloacis, in quo sic
2 for ma libellum.† Ago contra R.qui prohibet me purgare,uel reficere cloacam meam,quę est in loco tali inter me & ipsum, vnde ne me prohibeat, uel impediat, ago contra ipsum, & ad hoc propono interdictum de cloacis, uel actionem in factum &c. Vel sic, ago cōtra R. qui inter cloacam,quæ est inter me & ipsum in loco tali immittit talia, per quæ usus meus in cloaca illa impeditur, unde quòd illud remoueat, ago contra ipsum, & ad hoc propono ut supra.Quòd ita recte cōcipiatur libellus, dicit l.ff.eo.l.1.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum de precario datur ei, qui rem suam precario concessit contra restituere nolentem.*
2 *Libellus quomodo formari debeat in interdicto de precario.*

Interdictum de precario. Cap. xxxj.

1 Si rem tuam concessisti alicui † precario, & ille non uult eam restituere, potes eam recuperare per interdictum de precario, ut ff.eodem.l.1.in
2 quo sic forma libellum. † Ago ego S.contra R. cui talem rem concessi precario, & eam mihi reddere contradicit. unde ad hoc ut mihi restituat ago contra ipsum, & propono interdictum de precario, uel actionem in factum subrogatam in locum illius interdicti. Quòd ita recte concip. libel. probatur. ff.eod.l.1.& 2.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum de arboribus cædendis,cui concedatur,& contra quem.*
2 *Libellus qualiter concipi possit in interdicto,de arboribus cędendis.*

Interdictum, de arboribus cedendis. Cap. xxxij.

1 Si arbor vicini tui impendet supra † domum tuam, uel agrum, uel si arbor illa superexcrescat & damnum inferat fundamentis tuæ domus, habes contra dominum arboris interdictum de arboribus cędendis, per quod consulitur ei, qui habet arborem, quòd eam succidat, alioquin tu in cuius domum, uel agrum impendet,succidere poteris,ut ff.eodem l.1. in hoc au-
2 tem interdicto sic forma libellum.† Ago ego S. contra R.qui arborem positam in domo sua uel area,& impendētem super

Source : BIU Cujas

domum meam,nõ vult ſuccidere,nec etiam patitur,quòd ego ſuccidam.vnde quòd me ſuccidere vel incidere patiatur, ago contra ipſum, & ad hoc propono interdictum, de arboribus cedendis,vel actionem in factum ſubrogatam. Si autẽ impendet in agro: dices ita. Ago contra R.cuius arbor poſita in prædio ſuo,impendet ſuper prædium meum: quam arborem ipſe a terra vſque ad 15.pedes deglabare non vult,unde ne me prohibeat deglabare volentem vſq; ad prædictum legitimum modum,ago contra ipſum,& ad hoc propono interdictum,de arboribus cædendis ex ſecundo capite, vel actionem in factum &c.probatur in l.prætaleg.§.deinde ait prætor.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum,de glande legenda,quod dicatur, & cui concedatur.*
2 *Libellus qualiter concipiatur in interdicto de glande legenda.*

Interdictum,de glande legenda. Cap. xxxiij.

1 Si fructus arborum tuarum † cadant in fundum vicini tui,& uis illos fructus colligere, ſed vicinus tuus te prohibet; habes contra illum interdictum,de glan
2 de legenda.in quo ſic forma libellum.† Ago ego S. contra R. qui fructus,qui ceciderunt ex arbore mea in agrum ſuum,non patitur me colligere,vnde ne me prohibeat volẽtem colligere ago contra ipſum,& ad hoc propono interdictum,de glande legenda, vel actionem in factum ſubrogatam in locum ipſius interdicti. Quòd ita recte concipiatur libellus, dicit l.ff. eod.l.vnica.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum de migrando datur volenti extrahere res ſuas de domo conducta contra dominum prohibentem.*
2 *Libelli forma quæ ſit in interdicto de migrando.*

Interdictum de migrando. Cap. xxxiiij.

1 Si ab aliquo domum conduxiſti,†& modò res tuas vis inde extrahere,& dominus te prohibet, habes contra eum interdictum de migrando, & in eo
2 ſic forma libellum.† Ago ego S.contra R. qui talem domum mihi locauit,cuius fines ſunt tales,pro decem ſolidis,vel etiam gratuite cõceſſit,in quam domum res tales intuli quas me extrahere non permittit, neq; me libere exire cum rebus meis permittit.vnde ne me impediat,ago contra ipſum,& ad hoc,ppono interdictum de migrando, vel actionem in factum ſubrogatam &c. Quod ita recte concipiatur libellus, probatur.ff. eod.l.1.§.1.& § hoc interdictum.& §.ſi penſio.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum ſaluianum, quod dicatur, cui competat & aduerſus quem.*
2 *Libelli qualiter poſſint concipi per intentantem interdictum ſaluianum.& num.3.*

De interdicto Saluiano. Cap. xxxv.

1 Si colonus tuus intulit res in fundo,† vel inquilinus in domo,& res illæ a colono vel inquilino,vel ab alio poſſidentur,potes poſſeſſionem illarum rerum
2 auocare per interdictum ſaluianum, hoc modo. † Ago ego S. contra R.qui res tales mihi obligatas a colono meo tali, pro penſione fundi talis,quem ſibi locaui p decem, tenet ſeu poſſidet,vnde quòd mihi poſſeſſionem rerum prædictarum tradat, ago contra ipſum, & ad hoc propono interdictum vtile ſaluianum,vel actionem in factum ſubragatam loco ipſius interdicti. Probatur ff.eod.l.prima.& C.eod.l.prima.
3 † Si autem vis agere contra ipſum colonum, vel eius hæredes,dicas.Ago contra R. colonum meum vel hæredem,cui locaui prędium tale pro decem nomine penſionis mihi ſoluendis,pro qua penſione res ſuę tales fuerunt mihi obligatæ,vnde ut res illas mihi tradat, ago contra ipſum, & ad hoc propono interdictum ſaluianum directum,vel actionem in factum &c. ut per iura prætaleg.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum de noui operis nunciatione cui competat,& quando.*
2 *Libellus quomodo concipi debeat per eum,qui interdictum noui operis nuntia,intentat.*

Interdictum de noui operis nuntiatione. Cap. xxxvj.

1 Si alicui volenti ædificare†in ſolo tuo,tu denuntiaſti, ne ædificaret,& ille poſt denuntiationem ædificauit,habes contra eum interdictum, de noui oper.nuntiati. per quod compellitur ædificium deſtruere ſuis expenſis,etiam ſi iuſte ædificauerit,vt ff.eod.l.prima.in princip. & l.prætor ait.
2 in princ.Et in hoc interdicto ſic forma libellum. † Ago ego S. contra R.qui poſtquam nuntiaui nouum opus in ædificio tali per iactum lapilli ipſe ædificauit, unde ad hoc propono interdic.de noui oper.nuntiatio.vel actio.in factum &c.Quòd recte conci.lib.dicunt leges prætaleg.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum,vt liceat ædificare ei, cui nuntiatum eſt &c. cui competat & contra quem.*
2 *Libellus qualiter formetur in interdicto,vt liceat ædificare &c.*

De interdicto,ut liceat ædificare ei,cui nuntiatum eſt, ſi ſatisfecerit. Cap. xxxvij.

1 Si tibi nuntiatum eſt nouum † opus & tu ſatisfecisti,vel paratus es ſatisfacere,vel nuntianti ſi præſens eſt,vel vrbicariæ prętecturæ,vel prouinciali,ſi nuntians ſit abſens, de opere moliẽdo tuis expenſis ſi apparuerit te iniuſte ædificaſſe, & ille adhuc non ceſſat te impedire, habes contra eum interdictum hoc quod eſt prohibitorium, ne vis fiat ei qui ſatisfecit de opere deſtruendo,ſi vult ędificare,vt ff.de noui operis nuntiati.l.prętor ait.§.deinde ait prętor.& § hoc interdictum.
2 Et in hoc interdicto ſic forma libellum.† Ago ego S. contra R.qui cum denuntiaſſet mihi nouum opus, & ſibi ſatisfecerim de opere demoliendo, ſi appareret me iniuſte ędificaſſe, vel paratus eſſem ſatisfacere, & nunc velim ædificare, ipſe me prohibere & impedire,quo minus ædificem, non ceſſat, vnde me impediat ago contra ipſum, & ad hoc propono interdictum de noui oper.nuncia quo cauetur, ut ſatisfactione præſtita ab eo cui nunciatur nouum opus non impediatur, quo minus ædificet,uel actionem in factum ſubrogatam &c.Quòd recte concipiatur libellus,dicunt ll.prætaleg.

SVMMARIVM.

1 *Interdicto fraudatorio quis teneatur.*

De interdicto fraudatorio. Cap. xxxviij.

1 Contingit, ꝙ † aliquando debitor alienat in fraudem creditoris,propter quod competit creditori interdictum fraudatorium,vt ff.de ſolutio.l.pupilli debitor,in princ.Item competit creditori caluiſiana & pauliana ſeu fauiana, de quibus plene diximus ſupra in ſuis rubricis.vnde quæ dicta ſunt in illis, intelligantur in hoc interdicto tacite repetita.

Tertia Pars.

VOniam in ſuperiori particula huius Opuſculi aliquantulum circa interdictorum intellectus deſcribendos verſatum eſt, conſequens erit vt de edictis, quæ & prætoria ſunt,ſicut & interdicta, ſtudioſius diſſeramus,vnde quia edictum ab illo corrupto, contemptam prætoris vindicat maieſtatem, ideo de eo primitus videamus. Quæ autem differentia ſit inter edictum & interdictum,in arte 12.diſt.notatur diligenter.

SVMMARIVM.

1 *Edictum de albo corrupto cui,contra quem & pro qua re competat.*
2 *Libellus qualiter formetur in edicto de albo corrupto.*

Edictum de albo corrupto. Cap. j.

1 Si quis corruperit, ſeu † deleuerit, vel quaſſauerit album prætoris loco cuius hodie ſunt quaterni cõmunis punitur in quadraginta aureis per edictum de albo corrupto, ut ff.de iuriſdictio.omn.iudic.l ſi quis id.& inſtit.de actio.§.pęnales.in hoc autem edicto ſic cõ-
2 cipe libellum. † Ago contra talem,qui quaternos communis, ſiue libellos & alia in quaternis communis poſita corrupit vel abradendo,vel mutando, vel intercidendo, aliàs interlineando,vnde ipſum peto puniri in l.aureis, & ad hoc propono utilem actionem in factum,ſubrogatam in locum edicti, de albo corrupt.vel ipſum edictum utile. Quod ita recte concipiatur libellus,dicunt iura prætaleg.

SVMMARIVM.

1 *Iudex multare poteſt non obtemperantem ſibi.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in edicto ſi quis ius dicenti non obtemperauerit.& num.3.*

Edictum,Si quis ius dicenti non obtemperauerit. Cap. ij.

1 Si quis iudici nõ obtemperauerit,† vel in principio,vel in medio,vel in fine,iudex poteſt eum multare
2 ex illo edicto, in quo ſic forma libellum. † Ago ego S. contra R.qui vocatus a tali iudice communitatis Bonon. quod veniret coram eo,ad meam petitionem, & quòd mihi reſpõderet, venire contempſit,unde quia non venit, intereſt mea intantum,ideo illud intereſſe peto, & ad hoc propono edictum, ſi quis ius dicenti non obtemperauerit.
3 † Si autem vis, quòd iudex eum puniat, id eſt, multet pœna pecuniaria, concipias ita libellum. Ago ego S. contra R. qui mandatum ſibi a vobis factum non adimpleuit, & ſic vobis non obtemperauit. unde ut ipſum puniatis, ago: & ad hoc propono actionem in factum ex edicto ſi quis ius dicenti &c. Quòd ita recte concipiatur libellus, probatur.ff.eod. l. vnica.

SVMMARIVM.

1 *Vocans in ius eum quem vocare non licet,punitur per edictum ſi quis temere vocauerit &c.*
2 *Libellus qualiter concipiatur in edicto,ſi quis temere vocauerit.*

Edictum,

Source : BIU Cujas

¶Edictum. Si quis temere vocauerit aliquem in ius, quem vocare non licet. Cap. iij.

Si aliquis temere vocauerit † aliquem in iudicio, quē vocare non licet, puta patronum vel parentem: sine venia, punitur in quinquaginta aureis per hoc edictū: vt ff. de in ius voc. l. penult. & fin. in quo sic forma libellū. † Ago ego S. contra R. qui me patrem suum seu patronum vocauit in ius sine venia, sibi concessa a prætore, siue a potestate, & in dicta vocatione fuit litem contestatus: vnde ipsum in 50. aureis condemnari, seu puniri peto, & ad hoc propono actionē in factum ex edicto, de in ius vocan. Quòd ita rectè concipiatur libellus dicunt ll. prælleg. & instit. de act. §. pęnales.

SVMMARIVM.

1 *Vocatus a iudice punietur edicto si quis in ius &c. si non comparuerit.*
2 *Libellus qualiter concipi debeat in edicto. Si quis in ius voc. non ierit.*

¶Edictum, Si quis in ius vocatus non ierit. Cap. iiij.

Si quis vocatus fuerit a iudice † & ipse non vadit ad eū, potest iudex eum punire secundùm iurisdictionē suam ex hoc edicto, si quis in ius vocatus non ierit: vt ff. eo. l. j. & secunda, hoc edicto sic concipias libellum. † Ago ego S. contra R. qui vocatus a iudice tali non venit coram eo, cum esset iurisdictioni ipsius suppositus, vnde peto ipsum condemnari secundùm voluntatem vestram: & ad hoc propono actionem in factum ex edicto, si quis in ius voc. &c. Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicunt ll. prædictæ.

SVMMARIVM.

1 *Edictum de eo qui non accepit aliquem fideiussorem pro reo principali, quando locum habeat.*
2 *Libellus sub qua sit concipiendus forma in edicto de eo qui non accepit aliquem fideiussorem &c.*

¶Edictum de eo qui non accepit aliquem fideiussorem pro reo principali. Cap. v.

Si aliquis noluerit recipere † fideiussorem pro illo, qui debebat satisdare iudicio sisti, id est dare fideiussorem, ꝙ stabit iudicio, & actor fideiussorem illum recusat, & alium petit, ideo proditum est edictum, per quod pœna imponitur ei: quinquaginta aureorum: vt ff. in ius voc. vt eant. l. 2. in hoc edicto sic forma libellum. † Ago ego S. contra R. qui a me fideiussorem iudicio sistendi causa paratum dare locupletem & fide dignum & habilem ad conueniendum sine causa recipere recusauit, cum de iure recusare non debuit: vnde ipsum condemnari peto in l. aureis. & ad hoc propono actionem in factum, ex edicto, in ius voc. vt eant. Quòd ita rectè conci. libellus, dicit. l. prælallegata.

SVMMARIVM.

1 *Eximens vi eum qui vocatus est ad iudicium, qualiter puniatur.*
2 *Libellus qualiter formetur in edicto, ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat.*

¶Edictum, Ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat. Cap. vj.

Si aliquis vi eximit aliquem † vocatum ad iudicium, punitur inquantum actor in litem iurauerit ex hoc edicto, in quo sic forma libellum. † Ago ego S. cōtra R. qui Titium a me vocatū in iudicium, vi seu dolo malo exemit: vnde quantum in litem iurauero, intantum ipsum peto condēnari, vel aliter: vnde meum singulare interesse peto, quod ęstimo centum solidos, & ad hoc propono actionem in factum ex illo edicto, ne quis eum &c. Quòd ita rectè cōcipiatur libellus, dicit. l. ff. eo. l. j. 2. & 3. & penult.

SVMMARIVM.

1 *Actione in factum ex edicto de eo per quem &c. tenetur dolo malo eximens ad iudicium vocatum.*
2 *Libelli forma qualis in edicto de eo per quem. &c.*

¶Edictum, de eo per quem factum est quo minus quis in iudicio sistatur. Cap. vij.

Si aliquis † dolo malo vocatum ad iudicium eximat, ne ad iudicium veniat, tenetur actione in factum ex illo edicto, in hoc autem edicto sic concipe libellum. † Ago contra R. qui impediuit dolo malo Titium, quo minus in iudicium veniret, & mihi in iure meo respondere: vnde quia mea interest in 20. id factum non esse, ideo ipsum R. in prædictis 20. condemnari peto: & ad hoc propono actionem in factū ex edicto, de eo per quem factum est &c. Quòd ita debeat concipi libellus, probatur. ff. eo. l. j. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Actio in factum ex edicto de edendo, cui, contra quem & pro qua re competat.*
2 *Libellus qualiter sit concipiendus in actione in factum ex edicto de edendo.*

¶De actione in factum ex edicto de edendo. Cap. viij.

Si aliquis habet instrumenta † tua propria, vel cōmunia, vel rationes, & eas tibi non exhibuit, poteris ea petere tibi edi per officium iudicis: ut ff. de eden. vbi. primo respon. illo non edente, succedit actio ista in factum ex hoc edicto: in quo sic forma libellum. † Ago ego S. contra R. qui rationes mihi vel instrumenta mea propria vel communia cum ab eo petij non exhibuit, vel edidit & malitiose, quia minus plenè: vnde quia propter illas rationes vel instrumenta non edita, vel malitiose edita, sum dānificatus in 20. ideo illa 20. peto. vel si non vult facere certum, dicat, peto meum interesse: & ad hoc propono actionem in factum ex edicto de edendo. Quòd ita rectè concipiatur libellus. probatur. ff. eod. l. vbi. §. fin. & l. argentarius. §. vlti.

SVMMARIVM.

1 *Actio in factū ex edicto de calumniatoribus cui detur, & pro quibus rebus.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione in factum ex edicto de calumniatorib.*

¶De actione in factum ex edicto de calumniatorib. Cap. ix.

Si aliquis dat pecuniam † alicui, vt moueat contra te negotiū. vel causam per calūniam. vt calumniose vocet te coram iudice, vel dum aliquis vellet te vocare calumniose coram iudice, dedit sibi pecuniam, ne te vocaret: in vtroque casu datur actio in factum ex edicto de calumniatoribus in quadruplū intra annum, post annum in simplū, in hoc autem interdicto sic forma libellum. † Ago ego S. cōtra R. qui 20. recepit a G. vt mihi quæstionē talem calumniose moueret. vnde illos 20. mihi solui in quadruplum peto, & ad hoc propono actionem in factum, quæ oritur ex edicto de calumniatoribus. Quòd ita rectè concipiatur libellus dicit. l ff. eod. l. j. & . Si autem accepisti pecuniam, ne mihi calumniam faceres, sic forma libellum. Ago ego S. contra R. qui recepit a Caio. 20. solidos, ne mihi calumniosam quæstionē moueret. vnde istos 20. solidos in quadruplum mihi solui peto: & ad hoc propono actionem vt sup. & probatur. ff. eo. l. si quis ab aliquo. Et nota, ꝙ ista melius notantur in arte. 4. dist.

SVMMARIVM.

1 *Actio de dolo expirat biennio.*
2 *Actio quæ concedatur contra dolosum post biennium.*

¶De actione in factum subrogata in locum actionis de dolo post biennium. Cap. x.

Quia actio de dolo intra † biennium competit & non vltra, vt C. de dolo. l. vlt. ideo post † biennium contra ipsum dolosum in eo in quo locupletior est factus, actio in factum inducta est, in locum actionis de dolo quæ perpetuo competit: vt ff. de dolo. l. itaq;. in qua sic forma libellum vt dixi supra in actione de dolo.

SVMMARIVM.

1 *Liberi & liberti decepti a parentibus & patronis quam actionem intentare possunt.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione in factum subrogata loco actionis de dolo contra parentes &c.*

¶De actione in factum subrogata in locum actionis de dolo contra parentes & coniunctas personas. Cap. xj.

Est & alia actio in factum subrogata in locum actionis de dolo, quæ datur liberis & libertis † deceptis a patre & patrono, contra ipsos: & quibusdam aliis personis humilibus contra eos, qui in dignitate excellunt plebeio consularem &c. vt ff. eo. l. non debet. † vnde in hac actione sic forma libellum. Vobis domino potesta. Bononien. conqueror ego de M. patre meo: qui cum sim emancipatus, suis suasionibus tota die mihi suadendo, induxit me vt venderem sibi digestum meum, aliàs non venditurus, vel dum proposuissem vendere, suo dicto uēdidi sibi 10. minus quàm ualeret: vnde quòd mihi digestum meum restituat, uel illa decem mihi soluat: ago contra ipsum, & ad hoc propono actionem in factum, quæ contra tales intentatur. Et quòd ita rectè concipiatur libel lus, dicit lex prælleg.

SVMMARIVM.

1 *Actio in factum ex edicto de alienatione iudicij mutandi causa facta quando locum habeat.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in actione in factum ex edicto de alienatione iudicij &c.*

¶De actione in factum ex edicto de alienatione iudi.mu. causa facta. Cap. xij.

Si contra aliquem volebas † intentare actionē rei vēd. uel aliam actionem realem uel aliquam pśonalem, quæ sit in rem scripta, ut quod metus causa: ut ff. qđ met. causa. l. metum. §. cum autem. & interdicta omnia: ut ff. de inter. l. j. §. interdict. & ille qui rem illam possidebat causa futuri istius iudicij mutandi alienauit in alium forte potentiorem, mutandi dico quantum ad se, & ꝙ ab alio suscipiatur, qui alienauit: nam rem uult habere, sed litem ad alium transfert, ut molestum aduersarium pro se subijciat, habes contra illum alienātem actionem in factum a prætore, per quam tuum interesse cōsequeris, reseruata tibi rei uendicatione, uel alia reali ꝫ possessorem, cum possessio subijciat aduersarium actioni in rem: ut ff. eod. l. j §. j. & l. item. in fin. & C. eo. tit. l. unica. † unde sic forma libel. Ago ego S. contra R. qui causa mutandi a se iudicij talem rem, cuius nomine

Source : BIU Cujas

mine uolebam agere cõtra ipsum, alienauit & dedit Titio, eum res illa sit ad eum rẽuersura, qui Titius est potentior quàm aduersarius meus, R. uel est alterius prouinciæ: uel homo malitiosus. Vnde quia propter talem alienationem interest mea in 20. ideo illud interesse meum peto, & ad hoc propono ac. in fa. quę descendit ex edicto prætoris. de aliena. iu. mu. cau. fac. Quòd rectè concipiatur libel. dicunt iura præalleg.

SVMMARIVM.

1 *Actio in factum ex edicto, nautæ caupones stabularij, cui competat & contra quem.*
2 *Libellus qualiter debeat concipi in actione in factum ex edicto, nautæ, caupo. stabu.*

¶De actione in factum ex edicto nau. cau. stabu. Cap. xiij.

1 Si aliquis intrat nauim cum † rebus suis, vel cauponã, vel stabulum, & de rebus suis amittat, prętor duabus actionibus sibi succurrit, quarum vna est in simplum ꝫ nau. cau. stabu. & est ex contractu, vel quasi. Alia est in duplum: & est ex quasi maleficio, & vtraque competit contra prædictas
2 personas: vt ff. eo. l. j. in prin. & l. vlt. § hæc actio. † In prima sic forma libellum. Ago ego S. contra R nautam, cauponem, vel stabularium, in cuius naue, domo, vel stabulo res tales amisi. vnde quia res illas nõ vult restituere, peto interesse meum, qđ ęstimo 20. & ad hoc propono actionem in factum ex edicto nau. cau. stabu. vt res resti. Quò ita rectè concipiatur libel. dicit. l. ff. eo. l. j. in prin. & l. & ita. §. hæc actio. In secũda actione quæ datur in duplum; teneas ea quæ dixi in rubri. furti aduersus nau. cau. stab.

SVMMARIVM.

1 *Effundens vel deijciens aliquid super transeuntem qua actione teneatur.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione in factum ex edicto de his qui deiecerunt vel effuderunt &c.*

¶De cuictione in factum ex edicto de his qui deiecerunt vel effuderunt. Cap. xiiij.

1 Si aliquis deijciat vel effundat † ex domo, & sic illud quod deijcitur cadat super aliquem trãseuntem, & vestimenta sua, vel aliæ res per hæc deterioratæ sunt, ille qui damnum passus est habet actionem in factũ ex illo edicto: de his qui deie. vel effu. cõtra eum ex cuius domo deiectum est. Si autẽ ex illa deiectione liber homo pereat, dabitur prædicta actio contra deijcientem, & erit condemnandus in l. aureis: ut probatur. ff. eo. l. j. §. j. & fi. de act. & oblig l. ex male §. his quoque.
2 † In hoc edicto sic forma libellũ. Ago ego S. contra R. ex cuius domo, in qua ipse habitat, tale quid deiectum, vel effusum est, propter quod vestimẽta mea & męę res deterioratæ sunt in 20. vnde illa 20. mihi præstari peto in duplum, & ad hoc propono actionem in factum ex edicto, vt sup. Quando autem liber homo fuit peremptus, ita libellus concipiatur. Conqueror de S. ex cuius domo quam ipse inhabitat tale quid fuit deiectum, vel effusum, propter quod pater meus mortuus fuit: vnde ab eo quinquaginta aureos mihi præstari peto, & ad hoc propono actionẽ in factum ex edicto &c. Si autem ex illa deiectione, vel effusione corpus liberi hominis lęsum sit, concipe sic libellum. Ago ꝫ talem, ex cuius domo, quam ipse inhabitat, tale quid est effusum, vel deiectum: vnde corpus meum lęsum est, propter quam lęsionem tot expensas feci: tãtum dedi medicis, tot operis carui & cariturus sum, quas operas ęstimo 20. vnde ꝙ omnia prędicta mihi præstet, ago contra ipsum, & ad hoc propono &c. Quod rectè concipiatur libellus, dicunt leges præallegatæ.

SVMMARIVM.

1 *Actio vtilis pro socio cui competat, pro qua re, & contra quem.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione vtili pro socio.*

¶De vtili actione pro socio, vel vtili in factum ex edicto de his qui deiecerunt uel effu. Cap. xv.

1 Si plures socij † in eodem cenaculo habitant, & unus forte deiecit uel effudit, unde damnum datum est, & oportuit conuentos alios soluere, iura soluentibus succurrunt: quod utili pro socio actione possunt ab illo repetere, uel actione in factum ex edicto, de his qui &c. recu
2 perant, quod soluerunt: unde sic concipe libellum. † Cõqueror de M. discipulo uel hospite meo, qui de domo quam inhabito, tale quid proiecit, quod damnum dedit Titio in uestimẽtis eius uel mercibus in uiginti: unde propterea sum condemnatus in duplum illi Titio: quod duplum mihi ab hospite meo uel discipulo præstari peto, & ad hoc propono actionem in factum &c. Quòd ita rectè concipiatur libellus, probatur. ff. eod. l. si uerò. §. cum autem.

SVMMARIVM.

1 *Actio in factum datur contra eum qui habet aliquid appensum.*
2 *Libelli forma quæ sit in actione in factum contra eum qui aliquid habet appensum.*

¶De actione in factum contra eum qui aliquid habet appensum &c. Cap. xvj.

1 Si aliquis habeat † aliquid ita impositum in pariete, in subgrunda, seu domo, cęnaculo, uel aliquo ędificio, quod si caderet, posset nocere: datur contra eum hæc actio in decem aureis, & competit cuilibet de populo. Et in ea
2 sic forma libellum. † Ago ego S. contra R. qui ea parte uel loco, unde uulgò iter fit, impositum habet, ꝙ si caderet, damnum dare posset: unde ipsum in 10. aureis condemnari peto: & ad hoc propono ac. in fac. ex edicto, ne quis aliquid habeat positum in subgrunda &c. Quòd ita rectè concipiatur libellus probatur. ff. de his qui deie. uel effu. l. si uerò. §. prætor.

SVMMARIVM.

1 *Agrimensor dolo malo falsum modum renuntians qua actione teneatur.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione in factum, quæ datur contra agrimensorem.*

¶De actione in factum quæ datur contra agrimensorem. Cap. xvij.

1 Si agrimensor dolo † malo renuntiat, falsum modum, uel plus, uel minus, ita ꝙ nocet emptori, uel uenditori, uel mihi uel tibi in iudicio finiũ regundorum & c. datur contra eum hæc actio, & datur ei cuius terra male mensurata est ad suum interesse: unde sic forma libel-
2 lum. † Ago ego S. contra R. qui male dolo uel lata culpa renuntiauit mihi, cum ipsum mitterem ad mensurandum iugera uel fines, renũtiauit enim esse 10. iugera & minora inueni, & renuntiauit fines vsq; ad talem locum tantum protendi, qui vlterius producuntur: vnde interesse meum peto, quod ęstimo 10. & ad hoc propono actio. in factum ex edict. si mens. falsum mo. dixe. Quòd ita rectè concipiatur lib. dicit lex. ff. eod. l. j. §. j.

SVMMARIVM.

1 *Sepeliens mortuum in prædio alieno qua tenetur actione.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione in factum ex edicto qui intulit mortuum &c.*

¶De actione in factum ex edicto qui intulit mortuum in locum alienum. Cap. xviij.

1 Hæc actio competit ei † in cuius prædium corpus aliqđ illatũ est mortuum contra sepelientem & eius hæredem, vt det pretium loci, & stabit ibi mortuus, vel tollat & auferat inde sepultum. In
2 hac actione sic formatur libellus. † Ago ego S. contra R. qui in locum meum purum talem me inuito intulit mortuum, vnde aut ipsum mortuum remoueat, aut mihi illius loci pretium, qđ ęstimo 10. pręstet, peto: & ad hoc propono actionem in factum ex edicto, qui intulit mortuum in locum alienum. Quòd ita rectè concipiatur libel. probatur. ff. de religio. & sump. fu. l. is qui.

SVMMARIVM.

1 *Actio in factum funeraria cui competat.*
2 *Libellus quomodo concipi debeat in actione in factum funeraria.*

¶De actione in factum funeraria. Cap. xix.

1 Si aliquis sepelit † mortuum, & in eius funus facit impensas: prætor ad recuperãdos sumptus siue expensas ab hęrede defuncti succurrit funeranti per hanc actio-
2 nem, in qua sic forma libellum. † Ago ego S. contra R. a quo peto mihi solui 20 quę expendi in funus sui patris, cuius est hęres, & ad hoc propono actionem in factum funerariam. Quòd ita rectè concipiatur libel. dicit lex. ff. de relig. & sump. fun. l si quis sepulchrum. §. prætor ait. & l. at si quis. §. hæc actio.

SVMMARIVM.

1 *Vendens locum religiosum non suum qua actione teneatur.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in actione in factum de loco religioso vendito pro puro.*

¶De actione in factum de loco religioso vendito pro puro &c. Cap. xx.

1 Hæc actio competit ei † qui habet sepulchrum, vel aliquem locum religiosum, quem aliquis extraneus vẽdidit tanꝙ non religiosum, & emptor imponit vel ędificium, uel aliud in loco illo, uel prohibet dominum loci inferre ibi mortuos. ideo consulitur sibi per actionem in factum cõtra illum, ut tollat posita & reddat ad antiquum statũ, immo vt præstet interesse, ex etiam loci pretium, ut ff. de religio. l. ossa. §. si locus. & l. liberi. & l. is qui. Vnde in hac actione sic forma li-
2 bellum. † Ago ego S. contra R. qui locum meum religiosum ꝙ puro vendidit Titio, qui in loco eodẽ ędificauit, vnde mortuos libere inferre nõ possum, vel mortuos modo inferre prohibet. vnde vt imposita tollat, vel mihi meum interesse præstet, ago contra ipsum, & ad hoc propono actionem in factum. Quòd ita rectè concipiatur libel. probatur lege præallegata.

SVMMARIVM.

1 *Actio descendens ex iureiurando informiter delato quando competat & cui.*
2 *Libelli qua sint concipiendi forma in actione descendente ex iureiurando informiter delato. & nu. 3.*

¶De actione descendente ex iureiurando informiter delato. Cap. xxj.

1 Si contentio est † inter me & te de aliqua re, quam tu possides, & ego dico illam esse meã, sed informiter, id est, non ex qua causa, sed tu dicis ad te pertinere: tandem tu mihi deferendo iuramentum dicis: iura ꝙ res ista sit tua:

Source : BIU Cujas

sit tua:& ego illam tibi restituam,vel econtra ego actor tibi cõcedo,quo facto non vis restituere; vnde prætor inducit actionẽ in factum,quæ oritur ex iureiurando delato, per quam consulitur iuranti ꝙ possit rem auocare,sed aliter possessor,& aliter petitor:nam possessor habet exceptionem ⁊ petitorem,vel actionem,si forte possessor a possessione cecidit,& peruenit ad petitorem: vnde sic forma libellum. † Ago ego S. contra R. qui cum ab eo rem talem peterem, quam dicebam meam esse, detulit mihi iusiurandum, & iurauí rem illam esse meam, quam rem mihi tradere recusat:vnde vt tradat mihi & assignet: ago cõtra illum, & ad hoc propono actionem in factum ex iureiurando informiter delato descendentem.Quòd rectè concipiatur libellus,dicit lex.ff.de iureiur.l.nam & postea.§.vlt.cum l.seq & l sed & si pos per totam l.si autẽ possessor a possess. cecidit, & res deuenit ad petitorem, qui detulit, concipiatur ita libellus. † Ago contra S. qui cum rem a me petierit, quam dicebat suam esse: ipso deferente iurauí rem illam meam esse: vnde cum a possessione rei illius ceciderim, & ad ipsum peruenerit, rem illã mihi præstari peto, & ad hoc propono, vt supra probatur. ff. de iureiuran. l.sed & si possessor. in princip.Et hoc verum est, quando possessor iurauit rem suam esse, secus si iurauerit rem petitoris non esse:tunc nullam habet actionem: sed tantum exceptionẽ, vt in præallegatis.

SVMMARIVM.

1 *Hæredibus institutis vel succedentibus ab intestato quæ detur actio contra vxorem defuncti se grauidam falsò asserentem.*

2 *Libellus quomodo concipi debeat in actione in factũ ex edicto si mulier ventris nomine &c.*

¶De actione in factum ex edicto,si mulier ventris nomine causa cal.in possess.esse dicatur. Cap. xxij.

1 Hæc actio competit † hæredibus institutis, vel ab intestato succeden.aduersus vxorem defuncti,quæ malitiose & ita per calumniam dicit se esse grauidam a marito mortuo, & nomine pueri quem se dicebat gestare in vtero, petit se immitti in possessionem hæreditatis,& datur ad totum interesse contingens hæredibus:vt ff.eo.l.j.in ea sic forma libellum.† Ago ego S.contra talem dominam,quæ fingens se grauidam, cũ non esset,vel esset, non tamen ex viro suo: per calumniam petijt missionem in bonis Titij quõdam viri sui:& missa fuit,de quibus bonis percepit, quod valet centum, dum & multa de bonis illis diminuta sunt, quæ valent viginti:vnde cum sim hæres Titij, ideo contra prædictam dominã ago,& prædicta peto: & ad hoc propono actionem in factum ex illo edicto, si mulier vent.no.in possessio. per calum.missa esse dicatur, probatur.ff.de no.l.prima.§.primo,& §.competit.& §.fin.

2

SVMMARIVM.

1 *Mulier ventris nomine in possessionem missa qua actione teneatur,si alium transferat.*

2 *Libelli forma quæ sit in actione in factum ex edicto,si ventris nomine mulier in possessionem missa &c.*

¶De actione in factum ex edicto, si ventris nomine mulier in possessionem missa,dolo malo ea possess.ad alium translata esse dicatur. Cap. xxiij.

1 Hæc actio competit † contra mulierem,quę postquam missa est in possessionem ventris nomine ipsa possessionem illam in alium trãsfert & sic damnificatur hæres,qui de iure succedere potest: quia ille in quem translata forte bona fide fructus cõsumit, vel si mala fide est non soluẽdo: vnde datur actio hæredibus & quibuscunque aliis quorum interest ad interesse, & in ea ita concipe libellum. † Ago contra dominam B.quæ missa in possessionem bonorum quondam Titij,cuius hæres sum ex testamẽto, vel ab intestato, illam possessionem dolo malo ad alium transtulit: vnde interest mea in centum; quod interesse peto, & ad hoc propono actionem in factum, vt supra. ꝙ ita rectè concipiatur libellus, dicit lex.ff.eo.l.j.j.responso.

2

SVMMARIVM.

1 *Tutorem se non esse sciens & pro tutore se gerens qua teneatur actione, si res pupilli alienauerit.*

2 *Libelli forma de actione in factum ex edicto, quod negotium gestum esse dicetur falso tutore auctore.*

¶De actione in factum ex edicto,quod falso tutore auctore negotium gestum esse dicetur. Cap. xxiiij.

1 Hæc actio competit † contra eum,qui scit se non esse tutorem, gerit tamen se pro tutore,alienando res pupilli, & auctoritatem præstando & similia faciendo &c.& ideo si damnificetur ex eo, qui contraxit,aget contra illum ad totum interesse suum per actionẽ in factum ex edicto. quod falso tutore &c. Et in ea sic forma libellum. † Ago ego S. contra R. qui dicens se tutorem pupilli Titij:cuius non erat,immo sciens non esse tutorem, falsò asseruit & dolo malo se esse tutorem.vnde cum ipso & cum dicto pupillo,eo auctorizante cõtraxi, vnde cum falso tutore auctore contractus habitus non teneat, & me contraxisse cum vero tutore interest in 20. ideo illa 20. peto, & peto etiam sumptus quos facturus sum in iudicio restitutionis, quam minor petit ⁊ me, quos ęstimo. ca.solidos.& ad hoc propono actionem in factum ex edicto,quod falso tutore &c. probatur ff. eod. l.j. §.j. & l.nouissime.& l.etiam.aliàs.§.Pomponius.

2

SVMMARIVM.

1 *Impuberi qualiter succurratur aduersus tutorem falsum.*

2 *Libellus quomodo formari possit in actione vtili in factum ex edicto, quod falso tutore auctore neg.gest.&c.*

¶De vtili actione in factum ex edicto,quod falso tutore auctore neg.gestum esse dicetur. Cap.xxv.

1 Si propter falsum † tutorem interpositus damnificatur impubes, prætor impuberi succurrit, ut contra illum habeat actionem vtilem in factum ex illo edicto, quod falso tutore &c. præmisso, in qua sic forma libellum. † Ago ego S.contra R. qui dicens se meum tutorem cum non esset,in iudicio quod cum Titio habebam confessus est talia,propter quæ damnificatus sum in centum, vnde illa centum peto: & ad hoc propono actionem in factum vtilem ad exemplum edicti, quod falso tutore &c. Quòd ita rectè concipiatur libellus,dicit lex.ff.eo.l.vlt.

2

SVMMARIVM.

1 *Hæres institutus,qui non vult ex testamento adire, sed ab intestato in fraudẽ legatariorum, qua actione teneatur.*

2 *Libellus qualiter sit formandus in actione in factum ex edicto, si quis omissa causa testamenti &c.*

¶De actione in factum ex edicto, si quis omissa causa testamenti &c. Cap. xxvj.

1 Hæc actio competit † contra hæredẽ institutum,nolẽtem adire hęreditatem ex testamento:sed ab intestato,vt per hoc possit legatarios eo quod eis relictum est in testamento priuare: & competit legatariis & fideicommissarijs,quibus succurrit prætor cõtra illum, qui hæreditatem illam ex causa testamenti omisit, ut perinde consequantur ab eo, ac si hæreditas ex testamento adita foret: vnde in actione ista sic forma libellum.† Ago ego S. contra R.qui cum fuisset hæres institutus a Titio, qui mihi in testamento 20. reliquit: in fraudem legatariorum hæreditatem illã omisit: & ab intestato possidet: vnde ac si ex testamento adijsset,peto mihi legatum præstari ab eo,& ad hoc propono actionem in factum descenden.ex edict.si quis omis. cau. test. Quòd ita rectè concipiatur libellus, probatur.ff.eo.l.j. & l. de libertatibus.§.hæredes.

2

SVMMARIVM.

1 *Exactores tributorum exigentes vltra debitum qua actione teneantur.*

2 *Libellus qualiter formari possit in actione in factum ex edicto de publicanis.*

¶De actione in factum ex edicto de publicanis. Cap.xxvij.

1 Si publicani, qui † & exactores tributorum appellantur,exigunt vltra debitũ, siue colligant collectam, siue quodcunq; publicum gerant officium, prætor ⁊ eos actionem in factum ex edicto de publicanis induxit, per quam compellitur publicanus restituere in duplũ intra annum,& post annum in simplum ei a quo exegit: vnde in hoc edicto sic forma libellum. † Ago contra R. publicanum domini imperatoris,vel reipublicæ, qui nomine publicani sciens me nihil debere: exegit a me 10.vnde illa 10. peto mihi in duplum restitui,& ad hoc propono actionem in factum ex edicto de publica.Quòd ita rectè concipiatur,dicit.l.ff.de publi.l.j.& l.sed hi. §.præterea.

2

SVMMARIVM.

1 *Liber patiens se venundari quando seruus efficiatur.*

2 *Libellus qualiter formetur in actione in factum ex edicto de liberali causa.*

¶De actione in factum ex edicto de liberali causa. Cap. xxviij.

1 Si aliquis liber patitur se † venundari ad pretium participandum, & sic omnibus illis concurrentibus,scilicet ꝙ sit maior viginti annorum,& ꝙ sciat se esse liberum: & ꝙ habeat partem pretij, & ꝙ vendatur alicui ignoranti conditionem eius:liber seruus efficitur, alioquin si ista non interueniunt, uel aliquid desijt, ille qui patitur se venundari,bene potest reuocare, vel proclamare in libertatem: & sic venditio irritatur. vnde prætor succurrit emptori per edictum suum: & dat sibi actionem in factum contra illum,qui modo proclamat in duplum & infra annum,in qua sic forma libellum.† Ago ego S.contra R.qui sciens se liberum,se ad pretium participandum venundari passus est a Titio, mihi ignoranti conditionem suã, & credẽti eum seruum esse:& ipse postea ad libertatem proclamauit & obtinuit, cum oĩa ea quæ debuerunt interucnire non interuenerunt: vnde cũ pro emptione ipsius mihi absint.c.ideo

2

illa

Source : BIU Cujas

illa centum in duplum ſolui peto, & ad hoc propono actionē in factum ex edicto de liberali cauſa. Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicit l. ff. de libera. cau. l. rectiſſime. & l. intantum. & l. vel obligatus.

SVMMARIVM.

1 *Actio in factum ex edicto de bonis aucto. iudi. poſſi. cui concedatur, & contra quem.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in actione in factū ex edicto de bonis aucto. iudi. poſſi.*

¶De actione in factum ex edicto, de bonis aucto. iudi. poſſi. Cap. xxix.

1 Hæc actio competit † contra miſſum in poſſeſſionem in actione p̄ſonali; qui cum colligit fructus vel rem, facit deteriorem: quia tenetur ad fructus & intereſſe, iſte enim tanquam cuſtos non debet fructus colligere. ff. vt in poſſeſſio. leg. l. penult. in hoc edicto
2 ſic forma libellum. † Ago ego S. contra R. qui cum miſſus eſſet in poſſeſſionem talis prædij mei, vel domus, vel rerum mearū: fructus tot ex illis rebus percepit, vel res deteriores fecit: vnde vt fructus illos mihi reſtituat, vel damnum datum reſarciat: ago contra illum, & ad hoc propono actionem in factum ex edicto prętoris de bonis aucto. iudi. poſſi. Quod ita rectè concipiatur libellus dicit. l. ff. eo. l. prætor ait. j. reſponſo.

SVMMARIVM.

1 *Creditor miſſus in poſſeſſionē cauſa rei ſeruandæ expenſas factas qua actione recuperet.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione in factum ex edicto pro expenſis.*

¶De actione in factum ex eodem edicto pro expenſis recuperandis. Cap. xxx.

1 Si creditor qui † immiſſus eſt in poſſeſſionem rerum mearum cauſa rei ſeruandæ, fecit expēſas in rebus illis, recuperat illas a me per actionem in factum ex edicto de bonis aucto. iudi. poſſiden. pro expenſis recuperandis, &
2 in ea ſic forma libellum. † Ago ego S. contra R. qui cum fuiſſem miſſus in poſſeſſionem bonorum eius, vel rei talis ex cauſa contumaciæ eius, vel alia cauſa: expendi in rebus illis. c. quas expenſas mihi reſtitui peto, & ad hoc propono &c. probatur. ff. eod. l. prætor. §. quòd autem.

SVMMARIVM.

1 *Seruus liber eſſe iuſſus teſtamento qua actione teneatur, ſi aliquid de hæreditate non adita ſurripuerit.*
2 *Libellus qualiter concipi debeat in actione ex edicto ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit.*

¶De actione in factum ex edicto ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit. Cap. xxxj.

1 Hoc edictum competit † cōtra ſeruum, qui in teſtamento iuſſus eſt liber eſſe, ſurripientem aliquid de bonis hæreditarijs poſt mortem domini ante aditam hæreditatem & hæredi-
2 bus competit, vnde ſic forma libellum. † Ago ego S. contra R. qui cum in teſtamento Titij quondam dñi ſui relicta eſſet ſibi pure libertas, cui Titio ego ſucceſſi: quia me in illo teſtamento hæredem inſtituit: poſt mortem ipſius Titij ante aditam hæreditatem res tales ſubtraxit: vel damnum in rebus hæreditariis dedit dolo vel lata culpa, me ſciente illum res illas ſubtrahere, vel damnum dare. vnde ipſum in duplum mihi condemnari peto, & ad hoc propono actionem in factum ex edicto prætoris, ſi quis teſtamento &c. Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicit l. ff. eo. l. j. reſponſo. j. §. itaque. & §. non tamen. & l. pen.

SVMMARIVM.

1 *Paſſo damnum a turba coadunata ſuccurritur actione ex edicto cuius dolo &c.*
2 *Libellus qualiter formari poſſit in actione in factum ex edicto cuius dolo malo damnum in turba &c.*

¶De actione in factum ex edicto cuius dolo malo damnum in turba eſſe dicitur. Cap. xxxij.

1 Si turba coadunata † damnum dat alicui, prętor dat actionem ī factū damnum paſſo, contra illum qui damnum dedit: intra annum vtilem in duplum; poſt in ſimplum: vt ff de vi bo. rap. l. prætor.
2 in princ. & in ea ſic forma libellum. † Ago ego S. cōtra R. cuius dolo malo in turba damnum datum eſt mihi in centum, vel tūn amiſi: talia ſciſſa ſunt, vel rupta: vnde illud in quo damnum paſſus ſum, vel ea quæ amiſi &c. in duplum mihi emendari peto, & ad hoc propono actionem, vt ſup. Quòd ita rectè concipiatur libel. dicit lex. ff. vi bono. rapto. l. prætor. j. reſponſo.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex edicto de incendio ruina naufragio cui competat & contra quem.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione in factum ex edicto de incendio, ruina, naufragio.*

¶De actione in factum ex edicto de incendio, ruina, naufragio. Cap. xxxiij.

1 Si orto incendio: † ruina, vel naufragio imminente: aliqui res aliquas ſurripiunt dolo malo, vel damnum dant. idem eſt in rate nauiq; expugnata. ideo prætor contra prædictos actionem in factum inducit: per quam tenentur infra annum vtilem in quadruplum: & poſt annum in ſimplum, vt ff. de incendio, rui. naufragio. l. j.
2 §. j. vnde in ea ſic forma libellum. † Ago ego S. contra R. qui dolo malo recepit, vel rapuit res tales: vel in eis damnum dedit, quando domus mea paſſa fuit incendium, vel ruinam: vel quando nauis mea fuit paſſa naufragium, vel fuit expugnata. vnde in quadruplum eum mihi condemnari peto: & ad hoc propono actionem in factum. vt ſup. Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicit. l. præallega.

SVMMARIVM.

1 *Sepulchrum violans, vel mortuum ſpolians qua actione teneatur.*
2 *Libellus qua forma concipiatur in actione ex edicto de ſepulchro violato.*

¶De actione in factum ex edicto de ſepulchro violato. Cap. xxxiiij.

1 Si quis ſepulchrum violat: vel † ſpoliando mortuū: ſicut de facto vidi, vel amouendo aliquid de ſepulchro, ſiue illud eſſet illi affixum, ſiue non, prætor contra illum actionem in factum inducit vſque ad centum aureos; per quam ſi ille agit, cuius intereſt, puta agnatus, vel cognatus, vel hæres, conſequitur totum intereſſe quantumcunq; ſit: vt ff de ſepulchro violato. l. prætor. §. qui de
2 ſepul. In iſta actione ita concipitur libellus. † Ago ego S. cōtra R. qui dolo malo violauit ſepulchrum tale: puta ſpolians mortuum ibi ſepultum: vel lapides, ſeu ſtatuas remouendo, vnde cū ex tali violatione ſit illata iniuria mihi & defuncto: & damnum dedit tantum, & tantum aſportauit, quæ omnia vt facta non eſſent intereſt mea in centum aureis: vnde illud intereſſe peto, & ad hoc propono actionem, vt ſup. Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicunt. ll. prædi.

SVMMARIVM.

1 *Actio de damno infecto cui competat & contra quem.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione de damno infecto.*

¶De damno infecto. Cap. xxxv.

1 Si ędificium alicuius tui † vicini minatur ruinam ędificio tuo vel prędio: poteris a domino ędificij minantis ruinam petere, ꝙ tibi caueat, ſeu promittat nomine damni infecti, quæ ſtipulatio continebit totum intereſſe illius vicini, ſi forte poſtea damnum ex illo ruinoſo ędificio contingat, vt ff. eod. l. in hac ſtipulatione. & l. ſed & ſi condicere.
2 & l. damni infecti ſtipula. † vnde ſic forma libellum. Ago ego S. cōtra R. quia ędificium ſuum minatur ruinam ędificio meo: vel cum habeat ędificium ruinoſum iuxta ędificium meum: & poſſet de facili mihi damnum contingere, ꝙ mihi caueat noīe damni infecti, vel ſatiſdet, & ad hoc propono officium iudicis. Quòd ita rectè ꝙcipiatur libellus: dicit. l. ff. eo. l. j. & l. dies. & l. prętor ait. § j. & ff. de præto. ſtipula. l. j. & inſtitu. de diui. ſtipu.

SVMMARIVM.

1 *Officium iudicis imploratur pro legato præſtando.*
2 *Libellus qualiter concipi debeat in actione ex edicto de legato præſtando.*

¶De legato præſtando. Cap. xxxvj.

1 Si legatum tibi relinquitur in teſtamento, vel codicillis, † & hæres adijt hæreditatem, ſed rem legatam præſtare non vult: poteris agere contra hæredem per officium iudicis, vt pro legato præſtando tibi caueat ſiue puro, ſiue conditionaliter relicto, ſiue in diem, quòd ſi ita ſatiſdare noluerit, iudex mittet te in poſſeſſionem rerum hę reditatis, ff. vt lega. no. ca. l. j. & l. etiam. Libellus autem concipi-
2 tur ſic. † Conqueror ego S. de M. quòd cum ſit inſtitutus hæres in teſtamento talis, & mihi res talis a teſtatore ſit legata, & hæreditatem ademerit, & mihi ſatiſdare noluit, peto vt mihi ſatiſdet de re legata præſtanda, & hoc peto fieri per officium veſtrum domine iudex. Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicunt ll. præallega.

Quarta Pars.

POſtquam Deo auctore tractatum omnium edictorū ad metam duximus peroptatam: reſtat ut ad portū ciuilium actionum nauigemus, vt ibi remos ad inuicem colligentes, vice iſtius quartæ particulę dicere valeamus: hic teneat edictorum ancora, verùm quia in arbore actionum rei vendicatio inter ciuiles obtinet primum locum, ab ea fęliciter inchoemus.

SVMMARIVM.

1 *Rei vendicatio datur alicui ad recuperandam rem ſuam ab alio poſſeſſam.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in rei vendicatione.*

¶De rei

Source : BIU Cujas

¶De rei vendicatione. Cap. j.

1 SI quis possideat seu teneat † rem aliquam, cuius rei dicis ad te pertinere dominium,& eam vis ab eo recuperare;rei vendicationem intentabis: vt ff.de rei vēd. l.j.& l.in rem.& insti.de act.§.j.in hac actione sic for
2 ma libellum. † Ago ego S. contra R. qui tenet domum talem, sitam in tali loco, cuius fines sunt tales, quam domum dico ad me pertinere iure dominij:vnde peto domum istam mihi restitui cum fructibus inde perceptis & percipiendis, & ad hoc propono act.rei vendicationis. Quòd ita rectè concipiatur, dicit l.ff.de rei vendica. l.in rem actio. vt ll. præalleg. & latius de hac materia in arte,distin.6.

SVMMARIVM.

1 *Actione confessoria in rem quis teneatur.*
2 *Libellus quomodo formetur,si debeatur seruitus aquæductus.*

¶De actione confessoria in rem. Cap. ij.

1 Si alicui seruitus† debeatur:& postea impediatur vti seruitute illa:habes actionem in rem cōfessoriā, per quam poterit seruitutem vendicare, siue sit seruitus rustica, siue vrbana.ff.si serui.ven.l j.& 2.§.j.in hac actione ita concipe libel.Ago contra talem,qui me prohibet ire,agere per talem fundum positum in tali loco:cuius confines sunt tales:per quē fundum dico mihi ius esse eundi agēdi:vnde ne me prohibeat, ago contra illum:& ad hoc propono cōfessoriam. Ita etiam concipi-
2 tur libellus,quādo debetur seruitus vię seu itineris. † Si autem debeatur seruitus aquęductus;dicas in libello. Ago contra talē, qui me prohibet ducere aquam per fundum suum positum in tali loco; cuius fines sunt tales, per quem fundum mihi est ius aquam ducere: vnde ne me prohibeat: ago vt sup. Eodē modo concipitur in aliis seruitutibus, & no. de hoc in arte, & dist.

SVMMARIVM.

1 *Actio negatoria cui detur & contra quem.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione negatoria.*

¶De actione negatoria. Cap. iij.

1 Si aliquis vult † vti seruitute ī fundo alterius,puta vię, itineris,actus,aquęductus:vel in domo mittere tigna,vel auertere stillicidiū: vt cadat in domo vel area eius, vel vti aliis seruitutibus,quæ multæ sunt: vt ff. de serui. vrb. præ. l.j.& ff.si seruitus ven.l.2.& ideo vt talis seruitus depellatur,prodita est de iure ciuili actio quædam in rem,quæ vocatur negatoria,quæ datur dño prædij, seu domus ꝺ illum qui seruitute prædij seu domus vti velit : ad hoc vt seruitus illa non imponatur, & sicut datur prima pro seruitute quærenda, quæ vocatur confessoria,ita & ista datur pro seruitute depellenda, & vocatur negatoria,& de his duabus seruitutibus tractatur.ff.si ser.ven.ī rub. & per tot.titu.& insti.de act.§.2 in hac actione sic forma libellū.
2 † Ago contra talem, cui cū non sit ius eundi per fundū meum, peto ipsum prohiberi,ne amodo vtatur via: & ad hoc propono negatoriam.Quòd rectè concipiatur,dicit.l.ff.si ser. vend.l.2.& l.loci.§.competit.Vel aliter.Ago contra talem,dicem ipsum nō habere ius vtendi, fruendi, eundi per fundum meum: vel habitandi in domo mea, vel tignum immittendi in parietem: vnde ipsum prohiberi peto,ne vtatur,fruatur, vel ne eat per fundum meum, vel ne habitet in domo mea, vel ne immittat tignum in parietem meam, & ad hoc propono negatoriam actionem, probatur.ff.si vsufru.pe.l.vti frui.primo respōso.

SVMMARIVM.

1 *Pater quam actionem habeat aduersus filium non emancipatum sibi obedire recusantem.*
2 *Libellus qualiter concipiatur in actione in rem præiudiciali, qua quęritur,an quis habeat &c.*
3 *Abbas qualiter formabit libellum contra monachum inobedientem.*
4 *Dominus qualiter libellum formabit contra vasallum,qui seruitia debita denegauit.*

¶De actione in rem præiudiciali, qua quæritur, an quis habeat filium in potestate. Cap. iiij.

1 Si filius tuus natus † ex te & vxore tua, quem non emancipasti: te patrem, & tibi obedire recusat, & exhibere reuerentiam filialem; habes ꝺ eum actionē in rem præiudicialem; per quam ipsum in potestatem tuam vē-
2 dicabis,& in hac sic forma libellum. † Ago contra talem, qui cum sit filius meus & in potestate mea, mihi denegat exhibere reuerentiam filialem: vnde ipsum in potestatem meam vēdico actione in rem præiudiciali. Quòd ita rectè cōcipiatur libellus:
3 dicit lex.ff.de rei vend.l.j.§.j. † eodem modo concipiet abbas ꝺ monachum, vel prior ꝺ canonicum regularem, vt dicat. Ago contra talem:qui cum sit monachus vel canonicus illius monasterij vel ecclesiæ,cuius sum abbas, vel prior, mihi vt suo prælato obedire recusat, vnde ipsum in meam potestatem peto vtili præiudiciali in rem, adiecta causa de iure canonum. Quòd ita
4 rectè concipiatur libellus,dicit.l.prædicta.† Eodem modo concipiet libellum dominus contra vasallum, si petit reuerentiam siue obedientiam debitam exhibere adiecta causa de iure feudorum. Si autem aliquis filium tuum detineat volentem vel inuitum dices. Ago contra R.qui filium meum qui est in mea potestate detinet, vnde ipsum filium meum vendico adiecta causa quiritum, probatur hoc ff.de rei vend.l.j.

SVMMARIVM.

1 *Dominus quam actionem habeat aduersus seruum obedire nolentem.*
2 *Libellus qualiter concipi debeat in actione in rem præiudiciali, per quam dominus vendicat seruum.*

¶De actione in rem præiudiciali per quam dominus vendicat seruum. Cap. v.

1 Si seruus tuus gerat † se pro libero, & tibi domino obedire recusat, habes contra eū in rem actionem præiudicialem, per quam ipsum in tuam potestatem & dominium vendicabis,vt ff.de rei ven.l.j.& inst. de act.§.
2 præiudiciales,& in hac actione sic forma libellum.† Ago ꝺ talē, qui cum sit seruus meus,tanquam liber se gerit,& mihi domino obedire recusat, vnde peto ipsum in seruitutem meam subijci, & mihi vt domino suo obediat,probatur iuribus præalleg.

SVMMARIVM.

1 *Actio in rem præiudicialis contraria datur seruo ascriptitio vel censito in libertatem proclamantibus.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in actione in rem prejudiciali contraria.*

¶De actione in rem præiudiciali contraria. Cap. vj.

1 Contingit sępe ꝙ seruus † proclamat de possessione seruitutis in libertatem,uel ascriptitius,vel censitus, vel vasallus tuus dicit se ex toto liberū, nec debere tibi in aliquo respondere, ideo videamus, quæ actio sibi competat, & certe datur eis contraria præiudicialis in rem, quod ita probo. Certum est, ꝙ dñs ꝺ illos habet actionē in rem præiudicialem,de qua diximus sup.& sicut dño datur directa in rem,ita istis debet dari ꝺria in rem, cum eadem sit causa ligandi & soluendi ducta in ꝺrium,vt ff.de verb. oblig. l. inter stipulan-
2 tem.§.sacram.vnde sic forma libellum.† Ago contra talem,qui cum sim in possessione libertatis,vel cum sim liber,ipse me impedit & statum meū diffamat, dicendo me suum seruum esse, vnde meipsum in libertatem vendico,& ne amodo me in libertate impediat, nec statum meum diffamet: ago contra eū proponens contrariam actionem in rem præiud. In ascriptitio uel censito formabis ita libellum. Ago contra talem, qui dicit me ascriptitium uel cēsitum suum esse, cum sim liber & ingenuus, vnde meipsum in ingenuitatem & libertatem uendico, & ad hoc propono contrariam actionem in rem &c. Quòd ita rectè concipiatur libellus, patet per ea quæ sup.in prin.notaui.

SVMMARIVM.

1 *Petitio hæreditatis competit succedenti ex testamento, vel ab intestato.*
2 *Libellus qualiter sit in petitione hereditatis formandus.*

¶De petitione hæreditatis. Cap. vij.

1 Contingit,quòd aliquo decedente,† aliquis sibi succedit ex testamento,vel ab intestato:quia proximior est,& isti succedenti de iure ciuili competit directa hæreditatis petitio, quę ipsa ciuilis est,ut ff.de pet.hæred.l.item ueniunt.§. pridie.& ff.de rei uen. l.2. nam succedenti de iure prætorio aliæ petitiones hæreditatis competunt.s.possessoria & fideicommissaria, de quib. sup. in tractatu prætoriarum in specialibus rubricis diximus. in
2 actione autem ista sic forma libellum.† Ago contra T.qui possidet seu tenet hæreditatem Lucii Titii, seu bona quæ fuerūt Lucij Titij,cui Titio ex testamento uel ab intestato tanquàm proximior successi. unde ꝙ ipsam hæreditatem seu bona restituat, ago contra ipsum, & ad hoc propono petitionem hæreditatis. Quòd ita rectè cōcipiatur libellus,probatur.ff.l.1.2.& 3.nec credat aliquis, ꝙ in eodem libello proponam utranque.s.ex testamento, uel ab intestato:quia hoc esse non potest,ut C. de codicil.l.ult.sed alteram tantum, causa tamen breuitatis in libello utraque comprehenditur. Et nota, ꝙ de materia ista tractatur abundantius in art. 1.& 2.dist.

SVMMARIVM.

1 *Actio finium regundorum cui competat,contra quem,& pro qua re.*
2 *Libellus qualiter concipiatur in actione finium regundorum.*

¶De actione finium regundorum. Cap. viij.

1 Si habentes confinia † quæstiones inter se mouent & faciūt, siue quia unus de finibus alterius occupat, siue quia non patitur uicinum fines imponere,siue quia exarauit fines uel remouit in totum uel in partem,subuenitur ei per actionem finium regūdorum.ut ff.eod.l.j.& l.sed & loci.§.sed & si quis.in hac actione sic
2 forma libellum.† Ago contra talem,qui me uolentem ponere fines inter prædium meum & suum, quæ sunt confinia prohibuit.unde ꝙ cōmodis finibus distinguatur, & ne prohibeat me uolen-

Source : BIU Cujas

uolentem fines diſtinguere, ago contra eum, & propono actionem finium regun. Quòd ita rectè concipiatur libellus, probatur ff.eod.l.1.& inſti.de of.iu.§.finium regundorum. Et nota, ꝙ de materia iſta liberius tractatur in arte.diſt.6.

SVMMARIVM.

1 *Actio familiæ erciſcundæ cui detur, & pro qua re.*
Inuitus nemo in communione detinetur.
2 *Libellus qualiter in actione familiæ erciſcundæ ſit formandus.*

¶De actione familiæ erciſcundæ. Cap. ix.

1 Si hæredes, qui ſuccedunt † uel ex teſtamento, uel ab inteſtato uolunt hæreditatem diuidere, vel omnes: vel aliquando vnus, vt ff.eo.l.2.§.dubitandum. quia nemo inuitus detinetur in communione, vt C. communi diui. l.vltima. & ideo inuenta eſt hæc actio famil.erciſ. vt hæredes volentes a communione recedant, vel diſcedant: vt ff. famil.erciſ.
2 l.j. in hac actione concipiet actor ita libellum. † Ago ego S. contra te cohæredem meum, vt hereditatem Titij, quæ inter nos eſt communis, diuidamus, cui Titio ab inteſtato vel ex teſtamento ſucceſſimus: & ad hoc propono act.famil.erciſ. Vel ſic. Ago contra Titium, qui cum ſit cohæres meus in hæreditate Seij, cui ex teſtamento ſucceſſimus, vel ab inteſtato, ipſam hæreditatē non vult mecum diuidere, vel in ea diuidenda ſecum conuenire ſeu concordare non poſſum. vnde hæreditatem illam diuidi peto & propono actio. famil. erciſ. Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicit.l.ff.famil.erciſ.l.j.& inſtit.de offi.iudi.§.fam.erciſ.

SVMMARIVM.

1 *Actio communi diuidundo, quando concedi dicatur.*
2 *Libellus in actione communi diuidundo qualiter formetur.*

¶De actione communi diuidundo. Cap. x.

1 Si rem aliquam habes † cum aliquo cōmunem, ſiue ex ſocietate, ſubaudi cōtracta, ſiue ex alia cauſa, puta ex ſocietate incidenti, vel quia tibi & illi res illa eſt legata vel alio modo eſt communis: & vis a communione diſcedere: & rem illam pro parte diuiſa poſſidere, cōpetit tibi communi diuidundo actio, vt ff.eod. l.j. & 2. vnde ſic
2 forma libellum. † Ago contra Titium, cum quo habeo rem talem communem, quam volo ſecum diuidere. vnde eam diuidi peto, & propono actionem communi diuidundo. Quòd ita rectè concipiatur libellus, dicit.l.inſti.de offi.iud.§. eo quoque. & ff.eod.l.j.& 2.

SVMMARIVM.

1 *Condictio certi generaliſſima quando locum habeat.*
2 *Libellus qua forma poſſit concipi in certi condictione generaliſſima.*

¶De certi condictione generaliſſima. Cap. xj.

1 Hæc actio competit, quoties † aliquid certum petitur ex omni obligatione & omni cauſa, ex omni contractu: ſiue certo, ſiue incerto, ſiue ex cauſa legati, ſiue ex l.Aquil ſiue ex cauſa furtiua, ſiue ex ſenatuſconſul. certum quid debeat reſtitui: & vt breuiter dicam, ex omnibus contractibus competit, & ex omnibus cauſis, ex quibus certum petitur, vt probantur hæc.ff.ſi cer.pet.l.certi cond.§.primo, & §. competit. & §. ſed & ſi ex ſenatus. & §. qñ
2 igitur. in hac actione ſic forma libellum † Ago contra talem, a quo peto centum, quæ debet: quia promiſit mihi, vel ex tali cā, vel vt det mihi domum talem, cuius fines ſunt tales, quam domū vēdidit mihi, vel vt det mihi centum, quæ legata ſunt mihi in teſtamento Titij, cui Titio ipſe ſucceſſit, vel vt det mihi centum, quæ dare debet: quia damnum mihi dedit in re tali, quod damnum centum eſtimo, vnde prædictam quātitatem ſeu rem peto & compono certi condi.genera. Quòd ita rectè concipiatur libellus, probatur per ll.præalleg.

SVMMARIVM.

1 *Promittens rem certam ad illam reddendam tenetur certi condictione ex ſtipulatu.*
2 *Libelli forma quæ ſit in certi condictione ex ſtipulatu.*

¶De certi condictione ex ſtipulatione. Cap. xij.

1 Si aliquis rem † certam mihi promiſit, tenet̄ mihi ad illam rem reddendam certi condictione ex ſtipulatu, vt inſtit.de verb.oblig.in prin.& ff. ſi cert.
2 pe.l ſi quis certum. in hac actione ſic forma libellum. † Ago ꝯ talem qui mihi interroganti promiſit ſe datutum mihi 10. lib. Bonon. pro codice quē ſcripſi ſibi, vel pro patrocinio quod ſibi in cauſa tali præſtiti, vnde vt mihi det & ſoluat illas 10. lib. Bonon. ago contra ipſum, proponens certi cond. ex ſtipulatu. Quòd ſic rectè concipiatur, dicunt iura præalleg.

SVMMARIVM.

1 *Condictione certi ex mutuo tenetur quis ad reſtituendum, quòd mutuò accepit.*

¶De certi condictione ex mutuo. Cap. xiij.

1 Si alicui mutuaſti † pecuniam, vel illud quod ꝙtinetur pondere, vel menſura, tenetur tibi reſtituere illud certi condictione ex mutuo, vt ff.ſi cert.pet.l.j.& 2.& inſti.qui.mo.re contra.ob.in prin. & in ea ſic forma libellum. Ago cōtra talem, a quo peto 10.lib.Bonon. vel 10.amphoras vini, vel 10.marchas auri: quas ſibi mutuaui: vnde ꝙ prædictas mihi ſoluat, ago contra ipſum, & propono certi condi.ex mutuo, probatur.ff.de triti.l.j.

SVMMARIVM.

1 *Condictio triticaria quæ ſit, & a quo fuerit introducta.*
2 *Libellus qualiter formandus ſit in condictione triticaria.*

¶De condictione triticaria. Cap. xiiij.

1 Sicut prima condictio † eſt generalis, ſic eſt alia generalis, quæ vocatur triticaria a Triticio eius auctore, forte triticaria ꝙ quam petitur omnis res, ſiue ſit certa, ſiue incerta, ſiue corporalis, ſiue incorporalis, excipitur ſola pecunia mutuata, vt ff.de tri. l.j.& in ea ſic forma libellum. † Ago contra talem: a quo peto rem talem puta equum talem. & ſic pro re certa, vel peto equū: & ita in genere: & ſic pro re incerta, quem equum mihi debet ex tali cauſa: puta quia promiſit vel adijcies aliam cauſam. vnde ꝙ prædictum equum mihi ſoluat, ago contra ipſum, & propono condi. triti. probatur hoc.ff.eod.l.j. Et nota ꝙ de hoc plenius notatur in arte diſtin.5.

SVMMARIVM.

1 *Condictio ob cauſam, quando concedatur.*
2 *Libellus quomodo concipiendus ſit in condictione ob cauſam.*

¶De condictione ob cauſam vel cauſa data cauſa non ſequuta. Cap. xv.

1 Si tu das aliquid † alicui propter aliquam cām, & cauſa illa non ſit ſequuta: repetere poteris, quod dediſti per condictionem ob cauſam, vt ff. de cōdictione ob turpem cauſam.l.prima, vnde ſic forma libel-
2 lum. † Ago ꝯ talem, cui dedi 10. ut ſeruum manumitteret, quod cum non fecerit, decem quæ dedi, peto mihi reſtitui, & propono condi.ob cām. Quòd ita rectè cōcipiatur libellus, probatur ff.de condi.cauſa data cau.non ſe.l.dedi.& l.ſi pecuniam.

SVMMARIVM.

1 *Datum ob turpem cauſam repetitur condictione ob turpem cauſam.*
2 *Libellus qualiter concipiatur in condictione ob turpem cauſam.*

¶De condictione ob turpem cauſam. Cap. xvj.

1 Si aliquid datur alicui † ob turpem cām interueniente turpitudine ex parte accipientis, & tunc ſolutum repetitur cōd. ob
2 turpem cauſam, vt ff.eo.l.1.§.ult.& in ea ſic forma libellū. † Ago contra Titium, cui dedi decem ne me occideret, uel ne tale maleficium commiteret, unde illa decem repeto, & propono condictionem ob turpem cauſam, probatur hoc.ff.eo.l.1.

SVMMARIVM.

1 *Datum ſine cauſa promiſſum repeti poteſt condictione ſine cauſa.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in condictione ſine cauſa.*

¶De condictione ſine cauſa. Cap. xvij.

1 Contingit † aliquando, quòd nulla cauſa præcedēte qs promittit alicui decem nel credēs ſe teneri ad illa 10. ſoluit illa, uel forte cauſa aliqua iuſta præcedente tenebaris ad illa decem cauſa facta iniuſta, ut habes in fullone exemplum, ut ff. de condictione ſine cauſa.l.2.in omnibus iſtis caſibus ſuccurritur obligato ſeu ſoluenti, ut obligationem uel ſolutum per condictionem ſine cauſa condicat, ut ff.de cōdi.ſine cauſa.l.nihil. & l.qui
2 ſine cauſa, & in ea ſic forma libellum. † Ago contra talem, cui ſine cauſa ſolui 20.lib.uel ex iniuſta cauſa, uel quia cauſa ſequuta non eſt, uel facta eſt iniuſta. unde illa 20.ſoluta repeto & propono condi.ſine cauſa.probatur.ff eod.l.1.& l.qui ſine. Vel ſic. Ago contra talem, qui ſine cauſa promiſit 10. unde illam obligationem condico, uel ſic ꝙ debeat me ab illa obligatione liberare: ago contra ipſum, & propono &c. Quòd ita rectè concipiatur libellus, probatur per iura præalleg.

SVMMARIVM.

1 *Indebitum ſolutum repeti poteſt condictione indebiti.*
2 *Libellus qualiter ſit formandus in condictione indebiti.*

¶De condictione indebiti. Cap. xviij.

1 Si aliquis ſoluat quid indebitū, † ſuccurritur ſoluenti: quia poteſt ſolutum repetere per condictionem indebiti. Et dicitur indebitum trib.modis, de quo latius in arte, in hac autem actione ſic forma libellū.
2 † Ago contra talem: cui credens me debere 20. ſolui cum non deberem, unde illa 20.ſoluta ſibi ab eo repeto: & propono condictionem indebiti. Quòd ita rectè concipiatur libellus, probatur.ff.eo.l.1.& 2.& ferè per totum.

SVMMARIVM.

1 *Condictio furtiua datur aduerſus ſurripientem furto rem mobilem.*
2 *Libellus quomodo in condictione furtiua ſit formandus.*

¶De

Source : BIU Cujas

¶De condictione furtiua. Cap. xix.

1 Si aliquis aliquam † rem mobilem ꝑ furtum furripuit, habes contra furem condictionem furtiuam: per quam tenebitur reſtituere illam in qua ſic forma lib. † Ago ego S.contra R. qui mihi furripuit codicem meum,unde ipſum codicem ab ipſo condico, & propono condi.furti.Quòd ſic rectè concipiatur libellus,probatur.ff.eo.l.1.& l.cum ex cauſa.

2

SVMMARIVM.

1 *Condictio ex lege quæ ſit, & quando concedatur.*
2 *Libelli forma quæ ſit in condictione ex lege.*

¶De condictione ex lege. Cap. xx.

1 Eſt alia condictio † quæ vocatur condictio ex lege, quoties per legem inducitur obligatio,& non eſt cautum in eadem lege, quo genere actionis agatur,vt ff.de condi.ex lege.l.j.vnde ſi mihi donaſti rem aliquam,& eam mihi non tradis,agam ſic.† Ago contra Titium qui mihi rem talem donauit, vnde ꝑ eam mihi tradat, propono cond.ex lege,vt C.de dona.l.ſi quis argentum.& inſti. de act.§.aliæ.

2

SVMMARIVM.

1 *Actio ad exhibendum datur pro re mobili vendicata ab alio poſſeſſa.*
2 *Libellus qualiter debeat formari in actione ad exhibendum.*

¶De actione ad exhibendum. Cap. xxj.

1 Si aliquis rem tuam mobilem† poſſideat,vel ſi tua non eſt, ius tamen habes in ea,vel aliàs tua intereſt,& ſi vis eam vendicare,vel alio modo, pro re illa agere potes acti. ad exhibend. per quam actionem exhibebit tibi reus rem illam, vt habeas copiam rei videndæ,palpandæ,tangendæ,& cognoſcendæ, quæ exhibitio fiet coram iudice,vt ff.eod.l.j.& 2.vnde in hac actione ſic forma libel-
2 lum. † Ago contra talem, qui rem talem poſſidet, ſiue tenet, quam dico meam eſſe, vel mihi obligatam ꝑ 20. a tali, vel quia vſumfructum in ea habeo,vnde rem illam ab eo exhiberi peto, & propono actionem ad exhibendum. Quòd ita rectè concipiatur libellus, probatur. ff.eodem. l. in hac actione. § tertio, ideo dico rem talem, vt deſignet ſigna. Item ideo pono multas cauſas: quia poteſt tua multipliciter intereſſe, vnam cauſam tamen proſequaris.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex empto emptori competit aduerſus venditorem.*
2 *Libellus quomodo in actione ex empto ſit formandus.*

¶De actione ex empto. Cap. xxij.

1 Si rem aliquam emiſti † tibi emptori cõpetit actio ab aliquo contra venditorem,vt vel rem tradat,vel tibi intereſſe præſtet, & vocatur actio iſta ex empto,vt ff.de act.emp.& ven.l.j. & l.ex
2 empto.in princ.& in ea ſic forma libellum.† Ago contra talem, qui vendidit mihi rem talem,pro decem: vnde quod rem illam tradat mihi,& potiorem me in poſſeſſione faciat,vel vt intereſſe meum.quod æſtimo 20.præſtet,ago contra ipſum, & propono actionem ex empto.Quòd ita rectè concipiatur libellus,dicit.l.ff.de act.empt l.j.& C. eo. l.ſi traditio.

SVMMARIVM.

1 *Venditor pretium rei venditæ petet actione ex vendito.*
2 *Libellus qualiter concipi debeat in actione ex vendito.*

¶De actione ex vendito. Cap. xxiij.

1 Sicut emptori † præcedentem actionem iura ſuccurrunt, ſic & venditori ſubuenitur per actionem ex vendito ad pretium petẽdum ab emptore:vt ff.de actio.emp.l.Iul.§.ex vendito. & in ea ſic forma libel-
2 lum.† Ago contra Titium cui vendidi equum, vel librum, vel domum pro decem.vnde vt ſoluat mihi illa decem,ago contra eum,& propono actionem ex vendito. Quòd ſic debeat concipi libellus dicunt. ll. præallegatæ. Et nota ꝙ de materia iſtarum duarum actionum tractatur in art.l.diſtinctione.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex conducto quando detur conductori aduerſus locatorem.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione ex conducto.*

¶De actione ex conducto. Cap. xxiiij.

1 Si colonus vel † inquilinus cõducit domum vel prædium,& locator nõ vult rem locatam tradere,vel eſto ꝙ tradat,non vult cætera præſtare,ad quæ tenetur: ideo prodita eſt actio ex conducto, quæ datur conductori contra locatorem,vt ff.loca.l.ex conducto, & in ea ſic forma libel-
2 lum.† Ago contra Titium, a quo conduxi domum talem vſq; ad annum vnum pro decem ſolidis, quam domum mihi ad habitandum aſſignare contradicit, vnde ꝙ ipſam domum mihi aſſignet, ago contra eum, & propono actionem ex conducto. Quòd ita rectè concipiatur libellus,dicit.l.præallega.

SVMMARIVM.

1 *Locator actionem ex locato habet ad penſionem petendam.*
2 *Libelli forma qualis ſit in actione ex locato.*
3 *Locator qualiter formabit libellum contra conductorem rem conductam reſtituere nolentem.*

¶De actione ex locato. Cap. xxv.

1 Sicut ex conducto † datur conductori actio, ita ex locato datur locatori ad mercedem ſeu penſionem ſuam petendam. vnde locato
2 ſic concipiet libellum.† Ago cõtra M. cui locaui domũ meam pro 10.ſol.vnde vt illa 10.mihi ſoluat,ago contra ipſum,& propono actionem ex locato,probatur.ff.locati.l.j.§.j.& l.ſi in lege.
3 §.ſi domus.& l.dominus. §. vlt.† Si autem finitum eſſet tempus conductionis,& non vult rem reſtituere, dices ſic. Ago contra talem:cui cum locaſſem domum meam pro decem vſq; ad annum, & finitum ſit tempus conductionis, quòd illam domum meam mihi reſtituat,propono vt ſup.probatur.ff.locati.l.videamus.§.qui vinum.& C.eo.l.ſi quis conductionis.

SVMMARIVM.

1 *Periculum contingens in re conducta cuius cedat intereſſe.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in actione oneris aduerſi.*

¶De actione oneris aduerſi. Cap. xxvj.

1 Contingit ſæpe, ꝙ conductor † recipit in ſe periculum rei conductæ ſpeciali pacto interueniente,aliàs autem periculum ſi in re locata contingit,reſpicit locatorem:cum conductor non teneatur, niſi dolo,lata & leui culpa,vt ff.eo.l ex cõducto.& ff.commo.l.ſi vt certo.§.j.& C.loca.& conduc.l.in iudicio.& ideo contra conducto rem ꝑdita eſt actio ſpecialis,quæ vocatur oneris aduerſi, in qua
2 ſic forma libellum. † Ago contra talẽ, qui cum a me tale opus, puta domum, vel turrim ædificandam conducerit ſuo periculo, & ſpecialiter omnes caſus & pericula fuerunt ſpecificata,puta ruinæ,caſmatis,incendij &c.& interea illud opus caſmate vel ruina perierit, ago contra eum, & peto intereſſe meum, quod æſtimo 20. intantum intereſſe mea illud opus non eſſe peremptum, & ad hoc propono actionem oneris aduerſi. probatur ff.loca.& conduc.l.in naue.& l.opus.

SVMMARIVM.

1 *Actio pro ſocio cui competat & quando.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione pro ſocio.& nu.3.*

¶De actione pro ſocio. Cap. xxvij.

1 Si aliqui faciunt † ſocietatem inter ſe, agũt act. pro ſocio, in qua ſic forma li-
2 bel.† Ago contra talem quondam ſocium meum:cum quo ſocietatem contraxi omnium bonorum,de ſocietate peruenerũt ad eum res tales.vnde ut illas pro parte mihi debeat communicare, ago contra illum & propono actionem pro ſocio,probatur.ff.pro ſocio.l.ſi quis ſocietatem. uel ſic. † Ago contra talem
3 cum quo habui & contraxi ſocietatem talis rei,ex qua ſocietate tot fructus percepit,uel tantam pecuniam. unde ut partem illorum uel illius pecuniæ mihi præſtet,ago contra ipſum & propono actionem pro ſocio.probatur.ff.communi diui.l.j.& ff.eo. pro ſocio.§.vlt.& l.ſi actio.& l.cum duobus.§. ſi quis ex ſociis.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ſuſcipiens ad negotia gerenda tenetur actione mandati directa.*
2 *Libellus qualiter concipi debeat in actione mandati directa.*

¶De actione mandati directa. Cap. xxviij.

1 Si aliquis mandat tibi ut eiꝰ negocia geras † & tu mandatum ſuſcipis,tene-
2 ris ſibi actione mandati,in hac actione ſic forma libellũ. † Ago contra Titium,cui mandaui,vt negotia mea gereret,uel equũ, uel librum mihi emeret,& ipſe mandatum ſuſcipiens, negotia mea non geſſit, vel geſſit, ſed male. unde cum mea intereſt in 10.ideo illud intereſſe peto, propono actionem mandati directam.Quòd ita rectè concipiatur libel.dicit lex. ff.mand. ſi procuratorem.§.mandati actio.& l.ſi remunerandi.§.j.

SVMMARIVM.

1 *Mandatario expenſas facienti pro mandato exequendo ſubuenitur actione mandati contraria.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione mandati contraria.*

¶De actione mandati contraria. Cap. xxix.

1 Si aliquis propter mandatum † ſibi iniunctum aliquas impenſas faciat, hẽt contrariam actionem mandati, per quam impenſas recuperat,
2 & in ea ſic forma libellum.† Ago contra T.qui cum mihi mandaſſet,ut domum ſibi pro uiginti emerem,& ſolui illi 20.& cum mandaſſet, ut pro eo fideiuberem penes talem creditorem, in 10. fideiuſſi & ſolui. unde ut 20 uel 10. quæ ſolui mihi præſtet, ago cõtra ipſum, & ad hoc propono actionem manda. contra.

Quòd

Quòd ſic rectè concipiatur libellus, probatur. ff. eo. l. ſi verò non remunerandi. §. contrario.

SVMMARIVM.

1 *Deponens aliquid penes aliquem ad id repetendam habet actionem depoſiti directam.*
2 *Libellus qualiter concipiatur in actione depoſiti directa.*

¶De actione depoſiti directa. Cap. xxx.

1 Si aliquam rem † depoſuiſti penes aliquem, habet locum actio depoſiti ad rem repetendam, vt ff. eo. l. j §. j. & inſt. qui. mo. re contra. ob. vnde in ea ſic forma libellum. † Ago contra talem, penes quem depoſui talem rem, cuius ſigna ſunt talia. vnde vt illam rem mihi reſtituat, ago contra eum & propono actionem depoſiti directam. Quòd rectè cõcipiatur libellus probatur. ff. eo. l. j. §. j. & §. ſi rem. & §. ſi quis aurum.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitario in re penes eum depoſita expenſas facienti ſuccurritur actione depoſiti contraria.*
2 *Libellus quomodo formetur in actione depoſiti contraria.*

¶De actione depoſiti contraria. Cap. xxxj.

1 Si verò aliquis in re penes eum depoſita, † expenſas faciebat, locum habet contraria
2 depoſiti, in qua ſic forma libellum. † Ago contra talem qui cum depoſuiſſet penes me rem talem, puta equum, vel ſeruum, in illo equo vel ſeruo impendi 10. vnde vt illa decem mihi reſtituat, vel præſtet, ago contra ipſum & propono actionem depo. contra. Quòd ſic rectè concipiatur libell. probatur. ff. eod. l. ei apud quem. & lege actione.

SVMMARIVM.

1 *Tutor ad reddendam adminiſtrationis rationem conueniri poteſt per tutelę actionem.*
2 *Libellus ſub qua concipi poſſit forma in actione tutelę.*

¶De actione tutelę. Cap. xxxij.

1 Si aliquis fuit tutor alicuius † poteſt cõueniri actione tutelę, vt reddat rationẽ adminiſ-
2 trationis & reliqua præſtet, in hac ſic forma libellũ. † Ago cõtra M. meum olim tutorem, teſtamentarium, legitimum, ſiue datiuum, vt reddat mihi rationem adminiſtratæ tutelę per eum, vel ab alio, propono actionem tutelæ. probatur. ff. de tute. & ratio. diſt. l. j. §. j.

SVMMARIVM.

1 *Tutor pro expenſis quas fecit in adminiſtratione habet actionem contrariam tutelę.*

¶De actione tutelę contraria. Cap. xxxiij.

1 Si cut contra tutorem datur † actio tutelæ, ita & ipſi tutori competit contraria propter expenſas quas fecit in adminiſtratione illa, vt ff. de contra. tute. in ver. de hac ad præſens non tracto, qa tractaui ſup. de actione tutelæ, & protute. contra. in trac. primo.

SVMMARIVM.

1 *Actio commodati cui competat & quando.*
2 *Libellus qualiter in actione commodati ſit formandus.*

¶De actione commodati. Cap. xxxiiij.

2 Si aliquis commodauit † rem aliquam mihi, vel alicui, tenetur eam reſtituere per actionem commodati, in qua ſic forma
2 libellum. † Ago cõtra Titium cui commodaui equum meum vt iret vſque Bononiam, quo cũ iuerit & redierit, vnde vt mihi equuum meum reſtituat, ago contra ipſum, & propono actionem commodati directam, probatur ff. eo. l. j. & l. 3. & inſti. quib. mo. re contra. ob. §. item is cui.

SVMMARIVM.

1 *Commodatarius expenſas quas fecit in re commodata recuperat actione commodati contraria.*
2 *Libellus qualiter in actione commodati contraria ſit concipiendus.*

¶De actione commodati contraria. Cap. xxxv.

1 Si feciſti expenſas in re commodata † præter cibaria, poteris recuperare per contrariam commodati actionem, in qua ſic forma libellum.
1 † Ago contra Titium, a quo peto mihi reſtitui, vel ſolui 20. nomine expenſarum, quas feci in ſeruo, quem mihi commodauit, propono actionem commoda. cõtra. probatur. ff. eo. l. in rebus. §. poſſunt. & l. in commodato. §. contrariam.

SVMMARIVM.

1 *Actio pignoratitia datur debitori pignus recuperare volenti.*
2 *Libellus quomodo debeat concipi in pignoratitia actione directa.*

¶De pignoratitia actione directa. Cap. xxxvj.

1 Contingit, quòd debitor ſoluta † pecunia creditori, vel alio modo ſibi ſatisfacit, vnde pignus liberatum videtur, ꝓ-
2 terea datur debitori pignoratitia actio, per quam tenetur creditor ſibi reſtituere pignus: vt ff. de pigno. ac. l. ſi rem alienam. §. proprie. & §. omnia. & inſti. quib. mod. re contra. ob. §. vlt. in hac actione ſic forma libellum. † Ago contra Titium cui obligaui pignus meum pro decem lib. quas mihi mutuauit, & quas ſibi ſolui. vnde peto vt illud pignus mihi reſtituat, & ꝓpono actio. pignoratit. probatur. ll. præalleg.

SVMMARIVM.

1 *Creditori quando competat actio pignoratitia contraria.*
2 *Libellus ſub qua concipiatur forma in pignoratitia actione contraria.*

¶De pignoratitia contraria. Cap. xxxvij.

1 Si creditor fecit expenſas † in pignore, dummodo non ſint maximę nec oneroſę: quia neque delicatus debitor, neq; oneroſus creditor audiendus eſt, ut ff. de pig. act. l. ſi ſeruos. C. de pig. l. in ſumma. poteſt illas recuperare per contrariam pignoratitiam. Item & ſi decepit debitor creditorem dando ęs pro auro pignori, vt ff. eo. l. j. §. vlt. vel dando ei rem alii obligatam, quæ non ſit ſuffectura duobus: vt ff. eo. l. ſi quis in pignore. vel ponendo aliquem, qui pignus reciperet quaſi pecuniam ſoluturus: ut ff. eo. l. ſi quaſi. uel ſi rẽ alienam dederit pignori: vt ff. eo. l. tutor. §. contrariam. in hac actio-
2 ne ſic forma libellum. † Ago contra Titium qui mihi obligauit codicem pro decem, qui eſt alicuius, vel alii obligatus, & nõ ſufficit vtrique pro debito. vnde vt det mihi aliud pignus ę que idoneum propono contrariam pignoratitiam. Quòd ſic rectè concipiatur libellus probatur, argumen. ff. de conſtit. pec. l. qui autem. §. penult.

SVMMARIVM.

1 *Actio in factum præſcriptis verbis cui detur & contra quem.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione in factum præſcriptis verbis.*

¶De actione in factum præſcriptis verbis. Cap. xxxviij.

1 Si aliquis contraxit tecum † & eſt in illo contractu pactũ appoſitum incontinenti vel paulo poſt, quod non ſit ſtipulatione vallatũ, datur actio in factum præſcriptis verbis, in qua ſic forma libel-
2 lum. † Ago contra Titium, cui cum vendidiſſem codicẽ meum pro 10. in ipſo contractu incontinenti conueni ſecum, ꝙ illum commodaret mihi pro exemplari: quem codicem cum ſibi tradiderim, peto vt illum ad exemplar mihi concedere debeat, ꝓpono act. in factum præſcriptis verbis. Quòd ita rectè concipiatur libellus probatur ff. de præſcri. verbis. l. naturalis. & C. de rer. permu. l. rebus. & l. ex placito.

SVMMARIVM.

1 *Actio præſcriptis verbis eſtimatoria quando concedatur, & pro qua re.*
2 *Libellus qualiter concipiatur in actione præſcriptis verbis eſtimatoria.*

¶De actione præſcriptis verbis eſtimatoria. Cap. xxxix.

1 Si aliqua res datur † alicui vendenda pro 10. neque res, neq; 10. reddatur, competit danti actio præſcri. ver. eſtimatoria, per quam aut res aut 10. reddantur, vt ff. de eſtima. ac. l. j. & in ea ſic forma libel.
2 † Ago contra M. cui dedi codicem meum vendendum pro 10. vnde vt illa 10 ſmihi præſtet, vel ipſum codicem incorruptum, ago contra illum & propono actio. in factum præſcriptis verbis eſtimatoriam. Quod ita rectè concipiatur libellus, dicit lex præallegata.

SVMMARIVM.

1 *Actio præſcriptis verbis ex permutatione quæ ſit, & quando tribuatur.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in actione præſcriptis verbis ex permutatione.*

¶De actione præſcriptis verbis quæ ex permutatione oritur. Cap. xl.

1 Si conuentio ſit facta † de permutando codice tuo cum digeſto meo, & ego tradidi tibi digeſtum meum, & tu non vis tradere codicem, competit mihi actio præſcriptis verbis ex permutato vel ex permutatione, ut ff. eo. l. 2. & C. eo. l. ex placito, & in ea ſic
2 forma libellum. † Ago contra M. qui cum conueniſſet mecum de permutando codice ſuo tali, videlicet cum tali digeſto meo, & ego dederim ſibi digeſtum, codicem prædictũ mihi dare recuſat. unde ut illum codicem mihi det, ago contra ipſum & ꝓpono ac. in factum præſcriptis verbis ex permuta. ita concipies, qñ vis habere codicem; ſi autem velles agere ad intereſſe vt potes, dicas, vnde quia codicem mihi dare recuſat, ago ad intereſſe meum, quod eſtimo 10 & propono vt ſup. vel ſi vis repetere digeſtum, potes per condictionem ob cauſam. Quòd ſic concipi. libellus. & ꝙ iſta tria auxilia competant, dicunt iura. C. eod. titu. l. cum precibus. & l. qñ. & l. rebus. & l. penul. & vlt. & ff. eo. l. j. & 2.

SVMMARIVM.

1 *Actio in factum ſubſidiaria competit, quotieſcunque actio deficit, quam ęquum eſſet dari.*
2 *Libellus ſub qua debeat concipi forma in actione in factum ſubſidiaria.*

¶De actione in factum generaliſſima & ſubſidiaria. Cap. xlj.

1 Hæc actio in factum ſubſidiaria eſt † oĩum actionum: nã quoties deficit actio, & eſt ęquum actionem dari, datur actio in factum ſubſidia.

Source : BIU Cujas

ſubſidia.vt ff.de præſcrip.ver.quoties. Et dicit lex alibi de iſta actione, ꝙ hæc eſt illa in factum, cuius tenor in multis & varijs iuris articulis eſt admiſſus, ut C. de ſacroſanct. eccleſi.l.ſancimus. Patet ergo ſpecialiter tradendo doctrinam de libellis formandis componere non poſſe.exempli tamen gratia, vnicum libellum ſubijciam. † Ago contra talem, qui frumentum meum ſeminauit, uidelicet vnum corbē, uel plantam meam plantauit, quam æſtimo 10.vnde vt prædicta 10.mihi ſoluat, ago contra ipſum & propono actionem in factum. Quòd ita concipiatur libellus, probatur.ff.de rei vend l.in rem.

SVMMARIVM.

1 *Actio in factum ex re iudicata cui & contra quem ſit conceſſa.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione in factum ex re iudicata.*

De actione in factum ex re iudicata. Cap. xlij.

1 Hæc actio datur illi † pro quo lata eſt ſententia contra eum aduerſus quem eſt lata, de qua habes.C.de rebus cred. & iureiur.l.actori.uerū alibi uocatur actio iudicati: vt ff.de re iudi.l.ſi ſe non obtulit.& l.miles.§ decem.&
2 l.vlti.C.eo.l j.& in ea ſic forma libellum. † Ago cōtra M. a quo peto decem mihi ſolui & dari, in quibus fuit mihi per ſententiam Titij iudicis condemnatus, propono actionem in factum quæ oritur ex re iudicata, probatur legibus præalleg.

SVMMARIVM.

1 *Actio in factum oritur ex confeſſione coram quinque teſtibus rogatis facta.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione in factum ex confeſſione orta.*

De actione in factum uel vtili quæ oritur ex confeſſione. Cap. xliij.

Si quis confiteatur ſe tibi habere decem, ſiue in iudicio, ſiue extra coram quinque rogatis teſtibus, ex hac
1 actione oritur † actio in factum, & ideo in factum: quia confeſſus fuit informiter, ideſt, cauſa non adiecta: & in ea ſic forma li-
2 bellum. † Ago contra M. a quo peto decem, uel rem certā mihi dari & ſolui, quæ decem fuit confeſſus in iure, vel extra ius coram rogatis quinque teſtibus, me præſente ſe mihi dare debere, & propono contra eum actionem in factum ex confeſſione. Si autem confeſſus eſt formiter, ideſt, cauſa adiecta, puta ſe debere ex cauſa emptionis uel mutui, tūc dabitur vtilis ex vendito, vel utilis certi condictio contra illum, ſicut daretur directa ex uero contractu: vt ff.de interroga.actio.l de ætate.§. qui interrogatus, in qua ſic forma libellum. Ago contra R. a quo peto decem, quæ fuit confeſſus, vt ſupra, ex contractu venditionis uel mutuo. vnde propono contra ipſum vtilem actionem ex uendito, uel utilem certi condictionem. Quòd ita recte concipiantur libelli, probatur per iura ſupra allegata.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex ſtipulatu pro dote duplex eſt, & cui concedatur.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione ex ſtipulatu pro dote.*
3 *Vxor qualiter dotem repetat matrimonio ſoluto.*

De actione ex ſtipulatu pro dote. Cap. xliiij.

1 Hæc actio duplex † inuenitur, vna quæ datur marito ad dotem petēdam a muliere uel eius patre: alia quæ datur vxori uel hæredi ipſius ad repetendam dotē ſoluto matrimonio morte viri uel diuortio. vnde maritus cui
2 dos eſt promiſſa ſic agit. † Ago contra M. qui promiſit ſe daturum centum in dotem pro tali vxore mea, quam dotem mihi ſoluere & dare recuſat. vnde quòd illa centum mihi ſoluat & det, ago contra ipſum & propono actionē ex ſtipulatu. Quòd ita debeat concipi libellus probatur.C de rei uxo.actio.l.vnica.
3 circa princip. † Vxor autem ſic repetit dotem ſoluto matrimonio. Ago ego B. contra R.& S.hæredes mariti mei, vt reddant, ſeu ſoluant, uel reſtituant centum, uel domos, uel uineas, quas inęſtimatas dedi in dotem quondam marito meo, cum fructibus inde perceptis, propono actionem ex ſtipulatu. Quòd ita recte concipiatur libellus, dicit lex eadem.C.de rei vxo.actio.§. exactio.& §.fructibus & nota.plenius in arte.2. diſtinctio.

SVMMARIVM.

1 *Actio de aqua pluuiali arcenda cui competat & in quem.*
2 *Libellus qualiter concipiatur in actione de aqua pluuiali arcenda.*

De aqua pluuiali arcenda. Cap. xlv.

1 Hæc actio competit † contra eum qui fraudulenter aliquod opus fecit in proprio agro, ꝓpter quod aqua pluuialis nocere poteſt prædio vicini, ad hoc ut reſtituatur in priſtinum ſtatum, & damnum contingens poſt litis
2 conteſta.emendetur, & in ea ſic formatur libellus. † Ago ego R cōtra S. qui tale opus fecit in prædio ſuo propter quod aqua pluuialis damnum dare poteſt agro meo, uel prædio meo nocere poteſt. vnde opus illud in priſtinum ſtatum peto reſtitui, uel peto illud opus amoueri, & damnum quod poſt litis conteſtationem contigit, reſarciri peto, pro opere deſtruēdo, propono actionē aquæ pluu.arcen. ꝓ dāno poſtea emergente propono officium iudicis. Quòd ſic recte concipiatur libellus, ꝓbatur.ff.eodem l.j.§.j & 2.& §.de eo opere.& §.in ſumma. & l.ſi tertius.§. officium.

SVMMARIVM.

1 *Actio de paſtu pecoris datur contra eum qui animalia immittit in prædia aliena.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione de paſtu pecoris.*
3 *Glandis appellatione continetur omnis fructus.*

De paſtu pecoris. Cap. xlvj.

1 Si aliquis † immittat oues ſeu alia animalia in prædiū meum, ut depaſcant frumētum meum, uel alios fructus, ſeu glandes, competit mihi contra eum actio de paſtu pecoris, & ita ſpeciali nomine uocatur, ut ff. de præſcript. verb.l.qui ſeruandorum §.vlti.in hac actione ſic forma libellū.
2 † Ago contra M. qui immiſit pecora ſua in prædium meum, & glandes meas uel frumentum meum depaſta ſunt, uel pauerūt, uel comederunt. vnde damnum illud, quod æſtimo decem, reſarciri mihi peto, & propono actionem de paſtu pecoris. Quòd ſic recte concipiatur libellus, probatur.l.præallega. in qua ſolūmodo de nomine iſtius actionis fit mentio. † Et eſt notādum,
3 ꝙ nomine glandis omnes fructus continentur, ut ff.de glan.le. l.vnica. Similiter nomine pecoris intelligitur de omnibus animalibus quæ paſcuntur.ff. de ædili.edi.l.ædiles.§. iumentorum.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius actione ex teſtamento petet legata ſibi per teſtatorem relicta.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione ex teſtamento.*

De actione ex teſtamento. Cap. xlvij.

1 Si alicui † relinquantur legata, petit illa actione ex teſtamento ab hæredibus, in qua ſic forma libel
2 lum. † Ago contra talem hæredem Titij, qui mihi in teſtamento ſuo rem talem legauit, quam rem mihi dari peto, propono actionem ex teſtamento, probatur.C.communia de leg.l.j. & ff.de lega.2.cum filius.§.uarijs. Si autem hæres fuerit in mora, addes cum fructibus perceptis & percipiendis. Et nota, ꝙ de hac actione plenius notatur in art.3.diſtin.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex ſtipulatu pro quibus competat rebus.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in actione ex ſtipulatu.*

De actione ex ſtipulatu. Cap. xlviij.

1 Si aliquis promittat † tibi aliquid incertum, puta face re domum, uel ſcribere codicem, competit tibi contra illum actio ex ſtipulatu, ut inſti.de ob.in princip. & ff.de uerborum obligatio.l.ubi autem non apparet.§.j.in qua
2 ſic forma libellum. † Ago contra M. qui promiſit ſe ſcripturū mihi codicem vnum, vnde cum non ſcripſit, ago contra eum & propono actionem ex ſtipula.probatur iuribus præallega.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex ſtipulatu arbitraria cui competat & contra quem.*
Libellus qualiter formetur in actione ex ſtipulatu arbitraria.

De actione ex ſtipulatu arbitraria. Cap. xlix.

1 Si aliquis tibi † aliquid ſe daturum uel facturum certo loco promittit, competit tibi contra eum actio ex ſtipulatu arbitraria, ſeu certi condictio ex
2 ſtipulatione arbitraria, & in ea ſic forma libellum. † Ago contra R. qui promiſit mihi G.Neapoli uel Aquis. vnde ago contra eum & propono actionem ex ſtipulatu arbitrariam, quando res eſt incerta. Sed ſi certa res promiſſa fuerit, dices propono certi condictionem ex ſtipulatu arbitra. Quod ita recte concipiatur libellus, probat.ff.de eo quod certo loco.l.2.& per totū.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex ſtipulatu quæ oritur ex tempore quando concedatur.*
2 *Libelli forma quæ ſit in actione ex ſtipulatu præſumpta ex tempore.*

De actione ex ſtipulatu ex tempore præſumpta. Cap. L.

1 Si aliquis ſoluat † aliquid longo tempore 10.annorum inter præſentes. & 20. annorum inter abſentes, præſumitur, ꝙ ſtipulatio præceſſerit, & agitur ex ſtipulatu: de qua actione habes.ff. de uſu.l. cum de
2 in rem uerſo.& in ea ſic forma libellum. † Ago contra R ut p̄ſtet mihi vnam libram ceræ, uel piperis, pro anno præterito, & ꝙ caueat ſe ſoluere in futurum ſingulis annis, quam libram anteceſſores ſui, ut ipſi mihi promiſerunt, & anteceſſoribus meis annuatim ſoluere de tali prædio, quod a me tenet, uel pro alia cauſa per decem annos, propono actionē ex ſtipulatu præſumpta ex tempore. Quòd recte concipiatur, dicit lex prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Actione furti nec manifeſti tenetur qui rem meam mobilem me inuito contrectat.*
2 *Libellus quomodo formetur in actione furti nec manifeſti.*

De actione furti nec manifeſti. Cap. LI.

1 Si quis rem tuam te † inuito mobilem contrectet, tenebitur actione furti nec manifeſti: & in ea ſic for-
2 ma libellum. † Ago contra T. qui talem rem, puta equū, mihi furtiue ſubtraxit ſeu me inuito cōtrectauit. vnde ipſū equū pe-

Source : BIU Cujas

to mihi reſtitui cum pœna dupli. propono ac. furti nec manifeſti, & conductionem furtiuam, videlicet cõductionem pro re, & actionem furti pro pœna. Quòd concipiatur libellus probatur. ff. co. ſi pignore. §. cum furti. & l. in furti actione.

SVMMARIVM.

1 *Actione tigni iiuncti tenetur tignum meum ædibus ſuis iniungens.*
2 *Libellus qualiter concipiatur in actione tigni iiuncti.*

De actione tigni iiuncti. Cap. lij.

1 Si quis tignum † meum ædibus ſuis iniungit, vel iiunctum habet, vel poſſidet ſine mea voluntate, tenetur ad duplum. vnde libel. ita formabis.
2 † Ago contra B. qui tignum meum ſuis ædibus contra volũtatem meam iniunxit, vel iiunctum ędibus ſuis habet, quod tignum x. ęſtimo. vnde mihi in duplum ipſum condemnari peto, & propono actionem de tigno iiuncto. Quòd ita recte cõcipiat libellus, probat. ff. eo. l. j. & ff. de rei ven. l. in rem. §. penult.

SVMMARIVM.

1 *Actio arborum furtim cæſarum cui competat & in quem.*
2 *Libellus qualiter concipi debeat in actione arborum furtim cæſarum.*

De actione arborum furtim cęſarum. Cap. liij.

1 Si quis furtiue incidit arborem alterius, † & ſic domino arboris dat maximum damnum, & ſibi parum commodi acquirit, datur domino arboris actio quæ vocatur arborum furtim cæſarũ. & in hac ſic forma
2 libellum. † Ago contra T. qui furtim mihi incidit arborem talem, ex cuius inciſione damnificatus ſum in decem, quæ decẽ mihi in duplum ab eo præſtari peto. propono actionem ar. fur. cęſar. & quia ligna quæ valent. 2. contractauit, &c. probatur. ff. arb. fur. cęſ. l. 1. & 2. & l. furtim. §. vltim. & l. facienda. & l. penult.

SVMMARIVM.

1 *Actio rerum amotarum marito contra vxorem, vel contra, competit pro rebus furto ſubtractis.*
2 *Libellus quomodo concipi debeat in actione rerum amotarum.*

De actione rerum amotarum. Cap. liiij.

1 Si vxor marito dolo malo † vel cauſa diuortii, ſiue vir vxori res furatur & ſubtrahit, & quia actio furti non competit, licet furtum fiat, ſicut in filia, quæ ſurripuit res paternas, & actio famoſa conſtante matrimonio, in honorem matrimonii non competit. ideo inuenta eſt propter res amotas actio ſpecialis, quæ vocatur rerũ amo
2 tarum, in qua ſic forma libellum. † Ago ego S. contra M. vxorẽ meam, quæ dolo malo amouit res meas de domo mea, vel loco tali, cauſa diuortii vel ſpe mortis. vnde vt res illas mihi reſtituat, ego contra ipſam & propono act. rerum amotarum: & quãdo pro ſperata morte dicat, propono act. vtilem rerũ amo. Quòd ſic recte concipiat libel. probatur. ff. eo. l. 1. §. 1. & l. ſi mulier. §. 1. & §. vlti. & l. ob res. & C. rerum amotarum. l. 2.

SVMMARIVM.

1 *Tutor rem mobilem pupilli in propriam cõuertens vtilitatem tenetur actione de rationibus diſtrahendis.*
2 *Libellus quomodo ſit formandus in actione de diſtrahendis rationibus.*

De actione de rationibus diſtrahendis. Cap. lv.

1 Si tutores rem mobilem † vel pecuniam pupillis auferũt, & in proprias vtilitates cõuertant, licèt non animo furandi; tñ prodita eſt actio ſpecialis contra eos in duplum, quę uocatur de rationibus diſtrahendis,
2 in qua ſic forma libellum. † Ago contra T. quondam tutorem meum, qui dum tutelam meam gereret, durante ipſa tutela, res tales meas, nel de bonis meis abſtulit, uel pecuniam intercepit & ſuppreſſit, unde res illas in duplum mihi reſtitui peto, uel pro rebus illis ipſum mihi in duplum condemnari peto, & ad hoc propono actionem de rationi. diſtrahen. Quod ſic recte concipiatur libellus, probatur. ff. eod. l. 1. §. de rationibus. & §. conſiderandum. & §. in tutela. & §. ulti. & l. 2. & l. ſi tutor. §. ulti. & l. ſed ſi non dantur. & ff. de contra. tute. act. l. 2.

SVMMARIVM.

1 *Actio directa legis aquiliæ quando locum habeat.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in actione directa legis aquiliæ.*

De actione directa legis aquilię. Cap. lvi.

1 Si damnum dedero in † rebus corpore meo, competit tibi contra me
2 directa actio. l. aquiliæ, in qua ſic forma libellum. † Ago ego S. contra R. qui ſeruum menm Stichum occidit, qui retro intra annuum valuit quinquaginta, vnde illa quinquaginta peto & propono actionem directam l. aqui. vel qui corpore ſuo in re mea tali, puta domo, vinea, vel boue dedit damnum tale, quæ res retro infra triginta dies valuit. xl. vnde illa quadraginta peto & propono, &c. & in vtroque adiicias ſic. & ſi negauerit, peto illum mihi in duplum condemnari. Quod ſic recte concipiantur libelli, probatur. ff. eo. l. 2. & l. ſi ſeruus ſeruum. §. huius. & l. inde Neratius. §. hæc actio. & inſti. eo. §. vlti.

SVMMARIVM.

1 *Actione in factum de pauperie tenetur, cuius quadrupes alteri damnum infert.*
2 *Libellus in actione in factum de pauperie quomodo ſit concipiendus.*

De actione in factum de pauperie. Cap. lvij.

1 Si quadrupes † alicuius det tibi damnum, habes contra dominum quadrupedis act. in factum de pauperie, qua compellitur tantum damnum tibi dare animal noxę, vt ff. ſi quadrup. paupe. feciſ. dica. l. 1. & inſtit.
2 eod. tit. in hac actione ſic forma libellum. † Ago contra R. vt emẽdet mihi illud damnum, quod ſua quadrupes, forte aſinus, vel equus intulit rebus meis mota naturali feritate, quod damnum æſtimo viginti propono actionẽ in factum de paupe. probatur legibus præallega. Et nota, quòd de hac actione plenius tractatur in art. diſtinct. 3. & vij. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Pulſatus vel verberatus contra pulſantem habet actionem iniuriam ex lege cornelia.*
2 *Libelli forma qualis eſſe debeat in actione iniuriarum ex lege cornelia.*

De actione iniuriarum ex lege cornelia. Cap. lviij.

1 Si fuiſti ab aliquo † pulſatus, vel verberatus, vel domus tua fuit introita per vim, competit tibi actio iniuriarum ciuil. in qua ſic forma
2 libel. † Ago ℈ R. qui iniurioſe & violẽter intrauit domũ meã, uel me pulſauit, vel verberauit, quã iniuriã nollẽ ſuſtinere ℔ x. vnde in prædicta quantitate illum mihi condemnari peto, propono ac. iniur. ciuilem ex l. cornel. deſcendenda. Quòd ita cõcipiatl. probatur. ff. eo. l. lex cornelia. & l. prætor. & l. item apud Labeonem. §. ait prætor.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus negligens dare tutores pupillis actione in factum tenetur.*
2 *Libellus qualiter formari debeat in actione in factum contra magiſtratum.*

De actione in factum contra magiſtratum. Cap. lix.

1 Si ille qui gerit † magiſtratum ammonitus vt det tutores pupillis, vel curatores minoribus adultis & dare negligeret, & ſic medio tempore pupilli vel minoris damno afficiuntur. vnde ille magiſtratus tenẽ de toto illo damno actione in fac. in qua ſic formali. † Ago ℈
2 R. qui cum gereret ciuitatis meæ magiſtratum, & fuiſſet ſæpius requiſitus a Titio amico meo, vt daret mihi tutorem vel curatorem, dare neglexit, vel diſtulit, vel dedit tutorem, ſiue curatorem minus idoneum, vel non exegit ſatiſdationem, vel exegit, ſed minus idoneam. vnde propterea ſum damnificatus in x. quæ x. ab eo mihi præſtari & ſolui peto, & propono act. in fac. inducta contra magiſtratum. Quòd ſi recte concipiatur li. probatur. ff. de magiſtra. conue. l. 1. §. ſi curatores. & §. ſciendum.

SVMMARIVM.

1 *Libertus erga patronum ingratus & filius erga patrem qua actione reuocentur in ſeruitutem.*
2 *Libellus qualiter formetur contra libertum ingratum.*
3 *Libellus quomodo formetur a parte contra filium ingratum.*

De actione vel accuſatione ingrati. Cap. lx.

1 Si libertus † eſt ingratus erga patronum ſuum vel filius patri, reuocatur libertus ī ſeruitutem, & filius in poteſtatem patris per actionem vel accuſationem ingrati. C. de agno. lib. l. vnica. & de liber. & eorum libe. l. 1. & C. de ingra. li. l. vnica. & eſt actio iſta vltima in arbore actionum,
2 in qua ſic forma libel. † Ago contra R. libertum meum, qui alimenta mihi denegauit, cum egerem, vel talem iniuriam mihi intulit: forte verberauit, vel turpia verba mihi dixit, puta latronem, vel cucurbitam me vocauit. vnde ipſum in ſeruitutẽ reuocari peto, & ad hoc propono actionem ingrati. Quòd ita recte concipiatur li. probatur. ff. de procur. l. ſed hę perſonę. §. patronus. & ff. de obſe. a libe. l. per procuratorem.
3 † Filius autem ſic poterit reuocari a patre. Ago contra M. filium meum quem emancipaui, & ipſe extitit mihi ingratus: qa acerbum conuicium dixit mihi, vel me verberauit, vel mihi dixit atrocem iniuriam. vnde ipſum in meam poteſtatem reuocari peto, & ad hoc propono actionem ingrati, vel officium iudicis, quod melius eſt per legem. C. de ingrat. libe. l. vnica. Hæc de actionibus, de quibus Io. in arbore actionum tractauit, exempli & doctrinę gratia dixiſſe ſufficiant.

HERMANNI BARENSIS
DE FORMANDIS LIBELLIS.

SVMMARIVM.

1 *Libellus primus in rei vendicatione qualiter formetur.*
2 *Sententia qualiter formari debeat ſecundũ tenorem primi libelli in rei vendicatione.*
3 *Appellatio qualiter fieri debeat a ſententia iuxta primum libellum in rei vendicatione pronunciata.*
4 *Fundum ſimpliciter petens totum petijſſe videtur.*

Primus

Source : BIU Cujas

Primus libellus in rei vẽdicationis negotio, ſecundùm multarum curiarum iure ſcripto & nonſcripto promiſcue vtentium conſuetudinem conceptus.

1 CORAM vobis domino iudice † Montiſpeſſul. proponit in iudicio Petrus Iacobi actor, contra Martinum reum, & contra quamcũque perſonam pro eo in iudicio legitime comparentem. Et dicit, ꝙ dictus reus poſſidet ſeu detinet, & facultatem reſtituendi habet, quendam fundum ſitum in territorio de Latis, confrõtatum ex vna parte cum prato Deuſmada, & ex alia cum fundo Pontij Alamandi, in flumine Lani intermedio, qui fundus pertinet ad dictum actorem iure dominij, vel quaſi. Vnde cum dictus reus requiſitus dictum fundum reſtituere cõtradicat, agit dictus actor contra dictum reum, & petit a uobis dicto domino iudice, vt dictum fundum ad dictũ actorem pertinere iure dominij, vel quaſi per ueſtram ſententiam declaretis, & dictum reum ad reſtituendum dictum fundum dicto actori, vnà cum fructib. induſtrialib. iam perceptis & extantib. & qui percipientur in futurum de dicto fundo, per dictum reum ante lit. conteſta. & extabunt percepti. Item cum fructib. percipiendis, & qui percipi potuerunt poſt lit. conteſt. & percepti non ſunt, ſententialiter condemnetis, & condemnatum ad reſtituendum iuris remediis cõpellatis. Petit etiam expenſas occaſione ptæſentis litis factas: & proteſtatur de faciendis ſuis loco & tempore legitimè declarãdis. Implorans domine iudex officium ueſtrum in his, in quib. eſt, vel de iure fuerit implorandum. Et ante omnia petit interrogari dictum reum, an dictum fundum poſſideat, vel an ſaltem eius reſtituẽdi facultatem habeat. Probatur libellus per ea quæ leguntur & not. ff. de rei vendi. l. in rem actio. C. de alie. mu. iu-
2 di. l. j. cum concor. † Sententiæ iuxta prædicti libelli formã ꝓferendæ exemplum ſequitur, & eſt tale. Nos Berengarius de Fabrica legum doctor, iudex Montiſpeſſulani, pro domino Sanctio illuſtri rege Maioricarum, notum facimus vniuerſis: ꝙ cũ quædam cauſa diu coram nobis inter Petrum & Martinum vẽtilata fuiſſet. Nos quidẽ anno Natiuitatis domini Mccccxj. die vltima Menſis Martij, & partib. propter hoc hora tertiarum ad audiendam diffinitiuam ſententiam aſſignata: qua die & hora partibus comparentib. & ſententiam ferri poſtulantib. viſo libello. cuius tenor talis eſt. Coram vobis &c. lite legitimè conteſtata, præſtitoq; a partib. calumniæ iuramento, teſtib. productis & examinatis, & eorum atteſtationib. publicatis, concluſoq; in præſenti cauſa, Sedente pro tribunali, more Maioricarum, ſacris ſcripturis poſitis coram nobis, vt noſtrum de vultu Dei ꝓdeat iudicium, In nomine domini, ſcilicet patris & filij & ſpiritusſancti amen. Sententiam noſtram ferimus in hũc modum. Cum dictus actor ſufficienter probauerit intentionem ſuam, ſeu contenta in libello ſuo prædicto, per noſtram ſententiam in his ſcriptis declaramus, dictum fundum pertinere ad dictum actorem iure dominij vel quaſi. Et condemnamus dictum reũ, vt dicto actori reſtituat dictũ fundũ. Itẽ cõdẽnamus dictũ reũ in ſex ſextarijs frumenti dicto actori reſtituendis de fructib. induſtrialib. quos dictus reus percepit de fundo ante litis conteſta. qui extant & ſuperſunt deductis expen. Item in ſex ſextarijs hordei reſtituendis dicto actori de fructib. induſtrialib. poſt litis conteſtationem perceptis de dicto fundo per dictum reum, qui extant & ſnperſunt deductis expen. Item duobus ſextarijs amygdalarum reſtituendis dicto actori de fructibus naturalib. poſt litis conteſtationem perceptis & extantibus. Item condẽnamus dictum reum in ſex ſolidis turonenſibus dandis dicto actori pro fructibus induſtrialibus caulium, & pro naturalibus ficuum, ſeu pro valore eorum perceptis poſt litis cõteſt. per dictum reum etiam conſumptis ſeu non extan. Item in quinque ſolidis turon. dandis dicto actori pro fructibus induſtrialib. caulium & pro naturalib. ficuum, ſeu pro valore eorum, quos quidem non percepit dictus reus, tamen eos honeſte percipere potuiſſet poſt litis conteſta. uel eos actor percipere potuiſſet, ſi ſibi dictum fundum poſſidere licuiſſet. Et nihilominus condemnamus dictum reum in centum ſolidis turon. dãdis dicto actori pro expen. per eum factis occaſione præſentis cauſę, cum idẽ actor delato ſibi a nobis iuramẽto iurauerit ad ſancta Dei euãgelia taxatione noſtra prædicta præhabita ſe expendiſſe prędi-
3 ctos cẽtum ſolidos turon. occaſione preſentis cauſę &c. † Tũc ſi reus ſentiat ſe grauatum, & velit appellare, poterit ita dicere incontinenti. Dictus reus dicit prędictam ſententiam eſſe nullam: & ſi qua eſt, ab ea tanquàm ab iniqua & perperam lata viua voce apud acta ad domini locum tenen. illuſtris regis Maioricarum ſedem appellat, & apoſtolos ſibi dari petit ſępe, ſępius & inſtanter &c. vt in forma. Quidam dicunt, ꝙ prædicta ſententia eſt nulla; quia non eſt pronunciatum fundum pertinere inſolidum ad dictum actorem: vt not. ff. de procur. l. Pomponius. §. ſed iſte. Quod non eſt verum. ff. de exceptio. rei iudica. l. ſi quis cum totum. in princip. Sic videtur Domi. Azo intelligere. ff. de
4 verborum ſigni. l. pupillus. §. fina. † Qui enim dicit, uel ſimpliciter petit fundum, totum fundum petijſſe videtur, vt not. ff. de rei vend. l. ſi rem. in princip. Si ex actis poſſet apparere iudici, an dictus fundus pertineret ad actorem iure directi dominij, uel iure vtilis, ſeu quaſi dominij: credo quòd ipſe debuiſſet illud declaraſſe ſententia ſupradicta.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter formetur in actione in rem pro re emphyteuticaria quæ cecidit in commiſſum.*
2 *Sententia qualiter pronunciari debeat in actione in rem pro re emphyteuticaria &c.*

Forma ſecundi libelli de actione in rem pro re emphyteuticaria, quæ cecidit in commiſſum.

1 Coram vobis domino iudice † Mõtiſpeſſulani dicit & proponit in iudicio P. contra M. Quòd dictus reus poſſidet, ſeu debet, & facultatem reſtituẽdi habet, quandam domum vocatam porticum deutirit, ſitam in Montepeſſulano, quam domum cum dictus reus tenuerit retroactis temporibus in emphyteuſim a dicto actore ad annuam penſionem ſex denariorum turonenſium, & ſic dicta domus pertinebat tunc ad dictum reum iure utilis dominij, vel quaſi, dictus reus ſtetit per triennium, quòd prædictam penſionem non ſoluit. Vnde cum propter hoc dictus reus ipſo iure ceciderit a iure ſuo, quod habebat in dicta domo: agit dictus actor contra dictum reum, & petit a vobis dicto domino iudiceut, prædictam domum pertinere ad dictum actorem iure dominij uel quaſi per veſtram ſententiam declaretis. Et dictum reum, vt dictam domum dicto actori reſtituat, vnà cum penſionibus, per prædictum triennium ſubtractis, ſententialiter condemnetis, & condemnatum ad prædicta iuris remedijs compellatis. & petit expenſas factas occaſione præſentis &c. implorans ueſtrum officium domine iudex. Probatur C. de iurẽ emphyteu. l. 2. Non reperio, quòd præfatus doctor poſuerit ſententiæ iuxta prædicti libelli formam ferendæ exemplũ.
2 † Tamen attentis opinionibus, doctrinis, & exemplis quorundam aliorum doctorum, poteſt ſententia ſic concipi & proferri. Chriſti nomine inuocato, Nos &c. pro tribunali ſedentes &c. per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam pronunciamus, decernimus, & declaramus, prædictam domum ad dictũ actorem iure dominij, uel quaſi pertinere, eundemque reum ad reſtituendum eidem actori eandem domum, vnà cum pẽſionibus per prædictum triennium ſubtractis, ac in expenſis litis condemnandum fore, & condemnamus expen. taxatione nobis in poſterum reſeruata &c.

SVMMARIVM.

1 *Libelli forma quæ ſit in actione in rem pro re feudali &c.*
2 *Sententia qualiter formetur ſecundum libellum in actione in rem pro re feudali.*

Forma tertij libelli eſt de actione in rem pro re feudali, quando ipſo iure cecidit in commiſſum.

1 Coram vobis domino iudice † Montiſpeſſulani dicit & proponit in iudicio P. cõtra Sempronium, ꝙ dictus Sempronius tenet ſeu poſſidet, reſtituendi facultatem habet, turrim de villa, ſitam in Montepeſſũlano, quam turrim cum Martinus teneret quondam in feudũ a dicto actore, & ſic dicta turris pertineret tũc ad dictum Martinum iure utilis dominij uel quaſi, dictus Martinus ipſam vendidit & tradidit dicto Sempronio reo ſine permiſſione actoris. Vnde cum ob hoc dictum feudum fuerit apertum dicto actori, & Martinus tunc ſic alienando cecidit ipſo iure a iure quod habebat in dicta turri, agit dictus actor contra dictum Sempronium, & petit a uobis dicto domino iudice, vt dictam turrim pertinere ad dictum actorem iure dominij vel quaſi, per veſtram ſententiam declaretis, & dictum Sempronium, vt dictã turrim dicto actori reſtituat, ſententialiter condemnetis, & cõdemnatum &c. Probantur prædicti duo libelli in conſtitu. imperia. §. callidis. de prohi. feud. alie. per Frid. & de controuer. in-
2 ter do. & empto. c. vno. † Sententiæ iuxta prædicti libelli formam. Cum dictus actor ſufficienter probauerit intentionem ſuam, ſeu contenta in dicta petitione ſua. Idcirco per ſententiam in his ſcriptis declaramus, prædictam turrim pertinere ad dictum actorem iure dominij uel quaſi. Et condemnamus dictum reum in centũ ſolidis turonenſibus, dandis dicto actori, quos delato ſibi a nobis iuramento, taxatione noſtra prædicta præcedente, iurauit ſe expendiſſe occaſione dictæ cauſæ.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter concipi debeat in actione in rem contra dolo poſſidere deſinentem.*
2 *Sententia qualiter pronunciari debeat ſecundum libellum in actione in rem contra eum qui dolo poſſidere deſijt.*
3 *Reo condemnato fundum non reſtituente quæ ſententia ferri poſſit.*
4 *Sententia quæ ferri poſſit actore in litem iurare nolente, ſed conſequi volente quanti ea res eſt.*

Source : BIU Cujas

5 Res *consumpta condici potest, non tamen vendicari.*
6 *Actio hypothecaria in rem re ipsa desinente desinit competere.*

Quarti libelli forma est de actione in rem: si agatur contra illum, qui dolo desijt possidere.

1 Coram vobis domino iudice† Montispessulani dicit, & proponit in iudicio P. cõtra M. ꝙ cum dictus reus possideret & haberet quendam fundum situm in territorio de Latis, sic confrontatum, qui fundus tunc pertinebat, & adhuc pertinet ad actorẽ iure dominij, vel quasi, dictus reus sciens dictum actorem velle ab eo fundum vendicare, ipsum dolo malo desiit possidere: vnde cum dolosus pro possessore debeat haberi: agit dictus actor contra dictum reũ, & petit à vobis domino iudice, vt dictum fundum pertinuisse tunc, & adhuc pertinere ad dictum actorem iure dominij, vel quasi, per vestram sententiam declaretis: & dictum reum ad restituendum dicto actori dictum fundum condemnetis &c. Petit expensas factas occasione, &c. Implorans officium vestrum domine iudex &c. Probatur, ff. de rei vend. l. in rẽ actio. in prin. & l. sententia, §. sed is, & de reg. iur. qui dolo &c.

2 Sententia iuxta prædicti libelli formam. Cũ dictus actor probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua. Idcirco per nostram sententiam in his scriptis pronunciamus, & declaramus, dictum fundum pertinuisse tũc, cum dictus reus ipsum dolo desijt possidere, & adhuc pertinere ad dictũ actorem iure dominij, vel quasi. Et condemnamus dictum reum, vt
3 dictum fundum dicto actori restituat &c.† Si dictus reus prædicto modo condemnatus fundũ non restituat, feretur alia sententia cum iuramento in litem, vocato reo, quæ talis erit. Cum sententia per nos fuerit lata contra prædictum reum, super prędicta actione in rem: & fuerit condemnatus fundum restituere, & constet nobis dolo & calliditate eius factum esse, quo minus eum restituat dicto actori: & delato a nobis iuramento in litem eidem actori, idem actor taxatione nostra præhabita, iurauerit se nolle dictum fundum non fuisse sibi restitutum pro viginti libris turonensibus. Idcirco per nostram sententiam in his scriptis condemnamus dictum reum in prædictis viginti libris turonen. dandis dicto actori, &c. Probatur, ff. de rei vend. l. qui restituere, ff. de in litem iur. l. j. & l. videamus, cũ concordan.
4 †Si autem actor non velit iurare in litem, sed magis vult consequi, quanti ea res est, tunc vocato reo, & informatione facta, ꝙ valeat communi æstimatione quindecim libras turonenses, feretur talis sententia. Cum sententia diffinitiua lata fuerit per nos super dicto fundo restituendo, & constet nobis dolo, & calliditate dicti rei factum esse, vt fundum non restituat, & actor velit magis consequi, quanti ea res est, quam iurare in litem, & constet nobis dictum fundum valere communi æstimatione quindecim libras turonen. condemnamus dictum reũ in prædictis quindecim libris turonensibus dandis & soluendis dicto actori &c. Probatur, ff. de dolo, l. arbitrio, in prin. & de verb. sig. l. inter hæc verba. Attende dubia infrascripta. Martinus furatus fuit mihi quendam librum meum, furto facto, nec liber inueniretur, timore ductus, consumpsit eum igne: & sic desijt dolo malo librum habere & possidere. Quæritur, an ego possum agere actionem in rem, libro consumpto: cõtra reum. Et videtur
5 ꝙ non† quia licèt res consumpta condici possit, tamen vendicari non potest, vt insti. de re. diui. §. si tamen alienam purpurã. Item si quis ferruminauerit rem alicuius, etiam mala fide: non competit domino quondam rei vendicatio ad illud ferruminatum, vt ff. de rei vendi. l. in rem actio. §. item quocunq;. Item si dolo domini vsufructus mutatione rei sit extinctus, non agitur confessoria, aut actione in rem, vt ff. quib. mod. vsufr. amitt. l. repe. §. fi. & no. ff. de oper. no. nun. l. 2.
6 †Item hypothecaria actio in rem non competit, re desinente, vt ff. de pig. actio. l. si conuenit, §. si quis, & de iure fisci. l. deferre, §. fi. & facit. C. de condic. ex lege. l. mala fide. Sed contra, ff. de regul. iur. l. qui dolo, & l. parem. vbi dicitur: ꝙ dolus pro possessione est, & est gl. pro parte ista in prædicta. l. mala fide. Et dominus Berengarius reputabat eam veram. Ego tamẽ nescirem respondere ad leges in contrarium allegatas, nec scirem formare libellum: quia si in libello dicam librum esse meum, certe non est verum nũc. Et licèt iura suggerant dictum dolosum hunc possidere: non tamen inuenio, ꝙ propter hoc iura suggerant me dominũ esse illius rei post eius consumptionem, & quæ in rerum natura non est. Et sic iura quæ dicunt, vel suggerunt dolosum possidete debere, intelliguntur re in rerũ natura existente. Quidam dixit mihi ita formandum libellum.

Domine iudex, talis liber fuit meus, & cũ talis possideret eũ, consumpsit eum igne dolo malo: & sic dolo malo desijt eum possidere. vnde ago contra eum: & peto per vos declarari, prædictum librum fuisse meum ante consumptionem. Et quia certum est, ꝙ dictum librum mihi decętero restituere non potest, peto per vos mihi deferri iuramentum in litem, & eũ condemnari, in quantum in litem iurauero &c. Probatur, ff. de do. l. arbitrio. §. notum. Mirabilis tamen videtur talis libellus. Sed si libro in rerum natura existente, & rite formato libello, & lite cõtestata reus dolo consumpsisset librum: tunc iudicium recte & rite inceptum procederet, & posset ferri sententia condemnatoria ad restituendum librum, vt apparet ex superioribus.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter concipiatur in rei vendicatione competente ex cessione.*
2 *Sententia quomodo pronunciari possit iuxta libellum in rei vẽdicatione quæ competit ex cessione formatum.*

¶Quinti libelli forma est de rei vendicatione vtili, quæ competit ex cessione.

1 Coram vobis domino iudice Mõtispessulani †dicit & proponit in iudicio Petrus cõtra M. ꝙ dictus reus possidet seu habet, & facultatem restituẽdi habet quendam fundum situm in territorio de Latis, sic & sic confrontatum: qui fundus pertinet ad Meuium iure dominii, vel quasi. Vnde cũ dictus Meuius cesserit dicto actori actionẽ in rem sibi competẽtem pro dicto fundo: agit dictus actor contra dictum reum: & petit a vobis dicto domino iudice, vt dictũ fundum ad dictum Meuium pertinere iure dominii, vel quasi, per vestram sententiam declaretis, & dictum reum Martinum ad restituendum dictum fundũ actori ex prædictis causis, vnà cum fructibus sententialiter condemnetis, & condemnatum ad restituendum iuris remediis compellatis. Petit item expensas factas occasione præsentis causæ, & de faciendis protestatur, quas suo loco & tempore legitime declarabit: implorans domine iudex vestrum officium. Probatur. C. de hæred. vel act. vẽdita. l. fi. cum ibi notatis.
2 †Sententia iuxta prædicti libelli formam. Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionẽ suam, seu contenta in dicta petitione sua. Idcirco per nostram sentẽtiam in his scriptis declarauimus dictum fundum pertinere ad dictum Meuium iure dominii, vel quasi, & dictum Martinum reũ, vt dictũ fundum dicto Petro actori restituat, per eandem sententiam condemnamus. Et nihilominus condemnauimus eum in centum solidis turonensibus, dicto actori dandis, pro expẽsis causæ præsentis: cum idem actor delato ei a nobis iuramento iurauerit ad sancta Dei euangelia, taxatione nostra prædicta præhabita, se expendisse prædictos centũ solidos turonenses occasione prę-sentis causę. Posset dici: ꝙ non oporteret declarari in sentẽtia, fundum pertinere ad Meuium iure dominii, vel quasi, sed quia in libello fuerat petitum, conueniens est, hæc in sentẽtia declarari, seu super eo pronunciari. Sed posset dici: quia in libello nõ fuit necesse illud petere declarari, sed ꝙ sufficeret proponere Martinum possidere, vel quasi, & dictum fundum pertinere ad dictum Meuium iure dominii, vel quasi, sed cessionem factam esse: ita quòd prædicta probarẽtur postea in processu causæ; & ꝙ postea sufficeret in sententia condemnationem fieri ad fundũ restituendũ Petro, qui iure cesso agit. Sed quicquid dicant, credo libellũ bene formatum, & sufficienter, & etiam prędictã sententiam. Super fructibus satis est dictũ superius in primo, & in tertio libello.

SVMMARIVM.

1 *Libellus quomodo formari debeat in actione in rem confessoria.*
2 *Sententia qualiter ferri possit secundum tenorem libelli in cõfessoria in rem actione formati.*

¶Sextus libellus de confessoria in rem actione.

1 Coram vobis domino iudice† Mõtispessulani dicit & proponit in iudicio Petrus cõtra Martinum. Quòd dictus actor tenet & possidet quoddam pratum situm in ripialani, iuxta situm Blasum, sic & sic cõfrontatum, quod pratum pertinet ad eundem actorem iure dominij, vel quasi. Item proponit, quòd seruitus, vel quasi seruitus aqueductus sibi competit, ad dictum pratum per fundum Titianum, sic & sic confrontatum. Vnde cum dictus reus impediat dictũ actorem vti prædicta seruitute vel quasi, agit dictus actor contra eum: & petit a uobis dicto domino iudice, ut dictum actorem habere seruitutẽ, uel quasi prædictam aquæductus per dictum fundum ad dictum pratum per ueſtram sentẽtiam declaretis. Et dictum reum ut patiatur uti dictum actorem, & ut caueat, ne ipsum actorem in futurum uti impediat: sententialiter condemnetis. Necnon ad interesse dicti actoris, quod æstimat ad decem libras turonẽses, quia ipsum impediuit sine iusta causa vti prædicta seruitute, vel quasi seruitute, nec nõ in expẽsis factis occasione præsẽtis causæ; quas æstimat viginti solidos turonẽses; dandos dicto actori, per eandẽ sententiam condemnetis, & condemnatum ad prędicta iuris remediis compellatis. Et protestatur de futuris interesse, & expensis suo loco, & tempore,

Source : BIU Cujas

pore,prout de iure fuerit declarandis:implorans domine iudex veſtrum officium in his,in quibus eſt, vel de iure fuerit implorandum.Probatur libellus,inſti.de actionib.§.æque ſi agat. Sen-
2 tētię† iuxta prædicti libelli formam proferendæ exemplum ſequitur,& eſt tale.Cum dictus actor ſufficienter probauerit intē tionem ſuam ſeu cōtenta in dicta ſua petitione,idcirco per noſtram diffinitiuam ſententiam in his ſcriptis pronunciamus,& declaramus dictum actorem habere ſeruitutē vel quaſi aquæductus per dictum fundum Titianum ad dictum pratum dicti actoris.Condemnamusq; dictum reum, vt patiatur vti dictum actorem pacifice dicta ſeruitute vel quaſi.Et vt cautionē ei præſtet,ne in futurum eum impediat in eadem.Et quia conſtat nobis de intereſſe dicti actoris 10.li.turon.quia fuit impeditus a dicto reo vti prædicta ſeruitute vel quaſi, condemnamus dictum reum in prædictis 10.li.turonen. dandis dicto actori pro intereſſe ſuo prædicto. Nihilominus condemnamus dictum reū in centum ſolidis turon.dandis dicto actori pro expenſis, quas fecit occaſione præſentis cauſæ,cum idem actor delato ſibi a nobis iuramento,taxatione noſtra prędicta præcedente,iurauerit ad ſancta dei euangelia ſe expendiſſe prædictos centum ſolidos turon. occaſione præſentis cauſæ.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter concipi poſſit ſuper iuriſdictione.*
2 *Iuriſdictio non eſt ſeruitus realis.*
3 *Iuriſdictio non eſt ſeruitus perſonalis.*
4 *Sententia qualiter ſit ſuper iuriſdictione proferenda.*

¶Septimus libellus ſuper iuriſdictione.

1 CORAM vobis domino iudice † Montiſpeſſulani dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum. Quòd dictus actor habet omnimodam iuriſdictionē in territorio Cellenouę,ſic & ſic cōfrontato,& in eo omnimoda iuriſdictio eſt ſua,vel quaſi ſua.Vnde cū dictus reus dictum actorē impediat vti prædicta iuriſdictione in dicto territorio,agit dictus actor contra dictum reum , & petit a vobis dicto domino iudice,vt dictam omnimodam iuriſdictionem dicti actoris ad eum pertinere & eſſe ſuam , vel quaſi per veſtrā diffinitiuā ſententiam declaretis,& dictum reum, vt dictum actorem patiatur vti prædicta iuriſdictione,& vt caueat ne ipsū in futurum vti impediat,ſententialiter condemnetis. Necnon intereſſe dicti actoris quod æſtimat.10.lib. quia ipſum ſine iuſta cauſa impediuit vti prædicta iuriſdictione.Necnon & in expenſis factis occaſione præſentis cauſæ,quas æſtimat.20.ſolu.turon dandis dicto actori per eandem ſententiam condemnetis, & cōdemnatum ad prædicta iuris remediis compellatis. Et ꝓteſtatur de futuro intereſſe:& de expenſis faciendis ſuo loco & tempore legitimè declarandum: implorans domine iudex veſtrum officium in his in quibus de iure fuerit implorandū.Probatur vt ſupra in confeſſoria,vbi probatus eſt libellus.Circa qđ notandum eſt,ꝙ ſeruitutum quædam ſunt reales,quædam per-
a ſonales,vt ff.de ſerui l.j. † Iuriſdictio quæ non inuenitur inter eas nominata,nec nominari debuit:ipſa eñ realis ſeruitus non eſt:quia realis debetur prædio: vt inſti.de ſerui.§.in ruſticorum. & ff.communi præd.l.j.Et licet iuriſdictio cōcernat territoriū, vt ff.de iuriſdic.om.iud.l.fi.& ff.de verb.ſign.l.pupillus.§.territoriū.attamen ipſa nō debetur prædio, ſed perſonæ, iuxta ea quæ
3 notantur.ff.de offi.præſid.l.3. † Item nō eſt perſonalis ſeruitus; quia illa ad hæredem non trāſit,vt ff.de lib. leg.l.& non ſolum. §.tale.de vſufruc.l.ſi quis binas ædes.Iuriſdictio autem trāſit ad hæredem:non tamen ad hæredem præſidis: quia ille a ſe eā abdicare non poteſt.ff.de offi.preſi.l.pen.ſed ad hæredem baronis qui eam acquiſiuit tempore,vel alio modo bene tranſit. Videmus eñ hodie: ꝙ iuriſdictio eſt in patrimonio baronum quodammodo,ſicut aſinus eſt in patrimonio ruſticorum,ſiue ruſtici.Item licet iuriſdictio nō ſit ſeruitus: tñ ſi quis impediatur in ea,ipſe poterit agere ad inſtar confeſſoriæ actionis in rem,cum ſit eadem ratio: ergo ſit idem ius.Item iuriſdictio eſt res incorporalis,& in vſu ſuo habet cauſam interpollatā, vt ſeruitus itineris,actus,vel uiæ.De ſimilibus autem proceditur ad ſimilia, vt ff.de leg.l.non poſſunt.Et ſic formatus eſt prædictus libellus,
4 & ſic de conſuetudine obſeruatur &c. † Snīa iuxta prædicti libelli formam proferenda.Cum dictus actor ſufficienter ꝓbauerit intentionem ſuam,ſeu contenta in dicta petitione ſua:idcirco per ſnīam in his ſcriptis pronunciamus,decernimus & declaramus prædictam omnimodam iuriſdictionem dicti territorij Cellenouæ pertinere ad dictum actorem & eam eſſe ſuam, vel quaſi &c.vt in præcedenti libello ſententia eſt formata.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter concipiatur in actione in rē pro perſonali ſeruitute vſusfructus.*
2 *Sententia quomodo ferenda ſit in actione confeſſoria in rem pro ſeruitute perſonali vſusfructus.*

¶Octauus libellus de confeſſoria in rem pro ſeruitute perſonali vſusfructus.

1 CORAM vobis domino iudice † Montiſpeſſulani dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinū, quòd dictus reus poſſidet quendam fundum ſitum in territorio de Col.de fi.& ſic confrontatum:in quo fundo dicto actori competit ſeruitus vſusfructus. Vnde cum dictus reus ipſum impediat in prædicta ſeruitute , nec patiatur eum uti, & frui:agit contra eum:& petit a uobis dicto domino iudice, ut eundem actorem habere ſeruitutem uſufructus in prædicto fundo per ueſtram ſentētiam declaretis. Et dictum reum ut dictum actorem patiatur uti prædicta ſeruitute, & ꝙ caueat , ne ipſum in futurum impediat ſententialiter condemnetis: necnon & in fructibus quos æſtimat decem ſextarios hordei, necnon & in alio ſuo intereſſe: quod æſtimat 20.ſolidos turonenſes per eandem ſententiam condemnetis:& condemnatum ad prædicta iuris remedijs compellatis. Petit etiam expēſas factas occaſione præſentis cauſæ,& proteſtatur de faciendis & futuro intereſſe ſuo loco & tempore declarandis: implorans veſtrum officium domine iudex &c.Probaī inſti.de actio.§ ęque ſi agat.
2 & ff.ſi uſufru.pet.l.j.in prin. † Sententia formatur iuxta libellū, ut ſupra in alia confeſſoria formata eſt &c.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter formetur,quum de iure ſeruitutis pecoris paſcendi agitur.*
2 *Seruitus depaſcendi eſt ruſtica,quam vniuerſitas habere poteſt.*
3 *Sententia quomodo feratur in actione pro iure depaſcendi pecoris.*

¶Nonus libellus de iure ſeruitutis pecoris paſcendi.

1 CORAM vobis domino iudice † de Latis dicūt & ꝓponunt in iudicio Colinus Bertrandi & Gerardus ſauen.conſules Montiſpeſſul.contra Petrum & Gulielmū habitatores caſtri de Latis,& cōtra Titiū & Sempronium curiales,ſeu deſeruientes dicti caſtri, ꝙ homines vniuerſitatis villæ Montipeſſulani habent ius, ſeu quaſi ſeruitutē depaſcendi pecora ſua in paſcuis, in territorio dicti caſtri de Latis ſic & ſic confrontatis,& vſi ſunt depaſcere pecora, quæ habuerunt in Montepeſſulano,& paſcuis in territorio prædictis, tanto tempore,cuius contrarium in memoria hominum non exiſtit. Vnde cum prædicti rei ſupranominati impediant homines Montiſpeſſulani uti prædicto iure,ſeu quaſi ſeruitute prędicta,agunt prædicti conſules contra eos nomine vniuerſitatis ſeu hominum prædictæ uillæ Montiſpeſſulani. Et petunt a uobis domino iudice,ut dictum ius,ſeu prædictam uel quaſi ſeruitutem depaſcendi pecora,pertinere ad dictos homines vniuerſitatis villæ prædictę, in prædictis paſcuis & territorio per ueſtram ſententiam declaretis,& dictos reos, ut dictos homines prædictæ uillę, prędicta quaſi ſeruitute uti patiantur, & ut caueant,ne in futurum eos uti impediant,ſententialiter condemnetis:& condemnatos ad prædicta iuris remedijs compellatis. petunt expeñ.&c.implorant ueſtrum officium &c. ut ſupra in pluribus alijs libellis. † Probatur prædictus libellus : quia ſer-
2 uitus depaſcendi eſt ſeruitus ruſtica , ut ff.de ſerui. ruſtic. prædi. l.j.§.in prædijs.& inſtitu.de ſeruitu.§.in ruſticorum. Et poteſt eā habere vniuerſitas,vt ff.ſi ſeruitus uend l.teſtatrix.§.j.Et pro ſeruitutibus agitur confeſſoria , ut ff. eodem l.2. in princip. † Sen-
3 tentia proportionaliter iuxta libelli ſequentis ſententiam concipi poteſt:parua eſt differentia,niſi ꝙ præcedēs libellus & ſententia fundantur ſuper iure ſeruitutis depaſcendi pecora : ſequens autem libellus & ſententia fundatur ſuper conſuetudine ſeruilis ſeruitutis.

SVMMARIVM.

1 *Libellus quomodo concipi debeat in conſuetudine ſeruitutis depaſcendi pecoris.*
2 *Sententia qualiter ſit ferenda pro conſuetudine ſeruitutis depaſcendi pecora.*

¶Decimus libellus de conſuetudine ſeruitutis.

1 CORAM vobis domino iudice† de Latis dicūt & proponunt in iudicio Colinus Bertrandi & Gerardius rauei conſules Montiſpeſſulani contra Petrum & Gulielmum habitatores caſtri de Latis, & contra Titium & Sempronium ſeruientes curiæ prædicti caſtri. Quòd homines vniuerſitatis uillæ Montiſpeſſulani habent ex conſuetudine legitimè præſcripta ius paſcendi pecora ſua, in paſcuis & territorio dicti caſtri, ſic & ſic confrontatis. Vnde cum prædicti rei ſupranominati impediant homines prædictæ uillæ

Source : BIU Cujas

Mõtiſpeſſulani in prædicta conſuetudine iuris paſcendi: agunt dicti conſules nomine vniuerſitatis ſeu hominum villæ prædictæ Montiſpeſſulani, cõtra prædictos reos, & petunt à vobis dicto dño iudice, vt dictos hoïes Montiſpeſſulani habere ius paſcendi pecora ſua ex conſuetudine legitime præſcripta in paſcuis & territorio prædictis per veſtram ſententiam declaretis. Et dictos reos vt prædictam cõſuetudinem obſeruent, & cuſtodiant, nec dictos homines Montiſpeſſulani in vſu prædictæ conſuetudinis impediant, ſententialiter condemnetis, & condemnatos ad prædicta iuris remediis compellatis. Et petunt expenſas &c. implorant officium &c.

Probatur inſti. de iure naturali. §. ex non ſcripto. & ff. de leg. l. de quibus. & l. ſeq. cum ſimil. Recte dicitur, habent conſuetudinem, aliàs niſi haberẽt ex cõſuetudine, vel aliàs ex ſeruitute ipſi non poſſent in prædictis paſcuis depaſcere pecora ſua, vt C. de paſcuis pu. vel pri. l. 2. lib. 11. Licèt ſit contra. de pace tenenda & eius vio. l. vna. in fi. colla. 10. Sed nos nõ vtimur illa lege, nec lex
2 debet reputari, cum & duellum permittat. † Sententiam iuxta prædicti libelli formam proferenda. Cum dicti conſules probauerint ſufficienter intentionem ſuam, ſeu contenta in dicta petitione ſua, idcirco per ſententiam in his ſcriptis pronũciamus & declaramus homines villæ Montiſpeſſulani habere ex conſuetudine legitime prę ſcriptas ius depaſcendi pecora ſua in prę dictis paſcuis & territorio de Latis: & condẽnamus dictos reos, vt dictam conſuetudinem cuſtodiant & obſeruẽt, & dictos homines in vſu prædictæ conſuetudinis non impediant in futurũ, & nihilominus condemnamus dictus reus in 10. libris dandis dictis conſulibus pro expenſis.

SVMMARIVM.

1 *Libellus ſub qua concipi debeat forma in actione in rem negatoria.*
2 *Negatoria actio domino vel quaſi domino fundi competit, in quo ſeruitus deberi negatur.*
3 *Reus quando triplex habeat commodum ex quaſi poſſeſſione.*
4 *Sententia qualis ferri poſſit in negatoria in rem actione.*

¶ Vndecimus libellus de negatoria in rem actione.

1 Coram vobis domino iudice Mõtiſpeſſulani † dicit & proponit in iudicio P. contra Martinum, quòd dictus actor tenet & poſſidet quendam fundum ſitum in territorio ſancti Cornelii ſic & ſic cõfrontatum. vnde cum dicto reo nõ competat ſeruitus nec quaſi itineris ad dictam vineam per dictum fundum, agit dictus actor contra dictum reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum reum non habere ſeruitutem nec quaſi itineris per dictum fundum ad prædictam vineam eundi, & prędictum fundum eſſe liberum à prædicta ſeruitute, vel quaſi ſeruiture per veſtram ſententiam declaretis. Et dictum reum, ne decætero vadat per dictum fundum ad dictam vineam, & ꝙ caueat de non eundo in futurũ, & vt intereſſe præſtet, quod æſtimat actor 20. ſolidorũ turonenſium ſententialiter condemnetis, & cõdemnatum ad prędicta iuris remediis compellatis. petit expẽſas occaſione prę ſentis cauſæ factas: & proteſtatur de faciẽdis, & de futuro intereſſe ſuo in proceſſu præſentis cauſæ declarandis, implorans veſtrum officium domine iudex in his, in quibus de iure fuerit implorãdum. Probatur ſupra per iura ad libellum ſuper confeſſoria actione allegata. † Et eſt notandum, ꝙ negatoria actio com
2 petit domino, vel quaſi domino fundi, in quo negatur ſeruitus deberi, vt ff. ſi ſerui. vendi. l. j. in prin. Circa quod eſt aduertendũ, ꝙ vbi reus, contra quem agitur negatoria, non eſt in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, eſt commodum actoris, ꝙ non oporteat eũ probare ſe dominum, vel quaſi dicti fundi, pro quo agitur negatoria. Secundò eſt notandum ꝙ ſi reus, contra quem agitur negatoria, ſit in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, vt in caſu noſtri libelli, poſſet apparere; quia iter ibi euidenter apparet calcatum eſſe pedibus, vel paratum per gradus, vel cliuos, vt ff. de ſerui. vrb. prę
3 dio. l. j. † Tunc ille reus inter alia habet triplex commodum ex illa quaſi poſſeſſione. Primum eſt: quia actor habet neceſſe probare ſe eſſe dñm vel quaſi illius fundi, ꝓ quo agitur negatoria, aliàs ſuccumberet. Secundum eſt, ꝙ ille reus non habet neceſſe probare conſtituentem fuiſſe dominum prædii, in quo dicit ſeruitutem fuiſſe conſtitutam: quia quilibet fundus preſumitur liber à ſeruitute impoſita, vt no. ff. de proba. l. circa. Tertium eſt, ꝙ non oportet reum probare ſe eſſe dominum fundi, cui dicit ſeruitutem deberi. Et prædicta colliguntur & habẽtur. ff. de ſerui. l. ſicut. §. ſed ſi quæritur, & ff. ſi vſufru. pe. l. pe. & inſti. de interdict. §. commodum. † Sententia iuxta prædicti libelli formam
4 proferenda. Cum dictus actor ſufficienter probauerit intentionem ſuam, ſeu contenta in dicta petitione ſua, & reus non probauerit ſe habere aliquam ſeruitutem, vel quaſi itineris per dictum fundum ad dictam vineam, idcirco per ſententiam in his ſcriptis pronũciamus, & declaramus, dictum fundum eſſe liberum à dicta ſeruitute vel quaſi, & dicto reo nõ deberi ſeruitutẽ vel quaſi itineris per dictum fundũ ad dictã vineam, & cõdemnamus dictum reum: ne decętero vadat iure ſeruitutis vel quaſi itineris prædicti per dictum fundum ad dictam vineã, & vt cautionem præſtet, ne decętero per illum fundum illo iure vadat.

Item quia conſtat nobis de intereſſe dicti actoris in 20. ſolidis turon. quia dictus reus ſic iuit per dictum fundum, condemnamus prędictum reum in prędictis 20. ſolidis turon. dandis dicto actori. Et nihilominus condemnamus dictum reum in centũ ſolidis turon. dandis dicto actori pro expenſis præſentis cauſæ: cum actor taxatione noſtra præcedente delato à nobis iuramẽto iurauerit ſe expendiſſe prædictos centum ſolidos turon. occaſione præſentis cauſæ.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter formetur in publiciana pro re mobili.*
2 *Sententia qualiter formari debeat in publiciana pro re mobili & qualiter pro re immobili.*

¶ Duodecimus libellus de publiciana pro re immobili.

1 Coram vobis domino iudice Mõtiſpeſſulani † dicit & proponit in iudicio P. contra M. ꝙ dictus reus poſſidet, ſeu tenet, & facultatem reſtituẽdi habet, quendam equum pili mauri ſtellatum in fronte ad dictum actorem pertinẽtẽ iure quaſi dominii: pro eo quia ipſum emit, & per traditionem accepit à Titio, quem credidit eſſe dominũ dicti equi, & verum nõ erat: vnde cum dictus reus equum reſtituere contradicat, agit contra eum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum equum ad dictum actorem pertinere iure quaſi dominii, quaſi ipſum vſuceperit, licet in veritate ipſum non vſuceperit, per veſtram ſententiam declaretis. Et dictum reum ad reſtituendum dictum equum dicto actori ſententialiter condemnetis, & condemnatum ad reſtituẽdum iuris remediis compellatis &c. Probatur in ſt. de ac. §. ſed iſtæ. & ff. de publi. l. j. & l. eum qui. §. publiciana actio. Inter cætera dicit actor in libello dictum equũ ad eum pertinere iure quaſi dominii, & debet intelligi, quaſi dominii, ſcilicet quaſi directi: quia à directo domino credidit eum acquirere. Item petit actor dictum equũ quaſi ipſum vſuceperit, & ſic recte formatus eſt libellus ſuper re mobili, in qua ſicut per vſucapionem acquiritur directum dominium, ita per illam quaſi vſucapionem, quæ prætenditur in publiciana, agitur iure quaſi dominii directi. item ſi probat illũ à quo dictus equus fuerit emptus, fuiſſe dominum equi: ſuccũbet actor in publiciana actione, ſed ipſe poterit redire ad rei vẽ dicationem directam: & in ea obtinebit, vt no. in §. ſed iſtę. cum
2 concor. † Sententiæ condemnatoriæ in prædictis pro re mobili & pro re immobili formas non reperio in ſcriptis illius doctoris inſertas, ſed faciliter poſſunt ex prædictis colligi, & iuxta petitionum formas concipi iuris dictamine ſuffragante.

SVMMARIVM.

1 *Libellus quomodo formetur in publiciana pro re immobili.*
2 *Fundus & quælibet res immobilis petitur iure quaſi vtilis dominij.*
3 *Publicianiſta vtile dominium habere dicitur à nonnullis, ab aliis verò non.*
4 *Dominium vtile ſeu verum eiuſdem rei nõ poteſt duobus inſolidum ſpectare:*
5 *Sententia quæ ferri poſſit in publiciana pro re immobili.*

¶ Tertiusdecimus libellus, de publiciana pro re immobili.

1 Coram vobis domino iudice Mõtiſpeſſulani † dicit & proponit in iudicio Pet. cõtra Martinum: ꝙ dictus reus poſſidet ſeu tenet & facultatem reſtituendi habet quendam fundum ſic & ſic confrontatum, ad dictum actorem iure quaſi vtilis dominii pertinentem, pro eo ꝙ eum emit, & per traditionem accepit à Titio, quẽ credidit tũc habere directum dominium vel vtile dicti fundi, & verum nõ erat. Vnde cum dictus reus dictum fundum reſtituere contradicat: agit dictus actor contra eum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum fundum ad dictum actorem pertinere iure quaſi dominij, vel vtilis dominii quaſi prædictum fundum præſcripſerit, licèt verum non ſit per veſtram ſententiam declaretis. Et dictum reum ad reſtituendum dictum fundum dicto actori vnà cum fructibus ſententialiter condemnetis, & condemnatum &c. Probatur. ff. de pub. l. cum ſponſus. §. in vectigalibus. Et pro mobili debet agi iure quaſi dominii directi, quaſi
2 eum actor vſuceperit, licèt verum non ſit. † Sed pro fundo, qui eſt res immobilis, debet agi iure quaſi vtilis dominij, quaſi actor ipſum præſcripſerit, licèt verum non ſit. Et ſic prędictum verbũ quaſi vſucepiſſe, poſitum eſt. inſti. de act. §. ſed iſtæ. Et proponit proprie & improprie pro re mobili, in qua habet locum vſucapio. Et improprie pro re immobili: in qua proprie nõ habet locum vſucapio, ſed ſolum præſcriptio. no. inſti. de vſucap. circa princ. ſcilicet ꝙ verbum vſucapiantur, ponitur ibi proprie pro re mobili, & improprie pro re immobili: & illud not. ff. de vſu-
3 cap. l. 3. † Circa prædictos duos libellos dicit quidam, quòd publicianiſta habet vtile dominium: & no. ff. de pub. l. ſi ſeruus. de ac. re. do. l. traditio. in prin. & notauit hic do. Azo in ſumma ſua inſti. de act. Et ſecũdum hoc eſſent aliter formandi libelli, & indiſtincte actor agendo publiciana actione in rem, deberet dicere rem ad ſe pertinere iure vtilis dñii. Sed credo prędictos libellos ſufficienter formatos eſſe de iure. Publicianiſta enim nõ habet aliquod vtile dominium verum, ſeu exiſtens, vt dictũ eſt ſupra in prin. libelli, licèt vtile dominium habeat ſimilitudinarium, ſeu ex quadã fictione iuris intantũ, ꝙ põt agere quaſi dñis,

non ꝙ

Source : BIU Cujas

non ꝙ sit dominus iure directi dominii, nec dominii vtilis, sed solum iure similitudinario vtilis seu ficti dominii. Et iuxta istū intellectum dominus Azo videtur dixisse institu. de act. in summa sua, ꝙ vtile dominium, quod contingit per publicianam, potest esse duorum insolidum. Quod non dixisset, si de vero dominio locutus fuisset, quod habetur in præscriptione, vel quod habet emphyteuta verus, vt supra in secundo libello dictum est. † Impossibile est enim duos habere insolidum vtile 4 dominium seu verum eiusdem rei, licèt in ficto vtili dominio, seu in quasi dominio possit esse verum illud, quod dominus Azo ibi dixit. Sed hodie in quasi dominio de quadam generali consuetudine curiarum licèt sit contra ius scriptum, potest formari libellus largius. Poterit dicere actor simpliciter rem ad se pertinere iure dominij vel quasi, quæ verba important dominium directum, & quasi directum, vt vtile, & quasi vtile: effectum dominij seu quasi dominij, vt dictum est supra in tertio libello. Caueat tamen discretus aduocatus, an expediat actori ita generaliter loqui in libello: quia periculosum erit, si succumbat in lite, quia omnem causam videbitur vna petitione comprehendisse, vt ff. de excep. re. iud. l. & an eandem. §. actiones. cū 5 concor. † Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendę exemplum non reperi, sed faciliter concipi potest, vt de alia sententia proximè est prædictum &c.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum vt quis agere possit rescissoria in rem actionis qualiter petatur.*
2 *Sententia quæ proferri possit secundùm libellum petentis restitutionem in integrum.*

¶ Quartusdecimus est de restitutione in integrum ad effectum vt quis agere possit rescissoria in rem actione.

1 Coram vobis domino iudice † Montispessulani dicit & proponit in iudicio P. contra M. ꝙ cum dictus actor & dictus reus fouerent domicilium in Mōte pessulano, dictus reus tenuit & possedit iusto titulo p decem annos quandam vineam sitam in territorio de Goldelfi, sic & sic confrontatam, & ita eam præscripserat bona fide, quæ vinea ante præscriptionem prędictam pertinebat ad dictū actorem iure dominii vel quasi. Item asserit dictus actor: ꝙ decem annis prædictis, per quos prædictus reus tenuit & possedit dictam vineam, dictus actor fuit absens causa reipublicę, in exercitu Imperatoris contra sarracenos per vnum annum continuum. Et sic non potuit dictum reum conuenire, nec rem ab eo vendicare, & multominus hodie: quia præscriptio est completa: cum autem ex prædicta absentia dictus actor sit & fuerit læsus: petit & supplicat vobis dicto domino iudici, vestrum officium implorando, vt ipsum per vestram sententiam aduersus præscriptionem prædictam vocato dicto M. in integrum restituatis, scilicet prędictum annum, qui fluxit in prædicta absentia sua de medio subducēdo taliter, ꝙ rescissa prædicta præscriptione: dictus actor possit prædictam vineam per actionem in rem rescissoriam vendicare. Probatur instit. de act. §. rursus in fi. Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exemplum se 2 quitur, & est tale. † Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua seu supplicatione, idcirco per hanc nostram sententiam in his scriptis ipsum restituimus in integrum aduersus illius anni spacium, in quo ipse fuit absens, & dictum annum sibi de medio subducimus: decernentes ꝙ non obstante prædicti anni spatio, dictus actor supplicans possit dictam vineam suam actione rescissoria vendicare.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter formetur in rescissoria in rem actione.*
2 *Sententia quæ ferri possit iuxta tenorem libelli de rescissoria in rem actione.*

¶ Quintusdecimus libellus de rescissoria in rem actione.

1 Coram vobis domino iudice † Mōtispessulani dicit & proponit in iudicio P. contra M. quòd dictus reus possidet seu tenet & facultatem restituē di habet quandam vineam sitam in territorio de Godelfi, sic & sic confrōtatam: quam vineam cum pertineret retroactis temporibus ad dictum actorem iure dominii vel quasi, dictus reus tenuit bona fide & iusto titulo per decem annos: & sic dictam vineam prescripsit: intra quos decē annos dictus actor fuit absens causa Reipublicæ per vnum annum continuum. Vnde cū tempus illius anni quod fluxit in ciusdem actoris absentia prædicta, sit de medio subductum: in integrum restitutione à competente iudice rite & iuste obtenta, agit dictus actor contra dictum reum: & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictam vineam dicto actori, non obstāte prædicta præsciptione restituat sententialiter condemnetis, & condemnatum ad restituēdum iuris remediis compellatis, petit etiam expensas &c. imploranś 2 vestrum officium &c. Probatur instit. de actio. §. rursus. † Sentētiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ tenorem non reperi, & non erat necessarium inserere, quia iuxta petitionis seriem potest faciliter ordinari.

SVMMARIVM.

1 *Actio in factum pauliana qualiter intentetur.*
2 *Sententia qualis feratur in actione in factum pauliana.*

¶ Sextusdecimus de actione in factum pauliana.

1 Coram vobis domino iudice † Montispessulani dicit & proponit in iudicio P. cōtra Martinum, ꝙ dictus reus possidet seu tenet, & facultatem restituēdi habet qnendam fundum situm in territorio sancti Mar. de primeto, sic & sic confrontatum: quem fundum Titius debitor dicti actoris in 10. lib. turon. ex causa mutui in dictum reum alienauit in fraudem eiusdem actoris, dicto reo fraudem participāte. vnde cum dictus actor bona dicti Titii debitoris sui excusserit: & iussus fuerit auctoritate competentis iudicis bona dicti Titii possidere, nec tamen potest debitum suum recuperare, scilicet prædictas 10. libras turon. cum dictus reus non inuenia tur aliqua bona fide possidere: agit dictus actor contra dictum reum, vt sibi dictum fundum restituat, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum reum ad restituendum dictum fundum dicto actori cum fructibus, qui cohęrebant dicto fundo tempore alienationis, cum fructibus, quos dictus reus percipiebat, vel percipere poterat post litem contest. de dicto fundo per vestrā sententiam condemnetis: & condemnatum ad restituendum iuris remediis compellatis. Petit expē. &c. Implorat officiū &c.
2 Probatur instit. de actio. §. si quis in fraudem. † Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ tenorem non reperi, & non erat necessarium præsentibus inserere ex causa in libello supra proximè iam prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Actio hypothecaria qualiter intentari possit.*
2 *Sententia quæ sequi possit ad actionem hypothecariam.*

¶ Decimusseptimus de hypothecaria actione.

1 Coram vobis domino iudice † Montispessulani dicit & proponit in iudicio P. cōtra M. ꝙ dictus reus possidet & tenet & facultatē restituendi habet quendam fundum situm in territorio de Primeto, sic & sic confrontatum. Quem fundū cum pertineret ad Męuiū iure dominii vel quasi, idē Męuius obligauit, seu hypothecauit dicto actori pro 10. libris turon. in quibus dictus Męuius tenebatur sibi ex causa mutui: vnde cum nondum sit satisfactum dicto actori de prædictis 10. libris, agit dictus actor contra dictum reum, vt dictum fundum pertinere ad dictum actorem iure hypothecæ p vestram sententiam declaretis: dictum reum ad restituendum dictum fundum dicto actori sententialiter condemnetis, & cō demnatum ad restituēdum iuris remediis compellatis: petit ēt expensas &c. Probatur insti. de actio. §. item seruiana. Sententię iuxta prædicti libelli formam proferendæ exemplum sequitur,
2 & est tale. † Cum dictus actor probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, idcirco per nostram sententiam in his scriptis pronunciamus & declaramus dictum fundum pertinere ad dictum actorem iure hypothecæ: & condemnamus dictum reum ad restituendum dictum fundum dicto actori, tamdiu per dictum actorem tenendum, donec de prædictis 10. libris turon. sibi fuerit plenarie satisfactum. Et nihilominus condemnamus dictum reum in centum solidis turon. dandis dicto actori pro expensis &c.

SVMMARIVM.

1 *Libelli forma quæ sit in actione de constituta pecunia.*
2 *Sententia quæ feratur secundùm libellum in actione de constituta pecunia porrectum.*

¶ Decimusoctauus de actione de constituta pecunia.

Coram vobis domino iudice † Mōtispessulani dicit & proponit in iudicio P. contra Mart. quòd cum Titius debeat dicto actori 10. libras turonen. dictus Martinus dixit dicto actori, quòd ipse satisfaceret ei de prædictis 10. libris turonen. per dictum Titium sibi debitis, vnde cum dictus Titius adhuc debeat dictas 10. libras turon. & dictus Martinus reus eas dicto actori soluere contradicat: agit dictus actor contra dictum reum & petit ab eo prędictas 10. libras turon sibi dari. Et petit etiam à vobis dicto domino iudice, vt prædictum reum in prædictis decē lib. turon. dandis dicto actori per vestram sententiam condemnetis & condemnatū ad dādum iuris remediis cōpellatis. Petit ēt expensas iam factas occasione præsentis causę, & protestatur de faciendis; quas expē. declabit suo loco, & debito tempore, prout de iure fuerit declarā dum, implorās dñe iudex vestrum officium in his in quibus est in præsenti causa vel de iure fuerit implorandū. Probatur insti. de actio. §. in personam &c. Sententiæ iuxta prædicti libelli fo-

Source : BIU Cujas

2 mam proferendæ exemplum ſequitur,& eſt tale.† Cum dictus Petrus ſufficienter probauerit intentionem ſuam ſeu contenta in dicta petitione ſua, idcirco per noſtram ſententiam in his ſcriptis condemnamus dictum M.in prædictis 10.lib.turo.in dicta petitione contentis, dandis & ſoluendis dicto Petro,& in 40.ſol.turon.pro expen.quas idem Petrus fecit occaſione præſentis cauſę,cum idem Petrus delato ſibi à nobis iuramento iurauerit ad ſancta Dei euāgelia,taxatione noſtra prædicta præhabita,ſe expendiſſe prædictos 40. ſolidos turon. occaſione præſentis cauſæ &c.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter formetur in actione ex vendito de peculio.*
2 *Actio de peculio non eſt nomen proprium actionis,ſed adiectio quædam.*
3 *Sententia quæ ferri poſſit iuxta libellum in actione ex vendito de peculio formatum.*

¶Decimusnonus de actione ex vendito de peculio.

1 Coram vobis domino iudice † Mōtiſpeſſulani dicit & proponit in iudicio P. contra M. quòd dictus actor vendidit & tradidit Martineto filio dicti Martini , & in eius poteſtate exiſtenti centumſextaria ordei pretio 10.lib.turonen.vnde agit dictus actor , & petit , vt pretium illius det & ſoluat,& petit à vobis dicto domino iudice:vt prędictum M.in prædictis 10 lib.turon.dandis & ſoluendis dicto actori,prout vires peculij Martineti filii ſui patiuntur, per veſtram ſententiam condēnetis,& condemnatum ad dandum & ſoluendum iuris remediis compellatis,cū expenſis prę-
2 ſentis cauſæ factis & faciendis quas in proceſſu præſentis cauſæ declarabit,implorans veſtrum officium &c. Probatur inſtit.de act.§.in perſonam.& ff.de pecu.l. ſed ſi damnū. §. peculium. Et petitur hoc actione ex vendito de peculio:† nec enim actio de peculio eſt proprium nomē actionis: ſed eſt quædam adiectio, vt ff.de pecu.l.ſed §.Iulianus.& eſt actio perſonalis.inſtit.de act. §.in perſonam.Sententiæ iuxta prædicti libelli formam profe-
3 rendæ exemplum ſequitur:& eſt tale.† Cum dictus actor ſufficienter probauerit intētionem ſuam , ſeu contenta in dicta petitione ſua,& inter alia probatum ſit eſſe 15.lib. turon. in peculio dicti Martineti. Et ediuerſo dictus reus ꝓbauerit ſibi & aliis qui in poteſtate eius ſunt:deberi à dicto Martineto filio ſuo decem libras turon.vnde illis deductis non remanent in peculio niſi centum ſolidi turon. Idcirco per noſtram ſentētiam in his ſcriptis condemnamus dictum M. in centum ſolidis turon. in peculio deductione prædicta facta reſtantibus dādis dicto actori &c.Probatur.ff.de pec.l.ſed ſi damnū.§.j.& 2.Sed cum 10. lib. ſint petitæ in libello : & condēnatio facta ſit in centum ſoli. turon.& de aliis centum tacetur:quia nec facta eſt condemnatio, nec abſolutio ſuper eis,videretur, ꝙ prædicta ſentētia ſit nulla, vt ff.de do.excep.l.apud Celſum.§.item quęritur.Sed ſi dictis ꝙ 10.lib.non fuerint petitæ præcisè, ſed peculiotenus , & quantū vires peculii paterentur , quare iudex potuit & debuit de illis aliis centum ſolidis tacere, & ſic valet ſententia.

SVMMARIVM.

1 *Actionem in factum ex iureiurando intentans qualiter libellum concipere debeat.*
2 *Sententia qualis ferri poſſit ſecundum tenorem libelli in actione in factum ex iureiurando formati.*

¶Viceſimus libellus de actione in factum ex iureiurando.

1 Coram vobis domino iudice † Montiſpeſſulani dicit & proponit in iudicio P. cōtra M. ꝙ tum idem Petrus peteret 10.lib.à dicto Martino,quas ſibi debebat,& dictus Martinus negaret ſe eas debere,dictus M. detulit iuſiurādum dicto Petro,& ꝙ iuraret per Deum ſibi deberi prædictas 10.lib. turon. à dicto M. & incontinenti ſuſcepto dicto iuramento per dictum P.idem P. iurauit per Deum ſibi deberi à dicto M.prædictas 10.li.turon.quare agit dictus actor cōtra dictum reum, vt ſibi det & ſoluat prædictas 10. lib. turon. & petit à vobis dicto domino iudice,vt dictum reum in prędictis 10.lib. turon. dandis dicto actori , per veſtram ſententiam condemnetis,& condemnatum,ad dādum iuris remediis compellatis &c.Probatur inſti.de actio.§. item ſi quis poſtulante. ff. de iureiuran. l.3.in prin & l.non erit. §. j. Sententiæ iuxta prædicti
2 libelli formam proferēdæ exemplum ſequitur:& eſt tale.† Cū dictus actor ſufficienter probauerit intentionem ſuam,ſeu cōtenta in dicta petitione ſua . Idcirco per ſententiam in his ſcriptis condemnamus dictum reum in dictis 10. lib. turon. dandis & ſoluendis dicto actori. Et nihilominus condemnamus dictum reum in 40. lib. ſolid. turon. dandis dicto actori pro expen.quas fecit &c.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter in actione in factum ex albo corrupto formari debeat.*
2 *Pœna quę ſit corrumpentis album prætoris.*
3 *Actio ex albo corrupto eſt popularis,annalis & prætoria.*
4 *Edicta prætoris ſeu ea quæ cauſa iuriſdictionis perpetuæ proponuntur, vbi hodie ſcribantur.*
5 *Sententia quæ ferri poſſit contra corrumpentem album prætoris.*

¶ Viceſimusprimus libellus de actione in factum ex albo corrupto.

1 Coram vobis domino iudice † Mōtiſpeſſulani dicit & proponit in iudicio P. tanquā vnus de populo contra M. ꝙ cum bailliuus Montiſpeſſulani feciſſet ſcribi in pariete ſeu in muro curię,perpetuę iuriſdictionis cauſa, ꝙ quicunq; probaretur deſtrals, vel deſtralagio diffamatus, ꝙ excobaretur ſeu fuſtigaretur per villam fortiter & atrociter vſq; ad ſanguinis effuſionem: dictus M. dolo malo corrupit verba illa. Quare cum interſit dicti Petri tam reſpectu ſui proprii intereſſe,q̄ cauſa tuendi ius populi illud edictum non fuiſſe corruptum:agit dictus actor contra dictum reum,& petit à vobis dicto domino iudice,vt dictum reum ad dādum dicto actori pœnam quinquaginta aureorū, in quam incidit ex corruptione dicti edicti, per veſtram ſententiam condemnetis, & con-
2 demnatum &c.† Probatur inſti.de actio.§.pœnales.ff.de iuriſdi. om.iudi.l.ſi quis id quod.in prin. vbi in quibuſdam libris eſt pœna quingentorum aureorum,& in quibuſdā eſt pœna quinquaginta aureorum.Sed in prædicto libello petiti ſunt quinquaginta aurei:quia pœnæ ſunt moliendæ in dubio, vt ff.de pœnis. l. in-
3 terpretatione.† Eſt autem hæc actio popularis,& annalis,& prętoria,vt ff.de act.& obl.l.in honorariis. Et inſti. de perpe. & tēp. ac.circa prin. Itē pœna illa applicatur illi qui admittitur ad agendum,vt ar.ff.de verb.ſig.l.cui ex empto.& de popu.ac. l. 2. cum ſuis concor. Item dicunt quidam , ꝙ prædicta actio & pœna habent locum,ſi quis dolo malo furcas diruat,vel ſaccos in porticu curiæ poſitos ſuſtulerit:& ſatis poteſt adaptari tex.in l.ſi quis
4 id quod.in prin.† Item hodie ea quæ perpetuæ iuriſdictionis cā proponuntur,non ponuntur in albo ſeu in muro curiæ, ſed in quaterno ſeu papyro curiæ. Et ideo pōt dici, ꝙ prædicta actio & pœna habent ibi locum , ſi quis ea dolo malo deleuerit, cum ſit eadem ratio, ergo & idem ius. Item talis papyrus eſt hodie ſubrogata in loco albi prætoris ad prædicta ſcribenda, ergo &c. Item ſic forte poſſet dici de aliis requeſtis in dicta papyro ſcriptis,ſi quis eas corrupit dolo malo:largè eiñ intelligitur.Et notatur hæc materia.ff.de albo ſcri.in rub. & in l. prædicta. ſi quis id quod.in prædicta gl.Item eſt notandum, ꝙ ſi duo inter ſe litigent,& alter acta inter eos habita corrupit vel falſauerit,ille cadet à cauſa, vt ff.de iure fiſci. l. in fraudem. §. quoties. &c.Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exemplum ſe-
5 quitur,& eſt tale.† Cum dictus actor ſufficienter probauerit intentionem ſuam , ſeu cōtenta in dicta petitione ſua,idcirco per noſtram ſententiam in his ſcriptis condemnamus dictum reū in prædictis , l. aureis dandis & ſoluendis dicto actori &c. Non tamen inuenio,ꝙ bailliuus vel præſes prouinciæ poſſit talia ſtatuta facere de iure ſcripto, ſine expreſſo conſenſu populi, vel conſulum .

SMMARIVM.

1 *Filius vocans parentem in ius ſine venia qua conueniatur actione.*
2 *Sententia quæ feratur aduerſus filium vocantem parētem in ius ſine venia.*

¶Viceſimusſecundus libellus de actione in factum, ſi filius vocat parentem in ius ſine venia.

1 Coram vobis domino iudice † Montiſpeſſulani dicit & proponit in iudicio P. cōtra M.filium ſuum in eiuſdem actoris poteſtate minime conſtitutum,ꝙ dictus M.fecit dictum P.patrem ſuum vocari in ius cauſa experiendi ſeu litigandi cum eo coram vobis, nulla licentia ſeu venia à vobis vel ab alio iudice competēte impetrata.Quare agit dictus actor contra dictum reum,vt ſibi det l.aureos pœnę nomine:& petit à vobis dicto domino iudice,vt dictū reum ad dandum & ſoluendum dicto actori. l.aureos prædictos per veſtram ſententiam condemnetis & condemnatum &c. Probatur inſti.de act.§.pœnales.& de pœ.te.liti.§.fi.& ff.de in ius vo. l.pe.& fi.C.eo.l.fi.Sententiæ. iuxta prædicti libelli formam pro-
2 ferendæ exemplum ſequitur,& eſt tale.† Cum dictus actor ſufficienter probauerit intentionem ſuam , ſeu contenta in dicta petitione ſua,idcirco per noſtram ſententiam in his ſcriptis cō demnamus dictum reum in prædictis quinquaginta aureis dandis dicto actori &c.

SVMMARIVM.

1 *Eximens vi eum qui in ius vocatus eſt qua actione teneatur.*
2 *Sententia qualiter formetur contra eum qui vi exemit in ius vocatum.*

¶Viceſimustertius libellus de actione in factum ex edicto, ne quis eum qui in ius vocatus eſt vi eximat.

1 Coram vobis domino iudice † Montiſpeſſulani dicit & proponit in iudicio P. contra Martinum,ꝙ cum idem actor feciſſet vocari in ius corā vobis Titium,præfatus M.dictum Titiū per vim & dolo malo exemit,in tantum ꝙ ad diem & horam dicto Titio aſſignatos per executorem dictus Titius non venit, nec venire potuit coram vobis. Vnde cum ex hoc dictus actor fuerit damnificatus: agit contra dictum reum,vt ſibi det & ſoluat, quāti ea res eſt ab eo-

dem

Source : BIU Cujas

dem actore æstimanda: scilicet inquantum ad delationem vestram idem actor in litem iurauerit. Et petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum reum inquantum ad delationem vestram dictus actor iurauerit, dandum dicto actori per vestram sententiam condemnetis, & cõdemnatum &c. Probatur insti. de act.
2 §. pęnales. † Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendę exemplum sequitur, & est tale. Cum dictus actor sufficiẽter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, & à nobis ei delato iuramento in litem iurauerit super sancta Dei euangelia, ꝙ ipse nollet pro centum sol. turon. dictum Titium debitorem suum fuisse per vim dolo malo exemptum per dictum M. quo minus ad iudicium venisset die & hora, quibus citatus venire debuit: idcirco per nostram sn̄iam in his cõdēnamus dictum M. in prædictis c. sol. turon. dandis &c.

SVMMARIVM.

1 *Actio quæ detur contra eum, per quem factum est, quominus quis in iudicio sistat.*
2 *Sententia quæ ferri possit contra impedimentum alium ne in iudicio sisteret.*

¶Vicesimus quartus de actione ex edicto, de eo per quem factum est, quominus quis in iudicio sistat.

1 Coram vobis domino iudice Mõtispessulani † dicit & proponit in iudicio P. contra M. Quòd cum Titius vocatus esset in ius coram vobis, ad instãtiam dicti actoris, & post datas ab eo satisdationes deberet sistere in iudicio coram vobis: tunc dictus M. dolo malo fecit; quo minus dictus Titius sisteret in iudicio coram vobis die & hora sibi assignatis. vnde cum dictus actor fuerit exinde damnificatus, & interfit sua in centum solidis turonen. agit cõtra dictum reum M. vt sibi det & soluat prædictos centum sol. turon. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum M. ad dandum & soluendum dicto actori prædictos centum solidos turon. per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c. Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exemplum sequi
2 tur, & est tale. † Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam seu contẽta in dicta petitione sua: excepto ꝙ non probat interesse suum, nisi in 30. sol. turon. & in duobus denariis. Idcirco per sententiam in his scriptis cõdemnamus dictũ M. in prædictis 30. sol. turonen. & duobus denariis dandis dicto actori: & dictum M. absoluimus à residua summa de prædictis centum sol. turon. contentis &c. Recte fit absolutio à residuo dictorum centum solidorum, alias sententia esset nulla: vt ff. de do. excep. l. apud Celsum. §. item quæritur. Item ꝙ reus in parte condemnatur, & in parte absoluitur, qualiter fiet de expen. dicetur in titulo de actione ex locato.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qua forma concipiatur in actione præiudiciali in rem, qua quæritur, an aliquis sit seruus.*
2 *Reo existente in libertatis possessione actori incumbet probatio, quòd reus sit seruus.*
3 *Seruus nemo effici potest ex pacto.*
4 *Sententia quæ feratur aduersus seruum iniuste se liberum asserentem.*

¶Vicesimus quintus libellus de actione præiudiciali in rem: per quam quæritur, an aliquis sit seruus.

1 Coram vobis domino iudice Mõtispessulani † dicit & proponit in iudicio P. contra M. Quòd dictus M. est seruus dicti actoris. vnde cũ dictus reus gerat se pro libero, & seruilia ministeria dicto actori deneget exhibere: agit dictus actor contra dictum reum: & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum reum esse seruũ dicti actoris, p vestram sententiam declaretis, & ipsum vt seruilia ministeria eidem actori exhibeat sententialiter condemnetis, & condemnatum ad prædicta iuris remediis compellatis. Petit etiam expẽsas iam factas occasione præsentis causæ, & protestatur de faciẽdis, quas in processu suo loco & tempore declarabit: implorans vestrum officium &c. Probatur inst. de act. §. præiudiciales. & ff. de libe. cau. l. ordinata. & C. eo. l. lite. In prædicto libello videtur omnis causa comprehẽsa, ex qua M. poterit probari seruus esse, cum nulla causa sit ibi specificata, arg. ff. de excep. rei iudi. l. &
2 an eadem. §. actiones. † Et est notãdum, ꝙ actori incumbit probatio, ꝙ reus sit eius seruus: postꝙ supponitur in libello, ꝙ reus est in possessione libertatis: vt C. de prob. l. ad probationem seruitutis. & ff. de libe. cau. l. liberis. §. fi. † Item est notandum, ꝙ qs
3 non efficietur seruus ex pacto: vt C. de libe. cau. l. nec si volens. & l. liberos. Nec ex tempore: vt C. de præscrip. lon. temp. quæ est pro libe. l. fina. Nec ex sola confessione apud acta: vt C. de libe. cau. l. interrogata. Sententiæ iuxta prædicti libelli formam
4 proferendę exemplum sequitur, & est tale. † Cum dictus actor non probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, idcirco per sententiam in his scriptis declaramus dictum M. liberum esse hominem & eum absoluimus à dicta petitione, & contentis in ea. Et nihilominus cõdemnamus dictũ actorem in c. sol. turon. dandis dicto M. reo pro expensis, quas fecit occasione præsentis causæ: cum delato à nobis iuramento iurauerit, taxatione nostra præcedente, se expendisse prædictos c. sol. occasione præsentis causæ.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter formetur in actione præiudiciali contraria.*
2 *Procuratorem constituere non potest existens in quasi possessione seruitutis.*

¶Vicesimus sextus libellus de præiudiciali actione contraria.

1 Coram vobis domino iudice Mõtispessulani † dicit & proponit in iudicio M. contra P. ꝙ dictus M. est liber homo. Vnde cum dictus P. eum detineat indebite & iniuste tanquã suum: cogendo eum sibi seruilia ministeria exhibere: agit contra eum: vt ipsum nõ inquietet: cum non sit ei tali vinculo astrictus. Et petit à vobis dicto dño iudice: vt dictum M. actorem esse liberum hominem, per vestram sententiam declaretis, & dictum P. reum, vt dictum Martinum liberum vti sua libertate permittat: ne ipsum cogat sibi seruilia ministeria exhibere, sententialiter condemnetis, & condemnatum ad prædicta iuris remediis compellatis &c. Probatur insti. de act. §. præiudiciales. Et quia Martinus proclamat de possessione seruitutis in libertatem: incumbit ei probatio libertatis: vt
2 C. de proba. l. matrem. & ff. eo. l. filius. & l. circa. cum ibi no. † Itẽ non poterit Martinus procuratorẽ cõstituere: quia est in quasi possessione seruitutis: vt C. de asser. tol. l. j. in prin. & ff. de procu. l. seruum quoque. §. j. cum concordan.

SVMMARIVM.

1 *Actio qua quæritur, an aliquis sit liber, quando concedatur.*
2 *Patronus actor non habens vnde se alat per officium iudicis alimenta à liber to petere potest.*
3 *Sententia quæ ferri possit in actione qua quæritur, an aliquis sit liber.*

¶Vicesimus septimus libellus de actione, per quam quæritur, an aliquis sit liber.

1 Coram vobis domino iudice Mõtispessulani † dicit & proponit in iudicio P. contra M. Quòd dictus reus est libertus dicti actoris. Vnde cum dictus reus se gerat pro ingenuo: agit dictus actor contra eũ, vt ipsum actorem habeat & teneat pro suo patrono. Et petit à vobis domino iudice: vt dictum reum esse libertum dicti actoris per vestram sententiam declaretis, & vt eundem actorem pro suo patrono habeat, & obsequia ad quę libertus patrono suo tenetur, ei præstet, sententialiter condemnetis, & cõdemnatum ad prædicta iuris remediis compellatis &c. Probatur insti. de actio. §. præiudiciales. & ff. si liber. ingenuus esse dicatur. l. fi. Et incum-
2 bet probatio patrono: vt ff. de proba. l. circa. † Et est notandum ꝙ si actor non habet vnde se alat, & vellet illa præiudiciali in rẽ agere: ipse posset à liberto alimẽta petere per officium iudicis; vt C. de ope. libe. l. j. & ff. de libe. agno. l. si quis à liberis. §. soluẽt. & §. alimenta. & §. si filius. Sentẽtiæ iuxta prædicti libelli formã
3 proferendę exemplum sequitur, & est tale. † Cum dictus Petrus actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua. Idcirco per nostram sentẽtiam in his scriptis declaramus dictum Martinum reum esse libertũ dicti actoris, & ipsum, vt dictum actorem pro patrono habeat, & ei obsequia, quæ libertus patrono suo præstare tenetur præstet, sententialiter condemnamus.

SVMMARIVM.

1 *Ingenuus cum sit aliquis aut filius qua actione quæratur. & nu. 2.*
3 *Sententia qualis esse debeat condemnans aliquem esse filium alicuius.*

¶Vicesimus octauus libellus de præiudiciali actione per quam quæritur, an aliquis sit ingenuus, & etiam, an aliquis sit filius.

1 Coram vobis domino iudice Mõtispessulani † dicit & proponit in iudicio M. contra P. ꝙ dictus M. est ingenuus, vnde cum dictus P. eum detineat vt libertum: nec patiatur eum morari, nec se gerere pro ingenuo: agit contra eum, vt ipsum non inquietet in sua ingenuitate: cũ idem M. libertinitatis vinculo ei non sit astrictus, & petit à vobis dicto domino iudice, vt eundem M. actorem esse ingenuũ per vestram sententiam declaretis, & dictum reum, vt dictum actorem non inquietet decætero vt libertum suum, & vt patiatur eum pro ingenuo se gerere, sententialiter condemnetis, & condemnatum &c. Probatur institu. de actio. §. præiudiciales. & ff. de proba. l. circa. & C. de inge. ma. l. diffamari. & si ser. expor. ve. l. moueor. in fi. † Coram vobis domino iudice Montis-
2 pessulani dicit & proponit in iudicio P. contra M. ꝙ dictus M. est filius dicti Petri, unde cum dictus M. denegat se esse eius filium, nec permittat se tractari vt filium, agit dictus actor contra dictum M. vt ipsum agnoscat in patrem, & sibi reuerentiam patri debitam, & alia quæ à filiis patribus debentur præstet. Et petit à vobis dicto domino iudice: vt dictum M. esse filium dicti actoris per vestram sententiam declaretis, & vt sibi reuerentiam

Source : BIU Cujas

tiam patri debitam, & alia quæ à filiis patribus debentur præ-
ſtet,ſententialiter condemnetis, & condemnatum &c. Proba-
3 tur inſti.de act.§.præiudiciales.† Sententiæ iuxta prædicti libel-
li formam proferendæ exemplum ſequitur,& eſt tale.Cum di-
ctus Petrus actor ſufficienter probauerit intẽtionem ſuam, ſeu
contenta in dicta ſua petitione. Idcirco per noſtram ſenten-
tiam in his ſcriptis declaramus dictum M. reum eſſe filium di-
cti P.actoris,& vt reuerentiam patri debitam, & alia quæ à filiis
patribus debentur præſtet,ſententialiter condemnamus &c.

SVMMARIVM.

1 *Condictio furtiua qualiter intentetur.*
2 *Sentẽtia qualiter feratur iuxta tenorẽ libelli in condictione furtiua formati.*
3 *Iudex non debet ſententiam ferre, donec plene certioratus fuerit de negocio.*

¶Viceſimusnonus libellus de condictione furtiua.

1 Coram vobis domino iudice Mõtiſpeſſulani † di cit & proponit in iudicio P. contra M Quòd cum dictus actor eſſet dominus, vel quaſi cuiuſdam muli,pili albi:dictus reus ſurripuit dictum mulum dicto actori, & eum ſecum duxit; furtum committendo. Vnde cum dictus reus ſibi dictum mulum reſtituere contradicat:agit cõtra eum, ſeu condictionem furtiuam dirigit contra eum: vt ſibi dictum mulum reſtituat. Et petit à vobis dicto domino iudice: vt dictum reum ad reſtituendum dictum mulum dicto actori per veſtram ſententiam condemnetis,& condemnatum,ad re ſtituendum iuris remediis compellatis: vnà cum fructibus perceptis & percipiendis. Petit etiam expenſas factas: quas ſuo loco & tempore declarabit: implorans veſtrum officium domine iudex in illis,in quibus eſt de iure, vel fuerit implorandum. Probatur inſtitu. de act.§. plane hodie furtum. Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exemplum ſequitur, & eſt
2 tale. † Cum dictus actor ſufficienter probauerit intentionem ſuam,ſeu contenta in dicto libello ſuo, & cõſtet nobis dictum mulum non extare,& ſit ſufficiẽter probatum, dictum mulum valuiſſe poſtquam furtum fuit commiſſum,vel ſaltem tempore commiſſi furti 10.lib. turon. Idcirco per noſtram ſentẽtiam in his ſcriptis condemnamus dictum reum in prædictis 10. lib. turon dandis dicto actori.Et eſt notandum,ꝙ ſi actor non poſſit bene probare æſtimationem dicti muli,ipſe poterit eam probare per iuramentum ſuum ſibi à iudice taxatione eius præcedente delatum:in odium rei doloſi:vt ff.quod vi aut clam.l.ſem per.§. nihil interdicto. Item ſi ſit incertum an extet mulus, vel non habeatur ſuper hoc confeſſio ipſius rei, & poſtea non po-
3 terit venire contra.† Item ſi ex confeſſione eius non poſſit clare haberi veritas:inquirat de hoc iudex, & donec certus ſit, nõ debebit ferre ſententiam,ar.ff.de confeſſ.l. fi. Nec enim inuenitur,ꝙ in hac actione debeant ferri duæ ſententiæ,ſed ſolũ vna. Et ſi res extet,reus condemnabitur in ea.Et ſi non extet,condẽnabitur in æſtimatione.

SVMMARIVM.

1 *Condictio generalis qualiter proponatur.*
2 *Sententia quomodo pronunciari poſſit ſecundùm libellum in condictione generali porrectum.*

¶Triceſimus libellus de condictione generali.

1 Coram vobis domino iudice Mõtiſpeſſulani † di cit & proponit in iudicio P.contra M.ꝙ cum ipſe actor deponeret penes dictum reum 10. lib. turon.& eſſet firmæ intentionis, quòd eſſet depoſitum: attamen dictus reus dictam pecuniam accepit quaſi mutuam.vnde cum dictus reus dictam pecuniam conſumpſerit, & eam dicto actori reddere contradicat:agit contra eum, vt prædictas 10. lib. turon.ſibi reddat,& petit à vobis dicto domino iudice,vt dictum reum ad reddendum dicto actori prædictas 10. libr turon. per veſtram ſententiam condemnetis & condẽnatum ad reſtituendum & ſoluendum iuris remediis compellatis &c. Probatur.ff. de re.cre.l.ſi ego. circa fi. Sententiæ iuxta prædicti libelli formã
2 proferendæ exemplum ſequitur,& tale eſt. † Cum dictus actor ſufficienter probauerit intentionem ſuam, ſeu contenta in dicta petitione ſua Idcirco per noſtram ſententiam in his ſcripris condemnamus dictum reum in prædictis 10.lib.turonen. dandis dicto actori &c.

SVMMARIVM.

1 *Condictio ſpecialis ex mutuo qualiter proponatur.*
2 *Sententia quomodo feratur ex actis in condictione ſpeciali ex mutuo.*

¶Triceſimusprimus libellus de condictione ſpeciali ex mutuo.

1 Coram vobis domino iudice Mõtiſpeſſulani † di cit & proponit in iudicio Pe. contra M.Quod dictus actor mutuauit dicto reo 10. lib. turonẽ. vnde cum eas ſibi reddere contradicat, petit à vobis dicto domino iudice,vt dictum reum ad reddendum & ſoluendũ dicto actori prædictas 10.lib.turon. per veſtram ſententiam cõdemnetis, & condemnatum ad reddendum & ſoluendum iuris remediis compellatis.Petit etiam expenſas occaſione præſentis cauſæ factas,& proteſtatur de faciendis, quas in proceſſu cauſæ ſuo loco & tempore declarabit:prout fuerit rationis: implorans domine iudex veſtrum officium ſuper prædictis in illis,in quibus eſt de iure,vel fuerit implorandum. Probatur inſtitu. qui. more con.oblig. in princip.& ff. de re. cre. l.2. Sententię iuxta prędicti libelli formam proferẽdæ exemplum ſequitur, & eſt tale.
2 †Cum dictus actor ſufficienter probauerit intentionem ſuam, ſeu contenta in dicta petitione ſua.Idcirco per noſtram ſententiam in his ſcriptis condemnamus dictum reũ in prædictis 10. lib.turon.in dicta petitione contentis,dandis & ſoluẽdis dicto actori.Et nihilominus cõdemnamus eum in 40. ſolidis turon. dandis dicto actori pro expenſis, quas dictus actor fecit occaſione præſentis cauſæ: cum idem actor delato ſibi à nobis iuramento iurauerit,taxatione noſtra præcedẽte ſe expendiſſe prędictos 40.ſolidos turonenſes occaſione præſentis cauſæ.

SVMMARIVM.

1 *Condictio certi generalis ex ſtipulatione qualiter intentetur.*
2 *Sententia qualiter feratur iuxta libellum formatum in condictione certi generalis ex ſtipulatu.*

¶Triceſimusſecundus lib. de certi condict. generali ex ſtipulatione.

1 Coram vobis domino iudice Mõtiſpeſſulani † dicit & proponit in iudicio Pet. contra Marti.Quòd dictus reus promiſit per ſtipulationem dare dicto actori 10.lib.turon.ex cauſa venditionis cuiuſdam muli albi:quem dictus actor vendiderat dicto reo: vnde cũ prædictas 10.lib.turon.ſibi dare cõtradicat,agit contra eum, vt eas ei det, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictũ reum ad dãdum dicto actori prædictas 10.lib.turon. per veſtram ſententiam cõ demnetis & condemnatum &c.Probatur inſti. de verb. obl. in prin.& ff.de re.cre. l. ſi quis certum. Sententiæ iuxta prædicti li-
2 belli formam proferẽdæ exemplum ſequitur,& eſt tale.† Cum dictus actor ſufficienter probauerit intentionem ſuam, ſeu cõtenta in dicta ſua petitione.Idcirco per noſtram ſententiam in his ſcriptis condemnamus dictum reum in prædictis 10. lib. in dicta petitione contentis, dandis & ſoluendis dicto actori.

SVMMARIVM.

1 *Condictio triticaria qualiter ſit proponenda.*
2 *Agens condictione triticaria non debet ſe dominum fundi dicere.*

¶Triceſimustertius libellus de condictione triticaria.

1 Coram vobis domino iudice Mõtiſpeſſulani † dicit & proponit in iudicio P. contra M.ꝙ cum dictus actor poſſideret quandam domũ ſitam in carreria ſanctæ Vlaliæ,ſic & ſic confrontatam,& ad eundem actorem iure dominii vel quaſi pertinentem,dictus reus per violẽtiam dictum actorem expulit de poſſeſſione dictę domus.Quare agit dictus actor contra dictum reum, & petit à vobis dicto domino iudice: vt dictum reum ad reſtituendum dicto actori prædictam domum per veſtram ſententiam condemnetis, &
2 condemnatum &c. Probatur. ff. de condi. triti. l. j. tutius † & conſultius videtur,quòd actor agendo condictione triticaria, non dicat ſe dominum fundi, & non concludat ad reſtituendum fundum:ſed quòd agat ad reſtitutionem poſſeſſionis fundi. Sententia autem iuxta petitionem ſeu petitionis formam poteſt faciliter ordinari.

SVMMARIVM.

1 *Condictio incerti ſub qua forma debeat proponi.*
2 *Condictio incerti quando regulariter competere poſſit.*
3 *Sententia quomodo debeat ferri ſecundùm libellum porrectum in condictione incerti.*

¶Triceſimusquartus libellus de condictione incerti.

1 Coram vobis domino iudice Mõtiſpeſſulani † dicit & proponit in iudicio P. contra M.ꝙ cum dictus actor eſſet dominus duorum prædiorum, ſic & ſic confrontatorum,& venderet vnum dicto reo:fuit actum & conuentum inter eos, ꝙ dictus actor retineret ſeruitutem itineris per prædium venditum ad prædium retentum. Poſtea verò in tradendo prędium venditum,dictus actor per errorem de prædicta ſeruitute itineris retinenda nullam mentionem fecit. Quare agit dictus actor contra dictum reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum reum ad concedendum & conſtituendum prædictam ſeruitutem itineris per dictum prędium venditum,& dicto reo rraditum ad aliud prædium retẽtum,per veſtram ſententiam condemnetis, & condemnatum ad concedendum & conſtituendum prędictam ſeruitutem itineris iuris remediis compellatis &c. Probatur.ff.de cond. indebi.l.ſed & ſi me putem.§.cum iter.& de ſerui.vrb.præd.l.ſi binarum.& de act.empl.l. ſi tibi liberum. † Item competit actio in-
2 certi quandoque ad detentionem rei, vt poſtea detineatur pro expen.vt ff.de condi.indebi.l.qui emptione. §. ſi pars. & de leg. 2.l. quod ſi nullam.Itẽ competit creditori pro re ſibi in pignore tradita ſubtracta.ff.de condi.fur.l.& ideo.§.Neratius.& de pigno.act.l.pignore.Item poteſt agi condictione incerti,quando incertum

Source : BIU Cujas

incertum est, quid sit in obligatione, & sic commendatarius & depositarius non tenentur nec sunt obligati dare possessionē: sed tenentur rem restituere, & sic tenentur ad factum. Potest ille qui commendauit, vel deposuit, agere contra eos condi. incer. prout no. ff. de condi. indeb. l. sed & si me putem. §. cum iter. Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exemplū
3 sequitur, & est tale. † Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua. Idcirco p̄ sententiā in his scriptis cōdemnamus dictum reum, vt dicto actori concedat & constituat prædictam seruitutem itineris per prædictum prædium sibi vēditum & traditum ad aliud prę dium per prædictum actorem retentum. Et nihilominus condemnamus dictum reum in 40. sol. turonen. dandis dicto actori pro expensis &c.

SVMMARIVM.

1 *Condictio ex lege omnino pro legitima portione filio debita qualiter proponatur.*

2 *Sententia quomodo ferri possit iuxta tenorem libelli in condictione ex lege formati.*

¶ Tricesimusquintus libellus de condictione ex lege omnino pro legitima portione filio debita.

1 Coram vobis domino iudice Mōtispessulani † dicit & proponit in iudicio P. contra M. quòd Titius pater dicti actoris & rei, habens in bonis ad valorem duorum millium aureorum, suum condidit testamentum: in quo dictum reum filium suum hæredem vniuersalem sibi instituit in omnibus bonis suis, & dictum actorem filium suum sibi hæredem instituit in quadam domo sua valente 25. aureos. Deinde dict⁹ Titius pater decessit, nullis aliis filiis relictis: vnde cum dictus reus immiscuerit se hæreditati paternæ, & impensæ funeris fuerint tantum. l. aurei: sic recte computando desunt dicto actori de medietate trientis sibi iure naturę debita in bonis dicti patris, communibus eius & dicti rei vsq; ad trecētorum aureorum: agit dictus actor contra dictum reū, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum reum ad dandū dicto actori de bonis dicti patris sui vsque ad valorem trecentorum aureorum pro adimplēda legitima portione per vestrā sententiam condemnetis, & condemnatum ad dandum iuris remediis compellatis &c. Probatur. C de inoffi. testam. l. omnimodo. & in auth. de trien. & semis. §. hæc nos mouerunt. coll. 3. Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exemplū
2 sequitur: & est tale. † Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta sua petitione: nec reus probauerit sufficienter aliquid de propositis per eum ad obtinendum in præsenti causa, idcirco per sentētiam in his scriptis condemnamus dictum reum ad dandum dicto actori de bonis dicti Tirii patris eius quondam ad valorem trecētorum aureorum prædictorum, pro repletione suæ legitimæ portionis. Et nihilominus condemnamus dictum reum in 40. sol. turon. dandis dicto actori pro expensis, quas fecit occasione p̄sentis causæ, cum idem actor delato ei à nobis iuramento iurauerit taxatione prædicta præcedente se expendisse prædictos 40. sol. turon. occasione præsentis causę.

SVMMARIVM.

1 *Condictio ex lege secunda & finali. C. de iure emphyteu. qualiter proponi debeat.*

2 *Sententia qualiter formari debeat secundùm formam libelli formati in condictione ex l. 2. & fi. C. de iure emphy.*

¶ Tricesimussextus libellus de condi. ex l. C. de iure emphy. l. 2. & finali.

1 Coram vobis domino iudice † Montispessulani dicit & proponit in iudicio P. cōtra M. quòd cum dictus reus teneret in emphyteusim à dicto actore domum vocatam porticum deutirit, sitam in Montispessulano, ad annuam pensionem sex denariorum: dictus reus stetit per triennium, quòd dictam pensionem non soluit: vel alienādo aliter versatus est, quàm sit dispositum. C. de iure emphy. l. fi. vnde cum propter hoc dictus reus ceciderit à iure suo emphyteuticario, quod habebat in dicta domo: agit dictus actor contra eum, & petit à vobis dicto domino iudice: vt dictum reum cecidisse à iure suo quod habebat in dicta domo, per vestram sententiam declaretis, & dictum reum, vt dicto actori domum restituat, sententialiter condemnetis, & cōdemnatum &c. Probatur. ff. de condi. ex lege. l. vna. Et in auth. de nō alie. §. scire. colla. 2 Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exem
2 plum sequitur, & est tale. † Cum dictus actor sufficienter proba uerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua. Idcirco per nostram sententiam in his scriptis declaramus dictū reā cecidisse à iure suo emphyteuticario, quod habebat in dicta domo, & condemnamus eum, vt dictam domum dicto actori restituat, & nihilominus condemnamus eum in quadraginta solidis turonensibus dandis dicto actori pro expensis &c.

SVMMARIVM.

1 *Libellus quomodo formari debeat in condictione ex l. Imperialem. §. callidis. quando feu. & c.*

2 *Sententia qualiter ferenda sit in condictione ex l. Imperialem. §. callidis. quā do feudum & c.*

¶ Tricesimusseptimus libellus de condictione ex lege, Imperialem. §. callidis. quando feudum ipso iure cecidit in commissum.

1 Coram vobis domino iudice † Mōtispessulani dicit & proponit in iudicio P. contra M. cp cum dictus reus teneret quandam turrim de Billio, sitam in Montepessulano in feudum: ipse vendidit & tradidit eam Sempronio sine permissione dicti actoris. vnde cum propter hoc feudum fuerit apertum dicto actori, & dictus reus ceciderit iā à iure suo feudali, quod habebat in dicta turri: agit dictus actor contra eum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum reum cecidisse à iure suo, quod in dicta turri habebat, per vestram sententiam declaretis, & dictum reum vt dicto actori dictam turrim restituat sententialiter condemnetis & condemnatum &c. Probatur in constitu. Imperialem. §. callidis. de prohib. feu. alie. per Fride. Item eodem modo potest agi cōtra emptorem cond. ex lege illa. de controuer. inter do. & emp. c. vno. in prin. Sed contra alium possessorem non dicerem eam dari: cum sit personalis actio, & sic nō debet sequi fundum, vt dictū est supra in præcedenti libello. Non autē possit agi contra emptorem, nec contra alium possesso. condic. ex lege illa. quæ incipit ex libris Sabinianis. C. de acq. poss. quia ibi loquitur, quando quis habet naturalem possessio. per se, nec per alium: immo vasallus habet eam per se & sibi iure suo, & ideo nō potest hic agi condictio. ex lege illa. Sententiæ iuxta prædicti libelli for-
2 mam proferendæ exemplum sequitur, & est tale. † Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam seu contenta in dicta petitione sua. Idcirco per sententiam in his scriptis declaramus dictum reū cecidisse à iure, quod habuit in dicta turri, & cōdemnamus eum: vt eam dicto actori restituat, & nihilominus condemnamus eum in 40. solidis turonen. dandis dicto actori pro expensis &c.

SVMMARIVM.

1 *Condictio ex lege non scripta qualiter formari debeat.*

2 *Vasallus delinquens non perdit feudum ipso iure, sed per sententiam.*

3 *Sententia quæ feratur iuxta libellum in condictione ex lege non scripta por rectum.*

¶ Tricesimusoctauus de condic. ex lege non scripta, seu condic. ex moribus, vel ex constitutione, Imperialem. quando per sententiam vasallus priuandus est feudo.

1 Coram vobis domino iudice † Montispessulani dicit & proponit in iudicio P. cōtra M. Quòd dictus reus est vasallus dicti actoris, & ab eo tenet in feudum turrim vocatam de Billio, sitam in Montepessulano. vnde cum dictus reus intantum offenderit dictum actorē dominum suum, vel talem culpam seu talem negligentiam commiserit, cp exinde feudum apertū est dicto actori, & dictus reus meritò debet priuari dicto feudo: agit dictus actor contra eum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum reum vasallum dicti actoris à prędicto feudo priuetis, & eo sic dicto feudo per vestram sententiam priuato, ipsum ad restituēdum dictam turrim dicto actori sententialiter cōdemnetis & cōdemnatū &c. Probatur. ff. de condi. ex lege. l. vna. Item probatur ex lege non scripta super feudis. Item in constitutione, Imperialem. §. insuper. & §. illud. de prohi. feu. alie. per Fride. † Et est notandum, cp
2 ex quacunq; causa inueniatur, cp vasallus debeat amittere feudum, non debet intelligi, cp amittat illud ipso iure, sed potius p̄ sententiam: vt apparet in prædictis duobus §. in quibus non dicitur, cp vasallus sit priuatus feudo, sed dicit ibi, cp priuet eo, & sic ipso iure priuatus non est, sed per sententiam priuandus est. Simile notatur de prædicto verbo priuatus & priuetur. C. de sacrosanc. eccle. l. iubemus. & l. nulli. §. œconomus autem. Et simile notatur de verbo affici & afficienter. C. ne li. potentiori. l. j. in princip. Et simile debet dici de verbo sit excommunicatus & excommunicetur eadem ratione. & facit. 22. q. 5 de forma. & 23. q. 3 administratores. in fi. cum concor.

Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exem-
3 plum sequitur, & est tale. † Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam seu contenta in dicta petitione sua, & sufficienter causam probauerit, propter quam meritò dictus reus debet prædictum feudum amittere & eo priuari. Idcirco p̄ sententiam in his scriptis declaramus dictum reum fore priuandum dicto feudo, & eum etiam dicto feudo priuamus, & dictū reum, vt dicto actori dictum feudum, scilicet dictam turrim restituat sententialiter condemnamus. Condemnamus etiā eum in 10. lib. turon. dandis dicto actori pro expen &c.

SVM-

Source : BIU Cujas

Hermanni Baren. De Forman. libellis.

SVMMARIVM.

1 *Condictio ex moribus pro feudo aperto qualiter intentetur.*
2 *Sententia quæ ferri possit in condictione ex moribus pro feudo aperto.*

¶Tricesimusnonus libellus generalis de condictione ex moribus pro feudo aperto.

1 Coram vobis domino iudice † Mõtispessulani dicit & proponit in iudicio P. contra M. Quòd cum dictus reus teneret in feudum à dicto actore turrim de Billio, sitam in Montepessulano, & dictus reus commisit feloniam erga dictum actorem, accurbitando eũ: & postmodum nihilominus dictus reus dictam turrim sine dicti actoris vendidit magistro Ioanni Ruffi, & se constituit eandem turrim eius nomine possidere. vnde cum ex dictis causis prædictũ feudum dictę turris sit & fuerit apertum dicto actori: agit dictus actor contra dictum reum, vt dictam turrim sibi restituat libere vobis prędicto domino iudici supplicãdo, vt feudum dictę turris fore apertum dicto actori ex prædictis causis per vestrã sententiam declaretis: & prædictum reũ, vt prædictam turrim dicto actori libere restituat, sententialiter condemnetis & condemnatum &c. Probatur in lib. feudo. quibus modis feud. amitta. c vno. §. item si fidelis. & de vasal. qui contra constitutio. Lotharii. c. vno. & de prohi. feu alie. per Lotharium. c. j & in consti tu. Imperialem. §. callidis. de prohi. feudo. alie. per Fride. & ff. de condi. ex lege. l. vna. &c. Sententiæ iuxta prædicti libelli formã
2 proferendæ exemplum sequitur, & est tale. † Cum sufficienter probauerit intentionẽ suam, seu contẽta in dicta petitione sua. Idcirco per nostram sententiam in his scriptis declaramus, feu dum prædictæ turris esse apertũ dicto actori. Et ideo quia apertum est dicto actori: condemnamus dictum reum: vt dictam turrim libere dicto actori restituat &c.

SVMMARIVM.

1 *Condictio ex moribus, vel ex constitutione, Imperialem. quando vasal. &c. qualiter proponatur.*
2 *Odia debent restringi & fauores ampliari.*
3 *Sententia qualiter ferri possit ad condictionem ex constitutione, Imperialem. quando vasallus &c.*

¶Quadragesimus libellus de condictione ex moribus vel constitutione, Imperialem, quando vasallus per sententiam est feudo priuandus.

1 Coram vobis domino iudice Mõtispessulani † dicit & proponit in iudicio P. contra M. Quòd cum [Titius pater dicti rei teneret in feudum à dicto actore turrim de Billio, sitã in Montepessulano: dictus reus dicto patre suo, mortuo, stetit per annum, quòd inuestituram dicti feudi, fidelitatem pollicendo', à dicto actore non petiit. Vnde cum propter hoc feudum fuerit apertum dicto actori, intantum ꝙ dictus reus debet meritò priuari dicto feudo, & ipsum dicto actori restituere: agit dictus actor contra dictum reum, vobis dicto domino iudici supplicando: vt dictum reum fore priuandum dicto feudo tanquam ingratum per vestram sententiam declaretis, & etiam ipsum dicto feudo per eandem sentẽtiam priuetis, & eum sic dicto feudo per vestram sentẽtiam priuato, ipsum vt dictam turrim dicto actori restituat sententialiter condemnetis, & cõdemnatum &c. Probatur in vsib. feudo. ti quo tempore miles inuesti. petere debeat. c. j. in fi. Item in cõsti. Imperialem. §. præterea si quis. vbi dicitur, feudum amittit, ergo per sententiam. Et simile no. de verbo, amittat. C. vnde vi.
2 l. si quis in tantam. † Item probatur: quia odia sunt restringenda: vt ff. de lib. & posthu. l. cum quidam. & pęnę sunt moliendæ: vt ff. de pę. l. interpretatione Et est mitius vasallo, & minus pœnale, quòd feudum non amittat statim ipso iure, forte propter fructus. Item posset formari libellus, vt duo prędecessores formati sunt: & bene, vt credo. Sententię iuxta prædicti libelli formã
3 proferendæ exemplum sequitur, & est tale. † Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam, in his scriptis declaramus dictum reum tanquam ingratum fore priuandum dicto feudo, & eum dicto feudo per eandem sententiam priuamus, & condemnamus eum, vt dictam Turrim dicto actori restituat &c. vt in forma.

SVMMARIVM.

1 *Actio commodati contraria qualiter proponatur.*
2 *Sententia quomodo feratur secundùm libellum formatum in actione commodati contraria.*

¶Quadragesimus primus lib. de actione commodati contraria.

1 Coram vobis domino iudice Mõtispessulani † dicit & proponit in iudicio Pet. contra M. quòd dictus actor gratis commodauit dicto reo quendã mulum pili albi, ad vsum extrahendi aquã de puteo suo, pro irrigando horto suo per septem dies. vnde cum dicti septem dies sunt iam elapsi: agit dictus actor contra dictum reum: vt dictũ mulum sibi restituat, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c. Probatur insti. de act. §. sequens illa diuisio. & C. commoda. l. 2. Sententię iuxta prædicti libelli formam pro-
2 ferendæ exemplum sequitur, & est tale. † Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, idcirco per nostram sententiam in his scriptis cõdemnamus dictum reum ad restituendum dictum mulum dicto actori, & nihilominus condemnamus eum in 40. sol. turonensis dandis eidem actori pro expen. quas actor fecit occasione præsentis causæ: cum delato ei à nobis iuramento iurauerit taxatione nostra præcedente prædictos 40. soli. turonen. expendisse.

SVMMARIVM.

1 *Actio depositi directa qualiter intentetur.*
2 *Deponens qui agit contra depositarium probare debet se tale quid deposuisse.*
3 *Sententia qualiter ferenda sit contra depositarium.*

¶Quadragesimus secundus lib. de actione depositi directa.

1 Coram vobis domino iudice Mõtispessulani † dicit & proponit in iudicio Pe. contra M. quòd cum dictus actor vel & ire Aureliacum: ipse ligauit libros suos, scilicet corpus iuris ciuilis in quodam fardello de canabatia: & dictum fardellum sic cum chordis fortiter ligatum deposuit penes dictum reum, quare agit contra eum: vt sibi dictum fardellum restituat, & petit à vobis dicto domino iudice: vt dictum reum ad restituendum dicto actori dictum fardellum cum dictis libris per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum ad restituendum iuris remediis compellatis.
2 Probatur. ff. depositi. l. j. §. si cista. † Et est notandum, ꝙ actori incumbit probatio: quòd in fardello, quando ipsum deposuit, essent dicti libri ligati: vt ibi no. Idem dicemus in stabulariis seu hospitibus, quòd qui diceret in eorum domibus amisisse talem fardellum, quòd oporteret eum probare fardellũ fuisse immissum, & in fardello fuisse tunc tales libros: vt ff. nau. cau. stab. l. j. in princip. ibi dum dicit, recepit. & in §. fi. & l. 3. §. j. Ei enim incumbit probatio, qui dicit: vt ff. de proba. l. 2.

Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exem-
3 plum sequitur, & est tale. † Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per nostram sententiam in his scriptis condemnamus dictum reum ad restituendum dicto actori dictum fardellum cũ prædictis libris &c.

SVMMARIVM.

1 *Actio depositi contraria qualiter possit proponi.*
2 *Sententia quæ ferri possit in actione de actione depositi contraria.*

¶Quadragesimus tertius libellus de actione depositi contraria.

1 Coram vobis domino iudice Mõtispessulani † dicit & proponit in iudicio P. contra M. Quòd dictus reus deposuit penes actorem quẽdam equum pili mauri: in quo pascendo seu pabulando, dictus actor expendit viginti solidos turonenses, tam in fœno quàm in auena. Itẽ in curandum dictum equum de quadam ęgritudine, quam patiebatur in oculis, expendit alios 20. solidos turon. Quare agit dictus actor contra dictum reum: vt sibi det & soluat 40. soli. turonen. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum reum ad dandum dicto actori prædictos quadraginta sol. turon. per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c. probatur. ff. depositi. l. ei apud quem. & l. actione.

Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exem-
2 plum sequitur, & tale est. † Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua. Idcirco per nostram sententiam in his scriptis condemnamus dictum reum in prædictis 40. solid. turonenses dandis dicto actori &c.

SVMMARIVM.

1 *Actio mandati directa qualiter sit proponenda.*
2 *Sententia quæ feratur ex libello in actione mandati directa formato.*

¶Quadragesimus quartus lib. de actione mandati directa.

1 Coram vobis domino iudice Mõtispessulani † dicit & proponit in iudicio P. contra M. Quòd dictus actor mandauit dicto reo, vt emeret sibi fundum Titianum, situm apud Silum, sic & sic confrontatum, pro centum lib. turon. Item quòd dictus reus dicto mandato gratis susceptо, dictum fundum emit, & per traditionem à venditore ipsum accepit. Vnde cum dictus reus dicto actori dictũ fundum restituere contradicat, agit contra eum ad dictum fundum, vt eum sibi restituat, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum reum ad restituendum dictum fundũ dicto actori cum fructibus inde perceptis, & ꝙ de facto suo caueat, ne dictum fundum iure hypothecæ obligauerit alicui: nec seruitutẽ in eo imposuerit, seu constituerit: & vt actionem quam de eui ction habet, cedat dicto actori, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum ad prædicta iuris remediis compellatis. Petit expensas &c. implorans vestrum officium &c. Dicens idem actor se paratum soluere dicto reo, prędictas centum libr. tu-

Source : BIU Cujas

lib.turon pro dicto fundo. Probatur.ff.manda.l.ſi procuratorē. §.dolo.vſque in finem.& l.ſeq.cum cōcor. Sententię iuxta prædicti libelli formam proferendę exemplum ſequitur,& eſt tale.
2 † Cum dictus actor ſufficienter probauerit intētionem ſuam, ſeu contenta in dicta petitione ſua. Idcirco per noſtram ſententiam in his ſcriptis cōdemnamus dictum reum ad reſtituēdum dicto actori dictum fundum cum talibus fructibus inde perceptis. Et ꝙ dictus reus de facto ſuo caueat, ne dictum fundum hypothecæ obligauerit alicui: nec ſeruitutem in eo impoſuerit, ſeu conſtituerit, & vt actionem quam de euictione habet; cedat dicto actori, eundem reum per eandem ſententiam condēnamus. Et nihilominus condemnamus eum in centum ſol.turon.dandis dicto actori pro expen. præſentis cauſæ: cum idem actor, delato ei iuramento à nobis iurauerit, taxatione noſtra præcedente ſe expendiſſe prædictos centum ſolidos turon. occaſione præſentis cauſæ.

SVMMARIVM.

1 *Actio mandati contraria qualiter proponi poſſit.*
2 *Mandatarius mandatum ſuſceptum omnimode tenetur adimplere.*
3 *Vſuræ ſunt omni iure prohibitæ.*
4 *Sententia qualiter ferri poſsit ad libellum in actione mandati contraria formatum.*
5 *Procurator ſeu mandatarius quando poſsit ſalarium laboris ſui petere.*

¶Quadrageſimusquintus libellus de actione mandati contraria.

1 Coram vobis domino iudice Mōtiſpeſſulani † dicit & proponit in iudicio M. contra P. Quòd dictus reus mandauit dicto actori, ꝙ emeret ſibi pro c. lib.turon fundum Titianum, ſitum apud Silum, ſic & ſic confrontatum. Item dicit & proponit, ꝙ idem actor, ſuſcepto gratis mandato emit dictum fundum pro pretio prædicto, & accepit à Dauid Iudeo filio de Capaſcalam prædictas centum lib.turon.ex cauſa mutui ſub vſura, ſcilicet dando quatuor in menſe pro libra, quas centum libras ſoluit venditori, & dictum fundum per traditionem accepit. Item dicit & proponit, quòd proxenetæ habuerunt exinde ab eo 10.ſol.turon.pro carratagio dictæ emptionis. Item dictus actor expendit 10.alios ſol.turon.in eundo apud Solatum, ad videndum dictum fundum, & eius cōfrontationes. Vnde cum dictus actor M. ſit paratus reſtituere dicto reo dictum fundum agit contra eum, vt prædictas centum libras ꝙ pretio dicti fundi, & triginta & tres ſolidos, & quatuor denarios pro vſura: per eundem actorem, pro vno menſe dicto Iudęo debitos, & 10. ſol. turonen. quos actor impendit in proxenetis, & alios 10. ſoli.turonen. quos expendit in eundo apud Solatum, pro emendo dictum fundum dandum dicto actori, per veſtram ſententiam condemnetis, & condemnatum &c. Probatur.ff.mand.l.idemq; §.idem labor.& l.ſi non remunerādi.§.ſi mihi mandaueris.
2 † Et eſt notandum, quòd ſi dictus Martinus mandatarius habuit pecuniam ocioſam, ipſe debuit dictū pretium ſoluere: quia ſuſceptum mandatum tenetur mandatarius omnimode adimplere: vt ff.man.l.ſi mandauero.§.ſicut. & l.ſi quis alicui.§.qui mandatum.& arg.ff.commodati l.in commodato.§.ſicut &c. Debet illud facere quod diligentiſſimus faceret poſtquam de leuiſſima culpa tenetur: vt C.mand.l.à procuratore. Et ſic non debet ab alio cum damno vſurarum accipere, quod ipſe habet ocioſum.
3 † Item ipſe pro pecunia ſua non poſſet petere vſuram, cum ſint hodie prohibitę: vt no.C.de vſu. in auth.ad hęc ꝙ fructus: ſed ſi aliter intereſſet ſua, poſſet intereſſe illud petere: ſed ſi ipſe non habuit de ſuo pecuniam ocioſam, potuit eam accipere ſub vſura à Iudęo, cui permittitur recipere vſuram certæ quantitatis: ſcilicet quatuor denariorum pro lib. in menſe, ex ſtatuto ſeu ex antiqua cōſuetudine in Mōtepeſſulan. prout hæc ex prædictis legibus, & ſi non ſecundùm verba, tamen ſecundum ſententiam colliguntur. Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exemplum ſequitur,
4 & eſt tale.† Cum dictus actor ſufficienter probauerit intentionem ſuam, ſeu contenta in dicta petitione ſua. Idcirco per ſententiam in his ſcriptis cōdemnamus dictum reum in prædictis centum lib.dandis dicto actori pro pretio dicti fundi. Item & in 54.ſolidis, & quatuor denariis turonen. dandis dicto actori, tā pro vſuris prædictis, quàm pro his quæ dictus actor expendit in proxenetis, & in eūdo apud Solatum pro fundo prædicto emēdo. Et nihilominus dictum reum in cētum ſolidis turon. dicto actori dandis pro expenſis præſentis cauſæ condemnamus. Idē
5 actor delato à nobis iuramento &c. † Nunc eſt notandum, ꝙ procurator ſeu mandatarius non poteſt petere aliquod ſalariū remunerationis laboris ſui ſeu diligentiæ & ſolicitudinis ſuæ: nec per actionem mandati, nec extra ordinem per officium iudicis, ſi ſuper ſalario nihil fuerit promiſſum vel conuentum: vt colligitur.ff.manda.l.ſalarium.& l. qui mutuam. §. ſalarium. & C.eo.l.j.in fi.& ſalariū, ſeu ſumptus bona fide neceſſariò factos poterit actione mandati contraria petere: vt ff.eo.l.idemque. §. idem liberti.l.ſi verò non re.§.ſi mihi mandaueris.& l.ſi quis alicui.§.impendia.& l.qui mutuam.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Actio directa pro ſocio qualiter proponatur.*
2 *Sententia quæ ferri poſſit ad libellum in actione directa pro ſocio porrectū.*

¶Quadrageſimusſextus libellus de actione pro ſocio directa.

1 Coram vobis domino iudice Mōtiſpeſſulani † dicit & proponit in iudicio P. contra Martinum, quòd cum idem actor & reus ſucceſſiſſent Titio patri eorum, & tractaretur de hæreditate diuidenda, inter eos tractatu illo omiſſo: conuenerunt, quòd illa hęreditas maneret indiuiſa, & quòd retinerent eam indiuiſam: ideo vt commune lucrum & damnum ſentirent. Vnde cum dictus reus ex pecunia hæreditaria acquiſierit nomine ſuo domum vocatā porticum deutrit, ſitam in Montepeſſulano: agit dictus actor contra dictum reum, vt dictam domum ſibi communicet, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum reum ad communicandum dicto actori dictam domum per veſtram ſententiam cōdemnetis, & condemnatum ad communicandum iuris remediis compellatis &c. Probatur.ff.pro ſocio.l.fores.in prin.à contrario ſenſu.& l.3.in prin.& §.j.l. ſocietas. & l.ſi quis ſocietatem contraxerit. Etenim ad communicandum poteſt agi actione ꝓ ſocio, durante ſocietate: vt in prædictis legibus, & de hoc.C. eo. l.quadru. Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ
2 exemplum ſequitur: & eſt tale. † Cum dictus actor ſufficienter probauerit intentionem ſuam, ſeu contenta in dicta petitione ſua, idcirco per noſtram ſententiam in his ſcriptis condemnamus dictum reum ad communicādum dicto actori dictam domum, & nihilominus condemnamus eum in centum ſolidis turon.dandis dicto actori pro expen.&c.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex empto qua intentetur forma.*
2 *Sententia qualiter ſecundùm libellum in actione ex empto formatum feratur.*

¶Quadrageſimusſeptimus libellus de actione ex empto.

1 Coram vobis domino iudice Mōtiſpeſſulani † dicit & proponit in iudicio Pet. cōtra M. ꝙ dictus actor emit à dicto reo domum vocatam demeſſiet ſeruat, ſitam in campo nouo, iuxta domum dicti actoris ex vna parte, & domū Gerardi Iauen. ex alia carreria intermedia, pretio mille libra. Vnde cum dictus actor ſit paratus ſoluere prædictas mille libras turonen. dicto reo: agit contra eum, vt dictam domum ſibi tradat, & eum in poſſeſſione dictæ domus potiorē faciat, quòd ſi facere noluerit: petit intereſſe ſuum ab eo, quod æſtimat centum lib.turon. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum reum ad dandum & ſoluendum dicto actori prę dictas centum lib.turon.pro intereſſe ſuo, ſi dictam domū tradere noluerit: & vt tūc, dictū actorem ab obligatione prædicta rum mille librarum turonenſium pretij cōuenti liberet per veſtram ſententiam condemnetis, & cōdemnatum &c. Petit expen.&c. Implorans veſtrum officium &c. Probatur de act.emp. l.ſi traditio.& ff.eo.l.emptorem & vēditorem.de re iud. l. ſi quis ab alio.in fi.inſti.de act.§.actionum. & ibi Io. de Pla. Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exemplum ſequitur,
2 & eſt tale.† Cum dictus reus interrogatus à nobis, dicat ſe nolle tradere dictam domum dicto actori, & dictus actor ſufficiēter probauerit, ſua intereſſe in cētum lib.turon. quia dictus reus dictam domum dicto reo non tradidit, nec tradere vult, vt dixit. Idcirco per noſtram ſententiam in his ſcriptis condemnamus dictum reum in prædictis centum lib.turon. dandis dicto actori pro intereſſe ſuo prædicto. Item condemnamus dictum reum: vt dictum actorem liberet à prædictis mille lib. turon. in quibus pro pretio conuento dictus actor eſt eidem reo obligatus ex cauſa venditionis dictæ domus. Et nihilominus condemnamus dictum reū in 40.ſolidis turon.dandis dicto actori: quas idem actor delato ei à nobis iuramento, taxatione noſtra præcedente, iurauit ſe expendiſſe occaſione præſentis cauſæ.

SVMMARIVM.

1 *Actio ciuilis ex empto quanti minoris qualiter intentari poſſit.*
2 *Sententia quæ ferri poſſit iuxta libellum in actione ciuili ex empto quanti minoris porrectum.*

¶Quadrageſimusoctauus libellus de actione ex empto quanti minoris ciuili.

1 Coram vobis domino iudice Mōtiſpeſſulani † dicit & proponit in iudicio P. contra M. ꝙ dictus reus vendidit & tradidit dicto actori quendā equū pili mauri calcitroſum pretio 10. lib. turon. quæ equum dictus actor ignorabat eſſe calcitroſum, ꝙ ſi ſciuiſſet, eſſet minoris empturus in 40.ſol.turon. Vnde cum dictus actor iam ſoluerit dicto reo 10.lib.turonen. agit cōtra eum, vt ſibi reddat & ſoluat, quanto minori fuiſſet empturus dictū equū: ſi eū ſciuiſſet calcitroſum, ſcilicet quòd reddat prædictos 40.ſol.turonen.& petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum reum ad reddendum dicto actori prædictos 40.ſoli.turonen. per veſtram ſentētiam condemnetis, & condemnatum &c. Probatur.ff.de actio. empt.l.

Source : BIU Cujas

emp.l.Iulianus.in prin.& hoc ſi fuit venditor ignorans. Si autē ſciuiſſet equum calcitroſum: tunc quia eum tradidit, & male, quia ſi vitioſum ſciens eum tradidit, poſſet agere actione ex empto ad omnia damna,& ad omne intereſſe,& extra rem, vt ibi habetur. Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ
2 exemplum ſequitur,& eſt tale. † Cum dictus actor ſufficienter probauerit intentionem ſuam, ſeu contenta in dicta petitione ſua. Idcirco per ſententiam in his ſcriptis condemnamus dictū reum in prædictis 40.ſolid.turon.reddendis, & ſoluendis dicto actori &c.

SVMMARIVM.

1 *Actio prætoria ex empto quanti minoris ſub qua proponatur forma.*

Quadrageſimuſnonus libellus de actione ex empto quanti minoris prætoria.

1 Coram vobis &c. †Quòd dictus reus vendidit, & tradidit dicto actori quendam equū pili mauri calcitroſum, pretio 10.lib.turon. & actor ſoluit reo pretium iam dictum, ideo agit cōtra reum, vt ſibi reddat quanto minoris valebat dictus equus propter illud vitium tempore contractus, quod eſt in quinquaginta ſolidos,& petit, vt dictum reum ad reddendum dicto actori quinquaginta ſolidos turon. per veſtram ſententiam condemnetis &c. Probatur. ff.de ædil.edic.l.ꝙ ſi nolit.§.ſi plures. Sententia poteſt, vt in prēcedenti forma faciliter ordinari.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex empto redhibitoria quo ſit proponenda modo.*
2 *Actio redhibitoria ex empto ex ædilitia prætoria ſex durans menſibus.*
3 *Sententia quæ feratur in actione ex empto redhibitoria.*

Quinquageſimus libellus de actione ex empto redhibitoria.

1 Coram uobis domino iudice Mōtiſpeſſulani† dicit & proponit in iudicio P. contra M.ꝙ dictus reus vendidit & tradidit dicto actori quendā equū calcitroſum pili mauri pretio 10.lib.turonē. de quo pretio fuit dicto reo plenarie ſatisfactum, vnde cum poſtea ad notitiā ſeu ſcientiam eiuſdem actoris peruenerit, dictum equum fuiſſe calcitroſum ante prædictam venditionem, & ipſe ſit paratus eum reſtituere dicto reo: agit contra eum,& petit vt prædictas x. lib. turon. ſibi reddat,& petit a vobis dicto domino iudice, vt dictū reum ad reſtituendum dicto actori prædictas x. lib. turonē. per veſtram ſententiam condemnetis, & ſi poſt veſtram ammonitionem, ſeu veſtram ſententiam prædictas x.lib. turon. reddere noluerit, dictum reum in duplum pretij, ſcilicet in prædictis x. lib.turon. pro pretio,& in tantūdem, ſcilicet in aliis x.lib.turon. propter eius contumaciam in nō reddendo, dandis dicto actori per veſtram ſententiam condemnetis, & condemnatū, &c.
2 Probatur.ff.de ædil.edi.l.redhibitoria.† & eſt prædicta actio ædilitia, vt C.de ædil.act.l.2. Et ſic eſt prætoria, vt inſtit. de iure nat. §.prætorum,& durat ſex menſibus, vt ff.de ædil.edic.l. ſciendū tamen.in fi.& l.cum ſex.& C.eo.l.2.& facit, quod not.in prædicta l.j.§.dictum. Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exemplum ſequitur,& eſt tale. † Cum dictus actor ſufficienter probauerit intentionem ſuam, ſeu contenta in dicta petitione ſua. Idcirco per noſtram ſententiam in his ſcriptis condemnamus dictum reum in prędictis decem lib.turon.reddendis & ſoluendis dicto actori,& cauſa cognita, ſ. quia dictus reus locuples eſt, habet pecunias in promptu, iubemus, ꝙ prędictas decem libras turonenſes reddat dicto actori intra quindecim dies. Quod ſi facere diſtulerit, condemnamus eum ex nunc, vt ex tunc in duplum. ſ. in xx.lib.turon. dandis dicto actori, prædictis x.lib.turon. in prædicto duplo computatis, & nihilominus condemnamus dictum reum in xl.ſolidis turonenſib. dando dicto actori pro expenſis.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex locato qualiter intentari poſſit.*
2 *Sententia quæ ferri poſſit ad libellum in actione ex locato datum.*

Quinquageſimuſprimus libellus de actione ex locato.

1 Coram vobis domino iudice † Montiſpeſſul. dicit & proponit in iudicio P. contra Martinū,ꝙ actor locauit dicto reo in feſto Aſſumptionis Beatæ Mariæ quandam domum ſitam in carreria ſanctæ Eulaliæ, ſic & ſic confrontatam, ad vnum annum, pretio x.lib.turon. Et ibidē inhabitauit dictus reus per illum annū. Item dicit & proponit,ꝙ finito illo anno, dictus reus remāſit in domo, & eam inhabitauit vt prius, vnde cum ſecūdus annus ſit finitus, in quo taciturnitate actoris,& rei videtur reus tacite reconduxiſſe pro eodem pretio dictam domum, ſeu cōductionem dictæ domus renouaſſe, agit dictus actor cōtra dictū reum, vt ſibi x.libr.turon.det,& petit a vobis dicto domino iudice, vt dictum reū ad dandum & ſoluendum dicto actori x. li. turon. pro illo ſecundo anno tacitę reconductionis per veſtram ſententiam condemnetis,& cōdemnatum &c. Probatur.ff.lo.& condu. l.item quæritur.§.qui impleto.& C.eo.l.lege.

Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exem-
2 plum ſequitur,& eſt tale.† Cū ſufficienter probatū ſit, dictum actorem locaſſe dictā domū dicto reo ad vnum annū, pretio x.lib. turon. & ſit ſufficienter probatum, dictū reū finito dicto tēpore dictę locationis, ſeu cōductionis permāſiſſe in conductione domus per dimidiū anni ſequētis. Idcirco per noſtram ſentētiā in his ſcriptis cōdēnamus dictū reū in cētū ſol. turon. dādis & ſoluēdis dicto actori. Itē cū dictus actor nō probauerit dictū reum permāſiſſe in conductione tacita dictę domus per aliā medietatē dicti anni ſequētis. Idcirco per eādē ſententiā dictū reū abſoluimus a reſiduis 100. ſol.turo.de x.lib.turo.in libello petitis. Et nihilominus cōdemnamus dictū reū in expen. quas dictū actorem feciſſe cōſtiterit occaſione præſentis cauſę, quantū ad centum ſolidos turon.in quibus obtinet, dandis & ſoluēdis dicto actori. Itē cōdemnamus dictū actorem in expēſis, quas dictum reū feciſſe conſtiterit occaſione præſentis cauſæ pro cētū ſol.turon.in quibus obtinet & victor exiſtit in prēſenti cauſa, dandis & ſoluēdis dicto reo, taxatione prædictarū expenſarū nobis reſeruata. Aliqñ in ſimili cauſa expen. dixi ita. Et in cauſa expen.hincinde, quaſi compenſan.in expenſis neutrā partem alteri condemnamus. Sed aliquādo ita. Et ex cauſa expen.hincinde, quaſi compenſan.dictū reū abſoluimus ab expen.quas dictus actor fecit occaſione præſentis cauſæ, & dictū actorem abſoluimus ab expenſis, quas reus fecit. Prima expen. ſententia videtur melior de iure potiſſime, quia poſſibile eſt, quòd vnus plus expenderit quàm alter.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex conducto ſub qua forma ſit proponenda.*
2 *Sententia quæ ferri debeat ſecundum libellum in actione ex conducto formatum.*

Quinquageſimuſſecundus libellus de actione ex conducto.

1 Coram uobis domino iudice † Montiſpeſſulani dicit & proponit in iudicio P. contra Martinū. Quòd dictus actor conduxit a dicto reo quēdam fundum ſitū in territorio caſtri noui,ſic & ſic confrontatū, ad vnū annū pretio xij.lib.turon. Et dicit & proponit,ꝙ ipſe ſeminauit ibi hordeū & in illo anno cecidit ibi tēpeſtas in menſe Maij. Itē dicit & proponit,ꝙ in dicto fundo, ſeu in alia tāta petia terræ,ſic ſituata in prædicto territorio, cōi æſtimatione proborū hominū anno, quo ſeminatū eſſet ibi hordeum, deberēt cōiter recolligi cētū ſextaria hordei. Itē dicit & proponit,ꝙ in illo anno propter dictam tempeſtatē dictus actor nō recollegit de dicto fundo niſi quinquaginta ſextaria hordei,& ſic propter prędictam tempeſtatē actor nō recollegit niſi medietatē eius qđ debuiſſet aliàs cōiter recolligi. vnde cū dictus actor ſit paratus ſoluere dicto reo vj.lib.turon. agit contra eū, vt alias vj.lib.turon.remittat eidē actori. Petit a vobis dicto dño iudice vt dictū reū ad remittēdū medietatē mercedis cōuētę. i. ad remittendū dicto actori reſiduas ſex li.turon.cōuētas, per veſtrā ſententiā cōdēnetis &c. cū expen. occaſione præſentis cauſæ factis,& de faciēdis proteſtatur,implorās veſtrū officiū dñe iudex in illis, in quibus eſt de iure, vel fuerit implorādū. Probatur ff.lo.& conduc.l.ex conducto §.ſi uis tēpeſtatis.& l. ſi vno. Sententiæ iuxta prędicti libelli formā proferendę exemplū ſequit̄,
2 & eſt tale.† Cū dictus actor ſufficiēter probauerit intētionem ſuā ſeu cōtenta in dicta petitione ſua, idcirco per ſentētiam in his ſcriptis cōdemnamus dicrum reū, vt dictū actorē pro rata damni tempeſtatis prædictæ à mercede ſeu pretio conuento prædictarum xij.librarum turon.exoneret, ſcilicet receptis ſex lib.turon.de mercede. Nihilominus condemnamus dictū reū in xl.ſol.turo.dandis dicro actori pro expenſis &c.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter formetur in actione furti manifeſti.*
2 *Sententia quæ feratur ad libellum porrectum in actione furti manifeſti.*

Quinquageſimuſtertius libellus de actione furti manifeſti.

1 Coram uobis domino iudice † Montipeſſulani dicit & proponit in iudicio P. contra M. Quòd dictus reus furatus fuit dicto actori quēdā equū pili mauri, habētē ſtellā albā in frōte, q̄ equus ꝓtinebat ad dictū actorē iure dñij. Itē ꝓponit,ꝙ dictus reus fuit deꝑhēſus, vel viſus cū dicto equo eo die, quo dictū furtū cōmiſit, anteq̄ ꝓueniſſet in locū, in quo deſtinauerat dictū equū ducere ac deponere. Itē ꝓponit,ꝙ dictus equus valebat cōi æſtimatione x. libras turon. Quare agit dictus actor ꝯ dictū reū, & petit ab eo, vt ſibi det quadruplū æſtimationis dicti eq̄, & petit a vobis dicto dño iudice, vt dictū reū ad dādū dicto actori quadruplum æſtimationis dicti equi, ſcilicet ad dādū dicto actori. x. lib. turo. per veſtrā ſentētiā condemnetis,& cōdemnatū ad dandū iuris remedijs compellatis, petit expenſas &c. Probatur inſti. de act.

§.ex

Source : BIU Cujas

§.ex maleficijs.& §.quadrupli.& de ob.quæ ex delic.naſ.per totum. Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exẽplum ſequitur,& eſt tale. † Cum dictus actor ſufficienter probauerit intentionem ſuam,ſeu contenta in dicta petitione ſua, idcirco per noſtram ſententiam in his ſcriptis condemnamus dictum reum in prædictis 40. libris turon. dandis & ſoluendis dicto actori &c.

2

SVMMARIVM.

1 *Actio furti nec manifeſti qualiter proponatur.*
2 *Accipiens auctoritate propria rẽ,quã errore ductus ſuam credit,excuſatur.*

Quinquageſimusquartus libel. de actione furti nec manifeſti.

1 Coram vobis domino iudice Montiſpeſſulani † dicit & proponit in iudicio P.cõtra M. Quòd dictus reus ſubtraxit per furtum dicto actori quendam equũ pili mauri,ad dictum actorem iure dominij pertinentem,& valentem cõmuni æſtimatione 10.lib.turon.Quare agit dictus actor cõtra dictum reum,& petit,vt ſibi det duplum ęſtimationis dicti equi.ſ.20.lib.turon.Et petit a vobis dicto domino iudice, vt dictum reum ad dandum dicto actori prædictas 20.lib pro duplo ęſtimationis dicti equi per veſtram ſententiam condemnetis,& condemnatum &c.Probatur inſti. de act.§.ex maleficijs.

2 & §.in duplum.& de ob.quę ex deli.naſ.§ pœna. † Et eſt notandum,ꝙ ſi aliquis errore ductus exiſtimans rem eſſe ſuam,& credens eſſe licitum cuilibet rem ſuam propria auctoritate accipere,accipiat eam inuito domino,ipſe excuſatur a furto, vt inſtit. de vi bo.rap.§.quia tamen. Item qui ſcit rem eſſe alienam,& eã accipiat,vel ea vtatur,ſi probabiliter credat dominum permiſſurum,excuſatur a furto,vt inſti.de ob. quæ ex delic.naſ.§ placuit.Si autem credat ſtulte dominum permiſſurum,aut habuit rem voluntate domini,alio tamen vſus eſt : etiam excuſatur a furto,ſed tenebitur tunc domino alia ſua actione,vt ff.eo.l qui reſibi commodata.in princ Si autem non habuit rem voluntate domini,& in accipiendo credidit ſtulte dominum permiſſurum,ipſe non excuſatur a furto,vt ff.eod.l.qui vaſ.§.vetare. Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exemplum ex præcedenti libelli ſententia faciliter deprehendi poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Libellus ſuper furto accuſatorius qualiter formetur.*
2 *Sententia qualiter feratur contra conuictum de furto.*
3 *Furto non eſt certa pœna criminaliter inflicta.*
4 *Fur effractor vel nocturnus grauius punitur.*
5 *Libellus adulterij accuſatorius qualiter formetur.*
6 *Sententia qualiter pro reo accuſato ſit ferenda.*

Quinquageſimusquintus libellus accuſatorius ſuper furto.

1 In nomine domini noſtri † Ieſu Chriſti amen. Anno natiuitatis eiuſdem Mccccx.vltima die menſis Martij, domino Philippo rege Francorum regnante,& regni eius anno 27.indictione nona.Coram uobis domino iudice Montiſpeſſulani dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum de Aureliaco.Quòd dictus Martinus menſe Februarij proximè præcedẽti conſulibus Colino Betrandi, & Gerardo Anei exiſtentibus in Montepeſſulano,per furtum ſubtraxit de domo quam dictus actor inhabitat,in carreria de fabraria quendam equũ pili mauri,ſtellatum in fronte,ad dictum actorem iure dominij pertinẽtem.vnde cum reipublicę interſit,ne maleficia remaneant impunita,dictus actor accuſat dictum Martinum, & eũ de facto furto reum defert,& petit a vobis dicto domino iudice, vt dictum reum ad competentem caſtigationem ſeu animaduerſionem veſtro arbitrio per ueſtram ſententiam condemnetis & pro condemnato veſtram ſententiam executioni mandari, in pœnam eius,& vt decætero talia non committat,& vt cedat cęteris in exemplum,petit & expen. &c. implorans veſtrum officium domine iudex &c.Et ego dictus Petrus huic accuſationi meæ manu mea me in hoc libello ſubſcribo, & vſque ad finẽ ſeu ſententiam me perſeueraturum promitto, & pro lite exercenda Ioan.Ruffi.hic præſentem in fideiuſſorem præbens.Probatur.ff.de accu.l libellorum.& C.eo.l.pe.& ff.de priua.deli.l.fi. in fi.Sententię iuxta prædicti libelli formam contra eum pro-

2 ferendæ exemplum ſequitur,& eſt tale. † Cum contenta in dicta petitione ſint ſufficiẽter probata.Vel ſic.Cum dictus P. ſufficienter probauerit intentionem ſuam, ſeu contenta in dicto libello ſuo accuſatorio,idcirco per ſententiam in his ſcriptis condemnamus dictum M.vt ſcobetur per villam nudus,retentis ſolummodo brachis,& ꝙ in triuijs,ſeu in quadriuijs conſuetis cedatur ſeu percutiatur retro ſpatulas cum corrigiatis ſolitis curiæ,in pœnam eius,& vt ſit cæteris in exẽplũ. Et nihilominus condẽnamus eum in centum ſol.turon.dandis dicto actori,videlicet Petro pro expen.litis præſentis,quos centum ſol.turon.dictus accuſator,delato ſibi a nobis iuramento, taxatione noſtra præcedente,iurauit ſe expendiſſe occaſione præſentis litis.Recte dĩ,ꝙ ſcobetur;qa gñaliter perita fuit in libello cõpe-

3 tens caſtigatio† & in furto non eſt pœna certa criminaliter inflicta,& iõ prout iudex arbitratur.Aliqñ fures exſcobãtur cum leui uerberatione,aliqñ cũ graui ſeu atroci.i.cũ effuſione ſanguinis,& aliqñ ſine verberatione,cũ caulibus vel portis fractis & ad collum ligatis ducuntur per villam in tuba, & aliquando

4 in die mercati ponuntur in poſtella † Et eſt notandum, ꝙ fur cum effractione grauius punitur:vt ff.de effrac.l.fi.Item fur nocturnus,ſi ſe telo defendit grauius punitur:vt ff.de furi.Bal.in l. j.Ex prædictis appaeet,ꝙ ſi in ſententia fuiſſet dictum,pronunciamus Martinum eſſe furem,nulla pœna certa adiecta,ſententia fuiſſet nulla:ut inſti.de act.§ curare. Contra furem enim nõ eſt certa pœna:vt C.de ſer.fugi.auth.ſed nouo iure.Si autẽ eſſet aliud crimen,certam pœnam habens:ut adulterium, quod capite punitur,tunc ſufficeret reum pronunciare adulterum,etiã pœna non expreſſa nec declarata: qa legis auctoritas repręſentat eam tunc:ut ff.ad Turpil.l.j.§. ſinautem pronunciauerit. & etiam tunc in libello ſufficeret Martinum reum deferre.l.Iulia. de adul.non expreſſa pœna.Et iuxta hoc formauit P. libellum

5 accuſatorium ita.Ego † Petrus Cõſtantini reum defero Petrũ de Aureliaco.l Iulia.de adulterio,quod commiſit cum Pontia potentia in domo Pontij in Montepeſſulano, menſe Septẽbri conſulibus exiſtentibus Renerdo de Narbona & Embrauno. Et ego Petrus Conſtantini ſubſcribo & promitto actionẽ quã defero,me uſque in finem perducturum. Sed in quibuſdã alijs videtur iſte libellus defectiuus:ut apparet ex ſuperioribus.& C. de accu.l.pe.in gl.Idem credo in criminalibus, quæ certam pœnam non habent.ſ.quòd in libello non accuſatorio non oportet fieri mentionem de pœna extraordinaria, licèt in ſententia tunc eſſet neceſſe pœnam exprimi : vt ſtatim dictum eſt.Sentẽtiæ autem in cauſa prædicta pro reo proferendæ exemplum ſe-

6 quitur,& eſt tale. † Cum dictus actor non probauerit ſufficienter cõtenta in dicto ſuo libello accuſatorio.Idcirco per noſtrã ſententiam in his ſcriptis reum abſoluimus dicta accuſatione, & contentis in dicto libello accuſatorio.Item cum dictus accuſator calumnioſe inſtituerit dictam accuſationem contra prædictum reum,quod apparet eoipſo,ꝙ non probauerit contenta in ſuo libello,& ſic ſimilitudo ſupplicij debet eũ aſtringere. Idcirco per ſententiam eãdem condemnamus eum, vt ſcobet̃ per uillam nudus,retentis ſolum brachis,& qđ in triuijs & quadriuijs cedatur ſeu percutiatur retro in ſpatulis,cum corrigiatis ſolitis curiæ,in pœnam eius,& vt cęteris ſit in exemplum,ne calumnioſam inſtituant accuſationem, in tantundem.n.eramus condemnaturi prædictum reum,ſi prædictum furtum probatũ fuiſſet per eum commiſſum.Et nihilominus cõdẽnamus prędictum actorem in expẽſis &c.& vt in alia ſententia proxima eſt expreſſum.Probatur hęc ſentẽtia;quia accuſatorẽ calumnioſũ aſtringit ſimilitudo ſupplicij.C.de calum.l.fin.cum concor.

SVMMARIVM.

1 *Actio vi bonorum raptorum qualiter intentetur.*
2 *Sñia quæ ferri debeat iuxta libellũ formatũ in actione vi bonorũ raptorum.*
3 *Rapina probari poteſt per pugnam,ſeu duellum.*

Quinquageſimusſextus libellus de actione vi bonorũ raptorũ.

1 Coram vobis domino iudice Montiſpeſſulani † dicit & proponit in iudicio P.cõtra M. Quòd dictus reus dolo malo rapuit ſeu abſtulit dicto actori quendam equũ pili mauri,ſtellatum in fronte,ad dictum actorem iure dominij pertinentem, & ualentem communi ęſtimatione 10.lib.turo. Quare agit dictus actor contra dictum reum ad quadruplum, & petit a uobis domino iudice: vt dictum reum ad quadruplũ, videlicet ad reſtituendum dictum equum dicto actori,& triplũ æſtimationis dicti equi,ſcilicet in 30.lib. turo. dãdis dicto actori,per ueſtram ſententiam condemnetis, & condemnatum ad prędicta iuris remediis compellatis &c Probatur inſti.de act.§. ex maleficijs &c.& ti.vi bo.rap.per totum. Sententiæ iuxta præ dicti libelli formam proferendę exemplum ſequitur,& eſt tale.

2 † Cum dictus actor ſufficienter probauerit intentionem ſuam ſeu contenta in dicta petitione ſua.Idcirco per noſtram ſentẽtiam in his ſcriptis condemnamus dictum reum pro dicta rapina in quadruplum,re in quadruplo computata, ſcilicet condẽnamus eum ad reſtituendum dictum equum dicto actori,& in triplum æſtimationis dicti equi,ſcilicet in 30.lib.turo.dandis & ſoluendis dicto actori, & nihilominus cum uictus uictori condemnandus ſit in expenſis, condemnamus dictum reum in cẽtum ſol.turo.dandis dicto actori pro expẽſis, quas dictus actor fecit occaſione præſentis cauſę,quos cẽtũ ſolidos dictus actor delato ei a nobis iuro,taxatione noſtra p̃cedẽte, iurauit ſe expẽ-

3 diſſe in p̃ſenti eã occaſione præſentis cãæ. † Inſuper nota,ꝙ ſup p̃dicta rapina lite mota uel nõ mota,ſnĩa nulla ſecuta, vel ſnĩa ſecuta,ſed p̃ appellationẽ legitimè interpoſitã extincta, actor ꝙſiderãs, ꝙ forte rapinã dicti eq plenè p̃bare nõ poſſit p̃ teſtes, ipſe poterit recurrere ad p̃bationẽ p̃ duellũ ſeu p̃ pugnã, ſuper qua fruſtra inuocabit nomẽ dñi, ad mala.n.opera Deus non accedit,niſi ad puniẽdũ,propheta Dauid dicẽte, Vultus aũt dñi ſup facientes mala,vt p̃dat de terra memoriã eorũ;& tũc Deo nõ habito præ oculis,dictus Petrus, cui raptus fuit equus prædictus,poterit petere a iudice decerni pugnam &c.vt in forma.

SVM-

Source : BIU Cujas

Hermanni Baren. De Forman. libellis.

SVMMARIVM.

1 *Libellus de duello qualiter proponi debeat.*
2 *Duellum fieri poteſt pro debito paterno.*
3 *Duellum in quibus caſibus fieri poſſit.*
4 *Sententia non debet ferri, duellum eſſe licitum.*

Quinquageſimuſeptimus libellus de duello.

1 Domine iudex: ego Petrus &c. † Quòd Martinus hic præſens eſt faiſus & proditor: quia proditionaliter rapuit mihi quendam equum pili mauri, ſtellatum in fronte, quod ſi ipſe confiteatur, peto ipſum condemnari ſuper prædicta rapina vt raptorem. Si autem hoc neget, ego per pugnam armis paribus ſumptis a me & ab eo, faciam eum confiteri rapinam per os ſuum in campo nobis per vos aſſignando, uel reddam eum victum uel mortuum in dicto campo. Et ſuper dicta pugna pignus meum, uidelicet chyrothecas meas hic in medio in præſentia ueſtra offero & reddo, & promitto me iuraturum in introitu campi, per uos nobis ad certamen, ſeu ad dictam pugnam aſſignandi, ꝙ ego non habeo herbas, nec breues coniuratorios, uel alia quæ maleficia uel faſcinationes pariãt uel parturiant quoquo modo. Et quòd tunc Martinus iuret ſimiliter illud idem, & peto per vos dominum iudicem, ſi Martinus prædictam rapinam neget, declarari & iudicari pugnam poſſe & debere eſſe & fieri ex prædicta cauſa inter me & eum, & ipſum ſententialiter condemnari, ad ſubeundum pugnam mecum ex prædicta cauſa, vt ſuper prædicta rapina poſſit per pugnam veritas inuenire. Probatur in Lombarda, qualiter quis ſe defendere debeat, & in quibus cauſis pugna pro
2 hibeatur, vel fieri debeat. † Poteſt enim eſſe duellum, ſi ſit ciuilis contentio inter aliquos de debito patris: vt eod. titu. l. ſi quis poſt mortem, ubi propter pecuniarium debitum nõ vendicat ſibi locum duellum, niſi illa pecuniaria obligatio diceretur venire ex maleficio uel quaſi, quod tamen illi non bene probant.
3 † Item fit duellum, ſi de inueſtitura ſit contentio: vt eodem tit. l. de inueſtitura. Item fit duellum propter depoſitum derogatũ: vt in eodem titu. l. ſi quis per ſeipſum. Item fit duellum in cauſa liberali: vt eodem titu. ſi ſeruus. Item fit duellum, ſi ſit contentio de re mobili uel immobili malo ordine poſſeſſo, vt in Lõbarda. de præſcrip. l. 2. Item fit duellum pro iniuria, ſeu pro opprobrioſo verbo cucurbitæ: vt in Lombarda de conuitijs. l. j. Itẽ fit pugna de infidelitate; vt in lib. feu. de alie. feu. princ c. non eſt conſuetudo. Item de incendio: ut in Lombarda, qualiter quis ſe defen. d. l. ſi quis alium. Item ſi quis infra pacis edictum alium vulnerauerit, debet ſibi manus amputari, niſi vitam ſuã defendendo hoc fecerit, ſuper qua exceptione poterit habere locum duellum, ut de pa. te. & eius viola §. ſi quis hominem. † Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exemplum in
4 autentico non ponitur; quia ubi cauetur infœlicẽ habebit actionem iudex, ſi prædictam pugnam admittendam iudicet; quia tali iudicio uidebitur ius diuinum & euangelicum abnegare. Planè in multis locis in caſibus tactis admittuntur duella, & iõ ſi oportet iudicem ſententiare, ipſe poteſt iuxta formam libelli ſuam ſententiam concipere conformiter & proferre.

SVMMARIVM.

Actio legis aquiliæ qualiter proponatur.
1 *Sententia quę feratur contra eum qui tenetur actione legis aquiliæ.*
2 *Pœnitentia locum habet vſque ad litis conteſtationem.*
3

Quinquageſimuſoctauus libellus de actione legis aquiliæ.

1 Coram vobis domino iudice † Montiſpeſſulani dicit & proponit in iudicio P. cõtra M. ꝙ dictus reus per iniuriam occidit quendam ſeruum nomine Stichum, ad dictum actorem nomine dominij pertinentem, qui ſeruus valuit communi æſtimatione retro ſiue infra annum ab occiſione ſeu a vulneratione, ex qua mors dicti ſerui eſt ſecuta computan. 10. lib. turon. Quare agit dictus actor contra dictum reum, vt ſibi dictas 10. lib. turon. det pro æſtimatione dicti ſerui: ſi cõfiteatur, ꝙ ſi ſibi neget 20. libras turon. det, ſcilicet æſtimatione dicti ſerui duplicata Et petit a uobis dicto domino iudice, vt p̃dictum reum in prædictis 10. lib. turon. dandis: & ſoluendis dicto actori, ſi idem reus confiteatur dictum ſeruum ſe occidiſſe, vel in duplo, ſcilicet in 20. lib. turon. dandis & ſoluendis dicto actori, ſi idem reus negauerit ſe dictum ſeruum occidiſſe, per veſtram ſententiam condemnetis, & condemnatum &c. Probatur inſtitu. de actio. §. ex maleficijs. eod. tit. de leg. aqui. per totum. Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exemplum ſequitur, & eſt tale. † Cum dictus reus negauerit ſe oc
2 cidiſſe dictum Stichum, & ipſo negante, & in ſua inficiatione exiſtente, dictus actor ſufficienter probauerit intentionem ſuã, ſeu contenta in dicta petitione ſua, & ſpecialiter probauerit p teſtes idoneos, dictum reum occidiſſe dictum ſeruum. Idcirco per noſtram ſententiam in his ſcriptis condemnamus dictum reum in duplum æſtimationis prædicti ſerui, ſcilicet in 20. lib. turon. in dicta petitione ꝓtentis, dandis & ſoluendis dicto actori. Et nihilominus condemnamus eum in centum ſolidis turo. dandis dicto actori &c. Probatur ad leg. Aquil. l. contra negantem. Recte dicitur, ꝙ ſi reus negauerit ſe occidiſſe, & eo in ſua inficiatione perſiſtẽte actor probauerit per teſtes: quia poſt negationem, & ante probationem per actorem inductam, reus ſi confeſſus fuit ſe occidiſſe dictum ſeruum: tunc reus condemnabitur tantum in ſimplum, ſcilicet in 10. lib. turon. vt ff. de iniur. l. eum qui. Et in cor. de trien. & ſe. §. ſtudium. coll. 3. & facit quod not. in l. illa, contra negantem. & ff. de rei vend. l fin. licèt aliter no. ff. ad leg. Aquil. l. inde Neratius. §. hæc actio. vbi nota.
3 † ꝙ uſque ad litis conteſtationem eſt licitum pœnitere & confiteri, uel uſque ad publicationem teſtium, & quod ſatisfaciat tunc de expenſis: vt in dicto §. ſtudium.

SVMMARIVM.

1 *Actio familiæ erciſcundæ qualiter proponatur.*
2 *Sententia quæ ferri poſſit ad libellum in actione familiæ erciſcũdæ porrecti.*
3 *Judex aliquid alicui adiudicans non tenetur adijcere eum iuribus & pertinentijs.*
4 *Mobilia quędam rem immobilem ſequuntur.*

Quinquageſimusnonus libellus de actione familiæ erciſcundę.

1 Coram vobis domino iudice † Montiſpeſſulani dicit & proponit in iudicio P. contra Martinum, ꝙ ipſe & dictus reus ſucceſſerunt in bonis & hæreditate Caij æqs portionibus, & prædictam hæreditatem poſſident pro indiuiſo, vnde cum dictus actor velit a prædicta communione recedere, & uelit ſuam partem de prædicta hæreditate ꝓ diuiſo poſſidere, agit contra dictum reum, & petit a uobis domino iudice prædicto, ut prædictam hæreditatem, ſeu res hæreditarias inter eos æquis portionibus per ueſtram ſententiam diuidatis & diſtribuatis, & cuilibet eorum partem ſuam pro diuiſo adiudicetis, & ſi in alterius perſona prægrauare videatur adiudicatio, ipſum alteri prędgrauato in pecunia condemnetis, & condemnatum ad prædicta obſeruanda & facienda iuris remedijs cõpellatis &c. Probatur inſtitu. de actio. §. quædam actiones. & de offic. iu. §. ſi famil. ff. fa. er. l. Meuius. §. arbiter. & l. hæredes. §. in famil. erciſ. iudicio. Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exemplum ſequitur, & eſt tale. † Cum dictus Petrus
2 ſufficienter probauerit intentioem ſuam, ſeu contenta in dicta petitione ſua. Idcirco per noſtram ſententiam in his ſcriptis ꝑdictam hæreditatem diuidentes, adiudicamus dicto Petro inſolidum turrim de Billio. ſitam in Montepeſſulano, & dicto Martino adiudicamus uineam uocatam Muſcutellam, ſic & ſic cõfrontatas. Et quia tale molendinum ſic & ſic confrontatũ non poteſt commode diuidi, ipſum dicto Petro inſolidum adiudicamus, & cum dictum molendinum ualeat communi æſtimatione centum lib. turonen. condemnamus dictum Petrum in 50. li. turo. dandis dicto Martino pro medietate quam idẽ Martinus habet in dicto molendino. Item pro adiudicatis, ut cuilibet eorum alter alteri de euictione debite, prout de iure eſt ca
3 ueat, alterum alteri condemnamus &c. † Aduertendum eſt, ꝙ cum iudex prædictas res adiudicat, non eſt neceſſe adijcere cũ iuribus & pertinentijs ſuis: quia quod ſubintelligitur, non deeſt, ut ff. de re. cre. l. cũ quid. & ſi illa uerba dicta nõ ſint, ſequuntur rem immobilem, quocunque titulo acquirantur; ut de contrahend. empt. l. ſi aquæductus. & l. alienatio. & de acqui. re. do. l. traditio. §. j. † Item & quædam mobilia, attamen pauca, ſequũ
4 tur rem immobilem, ut ff. de actio. empt. l. Iulianus. in fin. cum legibus ſequentib. & de diuer. & tempo. præſcri. l. 3. & C. de agri. & cen. l. quemadmodum. lib. 11. & ff. de fun. inſtru. & inſtru. leg. l. cum fundus. & de ſupel. l. fin. in princip. Item & quædam immobilia ſequuntur rem immobilem, ut ff. de actio. empt. l. creditor. & §. ante domum. & de leg 3. l. prædiis. §. balneas. uſque ad finem legis. & de acquir. re do. l. ergo. in princi. & facit quod notatur. C. de bonis uacan l. 2. libro 10.

SVMMARIVM.

1 *Actio communi diuidundo qualiter proponi poſſit.*
2 *Sententia quæ ferri debeat iuxta tenorem libelli in actione communi diuidundo.*

Sexageſimus libellus de actione communi diuidundo.

1 Coram vobis domino iudice Montiſpeſſulani † dicit & proponit in iudicio P. contra Martinum, ꝙ dictus actor & reus habent quendam fundum communem, ſitum in territorio Sancti Martini de Pineto, ſic & ſic confrontatum, quem & communiter poſſident, vnde cum dictus actor uelit a communione diſcedere, agit contra dictum reum, & petit a uobis dicto domino iudice, ut dictum fundum inter eos, per ueſtram ſententiam diuidatis, & cuilibet eorum partem dimidiam pro diuiſo, & ſi in alterius perſona prægrauare uideatur adiudicatio, ipſum inuicem alteri certam pecuniam dare & ſoluere condemnetis, & quòd pro adiudicatis alter alteri de euictione debite caueat alterum alteri condemnetis. Et ſi fundus commode diuidi non poſſit, totum eum alteri adiudicetis, & eum cui totum fundum adiudicaueritis, ut pro medietate certam pecuniæ quantitatem alteri det condemnetis: & illum, cui pecunia adiudicata fuerit, vt de euictione

Source : BIU Cujas

ctione pro medietate fundi alteri caueat,condemnetis, & condemnatos ad prædicta iuris remedijs cōpellatis &c. Probatur inſtit.titu.de actio.§.quædam actiones.& de offic. iud.§.eadem quidem interueniūt.& ff.communi diui.l.j.& 2.& l.itē quāuis. in fi.Sentētiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exem
2 plum ſequitur,& eſt tale.†Cum dictus P. ſufficienter probauerit intentionem ſuam,ſeu contenta in dicta petitione ſua: nos attendentes,ꝙ dictus fundus non poteſt commode diuidi, per noſtram ſnīam in his ſcriptis dictum fundum totum dicto Petro adiudicamus,& condemnamus eum in 10.lib.turo. dandis dicto M.pro medietate, quam dictus M. habet in dicto fundo. Et dictum M.condemnamus vt pro alia medietate fundi dicto Petro de euictione caueat &c.Et eſt notandum, ꝙ in adiudicatione,quæ fit in famil.erciſ.& cōmuni diui. & fini. regun.iudicijs, ſi ille a quo res adiudicatur eſt dominus, & poſt adiudicationem factam per ſententiam res tradatur illi cui adiudicata eſt,ſtatim ille efficitur dñs,vt inſtit.de offic.iud.§ fi.Vel ſi nō eſt dominus ille a quo iudicatur,alter cui ex adiudicatione tradit̄, efficitur publicianiſta.vt ff.de publi.ac.l.4.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Libellus quomodo formari poſſit in actione finium regundorum.*
2 *Actor & reus ſimul vterque eſſe poteſt in aliquibus iudicijs.*
3 *Sententia quæ ferri poſſit ad libellū in actione finium regundorum formatū.*

Sexageſimusprimus libellus de actione finium regundorum.

1 **Coram vobis** dño iudice † Montiſpeſſul. dicit & proponit in iudicio Petrus cōtra M. ꝙ dictus actor & dictus reus habent duos agros confines ī territorio S.Martini de Primeto,ſic & ſic confrontatos.Item ꝙ dictus Martinus arando & fodiendo agrum ſuum prædictum facit controuerſiam dicto P.ſuper finibus dictorum agrorū,accipiendo de agro dicti P.quatuor pedes.Quare agit dictus Petr.ꝫ eum & petit a vobis domino iudice,vt ſi veteres fines inueneritis, illos ſequendo, per veſtram ſnīam eos ſtare & obſeruare pronuncietis,& ſi veteres fines nō inueneritis,prædictos agros euidentibus terminis ſpecialiter diſtinguatis,& ſi cōmode prædicta diſtinctio fieri non poſſit, niſi de vno agro aliquid detrahatur,& alteri adiungatur: tunc de vno agro aliquam partem detrahendo,alterius agri dño illam partem adiudicetis. & illū cui agri partem adiudicaueritis,ad dandum alteri certam pecuniam pro valore partis adiudicatę, ſententialiter cōdemneris, & illum cui pecunia dari adiudicata fuerit, vt alteri de euictione pro illa parte caueat condemnetis, & prædictos condemnatos ad prædicta obſeruanda & facienda iuris remedijs compellatis &c.Probatur inſti.de act.§.quædā actiones.& de offi. iudi. §.finium regun.& ff.fi.re.l.2.in fi.& l.ſeq.& l.in finalib. & C. eo.
2 l.quinq; pedum. † Et eſt notandum,ꝙ in p̄dictis tribus iudicijs vterq; eſt actor & reus,ut ff.de iudi.l.in tribus.& ff.fi.regun.l iudicium.§ j.ſicut & quædam animalia agunt & patiuntur,id eſt, habent vtrunq; ſexum:ſicut lepus,vt'de verb.ſig.l.hæc verba,ille aut ille.in fi.&c. Sentētiæ iuxta prædicti libelli formam pro-
3 ferendę exemplum ſequitur,& eſt tale. † Cū. dictus P.ſufficienter probauerit intentionem ſuam, ſeu contenta in dicta petitione ſua,& per agrimenſores in prædictis agris per vos miſſos inuenti fuerint ueteres fines ſeu termini,ſubtus terrā inter prędictos agros,ſ.duo lapides magni erecti,ad inſtar finiū,ſm conſuetudinem regionis poſiti vnus ab orient.e,& alter ab occidēte.Idcirco per noſtram ſnīam in his ſcriptis pronunciamus & declaramus dictis veteribus finibus, ſeu terminis eſſe ſtādum, & condemnamus vtrunq; litigantium ad prædictos terminos obſeruandum,& decernimus,ꝙ iuxta illos duos terminos ponantur alii duo lapides erecti, qui euidenter ſuper terram appareant,& alios veteres terminos habeant perpetuo demonſtrare. In quolibet aliorum prædicti libelli caſuum, qui forſitan contingeret, poſſet ſententia conformiter adaptari.

SVMMARIVM.

1 *Actio depoſiti propter incendium qualiter intentetur.*
2 *Sententia qualiter pronuntietur in actione depoſiti propter incendium.*
3 *Pauper non ſemper luit in corpore,quod non habet in ere.*

Sexageſimusſecundus libellus in actione depoſiti propter incendium.

1 **Coram vobis** domino iudice Montiſpeſſu.† dicit & proponit in iudicio P contra M. ꝙ cum incendium eſſet in domo dñi Berengarij de fabrica, ꝓpter imminens periculum incendij & metu eius quia flammę ignis intrabant domum proximam, in qua inhabitabat dictus actor,& adhuc inhabitat dictus ,actor depoſuit penes dictū reū quendam ſuum codicem cum apparatu ordinario ſcriptum in pergamenis hedulinis,valētem communi ęſtimatione 15.lib. turo.vnde cum dictus reus dictum codicem reſtituere ꝫdicat, agit ꝫ eum,& petit a vobis dño iudice prædicto, vt dictum reū ad reſtituendum prædictum codicem dicto actori, ſi reus inficiatus non fuerit depoſitum, vel ſi inficiatus fuerit, tunc in duplum,ſ.ad reſtituendum dictum codicem,necnon & in 15.libr. turon.dandis dicto actori per veſtram ſententiam condēnetis, & condemnatum &c.Probatur inſt.de act.§. ſequens illa diuiſio. ver. planè ſi depoſiti. & §.in duplum.& §.ſed furti quidem. & ff.depoſiti.l.j.§.meritò.& ad l.Aquil.l.ſi quis fumo. circa fin. Sententię iuxta prædicti libelli formam proferēdæ exemplum
2 ſequitur,& eſt tale.†Cum dictus reus negauerit prædictum depoſitum, & ipſo negante, & in ſua inficiatione perſiſtente, dictus actor probauerit per teſtes.ſe prædictum codicem propter imminens prædicti incendij periculum depoſuiſſe penes dictū reum:quia codex valebat communi ęſtimatione 15.lib.turon. Idcirco per ſnīam in his ſcriptis condemnamus prędictū reum in duplum prædicti depoſiti,ſ.vt dictum codicem dicto actori reſtituat,& ꝙ idem actori 15.lib.turon.det & ſoluat,in pęnam prædictæ inficiationis ſuę:& nihilominus condemnamus prędictum reum in centum ſol. turonen. dandis dicto actori pro expen.&c.& ꝙ in prędicto libello poſſit peti reſtitutio codicis, & ſub conditione poſſit peti pęna inficiationis, & ꝙ prædicto modo formetur ſententia, videatur ſupra in titulo de l.Aquil.
3 † Eſt notandum,ꝙ ſi Martinus non poſſit reſtituere codicem, & ſit ita pauper, ꝙ nec eius ęſtimationem poſſit ſoluere: ipſe non luet in corpore,quia hoc iure cautum non eſt, ſed ſi ſit ita pauper,ꝙ non poſſit ſoluere 15. lib.turo. in quib. cōdemnatus eſt in pœnam inficiationis prædictæ,ipſe tunc luet in corpore: vt ff.de pęnis.l.j.§.generaliter, iuxta id quod notatur de ſimili inficiatione.inſtitu.de act.§.ex maleficiis.ver.item mixta.nō tñ eſſet idem in pœna, quæ ex promiſſione hominis debetur, cū l.cautum non ſit,ſed ſufficeret tunc debitori, ꝙ cederet bonis.

SVMMARIVM.

1 *Actio in factum vtilis de ſeruo corrupto qualiter proponi debeat.*
2 *Sententia qualiter feratur aduerſus corrumpentem ſeruum.*

Sexageſimustertius libellus de actione in factum vtilis, de ſeruo corrupto.

1 **Coram vobis** domino iudice Montiſpeſſu.† dicit & proponit in iudicio P. contra M. ꝙ dictus P.habet quendam filium nomine Petronetū, quem dictus reus dolo malo corrupit,ducendo eum in carreria calida,& quem fecit luſorem & meretricatorem, ſeu meretricum amatorem vnde cum interſit parentum, animum liberorum ſuorum non corrumpi,& idem actor ſit paratus iurare,ſe nolle dictum filium ſuum ſic fuiſſe corruptum ſeu deterioratum a dicto reo pro 25.lib. turon. agit dictus actor contra dictū reū, & petit a vobis dicto dño iudice,ut dictum reum in duplum dictæ deteriorationis per dictum actorem in litem iurandum,ſ. in 50.lib.turon.ſalua veſtra taxatione,dandis dicto actori,ꝙ veſtram ſententiam condemnetis,& condem.&c. Probatur inſt. de ac.§.in duplū.& §.ſed furti.& ff.de ſer. cor.l.j.§.j.& l.2.& 3. in fi.& l.vt tantum.§.j.Sententiæ iuxta prædicti libelli formā pro-
2 ferendæ exemplum ſequitur,& eſt tale.†Cum dictus actor ſufficienter probauerit intentionem ſuam, ſeu contenta in dicta petitione ſua,& delato ei a nobis iuramento in litem, ęſtimatione noſtra præhabita iurauerit in litem, ſe nolle dictū filium ſuum ſic fuiſſe corruptum ſeu deterioratum per dictum reum pro 25.lib turon.ſeu ſua intereſſe in prædictis 25. lib. turonen. idcirco per noſtram ſententiam in his ſcriptis condemnamus dictum reum in 50.lib.turon.dan.& ſoluen. dicto actori. Et nihilominus condemnamus dictum reum in centum ſol.turon. dandis dicto actori,quos centum ſol.turo.dictus actor, delato ei a nobis iuramento,taxatione noſtra præcedente, iurauit ſe expendiſſe occaſione præſentis cauſę.

SVMMARIVM.

1 *Condictio ex lege inſtit.de actio.§.tripli.quomodo proponi debeat.*
2 *Actor reum certiorem facere debet.*
3 *Sententia quæ ferri poſſit in condictione ex lege.inſtitu.de act.§. tripli.*

Sexageſimusquartus libellus de condictione ex lege inſtit.de actio.§.tripli.

1 **Coram vobis** domino iudice † Montiſpeſſu. dicit & proponit in in iudicio Petrus contra M.ꝙ cum dictus P.deberet tantum decem lib turon.dicto M.idem M.in libello ſuo petijt 20.lib.turon. coram vobis iudice,& ex hoc executores ſeu viatores curię ampliorem ſummā exegerunt a P.prędicto nomine ſportularum,unde cum dictus P.ex hoc damnificatus fuerit in ſportulis,ſcilicet in decē ſolid. turon.agit contra dictum M.& petit a vobis dicto domino iudice, ut dictum M. ad triplum eius, in quo damnum paſſus eſt dictus P.prædictarum ſportularum, ſcilicet in 30. ſolid. turon. dandis dicto Petro per veſtram ſententiam condemnetis, & condem &c.Probatur inſtit.de actio.§.tripli.Nec refert an dolo,vel ſine dolo M. in dicto libello maiorem quantitatē inſe-
2 ruerit.C.de plus peti.l.j. † Ille enim qui agit, certificare dēt reū, vt in auth.de litig.§.ad excludendum.col.8.& ff.de rei vend.l.ſi in rē.& ff.de iniur.l prætor edixit. Et ſm hæc verba ex hac cauſa

Source : BIU Cujas

viatores &c. posita ibi in § tripli. debent intelligi consecutiue, & non causatiue, vt & alleg. C. de ob. patro. præstan. l. si manumissori & ibi, & malum coram te feci, vt iustificeris &c. in psalmo, Miserere mei Deus. vt ff. de dona. causa mortis. l. senatus. circa prin. Nec obst. in cor. de defen. ciui. §. & iudicare. coll. 3. vbi exigitur dolus: qa ibi est alius casus, & alia pena Item glo. dicit, ista actio non habet hodie locum per aut. de execu. §. j. qd non credo: quia legum correctio est vitanda. Vel possit dici, q in §. tripli. fit mentio de quibusdam legibus, quas non habemus, & eas ignoramus & sic debet cessare hæc actio, arg. C. de eden. in auth. si quis in alio documento. Sed illud argumentum multū vī extraneum: quia in §. tripli. conditor iuris statuit legem. & licèt de alia lege quam non habemus faciat ibi mentionem, nō est curandum dum tñ intelligatur: qa est illud qd intendit statuere, est. n. durum a lege recedere. Potest tñ dici, hanc actionē nō habere locum in curijs, in quib. tales sportulę hodie executoribus non præstantur. † Snīæ iuxta prædicti libelli formam
3 proferendæ exemplum nō reperio, sed si in aliqua curia executoribus seu nuntijs sportulę dari solent, & propterea actio p̄dicta intentetur, & intentio actoris probetur, sciet & poterit peritus iudex iuxta petitionis formam sententiā faciliter ordinare.

SVMMARIVM.

1 *Actio quod metus causa qualiter intentari debeat,*
2 *Sententia quæ ferri possit iuxta libellum porrectum in actione quod metus causa.*

¶Sexagesimusquintus libellus de actione quod metus causa.

1 Coram uobis domino iudice † Montispessulani dicit & proponit in iudicio P. contra M q dictus M. compulit eum per metum ponendo ei gladium ad gulam, q donaret sibi quandam vineam suam, sitam in territorio de Col de fi. sic & sic confrontatam, valentē cētū lib. turon. quam vineam ibidem dictus actor sola vita contentus, donauit & tradidit dicto reo. vnde cum dictus reus eidem actori dictam vineam restituere ꝺ̄dicat, agit ꝺ̄ eum, vt eam sibi restituat, & petit a vobis dicto dño iudice, vt dictum reum ad restituendum dicto actori prædictam vineam cum fructibus perceptis & percipiendis, seu quos dictus actor percipere potuisset, quos estimat 10. lib. turon. necnon & q de dolo repromittat, ne dicta vinea deterior facta sit, per vestram sententiam condemnetis, & si post vestram snīam intra tempus arbitrio iudicis statuendum, prædictam vineam cum fructibus restituere distulerit, ipsum ad quadruplum omnium prædictorū. i. ad restitutionem prædictæ vineę, & 10. lib. turon. pro fructibus. & ēt in triplum eorum ad contumaciam eius, s. in trecentis & 30. lib. turo. dandis dicto actori per vestram sententiam condēnetis, & condemnatum iuris remedijs compellatis &c. Probatur insti. de act. §. quadrupli. ver. item de eo. & ver. item actio. & §. præterea. & ff. qd metus causa. l. j. in prin. Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exemplum sequitur, & est tale.
2 † Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suā, seu cōtenta in dicta petitione sua. Idcirco per nostrā snīam in his scriptis ꝺ̄namus dictū reum: vt intra 15. dies dictā vineā dicto actori restituat, & q det & soluat eidem actori 10. lib. tur. pro fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt. Itē q si dictus reus prædicta distulerit, seu intra dictos 15. dies restitutionē eorum non fecerit, exnunc vt extūc condemnamus eum in quadruplm, s. vt vineam dicto actori restituat, ut prædictas 10. lib. turon. pro fructibus ei det & soluat, vt supra dictum est, & in triplum prædictorum nomine pœnæ, & ob eiusdem rei ꝓtumaciā, s. in trecentis & 30. lib. turo. dandis & soluendis ab eodem reo dicto actori, & nihilominus condemnamus dictum reum in centum solid. turon. dandis dicto actori pro expensis &c.

SVMMARIVM.

1 *Actio in factum de calumniatoribus qualiter proponatur.*
2 *Sententia quæ ferri debeat in actione in factum de calumniatoribus.*

¶Sexagesimussextus de actione in factum de calumniatorib.

1 Coram uobis domino iudice † Montispessulani dicit & proponit in iudicio P. contra Martinum, q dictus reus habuit a Caio 10. sol. turon. vt dictum actorem traheret & vocaret calumniose in iudicio. Qua re agit dictus actor ꝺ̄ dictū reum, & petit a vobis dicto dño iudice, ut dictum reum in quadruplum prædictorū 10. solid. turo. scilicet in 40. sol. turo. dandis dicto actori p vestrā snīam ꝺ̄demnetis, & condemnatum &c. Probatur insti. de act. § quadrupli. & ff. de calum. l. j ī prin. Nec curatur, an Martinus vexauerit prę dictum Pet. an non, sufficit. n. sola pactio de vexādo calūniosè, & q ob hoc aliquid fuerit datum uel promissum, vt eo. ti. l. generaliter. §. j. & §. hoc edicto. Snīæ iuxta prędicti libelli formam
2 proferendæ exemplum sequitur, & est tale. † Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam seu contenta in dicta petitione sua. Idcirco per nostram sentētiam in his scriptis condemnamus dictum reum in prędictis 40. solid. turonen. in prædicta petitione contentis, dandis dicto actori &c.

SVMMARIVM.

1 *Conditio ex lege condititia qualiter proponi debeat.*
2 *Aduocati, procuratores, notarij & seruientes hodie excoriant homines.*

¶Sexagesimusseptimus libellus de condictione ex lege condititia, de qua instit. de actio. §. quadrupli.

1 Coram vobis domino iudice † Montispessulani dicit & proponit in iudicio P. contra M. q cū dictus P. esset citatus seu citaretur, vt appareret coram vobis, & dictus M. esset executor litiū curiæ, dictus M. executor cum de accusatione seu pro citando ſm consuetudinē istius villę diutius obseruatam non deberet hīe nisi duos paruos turon. noīe sportularum, ipse vltra dictos duos den. exegit a P. vnum turon. grossum argenteum. Quare agit ꝺ̄ eum & petit a vobis dicto dño iudice, ut dictum reum in quadruplum dicti turon. argentei, s. in vno turonensi argenteo eidem actori dando, & in tribus fisco dandis, per vestram snīam condemnetis, & condemnatum &c. Probatur instit. de act. §. quadrupli. & in cor. vt liti. iurent §. & hoc quoq; præcipimus. coll. 9. & de iudicibus. §. nullo. coll 6. Non multum placet, q priuatus imbriget se, & petat illud triplum fisco dandum, sed procurator fisci
2 petat iura fisci, si vult. † Item consulere, q ille pro vno turon. argenteo non conqueratur, quia hodie in curiis aduocati, procuratores, notarij & seruientes excoriant homines, & iudex erit fauorabilis executori prædicto. Melius est enim tacere q̄ conqueri, de duobus enim malis minus malum est eligendum: ut ff. de reg. iur. l. quoties. & ff. si ser. ven. l. sicuti. in prin. Snīæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exemplum poterit iudex peritus faciliter ordinare.

SVMMARIVM.

1 *Actio negotiorum gestorum directa qualiter proponatur.*
2 *Snīa quæ feratur scd̄m libellū in actione negotiorū gestorū directa oblatū.*

¶Sexagesimusoctauus libellus de actione negotiorum gestorum directa.

1 Coram vobis domino iudice Montispessul. † dicit & proponit in iudicio P. contra M. q cum dictus actor nemini mandasset sua negotia gerere, & subito recessisset apud Aureliacum, dictus reus venit in domum dicti actoris in fabraria, & gessit negotia dicti actoris. vñ cū dictus reus male administrauerit & plura reliqua penes eū extent, agit dictus actor ꝺ̄ eum, & petit ab eo, ut sibi rōnē reddat & reliqua præstet, & de his quæ male administrauit sibi satisfaciat, & petit a vobis dicto domino iudice: vt dictum reum, reddita prius per eum ratione de gestis, ipsum ad reliqua & ad interesse eorum, in quibus dictus actor damnificatus inuenietur, ex eius mala administratione, dicto actori præstanda per vestram snīam condemnetis & condem. &c. Probatur instit. de act. §. actionum. & ff. de neg. gest. l. 2. &c. Snīæ iuxta dicti libelli
2 formam proferēdæ exemplum sequitur: & est tale. † Cū dictus actor sufficienter probauerit dictum reum sine mādato administrasse negotia dicti actoris absentis, & cōstet nobis de administratione canap. per dictum reū administratæ & venditę, remanere penes eum 100. sol. turon. & constet nobis de interesse dicti actoris in centum sol. tur. quia dictus reus male coluit, & male se habuit in administratione vinearum. Idcirco per nostram sententiam in his scriptis condemnamus dictum reum in 10. lib. turon. dandis dicto actori pro expensis præsentis causę, cum idem actor, delato ei a nobis iuramento iurauerit taxatione nostra præcedente, se expendisse prædictos 50. sol. turon. occasione præsentis causę.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter formetur in actione negotiorum gestorum contraria.*
2 *Actio negotiorum gestorum contraria generalis est.*

¶Sexagesimusnonus libellus de actione negotiorum gestorum contraria.

1 Coram vobis domino iudice † Montispess. dicit & ꝓponit in iudicio P. contra M. quòd cum dictus actor sponte gessit negotia dicti rei absentis, & negotiis p̄dictis expēdit vtiliter cētū solid. turo. quare agit dictus actor ꝺ̄ dictū reū, & petit ab eo, ut sibi p̄dictos cētū solid. restituat, p vestrā snīam ꝺ̄nētis, & ꝺ̄natū &c. Probat insti. de ac. §. actionū. & ff. de neg. gest. l. 2. & insti. de obl. ex quasi ꝺ̄ctu. §. j. & ex illis quæ dicta sunt in p̄cedenti libello satis pōt ꝓpēdi, qua
2 liter ꝓcedendū est in hac actione ꝺ̄ria. † Est eīn ista actio gñalis, sicut est directa. Snīam iuxta prædicti libelli formā proferendam potest iudex perpendere faciliter ex præmissis &c.

SVMMARIVM.

1 *Actio tutelę directa qualiter intentetur.*
2 *Sententia quæ ferri possit ex libello in actione directa tutelę formato.*

¶Septuagesimus libellus de actione tutelę directa.

1 Coram vobis domino iudice † Montispessul. dicit & proponit in iudicio P. ꝺ̄ M. q cū dictus reus fuit tutor dicti actoris, vnde cum tutela sit iam finita, agit dictus actor contra dictum reum, ut de gestis reddat rationem, & reliqua præstet, & de his quæ gerere debuit, nec ea gessit, damna resarciat. Et petit a vobis dicto domino iudice,

vt di-

Source : BIU Cujas

vt dictum reum reddita per eum prius ratione eorum quæ gessit, ipsum ad reliqua præstanda, & ad interesse eius, scilicet quantum sua interest, quia quędam omisit gerere danda & præstāda dicto actori, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c. Probatur insti. de act. §. actionum. & C. arbit. tut. l. tutorē. & l. quicquid. & de neg. gest. Ergo tutori. Sentētiæ iuxta p̄dicti libelli formam proferendæ exemplum sequitur, & est tale. † Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionē suā, seu contenta in petitione sua. Idcirco per nostram sententiam in his scriptis condemnamus dictum reum in 10. lib. turo. quę restant & sunt reliquę penes eum ex administratione salis. Itē in aliis 10 lib. tur. in quibus actor damnificatus est ex mala administratione vini. Item in aliis 10. lib. turon. in quibus actor damnificatus est: quia dictus reus fundos & vineas quondam pupillares, sic & sic cōfrontatas administrare omisit dandis & soluendis dicto actori. Et nihilominus condemnamus dictum reum in 10 solid. turon. dandis & soluēdis dicto actori pro expensis &c. Sētentia ista formata est iuxta libellum prædictum. Sed si libellus fuisset formatus, prout alij communiter formāt, qui petunt reum condemnari ad rationem reddendum & ad reliqua præstandum insimul seu coniunctim, certè tunc debet etiam fieri condemnatio ad rationem reddēdam, & ad reliqua insimul, quæ tñ insimul stare non possunt. vnde nisi demū ratione reddita, prout ratio in facto consistit, & super hoc cogitet quilibet; redditio enim rationum incipit a facto, scilicet a computando, & exinde prouenitur ad dandum seu præstandum. s. reliqua & interesse, vt ff de condit & demonst. l. cum seruus.

SVMMARIVM.

1 *Actio de rationibus distrahendis qualiter proponi debeat.*
2 *Sententia qualiter ferri debeat ad libellum porrectum in actione de rationibus distrahendis.*

¶Septuagesimusprimus libellus de actione de rationibus distrahendis.

1 Coram vobis domino iudice Montispessu. † dicit & proponit in iudicio P. contra M. ꝙ cum dictus reus esset quondam tutor dicti actoris, & eius tutelam gereret, ipse quasdam res ex bonis dicti actoris tunc pupilli abstulit, scilicet sarmenta vinearum pupillarium in suos vsus comburendo, vsque ad valorem 10. lib. turo. Item fœnum pratorum pupillarium in suos vsus conuertendo. s. equos suos exinde pabulando, vsq; ad valorem aliarum 10. lib turon. Item pecuniam tunc pupillarem. s. 30 lib. turo. sumpsit, exinde stolas regias sitas in podio arquenello sibi comparauit, vnde cum tutela prædicta sit iam finita, agit dictus actor ꝯ dictum reum, ut sibi dicta sarmenta, & fœnum, & prædictas 10 lib. turo. præstet seu restituat ī duplum rebus prædictis in duplum computatis, & petit a vobis dicto dño iudice, vt dictum reum ad præstandū dicto actori prædictum duplum, scilicet ad restituendum prędictum sarmentum, & fœnum, & prædictas 30. lib. turo. seu 50. lib. turo pro valore & æstimatione prædictarum rerum, postq̄ consumptę sunt, vt dictum est, necnō ad dandum aliàs 50. lib. turo. pro pœna & in pœnam eiusdem rei, per vestram sentētiam condemnetis, & condemnatum &c. Probatur. ff de tute. & rat. dist l. 2 Sētentiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exēplum sequitur, & est tale. † Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua. Idcirco per nostram sn̄iam in his scriptis ꝯdēnamus dictū reū ad dandum & soluendum dicto actori 100. lib. turon. s. 50. lib. turon. pro valore prędictarum rerum ablatarum, seu interceptarum: quia constat eas non extare: & aliàs 50. lib. turon. pro pœna. Et nihilominus condemnamus dictum reum in 50. sol. turon. dandis dicto actori pro expensis &c. vt in forma &c.

SVMMARIVM.

1 *Actio tutelę contraria quomodo intentari possit.*

¶Septuagesimussecundus libellus de actione tutelæ contraria.

1 Coram vobis domino iudice † Montispessul. dicit & proponit in iudicio P. contra Martinum, ꝙ dictus actor fuit tutor dicti rei, & eius tutelā administrauit. vnde cum dicta tutela sit finita: & dictus actor impenderit de suis in negotiis tutelaribus 10. lib. turon. agit dictus actor contra dictum reum, vt sibi prædictas 10. lib. turo. det & soluat, & petit a vobis dicto domino iudice, vt dictum reū ad dandum & soluendum dicto actori prædictas 10. lib. turo. per vestram sententiam condemnetis: & condemnatum &c. probatur. ff. de contraria & vti. act. tu. l. j. & seq. instit de act. §. actionum. Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ tenor poterit per ea faciliter ordinari.

SVMMARIVM.

1 *Actio tutelę directa si curator &c. qualiter sit proponenda.*
2 *Libellus qualiter formetur in actione in rem.*

¶Septuagesimustertius libellus de actione tutelę directa: si curator adulti susc̄ipiat litem agendo.

1 Coram vobis domino iudice † Montispessulani dicit & proponit in iudicio Pet. curator talis adulti ꝯtra Mart. ꝙ dictus Mart. reus fuit tutor dicti adulti: tunc pupilli, vnde cum dicta tutela sit finita, agit dictus curator curatorio nomine susc̄ipiendo litem in iudicium ꝯ dictum reum, vt de gestis reddat rationem; reliqua præstet, & ꝙ de male gestis & de his quæ gerere debuit, nec ea gessit, damna restituat. Et petit a vobis dicto dño iudice, vt dictum reum, reddita prius per eum ratione, ipsum ad reliqua præstāda, & ad interesse eorum, in quibus dictus adultus damnificatus est: quia male administrauit quædā, & ad interesse, scilicet quanti dicti adulti interest: quia quædā omisit gerere, dan & præstan. dicto actori curatorio nomine per vestram sententiam condēnetis: & condemnatum &c. Probatur per iura supra alle. & specialiter. ff. de admi. tut. l. j. §. in absenti. dum dicit ex persona sua &c. Item in actione de rationibus distrahēdis dicet ita. Dñe iudex, ego Petr. curator talis adulti ꝯqueror de M. ꝙ cum dictus reus esset tutor dicti adulti quondam, & eius tutelam gereret, ipse quasdam res ex bonis pupilli tunc, nunc verò adulti abstulit, s. sarmentum vinearum, ad valorem 10. lib. Item fœnum ad valorem aliarum decem librarum, & etiam 30 lib turo. intercepit. vnde cum tutela sit finita, ego Petrus curator prædictus susc̄ipiēdo litem curatorio noīe ago ꝯ eum ad duplum, & peto eū per vos dñm iudicem condemnari in prædicto duplo, s. in prædictis rebus restituendis, si extant: vel si non extant, vel nō extabant tempore sententiæ, in 50. lib. turon. pro valore earū Item in aliis 50. lib. turo pro pœna dandis mihi curatorio noīe prædicto, & condemnatum compelli &c. Probatur vt supra. Et hæc est actio. quæ vocatur de rationibus distrahendis in duplum. In vno simplo est rei prosecutoria: & in alio est pœnalis: vt ff. de tute. & ratio. distrahen. l. 2. §. fi. Ex prædictis satis apparet, qualiter formetur libellus in qualibet alia actione personali, si curator
2 in agēdo uelit susc̄ipere litem adulti. † Item in actione in rem dicet ita. Domine, ego Petrus curator talis adulti conqueror de M. qui possidet, seu facultatem restituendi habet talem fundū, ad dictum adultum iure dn̄ij uel quasi pertinētē: quare ego susc̄ipiendo litem, ago ꝯ eum curatorio nomine: & peto a vobis dicto dño iudice, vt dictum fundum ad dictum adultum iure dominij vel quasi pertinere per vestram sen ētiam declaretis: & dictum reum ad restituendum mihi curatorio nomine prædicto prædictum fundum, sententialiter condemnetis, & condemnatū &c. Probatur vt sup Sententiarū iuxta prędicti libelli formam proferendarum tenores possunt faciliter ordinari.

SVMMARIVM.

1 *Actio tutelę contraria, si curator susc̄ipiat &c. qualiter proponatur.*
2 *Actio in rem quomodo proponatur aduersus curatorem.*

¶Septuagesimusquartus libellus de actione tutelę contraria, si curator susc̄ipiat litem in defendendo.

1 Coram vobis domino iudice † Montispessū. dicit & proponit in iudicio P. ꝯ Martinum, curatorem talis adulti ꝙ dictus actor fuit tutor dicti adulti, dum erat pupillus: & eius turelam administrauit, & in negotijs tutelaribus 10 lib. tuton. impendit. Vnde cum tutela sit iam finita, & dictus curator dictum adultum hic in iudicio nō exhibeat, licet magis uelit litem susc̄ipere, agit dictus actor ꝯ dictū reum curatorio noīe, vt sibi p̄dictas 10. lib. turon reddat, & petit a uobis dicto dño iudice, vt dictum curatorem curatorio noīe ad reddendū dicto actori p̄dictas 10. lib. turo. per vestram sn̄iam condemnetis: & condemnatum &c. Probatur per iura superius alleg. & specialiter. ff. de admin. tut. l. j § in absentibus autē adultis. ibi, dum dicit ꝯ curatorem agendum &c. Item ex prædictis satis apparet, qualiter formetur libellus contra curatorem susc̄ipientem litem adulti in alia actione personali. † Itē
2 in actione in rem dicet ita. Ego Petrus conqueror de Martino curatore talis adulti sui: & dico ꝙ dictus adultus possidet, seu facultatem restituēdi habet talem fundum, ad me iure dominij vel quasi pertinentem. vnde cum dictus curator non exhibeat hic ī iudicio dictum adultum, sed magis uelit susc̄ipere litem: ago ꝯ eū, & peto a vobis dicto dño iudice, vt dictū fundum ad me pertinere iure dn̄ij vel quasi p̄ vestrā sn̄iam declaretis, & dictum curatorem curatorio noīe ad restituēdū mihi prędictū fundū sentētialiter ꝯdēnetis &c. Probatur vt sup. Semp autem in oībus prædictis cautis curator iurabit de calumnia, & etiā si minor susceperit litem, ut C. de iureiur. propter calum. l. 2 §. qđ obseruari. Sed de veritate dicenda bene iurabit minor, si pars aduersa hoc requirat, non prout illud iuramētum veritatis est vnū de capitulis iuramenti de calumnia. Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferēdæ tenor potest faciliter adaptari.

SVMMARIVM.

1 *Pignoratitia actio directa qualiter proponi possit.*
2 *Sententia qualiter ferenda sit iuxta tenorem libelli in pignoratitia actione directa porrecti.*

¶Septuagesimusquintus libellus de pignoratitia actione directa.

1 Coram vobis domino iudice † Montispess. † dicit & proponit in iudicio Petrus cōtra Martinum ꝙ cū dictus actor obligaret se penes dictū reum in 10. lib. turo. idē actor impignorauit & tradidit in pignore dicto

Source : BIU Cujas

reo pro dictis 10.lib.turo.quẽdam fundum ſitum in territorio caſtri noui,ſic & ſic confrontatum. Item dicit & proponit, ꝙ dictus reus tenuit ſic per duos annos continuos poſtea dictum fundum,& quolibet anno percepit exinde fructus ad valorem centum ſolid.turo deductis expenſis. Item dicit & proponit, ꝙ dictus reus ſuccidit quatuor arbores,ſcilicet quatuor amygdalares,quæ erant in dicto fundo:& intereſt eiuſdẽ actoris, dictas quatuor arbores non fuiſſe ſucciſas,in centum ſolid. turo. vnde cum dicto reo ſit ſatisfactum de prædictis 10.lib.tur.quas dictus actor ei debebat,ſcilicet facta computatione,ſeu compenſatione prædictorum fructuum per eum perceptorũ : agit dictus actor contra dictum reum,& petit a vobis dicto dño iudice,vt dictũ reũ ad reſtituendũ dicto actori dictum fundum : necnon & in centũ ſol.turo.in quibus damnificatus fuit dictus actor,ꝑꝑ p̃dictas arbores ſucciſas,dandis dicto actori: & vt eidẽ actori caueat,ꝙ aliàs dolũ vel culpam in dicto fundo non cõmiſerit per veſtrã ſnĩam cõdemnetis, & cõdemnatũ ad p̃dicta iuris remedijs cõpellatis &c. Probatur inſti.de actio.§. actionũ. & titu.quib.mod.re ꝑhi.obli.§.fi. Snĩæ iuxta prædicti libelli for
2 mam proferendæ exẽplũ ſequitur,& eſt tale † Cũ dictus actor ſufficienter probauerit intentionem ſuam, ſeu contenta in dicta petitione ſua. Idcirco per ſententiam in his ſcriptis ꝯdemnamus dictum reum, ut dictum fundum dicto actori reſtituat. Item condemnamus eum in centũ ſol.turo dandis dicto actori pro damno dictarum quatuor arborum ſucciſarum. Itẽ condẽnamus eum,vt caueat dicto actori de dolo & culpa, ne aliàs in dicto fundo dolũ vel culpã ꝯmiſerit : niſi in p̃dictis quatuor arborib.Et nihilominus ꝯdẽnamus eũ in centũ ſol.turo. dãdis dicto actori pro expẽſis p̃ſentis cauſę: cũ idẽ actor, delato ſibi a nobis iuramento iurauerit,taxatione noſtra præcedẽte,ſe expendiſſe prædictos centũ ſol.turon. occaſione præſentis cauſę.

S V M M A R I V M.

1 *Actio pignoratitia contraria quomodo proponatur.*
2 *Creditor habens mulum pro pignore ipſum debet alimentare.*

¶Septuageſimusſextus libellus de pignoratitia actione.

1 Coram vobis domino iudice† Montiſpeſſ.dicit & ꝓponit in iudicio P.contra M.quòd dictus reus dedit in pignore dicto actori quendam mulũ pili albi,pro centum ſol.turo.in quibus dictus reus erat dicto actori obligatus. Item ꝙ dictus actor tenuit dictum mulum ꝑ 20. dies,& qualibet die expendit in alimentis dicti muli,ſcilicet in paleis, hordeo, & auena, 12.denarios turon. Quare agit dictus actor contra dictum reum,& petit a uobis dicto dño iudice,vt dictum reum ad dandum dicto actori prædictos 20.ſol.turon. ex cauſa prædictorum alimentorum per veſtram ſnĩam cõdẽnetis,& condemnatũ &c. Probatur.ff.de pig. act.l.ſi neceſſarias. in prin.& C.eo.l.creditor.in fi & ar. ff. commo. l.in rebus.§.fin.
2 † Creditor enim non debuit dictum mulum negligere,vt inſt. qui.mo.re contrahi.obli.§ fi.ff de pig.act.l.eleganter. §.ſi vendi derit.& ſeq & l.ſeq.& ſic debuit mulum alimentare : nec enim potuit de vento viuere, & ſicut aliàs dicitur de pupillo. C. de ali.pu.præſt.l.j §.fi. Attñ imputabitur creditori,ſi non locauit dictum mulum ad ſimũ portandũ,vel ad aquam extrahendũ de puteo,ſi cõmode potuit fieri,per ll.ſupradictas, & ar.ff.eo. l.vel vniuerſarum. Sed ſi creditor vſus fuiſſet mulo ex conceſſione debitoris:tunc creditor non poſſet tales expenſas petere,arg ff. cõmo.l.in rebus.§ poſſunt &c. Sententiæ iuxta prædicti libelli formã proferẽdę tenor colligi poteſt faciliter ex præmiſſis &c.

S V M M A R I V M.

1 *Actio præſcriptis verbis æſtimatoria qualiter poſſit intentari.*
2 *Actio præſcriptis verbis æſtimatoria tribus concurrentibus competere cenſetur.*

¶Septuageſimusſeptimus libellus de actione præſcriptis verbis ęſtimatoria.

1 Coram vobis domino iudice† Montiſpeſſul.dicit & proponit in iudicio Petrus cõtra M. ꝙ dictus actor volens vendere quendam librum inſtitutionum,cum apparatur ordinario,ſcriptum in pergamenis hedulinis,tradidit dicto reo dictum librum vendẽdum, & ęſtimatũ inter eos ad ſummam centũ lib.turo.Quare agit dictus actor ꝯ eum,& petit a vobis dño iudice prædicto,vt dictũ reum ad reddẽdum dicto actori dictũ librum incorruptum, aut prędictas 100 lib.turon per veſtram ſnĩam condemnetis &c. Probatur inſtit.de act.§.actionum.& ff.de ęſtimato.act.l.j.ff.de præſcript.
2 ver.l.ſi gratuitã.§ j.† Et eſt notandum,ꝙ ad hoc,ꝙ actio p̃dicta, quæ vocatur p̃ſcrip.verbis,vel ęſtimatoria : quæ eſt bonęfidei, competat, requirũtur plura. Primò,ꝙ res tradatur.Secundò ꝙ tradatur vendenda. Item ꝙ tradatur habita mentione ęſtimationis rei, quæ traditur, ſiue in genere, ſ.ꝙ res tradatur uel eius ęſtimatio : ſiue in ſpecie, ſcilicet cum res ęſtimatur certo pręcio, cum traditur vendenda ęſtimatur centum ſolid.turonen. vt in prædictis ll.

S V M M A R I V M.

1 *Actio præſcriptis verbis ex permutatione quomodo proponi poſſit.*

¶Septuageſimusoctauus libellus de actione præſcriptis verbis ex permutatione.

1 Coram vobis domino iudice† Montiſpeſſũ. dicit & proponit in in iudicio Petrus contra Martinum,ꝙ cum dictus actor haberet inſtituta cum apparatu ordinario ſcripta in pergamenis hedulinis, & dictus reus haberet quendam librum feudorum, cum apparatu columbi, ipſi ꝯuenerunt inter ſe de permutãdo dictos libros. vnde cum dictus actor dederit dicto reo dicta inſtituta, & dictus reus nolet dare dicto actori librũ dictum feudorum, agit dictus actor ꝯ dictum reum: & petit a vobis dicto dño iudice, ut dictũ reũ ad dandum dicto actori prædictũ librũ feudorũ per veſtrã ſententiam cõdemnetis:& ꝯdẽnatũ. Probatur inſti.de act §.actionum.& ff.de rerũ permu.l.2.& C.eo.l.ex placito. Sententię prædictorum libellorum poſſunt faciliter colligi ex præmiſſis.

S V M M A R I V M.

1 *Petitio hæreditatis qualiter intentari poſſit.*
2 *Sententia qualiter formetur iuxta libellum porrectum in petitione hæreditatis.*
3 *Sententia in petitione hareditatis ferri poteſt nulla re ſpecificata.*

¶Septuageſimusnonus libellus de petitione hæreditatis.

1 Coram vobis domino iudice Montiſpeſſũ.† dicit & proponit in iudicio P. contra M. quòd dictus reus tenet & poſſidet pro hærede,vel pro poſſeſſore hæreditatem Ioannis Pataonis iam defuncti,cuius Ioãnis dictus actor eſt hęres ex aſſe.vnde cum dictus reus dicto actori dictam hæreditatem reſtituere ꝯdicat : agit ꝯ eum dictus actor, vt ſibi hæreditatem reſtituat:& petit a vobis dicto dño iudice: vt dictum actorem eſſe hæredem dicti Ioannis ex aſſe per veſtram ſnĩam declaretis : & dictum reum, vt dicto actori prædictam hæreditatẽ reſtituat ſententialiter cõdẽnetis: & condemnatum ad reſtituẽdum iuris remedijs compellatis, petit etiam expenſas occaſione præſentis cauſę factas:& proteſtatur de faciendis;quas oẽs declarabit ſuo loco & tpe, prout ſuerit rõnis: implorãs veſtrum officium dñe iudex in prædictis & prędicta tangentibus,prout iuris eſt,vel de iure fuerit implorandũ. Probatur inſti.de act.§.actionũ.& ff.de peti hære.l.j.& 2.& 3.& l.regulariter.Snĩæ iuxta prædicti libelli formam proferẽdæ exem-
2 plum ſequitur,& eſt tale.† Cum dictus actor ſufficiẽter probauerit intentionem ſuam, ſeu contenta in dicta petitione ſua. Idcirco per noſtram ſnĩam in his ſcriptis declaramus dictum actorem eſſe hæredẽ ex aſſe dicti Ioannis Pataonis iam defuncti:& dictum reum,vt dicto actori prædictam hæreditatẽ reſtituat condemnamus, & condemnamus eundem reum in 100. ſol.turo.dandis dicto actori pro expenſis præſentis cauſę, quos 100.ſol.tur. dictus actor delato ei a nobis iuramẽto taxatione noſtra præced.iurauit ſe expendiſſe occaſione præſentis cauſę.
3 † Et ꝙ ita generaliter,nulla re ſpecificata poſſit ferri ſnĩa in petitione hære.no inſti.de act.§.curare.& C de ſent. quæ ſine cer. quan.l.2.& credo ꝙ eſſet melius,ꝙ res quæ in peti.hær. veniũt: & ad quas ſibi reſtituendum actor intendit,fuiſſent in proceſſu cauſę ſpecialiter declaratę & probatę, vt executio quæ fiet per officium iudicis,eſſet magis prompta, aliàs oportebit in executione ſententiæ eas declarare, & probare eas reum habuiſſe,ſaltem tempore ſentẽtiæ latę,nec credo, ꝙ debeat fieri executio in rebus hæreditatis, quas principaliter poſt ſententiam dictus reus incepit poſſidere, vt ff.de peti. hære. ſi quo tempore. & de peculio.l.quęſitum.in prin.cum ſimi.immo.ſuper illis eſſet formandus libellus de nouo,vt ff.de excep.rei iu.l.ſi a te.in prin.& d.l.quæſitum.§.is qui ſemel.cum concor.

S V M M A R I V M.

1 *Bonorum poſſeſſoria hæreditatis petitio qualiter intentetur.*
2 *Vir vxori ſuccedere debet.*
3 *Sententia quæ ferri poſſit in bonorum poſſeſſoria hæreditatis petitione.*

¶Octuageſimus libellus de bonorum poſſeſſoria hęreditatis petitione.

1 Coram vobis dño iudice † Montiſpeſſul. dicit & proponit in iudicio Petrus cõtra M. ꝙ dña Maria de Caſtello Mutionis, legitima vxor dicti actoris ꝯſtãte matrimonio inter eos deceſſit ab inteſtato,nullis parentibus,nullisq; liberis relictis: deficiẽte ẽt omni agnatorũ & cognatorũ ab inteſtato viuentiũ ſucceſſione. Itẽ dicit & ꝓponit dictus actor, ꝙ ipſe intra tẽpus legitimũ agnouit corã iudice cõpetente bono.poſſeſſionem,vnde vir, volẽs ſuccedere vxori ſuæ defunctę.Itẽ dicit & ꝓponit, ꝙ dictus reus tenet & poſſidet ꝓ hęredevel poſſeſſore hęreditatẽ ac bona dictæ vxoris ſuę defunctę Quare agit dictus actor ꝯ dictum reũ, & petit a vobis dicto dño iudice,vt dictum actorem eſſe bonorũ poſſeſſorum hæredem dictæ vxoris ſuę defunctę,per veſtram ſnĩam declaretis:& dictum reum,vt dicto actori prædicta bona ſeu hęreditatem dictę uxoris ſuę defunctę reſtituat, ſententialiter condẽnetis,& condemnatũ &c.Probatur inſtit.de actio.§.actionum.& ff de

Source : BIU Cujas

ff.de bono.possessio.l.3.§. bonorum. & quis ordo in bonorum
2 possessio.seruetur.l.2.in princ. † Item specialiter probatur prima pars libelli, scilicet quomodo vir succedit vxori. C. vnde vir & vxor.l.vna.& ff.eo.l.j.Item secunda pars libelli, scilicet ꝙ prædicta prima pos.intra certum tempus,scilicet intra centum dies vtiles debeat peti,& hodie sufficiat eam agnoscere coram iudice.Probatur.ff.de succ.edicto.l j.§.si intra.& C.qui admi.ad bono.possess.pos.l.2.& l.fi.Item tertia pars libelli, scilicet quòd reus possidet &c.& ꝙ actor petit se declarari bonorum possessorum hæredem:nec est necesse res aliquas specificare in libello,nec in sententia,nec fructus specialiter petere:cum sub vniuersali iudicio vtilis pet.hære.veniant:apparet ex his quæ dicta sunt sup.in præcedenti libello:& facit.ff.de bo.pos.hære.peti.l.j. & 2.de bo.pos.l.j.& 2.& 3.in prin.& de reg.iur.l.prætor. Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exemplum seqt:
3 & est tale. † Cum dictus actor sufficienter probauerit intētionem suam, seu contenta in dicta petitione sua. Idcirco per sententiam in his scriptis declaramus dictum actorem esse bonorum possess. hæredem dictæ dominę Mariæ vxoris suę defunctæ, condemnamusq; eundem reum vt bona & hæreditatem prædictæ Marię iam defunctę dicto actori restituat &c. Recurratur ad ea quæ dicta sunt supra in præcedenti libello.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissaria hæreditatis petitio qualiter intentari possit.*
2 *Sententiæ forma quæ fit in fideicommissaria hæreditatis petitione.*

¶Octuagesimusprimus libellus de fideicommissaria hæreditatis petitione.

1 Coram vobis domino iudice† Montispessul. dicit & proponit in iudicio P.contra M. quòd Titius in sua vltima voluntate Caium hæredem suū vniuersalem & vnicum sibi instituit, & rogauit per fideicommissum,vt hæreditatem suam restitueret dicto actori. Item dicit & proponit dictus actor, ꝙ dictus Caius hæres institutus, mortuo dicto Titio sponte ademit hæreditatem,& eam verbo dicto actori restituit,scilicet dicendo,Petre hæreditatem Titij, quam rogatus sum tibi restituere,tibi restituo:salua quarta trebellianica mihi debita.Item dicit & proponit,ꝙ dictus M.possidet pro hærede vel possessore prędicta hæreditatem Titianā. Quare agit dictus actor contra dictum reum,& petit a vobis dicto dño iudice,vt dictum actorem esse fideicommissarium hæredem dicti Titij defuncti,pro tribus partibus hæreditatis eius, per vestram sniam declaretis, & dictum M. reum, vt prædictas tres partes hæreditatis pro indiuiso eidem actori restituat sententialiter condemnetis,& condemnatum &c. Probatur inst. de act.§.actionum.& de fideicōmis.hære.§.in primis. & §.præterea.& ff.de fideicom.hære.peti.l.j. Sententiæ iuxta prædicti li
2 belli formam proferendæ exemplum sequitur,& est tale.† Cū dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam,seu cōtenta in dicta petitione sua.Idcirco per nostram sententiam in his scriptis pronuntiamus & declaramus dictum actorem esse fideicommissarium hæredem dicti Titij testatoris pro tribus partibus hæreditatis prædictæ,& vt dictus Martinus reus prædictas tres partes hæreditatis pro indiuiso dicto actori restituat. Et nihilominus condemnamus dictum reum in centum solid. turo.dandis dicto actori pro expensis.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex stipulatu pro dote qualiter intentetur.*
2 *Filia in potestate non potest dotem repetere.*

¶ Octuagesimussecundus libellus de actione ex stipulatu pro dote repetenda: vbi relicta agit super dote restituenda contra hæredem.

1 Coram vobis domino iudice † Montispessulani dicit & proponit in iudicio Marieta de corali cōtra M. ꝙ cum dicta Marieta actrix contraxit matrimonium Pontio Rabassa: & eidem Pōtio dedit in dotē mille sol.turo.quos eadem Marieta stipulata fuit, saltē iuris fictione sibi reddi a dicto Pōtio,si casus restitutionis dotis eueniret. Vnde cum casus restitutionis prædictę dotis iam euenerit, scilicet ꝙ solutum est prædictum matrimonium morte dicti Pontij,& dictus M.sit iam hæres dicti Pontij: agit dicta actrix ꝯ dictū reū,vt dictos mille sol.tur.sibi reddat. & petit a vobis dicto dño iudice,vt dictum reū ad reddēdū dicto actori p̄dictos mille sol.tur.per vestrā snīam condemnetis, & condēnatum &c. Probatur instit. de act.§.fuerat.& ff. sol. matr.l.j.& C.eo.l.dotis
2 actione.† Et requiritur ꝙ p̄dicta Marieta sit emancipata, vel ꝙ pater suus sit mortuus,vel ꝙ dos sit aduentitia:aliàs si esset ī potestate patris:vel esset dos profectitia,ageret pater,de volūtate tñ filię,vt ff.solu.mat.l.2.in prin.& §.j.l.Titia.& C.de coll. auct. quod locū habet.& de bonis quæ libe.l.fi.§.necessitate. d.§.nisi autem in vnum.cum concor.Sētentię iuxta prædicti libelli formam proferendæ forma poterit faciliter colligi ex præmissis.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex stipulatu pro dote repetenda matrimonio constante qualiter proponatur.*

¶Octuagesimustertius libellus de actione ex stipulatu pro dote repetenda constante matrimonio.

1 Coram vobis domino iudice † Montispessū.dicit & proponit in iudicio Margareta de Latis contra Petrum Lombardi: ꝙ ipsa contraxit matrimonium cum dicto Petr. & ei in dotem dedit mille sol.quos eadē Margareta stipulata fuit,saltem fictione iuris sibi reddi:cum locus esset repetitioni seu restitutioni prædictæ dotis.Vnde cum adhuc duret matrimoniū inter eos,& sit locus restitutioni prędictæ dotis,pro eo quia dictus Petrus maritus suus iam inchoauit male vti substantia sua: agit dicta actrix ꝯ dictum reum, vt sibi prædictos mille soli. reddat, & petit a vobis dicto domino iudice,ut dictum reum ad reddendum dictæ actrici prædictos mille sol.turo.per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c. Probatur instit.de act.§.fuerat.& ff.sol.mat. l.si constante.in prin.& C.de iure do.l.vbi.& in cor.de equa.dot.§. illud.col. 7. & C.de collat. auth. quod locum habet. Snīæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ forma potest, ut in præcedenti materia relatum est,colligi faciliter ex iam dictis.

SVMMARIVM.

1 *Actio rerum amotarum qua debeat forma proponi.*
2 *Actio rerum amotarū cum causa diuortij res sunt amotæ dicitur cōpetere.*
3 *Canones seruari debent in materia matrimonij.*
4 *Actio rerum amotarum post mariti mortem non habet locum.*
5 *Sententiæ qualiter sint iuxta libellum in actione rerum amotarum proferendæ.& nume.6.*

¶Octuagesimusquartus libellus de actione rerum amotarum.

1 Coram vobis domino iudice Montispessū.† dicit & proponit in iudicio M. cōtra Marietam de Corali: ꝙ cum Pontius Rabassa maritus legitimus dictę Marietę quadam graui infirmitate detineretur:& ipsa de vita eius desperaret, ipsa dolo malo quendam asinum pili nigri ipsius Pontij de domo eius amouit,ꝙstante matrimonio. vnde cum dictus Pontius ex dicta infirmitate decesserit, & d.Martinus actor sit hæres eius,agit dictus actor contra dictam Marietam,vt sibi dictum asinum restituat, & petit a uobis dicto dño iudice, vt dictam ream ad restituendum dictum asinum dicto actori per vestram sententiam condemnetis, & condemnatam &c.vt in forma.Probatur ex quadam equitate,seu ex mente legis:& sic intelligitur.ff.de act.rerum amo.l.si propter.§.fin. in gl.& in l rerum quidem. in glo.& Azo in summa sua eiusdē
2 tit.† Item est notandum, ꝙ actio rerum amotarum competit, cum diuortij consilio res sunt amotę,& postea diuortium secutum,vt ead.l.rerum quidem.& ea.l.2. Diuortium autem est repudium missum in scriptis, septem testibus adhibitis seu rogatis in scriptura.Res tuas tibi habeto,vt C.de repudiis.l.cōsensu. & ff.eo.l.2. & l.nullum.Sed de iure canonico nō habet locum tale diuortium:quia quos Deus coniunxit,homo non separet:
3 vt 33.q.2.c.quos Deus coniunxit. † In coniunctionibus autem seu matrimonijs canones sunt seruandi,& prævalent legibus, nota.instit.de nup.in princ.& ff.de concubinis.l.in concubinatu.in fine.Et ideo quia tale diuortium non habet locum inter virum & uxorem,& sic cessat inter eos directa actio rerū amotarum, scilicet ꝙ cū dicta Marieta desperaret de vita dicti mariti sui,amouit dictum asinum, & secuta fuit mors dicti mariti, & sic solutum fuit matrimonium morte mariti,aliàs si maritus viueret,non haberet locum hæc actio:vt ff. rerum amotarum. l.rerum quidem. Rectè dicitur, ꝙ cum Pontius maritus legitimus:quia aliàs non posset agi act.re.amo.vt ff. eo.l.si cōcubina. in princ. Item rectè dicitur dolo malo:pendet enim hæc actio quodammodo ex furto,vt ff.eo.l.si mulier.in fi.& ideo in ea fit condemnatio insolidum,vt ff.de re iudi. l.si rerum. Item rectè dī,amoui,hoc enim consonat nomini ipsius actionis,s.rerum amotarum.Et accipitur large nomē, amouere, s.siue surripuit, siue subtraxit:vt ff.eod.l.si mulier.in princ.& l.nihil.in princ.& l.rerū quidē.siue celauit:ut eo.tit.& l.si cōcubina.§.j.siue comedit aliquas res mariti,siue donauit,vel vendidit,vel aliàs ꝙsumpsit,ut eo.tit.l.& ideo.§.j. Item rectè dī, ꝙ constante matrimo-
4 nio amouit:† quia si post mortem mariti amouisset,non haberet locū hæc actio,nec etiā diceretur, dictā Marietā fecisse furtum ante aditā hæreditatē:ꝙa rei hęreditarię nōdū possessę nō fit furtū:vt ff.eo.l.ꝯ.in fi.& de cri.expi.hęre. l.2.in fi. Nec ēt posset agi tunc ꝯ eum crimine expi.hęre.vt ff.eod.l.qui vxor.& C. eo.l.aduersus.Sed si post mortē mariti,& post aditam hęreditatē,& apprehensam possessionē amouisset p̄dictū asinū: ipsa faceret furtū. Et idē si constante matrimonio amouit: ꝙa tūc ex noua cōtētione facta post,ipsa faceret furtū;& teneretur actione furti:vt ff.de act.re.amo. l.& ideo.in princ.Itē rectè dī,vnde cum dictus Pontius decesserit: ꝙa si viueret,non posset agi hac actione,vt apparet ex supradictis,licèt videatur ꝯ. ff.eo.l.si mulier.in prin.vbi dī,ꝙ etiam si conualuerit iure danda est p̄dicta actio vtilis.Sed vbi diuertit vxor a viro,qđ diuortium non ha-

Source : BIU Cujas

bet hodie locum, vt dictū est, & sic in ista vtili, ad hoc ꝙ actor obtineat, vel actio locum habeat, oportet, ꝙ dicta Marieta fuerit vera vxor, & ꝙ mortis causa dolo malo amouerit dictum asinum constante matrimonio, & ꝙ solutum sit postea matrimonium morte mariti. Sententiæ primæ iuxta prædicti libelli
5 formam proferendæ exemplum sequitur: & est tale. † Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua. Idcirco per nostram sentētiam in his scriptis condemnamus dictam Marietam ad restituendum dictum asinum dicto actori: & nihilominus condemnamus eā in 20. sol. turo. dandis dicto actori pro expēsis &c. Item si dicta Marieta non restituat postea dictū asinum: locus erit iuramento in litem, & sic hæc actio habet naturam arbitrarię actionis, vt ff. de act. re. amo. l. si cū dos. & tunc ferri poterit talis alia snīa. Snīæ secundæ iuxta prædicti libelli formam proferendę exem-
6 plum sequit̄, & est tale. † Cū dicta Marieta non restituerit iuxta tenorē nostrę snīæ primę dictū asinū dicto Martino & delato a nobis iuramento in litem d. Martino, ipse iurauerit ad sancta Dei euangelia per eū tacta, taxatione nostra p̄cedente, se nolle p̄dictū asinum non fuisse sibi restitutū pro 35. sol. turo. Idcirco per nostram sententiam in his scriptis, condemnamus dictam Marietam in prædictis 35. sol. turo. dandis dicto Martino &c.

SVMMARIVM.

1 *Actio ad exhibendum quomodo proponatur.*
2 *Sententia in actione ad exhibendum qualiter sit ferenda. & nu. 3.*
4 *Actio ad exhibendum, & ea ad quam est præparatoria simul in eodem libello intentari possunt.*

¶Octuagesimusquintus libellus de actione ad exhibendum.

1 Coram vobis domino iudice Montispessu. † dicit & proponit in iudicio P. contra M. ꝙ dictus reus possidet seu tenet, & ad exhibendum hodie facultatem habet quendam codicem scriptum in pergamenis hedulinis cum apparatu ordinario; quem dictus actor exhiberi ī publicum coram vobis dicit sua interesse, pro eo quia ipsum vt suum vendicare intēdit. Quare agit dictus actor ꝯ dictū reum: vt sibi dictum codicem exhibeat, & petit a vobis dicto dño iudice, vt dictum reum ad exhibēdum dicto actori in publicum coram vobis dictum codicem per vestram snīam condemnetis, & condemnatum &c. probatur inst. de act. §. præterea quasdam actiones. Sententiæ primæ iuxta prædicti libelli formam
2 proferendæ exemplum sequitur, & est tale. † Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua. Idcirco per nostram sentētiam in his scriptis condemnamus prædictum reum, ut in publicum coram nobis exhibeat dictum codicem. Et nihilominus condemnamus eū in expensis &c. Et est notandum, ꝙ dictus reus debet exhibere dictum codicē impendijs & periculo actoris. ff. ad exhib. l. sed & si hæreditas §. j. nisi reus dolo malo codicem exhibēdo transtulerit alibi: quia tunc suis impendiis & periculo debebit codicem in loco iudicij exhibere. ff. ad exhi. in l. alleg. §. interdū. Itē est notādum ꝙ si constet, ꝙ reus dolo malo nolit codicē exhibere, feratur alia sententia, & condēnabitur, in quantum actor ipse iurauerit in litem. ff. ad exhib. l 3. § j. & ff. de in litem iuran. l. in actiones. Snīæ secundæ iuxta prædicti libelli formam profe
3 rendæ exemplum sequitur, & est tale. † Cum constat nobis dolo & calliditate Martini rei esse factum, quominus dictum codicem exhibeat dicto actori iuxta tenorem nostræ primæ sententiæ, & delato a nobis iuramento in litem dicto actori, idem actor, taxatione nostra præcedente, iurauerit se nolle dictum codicem non fuisse sibi exhibitum pro viginti lib. turo. Idcirco per nostram snīam in his scriptis condemnamus dictū reū
4 in prædictis 20. lib. turo. dandis dicto actori &c. † Et est notandum, ꝙ actio ad exhibendum, & actio ad quam ipsa est præparatoria, possunt insimul in eodem libello intētari seu proponi, attamen causa exhibitionis prius tractabitur & terminabit̄, vt C. de exhib. l. fi. & ibi no. & ff. eo. l. j. Et tūc si actor velit vtrāq; insimul proponere, formabitur libellus, vt supra formatus est: & subiungitur, quod sequitur. Quo codice exhibito petit idem actor a uobis domino iudice prædicto, ut dictum codicem ad eum pertinere iure dominij, uel quasi per vestram sententiam declaretis, & dictum reum vt dictum codicem dicto actori restituat, sententialiter condemnetis, & condemnatum &c. Sed videtur, ꝙ illę duæ actiones non possint proponi insimul in eodem libello, vt ff. depositi. l. penult. & de pecu. l. depositi. circa prin. & ad exhib. l 3. § est autem. & ibi no. & de interro. act. l. j. circa prin. Sed est dicendū, ꝙ non debent, nec possunt insimul proponi, vt de eis insimul cognoscatur, & eodē modo querela inofficiosi. test. & peti. hæred. in eodem libello intētari. s. peto testim̄ rumpi. quia inofficiosum, & eo rupto peto me declarari hæredem, & reum condemnari, ut mihi hæreditatem restituat &c. & ff. de inoff. test. l. qui de inofficioso. Sic & in casu nostro possum dicere, peto mihi codicem exhiberi, quo exhibito peto eū declarari &c. de hoc in Spec. de act. seu peti. §. 2. ver. & no. quòd videtur dicere, & in titu. de iud. §. vlt. & de causa pos. & proprie. §. notandum igitur. versi. aliq; &c. vt ibi colligitur.

SVMMARIVM.

1 *Actio arbitraria de eo quod certo loco qualiter formari debeat.*
2 *Sententia quæ feratur iuxta tenorem libelli correcti in actione arbitraria de eo quod certo loco. & nu. 3.*
3 *Sententia tertia in actione arbitraria de eo quod certo loco quæ sit.*
4 *Sententia quarta quæ sit in actione de eo quod certo loco.*

¶Octuagesimussextus libellus de actione arbitraria de eo quod certo loco.

1 Coram vobis dño iudice † Montispessul. dicit & proponit in iudicio Petrus cōtra M. ꝙ cum dicti actor & reus essent in Mōtepessulano, dictus reus promisit per stipulationem se daturū Parisius dicto actori centum libras turo. Vnde cum dictus reus potuerit peruenisse Parisius, & etiam fuerit in mora soluendi ibi prædictas centū lib. turo & habita ratione damni quod emersit, & lucri quod cessauit, interfit dicti actoris in viginti lib. turo. quia prædictę centum lib. turo non fuerunt solutę. Parisius: agit dictus actor cōtra dictum reum, ut sibi prædictas cētum lib. turo. pro sorte, & 20. lib. turon. pro interesse suo det & soluat, & petit a vobis dicto dño iudice, ut dictum reum ad dandum dicto actori prædictas centum libras promissas, & prædictas 20. lib. turon. pro interesse suo prædicto, per uestram sententiam condemnetis, & condemnatum, ad dādum iuris remediis compellatis &c. Probatur insti. de act. §. præterea. Sentētiæ iuxta prædicti libelli for
2 mam proferendæ exemplum sequitur, & est tale. † Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam seu contenta in dicta petitione sua, idcirco per nostram sententiam in his scriptis condemnamus dictum reum in prædictis centum lib. turon. in dicta petitione contentis, dandis dicto actori. Item in 20. lib. turo. dandis dicto actori pro interesse seu damno quod emersit, & lucri quod cessauit propter moram dicti rei habitā in soluendo, & nihilominus condemnamus dictum reum in centum solidis turon. dandis dicto actori pro expen.is quas fecit occasione præsentis causę. Item si reus probauerit aliquod interesse suum, prout potest esse de natura actionis arbitrariæ, de eo quod certo loco, si veritas sic se habuerit, poterit ferri talis snīa. Snīæ secundæ iuxta prædicti libelli formam proferēdæ exemplum sequitur, & est tale. Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua. Idcirco per nostram sententiam in his scriptis condemnamus dictum reum in prædictis centum libris turon. in dicta petitione sua contentis, dandis dicto actori pro sorte sibi promissa. Et licèt dictus actor probauerit sua interesse, seu suum interesse ratione damni quod emersit, in decem lib. turo. & ratione lucri cessantis in aliis decem libris turon. quia tamen reus ꝓbauit sua interesse, soluendo prædictas centum libras turo. potius Parisius q̄ in Montepessulano, in centum solidis turonen. quia ipse caret pecunia in Montepessulano, nec potest ibi inuenire centum libras turon. ex causa mutui, nisi det centum solidos turonenses pro vsuris. Idcirco interesse rei Martini cum interesse actoris vsque ad currentem quantitatem compensantes condemnamus dictum reum in 15 lib. turo. dandis dicto actori pro interesse suo, & in residuis 100. sol. turo. de 20. lib. turon. pro interesse, per dictum actorem petitis & probatis, dictū reū absoluimus, & nihilominus condemnamus dictum reum in 100. sol. turon. dandis dicto actori pro expensis &c. *Probatur*, ꝙ actor possit recuperare sibi debitum prædictum *in Montepessulano*. ff. de eo quod certo loco. l. j. videbatur. n. quodām odo, ꝙ alibi non possit exigi nisi Parisius: qm̄ ibi fuerat conuentū. Item iudex habens Deum prę oculis, videns ꝙ reus nō pōt soluere in Montepessulano, & de facili potest soluere Parisius,
3 poterit ita ferre suam sententiam. † Tertia snīa iuxta prędicti libelli formam proferenda: cuius exemplum sequitur, & est tale. Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionē suam, seu contenta in dicta petitione sua. s. sibi deberi a dicto reo centum lib. turo. pro sorte, & 10. lib. turo. pro interesse lucri cessantis: attn̄ cum constet nobis dictum reum nō habere hic vnde possit soluere, nec īueniret hic, qui sibi mutuaret pecunias sub usuris, cum non sint ibi iudei mutuantes, ut solent, & etiā non sint hic Christiani aliqui, qui velint vsurariam prauitatē exercere: & ꝓstet nobis dictū reū de facili posse soluere Paris. p̄dictas centū & viginti lib. tur. Idcirco per nostrā snīam in his scripris dictū reum absoluimus ab obseruatione iudicij. & condemnamus eum, vt caueat se soluturū dicto actori prædictas centū & 20. lib. turo. Paris. vbi se soluturū promisit, & nihilominus condemnamus eū in centum sol. turo. dandis dicto actori pro expensis &c. Probatur de absolutione ab obseruatione iudicii, & de cautione prædicta præstanda. ff. de eo qđ certo loco. l. ꝙ si Eph. §. j. Si aūt iudex habēs Deū ante oculos videns ꝙ reus nō potest hic soluere, ut dictū est, videns etiā ꝙ actor possit adhuc cōmode & utiliter Parisius emere merces, per eū ibi emere solitas: quia forte adhuc nūdinæ durāt & durare debēt, aliqua ex causa per sufficiēs rēpus, ita ꝙ actor ī mercibus, si eas emat, po-
4 test in eis forte plus solito lucrari, feret talem snīam. † Quarta snīa iuxta prædicti libelli formam proferenda, cū eius exēplo

sequitur

Source : BIU Cujas

sequitur talis. Cum dictus actor sufficienter probauerit intētionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: attamen constet nobis dictum reum non habere hic vnde possit soluere: & Parisius esse sibi facile soluere. Idcirco per nostram sñiam in his scriptis dictū reum absoluimus ab obseruatione iudicij, etiam cum constet nobis dictum actorē posse adhuc de præsenti emere Parisius merces per eum ibi emi solitas, de quib. cōqueritur, & lucrari cum eis more solito. Idcirco dictū reum absoluimus a præstatione 10. lib. turo. ꝑ interesse rōne lucri cessantis ī dicta petitione ꝑ dictum actorē petitarum, & condēnamus eundem reum, vt caueat se soluturum Paris. tali die prædicto actori prædictas 100. lib. prosorte. & 10. lib. turo. ꝑ interesse sui damni, qđ emersit &c. Probatur. ff. de eo quod certo loco l. qđ si Ephesi.

SVMMARIVM.

1 *Actio noxalis legis Aquiliæ qualiter proponi debeat.*
2 *Actio legis Aquiliæ noxalis est arbitraria.*
3 *Actio legis Aquiliæ est noxalis, personalis & in rem scripta.*
4 *Sententia quæ feratur in actione noxalis legis Aquiliæ.*

¶Octuagesimus septimus lib. de actione legis Aquilię noxali.

1 Coram vobis domino iudice † Montispessul. dicit & proponit in iudicio Petrus cōtra Martinum, ꝙ Stichus niger seruus dicti M. per iniuriam occidit quendam asinum pili albi, ad dictum actorē iure dominij pertinentem, quem tenebat ad portandum fimum & ligna: valētem communi ęstimatione 30. solidos turo. in eo anno retro. Quare agit dictus actor ꝯ dictum reum, & petit a vobis dicto dño iudice, vt dictum reum possessorem dicti serui Stichi in prædictis 30. solid. turon. dandis dicto actori, vel in duplum, scilicet 40. solid. turon. si idem reus negauerit dictum asinum per dictum seruum Stichum fuisse occisum, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c. Probatur instit. de actio. §. præterea quasdam. Prædictus libellus formatus est super actione. l. Aquilię capite primo, de quo dictum est sup. suo loco. s. lib. 8. Hic tñ
2 est formatus, prout agit noxaliter. † Et sic est arbitraria actio, pro eo quia iudex habebit arbitrari, an Martinus dando seruum pro noxa possit se liberare a præstatione dāni dati; qđ est regulare in noxalibus actionibus, vt ff. de noxa. l. j. & insti. eo. circa princ. Si tamen sciente dño, & non vetante, cum id vetare potuit, seruus occidit asinum: dñs tenebitur īsolidum sine noxę deductione, vt ff. de noxa. l. 2. in prin. & l. in delictis. in prin. Idem est si dominus neget falsò se posse seruum exhibere: vel dolo fecit, quo minus ipsum exhibere posset, ut ff. si ex noxali cau. aga. l. 2. §. si in vero falsò. Item notandum, ꝙ non est necesse facere mentionem in libello de seruo dando pro noxa: quia dando seruus deliquit ignorante dño, vel sciente & prohibente: si dñs fuerit condemnatus, ipse habet facultatem a lege, ꝙ anteꝙ conueniatur actione iudicati post quatuor menses potest se liberare dando seruū pro noxa: vt ff. de re iudi. l. miles. §. decem. & de peti. hæred. item veniunt. §. item necesse. sed non post iudicium acceptū in actione iudicati, vt ibi. Item est notandum, ꝙ si actor habuit corium asini, valens quinque solidos turo. tunc illi quinq; solidi deducentur de ęstimatione dicti asini, scilicet de prædictis 30. solidis
3 turon. vt arg ff. de condi. fur. l. si seruus. § boue surrepto. † Itē est notandum, ꝙ licet actio legis Aquiliæ sit personalis, attñ qa est noxalis: ipsa est quodāmodo in rem scripta, vt ff. eod. l. si seruus. Noxa. n. caput sequitur, vt inst. de noxa. §. oēs. & C. eo. l. j. cū suis concord. Sñię iuxta prædicti libelli formam proferendę exem-
4 plum seqt̄, & est tale. † Cū dictus actor sufficiēter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: & cum dictus reus negaret dictum seruum Stichum occidisse dictū asinū: & ipso in sua inficiatione persistente, dictus actor eum conuicerit per testes idoneos, constat autem nobis dictum actorem habuisse corium dicti asini, valens quinq; sol. turon. Idcirco ꝑ nostram sententiam in his scriptis condemnamus dictum reum in duplum 20. sol. turon. scilicet 50. sol. turon. dandis dicto actori de prædictis 30. sol. turon. in dicta petitione contentis. Et nihilominus condemnamus dictum reum in viginti sol. turo. dandis dicto actori pro expensis &c. Et est notandum, ꝙ ex noxali causa, si seruus non exhibeatur in iudicio, vel non sit qui eum defendat, fit missio in possessionem eius ex decreto iudicis, ut ff. si ex noxa. cau. aga. l. 2. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Actio de dolo quomodo proponi debeat.*
2 *Actio de dolo & condictio indebiti possunt simul intentari.*
3 *Sententia libello conformis esse debet in actione de dolo.*
4 *Sententia quæ ferri possit secundùm libellum in actione de dolo porrectum.*

¶Octuagesimus octauus libellus de actione de dolo.

1 Coram vobis domino iudice † Montispess. dicit & ꝓponit in iudicio P. contra M. quòd cum dictus actor non haberet propositum vendendi librū suū decretalium cum apparatu ordinario in pergamenis hedulinis scriptum, dictus reus induxit eum dolo malo, vt ei dictū librum venderet, quem librum sic dolo inductus dictus actor vendidit & tradidit dicto reo pretio decem libr. turon. quas inde habuit & percepit pro pretio dicti libri. Quare agit dictus actor contra dictum reum, ut sibi dictum librum restituat, & petit a vobis dicto domino iudice, vt dictū reum ad restituēdum dicto actori prædictum librum per vestram sententiam condemnetis, & cōdemnatum &c. Probatur instit. de act. §. præterea quasdam. & in
2 casu nostri libelli posset agi condi. indebiti. † Concurrunt enim actio de dolo & condi. indeb. vt no. ff. de dolo. l. & eleganter. in prin. & no. do. Azo in summa sua. Et in casu nostro, licèt cōcludatur ad restituēdum librum prædictum: magis tamen proprie videretur debere agi, ad dandum, seu ad reddendum, si liber ille fuit illius actoris: quia tradendo translatum fuit dominium in dolosum, ut no. ff. de dolo. l. & eleganter. in princ. & C. de suffra. l. vna. Sed hoc non obstante, competenter potest hic agi actione de dolo ad restituendum. ff. de dolo. l. ad restituendum. ff. de dolo. l. si plures. in prin. & l. arbitrio. in prin. Verbum enim restituere, nedum adaptatur ad rem meam, ut cū ago actione in rē, quæ debet reddi seu effici mea, ut in actione quod met. cau. pōt agi ad reddendum, & ad retradendum, uel ad restituendum, vt colligitur ff. quod met. cau. l. putat. in prin. & §. ex hoc edicto. & l. si cum exceptione. §. j. l. arbitrium. in prin. & C. eo. l. 2. & l. si paruum. Et cum dominium fuit translatum in metum inferētem: quia voluntas coacta est voluntas, vt ff. eo. l. si mulier. §. si metu. cum concordan. Sententię iuxta prædicti libelli formam profe-
3 rendæ exēplum sequitur, & est tale. † Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua. Idcirco per nostram sententiam in his scriptis condemnamus dictum reum, ut dictum librum decretalium dicto actori restituat. Et nihilominus condemnamus dictum reum in 40. sol. turo. dandis dicto actori pro expensis &c. Si autem reus nō vult dolo librū restituere, vel dolo fecit, quominus possit eum restituere: tunc condemnabitur inquantum in litem iurabitur per actorem, ut sequitur. Secūda sententia iuxta prædicti libel-
4 li formam proferenda sequitur, & est talis. † Cum constet nobis dolo malo dicti rei factum esse, quo minus dictum librum restituat, & delato a nobis iuramēto in litem dicto actori. idē actor taxatione nostra prędcedente iurauerit se nolle dictum librū sibi restitutum non fuisse pro 15. lib. turon. Idcirco per sñiam in his scriptis condemnamus dictum reum in prædictis 15. lib. turon. dandis dicto actori &c. Probatur ff. de dolo. l. arbitrio. in princ. & de in litem iur. l. videamus. §. iurare. post iuramētum uel ante, potest iudex taxare, ut no. C. eo. l. 2.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex lege pro re donata competens quomodo intentari possit.*

¶Octuagesimus nonus libellus de actione ex lege, quę pro re donata competit.

1 Coram vobis domino iudice Montispessul. † dicit & proponit in iudicio P. contra M. ꝙ dictus reus donauit ex causa liberalitatis dicto actori quendā fundum situm in territorio Cellenouę, sic & sic cōfrontatum, vnde cum dictus reus nondum tradiderit dictum fundum donatum dicto actori: agit dictus actor contra eum, ut sibi dictū fundum tradat, & petit a uobis dicto domino iudice, ut dictum reum ad tradendum dicto actori dictum fundum per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c. Probatur. inst. de actio. §. fina. versicu. sed & si quis cum parente. & institu. de dona. §. proficiuntur. & C. eo. l. si quis argen. §. fi. Sñiæ iuxta prędicti libelli formam proferendæ forma potest faciliter ordinari.

SVMMARIVM.

1 *Actio de pauperie qualiter proponatur.*
2 *Sententia quæ feratur iuxta formam libelli in actione de pauperie porrecti.*

¶Nonagesimus libellus de actione de pauperie.

1 Coram vobis domino iudice † Montispessu. dicit & proponit in in iudicio Petrus contra Martinum, ꝙ mulus dicti rei, cuius pilus est albus, occidit feritate sua commotus quendam porcum colore bruno & nigro pedassato, ad dictum actorem iure dominij pertinentem & cōi ęstimatione uiginti solid. turo. valentem, quare agit dictus actor contra dictum reum dicti muli possessorem, ut sibi prędictos viginti solid. turon. det & soluat in emendam dicti porci, & petit a uobis dicto domino iudice, ut dictum reū possessorem dicti muli an dandum dicto actori prædictos viginti solidos turon. per vestram sententiam condemnetis: & condemnatum &c. Probatur institu. si quadrupes pau. fe. dicatur. in prin. &c. Senten tiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exemplum seqt̄,
2 & est tale. † Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua. Idcirco per sententiam in his scriptis cōdemnamus dictum reum in prædictis viginti solidis turo. in dicta petitione contentis, dandis & soluendis dicto actori &c.

SVMMARIVM.

1 *Actio in factum ex edicto quorum bonorum qua proponatur forma.*
2 *Sententia quæ feratur in actione ex edicto quorum bonorum.*

Source : BIU Cujas

¶Nonagesimus primus libellus de actione in factum ex edicto quorum bonorum.

1 Coram vobis domino iudice † Montispessu. dicit & proponit in iucicio P. contra M. ꝙ Titius pater dicti actoris decessit, condito testamento; in quo Sempronium sibi hæredem instituit, & dictum actorem filium suum præterijt. Item dicit & proponit dictus actor, ꝙ intra tempus legitimum, & coram iudice competente agnouit bonorū possessionem contra tabulas prædicti Titij patris sui: & sic rescissum, seu ruptum est prædictum testamentum, seu prædictę tabulæ per bonorum possess. contra tabulas. vnde cum dictus Martinus, possideat pro hærede vel possessore bona, seu res corporales quæ fuerūt dicti Titij, dum is moreretur, & dictus actor nōdū adeptus fuerit possessionem prædictorū bonorum, agit dictus actor contra dictum Martinum, & petit a vobis dicto domino iudice, vt dictum reum ad restituendum dicto actori bona seu res corporales: quę & quas dictus reus possidet, quæ fuerunt dicti titij patris sui dum moreretur, per vestram sententiam condemnetis: & condemnatum &c. Probatur insti. de interdi. §. adipiscendæ. Sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ
2 exemplum sequitur: & est tale. † Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua. Idcirco per nostram sententiam in his scriptis condemnamus dictum reum, vt res hęreditarias corporales quę fuerunt dicti Titij patris sui, seu possessionū earū dicto actori restituat &c. Generaliter formatus fuit libellus, & generaliter sententia, scilicet nulla re specificata: quia vniuersale iudicium est interdictū, quorum bonorum, vt ff. quorum bonorum. l. 2.

SVMMARIVM.

1 *Libellus qualiter formetur in actione in factum ex interdicto vti possidetis.*
2 *Sententia prima in interdicto vti possidetis quæ sit.*
4 *Sententia secunda quæ sit in interdicto vti possidetis.*
4 *Interdictum vti possidetis duplex est.*

¶Nonagesimus secundus libellus de actione in factum, ex interdicto vti possidetis.

1 Coram vobis domino iudice † Montispessul. dicit & proponit in iudicio P. contra Martinum, ꝙ cum dictus actor tenet & possidet quendam fundum, situm in territorio Cellenouę, sic & sic confrontatum: quē fundum dictus reus contendit se possidere, & turbat dictū actorem in sua possessione, non permittendo eum pacifice vti sua possessione dicti fundi, vnde cum id non debeat fieri ei qui possidet, agit dictus actor ꝯ dictum reum: & petit a vobis dicto domino iudice, vt eundem actorem esse potiorem in possessione dicti fundi per vestram sententiam pronuntietis: & prædictum reum vt prædictum actorem in possessione prædicta nō perturbet: seu ei vim in prædicta possessione non faciat, sententialiter condemnetis. Et cum interfit dicti actoris, se non fuisse turbatū per dictum reum in prædicta possessione in 20. sol. turon. petit dictum reum, sibi in prædictis 20. sol. turo. cōdemnari: & ad prędicta iuris remedijs compelli &c. Probatur institut. de interdi. §.
2 retinendæ. † Sententiæ primæ iuxta prædicti libelli formam ꝓferendæ exemplum sequitur: & est tale. Cum dictus Petrus, qui libellum tradidit, non probauerit sufficienter intentionem suā, seu contenta in dicta petitione sua. Idcirco per nostram sententiā in his scriptis dictum Martinum absoluimus a dicta petitione & contentis in ea. Item cum dictus Martinus probauerit se possidere dictum fundum. Idcirco pronuntiamus eum esse potiorem ī possessione dicti fundi. Et nihilominus quia iudicium vti possidetis, est duplex: & paris vtriusque litigatoris conditionis est: condemnamus dictum Petrum, vt dictum Martinum in possessione sua dicti fundi nō perturbet: & quia dictus Martinus probauit sua interesse in decem sol. turon. quia fuit turbatus a dicto Petro in prædicta possessione, condemnamus dictum Petrum in prædictis decem solidis turon. dādis dicto Martino pro interesse suo prædicto. Et nihilominus condemnamus dictum Petrum in centum sol. turon. dandis dicto Martino pro expensis &c. Si autem nec Petrus, qui tradidit libellum: nec Martinus contendens se possidere, probauerint se possidere: quia fortè cōstat ex actis vtrūq; esse colonum dicti fundi: & ita nullus eorū possidet, vt ff. de vsuris. l. non solùm. §. j. in fine. tunc neuter obtinebit in vti possi. s. quia nulli eorum adiudicabitur possessio. Petrus tñ condemnabitur in expen. quia ipse vocauit in ius Martinum, art. ff. de iud. l. in tribus. in fine, & si quadru. paup. fe. d. l. j. §. cum arietes. Itē si Petrus qui tradidit libellum, probauerit se possedisse tpe litis conte. tñ ipsum tunc possedisse vi ab aduersario Martino: quia & tunc neuter obtinebit. Petrus non: qui vi ab aduersario possedit. Martinus non; quia non possedit tunc, ut insti. de interdict. §. hodie. Petrus tñ condemnabitur in expen. vt in præcedenti casu dictum est. Item si P. qui tradidit libellum non possedit: & M. licèt possideat tempore litis conte. possedit tamen vi ab aduersario Petro: quia & tūc neuter obtinebit: nec iudicabitur potior in possessione: quia & ille tunc possedit vi ab aduersario Petro. Petrus tñ condemnabitur in expensis: quia ille prouocauit ad iudicium, ut dictum est: & ille cum debuisset experiri ex interdicto vnde vi, tanq̄ expulsus a possessione: agit tanq̄ possidens per interdictum vti pos. & ita inepte egit. poterit tñ ad aptam redire, s. ad interdictum vnde vi. ff. si mensor fal. mod. di. l. i. § 2. sic ille qui egit rei vendicatione, & succumbit: redit ad publicianam, licèt videatur sibi ꝺrius: quia & illud est di-
3 uersis temporibus, vt no. ff. de euict. l. minor. §. j. † Secunda sentētia iuxta prædicti libelli formam proferēda sequitur talis. Cum dictus Petrus qui libellum prædictum obtulit, non probauerit se possedisse dictum fundum tempore litis contestatæ. Idcirco per sententiam in his scriptis dictum reum absoluimus a dicta petitione & contentis in ea. Item cum dictus Martinus contendens se possedisse dictum fundum, intendens obtinere in causa præsenti super interdicto vti possidetis, licèt ꝓbauerit se possedisse actu: quia constat ex actis præsentis causæ ipsum possedisse tempore litis contestatæ vi ab aduersario Petro. Idcirco ꝑ eandem sententiam pronuntiamus prædictam possessionem tanq̄ violentam non debere ei proficere in interdicto: & dictum Petrum absoluimus ab interesse dicti Mart. & sic neutram partem super interdicto vti possidetis alteri condemnamus: attñ quia Petrus libellum prædictum tradidit: & ad iudicium Martinum aduersarium suum vocauit: condemnamus eundem Petrū in l. solidis turonen dandis dicto Martino pro expensis. Probatur ꝙ neuter debeat obtinere. institut. de interdictis. §. hodie. Item ꝙ Petrus qui libellū tradidit, debeat absolui ab intentione Mar-
4 tini, probatur: † quia interdictum vti possi est duplex: & vtrique litigantium tam rei quàm actoris vicem sustinet, vt instit. eo. §. duplicia. Et si Martinus probasset se possidere, nō vi, non clam, nec precariò ab aduersario, ipse pronuntiaretur potior in possessione: & Petrus qui libellum tradidit, fuisset condemnandus, vt dictum Martinum non turbaret in possessione sua dicti fundi: ut apparet ex superioribus, ergo ī hoc casu dictus Petrus est absoluendus: quia contrariorum eadem ratio est per contrarium, ut instit. de act. §. tempore. & ff. de re iudi. l. 3. Item quia par est conditio vtriusque litigatoris: ut instit. de interdictis. §. duplicia. Nulla autem prædictarum sententiarum mandabitur executioni: quia nulla earū habet aliquod ius, quod executionem possit habere: nisi sententia expen.

SVMMARIVM.

1 *Actio in factum ex interdicto vnde vi qualiter proponatur.*
1 *Sententiæ forma quæ sit ad libellum ex interdicto, vnde vi, late.*
3 *Taxatio iudicis iuramentum præcedere debet.*

¶Nonagesimus tertius libellus de actione in factum ex interdicto vnde vi.

1 Coram vobis domino iudice † Montispessulani dicit & proponit in iudicio P. cōtra M. ꝙ cum dictus actor possideret quandam domum sitam in Mōtepessulano, vocatam porticum deutirit: dictus reus ꝑ vim atrocem expulit dictum actorem de possessione dictæ domus. Quare agit dictus actor contra dictum reum: & petit a uobis dicto dño iudice: ut dictum reum ad restituendum possessionem dictæ domus: & ad restituēdum etiam mobilia quæ ibi habebat dictus actor, dum expellebatur, & ibi remanserunt. Necnon & in omni causa damni, ꝙ ꝑ prædictam expulsionem sensit, seu sustinuit, per vestram sniam condemnetis: & condemnatū &c. ad prædicta iuris remediis compellatis: petit etiam expensas occasione præsentis causę factas: de faciendisq; protestatur; quas oēs in processu causę suo loco & tpe, prout de iure fuerit, declarabit: implorans dñe iudex vestrum officium in oībus, in quib. circa pæsentem cām est, vel de iure fuerit implorandum. Proba tur instit. de interdictis. §. recuperandæ. Sententiæ iuxta prædicti
2 libelli formam proferendæ exemplum sequitur: & est tale. † Cū dictus actor sufficienter probauerit se fuisse expulsum per vim de possessione dictæ domus per dictum reum: & sit etiam proba tum sufficienter, dictum actorem habuisse in dicta domo tempore expulsionis tales & tales libros: & talem lectum, sic & sic munitum: & duodecim scutellas argenteas: quamlibet de vna marca argenti: & duos equos tales in stabulo dictę domus, & de fęno decem quintalia. Idcirco per nostram snīam in his scriptis dictum reum, vt dicto actori possessionem dictæ domus: & libros; lectum, scutellas, equos & fęnum prædictos restituat condemnamus. Item cū dictus actor dicat se perdidisse ex inuasione prædicta 30. lib. turon. quas habebat tunc, vt dicit, in armario camerę suę, & de spelta, seu guarnimētis dictæ domus: & de aliis reb. mobilib. quæ erāt tunc intra domū, ad valorē aliarū 30. lib. turon. quæ nō probauit: & asserit ea se non posse ꝓbare, nisi per iurm suum: quod sibi a nobis deferri supplicat. Nos attendentes dictum actorem ex qualitate ꝑsonæ suæ verisimiliter habuisse ibi in domo pecuniam numeratam vsque ad summam 30. libr. turo. quia in septimana præcedēte fecerit collectam scholarib. suis & etiā debuisse verisimiliter ibi habere esplechā seu guarnimēta, & alia mobilia, de his quę se ꝑdidisse dicit: ad valorē vigin ti libr. turon. taxamus seu ęstimamus omnia prædicta in 50. lib. turon. & condemnamus dictum reum in prædictis 50. libr. turon. dan-

Source : BIU Cujas

ron.dandis dicto actori, quia estimatione nostra prędicta prę-
cedente delato sibi a nobis iuramento, iam iurauit ad sancta
cta Dei euangelia coram nobis prædicta deperdita, & in qui-
bus damnificatus est, valuisse tempore expulsionis prædictas
5 o.lib.turon. Et nihilominus condemnamus dictum reum in
cētū sol turo.dandis dicto actori pro expen.quas idem actor fe
3 cit pro expen.præsentis causæ. † Et est notandum, quòd taxa-
tio iudicis debet præcedere iuramentum, quod præstatur super
rebus prædictis, & damnis datis ex inuasione. Idem in iuramen
to expen.lit. & est rō, ꝙa illu iura sunt veritatis sed in iuramen-
to in litem, uel in iuramento iniuriarum, quia sunt affectionis,
uel uoluntatis, potest taxatio prędcedere, uel subsequi.

SVMMARIVM.

1 *Actio iniuriarum ciuilis ex lege cornelia qualiter sit proponenda.*
2 *Sententia qualiter ferri debeat in actione iniuriarum ciuili ex lege cor-*
nelia.
3 *Sententia secunda quæ sit in actione iniuriarum ex l.cornelia.*
4 *Sententia tertia quæ sit in actione iniuriarum ex l.cornelia.*
5 *Sententia absolutoria qualiter feratur in actione iniuriarum ciuili ex lege*
cornelia.

Nonagesimus quartus libellus de actione iniuriarum ciuili ex lege cornelia.

1 Coram vobis domino iudice † Montispessul. dicit & proponit in iudicio P. contra M. ꝙ dictus reus malitiose percussit cum pugno in facie dictū actorem, quam iniuriam dictus actor reuocauit statim ad animum, & adhuc reuocat, & estimat eam in x.lib.turo. & nollet eam sibi factam fuisse per dictum reum prędictis decem lib.turon. immo potius uellet eas de suo proprio amisisse, quare agit dictus actor contra dictum reum, & petit a vobis dicto domino iudice, ut dictum reum in prędictis decem lib. turo. dandis & soluendis dicto actori, salua uestra iudiciali estimatione, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum ad dandum iuris remediis compellatis. Petit etiam expensas factas occasione præsentis causę, & protestatur de faciēdis, quas omnes declarabit suo loco & tempore, prout fuerit rationis, implorans vestrum officium in omnibus illis, in quibus circa prędsentem causam est uel fuerit implorandum. Probatur instit. de iniurijs. §.1. & §. pœna.

2 † Sententię iuxta prędicti libelli formam proferendæ exem plum sequitur, & est tale. Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione. Idcir co per nostram sententiam in his scriptis, taxatione seu estima tione nostra iudiciali prędcedente, condemnamus dictum reū in prędictis decem lib.turo.dandis & soluendis dicto actori in emendam & satisfactionem dictę iniurię, cum delato ei a nobis iuramento iurauerit ad sancta Dei euangelia, se nolle sustinuisse prędictam iniuriā pro prędictis decem lib.turon. immo potius vellet eas de suo proprio amisisse, & nihilominus condemnamus dictum reum in cētum sol.turo. dandis dicto actori pro expensis, quas fecit occasione præsentis causæ, cum ad delationem nostram taxatione nostra prædcedente, idem actor iam iurauit se expendisse prædictos centum solid. occasione
3 præsentis causæ. † Secundæ sententiæ iuxta prædicti libelli for mam proferendæ exemplum sequitur tale. Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta sua petitione, & nihilominus æstimata per eum iniuria in prædictis decem lib.turon. ut apparet in libello, ipse ad delatio nem nostram iurauerit se nolle fuisse passum eam pro p̄dictis x.lib turon. immo mallet eas potius de suo proprio amisisse, & nobis visum sit æstimationem prædictam fore iustam & cōue uientem. Idcirco per sententiam nostram in his scriptis condē namus dictum reum in prædictis x.lib.turo.dandis dicto actori pro emenda & satisfactione dictæ iniuriæ &c. Item si videatur iudici in minori summa debere fieri condemnationem, ita
4 ferret sententiam. † Tertiæ sententiæ iuxta prædicti libelli formam proferendæ exemplum sequitur, & est tale. Cum dictus actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, & nihilominus æstimata per eum libello prædicto iniuria in prædictis x.lib.turon. iurauerit ad sancta Dei euangelia ad delationem nostram, nostra tamen taxatione, seu æstimatione iudiciali præcedente, seu relatione habita ad tempus sibi illatæ iniuriæ, nolle passum prędictam iniuriam pro prędictis x.lib.turon. immo mallet eas potius de suo proprio amisisse, nobis autem inspecta qualitate prædictæ iniurię, quia nobis constat ipsam fuisse factam in carreria calida, & cō stat nobis dictum actorem commouisse ad iram dictum reū, visum sit sufficere dicto actori, sibi dari centum solid. turon. tātum pro emenda dictæ iniuriæ. Idcirco per nostram sentētiam in his scriptis condemnamus dictum rerum in prædictis cētū sol.turon. dandis & soluendis dicto actori pro satisfactione & emēda dictæ iniurię, & etiam pro uindicta &c. Probatur instit. de iniur. §. pœna. & facit quod no. ff. de in lit. iur. l. videamus. §. iurare. & C. cod. l. 3. Sed videtur, ꝙ sententia sit nulla ipso iure, quia decem lib. turo. fuerunt petitæ, & licèt iudex condemnationem fecerit in centum solid. turonensibus, non tamen cō demnauit, nec absoluit in alijs centum sol. turon. qui restabant de x. lib. turon. in libello petitis, & ꝙ iudex debuit facere, ut sententia valeret, vt ff. de excep. doli. l. apud Celsum. §. item quæritur. Respondeo, ꝙ illę x. lib. turon. non fuerunt petitæ præcise: sed salua taxatione tudicis, ut apparet in libello. ꝑ verba enim illa, salua æstimatione &c. non uidetur petijsse totaliter, x. lib. turo. sed illud quod iudex taxauerit, vt ff. qui. mod. pig. vel hyp. sol. l. & si debitor. §. 1. Item dato quòd illa verba non essent apposita in libello, tamen ipsa semper subintelliguntur, & sunt de natura actionis iniuriarū, ut satis apparet ex supradictis. Quòd autem subintelligitur non deest, ut ff. de reb. cred. l. cum quid.
5 † Sententia absolutoria iuxta prædicti libelli formam proferē da sequitur, & est talis. Cum dictus actor non probauerit intētionem suam, seu contenta in dicto suo libello. Idcirco per nostram sententiam in his scriptis dictum reum absoluimus a dicta petitione & contentis in ea, & nihilominus cōdemnamus dictum actorem in centum solid. turon. dandis dicto reo pro expensis, quas fecit occasione prędsentis causæ, cum idem reus delato sibi a nobis iuramento iurauerit, taxatione nostra prędcedente, se expendisse prædictos centum solid. turon. occasione prędsentis causę.

SVMMARIVM.

1 *Actio iniuriarum prætoria qualiter sit intentanda.*
2 *Iniuria fieri potest absenti & ignoranti.*
3 *Debitor quodammodo seruus dicitur.*
4 *Actione furti non tenetur furans rem alienam mobilem, si non sit cui fur-*
tum fiat.
5 *Filio meretricis non fit iniuria, si sibi dicatur, quòd sit filius meretricis.*
6 *Veritas an excusat iniuriatorem.*
7 *Actione iniuriarum tenetur, qui claudum claudicando sectatur.*
8 *Obligatio omnis tollitur soluto eo quod debebatur.*
9 *Violentiam personæ uel rebus illatam incontinenti propulsare licet.*
10 *Ira seu calor iracundiæ non tuetur aliquem ab iniuriarum actione.*

Nonagesimus quintus libellus de actione iniuriarum prætoria.

1 Coram vobis domino iudice Montispess. † dicit & proponit in iudicio P. contra M ꝙ dictus reus uocauit dictum actorem malitiose filium meretricis, quam iniuriam dictus actor statim reuocauit ad animū, & adhuc reuocat, & æstimat in centum soli. turon. & nollet eā sibi dictam fuisse per dictum reum pro prædictis centum soli. turon. immo potius vellet illos centum solid. de suo proprio amisisse. Quare agit dictus actor cōtra dictum reum, & petit a vobis dicto domino iudice &c. in centum solid. turo. dandis dicto actori, salua vestra iudiciali taxatione & æstimatione, per uestrā sententiam condemnetis, & condemnatum &c. Proba tur instit. de iniur §. 1. Et super isto libello videantur ea quæ dicta sunt in prędcedenti.

Et est notandum, quòd ex prædictis verbis iniurioſis nedum potest agere ille actor prædictus, immo & mater eius, quia uocata fuit meretrix, ut argu. C. ad Orficianum. l. si qua illustris.
2 † Iniuria enim fit aliquando absenti & ignoranti, vt ff. de iniur. l. item apud. §. conuicium autem.

Item est notandum, ꝙ si aliquis vocet alium filium meretricis, & uerum sit, non habet actionem iniuriarum, vt ff. de iur. l. eum qui nocentem. in prin. Licèt enim ille animum iniuriandi habuerit, ueritas eum excusat ab actione iniuriarum. Forma enim iniuriæ non inuenit ibi materiam paratam ad recipiendum iniuriam & ideo ille alter, quia uere est filius meretricis, non habet de quo cōqueratur. Et facit ad hoc, quia si quis uocat alium debitorem suum, diffamat eum, quia sic detegitur paupertas eius, ar. C. quando & quibus quarta pars l. 2. §. mobiles. lib. x.
3 † Debitor etiam dicitur quodammodo seruus creditoris, vt C. de nouatio. l. 3. & tamen si uerum sit, illum esse debitorem, veritas excusat ab iniuria, vt ff. de iniur. l. item apud. §. si quis. & insti. eod. §. 1. a contrario sensu. Item facit ad hoc, quia si quis dicat infamandi animo aliquem esse seruum suum, si ꝑbat illud, ipse non tenetur actione iniuriarum, ut C. eo. l. siquidem.
4 † Item facit ad hoc, quia qui accipit rem alienam mobilem causa furandi, ipse non tenetur actione furti, si non sit aliquis cui furtum fiat, ut ff. eod l. falsus. §. qui alienum. & instit. de ob. quæ ex deli. nas. §. placuit. ff. de furt. l. inter omnes. §. pen. Et sic ergo in casu prędicto, cum materia deficiat, & actio debet deficere, nec potest oriri, sicut econtra, si materia adesset, & forma deficeret, non haberet locum actio iniuriarum, ut ff. de iniur. l. item apud. §. si quis astrologus. Item facit C. ut intra certū
5 tēpus cri. quæ ter. l. 2. scilicet, † quòd si quis sit filius meretricis, non est ei iniuria, si sibi dicatur, uel si ita uocetur. Item facit ad hoc, quia si pro iniurioso uerbo cucurbitæ fit ducilum de iure Lombardorum, ut & supra in titu. de duello dictum est. Sed si ego, qui vocans Martinum cucurbitam, paratus essem probare illud esse uerum, certè nullus dicet, quòd ego cogar subire

duellum

duellum cum eo,& ſic apparet,quòd illo probato,habet ceſſare iniuria,& ita tenebat D.Bermundus.

6 † Quidam tamen dicunt contrarium, dicentes ꝙ ueritas in caſu noſtro non excuſat iniuriatorem a prędicta iniuria pluribus rationibus. Prima, quia non intereſt reipublicę,ꝙ aliquis dicatur filius meretricis. Intereſſe autem reipublicæ requiritur in l illa.eum qui nocentem. ad hoc ꝙ quis excuſetur ab iniuria,vt ibi. Sed dico, ꝙ non requiritur intereſſe reipublicę neceſſariò. Item & aliquando poteſt intereſſe,arg ff.de ſuſpe.tut. l.tutor.§.1 quod debet vitari & reſtringi. Sed dico, ꝙ nō ſunt verba iniurioſa in perſonam illius,nec debent haberi pro iniu
7 ria,vt dictum eſt.† Item adducunt, quod qui affectatur aliquē claudum claudicando,ipſe tenetur actione iniuriarum.argu ff. de iniurijs.l item apud §.aliud.& tamen verum erat,illum eſſe claudum. Sed forte aſſiduitas ſeu frequentatio cum hoc; quia claudicando ad factum quodammodo procedebatur,induceret ibi actionem iniuriarum: ſecus ſi vocaret eum claudum frequenter,quia tunc veritas excuſaret eum ab actione iniuriarū. Item facit pro eis inſti.eod.§ & generaliter. Item dicunt,ad qd
8 vocabitur fur ille qui de furto ſatisfecit,& fuſtigatus eſt, † ſolutione enim eius quod debetur tollitur obligatio. inſtit quibus mod.tollit.obli.in princ.Sed dico,ꝙ adhuc expedit illud ſcire, vt arg.ff.de re milita.l.non omnes.§.a barbaris.Et etiam ille remanet ſemper infamis,vt ff.de furtis l.non poteſt. Et poteſt dici fur, nec ipſe habet materiam conquerendi. Item adducunt C. de nup l.imperialis.circa princ.ibi, dum dicitur non omnis macula penitus deleta &c. Sed dico, ꝙ ibi lex illa ſpecialis illud diſponit. Item adducunt canones. 36.diſt. c.vndecunq; & c.naſci. ſed illud ibi quantum ad Deum, & aliud eſt quantum ad ius ciuile.ff.de decurio.l generaliter.§.ſpurios. Sed qd erit, Titius vocauit Martinum cucurbitam, & Martinus ira motus vocauit ſtatim dictum Titium filium meretricis, vel furem. Quæritur an Martinus poſſit ſe excuſare ab actione iniuriarū? Et videtur ꝙ ſic.ff.de iuſti.& iure.l.ut uim. & ad l.aquil.l.ſcientiam.§.qui cum aliter.de vi & vi arma.l.3.§.cum igitur.& C.vn de vi.l.1.& ad leg.iul.de vi publi.vel priua.l.quoniam multa facinora. Sed dicendum eſt,ꝙ Martinus nō eſt excuſatus ab iniuria; quia negare non poteſt, quin iniuriam fecerit dicto Titio,ſcilicet vocando eum filium meretricis,vel furem,cum ve
9 rum non eſſet.† Et leges prædictæ in contrarium allegatę loquuntur, cum uiolentia infertur perſonę ſimpliciter,vel perſonæ pro rebus,& talem violentiam licitum eſt propulſare incōtinēti,quia melius eſt ante tempus occurrere &c. vt ibi. & arg. C.in quibus cauſ.in integ reſtit.non eſt nec.l.fin. Hic autem in ratione noſtra non fuit aliqua violētia, quæ propulſatione indigeret ad conſeruationem iuris ipſius Martini. Sed quia nihil factum fuit ipſi Martino, per quod offenderetur in perſona, vel in rebus, ſed ſolum facta fuit ſibi verbalis iniuria, quę aliquam probationem non habet. Credo tamen ꝙ mitius ageretur cum Martino ſuper illa iniuria per eum dicta, quia iuſtum dolorem habuit,cum vocatus fuit cucurbita,qui dolor nō potuit cito refrenari,vt arg ff.ad ſill.l.ſi quis in graui.§.ſi cum maritus.& de adult.l.ſi adulterium.§.imperatoris. Sed videtur ꝙ Martinus non teneatur,& tunc non debeat in aliquo condemnari,pro eo quia iratus illud dixit ſeu fecit,arg.ff.de diuor.l.3.& de reg.iur.l quicquid calore.& de publicanis.l.licitatio in prin
10 † Sed dicendum eſt, ꝙ calor iracundiæ ſeu ira non defendit aliquem ab actione iniuriarum,vt habetur.C.de iniurijs.l.ſi nō conuitij.& ff.de pœnis l.aut facta.§ cauſa.in fine. Licèt (vt credo) minor ſit iniuria mitiuſq; debet agi cum dicto Martino, quia vocabatur cucurbita.vt dictum eſt ſtatim.

Super ſententia ferenda in iſta actione iniuriarum prætoria recurratur ſupra in præcedenti actione iniuriarum ciuili, quia iam fraternizant quàm plurimum vt ex ſuperioribus innoteſcit. Cęterum placeat ſcire,qualiter mea fuit & eſt intentio in hac ſummula centum libellorum formas, cum ſententiarum exemplis in pluribus materijs raras ex prædicti domini P.Iacobi de Aureliaco compilare, & multis libellorum formis tanquam facilibus & vulgaribus omiſſis, duntaxat nonagintaqnque numero expleuerim. Ad ſupplendum defectum, & ad cōplendum centenarium numerum quinque libellorum permixtim canonicorum & ciuilium formas, ex libro additionū Speculi iudicialis per dominum Ioannem And. doctorem ſolemnem compoſito compilaui. Quorum ſententiarum iuxta huiuſmodi libellorum petitionum formandarum tenores prę ſentibus non inſerui, quia ipſe nullas tales ſententias ſuo libro inſeruit memorato. Nec huiuſmodi inſertio erat neceſſaria, quia ſententiæ ferendæ iuxta petitionum formas poſſunt faciliter ordinari.

SVMMARIVM.

1 *Miſſio in poſſeſſionem qua forma petatur reuocari.*

Nonageſimuſſextus libellus.

1 Primum prædictorum quinq; libellorum† eſt in titu. de eo qui mit.in poſſ.cau rei ſer. cuius exemplum ſequitur, & eſt tale. Cum vos domine iudex pronuntiaueritis dicendo me contumacem,propter ipſam contumaciam actorem petitorē beneficij mei talis,mittendum fore in poſſeſſionem ipſius, peto pronuntiationem ipſam reuocari, & ipſius pronūtiationis executionem non fieri. Vel ſi facta eſt, dicat. Peto executionem & miſſionem per vos factam non valere decerni,& detētorem beneficij remoueri, cum contra conſtitutionem talem Innocentij quarti pronūtiatio & miſſio ipſę emanauerint &c. vt eſt moris.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ægrotans vel eius procurator qua forma portionem ſeu prębēdam per prælatum ſibi ablatam poſſit repetere coram iudice.*

Nonageſimuſſeptimus libellus.

1 Secundi prædictorum quinq; libellorū †forma eſt de clerico ægrotante,cuius exemplum ſequitur, & eſt tale. Coram vobis domino iudice &c. dicit & proponit procurator B. canonici talis eccleſiæ plebis, ꝙ ipſe B cal.Maij, & abinde citra fuit tali infirmitate grauatus,propter quam ſeruire nō potuit, nec adhuc poteſt in diuinis officijs & horis canonicis ſuæ eccleſiæ prębendę,qua de cauſa C.prælatus ipſius ſubtraxit eidem prouentus & redditus,quos ipſe actor de prębenda vel portione ſibi debita ac de victualibus vel quotidianis diſtributionibus debebat recipere,nec reus ſoluebat nec hucuſque ſoluere voluit requiſitus, quare peto per vos pronuntiari & declarari debere ſingula prędicta eidem B.deberi, tam pro tempore pęterito,quàm futuro,infirmitate durante,ipſum C.compelli ad retenta & ſubtracta ſoluendum,& ad ea quę in futurum obuenerint,caſu durante,ſibi integraliter perſoluenda.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus morbo grauatus qua forma coadiutorem ſibi dari petere poſſit.*

Nonageſimuſoctauus libellus.

1 Tertij prædictorum quinque libellorum †forma eſt de eo.titu. cuius exemplum ſequitur,& eſt tale. Coram &c. propono B. Archidiaconum Bonon.morbum paralyticum incurriſſe, & perdidiſſe loquelam.quare cum in præceptis,diſpoſitionibus, correctionibus,ſententijs,& ſimilibus,illi officio neceſſaria ſit loquela,petit ſibi per vos coadiutorem dari, per quem quod in ipſo deficit ſuppleatur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio rei emptæ qua petatur forma.*

Nonageſimuſnonus libellus.

1 Quarti prædictorum libellorum † forma, quaſi ab alio doctore concepta recitatur in titu.de emptione & vend. cuius exemplum ſequitur,& eſt tale. Coram vobis &c. dico quòd mihi vē didit talem domum pro centum lib.talis monetæ. unde cum dictum pretium paratus ſim ſoluere ſibi. Vel ſic, vnde cum dictum pretium ſibi ſoluerim: ago contra eum, vt mihi dictam domum tradat,& me in poſſeſſione faciat potiorem. Quod ſi facere noluerit,ſupplico ut ipſum ad meum ſingulare intereſſe,quod æſtimo decem lib.talis monetæ,per diffinitiuam ſentētiam condemnetis.Probatur.ff.de act.emp.l.1.& C.eod.titu.ſi traditio. Dicit etiā huic libello addi poſſe de his quæ accedunt, vt fructus,poſt perfectam emptionem. Item putealia & imagines,per quas aquæ ſaliunt,vel traduntur, exprimenda eſſent in libello,quo domus petitur,de quibus etiam libellum format, alleg.ff.de act emp.l.Iulianus.§.ſi.cum tribus legibus ſequentibus.& C.eo.tit.l.fructus.& l.pen.accedent etiam quæ obueniſſent emptori iudicio communi diuidundo, uel quæ ſibi contemplatione emptoris donata fuiſſent, vt d.l.Iulianus.§.idem Celſus.& §.ſi quid ſeruo. Inſtat autem,an pro iſtis prouentionibus quæ accedunt,agere poſſit ad ſingulare intereſſe, an ad rē tantum. Et plus accedit opinioni,quod etiam ſingulare debeatur,per l.emptorem.alias incipit ex empto.§.ſi quis rem. Secūdo agitur ad intereſſe,quod eſt extra rem,quando res traditur, ſed malitioſe.& de hoc ff.de act.emp.l.Iulianus.per totum.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de indemnitate qualiter peti poſſit.*
2 *Exactio differri poteſt etiam condemnatione facta.*

Centeſimus libellus.

1 Quinti prædictorum libellorū forma elicitur ex titulo de pignore,& alijs cauſis,cuius tenor ſequitur, & eſt talis.

† Coram vobis domino &c. Et dico quòd R.pro x.lib.turo. quas mihi debebat:librum talem &c. titulo pignoris obligauit,vnde cum dictus &c. prædictum debitum ſoluere non curaſſet,quamuis ſępe legitime requiſitus, ego ſeruatis ſeruandis ipſum librum legitime vendidi tali ementi,& ſecundum conſuetudinem regionis pro euictione promiſi &c. ago igitur &c. contra dictum R. vt ipſe mihi caueat, me indemnem ſeruaturum ſuper hoc quod euictionis nomine promiſi. Quod ſi facere

Source : BIU Cujas

cere noluerit, ſupplico domine iudex, quòd dictum R. ad viginti libras turon. quas euictionis nomine promiſi, per diffinitiuam ſententiam condemneris. Probatur hoc. ff. de pig. act. l.
2 ſi neceſſarias. §. 1. † Hoc ſcias, quòd licèt fiat condemnatio, de qua in fine libelli fit mentio: exactio tamen differtur, donec res euincatur, ſicut & aliàs fit ff. ad leg. aquil. l. in lege. Et ſi liber ferit euictus, poteſt concludi in forma libelli, prout ſequitur, in hæc verba. Vnde cum dictus liber euictus ſit a Titio emptore, & ſit etiam ratione euictionis condemnatus ad duplum, ago contra ipſum, vt duplum, ſcilicet viginti libras turon. mihi reddat, ſupplicoq; uobis &c. Probatur hoc. ff. de pig. act. l. ſi pignore. §. fi. cum l. ſequen.

Iam patet ꝙ ex horum quinque libellorū additione centenarius libellorum prædeſtinatus numerus eſt completus.

LANFRANCI DE ARIADNO.

De Dilationibus.

SVMMARIVM.

1 *Dilationes in multiplices ſecantur ſpecies.*
Dilatio expectatoria nunquam eſt peremptoria.
2 *Dilationes ad probandum quot dari debeant.*
3 *Dilationes an dari debeant in criminalibus.*
4 *Dilatione nulla datur in cauſis ciuilibus ſine cauſæ cognitione.*
5 *Iudex quando primam dilationem poſſit dare in prima leui cauſæ cognitione, & quę requirantur.*
6 *Iudex dilationem dare poteſt vtraque parte præſente & nemine petente.*
7 *Impedimentum probari poteſt per ſolum iuramentum.*
8 *Accuſator probare poteſt pendente dilatione data accuſato.*
9 *Dilatio data abſenti debet per iudicem intimari.*
10 *Dilatio a lege vel ſtatuto data non requirit iudicis miniſterium.*
11 *Dilatio ſecunda qualiter & propter quid detur.*
12 *Dies feriati in dilatione data ad probandum ſunt computandi.*
13 *Terminus dilationum in dubio eſt continuus.*
14 *Præceptum impoſſibile eſt nullum ipſo iure.*
15 *Princeps quando actum facere dicatur de abſoluta poteſtate.*
16 *Dilationes quatuor dantur in cauſis pecuniarijs.*
17 *Appellari poteſt a dilatione nimis breui.*
18 *Dilatio ſecunda & ſi dari nequeat, prima tamen prorogari poteſt.*
19 *Dilatio ſecunda aſſignari non poteſt nullo probato impedimento.*

1 IN hac materia prę mitto, † quòd dilationum aliæ ſunt expectatoriæ, aliæ dantur ad excipiendum, aliæ ad reprobādum, aliæ ad agendum, & aliæ probatorię. De prima loquitur text. in auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. De ſecunda loquitur text. in l. Titia. ff. de accuſa. De tertia loquitur text. in l. ſi ea. C. qui accuſa. non poſſ. De quarta loquitur tex. in l. 1. C. de dila. & l. fina. ff. eo.

Circa quam dilationem expectatoriam not. ſecundum Ange. ꝙ nulla dilatio expectatoria de ſe eſt peremptoria, ita tenet Ang. in l. fi. ff. de ferijs. Omnis autem dilatio probatoria de ſui natura eſt peremptoria ſin Bar. & Ange. in d. l. fi. de ferijs.

2 † Pro inueſtigatione materiæ dilationum quæro de pluribus, & primò quot dilationes debeant dari ad probandum. Reſpondeo ſecundum Bar. Bald. Gul. & Ange. in d. l. fin. quòd in cauſis ciuilibus non poſſint dari, niſi duæ dilationes: in cauſa autem capitali dantur duæ accuſatori, & tres accuſato, iſte eſt text. ad literam in d. l. fin. Sed maxima altercatio inter doctores inſurgit, nunquid in cauſis criminalibus, in quibus non ingeritur pœna ſanguinis, vt puta in cauſa damnorum datorum debent dari dilationes ſicut in ciuilibus dantur, videlicet niſi
3 duæ, an ſicut in capitalibus. † Breuiter opinio tenentium, quòd debeant dari dilationes in criminalibus, in quibus non ingeritur pœna ſanguinis ſecundum quòd dantur in ciuilibus, eſt verior de iure, ſed de conſuetudine, quæ eſt optima legum interpres dantur dilationes more cauſarum capitalium, ita tenet Ange. in d. l. fin. & per conſequens in cauſis damnorum datorum dantur accuſato tres dilationes, & accuſatori duæ, & etiam de facto alias ſic feci ſeruare. glo. autem in d. l. fina. ponit duas opi. ſuper hac quæſtione, ſed finaliter concludit, vt ſupra dixi.

Eſt aduertendum, ꝙ in ciuilibus probato & allegato impedimento datur ſecunda & tertia dilatio, ſed in criminalibus dantur omnes dilationes etiam nullo allegato impedimento ſecundum Bart. Bald. & Ang. in d. l. fi.

4 Secundò quæro † nunquid in cauſis ciuilibus detur ſecunda dilatio ſine cauſæ cognitione. Dico ꝙ non, immo nulla etiam prima poteſt ſine cauſæ cognitione, ſaltem modica dari, ut in l. 1. & l. a procedente. C. de dila. (Quæ autem cognitio præcedere debeat, vide do. Alex de Imo. in conſi. 46. in 3. col. in 2. parte. vbi etiam, an & quando dilatio ſit concedenda, & an poſſit aſſignare ſine cauſæ cognitione, vide D. Alex. de Imo in conſi. 168. in fi. ulti. col. in 1. parte.) tamen vbi dilatio nullam vel modicam requirat cauſæ cognitionem, & tractaretur de leuiſſimo prę iudicio, poſſet dari dilatio a iudice non ſedente, aliàs ſecus, ita dicit Ioā. de Imo. in c. præterea. ſupra de dila. ſed differentia eſt in dando primam dilationem in ciuilibus & in dando ſecundam, nam datur prima dilatio cum leui cauſæ cognitione: ſecunda autem
5 requirit magnam cauſæ cognitionem. † Et ideo quæro, quot requiruntur in prima leui cauſæ cognitione ad hoc, ut iudex debeat dare primam dilationem. Ang. qui melius cæteris dicit in hoc articulo, quòd tria copulatiuè requiruntur ad dandam primam dilationem. Primum quòd conſideretur diſtantia loci, vt in l. 1. C. de dila. Secundò ꝙ iudex aſpiciat, an probatio releuet probantem, aliàs dilationem concedere non debet, ut in l. ad probationem. C. de probat. Tertiò, ꝙ non petatur per euidentem calumniam. Item requiritur, ꝙ petatur a parte dilatio, alias dari non debet, vt in l. 1. C. de dila. in verbo poſtulantis. † vbi tamen vtraque pars eſſet præſens, poteſt dare iudex
6 dilationem etiam nemine petente, ſi autem altera pars eſſet abſens, tunc non poſſet dare ipſe iudex dilationem niſi parte præſente & petente, ita tenet Bal. in l. unica. C. ut quæ deſunt aduo. vbi autem datur ſecunda dilatio: tunc omnia iſta requiruntur, & vlterius requiritur, ꝙ ille cui habuit primam dilationem & non probauit probet de impedimento.

Sed modò quæritur qualiter probetur impedimentum. Specu. in titu. de dila. §. & cum poſtulamus. & Iaco. de Are. & Cyn.
7 in l. 1. C. de dila. tenuerunt † ꝙ per ſolum iuramentum probatur impedimentum, per text. in c. quia propter. de elec. §. illud. & per text. in l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excu. tut. Alij autem dixerunt requiri plures probationes. Bald. Bar. & Ang. in d. l. fi. concluduntin hanc ſententiam, ꝙ ſi impedimentum non poteſt de facili probari: tūc ſufficit ſolum iuramentum, vt in iuribus ſupra alleg. dummodo iurans ſit perſona honeſta & fide digna. arg. l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re mili. vbi autem poteſt de facili probari: tunc debet ꝓbari per teſtes. ita tenet Bar. in l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis cau. & in d. l. fi (Vbi uide D. Alexan. de Imo. & Old. in conſi. 9. & Barto. in conſil. incip. ex facto
8 proprio.) Sed pone, ꝙ data eſt accuſat. dilatio † nunquid in illa dilatione data accuſato poterit accuſator probare? Reſpōdeo ꝙ ſic: quia ubicunque eſt data dilatio, terminus eſt cōmunis utrique parti, ita ꝙ quilibet poteſt in illo probare, iſte eſt text. in l. petendæ. in fi. C. de tempo. in integ. reſtit. peten. (Adde Fel. in c. prudentiam ſupra de mutu. pe.) Sed ſi ille cui eſt data dilatio re integra renuntiet dilationi, aduerſarius non poterit probare, ut eſt text. notabilis & optimus, & in arg. in l. ſi iudex circumuento. ff. de mino. Quod ſupra dictum eſt, uidelicet nullā dilationem expectatoriam fore peremptoriam, fallit, ubi eſt data dilatio prę ſenti conſentienti, quia tunc talis dilatio eſt peremptoria, adeo ꝙ nulla alia dari poteſt. Item ſi detur abſenti dilatio & reſpondeat nolle uenire, talis dilatio eſt peremptoria, ita no. ſingulariter Ang. in l. fina. ff. de fer.

9 † Not. etiam, ꝙ vbi dilatio datur abſenti, debet per iudicem intimari, quòd talis abſenti data eſt, ſecundum Bal. in l. 1. in fin. C. de temp. app. Idem ſi dilatio eſt data abſenti, iudex poteſt de facto pro abſente ſupplere, ut eſt in cauſa appellationis, ut in l. ampliorem. in prin. & ibi glo. C. de temp. app. idem ſi detur abſenti, & ei perſonaliter intimetur termini aſſignatio: ſecus eſt ſi intimetur ei ad domum ſecundum Bald. in authen. ei qui. C. de tempo. appe l. nam tunc debet adijci uerbum peremptorie, vel debent interuenire tres citationes, ſecundum Bald. ubi ſupra.

10 Iſtud eſt etiam ſingulariter attendendum † quod omnis dilatio, quæ datur a lege, vel a ſtatuto non requirit miniſterium iudicis, ſi eſt peremptoria ut in l. mancipiorum. ff. de optione legat. & in l. peremptorias. C. ſen. reſcin. non poſ. iſtud eſt dictum ſingulare Angel. in l. fin. ff. de ferijs. Exemplum eſt in appellatione: nam lex dat x. dies ad appellandum, non poterit elapſus x. diebus alius terminus aſſignari. Eſt quoque illud dictum ſingulare & menti tenēdum, videlicet ſi quis probauerit intentionem ſuam per teſtes, uel excommunicationem, uel aliud ſimile, & perdiderit acta, etiam ſi caſum probaret, nulla eſt amplius ei danda dilatio, ita ſingulariter inquit Inno. in c. prudentiam. de offi. deleg.

11 † Quæro ulterius, qualiter detur illa ſecunda dilatio, & propter quod detur. Reſpō. nam dilatio ſecunda datur ſolummodo reſpectu temporis, in quo fuit impeditus producere unum teſtem, quia procurauit quantum potuit in prima dilatione, ut haberet iſtum teſtem, certe dabitur dilatio noua ad producendum illum teſtem & non alios, quos non procurauit in prima dilatione producendos, iſte eſt text. ad literam ſecundum Iaco. But. in l. admonen. in text. ibi, quibus ſolis vſurus ſit, de iureiuran. ſimiliter ſi fui impeditus duobus diebus, dabitur mihi noua dilatio ad duos dies ſecundum Bar. & Ang. in d. l. fi. Si tamē non ſtaret per partem, quominus faceret ſuas probationes in

prima

prima dilatione,ſed ſtaret per iudicem, quia non redderet ius in illa die, tunc non eſt danda noua dilatio, ſed debet reſtitui ad tempus amiſſum, vt in l.ſed ſi prætorem. §.quòd ſi feriæ.ff.
12 ex quib.cau.ma.in integ.reſti.† Illud etiam addo, ꝙ ubi dilatio data eſt ad probandum, vel ad aliud faciendum, computantur in dilatione etiam dies feriati, vt ſi eſt data dilatio x.dierum ad probandum, vel ad aliud faciendum. & ſi in his x. diebus interueniant duæ feſtiuitates, certe feſta connumerabuntur, vt eſt text.in l. ſiue pars .in fin. C.de dila. & eſt ratio duplex. Prima, quia cui eſt data dilatio, poterit prouidere, nec incideret in diē
13 feriatam, vt in d.§.ꝙ ſi feriæ. † Alia ratio eſt, quia terminus in dubio eſt continuus ſecundum glo.ſingu.in l.1.de diuer. & tēpo.præſcript.& ideo cum ſit continuus, feriæ connumerabuntur, ſecundum Bald.in l.1.C de ferijs. verumtamen ſi data eſt dilatio a lege, vel a iudice, vel per reſcrip. principis, quæ dilatio abſorberet maiorem partem termini propter multitudinem feriarum, ita quòd feriæ eſſent tot, quòd abſorberent maiorē partem dilationis, tunc feriæ de medio excluduntur, iſta eſt doctrina notabil. Hoſti.in c.licèt cauſam.ſupra eod.titu pone exemplum, Princeps prope feſta natalia ſcribit, poteſtati ſuo, quòd terminet talem cauſam intra xv.dies, modo xv.dies immediate ſunt feriati, nunquid expirabit iuriſdictio, certe non: licèt Bald. diſtinguat in dilatione data a lege, ſeu a principe, quia ſi a principe, tunc connumeratur tempus feriatum, aut tempus eſt datum a lege, & tunc verum dicit Hoſtien. ita dicit Bald.in l.ſi quando .C.de teſtib. & pro hoc alleg. tex. in c.pia. de except. lib.6. ille text.nihil facit. & ideo ſententia Hoſtien. mihi placet indiſtinctè tanquam veriſſima, & moueor contra Bald.in eo quod dicit, ſi eſt data dilatio a principe, con-
19 numerantur dies feriati &c. Nam princeps veriſimiliter ſcit dies fore feriatos, nec poteſt ignorantiam prætēdere, cum hoc ſit publicum, & communiter ſcitur.l.ſi pupillus §.proſcribere. ff.de inſtit.& glo.ſing.in l.ſi tutor petitus C.de peri.tu.hoc prę-
14 ſuppoſito ſi nos volumus dicere, quòd ſi voluerit ꝓcedi in his diebus † tale præceptum eſt impoſſibile de iure, ergo nullum, vt in l.fin.ff.quæ ſenten.ſine appel.reſcind. & eſt regula iuris, impoſſibilium nulla eſt obligatio modò eſt regula iuris, quòd ſemper debemus interpretari actum in illam partem, vt potius res valeat quàm pereat, vt in l.quoties.ff.de reb. dub. ergo debemus interpretari, quòd intellexit de xv. diebus non feriatis. Et ſi dicatur, principem voluiſſe, quòd in illis ferijs procedatur, & ſic videtur ſubſtuliſſe dictas ferias. Reſpondeo hoc non poteſt eſſe, quòd princeps de ſui poteſtate ferias ad hono rem Dei inductas a ſummo pontifice deſtrueret, ſeu tolleret, vt in c.fina.de ferijs. quia clarum eſt, quòd ſummus Pontifex maior eſt omni principe, vt in c.venerabilem. qui fil.ſint legit. (Et an ſit ſuperior imperatore remiſſiue vide Felyn.in c.nouit. in 2.col in ver.in glo.2.ad fi.ver.) Et ita concludo vnà cū Hoſtien. Et ſi aliquis dicat iſtud, quod dicit Bald.procedit in ſummo Pontifice, adhuc dico, ꝙ non eſt verum: nam hoc non poteſt Papa de ordinaria poteſtate, vt in d.c.fina.de ferijs. de abſoluta verò poteſtate poteſt; qa eius eſt tollere, cuius eſt cōcedere, ſed per ſolas illas literas in quibus dicit, ꝙ vult, ꝙ cauſa terminetur intra xv.dies, nō videt uti abſoluta poteſtate, ergo &c.
15 probo ꝙ non dicatur uti abſoluta poteſtate, † quia nunquam princeps, vel ſummus Pontifex dicitur facere actum de abſoluta poteſtate, niſi quando ponitur in reſcripto illa clauſula, nō obſtāte tali lege, vel ponat clauſula, ſcilicet ex certa ſciētia vel proprio motu, ita dicit Bald.in l.teſtamentum non iure factum.C.de teſtam.& in l.fi.C.ſen.reſcin. non poſ. & ideo poſſet dicere verum Bald.hoc caſu, quando Papa poſuiſſet in ſuis literis non obſtante.l.tali, vel ſtatuto, vel motu proprio, vel clauſula ex certa ſcientia. Iſtud etiam not. quòd poteſt dari dilatio vna ad probandum plura capitula ſimul compatibilia, & pendente dilatione ſuper vna poterit ſuper alijs procedi, vt eſt text.in l.generaliter.§.pen.C.de reb.credi. Si autem eſſent capitula incompatibilia, non poſſet dari vna dilatio ſimul adinuicem immo debet ſingula dilatio ſingulis capitulis exprimi, ita intelligitur tex.in l.fin.ff.de ferijs.& pendente dilatione ſuper uno c.debet conquieſcere iudicis officium ſuper alijs capi
16 tulis, ut eſt tex.in l.ſiue pars.C.de dilatio.† Item eſt illud pro veritate tenendum, quòd in cauſis pecuniarijs quatuor poſſunt dari dilationes. Prima, ſcilicet cum leui cauſæ cognitione, ut in alia lectione dixi. Secunda & tertia cum maiori cauſę cognitione, quia debet probari impedimentum ſecundùm ea quę ſupra dixi. Quarta autem non poteſt dari niſi ſeruata ſolennitate iuris, ut in auth.at qui ſemel.C.de probatio. ita tenet Ange.in l.fi.ff.de ferijs.

Sed generaliter iſtud menti teneas, ꝙ quamuis ſit data & conceſſa dilatio ad ꝓbandum, elapſo termino ſi fiat probatio, non valet, neque tenet. Angel.in dicta l.fina.

Poſtremò quæritur, nunquid a nimis breui dilatione poſ-
17 ſet appellari.† Reſpondeo ꝙ ſic, duobus interuenientibus copulatiue, ſi terminus eſt nimis breuis, & ſi ſit peremptorius, ſi autē terminus breuis eſt non peremptorius: tunc non poſſet appellari a nimis breui dilatione, ita tenet no.Ioan.And.in c.1.ſupra de dilatio.& ibi probatur in rex.iuſta cauſa abbreuiandi termi num eſt conſuetudo fori, ſecundùm Anton.de Butr.& Ioan. de Imo in loco præallegato. (Adde Pau.de Caſt.idem tenentem in conſi.25.) Idem ſi eſſet res tempore peritura, vel eſſet cauſa alimentorum, vt not. Bar.in l.2.ff.de re iudic. Limitatur tamen ſupradicta, videlicet vbi dicitur, quòd ad hoc ut poſſit appellari a nimis breui dilatione, requiritur, ꝙ ſi terminus peremptorius: quia etiam vbi terminus non eſſet peremptorius, ſed adeo eſſet breuis, quòd non poſſit quis infra eum comparere, quo caſu etiam appellari poſſet, ſecundùm doctor.in d.c.1. Eodem modo poteſt appellari a nimis longa dilatione, & multomagis a denegata ſecundùm Bald.in l.1.C.de dilatio.

18 † Finaliter unum non omitto, quòd licet dilatio non poſſet dari, niſi ut ſupra dixi, tamen poterit prorogari, ita tenet glo.in l.fi.ff.de ferijs. quam ſequuntur docto. & illa non erit noua dilatio, ſed erit prima prorogata: nam differentia eſt inter nouā dilationem & prorogatam, & eſt differentia inter aliquid de nouo facere, & aliquid prorogari: nam prorogatio debet fieri antequam primum tempus dilationis ſit finitum, tempore autem toto finito, tunc non poterit habere locum prorogatio, ſed erit noua dilatio, vt eſt text.in l.ſed ſi manente.ff.de precar. Addo in eo quod dixi, impedimentum probari per iuramentum, & ſufficere ad dandum ſecundam dilationem, ut ſupra dixi, quòd vbi ſemel eſt probatum impedimentum per iuramentum, ſi interim allegetur illud impedimētum. ita ſing.no. Ange.in l.fin.ff.de fer.pro quo eſt text in l.fin.de bon.auct.iud.
19 poſſ.† Item in eo quod dixi, ſecundam dilationem dari debere probato impedimento, ut ſupra dixi, & alijs requiſitis, ſi data fuerit dicta ſecunda dilatio non adhibita cauſę cognitione, videlicet quòd non eſt probatum impedimentū, non ualet talis dilationis aſſignatio, & pro hoc eſt tex.in l.fi.ff.de fer.

MARTINI DE FANO, DE EXCEPTIONIBVS impedientibus litis ingreſſum.

SVMMARIVM.

1 *Exceptionum impedientium litis ingreſſum trigintaquinque caſus.*
2 *Exceptiones intra octo dies probandæ.*
3 *Agi alieno nomine ſine mandato quando poſſit.*
4 *Expenſæ quando ante litis conteſta. reficiendæ, & cauendum. num. 5.*
6 *Peremptorium quod dicatur.*
7 *Exceptio quotuplex ſit & eorum differentia.*



1 Voniam de exceptionibus, quæ litis conteſtationē impediunt ſępe dubium contingit, & ideo quę illæ ſint eſt uidendum. Et in primis omnis exceptio dilatoria iudicij impedit conteſta. lit. † quoniam ſub incompetenti iudice quis non cogitur reſpondere, vnde ſi priuilegio ſe defendat, de priuilegio erit primo cognoſcendum, vt C.de exceptio.l.fin.& ff.ſi quis in ius vocatus non ierit.l.prima.& ff.de iudi.l.ſi quis ex aliena. Item impedit exceptio dilatoria, quæ obijcitur parti, ut quia dico aduerſarium non poſſe agere, quia eſt excommunicatus, ut extra de except. c.cum uenerab.& c.dilecte.& c.ſignificauerunt.
2 † quæ exceptiones debent hodie probari intra octo dies, vt extra in nouella.de quo uide in c.pia.de excep.in 6. Item cum dico aduerſarium procuratorem eſſe non poſſe, ut C.de procu.l.ita demum.& ff.de procura.l.filius. & C.eod.titu.l.milites. Item ſi dico in iſta cauſa non poſſe interuenire procurat.vel quòd habeat ſpeciale mandatum, nec ſufficit generale.ff.de publi.iud.l.penul.§.ad crimē. & ff.de procu.l.non ſolum.§.pen.l.Pomponius. 2.reſponſo. & ff.de mino.l.illud.§.fi.& l.ſeq. Item ſi dico eum procura.non eſſe,
3 † quia nemo alieno nomine ſine mandato agere poteſt, niſi ſit coniuncta perſona, ut ff.de neg geſt l.ſi pupilli.§.pe.& ſe. de regu.iur.l.nemo alieno. Item ſi dico procura. crimine capitali eſſe accuſatum, ut C.de procu.l.eum. Item ſi dico procur. eſſe minorem xxv.annis uel tutor.uel curator.vt C.de procu.l.exigendi.& C.de legi.tuto.l.fin.ff.de procur.l.ſi minor. Item ſi dico eam fęminam eſſe, ut l.alienam.ff.de procu. Item ſi procur. dicat eum pro quo agit nollę defendere, ut C.de procur.l.eum qui.& ff.de procu.l.mutus.§.pen. Item ſi obijcio tutori vel curatori ꝙ non ſit legitime datus, ut de eo qui pro tuto.l.finali. Item ſi obijcio ei qui non ſatiſdedit uel non confecit inuentarium, ut C.de tuto.& cura.qui non ſatiſde.l.fin. Item ſi obijcio procura.

procura.esse reuocatum, vt ff.de procur.l.si quis eum.§.fi.& l.si procurat.C.de satisda.l.1. Item si dico principalem minorem esse xxv.annis sine tutore vel curatore in iudicio stare nō posse,vt C.qui da.tuto.pos.l.fi.& qui legi.perso.l.1.& 3. Item si dico causam, quæ mouetur posse præiudicare maiori quæstioni quæ moueri speratur vel mouetur.vt ff.de peti.hæred.l.heredi. & C.de ordi.iud.l.fi.& de ordi.cogni.per totum,& not.ff.de iudi.l.cum prætor. Item si reconuenio te coram delegato, & tu obijcis,& tunc non potest nisi lite determinata prius, vt C.de sent.& interlo.omn.iud.l.cum Papinian. & in authen.& conse quenter. Item si dico diem esse feriatam,ut ff.de ferijs.l.2.& l.si feriata.& ff.si quis in ius vocan.l.2. Item si obijcio actori, quòd in mea potestate est. ff.de iudi.l.pars literarum. Item si obijciatur actori,quòd non satisdedit,vt C.de episcop.& cler. authen. generaliter.& auth.libellum.& auth.quòd fieri.& authē.quòd prius.& C.qui accus.non pos.l.3.Itē si obijcio ꝙ locus est inhonestus,in quo præcepit litem contestari,vt ff.de arbitr. l.si cum dies.Item si dico rem non possidere, quæ vendicatur a me.ff. de rei ven.l.fi. Item si dico dilationem mihi esse datam ad deliberandum. auth.offeratur. de lit.contest. Item si dico libellū inepte esse conceptum vel actionem inepte propositam,ut C. de formulis.l.2.& ff.de accus.l.libellorum & si mensor fal.mo. dixe.l.1. Item si dico iudicem mihi esse suspectum, ut C.de iudi.l.apertissimi.& auth.si uerò contigerit.Item si dico actorem
4 non venisse ad terminum sibi datum,† non enim contestabitur lis,nisi prius expensas reficiat,vt C.de iudi.l.sancimus.Item si intra terminum sibi præfixū a iudice nō uult intendere litē suā, ut C.de inge. & manu. l.diffamari.ff.de accus.l.Titia. Itē si obijcio me factum de actore reum, & quia missus in possessio-
5 nem sum propter contumaciam aduersarij, † vnde non auditur agens nisi expensas reficiat & caueat,ut de præscr.xxx.ann. l.si quis emp.in fin.& C de bon.aut.iud.pos.auth.ei qui. Item si dico super tali facto cōtest.lit.esse inhibitam a iure, vt C.vt nemo priua.vel lai.res.l.fi.& ff.de dolo.l.si oleum.§.fin. & l.seq.& C.de obseq.a libe.pa.l.1. Item si dico filium sine consensu patris agere,ut ff.solu.matri.l.si cum dotem.§.eo autem tempore.& C.de bon.mat.l.1.& de bonis quæ libe. l.fin. & C.de anna. excep.l.1.in fi. Item si obijcio rem esse præscriptione sopitam, ut in decretali noua.extra de lit.contest.c.1.lib.6.ff.de ali.iudi. mu.cau.facta.l.item si res.& de verbo.signifi.l.transacta. Item si obijcio ne fideiussor primò conueniatur quàm principalis,ut in auth.præsente.C.de fide.Item si obijciat pignorum possessores,ut C.de act.& oblig.auth.sed hodie. Item si aliquis dicit se spoliatum,& prius restituendum,vt extra de resti.spo.c.1.& C. ad l.iul.de vi pub.l.si quis a se fundum.C.de donat.inter virum & vxo.l.si maritus quondam. Item si aliquis dicat se graui infirmitate grauatum ita ut ad iudicem uenire non possit, vt ff.si quis caut.l.1.§.si quis.& ff.de re iud.l.quæsitum. Item si aliquis dicat se soluere paratum,uel si uult cedere liti,ut ff.de procur. l.si rem.& ff.si cer.pet.l.fi.& infiniti sunt casus omnes qui comprehendi non possunt,hæc tamen in excep. peremptorijs quæ
6 impediunt lit.contest.† & dico peremptorium, vbicunq; exceptio concludit necessariò,ꝙ uocari nō possit aduersarijs, ad iudicium, quia manifeste non est ordo iudiciarius requirendus, vnde simul non pro actore, ita nec pro reo.extra de accusa.c.2.& ff.si quis cau.l.2.1.respon.& C.de accusa.l.ea quidem. & ff.qui satisd.cogan.l.si uerò. §.quoniam pro rei qualitate. 2. q.1.c.manifesta.

Exceptiones & eorum differentia.

7 Nota † quòd exceptio peremptoria dicitur illa,quæ perimit vires actionis propositæ,& respicit totum actum. Dilatoria dicitur illa,quæ habet differre processum ad tempus non ad perpetuum,ut exceptio pacti de non petendo. Declinatoria, quæ opponitur contra iurisdictionem iudicis,ut non estis competens,& opponitur ante li.contest.Anomalæ sunt quæ sequuntur naturam peremptoriæ & declinatoriæ secundæ. quod not. in l.exceptiones.ff.de excep.

LANFRANCI
DE ARIADNO
De exceptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio actionis quæ dicatur,& quæ intentionis.*
Exceptio dicitur actionis exclusio.
Officium iudicis implorari nequit statuto dicente,quòd contra sententiam, vel instrumentum nulla exceptio,uel defensio opponi possit.
2 *Exceptionum triplex est species.*
3 *Exceptiones dilatoriæ quæ sint & quæ peremptoriæ.*
4 *Reus plures exceptiones opponere potest diuersis temporibus.*
5 *Exceptionem opponens an censeatur aduersarij intentionem confiteri.*
6 *Exceptio valida nominata esse debet & specificata.*
7 *Exceptio peremptoria obiecta litis contestationem non impedit.*
8 *Exceptio solutionis qualiter & quando offerri seu opponi possit.*
9 *Exceptio quæ iudicium reddit retro nullum post sententiam opponi potest.*
10 *Exceptio nullitatis non impedit sententiæ executionem, si nullitas non sit euidens.*
11 *Exceptio libelli inepti post sententiam potest opponi.*
12 *Exceptio nullitatis contra sententiam, uel instrumentum opponi potest nullo obstante statuto.*
13 *Exceptio nullitatis proueniens ex defectu iurisdictionis opponi potest statuto in contrarium non obstante.*
14 *Exceptio excommunicationis in quacunque iudicij parte opponi potest.*
15 *Iudex excommunicatus sententiam aliàs ualidam facit nullam.*
Infamis publicus non potest esse testis.
16 *Exceptio quando in scriptis opponi debeat.*
17 *Reus obscure exceptionem obijciens non immerito succumbit.*



1 Duertendum est, quòd q̄dam sunt exceptiones actionis,& quędam intentionis & facti. † Exceptio actionis dicitur, quotiescunque actori competit actio; nam tunc quicquid opponit reus dicitur exceptio actionis. Exceptio intētionis dicitur, quando actor agit sine actione,ita quòd ei nulla actio competit, tunc quicquid opponit reus dicitur exceptio intentionis & facti,ista est glo.not.in l.2.in uerbo intentionem.ff.de excep.sed proprie dicitur exceptio,quando actori competit actio, quia exceptio est actionis exclusio, ut in l.2.supra alle.in prin. vbi autē actori nulla actio competit,sed agit de facto,tunc id quod opponit reus, propriè vocatur defensio.ista est gloss.in c.1.de litis contest.lib.6. vnde proprie defensio concernit actum gestum de facto per actorē, tamen alibi habetur,quòd defensio est nomen magis generale quàm sit exceptio,quia si statuto cauetur,quòd contra sententiam uel instrumētum nulla possit opponi exceptio, tūc nō obstāte statuto reus poterit implorare officiū iudicis,ut imponat actori perpetuum silentium. (Ad quod uide not.doctrinā D.Feli.in c.in præsentia.in 2.col.post prin.ibi.sed etiam.de proba.& in c.cum oporteat.circa prin.de accusat. cum nonnullis concor.ibidem per eum signatis.& Paridem de Puteo in tract. syndi.in uer.officium.) Sed si statutum dicat,quòd contra sententiam uel instrumentum nulla possit opponi exceptio neq; defensio,tunc non poterit implorare officium iudicis, ita tenet Bartol.in l.1.in §.& parui. ff.quod vi aut clam. Idem tenet Ange.in l.filiusfamilias.in § veterani.ff.de procura. & in l.fin. ff.de peti.hære.

2 Præterea est notandum † quia triplex est species exceptionis, quædam est declinatoria iudicij, ut excipiendo, uos non estis competens iudex,& tu non potes esse procurator, & istæ exceptiones debent opponi ante litem contes. aliàs frustra opponuntur,ut in l.fi.C.de exce. quod verum est, nisi fuerit orta illa exceptio post litem contesta.quia tunc opponi poterit, ut in l.non distinguemus.§.cum quidam.ff.de arbit.& in l.2.C.de consor.eiusdem litis.& in c.insinuante.de offi.delega.

3 † Quædam sunt dilatoriæ solutionis, ut est pactum de non petendo usque ad biennium. & istæ similiter debent opponi ante litem contest.vt in l.exceptionem. C.de proba. Quædam sunt peremptoriæ,ut est exceptio pacti de non petendo & solutionis,& istæ possunt opponi usque ad sententiam,duntamē non sit conclusum in causa,ut in l.peremptorias.C.senten. rescind.non poss.post conclusionem in causa nihil potest allegari & proponi,ut in c.cum dilectus.de fide instru. Et dicitur esse conclusum, ubi partes renunciauerunt omnibus exceptionibus & allegationibus facti & iuris, ita tenuit Innoc.in c.pastoralis.supra de cau.poss.& proprie.& idem glos.in §.quia uerò.in auth.de testi.super verbo,concluserunt, quam ibi sequitur Ang.ubi autem essent solum publicatæ attestationes, posset de nouo noua exceptio opponi & probari, istud est dictum Bal.in l.officium.ff.de rei ven.& in hoc etiam tacite sentit Ange.& est ratio prædictorum, quia post publicationem attestationum prohibetur productio testium timore subornationis, in auth.at qui semel.C.de probatio.& in clem.fin.de testib. Cū autem nulli fuerint testes recepti uel producti super præsenti exceptione,nulla potest timeri subornatio.ergo &c.

4 † Ex his sequitur, quòd potest reus plures exceptiones opponere etiam diuersis temporibus,quod est uerum,nisi fuisset statutus terminus per iudicem ad opponendum exceptiones, quia tunc illo elapso non amplius audietur,nisi forma seruata, de qua in c.pastoralis.infra de exceptio.ubi hoc expresse pbatur.plures autem exceptiones potest reus simul & semel opponere etiam contrarias secundum veram opinio.Innoc.in c.cū venerabilis. infra de except. licèt Barto.aliter voluerit in l.nemo.ff.

Source : BIU Cujas

mo.ff.de regul.iur.& in l.non utique. ff. de except. & Dyn. aliter in c.nullus pluribus.de regul.iur. lib.6. Sed verior est opin.
5 Innocen.in ista practica tenenda.† Istud quoque est notandū, quòd qui opponit exceptionem, non videtur fateri de intentione aduersarij, ut in c.exceptionem obijciens'. de regul.iur. lib.6.& in l.nemo.ff.de regul.iur.& in l.non utique. ff.de exceptio. vnde si actor petat decem,& reus simpliciter excipiat, ꝙ sibi est factum pactum de non petendo,tenebitur actor probare contractum mutui,quia reus allegando pactum sibi factum non videtur fateri mutuum esse factum, cum inducta ad unū effectum non debent contrarium effectum operari,vt in l.nō omnis.ff.si certum petat.videlicet cum reus opposuèrit ad effectum contradicendi,non est æstimandum. Si tamen reus cō uentus excipiat hoc modo, verum est quòd mutauit, sed fecit pactum de non petendo: nam tunc bene videretur confiteri, & actor tunc habet fundatam suam intentionem. ista est sententia communis & tenenda, quam etiam tenet Bald.in l. exceptionem.C.de probat. & de hoc per cano. in c.cum venerabilis.supra alleg.& non est attendenda opin. Barto.in d.l. non utique.qui fecit unam suam distinct. totaliter fundamento carentem, quæ sententia communiter probatur in l.siqui-
6 dem.C.de except. † Debet esse exceptio nominata & specificata opposita, puta oppono exceptionem, veluti præscriptionem &c. quare sępe destruitur practica in totum aduocatorum & procuratorum opponentium clausulam illam, saluis omnibus suis exceptionibus &c. quia nihil operatur. vnde apposita dicta clausula post conclusionem,uel dum renuntiatum est omnibus probationibus, vel etiam pars allegaret solutionem coram iudice in allegationibus. & ostenderet sibi instrumentum &c. nihil certe releuat, & instrumentum solutionis fuisset in actis productum in termino, quia exceptio debet expresse & nominatim opponi, ut est glo.not. in c.cum venerabilis.infra de except.hanc sententiam tenet Barto.immemor huius glo.in l.scire oportet.in §.scire.ff.de excu.tuto.& in l.Titię textores ff.de leg. . vt dixi,exceptio peremptoria potest opponi vsque ad sentrentiam.

7 Sed est aduertendum † quòd exceptio peremptoria opposita non potest impedire lit.contesta. immo per eius obiectum fit lit.contest.vt in c.1.de lit contest.lib.6. quod fallit in exceptione litis finitæ,quæ sunt exceptiones iureiuran.transactio.& rei iudicatæ,ut in d.c.1. Item exceptio præscriptionis, ut in l.1.§. fi.ff.ad tertu.& exceptio solutionis & liberationis. & generaliter omnis exceptio dicitur esse litis finitæ quæ præsupponit agentem experiri sine actione secundum Vltramōtanos,quos sequitur Iaco.de Aret.ut refert Cyn in l.emptor C.de præscri.
8 longi temp.quos ibi sequitur Cyn.& Ange.† Et huiusmodi exceptiones opponi possunt ad processum & ad merita causæ, vbi opponuntur ad processum,debent opponi ante litem contest.hoc modo. Domine iudex ulterius non procedatis: ecce instrumentum solutionis,tunc iudex viso instrumento absoluet partes ab obseruatione iudicij. Opponuntur etiam ad merita causæ, sed tunc debet opponi post lit.contest.hoc modo. Domine iudex ego nihil debeo isti, quia solui, uidete instrumentum solutionis,quia tunc iudex discutiet iura utriusq; partis, & si repererit exceptionem fore competentem absoluet diffinitiue reum, hoc tenent doctor. Barto. & Bald.& alij in l. eleganter.§.si quis post.ff.de cond.indeb.& in l.nam & postea. in princi.ff.de iureiuran. Idem tenet Ange.in l.emptor præalleg.& hæ omnes exceptiones possunt opponi usque ad sententiam,dummodo non sit conclusum in causa,ut in c.cum dilectus.de fide instrum. post uerò sententiam nulla est regulariter admittenda,ut in d.l.peremptorias. Quod fallit.

9 † Primo,scilicet quando est talis exceptio, quæ reddat iudicium retro nullum,quia tunc talis exceptio etiam post sententiam opponi potest,ut in l.licet.C.de procur.hinc est,quòd exceptio inepti libelli & male formati potest opponi post sententiam & impedit executionem sententiæ,quia exceptio nullitatis,quæ si est euidens ex actis, impedit sententiæ executionem. (Vide Franc.Aret in l.qui a latro.§.si quis.in 6.col.de testam.& quod ibi dixi in apost.& adde D.Barth Soci.in consi.158.inci. visis.uersi.ex quibus.ibi,si ex aliquo.in 2. parte, quòd cōtra tres sententias non impedit executionem.) Ita voluit Bart.in l.4.§. condemnatum.ff.de re iudic.idem tenet Ange.in l.1.C.quando prouoc.non est necess.& in l.falsam.C.si ex fal.instrum.Bal. in auth.quæ supplicatio.C.de preci.imper offe. Et est glo.sing. insti.de uerbor.obliga.in princip. Si autem exceptio nullitatis requireret altiorem indaginem,ita quòd nullitas nō esset eui-
10 dens,ita quòd oportetet fieri strepitum in iudicio,† tunc bene potest opponi talis exceptio nullitatis, sed nō impeditur sentētiæ executio,immo fiet executio, & post de nullitate cognoscetur,& si reperiretur sententia nulla, reuocabitur executio, per text.ad literam in l.si cum nulla.ff.de re iudica. & ita tenet Bald.& Ang in locis præalleg. & est ratio, quia ubi exceptio nullitatis,quæ requirit altiorem indaginem, non impedit executionem sententiæ,quia executio debet esse summaria, & in executione iudicium est summarium,vt in l.2.C de carbo.edi. & in l.a diuo Pio.§.si super rebus. ver.exequuntur. ff.de re iudi. sed in iudicio summario non potest ventilari aliqua exceptio, quæ requirat altiorem indaginem,ut est tex.in l.4.§.idem subiunxit.ff.ad exhib.& in l.si is a quo.in §.tempestiuum. ff.ad trebel.& in l.is cui §.fi.ff.vt in post.leg. † & ꝙ exceptio libelli inepti potest opponi post sententiam.gloss.est singu.insti.de obliga.& hoc expresse tenet Bald.in l.3.C de procurato.) Adde Felin.hic in 14.colum.& in c.in literis circa finem.de offi.& pot. iudi.de lega.) Restitutio autem in integ impetrata post sententiam ante executionem factam non impedit executionem sententiæ,si præsumptio est contra impetrantem. Si autem est pro impetrante,& illam restitutionem peteret intra decem dies datos ad appellandum, tunc impeditur executio sententiæ secundum Bald.qui ita notauit,in l.falsam. supra allegat.& hoc etiam per Barto.in l.defendente.ff.de excus.tuto.licet plenius loquatut Ange.ubi supra,in casu tamen vbi executio nō impeditur propter petitam restitutionē,cauere debebit actor, ꝙ si apparuerit ius fore pro aduersario,restituet omnia,vt in c. suscitata.de in integr.restitut.secundum An. & Barto.in locis
12 præalleg.plus dico † quòd si statuto cauetur, ꝙ contra sententiam,uel instrumentum nulla possit opponi exceptio,non obstante statuto poterit opponi exceptio nullitatis,ita tenet Bar. in l.1.§.parui.ff.quod ui aut clam. Idem tenet Bald.in l.1.C.de condi.indeb.& in d.l.si non sortem.§.indebitum ff.de condi. indeb.& est ratio,quia statutum vult,ꝙ contra sententiam uel instrumentum nulla possit opponi exceptio, sed ille qui opponit exceptionem nullitatis,dicit sententiam esse nullam & nō opponit contra sententiam, quia sententia nulla non dicitur esse sententia,vt in l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi. & in l.nō putauit.§.non quęuis.ff.de contrab. plus est etiam iure cautum † ꝙ si statuto caueatur, ꝙ nulla exceptio possit opponi, nec etiam nullitatis, tunc potest opponi exceptio nullitatis, quæ prouenit ex defectu iurisdictionis, ut est gloss.singularis in clem.unica.de sequest.pos.& fruct. Item post sentētiam potest opponi exceptio,quę non redarguit sententiam de iniquitate, ut in l.Nesennius Apollinaris.ff.de re iud.& in l.fideiussores §. qdā rndit.ff.de fideiussor.& in l.cū fideicōmissio.C.de fideicō.

13

Exemplum aliquis conuentus est nomine hęreditario & cō demnatus,quia non opponit exceptionem inuentarij cōfecti, certè si post sententiam opponit exceptionē inuētarij:poterit, ita not.Bald.in l.1.C.de iur.& fac.igno.Idem si aliqua exceptio est nota post sententiam, tunc illa poterit opponi . ut in l.1.C.
14 de re iudic.& in l.si fullo ff.de condi.sine causa. † Idem in exceptione excommunicationis,quæ opponitur in quacunq; parte iudicij etiam post sententiam, vt in c.pia.de except.lib.6.tamen non impedit executionem, ut ibi dicitur, immo si non opponitur exceptio excommunicationis,iudex potest ex officio suo repellere agentem, ut in d.c.ad finem. quod intelligitur de sententia maioris excommunicationis,alia enim exceptio minoris excommunicationis non repellit aliquem a iudicio,ut in d.c.pia.in dubio tamen pręsumitur excommunicatus minori excommunicatione,ut in c.si quem.de senten. excommu. quod intelligitur, si sit publice excommunicatus, aliàs prædicta non procederent secundum Ioan.And.in c.pia. in nouella.& text.in c.ad probandum.infra de regu.iuris.ita te
15 net Bald.in l.1.C.de iur.& facti ignoran.subijciens ibidem, † ꝙ excommunicatus iudex potest nullam facere sententiam,immo erit nulla, nec poterit interponere decretum alienationi mulierum, aut minorum. Similiter tutor excommunicatus non potest interponere auctoritatem pro pupillo, secundum Ioan.Andr.qui hæc omnia ponit in c.pia.de exceptio. lib.6. in nouella. & sequitur Bald.& quod dicitur de publice excommunicato,facit in simili,quod dicitur de infamia:dicit enim, quòd infamis non potest esse testis, debet intelligi de infame, qui est publice infamis,ut est glo.singularis in l.cum lege.ff.de testamen.& dictum nota.Bald.in l.1.C.de testamen. (Vide D. Iaso.Maynum in rubri.de summa trinita.& Fely.in c.licèt causam.in fi.4.colum.infra de probatio.)

Vtrum autem exceptio sit in scriptis proponenda supra plene notaui in apparatu gl.† Vos autem in practicando illud tenere debetis,ꝙ si exceptio proponatur per modum exceptionis, non requiritur, ut in scriptis proponatur, sed sufficit uerbo cām corā iudice explicare,ut i l.scire oportet. §.oportet.ff. de excus.tut. Demū dēbit in actis redigi,ut in hac doctrina doctorū.Si aūt exceptio ꝓponat ꝑ modū actionis,ut in exceptio. nō nume.pecuniæ,& in exceptio.nō numer.dot.tūc illa dēbit in scriptis ꝓponi,vt in auth.hāc ꝙrelā.C.de nō num.pec. hanc
16 sniam tenet Ang.in l.j.in prin.ff.de edē.† Itē scias,ꝙ reus opponēs exceptionē obscure succūbere debet,ut in l.j §.Labeo.ff.de flu.& in cle.cū ad repulsionē.de appōnib. (Quia hī ꝓ nō exceptione,ut ꝑ Feli.in ꝓmio decre.añ mediū.j.col.& Frā.Aret.in l.Antistius.in fi.de acquir.hæred.) quod intellige,si est oppositū ꝑ actorē de obscuritate fm Bal.in l.ab Anastasio.C.man.

17

INNO-

Source : BIU Cujas

INNOCENTII QVARTI.

De exceptionibus.

Tituli huius Tractatus.

Contra literas & sigilla.
De exceptionibus contra iudicem.
De exceptionibus contra auditorem.
De exceptionibus contra actorem.
De exceptionibus contra aduocatum.
De exceptionibus contra testes.
De legalibus exceptionibus.
De exceptionibus contra assessorem.
De exceptionibus contra accusatores.
De exceptionibus contra procuratorem.
De exceptionibus contra libellum.
De exceptionibus contra sententiam diffinitiuam.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio contra literas & sigilla multis modis fit.*
2 *Literis generalibus derogatur per speciales.*
3 *Persona dignior non potest per literas conueniri, quàm quæ nominatur expresse in literis.*
4 *Literæ secundæ non ualent, si non contineant totam seriem primarum.*
5 *Literę non ualent, si laico decimæ conferantur.*

Contra literas & sigilla.

1 EXcipitur contra literas † & sigilla multis modis, videlicet, si bulla sit falsa & sigillum: vt extra de cri.fal.licet vel si fuerit facta rasura & postea scriptura: vt in eodem titu.licet. extra de fide instrum.ca.1.& 2. Item si diuersis manibus fuerit scripta, ut in eod.tit.cum olim. Item si filum ruptum fuerit, vt de crimi.fal.c.licet. item si data literarum non apparuerit de fide instru. inter dilectos. item si charta sit vetus & litera recens. ibidem. item si non sit publica manu confecta, in eodē titu. item si sit interlinearis scriptura: vt de reli. do. cum venerabilis. item si sit contra ius commune, nisi de hoc faciat specialem mentionem. de rescript. causam. item si priuilegium non facit mentionem de priuilegio de præscript. veniens. item si literæ in syllaba & syllabæ in dictione & dictiones in linea magis distant a se inuicem in vna q̄ in alia, vel lineę in chartula. de fide instrument. inter dilectos. §. sed contra priuilegium.
2 circa finem. Item † si generales literæ fuerint, derogatur eis p speciales. de rescriptis. c.1. Item si suggestione falsi vel suppressione ueri fuerint impetratæ. de rescrip. super literis. Item si Papa appellat patriarcham, vel episcopum venerabilem, vel omnes alios cuiuscunque dignitatis fuerint, quia appellat omnes dilectos. de crimi. fal. quàm graui. item si exēpla suæ cōmissionis non ostendantur: vel transumptum autenticum. de fide instrumen. c.1. Item si literæ impetratæ sint sine mādato, nisi sint tales personæ, de quibus non exigitur mandatum de iure, scilicet cōiunctæ personæ. de rescrip. nonnulli. & c. ex parte.

Lex dicit quod parentes pro filijs & filij pro parentib. & libertus pro patronis sine mandato admittuntur. ff. de procu. l. sed hæ personæ. item si vni soli cuiuscunque sit dignitatis Papa loquitur in plurali. de crimin. falsi. quàm graui. item si impetrans non dicitur vti serie: quia scilicet non vtitur literis suis infra annum, postquam habuerit iudicis copiam, de rescrip. plerunque. Item si non facit mentionem de sua appellatione. de confirma. vti. bonæ memoriæ. Item si dicatur in secundis literis nullis præiudicantibus iustitiæ & veritati, dummodo non faciant mentionem de illis, non valet dicto c. bonæ. Item si non fiat mentio de processu negotij. de re iud. inter. Item si contra priuilegium, vel priuilegiatos impetrentur literæ, non valent, nisi fecerint mentionem de priuilegijs uel ordine, extra de rescrip. cum ordinem. Item si confirmant monachum ad prioratum. de confirma. vti. vel inuti. c.1.& 2. item si secundę literę non faciant mentionē de re litigiosa plenarie. de do. & contu. ex literis. Item si nomen dignitatis non
3 exprimatur. de rescrip. ad aures. item † dignior persona non potest per literas conueniri, quàm quæ nominatur expresse in literis, nec effrenata multitudo, scilicet non ultra quatuor, nec supra maiora negotia vel beneficia, quàm id de quo fit mētio in literis expressis, nec apponi debet maius negotium, nec dignior persona propter hoc vt actor potest transire ad maiora, quia literæ impetratæ non valerent, de rescript. c. sedes. item si duæ commissiones in eodem negotio impetratæ fuerint, & in eadem die ad diuersos iudices non valent. de rescri. ex tenore. nisi fiat forte ad cautelam, arg. ff. de bono. poss. contratab. l.1. Si quis sit absolutus, nec faciat mentionem de aliquo articulo expresse, pro quo fuerat excommunicatus, de offi. ordin. ex parte. de sentē. excom. pro causa. & c. officij. item si pro rebus, quæ spectant ad forum secularem, si fuerint impetratæ a Papa non valent. de fo. compe. licèt. cum multis alijs. de concessi. præben. dilectus. item si literæ fuerint impetratæ ab excommunicato. de proba. post cessionem. vide c.1. de rescrip. lib.6. nec virtute appellationis. Item tempus considerandum datæ est, de rescrip. eam te. Et hoc inuenies innouatum in c. dilectus. item si
4 † quod in primis literis dictum sit, nec secundæ habeāt, nec totam seriem rei contineant primarum, non ualent. de offic. dele. c.2. ff. de lega.3. si quis. item si absolutionem mandauerit fieri alijs, & non facit mentionem expressam de sufficienti cautione præstanda ab absoluendo, & obediat ecclesiastico iudicio, non valet. de senten. excommunica. ad hæc. de concess. prę ben. proposuit. item si literæ contineant dispensationem contra statuta canonum sanctorum, non valent. xx. quæstio.1. contra statuta.

Item si a monacho vel regulari canonico impetrantur literæ sine consensu sui abbatis, non valent nisi in causis ecclesiæ suæ proprijs, de postulat. ex parte. C. de preci. imperat. offer. l. vniuersis. item si non facit mentionem de primis expressam de rescript. cęterum. Et hoc verum est, nisi ab eadem parte fuerint impetratę. de offi. deleg. sanè. vel essent contrariæ. c. cæterùm. de rescript. item si literæ impetratæ fuerint a clerico non tonsurato, licèt postea se tōsurauerit. de rescrip. ex literis. item si literæ absolutionis sint generales sic, & simpliciter aliquis sit absolutus nō faciendo mentionem de causis excommunicationis, non valet. de offic. ordi. ex parte. de senten. excommuni. cum pro causa. item cum laicus impetrat literas super rebus fo. ecc. non tangentibus, de fo. compe. licèt. item si non sit expressus articulus, super quo conuenitur, literę non habent vires quò ad articu-
5 lum. de offic. deleg. cum olim. item † si conferuntur laico decimæ, non valent literæ. 6. quæstio 8 si illo. § si etiam prædia. Itē si impetratę fuerint super proprietate, non ualent. ff. de acqui. pos. l. naturaliter. §. nihil. item si expressam non faciant mentionem de articulis deductis in iudicio vel ex persona tantùm cū qua non uult experiri, non possunt extendi ad alios articulos, vel ad aliam personam. de offi. dele. cum olim. & c. penul. & vl. item si subscripti decesserunt, & non sunt ibi sigilla authētica, vel non sunt publica manu confecta uel conscripta. de fid. instru. c.2. de hac materia copiosè habet de rescrip. c. super literis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones legales quæ sint.*
Testis & instrumentum sunt duo genera probationum similia.
2 *Instrumento de confessione quid obijci possit.*
3 *Instrumento a non publico tabellione confecto obijci potest.*
4 *Grammatica falsa vitiat instrumentum.*
Instrumentum vbicunque est suspectum, probatio incumbit producenti, aliàs punitur vt falsarius.

De legalibus exceptionibus.

Post canonum exceptiones paucas legales exceptiones contra instrumenta
1 duximus inserendas. † Potest igitur primò instrumento obijci, q̄ desit nomen imperatoris, vel annus imperij, vel consulis, vel Pontificis illis: aut quòd desit mensis, vel dies, vel indictio, cum omnia ista sint apponenda, possunt dici legitima si non apponuntur. in auth. de exhi. reis. §. scimus. Item si locus vbi confectū est instrumentum & celebratus contractus non sit ibi scriptus, potest hoc illi instrumēto obijci, nam duo genera probationū similia sunt testis & instrum. C. de fid. instr. l. in exercēdis. Quod igitur requiritur in testibus & instrumentis, sed testes de loco referunt. ff. de accusa. l. libellorum. C de contrahen. stipul. optimam. idem ius est ergo in instrumento. item locum habet in omnibus instrumentis & rescrip. Cum autem tenorem instrumenti vis reprobare, ut aliqua possint obijci distingue. aut instrumentum est de obligatione, & tunc omnia præsumuntur solenniter acta, ut in auth. de fide instru. in fi. ff. de verbo. obli. l. sciendum. & instit. de fideiuss. §. fi. nisi quis probet contrarium, quod facere potest. ff. de pact. iurisgentium. §. quod verò ferè.
2 Si uerò instrumentum † de confessione fit, tunc potest obijci contra tenorem eius, quòd loquitur indistincte, si non fit causa confessionis. ff. de probat. cum de indebito. §. ulti. & de do. ma. except. l.2. item potest reprobari instrumentum, si probet rem aliter fuisse gestam, quàm continetur in instrumento, quod pōt fieri, ut C. plus ualere quod agitur per totum, & C. de pba. l. cum precibus. item reprobat instrumentum, si probetur tale quo probato stare non potest, quod in instrumento continetur. C. de contrahen. & cō. sti. l. op. in fi.

Item potest obijci instrumento, quod continet in se duo repugnantia, ut non adhibeatur fides. ff. de regul. iur. l. ubi aliter in rescripto.

Item

Innocentij quarti. De exceptionibus.

Item poteſt obijci inſtrumento, ꝙ non ſit authẽticum, ſed rei exemplũ. auth. de fide inſtru. §. ſi quis in aliquo. Item ꝙ non eſt numerus teſtium adhibitus, qui in publico inſtrumento debet adhiberi: vt in auth. de fi. inſtru. §. ſi oportet. Item ſi non eſt à tabellione
3 † publico cõfectum: vt ſi pro priuata perſona habeatur, cui nõ adhibetur fides: vt C. de proba. l. inſtrumenta. Item quod à partibus non eſt ſubſcriptum & ſubnotatum, quod tñ eſſe debet: vt eo. tit. l. contractus. Item põt obiici inſtrumento, vt reddatur ſuſpectum, ſi qñ appareat, teſt. quod continetur in inſtrumento contradicens: vt ff. quemadmodum teſta. aperian. l. j. in fi. Item obiicitur inſtrũmẽto, vt habeatur ſuſpectum, ſi non appareat prima ſua forma, ſi ſit in aliquo abolitum, vel abraſum, vel cãcellatũ. C. de edic. diui Adri. tol. l j & ff. de probatio l. ſi chyrographum. Item ſi abſciſum pro nullo habeatur. vt C. ibidem. Item poteſt obiici literis Papæ vel quibuſcũq; reſcriptis, ꝙ per ſurreptionẽ veritatis, vel etiam ſuggeſtionem falſitatis ſunt impetratæ: vt C. ſi contra ius vel vti pub. l. vlt. ſed expectabitur ſecunda iuſſio: vt in auth. de manda. princi. § ſi quis autem. & in auth. vt nul iudi. § hoc non Item ſi ſecundæ non faciant mentionem de primis,
4 vel ſi falſa † grammatica eſt ibi: vt de reſcrip. ad audientiam. Sed ſi ſuperſedeant prioribus per annum, etiam ſi non fecerint mẽtionem de illis conualeſcunt: vt de reſcrip. plerunq;. Item ſciendum, ꝙ vetuſtas & corroſio murium, vel aliorum vermium nõ obiicitur inſtrumento vel literis Papæ: vt ff. de bon. poſſ. ſm tabu. H. in gl. vlti. Item aliud ſciendum, ꝙ vbicunq; inſtrumẽtum ſuſpectum eſt, incumbit probatio producenti, alioquin punitur vt falſarius: vt C. de eden. qui accuſare. cũ ciuiliter agitur de falſo: ſi criminaliter incumbit probatio ei qui dicit, vt C. ad l. cor. de fal. l. 2. C. de aboli. l. fallaciter. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius non debet ſe intromittere de cauſa commiſſa à Papa pendente iudicio.*
Caſus in quibus excipitur contra iudicem.
2 *Iudex laicus non debet iudicare de rebus eccleſiaſticis.*
Forum rei debet ſequi actor.
3 *Iudex recuſatus debet cauſam alicui perſonę idoneæ de conſenſu partium delegare.*
4 *Iudex delegatus poſt annum à tempore latæ ſententiæ non poteſt abſoluere quem ligauit.*
5 *Iudex non poteſt cognoſcere de articulo non expreſſo.*
Clericus non commenſalis poteſt eſſe aduocatus.

De exceptionibus contra iudicem.

1 Excipitur ſi ſit ordinarius † nõ debet ſe intromittere de cauſa commiſſa à Papa pendente iudicio. de pur. c. cum dilectus. Item ſi ſit legitime appellatum ad ſuperiorem, de app. ſignificauit. niſi appellationi renunciauerit tacitè vel expreſſe. de offic. deleg gratum. Item ſi ſit excommunicatus. de re iudi. ad probandum. Item ſi ſit conſanguineus aduerſarii, vel fuerit aduocatus in eadem cauſa. de appella. poſtremò. Item ſi ſit laicus iudex, & res ſit eccleſiaſtica, vel de foro eccleſiaſtico, vel ſi
2 reus ſit clericus. de iudi. quanto. & c. at ſi clerici. † Item ſi ſit laicus non debet iudicare de rebus eccleſiaſticis. de iure patr. quod autem. Item ſi coram non ſuo iudice confeſſus vel conuentus fuerit non nocet. de iudi. at ſi clerici. Item ſi non ſit de eodem foro: vt puta ſi non habet domicilium in territorio, vel ratione officij, vel delicti conueniatur, nec cõfeſſus eſt tacitè vel expreſſe: quia quis ſortitur forum alicuius pro iſta. de fo. compet. licèt. nec conuenitur ille ratione delicti nec ratione rei. ille eñ debet iudicare de reb. puta in cuius territorio eſt res: actor eñ
3 debet ſequi forum rei, de foro compe. cum ſit. Item † ſi recuſatus ſit iudex, debet cauſam alicui perſonæ idoneæ de conſenſu partium delegare. de appel. cum ſpeciali. Item ſi per ſe, vel per alium functus ſit offic. ſuo ſemel, amplius non poteſt cognoſcere. de offic deleg. in literis. Item ſi ad certum tempus ſit data iuriſdictio niſi de cõſenſu partiũ prorogetur, & hoc ante lapſum temporis. de offic. dele. de cauſis. Item ſi fuerit Archiepiſcopus, non debet iudicare de cauſis ſuorum ſuffraganeorum niſi per appellationem ad eũ fuerit delata cauſa vel deuoluta, vel à ſuo ſuperiore hoc habeat. de offic. deleg cum non ignores.

Item ſi proprium nomen iudicis fuerit expreſsũ eo mortuo, ſucceſſor non poteſt cognoſcere. de off. deleg. qñ Abbas. Itẽ ſi mandator deceſſerit re integra niſi facta citatione nõ poteſt cognoſcere. de off. deleg inſinuante. Item ſi præſumatur, ꝙ iudex fecerit ſnĩam ad voluntatem alterius, de eo qui mit. in
4 poſſ. cum ſint. Item ſi ſit † delegatus poſt annum à tempore latæ ſnĩæ quem ligauit non poteſt abſoluere. de offic. deleg. quærenti. Item ſi ſit commenſalis aduerſarii, vel ſit natus de terra ſua, vel ſit in diſtrictu, vel ptãre ſua, vel ſi non audeat ad iudicẽ accedere ſine periculo mortis, licèt habeat literas Saluicõd vt hit. non conteſt. accedens. Item ſi ſuper priuilegiis Papæ cauſa vertatur, non poteſt alius de cauſa illa cognoſcere. de iudi. cum conueniſſet. Item ſi altero iudice conſule citatus fuerit, reus nõ tenetur reſpondere. de off. deleg. prudentiam & c. ctum cauſam. Item ſi à iudice ſuper aliquo certo articulo appellauerit ad Papam, poteſt ipſum habere ſuſpectum, de appel ad hoc. Item ſi ꝑ literas, vel per nuncium non excuſauit ſe intereſſe non poſſe, vel non velle. de off. deleg. prudentiam. Item ſi non eſt articu-
5 lus expreſſus. de reſcript. paſtoralis in fi. non † poteſt cognoſcere de illo articulo. de offic. deleg. cum olim. Item ſi iudicem ſimilis cauſa cõtingat, iudex põt haberi ſuſpectus. de iudi. cauſam quæ. Item ſi ſit iudex ſocius aduerſarii. de off. iud. deleg. inſinuãte. quia ibi erat familiaris aduerſarii. Item ſi aduocatus ſit clericus iud. poteſt recuſari ne partem foueat eius, cuius clericus ꝑcurator eſt. de appell. inſinuatum. Item clericus non commenſalis poteſt eſſe aduocatus. de offic. iudi. c. j. item ſi non ſint perſonæ ſecuræ in adeundo iudicio eundo vel redeũdo. 3. q. 3. hortamur. vt lit. non conteſt. accedens. de app. ex parte. Item ſi cõtra iuſtitiam iuriſdictionem velit differre. ff. de iuriſdi. omnium iudi. l. extra territorium.

SVMMARIVM.

1 *Aſſeſſor ſi grauauerit alteram partem poteſt eb eius grauamine appellari.*

De exceptionibus contra aſſeſſorem.

1 Si grauauerit † alteram partem, ſi mandati fi. excedit, poteſt appellari ab eius grauamine. de priuil. ex parte quæ loquitur de iudicibus. Item ſi non habeat perſonam ſtandi in iudicio: vt ſi ſit excõicatus, vel interdictus, vel ſuſpenſus, vel ſuſpectus: vt dictum eſt de iudice.

SVMMARIVM.

1 *Auditor ſi mandati fines excedit, ſi ſuſpectus eſt.*

De exceptionibus contra auditorem.

1 Si grauauerit † alteram partem, ſi mandati fi. excedit, meritò ſuſpectus eſt, de offic. delega. ſuper quęſtionum. Nota quòd in omnibus caſibus poteſt excipi contra auditorem quos ſupra diximus, non tamen recuſari valet, qui de conſenſu partium admittitur, niſi in ſupradictis caſibus.

SVMMARIVM.

1 *Citatus vltra duas dietas extra prouinciam excipere poteſt.*
2 *Citatus non tenetur venire ad locum non tutum ſibi à partibus aſſignatum.*

De exceptionibus contra locum.

1 Si ultra duas dietas † citetur extra prouinciam põt excipere. de reſcrip. nõ-
2 nulli. c. & ex parte. † item ſi non ſit tutum venire ad locum aſſignatum partibus venire non tenetur de appella. ex parte. item ſi ſit locus imminutus, nec ſit ibi iuris peritorum copia: vt ſupra eo. tit. ſtatutum. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Citatio facta die dominica vel diebus feſtiuis non valet.*
Citatus ante reſtitutionem non tenetur reſpondere.

De exceptionibus contra citationem.

1 Si ſit dies feriata, vel dominica † vel feſtum ſolẽne, nõ valet, ſi fiat citatio in diebus feſtiuis ſm quod nota Hoſt. de fer. conqueſtus. item ſi ſit cõtra rem ruſticam conuentus. ff. de fer. l. ſolet. item ſi dilationem vel tempus nõ habuerit 20 dierum. 3. q. 3. §. offeratur. hoc tñ intelligas hodie eſſe in arbitrio iudicis. de app. perſonas & c. ſeq. de hoc notatur. item ſi valitudine, vel tempeſtate fuerit impeditus, vel in flumine. ff. ſi quis cau. l. non exigimus. §. ſi quis. item ſi vocatus fuerit ad maius tribunal. ff. eo tit l. ſi quis ſeruum. item ſi ante reſtitutionem fuerit citatus, non tenetur reſpondere. de ordi. cog cum dilectus. item ſi fuerit veſpere citatus non tenet reſpõdere. de offic. deleg. conſuluit. item ſi prima citatio fuerit peremptoria. de dila. dilecti &c.

SVMMARIVM.

1 *Excuſator ſi ſit ſimplex nuncius non valet.*
Excuſator ſicut mittitur, ſic procurator mitti poteſt.

De exceptionibus contra excuſatores.

1 Si ſit ſimplex nuncius non valet † extra. da priuileg. ex parte. ſicut mittitur excuſator, ſic poteſt mitti procurator. de do. & con tu. cum dilectus. & hoc intellige ſecundùm ꝙ dicitur de procura. querela. item ſi non expreſſit cauſam abſentiæ quem excuſat. de offic. deleg. ſi pro debilitate.

SVMMARIVM.

1 *Actor periurus non poteſt habere rem quam petit, nec ipſam petere.*
Excommunicatus non debet abſolui, ſi non præſtat cautionem de ſtando mandatis eccleſiæ.
2 *Actor ſi non proſequutus fuerit appellationem ſuam intra terminum competentem ſententia lata contra ipſum valet.*
Monachi non debent audire ſine conſenſu ſui Abbatis.
3 *Iudices ſi fuerint impetrati de cõſenſu partium, poſtea non poſſunt recuſari.*
Reus æger non tenetur venire.
4 *Debitum fruſtra petit, qui id quod petit non impendit.*
5 *Mulier non debet manere indotata propter malitiam viri.*

De ex-

Source : BIU Cujas

De exceptionibus contra actorem.

1 Si actor est periurus † non potest habere rē illam quā petit, nec ipsam petere. de iureiur. querelam. Item si perpetuò renunciauit rei petitæ de rescript. ex parte. Item si retro actitata non fuerint in scriptis redacta. de proba. quoniam contra. Item excommunicatus. de offic. deleg. prudentiam. § sexta. & de excep. à nobis. Item si excommunicatus non præstat cautionem stare mandatis ecclesiæ absolui non debet. de sent. excomm. quod in dubiis. Item si aliquis fuerit excommunicatus, & literas speciales ad aliquos iudices delegatos vel testes suæ absolutionis non habuerit. de sent. excom. sicut nobis. Item si sit absolutus & nō ab eo à quo debet absolui. de offic. ordi. prudentiam. § sexta. Si pluribus causis fuerit excommunicatus, & ab omnibus nō fuerit absolutus. de sent. excom. cum pro causa. & c. officii. Item si sit libertus, vel seruus. de serui. non ordi. de famil. ff. de in ius voc. l. 3.

2 Item † si non fuerit prosecutus appellationē suam infra terminum competentem, valet sententia contra ipsum latam. extra de app. Romana. & c personas. Itē si fuerit Abbas vel prior, nō auditur sine literis capituli. de transa. contingit. de reli. do. cum dilectus. de re iud. cum ei. vbi dicitur, ꝙ Monachi non audiant sine consensu sui Abbatis. Item si pactum vel transactio interuenerit spe simoniæ licet facta non fuerit. 2 q. 2. q̄ pio. Item si de re sacra vel Ecclesiastica fuerit transactio facta. de transac. ex literis. Item si non fuerit restitutum omne quod zelo bono expēdit, de resti. in integ. c j. Item si iudex in propria causa. C. ne quis in sua causa. l. j. Item si causa sit criminalis & iuretur de calūnia. c. j. de iuramen. calum. Item si post acceptationem literarum res translata fuerit. & qui possidet malitiosè se absentauerit. de ali. iud. mu. cau. fac. c. j. Itē si fuerit patrocinatus alicui super re quā petit sibi fit præiudicium. de transac. ex literis.

3 Item si de consensu † partiū iudices fuerint impetrati non pñt postea recusari. de causa pos. & propri. cum olim. Item si fuerit clericus ordinatus, non debet iurare de calumnia sine cōsensu sui prælati. de iu. cal. c. j. Item si potuit contradicere & non contradixit, post non auditur. extra qui ma. accu. pos. cum in tua. de iurepa. ex literis. Item si potuerit excipere & nō excepit, fit ei præiudicium. de priui. quia. de iurepat. ex literis. Item si excipiendo confessus sit intentionem aduersarii. de transac. præterea. Item si reus sit eger, non tenetur venire. de proc. querelā. 5 q. 3. si egrotans, Itē si non habuit 20. dierum inducias. 3. q. 3 offeratur. Item si non dat cautionem sufficientem, ꝙ prosequetur litem: aut si nō potuit. statuat certam pœnam, quam se passurum promittat: vt eo. tit. c. offeratur. sed hodie non datur ista cautio propter cō

4 trariā consuetudinem. Item † frustra petit debitum qui id quod petit non impēdit. de vsu. Michael. sed distingue: quia si reus statim proposita petitione actori vult proponere petitionem suā, nec differre vsq; post lit. contestatam, nec actor tenetur primo respondere super petitione rei: sic intelligitur de ordi. cog. cum dilectus. Et intllige, ꝙ conuentio & reconuentio vna sententia terminantur: & incontinenti vna vertitur post aliam. Si autem reus differat proponere petitionem suam vsq; post litem contestatam. postea nō auditur, donec prima causa fuerit determinata, & sic intelligitur. C. de sen. & interlo. om. iud. l. quintus. & in tali casu debet fieri reconuentio coram eodem iudice. Item si non per se proponit factum suum, sed per aduocatū non auditur. de iudi. pastoralis. Itē si non fuerit requisitus ante ingressum causæ. de resti. spol. cū veniissent. & c. seq. Item si de possessione & proprietate agitur, iudex de vtroq; cognoscere debet,

5 de causa pos. & proprie. c. vlt. Item † propter malitiam viri non debet mulier manere indotata. de pig. ex literis. immo creditoribus præfertur de iure in dote sua. Item actor non debet venire contra iuramentum suum. extra de iureiuran. si quis.

SVMMARIVM.

1 *Procurator si fuerit excommunicatus quando incepit procurare, excipi potest contra eum.*
Exceptiones contra procuratorem quæ sint.
2 *Articulus conuentionis rei de qua agitur, nisi contineatur in literis procurationum, procurator constitui non potest.*
Procurator si sit canonicus regularis, non debet audiri in causa propria sine assensu sui maioris.

De exceptionibus contra procuratorem.

1 Si fuerit excommunicatus † quādo incepit procurare. de prob. post cessionē. Item si sit procurator Abbatis sine capituli legitimis assertionibus non auditur. de transactio. contingit. Item si non sit legaliter missus. de procur. c. j. legaliter intellige sic, ꝙ debet habere literas de rata cōtinentes nomē aduersarii, nomen procuratoris, nomen dñi contra quē & in qua causa, & nomē iudicis coram quo litigatur ratum habere dñm quicquid cum eo actum fuerit. ff. de procu. vbi expresse hæc inter-

terponuntur. Item nisi contineatur in literis procurationum

2 † articulus cōuentionis rei de qua agitur, non potest constitui procurator per eas. de offic. deleg. cum olim. Item si sit canonicus regularis sine assensu maioris sui audiri non debet in causa propria. de postul. ex parte. Item si sit procurator in causa criminali. de procu. tuæ. quod non potest esse. de accus. veniens. Item si non habeat mandatum de rato. de offic. deleg. coram. Item si non probauerit se innocentem de obiectis criminibus. C. de procura. reum criminis.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus si sit monachus vel canonicus regularis, contra eum excipitur.*
Aduocatus si sit clericus cuiuscunque ordinis, non auditur in foro seculari.

De exceptionibus contra aduocatos.

1 Si sit monachus † vel canonicus regularis, de postu. ex parte. nisi in causis propriis & consensu capituli & Abbatis: vt ibi. Item si sit clericus cuiuscunq; ordinis nō auditur in foro seculari. de postul. c. j. nisi causa propria vel pro miserabili persona, itē si sit infamis quacunq; infamis iuris vel facti: vt insti. de excep. §. vltimo.

SVMMARIVM.

1 *Libellus si sit obscurus, exceptio fit contra eum.*
Casus in quibus excipitur contra libellum.

De exceptionibus contra libellum.

1 Si sit obscurus † quia pro eo nihil reputatur dicere. ff. de interro. actio. l. de ætate. § si quis. vbi dicitur, ꝙ nihil interest, aut neget, aut taceat, qui interrogatus obscurè respondeat, aut incertum relinquat litigatorē. ad idem. ff. de confess. l. certum. Item si articulus super quo conuenitur non exprimatur, non tenetur rñdere, de off. deleg. cum olim. Item si non contineatur in libello persona iudicis, nomē actoris & id quod petit. 2. q. 8. libellorū. Itē si procurator, vel iudicus petit rē ecclesię: vt C. de episc. & cle. auth. sed hodie. & ibi nomine suo non pōt petere, cum habeat potestatem, auctoritatem & vtilitatem non directam: indecens enim est, ꝙ qui non pōt dicere, posset deducere in iudicium. ff. de iu. deli. ait prętor.

SVMMARIVM.

1 *Testis si sit excommunicatus, contra eum potest excipi.*
Exceptiones plures contra testes.
2 *Crimen si obijcitur testi non admittitur, quousque probauerit se innocentem.*
Productioni testium si fuit renunciatum, non debent amplius produci nisi super nouis articulis.
3 *Testimonium quando fuerit publicatum, valet reprobatio testium.*
Mendacium si quis de suo addit, totam seriem rei decolorat.

De exceptionibus contra testes.

1 Si testis sit † excommunicatus, de test. veniens. si non fuit præsens & vocatus testificatur se vidisse. 9. q. 3. § de his. de sponsali. ex parte. Item si actor & cōsiliator in eadem causa. de testi. in super. Item si non fuerit præsens, q̄ testes iurarunt, contra quem fertur testimonium. Item si sit laicus contra clericum in causa criminali, de testi. decætero. Item si sit solus testis, de testi. licet. Itē si sit eodem crimine infectus. de testi. personas. & c. veniens. Itē si sit periurus de testi. sicut nobis. Item si non probatæ vitæ & bonæ conuersationis & fidelis. Itē si non valuerit testimoniū quod prius dixit. Item si sibi inuicē contradicunt, aut si sint seculares contra clericum. de ele. bonæ. de ꝓbatio. licet. Itē si post publicatas attestationes depose-

2 rūt. de testi. c. cū veniisset. Itē † si testi crimen obiicit̄, non admittitur, quousq; probauerit se innocentē. de testi. fraternitatis. & c. testimoniū. fallit tñ in crimine læsæ maiestatis, simoniæ & hęresis. Itē si sit criminosus vel leuis opinionis. de proba. licet. Itē si in quarta ꝓductione nihil sit solēniter adhibitum, alias fieret contea ius, de test. in causis. Item si fuit renunciatum productioni testium, non debēt amplius produci, nisi super nouis articulis. de testi. fraternitatis. & c. tanq̄. & c. cū veniisset. & c. ex tenore. etiam si iterum iuret. de testi. fraternitatis. & c. intimauit. itē qū testimonium † fuerit publicatū, valet reprobatio testiū. de test. ex parte. Item si sit infamis, suspectus vel aliqua macula manifesta respersus: vel si opponitur crimen, de quo confessus vel conuictus est de excep. deniq; de præsum. dudum. de off. deleg. prudentiā. §. sexta Et si sit pretio conductus, vel non sit idoneus, vel mutus, de testi. placuit. Item si sit de familia illius qui produxit. de testi. in literis. Item si aliquis de suo addit mendacium, totā seriem rei decolorat. 3. q. 9. puta. & c. simplex.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones contra diffinitiuam sententiam.*
Sententia diffinitiua si sit lata ab eo qui non habuit iurisdictionem, contra eam excipitur.
2 *Sententia diffinitiua lata si sit à iudice non sedente pro tribunali in loco consueto vbi ius solet reddi non valet.*

De exceptionibus contra diffinitiuam sententiam.

1 Si sit lata † ab eo qui non habuit iurisdictionē. de ꝓsuetudi. ad nostram. Item si nō sit lata in scriptis. 3. q. j. in primis. Itē si sit lata non præmisso ordine iuris. 2. q. 6. §

Source : BIU Cujas

diffinitiua.C.de sent.& interlo.omnium iudi.Item si sit lata cõtra ius de re iudi.c.j. Item si sit lata partibus non præsentibus. 3. q.9.caueant.Item si sit lata die feriata,de feri.conquestus.item si sint plures iudices,& vnus sententiauit,& alter non.50.dist. qui diffinitiuam.Item si sententia non continet absolutionem vel condemnationem.C.de senten.& interloc.omnium iudi.l. præ
2 ses.2.quæstione 7.diffinitum.Item † si sit lata à iudice non sedẽte pro tribinali in loco consueto,vbi solet ius reddi.2.q.j.in primis.Item si iudex in fine prolationis non exprimat petitionem actoris & obligationem ratione rei & eius exceptiones. Debet enim hęc omnia & quicquid petitum vel obligatum fuerit sub breuiloquio proferre. Item si iudex sit excommunicatus. de re iudi.ad probandum. Item si iudex sententiam dicat & per aliũ legat.C.de sent.ex breuiculo reci.l.2.&c.

NEPOTIS DE MONTALBANO,

De Exceptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones arma reorum dicuntur.*
Subtilitas & verbositas nimia vtroque reprobatur iure.
2 *Compendiositas à lege approbatur.*
Commentarii verbosi non debent fieri.
3 *Reus dicitur fugitiuus.*

PROAEMIVM.



VM plures libelli super causarum exercitus à p̃decessoribus nostris facti fuerint. Alii prolixi: alii cũ magna subtilitate cõpositi, & pauperes, præsertimq; minores illa magna volumina vilipẽdant: tum p̃pter caristiam: tum propter subtilitatẽ nimiam. Idcirco ego Nepos de Montalbano pauperibus & minoribus compatiẽs: ac nimiam subtilitatem reprobãs. Arma, idest exceptiones ad opus reorum,idest fugientium; qui ab improbis actoribus,idest petitoribus impugnãtur;præsentem scripturã siue libellũ cũ auxilio diuinæ gratiæ proposui cõponẽdũ.

1 † Exceptiones enim arma reorum dicuntur, arg.ff.de excep. l.2.in princ. Hoc siquidem faciam nimia subtilitate & verbositate penitus reprobata.Inueni si quidem q̃ ab vtroq; iure; canonico,scilicet & ciuili nimia verbositas & subtilitas reprobatur: vt ff.de iniusto,rup.& irri.test.l.posthumus, & in instit.de fideicommiss.hæredi §.sed quia.ff quibus modis pign.vel hypo. sol. l.sicut.in §.si debitori.C.vt actiones ab hære. & contra hære.incip.l.vna.in fi.& C.de insti.& substit.l.si quis.in fi. C. ad Trebell. l.sancimus. circa princ. extra de iudi.capi. dilecti. & extra dolo & contu.cap.j.& extra de app.cap.interposita.in fi.& C.de legi. & constit.l.vlt.Ibi,vnam eorum subtilitatem risimus &c.& alibi dicit lex, q̃ quidam sunt subtiles, qui non sensum,sed vana verborum vocabula amplecti desiderant:vt C.de consti.pe.l.2. circa fi.& C.de iure dot.l.vlt.circa fi. vbi dicitur,q̃ nimia subtilitas pernicios a est.ff mandati l.si fideiussor in §.quædam. vbi dicitur, q̃ non est de iuris apicibus disputandum. C. de naturalibus liberis. l. penult. vbi dicitur, quod superuacua subtilitas est penitus inhibenda, ad quod facit decreta. extra de verborum significatio præterea.

2 † Item de verbositate reprobãda,& compendiositate approbanda dicit lex.C.de appella.l.vlt.vbi dicitur, caueant litigatores:& libellorum verbosis vti ascriptionibus:& ea q̃ iam perorata sunt,iterum resuscitari. Sed hoc solatis scribere sufficiat quæ compendiosa narratione causas prouocationis possunt explanare.& C.de postulãdo.l.quisquis.& C.de don.l.vlti.& C. de rei vxoriæ act.l.vna.§.careat.& C.de curatore fur.l.fi.in vers. omnẽ quidem obscuritatem &c.& in instit.quod cum eo.§ j. ubi dicitur.Non sit verbosa disputatio.& ff de origin.iur l.j. vbi dicitur, q̃ non debemus verbosos commentarios facere.& in instit. de bonorum poss.§ quos autẽ.Et ideo in hoc p̃senti libello reos docere volo fugere,& petitiones improbatorum actorum siue petentium hebetare.

3 † Reus enim dicitur fugitiuus: vt in auth. de exhib.& intro. reis.§.j col.5,C.de iura.calum.l.2 §.j. & C.de recep.l.pe in j.resp. Vnde primò dicendum est contra rescriptum.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum veritate tacita & falsitate suggesta impetratum est inualidũ.*
Rescriptum illegitime impetratum per exceptionem elidi potest.
2 *Rescriptum annullatur, quod contra ius diuinum impetratur.*
3 *Rescriptum contra ius positiuum, contra fiscum, vel vtilitatem publicam obtentum est ipso iure nullum.*
4 *Rescriptum contra aliquam legem datum vt valet, ipsius legis mentionem facere debet.*
5 *Rescriptum Papale impetratum à laico super re forum seculare concernẽte elidi potest exceptione.*
6 *Rescriptum Papæ mandantis excommunicatum à suo episcopo absolui, ab alio non valet, nisi de cautione per absoluendum præstanda mentionem fecerit.*
7 *Seruus rescriptum impetrare non potest.*
8 *Rescriptum secundum de primo nullam mentionem faciens est inualidum.*
9 *Rescriptum est nullum in iniuriam seu præiudicium alterius impetratum.*
10 *Rescriptum non valet diuersis manibus scriptum.*
Rescriptum reprobatur, in quo falsa latinitas reperitur.
11 *Rescriptum vitiatur, si scriptura superlinearis inseratur.*
Rescriptum speciale derogat generali.
12 *Rescriptum Papæ nullum est, si Papa in eo Patriarchas fratres non vocet.*

Exceptiones contra rescriptum. Artic. j.

1 Inspiciendum est igitur rescriptũ: & est dicẽdum † q̃ nõ valet,si tacita veritate & suggesta falsitate fuerit impetratum:vt C.si contra ius vel vtilitatem pu.l.2.& l.& si legibus.extra de rescri.ex parte.& c.cæterum. & c.super cæteris. cũ distinctione tñ quæ ibi ponitur.& C.de sum.Trin. & fi.c.l.2.& hoc intellige,q̃ non valet cum effectu.Nam per exceptionem elidi poterit:& sic intellige illud verbum,non valet,per totum istum titulum, & per omnes alios titulos istius operis:exceptis quibusdam casi
2 bus in quibus intelligitur ipso iure,vt patet infra.† Itẽ rescriptũ non valet,si contra ius diuinum fuerit impetratum:vt 25.q.j. in c.sunt quidam.& c.contra statuta.vbi dicitur.Contra statuta canonum patrum cõcedere aliquid,vel mutare huius quidem sedis non põt auctoritas:intellige tñ,si fuerit cõtra articulos fidei: nam q̃nq; contra verba dñi bene dispensat Papa,puta cõtra votum,quod dñs præcepit custodiri.& hoc facit in melius cõmutando.extra de voto & voti redemp.per totum: & dispẽsat similiter in aliis casibus,qui notantur in prædicto c.sunt quidam.

3 † Item rescriptum siue authenticum non valet,si contra ius humanum,vel positiuum,vel ꝰ fiscũ:vel ꝰ vtilitatem publicã fuerit impetratũ:vt C.si ꝰius, vel vtilitatẽ publ.in rubro & in nig. C.de p̃positis sac.cubicul.l.vlt.lib.12.C.de precib.Imp.offe.l. rescripta. vbi dr̃, rescripta ꝰius elicita ab oĩbus iudicib. p̃cipimus refutari,& C.de sacrosan.eccl.l.iubemus nullã. in fi. & C. de incest nup.l.vlt.C.de operib publ.l.p̃scrip.25.q.2.c.rescripta.extra de fi.instr.c.pastoralis.vbi de hoc,& hoc verũ est, nisi de illa lege,vel cautione,ꝰ quem fuerit elicitũ,fecerit mẽtionẽ, sicut di-
4 cendo.† Non obstãte tali lege seu canone.ff de leg.3.l.si quis.in prin.C.de testamẽtis:in auth hoc inter liberos.& l.si nõ spãli.C. de inof.test.l. si qñ.in prin.extra de rescri.c.nõnulli.ff.ne quid in loco publico.l.2.in §.si quis à principe. Sed si dicatur.Nõ obstãte aliqua lege:nõ valebit,cũ nulla lex sit ibi specificata,ar.ff.si qs cau.l.sed & si quis.& §.quæsitũ.& his,q̃ ibi notantur, attñ rescriptum ꝰ ius impetratũ valet,dũ tñ prosit impetranti,& nulli noceat.ar.16.q.3.in §.sic & p̃dicta.vbi dr̃ rescripta quę ꝰ ius scriptũ impetrata fuerint: nisi talia sint q̃ illis quibus data sunt prosint,
5 & nulli obsint: nullius momenti esse censent. † Itẽ si rescriptũ Papale fuerit impetratũ à laico sup̃ aliqua re q̃ forũ seculare ꝯtingat:non valebit cũ effectu.Nã p̃ exceptionẽ elidit̃,vt dixi in prin.istius tituli,& extra de fo.cõp.c.licet.ar.extra de ap.si duob. in fi.similiter si clericus impetret rescri.sup̃ aliqua re forũ seculare ꝯtingente.Nõ valet ar.p̃dictarũ decr.& extra de fo.cõpe.c. ex tenore.& ex parte reginæ.& extra de verb.sig.sup̃ quibusdã. in fi.& hoc intellige, si sup̃ proprietate ipsius rei fuerit impetratũ:secus si sup̃ possessione ꝟm quosdã:quia super possessione p̃t cã coram quolibet iudice vẽtilari,ar. C.qui legitimã personam hñt stan.in iudi.l.vlt.& in prædicto c.ex parte.& notari consueuit hoc,extra de iudi.c. cęterũ. quidã tñ intelligũt hoc corã or-
6 dinario & nõ corã delegato.† Itẽ si Papa mãdat aliquibus iudicib⁹,q̃ Titiũ excõicatũ à suo ep̃o vel ab alio absoluãt:& de sufficiẽti cautione ab ipso Titio p̃stãda,q̃ pareat mãdatis ecclesię, nõ fecerit mentionẽ: tale rescriptũ nõ valet cũ affectu:vt extra
7 de sequestratione.ad hoc.in fi. † Rescriptũ impetratũ p̃ seruum non valet,ar.C.qui admitti ad bon. pos.ff.de bo.pos.l.seruus. & C.de precibus imp.off. l.j.& l.vniuersis.& hoc intellige si p̃ alio impetrauit: p̃ se tñ valet. Idẽ tñ dr̃ de monacho & de quolibet regulari:nisi p̃ monasterio suo impetrauerit,Abbate nihilominus imperãte,ar.extra de postulan.c.ex parte.& extra ne clerici
8 vel mo.in rubro & in nigro.& maxi.in c.j.& 2.† Itẽ rescriptũ sẽcũdò impetratũ nõ valet cũ effectu:nisi de primo faciat mẽtionẽ:vbi tñ apparet primũ:vt in auth.vt spõsali.largi.§.si qs.col.9. & eꝫ de rescriptis c.cęterũ.& c. sinaũt.& c. plerũq;.& eꝫ de off. dele.sanè.l.& c. ex literis & hoc intellige qñ ambo rescripta ad diuersos iudices dirigunt. Secus si ad eosdẽ, vt notat̃ in p̃dicto c.sanè.& eꝫ de rescr.c j.& eꝫ de app c.significauit.Si verò in posteriori rescripto fiat exp̃ssa mẽtio de prima:tũc ipso iure nõ valet primũ:vt in d.c.ex literis.& de hoc notauit Gaufridus in summa sua in eo. tit.§.tollit̃ rescrip.&c.& extra de re iudi.inter monasterium.

Source : BIU Cujas

9 nasterium. † Item rescriptum non valet, si in alicuius iniuriam vel præiudicium fuerit impetratum: vt C. vnde vi l. auctoritate. ff. ne quid in loco publi. l. 2. §. merito. & §. si quis à principe. & C. de emancipati. l. nec auus. C. de preci. Impera offer. l. quot & l. nec damnosa. & l. rescripta. ff. de administra. tut. l impuberi. 8. q. j. c. nunc. & hoc intellige si magna iniuria fuerit: nam parua toleratur: vt in p̄dicta. l. ff ne quid in loco publi. l. 2. § si quis à principe. ff. de serui. l. seruitutes. 4. §. publico. & de hoc consueuit notari in prædicta. l. nec auus. & extra de vsu pallij. c. ex tuorum. & extra de offici. deleg. c. super eo. & extra de offic. deleg. ordi. c. licèt. & extra de decimis. c. ex multiplici. & hoc intellige, nisi princeps illud rescriptum tanquam priuilegium ex certa sciētia aliter duxerit concedendum: vt dicitur in iuribus proximè allega
10 tis. † Item si rescriptum diuersis manibus scriptū fuerit: non valet: vt extra de crimi. fal. c. licèt. Item si falsa latinitas ibi fuerit: non valebit. vt extra de rescrip. c. ad audientiam: licet habet contraria. C. de leg. l. in legatis. & C. de testamentis. l. errore. ff. de manu. test. l. qui habebat. extra de fide instru. c. ex parte. Quibus cōtrariis potest responderi, q̄ aliud est in testamētis: & aliud in rescriptis: testamentum enim non vitiatur propter vitium scriptoris: vt dicitur in prædicta. l. cum suis similibus. rescrip. autem domini Papæ per plures manus facit transitum: & ideo nihil diminutum: nullumq; vitium in se continere debet: magnam. n. maturitatem requirit. vt extra de rescriptis. ca. cum adeo. & 35.
11 q. 9. Apostolicæ. vbi de hoc dicitur. † Item si rasa charta fuerit: & postea ibidem fuerit scriptum: vel scriptura super linearis ibi, facta fuerit; non valebit cum effectu. vt extra de crim. fal. c. licet. arg. extra de religi. do. cum venerabilis. & extra de fide instrum. inter dilectos. C. de testamentis. l. si vnus. & C. de edicto diui Adri. tol. l. vltima. Item si generale sit rescriptum, per speciale derogatur eidem: vt extra de rescript. cap. j. & cap. pastoralis. C.
12 famil. erciscun. l. quoties. † Item si Papa in rescripto non vocat Patriarchas; Archiepiscopos; & episcopos venerabiles fratres, & omnes alios cuiuscunque dignitatis, seu ordinis fuerint: non appellet dictos filios: tale rescriptum non valet: vt extra de crimi. fal. quam graui. Vt autem autem quælibet falsitas in rescriptis domini Papę valeat deprehendi. Id circa prædictam decre. licet. verbo ad verbum hic posui: prout iacet.

SVMMARIVM.

1 *Falsitas multiplex deprehendi potest in literis Papalibus.*
2 *Falsarius dicitur, qui literas non de manu Papæ vel sui bullatoris recipit.*
3 *Rescriptum non valet impetratum super re per sententiam terminata.*
4 *Rescriptum Papæ non valet pro clerico non consecrato impetratum pro consecrato.*
Literæ generales absolutionis non valent.
5 *Rescripta ab vna parte prolata sibi inuicem contradicentia non valent.*
Rescriptum est nullum, si impetrans conditionem, vel statum suum tacuerit.
6 *Rescripta aduersus priuilegia, vel priuilegiatos impetrata sunt inualida.*
Rescriptum ad quoscunque iudices nullo nominato est nullum.
7 *Monachus vel alius regularis non potest rescriptum impetrare super prioratus confirmatione.*
Rescriptum impetratum super re litigiosa non valet.
8 *Rescriptum non potest impetrari super re confirmata à Papa.*
9 *Excommunicatus non potest rescriptum impetrare.*
Rescriptum sine die & consule est nullum.
10 *Rescriptum est nullum, si ipsum impetrans eo non fuerit vsus intra annum.*
11 *Rescriptum est nullum, in quo decimæ laico confirmantur.*
Rescriptum super possessione impetratum non valet super proprietate.
12 *Rescriptum reprobatur absque clausula, si preces veritate nitantur.*
13 *Diocesis actoris & rei debet in scripto nominari.*
14 *Impetrans beneficium secundum debet mentionem de primo facere.*
15 *Beneficium impetrans quæ debeat exprimere in ipsa impetratione.*
16 *Episcopus existens extra suam diocesim non potest aliquam causam delegare.*
17 *Rescriptum non valet absque mandato speciali impetratum.*
18 *Impetrans mentionem facere debet de appellatione interposita.*
19 *Monachus non potest conueniri virtute literarum datarum contra aliquem laicum & clericum & quosdam alios.*
20 *Stilus curiæ attendi debet pro deprehendenda falsitate.*
21 *Causa possessionis & proprietatis est coram eodem tractanda iudice.*
22 *Rescriptum de quibus facere debeat mentionem ad sui validitatem.*

Textus est Decretalis.

Licèt ad regimen & infra. vt autem varietates falsitatis circa literas vestras deprehendere valeatis: eas vobis præ-
1 sentibus literis duximus exprimendas. † Prima species falsitatis est hæc: vt falsa bulla falsis literis apponatur. Secunda: vt filum de vera bulla extrahatur ex toto & per aliud filum immissum à falsis literis inseratur. Tertia, vt filum ab ea parte in qua charta plicatur inciſum cum vera bulla falsis literis immittatur sub eadem plicatura cum filo similis canapis restauratum. Quarta, q̄ à superiori parte bullæ altera pars fili sub plumbo rescindatur: & quod per idem filum literis falsis inserta reducatur in fra plūbum. Quinta, cum literis bullatis & redditis in eis aliquid per rasuram tenuem immittatur. Sexta, cum scriptura literarum quibus fuerat apposita vera bulla: cum aqua vel vino vniuersaliter abolita, seu deleta: eadem charta cum calce: & aliis iuxta consuetum artificium dealbata de nouo rescribatur. Septima est, cum chartæ cui fuerat apposita vna bulla totaliter abolitæ vel abrasæ: alia subtilissima charta eiusdem quantitatis scripta cum
2 tenacissimo glutino coniungitur. † Eos etiam à crimine falsitatis non reputamus immunes, qui contra constitutionem nostram scienter literas non de nostra vel bullatoris nostri manu recipiunt. Illos quoque qui accedentes ad bullam falsas literas caute proiiciunt: & de vera bulla cum aliis sigillentur. Sed hæ duæ species falsitatis non possunt facile comprehendi: nisi vel in modo dictaminis, vel in forma scripturæ, vel qualitate chartę falsitas cognoscatur. In cæteris autem diligens indagator falsitatem poterit intueri: vel in adiunctione filorum, vel in collatione bullæ: præsertim si bulla non sit ęqualis. Sed alicubi sit ma
3 gis tumida: & alibi magis depressa. † Item rescriptum super re per sententiam terminata impetratum non valet: nisi de illa sententia fecerit mentionem, vel nisi ab illa sententia infra decendium fuerit prouocatum: vt C. vt lite pend. vel post prouocationem. per totum, ar. extra vt lite pen. c. fi. & extra de re iudi. c. inter monasterium. C. de errore aduo. l. vlt. vbi dicitur Sentētiis finita negocia: rescriptis reuocare non oportet &c. & C. de transa. l. causas. & l. sub prætextu. & C. sententi āresein. non pos. l. fi. vbi dicitur. Impetrata rescripta non placet admitti: si decisæ semel iudiciali sint sententia: quoniam prouocatio nulla suspēdit, sed eos qui tale rescriptum meruerint etiam limine iudicio rum expelli. Impetrās etiam debet puniri in totius litis æstimationem: & præterea est infamis, vt in prædicto. c. C. vt lite pen. l. pen. & vltima. Ad hoc facit in auth. vt in medio litis sacras for-
4 mas. §. si verò cum causa. col. 8. † Item si rescriptum Papale pro clerico non consecrato fuerit consecrato impetratum non valet, licèt post datam tonsuretur, vt extra de transac. ex literis. Item si aliquis est excommunicatus super pluribus articulis, & ipse literas absolutionis impetrauerit generales, non valent, nisi expresse super quolibet articulo fecerint mētionem, vt extra de offic. ordi. ex parte. extra de senten. excommu. cum pro causa. & c. officii. in fi. Nam tot sunt necessariæ absolutiones, quot sunt excommunicationes, ar. ff. de no. operis nunc. l. de pupillo. §. si in pluribus. & 2. q. 3. §. præuaricator. in ver. si plurima crimi-
5 na. † Item si rescripta, siue instrumenta ab vna parte prolata sibi inuicem contradicant; non valent, vt ff. de fid. instr. l. scripturæ. Item si impetrans nomen suæ dignitatis vel religionis tacuerit; non valet rescriptum, vt extra de rescrip. c. ad aures. ar. l. di. ex pœnitentibus. ff. de act. empt. & ven. l. j. § j. extra de confir. vti. vel inuti. porrecta. in fi. Item si in rescripto non fiat mentio de processu uel serie negocii, si tamē processus aliquis fuerit factus coram aliquo iudice, nō ualet, ut extra de sen. & re iud. c. inter monasterium. ff de iudi. l. ubi. C. quomodo & qñ iu. in auth. qui semel. cum suis concor. in auth. in medio litis sacras formas non fieri. § si uerò dum causa. col. 8. extra ut lite pen. c. fi. & extra de
6 cohabi. cle. & mu. super eo. & extra de rescriptis. c. dilectus. † Itē si rescripta fuerint impetrata contra aliqua priuilegia, uel contra aliquos priuilegiatos non ualent, nisi de priuilegio & ordine ipsorum fecerint mentionem, ut extra de rescrip. cum ordinem. ar. extra de confir. uti. uel inuti. c. porrecta. in fi. & c. ad nostra. & extra de sent. & re iudi inter monasterium. Item si rescriptum fuerit impetratum ad quoscunq; iudices nullo nominato, uel omnibus causis nulla expressa, non ualet, ut extra de re-
7 scrip. ad hoc si unus. † Item si monachus uel alius regularis impetret super confirmatione prioratus; non ualet, ut extra de cō fir. uti. uel inut. c. porrecta. & c. ad nostam. Item si super re litigiosa fuerit impetratum, de hoc non fecerit mentionem, non ualet rescriptum, ut extra de confit. uti. uel inuti. c. j. & extra de dolo & contu. ex literis. extra ut lite pen. c. j. & extra de test. causam quæ. extra de priuil. dudum. arg. ff. de excusa. tu. l. tutor. & intelli-
8 ge litigiosam esse, quando de proprietate quæstio mouetur, secus si de possessione, ut C. de litigi. auth. litigiosa. ibi, ubi dicitur, de cuius dominio &c. & non dicit de possessione. † Item si sup re confirmata à Papa fuerit imperatum, & de cōfirmatione nō fecerit mentionem, non ualet, ut extra de confir. uti. uel inuti. c. j. & 2. extra de deci ex multiplici. Item dignior persona, qñ ea quæ nominata est in literis; non potest trahi ad iudicium per literas illas, ut extra de rescri. sedes. Item si aliquis uocetur super maiori negocio, qñ id de quo fit mentio in literis, non tenetur respondere, ut extra de rescrip. sedes. Item si maius negociū, uel maior p̄sona in literis inserat, ut possit impetras descendere ad minores, nō tenet quis rñdere, donec illud mai⁹ negociū & maior p̄sona primò fuerit in iudicio uentilatū, ut ex̄de rescr. sedes. & c. cū in multis iuris. qđ est capitulū Lugd. & ar. in insti. de iure
9 naturali. in fi. † Itē si rescriptū ab excōicato fuerit impetratū, nō ualet, ut extra de proba. post cessionē. & extra de procur. c. ulti. & extra de rescript. cap. dilectus filius Abbas. & extra de æta. &

Source : BIU Cujas

quali.& ordi.& præfici.c.cum bonæ memoriæ.Item ſi reſcriptū fuerit ſine die & conſule,& incarnatione;non valet: vt C.de diuerſis reſcri.l.ſi qua beneficia.ar.in auth.de exhibē.& intro.reis. §.ſanctiſſimus.ibi: ex die & ſubſcriptione libelli &c. col. 5. Sed argu.contra.ff.de pig l.cum taberna.§.idem quæſijt.aliàs ex lex.
10 † Item reſcriptum non valet:niſi impetrans infra annum fuerit vſus eo,ſi tamē copiam iudicis habere poterit: & hoc intellige, ſi aduerſarius aliud reſcriptū impetrauerit: aliàs valebit ad agēdum vſq; ad 10.annos, vel ad 30. Ad excipiēdum verò valebit ſemper.ff.de doli excep.l.pure.§. ſed quamuis eo vſus non fuerit infra annum.& de hoc dicitur,extra de reſcrip.c.plerunq; & c.ſi autem.& hoc de iure canonico: lex enim vtitur contradice re.C.de diuerſis reſcrip.l. 2. vbi dicitur. Falsò aſſeueratur auctoritatem reſcriptorum deuoluto ſpatio anni obtinere firmitatē ſuam non oportere:cum ea quæ ad ius reſcribuntur, perennia eſſe debeāt, ſi modo tempore intra quod allegari vel audiri debeant,non ſit comprehenſum:ſed poteſt reſponderi,ꝙ non eſt contrarium:lex enim illa intelligitur, ſi ab aduerſario aliud reſcriptum non fuerit impetratum. Sed quidam dicūt, iſtum annum currere à tempore primi reſcripti. Alii dicunt à tempore ſecundi,& de hoc plene dixit Gofredus in ſumma ſua.eo.titu.§.
11 durat.† Item reſcriptum,in quo decimæ alicui laico confirmātur:non valet,arg.extra de præſcrip.cauſam quæ.& 16. q.3. in 2. præſcriptionum.ver.pōt. Item ſi reſcriptum impetratum fuerit ſuper poſſeſſione tm̄,ſuper proprietate nō valebit,vt notari cōſueuit.extra de ſequeſtra.c.j.& extra de iudi.c ſignificauerūt.vbi pro,& ꝙtra multa notantur,& hoc intelligitur,qñ actor & reus non ſunt eiuſdem fori:ſed diuerſi,vt ibi no.ad hoc facit.l. ff.de acqui.poſ.naturaliter.vbi dr̄,ꝙ nil habet cōe proprietas cū poſſeſſione,non obſtante.l.C.de iud.l.nulli.ar. C. ſi à non compet.
12 iu.l.j.& l.de proprietate.† Item reſcriptum non valet: niſi ibidē illa clauſula contineatur,ſi preces veritate nitantur.C.de diuer. reſcrip.l.vlt.extra de reſcrip.ex parte.j.quod quidam intelligunt idem eſſe cum illa clauſula:ſi eſt ita 25.q.2 reſcripta. Item reſcriptum, qđ præcipit aliquid fieri abſente altera parte,nō per contumaciam non valet,ar.C.vnde vi.l. meminerint. C. ſi per vim vel alio modo ab.poſ.tur.ſit.l.vlt.ar.extra de maio.& obe.inter
13 quatuor.vbi de hoc † Item reſcriptum non valet: niſi dioceſis, de qua reus exiſtit,& actor ibidem fuerit nominata, ar. extra de reſcrip.c.ſignificante. Item ſi Papa ſcribat, vt Titius in eccleſia Cantuarien recipiatur in canonicum.& primò mandauerit, ꝙ ibidem Mꝙius ſimiliter ſit receptus:nō valet, niſi de receptione Mꝙii in ſecundis literis Titii facta fuerit mētio. vt extra de reſcrip.mandatum.& c.literis.& c. Abbatem. & hoc verum eſt, ſi idem Papa hoc mandaſſet:ſecus ſi alius à Papa.vt in d. c. literis.
14 † Item ſi aliquis habens beneficium quamuis modicum de ipſo modico non faciat mentionem: non valebit. vt extra de reſcrip.eo.ſi proponēte.vnde notare debes, ꝙ ſemper debet de ipſo beneficio facere mentionē,& multæ aliæ conditiones ſubintelliguntur,ſine quibus literæ non valebūt.ſi eſt clericus: vt
15 extra de trāſac.ex literis. † Item ſi vult in eccleſia reſidere:vt extra de cle.non reſi.relatum. Item ſi habeat aliud beneficium:vt extra reſcrip cum adeo Item ſi eſt dignus: vt in d. c cum adeo. & extra de elec.cauſam quę.Item ſi eccleſia tot ſufficere poteſt: vt extra de inſt.c j.& c.auctoritate.& extra de vi & hone.cle qm̄. & extra de conſti.c.cum M.Ferra.Item ſi habeat perpetuam victoriam,quæ ſibi ſufficiat:vt extra de reſcrip. poſtulaſti. Item ſi de terra illa fuerit oriundus:vt 71. diſt. hortamur. & per totā diſtinctionem illam & ſequentem.& C.de epiſc.& cle.l.in eccleſiis.& extra de cleri.peregrinan.te nobis. Item ſi ad mandatum dñi Papæ alius non recepit:vt extra de reſcrip.c. mandatum.& duobus.c ſequentibus.Item ſi quam aliam iuſtam habeat excuſationem:vt extra de reſcrip.ſi qñ vnde verſus.Clericus,indige-
1 tius † & Meuius de tali quæstione, quæ vertitur inter ipsos, vel verti sperabatur, & de omnibus aliis pro se & suis hæredib. cōpromittunt, & consentiūt in Sempronium tanꝙ arbitrum cōpromissarium: & arbitratorem, siue in bonum virum, vel amicabilem compositorem volentem, & in se arbitrium suscipientem, ita vt possit pronunciare, examinare, cognoscere, & terminare, & interlocutoriam, & diffinitiuam dare, & ordinare iuris ordine obseruato, uel penitus prætermisso, vel extraordinarie, prout sibi melius visum fuerit, diebus feriatis & non feriatis, sedendo, stando, omni hora, in omni loco, vtroq; præsente, uel altero absente, & ꝙ arbitrari possit semel, & pluries, & suā sententiam interpretari, & corrigere, si opus fuerit, & contumaciā litigatoris punire, & citare partes ad quemcunq; locum voluerit: vel ad loca, & vt possit pnunciare in scriptis & sine scriptis, promittentes prędicti Titius & Meuius per stipulationem per se & suos hæredes sub pœna centum marcharum, ꝙ eius laudi arbitrio, pronunciationi, siue dicto obtemperabunt: & in nullo contrauenient de iure, vel de facto, verbo, vel opere, per se, vel per interpositam personam, & ꝙ nullum dolum committent, & ꝙ contra compromissum nullum impetrabunt rescriptum, & nullum priuilegium allegabūt, nullam exceptionem opponent: & nullo vtentur beneficio alicuius legis, quæ vitiet, vel vitiare possit compromissum, seu ex persona arbitri, seu ex personis compromittentium, seu ex rebus, de quibus compromissum est, renūciantes expresse beneficio omnium prædictorum, beneficiis, & priuilegiis, & cōstitutionibus, & legibus sibi competētibus specialiter enumeratis, & de omnibus prędictis specialiter enumeratis, certificatis, & hæc omnia & singula ꝓmiserunt iuramento corporaliter præstito adinuicem promittendo per stipulationem attendere & complere, & obseruare pro se, & suis hæredibus & successoribus, & non contrauenire sub pœna prædicta, & obligatione suorum bonorum p̄sentium & futurorum, constituentes se adinuicem vnus pro alio bona possidere, ita ꝙ liceat ei, qui seruauerit cōpromissum, sua auctoritate ingredi bona illius qui fecit contra cōpromissum in totum, vel in partem, & pœna soluta, vel non soluta, prædicta oīa & singula & dictum compromissum in sua maneat firmitate. Hoc acto ꝙ dicta pœna semel & pluries, & quoties hæc p̄dicta, vel aliquod horum in omnibus & singulis capitulis insolidum committatur, & commissa exigatur. Ego quidē talis notarius publicus his omnibus interfui: & vt supra legitur voluntate dictarum partium hoc scripsi publicum instrumētum. testes &c. Acta sunt hæc in tali loco, die & anno tali.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus legitimam standi in iudicio personam non habet.*
2 *Reus excommunicatus reconuenire non potest.*
3 *Actor non auditur, qui plures actiones personales contra aliquem coram diuersis iudicibus vult terminare.*
4 *Reus contra actorem in modum reconuentionis agere potest coram iudice actoris.*
5 *Filiafamilias viuo patre ad dotem profectitiam absque patris assensu non potest agere.*
6 *Monachus absque prælati sui licentia, nec conuenire, nec conueniri potest. Monachus tacens & solitarius sit & suo claustro contentus.*
7 *Abbas nec conuenire potest, nec conueniri sine literis sui capituli.*
8 *Prælatus quando agere possit sine consensu capituli.*
9 *Prælatus conuentus non auditur sine capituli consensu nisi cum cautione de iudicato soluendo.*
10 *Monachus abbatem suum sine venia in ius trahere non potest. Filiusfamilias absque patris licentia agere non potest.*
11 *Filiusfamilias solam iniuriarum actionem suo nomine potest habere.*
12 *Debito triginta annis non petito præscribi potest. Spoliatus spolianti respondere non tenetur, nisi restitutus.*
13 *Citatus non tenetur comparere in loco inhonesto, vel non tuto. Clericus coram seculari iudice non tenetur respondere.*
14 *Scholaris coram quo respondere velit optionem habet.*
15 *Clericus ad forum seculare non potest clericum trahere. Clericus non potest foro suo renunciare.*
16 *Actor non auditur coram vno iudice super possessione & coram alio super proprietate.*
17 *Actori vigintiquinque annis minori non tenetur quis respondere.*
18 *Minor in quibus casibus agere possit sine tutoris auctoritate.*
19 *Seruus nec conuenire potest, nec conueniri.*
20 *Infamis accusare non potest.*
21 *Filius non auditur contra parentes vel contra eos, in quorum est potestate.*
22 *Libertus contra patronum sine venia agere non potest.*
23 *Reus non tenetur respondere, donec actor fideiussores dederit de lite prosequenda.*
24 *Consors eiusdem litis pro consorte non auditur sine mandato. Actor fundum petens non auditur nisi fundo ad oculum demonstrato.*
25 *Reus attendere debet qua actione conueniatur.*
26 *Procuratorem ad totam constituens causam non potest in eadē postea agere. Actor non veniens ad diem assignatam condemnatur reo comparenti in expensis.*
27 *Mulier agere volens nomine alieno non auditur. Mulier & pupillus actionem popularem intentare non possunt.*
28 *Reus non tenetur actori respondere, nisi prius monitus, vel denunciatus.*

Contra actorem. Articu. vj.

Sequitur videre ?tra actorem: & primò videas, an possit sibi obijcere excōmu-
1 nicationem. † Nam si actor excōicatus fuerit, non habet personam standi in iudicio. Idcirco non debet quis ei, nisi voluerit, respondere: vt sup. de offi deleg. c prudentiam. in §. sexta. extra de prob. c. post cessionem. & extra. de excep. c. dilecti. & c. cum inter. & c. exceptionem. & c. pia consideratione. quod est capitulum nouum. & extra de iudi. c. intelleximus. & c. exhibita. & extra de sent excom. c si is. & c. per tuas. cum suis similibus infi
2 nitis. † Et idem dicendum est de reo excommunicato: nam reconuenire non potest, vt extra de excep. cum inter. in fi & exceptio excommunicationis tam contra iudicem quàm cōtra actorem, & quàm ꝯ eum poterit opponi qficunq; ante litem
3 & post, vt in d. c. exceptionem. † Item actor audiri non debet, si plures actiones personales habeat ꝯ aliquem: & eas coram diuersis iudicibus voluerit terminare, vt extra de rescrip. c. ex tenore. & c. vlt. & c. dispendia. vbi dicitur. Statuimus vt si qs cōtra alium plures personales mouere voluerit actiones, non ad diuersos iudices, sed vnicos tantum super omnibus causis literas studeat impetrare. Qui verò contrarium fecerit: omni cōmodo careat literarum, nec processus valeat habitus per easdem: aliàs reo si eum per ipsas fatigauerit, in expensis legitimis condemnandus, ar. C. de iudi. l. nulli † Item si reus contra actorem
4 agere voluerit: oportebit ipsum sub actoris iudice litigare in modum reconuentionis Actorem enim ad alium iudicem trahere non poterit: nisi eum tanꝙ suspectum poterit recusare, vt extra de rescrip. c. dispendia. circa fi. vbi dicitur. Reum quoque si eodem durante iudicio actorem sibi obnoxium dixerit, reconuentionis beneficio vel conuentionis si literas cōtra eum impetrare maluerit, de iure suo apud eosdem iudices oporteat experiri: nisi eos vt suspectos poterit recusare, arg C. de sentēn. & interlocut. in auth. & consequenter. vbi dicitur. Et ꝑ hoc ego conuentus ab aliquo si vicissim velim eum pulsare: statim quidem hoc nō licet, nisi apud eosdem iudices, uel apud eundem
5 iudicem quod si displiceat. infra 20 dies recusari potest. † Item si filiafamilias viuente patre agat ad dotem profectitiam recuperandam, audienda non est sine consensu patris. Nec ecōuerso, si pater agat sine consensu filię, secus tamen est in aduentitia, vt ff. solu. matr. l. 2. & 3. cum suis similibus. & C. de coll. auth. qd locum, vbi de hoc. Nec etiam ꝑstante matrimonio filia eadēq; vxor potest petere dotem, vel res dotales ab aliquo possidētē: vt C. de coll. l. dotis & C. de rei vend. l. dote. & C. de dotis promis. l. si pro te. nisi in casibus. C. de iure dot. l. vbi. & ff. sol matr. l. si constante. & hoc verum est ſm illos qui dicunt maritū esse dominum rei dotalis, secus secundum alios, vt in dictis ll. nota
6 tur. † Item monachus simplex sine licētia sui abbatis aliquem conuenire: vel ab aliquo conueniri non potest, ut extra de iud. c. causam quę. extra de postul. c. 2. arg. C. de episco. & cler. l. oēs. §. nihilominus. 2. q. 7. c. placuit. vbi dicitur ꝙ monachus nō dēt exire claustrum suum, sed tanꝙ mortuus ibi esse. & 6. q. 2. placuit. 2. vbi dicitur, placuit communi nostro concilio, vt nullus monachorum pro lucro terreno de monasterio exire nephandissimo ausu præsumat, neq; penitētiam dare: neque filium de baptismo suscipere, neque baptizare, neq; infirmum visitare, neque mortuum sepelire, neque ad ecclesiam secularē trālire: neq; qualibuscunq; negotiis sese implicare. Sit claustro suo cōtentus: quia sicut pisces sine aqua caret vita, ita sine monasterio monachus. Sedeat itaq; solitarius & taceat: quia mundo mortuus est: Deo autem viuit. Agnoscat nomen suum. Monos eſt grece, latine vnus dicitur. Achos grece, latine tristis. vnde dicitur monachus: ideſt vnus tristis. Sedeat igitur tristis & officio suo vacet. ad idem extra de accusa. c. ex parte. 16. q. j. Monachi a
7 monasterio. † Idem dicitur de abbate qui sine literis capituli admitti non debet, nisi bona discreta, ideſt diuisa fuerint. extra de rescrip. c. edoceri. extra de transac. c. contingit. & extra de relig. domi. c. cum dilecti. arg extra de procura. c. j. ff. de iur. delib. l. ait prætor. & in p̄dicto. c. causam quę. 12. q. 2. sine exceptione,

extra

Source : BIU Cujas

extra de dona. c. paſtoralis. & extra de his quæ fiunt a præla. ſine conſen. capituli. per totum. Tamen plura ſunt contraria. ff. qđ cuiuſq; vniuer. l. fi. vbi dicitur, vtilis actio miniſtratori ciuitatis debetur. ff. de cõd. & demonſtra. l. municipes. C. de iura. calum. l. 2. §. hoc etiam. in fi. & 12. q. 2. non liceat. extra de rebus eccle.
8 non ali. c. ſi quis presbyterorum. † Ad hoc dicunt quidam, ꝙ prælatus cõuenire & conueniri poteſt ſine conſenſu capituli per iura prælegata. Primum tamen verius reputant quidam doctores. ſ. ꝙ prælatus ſine conſenſu capituli, & capitulum ſine conſenſu prælati agere non poteſt per iura priora. Illud tamen concedunt. ꝙ ſi prælatus, vel collegium, vel capitulũ agat ſine conſenſu alterutrius, & vellet cauere de rato, debet audiri, cum
9 ſit adminiſtrator, & teneatur negotia eccleſiæ procurare. † Si verò conueniatur, non debet audiri ſine cõſenſu capituli, niſi caueat de iudicato ſoluendo: cum quilibet alter poſſit ſe offerre defenſioni, ſi vellet cauere de iudicato ſoluendo, & de iſta materia conſueuit notari, extra de procu. c. 2. & extra de appel. c. ſignificauit. in glo. adhuc poterat &c. & extra de reſcri. in prędict. c. edoceri. verũtamen ſi monachus abſens fuerit cauſa ſtudij vel alia iuſta de cauſa, de licentia ſui abbatis agere poterit & reſpondere, conuenire, & conueniri: vt notatur extra de accu. c. ex parte. & ff. de iudi. l. ſi longius. in fi. in vlt. glo. arg. ff. de pecu. l. libera. Si verò circa clauſtrum exiſtens percuſſus fuerit: ipſe monachus non aget ſed monaſterium vel ſyndicus illius mo-
10 naſterij, nec remittere poterit iniuriam ſibi factam: vt no. extra de ſenten. excom. in c. parochianos. † Item monachus abbatẽ ſuum in ius trahere non poteſt: niſi venia a principe impetrata, arg. ff. de in ius voc. l. generaliter. & C. eo. tit. l. j. 2. & 3. Itẽ filiuſfa. ſine licentia patris agere non poteſt, arg. C. ad maced. l. fin. C. de bonis quæ libe. l. cum oportet. & l. cum non ſolùm. vbi dẽ hoc in glo. & hoc nouum ius &c. & in gl. ſeq. arg. extra de procu. c. j. C. de annali exce. l. j. in fi. 16. q. 3. ſi ſacerdos. & hoc verum eſt, niſi in caſibus: puta in caſtrenſi peculio & quaſi caſtrenſi, vel in cã iniuriarum abſente patre vel idoneo procuratore: & in aliis ca ſibus in quibus patri non acquiritur vſusfructus. qui notantur. C. de bo. quæ lib. cum oportet. § j. in fi. § ff. de procu. l. filiusfa. ff.
11 de iud. l. ſi longius. ff. de actio. & ob. in l filiusfa. vbi dr̃. † filiusfa. ſuo nomine nullam actionẽ habet niſi iniuriarum, & ff. quod vi aut clam. Item depoſiti & commodati Iul. putat. ff. depoſiti. l. Iul. & Marcellus. & hoc plene notatur in inſtit. de patria pote ſta. in glo. quæ incipit, quod conſiſtit &c. tñ filiusfa. procurator eſſe poteſt. ff. de procur. l. filiusfa. & l. ſeruum. & extra de procu. c. non iniuſte. vbi dicitur. Nõ iniuſte iudex proceſſit, qui filiũfa. in procuratorem admiſit &c. Sed quæritur, admittitur ꝑ alio: pro ſe autem agere non poteſt, vt ſupradictum eſt. Super hoc
12 videas. ff. de bon. quæ lib. l. cum oportet in gl. capitis &c. † Item ſi aliquis petat debitum, vel aliquod aliud perſonale, & ſteterit per 30. ann qđ non petierit: ei poteſt obijci præſcriptio tricẽnalis, vt C. de conſti. pec. l. 1. & C. de anna. exce. l. j. §. ad hoc. niſi bona debitoris fuerit hypothecata: ubi cñ neceſſarij ſunt 40. anni: vt C. de anna. excep. l j. §. prædicto. Item ſi ab aduerſario fuero ſpoliatus: ſibi non teneor reſpondere, quouſque fuero reſtitutus: vt 2. q. 2. per totum. extra de ordi. cog. ſuper ſpoliatione. & c. cum dilectus. & extra de reſti. ſpoli capit. j. & 3. q. 2. per totum.
13 † Item ſi inhoneſtus. vel non ſecurus locus mihi fuerit aſſignatus, non teneor aduerſario reſpondere, nec etiam comparere: vt ff. de arb. l. ſi cum dies. § ſi arbiter. extra vt lit. non conteſt. accedens. 1. & extra de appella. ex parte 3. q. 9 hortamur. ff. de iud. l. ſi longius. Item clericus nõ tenetur coram ſeculari iudice reſpondere: vt C. ne fil. pro pa. in auth. Fride. quæ incipit: habi. vbi
14 dicitur. † Si litem ſcholari ſuper aliquo negotio quiſpiam mouere voluerit: huiuſmodi rei optione data ſcholaribus, eos coram. ſ. legum domino aut magiſtro ſuo: vel ipſius ciuitatis epõ quibus hanc iuriſdictionem dedimus conueniat, qui verò ad alium iudicem eos trahere voluerit, ſeu tẽtauerit, a cauſa, etiam ſi fuerit iuſtiſſima pro tali conamine cadat. & C. de epiſ. & cler. auth. ſtatuimus, quæ eſt ſimiliter Frid. vbi dicitur. Statuimus vt nullam eccleſiaſticam perſonam in criminali quæſtione vel ciuili trahere ad iudicium ſeculare quis præſumat contra imperiales conſtitutiones & canonicas ſanctiones, quod ſi fecerit, actor a iure ſuo cadat, iudicatum non teneat, & iudex ſit extũc iudicãdi poteſtate priuatus. Statuimus etiam, vt ſi quis clericis aut perſonis eccleſiaſticis iuſtitiã negare præſumpſerit, tertiò requiſitus ſuam iuriſdictionem amittat: & de hoc notatur in
15 auth. vt clerici apud proprios epiſcopos. §. j. col. 6. † Item dicitur alibi, ꝙ clericus clericum trahere non poteſt ad iudicium ſeculare: vt extra de foro comp. in c. ſi diligenti. Sed an clericus poſſit renũtiare foro ſuo, & coram ſeculari iudice litigare: dicitur ꝙ non, etiam de conſenſu epiſcopi ſui, nec etiam poteſt cõſentire in iudicem eccleſiaſticum nõ ſuum ſine conſenſu epi ſui, & de hoc no. extra. de for. comp. c. ſi diligẽti. & 3. q 6. nõ liceat. & extra de offi. deleg. c P. & G. in glo. Nota ergo &c. & de hoc
16 dixi in breuiario lucratiuo. † Item actor audiri non debet, ſi coram vno iudice ſuper poſſeſſione & coram alio ſuper proprietate litigare velit, ut extra de cauſa poſ. & proprie. c. j. & C. de iud. l. nulli. extra de ſequeſtr. poſ. c. j. & de hoc no. extra de iud. c. fi. Item in cauſa criminali non teneor in quadrageſima rñde
17 re, ut C. de fer. l. quadraginta. hoc tñ hodie non ſeruatur. † Item ſi actor ſit minor 25 annis, ſibi non teneor reſpõdere: vt ff. de procur. l. ſi minor. C. qui legitimam perſonam. l. j. arg. C. de ꝑc. l. exigendi. ff. de admin. tuto. l. his. & hæc vera ſunt, ſi ſit in iudicio ſine auctoritate tutoris: vt C. de auctoritate præſtanda. l. clarum. ff. de adminiſtrat. tut. l. j. §. ſufficit. Nam tutor ſemper debet eſſe præſens: ſi minor vult agere, vt C. qui legitimam perſo. habe. ſtan. in iud. l. 1. ff. de auctori. tut. l. obligari. & in inſti. eo. quaſi per totum. & hoc verum eſt, ꝙ minor non poteſt agere ſine tu-
18 tore: ſiue tutoris auctoritate, niſi in caſibus. † Primus eſt in voto: vt 20. q. 2. c. j. & 2. Secundus eſt, cum agit de thoro violato: vt ff. de adulterijs. l. ſi maritus. 2. §. lex Iulia. Tertius eſt, cum mortẽ patris exequitur: vel cum agit de teſtamento patris: vt 15. q. 3. de crimine, vbi de hoc habetur. Quartus eſt, cum agit de recuperanda poſſeſſione, vt C. qui legiti. perſo. habe. ſtan. in iud. l. fi. Quintus caſus eſt, cum impetrauit veniã ętatis, vt C. de his qui veni. ęta. impe. l. 2. Sextus eſt, cum agit de libero homine exhibendo, ut ff. de libe. homi. exhiben. l. 3. in §. pen. Septimus eſt, cũ agit negotia alterius, vt ff. de mino. l. cum mãdato. Octauus eſt in cauſa matrimoniali, ut extra de reſtit. ſpolia. c. ex parte. ubi de hoc, & in quibuſdam aliis caſibus, qui notantur 2. q. 7. quæriť.
19 † Item ſi ſit ſeruus: non poteſt conuenire vel conueniri, vt C. de iudi. l. ſeruus. & l. cum debitoris. & C. de teſti. l. ſeruos. & C. de rei vendi l. non ſeruum. arg. ff. ſi quis cautio. l. quoties. ff. de procur. l. ſeruum quoq;. & l. quoties. ff. ad l. Cornel. de falci. l. nullo. cum ſuis ſimilibus: tamẽ in 11. caſibus ſeruus in iudicio eſſe poteſt: vt ff. de iud. l. vix. ibi ſunt 8. caſus, in quibus ſeruus poteſt agere ꝯ dominum, alij tres caſus ſunt ff. de tribu. l. mulier. §. nõ eſt. & ff. de alimen. lega. l. ſeruos. & ff. ad l. Iul. maieſta. l. famoſi. & in iſtis tribus caſibus poteſt agere ſimiliter ꝯ dominum, ut ibi dr̃. Sunt & alii tres caſus, in quibus ſeruus poteſt agere ꝯ extraneũ. C. ubi cau. fiſca. agitur. l. ulti. & C. ſi per uim, uel alio modo. l. j. & C. qui pro prẽmio libertatem acceperunt. l. fin. & facit ad hoc, extra de reſcrip. cap. ſciſcitatus. & C. qui legiti. perſo. l. vlt. immo ſeruus pro nullo habetur, ut ff. de regu. iur. l. quod attinet. ff. de
20 iure delibe. l. j. † Item ſi ſit infamis: puta periurus, uel aliàs infamis accuſare non poteſt, ut 3. q. 5. ſtatuimus. arg. extra de teſti. licet ex quadã. & extra de exceſ. præla. inter dilectos. C. de dignitatibus in l. neq;. vel 12. C. de infamibus. l. 4. uel 10. C. qui accuſare non poſ. l. criminis. & C. de tranſac. l. maior. quæ iura ꝯ. 6. q j. infames. & c. quicũq;. ff. de accuſ. l. qui accuſare. extra de excep. l dilecta fi. ubi de hoc. Item vi contra. 3. q. 11. neganda. ff. de infamibus. l. Lucius. ubi de hoc. Item iura contra. 3. q. 11. neganda. ff. de infamibus. l. Lucius. ubi de hoc. & hoc uerum eſt, niſi in caſibus, ut in crimine lęſę maieſtatis. ff. ad l. Iul. maieſta. l. famoſi. & niſi ſuam: uel ſuorum iniuriam proſequatur: ut ff. de accuſ.
21 l. hi tamen. & niſi in crimine ſimonię, ut extra eo. tanta. † Item filius contra parentes, uel cõtra eos ſub quorum poteſtate eſt: audiri nõ debet, ut C. de in ius uoc. l. fi. ff. eo. l. generaliter. C. qui accu. non poſ. l. ſi magnum. & in inſti. de pęna temere litig. in fi. ff. de iudi. l. lis nulla. C. de patria pote. l. congruentius. arg. C. de tranſac. l. fin. & in inſtit. de patria pote. §. j. ubi de hoc no. & hoc intellige, niſi in caſibus, puta in caſtrenſi peculio, uel quaſi, ut ff. de iud. l. lis nulla. ubi de hoc. ff. de iniu. l. prętor. §. ſed ſi in flag. & in inſti. de obl. quę ex delic. naſ. §. hi qui. & idem dicitur de filijs emancipatis: niſi uenia impetrata, in inſtit. de pęna temere
22 litig. §. fi. † Item libertus cõtra patronum agere non poteſt: niſi uenia primò impetrata, ut ff. de excu. tut. l. nequaq̃. in fi. C. de in ius uoc. l. j. & 2. extra de ſeruis non ordi. de famulis. C. de libertis & eorum lib. l. pen. & C. de teſti. l. aduerſus. in fi. & in inſtit. de pę na temere liti. in fi. Idem dico contra uxorem patroni, ut ibi dicitur. In caſu tamen bene datur liberto contra patronũ actio, ut in actione iniuriarum. ff. de iniur. l. prætor. §. præterea. ubi de
23 hoc. & l. non ſolum. § q̃q̃. † Item non prius debet actori rñderi, quouſque fideiuſſores dederit: aut iurauerit, ꝙ uſque ad finem litis permanebit, & ꝙ per ſe, uel per procuratores litem exercebit, & ſi cõuictus uiſus fuerit iniuſte mouiſſe litem: expenſas reſtituet, ut C. de epiſ. & cler. auth. generaliter. & C. de dilatio. aut. quod fieri, & auth. libellum. hoc tamen locũ non habet in muliere, quæ ſatiſdare non debet iudicio ſiſti, ut ff. qui ſatiſda. cog. l. de die. §. j. tamen doctores noſtri dicunt, ꝙ hodie locum non habent huiuſmodi cautiones, quia in deſuetudinem abierunt, & hoc notari conſueuit in inſti. de ſatiſda. §. ſed hoc hodie. & C. de bon. auctо. iud. poſ. aut. ei qui. & extra de dolo & contu. c. actor. quod eſt capitulum Lugdun. & hoc idem dicit magiſter Tancr in libello ſuo in trac. de libelli oblatione. † Item ſi
24 conſors eiuſdem litis uoluerit agere pro conſorte ſine mandato, audiri non debet etiam præſtita cautione, niſi poſt litẽ conteſtatam, ut C. de conſor. eiuſdem lit. l. 2. ubi dicitur, commune negotium poſt litem legitime ordinatã &c. & de hoc dicitur, extra de conſtitu. c. cum M. Item qui petit fundum, non debet ei reſponderi: niſi primò oſtendat eum oculo ad oculum, digito ad digitum, extra de libe. obla. c. 2. & hoc uerum eſt ſecũdũ quoſdam.

Source : BIU Cujas

quoſdam. Alij dicunt contrarium, & allegant pro ſe, extra de teſti. licèt ex quadam. & ff. de cenſi. l. formam. ff. ſi cer. pet. l. certum. ff. de cond. & demonſt. l. nominatim. vbi dicitur. Nō refert an proprio nomine: an demonſtratione, an circumlocutione rei, quæ petitur oſtendatur. ad idem facit. l. ff. de dote prę leg. l. j. in fi. attamen conſuetudo ſe habet in dioceſ. Caturcen. & dioc.
25 Tholoſana, ꝙ fiat oſtenſio ſi petatur. † Item videas quā actionem actor intentat contra te: vtrum ſit temporalis vel ꝑpetua. Nam ſi ſit temporalis & ſit tranſactum tempus, infra quod debuiſſet egiſſe: amodo ꝫ te agere non poterit cum effectu, vt puta ſi ſit actio iniuriarum, quæ eſt annalis, vt C. de iniur. l. ſi non conuitij. cum ſuis ſimilibus, vel interdictum vnde vi qđ habet proponi infra annum, de his quæ nō peruenerunt ad violentū. C. vnde vi. l. 2. ff. de vi & vi ar. l. j. in prin. §. annus. vel ſi ſit redhibitoria, vel quanto minoris, quæ habent ꝓponi generaliter infra ſex menſes, ſcilicet redhibitoria, & infra annum. ſ quanto minoris. C. de ędil. edi. l. cum proponas. ff. eo. titu. l. ſciendum. in fi. & l. cum ſex. & de iſtis actionibus quæ tollūtur tempore tractatur. C. de iur. l. properandum. in gl. quædam tamen & c. & de his
26 dicam inf. in tit. contra præſcriptiones † Item qui conſtituit ꝓcuratorem ad totam cauſam, poſtea ipſe agere nō poteſt in illa cauſa, nec poteſt illum procuratorem reuocare, niſi ex iuſta cā, vel cum res eſt integra. C. de procu. l. procuratorib. & C. mand. l. ſi pater. & ff. de procu. l. ante litem. & l. ſeq. Item ſi actor ad diē ſibi aſſignatam nō comparuerit, & reus compareat, actor reo venienti in expēſis propter hoc factis condemnari debet, nec poſtea audiri debet ipſe actor niſi ſufficienter cauerit, ꝙ in toto iudicio, vel in tota cauſa compareat, extra de dolo & contu.
27 actor. quod eſt c. Lugdun. † Idem ſi mulier nomine filij uel alterius agere velit, non debet audiri, niſi ſit tutrix: vt ff. de neg. geſt. l. qui aliena. §. q̃q̃ q̃q̃ C. de procu. l. alienā. ff. de regu. iur. l. fęminę. & hoc verum eſt, niſi in caſibus qui notantur. ff. de procur. l. fęminę. & in prædictis iuribus. Item mulier, vel pupillus in populari actione audiendi non ſunt, ipſam enim intētare non poſſunt, vt ff. de popula. act l. mulieri & hoc verum eſt, niſi inquantum ad eos pertinet intentare, ut ibi dicitur. & facit ad hoc. ff. eo. tit. l. popularis. in fi. quæ actio poſt annum nō poteſt ab aliquo intentari, vt ſupra dictum eſt, vt inf. eo. c. l. fi. Item laicus nō poteſt clericum accuſare, vt extra de accuſ. cap. cum pri. niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, vt 4. q. 5. omnibus. 2. q. 7. c. j & 2. & 3. extra de teſti. c. decętero. vbi de hoc cū ſuis ſimilibus, hoc verum eſt niſi in caſibus, vtputa in ſimonia, & in crimine lęſę maieſtatis & hæreſeos. extra de ſimo. tanta eſt 2. q. 7 ſacerdotes. & ca. oues. 15. q. 3. ſane. C. de epiſco. & cleri. l. ſi q̃q̃ & hoc plenè
28 traditur in dicta decretali, cum P. in gloſ. † Item potes dicere aduerſario tuo, ꝙ ſibi non teneris reſpōdere, eo ꝙ primò te nō monuerit, uel tibi non denuntiauerit, arg. C. de pigno. l. debitores. ff. de ſeruit. vrb. prędio. in l. quidam Hiberus. in auth. ut cum de app. cog. §. pen. ff. de appella. l ſi duo. §. 2. in inſti. de act. §. appellamus. extra de iud. nouit 2. q. 7. ſi quis erga epiſcopum uel actores quamlibet querelam iuſtam ſe habere crediderit, non prius primates, aut alios adeat iudices quàm ipſum, a quibus ſe lęſum exiſtimat, familiariter conueniat, non ſemel ſed ſępiſſime, vt ab eis aut ſuam iuſtitiam accipiat aut excuſationem. Si autem ſecus egerit: ab ipſis & ab aliis communione priuetur tanq̃ apoſtolorum patrumq́; aliorum contemptor, intelligę tñ illud, quod prædictum eſt, plus dicitur ex curialitate, quàm ex neceſſitate, ut in dictis iuribus notari conſueuit.

SVMMARIVM.

1 *Electio caſſatur, ſi electus aſſenſum præſtiterit, antequam eligeretur.*
2 *Electio facta per laicos cum canonicis caſſari poteſt.*
3 *Electio quando non valet. & nu. ſeq.*
6 *Electio facta poſt tempus a canone indultum eſt nulla.*
7 *Minor triginta annis non poteſt eligi in prælatum.*
8 *Electio ſecunda non valet prima non caſſata.*
9 *Electio ſimoniaca eſt ipſo iure nulla.*
10 *Electio patientis defectum in ordinibus eſt nulla.*
11 *Electioni volentes intereſſe debent cauſam exprimere.*
Electio fieri debet in eccleſia cathedrali.
12 *Electio caſſatur, ſi indignus eligatur.*
13 *Electio conditionalis non valet.*
14 *Electio perſonæ incertę eſt inualida.*
15 *Electio contra electionum formas facta eſt ipſo iure nulla.*

Contra electiones prælatorum. Arti. vij.

Superius dictum eſt contra actorem, ſed qa plerunq; contingit, ꝙ aliquis electus uitioſe inſtanter petit, ꝙ eius electio confirmetur, uel ꝙ in epiſcopum conſecretur. Secun-
1 dò contra electiones huiuſmodi uerto manum. † Et primò dicendum eſt, ꝙ ſi electus præſtet aſſenſum ſuę electioni, anteq̃ eligatur: eius electio poterit caſſari, ut extra de elect. c. cū poſt
2 petitam. † Item ſi electio fiat per laicos cum canonicis, ſimili-
3 ter caſſari poteſt, ut extra de elec. c. maſſana. † Item ſi fiat electio, & fiat ad clamorem populi, ſimiliter non ualebit, ut extra de elec. c. 2. Item ſi fiat electio corpore prælati mortui nōdum tradito ſepulturę, ſimiliter non ualebit, ut extra eo c bonę memorię. 2. Item ſi fiat electio per abuſum ſecularis poteſtatis, nō ualet, ut extra eo. tit. c. quiſquis. Item ſi fiat electio a compromiſſariis contra traditam ſibi formam, ut extra eo. c. cum dilectus.
4 † Item ſi fiat electio habito colloquio cum eligendo, uel cum amicis ſuis, ut extra eo. tit. c. inquiſitionem. Item ſi fiat obiectio a ſuſpenſis & de ſuſpenſo, ut ext. eo. c. cum inter R. & extra de conſuetu. c. cum dilectus. Item ſi fiat electio poſt appellationē legitime interpoſitam, ut extra de elec. c. conſiderauimus. & c. auditis. Item ſi fiat electio clādeſtina, ut extra eo. tit. c. quia pp. Item ſi fiat electio a minore parte totius capituli, ut extra eod.
5 c. cumana. & c. congregato. & c. ſcriptum eſt. † Item ſi non fiat electio a minore parte totius capituli. ut extr. eod. c. cumana. & c. congregato. & cap. ſcriptum eſt. Item ſi non fiat electio a maiore & ſaniore parte capituli habito reſpectu ad totum capitulum, ut extra eod. cap. licet. & cap congregato. Item ſi fiat electio ab excommunicatis, non ualebit, ut extra eod. cap. venęrabilem. Item ſi electus habeat duo beneficia curam animarum
6 habentia ſine diſpenſatione, ut extra de elec. dudum. 2. † Item ſi fiat electio poſt tempus a canone indultum, ſcilicet triū menſium, & hoc in cathedrali eccleſia, ut extra eod. tit. c. ne pro defectu. Item ſi electus nō ſit de legitimo matrimonio natus: eius electio non ualet, ut extra eod. ca. innotuit. & c. cum in cunctis. Item ſi fiat de homine idiota, qui neſciat donatum, ut extr. de
7 ęta. & qual. c. q̃uis. 30. diſt. c. Petrus. † Item ſi fiat electio de minore 30. ann uel de aliquo qui fuerit leuis uitę, ut extra eo. tit. c. cū in cunctis. Itē ſi electus ingerat ſe adminiſtrationi ante confirmationem, ut ext. eo. tit. c. noſti. & c. qualiter. Item ſi poſt publicationes uotorum communis electio non ſequatur, ut ext. eo. tit. c. in geneſi. Item ſi eligatur quis, qui potius poſtulandus eſt, vt extra eo. tit. c. innotuit. & extra de poſtul. c. vlt. Item ſi in priorem vel in abbatem eligatur quis non profeſſus, nō valebit, vt
8 extra eo. tit. c. cum in magiſtrum. & c. cum cauſam. † Item ſi ꝓcedatur ad ſecundam electionem prima non caſſata, non valebit, vt extra eo. c. cōſideraui mus. Item ſi fiat per ſurreptionem, vt extra eo. cap. cum dilectus. & extra de ſent. & re iudi. c. cum olim. Item ſi electio fiat aliquo contempto, vt ext. eo. bonę. 2. & c. uenerabilis. Item ſi fiat electio omiſſa collatione, ut ext. eod. tit. c. cumana. & c. in geneſi. Item ſi fiat incontinenti ſm ꝙ dicit illa conſtitutio, quia propter. Item ſi mandat Papa, ꝙ fiat de cōſilio aliquorum, & eis excluſis fiat, non ualebit cum effectu. Itē ſi aliquis fiat monachus ſpem habens ut eligatur in abbatē nō
9 ualebit, ut extra eo. tit. c. noſtram. 16. q. 7. per laicos. † Itē ſi commiſſa eſt ſimonia pro electione electo etiam ignorante: non ualebit, ut extra eo. ti. c. ſi alicuius. Item ſi compromittatur in 7. & tres eligant unum de illis 7. & alii 3. eligant unum extra capitulum, ſ. qui non ſit de illo capitulo: ualebit electio facta de illo, q̃ eſt de illo capitulo, dūtamen ille conſentiat electioni de ſe factæ ut extra eo. tit. c. cum in iure. Item ſi electionē, uel poſtulationem uelint denuo innouare poſt caſſationem, nō poterūt, ut extra de poſtul. c. cum gratum. Item ſi metropolitanus non examinet formam electionis, & perſonam electi, & munus cō-
10 firmationis impendat, non ualet, ut extr. de elect. nihil eſt. † Itē ſi electus defectum in ordinibus patiatur: non ualebit, ut extra de ele. dudum. Item ſi electus intruſus fuerit per poteſtatē non ualebit, ut 16. q. 7. per laicos. extra de elec. quiſquis, ut ſup. dictū eſt. Item potes notare quædam circa electionem, ꝙ ſi commit tatur aliquibus, puta per cōpromiſſum poteſtas eligendi, ſemp debent eligere perſonam idoneam, ut extra eo. tit. c. cauſam. &
11 ff. ad treb. l. ex teſtamēto. §. ſi quis renatus † Item notare debes, ꝙ ſi aliqui qui non ſunt de capitulo dicant ſe uelle & debere electioni intereſſe, debent exprimere cauſam, quare debeāt intereſſe, ut extr. eo. tit. c. ꝓſtitutus. & de hoc conſueuit dici, extra de cau. poſ. & proprie. cum eccleſia. Item uitiatur electio ſecundum quoſdam, niſi fiat in eccleſia cathedrali, ut extra eo. tit. c. ꝙ ſicut. Alij dicunt illud eſſe conſilium. Nam ex honeſtate dr̃ nō neceſſitate, niſi fieri cōmode poſſit, & idcirco dr̃ ibi ſi fieri po-
12 teſt & c. & de hoc dr̃ ibi. & extra eo. tit. in c. cum terra. † Item ſi indignus, uel aliàs ineligibilis eligatur, non ualet, immo eligentes debent puniri, ſi ſcienter talem elegerint. Nam priuantur illa uice poteſtate eligendi, ut extra eo. titu. c. ſcriptum eſt. & eſt indignus ſiue ineligibilis, qui eſt interdictus, uel excommunicatus, uel ſuſpenſus, ut ſuperius dixi, & ad hoc facit, extra eo. tit. in
13 c. cum inter canonicos. & c. innotuit. † Item ſi fiat electio conditionalis non ualet, puta: eligo Titium ſi uult, uel ſub alia cōditione, ut ext. eo. tit. c. in electionib. & eſt c. nouum. Item ſi fiat ſub alternatione non ualet ſic; eligo illum, uel illum, ut extra
14 eo. tit. in electionib. † Item ſi fiat de incerta perſona, ſic non ualet, ut eligo illum quem decanus elegerit, ut in eo. ti. in electionibus. Item ſi illi, quibus interdictum eſt, ne eligāt, ſine ſuperioris licentia aliquem elegerint: talis electio non ualet, ut inf. eo.
15 titu. c. his quibus. † Item ſi fiat electio ꝫ formas electionū non valebit.

Source : BIU Cujas

valebit. Sunt enim duę formę: vna per ſcrutinium: alia p̃ compromiſſum, vt extra eod. tit. c. quia propter. & c. cum poſt petitam. & c. Romana. & c. congregato. & caue tibi: quia niſi fiãt in electione omnia illa, quæ continentur in conſtitutione p̃dicti ꝯcilij. ſ. quia p̃p̃, & c. cum poſt petitam. electio non valebit.

SVMMARIVM.

1 *Procurator quis ſit & quis ęconomus.*
2 *Syndicus proprie ciuitatis vel collegij defenſor dicitur. Actor quis dicatur.*
3 *Procurator, ęconomus, ſyndicus & actor in quibus differant.*
4 *Procurator ad vnam cauſam conſtitui poteſt.*
5 *Procurator laicus eſſe poteſt: ſed non ęconomus.*
6 *Procurator actoris literas ſpeciales de ratihabitione debet habere.*
7 *Procurator ſine mandato ſpeciali neque tranſigere poteſt, neque cõponere.*
8 *Procurator in quibus caſibus mandatum ſpeciale debeat habere.*
9 *Procurator non poteſt audire ſententiam diffinitiuam, niſi ad hoc fuerit inſtitutus.*
10 *Procurator debitorem liberare non poteſt ſine mandato ſpeciali.*
11 *Procurator literas papales non poteſt impetrare ſine mandato ſpeciali.*
12 *Mulier procuratrix eſſe non poteſt.*
14 *Mulier in quibus caſibus procuratrix eſſe poſſit.*
14 *Mulier in multis articulis deterioris eſt conditionis, quàm vir.*
15 *Minor vigintiquinq; annis procurator eſſe non poteſt.*
16 *Minor non poteſt procuratorem conſtituere ſine tutoris auctoritate.*
17 *Procurator eſſe non poteſt de crimine infamatus.*
18 *Procurator non poteſt conſtitui in cauſa criminali.*
19 *Procurator in criminalibus ad excuſandũ & excipiendũ conſtitui poteſt.*
20 *Miles procurator eſſe non poteſt.*
21 *Procurator a procuratore quando conſtitui poſſit.*
22 *Procurator & actor non poſſunt conſtitui a tutore, curatore, vel ciuitatis actore.*
23 *Procurator nolens cauere de rato repelli poteſt.*
24 *Maritus non poteſt eſſe procurator vxoris ſine cautione de rato. Literæ procuratorię iudici debent dirigi. vt procurator poſſit admitti.*
25 *Prælatus non poteſt alteri non ſubdito ſtipulari.*
26 *Literis epiſcopi non adhibetur fides.*
27 *Literis regis ſeu principis non creditur. Cautio de iudicato ſoluendo cum ſtipulatione ſolennì debet fieri.*
28 *Obligatio verborum concepta inter abſentes eſt inutilis.*
29 *Litera procuratoria priuatæ perſonę proprio ſigillo ſigillata, an valeat.*
30 *Literis epiſcopi circa iudicia non creditur abſque teſtium ſubſcriptione.*
31 *Prælatorum literis potius de conſuetudine quàm de iure creditur.*
32 *Maritus literas procuratoris vxoris habens admittitur ſecũdùm ipſarum tenorem.*
33 *Procurator ante iuramentum calumniæ conſtitutus non admittitur.*
34 *Procurator non admittitur in cauſa populari.*
35 *Prælatus eccleſiæ non niſi poſt litem conteſtatam poteſt procuratorem conſtituere.*
36 *Actor ciuitatis negotium publicum per procuratorem agere non poteſt.*
37 *Procurator tranſgrediens mandatum non auditur.*
38 *Religioſi & quilibet eccleſiaſtici procuratores eſſe non poſſunt.*
39 *Clerici pro miſerabilibus perſonis procurare poſſunt.*
40 *Procurator eſſe non poteſt exiſtens in magiſtratu.*
41 *Seruus procurator eſſe nequit.*
42 *Procurator rei ſatiſdare debet iudicatum ſolui.*
43 *Procurator rei dominum rem ratam habiturum cauere debet.*
44 *Filiusfamilias abſque patris aſſenſu procurator eſſe non poteſt.*
45 *Filiusfamilias in quibus caſibus procuratorem conſtituere poſſit.*
46 *Infamis procurator conſtitui non debet.*
47 *Hæreditas per procuratorem adiri non poteſt.*
48 *Procurator dicitur adminiſtrans gratuito negotia aliena domini mandato gerenda.*

Contra procuratores, ſyndicos & actores & ęconomos. Articu. viij.

Superius dictum eſt contra actorem, & contra electiones prælatorum, ſed quia qñq; contingit, ꝙ litigatur per procuratores, ſyndicos, vel actores, vel ęconomos, idcirco circa eos aliqd videamus. Primò tñ ſciendũ eſt, quis ſit procurator, quis ęconomus, quis ſyndicus, quis actor, & quæ ſit differentia inter ipſos. † Procurator eſt qui aliena negotia mandato domini adminiſtrat, vt ff. de procur. l. j. Economus eſt, cui res eccleſiaſtica gubernanda mandatur, vt C. de ſacroſan. eccl. l. iubemus. in prin. & C. de epiſc. & cler. l. omnes. §. nihilominus. 79. diſt. quia in quibuſdam & c. volumus. † Syndicus proprie dicitur defenſor alicuius ciuitatis, vel collegij. ff. qđ cuiuſq; vniuerſi. no. l. j circa fin. & l. itẽ. §. j Actor ſimiliter dicitur, qui ab vniuerſitate cõſtituitur, vt in præallegatis iuribus: plerunq; tñ vnus ponitur pro alio, vt ibi, maxime in iure canonico, vt 1. q. 3 ſaluator. extra de procurat. quia & c. petitio. extra de iura. calum. cum cauſam. † Differentia tñ eſt inter illos: quia procurator nõ iurat de calumnia, niſi vbi in rem ſuam fuerit inſtitutus, alii autem iurant, vt C. de iuram. calum. l. 2. §. ſinautẽ. ext. de iuram. calum. imperatorum. & c. cũ cãm. cum ſuis ſimilib. Item procurator ordinatur a dño tñ: vt ff. eo. titu. l. j. Sed alii. ſ. actor & ęconomus & ſyndicus a nõ dño ordinantur, vt C. eod. tit. l. neq; & in aliis iuribus ſuperius alleg. Itẽ procurator ſine iudice fit, alij non: vt in inſtitu. de cur. §. fin. ff. de admin. tuto. l. decreto. C. de appel. l. ſi actor. & C. de epis & cler. l. oẽs qui. §. hoc nihilominus. † Item procurator etiam ad vnam cauſam conſtituitur, ut C. eo. titu. l. ſi procurator. ff. eod. titu. l. j. Alij verò ad omnia. ad inſtar tutoris, vt inſtitu. qui dari tuto. poſſunt. §. certę. Item procuratoris officium certis modis finitur: aliorum non eiſdem. de his omnibus notari conſueuit. C. de procur. l. neque. & inſtitu. de curato. § fin. † Item procurator poteſt eſſe laicus, ſed ęconomus non: immo debet eſſe clericus, vt C. de epiſcopali audientia. authen. decernimus. plures aliàs differentias per te videre poteris. ff. quod cuiuſq; vniuer. no. l. j & 2. q. 7. ſi quis erga. in glo actor & c. vnde dicas ꝺ procuratorẽ, ſi p̃curator, vel aliquis prædictorum excõicatus fuerit, de iure canonico non valebit, ut extra de proba. ca. poſt ceſſionem. & extra de offic. deleg c. prudẽtiam. §. ſexta. adde iura quæ alleg. ſunt ſup. c. 2. §. j. Item ſi ſit conſtitutus ab excõicatis, poteſt repelli, vt extra de procu. c ſi. arg. extra de electio. cum inter R. in ſi. † Itẽ niſi procurator actoris habeat literas, vbi contineat expreſſe illa clauſula de ratihabitione: quamuis habeat literas p̃curatoris generales: repelli poteſt, argu. extra de relig. domibus. c. cum dilectus. & ext. de offi. deleg. c coram. & extra de p̃cur. c. j. arg. C. de proc. l. j. & hoc intellige, niſi velit dare fideiuſſoriam cautionem, vt in prædictis ll. & decreta coram in princ. Si dubitetur de mandato, ut in illa diſtinctione quę ponitur. C. de procur. l. j. & extra de procur. c. j. † Item q̃q̃ habeat generale mandatum: non poteſt tranſigere ſiue componere, niſi ad hoc mãdatum habeat ſpeciale, ut C. de tranſac. l. tranſactionis. extr. de arbi. per tuas. ff. de procur. l. mandato. & l. procurator cui. & arg. C. de procur. l. procuratorem. ff. de pac. l. nam & nocere. & l. ſeq. arg. ff. de mino. l. illud. §. ſi talis. † Oportet cñ, ꝙ in iſtis caſibus, & in pluribus aliis mandatum habeat ſpeciale, ſ. interdic. de libe. exhib. ut ff. de procurato. l. Pomponius. in princ. Item ſi mãdaui alicui, ꝙ inueniat maritum filię meę, vt ff. de ritu nup. l. generali. Item in cauſa ſuſpecti tutoris, vt ff. de procur. l. nõ ſolum. §. vlti. Item qñ facio generaliter duos procuratores: nam neuter ab altero exiget, niſi habeat ſpeciale mãdatum, ut ff. de procur. l. itaque. & l. qui duos. Item in integrum reſtit. peten. vt ff. de mino. l. illud. §. ſi talis. ubi de hoc arg. C. etiam per procuratorem agi poſſe in integ. reſtitu. l. vna & hoc conſueuit notari in inſtitu. per quas perſonas agere poſ §. penult. ad hoc facit. ff. de noui oper. nuntia. l. de pupillo. § qui procuratorio. ff de p̃curato. l. Pompo. verum tamen ſi adiecta fuerit illa clauſula de rato, videtur ꝙ poſſit tranſigere & componere, argu. ff. de vſur. l. qui ſtipulatus. extra de tranſa. c. contingit. & extra de religio. domibus. c. cum dilectus primum verius eſt. † Item non poteſt audire diffinitiuam ſnĩam ſm quoſdam, niſi ad hoc, uel ad totam cauſam fuerit inſtitutus, argum. C. de tranſac. l. tranſactionis. arg. C. ad l. Corn. de fal. l. niſi. verſicu. ſed tanq̃ &c quod non placet ſimul. Similis quæſtio conſueuit notari ff. de procur. l q procuratorem. in glo. j. ad effectum &c. Item ſolutionem debiti recipere non poteſt, niſi mandatum ad hoc habeat ſpeciale, vt ff. de ſolu. l. verò niſi ſit ei mandata omnium bonorũ adminiſtratio generalis, vt ibi dr̃ & l. hoc iure. & l. qui hominem. §. ſi Titium. arg. ff. de procur. l procurator cui. & l. mandato. & inſti. de rerum diuiſ §. nihil. † Item liberare debitorem non poteſt, niſi ad hoc mãdatum habeat ſpeciale, vt ff. de accep. l. 3. ubi dr̃. per procuratorem nec liberare; nec liberari quiſquam accepti latione ſine mandato poteſt. & ff. eo. ti. l. & per iuſiurandũ. §. tutor. Item iuramẽtum deferre non poteſt; nec referre, niſi mandatum habeat ſuper hoc ſpeciale, vel niſi generalis fuerit p̃curator, ut ff. de iureiur. l. iuſiurandum. in fi. & l. aliàs. in princ. Sed quæritur, an coniuncta perſona admittatur ſine mandato in illis caſibus, ubi mandatum exigitur ſpeciale, & reſpondetur ꝙ non. ff. de mino. l. pater. circa prin. † Item oportet, ꝙ in papalib. literis impetrandis mandatum habeat ſpeciale, vt extra de reſcript. c. nonnulli. & vt ſup. dictum eſt in tit. ꝺ reſcriptum. Item ſi epiſcopus, vel abbas, vel alius quilibet prælatus conſtituat p̃curatorem ſine conſenſu cõuentus, vel capituli ſui non valet, vt extra de arbi. c. per tuas. & c. præterea. & extra de reſcri. c. edoceri. vbi de hoc, arg. ff. de min. l. illud. in fi. & l. ꝙ ſi de ſpeciali. & hoc cum alia diſtinctione: quia aut ſunt bona diſcreta, aut nõ, vt in d. c. edoceri. de hoc dictum eſt ſup. † Item mulier procuratrix eſſe non poteſt: ut ff. de reg. iur. l. fęminę. ff. ad velle. l. 2. C. de procur. l. quia. & l. alienam. ff. de procur. l. neq; fęmina. 3. q. 7. §. tria. ꝺ tñ videtur extra de confir. vtili. vel inutili. c. cũ dilecte. circa fi. vbi dicitur, ꝙ dominus Papa conſtituit quandam abbatiſſam procuratricem. Solui tamen poſſet, ꝙ ratione adminiſtrationis poterat eſſe procuratrix, ut abbas, de hoc tñ dicã inf. eo. vel poteſt dici, & melius, ꝙ Papa ex certa ſcientia conſtituit eam: excipiuntur tamen quidam caſus, in quibus mulier poteſt eſſe procuratrix. † Primus caſus eſt, quando cõſtituta eſt in rem ſuam,

ſuam, vt C. de procur. l. quia. in fi. Secundus caſus eſt, qñ manda
tę vel ceſſę ſunt ſibi actiones, vt in ead. l. Tertius caſus eſt. ff. de
procur. l. fęminis. vbi dicitur, fęminis pro parentibus interdum
agere permittitur cauſa cognita, ne forte parentes morbus aut
ętas impediat: nec quem q̃ qui agat habeant. Quartus caſus eſt.
C. quando mulier officio tut. fun. poſ. l. vlt. & auth. ibi poſita. ma
tri. in qua. l. dicitur. Si pater ſ̃m conſtitutionem noſtram natu
ralibus liberis in his rebus quæ ab eo in eos profectę ſunt tuto
rem non reliquerit: iure autem voluerit: ſiue eorum maſculi
ſint, ſiue fęminę, ſubire tutelam ad exemplum legitimę ſobol.
liceat ei hoc facere quatenus actis ſub competẽti iudice inter
uenientibus iuramentum antea præſtet, q̃ ad nuptias non per
ueniat, ſed pudicitiam ſuam intactam conſeruet: & renuntiet
ſenatuſconſul. vellei. p̃ſidio, omniq; alij legitimo auxilio, ſuāq;
ſubſtantiam ſupponat: & ita filiorum ſuorum vel filiarum na
turalium tutricem exiſtere ¦ ſancimus omnibus quæ pro matri
bus & liberis eorum ex matrimonio legitimo progenitis diua
libus cõſtitutionibus cauſa ſunt: & in huiuſmodi matribus ob
ſeruandis: ſi enim in filijs iuſtis in quibus & teſtamentariæ & le
gitimę ſunt tutelę: tamen matribus his deficientibus ad proui
dentiam filiorum ſuorum venire conceditur: multomagis in
huiuſmodi caſibus vbi legitima cauſa euaneſcit, ſaltem aliàs ei
dari humaniſſimum eſt: attamen dicit authenticum, quod ſa
cramentum quidem non exigitur. Sed ⁊ctis nuptijs repẽte ex
pelli eam a tutela conuenit. Salua minoribus, prout iuris eſt,
omni alia tutela. Quintus caſus eſt. ff. de liberali cã. l. amplius.
vbi dicitur, q̃ licitum eſt matri litigare pro libertate filii ſui. Idẽ
dr̃ ibi de ſorore, & de aliis mulieribus, quæ de illius cognatio
ne ſunt. † Præterea ſcire debes, q̃ in multis articulis deterior eſt
14 cõditio mulierum, q̃ maſculorum, ut legitur. ff. de ſtatu ho. l. in
multis. Primus eſt articulus, ſiue caſus eſt in iuriſdictione. ff. de
iudi. l. cum prætor. § non autem. Item in arbitrio. C. de arb. l. fi.
extra de arbit. dilecti filij. Item in procuratione, vt ſup. dictum
eſt. Item in tutelis & in curę ſuſceptione: ut prædictum eſt. &
ff. de tutel. l. fi. Item in poſtulatione. ff. de poſtula. l. j. § ſexũ. Item
in tabularum depoſitione ff. de fide inſtru. l. fi. de tabul. Item in
teſtamentaria teſtificatione, vt inſti. de teſta. § teſtes. Item in in
terceſſione. ff. ad vellei. l. j. Item in adoptione, in inſtit. de adop.
§. fęminę. Item in delatione in fiſcum. ff. de iure fiſci. l. deferre.
Item in publica accuſatione. ff. de accuſ. l. qui accuſare. C. qui ac
cuſare non poſſunt. l. ſenatus. Item in populari accuſatione vel
actione. ff. de popula. actio. l. mulieri. Item in materna poteſtate
quam non habet. in inſtit. de adop. § fęminæ Item in bonorum
poſſeſſione contrata. quę ⁊ teſtamenta fęminarum non datur,
vt ff. de bono. poſ. l. contra. illud § ad teſtamẽta. Item in officio
argentarię. ff. de edendo. l. pen. in quibuſdam tñ caſibus eſt me
lior conditio mulieris: vt C. de his qui veniam ęta. impe. l. oẽs.
Item in alio. ff. de rebus dubiis. l. ſi ita fuerit. in fine. ff. de iur. im
15 mu. l. j. & de ſenato. l. j. † Item minor 25. ann. procurator eſſe nõ
poteſt. C. de procur. l. exigendi. ff. eo. l. minor. C. qui legitimam
per ha. per totum. niſi pro patre ad defendendum, vt in d. l. exi
gendi. & arg. extra eo. Nõ iniuſte tñ contra videtur. ff. de mino
ri. l. cum mandato. in inſtitu. qui manumittere nõ poſ. §. & qui
manumittitur. Solutio. Verum eſt, q̃ ad iudicium minor 25.
ann. procurator conſtitui non poteſt, vt in prædictis. l. exigẽdi.
& l. minor. ad negotia tamen poteſt conſtitui, ut in contrarijs.
16 † Itẽ ſi conſtituens ſit minor, non valet procuratio ſine auctó
ritate tutoris, vt C. de proc. neq;. & l. nõ eo minus. ff. de admini.
tuto. l. decreto. C. ſi aduerſus rẽ iudic. l. cum & minores. & hoc
verum eſt, niſi in caſibus, in quibus minor poteſt eſſe ĩ iudicio
ſine auctoritate tutoris, quos notaui ſupra in tit. contra actorẽ.
17 † Item ſi alicui obiectum eſt crimen criminaliter, procurator
eſſe non poteſt, quouſque ſe innocentem oſtendat. uel poſt an
num obiti criminis vo. C. de procu. l. rerum. vbi dicitur. Reum
criminis conſtitutum, defenſorem cauſę defenſionem ſuſcipe
re non poſſe, antequam purgaret innocentiam ſuam, incogni
tum non eſt. ad idem. extra de accuſ. c. omnipotens. & cap. cum
Pe. & C. de reis poſtularis. l. j. lib. 10. C. qui accuſare nõ poſ. l. ne
gãda. ff. de mu. & ho. l. reus. ff. ad munici. l. libertus. §. in quęſtio
18 nibus. ff. de publi. iud. l. is qui. † Item in cauſa criminali dũ agit
criminaliter procurator conſtitui non poteſt, vt 2. q. 6. i autẽ.
& § cum autem. & c ſeq arg. C. de procura. l. fi. 5. q. 3. in crimina
libus. ff. de publi iudiciis. l. accuſatore. §. ad crimen. ext. de ꝓcu.
tuę & extra de accuſ. veniens. j. C. ubi ſenatores vel clar. l quo
ties. j. reſponſo. ff. de procur. l. ſeruum. vbi multa ſuper hac mate
19 ria notata ſunt: † verũtamen ad excuſandum & excipiendum:
& in quibuſdam aliis caſibus poteſt conſtitui procurator. ut in
prædicto c. veniens. & C. de accuſ. l reos. & 23. q. 5. reo. § i extra
de dolo & contu. cum dilecti. ff. de procur. l. abſens. & in d. l. ſe
ruum. in §. publice. vbi plenè de hoc ff. de publicis iudic. l. inter.
ad hoc facit. ff. an cauſa appel. per alium re. poſ. l. j. circa princip.
vbi de hoc, & ĩ auth. vt ab illuſtrib. § ſancimus. col. 5. C. de iniu.
l. fi. tñ intellige, q̃ in crimĩbus ſ̃m leges bene interuenit pro
curator, quando agitur ad pœnam relegationis uel minorẽ pœ
nam. Nam pœna relegationis imponitur abſenti, vt ff. de pœnis.
l. abſentem. nec obſtat d. l. ff. an cauſę appellatio. per aliũ. l. vna.
20 vbi de hoc. † Item miles procurator conſtitui non poteſt: ut
C. de procur. l. militem. & l. qui ſtipendia. & l. ita demum. C. lo
cati. l. milites ff. eo. l. neque fęmina. & hoc verum eſt, niſi in rem
ſuam, ut ff. de procur. l. filiusfamil. §. veterani. & in prædicta. l. q̃
ſtipendia. hoc tamen intellige de militibus, qui de publico ſa
lario capiunt: & qui iurant ſe non euitaturos mortem pro re
publica, de quibus dr̃ in prædicta l qui ſtipendia. & l. milites. &
C. de ꝺdictione ob cauſam datam. l. ſi militem. ff. ex quib. cauſis
maior. l. milites, vbi plenè notatur, quot ſint neceſſaria in iſtis
militibus militantibus, & in auth. de mand. prin. §. vlti. col. 3. ff.
21 de mili. teſt. l. j. §. milites. C. de fabricen. l. ſtigmata. lib. 11 † Item ſi
procurator a procuratore fuerit conſtitutus, nõ valet: niſi poſt
lit. conteſt. fuerit conſtitutus ab eo qui habebat mandatum ad
totam cauſam. C. de procura. l. quod quis. & l. neq;. in fi. & l. nul
la. & l. procur. ff. de appella. l. ab executore. in fi. de hoc dr̃ extra
de appel. ca. cum cauſam quę. in glo. quæ incipit. C. & cętera. &
extra de reſcrip. c. ex parte decani. in fi. & hoc verũ eſt, niſi fue
rit in rem ſuam datus: ut C. de don. l. illam. & de hoc dr̃ in inſti.
de ſatiſd. §. ſi autem per procuratorem. in fi. ſed procurator ꝺſti
tutus ad negotia poteſt conſtituere procuratorem alium: ante
22 litem conteſt. & poſt: vt ff. mandati. l. ſi procuratorem § j. † Itẽ
ſi procurator vel actor conſtitutus fuerit a tutore, uel curato
re, vel ęconomo, vel actore ciuitatis, non valet: niſi poſt litem
conteſt. arg. C. de procur. l. neque. in fi. C. de appel. l. ſi actor ff. de
procur. l. j. & l. nec ciuitatis. & de hoc dr̃ in inſti. de ſatiſda § ſi
autem per procur. in fi & intellige q̃ ille actor ſic conſtitutus
a tutore vel curatore debet conſtitui cum decreto iudicis, ut
inſtit. de cura. §. fina. ff. de adminiſtra. tuto. l. decreto. & talis ni
hilominus cauet de rato, licèt mandatum habeat. ff. rem ratam
habe. l. actor. & hoc verum eſt in actore conſtituto a tutore vel
curatore. Secus in actore vniuerſitatis: & in actore bonis dato:
23 quia illi non cauent: ut in d. l. actor. † Item ſi procurator actoris
noluerit cauere de rato: de deferendo ſi requiratur repelli po
terit, licèt mandatum habeat ſeu literas. C. de ſatiſda. l. vna. ff. de
procur. l. non ſolum. §. eſt. & l. mutus § pęna. & C. eo. tit. l. actio
nes. & de hoc dicitur. ff. iudi. ſol. l. ſi ad defendendum. & ſuper
rubrica eiuſdem tituli, & hoc verum eſt, niſi ſit procurator in
rem ſuam ex cauſa non lucratiua, vel ex neceſſitate, & non in
fraudem eorum qui nolunt agere. ff. de procur. l. ſeruum. § fin.
& l. ſeq. Secus ſi ex cauſa lucratiua: quia tunc defendit: ut ff. eo.
24 l. pater. † Item maritus pro vxore non debet admitti: niſi ſatiſ
dationis vel ratihabitionis cautio præcedat. C. de procur. l. 3. &
l. maritus. Item procurator admitti non debet, vt videtur, niſi
literę procuratorię quas portat parti aduerſę: vel iudici dirigan
tur, arg. ff. de procur. l. qui abſentem. & arg. extra de eo qui mit.
in poſ. cauſa rei. c. primo. C. de recep. l. cum antea. §. ſin autem. ff.
rem ra. hab. l. nec ſatiſdatio. verſic. in libello principi dato. ff. de
procur. l. ſi procuratorem. ubi dr̃, ſi procurator eſt abſens, dñs
ſatiſdationem releuare uelit, literas ſuas ad aduerſarium dirige
re debebit, quibus ſignificet quem procuratorem aduerſus eũ,
& in qua cauſa fecerit. Ratumq́ue ſe habiturum, quod cum eo
actum ſit, literę non valebunt, niſi ſint factæ per manum publi
cam, vel ſigillum publicum habeant, puta epiſcopi, vel alterius
authenticę perſonæ, vt C. de epiſco. & cleri. l. ſi qua. in fi. & C.
de manda. princ. l. vna. extra de proba. c. poſt ceſſionem, vbi de
hoc. Sed diſtinguendum eſt in literis & ſigillo. vnde primo po
ne, q̃ quidã Petrus ciuis Toloſanus fecit citari per literas apo
ſtolicas quendam G ciuem Caturcen. Ille verò G. citatus miſit
procuratorem cum literis procuratoriis ſigillo epiſcori vel of
fic. Caturcen. ſigillatis, quibus literis mandabat ipſe epiſcopus
vel officialis, q̃ ille G. e iuis Caturcen. in ſui præſentia conſtitu
tus procuratorem illum conſtituerat, & iudicatum ſolui ꝓmi
ſerat coram eo, vnde quæritur an ille procurator pro talibus li
teris releuetur a ſatiſdatione iudicatum ſol. quam præſtare dẽt
procurator rei. aliàs non eſt idoneus, ut in inſtit. de ſatiſda §. ab
eius. & §. ſi verò, & ff. de procur. l. non vr̃. & reſpondetur q̃ non
illa potiſſima ratione: quia ille P. ciuis Toloſanus non eſt de fo
25 ro, nec de iuriſdictione dicti epiſcopi vel offic. Caturcen. † Vñ
cum non ſit prælatus ſuus: nec iũdex ſuus, non potuit illi. P. ſti
pulari: quia cum dicitur, q̃ tabellio, vel aliquis prælatus, vel ꝑ
ſona authẽtica alteri ſtipuletur. hoc verum eſt inter ſuos ſubdi
tos, quibus ſtipulari poſſunt, vt ff. rem pupilli. ſal. fo. l. 2. & 3. & 4.
& in auth. de his qui ingre. de appel. §. j. col. 5. extraneis autem
nequaquam ſtipulari poſſunt, vt inſt. de inutili ſtipu. §. alteri. C.
26 de inuti. ſtipu. l. 3. cum ſuis ſimilibus † Item quare crederetur li
teris epiſcopi, cum verbo ſuo minime crederetur, arg. ff. de offi.
præſi. l. prę̃fer. quantacũq; præfulgeat dignitate, vel etiam hone
ſtate, arg. C. de teſt. l. iureiur. C. de arb. t. l. ne in arbitris. §. ſinautẽ.
& 4. q. 3. § item ſi vnus. 6. q. 2. ſi tamen. & ca. placuit. & extra de
probatio. qñ. & ext. de teſt. c. cum a nobis. & cap. cum tu. & viua
uox potior eſt q̃ mortua, vt in auth. de fide inſtru. §. ſiverò tale.
27 cum ſuis concordant. † Item literis regis ſeu principis non cre
ditur. ext. de fide inſtr. cum dilectus. niſi de conſuetudine habea
tur, vt ibi dr̃. Itẽ cautio de iudicato ſoluendo hẽt fieri ſolẽniter

cum

Source : BIU Cujas

cum ſtipulatione: vt ff. de procur. l. qui proprio. vbi dicit ſolenniter &c. & inſti. de fideiuſſorib. §. fi. & inſti. de ſatiſda. §. ſi verò. ff. mand. l. ſi de hæreditate. cum ſuis cõcordan. So. inter p̃ſentes ſtipulatio habet fieri. aliàs non valet. vt inſtit. de inutili ſtipu. §.
28 item verborum. vbi dr̃: † verborum obligatio inter abſentes concepta inutilis eſt. C. de inuti. ſtipul. l. 3. ff. de verb. oblig. l. j. in prin. licèt ſit ⁊. ff. de dona. inter virum & vxor. l. ea quæ. igitur illa cautio de iudicio ſoluendo recepta per dictum epiſcopum vel officialem non valet duplici ratione, ſ. quia inter abſentes facta eſt: & quia ille epiſcopus vel offic. illi abſenti non potuit ſtipulari per rationem ſupradictam. & quia illa ſatiſdatio actori debet præſtari. vt ff. de iudi. l. non iudice. Sed opponi poſſet: quia literis epiſcopi creditur, vt C. de epiſ. & cleri. & l. ſi qua per ca. Illi autem legi reſponderi poteſt, ꝙ illud habet locum, ꝙ cre
29 datur literis epiſcopi: qñ non eſt in præiudicium alicuius, vt ibi dr̃. Item poſſet opponi per legem. ff. de acquir. rerum domi. l. penult. Ibi dr̃, ꝙ litera, quæ fit noĩe meo, eſt mea. Sed rñdet, ꝙ illa litera non erat illius dñi, qui eam deferebat, quod apparet: quia erat commendaticia. † Attamen quæritur, ſi citetur aliqs priuatus: an valeat litera procuratoria ſuo ſigillo proprio ſigillata, arg. quod ſic. ff. de conſtitu. pecu. l. quidam. ff. rem ratam habe. l. ne ſatiſdat. & C. de rebus ali. non ali. l. 2. & de hoc dicitur. ff. de procu. l. ſi procuratorem. ſuper verbo intelligendum, &c. Item ad hoc poteſt opponi per decreta. extra de prob. poſt ceſſionem. & extra de fideiuſſo. peruenit. & extra de fide inſtrum. c. 2. extra de re iudic. ad probandum. & 73. diſtin. in nomine domini. in fin. & 11. q. 3. curę. ff. de cuſto. & exhiben. re. l. diuus. vbi
30 dr̃, ꝙ literis cuiuſq; iudicis creditur. Solutio. dicas † ꝙ circa iudicia non creditur literis epiſcopi. niſi habeant teſtium ſubſcriptionem: vel quatenus conſtiterit legitimis documẽtis, vt ext. de proba. c. qñ ⁊ & extra de teſtib. cum a nobis. circa alia verò, quæ non ſunt in præiudicio alicuius: vel quæ ipſe epiſcopus facit in figura ordinarij iudicij: bene creditur ſigillo ſuo, vt puta qñ inquirit, vel excõicat delinquentes, vel concedit literas ſup teſtamentis vel ⁊ctibus, quibus interfuit, arg. extra de ꝓbat. qm̃. poſt ceſſionem. ext. de fideiuſſori. peruenit. & arg. ext. de accuſ.
31 cum dilecti. j. & 1. q. 3. curę. † vel poteſt dici, ꝙ literis epiſcopi & aliorum prælatorum creditur de conſuetudine potius, quàm de iure, per iura præallegata. ext. de fide inſtrum. cum dilectus. cum ſuis ſimilib. & de iſto iudicio & figura iudicij, dr̃. C. de agricolis & cenſi. l. cum ſcimus ſuper verbo, confeſſionibus &c. & ſuper verbo, inter acta &c lib. 11. quæ videtur contra hoc. & C. de latina libert. toll. l. vna §. ſimiliq; modo. illud tñ quod ſupra dictum eſt, ſcilicet ꝙ literæ procuratorię debent dirigi aduerſario vel iudici Quidam dicunt, vt Goffredus, ꝙ non valet cõſue
32 tudine refragante. † Item ſi maritus habeat literas procur. ab vxore non debet admitti, niſi in hoc ſolum, de quo literæ procuratoriæ fecerint mentionem. C. de procurat. l. maritus. in fin. Item ſi duo procuratores dati ſunt diuerſis tẽporibus: primus non valet: vt extr. eo titu. c. non iniuſte. ff. eo. pluribus. & l. ſi qs.
33 §. vlt. † Item vr̃, ꝙ ſi procurator fuerit conſtitutus ante iuramentum calumnię, ꝙ non valeat. C. de iura. calum. l. 2. §. ſinautem. vbi dr̃, ſinautem abfuerit alterutra pars, & p procuratorẽ eius cauſa agitur, non ante licentiam habeat actor litem exercendam ſuam procuratori mandare, niſi prius actis interuenientibus in prouincia, in qua degit, ſacramentum calumnię ſubeat. Sed tu dicas, ꝙ bene poteſt cõſtitui procurator ad ea, quæ fiunt ante iuramentum calumnię, vt pote ad litem cõteſtandam uel ad alia facienda, vt ff. de procur. l. ſed etiam. & l. non ſolum. in prin. & quod primò hic dictum eſt, intelligitur, qñ aliquis vult conſtituere procuratorem ad totam cauſam, quod non poteſt. ſcilicet ad iurandum de calumnia. Nam principalis perſona iurare debet, ut de hoc conſueuit notari in prædicto §. ſinautẽ.
34 † Item procurator in cauſa populari interuenire nõ poteſt, vt ff. de procur. l. licèt in popularibus. niſi inquantum priuatũ tangit commodum, vt in ead. l. & l. non cogendum. §. qui ita. ff. ne quid in loco publico. l. penul. & hoc verum eſt ex parte actoris, ſecus in reo, qui bene poteſt conſtituere procuratorem, vt ff de popula. act. l. populari. vbi dicitur, qui populari actione conuenitur: ad defendẽdum procuratorem dare poteſt. Is autem qui
35 eam mouet, procuratorem dare non poteſt. † Item videtur, ꝙ nullus prælatus eccleſiæ procuratorem conſtituere poſſit, niſi poſt litem conteſtatam, eo ꝙ prælatus procurator rerum eccleſiaſticarum dicitur, non dñs, vt 12. q. j c. fin. & extra de donatio. c. fraternitatem. vbi dr̃. fraternitatem tuam credimus non latere, ꝙ cum ep̃s & quilibet prælatus eccleſiaſticarum rerum ſit ꝓcurator non dñs, conditionem eccleſiæ meliorare poteſt: facere autem deteriorem non debet. Ad idem 12. q. 2. caſellas. ar. C. de proc. l. neq; & l. ꝙ quis. vbi dicitur, ꝙ procurator procuratorem conſtituere non poteſt, niſi poſt litem conteſtatam, ar. ad
36 idem. ff. de procu. l. nec ciuitatis. vbi dr̃. † Nec ciuitatis actor negotium publicum per procuratorem agere poteſt, & quod dr̃ de prælato, idem dici poteſt de tutore, & de curatore, & actore, ſeu adminiſtratore ciuitatis & de hoc conſueuit notari. ff. eod. tit. l. j. & l. prædicta. nec ciuitatis. & hoc notauit dñs Tancredus in libello ſuo in eo. tit in §. tutor. tñ de eꝑo dicunt quidam cõtra, vt argu. 5. q. 3. eꝑs. & quia non oportet ſeruum Dei litigare. 2. q. 7. ſicut. Quidam tñ dicunt, ꝙ bene poteſt prælatus cõſtituere procuratorem ante litem conteſtatam & poſt: vt in auth. de ſanctiſ. epi. ad hoc facit, extra de reſcrip. c. edoceri. & hoc de con
37 ſuetudine obſeruatur. † Item ſi procurator ad vnam ſpeciẽ conſtitutus tranſgrediatur mãdatum, audiri non debet, vt C. de ꝓcurato. l. ſi procurator. & C. de tranſac. l. tranſactionis. C. mand. l. cum mandati. C. de noua. l. non abſtulit. ff. de pac. l. nam & l. ſi tñ. arg. ext. de oſti. deleg. c. cum olim. & in inſtitu mand. §. is qui. arg. ff. de iureiur. l. aliàs. Item in literis procuratoriis contineri debet, ad quid procurator conſtitutus eſt: puta ad agendum vel defendendum, ar. ext. de procur. conſtituris. & ca. accedens. arg.
38 de appel. c. Nicolao. † Item monachus vel canonicus vel quilibet regularis & capellanus, & omnes ad ſacros ordines ꝓmoti. & qui eccleſiaſticis beneficiis ſuſtentantur: prohibentur eſſe procuratores, vel aduocati, niſi in caſibus, extra de poſtul. c. j. & 2. & 3. extra ne cle. vel mona. c. j. & 2. & extra de ſyndico. c. vno. in fin. 16. q. 1 placuit. vbi loquitur de monacho, arg. 2. q. 7. ſicut ſacerdotes. in prin. in fin. vbi dr̃, ꝙ ſeruos Dei litigare nõ oportet. & 11. q. j. te quidem. §. ex his omnibus. verſi. Secularia &c. & in auth. de ſanc. epiſc. §. Deo amabiles. & §. aliud autem. col. 9. arg C. de epiſc. & cler. l. repetita. & C. de teſtam. l. conſulta diua.
39 † In caſibus tñ clerici poſſunt, ſcilicet pro miſerabilibus perſonis, & pro eccleſijs ſuis, & pro perſonis coniunctis, dum neceſſitas imminet, ut ext. de poſtulan. ca. vlti. & de hoc dr̃. 3. q. 7 ſunt autẽ. Item poteſt dici de quolibet clerico: tñ coram iudice ſeculari, vt no. C. de epiſc. & cler. l. placet. & in auth. prædicto §. alium. arg. contra 16. q. j. monachi 1. vbi dr̃, ꝙ monachus poteſt eſſe procurator de licẽtia abbatis, ſed intellige in cauſis monaſterij ſui extra de tranſac. c. contingit. Item vr̃ ⁊. extra de cenſi. c. ſopitę. ubi quidam abbas fuit procurator pro aliis abbatibus. Sed dic, ꝙ ibi erat conſors eiuſdem litis, vel dic ꝙ abbas poteſt
40 eſſe procurator ratione adminiſtrationis, vt ſupra dicitur. † Itẽ qui eſt in magiſtratu, procurator eſſe non poteſt, vt 2. q. j. ꝓhibentur. Item poſtquam aliquis prẽlatus fuerit depoſitus: poſtea procurator eſſe non poteſt, arg. 3. q. 7. §. tria. vbi dicitur, ꝙ a ſenatu remotus non poteſt eſſe procurator. † Item ſeruus procura-
41 tor eſſe non poteſt, vt ff. de procur. l. ſeruum quoq;. ar. C. de rei vend. l. non ſeruum, arg. ff. ſi quis cau. l. quoties. ff. de teſti. l. ſerui. C. de teſti. l. ſeruos. ff. ad l. Corn. de fal. l. nullo. niſi in caſib. C. vbi fiſcales vel diuinę do. l. fi. tit. de iudic. l. vix. hoc tñ intellige, ꝙ in cauſis procurator eſſe non poteſt, vt ſupra allegatum eſt: ſecus in negotiis, vbi bene poteſt conſtitui: vt ff. de procur. l. ſeruum.
42 & conſueuit dici. C eod. l. neq;. † Item procurator rei ſatiſdare debet iudicatum ſolui, niſi ipſe dñs præſens fideiuſſor ſui procuratoris exiſtat, iudicatum ſolui ſub hypotheca rerum ſuarum: vt inſtitu. de ſatiſdationib. §. ſi verò. C. de ſatiſdationib. l. una. C. de procu. l. j. ubi de hoc licèt apud acta fuerit conſtitutus, ut ibi dr̃ in fi. & C. de cõſor. eiuſdem lit. l. 2. & de hoc dr̃. ff. iudicatum ſol. l. ſi ad defendendum. ff. de procur. l. ſi procuratorem. Quidã etiam dicunt, ꝙ ſi dñs milleſies fideiuberet pro ſuo procuratore iudicatum ſolui, nihilominus procurator caueret, ut in d. l. C. de ſatiſd. in fin & nota. ff. de procur. l. ſi procuratorem. quod
43 uerum credo. † Item procurator rei qñq; tenetur caucre ratam dñm habiturum, ut ff. rem rat. habe. l. tutore. ff. de procu. l. non ſolùm. §. ſi ſtatus. & §. eſt & alius. & l. Pompon. §. ſed & is. ubi de hoc. Itẽ procurator non ualet, ſi dñs eius re integra moriatur, ut C. mand. l. mandati. in inſtit. eod. § item ſi adhuc. argu. extra de officio delega. cap. gratum. & cap. relatum. & cap. licet.
44 † Item filiusfamil. procurator eſſe nõ poteſt ſin quoſdam ſine conſenſu patris, arg. C. mandati l. 3. C. de bonis quæ libe. l. cum non ſolùm. j. reſpõſo. in fi. & in glo. quæ incipit, captis pig. &c. & l. cum oportet. arg C. ad ſenatuſconſultum Macedo. l. fin. & C. de annali excep. l. j. in fi. & C de aſſeſſ. l. uelut. hoc tñ non placet dño Guidoni, nec pluribus aliis per l. ff. de iudi. l. tam ex cõtractibus. & C. de proc. l. filiusfa. §. ipſe quoq;. extra de procurat. c. non iniuſte. & hoc dictum eſt ſupra in ti. ⁊ actorem in §. item
45 filiusfam. &c. † Filius autem familias procuratorem conſtituere non poteſt: niſi in illis caſibus, in quibus ipſe agere poteſt, puta in caſtrenſi peculio, uel quaſi, uel in aduentitio, uel quaſi, & pater eius non ſit prẽſens, uel procurator patris, ut ff eo. l. filius. ff. de iudi. l. ſi longius. ff. de iniur. l. ſed ſi unus. §. filio. Item ſi duo procuratores ſimul dati ſunt, alter ſine altero agere uel defendere non poteſt, arg. extra de offi. delega. capit. prudentiam §. j.
46 † Item infamis procurator eſſe non poteſt, ut 5. q. 3. quia epiſcopus. 3. q. 7. c. j. & c. infamis. arg. ff. de poſtulan. l. j. §. 2. & §. hoc edicto. & de hoc conſueuit dici. extra de iura. calum. c. imperatorum. & extra de iudi. c cum deputati. Sed contra in inſtitu. de excep. §. fin. ubi dicitur. Eas uerò exceptiones, quæ olim procuratoribus propter infamiam uel dantis uel ipſius procuratoris opponebantur cum iudiciis frequentari nullo modo proſpeximus. modò quieſcere ſancimus: ne dum de his alteratur ipſius negotij diſceptatio proteletur, ſed poteſt ſolui ſecũdũ quoſdã. Nam infamis leui uel parua infamia procurator eſſe poteſt, ut

in d. §.

Source : BIU Cujas

in d.§.secus si esset infamis maiori infamia, vel per sententiam, vel ipso iure: quia tunc procurator esse non potest, vt notari cõ sueuit in iuribus alleg & ff.de arbi.l.Pedius. C.de infam.l.vna. lib.10.vel dic secus de iure canonico, & secus de iure ciuili, ut in prædicto.§.infamis de infamibus multa inuenies inf. in titu.
47 contra testes. † Item per procuratorem hæreditas adiri nõ potest, vt ff.de acquir.hære.l. Paulus. vbi dicitur. Paulus respondit, per procuratorem hæreditatem acquiri non posse. Item obijci potest procur.tu recepisti pecuniam p procuratione tua: ergo non debes recipi tanquam procurator, sed potius tanquam locator, qui locasti operas tuas. vnde est contracta locatio, non mandatum: & merces est contraria officio procurationis, vt ff.
48 manda.l.j.§.2. † Item dicitur, quòd procurator est, qui aliena negotia mandato domini gerenda gratuito administrat, vt ff. eo.l.j. & his quæ ibi notantur, sed cum mãdatum gratuitũ non receperis: ergo tanquam procurator recipi non debes, vt dictũ est. de hoc consueuit notari.ff.eo.titu.l.j.in glo.Sed nonne &c. & in sum.Goffr.in titu.eod.in §.j.

SVMMARIVM.

1 *Oeconomus auctoritate episcopi vel prælati debet constitui.*
2 *Actor vniuersitatis non admittitur, si constitutus sit tantum ad lites præsentes.*
Actor constitutus sine decreto principis non admittitur.
3 *Actor, syndicus & œconomus non constituti a maiore parte vniuersitatis possunt repelli.*
4 *Actor vel syndicus vniuersitatis non nisi post litis contestationem potest constituere procuratorem.*
5 *Oeconomus ecclesiæ & tutor pupillo datur.*

Contra œconomum. Artic. ix.

1 Contra œconomum potest dici, q̃ † debet constitui auctoritate episcopi, vel prælati, vt 9.q.3. cum similib. C.de epis.& cle.l.oẽs. §.nihilominus & extra de iuram.calum.c.imperatorum.in fin. & debet esse clericus, vt C.de episco.audi.l.decernimus. 17.q.7. noua.ar.extra de reseri.c.edoceri. & extra de syndico. cap.vno. Quidam tamen dicunt hoc verum esse in causis spiritualibus: in temporalibus verò laicus bene poterit constitui, arg. 77.dist. in singulis. Item dicitur, q̃ œconomus debet esse de gremio illius ecclesiæ; a qua est œconomus constitutus: aliàs non valet,
2 vt 89.dist.quia 16.q.fi.quoniam.† Item si actor vniuersitatis cõstitutus fuerit, nisi tantum ad præsentes lites: non valet, vt ff.qđ cuiusq; vniuers.l.item eorum.§.decuriones. Item non valet, si sine decreto principis fuerit constitutus, ut in d.l.item eorum. ff.de colle.illic.l.j.ff.de adminis.tut.l.decreto.& in inst. de cura. §.fin. C.de appel. l.si actor. ff.quando ex facto tut.l.tutor. Item dicitur de syndico, vt in ead.l.& instit.de cura.§.fi.ff.de curato. l.fi.ff.de his qui no.infa.l.furti.in §.mandati. & consueuit notari.C.de procur.l.neq;.† Item actor & syndicus & œconomus re
3 pelli possunt: nisi a tota vniuersitate, vel toto capitulo, uel a duabus partibus fuerint constituti.ff.quod cuiusq; vniuer.l.nulli.& l.item.§.actor.& §.ex his.& l.planè. vel quidam dicunt, q̃ sufficit: si a maiore parte fuerit constitutus, vt ff.de conditio. & demonstr.l.municipibus.ff.ad municipa.l.municipes.& de hoc notatur.C.de iura. calum. l.2.§.hoc etiam.in gl.plurimam &c.
4 † Item si actor vel syndicus vniuersitatis constituat procuratorem: repelli potest nisi post litem contest.ff.de procur.l.nec ciuitatis. Item syndicus siue actor, vel œconomus excommunicatus repelli potest, vel si ab excommunicatis fuerit constitutus, vt dictum est supra p̃ procuratores, in §.j. postea potes notare
5 versus de hac materia quæ sit differentia inter ipsos.† Oeconomus datur ecclesiæ: tutorque pupillo. Est procurator, curator, syndicus, actor. Priuati minimi, plebis episq; copi.

SVMMARIVM.

1 *Aduocare seu postulare quid dicatur proprie.*
2 *Aduocare quæ nequeant personæ.*
3 *Hæreticus, iudeus & quuis infidelis contra Christianum aduocare nequit.*
4 *Religiosi non possunt aduocandi officio fungi.*
5 *Clericus in sacris, vel aliàs beneficio ecclesiastico sustentatus repellitur ab aduocationibus.*
6 *Clericus aduocare non potest coram iudice seculari.*
7 *Aduocatus non debet vti verbis procacibus & improbis.*
8 *Aduocatus esse nemo potest in causa, in qua iudex fuit.*
9 *Infamis aduocatus esse non potest.*
10 *Excommunicatus non potest esse aduocatus.*
11 *Aduocans cõtra vnum in vna causa in eadem pro eodem aduocare non põt.*
12 *Aduocatus remouetur, qui cum clientulo de quota litis paciscitur.*
13 *Aduocare quæ prohibeantur personæ.*
Aduocatus dum aduocat, stare debet.
14 *Aduocatus noc obtemperans iudici quando possit ab aduocatione repelli.*
15 *Aduocatus punitur lite contestata exceptionem dilatoriam proponens.*
Aduocatus literarum debet esse peritus.
16 *Tabellio non debet aduocationis officium exercere.*

Contra aduocatos. Artic.x.

Quoniam in iudicijs sæpe veniunt aduocati: & qſiq; illi qui p̃hibentur incipiũt aduocare. ideo dicendum est p̃ aduocatos. Pri
1 mò sciendum est, quid sit aduocare, siue postulare.† Aduocare seu postulare est desiderium suum, siue amici sui in iure apud eum qui iurisdictioni prꝛest: exponere, vel alterius desiderio cõ tradicere, ut ff.de postu.l.j §.j.& 3.q.7.infamis.§ tria. & §.finautem.† Item si surdus, vel mutus, vel cęcus, vel perpetuò furio-
2 sus, vel seruus, vel minor 17.ann.fuerit, non poterit aduocare, vt in prędic.iuribus ff.& 3.q.7.ver quidam.vbi dr̃, q̃ minor 17. ann.põt nõ postulare, surdus, fęmina, vtroq; lumine orbatus. qui muliebria passus est, nisi per vim prædonum, vel hostiũ status pratus est, prohibetur, & de calumnia in iudicio damnatus. ad
3 hoc facit in institutio.qui manu.non pos.§ fina. † Item hæreticus, vel iudęus, vel alius infidelis, contra Christianum aduocare non potest: vt C.de postul.l.nemo.& C.de episc.audien.l.nemo.& extra.de hæret.c.excommunicamus.§. credentes, vbi dr̃, si fuit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur, & si aduocare præsumpserit, omnia bona sua proscribantur: & ipse in exilium deponatur, vt in prædictis.ll.nemo. & nemo. & iudex qui eum admiserit: in centum libris auri debet condemna
4 ri, vt ibi dicitur. † Item monachus & quilibet regularis ab aduocationibus prohibetur, vt extra ne cleri. vel mona. per totũ. & extra de postul.ex parte 16.q.j.placuit.ubi dicitur. Placuit nostro communi consilio &c. Supra est totus tenor illius in titulo. p̃ actorem.ad hoc facit eodem titulo,& ead. q.monachi. & ca.alia est causa.& 3.q.7.c.sunt autem.de hoc dictum est plenè supra in titu. contra actorem, procuratorem. in §.item monachus, &c.& ibi recurras. † Item presbyter vel clericus in sacris
5 promotus, vel in minoribus ordinibus cõstitutus, dumtamen ille qui est in minoribus ecclesiastico beneficio sustentetur, ab aduocationibus repelli possunt, vt 14.q.5.deniq;.ext. de postul. c.j.2.& 3.C de testam.l.consulta.& C.de episcop.& cler. l.repetita.vbi in casibus, vt in iuribus allegatis.& 3.q.7.§.tria.& §.sunt autem.vbi dr̃ plenè, quæ personæ possunt postulare,& quæ nõ,
6 & pro quibus personis.† Item nullus clericus debet aduocare coram iudice seculari, vt C.de episc.& cleri.l.placet.& hoc notatur.ff.de postul.l.j.§.2.& in prædicta l.repetita.& maxime in causa criminali, ut extra ne cleri.vel mona.c.sententiam.& per totum.& 51.dist.aliquantos.23.q 8.his a quibus.vbi dicitur. His a quibus domini sacramenta tractanda sunt: iudicium sanguinis agitare non licet. † Item procacibus verbis & improbis ad-
7 uocare prohibitum est, vt C.de app.l.fi.§.in fruſtratoriis.arg. C. de vete.iur.enuc.l.j.§.nostram.& nihilominus est infamis, vt 3.q.7.infamis §.tria.vbi dicitur, si quis adeo procax &c. de verbo ad uerbum ponitur inf.eo.l.illud.idem est. C.de postulan.l.
8 quisquis. † Item quicunq; in aliqua causa principali iudex fuerit uel assessor: aduocare postea non poterit in eadem. C. eod.l. quisquis.in prin.& in fi.C.de assess.l.fin in princ.ubi dicitur. Ne
9 cum in utrunq; festinet: neutrum bene peragat. † Itẽ infamis aduocare nõ potest, ut ff.de postulan.l.j.§.hoc edictum.& §. ait prætor.& l.quos prohibet.& C.de postulan.l.quisquis.& de hoc plenè consueuit notari.ff.ad l.Iuliã repetun. l.hac lege. §.j.& 3. q.7.infamis.§.tria.& §.sunt autem.& hoc est uerum, nisi p̃ certis personis.quæ enumerantur in d.§.tria.versic.Alij enim omnes &c.& hoc intelligitur de illis infamibus, qui nõ sunt summa turpitudine notati: nec etiã sunt infames ipso iure, vel dãnati de crimine capitali, nã tunc pro aliquibus aduocare non possunt, vt dicit dominus Azo in summa sua, in c.eo.§.Alij au-
10 tem sunt &c.† Item excommunicatus aduocare non potest p̃ iura prælegata, supra in titulo cõtra procuratorem. §.primo. Item publicè pugnantes cum bestijs in arena pro aliis aduocare non debent, vt ff.de postulan.l.j.§. itẽ senatusconsulto.3.q.7. §.infamis. §. tria.& hoc est: quia infamis est, vt dictũ est in illo.
11 §.item infamis &c.supra.† Item si fuerit in vna causa aduocatus cõtra Titium, in eadem causa pro ipso Titio aduocare nõ debet, vt ff.de his qui notantur infa.l.athletas.§ idem procurator.& ff.de prævarica.l.3.§.q̃ si aduocato. & C.de aduoc.diuer. iud.l.j.& hoc est verum, nisi in casibus, quos habes.ff.de postul. l.fi.& facit ad hoc 93.distin.legimus.& c.diaconis.& de hoc cõsueuit notari in prædicta.l.ff.de postulan.l.fi.† Item ab aduoca-
12 tione remouetur, qui cum graui damno pactus est cũ suo clien tulo de quota parte litis sibi præstanda. C.eo.tit.l.si qui.& 3.q.7. §.arctentur. Item repellitur ab aduocatione, qui lege Iulia. repe. fuerit condemnatus, vt ff.ad l.Iulia.repe.l.hac lege. Item nota in istis versibus, qui sequunt̃, illos qui aduocare prohibentur.
13 † Non cuicunq; datur vt postulet, immo vetatur. Luminibus carens: mulier muliebria passus. Adiectus pęnę seruus, puer, actor arenę, & hæc probantur 3.quæst.7.§. tria. Item nota, q̃ aduocatus stare debet, cum aduocat, vt C.de postulan.l.quisq;s. in fi.& in authen.vt ab illustribus.§.j.col.5. vbi de hoc. & C. de offic.ciui.iud.l.j.& C. vbi senatores vel clarissimi.l.fi.§.sedendi. & non debet iterare ea quæ semel fuerint perorata, vt C.de appel.

Source : BIU Cujas

pel.l.fi.§.non iure.† Item nota,ꝙ ſi aliqs aduocatus ammonitus fuerit a iudice,vt alicui ſuum præſtet patrocinium, & ei nō obtemperauerit:poſtea repelli poterit ab aduocatione in curia illius iudicis: niſi ſe rationabili cauſa excuſauerit, vt 3.q.7.§.tria. vbi dicitur.ſi quis verò ammonitus &c. inf. eſt tenor illius. cap. arg.ff.de poſtulan.l.quos prohibet.& C.eo.l.prouidendum. §.ſi quis verò.vide tamen,an ſit prohibitus aduocare imperpetuū, vel ad tempus.& de hoc tractatur §.eod.titu.l.j.& ff. de pęn.l.fi.
15 † Item nota,ꝙ ſi aduocatus exceptionem dilatoriam poſt litē conteſtatam propoſuerit, de rigore iuris puniri debet in vna libra auri,vt C.de exceptio.l.i quis aduocatus. Item nota, quòd aliquis aduocatus eſſe non debet, niſi peritiam habeat literarū, quanquam ſit peritus in exercitio, vt C. de aduoca. diuer.iudi. l.iubemus.ff.de varijs & extraordin.cogni.l.j.§.aduocatus. & in authen.de iudi.in prin. col.6. ibi. Nos igitur &c.C.de poſtulan. l.2.& hoc ſecundùm quoſdam.Alii dicunt,ꝙ ſufficit, ſi exercitium cauſarum habeat.C.de iudic.l.certi.vbi de hoc,& in prædictis ll dicitur,ꝙ inter aduocatos non numerabuntur, niſi fuerint literati:tñ hoc habet locum in aduocatis, qui ſalarium de publico recipiebant,qui erant centum numero, ut ibi dicitur.
16 † Item tabellio vel ſeruus non debet aduocationis officiū exercere,argu.C.de decurio.l.vniuerſos. & conſueuit notari. C. de tabu.l.generali.lib.10. in fi. Vltimò no.ꝙ ad euidentiam iſtius præſentis tituli quis poſſit eſſe iudex vel aduocatus: & quis nō, totum.c.quod eſt.3.q.7.infamis.hic de verbo ad verbum inſerui,ſiue ſcripſi in hunc modum.

SVMMARIVM.

1 *Infamis nec procurator eſſe poteſt, nec cauſarum cognitor.*
2 *Poſtulare quid ſit.*
3 *Poſtulare qui prohibeantur.*
4 *Infames prr quibus poſſint poſtulare perſonis. & nu. 5.*
6 *Procax in verbis aduocatus eſſe non poterit.*
7 *Aduocatus cuilibet parti patrocinium denegans foro carebit.*
8 *Aduocatus qui egit cām fiſci poteſt contra eundem patrocinium prẽſtare.*
9 *Filius in re patris arbiter eſſe poteſt.*
10 *Seruus arbiter eſſe non poteſt:libertinus aute m ſic.*
Infamia pluribus irrogatur modis.

Tertia quæſtio.7. Infamis.

Textus eſt decreti.

1 **Infamis perſona** nec procurator † eſſe poteſt; nec cognitor tria ſunt, quibus aliqui impediuntur: ne iudices fiant. Natura ſurdus & mutus, & perpetuò furioſus, & impubes: quia iudicio caret.Lege qui ſenatu motus eſt.Moribus fęminę & ſerui: non quia iudicium non habeant:ſed quia præceptū eſt, vt curialibus non fungantur officijs,verū ſi ſeruus dum putaretur liber, & ex delegatione ſentētiam dixit:quamuis poſtea in ſeruitutem depulſus eſt: ſententia ab eo dicta rei iudicatæ firmitatem tenet:& hr̄ lex in ff.titu.de poſtulan.Infames eſſe non poſſunt procuratores vel patroni cauſarum. Sunt autem tres ordines eorum qui prohi-
2 bentur poſtulare: † eſt autem poſtulare deſiderium ſuum, vel amici ſui in iure apud eum qui iuriſdictioni præeſt exponere: vel alterius deſiderio contradicere,vt præmiſimus.Non poſtulantium tres ordines ſunt. Quidam prohibentur omnino poſtulare,vel propter ętatem:vt minores 18.annis, vel ꝓp cām,vt ſurdus,qui omnino non audit. Aliis prohibetur.ne pro aliis poſtulent,vel ꝓp ſexum,vt fęminę.vel propter caſum,vt vtroque lumine orbati,vel ꝓp notā turpitudinis, vt hi qui corpori ſuo muliebria paſſi ſunt:niſi forte vi prędonum vel hoſtium ſtupra
3 ti prohibentur. † Similiter qui capitali crimine vel calumnia publici iudicij ſunt damnati: vel qui operas ſuas locauerint, vt cum beſtijs depugnarent in arena,pro aliis prohibentur poſtulare,his perſonis pro ſe allegare permittitur, pro alio prohibetur,niſi forte tutelam impuberum vel curam adoleſcentium nō affectatam,ſed neceſſariam adminiſtrent,pro his eiſ̄, quo-
3 rum curā gerūt,eis poſtulare permittitur,vel conceditur.† Alij enim omnes qui vt infames notantur, niſi pro ſe & pro certis perſonis poſtulare non poſſunt, niſi in integrum reſtitutionē acceperint:permittitur autem eis poſtulare pro parentibus,patrono vel patrona,pro liberis etiam ſuis.fratre & ſorore, ſocero & ſocru.genero,nuru. vitrico, nouerca, priuigna, priuigno, pupillo,pupilla,furioſo,furioſa,fatuo,& fatua,prodigo,ſurdo,
5 muto,& adoleſcente.† Item pro aliis quibus propter infirmitatem curatores dari ſolent, & qui negotiis ſuis aliquo perpetuo morbo ſupereſſe non poſſunt: omnes autem, qui non ſponte, ſed neceſſariò fungūtur officio, ſine offenſa poſtulare poſſunt: etiam ſi hi quibus nō niſi pro ſe poſtulare permittitur, propter affinitatem verò non eas accipere debemus,quæ quōdam fuerunt,ſed præſentes.nurus,& generi appellatione,& ſoceri & ſocrus,& vlteriores quibus ſolet accidere continentur. arcentur etiam a profeſſione aduocatorum:ſicut in 2.lib. C.tit.de poſtulando inuenitur,qui ſub nomine honoratorum ex ipſis negotijs quæ intuenda ſuſceperunt emolumentum ſibi certę partis cum graui damno litigatoris, & deprędatione poſcentes inue-
6 niuntur. † Item ſi quis adeo procax fuerit vt non ratione, ſed probris putet eſſe certandum,opinionis ſuæ imminutionē patiatur:propterea non liceat aduocato vllum cōtractum inire: vllam pactionem ſubire,conferre cum eo litigatore, quem in propriam fidem recepit: nec ex induſtria iurgium protrahere apud vrbem Romam, etiam honoratis qui hoc putauerint eligendum eo vſque liceat orare,quouſque maluerint, videlicet vt non ad turpe compendium & ſtipem deformem hæc arripiatur occaſio.Nam ſi lucro pecuniaq; capiantur, veluti abiecti, vel degeneres inter viliſſimos numerabuntur. Si verò in vno auditorio duo tantum vel plures prę cęteris fuerint, quorum fama ſit hilarior,in iudicantis officio ſit, vt par cauſidicorum diſtributio fiat,& exequatur pro partibus auxilium ſingu-
7 lorum. † Si quis verò monitus a iudice ea excuſatione,quæ nequeat comprobari,cuilibet parti patrocinium denegauerit: careat foro,ſciatq; ſibi etiam nunquam agendi copiam poſſe reſtitui:ſi quis autem litigatoribus detectus fuerit ſeparatim tractaſſe cū pluribus:& aduerſario ſuo ſubtraxiſſe parti defenſionis copiam oſtendet, proculdubio iniquam a ſe litem foueri,
8 & auctoritatem iudiciariam eluſam a ſe experietur.† Itē quāuis illi,qui cauſam fiſci egiſſent,prohibeantur aduerſus fiſcum patrocinium præſtare, tamen hodie aduerſus fiſcum poſſunt patrocinium prẽſtare,vel exhibere priuatis,dum eam cauſam declinent ſuſcipere, quam tractauerant, dum fiſci aduocati fuerunt.Item ſi cōtra patrem pupilli cauſam egiſti: tutor vel procurator datus,cauſam eandem defendere non prohiberis. Cognitores verò ex officio intelliguntur non ex arbitrio; nihil.n. refert,qui arbitriū ſuſcipit:an ſit integrę famę, an ignominioſus. † Filius enim etiam in re patris arbiter eſſe poteſt: nā etiam iudicem eum eſſe poſſe plerisq; placet. Si quis verò iudex ſit, arbitrium recipere eiuſdem rei de qua iudex eſt in ſe compromitti iubere prohibetur,& ſi ſententiam dixerit,non eſt danda
10 pęnę perſecutio. † Seruus autem arbiter eſſe non valet,libertinus eſſe poteſt.porrò infamia multipliciter irrogatur. Aliquando enim contrahitur genere delicti declarati per ſententiā: veluti cum iudex pronuntiat iniuriam feciſti,hæreditatem cōpilaſti, calumniatus es. Aliquando genere pęnę, ſicut illi qui damnantur in opus publicum, qui priſtinum quidem ſtatum obtinent. Sed damno infamię etiam poſt impletum tempus ſubijciuntur.Aliquando pęnę & delicti declarati per ſententiā: veluti dum fuſtibus cęſo per preconem dicitur cicofantis,id eſt calumniator. Aliquando ipſo genere facti, vt exercentes improbum fęnus,& illicite exigentes vſuras vſurarum,& quæ intra tempus,in quo moris eſt lugere maritum, matrimoniū cōtrahit,& qui ſciēs eam vxorem duxit.Item teſtatur Felix Papa, & eiſdem verbis.Item euangeliū,& ille qui trabem in oculo geſtabat, probatur educere non poſſe feſtucam de oculo fratris ſui.Item Dauid in lib. Pſal. peccatori autem dixit Deus. quare tu enarras iuſtitias meas &c. Item Greg. Cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur.

SVMMARIVM.

1 *Tutorum quidam ſunt teſtamentarij, quidam datiui,& alij legitimi.*
2 *Tutores quidam ex inquiſitione dantur, & quidam ſine.*
3 *Tutores qui ſatisdare teneantur.*
4 *Tutor & curator adminiſtrare non poſſunt, niſi prius inuentariū fecerint.*
5 *Tutor vel curator ante omnia inuentarium facere debet in rebus pupilli vel adulti.*
6 *Inuentarium triplex reperitur.*
7 *Maritus non poteſt eſſe tutor vel curator ſuæ vxoris.*
Hæres tutoris eiuſdem pupilli non poteſt eſſe tutor.
8 *Mulier non poteſt eſſe tutrix.*
9 *Mater tutrix fideiuſſorem dare debet, promittētē rem pupilli ſaluā fore.*
Seruus tutorem habere non poteſt.
10 *Tutor non poteſt dari tutorem habenti.*
11 *Tutor datus in teſtamento minus ſolenni non admittitur niſi confirmatus.*
12 *Pater non poteſt in teſtamento curatorem dare filio.*
13 *Tutor non auditur, niſi iudicio ſiſti cauerit.*
Epiſcopus vel regularis quiſpiam Tutor vel Curator eſſe non poteſt.
14 *Tutor certus dari debet & non incertus.*
15 *Tutor procuratorem dare non poteſt.*
16 *Tutor vel curator ad iudiciū veniens qualis ſit attendi debet. & nu ſeq.*
19 *Tutor datus in minus ſolenni voluntate debet confirmationem oſtendere.*
20 *Tutor legitimus non admittitur,ſi teſtamentarius reperiatur.*
21 *Tutor teſtamentarius eſt datiuo præferendus.*
22 *Tutor tria facere tenetur, antequam admittatur.*
23 *Tutelam adminiſtrare eſt officium virile.*
24 *Tutela mulieris legitima eſt, & legitime ſuſcipienda.*
25 *Mater in tutela eſt auiæ præferenda.*
26 *Minor vigintiquinq; annis non poteſt eſſe tutor.*
27 *Inuentarium incaute factum pro infecto eſt habendum.*
28 *Inuentarium omnes res pupilli continere debet & prouētus & inſtrumēta.*
29 *Tutor iuratus eſſe debet.*

Contra

Source : BIU Cujas

Contra tutores & curatores. Artic. XI.

SEQVITVR videre contra tutores & curatores: plures enim tutores & curatores se dicunt, qui esse nō possunt: & idcirco contra ipsos aliquid videamus. † Primò tamē sciendum est, quòd tutorum & curatorum, alij sunt testamentarij, alij datiui, alij legitimi. De testamētariis dicitur in instit. de satisda. tuto. §. j. & in insti. de tutel. §. permissum. & in institu. qui dari tutores in testamento possunt, per totum.

Item de datiuis dicitur in institu. de attiliano tuto.

Item de legitimis dicitur in institu. de legiti. agna. tut. & in titu. de fiduciaria tutela. † Item alii sunt dati ex inquisitione, alij sine inquisitione. Sed cum in corpore iuris ista materia in locis pluribus sit diffusa, parum tamen dicam, & idcirco dicas, quòd dati sine inquisitione & legitimi satisdare debēt rem pu. sal. fo. vt in institu. de satisda. tuto. & curato. §. j. C. in quibus caus. in integ. restitu. l. si tutor. C. de postliminio reuersis. l. cum cognatos. & C. de episcopali audi. l. decreationibus. & C. de curatore furi. l. fina. §. sed cum antiquitas. ff. de testa. tut. l. testamēto. & l. si nemo. † & quòd dixi de datis sine inquisitione, quòd satisdare debent, idem dico de datis ex inquisitione, vt ex cōstitutione græca de qua fit mentio in institutio de Attil. tuto. §. penulti. & de hoc plenè consueuit notari. C. de tutorib. & curatorib. qui satis non ded. l. j. & in institutio. de satis. tut. §. j. remittitur tamen satisdatio, si tutor *vel curator locuples* sit. C. de episcopali audien. l. de creationibus. & C. de curato. furi. l. fin. ff. de testamentaria tutela. l. testamento. *circa fin.* ff. de legit. tut. l. legitimos. *circa princip.* Sed *videtur contra.* ff. de procur. l. si minor. §. fin. & l. sequen.

† Item nota, quòd tutor vel curator tria habent facere, sine quibus administrare non possunt, scilicet quòd faciant inuentarium, & quòd iurent & caueant sub hypotheca rerum suarum. C. de episcopali audien. l. de creationibus. in fin. vbi dicitur, ipso autem curatore cuiuscunque substantiæ vel dignitatis est, præfatum sacramentum pro vtiliter rebus gerendis præstāte, & inuentarium publice conscribeute, & hypotheca rerum curatoris modis omnibus adhibenda, quatenus possint vndiq; res vtiliter gubernari. ad idem. C. de cura. fur. l. fina. §. sed cum antiquitas. *vbi dicitur.* In prouinciis autem apud præsidem eiusdem prouinciæ præsente etiam tam viro religiosissimo locorum antisti te, quàm tribus primatibus, & actis interuenientibus, tactis sacrosanctis scripturis, edicat omnia se recte, & cum vtilitate furiosi agere, neque prætermittere ea vtilia furioso putauerit esse, neque admittere ea que inutilia existimauerit, & inuentario cum subtilitate publicè conscripto res suscipiat, & eas secundū sui opinionem disponat, sub hypotheca rerum suarum ad eum pertinentium ad similitudinem tutorum, & adulti curatorum, ad idem. C. arb tut. l. fin. § illo procul. vbi dicitur † illo procul dubio obseruando, vt non audeat tutor vel curator res pupillares vel adultorum attingere, vel vllam sibi communionem ad eas vendicare, nisi prius inuētario publice facto secundùm morem solitum res eis tradantur, nisi testatores, qui substantiam transmittunt, specialiter inuentarium conscribi vetuerint &c. ad idem facit in authen. de hæred. & fal. in §. sancimus. vbi dicitur, qualiter fiat inuentarium. col. j. & ff. de admi. tu. l. tutor. § j. in fin. & ff. de susp. tu. l. tutor. §. tutores. † Scire tamen debes, quòd triplex est inuentarium: est enim inuentarium tutoris & curatoris, est inuentarium hæredis, est inuentarium fisci. de inuentario tutoris vel curatoris dicitur. C. de admini. tu. l. tutores. ff. eo. l. tutor qui. de inuentario hæred. dicitur in auth. de hered. & fal. §. sancimus igitur. coll. j. vbi docetur, qualiter conficiatur inuētarium, & C. de iur. deli. sancimus. §. sin autem dubius. De inuentario fisci dicitur. C. de bon. proscrip. l. si quis. arg. in auth. de collato. §. si verò aliquādo. col. 3. C. de bo. vac. l. 2. lib. 10. sed quomodo fieri debeat inuētarium, infra dicam. † Item maritus, tutor, vel curator vxoris suæ non potest esse: vt in insti. de excu. tu. §. fin. vbi de hoc. & C. qui dari tu. vel cura. possunt. l. maritus. ff. de cur. fur. l. iure. & est ratio; quia si male gereret, vxor propter affectionem sibi remitteret. Item si hæres tutoris tutor esse velit, audiri non debet; quia nemo in tutela succedit, nisi intantum quòd hæres tenetur perficere ea quæ inchoata fuerant ab illo cuius est hēs: & de hoc dicitur. ff. de neg. gest. l. qui aliena. § tutoris. & l. seruus. § si viuo. C. de infami l. furti. §. penul. ff. de hæredi. tu. l. j. arg. ff. pro socio. l. hæres socii. & l. verum. C. de nego. gest. l. curatoris. C. si quis rem mi. igno. l. j. ff. de tutel. l. tutela. † Itē notare potes, q̄ mulier tutrix esse non potest: vt C. quando mulier offi. tu fun. pos. l. j. & ff. de reg. iur. l. 2. extra de arbi. dilecti. intelli ge tamen, nisi a principe tutelam filiorum specialiter impetrauerit. ff. de tutel. l. fin. & in pluribus aliis iurib. vel legibus, & debet renuntiare velleiano, & omni iuris auxilio, vt C. quādo mulier offi. tu. fun. pos. l. 2. & debet iurare se ad secundas nuptias nō transire, vt C. eodem titu. l. 2. & fina. & authen. ibi posita. Mater tamen hodie iure nouo admittitur tutrix in filiis cum iuramēto: vt C. eodem in authen. sacramentum. & extra de appella. ex parte. dum renuntiet, vt dictum est, & præfertur omnibus tutoribus legitimis & datiuis, non autem testamentariis, vt in auth. de hæred. ab intesta. §. ex his. colla. 9. & in auth. vt matres sine p-hi. tu. ge. §. quia verò. coll. 7. C. eo. auth. matri. & quàm citò ad secundas nuptias conuolauerit, soluta est tutela quasi esset mortua, vt in prædicto §. quia verò tamen si voluerit esse tutrix, vt dictum est, debet cauere rem pupilli sal fo. & facere inuētariū: vt in authen vt matres sine prohib. §. fina. colla. 7. & oportet, q̄ sit maior vt in institu. qui dari tuto pos. §. furiosus. & hoc potest impetrare a iudice ordinario; vt C. eodem l. 2.

† Item debet dare fideiussorem, qui promittat rē pupilli sal. fo. vt in authen. vt sine prohi. ma. §. fin. quicquid tamen dictum sit, clare intelligas, quòd mulier bene potest esse tutrix filiorum cum illa solennitate quæ est. C. quando mulier tut. officio fungi pos. l. fin. & de hoc plenè dicitur infra titulo contra matrem vel auiam &c. Item seruus tutorem habere non potest: vt ff. de tutel. l. j. & in institu. eodem. in principio.

† Item tutorem habenti tutor dari non potest, quia non tutor, sed curator datur ei. in insti. de cura. §. interdum. ff. de tutel. l. 2. § si pupillus. & l. solet. nisi in casibus. C. quibus causis habēti tuto. vel curato. da. pos. l. licèt. ff. de testamentaria tutel. l idem. & ff. de suspec. tuto. l tutor. §. si qs affi. & in insti. de cura. §. furiosi. ubi multa de hoc notantur.

Item si mulier in testamento suo filiis vel filiabus suis tutoribus vel curato. dederit potest repelli, nisi in casibus a iudice fuerit confirmatus. ff. de confirmando tutore. l. j. & 2. & est ratio; quia non habet eos in potestate. † Item si aliquis filiis suis in minus solenni testamento tutorem vel curatorem dederit, nisi a prætore fuerit confirmatus. ff. de confirma. tuto. l. qui a patre. & l. si filio & ff. de administratiōe tutorū. l. tutores. §. curatores.

Item si pater filio naturali tutorem vel curatorem dederit, non valet, nisi in his quæ sibi reliquerit, vel legauerit. ff. de confirma. tutorum. l. naturali. C. eodem titulo. l. finali.

Item si pater in testamento suo filio curatorem dederit, poteris dicere, quòd non valet, nisi a prætore fuerit confirmatus. C. de episcopali audientia. l. de creationibus. in insti. de curato. §. j. ff. de curato. fur. l. penultima. ff de confirmatio. tuto. l. j. & 2. & l. qui a patre. & l. vtilitatem. ff. de administratio. tutorum. l. tutores §. curatores. C. de nego. gest. l. curatorem.

† Item nisi tutor cauerit iudicio sisti, audiendus non est, vt C. de administra. tu. l. sancimus. §. defensionem.

Item episcopus, vel monachus, vel alius regularis tutor, vel curator esse non potest, vt in authen. de sanctissimis episcopis. §. Deo autē. col. 9. quod est. C. de episcop. & cler. authen presbyteros. 2. tamen presbyter, & diaconus & subdiaconus. ad tutelam iure cognationis vocari possunt, vt in prædicto §. Deo autem. vbi dicitur, Deo autem amabiles episcopos & monachos ex nulla lege, tutores aut curatores cuiuscunque personæ fieri permittimus: presbyteris autem & diaconis & subdiaconis iure & lege cognationis tutelā aut curā suscipere pmittimus &c. intelligē de tutela legitima, non de testamentaria, seu datiua, vt ibi notatur, & 86. distinctio capi peruenit. ubi de hoc. & 88. distinctio. c. fina. uel dic quòd secundùm prædicta. c. episcopus & monachus possunt esse tutores legitimi, ut ibi notatur, secus secundùm prędictum authenticum. † Item si tutor incertus datus fuerit, non ualet: ut ff. de testamen. tu. l. tutor. ubi dicitur, tutor incertus dari non potest. Item tutor uel curator minor 25. annorum esse non potest, ut in institu. qui dari tuto. in test. pos. §. furiosus. C. de legitima tute. l. nemo. & in institu. de fiduciaria tutel. §. fi & de excusa. tuto. §. minores. † Item tutor uel curator procuratorem dare non potest, nisi post litis contestationem: ut C. de procu. l. neq;. Item tutor uel curator non potest rē pupilli, uel adulti uendere uel alio modo alienare sine auctoritate p̄toris, nec pignori obligare, nisi illa quæ seruando seruari nō possunt. ut C. de administ. tuto. l. lex. quæ tutores. in fi. ea l. fin. in fi. ff. de suspe. tu. l. tutor. §. si tutor. ff. de admi. tu. l. & si sine. §. quæsitum. C. de præd. mi. sine decr. non ali. l. j & 2. & quasi per totū. C. si aliena res pig. da. sit. l. curator. & l. si in rem. † Et ut breuiter uideas contra tutorem, uel curatorem ad iudicium ueniētem, hæc omnia cogites & perpendas, an s. tutor sit datiuus, an testamētarius, an legitimus: quæras si datiuus, an ex inquisitione, an sine inquisitione. Si uerò ostendat se testamentarium, considera personas quę possunt dare in testamento & dari, & super hoc uide iura in institu. qui dari tuto. possunt, per totum. & in insti. de satisd. tuto. in fin. ff. de testamentaria tut. l. j. Item considera si sit testamentum penitus solenne, aliàs donatio non ualet, ut C. de confirma. tuto. l. 2. † Item uide, si ex illo testamento est adita hæreditas. C. de testa. tu. l. sed nemo. §. testamento. Item si ex testamento obiicias, q̄ illud testamētum fuit inofficiosum, quo casu est procedendum in quæstione, s̄m doctrinam. ff. de testamen. tute. l. iure. in fine. & l. seq. † Item obiicias testamentum factum irritum, & uide causas. ff. de iniust. rupto & irri. testamen. per totum. & insti. quibus mod. testamē. infir. per totum. & C. de liber. præter. uel exhæreda. authen. ex causa. & sic multum differre poteris causam illam. Caue tamen ne calumniosè hoc facias. Item si dicas causam donationis esse mutatam, de amico factus est inimicus, de diuite pauper, & ad hoc uideas. ff. de testamen. l. tutor pater. ff. de confirma. tut. l. penulti.

Source : BIU Cujas

19 † Item si ostendat minus solennem voluntatem, in qua dicat se datũ, ostendat cõfirmationẽ, & tu diligenter respice, si est facta, prout oportet, & super hoc vide titu. ff. de confirma. tuto. & C. eodem titulo.

Item si dicat se legitimum tutorem & proximiorem, tu proba contrarium si potes, & respice. C. de legi. tuto. per totum, cũ authent ibi posita. & ff de leg. tut. per totum.

20 † Item potes obijcere, quòd pater pupilli fecit testamentum, & in eo dedit tutorem, vnde non est locus legitimo. ff. de testamẽtũ, & in eo dedit tutorem, vnde non est locus legitimo. ff. de testament. tutel. l. si sub conditione. ff. de tutel. & ra. di. l. si tutor.

Item obijcias ei, quòd non satisdedit idonee, nisi sit pater vel patronus, de quibus legitur ff. de legi. tuto l. legitimis. §. secundo C. in quibus caus. non est necess. in integ. restitu. l. si tutor. & C. de tut. l. qui non satisdedit.

Item potes obiicere, quòd tarde suscepit tutelam: quia forsitan post annum, arg. C. de legi. hæredi. l. sciant. ff. ad Tertull. l. secunda. §. si mater.

21 † Item si dicat se datiuum, vide si fuit aliquis datus in testamento, & sic testamentarius præcedet datiuum.

Item potes obijcere de legitima tutel. quia quandoque legitima præcedit datiuam, vt ff. de tutel. & ra. distr. l. si tutor. §. primo. & quia habenti tutorem tutor dari non potest, vt supra dictum est.

Item vide a quo dixit se datum, si fuit datus ab illo, qui dare potuit. & super hoc vide. ff. de tutori. & curatori. da. ab. l. prima. & lege vbi.

22 † Item vide, an fecerit ista tria scilicet, quòd iurauerit fideliter se facturum, & quòd fecerit inuentarium, & quòd dederit hypothecam, vt supra dictum est: & ad hoc facit. C. de episcop. audi. l. de creationibus.

Si mater vel auia se dicat tutricem ex testamento, obiicias, quòd hoc testator facere non poterit ff. de testa tut. l. iure nostro vbi dicitur, iure nostro tutelam liberorum communium matri testamento patris frustra mandantur, nec si prouinciæ præses imperitia lapsus patris voluntatem sequendam decreuerit, eius successor sententiam quam leges nostræ non admittunt recte sequetur, idest persequetur.

23 † Item dicere potes, quòd tutelam administrare virile officium est. C quando mulier offic. tut. fun. pos. l. prima. ff. de tutel. l. tutela. & l. fin. & hoc quod dictum est, quòd in testamento tutrix dari non potest, verum est secundùm quosdam nisi a principe fuerit confirmata, vel a iudice, vt C. quando mulier of. tut. fun. po. l. secunda. in fin & in authen. matri. ff. de nego. gest. l qui aliena §. quenquam. & quæ dicta sunt de tutela, idem dicas de cura; vt nota. in prædic. authent. matri. in gloss. an idem &c. quid tamen dixerim, in hoc tenendum est, quòd mater bene potest esse tutrix cum illa solennitate quæ est. C. quando mulier of. tut. fun. pos. l. fin & de hoc dictum est supra in titu. contra tutores. & ibi similiter videas. & extra de appella. capitu. ex parte. vbi de hoc.

24 † Item si dicat se a lege vocatam, obiicias ei, tutela tua est legitima, & legitimè susci pienda. C. ad Tertul. omne. in quibus caus. com. l. pe. & qualiter legitimè suscipiatur, nota. C. quando mulier offic. tut. fun. poss. l. fin. & in authen. ibi posita. & in authent. de hæredi. ab intest. §. ex his. & in authent. vt sine prohib. §. vltim coll. 7.

Item obiicias ei, quòd datus fuit aliquis in testamento, ergo præfertur, vt in dictis constitutionibus.

25 † Item obiicias auiæ. Mater pueri te præcedit, quæ non præfertur, vt in dictis constitutionibus, & maximè in corpore.

Item obiicias matri, quòd ad secunda vota transiuit, & infra annum vel post, vel quòd peccauit in corpore in tempore luctus. C. de secund nupt l. prima. & in authen. ibi posita. extra de appellatio. ex parte. & in authent. de nupt. §. his autem. col. 4.

26 † Item contra omnes supradictos tutores & singulos obijcias de ætate ipsorum; quia sunt minores 25. ann. C. de leg. tut. l. fina. & in institu qui dari tut. pos. §. furiosus.

Item obiicias de ætate impuberis, quòd excessit ætatem pupillarem ff. de tut. l. Seio.

Item obiicias, quòd non feci sti inuentarium. C. arbi. tut. l. fin. & C. de episcop. aud. l. de creationibus. in fin. vel obiicias, tarde feci sti mox intra triduum vel intra 30. dies. C. de admini st. tutor. l. tutor. §. primo.

27 † Item inuentarium feci sti incaute. ergo pro infecto haberi debet. ff de his quæ in testa. delen. l. j. §. j. vbi dicitur, quod incaute factum est, pro non facto est habendum. ad idem. ff. de auc. tut. lege secunda & C. ad sille. l. fin. in fin. & extra de iurepatro. quod autem. in fin.

28 Item obiicias, non posuisti in inuentario res omnes, ergo non videtur actum. C ad sill. l. prælallegata, & præsertim est bona oppositio: si rem de qua ager & non posuisset.

Item non posuisti obuentus nec prouentus & res superuenientes. C. de cura. fur. l. fin. vltra me.

Item non posuisti totum tenorem instrumentorum pupilli, non habuisti auctoritatem iudicis. ff de admini st. tut. l. chirographis C. de episcop. audi l. de creatio. vltimum tamen de iudice non admittitur a quibusdam.

29 Item obiicias tutori, non iurasti, cum curator iurare debeat, multomagis tutor, vt in dicta l. de creationibus. & in authent. ibi posita.

Item obiicias quæstionem seruitutis pupilli, vel tutoris. ff. de tuto. l. j. & C. de admi. tut. l sed in seruili. C. de patria pote. l. impuberis. C. de cura. furio l. vltima.

SVMMARIVM.

1 *Curator adolescentis ostendere debet, an fuerit generaliter datus vel specialiter ad litem certæ rei.*
2 *Curatori quæ possunt obijci.*
3 *Curator satisdare debet de ratihabitione.*
4 *Curator præsenti & petenti debet dari.*

Contra curatorem datum adulto. Artic. XII.

CONTRA curatorem datum adulto aliquid videamus. Et primò sciendum est, vtrum si agit tanquàm curator adolescentis, vel furiosi, vel dementis, vel pdigi, vel alterius maioris † Si tanquàm curator adolescentis ostendat rationem, vtrum fuerit generaliter datus, vel specialiter ad litem certæ rei. Si generaliter videas a quo fuit datus, & vide omnia quæ supra dixi in tutore datiuo.

2 † Item obiicias ei de inuentario, vel adulto, & sacramento, & satisdatione & ætate, vt in tutore dixi.

Item obiicias, quòd sit datus curator habenti curatorem, & sine causæ cognitione. ff. de tutel. l. prima. C. qui dari tut. posses. l. tutorem.

Item obiicias. quòd non fuit datus volenti & petenti. ff de tutel. l. qui hæres. §. penulti.

Item si datus sit ad certam causam, vel ad litem certam, non poteris tot obiicere; quia forte poterit dari a quolibet iudice, sub quo litigatur. C. de admi. tut. l. fi. in fi. primo respõso, & forte

3 a legato, vel subdelegato. † Sed hoc reuocato in dubiũ, obiicias quòd non satisdedit ff. rem ra. hab. l. etiam. quæ obiectio non admittitur ab omnibus, nec in quolibet loco, quia nihil forte dicit de lite certa Ne inuentario obiicias. Sed timeo si succumbas quod ad certam litem vel ad certam rem datus est. C. de in litem dan tu. l. ad protegenda. C. de procura l. maritus.

4 † Item obiicias de ætate finita: vt supra dixi, & quòd nõ fuit datus præsenti, & petenti. Nam licèt ad litem suscipiendam vel mouendam adolescens inuitus recipiat curatorem, petere tamen debet, & hoc compellatur facere per iudicem. C. qui petãt tut. l. j. ff. de mino. l. ait prætor. § permittitur. & institit. de cura.

SVMMARIVM.

1 *Curator prodigi vel furiosi eum tamen probare debet.*
2 *Curator in testamento datus non valet nisi a iudice confirmatus.*
3 *Curatori legitimo quæ obijci possint.*
4 *Curatorem non possunt habere maiores personæ.*
5 *Curatoribos maiorum quid obijci possit.*

Contra curatorem prodigi, vel furiosi, vel mentecapti. Artic. XIII.

NVNC dicamus aliquid contra curatorem prodigi, vel furiosi, vel mentecapti. † Primò opponas, quòd

1 ille non est prodigus, uel furiosus, vel mentecaptus, & ipse curator necesse habebit hoc probare, ut consueuit notari. ff. de tuto. & curato. datis ab his. & ff de condi. institut. lege quidam. & de acquirenda hæredita. lege filium. C. de codicill. lege nec codicillos. & si probetur, quòd sit prodigus, oportet, quòd probet, quòd legitimè fuit facta interdictio. ff. de cura. fur. l. j. & l. obseruare. C de pact. l constitutio.

2 † Item vide si dicit se curatorem in testamento datum a patre, vel dicit se legitimũ, vel datiuum simpliciter. in primo obijcias, quòd non valet, nisi a iudice fuerit confirmatus. ff. de cura. fur i. l. pe. C. de episcop. audien. lege de creationibus. & in instit. de curato. §. j. & in concordan. supra positis.

Deinde obiicias ei, si non obseruauit ea, quæ dicuntur in lege prædicta. de creationibus, & sunt posita supra in principio istius titul.

3 † Si se dicit legitimum, verum est, quòd in prædictis causa est legitima. ff. de tutel. l. qui habet. in princip. & de curato. furi. l. sæpe. Sed obiicias ei, quæ dixi obiicienda legitimo tutori, & de inuentario, & de satisdatione, & de iuramento, vel quòd nõ est agnatus proximior, & de minori sua ætate, vt hæc omnia supradicta sunt.

Si dicat se simpliciter datum a iudice, opponas quòd ei curator testamento datus est, vel ad minus legitimus, & prædoneus, & obiicias quæ dixi simpliciter in datiuo tutore, & ea quæ generaliter dixi obiicienda contra tutores.

4 † Si dicat se curatorem alicuius personæ maioris generaliter

prohibitæ

Source : BIU Cujas

prohibitæ ſunt perſonæ maiores habere curatorem: tamẽ ſunt quædam perſonæ quæ poſſunt habere, de quibus habetur.ff.de poſt.l.prima.in fin.& l.2.3.& 4.& ff. de priuileg. cred.l.3.4.& 5. Obiicias ei,quòd non eſt de prædictis, & ipſe debet probare.ff. de colleg illic.l.4.& cum hoc probauerit, quòd ſit de prædictis perſonis,recurras ad generales obiectiones,ſcilicet de inuentario,de ſatiſdatione,de iuramento,& de ætate.

5 † Vnam poteris facere obiectionem contra iſtos omnes curatores maiorum,dico quòd eſt finita cauſa, propter quam fuit datus curatos,puta ꝓdigalitas,furor,& ſimilia, & ita iam quieſcit officium curæ ex illo generali ceſſante cauſa &c. & ex ſpecialibus legibus.ff.de curator.fu.l.penulti.& C. de cura.fu.l.pen.

SVMMARIVM.

1 *Curator bonis dari poteſt.*
2 *Curatore dato bonis quid obijci poſſit.*

Contra curatorem datum bonis. Arti. XIIII.

1 Si quis veniat dicens ſe curatorem datum bonis, tu potes obiicere, quòd verũ eſt † ꝙ in certis caſibus conceſſum eſt,vt bonis curator detur,& certo modo debet dari,de quibus legitur.ff.de tutel.l.inuito.in fin.& in authen.vt liceat matri & auiæ. in princip. coll.8.C.de bonis quæ libe.l.fin.§.primo.ff.de carbo.edicto.l.ſi is.& in ſpeciali rubri.ff.de cura.bon.dam.& de hæred.inſtitu.l.inſtituat.& ff.ex qbus cau.in poſ.ea.l.fin.obiicias, † ꝙ caſus non euenit, obiicias, quòd forma non fuit ſeruata,obiicias de inuentario.ff.de bonis aucto.iudi.poſ.l.vlti.
2

SVMMARIVM.

1 *Curator ventri poteſt dari,vel ventris occaſione.*
2 *Curatori dato ventri quid poſſit obijci.*

Contra curatorem datum ventri. Artic. XV.

1 Si quis compareat dicens ſe † curatorem datũ ventri,vel occaſione ventris,reſpice formam,ſi eſt datus uentri tantùm,uel uentri & bonis ſimul,vel tantùm bonis,de quo legitur.ff.de vẽtre in poſſeſſionem mit.l.j.vltra medium.obiicias de uentre, ꝙ non eſt ꝑgnans,nec certa. † Obiicias de perſonis quæ debuerunt dari, obiicias de inuentario,quæ omnia colligas.ff.de uentre in poſ. mit.& generales facias obiectiones quas dixi ſuperius. Specialẽ tamen facias obiectionem contra iſtos duos curatores vlteriores;quia leue officium habent & debile.ff.de adminiſtra.tuto.l. inter.iſta generalia & particularia poſſunt opponi omnibus tutoribus & curatoribus ſupradictis,ſed ſingularia occurrent cui libet diligenti,quæ omnia nõ poſſunt excogitari, ſed facta quæ occurrent dabunt exceptiones, & inſtruent opponentem, & exhortentur plures.Sed ſi oppoſuerat prædictas opponat quãlibet ſeparatim,niſi compellatur coniungere,& diu poteris imorari,ſiue tu debeas probare, ſiue aduerſarius; quia producuntur teſtes,& in ꝓductione teſtium tu poteris aduerſarium remouere,& deducere de confuſione ad confuſionem.
2

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium qua forma confici debeat.*
2 *Inuentarium ſcribi debet per manum publici notarij.*

Qualiter tutores & curatores habeant formare inuentarium ſequitur. Artic. XVI.

Supra dictum eſt aliquid de inuentario. Sed ad hoc quod melius ſcias obiice re contra illud,vide qualiter de facto confici debeat,ſecundùm quòd apud Montepeſſulanum a magnis dominis legum vidi fieri,& ſic incipiebant.

1 Cum ob dolí maculam euitandã † omniſq; fraudis tollendam ſuſpicionẽ, & ne bona minorum uel pupillorum lapſu temporis depereant, tutores & curatores de bonis eorum inuẽtarium ſiue repertorium conficere teneantur,ſecundùm legitimas ſanctiones. Ideo in Dei nomine,ego Titius tutor ſiue curator Sempronii, pupilli, vel adulti filii quondam Marcelli.facto a me propria manu ſigno uenerabili Sanctæ Crucis intra tempus legitimum de bonis dicti Sempronii inuentarium facere incipio in hunc modũ.In primis manifeſto me inueniſſe in bonis dicti pupilli ſeu adulti duas domos,& quatuor uineas,& vnam paſtrinã, & duo molendina,tres clibanos.& 20.libras in redditibus, & centum libras ĩ pecunia numerata,tria dolia,& 20.modios vini,& quatuor culcitras.10. linteamina.6. archas.20. ſextarios bladi,duo puluinaria,vnum codicem & digeſtum,vnum aſinum, & duos boues,vnam ſuem cum quatuor procellis lactantibus, duo vera ferrea,duos tripodes,tres patellas,vnam arpam.12.ollas.7.fictilia,vnum cacabum,& vnam creagam,tres mappas, & duo manutergia,& quatuor ciphos argenteos,duas menſas, & quæcunque decætero de bonis dicti pupilli ſiue adulti ad notitiam
2 meam peruenerint, illa omnia palam manifeſtabo, † & huic inuentario per manum publicam ſcribi faciam,& rogo Seium publicum tabellionem quòd pro me ignaro literarum huic inuentario ſubſcribat,& ſignum ſuum apponat. Actum eſt hoc tertia feria poſt dominicam qua cantatur, Lętare Hieruſalem. Anno Domini Mcclviij.teſtes ſunt tales,ſcilicet tres ad minus, & ego Seius publicus notarius adhibitus a dicto tutore ſeu curatore ad ſubſcribendum pro eo & eius loco huiuſmodi inuẽtario ſubſcripſi & ſignum meũ appoſui, & huic rei teſtis interfui cum aliis ſupradictis,& quòd ita omnes res debeant enumerari,habes ar.C.de iu.delibe.l.fin.§.ſinautem dubius.& C.de bonis præſcrip.l.ſi quis intra.C.de admi.tu.l.tutores. & C. de bonis uacan.l.3.libro 10.

SVMMARIVM.

1 *Hæres qui inuentarium confecit,non tenetur vltra vires hæreditarias.*
2 *Inuentarium hæreditatis qualiter confici debeat.*
3 *Hæres inuentarium conficiens ſeipſum debet ſubſcribere aut tabellionem ſecundum adhibere.*
4 *Hæres inuentarium confecturus omnes legatarios & creditores vocare dẽt.*

Inuentarium hęreditatis. Artic. XVII.

1 Quoniam inuentarij confectio † ſecundũ legitimas ſanctiones hæredi beneficium tribuit,ne vltra facultates hæreditarias teneatur.Ideo ego P.ſciens hæreditatem Titii ad me delatam vocatis creditoribus & legatariis eius de bonis quæ inueni in dicta hęreditate facto ſigno Sanctæ Crucis,& omni alia iuris ſolennitate quæ ſuperius eſt expreſſa inuentarium facere incipio
2 in hunc modum. † In primis manifeſto me &c. & reccurre ad hoc quod ſuperius eſt dictum:illud tamen ſcias, quòd inuentarium facere debet publicus notarius, & debent eſſe tres teſtes, & ille hęres debet etiam ſua manu facere ſignum crucis, & dẽt
3 ſubſcribere ſi ſcit. † Si verò ſcribere neſciat, vel eſt imperitus, adhibeat ſecundùm tabellionem,qui ſubſcribat pro eo ſpecialiter ad ſubſcriptionem faciendam,& ita erunt ibi in illo caſu duo neceſſarii tabelliones.

Item iſtud inuentarium incipere debet hęres & facere intra 30.dies,poſtquàm ſciuerit hæreditatem ſibi delatam, & debet conſumare illud intra alios 60.dies.& ſic intra tres menſes debebit inuentarium conſumare, niſi illa hęreditas fuerit in remotis partibus: nam tunc habebit annum ad conficiẽdum inuentarium.

4 † Item ſcire debes,quòd hæres debet vocare omnes legatarios illius ciuitatis, & forte omnes creditores quòd interſint confectioni illius inuentarii,vt C.ad l.fal.authenti. ſed cum teſtator. & admoniti venire noluerint,uel non potuerint, debẽt adhiberi tres teſtes diuites valde illius ciuitatis, vt in prædicto authent.dicitur.& de iſtis inuentariis conficiendis plenè inuenies.C.de iure delib.l.ſancimus.§.ſinautem dubius. & §. donec. & in prædicto authent.

Item de inuentario fiſci poteris idem dicere, de quo multa inuenies.C.de bonis præſcripto.l.ſi quis.& in authent.de collatoribus.§.ſi uerò aliquando.colla.9.

SVMMARIVM.

1 *Libellus quid propriè dicatur.*
2 *Libellus nomen iudicis,actoris & rei continere debet.*
3 *Libellus obſcurus reſponſionem non meretur.*
4 *Libellus petendi cauſam,vel actionem ipſam continere debet.*
5 *Libellus generaliter loquens reprobari poteſt.*
6 *Libellus in actione reali debet exprimere nomen rei petitæ.*
7 *Libellus debet petitam rem exprimere.*
8 *Prælatus vel œconomus agens nomine eccleſiæ debet libellum formare nomine eccleſiæ.*
9 *Libellus inepte conceptus reprobari poteſt.*
10 *Libellus offerri debet,aliàs litis conteſtatio non valeret.*
11 *Præſes de quibus cauſis cognoſcere debeat.*
12 *Libellus de partium conſenſu remitti non poteſt.*
13 *Reus libellum recipere non tenetur niſi cautione accepta a b actore de conteſtanda lite.*
14 *Agens certi condictione debet in libello reum ad petita obligatum dicere.*
15 *Agens ex ſtipulatu debet cauſam ſtipulationis in libello inſerere.*
16 *Libellus validus quæ continere debeat.*

Source : BIU Cujas

Nepotis a Montalbano, De exceptionib.

Exceptiones contra libellum. Arti. xviij.

Cum in iudicijs ſæpiſſime libellus offeratur, & quandoq; obſcure, quãdoque inepte formatꝰ. Ideo cõtra illũ dicamus aliquid, & in primis videamꝰ qd ſit libellus.

1 † Libellus eſt paruus liber, vel melius, libellus eſt breuis petitio continens agentis legitimam uoluntatem. uel aliter. Libellus eſt breuitas chartulæ petitionem & cauſam eius & actionẽ continens proponentis, poſt hoc libello ſic poteris obiicere.

2 † Primò potes obiicere, quòd non teneris reſpõdere, niſi nomen iudicis, actoris & rei contineatur ibidem, argument. ff. de procu. l. ſi procuratorem. ff. de rei uendi. l. ſi matre. C de iure do. impetrando. l. j. & hoc idem dicit Gofredus in ſumma ſua. eodem titu. & ibi debet contineri dies, menſis & annus dati libelli, ar. C. de lit. conteſta. authen. offeratur. in fin. & in corpore illius authen. de iudi. l. properandum §. j. in fin. argument. in authen. vt præponatur nomen imperatoris. in princip. colla. 5. & §. primo. ff. de accu. l libellorum. in princip. & in authent. de exhiben. §. ſuſcepto. colla. 5. & de hoc dixit magiſter Tan. in libello ſuo, tamen hoc habet locum maximè in cauſis criminalib.

3 ſecundùm Domi. Azo. † Item ſi libellus ſit obſcurus, eidem reſpondere debes, ar. in authen. de teſtamen. imperfectis. circa princip. colla. 8. vbi dicitur. Nos igitur omnia clara & aperta cõſiſtere volumus, quid enim ſic proprium eſt legum ſicut claritas & c. ad hoc facit. extra de teſti. cum clamor. extra de dila. literæ. ff. de regulis iuris. l. in ambiguis. ff. de rei vendic. l. ſi matre. ff. depo. l. j. §. ſi quis argentum. ff. de furt. l in actione. j. reſponſo. & §. 2. & §. planè. & ar. C. de cura. fur. l. fin. §. ſed cum antiquitas, arg. ff. de pact. l. veteribus.

4 † Item ſi non contineat cauſam petendi, vel actionem, non valet. vt C. de eden. l. edita. extra de li. ob. cap. fin arg. C. de edic. diui Adria. toll. l. fin. §. ſinautem. & C. de petit. hæredi. l. hæreditas. ar. ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. qui nuntiat. ff. de tranſac. l. cum hi. §. in cauſa. C. de adop l. 3. & quia nemo ſine actione experitur. ff. de adminiſt. tut. l. quoties tutor. ff. de peti. hæredi. l. ſi quidem. §. illud cum ſuis ſimilibus.

5 † Item ſi libellus generaliter loquatur, probari poteſt, vt ff. de iure fiſci. l. intra fidei. ubi dicitur, quòd generalitas parit obſcuritatem, & arg ff. de verborum ſignificatio. l. uerbum. §. pertinere. C. de rei vendica. l. domum. ubi innuitur, quòd qui dicit aliquid ad ſe pertinere, dicere debet quare pertinet, & ad hoc facit. ff. de except. do. l. ſecunda. § circa. vbi dicitur, quòd ſtipulatio non valet, niſi cauſa appoſita ſit.

6 † Item in actione reali libellus poterit reprobari, niſi proprium nomen fundi ſi nomẽ habeat exprimatur ibidem. & niſi oculo ad oculum oſtendatur, & locus vbi eſt. & ſi propriũ nomen nõ habeat, duo proximi fundi ff. de cenſi. forma. ff. de act. empt. & uendi. l. Titius. §. fin. ff. de rei uendica. l. ſi in rem. § fin. & ff. ſi certum petatur. l. certum. & extra de teſt. capitu. licèt ex quadam. & ff. de furt. l. ſi quis vxor. §. ſi aliena. & extra de libel. oblat. c. 2. † Si uerò petatur aurum vel argentum, debet exprimi ma-

7 teria & pondus. Si uerò ſeruus petatur, debet exprimi nomen eius, ſi pannus, debet dici color. ſi uerò aliquid aliud petatur, debet nomen eius exprimi, vtrum equus, vel aſinus, vel bos & plus debet inſeri, vtrum ſcilicet ſit niger, vel albus, vel falbetus.

Si verò aliqua res menſurabilis petatur, debet dici, quot mẽſuræ petantur.

Si uerò petatur ciphus, uel lanx, uel aliquod aliud vas, debet in libello poni, an illud vas ſit rotundum, vel quadratũ, vel purum, ideſt ſine aliqua ſculptura, vt hæc omnia probantur. ff. de rei vendica. l. ſi in rem. & ff. de fur. l. ſi quis vxor. §. ſi aliena. ff. depoſi. l. j. §. ſi quis argentum.

8 † Item ſi agatur inomine alicuius eccleſiæ, per prælatum, vel per ſyndicum, vel per procuratorem, vel per actorem, vel œconomum, niſi formetur libellus nomine eccleſiæ, non debet ei reſponderi, vt C. de epiſcop. & cleric. authent. ſed hodie. extra de fide inſtrumen. inter dilectos. arg. extra de dilat. literæ. ff. de rei vendica. l. in rem actio. § j.

9 † Item ſi libellus inepte formatus, vel conceptus fuerit, pote rit reprobari, vt extra de iudic. capitu. examinata. ff. ſi menſor fal. mo. di. l j. Item libellus reprobari poteſt, niſi per eũ reus certificari poſſit, quo iure actor velit agere. ar. ff. de edendo. l. j.

10 † Item notandum eſt, quòd niſi libellus offeratur, litis conteſtatio non valebit, vt C. de litis conteſta. authent. offeratur, in fin. niſi in caſibus contentis. C. de ſentent. ex breui. reci. authent. niſi breuiores. vbi dicitur breuiſſimas lites, & maximè vilium perſonarum ſine ſcriptis & ſine aliqua expenſa cognoſcere præſidem oportet. C. de priuile. ſchol. l. fin. in fin. lib. 12.

11 † Item in caſibus qui notantur in authen de mand. princip. §. ſit tibi quoque. colla. 3. & in authent. vt cleri. apud propr. epiſcop. colla 6 & in authent. ut iudi. ſine quoquo ſuffrag. §. neceſſitatem. colla 2. & C. de naufrag. l. de ſubmiſſis. & in crimine abigeatus. C. de abig. l. vna. & forte in ſuſpecto tutore. ff. de ſuſpec. tut. l ſecunda. §. non tantùm, & in criminibus notoriis: ut C. de accuſ. l. ea quidem. & in leuibus criminibus ſecundùm quoſdã. ff. de accuſ. l. leuia. C. de apoſta. l. apoſtatarũ. C. de iude. l. ne quis. & in charta falſa coram iudice producta & teſte falſo. C. de probat. l. fin. & C de teſti. l. nullum.

12 † Sed an libellus poſſit remitti de conſenſu partium, dico ꝙ non: eſt enim de ſubſtantia iudicij: vt eſt litis conteſtatio, vnde remitti non poteſt, argu. C. de iuramen. calum. l. 2. §. ſed quia ve remur. & ar. extra de fer. c. fi. in fi. 3. q. v. accuſatoribus. xxiij. diſt. quorundam. C. de libe. cau. l. nec ſi volens. tamen ar. contra extra de re. ſpolia. c. licet ff. de fer. l. j. extra de offic. delegat. c. de cauſis. vbi de hoc conſueuit notari. Solutio, illæ ſolennitates, quæ ſunt inductæ in fauorem partium, poſſunt omitti de conſenſu partium. ff. de ferijs. l. j. & extra de reſtitu. ſpolia. c. licet. illis autem ſolennitatibus, quæ ſunt introductæ propter reuerentiam dierum, partes renuntiare non poſſunt: vt extra de ferijs. c. fina. Nec illis qui pro communi vtilitate ſunt inuenţ, vt in præallegato §. ſed quia. Nec cæteris, quæ ſunt de ſubſtantia iudiciorum, vt eſt litis conteſtatio, & quòd ſententia feratur in ſcriptis, de quibus multa notata ſunt. C. de ſenten. & interloc. omnium iudi. l prolatam. C. de litis conteſta. authen. offeratur. in vlti. gloſſ. vbi notatur, quòd remitti non poteſt tacite, non expreſſe, vt 3 q. 3. offeratur.

13 † Item notandum eſt, quòd libellum reus prius recipere nõ tenetur, quouſque actor cauerit, quòd intra duos menſes litem conteſtabitur, vel omne damnum ei qui conuenitur reſtituat. C. de litis conteſtatio. auth. libellum. & auth. quod fieri Item reus libellum recipere non tenetur, quouſque actor fideiuſſorem dederit. vel ſi non poterit fideiuſſorem dare, per iuratoriam cautionem cauerit, quòd vſque ad finem litis permanebit, & ſi motus fuerit decimam partem quantitatis in libello comprehenſæ reſtituet. C. de ſacroſanc. eccleſ. authent. generaliter. Idem etiam dicendum eſt de reo: recepto enim libello fideiubere debet iudicio ſiſti. C. de litis conteſtatio. authen. offeratur. niſi poſſideat immobilia. ff. qui ſatiſda. cogan. l. ſciendum. & in inſtit. de ſatiſdation. §. ſed hodie. dicunt tamen quidam doctores, quòd hodie locum non habent huiuſmodi cautiones: quia in diſſuetudinem abierunt, & hoc conſueuit notari in inſtitu. de ſatiſdati. §. ſed hoc hodie, & in authen. de execu. & his. § j. colla. vj. & in authenti de litigo. §. ad excludendas. collatione. viij. hoc idem dicit magiſter Tam. in libello ſuo in titu. de libel. oblatio.

14 † Item ſi tu petas a Titio centum certi condictione, vel alio contractu, debes dicere in libello ipſum Titium tibi propter hoc obligatum, alias libellus non valeret, nec ſententia poſſet ferri per hunc, argu. in inſtitu. de acti. in princ vbi dicitur, quod ſibi debetur & c. quia poſſet eſſe, quòd tibi non eſſet obligatus, quia forte tibi per ſolutio eſſet facta, vel tu forte ei remiſiſſes: & idcirco dicebat magiſter G. quòd alias non valeret libellus, niſi apponeres ibi, quod præcedenti contractu erat adhuc tibi dictus Titius obligatus.

15 † Item illi libello non teneor reſpondere, in quo tu petis a me aliquid actione ex ſtipulatu, niſi ponas ibi cauſam ſtipulationis Nam ſtipulatio non valet, niſi cauſa apponatur. ff. de doli exceptione. l. 2. in §. circa. ad quod facit. ff. de polliçit. l. j. in §. ſi verò ſine cauſa. ff. de condictio. ſine cauſa. l. qui ſine. ff. de acquiren. rerum domi. l. nunquam. & de pecul. l non ſolùm.

16 † Item in libello contineri debet dies dati libelli, & nomen iudicis, & actoris, & rei, cauſa petẽdi, & res quæ petitur, vt ſupra dicitur. Vnde verſus.

Conuenti nomen, & nomen conuenientis.
Iudicis & nomen ſcribes, cauſamque petendi.
Et quaſcunque petes res omnes ponere debes.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes plures ad teſtificandum producti poſſunt repelli.*
2 *Teſtis domeſticus non eſt admittendus.*
3 *Propinqui omnes poſſunt dici familiares.*
4 *Familiares dici poſſunt, quibus quis imperare poteſt.*
5 *Domeſtici qui dicantur.*
6 *Vir & vxor, ſcilicet alter pro altero domeſtici dicuntur.*
7 *Pater filio poteſt dici domeſticus & patri filius.*
Coloni & aſcriptitij ſunt domeſtici.
8 *Teſtis infamis de iure repelli poteſt.*
9 *Ioculator, tabernas frequentans, luſor, & latrinarum mundatores non admittuntur in teſtes.*
10 *Meretrix, raptor, & periurus, teſtes eſſe non poſſunt.*
11 *Infamis qualitercunque ſit, quis non poterit eſſe teſtis.*
12 *Infamis in quibus caſibus poſſit eſſe teſtis.*
13 *Infamia quot modis irrogetur.*
14 *Infamis infamia facti poteſt ad teſtimonium recipi.*
15 *Teſtimonium ferre, dicitur actus legitimus eſſe.*
Infames proprie qui dicantur. & num. 16. & 17.
18 *Inimicus non poteſt eſſe in cauſa inimici.*
19 *Inimicorum vox non eſt in iudicio audienda.*

20 *Teſtis*

Source : BIU Cujas

10 *Testis repellitur, qui cum inimicis moratur.*
11 *Testis iuratus esse debet, vt deponere possit.*
12 *Testes non probant de certo tempore mentionem non facientes.*
Excommunicatus non potest testimonium perhibere.
13 *Excommunicati sunt actibus legitimis priuati.*
14 *Conspirator non potest esse testis.*
Pater contra filium non potest ferre testimonium, nec econuerso.
15 *Patris & filij vox eadem censetur.*
16 *Frater in causa fratris testificari potest.*
17 *Socius quando possit testificari in causa consocij.*
18 *Impubes testis esse non potest.*
19 *Infans vel infantiæ proximus iurare non potest.*
20 *Masculus in decimoquarto anno pubes dicitur, fœmina verò in duodecimo.*
21 *Seruus liber effectus de visis in seruitute potest testis esse.*
Testis de crimine accusatus vel conuictus est repellendus.
22 *Monachus & quilibet sub obedientia constitutus a testimonio repellitur.*
23 *Monachus est pro mortuo habendus.*
24 *Mulier non potest testificari in causa criminali.*
Testes esse qui nequeant de iure.
25 *Testimonium vnius testis est inualidum.*
26 *Causa nulla vnius testimonio est terminanda.*
27 *Testimonium vnius quando valeat & quando non.*
28 *Socius in crimine contra socium non potest testis esse.*
29 *Socius in scelere quando contra socium possit testimonium ferre.*
Seruus non potest legitimum perhibere testimonium.
30 *Testis esse nemo potest in propria re.*
Libertus contra patronum non potest ferre testimonium.
31 *Testis reprobatur, cui pro testimonio aliquid datur.*
32 *Testis confuse & obscure deponens repellitur.*
33 *Testis ignotus vacillans & obscure loquens verberibus affici debet.*
34 *Testis præsente aduersa parte debet deponere.*
Iudex testium receptionem subdelegare non potest in causa criminali.
35 *Testis rogatus esse debet in testamentis.*
36 *Testes quinque sunt necessarij in soutione debiti.*
37 *Testes quinque in donatione causa mortis debent interuenire.*
Testes tres sunt necessarij in depositione pecuniæ vel alterius rei.
38 *Testes quinque sunt necessarij in contractu mutui.*
39 *Testes quot debeant interuenire in inuentarij confectione*
40 *Testes duo communiter sunt in sufficienti numero.*
Testes quatuor sunt necessarij ad reprobationem instrumenti.
41 *Testes septuagintaduo vbi requirantur, & quando.*
42 *Testis de visu & auditu deponere debet.*
43 *Iudæus vel infidelis alius contra Christianum non potest ferre testimoniũ.*
44 *Testis sui dicti causam reddere debet.*
45 *Socer pro genero non potest esse testis, nec econuerso.*
46 *Testis se interfuisse debet dicere his, super quibus deponit.*
Testis non habens quinquaginta in bonis non est admittendus.
47 *Testes suspecti non sunt sine quæstione admittendi.*
48 *Testis in quarta productione receptus sine iuris solennitate non admittitur.*
49 *Testis loquens super alio quàm super quo inductus fuit est repellendus.*
50 *Testes varijs & vacillantes in testimonio suo non admittuntur.*
51 *Proxeneta non potest ferre testimonium.*
52 *Testes idem per omnia deponentes tanquàm suspecti sunt repellendi.*
53 *Testes debent recognoscere litigantes seu contrahentes, de quibus deponunt.*
54 *Testes reprobantur si de loco, tempore, & personis discordes inueniantur.*
55 *Testes contrarij non sunt admittendi.*
56 *Testis non debet admitti contradicens sibi ipsi.*
57 *Testes in quibus non possunt probare casibus.*
58 *Testes singulatim recipi debent.*
59 *Accusatus de crimine testimonium non feret pendente accusatione.*
60 *Testis ignotus non est admittendus.*
61 *Iudex testem interrogare debet, an sit criminosus vel partis inimicus.*
62 *Testimonium amore: odio, vel timore latum est inualidum.*
Testis reprobatur, si cum inimicis partis moretur.
63 *Testis esse non poterit, qui in eadem causa iudex vel aduocatus fuit.*
64 *Iudex & arbiter super eorum se actis testificari possunt.*
65 *Procurator non potest esse testis in causa, in qua procurator fuit.*
66 *Testis esse quis non potest contra eum, cum quo causam habet.*
67 *Testis quando dictum suum corrigere possit.*
Testis titubans repelli potest.
68 *Testis in eadem causa & super eodem articulo non potest secundò deponere.*
Laicus contra clericum de crimine non potest testis esse.
69 *Testis repellitur, qui de auditu alieno tantùm loquitur.*
70 *Testis repellitur, qui ante litem contestatam recipitur.*
Testis consimilem causam habens non est admittendus.
71 *Ingenuo potius creditur quàm liberto.*
Honestiores & digniores vilioribus in testimonio præferuntur.
72 *Masculis in testimonio est fœminæ præferendus.*
73 *Mulieres tribus maximè vitijs tenentur.*
74 *Veridicus est mendaci in testimonio ferendo præponendus.*
75 *Diuiti potius quàm pauperi est fides adhibenda.*
76 *Conditio seu vita testis est attendenda in primis.*
77 *Multitudo testium non debet considerari.*
78 *Testis verbosus præsumitur suspectus.*

Sequitur uidere contra testes. Artic. 19.

1 Sequitur videre aliquid contra testes. † Plures em̃ ad testificandum producuntur, qui de iure repelli possunt, vt puta periurus & aliàs infamis, conspirator, inimicus corruptus, & domesticus, & familiaris, & plures alij con-
2 tra quos aliquid videamus. † Primò dici potest, quòd testis domesticus a testimonio repelli potest. C. de testi. l. 2. vbi dicitur, & iure ciuili domestici testimonij fides improbatur, & C. de his qui ad ecclesiam confu. l. fi §. fi. arg. C. qui accu. non poss. l. pen. argum. ff. de pœnis. l. respiciendum. §. furta. C de quæstio. l. pridem. C. si quacunque præ. po. l. vna. §. illo. vbi dicitur, quòd oẽs de domo pro domino suspecti habentur & euitantur, argumẽ. C. de probat. l. instrumenta. & argu. extra de accu. capi. cum pridem. & extra de testi. c. in literis. ubi dicitur, quòd quidam miles ad probandam affinitatem testes de sua familia tres produxit,
3 vnde dixit Papa, quòd non valent. † Item dicit lex, quòd omnes propinqui dicuntur familiares. C. de uerborum significat. l. fin. in princip. vbi dicitur. Decreuimus familiæ nomen talẽ habere vigorem, parentes & liberos omnesq; propinquos & substantiam, libertos etiam & patronos, necnon seruos per appellationem hanc significari, & in eadem l. dicitur, quòd gener & nurus sunt de familia, & qui dicũtur de familia habes. ff. de ver-
4 borum significa. l. pronuntiatio. ff. de ædili. edic. l. ædiles. §. j. † Itẽ dicuntur familiares, quibus potest producens imperare ratione patriæ vel dominicæ potestatis, vel obediẽtiæ, vel iurisdictionis. ff. de testibus. l. in legibus. in glos. siue liberi &c. ad hoc facit. 3. q. 5. accusatores, argum. C. de excusa. tuto. l. humanitatis. & in institu. de testi. § in testibus. vbi dicitur, reprobandum est domesticum testimonium ff. de testi. l. testium. ubi dicitur Respiciendum est, an testis sit amicus illius, pro quo testificaretur: & eod. titu. l. penulti. vbi dicitur, eos testes, quos accusator de domo p̃pria produxerit, interrogari non placuit, & ff. de quæstio. l. j. circa princip. argument. . quæstio. 9. absens. 2. vbi dicitur. nec affi-
5 nis testis admittatur. ff. de procura. l. aut affinitate. † Sed quæritur sæpe, quæ personæ dicantur domesticæ, & respondeatur, q̃ mercenarius producentis: vt notatur in institu. de testi §. in testibus. & C de his qui ad eccle. confugi. l. præsenti. §. sanè. & C. de quæstio. l. præalleg. pridem. & ff. de pœn. l. respiciendum. §. furtum. ubi dicitur, quòd mercenarius pro persona domestica reputatur. ad idem. 3. quæstione 5. consanguinei. ubi dicitur, consanguinei accusatores aduersus extraneos testimonium non dicunt, nec familiares, nec de domo prodeuntes &c. & 14. quæstio. 2. super prudentia. ubi dicitur, domestici ad probationem non admittuntur. ff. de damno infect l. qui bona. §. qui dãni ubi dicitur. Item is qui cum his moratur. † Item dicitur do-
6 mesticus vir & vxor alter pro altero, de hoc dicitur 3. quæstio. 3. §. item idonei. & in institu. de vsu & habitatio. §. item is. ff. si qs cau. l. sed & si. §. præterea. ff. de iudic. l. interdum. C de re milit l. quicunque. uel 12. & ff. de ædil. edict. l. ædiles. §. familiæ. ff. de reli. l. familiaria. & ff. ad silleia. l. j. § si uir. Item potest dici, quòd priignæ & nurui; quia loco familiæ habentur, in institu. de nupt.
7 §. affinitatis. † Item domesticus est pater filio, & filius patri: vt in institu. de testi. §. in testibus. C. de impube. & aliis sub. l. fina. in fin Item coloni & ascriptitij dicuntur domestici. C. de his qui ad eccle. confu. l. sæpe allegata. præsenti. §. sanè. & C. de quæstio. l. pridem. Vt breuiter me expediam, quæ personæ dicantur domesticæ, videas illam. l. præsenti. & ea qnæ ibi notantur, & ff. de pœnis. l. respiciendum. & ff. de fur. l. si libertus & dicit lex, quòd non est idoneus testis: cum imperari potest ratione patriæ, uel domesticæ potestatus, ut supra dictum est. ff. eodem l idonei.
8 † Itẽ si testis sit infamis, de iure repelli potest, vt puta qui lenocinium fecerit ipso iure, quive iudicio publico calũniæ, vel præuaricatione, uel furti, uel vi bonorum raptorum, vel iniuriarum, uel dolo malo, seu fraude suo nomine pactus uenerit, cõdemnatus per sententiam fuerit, vel qui pro socio tutelæ, mandati, depositi per sententiam similiter fuerit cõdemnatus, ut ff. de his qui no. infa l. j. vbi hæc uerba ponuntur, & l athletas. in fine. & l furti. §. mandati. ff. de testibus. l. Scio. & l. ex eo. & l. testiũ. §. lege. & l. in testimonium & l. ob carmen. ff. de public. iudic. l. infamẽ. ff de iniur. l lex Cornelia. §. si quis librum. & inter istas personas infames ponitur ioculator, & omnis leuis persona, vt qui frequentat tabernas & ludum, vel est utilis officii, ut qui mũdat latrinas, uel qui radit homines in partes anteriori & exteriori in balneis vel meretrix, uel periurus, vel aliàs quocunque modo infamis & de illis uilibus personis dicitur, extra eodem
9 cap. 2. infra de testibus. & 2. quæstio j in primis. † De ioculatore dicitur. ff. de his qui notantur infamia. l. prima. & 2. in fine. C. eodem. l. penulti. & 4. quæstio. prima. §. omnes. De eo qui frequentat tabernas dicitur C. de incest. nupt. l humilem extra de accusa. capitu. si constiterit. 44. distinctio. non oportet. De Iusore dicitur, extra de excess. præla. inter dilectos circa princip. & argu. extra de vi. & hone. cle. c. clerici.

De mundante latrinas & radente homines, potes dicere, q̃ viles personæ sunt, & ideo non est credendum eis, argum. C. de nupt. l humilem. C. de testi. in authenti. sed testes. §. neque vilissimos.

Source : BIU Cujas

ſimos. & in authen.de teſtib.§.ſancimus.colla.7. & extra de excepț.denique.ar.C.de adulte.l.qui adulterium.verſ.pro vtilitate
10 eius &c. † Item de meretrice dicitur.ff.de teſti.l.3.§.lege Iulia.& l.lege.argum.C.de adulte.l.præallegata.quæ adulterium.contra videtur,extra de ſimonia.c.tanta.& c.licèt Heli.ſed illud eſt ꝓpter immanitatem criminis,ſcilicet ſimonię & læſæ maieſtatis. Item latro,vel raptor manifeſtus eſt infamis, vt ſupra dictū eſt, & extra de teſti.c.ex parte Adę.& ar.ff de fur.l.nemo.Itē de periurio dicit.C.de tranſact.l.ſi quis maior.ff.de infamib.l. Lucius. vbi plenè dicitur de hoc,extra de teſtib.c.ſicut nobis. & c.teſtimonium,& extra de præſum.c.literas.uerſ.præter iuratoriā extra de iureiur.c.querelam.6.q.j.quicunque & c.infames.23.q.5. paruuli.& c.ſi quis conuictus.3.q.7.infamis.plurib.aliis modis dicitur quis infamis.in inſti.de pœna temere litig.§.ex quibuſ-
11 dam. † Vnde quocunque modo ſit infamis, de iure repellitur a teſtimonio, vt in iuribus præalleg.& C.qui ex cau.infa.irrog. l.fi.eo.per totum.ff.de teſti.l.3.§.lege Iulia.& l. lege.extra de teſti.cogen.c.præterea & extra de exceptio.c.j.& 2.q.7.teſtes.& 2. q.4.præſul.extra de teſtib.licèt ex quadam.& extra de hæreti.ex communicamus.§.credentes.C.de dignitatib.l. neque famoſis. & l.penulti.lib.12.C.de infamib.l.vna.lib.12. † In caſib.tamen
12 admittuntur infames,ſcilicet in crimine læſæ maieſtatis,& crimine hæreſeos,& in crimine ſimoniæ.C. ad l. Iul.maieſta.l.nullius.extra de ſimo.c.tanta.& 6.q.j.§.ſed licèt.ubi dicitur, hæreticos accuſare nō prohibetur infamib.&c. cum ſuis ſororibus. & de hoc conſueuit notari in auth.de teſti.§.ſi verò dicatur.colla. 7.& in j.reſpon.illius tit.De infamib.& latronib. conſueuit notari in auth.ſcenicas non ſolum fideiuſſ præſtent.§.j.col. 5.& ff. de infa.l.Lucius & extra de teſti.c.ex parte Adæ & quod dictū eſt,ſcilicet ꝙ infamis teſtimonium ferre non poteſt. Idem intellige ꝙ cum aliqua cauſa teſtimonium ferre non poteſt.ff.de teſtib l.cum leg.vbi de hoc.& l is cui.& ff.de teſtib.l.ob carmē. & hoc ſecundùm quoſdam.Alij dicunt aliter,vt conſueuit notari in prædicta.l.cū lege.& nota quoſdam verſus. † Iudice dā-
13 natos,infamia reddit vbique.quod vi diripitur,iniuria,furti do liqúe actio.Actio mandati,tutelæ,depoſitiq;. Directo ſed ꝓ ſocio communis habetur.Item ſcire debes,ꝙ ferre teſtimonium dignitas eſt 32.q.5.præceptum.& hoc quod dictum eſt.ſ.ꝙ infamis non recipitur ad teſtimonium. Intellige quando infamis
14 eſt de iure,ut prædictum eſt,vt in prædictis capitulis habetur,& extra eodem.ex parte Adæ. † ſed propter infamiam facti nō repellitur a teſtimonio.ff.de obſequiis.l.2.& hoc conſueuit notari.C.de ſumma trinita.in j.gl.& hoc uerum eſt de iure ciuili, ſecus de iure canonico ſm quoſdam,vt extra de teſtib.c.teſtimonium.ibi,aut grauata ſit eius opinio &c.licèt quidam intelligat in cauſa criminali.Sed idem eſt in cauſa ciuili,vt ibi notatur,ad hoc facit,extra de accuſa.c.omnipotens.& 81. diſt. Sanctus Da-
15 niel. † Item ferre teſtimonium inter actus legitimos computa tur,vt C.de hæreti.l.pe.circa finem.& de hoc dicitur.ff.de teſtib. l.j.& ff.de his qui not.infa.l.2.§.miles.& ff. quemadmodū teſtamēt. aperien.l.ſi quis ex.& de hac materia loquitur ſatis bene.6. q.j.c.infames.ubi dicitur.Infames perſonas eas eſſe credimus, q̄ pro aliqua nota culpa notantur infamia,vel omnes q̄ Chriſtia-
16 næ religionis normam ſponte abiiciunt,& ſtatuta eccleſiæ contemnunt. † Similiter fures,ſacrilegos,& omnes criminib. capitalib.irretitos, ſepulchrorū violatores, & omnes qui aduerſus parentes calumnioſe armantur,qui ī omni modo infamia notantur,ſimiliter inceſtuoſos,homicidas periuros,raptores. maleficos,veneficos,adulteros,de bello publico fugientes, & qui indigna petunt ſibi loca tenere,aut facultates eccleſiæ auferūt iniuſte,& fratres calumniatur,aut accuſant & non probant, & qui contra innocentes principum animum ad iracundiam prouocant,& omnes anathematizatos,vel pro ſuis ſcelerib. ab eccleſia repulſos,& omnes quos eccleſiaſticæ vel ſeculi leges infa
17 mes pronūciant. † Hi nimirum omnes nec ſerui ante legitimā libertatem,nec pœnitentes,nec bigami,nec alicui curiæ deſeruiunt,vel non ſunt integri corpore,aut ſanam non habent mē tem,uel intellectum,aut ſanctorum patrum decretis inobediē tes exiſtunt,aut qui furioſi manifeſtantur,hi omnes inquā, nec ad ſacros gradus debent prouehi,nec iſti,nec liberti, nec ſuſpecti,nec rectam fidem,uel dignam conuerſationem non habentes: ſummos ſacerdotes poſſunt accuſare, nec ad accuſationē,
18 ſeu teſtificationem nullatenus poſſunt recipi. † Item ſi teſtis inimicus fuerit,eius teſtimonium reprobatur,vt C. de teſti.l.ſi qs. & auth.ibi poſtea.ſi teſtis.quæ ſumitur in auth.de teſtib.§. ſi verò dicat ſeruilis,collati.7.ubi de hoc.& §.ſi qs uerò dicat odioſum,argumen.C.ſi propter inimicitias.l.vna.lib.10.extra de accuſa.c.repellantur.& c.cum oporteat.ubi de hoc.& c. meminimus.3.q.5.in prin.ubi dicitur. † Vox inimicorū non eſt audiē-
19 da,vt multorum authoritatibus monſtratur, arg. in inſtitu. de excuſa.tu.§.inimicitiæ.ff.de teſti.l.teſtium.circa princi. ubi dicitur,ꝙ attendendum eſt,an teſtis ſit inimicus, immo teſtes debent ſuper hoc interrogari,vt in d.l.teſtium.§.j.extra de teſtib.
20 c.cum cauſam.& de hoc notaui in breuiario in ca. eod. † Item præſumitur contra teſtem,ſi cum inimicis moretur, vt in prædicto c repellantur.& c.cum oporteat. Sed quæ inimicitiæ repellant teſtem,& quæ non hoc relinquitur arbitrio iudicantis. ff.de quæſtio.l.j.& notatur in prædicto c. cū oporteat. & de hoc dicitur in inſtitu.de excuſa.tuto.§.item ſi propter.& §. inimicitiæ.de hoc ſimiliter plenè dixi in breuiario lucratiuo.in tit.eo.
21 de teſtibus,ſcilicet. † Item niſi teſtis iuratus deponat, non valet dictum ipſius,vt C.de teſtib.l.ſolam.& l.iuriſiurandi.& extra de teſtib.nuper.& c.tuis.& 4.q.3.§.item iuriſiurandi.& 3.q.9 hortamur.niſi a parte remittatur aduerſa, vt in d.c.tuis.argu.ff.de feriis.l.j.& hoc conſueuit plenè notari.C.de teſtib.l.iuſiurandum.
22 † Item teſtes non plene probant ſecundùm quoſdā,niſi de certo tempore fecerit mentionem,argumen. extra de fide inſtru. c.cum Ioannes.circa medium.& extra de proba.c.in præſentia. argum.ff.de edendo.l.j.§.editiones. Item ſi teſtis excommunicatus ſit,eius teſtimoniū reprobatur,vt extra de teſti.c.ueniens. in fi.6.q.j.vbi dicitur,& omnes anathematizatos &c.argu.extra de hæreti.c.penulti.circa fin.vbi dicitur, ꝙ ferre teſtimoniū in-
23 ter actus legitimos computatur, † & actus legitimi excommunicatis ſunt interdicti,& portæ dignitatis eius patere nō debēt, argum.extra de teſtib.c.licèt ex quadam.ibi, actus legitimi &c. C.de dignitatib.l.2.lib.12.C.de infamib.l.vna.lib.10.ergo eorū teſtimonium repellitur maximè de iure canonico.de hoc conſueuit notari,extra de ordin.cog.c.cum dilectus.in glo.quia ad hoc &c.ad quod facit 6.q.j.illis qui.ubi dicitur, ꝙ excommunicatus eſt infamis,quandiu eſt in excommunicatione, ergo admittendus non eſt:quia infamis teſtis non admittitur, vt ſupra
24 probatum in §.item ſi teſtis infamis &c.† Item ſi teſtis conſpirator fuerit,reprobatur,vt extra de ſimo.c.licèt.& c.per tuas. & extra de accuſ.c.cum dilectus.in fin.Item pater non poteſt teſti ficari contra filium,nec econuerſo.C.de teſtib.l.parentes,& vo lentes,vt ibi dicitur. parentes & liberi adinuicem aduerſus ſe, nec etiam volentes ad teſtimonium admittendi ſunt,& hoc intellige ꝙ contra ſe,nec ꝓ ſe poſſunt ferre teſtimonium, vt ibi. ff.eod.l.teſtis idoneus.& l.idonei.& l. penulti.C.eod.titu.l.2.extra eodem,in literis,& quod dico de patre, idem de matre & de omnibus aſcendentibus & deſcendentibus uſque in infinitum, argu.ff.de in ius vocan.l.quique.& hoc referas ad vtrunque. & ad ferentem teſtimonium,& ad eum contra quem fertur.ff.de poſtula.l.quos prohibet.& hæc eſt ratio, ꝙ non poſſunt pro ſe,
25 nec contra ſe teſtificari: † quia vox patris vox filij intelligitur, & econuerſo.in inſtit.de inuti.ſtipula.§.ei.& §.poſt mortem.C. de impube.& al.ſubſtitu.l.fi.in fine.& ubi eſt vnus, alter eſſe videtur.C.de agricol.& cen.l.cum ſcimus.§.fi.libro 11. & hoc intellige,niſi in caſibus.ff.de teſtamentis.l.qui teſtamento.§.per contrarium.vbi dicitur, ꝙ pater poteſt teſtificari pro filio, q̄ patri non acquirit. ad idem in inſtitu.de inuti.ſtipula.§.ei. † Item
26 quæritur,an frater pro fratre vel contra fratrem teſtificari poſſit,& dicitur ꝙ ſic.ff.eodem.l.j.§.j.& l.lex Iulia. & extra de præſump.literas.argu.C.qui accuſa.non poſſ.l.ſi ſororem.& 4.q.3.§. parentes.hoc intellige,niſi fratres omnia bona ſua habeant in communi:tunc enim intelligitur cauſa propria,& tūc in re ſua teſtificaretur,quod eſſe non debet.C.de teſtib.l.omnib.cū ſuis
27 concordantiis. † Item quæritur,an ſocius pro ſocio teſtimoniū ferre poſſit,diſtingue,an ſocio condemnato vel abſoluto lucrū aut damnum teſtis ſentiret,an non.Nam ſi ſentiret, nō poteſt, ſi non,poteſt. ff.quando appella.ſit l.j.§.in primis. licèt ſit argu. contra.in inſtitu.de teſtamentis.§.legatariis eadem diſtinct. poteſt fieri ſupra de fratre,de quæſtione ſocii conſueuit plenè notari.C.de teſtib.l.quoniam.in gl.non ego &c. † Item impubes ferre teſtimonium non poteſt,vt ff.eod. l.3.in §.lege. & l. multi.2.& inſtitu.de teſtamentis.§.ſed neque.argumen.C. ſi aduerſus vendi.authen.ſacramenta.ff. qui teſtament. face. poſſ.l.qui
28 teſtamento.circa princip.4.quæſtio.2.teſtes.in princip.& uerſi. item inuiti.vbi dicitur,nec pupillo teſtimo. denuntiari poteſt. & dicitur,quòd vna eſt ratio; quia teſtis niſi iuratus non valet. C.eod.l.ſolam.& l.iuriſiurandi.& extra c.nup.& c.tuis.cum ſuis ſimilibus.& impubes iurare non poteſt.ff. de iureiurand.l.qui iuraſſe.& de in litem iurando.l.4. niſi in caſibus. ff. de liberali cauſa l.fina.4. quæſtio.3.capitu.primo.22. quæſtio.5.paruuli.&
29 c.pueri. † & hoc eſt verum, quòd paruulus iurare non poteſt, de iureiurand.l.qui iuraſſe.de in litem iurando.l.4.niſi in caſibus.ff.de libe.cauſa.intellige infans uel infanti proximus, ut in dicta l.qui iuraſſe. Sed licèt iurare poſſit, non tamen poteſt teſtificari,& hoc eſt uerum in cauſa ciuili. In cauſa uerò criminali oportet,quòd compleuerit 20.annos. ut 4.quæſt.3.§.idem
30 in criminali.uerſicu.in teſtimonium. † Sed intellige puberem maſculum in 14.anno completo.fœminam verò in 12.ff.de teſtamentis.l.qua ætate.C.qui teſtament.facere poſſ.l.4.C.quando prouoca.non eſt neceſſ.l.2.ſed quæritur, an de eo, quod vidit in pupillari ætate,poſſit teſtimonium ferre, & videtur quòd non.C.de fal.mo.l.prima.in fin.ff.de teſtibus.l.fin.dicas tamen, quòd poteſt ſecundùm Azon. Accur. & Ioann.nam non prohibetur,ergo admittitur.ff. de teſtibus.l. prima. Item ſcire po-
31 teſt de facto & de iure, licèt non ad ſui præiudicium. † Item ſeruus factus liber fert teſtimonium de eo quod vidit, dum erat

Source : BIU Cujas

erat in ſeruitute ff.de uerbo ſigni.l notionem §.inſtrumentorum.C.de hæreticis.& ma l.quoniam in fine. & hoc conſueuit notari.ff.de teſtamentis.l.4.§.lege.& inſti.eo.in § ſed neque.Itē ſi teſtis tempore teſtificationis iuæ,uel diu antequàm teſtificaretur accuſatus eſſet de aliquo crimine,& confeſſus, vel conuictus indiſtincte repelletur,licèt per ſententiam non fuerit condemnatus,extra de teſtibus.c.ſuper eo.& c.teſtimonium Secus ſecundùm leges vbi oportet,ꝙ ſit per ſententiam condemnatus.ff.de teſtib.l 3.in §.item lege Iulia de uica.& hoc conſueuit
32 notari,extra de excep.c.j.in glo.Si enim &c. † item monachus, vel quilibet alius ſub obedientia conſtitutus uidetur,ꝙ ferre teſtimonium non poſſit,argu extra de poſtul.c.2.& extra ne cle. vel mona.quaſi per totū 16.q.j.c monachi .& ca.placuit 2. vbi dicitur,placuit noſtro communi concilio,vt nullus monachorum &c.eſt de uerbo ad verbum in tit.contra actorem,& ibi videas: nam peroptimum eſt.ca ar.ff.de re mili.l. 3.§.in bello.ff.q teſta.fac.poſ.l.qui teſtamento in prin. 14 q.2.ſuper prudēriam. in fin.2.q 7.placuit.ubi dicitur, ꝙ monachi funeſtam vocē habent.C.qui accuſ.non poſ.l.pen.vbi dicitur,ꝙ vocem funeſtam
33 incidi oportet potius,quàm audiri:† nam monachus pro mortuo reputaē C.de epi.& cle.Deo nob.in auth de mona.§.de illꝰ. circa fi.& § ſi quis autem col.j.licet monachus pro eccleſia teſtimonium ferre poſſit,extra eo.tuis.& c.inſuper.& ff.quod cuiuſque vniuer.l.2.ubi de hoc cum ſuis ſimil. Sanè tamen illud intelligas,ſcilicet quando alij teſtes deficiunt:aliter non admittuntur ſecundùm quoſdam.extra de iureiur.c. & ſi Chriſtus.in fin.& conſueuit notari.ff.de re.diui.l.in tantū.in gl an ego &c. & hæc omnia uera ſunt de iure canonico ſm quoſdam. alii dicunt,ꝙ ſm leges teſtimonium monachi bene valet : cum non ſit prohibitus.ff.eo.l.j.& de hoc plenè dicitur in auth.de mona. §.cogitandum.col j.& in auth.de teſtib.§.ſi verò dicatur. colꝰ. 7.dum tamen hoc faciat de voluntate & licentia ſui ſuperioris, ſine cuius voluntate iurare non debet,extra de iura calumn.c.j. in fin.& extra de poſtula.c.ex parte. 12.q.j.nō dicatis.16.q j.mo
34 nachi.in fin. † Item mulier ad teſtimonium non admittitur in cauſa criminali.33.q 5.mulierem.extra de verb ſigni c.forus.§. fi & nota de teſti.c.tam ex literis.& c.3.nec in teſtamentis ſolēnibus:vt in inſtit.de teſta.§ ſed neq; mulier vbi dicitur. Sed neque mulier,neque impubes,neque ſeruus,neque mutus, neque ſurdus,neque furioſus,neque cui bonis interdictum eſt, nec is quem leges iubent improbum inteſtabilem eſſe,poſſunt in numero teſtium adhiberi.ff.de teſtamen.l.qui teſtamento.§.mulier.ſed bene admittitur mulier in codic.& in aliis uoluntatib. non ſolennibus,vt notatur in ea.l.qui teſtamento.§. mulier.& hoc verum eſt,ꝙ mulier in cauſa criminali non admittitur ſm ius canonicum.Secus ſm leges.Nam non prohibetur.ff.eod.l.j. & hocdicit dominus Azo in ſumma ſua:& not. in prædicto.c.
35 forus. † Item teſtimonium vnius non valet.ff.de quæſtionibus. l.maritus.C.de teſtibus.l.iuriſiurandi.ubi dicitur. Sancimus, vt vnius teſtimonium nemo iudicum in quacunque cauſa facile patiatur admitti,etiam ſi præclare curiæ honore præfulgeat: vt C.de rei uendica.l.fin.extra de teſtib.c licèt vniuerſis.vbi dicitur Non minus quàm duorum,vel trium virorum , qui ſint ꝓbatæ vitæ,& fidelis cōuerſationis teſtimoniū admittatis , iuxta illud dominicum.In ore duorum uel trium ſtet omne verbū, quia licèt quædam ſint cauſæ quæ plures quàm duos exigant
36 teſtes. † Nulla tamen eſt cauſa, quæ vnius tantum teſtimonio quamuis legitimo terminetur.ad idem extra eod tit.c.licèt ex quadam.& c.veniēs.& extra de elec.bonæ memoriæ.& c. cum dilectus.circa fin.& extra de proba c.licèt cauſam.§.quāquam. & extra de accu.c.cum dilectus.in fin & 4.q.3.§.item in criminali.verſic.ſolus.& uerſ. vnius.contrarium tamē videtur de cō. diſtin.3.placuit.& c.paruulos.& c.cum itaque.& extra de procu.c.ex inſinuatione.& 33.q.2. admonere.& 86.diſt.ubi dicitur, ꝙ ad clamorem & teſtimonium vnius fuit punitus quidā epiſcopus, ad idem 8.q.3 c talia.arg.C.de veteri iu.enu.l.j.ver.omnibus.& C.de offi.rectoris prouin.l.potiores.& C.ad le. cor. de fal.l.l.ſi quis decuria.in fin. 20.diſt. Nicena. C.de uentre inſpi.l.j. vbi creditur obſtetrici.ff.quemadmodum teſtamenta aperi.l.j. in fin ff.de dote.præleg l.Theopompus.Sol.dic ꝙ illi caſus ſunt ſpeciales; † uel diſtingue,an teſtimonium noceat alij necne, ſi
37 noceat,non eſt ſibi creden.nec ualet teſtimonium eius:ſi verò non noceat:ualet,vt puta ſi fert teſtimonium,ꝙ aliqua eccleſia eſt conſecrata,uel ꝙ aliquis puer eſt baptizatus, uel in ſimilib. vt in c.præallegatis placuit & c.paruulos.& c.cū itaque.de hoc not.in auth.eod.tit § ſi verò dicatur ſuper uerbo iurauerit &c. colla 7. † Item ſocius criminis non admittitur in teſtimonium
38 contra alium,extra de teſti.veniens.& c.perſonas.& extra de cō feſſis.c.j & 16.q.3.nemini.4.q 3.§. liberi. C. de teſti l. quoniam liberi.& C.de quæſtionib.l.ſicuti & ff.de quæſtionib.l.j.§.cū latrones.C de accuſa.l.fi.& C.de libera.cau l.filium in fin. contra videtur.ff.de cuſto.re.l.dimiſ.C.de malefi.l.fin.ff.de re mil.l.nō omnes.§.fi C.de fal.mo.l.j & extra de teſti.c. veniens.ff.de fer.l. prouinciarum & extra eod.titu.quoniam nobis.Solutio, dicas
39 ꝙ ſpeciales caſus ſunt; & ſuper hoc nota verſus.† Per teſtem ſocium ſceleris ſimonia probatur.Muneris & ſceleris teſtis ſocius reprobatur De hoc plenè notatur C.de teſt.l.qm̄ Item ſi teſtis ſeruus fuerit,eius teſtimonium nō ualet.C.de teſti. l.qm̄ liberi. & in auth. eo.§.ſi verò dicatur.col.7.& in inſti de teſta.§.ſed neque.ff qui teſta.face poſ.l.qui teſtamento §.ſeruus.extra de verbo ſigni.c.forus.in fin Seruus enim non habet perſonam ſtandi in iudicio.C.de iudi.l ſeruus.eo.tit.l cum debitoris & ff.de teſti.l.ſeruos.ff.de reg iur.l.quantum ff de iure delibe.l.j.cum ſuis ſi.In caſib.cum in iudicio ſtare poteſt ſeruus.C.ſi per uim vel alio modo.l.j & his quæ ibi notan.& extra de reſcriptis.c.ſciſcitatus.C.qui legi perſonam.l fi.ff.ad Treb.l.j & in caſib.s̄.in tit.cō tra actorem.in §.item ſi ſit ſeruus &c.Sed an de his quæ vidit in ſeruitute poſſit teſtificari poſtea liber factus,dicitur ꝙ ſic ff de verbo.ſigni.l.notionem.circa finē.ubi de hoc & ff.de teſti.l.3. §.lege uer.impubes &c.de hoc dixi s̄.eo.in §.item impubes &c.
40 † Item in re propria nullus teſtimonium dicere poteſt.C.de teſti.l omnib.& C ne quis in ſua.per totum.extra teſti.c.inſuper. 4.q.5 c j.& 2.ff.de pact l.ſi plures.ff.de teſti.l.nullus. Item libertus contra patronum teſtificari non poteſt, nec etiā poteſt cogi.ff eod.l.lege.C eo.l.aduerſus.aliàs incipit , libertorum C qui accu.non poſ & extra de ſeruis non ordi c.3.tamen pro aliis & contra alios teſtificari poſſunt,arg ff.& C.de poſtu.l.nec cæterorum
41 † Item teſtis nō ualet, ſi aliquid reciperit pro teſtimonio ferendo vel non ferendo,uel ſi ſibi promiſſum fuerit: & ob hoc teſtimonium tulerit:ut C.eo.tit ſi quis.in fi.ubi dicitur,ſi liquidis probationib.datione, uel promiſſione pecuniarum eſſe corruptos eos oſtenderit eam allegationem integrā ei ſeruari præcipimus.ad idē,extra de teſti.c j.& c.ſicut.& extra de proba. c.licet 4.q 3. Itē in criminali uerſ.Itē l.Iul.ff.eo.l.3.in §.lege Iulia.ff.de accu.l qui accuſare.circa fi. † Item ſi teſtis confuſe uel
42 obſcure loquatur:non ualet:niſi uerum deponat,extra de teſti. cum clamor.arg.ff.de reg.iur.l.in ambiguis orationib ff.qui teſtamen.face.poſ.l.hæredes.§.j.ff.de interro.act de ætate §.nihil. clare eṁ teſtis loqui debet,placet eṁ iudici ſiue principi, in authēr.de teſta.imperfectis.circa prin.col.8.ubi dicitur.Nos igitur omnia clara & aperta conſiſtere volumus:quid eṁ ſic propriū legum eſt ſicut claritas &c.& C.de teſtib.in auth.ſed teſtes. uer. nec nimis obſcuros &c.arg.C.de pac.cō tam ſup do.l.lege.C.de
43 cur.fur l.fi.§.ſed cum antiquitas.immo dicit lex : † ꝙ ſi teſtis ſit ignotus uel uacillet,& obſcure loquatur, affici debet uerberib. In auth.de teſtib §.ſi verò ignoti.col.7.dicunt tamen quidā, ꝙ hoc habet locum, qñ inſcribitur contra aliquem ſuper aliquo crimine:tunc enim quando teſtis obſcure, vel confuſe loquit̄. Item eſt interrogandus per officium iudicis,ut not. extra eo.c. cum clamor.& c.per noſtras.aliàs non ſunt iterum interrogandi,ut ibi not.ſed contra producentē interpretari debet : & proreo,ut extra de ꝓba.c.in præſentia.& c.ex literis.& extra de fide inſtr.c.inter dilectos.in fi.cū ſuis ſororib.niſi ꝓpter fauorē teſtamēti,uel religionis,uel matrimonij,ſiue dotis cōrrarium inducatur.ff.de uerb.obli.l.inter ſtipulantē.§.j.ff.de iudi.l.ſi qs intentionē.ff.de re.iur.l.in ambiguis.& extra de reſcrip.cū olim ff.de relig.& ſumpt.fune.l.ſunt perſonæ.ff.de iur.dot.l.in ambiguis.
44 † Item teſtis non ualet niſi ad receptionē eius, uel depoſitionē aduerſa pars fuerit euocata: ut C. de teſtib.auth. præterea.aliàs incipit:ſed & ſi quis.& in auth.ſed teſtium.extra de teſti.c.2.& c. ſignificauit.cum ſuis ſimilib & in auth de teſti.§.quoniam uerò.coll.7.Item in cauſa criminali iudex receptionem teſtiū alij ſubdelegare non poteſt,quod ſi fecerit,talis receptio non valebit,arg.C.eo.auth. apud eloquentiſſimum.ff.eo.l.3.§.teſtes.5.q. 5.illi qui.& de hoc plenè dicitur in auth.eo.§.hæc omnia.col.7.
45 † Item tevis non ualet:niſi rogatus fuerit in teſtamētis.& 7.fuerint.C.de teſta.l.hac conſultiſſima.circa princ.ff.eo.titu.l.hæredes.in fi C.de codicil.l.fi.in auth.de teſt §.& licèt.in fi §.ſed uidetur contra.ff.de teſti.l.ad fidem rei geſtæ faciendam,etiam nō rogatus teſtis intelligitur.Solut.ut ibi, quandoquetamen octo teſtes ſunt neceſſarij:ut qñ teſtator non ſubſcripſit,vt in d.l.hac conſultiſſima.Item in teſtamento cæci.C.qui teſtamenta facere
46 poſ.l.hac conſultiſſima.§.ſed quia.† Itē in ſolutione debiti ſunt neceſſarij 5 teſtes rogati:ut C.de teſtibus.l.teſtium.ff.de repu.l. nullum.in authen.eo.§.& licèt.quæ eſt poſita.C.eod.authē.rogati.ubi dicitur.Rogati ut in teſtamētis non fortuiti , uel tranſeuntes.idem eſt,ſi poſt ſolutionem rogati interſint confeſſioni creditoris dicentis pecuniam ſibi ſoluram fuiſſe;intellige qñ ſolutio facta eſt in ſcriptis.C.de teſti l.teſtium.§ his. Sed quæritur,quare tot teſtes requirantur,& reſpondetur,ne quid falſitatis ſupponi poſſit ibidem,ut C.de fideicom.l.fi §.cum enim.ubi dicitur,cum enim res per teſtium ſolennitatem oſtenditur: tūc & numerus teſtium:& nimia ſubtilitas requirēda eſt. Lex etem̄ nequid falſitatis incurrat:per duos forte teſtes compoſitum teſtamentum maiorem numerum teſtium expoſtulat:ut per ampliores homines reueletur. † Item in donatione cauſa mortis
47 debent eſſe 5.teſtes;ut C.de dona.cau.mor.l. ſancimus. Item in depoſitione pecuniæ,uel alterius rei debent eſſe tres teſtes, vt C.qui pot.in pign.habe.in authē.ſi quis.& eſt in auth.de fide inſtrum.§.ſi quis igitur.& §.ſed & ſi quis.coll.6.ubi dicitur : ſi quis

Source : BIU Cujas

vult caute deponere: non ſoli credat accipientis ſcripturæ, aduocet teſtes idoneos & fide dignos non pauciores tribus &c. & hoc intelligitur, quando depoſitum excedit librā auri. C. ſi cert.
48 petatur. l. fin. auth. ibi poſita conſueuit notari. † Item dicitur in contractu mutui, quando mutuans non vult, ꝙ in publico fiat, vbi quandoque ſunt neceſſarij 5. teſtes, vt in ea. auth. & l. prædicta l. & in quolibet contractu quando fit in ſcriptis, vt in iurib. alleg. quicquid dictum ſit de tali contractu, intelligitur quando fit in ſcriptis: vt prædictum eſt: & quando fit in ciuitate, ſi verò ſine ſcriptis fiat: & non fiat in ciuitate, valet quod fit, vt in auth. de fide inſtrum. §. oportet verò. colla. 6 quæ conſueuit poni. C. ſi certum peta. l. fin. & caueas ibi, quod dictum eſt in depoſitione pecuniæ locum habet, quando ſit priuata ſcriptura non publica: vt in prædicto §. oportet. & de hoc plenè dicitur in dicto
49 auth. de fide inſtrumē. §. ſed is cui depoſitum dat. † Item in inuentario faciendo debent eſſe tres teſtes: ut in auth de hæredi. eodem titu. facit. §. ſancimus. & §. ſi verò abſunt. coll j. & conſueuit notari. C. de iure delibe. l. fin. §. ſinautem dubius. verſ. cæterumque &c. Item in alio caſu ſunt neceſſarij 7. teſtes. ff. de repud. l. nullum. Item ī alio caſu ſunt neceſſarij 12. teſtes. C. de erogatione mi. l. per hanc. lib. 12. Item in
50 alio 15. vt C. de proxi. ſacrorum: ſcri. l. vnicuique. lib. 12. † Item generaliter uerum eſt, ꝙ duo ſufficiunt: vt ff. de teſti. l. vbi cum ſuis ſimil. etiam ſi pater teſtetur inter filios. C. de teſta l. hac cōſultiſſi. §. ex imperfecto. Quandoque tres, vel quatuor, vel pauciores. C. de teſta. l. ſi non ſpeciali. Quandoque 5. vt in teſtamento ruſtici. C. de teſti. l. fin. Item quatuor ſunt neceſſarij vel 5. ad reprobationem publici inſtrumenti, vt in auth. de inſtrument.
cau. §. ſi verò talem. colum. 6. ubi de hoc. ut C. qui pot. ī pignor. habe. l. penulti & C. de teſti. l. teſtium. & C. de contrahen. & cōmitten. ſtipu. l penulti. extra de fide inſtrumen. c. cum Ioannes.
51 extra de proba. c. 3. vbi de hoc. † Item quandoque ſunt neceſſarij 72. teſtes. quandoque 16. quandoque plures, quandoq; pauciores: ut 2. q. 4. præſul. vbi dicitur. præſul autem non damnetur, niſi 70. duobus teſtibus, presbyter autem Cardi. niſi cum 64. teſtibus deponatur. diaconus Cardi. vrbis Romæ. niſi 26 teſtibus non damnetur. ſubdiaconus, accolitus, exorciſta, lector, oſtiarius, niſi in 6. teſtibus non damnetur: teſtes autem & accuſatores ſine aliqua ſint infamia. † Item teſtis non ualet, niſi de uiſu
52 & auditu deponat, argumen. extra de teſti. c. præterea. & c. cum cauſam. & c. licèt ex quadam. extra de ſucceſſio. ab inteſta. c. cū dilectus. & extra de elect. c. per inquiſitionem. licèt ſit contra ff. de aqua pluuia. arcen. l. Labeo. ī §. item Labeo. Sed ſpeciale eſt, & ibi conſueuit notari de iſta materia ff. de proba. l. ſi arbiter. ad hoc facit in authen. de hæredi. & fal §. ſi verò adſint colum. j. C. de teſti. l. teſtium. & 9. q. 3. §. de his. † Itē teſtimonium Iudæi, vel
53 alterius infidelis non ualet contra Chriſtianum: ut C. de hæred. & ma. l. penulti. & in authen. ibi poſito. ſi hæreticus. extra de teſti. c. Iudæi. & c. licet. & c. j. & ff. eodem titu. l. j. & 2. valet tamen in ultimis voluntatibus. C. de hæreti. l. penulti. in fin. in auth ibi poſito. & 2 q. 7 §. pagani. & §. ſi hæreticus. tamen hæreticus admittitur in defectum. C. de hæreti. l quoniam & de hoc dicitur ff. eo. l. inuiti. ſuper verbo vltimo ſecūdùm quoſdam, ſed quod
62 dicitur de hæreticis, hodie ſublatum eſt de medio per ius canonicum: niſi in hoc: quia hæreticus contra hæreticum teſtificari poteſt, etiam pro fideli: non autem contra, vt in capitulis ſupra dictis, & hic locum non habet de hæreticis: quia hodie fugantur: & meritò tanquàm inimici creatoris omnipotentis: extra de hære. per totum. & omnes debemus inſurgere in eoſdem. C.
63 de hære. l. manicheos. vbi dicitur, quod in religionem diuinam committitur: in omnium fertur iniuriam, quos bonorum etiā publicatione perſequimur, ipſos quoque volumus amoueri ab omni liberalitate & ſucceſſione quolibet titulo ueniente. Prę-
64 terea non uendendi, non emendi, non donandi, nō poſtremò contrahendi cuique cōuicto reliquimus facultatem, in morte quoque inquiſitio tendatur &c. † Item teſtis non valet, niſi red
54 dat cauſam ſui dicti: vt extra de teſti. c. cum cauſam. ubi de hoc. extra de re iudi. c. ſicut. & in authē. de teſti § & licèt dudum. ibi, & cauſam &c. col. 7. hoc tamen intellige verum: ſi de ſua ſcientia fuerit requiſitus: aliàs non tenetur dicere cauſam ſui teſtimonij, vt in prædicto c. ſicut. argum. ff. de tranſactio l. cum hi. §. in cauſa. ff. de no. ope. nuncia. l. de pupillo. §. q nuntiat. C. de edi. diui Adri. toll. l. fin. §. ſinautem. & de hoc conſueuit notari. C. de teſti. l. j. & 3. ubi plenè de hoc. & l. teſtium. extra de reſcriptis.
65 c. ſi quando. in glo. hic eſt argum. &c. † Item ſocer pro genero,
55 vel econuerſo teſtis eſſe non poteſt. ff. de lege Iulia. licèt aliqui aliter intelligant, & hæc eſt ratio: quia ſocer vicem parentis obtinet. ff. ſoluto matrimo. l. qui parentis. Sed pater pro filio teſtis eſſe non poteſt, vt ff. eodem. l. teſtis. ergo nec ſocer pro genero:
56 & de hoc conſueuit notari in prædicta l. teſtis. † Item teſtis dicere debet ſe interfuiſſe his, ſuper quibus deponit: & dicere ſic eſſe vel non eſſe, in authen. de hæredi. & falc. §. ſi verò abſint. in colum. j. & C. de teſti. l. fin. Item obijci poteſt contra teſtem, ꝙ non valet: niſi quinquaginta aureos in bonis habeat in authē. de teſti. §. j. & §. ſancimus. colum. 7. argum. ff. de edendo. l. ſi quis ex argentariis. §. j. argum. C. ad leg. fal. authent. ſed cum teſtator. vbi dicitur, ſuccedat præſentia trium teſtium locupletū, & bonæ opinionis &c. & 2. q. j. in primis. circa medium, quod uidendum eſt, an inopes teſtes ſint. c. 4. q. 3. c. teſtes. uerſic. item teſtiū. vbi dicitur, an locuples uel egenus ſit &c. uidetur tamē contra.
57 extra de teſti. c. ſi qui teſtium. † Solu. leges illæ loquuntur de ſuſpectis teſtibus, qui ſine quæſtione admittendi non ſunt, & hoc notatur in prædictis cap. ſi qui. ca. in primis. & in inſtitu. de excu. tuto. in §. item tria. ff. de accuſa. l. nonnulli. vbi dicitur, ꝙ nōnulli propter paupertatē, ut ſunt q minus quàm 50. aureos habent. & ff. de teſt. l. teſtium. arg contra. ff. de ſuſpec. tut. l. ſuſpectū. C. de inceſti. nup. l. humilem. Quis dicat pauper, uel inops hoc pertinet ad arbitrium iudicis, argum. C. de epiſcopali audi. l. tā dementis. & hoc conſueuit notari. C. vnde uir & vxor. authent.
58 præterea. † Item teſtis non ualet, ſi receptus fuerit in quarta, productione ſine ſolennitate iur. quæ traditur. C. de teſtib. in auth. at qui ſemel. extra de teſtib. c. fin. in auth. eodem titu. §. quia verò. col. 7. Item ſi teſtis receptus fuerit poſt renuntiationem, vel publicationem ſuper vno eodem cap. non ualet, extra de teſtibus. c. intimauit. & c. de teſtibus. & c. fraternitatis. & c. conſtitutis. 2. in fin. & c. cum ueniſſet. ubi de hoc. & extra de procur. c. auditis. & extra de fide inſtrum. c. cum dilectus. C. de teſt. in authē. at qui ſemel. vbi de hoc. ff. eo. produci. & bene innuitur. C. eod. l. fin. §. ſinautem. & de hoc plenè dicitur in auth. eod. §. quia ver-
59 ò. ſuper uerbo, productionem &c. in coll. 7. † Item teſtis ſi loquatur tantum ſuper alio quàm ſuper quo inductus fuit, nō valet: vt ff. de pe. hæredi. l. ſi quis libertatem. §. fin. in fin. C. qui legi. per l. fina. extra de teſti. c. de teſtibus. & extra de offic. deleg. c. cū olim. argum. C. ſi a non compe. iudi. l. j. & 3. ff. de iureiur. l. ſi duo patroni. & l. eum quem. circa princip. Item ſi teſtis dicat aliquid pro illo, qui ante depoſitionē proteſtatus fuerit ſe aliquid uelle obiicere ei: de facili non creditur ei, extra de teſtibus. c. præ-
60 ſentium. cum illa diſtinctione quæ ibi notatur. † Item ſi teſtes varij fuerint & vacillauerint in ſuo teſtimonio, non ualebunt, ut extra de cau. poſ. & proprie. ca. cū eccleſia. & extra. de pœnis. c. ſuper his. & ut eccleſiaſtica benefi. c. ut noſtrum. 2. quæſtio. 9. pura. 4. q. 3. §. item in criminali. ubi pleniſſimè notatur de uarietate ſiue diuerſitate teſtium, in glo. quæ incipit. circa. argumē. ff. de dolo malo. l. j. in pri. & l. ex libero. in fin. ff. de teſtib. l. j. in princip. & 2. & l. qui falſa. & l. teſtium. immo ſi uacillauerint, ad quę-
ſtionem poni debent. ff. de quæſtionibus. l. ex libero. in princip. a contrario ſenſu, & l. vnius. §. teſtes. ad hoc facit, extra de appel lat. c. dilectis filiis. circa medium. ubi ille qui uariat, reprobatur: & iudex quilibet poteſt talem teſtem uacillantem & falſitatē dicentem punire cuiuſcunque fori fuerit ille teſtis: ut C. eod.
61 titu. l. nullum. † Item teſtimonium proxenetę uidetur non valere propter rationem: quia ille recipit pecuniam ab altera partium, vel ab ambabus, & idcirco uidetur ferre teſtimonium: vt illud quod fecerat ualeat, & hoc intellige, ꝙ ſi ambæ partes cōſentiunt, compellitur teſtificari. Si uerò altera pars uoluerit: bene ualet, ſed non compellitur. Si verò neutra pars cōſentit: nō valet. De hoc plenè dicitur in auth. de teſtib. §. quoniam uerò.
62 col. 7. ff. communi diui. l. arbor. §. de ueſtibulo. † Item ſi teſtes dicant idem per omnia, erit præſumptio contra ipſos de ſubornatione ff. de teſtibus. l. teſtium. j. reſpon. ubi dicitur, ꝙ iudex debet præuidere, an teſtes vnum eundemque præmeditatum ſermonem attulerint. & 4. q. 3. item in criminali. uerſic. item in teſtibus. uerſic. eadem uerba ponuntur, argumē. C. de pœnis. l. qui ſententiam. † Item teſtis non valet, niſi cognoſcat partes litigā
63 tium & nomina dicat, extra eodē licèt ex quadam. in fin. C. de iure delibe. l. ſancimus. §. ſinautem dubius. in fin. §. ar. in authen. de teſti. § j. colum. 7. & in authen. de inſtrumen. caut. circa princip. §. ſi quis vult. uerſic. ꝙ hunc noluerint &c. colum. 6. tamen
64 ſpeciale eſt in inuentario, ut ibi dicitur. † Item potes dicere opponendo & bene: ꝙ teſtes non valent: niſi de loco & tempore & perſonis cōueniant 3. quæſtio. 9. nihilominus. extra de teſti. cum cauſam, ubi notatur, ꝙ teſtis requiri debet de tempore & qualitate temporis, & de uiſu & auditu, & ſcientia, credulitate & fama. De qualitate temporis quęritur, quando eſt ſuſpectus, & ſi teſtis de loco interrogatus fuerit: & non reſponderit, non valebit, ideſt qđ dicit lex. C. eod. l. ſolam atteſtationem prolatam. nec aliis legitimis adminiculis cauſam approbatam nullius eſſe momenti, in authen. eodem titu. §. & licet. ibi, cauſam teſtimonii &c. † Item ſi teſtes contrarij fuerint, non ualebunt.
65 C. de libe. cau. l. cum precum. & C. de fide inſtrumē. l. ſcripturæ, extra de proba. c. licèt cauſam. & extra de appellat. c. ſollicitudinem. in fin. & extra de teſt. c. in noſtra. in tex. & in glo. argum. ff. quando appella. ſit. l. pe. §. ſed alius. ubi dicitur, ꝙ teſtis contrarius ſeipſum excludit, & in authen. de teſti. §. ſi verò quidam. colum. 7. † Item ſi teſtis ſibimet contradicat in aliqua parte ſui teſtimonij non valet. 3. quęſt. 9. puta. xxiij. q. 7. quod autem. & in c. ſollicitudinem. & prædicta l. cum precum. immo in Italia uſitatum eſt, ꝙ vt teſtes adinuicem contradicant; debent inter ſe

pugnare:

Source : BIU Cujas

pugnare: vt in Lombarda dicitur. De contrarietate teſtium plenè notatum eſt. 4. q. 3. §. item in criminali, verſ. ſi teſtes. in gl. circa contrarietatem &c. † Item nota, quòd quidam caſus ſunt, q per teſtes non probantur, & ſi fiat talis probatio, nõ ualebit. C. de ſacroſanct. eccleſ. authen. hoc ius porrectum. & C. de nõ numera. pecu. l. generaliter. & C. de fide inſtrum. l. contractus. & C. de iure emphy. l. j. & C. de mand. princi. l. 2. & C. de ſuffra. l. vna. & C. de teſt. l. teſtium. & C. qui teſt. fac. poſ. l. hac cõſultiſſima. & C. de proba. l. cenſus. & l. cum de indebito. in fin. in gl. nota exigi. & in auth. de æqualitate do. §. quia verò in coll. 7. & de hoc dicitur. C. de pact. l. pa. quod bona. Item ſi crimen quod obijcitur teſti contingit cauſam de qua agitur, repellitur a teſtimonio, & etiam punitur, extra de excep. c. j. in fin. † Item ſi teſtes non fuerint recepti ſigillatim, non valent, vt C. de teſtibus. l. nullum. extra eodem titu. c. venerabilis. in fin. & extra de elec. c. quia propter. & ſecundùm Danielem, extra de accu. c. inquiſitionis. §. tertiæ. cum in Montalbano fiat contrarium de conſuetudine. Itẽ ſi obiiciatur crimen teſti, & in illo crimine perſeuerat non valet. 3. q. 9. neganda 32. q. 5 præceptum. extra de teſtibus. c. teſtimonium. † Item dum aliquis accuſatur per aliquem, ipſe accuſatus non poteſt ferre teſtimonium pro aliquo pendente accuſatione. ff. eod. l. teſtimonium. argum. C. de procura. l. reum. 2. q. 7. teſtes. extra de excep. c. denique. & extra de teſti. c. fin. argum. ff. de ſolutio. l. ſi forte. ibi. Idem dico & ſi quis ſciens &c. & inſtitu. de ſuſpe. tuto. § ſi quis. & C. de ſuſpec. tuto. l. cum qui argumen. ad municipa. l. libertus. §. in quæſtionib. C. de reis poſtula. l. vna. libro 10. † Item poteſt obiici teſti, ꝙ ſit ignotus: argum. in auth. de teſti. §. ſi verò ignoti. colum. 7. C. de iure deliberan. l. fin. §. fin autem. & in authen. de fide inſtrumen. §. oportet verò. & §. ſed his. colum. 7. Sed videtur contra, extra de iudic. c. cum deputati. *Solutio*, ibi loquitur de actore, hic de teſte. † Idem iudex habet interrogare teſtem, an ſit crimino ſus, & an ſit amicus, vel inimicus alterius partis: & teſtis tenetur reſpondere, an ſit amicus, uel inimicus, ſed non an ſit crim inoſus, argument. ff. de teſtibus. l. teſtium. §. j. extra de exceptioni. c. j. ubi de hoc, & 4. quæſt. 3. §. j. & §. ſi teſtes. & argum. extra de accuſa. c. inquiſitionis. §. j. & de hoc notatur, extra de teſti. c. cum cauſam quæ. † Item ſi amore, odio, uel timore, vel commodo aliquo tulerit teſtimonium, non valet, extra de teſtibus. c. quoties. & c. ſicut. 4. q. 3. §. Item teſtium. & C. de teſt. l. eos. Item ſi teſtis cohabitet cum inimicis illius, contra quem producitur, non ualet, argum. C. de inoffi. teſti. l. quoniam liberi. in fin. extra de accuſa. c. repellantur. & c. cũ oporteat. ff. de teſti. l. penulti. vbi dicitur. eos teſtes quos accuſator de domo produxerit: interrogari non placuit, hoc autẽ intellige in criminalibus cauſis: in ciuilibus verò eſt præſumptio contra ipſos, vt ſupra dictum eſt in §. j. ubi plenè de hoc. † Item ſi teſtis in ea cauſa fuerit iudex, uel aduocatus, non valet, argu. ff. ad Trebellia. l. ille. in §. penulti. ff. de iuriſdic. omn. iudic. l. prætor. ff. de pa. l. ſi plures. C. de aſſeſ. l. nemo. ff. ad municip. l. libert⁹. §. præſcriptio. 2. q. 6. c. hoc etiam placuit. & c. ſtatutum. aliàs ſtatuendum, vbi dicitur. Non liceat clericum in iudicium ad teſtimonium deuocari: eum qui præſes, uel cognitor fuerit: & ibi plenè notatum eſt de hoc, & extra. de teſti. c. dilecto. & c. cum a nobis. 4. q. 3 § item in criminali. verſ. item teſtes. ubi dicitur, patroni quoque in cauſa cui patrocinium præſtant: teſtimonium non dicant; quod etiam in executoribus negotii obſeruãdum eſt. ff. de teſti. l. fin. ubi dicitur, mandatis cauetur: ut præſides accedant: ne patroni in cauſa cui patrocinium præſtiterint teſtimonium dicant: quod etiam in executoribus negotiorum obſeruandum eſt: † attamen iũdex & arbiter bene admittuntr ſuper his, quæ acta ſunt coram ipſis: quia non prohibentur &c. ff. de teſti. l. j. & hoc notatur. C. de arbi. l. ne. §. ſinautem in ſcriptura. & ff. de teſti. l. ob carmen. §. j. & notatur in d. l. ff. eo. l. ſi. in gloſ. apparitoribus &c. & hoc intelligitur ſecundùm quoſdã in negotiis, quorum modo non ſunt iudices: ſed fuerunt, vt ibi notatur. alii dicunt, ꝙ non creditur eis: niſi quatenus &c. nec poſtea in teſtimonium admittuntur: ut plenè notatur in prædicto c. ſtatuendum. 2. q. 6 in gl. prohibetur ergo &c. † Sed an procurator poſſit eſſe teſtis in cauſa, in qua pro Titio procurator fuit cõtra Sempronium. Dicitur ꝙ non, argum. ff. de teſti. l. fin. & eſt ex preſſum, extra eo. c fin. quod incipit Romana. & ad hoc facit 2. q. j. In primis. §. quia Stephanus, & extra de verb. ſig. c. forus. §. in omni. pro Sempronio tamen credo ꝙ poſſit teſtificari: ut notatur in prædicto c. Romana. ad hoc facit 4. q. 3. §. item in criminali. §. item teſtes. † Item ſi teſtis cauſam habeat cõtra, vel cũ eo, cõtra quem producitur: vt ſuſpectus cũ aliis ad cãm admiticulis poterit expelli, extra de pur. ca. c. cum in inuẽtute. in fi. & hoc notatur, extra de iudi. in c. cãm quæ. Itẽ ſi quis in cã criminali ſemel tulerit teſtimoniũ cõtra aliquẽ: & poſtea in alia cauſa velit contra eundem iterum teſtificari, non põt; quia eius præſumitur inimicus. ff. de teſti. l. produci. extra de accuſa. c. meminimus, & c. cũ P. Mãconel. & 4. q. 2. §. itẽ in criminali. & not. ꝙ teſtes ꝓducti in cã criminali debẽt eſſe clariores: vt extra de iudi. c. at ſi clerici. C. de ꝓbat. l. fin. 5. q. 6. Epyphanium. † Item ſi teſtis voluerit corrigere dictum ſuum, niſi incontinenti faciat: non poteſt, poſtquã à præſentia iudicis receſſerit, & correctioni ſuę aliquod poſuerit interuallum, extra de teſti. eo. c. præterea. in fi. & de hoc notatur in aut. eod. § illud autem in dubium. &c. ſup verbo, non habebit &c. colla. vij. Item ſi teſtis titubauerit, repelli poterit: quia titubans pro ignorante habendus eſt. C. de cõd. indeb. fa. ff. de libero ho. ex. l. 3. §. his immo qui titubat quodam modo errat: & nihil dicit, ar. ff. de reg. iur. l. nõ debet. §. in re obſcura. de hoc dicitur, extra cau. poſ. & proprie. c. cum eccleſia futri. & extra de pęnis. c. ſuper his. & ff. de iur. & fa. igno. ſuper ru bri. † Item ſi teſtis ſemel tulerit teſtimonium: ſi poſtea in eadẽ cauſa: & ſuper eodem capitulo depoſuerit: non valebit. C. de teſti. aut. qui ſemel. ar. C. eo. ti. l. fi. §. j. & ff. eo. l. produci. ſecundum vnum intellectum, & extra eo. c. cum cauſam quæ. in fi. & c. veniens. Item laicus in cauſa criminali, dum agitur criminaliter contra clericum, teſtis eſſe non poteſt, extra de teſti. c. decætero & extra de accuſ. c. cum P. cum ſuis concor. niſi in caſibus: ſcili cet in crimine læſæ maieſtatis: in crimine hæreſeos, & in ſimonia, extra de ſimonia c. tanta. 2. q. vij. ſacerdotes. & c. oues. C. de epiſ. & cle. l. ſi quanquam. xvj. q. 3. ſanè. & de hoc plene dicitur in d. c. cum P. in gl. Nota quòd laici.

† Item ſi teſtis loquatur tantum de alieno auditu; nõ valet; ar. extra de elec. c. per inquiſitionem. & extra de teſti. c. cum noſtris literis. in fi. & c. cauſam. & extra de conſang. & affini. c. tua. & extra de ſucceſſio. ab inteſta. c. cum dilectus. & in aut. de hæredi. & fal. §. ſin verò abſint. col. j. licèt videatur contra. eod. tit. c. præterea cum quis. & c. cum cauſam. xxij. q. j. dixit. Solutio ibi erat fama, & eſt ibi ſpeciale: de hoc nota. C. eo. tit. l. teſtium. in gl. ſic ergo. ff. de aqua plu. arcen. l. Labeo. §. Item Labeo. ff. de ꝓbatio. l. ſi arbiter. ix. q. 3. §. de his. vbi notantur plures caſus, in quibus valet teſtimonium de auditu alieno.

† Item ſi teſtis ante litem conteſta. receptus fuerit: non valebit, vt extra vt lite non conteſt. per totum: exceptis quibuſdam caſibus, quos habes extra, vt lite non cõteſta. in c. quoniam frequenter. & extra de teſti. c. ſignificauit. & c. Albericus. & extra de fieiuſſo c. conſtitutus. 3. q. ix. quartæ.

Item ſi teſtis habeat conſimilem cauſam, eius teſtimonium reprobatur: vt extra de teſti. c. perſonas. 3. q. 3. §. liberi teſtes. & c. veniens. & extra de cõfeſſis c. j. vbi de hoc. & extra de iudi. ca. cauſam quæ. † In ſumma notabis; ꝙ potius eſt credendum ingenuo quàm liberto. C. de teſti. aut. ſi dicatur. & l. ſeruos. & extra de ver. ſig. c. forus. cum ſuis ſimilibus.

Item honeſtioribus & dignioribus potius credendum eſt q̃ alijs: vt extra de teſtibus. c. in noſtra. C. de teſti. l. iuſiurandi. vbi de hoc. ff. eod. l. §. 2. & l. ob carmen. 4. q. 3. § Item in criminali. ver. in teſtibus. vbi dicitur, in teſtibus mores, fides, grauitas examinanda eſt. & l. iuriſiurandi. vbi dicitur, iuriſiurandi religione teſtes priuſquam perhibeant teſtimonium coerceantur: & honeſtioribus potius fides teſtibus habeatur, ad hoc facit extra de electio. c. electione. & c. dudum.

† Item potius eſt credendum maſculo quàm fęminę, arg. C. de inofficio. teſta l. filia. ff. de ſenatori l. j. ibi: quia maior &c. extra de verbo. ſign. c. forus. in fi. vbi dicitur, ꝙ inſpiciatur, an vir ſit teſtis: an fęmina. Nam fœmina varium & mutabile ſemper producit. ad quod facit Prouerbiorum vltimo: vbi dicitur. Mulierem fortem quis inueniet &c. & ff. de fide inſtrumen. l. fina. vbi dicitur. Semper ſeniorem minori: & amplioris dignitatis inferiori: & marem fęminæ: & in genuũ libertino ſemper prę-feremus, arg. ff. ſi certum pet. l. 3. vbi de hoc, vnde potes notare tria uitia mulierum.

† Primum eſt, quia eorum voluntates ſunt momentarię. Nã modò vnum, modò aliud volunt: vt in prædicta. l. filia. & prædicto c. forus. in fi. Secundum eſt, quia dant conſilium contra propria commoda: vt C. de ſponſalibus l. ſi pater.

Tertium eſt, quia genus earum eſt auaritiſſimũ, recipere enim volunt, dare autem rarò, vt C de dona ante nupt. l. ſi a ſponſo. ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. ſi ſtipulata. & ff. ad ſenatuſconſul. velleia. l. ſed ſi ego.

† Item potius credẽdum eſt veridico, quàm mẽdaci. Itẽ emẽdato quàm luxurioſo, & magis alij quàm amico, pro quo teſtificatur. 3. q. v. c. j. arg. C. de teſtibus. l. etiam. ff. eo tit. l. 3. §. j. de hoc conſueuit notari in aut. de monachis. §. cogitandum. colum. j.

† Item magis creditũ diuiti quàm pauperi. ff. eo. l. 3. circa prin. & in prædicto. c. forus. ar. in aut. de teſtibus. §. i. colla. vi. & §. ſancimus. & in inſtitu. de ſuſpect. tuto. §. item tria. 4. q. 3. teſtes. & §. item in criminali. verſi. item teſtium, vbi dicitur. Item teſtium fides diligentius examinanda eſt. Ideoque in perſona eorum exploranda erunt iſta. † In primis conditio cuiuſque, vtrum qs decurio, an plebeianus ſit, & an honeſtæ & inculpatæ vitæ, an verò vocatus quis & reprehenſibilis, an locuples, vel egenus ſit, vt lucri cauſa quid facile admittat, an non, an inimicus ſit ei, aduerſus quam frater, vel amicus ei ſit pro quo teſtimonium dat. Nam ſi careat ſuſpicione teſtimonium, vel propter perſonam a qua fertur ꝙ honeſta ſit, vel propter cauſam, quòd neq; lucri, neque gratiæ, neque inimicitiæ cauſa ſit admittendum. Ad hoc facit. C. ad legem fal. in auth. ſed cui teſtator: & ſup his omni-

Source : BIU Cujas

omnib. nota versus. Conditio, sexus, ætas, discretio, fama. Et for-
87 tuna, fides, in testibus ista requires. † Item nota, ℘ non est multitudo testium attendenda: vt in authen. de referend. in §. fi. collat. 2. vbi dicitur. Innumerosa enim multitudo nihil habet honesti. & §. sequen. 4. q. 3. §. Item in criminali, vbi dicitur. Non cũ ad multitudinem respici oportet. ff. eod. l. ob causam. circa fin. & l. j. in fi extra eodem titu. c. in nostra. & in authen. de ecclesia-
88 sticarum rerum adimini. in princip. colla. 5. † Item nota, ℘ contra testem verbosum est præsumptio, argum. C. de preci. impera. offer. l. fin. & de hoc nota. C. de testibus. l. solam. in fine glos. C. de postu. l. quisquis. ad qđ facit versus. Contra verbosos noli contendere verbis. Ista sufficiat contra testes, attamen quotiescunque voluerit quis dicere contra testes: videat illam. l. ff. eod. titu. l. testium. totam de uerbo ad uerbum usque in fin.

SVMMARIVM.

1 *Voluntates vltimæ quinque modis fieri possunt.*
2 *Testamentum in scriptis vt sit solenne, debet septem testes habere.*
3 *Testes testamenti debent esse rogati.*
Testes testamenti debent esse liberi.
4 *Testes testamenti puberes esse debent.*
Testes testamenti in fine debent esse subscripti.
5 *Testes testamenti vno & eodem tempore & coram testatore se debent consignare.*
Testator nomen hæredis per se debet scribere.
6 *Testamentum annullatur in quo hæres nullus instituitur.*
7 *Testamentum quando & coram quibus aperiri debeat.*
8 *Furiosus vel mente captus non potest testamentum condere.*
9 *Impubes testamentum facere non potest.*
10 *Mutus & surdus testamentum condere nequeunt.*
11 *Filiusfamilias de patris voluntate non potest testamentum facere.*
12 *Mulier non potest testis esse in testamento solenni.*
Testamentum non potest condere, cui bonis interdictum est.
13 *Captiuus apud hostes existens non potest testari.*
Testamentum cassatur, in quo filius præteritur.
14 *Testamentum annullatur, in quo sine vera causa & expressa filius exhæredatur.*
15 *Testamentum cancellatum vel in aliqua sui parte vitiatum seu abolitum est nullum.*
16 *Testamentum condere nequeunt quindecim personæ.*
17 *Testamentum inter filios, vel nepotes qualem requirat solennitatem.*
18 *Religiosus testamentum condere non potest.*
19 *Testamentum non potest fieri per tertiam personam.*

Contra testamentum. Cap. XX.

Cum ad fidem faciendam alicuius rei testamentum minus valens in iudicio producatur. Idcirco dicamur aliquid contra illud: & videamus l. ff. qui testa face. pos. l. si quæramus. ubi dicitur. Si quæramus, an valeat testamentum. In primis aduertere debemus, an is qui fecerit testamentum habuerit testamenti factionem. Deinde si habuerit: requiremus an se-
1 cundùm regulas iuris ciuilis testatus sit † Item sciendum est, ℘ quinque modis fiunt vltimæ voluntates. Primus est per testamentum scriptum. Secundus est per non scriptum: ut in authẽ. de hæred. & fal. §. quia uerò. circa fin j. colum. & C. de bon posſ. secundùm tabu. l. 2. & C. de bono posſes. contra tabu liberti. l. j. & C. de testa. l. hac consul. §. per nuncupationem. Tertius modus est in codicillis, in quibus quinque testes sufficiunt: ut C. de codicil l. fin. in fin. Item quartus modus est, quando pater testatur inter filios. C. de testa. l hac consul. §. ex imperfecto. & C. famil. erciſc. l. quoties. Quintus modus est, quando miles testatur: ℘ etiam sit coram duobus testibus. ff. de testa. mili l. diuus. & de hoc consueuit notari in authen. de hære. & fal. §. quia uerò, colum. j. Vnde primò dicamus contra illud quod tanquàm solẽne in scriptis producitur, postea contra nuncupatiuum & con-
2 tra codicillos. † Vnde dicas, ℘ testamẽtum, quod in scriptis ꝓducitur vt solenne non ualet: nisi affuerint septem testes: ut C. eodem titu l. hac consul. & l. si vnus. & l. fin. C. de codicil. l. fin. & in institu. de testamentis §. postea. ibi, septem testibus & c. & C ℘ testa. fa. pos. l. hac consul. Sed contra, extra eodem tit. c. cum esses. & c. relatum. uide quid ibi dicatur: qa intelligitur de his quæ in testamentis relinquuntur ecclesijs. † Item nisi testes rogati
3 fuerint: non ualebunt, & ℘ non uenerit ex fortuito casu. C eo. l. hac consul. C. de codicill. l. fin. ff. eod. l. hæredes. §. penulti. C. de testi. auth. rogati. ubi dicitur. Rogati, ut in testamentis: non fortuiti, uel transeuntes & c. & est in authent. de testibus. §. & licèt. colum. 7. Item nisi testes omnes sint liberi: non valet testamẽtum. C. eodem titu. l. hac consultiſſi. & in institu. eodem titu. §.
4 sed neque mulier. † Item nisi omnes testes fuerint puberes: nõ valebit, in d. l. hac cõsul. & in institu. eo. §. lege. & § sed neque mulier. ff de testibus. l. 3. §. leg. & l. inuiti. 4. quæst. 3. §. testes. ff. de testa. l. qui testamento. § j Item nisi testes in fine testamẽti subscripserint & non in meo: nisi in aliqua parte sui vno eodemq; die tempore & loco non valebit, vt ff. eo. l. hæredes. in fi. & in d. l. hac consul. & in institu. eo. tit. §. postea. & nõ vnus pro alio omnes sciant scribere. ff. eo. l. penul. nisi in testamento rustici. C. eo. tit. l. fi. & C. qui testa. fa. pos. l hac consul in qua subscriptione debet contineri quis & cuius testamentum consignauerit, vt ff.
5 eod. tit. l. penul. & l. ad testium. § si quis. † Item non valet, nisi in vno eodemque tempore; & coram testatore consignauerit, vt in prædicta. l. hac consult. & l. si vnus. & l. si non speciali. ff. de bo. possessio. contra tabu. l. j & in institu. eo. §. postea. & §. seq. & ff. eod. l. penul. & l. ad testamentum. § j.

Item nisi testator scripserit nomen hæredis si potest. C. eod. l. iubemus. & in institu. eod. §. postea & hoc de iure antiquo. Hodie verò potest nomen hæredis scribere per quemcunque: vt in aut. vt sponsa. lar. § quia verò col. ix. C. de testamen. aut. & nõ
6 obseruato † Item testamentum non valet, nisi ibi hæres fuerit institutus. C. eo. l. non codicil. ff. de codicil. l. quod. & l. illud. ff. de vulgari & pupilla. substitu. l j. in fin. ff. de his quæ in testamento delen. l. proxime. circa fin. & in institu. quibus modis testat. infir. §. posteriore. & de exhæreda liberorum. in prin. & de fideicommis. hære. § j. Nisi quando pater testatur inter filios. C. eod. l. hac consul. & C. fami. erciſc. l. quoties. & l. filij.

Item videas an sit vltimum testamentum, & super hoc videas. l. ff. de leg. j. si mihi & tibi. §. fi. & ff. de lega. 3. si quis in prin. & l. si iure facto. & C. de fideicommis. l. clari. & C. de codicillis. l. cum proponatis. & ff. de adimen. lega. l. 3. §. fi. & xxx. q. 2. vltima. & in aut. de nupt. §. disponat. collat. 4. & C. de testamen. l. omnium. & ff. de iniusto, rupto & irri. testa. l. j. vbi de hoc.

7 † Item testamentum aperiri non debet, nisi coram præside, vel magistro census. C. eod l. testamentà. & l. consult. & debet aperiri in præsentia illorum testium qui interfuerunt. ff quemadmodum testamen. aperi. l. cum ab initio. & l sed & si quis. & hoc si viuant vel sint præsentes, ℘ si non possint haberi, tunc in præsentia aliorum septem testium, arg. C. quemadmodum testamen. aperi. l. 2. & in institu. eo. §. postea tamen hodie in prouincijs aperiri potest apud rectores ciuitatum, vt in aut. de defen. ciuita. §. nulla. col. 3. quæ est. C. de testamen. auth. in prouinciis. & de hoc tractatur. C de edic. diui Adria. tollen. l. primo espõso. C. quemadmodum testamenta aperi. l. sed & si quis. 2. & in dicta. l. cum ab initio & testes qui interfuerunt illi apertioni siue insinuationi debent recognoscere signa & sigilla sua & iurare se interfuisse, de qua materia notatur. ff. quemadmodum testamenta aperi. l, sed & si quis. in vltima glo.

8 † Item si testator fuerit furiosus, vel extra mentem positus; eius non valet testamentum, vt C. qui testa face. possunt. l. furiosum. & in institu. eo. § furiosi. extra de succes. ab intesta. c. cũ dilectus. & in institu. de inoffic. testamen §. 1. ff. de inoffi. testa. l. 2. ff. de testa. l. 2. & l. in aduersa & l. filiusfamil.

9 † Item impubes testamentum facere nõ potest. C. qui testa. facere possunt. l. Si frater. & C. de testamen. milit. l. vlti & in institu. quibus nõ est permissum facere testa. §. 1. & § præterea. ff. eod. l. qua ætate. & C. de legi. hæred. l. si autem. & C. quando prouocare non est ne. l. 2. intellige ℘ masculus xiiii. annos compleuerit, fęmina verò xii. ff. de vulga & pupilla. substitu. l. 2. & in p̃dicta. l. qua ætate. & l. filiusfamil.

10 † Item si mutus & surdus fuerit, testamentum facere non potest. C. qui testa. face. pos. l. discretis. & in institu. de testamentis. §. sed neque intellige si fuerit a natura, si verò fuerit a morbo, poterit, si sciat scribere, de hoc dicitur in insti. quibus non est permissum facere testa. § item mutus, & in dicta l. discretis.

11 † Item filiusfami. testamentum facere non potest, etiam de voluntate patris. C. qui testamen. face. pos. l penul. & l. senium. & hoc verum est, nisi in castrensi peculio, vel quasi castrensi. C. de inoffi testamen. l. penu. § de alis. vbi de hoc. ff. de testamen. l. qui in potestate. & l. si filius & in institu. quibus non est permissum facere testamen. in prin. & in d. l. penul. C. qui testamen. facere possunt. & C. de bonis quæ libe. l fi. §. filius autem.

12 † Item si mulier in testamento solenni testis fuerit, ipsius testimonium non valebit, vt in institu. de testamen. §. sed neque. & ff. eo. l. qui testamento. §. mulier. vbi dicitur, mulier in testamento dicere testimonium non poterit, secus in codic. & in qualibet alia non solenni voluntate, quia ibi non prohibetur, ergo & c. ff. eo. l. nam non rogati sufficiunt ibi testes. C. de codicil. l. fin. & de hoc notatur. ff. eo. l. qui testamento.

Item ille cui bonis interdictum est facere testamentum nõ potest, vt in instit. de testa. §. sed neque mulier. & quibus non est permissum facere testamentum. §. item prodigus. ff. eo. l. is cui. vbi de hoc & l. cum lege. & l. filiusfami.

Item nemo existens in potestate testatoris in testamento ipsius testis esse non potest, in instit. eo. §. in testibus. & ff. eo. l. qui testamento. in §. 1.

13 † Item si aliquis existens captus apud hostes faciat testamentum, non valet, quamuis redierit, vt in insti. quibus non est permiss. face. testa. §. vlti.

Item si pater præterierit filium in testamento, non valebit testamentum, vt C. de posthu. hæred. insti. authen. ex causa. &

C. de

Source : BIU Cujas

C.de bon.poſſ.contra tab.l.2.ff.eod.l.j.ff.de iniuſto rupto & ir-
14 ri.teſt.l.nam & ſi ſub conditione. † Item ſi exhæredauit ſine expreſſa cauſa & uera: retractabitur teſtamentum: vt C.de poſtu. authen.non licèt.& hoc intellige ſi pater,vel mater,auus, vel auia,vel aliquis de linea aſcendenti exhæredet,vel prætereat aliquem de linea deſcendenti,vel filius, vel filia aliquem de linea aſcendenti.C.ad Tertul.authen.de teſti.C.de inoffic.teſta.l.omnimodo.& in inſtit.de exhæredatione liberorum.in princ. quæ cauſæ ſunt 14.ut in authen.ut cum de appell.cog.§.illud.col.8.
15 † Item inſpiciendum eſt ſubtiliter,an teſtamentum ſit cancellatum,ſiue uitiatum,uel in aliqua parte ſui abolitum, ℭ ſi fuerit: non ualebit.C.eodem tit.l.ſi vnus.C.de edicto diui Adri.tollē. l.fin.ubi de hoc,ar.extra de crimine fal.c.licèt.& extra de relig. do.c.cum uenerabilis.& extra de fide inſtrumē.c.inter dilectos.
16 † Breuiter tamen notandum eſt ex præmiſſis 15.eſſe perſonas; quæ non poſſunt facere teſtamentum,ſcilicet filiusfamil. Item ſeruus,vt in inſtitu.quibus non eſt permiſ.facere teſta. in princ. ff.eod.titu.l.ſi filius.Item impubes.Item furioſus. Item mentecaptus.Item prodigus.Item mutus.Item ſurdus.Item cæcus, in inſtitu.quibus non eſt permiſ.facere teſtam.in § præterea. & §. item furti.& §.prodigi.& §.item ſurdl.& §.cæcus. Item damnatus ad mortem naturalem,uel ciuilem.ff.eod.titu.l.eius qui.§.j. vſque in fin.j.Item obſes.ff.eodem l. obſides. Item de crimine famoſo damnatus.ff.eo.l.is cui.§.fi.& l.cum lege.ff.de teſti.l ob carmen.in princip.& ff. de iniur.l.lex corne. §.ſi quis liberum. Item de ſtatu ſuo dubitantes.ff.eod.l.de ſtatu.& l. qui in domini.Item monachus.in auth.de monachis.in §.illud.collat.j.Sed illud hodie corrigitur ſecundùm quoſdam:ut in authē.de ſanctiſſi.epiſ.§.ſi qua mulier.col.9.Sed dic:ut infra dicam in 3.§.Itē is cui bonis interdicitur a l.C.de hęre.l.manichęos.& C.ad l.Iulia.maieſt l.fin.& de hoc notatur in inſtitu. quibus non eſt per-
17 miſſ.fac.teſta.in fin. † Item nota, ℭ omnia quæ dicta ſunt ſupra debent eſſe in teſtamento ſolenni niſi quādo pater teſtatur inter filios,vel nepotes:tunc enim non eſt neceſſe, ℭ tanta ſolennitas adhibeatur:ut C.de teſt.hac conſultiſſi.§.ex imperfecto.& in auth.ibi poſita.& C.fam.ercis.l.ſi cognatione.& l.quoties.& l.filij.& l.fin.& ff.famil.ercisc.l.ſi filia.§.ſi pater. Sed ſufficit ℭ ꝑbetur ad minus per duos teſtes, vt notatur in iuribus prope dictis,& maximè in prædicta l.fina.& argum.ff.de teſtamen.milita l.Lucius.& ſuper hoc videas in auth.de teſtamentis imperfe-
18 ctis.circa princip. & per totum, collat.8. † Item nullus poteſt condere teſtamentum qui ſeculo renuntiauerit, & aliquam relig intrauerit:& ſi teſtamentum condiderit,nō valebit. In auth. de monach.§.illud.col.j.C.de ſacroſanc.eccle.auth. ingreſſi.19. q.3.quia ingredientibus.Sed ſi filios habens ingrediatur monaſterium:nullo condito teſtamento,permittitur ei diuidere bona ſua,in auth.de ſanctiſ.epiſc.§.ſi qua mulier.19.q.3.in c. ſi qua
19 mulier. † Item ſi quis ita dixerit:ego committo vltimam volūtatem meam;uel teſtamentum meum voluntati,ſeu diſpoſitioni Titij,& hæredem inſtituo quem ipſe uoluerit,ſi poſtea per ipſum Titium teſtamentum factum fuerit,non valebit ſecūdùm leges.ff.de leg.i.l.captatoriæ.& ff.de leg.2.l.2.ff.de hæredi.inſtitu.l illa inſtitutio.& l.ſi quis Sempronium.ff.de conditio.& demonſtra.l.nonnunquàm. Secus tamen videtur de benignitate canonica,extra de teſtamentis.c.cum tibi.ubi dicitur in 2.q.dicimus ℭ qui extremam voluntatem in alterius diſpoſitionem committit,non videtur decedere inteſtatus, vel aliter ſolue vt ibi notatur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum nuncupatiuum ſeptem teſtes habere debet.*
2 *Teſts teſtamenti nuncupatiui ſcire debent in eo contenta.*
3 *Teſtamentum nuncupatiuum reprobatur, in quo hæres nominatim non inſtituitur.*
4 *Mulier teſtis eſſe non poteſt in teſtamento nuncupatiuo.*
5 *Teſtes in teſtamento nuncupatiuo debent eſſe rogati,puberes & liberi.*
6 *Codicillus non valet abſque quinque teſtibus.*
7 *Codicillus in ſcriptis non valet abſque teſtium ſubſcriptione.*
8 *Hæreditas in codicillis directò non datur.*
9 *Codicillus pertinens ad teſtamentum proferri debet in publicum.*
10 *Furioſus codicillum facere non poteſt.*

Contra teſtamentum nuncupatiuum. Arti. XXI.

1 Scquitur videre cōtra teſtamentum nuncupatiuum: & cōtra codicillos. † & breuiter dicendum eſt, ℭ teſtamentum nuncupatiuum non ualet: niſi affuerint ibi teſtes 7. vt in inſtitu.de teſtament. §.fina. vbi dicitur, ſi quis autem voluerit ſine ſcriptis ordinare iure ciuili teſtamentum 7. teſtibus adhibitis & ſua voluntate coram eis nuncupata, ſcias hoc perfectiſſimum teſtamentum iure ciuili:firmumq; conſtitutum.ad idem.C.eodem titu.l.hac conſul.§.per nuncupationem,vbi dicitur per nuncupationem quoque,hoc eſt ſine ſcriptura,teſtamenta non aliàs valere ſancimus quàm 7. teſtes. vt ſupra dictum eſt,ſimul eodemque tempore collecti teſtatoris voluntatē vti teſtiñ ſine ſcriptura facientes audierint. & l.teſta-
2 mentis.Ibi.vij.teſtes ꝙueniunt &c.C.de bon.poſ.ſe.ta.l.ij.† Item non valet,niſi omnes teſtes ſciuerint & audierint,quæ continē tur in ipſo:vt C.e.ti.l.hac conſul. circa fi. ſecundum quoſdam. Ibi.vbi dicit.ſic cauſa vt ipſi teſtes &c.& in inſtit.eo.§. fi. C. qui teſta. face.poſſ.l.hac conſul.§.attamen. & C. de teſta.l. in teſtamentis.cum ſuis ſimi.ſecus in teſtamento ſolenni in ſcriptis facto.Ibi enim non oportet ℭ teſtes ſciant quæ continentur in ipſo:vt in prædicta l.hac conſul.j.reſpon.& ff.eo.l.qui teſtamēto.§.fi.& l.ſeq.in prin.

3 † Item teſtamentum nuncupatiuum non valebit:niſi hęres ibidem nominatim fuerit inſtitutus, ſicut dicitur in teſtamēto ſolenni in ſcriptis,fa.ff.de codi.l.illud.ff.de his quæ in teſtamento delen.l.proxime.circa fi.C.de teſt.l.nec codicillū ff de vulg. & pup.ſubſti.l.j.in fi. & in inſti.de exhæ.li.in prin.& in inſti. qui. mod.teſt.in §.poſteriore. ff.de teſta. l.hæredes.1.reſponſo C.de teſta.l.iubemus.in §.oportet.Ibi, quemadmodum enim in eulogio,quod ſine ſcriptura conficitur,neceſſe eſt teſtatorem exprimere nomina hæredum &c.

4 † Item in teſtamento nuncupatiuo mulier teſtis eſſe non poteſt,vt in inſti.eo.§.ſed neque mulier.ff.eo.ti.l.qui teſtamento.§.mulier. vbi dicitur, mulier in teſtamento dicere teſtimonium non poterit.& hoc verum eſt in omni teſtamento ſolēni,ſecus in minus ſolenni:nam ibi poteſt,vt s̄.ti. proxi. notaui.

5 † Item teſtes rogati eſſe debent in teſtamento nūcupatiuo. Item liberi. Itē puberes, & vt breuiter me expediā.vide ea quę dicta ſunt contra teſtamentum ſolenne in ſcriptis factum: & hic illa eadem repetere poteris. Item vide illas perſonas, quas ibi enuntiaui:& enumeraui, quæ non poſſunt condere teſtamentum:& de nuncupatiuo teſtamento dicitur.C.de edic. diui.Adri.tol.l.3.in gl.ſingulorum &c.

6 † Item codicillus non valet:niſi affuerint ibi v.teſtes in inſti. de fideicom.hære.§.& quia & C.de codicil.l.fi & C de fideicōmiſ.l.fi & hoc licet fiat in ſcriptis,vel ſine ſcriptu.quod fieri poteſt,vt C.de bon.liber.l.ſi quis. & plene notatur. C. de codicil. ſuper rub.tamen non dicit. ℭ ſint rogati:vt C.eod.ti l. fi. in fi. & in prædicta.l.C.de dona.cau.mor.l fi.ibi.vbi dicitur. Sed infra.res procedat,vt ſi v.teſtibus præſentibus &c.

7 † Item non valet codicillus,quando fit in ſcriptis: niſi teſtes ſubſcripſerint in eodem,vt C.eo.tit.l.fi.in fi.vbi dicitur in vltima voluntate excepto teſtamento v.teſtes, vel rogati, vel qui fortuitu venerint, debent vno eodemque contextu adhiberi, ſiue in ſcriptis,ſiue ſine ſcriptis conficiatur voluntas, teſtibus videlicet quando voluntas in ſcriptura componitur,ſub notationem ſuam,id eſt ſubſcriptionem accomodantibus,verūtamen dominus Azo dicit in ſumma ſua in ti de codicil. ℭ non oportet ℭ teſtes ſubſcribant.& idem dicit dominus Accur in inſti.de codicil in fi.& eſt pro eis.ff.eo. ti.l. dimiſ. §. codicillos. & in inſti.eo.§.fi.vbi dicitur codicillos autem etiam quis plures facere poteſt,& nullam ſolennitatem ordinationis deſide-
8 rant.† Item ſciendum eſt, ℭ hæreditas non datur directò in codicil.nec adimitur,vt C.de codici.l.2.& C.de his quib vt indig. hæredi.l.hæreditas.& C.de teſta.l.nec codicil.& in inſti.de codicil.§.penul.ff de condi.inſtit.l.penul.in fi.Sed quæ eſt ratio, dic vt ff.de codicil l.qđ per.vbi dr̄, qđ ꝑ manus traditū eſt, codicil. hr̄ditatē dari non poſſe, rōnem illam habet, ne per codicillos qui ex teſtamento valent,ipſum teſtamentum qđ vires per inſtitutionem hæredum accipit,confirmari videretur.

9 † Item ſi codicillus fiat,qui pertineat ad teſtamētū, ita oportebit vt in publicum proferatur,ſicuti teſtamentum, vt C.quemadmo.teſta.aper.l.fin.vbi dicitur,codicillos, ſiue ſcripturam quolibet tenore formatam ea oportebit obſeruatione in publicum proferri;qua teſtamenta panduntur.

Item codicillus non valet, quando quis credit facere teſtamentum,& non codicillum, niſi dixerit, niſi valeat iure teſtamenti,valeat iure codicillorum &c.ff.de codicil.l fi.& C. de teſta.l.non codicillum.cum ſuis ſimi.

10 † Item furioſus codicillum facere non poteſt,vt ff.eo.ti.l. 2. §.furioſus.C.eo.ti.l.nec codicillos.cum ſuis ſoro.& breuiter dicas,quòd qui teſtamentum facere non poteſt,nec codicillum. ff.de codicil.l.diuus.§.penul.& l.conficiuntur.§. 1.& vide perſonas,quæ non poſſunt facere teſtamentum, quas enumeraui ſupra titu.proxi.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ quæ a iudicibus proferuntur multis modis annullantur.*
2 *Sententia venalis nulla eſt ipſo iure.*
3 *Sententia die feriato lata eſt ipſo iure nulla.*
4 *Sententia ipſo iure annullatur,quæ contra abſentem non contumacem fertur.*
5 *Abſentia quotuplex ſit.*
Abſens condemnatus quando reſtitui poſſit & nu.6.
7 *Abſens uoluntariè ſi fuerit condemnatus,non reſtituetur.*
Contumax ficte auditur appellans, ſed contumax uere non auditur.
8 *Sententia abſolutionem uel condemnationem non continens eſt ipſo iure nulla.*

9 *Sententia*

Source : BIU Cujas

9 *Sententia eſt nulla a iudice non ſedente lata.*
10 *Sententia annullatur, ſi in ſcriptis non feratur.*
11 *Sententia in quibus caſibus ſine ſcriptis ferri poſſit.*
Sententia nulla eſt, quam iudex non per ſe recitauit.
12 *Sententia contra pupillum ſine tutore lata eſt ipſo iure nulla.*
13 *Sententia quãuis ſcripta & partib. data eſt nulla, niſi ſit a iudice recitata.*
Sententia a non ſuo iudice lata eſt ipſo iure nulla.
14 *Sententia a ſeruo lata eſt ipſo iure nulla.*
15 *Sententia ipſo iure annullatur, quæ per mulierem fertur.*
Sententia ab hæretico, iudæo, vel quouis infideli lata eſt ipſo iure caſſa.
16 *Sententia ſuper re eccleſiaſtica eſt nulla a iudice ſeculari lata.*
17 *Sententia poſt diffinitiuam non ſuſpenſam lata eſt ipſo iure nulla.*
18 *Sententia retractatur, ſi in loco minus honeſto feratur.*
19 *Sententia annullatur, ſi iuris ordine non ſeruato feratur. & nume. ſequenti.*
21 *Sententia retractari debet contra ius, vel conſtitutionem lata.*
22 *Iudices duo ſi dati ſint, alter ſine altero ſententiam ferre non poteſt validã.*
23 *Sententia eſt nulla poſt terminum a ſuperiore præfixum lata.*
Sententia annullatur, ſi pars, contra quam fertur, legitimè non euocetur.
24 *Sententia retractatur, in qua mortuus condemnatur.*
Sententia præceptum impoſsibile continens eſt nulla.
25 *Sententia non valet ab excommunicato lata.*
Sententia annullatur lata, ſi nullus oblatus ſit libellus in cauſa.
26 *Sententia ferri non debet ante litis conteſtationem.*
27 *Sententia cum facto procuratore lata eſt ipſo iure nulla.*
Sententia non poteſt ferri aduerſus furioſum.
28 *Sententia ſuper quantitate certa ferri debet.*
29 *Sententia eſt nulla iudice ſuper re ad quam non eſt datus pronuntiante.*
Sententia retractatur, ſi per ſubreptionem feratur.
30 *Sententia eſt nulla contra fiſcum eius aduocato abſente lata.*
31 *Sententia a minore decem & octo annis lata eſt inualida.*

Contra diffinitiuas ſententias. Artic. XXII.

1 Quoniam ſententiæ a diuerſis † iudicibus proferuntur, quarum alię ipſo iure ſunt nullę, aliæ per in integ reſtitu. alię per appellationem interpoſitam, aliæ per ſupplicationem rettactantur. Ideo contra ipſas ſententias aliquid uideamus, & primò contra illas ſententias, quæ
2 ſunt ipſo iure nullæ. † Sciendum eſt ergo, quòd venalis ſententia ipſo iure nulla eſt: & non oportet quòd appelletur ab illa C. quando prouoc. non eſt neceſſe. l. venales. extra de uita & & honeſt. cleri. cum ab omni. 2. quæſt. 6. §. diffinitiua. uerſicu. ſi contra res. & verſicu. uenales. licèt uideatur contra. ff de re iudi.
3 l. cum prolatis. Solut vt ibi. † Item ſententia lata die dominico, uel alio tempore ob. Dei uel ſanctorum reuerentiam feriato: ipſo iure non ualet. C. de fer. l. omnes. & C. quomodo & quãdo iudex. l. ſi vt proponis. ff. de fer. l. ſi feriatis. extra de fer. c. fina. vbi dicitur, quòd proceſſus etiam non ualeat, quamquàm de cõ ſenſu partium fuerit litigatum. Item dicitur, ſi tempore meſſium, uel vindemiarum compellatur quis ad litigandum exceptione primò oppoſita: quia ſi ſententia lata fuerit, nulla erit. ff.
4 de fer. l. j. & l. ſi feriatis. extra eodem titu. ca. fin. in fin. † Item ſententia ipſo iure non ualet; ſi lata fuerit contra abſentem nõ cõtumacem. ff. de re iudi. l. de vno quoque. C. quomodo & quando iudex. l. ſi ut proponis j. & l. ea quę. & l. cum non uoluntatis. 3. quæſtio. 9. caueant. C de procur. l. quia abſentem. ff. de pœnis. l. abſentem & ff. de appel. l. ſi perluſorio. in fin. & hoc intellige, quando abſens eſt ex neceſſaria cauſa, vt in prædictis iuribus. Si verò abſens eſt iuſta & probabili cauſa, ualet ſententia: ſed per appel. reſcind. ff. de in integ. reſtitu. l. fin. ubi notantur. 5 genera
5 abſentiarum. † Eſt enim probabilis & neceſſaria: ut in militia. Secundò eſt probabilis tantùm, ut in ſubdito. Tertiò eſt neceſſaria tantùm: ut in relegato. Quarta eſt uoluntaria: ut in mercatore. Quinta eſt, ubi per contumaciam. In prima ergo, ſcilicet in probabili, & neceſſaria, ſi fuit legitimè defenſus, & lata fuit ſententia contra ipſum: reſtituitur ad appellandum: ut in dicta l. ſi. Non legitimè defenſus, uel nullo modo reſtituitur ad eremodicium ideſt ad totam cauſam. C. de procur. l. quia abſentem. ff. de iudi. l. ſi prætor. in fin. ff. quibus ex cau ma. l. j. C. quomodo &
6 quando iudex. l. penulti. † In ſecunda, ſcilicet probabili tantùm, ſi legitimè fuerit defenſus: ad uerum auditur. ff. quibus ex cauſ. ma. l. necnon. ff. quando appella. auditur de ſuo iure non per reſtitutionem. C. quomodo & quando iudex. l. ab eo. ubi in totũ reſtituitur, ut colligitur in dicta l. necnon. In tertia, ſcilicet neceſſaria tantùm cauſa cognita ſubuenitur, ut ſi procuratorem non potuit relinquere, uel reliquit, ſed mortuus eſt; ut ff. ex quibus cauſ. ma. l. ſed & ſi per. § j in fi. & l. Papi. † In quarta, vbi vo-
7 lũtariè abeſt: non dicitur reſtitui, quia læditur per ſententiam. ff. de re iudi. l. de vnoquoque. In quinta, ſcilicet ubi contumaciter, ſi eſt ficte contumax auditur appellans. ff. de iudi. & poſt. in fin Si uerò uere contumax fuerit non: ut in authent. de iudi. § audi ant. coll. 6. niſi ueniat ſedente iudice pro tribunali. ff. de in integ. reſtitu. l. penulti. uerus contumax dicitur: qui aperte dicit ſe non uenturũ, ad quem ſufficit vna nuntiatio. ff. ex quibus cau. in poſ. ea. l. Fulcinius. in fi. fictus verò dicitur ille, qui inuenitur, & dicit ſe uenturum, vel nihil dicit, non tamen venit, ad quem ter debet nuntiari. ff. de re iudi. l. contumacia. §. contumax. ſi autem non inuenitur, dicunt eum quidam non poſſe fieri contumacem. C. quæ ſen. ſine appel. reſcin. l. j. §. j. dicitur tamen contra. ſufficit enim ſi denuntietur ad domum, vt C. de annali except. l. vt perfectius. ff. de dam. infect. l. 4. §. prætor. ff. de agno. libe. l. j. extra de dolo & contu. c. cauſam quæ. & c. uenerabilis. in fi. & de hoc notatur. ff. de procu. l. præſens. 2. q. vj. biduũ. § ſi aduerſus abſentem. in gl. no. cum aliquis &c.

8 † Item ſententia non valet ipſo iure: niſi contineat abſolutionem, vel condemnationem, vel ſimilia verba, vt C. de ſen. & interlo. l. præſes extra de accuſa. c. illa. & ff de re iudica. l. j. & l. in ſumma ff. familiæ erciſ. in hoc iudicio. ff. de arbi. l. qui cum. §. ſi arbiter. in inſtit. de offi. iudi. § & ſi in rem. & de hoc dicitur. ff. de arbi. l. qualem. §. j. in gl. nota q̃ dicit &c 2. q. vij. §. diffinitiua. extra de verbo. ſig. c. in his. quæ videtur contra: ſed non eſt: & hęc omnia verba ſunt præterquam in cauſa appellationis vbi non eſt neceſſe, quòd iudex appellationis abſoluat, vel condemnet ſed tantùm quòd confirmet ſententiam, vel infirmet. C de appel. l. eos. in fi. j. reſpõſo. & de hoc tractatur. ff. de re iudi. l in ſumma. & extra de appel. vt debitus. quidam tamen dicunt, quòd ipſe iudex appellationis habet condemnare, uel abſoluere, vt notatur in prædicta l. eos. in gl. nec a forma &c. & eſt argu. pro illis ff. de ſecund. tab. l. qui ex liberis. §. teſtamento. vnde conſultum eſt, quòd apponantur animo verba ſcilicet infirmo, vel confirmo: & ideo abſoluo, vel condemno, de hoc dicitur. 2. quæſtio. vj. in §. appellatore.

9 † Item ſententia ipſo iure nulla eſt, niſi ipſam iudex tulerit ſedendo, arg. C. de poſtu. l. quiſquis. in fi. C. de dila l a procedente. & in aut. vt ab illuſtribus, & qui ſuper eã digni. ſunt. §. ſancimus. col. v. ff. quis ordo in bonorum poſſeſſ. l. 2. §. dies. ff. de arb. verſi. fi. 2. q. j. in primis. Sed quid ſi ſederit in alta turri vel equo: quia forte timebat alteram partium, & volebat fugere: & litigatores erant inferius, forte valebit ſententia, & ſine forte valuit apud Genuam, arg. ff. de acq. poſſ. l. quod meo. §. ſi venditorem.

10 † Item niſi ſententia lata fuerit in ſcriptis, nulla erit. C. de ſen. ex breui. reci. l. j. & per totum, & extra de probatio cap. quoniam contra fal. 2. q. 1. in primis. in fi. & §. ſtatutis. hæc tamen vera ſunt, niſi caſibus. C. de ſententiis ex breui. reci. auth. niſi breuiores, & alia aut. breuiſſimas. vbi dicitur breuiſſimas lites: & maximè vilium perſonarum ſine ſcriptis & ſine aliqua expenſa cognoſcere præſidem oportet. & in auth de manda princip. § ſit tibi. in col. 3. vbi dicitur. *Sit tibi quoque tertium ſtudium, lites cum omni æquitate audire: & omnes quidem breuiores & quæcunque maxime uilium ſunt, ex non ſcripto decidere, & iudicare, & liberare homines alterna contentione &c.* C. de priuileg. ſchol. l. fina in fin. libr. xii. veruntamen quidam dicunt, quòd ſententia ferri poteſt ſine ſcriptis de conſenſu litigatorum. arg. ff. de re iud. l ſi conuenerit. ff. de fer l. j.

11 † Item in alio caſu ſine ſcriptus fertur ſententia, ſcilicet in cauſa matrimoniali, extra de teſti. c. Albericus. vbi de hoc. Item in leuibus criminibus. ff. de accuſa l leuia.

Item ſententia nulla eſt: ſi iudex non per ſe: ſed per *alium recitauit*. C. de ſenten ex breui. reci l fi. vbi de hoc. & l. hac conſultiſſi. ff. de arbi. l. diem in prin. & l. non diſtinguemus. §. quòd ſi hoc modo extra de conſuet ad noſtram arg. C. de aſſeſſo. l. 2. contra videtur, arg. ff. de admi. tuto. l. ita nunc. § geſſiſſe. vbi dꝛ. Geſſiſſe autem videtur, qui per alium geſſit: cum ſuis ſimilibus.

12 † Item ipſo iure nulla eſt: ſi contra pupillum, vel adultum exiſtentem in iudicio ſine tuto. & curato. authoritate lata eſt. C. qui legit. perſo. l. 1. & 2. C ſi aduerſus rem iudi. l. cum & minores. C. quomodo & quando iudex l. ſi præſes ff. de re iud l. acta, §. fi & l. quæritur. ff. de mino. l. in cauſæ 2. argu. C. de in integ. reſtitu. mi. l. ſi curatorem. & C. de authoritate præſtan. l. clarum & C. de appella. l. ſi contra. & C. de procur. l non eo minus. & hoc verum eſt de diffinitiua tantùm ſecundum quoſdam. Dicunt enim quidam, quòd ſecus eſt in interlocutoria ff. ex quibus cauſis in poſ. ea. apud Iul §. Marcellus. & l. in poſſeſſione. §. 1. & hoc verum eſt, niſi in caſibus, in quibus ipſe pupillus, vel adultus poteſt eſſe in iudicio per ſe: qui notantur, extra de reſtitu. ſpolia. infra c. ex parte. ſi diffinitiua ſententia lata ſit pro pupillo, vel adulto, valet, vt in prædicta l. non eo minus.

13 † Item ſententia nulla eſt: licèt ſcripta ſit & tradita litigatoribus: non tamen eſt a iudice recitata. C. de ſenten ex breui. re. l. 1. Item ipſo iure nulla eſt ſententia, cum a non ſuo iudice eſt prolata: vt C. ſi a non compe. iudi. fue. l. 2. & l. fi. & c. de iuriſdi. omnium iudi. l. priuatorum. arg C. ne de ſtatu. defunc. l. ſi pater. ff. de iudi. l. 1. ff. de iniuſto rupto & irrito teſtamen. l. ſi quis exhęredato. §. quòd ſi quis fuerit damnatus. C. de pęnis. l. 2. extra de foro competen. c. ſignificaſti extra de crimine fal. c. ſuper eo. extra de conſuetu. c. ad noſtram. & extra de iudic. c. at ſi clerici 2. q. 1. in primis.

14 † Item ſi ſeruus ſententiam tulerit, nulla eſt ipſo iure: ut ff.

de

de iudi.l.cum prætor.§.nõ autem.C.de ſen.& interlo.om.iudi.
l.2.C.de iudi.l.ſeruus.& l.ſeq.arg.ff.de pecu.l.nec ſeruus.in prin
cip.arg.ff.de procur.l.ſeruum quoque.C.de rei vendi.l. nec ſer-
uum.C.de teſtibus.l.ſeruos.C.vbi fiſca.uel diui.do.l.fin. vlti.arg.
ff.ſi quis cau.l.quoties.ff.de teſt.l.ſerui reſponſo.ff.ad legem cor-
neliam.de fal.l.nullo.contra tamen videtur.ff.de offic.præſid.l.
Barbarius.non eſt contra: quia hoc fuit propter communem
15 ignorantiam. † Item ipſo iure nulla eſt ſententia ſi per mulie-
riem ſit lata:vt C.de recep.l.fin.ff.de regulis iuris.l.2.23.q.5.mu-
lierem.arg.extra de arbi.c.dilecti filij.ubi plenè de hoc. Item ſi
ab hæretico,vel iudęo, vel alio inimico fidei ſit lata, nulla eſt:
vt C.de Iudæis.l.fin.& extra de hære.c.excommunicamus.cum
ſimilibus.Item ratione cauſæ & iudicis nulla eſt ſententia: puta
quia iudex erat pedaneus,& non poterat iudicare de cauſa inge
nuitatis,uel ſeruitutis.C.de pedaneis iudi.l.2.ff.de arbitris.l.non
16 diſtinguemus.§.de liberali. † Item nulla eſt, cum iudex ſecula-
ris ſuper re eccleſiaſtica cognouit:ut in authen. ut clerici apud
proprios epiſcopos.§.ſi uerò eccleſiaſtico.collat.6.extra de fo-
ro competen.c.ſi diligenti.& c.ſignificaſti.& in conſtitutione
Federici,ſtatuimus,quam quidam habent.C.ne filius pro patre.
17 quæ incipit,habita.vbi de hoc. † Item ſententia lata poſt aliam
diffinitiuam non per appellationem ſuſpenſam ipſo iure nulla
eſt.C.de ſenten.& interlo.omn.iudi.l.poſt ſententiam.& C. qñ
prouoc.non eſt ne.l.2.& 2.q.6.ſi quando.§.diffinitiua.niſi in ca
ſibus notatis,extra de re iudi.inter monaſterium & extra de re-
ſtitu.in integ.c.cum ueniſsēt.& C. ſententiam reſcin. nõ poſſ.l.j.
in glo.& ubi iudicatum negatur ff.quæ ſenten.ſine appell.re.l.j.
& in cauſa matrimoniali quæ non tranſit in rem iudi.extra de
18 re iudic.lator.& c.conſanguinei. † Item nulla eſt ratione loci,
in quo lata eſt:utputa in lupanari,vel in caupona, vel in alio lo-
co *minus* honeſto.C.de ſenten.& interlo.omnium iudi.l.cum
ſententia.& C.de iudi.l.properandum.& rem non nouam. Itē
nulla eſt ratione alterius loci,puta quando lata eſt in ſecreto,&
non in publico:ut C.de ſenten.& interlo omn.iudi.l.cum ſen-
tentiam.ff.de regu.iur.l.omnia quæcunque.extra.de appellat.c.
19 qua fronte.Item ratione ordinis non ſeruati,nulla eſt ſentētia:
vtputa iudex debuit condemnare procuratorem, & condem-
nauit dñm litis.C.de ſeñ.& interl.om.iud.l j. In criminibus tñ
cõdemnandus eſt dñs nõ procurator. C.de iniu.l.fi. Quid tñ te-
nendũ ſit:& qñ cõdēnari debeat dñs;& qñ procurator, dr̃ C.de
procur.l.nihil intereſt.& C.de iniur.l.fin.& extra de proba.c.li-
cèt cauſam.& extra de fide inſtrum.c.inter dilectos.in fin.& ex
tra de elect.c.querelam.vbi notatur, q̃ tutius eſt condemnare
20 dominum & procuratorem.† Item poteſt dici nulla ſenten-
tia,quãdo ibi non eſt ordo iuris: ſiue iudiciarius obſeruatus:vt-
puta primò iuratum eſt de calumnia,& poſtea lis cõteſtata, vel
primò prolata eſt ſententia,& poſtea ſcripta.C.de ſenten.& in-
terlo.omn.iudic.l.prolatam.vbi multa notantur,& extra de ap
pel.c.qua fronte.2.q.6.§.diffinitiua.extra de pur.cā.c. cum dile-
cti.ff.de vulga.& pupilla.ſubſti.l.2.§.prius.ubi dicitur, quòd or-
do ſcripturæ peruertendus non eſt.ad hoc.C.de hæredi.actio.l.
21 vt debi. † Itē nulla eſt ſententia,ſi contra ius ſcriptum,uel con-
ſtitutionem lata ſit.2.q.6.§.diffinitiua.uer.Item ſi ſententia. vbi
de hoc,extra de ſenten.& re iudi.c.cum inter.circa fin. & c.j.&
c.inter cæteras.C.quando prouoc.nõ eſt ne.l.2.& l.circa.& hoc
intelligitur,quando in ipſa ſententia eſt expreſſum: ut in dicto
§.diffinitiua.extra de confir.c.examinata. & de ſentent. excom.
per tuas.ff.de ſen.& re.l.præſes.& l.cum prolatis.ubi de hoc.ff.de
ſent.quæ ſine appella.reſcind.l.j.§.j.& 2.aliàs ualet ſententia, ar-
22 gum.C.de re iudi.l.2.& C.de iure fiſci.l.2.libro 10. † Item nulla
eſt ſententia, ſi duo vel plures iudices ſunt: & vnus ſine altero
pronuntiet:uel ſine mandato coniudicis abſentis: uel niſi in de
legatione contineatur;quòd alter ſine altero procedat.C.quã-
do prouo.non eſt ne.l.magiſtratus.ff.de arbitris.l.ſi in tres.ff.de
re iudi.l.duo.2.quæſtio.6.§.diffinitiua.verſ.ſi plures. extra de of-
fic.delega.c.prudentiam.& c.cauſam.& argum.extra de re iudi.
c.ad probandum.videtur tamen contra.C.de rela. in authenti.
prohibet.ubi dicitur:ſi duo uel plures fuerint cognitores: & ali
qua inter eos demergat diſſonantia; quiſque eorum, quod ſibi
videtur,pronuntiet.Item videtur contra,extra de re iud.c.ſi nõ
23 ſunt contra.vt ibi notatur. † Item nulla eſt ſentētia,ſi certũ ter-
minum ſuperior aſſignauerit,infra quem ſententiare debeat:&
ipſe iudex poſt datum ſibi terminum ſententiauerit.C.quando
prouo.non eſt ne.l.cum non eo die.& C.quomodo & quando
iud.l.ſi vt proponis.extra de offi.deleg.c.de cauſis. & C.de ar.l.j.
in fin.Item nulla eſt,niſi pars contra quam lata eſt; trib. edictis;
vel vno pro omnibus perēptorio fuerit euocata: ut C.quomo-
do & quãdo iudex.l.conſentaneum.& l.ea quæ. & quaſi per to-
tum.& ff.de re iudi.l.contumacia.ff.de ſenten.quæ ſine appella.
reſc.l.j.§.item cum.& 34.quæſtio.3.de illicita.& licèt non inue-
niretur ille,qui citari debet:nihilominus ad domum ſuam cita
tio fieri debet;& amici ſui requirendi ſunt,an ſit aliquis, qui de-
fendere velit eundem,aliàs ſententia non ualeret: ut in iuribus
alleg.& extra de dolo & contuma.c.cauſam.& c.prout.& c.ſi.&
extra de eo qui mit.in poſ.c.fin.& ff. ex quib.cauſ.ma.l.item ait
24 prætor.& l.ſeq. † Item nulla eſt ſententia, qua mortuus condē-
natur:niſi aliqua eſt iudicis delegatio in cauſa mortui.Item nul
la eſt ſententia, quæ continet præceptum impoſſibile, vel cui
parere ꝓpter rerum naturam non potuit quis. ff quæ ſentētiæ
ſine appel.reſc.l.penul.ubi dicitur,eũ qui in rebus humanis non
fuit ſententiæ dictæ tempore inefficaciter condemnant videri.
Idem reſpondit apud eum qui in rebus humanis non eſſet: cũ
iudex datus eſt,nec iudicis dationem valuiſſe, neque ſententiã
aduerſus eum datam vires habere:ad idem eſt.C.eo.tit.l.fin.ubi
dicitur.Paulus reſpõdit,impoſſibile præceptum iudicis nullius
momenti eſſe.Idem reſpondit ab ea ſententia,cui pareri rerum
natura nõ potuit ſine cauſa appellari,ad hoc facit.ff.de re.diui.
l.in ſumma.§.fin ff.de iudi.l.de qua re.§.2.& hoc niſi in caſibus,
vt in crimine hæreſeos,extra de ſent.excom.c.a nobis.argu.3.q.
9 abſens.ff.de accuſa.l.ex iudiciorũ.C.de hæredi.l.4.24.q.2.ſane
profertur. Item ſententia lata ab excommunicato non ualet.
25 extra de re iudi.c.ad probandum.& extra de except.c.exceptio-
nem.& extra de elec.c.cum inter R.& extra de conſue. c.cum
dilectus.vbi de hoc.& extra de conceſ.præben.c.quia diuerſita
tem.Item ſententia eſt nulla,quando libellus in cauſa oblatus
non eſt.C.de lit.conteſt.in auth.offeratur.in fi.ibi,litis ergo cõ-
teſtatio circa hoc indultum habita pro nihilo eſt habenda, ar-
gu.C.de ſent.ex breui.re.l.2.extra de libelli obl.c.j.& extra de ſi-
monia.c.licèt Hely.in caſibus contentis.C.de ſentē.ex breui.re.
authen.niſi breuiores.& C.de priuil.ſcho.l.fin.lib.12.circa fin.&
de hoc dicitur in auth.de exhiben. & intro.§.ſancimus. in col.
5.ſed an libellus poſſit remitti de conſenſu partium. dic ut di-
26 ctum eſt ſupra in titu.contra libellum. † Item ſententia nulla
eſt,niſi primò lis fuerit conteſtata,extra ut lite non conteſt.per
totum,& extra de lit.conteſt.c.vno.ſed nũc primò. ubi de hoc.
& extra de cau.poſ.& proprie c.j.& extra de pur.ca.c.cum dile-
ctus.2.q.6.§.diffinitiua. argu. C.de iudi.l. properan.§.j.extra de
elect.c.dudum.j.§.licèt.& hoc uerum eſt,niſi in caſibus.C.de tē-
po.appella.l.fin.in §.illud.extra ut lit.non conteſt.c. quoniam
freq.§.ſunt & alii.& §.porrò.& §.ſi uerò.& extra de cauſ. poſ.&
proprie.c.eum qui.& eſt, c.Lugdu. † Itē nulla eſt ſententia,quæ
27 lata eſt cum falſo procuratore.C.de procur.l.licèt.& C.ſi a non
compe.iudi.l.fin.& extra de procur.c.in noſtra præſen. in fin.&
ca.ex inſinu.arg.extra de reſcrip.c.ex parte decani.tamen tenet
ſententia quouſque falſitas fuerit reuelata;ut in iuribus allegat.
cũ ſuis ſimilib.Item ſententia contra furioſum lata nõ ualet. vt
ff.de re iudi.l.furioſo.Nec etiam ualet licèt pro eo lata fuerit: ut
28 ibi notatur. † Item nulla eſt ſententia,niſi lata fuerit ſuper cer-
ta quantitate.C.de ſen.quæ ſine certa quantitate,per totum. in
inſtitu.de actio.§.curare.hoc intellige, quando ſuper certa re:
uel ſpecie actum eſt coram iudice.Si uerò de incerta quantita-
te actum fuerit,puta de indemnitate præſtanda: ualet ſentētia:
vt C.de ſent.& interlo.omn.iud.l.cum eorum.& C.de ſent.quæ
29 ſine certa quantita.l.2.extra de fideiu.c.peruenit. † Item nulla
eſt ſententia,quando iudex ad certam rem datus:de alia re pro-
nuntiat.C.ſi a non compe.iudi.l.j.extra de teſti.c.de teſtib.uerſ.
& ita deponerent non iurati.extra de offi.deleg.c.cum olim.&
c.ex literis.Item nulla eſt ſentētia: ſi per ſurreptionem lata ſit:
vt 35.q.9.venia extra de offi.uicarii.c.ſua nobis.& extra de re-
30 ſcriptis.c.ad audientiam.argum.C.ſi a non compe.iu.l.vlti. † itē
nulla eſt ſententia lata contra fiſcum abſente eius aduocato.ff.
de iure fiſci.l.ſi fiſcus.& l.nõ legitur.§.diuus.C.de iure rei publi.
l.j.lib 11.C de aduocatis fiſc.l.fin.ſecus ſi cõtra priuatum lata ſit:
ut ibi.Item nulla eſt ſententia,quando pecunia data eſt aduoca
to:uel procuratori:uel etiam aduerſario,vt patiatur ſe uinci:ut
C.de pœna iudi.l.j.& auth.ibi poſita.nouo iure.& C.de aduoca.
31 diuerſorum iudicum.l.j.† Item nulla eſt ſentētia, quæ lata eſt a
minore 18.annis.niſi a principe facta fuerit delegatio.ff.de re
iudi.l.quidam.ff.de arbi.l.cum lege.& extra,de offi.delega.cum
viceſimum.de hoc dictum eſt ſupra in tit.cõtra iudicem. Item
ſi tutor legitimus:uel ſine inquiſitione datus non cauerit rē pu
pilli ſaluam fore & iudicio de re pupillari expertus fuerit:& ſen
tentiam contrariam reportauerit: talis ſententia ipſi pupillo
officere non ualebit,ut C.in quibus cauſ.in integ.reſtit.non eſt
neceſſaria.l.tutor.In fine iſtius titu.nota omnia illa.ff.de ſentē.
quæ ſine appella.reſc.l.j.& 2.& 3.& C.quando prouoc. non eſt
ne.per totum titulum.

SUMMARIUM.

1 *Sententia aliqua quando per appellationem retractetur.*
2 *Sententia per appellationem retractatur, ſi per metum, vel errorem par-
tes in eam conſenſerint.*
Sententia de nocte lata retractari poteſt.
3 *Sententia ſub conditione de futuro lata per appellationem eſt retractanda.*
4 *Sententia contra filiumfamilias ſine patris aſſenſu in iudicio exiſtente lata
retractari poteſt.*
Sententia per gratiam, vel fauorem lata appellatione retractari poterit.
5 *Sententia quæ ob falſos teſtes, vel falſa inſtrumenta fertur multis modis re-
tractatur.*
6 *Sententia retractatur, ſi per chartam falſam feratur.*

Sententia

Source : BIU Cujas

7 *Sententia lata contra absentem ex legitima causa est retractanda.*
8 *Sententia quæ contra absentem causa reipublicæ fertur, per in integrum restitutionem reuocatur.*
9 *Supplicatio pro sententia retractanda quando fieri debeat.*
10 *Sententia contra absentem quando valeat in causa criminali lata.*

Exceptiones contra sententias. Arti. xxiii.

SEquitur videre, quando sententia valet, id est, est aliqua tamen retractatur per appellationem: vel per in integrum restitutionem; vel quandoque per supplicationem.

1 † Et primò dic, quòd sententia est aliqua, sed retractatur per appellationem, quando lata est in alio loco quam dies ad audiendam eam fuerit assignata. C. quomodo & quando iudex. l. si vt proponis, præses. & C. de sen. & interlo. om. iud. l. cum sententiam. ar. ff. de rit. nup. l. palam. xix. dist. Anastasius. arg. extra de offi. deleg. c. cõsuluit. hoc tamen intellige, si dies assignata fuerit mutata, parte seu partibus ignorantibus, vt ibi dicitur.

2 † Item si per metum uel errorem partes consentiant, sentẽtia valet, sed per appellationem retractatur, vt ff. de iudi. l. 2. C. de episco. audien. quod. ff. de iurisdi. om. iudi. l. si per errorem. extra de his quæ vi metusve causa fiunt. per totum.

Item si sententia lata fuerit de nocte, poterit retractari, arg. in aut. de iudi. §. sedebunt. coll. v. ff. de ritu nup. l. palam. & l. fi. de admi. tuto. l. non æstimo. & ff. de ventre inspi. l. 1. ubi dicitur, q̃ tenebræ aptę sunt ad fabricandum falsum, extra de offi. deleg. c. consuluit. ibi, qui male agit &c. & ibi iudex perficere debet ante noctis tenebras, quod in cumbit xxvii. q. 2. pernicioſum. extra vt ecclesiastica benefi. c. vt nostrum. argu. ff. de origi. iuris. l. 2. §. & quia & de hoc dicitur ff. de fer. l. more in prima gl. & secunda licèt sit contra C. de transac. l. non minorem.

3 † Item sententia sub conditione de futuro ferri non debet, lata tamen tenet, sed per appellationem quandoque retractatur de hoc dicitur ff. quando appellandum sit. l. prima, § quid ergo. ff. si certum pera. l respiciendum. 2. quæst. vi. biduum. versi. sanè. & extra de app. cap persona. requisisti. 35. quæst. ix. apostolicæ. in gl. vltima. & extra de sententia excom. c. a nobis fuit.

Item sententia retractari potest, si iuramentum calumniæ exactum in causa fuerit, & non præstitum: Idem est licèt exactum non fuerit secundùm quosdam, ar. C. de iuramen. calum. l. 2. §. sed quia veremur. in fi.

4 † Item sententia lata pro vel contra filium famil. existentem in iudicio sine consensu patris per appellationem poterit retractari, arg ff. de iudi. l. licèt. & l. si debitori. & l. proinde. C. de bonis quæ liber l. cum non solum. vbi de hoc.

Item sententia lata per gratiam, per appellationem retracta ri potest ff. ad trebel. l seruo. §. cum prætor. & de hoc notatur. C. de pęn. in l. 2. ff. de mino. l. ait prætor. in fi.

5 † Item sententia lata contra maiorem per falsos testes, vel per falsa instrumenta retractatur, quandoque per appellationem, quandoque per in integ. restit. vt ff. de re iudi. l. diuus. circa quam materiam ita consueuit distingui. vtrum in prima causa mota fuerit quæstio falsi, & tũc opus est appellare, si retractatur per in integr restitu. vsque ad quadriennium. C. de tempo. in integ. restitu. l. superuacuam. vel per accusat. in factum vsque ad xxx. annos uel si criminaliter agatur vsque ad xx annos. vt C. ad l. cor. de fal. l. querela. C. si ex fallis instru. per totum. extra de except. capitulo cum venerabilis. & extra de testi. capitulo sicut in fi. & extra de proba. capitulo licèt. vbi de hoc hoc idẽ dicitur, si ex falsis allegationibus lata sit sententia, vt ff. de iudi. l. si prætor. C. si ex falsis alle. l. 2. vbi de hoc hæc omnia tamen sic intellige, vt tales sententiæ ualeant, & sunt auctenticæ quousque fallitas testium uel instrumentorum fuerit reuelata, ipsa autem comperta uel reuelata iudicium nullum; & sententia nulla per iudicem promulgatur. ut in iuribus præalleg. & C. de procu. l. l. licèt. & extra de procura. capitulo in præsentia. in fi. & de hoc dicitur. C. de transac. l. si ex falsis. C. de aduocat. diuersorum iudicum. l. j. extra de probatio. capitulo licet. & qualiter sententia lata per falsos testes. & per falsa instrumenta ualeat retractari in istis uersibus continetur.

6 † Si charta falsa sententia forte feratur. Ipsa retractatur, si chartula falsa probatur. Scilicet si de charta quoque quæstio tunc moueatur. Prætextu falsi sententia non reuocatur. Sol. retractatur modo si tunc uera putatur. Item si contra ius litigatoris lata est, retractatur per appellationem, ut extra de senten. & re iudi. c. cũ inter circa fi. † Item si sententia contra absentẽ lata fuerit, & ipse absens propter breue tempus iustam causam absentiæ suæ probauerit, ipsa sententia per restitutionẽ in integrũ poterit retractari, ut ff. de mino. l. in causæ. 2. §. fi. & l. prę fecti præto. C. de tẽpo. appel. l cũ anteriorib⁹. l. illud. extra de resti. in integ cap. ex literis. ff. de excusa. tut. l. scire oportet. §. sufficit. vbi dicitur. Si quis propter ęgritudinem; vel propter necessitatem aliam: puta maris, vel hyemis, vel incursus latronum, aut aliam similem causam in constitu. tempore venire non poterit, ei est ignoscendum, cuius fidem sufficit firmare &c. ad hoc facit. extra de re iudi. cum Bertholdus. & C. de procurato.

8 l. quia absente. † Item si contra absentes causa reipublicæ lata fuerit sententia; illa per in integrum restitutio. poterit retractari cum distinctione tamen: quia aut non fuit defensus; aut fuit minus legitimè defensus: & tunc restituitur ad causam totam. C. de procurat. l. quia absente. aut fuit legitimè defensus: & tunc ad appellandum restituitur tantùm ff. de in integ. restitu. l. vltim. ad hoc respicias. C. de restitu. milit. & C. de temporis. in integ. restitu. C. ex quibus caus. maio. per totum. & hæc distinctio plenè posita est supra titu. primo. in princip.

Item quandoque retractatur sententia, quæ lata est contra ius litigatoris, a qua non est appellatum per supplicationem.

9 † Circa quod ita dicitur: fit enim quandoque supplicatio iudici præfecti prætorio: & tunc habet fieri intra 10. dies. C. de preci. impera. offe. authent. quæ supplicatio. Quandoque principi: & tunc sufficit, quòd fiat intra biennium. C. de senten. præfec. prẽto. l. vnica. cum suis similibus. & de hoc plenè dicitur extra de in integ. restitutio. capitu. ex literis. & in prædicta authen. & pro pe dictam. l. & in authent. ut sponsa. larg. in §. illud. collat. 9. vn-

10 de sumpta est prædicta authent.

Item sententia lata contra absentem in causa criminali in maioribus criminibus, quæ pœnam capitalem ingerunt, non valet. ff. de pœnis. l. absentem. C. de accusa. l. absentem. & C. de accusa. l. adul. l. si quondam. ff. de acquirẽ. rerum domi. l. prima. in princip. cum suis similibus, distinguunt tamen quidam: aut est lis contestata aut non: & aut liquet de causa: aut non. Alij dicunt, quòd non ualet sententia: siue lis sit contestata, uel nõ, & de hac materia tractatur in prædictis iuribus. & 3. quæstio. 5. quisquis 24. quæstio. 3. de illicita 11. quæstio. 3. rursus. & c. quicũque. extra de dolo & contuma. veritatis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex punitur a quo appellatio friuola admittitur.*
2 *Appellans cuius non interest non auditur.*
Appellans frustratoriè punitur in quinquaginta libris auri.
3 *Appellari quando possit ante sententiam diffinitiuam.*
4 *Appellatio non valet facta a præfecto prætorio.*
5 *Præfectus prætorio quis propriè dicatur.*
6 *Appellari an possit a sententia episcopi.*
Contumax non potest appellare.
7 *Contumax vere differt a fictè contumace.*
Appellatio a grauamine quando valeat.
8 *Appellatio in scriptis fieri debet.*
9 *Appellare non potest, qui super crimine notorio vel confesso condemnatus est.*
10 *Appellationi renuntiare dicitur, qui coram iudice a quo litigat, vel transigit, vel aliquid aliud facit.*
11 *Appellatio annullatur, si appellans intra terminum debitum eam non prosequatur.*
12 *Appellatio gradatim fieri debet de minori iudice ad maiorem.*
13 *Appellatio intra decem dies interponi debet a tempore sententiæ numerandos.*
14 *Appellatio tertia a sententia diffinitiua est inualida.*
15 *Appellari tertiò quare non possit a sententia diffinitiua.*
16 *Religiosus appellare non potest a correptione sui superioris.*
Appellatio est nulla super ordinatione ecclesiæ facta.
17 *Appellari non potest ab executore.*
18 *Executor merus quis dicatur.*
19 *Executor mixtus quis sit.*
20 *Appellari quando possit a mero executore.*
21 *Appellatio est nulla, ne scelus notorium puniatur, interposita.*
22 *Appellatio nulla est, si inter partes de non appellando pactum est.*
23 *Appellationi pro quanta cunque minima causa interpositæ debet deferri.*
24 *Appellatio nulla censetur, si contra principis inhibitionem interponatur.*
Appellatio non valet facta ab arbitro.
25 *Appellatio est nulla facta super re peritura.*
26 *Appellare quæ prohibeant.*
27 *Appellatio generalis nulla est.*
28 *Damnatus de falsa moneta appellare non potest.*
Appellatio contra ius facta est nulla.
29 *Appellatio annullatur, quæ sit, ne testamentum aperiatur.*
30 *Appellatio super re momentanea est inualida.*
31 *Appellare non potest quis super eo quod ipse fieri procurauit.*
33 *Iudex puniri debet legitimè non deferens appellationi.*
33 *Appellari non potest a tutelæ vel curæ nominatione.*
34 *Debitor principis appellationem non interponit.*
35 *Appellatio ob officiali ad episcopum nullum sortiri debet effectum.*

Contra appellationes. Arti. xxiiij.

Supradictum est contra sententias. Sed quia post ipsas quan-

Source : BIU Cujas

quandoque appellationes fruſtratoriè apponuntur: ideo contra appellationes aliquid inferamus.

1 † In primis ſciendum eſt; quòd iudex, qui inanem, ſiue friuolam appellationem admittit, puniri debet, & ille ſimiliter, qui fruſtratoriè appellat: quilibet in decem libris auri. C. quorum appellat. non reci. l. quiſquis. 2. quæſtio. 6. ſi quando. §. ſi quis auſus fuerit prouocare. & dicit. capitu. quòd appellans ſi minus rationabiliter appellauerit, non ſolum in ſimplos ſumptus: ſed in quadruplos condemnetur. 2. quæſtio. 6. omnimodo. & ſuperuacua appellatio admittenda non eſt: ut C. de naufrag. l. j. lib. 11.

2 † Item ſciendum, quòd niſi quorum intereſt non ſunt audiẽ di: vel audiri non debent appellantes. ff. de appell. reci. l. j. in princip. ſecunda quæſtio. 7. non ſolent. extra de elect. c. tranſmiſſam.

Item quandoq; fruſtratoriè appellans punitur in l. libris auri. C. de epiſcopali audien. l. 2. dicendum eſt ergo, quòd appellatio facta ante ſententiam diffinitiuam non valet ſecundùm leges. C. de appellatio. l. eos. §. j. in princip. & §. ſuper his. C. quorũ appellatio. non reci. l. ante. vbi de hoc. & C. de ſenten. & interlocu. omnium iudic. l. fin. & C. de iudi. l. apertiſſimi. ff. de liberali cauſa. l. liberis. extra de appellatio. cap. ſuper eod. 2. C de epiſcopali audien. l. 2. 2. quæſtio. 6. non ita. niſi in caſibus qui notantur in ipſo. capitu. non ita circa quam materiam quidam ita diſtin-

3 guunt. † aut grauamen, quod ante diffin itiuam ſententiam infertur alicui interloquendo, poteſt in diffinitiua ſententia reuocari: aut non. Si non poteſt reuocari: puta iudex interloquendo dicit, aliquem fuſtigandum eſſe: vel ad quæſtionem ponendũ contra leges: tunc dicitur, quòd appellari poteſt ab illa interlocutoria. ff. de appellatio. reci. l. 2. & ff. de arbitr. l. non diſtinguemus. § cum quidam. C. de relatio. l. j. & C. de appellatio. l. ſi quis prouocatione. 2. quæſtione 6. non ſolent. §. ante ſententiam. Si verò poteſt ante ſententiam reuocari illud grauamen in ſentẽtia: tunc non poteſt appellari. ff. de appellat. l. prima. circa princip. & in iuribus prẽallegata. l. eos. & l. ante. & l. apertiſſimi. Ius verò canonicum indifferenter ab interlocutoria, quotieſcunque grauatur quis: ſuſtinet appellari, vt extra de appellatio c. vt debitus. & c. cum ſit Romana & c. ex parte. & c. ſuper eo. ſecundo cum ſuis ſimilibus infinitis.

4 † Item appellatio a præfect. prætorio facta non valet: vt C. de ſententia præfect. præto. l. 4. & C. de appellat. l. a proconſulibus. & C de epiſcop. audien. l. epiſcopale. ff. de offic. præfect. præto. l. j. §. j. ff. a quibus appella. non licèt. l. j. ff. de appell. l. creditor. in authen. de iudi. §. noſtros. in princip. §. & in fin. coll. 6. ff. de mino. l. præfecti. Scire tamen debes, quis vocetur præfectus prętorius:

5 & quæ ſit eius poteſtas. † Vocatur ergo præfectus p̃torius ſecũdùm quoſdam ſenatuſconſultum: qui centum conſueuerunt eſſe numero. C. de peti. hęredi. l. fin. non quilibet ſenator ſeparatim, & talis ſenatuſconſultum poteſt condere legem: & facere ius: ut ff. de legibus & ſenatuſconſul. l. nõ ambigitur. vbi de hoc. Alij dicũt, quòd præfectus prętorio dicitur ille: q̃ immediatè ſubeſt principi: & maior eſt & excellentior his magiſtratibus, vel omnibus aliis iudicibus ſub principe, & iſte prẽfectus præto. habet triplex priuilegium, ſiue trina ſpecialitate lætatur. primum eſt; quia non appellatur ab ipſo: vt in iuribus allega. ſed ſupplicatur. Secundùm eſt: quia minores contra eius ſententiam ab aliis non reſtituuntur. ff. de offic. prẽfect. prẽto. l. vna. in fin. niſi a principe. ff. de minor. l. in cauſę. in fi. & l. ſeq. Tertium eſt: quòd poteſt condere leges: ſiue conſtitutiones. C. de offic. præfect. præto. l. normam. ff. eod. l. nõ ambigitur. de iſto præfect. prẽto. dicitur in authen. de defen. ciui. § non habente. coll. 3.

6 † Item dicunt quidam: q̃ nõ appellatur ab epiſcopo ſecundùm leges. C. de epiſcop. audi. l. epiſcopale. & authen. ibi poſita: & tamen eſt ibi diuerſa opinio diuerſorũ doctorũ, vt ibi notat.

Item non valet appellatio contumacis. C. de iudi. l. properãdum. §. cum autem eremodicium. & C. quorum appell. non reci. l. j. vbi dicitur. eius qui per contumaciam abſens: cum ad agẽdam cauſam vocatus eſſet condemnatus eſt negotio prius ſummatim perſcrutato appellatio recipi non poteſt. ad idem. ff. de iudic. l. & poſt. ff. de appel. l. ex conſenſu. §. fin. & ff. de re iudic. l. contumacia. & in authen. de iudi. §. audien. colla. 6. vbi dicitur: quòd qui per contumaciam defuerit: eidem appellationis materia, ſiue ratio perimatur & c. & in authen. vt omnes obediant iudi. §. ſiquidem. colla. 5. arg. extra de ſent. & re iudi. c. inter monaſterium. & extra de empt. & vendi. c. fin. 2. quæ. 6 §. diffinitiua. verſi. Sunt quorum. 23. quæſtio. 5. de illicita. extra de appella. caper tuas. & hoc intellige, niſi contumax venerit iudice adhuc ſedente pro tribunali ff. de in integ. reſtitu. l. diuus. & l. penulti.

7 † Nota tamen, quòd alius dicitur ficte contumax: & alius vere contumax, de quibus dictum eſt ſupra in titu. contra ſententiam, circa princip. titu. & de vere contumacibus in non veniẽdo hoc intelligitur: vbi autem quis contumax eſt aliter, præterquàm in non veniendo. vnde poteſt appellare: vt ff. de appella. l. creditor. §. iuſſus. & de hoc dicitur. C. de iura. calum. l. 2. §. finautem reus in gloſ. ſed nunquid &c.

Item q̃ appellatur a grauamine: non valet appel. niſi coram iudice, a quo appellatur grauaminis cauſa probabilis p̃tẽdatur, vt extra de appel. c. vt debitus. & c. cum cauſam. in fi. & c. ſeq. & c. cordi nobis eſt & quaſi per totum. & extra de his quæ fiunt a ma. par. ca. vbi dicitur, quòd cauſa rationabilis debet aſſignari & probari: ſed illud habet locum in appellationibus, quæ fiunt extra iudicium, puta in electionibus.

8 † Item appellatio non valet, niſi in ſcriptis fiat. 2. q. vj. poſt appellationes. §. forma. in fi. vbi dicitur, huiuſmodi appellationes in ſcriptis fieri debent & c. extra de appel. cordi nobis eſt. vbi dicitur. Scimus igitur, vt ſi quis in iudicio: vel extra, ſuper interlocutoria vel grauamine ad nos duxerit appellandum: cauſam appellationis in ſcriptis aſſignare deproperet & c. & 2. q. vj. §. penu. ver. litigatoribus verò & c. C. de appel. l. eos. in fi. & l. ſi quis libellos. & hoc verum eſt in diffinitiua: niſi appelletur adhuc iudice ſedente pro tribunali. Nam tunc ſufficit viua voce dicere: appello ab iniqua ſententia. ff. eo. l. j. §. fi. & l. 2. & l. a ſententia. §. fi. C. eo. ti. l. litigatoribus.

9 † Item appellatio non valet, quando facta eſt ab illo, qui ad pœnam aliquam ſuper notorio crimine: vel confeſſo eſt per iudicem condemnatus, extra de appel. c. Romana. §. ſinautem. & eſt. c. Lugd. & c. cum ſit ſpeciale. circa med. ff. de verb. ſig. l. ſi qua. 2. q. vj. quicunque. vbi dicitur, q̃ confitentis appellatio non auditur, ſecus eſt in mulcta, a qua appellari poteſt, vt in d. l. eſt enim differẽtia inter pœnam & mulctam: pœna enim eſt, quæ ſtatuitur a lege. mulcta eſt, quæ infligitur ad arbitrium iudicis, quia non eſt ſtatuta a lege: ut in d. l.

10 † Item appellatio non ualet, quando appellans conſentit poſt appellationem coram illo iudice a quo appellauerit, litigare, uel tranſigere, uel aliquid facere. extra de officio deleg. cap. gratum. & extra de teſti. cap. cum ueniſſet, arg. ff. de re iudic. l. ad ſolutionem. ff. de pac. l. tale. §. 1. & ff. de mino. l. ſi filius. ff. ad mace. l. ſi filius.

11 † Item appellatio non ualet, niſi appellans intra annum, uel ex cauſa intra biennium, uel triennium, uel intra terminum ſtatutũ a iudice illam fuerit proſecutus. C. de appel. l. in offerendis & C. de temporibus appel. auth. ei qui. & l. fi §. illud. extra de appel. c cum ſit Romana. & c. conſtitutus. & c. ex ratione. & capit. oblatæ. 2. q. 6. ſi quis appel. alias incipit ei qui. & hoc intelligitur, niſi iudex largius tempus, uel reciſius fuerit moderatus, ut in dictis iuribus, cum ſit Romana. & c. oblatæ. extra de ſenten. & re iudi. c. quod ad conſul. ff. eo. l. 2. & intellige, quòd intra dictum terminum debet appellans appellationem ſuam proſequi, & finire per dictam auth. ei qui. in fi. & per dictum c. 2. q. 6. ei qui. ubi dicitur, quòd ei qui appellat, impartitur annus, intra quem ſecundum ſe communiterve litem exequatur, aut ſi iuſta interceſſerit cauſa, alius annus indulgeatur, quo tranſacto lite non completa rata manet ſententia. & hoc expreſſe notatur in dicto c. oblatæ. in gl. quæ incipit, pars appellata &c.

12 † Item appellatio debet fieri gradatim, & de minori iudice ad maiorem. aliàs non ualet. C. de appel. l. præcipimus. ff. eo. tit. l. 1. §. fin. & l imperatores. & 2. q 6. metropolitanum. & in auth. de defen. ciui. §. & iudicatur. colla 3. & de iudi. § uetus. co. 6. & in aut. de mandatis principum. §. ſi tibi. col. 3. ff. de offi. proconſu. l. ſolent. § legatos extra de offi. delega. c. ſuper quæſtionum. in §. porrò. & extra de appel. c. dilecti. ibi. prior & c. ubi de hoc. & in auth. de appel. §. illo. colla. 4. & 2. q 6. anteriorum. §. illo uidelicet. contra tamen uidetur ff. quis & aquo appel. l. 1. extra de noui operis nunc. c. ſignificantibus. extra. de præben. c. referente. ubi omiſſo epiſcopo, fuit ab Archidiacono ad Archiepiſcopũ appellatũ. Non eſt contra, quia nõ fuit obiecta exceptio, q̃d ſi fuiſſet, appellatio non valeret, vt notatur in prædicto. c. dilecti fil hoc hodie ſublatum eſt de medio per nouum. c. extra de appel. Romana. cum ſuffraganeorum & c. vbi dicitur, q̃ ab officiali non appellatur ad epiſcopum, ſed ad archiepiſcopum. tamen bene appellatur ad principem omiſſis aliis mediis, vt in c. metropolitanum. 2. q. 6 quoties. & c. ad Romanam. & in pluribus aliis. c. ibidem. & extra. de appel. c. ſi duobus. & in c. cum ſit Romana. eſt enim princeps iudex ordinarius ſingulorũ. vt ix. q. 3. per principalem. extra de for competen. c. licet. tamẽ ſecũdũ quoſdam ſi appelletur ad principẽ, omiſſo alio, princeps remittit appellantem ad illum ad quem debuit appellare. ff eo. tit. l. imperatores.

13 † Item appellatio non valet, niſi fiat intra decem dies a tempore latę ſententiæ, vt in aut. de appella. & intra quæ temp. §. 1. colla. 4. & 2. q. 6. anteriorũ. extra de teſtibus. c. ſignificauerũt. & extra de electio. c. cum dilectus. Sed nũquid dies, in quo ſententiatum eſt, connumerabitur. dicitur q̃ ſic. Nã ſecundũ antiqua iura illa dies computabatur in biduo vel triduo, in cuius locum ſuccedit decendium. 2. q. 6. biduum. & de hoc dicitur in d. c. anteriorum. in gl. Sed nunquid ille dies &c.

14 † Item ſi tertiò a diffinitiua ſententia fuerit appellatum, illa tertia appellatio non valebit, vt C. ne liceat in vna eademque cauſa tertiò appella. l. 4. 2. q. 6. ſi quis in quencunque. & c. ſinautem. § poſt ſententiam. extra de appella. ſua nobis. in fine. & c. directæ. vbi de hoc. contra tamen videtur. 2. q. 6. quoties. vbi dicitur, quod quoties quis putauerit ſe grauari appellet. Sed dic

quoties,

Source : BIU Cujas

quoties,ideſt ſecundò a diffinitiua: vel quoties grauatur interlocutoriis diuerſis:toties appellet ſecundùm ius canonicū: nā ſecundùm leges tunc appellatur ab interlocutoriis:vt ſupradictum eſt in princ.huius tit. Item videtur contra 31.q.2. Lotharius. vbi dicitur,ꝙ Theberga ter appellauit: ſed exponit. ter appellauit,ideſt ter vocem appellatiōis emiſit:† Sed quæ eſt ratio, ꝙ non appellatur niſi bis? Reſpon.non videtur, ꝙ toties grauetur.& de hoc notatur.2.q.6.Si autem fuerit.§.poſt ſecundam.& eſt alia ratio:ne lites in infinitum producantur: & ne fiant immortales,extra de dolo & cōtu.finem.& c. venerabilis. & extra de excep.c.frequens.quod eſt.c.Lugdu.& extra de appellatio.c. cordi nobis.quod eſt c.Lugdu.C.de iuramen.calum.l.2.in fin.& C.de iudi.l.properandum.in princi. Sunt etiam quidam caſus, in quibus non appellatur ſecundò.C.de epiſcopali audiē. auth. ſi quis litigantium.quod ſumit de authē.de ſanctiſ.epiſcopiſcopis.§.ſi quis litigantium.col.9.& in authen.de appella.§.illud.& §.ſimili modo.& §.orientale. in colla.7.C.de aſſer.tol.l.j.§.j.& C.de preci.imper.offer.l. ſi quis. † Item appellatio facta ſuper correctione per regularem perſonam non valet,extra de appel la.c.ad noſtram.& c.de priorc.& c.reprehenſibilis. in prin. & c. cum ſpecialis.in fin.& hoc niſi corrigens in correctione modum excedat:vt in dictis c.de priore.& c.reprehenſibilis.& c.cū ſpecialis. Item appellatio non tenet,quando facta eſt ſuper ordinatione eccleſiæ:puta ne fiat electio: vel ne ꝓcuretur aliqua euidens vtilitas eccleſiæ,& hoc niſi fuerit aſſignata iuſta cauſa appellationis extra de his quæ fiunt a ma.parte ca.c. ex ore. circa fin.& extra de electio.c.cum nobis.arg.ff. de appella.re.l.fin.

† Item ab executore non appellatur. C.quorum appella.nō reci.l.ab executore.& C.de appella.l.quoniam iudices.ff.de iudi.l.ſi prætor.in prin.ff.de appella.l.ab executore. extra de re iudi.c.quod ad conſult.& c.decætero.& extra de officio delega.c. paſtoralis.& c.ſuper quæſtionum.§.verum.& §.ſequen.& extra de appellatio.c.nouit.2.q.6.ſub illo.§.ſuper quorum verſicu ab executore.& hoc verum eſt,ꝙ a mero executore non appellat: vt in iuribus præallega.Si mixto autem executore licite appellatur:niſi admittat legitimam exceptionem: vel ſi partes grauauerit,extra de appella.c.dilecto.& c.vt debitus. & extra de officio delega.c.paſtoralis.§.quia verò.vbi de hoc. † Merus executor dicitur:puta lata eſt ſententia ab aliquo iudice ordine iudiciario:ille iudex mandat alicui: vt ipſam ſentētiam exequatur, talis executor merus appellatur,& non debet audire aliàs exceptiones.nec ſe intromittere de ſententia:niſi ſciret illam ſentē tiam eſſe nullam:puta per falſos teſtes;vel per falſa inſtrumenta latam:tunc enim ſi excipiatur coram ipſo,ſuperſedere debet illi executioni:& referre negotium ſuperiori.extra de re iudi.c. decętero.& extra de crimine fal.l.ſuper eo.& ff.de cuſto. & exhi.re.l.diuus.extra de offi.deleg.c.ſi qua.ff.de iudi.l.ſi prætor.ver. Marcellus.C.ſi ex falſis inſtrumentis.l.iudicati. † Mixtus dicit executor,quando habet aliquam cognitionem annexam, puta cum aliquis iudex ordinarius mandat alicui reſtitui in rem ſuā, vel cum Papa mandat alicui dari beneficium, & dat ſuper illo negotio aliquem executorem:vnde coram tali executore bene proponuntur exceptiones:& appellatur ab ipſo, quantumcunque Papa ſcribat abſolute,extra de offi.dele.c.ex parte.25.q. 2.& ſi nec cognitio.& extra de reſcri.c.ſi qñ.& c.cum adeo.& de hoc conſueuit notari in prædicto c.paſtoralis.tamen in caſibus bene appellatur a mero executore. † Primus eſt, quando modum excedit;vt dictum eſt in dicta decre. ſuper quæſtionum.§. nos autem.& extra de appel.c.nouit.ff.de appel.l.ab executore. & d.c.ꝙ ad conſul.C.quorū appel.non reci.l.ab executore. Secūdus caſus eſt,qū partes iudicis aſſumit, vel vult aſſumere.C. de executione rei iudi.l.ſi vt proponis extra de offi.deleg.c.paſtoralis.§.quia verò.Tertius caſus eſt,ſi dolo aliquid faciat.vt ff. de neg.geſt.l.3.§ ſi executor.Quartus caſus eſt, qñ executori opponitur excōicatio:vt 11.quę.3.cū excōicato.Quintus caſus eſt, qū ſuper eo de quo agitur facta eſt nouatio: tūc enim executionis ordo mutatur.ff.de re iudic.l.4.§. ſi ex conuentione. Sextus eſt,ſi exequendo tempus quadrimeſtre præueniat executor.C. execu.rei iudi.l.ſi quis prouocatione.Septimus eſt; ſi executor male īterpretetur ſententiā.ff.de appel.l.ab executore. Octauus eſt; qñ exceptio peremptoria opponitur;per quam dicitur ſententia eſſe nulla:& eam ipſe executor admittere nolit: quia tūc bene appellat ab ipſo.extra de procu.in noſtra.C.de procu.l.licēt.immo audire deberet:ſed nō cognoſcere de eadē: ſed referre deberet ſuperiori & ſe exonerare de cā illa: vt dictū eſt ꝑ alia iura ſuperius allegata.extra de offi.delegat.c. paſtoralis. † Item appellatio facta, ne ſcelus publicum, ſeu notorium puniatur: non valet.vt extra de appella.cum ſit.& c. conſultationi. & ca. peruenit ad nos.& c.Romana.§.ſinautem.extra de ſponſa.c.ex literis.& extra de vſuris.c.quàm periculoſum, vel pernitioſum. 2.q.6. ſuper quorum.ff.de appel.l.cōſtitutiones.C.quorū appel. nō reci.l.j.& 2.ff.de iniuſto rup.& irri.teſta.l.ſi qs exhr̄dato.§.hi aūt.ff.de verb.ſig.l.antepe.circa prin. Sed quot modis dicat notorium? notatur extra de cohab.c.noſtra.& c.fi. † Item ſi pactū fuerit inter partes;ne ab altera appelletur: non valet appellatio C.de temp.appel.l.fi.in fi.ff.a quibus appel. non licet.l.1. C.de iureiuran.l.generaliter.2.q.6.§.ſinautē.Si ſuper re minima appelletur:non valet ſecundùm quoſdam:ſecundū Tancredū.2. q.vij.anteriorum.§.illud etiam.arg.C.de dolo l.ſi quis affirmauit.§.fi.vbi dicitur,ꝙ actio de dolo non datur pro modica re, & in aut.vt omnes obediant iudi. § hoc conſiderantes. coll. 5. arg.C.de ſenten.& interlo.om.iudi aut.niſi breuiores. aliàs incip.breuiſſimas.Alij dicunt contrarium.C.de appel.l. & in maioribus.vbi dicitur.& in minoribus negotijs appellandi facultas eſt &c.Sed intelligit in maioribus,id eſt in criminalibus: & in minoribus,id eſt in ciuilibus.C.de pe.iudi.l.3. C.de app.l.litigatoribus.Item contra extra de appel.cap. de appellationibus. † vbi dicitur,de appellationibus pro cauſis minimis interpoſitis volumus te tenere,ꝙ eis pro quacunq; cauſa leui fiant: non minus eſt,q̄ ſi pro maioribus fierent:deferendū ad idē 14. q.1. vbi dicitur.ꝙ in minima re furtū committitur, & inſti. de rerū diui.§.gallinarum.vbi dicitur & notatur,ꝙ pro gallina: & etiā pro ouo cōmittitur furtum.Ioannes ſoluit:dicēs,ꝙ ſuper re minima non appellatur,ſcilicet ſecundò: vt notatur in prædicto c.anterio. ſuper verbo,diffinitiuā ſentētiā &c.vel minima dicitur ratione durabilitatis.2.q.6.c.de poſſeſſione. & C.ſi de momenta.poſ.l.vna.vel dicas,ꝙ ſuper re minima bene appellatur, vt dictum eſt ſecūdū ius canonicū. † Itē ſi appelletur contra inhibitionem principis:non valet appel.ff.a quibus appellare nō licēt.l.j.in fi.arg.extra de appel.paſtoralis.tamen de qua appellatione intelligatur,& de qua non,dicitur extra eo.ti.c. paſtoralis.Item appellatio facta ab arbitro non valet:vt C.de arbi.l. 1.& 2.q.6.a iudicibus & §.arbitrarij.contra tamē videtur.C.de iudi.l.cū ſpecialis.ff.qui ſatiſda.cog.l.arbitro.Sol.*ibi* ponitur arbiter pro iudice delegato: ſupplicari tamē poteſt a ſententia, extra de arb. c.non ſine.

† Item ſi appellatio fiat ſuper re peritura non valet,arg.ff.de appella.re.l.1.vel cum appellatur, ne excommunicatus abſoluatur,extra de appel.c.qua fronte.& extra de ſenten.excom. c. ſacro.& c.nuper.vel ne mortuus ſepeliatur.2.q.6.§. diffinitiua. ver.ſi quis auſus.C.de ſepul.vio.l.fi.ff.de fer.l.fi.§ 2.& l.ſolet.vn de plures de prædictis omnibus caſibus in iſtis verſibus continentur.† Appellare vetant ſcelus:excellentia:pacta. Cōtēptus: minima res:interdictio facta.Arbitriū:res quæ perit:& ſi lōgius acta.Scelus ideo dicitur quando appellatur,ne ſcelus publicum puniatur:vt ſupra dictum eſt.Excellētia ideo dicitur,quia a prīcipe non appellatur propter eius excellentiam,& quia non habet ſuperiorem in terris.

Pacta ideo dicuntur,quia pactum factum eſt inter partes ne appelletur.Contemptus ideo dicitur:quia contumax non audi tur appellans,vt ſupra dictum eſt. Minima res dicitur, vt prędictum eſt. Interdictio facta ideo dicitur, quando inhibitum eſt a delegante,ne appelletur. Arbitriū verò dicitur,quia ab arbitrio nō appellatur.Res quæ perit,ideo dicitur:quia ſuper re peritura non appellatur:vt prædictum eſt.Et ſi longius acta ideo dicitur,quia ſi bis appellatum fuerit, poſtea tertiò non poterit appellari,vt hæc omnia probātur.s.e.in proximis. §. vel poteſt dicere,& ſi lōgius acta.i.ꝙ in tantū prolōgata eſt, vel prorogata appel.ꝙ non eſt facta intra decem dies,& non valet vt dictū eſt.† Itē quādoque appellatio generalis non valet. vt extra de appel.c.2.& c.conſuluit.quæ videtur contra, & non eſt, quandoque tamen bene fit generalis, cui deferendum eſt. puta in electionibus,& in aliis negotiis,de hoc dicitur,extra eo.ti.c.cū ſit Romana.in gl.quæ incipit,proprie.&c.Itē ſi aliquis excōmunicatus prętito iuramēto ſm formā eccleſiæ abſoluatur, & antequam ei aliquid infligatur appellet,talis appellatio non valet,extra de appel.c.quæſtioni.extra de ſen.excom.c.ſacro.in fi.† Item in falſa moneta damnatus appellare non poteſt,vt C. de falſa mo.l.1.circa prin.& de hoc notatur,extra de iureiur. c. quanta.Item appellatio quæ fit contra ius, non valet. extra de app.c.conſuluit.lij.diſt.mancipia.arg.extra de iudęis. c.multorum.Itē ſi appelletur a grauamine,& iudex illud grauamen reuocare velit,illa appellatio non valet,vt extra eo.ti.c. cum ceſſante.ff.de re iudi.qđ iuſſit.†Item ſi fiat appellatio,ne teſtamētum aperiatur,vel ne hæres in poſſeſſionem hæreditatis mittatur,non valet.C.quorum appel.non reci.l.quiſquis.2. q. 7. §. ſi quādo.§.ſi quis auſus prouocare fuerit &c.& C.de edicto diui. Adri.tollen.l.2.immo appellās in 20.aureis libris puniri debet, vt in d.l.quiſquis.† Itē appellatio ſuper re momētanea poſſeſſionis non valet,vt C.ſi de momen.poſ.l.vna.2.q. 6. ſunt quorum.verſi.ſi de poſſeſſione.C.quorū appel.non reci.in l. quiſqs contra.extra de reſti.ſpol.c.cum ad ſedem.vbi de hoc notatur, ꝙ aliud eſt ſecundū leges,& aliud ſecūdū cano.& intellige ſecundum quoſdam,quando agitur de poſſeſſione retinenda tātum.Veruntamē do.Guido doctor egregius, qui totum Aurelianenſe ſtudium illuſtrauit,intelligebat,qñ agebatur de retinēda uel recuperanda, uel adipiſcenda poſſeſſione & faciūt pro ipſo illa uerba generalia poſita in illa.l.C.ſi de momen.poſ.

† Itē ſi quis appellat ſuper eo, quod ipſe fieri procurauit, nō ualet appellatio.C.de iureiurā.& rebus credi.l. generaliter. in fi.ubi

Source : BIU Cujas

ſi.vbi dicitur.quis.n.ferendus eſt ad appellationis veniens auxilium in his,quæ ipſe facienda procurauit.Idem eſt,ſi quis appellans ab illo iudice quem elegit in cauſa appellationis. 2.q.6.ſi autem.vbi dr̃ Si autẽ prouocatum non fuerit,eliget,qui prouocauerit iudices:& cum eo ille ⁊ quem prouocauerit, vt ab illis deinceps nulli liceat prouocare,arg C de lit.conteſt. auth.offeratur.ver.niſi ſit ille,⁊ quem alio recuſato petierit &c. vr̃ tñ ⁊. ff.de iudi.l.obſeruandum.vbi dr̃, obſeruandum eſt, ne is iudex detur,quem altera pars nominatim petierit &c.Sed non eſt ⁊: quia aut altera pars eſt præſens,& tunc valet lex, obſeruãdum, aut non eſt præſens:& tunc valet auth.offeratur:& ſic obſeruatur in curia Romana,vel dic ꝙ auth offeratur.corrigit. l.obſeruandum. † Item inter alia ſciendũ eſt,ꝙ iudex, qui non defert
32 appellationi,legitime puniẽdus eſt:vt extra de appel.c.de priore,quia ſi clericus eſt;debet deponi 2.q.6.decreto,Si verò laicus ſit 30 ponderibus auri debet mulctari,vt C.de appella.l.qñ iudices.ſed hoc iure cauetur.ſed in conſuetudine non habetur.videtis,ꝙ plures iudices hodie appellationes non admittunt:&
33 licèt non admittant,non propter hoc puniuntur. † Item a nominatione tutelę vel curę non appellatur,vt inſtit. de excuſat. tuto.§.qui excuſare ſe volunt non appellant &c.attñ in quibus caſibus nõ appellatur, notatur in auth.de iud.§.noſtros.coll.6.
34 † Item debitor principis nõ appellat,ut C.quorum appel. non reci.l.abſtinen.vbi de hoc.Item quando ſeruus appellat pro do-
35 mino:non valet.ff.eo.l creditor j. reſponſo. † Item appellatio facta ab officiali ad epiſcopum non valet:cum eorum cõſiſtorium idem eſſe dicatur,extra de appella.c.legitima.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio non currit eccleſiæ vacanti.*
Eccleſia aduerſus eccleſiam præſcribere non poteſt.
2 *Eccleſia contra priuatum quantum temporis ſpatio præſcribere poſſit.*
3 *Præſcriptio nulla eſt ſine iuſto titulo & bona fide.*
4 *Laicus non poteſt rem præſcribere eccleſiaſticam.*
5 *Præſcriptio ſuper limite parochiali, vel dioceſum eſt nulla.*
Præſcriptio non currit tempore hoſtilitatis, ſeu guerræ.
6 *Jura ciuitatis non poſſunt præſcribi.*
7 *Præſcriptio non currit in rebus furtiuis, vi poſſeſſis, vel aliter vitioſis.*
8 *Præſcriptio non poteſt opponi contra procurationem.*
9 *Præſcriptio interrupta eſt nulla.*
10 *Interruptio fieri poteſt multis modis.*
11 *Præſcriptio interrumpitur per oblationem libelli coram arbitro.*
12 *Interruptio ciuiliter fit per ſynodalem proclamationem.*
13 *Præſcriptio non currit contra obedientiam.*
14 *Præſcriptio non habet locum in rebus eccleſiaſticis, vel publicis.*
15 *Res filij a patre alienata non poteſt præſcribi.*
Præſcriptio non cadit in functionibus publicis, ſeu tributis.
16 *Præſcribi non poteſt via publica.*
17 *Præſcriptio non cadit in rebus pupilli.*
18 *Præſcriptio contra filiumfamilias ſub patria poteſtate exiſtentes locum habere non poteſt.*
19 *Præſcriptio non currit in rebus ſub die vel conditione debitis.*
Præſcriptio contra eccleſiam non currit tempore ſuſpenſionis prælati.
20 *Præſcribere non poteſt, qui precariò tenet.*
Colonus, conductor, emphyteuta & ſimiles aduerſus dominos præſcribere non poſſunt.
21 *Vſufructuarius ſeu vſuarius præſcribere non poteſt.*
22 *Præſcriptio minor centenaria contra eccleſiã Romanã currere non poteſt.*
Præſcriptio contra mulierem pro dote non currit matrimonio conſtante.
23 *Præſcriptio triginta annorum non currit pro libertate agenti.*
24 *Præſcriptio non currit ſi a malę fidei poſſeſſore alienatio facta fuerit.*
25 *Præſcriptionum multiplex eſt ſpecies.*
26 *Præſcriptio decem annorum quando & aduerſus quem habeat locum.*
27 *Præſcriptio ſex menſium quæ ſit, & contra quem currere poſſit.*
28 *Præſcriptio vnius anni quando & contra quem poſſit obijci. & nu ſeq.*
29 *Præſcriptio vnius anni obijci poteſt reſcripto impetrato non vtenti.*
30 *Præſcriptio biennij cui & quando poſſit obijci.*
31 *Præſcriptio trium annorum quando locum habere poſſit.*
32 *Præſcriptio quadriennij contra quem competat & cui.*
33 *Præſcriptio quinquennij contra quem poſſit obijci.*
34 *Præſcriptio decennij & vicennij bonam fidem & titulum iuſtum requirit.*

Contra præſcriptiones & vſucapiones. Arti.xxv.

Cum in principio iſtius libelli promiſerim, me aliquid ſcribere cõtra præſcriptiones & vſucapiones.Idcirco iuxta promiſſionẽ meã contra ipſas aliquid dicere procurauí: vt poſſim canere cũ pſal miſta:ea quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.Seruare enim debeo:& habere in memoria quod ꝓmiſi.C. de ⁊hen. ſtip. in l.magnam. in fi.& alibi dr̃, ꝙ promiſi perſoluere debeo
1 ſpontanea voluntate.C.de iure emph l 2. † Vnde primò dico, ꝙ vacante eccleſia:non currit ei præſcriptio, extra de præſcrip. c.j.& c.de quarta.&c.auditis.& c.a nobis.arg C.quomodo & qñ iud.l.ſi præſes.Item eccleſiæ ⁊ eccleſiam præſcriptio nõ valet: niſi quadragenaria fuerit,ext.eo.tit.de quarta & c.illud.& quaſi per totum.C.de ſac. ſanc. eccle. l.fi.& auth.quas actiones.& in auth.de eccleſiaſticis tit.§.pro temporalib.colla.9.⁊ vr̃ 16.q.3. 1.& 2.& c.quicunque.& c.placuit. ſed illa. c.non tenent hodie, immo vr̃, ꝙ ⁊ quamlibet eccleſiam nõ currat præſcriptio niſi centenaria. in authen.vt eccleſia Romana.c.an ga.preſcrip.§.j.
2 colla.2.dic vt ibi. † Item quæritur,an eccleſia ⁊ priuatum poſſit præſcribere ſpatio 30. annorum. & videtur ꝙ non: quia qđ quiſq; iuris in alterum ſtatuit &c ff.qđ quiſq; iuris.per totũ,ſed dr̃ ⁊rium:ut ſi.eo.titu.l.ſi quis iniquum.in princ.& hoc notatur in auth de eccleſiaſt.titu. §. pro temporalibus. col.9.ad hoc fa-
3 cit.C.de leg.& conſtit.l.qđ fauore. † Item ſm canones præſcriptio non valet:niſi iuſtus tit.& bona fides affuerit,ut extr. eod. vigilãti.vbi dr̃:quoniam nulla dierum antiqua poſſeſſio iuuat aliquem malefidei poſſeſſorem, niſi reſipuerit, poſtq̃ aliena ſe nouerit poſſidere.& c.qm̃.& c.ſi diligenti. & quaſi per totũ, & 16.q.2.licèt.23.q.5.quod Deo.& 24.q.2.ſi virgo.ſecus ſecũdum leges, vbi non requiritur bonafides, nec iuſtus titulus:niſi in vſucapione, vel in preſcriptione 10.vel 20.annorum.C.vnde vi.l.fi.vbi de hoc,& C.de preſcri.30.annorum.l.j.& 2.l.diutina. &l.ſi fraudem & l.nec bona fide. & in inſtitu. de vſucapi. §.j.in
4 fine. C. de rei vendic. l.nullo. † Item ſi laicus opponat præſcriptionem ſuper re eccleſiaſtica: utputa ſuper decimis, talis preſcriptio non valet,ext.eo.c.cauſam.in fi.& c.ſi diligenti. ubi de hoc,& c.fi.& 16.q.fin §.poteſt.ver.ꝙ ſi priuatus.Item ſi preſcriptio non valet,niſi per poſſidentem oppoſita fuerit. ff de vſuc. l.3.& l.ſine poſſeſſione.extra de proba.c.ex literis. in fi. arg. ext. de preſcrip.c cauſam.in fi.& hoc niſi in caſibus, qui vocantur.
5 ff.de vſuca. l.rerum mixtura.& l.ceptam. † Item ſi preſcriptio opponatur ſuper limite paro-hiali,vel dioceſum:non valet 16. q.3.c.quicunque.& c.inter memoratos.arg.ff.de⁊hen.emp.l.in modicis.& ff.de rei ven.l.quę religionis.Item tempore hoſtilitatis non currit preſcriptio. ff. de ca. & poſtlimi. re. l.poſtliminium.& C.eo.tit.l.ab hoſtibus.ext.de preſcrip. c.ex tranſmiſſa.
6 in fi.16.q.3.prima.arg C.de acquir.poſ.l.licèt.† Item iura ciuitatis longi temporis preſcriptione preſcribi non poſſunt. C. de aqueductu.l.diligẽter.in fi.lib.11.C.de ſacroſ.eccl.l.fi.C.de operibus pub.l.preſcriptio.& de hoc dicitur in inſti. de vſuca. § res
7 fiſci. † Item in rebus furtiuis: ſiue vi poſſeſſis, vel occupatis,vel aliter vitioſis vſucapio,vel longi temporis preſcriptio non vẽdicat ſibi locum.C.de vſuca.pro emptore.l.ſi partem.in fi. ff.de vſucap.l.ſequitur §.qđ autem.& l.non ſolum.& in auth.ut ſpõſa.larg.§.rurſus.colla.9.qđ eſt.C.de præſcrip.long.tẽp.auth.maleſidei.ad hoc facit in inſtitu. eod §. furtiuę.& §. nouiſſime & hoc intelligitur de vi ablatiua, vel expulſiua. C.qđ met.cau.l.ſi vi vel metus,niſi in caſibus,vt in inſti.eo.§ aliqñ. & ꝙ in occupatis & in vaſis locum non habeat præſcriptio, legitur 93.diſt. illud 16.q.3.licèt.extra eo.tit.c.vigilanti.& c.qm̃ & breuiter poteſt dici,ꝙ vſucapio,vel longi temp.præſcriptio non valet: niſi interueniant iſta 5.quæ in iſtis verſibus continentur. Nõ vſuca pies,niſi ſint tibi talia quinq;.Recta fides:rectus titulus:res non
8 vitioſa.Et res tradatur & tempus continetur.† Item preſcriptio ⁊ procurationem oppoſita non valet,arg.ff.de offi. proconſul. l.ſolent.§ fin. & l.obſeruare.ext.de procur. c.accedentes.in fi.& c.cum officij.& hoc intellige de procuratione quæ debetur cã viſitationis,vt in d.c.cum ex offi.& ext.de cenſi.cum inſtantia. Attñ bene currit præſcriptio in illa procuratione,quæ ratione
9 inſtitutionis datur;de quo loquitur.23.q.2.ſeruitiũ.† Item præſcriptio non valet,ſi fuerit interrupta,ext.de preſcrip.c.illud.in fi.C.de preſcrip.30.ann.l.cum notiſſimi. circa fin. ff de vſucap. l.nunq̃ §.j.attñ multis modis fit interruptio: fit enim naturaliter & ciuiliter,naturaliter quotieſcunq; amittitur poſſeſſio per detentionem & expulſionem. ff. de vſucap. l.naturaliter. ff. de acquir.poſ.l.quì vniuerſas.tñ naturaliter interruptio non ſolũ ꝑdeſt interrumpenti, immo omnibus aliis ⁊ quos preſcriptio
10 procedebat. ff. de vſucap. l.naturaliter. † Fit etiam alio modo interruptio.ſ.per inundationem fluminis, ſiue maris:ut in ipſa l.qui uniuerſas.§. item Labeo. cum ſuis ſororib. Ciuiliter verò fit multis modis Primò per libellum principi oblatum:tamen in actione annali.& in quibuſdam aliis caſibus: vt C. de annal. preſcrip.l.vt perfectius.& C.quando lib.prin.datus lit. conteſt. facit.l.2.Item per lit.conteſt. & hic locum habet in perpetuis actionibus.16.q.3.§. poteſt. & §. is autem.& C.de preſcrip.30. ann.l.fi.& coram ſuo iudice.C.ne de ſtatu defunc.l.pen. Itẽ per quaſi teſtationem.C.ubi in rem actio.l.2. Si verò non poteſt lis conteſtari:ſufficit iudicem adire,& libellum ⁊ abſentẽ offerre: uel contra eum qui conueniri non poteſt aliqua de cauſa, & in querimoniam deducere ius ſuum, uel coram publicis pſonis' uel ad domicilium rei proponat,cum iudicem habere nõ põt: & ſic eſt interrupta preſcrip.C.de ann.exc.l.ut perfectius.& põdicto §.põt.uer.is autẽ.ubi de hoc.unde verſus.Oblato libro præ
11 ſcriptio tollitur omnis. † Idem eſt in arbitro: quia ſi corã arbitro libellus oblatus fuerit:preſcriptio erit interrupta.C. de arb. l.pen.§.licèt.Item per ſacrũ oraculum principi oblatũ:& ſi per executorẽ fuit conuentio poſtea ſubſecuta.C.de põſcri. 30.ann l.ſicut in rem.Item per ſolutionem partis,uel fenoris. C.de preſcrip.30.ann.l.ſi quis emptionis.in fi.& l.cũ notiſſimi. circa fin.

Source : BIU Cujas

Nepotis a Montalbano. De exceptionib.

Item per rei obligatæ apprehenſionem. C. de præſcrip. 30. ann. l. cum notiſſimi. §. immo. & hæc ciuilis interruptio prodeſt tñ interrumpenti non alij. ff. de diuerſis & temporalibus præſcri.
12 l. intra. & ff. ne de ſtatu defunc. l. 2. §. fi. † Item ciuiliter fit interruptio per Synodalem proclamationẽ, extra de præſcrip. c. ſanctorum. C. de annali excep. l. vt perfectius. Item per denuntiationem factam colono, ext. vt lit. non conteſt. c. quoniam fre. §. ꝙ ſi ſuper. C. vbi in rem actio. l. 2. & hæc habent locum in præſcriptione, ſed vſuca. per huiuſmodi ciuiles interruptiones nõ interrumpitur de rigore, ſed quò ad effectum fit: vt extra de rei ven. l. ſi poteſt. de iſta materia conſueuit plenè notari. C. de prę-
13 ſcript. 30. ann. l. cum notiſſimi & ext. eo. titu. illud. † Item præſcriptio ⁊ obedientiam non valet, ext. eo. cum non liceat. arg. ext. de cõſuet. c. cum venerabilis. Item præſcriptio ⁊ matrimonium non valet, extra de conſangui. & affi. cap. non debet. in fi. Item præſcriptio ⁊ votum non valet. 33. q. 5. quod Deo patri.
14 extra de regularibus. c. ſicut. † Item præſcriptio longi temporis, vel longiſſimi non valet in rebus eccleſiaſticis vel publicis. ff. eo. l. vſucapionem. & in inſtit. eo. §. ſi aliqñ. & §. res fiſci. & C. de ſacroſan. eccl. l. fi. & in auth. de eccleſiaſt. titu. §. pro temporalibus. col. 9. vbi dicitur, ꝙ temporalibus autem præſcriptionib. 10. & 20 & 30. anno. ſacroſan. eccl. & alijs venerabilibus locis ſolam 40. anno præſcriptionem opponi præcipimus, hoc ip
15 ſum ſeruando in actionem legatorum: & hæreditatum quæ ad pias cauſas relictæ ſunt. † Item res filii a patre alienata non præſcribitur: niſi ſpatio 30 anno. C. de annali excep. l. j §. fi. in auth. de nup § expectet. colla. 4. Item res tradita pręſidi ⁊ legem Iul. repetun ff ad l. Iul. repet. l. quod ⁊. Item in publicis functionib. ſeu tributis non valet præſcriptio: nec ⁊ hominem liberũ. 16. q. 3. §. poteſt. & §. ꝙ ſi priuatur & § ſeq. & in inſti. de vſuc. §. 2. & C. de præſcrip. 30. anno l. comperit. in fi. ff. de publi. l. cum ſponſus §. in vectiga. ff. eod. l. vſucap. Item præſcriptio non valet cõtra numerum eccleſiaſticæ diſciplinæ, extra de conſuetu. cũ in-
16 ter. & extra de elec. c. cũ cauſam. † Item in via publica præſcriptio non valet: nec ⁊ aliud ius publicum. ff. de via publica. l. viã. arg. C. de operibus publi. l. præſcrip ff. eo. l. vſucap. arg. C. ſi ⁊ ius vel vtilitatem publicam. l. fi. & ff. ex quibus cau. maio. l. res pu-
17 blicas. † Item res pupilli: vel adoleſcentis præſcribi non poteſt cum effectu: quia reſtituitur. C. in quibus cauſis non eſt in integrum reſtitu. nec l. fi in fi. & l. adoleſcentis. argu. ff. de mino. l. ait prætor. in prin & l. omnes C. de præſcrip 30. anno. l. ſicut. & l. cũ notiſſimi. in prin. & §. ſi omiſſam hr̃. l. j. ff. de acquir. rerũ do. l. bo
nę. §. nec intereſt. & C quibus nõ obijcitur longi tpis p̃ſcriptio. l. non eſt. arg. C. de bonis quæ libe. l. quæcunq;. in fi. & C. de bonis maternis. auth. niſi. & hæc vera ſunt generaliter, ſpecialiter tñ ſunt ⁊ C. ne de ſtat. defunc. l. ſi mater. ff. de mino. l. auxilium. C. de iudi. l. properandum. in fi. & in auth. de hęredi. & fal. §. pupillus. col j. & C. de temp. in integ reſtitu. auth. ſi minor. & ĩ aliis pluribus locis ſed ſpecialia ſunt: & de hoc notatur. C. ſi aduer-
18 ſus vſucapionẽ l. vna † Itẽ ⁊ filiosfamil. præſcriptio non currit. quãdiu fuerint ſub patria poteſtate. C. de annali excep. l. j. in fi. & C. de bonis quæ libe. l. quæcũq;. in fi. & C. de bonis maternis. l. j. in fi. & auth. ibi poſita. niſi. & C. de præſcrip 30. ann. l. cũ no-
19 tiſſimi. §. illud autem. † Itẽ præſcriptio non currit in rebus quę ſub die vel cõditione debentur: niſi a tpe diei vel conditionis ex cauſa datis. C. de præſcri. 30. ann. l. cum notiſſimi. §. illud aũt. Item tpe ſuſpenſionis prælati ⁊ eccleſiam nõ currit p̃ſcriptio, ext. de concet. præben. vel eccl non va. c. quia diuerſitatem. arg.
20 C. de anna. excep. l. 2. § fi. C. de iure dot. l. in rebus. † Item tenentes precariò præſcribere non poſſunt C. de præſcri. 30. ann. l. 2. & 10. q. 3. quia cognouimus. Item colonus, vel conductor; vel emphyteuta, vel inquilinus: vel vſufructuarius: vel ſuperficiarius præſcribere non poſſunt. C. de præſcrip. 30. ann. l. 2. in fi. vbi de hoc. & l cum notiſſimi. in fi. 16. q j. clerici. & c. ſeq ar. C. locati. l. ſi quis conductionis. C. cõia de vſuc. l. j. ff. de vſur. l. cum quidam. §. diuus. ext. de præſcrip. ſi diligenti. ext. de reſti. ſpol. cũ veniſſet. ff. de acqui. poſſ. l. qđ meo. ff. quemadmodũ ſeruitus ven. l. vſu retinetur. & hoc eſt, quia ipſa non poſſident, ſed per ipſos dñs poſſidet naturaliter. ff. de acquir. poſſeſ. l. 3. §. quod ſi ſeruus. & l. ſi id quod. & l. nunq̃ §. 3. & l. non ſolùm. §. j. cum ſuis ſoro. & hoc verum eſt ſm dñm Accurſium, & plures alios. Azo tñ dicit ⁊rium per l. ff. de acquir. poſ. l q̃uis. § j. ff. cõi diui. l. cõi diuidundo §. neq;. C. de agrico. & cenſi. l litibus. lib. 11. C. de fide inſtru. l. plures. C. de omni agro deſerto. l. vt quiſquis lib. 11. & pro emphyteuta eſt lex. ff. ſi ag. vectigal. vel emphy. l. j. & 2. & ꝓ vſufructuario eſt lex. ff de vi & vi ar. l. idem §. pertinet. & §. ſequentib. & maxime cum dicatur dñs ff. de vſufru. l. 4. & de hoc notatur. C. de præſcrip. 30. ann. l. 2 & l. cum notiſſimi. & ff. de acquir. poſſe. l. q̃uis. ff. cõi di. l. cõi diuidundo. §. neq;. & ff. de vſuc. l. non
21 ſolùm. §. j † Item ꝙ vſufructuarius, vel vſuarius non præſcribat: facit in inſti. per quas perſonas nobis acquir. §. fructuarius. C. de vſu & habi. l. neque. C. de pręſcrip. l. male. ff. de acquir. rerũ do. l. acquiritur. in fi. ff. de diuer. l. ſeruitutes. & hæc eſt ratio: quia non poſſidet ciuiliter: & quia ſcit rem alienam eſſe, in inſti. per quas perſonas nobis acquir. §. fructuarius. in prædicta l. male. li-
cèt videatur ⁊. ff. de acqu. poſſeſſ. l. poſſeſſio. & l. naturaliter. vbi dr̃. naturaliter vr̃ poſſidere is qui fundi vſumfructum hẽt, ſed nõ ſunt ⁊. Nam illud verbum poſſidere, ſonat pro detinere vel poſſidere. ſ. pro dño, vt ibi no. Item vr̃ ⁊. ff. de vi. & vi. ar. l. 3. §. vnde. vbi dr̃, ꝙ vtile interdictum vnde vi ſibi datur. Solutio, ut
22 ibi notatur. † Item præſcriptio non valet ⁊ eccleſiam Romanam: niſi cẽtenaria. C. de ſacroſ eccl. l fi & auth. ibi poſita. quas actiones. ext. de præſcrip. & ad audientiam. & c. ſi diligenti. in fi. 16. q. 3. nemo. ext. de confir. vti cum dilecti circa finem. Item præſcriptio non currit ⁊ mulierem pro dote durãte matrimonio. C. de iure dot. l. in rebus. §. omnis. C. de anna. excep. l. j in fi. & C de præſcri. 30. ann l. cum notiſſimi § illud. & C. de bo. quæ lib. l. quæcunq;. in fi. & C. de bo. mater. auth. niſi. ff. de fundo do. l. ſi fundus. & de hoc notatur ext. de empt. & vendi. in §. peruenit. & in inſtitu. de vſucap. § res fiſci. † Item pręſcriptio 30. ann.
23 non nocet agenti pro libertate. C. de long tempo. præſcriptio. l. inter. 16. q. 3. §. poteſt ꝙ ſi priuatus. Item debitor nõ poteſt præ tendere præſcriptionem 30. ann ⁊ creditorem agentem hypothecaria. C. de præſcrip. 30. ann. l. cum notiſſimi. circa princ. & § j. in fin. Sed præſcriptionem 40. ann. poteſt obijcere, vt C. de anna. excep. l j §. ad hoc. & in auth. vt eccleſia Romana. c. an. §. j. coll. 1. & in prædicta l. cum notiſſimi. arg. C. ſi aduerſus cre. l. 1.
24 & 16. q. 3. §. poteſt. vbi de hoc. † Item præſcriptio 10. vel 20 ann. non valet, ſi alienatio facta fuerit a malefidei poſſeſſore. C. de præſcrip longi temp. auth. malefidei. & in auth. ut ſponſa. larg. § rurſus. colla. 9. Item præſcriptio longi temp. non valet ⁊ illũ: qui intẽtat hæreditatis petitionem. C. de iure delib. l. licèt. C. de petitio hæred. l. hæreditatis. In ſumma tñ notare ſiue colligere potes: ꝙ multę ſunt ſpecies præſcriptionum, vt ex præcedẽtib.
25 patet, eſt enim præſcriptio. † Quandoq; decem dierum. Qñq; trium menſium. Qñq; ſex menſium. Qñq; vnius anni. Qñque biennii. Qñq; triennii. Item qñq; quadriẽnij. Qñque 10. anno. Qñq; uiginti anno. Qñque 30. Qñq; 40. anno. Quandoque eſt centenaria: & de quibuſdam iſtarum ſparſim tractaui ſup. eod. tit. Modò demus exemplum de vnaquaque.

26 † Decem dierum præſcriptio eſt, quæ currit ⁊ non appellantem, ext. de app. cum ſit. & ext. de teſti. ſignificauerunt. & extra de re iudi. ꝙ ad conſul. ext. de elect. cum dilectus. & in auth. de appel. & intra quæ tempora. § 1. coll. 4 & 2. q. 6. biduum. & c. anteriorum. Item currit ⁊ non ſupplicantẽ inf. 10. dies. C. de prec. imper offe. auth. quæ ſupplicatio Item trium mentium pręſcriptio eſt, quæ currit capitulo non eligente, ext. de elect. c. fi. & c. ne pro defectu. & 50. diſt. poſtq̃ 63. diſt. obcũtibus. Similiter cur
rit ⁊ electum non petentem conſecrationem, vt 100. diſt. qñ
27 quidem. † Item præſcriptio 6. menſium eſt quæ currit ⁊ illum qui redhibitoriã negligit intẽtare, ut ff. de ędil. edict. & redhibi. l. ſi tantum §. 2. & l. ſciendũ. in fi. cum ſuis ſimilib. Similiter currit in beneficiorum collatione. Nam ſi ille qui conferre poteſt, ceſſet conferre per ſex menſes, deuoluitur collatio ad maiorẽ, extr. de conce. præben nulla. ext. de ſuppl. negl. licèt. & extra de præben. de multa. Item eadem currit expectatione abſentium, cũ agitur de ſpirituali coniugio ⁊hendo, puta cũ aliquis abſens electus eſt in prælatũ: qa ille habere debet ſex menſes, uel plus, uel minus, ſecundùm ꝙ ſuperiori uiſum fuerit, ut ext. ut lit. nõ conteſt. quoniam. § ſi uerò aliter. ubi multa notata ſunt de iſta materia in gl. de hac abſentia & c. extra de transla. epi, uel elect.
28 c. inter corporalia. §. ſed neq;. † Item eſt alia præſcriptio: ſcilicet unius anni, quę poteſt obiici uolẽti agere actione iniuriarum. C. de iniur. l. ſi non cõuicii. cum ſuis ſimilibus. Item iſta eadem poteſt obiici homini non proſequenti appellationem ſuam. inf. annum, extra de appel. cum ſit. & c. conſtitutus. & C. de tẽp. appel. auth. ei qui & hoc uerum eſt, niſi ex cauſa illi biennium concedatur, ut in prædictis iuribus. & C. de appella. l. in offerẽd.
29 de hoc ſatis notatur ſup. in titulo, ⁊ appellationes. † Itẽ præſcriptio eadem; ſcilicet unius anni obiicitur agere uolenti quanto minoris. ff. de ędil. edic. l. ſciendum. in fi hoc tamen intellige de quanto minoris prætorio: eſt enim actio ſeu adiectio quanto minoris, qñq; ciuilis, quandoque prætoria. Ciuilis dicitur, quanto minoris emptor eſſet empturus, ſi ſciuiſſet. ff. de act. emptio. & uendi. l. ſecunda, circa princ & illa perpetuò competit, ut dicit Azo in ſumma ſua, in tit. de ędil. circa prin. prætoria dicitur, quanto minoris res eſt tempore contractus propter uitium. ff. de ędil. edict. l. ꝙ ſi nolit. §. ſi plures & prædicta. l. ſciendum. in fi. & l. ędiles. circa prin. & ita competit. inf. annum, ut dictum eſt, de hoc ſatis colligitur in prędicta l. Iul. in glo. no hic differentiã & c. & in prędicta l. ꝙ ſi nol. §. ſi plures. & l. ędiles. circa princ.
30 & in ſumma Azo. in tit. de ędil. act. circa prin. † Item eadẽ pręſcriptio. ſ. unius anni poteſt obiici non utenti reſcripto impetrato, duntamen impetrans copiam iudicis habuerit, & aduerſarius aliud reſcriptum impetrauerit. extra de reſcrip. c. plerũq;. & c. ſi autem. Item eadem præſcriptio; ſcilicet unius anni poteſt obiici eccleſiæ non petenti hæreditatem hęretici. infra annum, ut in auth. de ſanctiſ. epiſcopis. §. antepen. in coll. 9. Item in aliis caſibus, extra ut lit. non conteſt. c. quoniam frequenter.
31 1. rñſ. & §. in aliis. & extra de offi. deleg. c. quęrenti. † Item eſt &

alia

Source : BIU Cujas

alia præscriptio biennij. ſ. quæ poteſt obijci debitori, qui exceptionem non numeratę pecunię inf. biennium noluit proponere. C. de non num. pec. l. in ẽ ctib. Item eſt alia præſcriptio. ſ. trium annorum: puta ſi aliquis ad catholicam vnitatem aliquẽ locum conuerterit: & ipſum locum per triennium tenuerit, poſt modũ ab aliquo cum effectu non poterit infeſtari, extr. de præſcri. c. j. niſi in caſibus, qui ibi notãtur, & eadem præſcriptio; ſcilicet triennij obijci põt illi qui rem ſuam mobilem ꝓmittit bona fide: & iuſto titulo ab alio poſſideri, vt in inſtit. de vſuca.
32 circa prin. cũ ſuis ſimilibus. † Eſt & alia præſcriptio ſ. quadriennij, quæ competit fiſco ẽ eum, cuius res fiſcus ipſe vendidit, de qua præſcriptione tractatur. C. de quadriennij præſcrip. per totum. & C. de ſacroſan. eccle. auth. quas actiones. 16. q. 3. §. quas actiones. quæ tñ locum non habet ẽ eccleſiam de iure canoni co: vt notatur in prædicto §. quas actiones. & 12. q. 2. quicunq; militũ. & 16. q. j. in canonibus. tñ ſm leges bene currit ẽ eccleſiã de iure canonico: vt not. in prædi. §. quas actiones & 12. q. 2. quicunq; militum. & 16. q. j. in cano. tñ ſm leges bene currit ẽ eccleſiam, vt in prædicta auth. §. quas actiones. no. & de hac pręſcriptione quadriennij tractatur. C. ſi aduerſus fiſcum. l. fina. in gl. duobus. & in inſtit. de vſucap. §. fi. & C. de iure fiſci. l. 3. lib. 10. & hæc ſimiliter præſcriptio quadriennij currit ẽ minorem & maiorem non petentem reſtitutionẽ in integrũ. inf. quadrien-
33 nium: vt C. ex quibus cauſis maio. l. ſuperuacuam. † Eſt & alia præſcriptio: ſ. quinquẽnij, quæ currit ẽ illum, qui querelã inoffi cioſi teſtamenti adita hæreditate diſtulit ꝑ quinquẽniũ intentare. C. de inoffic. teſt. l. ẽ. & l. ſi quis ſi. & l. ſancimus. §. iud. C. in
34 quibus cauſis reſtitutio non eſt ne. l. 2. † Item eſt præſcriptio decennij, & vicennij, quæ requirit bonam fidem & iuſtum titulũ. C. de præſcrip. 30. annõ. l. ſi quis emptionis. in prin. & §. ſi verò nullum. & C. de anna. excep. l. j. §. ad hoc. C. de præſcri. longi tẽp. l. j. cum ſuis foro. Sunt & aliæ pręſcriptiones: ſ. 30. anno. & 40. & centum anno. quę poſſunt obijci & allegari, prout ſuperius plenius ſunt inſertę, & in certis §. collatę. Sunt alię plures præſcriptiones, quas cauſa breuitatis ad præſens omitto, vt autem præſens titulus cuilibet plenius eluceſcat, ideo capitulum. 16. q. 3. §. poteſt, hic de verbo ad verbum poſui in hunc modum.

SVMMARIVM.

1 *Tempus quod longum dici poſſit.*
2 *Præſcriptiones quædam odio potentis introductæ ſunt & fauore poſſidẽtis.*
3 *Bona fides in poſſeſſione non ad medium ſed ad poſſeſſionis initium eſt referenda.*
4 *Poſſeſſor maleſidei poſt annõs triginta contra omnem petentem tutus eſt.*
5 *Interruptio qualiter fieri debeat per eum, cuius res præſcribitur.*
6 *Præſcriptio aduerſus loca religioſa non currit niſi quadragenaria.*
7 *Priuatus nulla præſcriptione tutus decimas tenere poteſt.*
8 *Functiones publicæ non poſſunt præſcribi.*
9 *Decimæ ſacerdotibus debitę laicis concedi non poſſunt.*

Decimaſexta quæſtione tertia. §. poteſt. Textus eſt decreti.

Poteſt etiam aliter intelligi præſcriptio illa lõgi temporis, qua Gelaſius
1 negat ſtatum parochiarum poſſe imitari. † Longum. n. tẽpus, ſicut ex legibus hr̃, decẽnium, vel vicẽnium intelligitur. Huius ergo longi temporis præſcriptio auctoritate Gelaſij Papę, & ſe
2 cularium legum eccleſijs obijci non põt. † Præſcriptionũ aliæ ſunt introductæ odio petentis, & fauore poſſidentis. Aliæ tantum odio petentis. Qui. n. bona fide & iuſto titulo rem præſentis per decennium, abſens verò per vicennium tenuerit, exceptione perpetua tutus erit, non ſolum aduerſus alios, ſed etiam aduerſus creditores, quibus res ipſa fuerit obligata, etiã aduerſus dñm. Si verò aliquo caſu a poſſeſſione ceciderit etiam aduerſus dñm verum, vtiliter rem vendicare poterit. Si autẽ nullo titulo, bona tantum fide per triennium rem alicuius poſſe-
3 derit, ſimili gaudet priuilegio vel præſidio. † bona verò fides non ad tractum medij temporis: ſed ad initium poſſeſſionis refertur. ſufficit. n. initio cuiq; bona fide poſſidere cępiſſe, etiam ſi medio tpe conſcientiam rei alienæ habuerit, hę præſcriptiones ſunt introductæ fauore poſſidentis & odio non petẽtis; qa lex fauet his qui bona fide & iuſto titulo vel bona fide tantum poſſident. Odit autem lex & punit circa rem ſuam negligẽtes
4 & deſides. † Quòd ſi mala fide rem alienam quis mala fide poſſidere cęperit poſt 30. annos aduerſus omnem petentem exceptione tutus erit. Si verò aliquo caſu a poſſeſſione ceciderit, actionem non habebit; quia præſcriptio non fauore malę fidei poſſeſſoris, ſed odio tantùm rem ſuam perſequi negligẽtis introducta eſt. Si autem res ad creditorem ſuum, vel ad dñm peruenerit detẽtionis commodum habebit. Si verò ad alium, creditor vel verus dñs aduerſus eum experiri poterit, nec ſibi ꝑderit exceptio medij temporis poſſeſſoris; quia nõ ab eo cauſam habuerit poſſidendi, ꝙ ſibi violenter ad eos poſſeſſio deuenerit, malę fidei poſſeſſor indiſtinctè poſſeſſionis commodũ recipiet. hæc de præſcriptionib. decennij, vel vicennij & tricẽnij intelligenda ſunt, ſi ſine interruptione poſſeſſa probetur, quòd ſi per naturalem detentionem poſſeſſio interrupta fuerit a die recuperatæ poſſeſſionis, noui 30. anni computabuntur in oĩb. præſcriptionibus, ſi per litis conteſtationẽ ab vltimo die litigij. 40. anni computabuntur, ꝙ ſi ab eo, qui in cauſa præſcribendi erat poſſeſſionem aliquis nanciſcatur, tempus præſens cũ tem-
4 pore ſuę poſſeſſionis continuare poterit. † Is autem, cuius res præſcribitur, ſi litem conteſtari non poterit, vel ꝓp aduerſarij abſentiam, vel infantiam, vel furoris laborem: cum neminem tutorem vel curatorẽ habeat, vel quia in magna poteſtate conſtitutus eſt, intra conſtituta tempora præſidem adeat, libellum ei porrigat, & hoc in querimoniam deducat, & ſic tpis interruptionem faciat. Si autem præſidem adire non poterit, ſaltem ad epiſcopũ locorum vel defenſorem ciuitatis, & ſuam ei manifeſtare voluntatem deproperet in ſcriptis. Quòd ſi prę ſes, vel eps, vel defenſor affuerit, liceat ei publice deponere, vbi domicilium habeat poſſeſſor, ſiue cũ tabulariorũ, vel ſi ciuitas tabularios non habeat, cum trium teſtium ſubſcriptione, & hoc ſufficit ad omnem temporalem interruptionem ſiue triennij, ſiue longi tpis, ſiue 30. vel 40. ann. Sic hæc ſint de præſcriptionibus
6 inter priuatos, † cęterùm aduerſus loca religioſa non niſi 40. anno. præſcriptio currit. vnde in authen. quas actiones tricennalis pręſcriptio ſecluditur, ſi loco religioſo competant 40. annis clauduntur etiam in nouellis, neq; decẽnij, vel vicẽnij &c. In canonibus verò eccleſi. aduerſus eccleſiam 30. annis monaſterium aduerſus eccleſiam non niſi 40. annis præſcribere per-
7 mittitur. † Quòd ſi priuatus primitias, & decimas ſiue cum titulo, ſiue ſine titulo poſſederit, nulla tpis pſcriptione tutus erit, vel eſſe poterit: quæ enim ab initio de iure effectum ſortiri non poſſunt tractu tpis non conualeſcunt. vnde ſi liber homo longo tpe pro ſeruo detineatur, etiam ſi 40. ann. curricula exceſſerint ſola tpis longinquitate libertatis iura minime mutabũtur. Ad hæc eccleſiæ & reipublicæ primitiæ, decimationes ciuiliũ
8 functionum inſtar obtinent. † Porrò publicæ functiones præſcribi non poſſunt. vnde in 7. lib codicis. eod. titu. de 30. vel 40. anno. præſcriptione. Imperator Anaſtaſius. Iubemus eos q rem aliquam per continuum anno. 40. curriculum, ſine quadam legitima interpellatione poſſederunt, de poſſeſſione quidem rei ſiue dñio nequaquam remoueri. Succeſſiones autem, ſeu ciuilem canonem, vel aliam publicam collationem impoſitã eis dependere compelli, nec huic parti cuiuſq; tpis præſcriptionẽ oppoſitam admitti. Sic & prædia ſiue ſint priuati, ſiue eccleſiæ poſſunt præſcribi, prouentus primitiarum, decimationum præſcriptione tolli non poteſt, etiam ſi a Romano Pontifice quilibet laicus ſuper his reſcript. impetrauerit, reſcripta eñ, quæ ẽ ius ſcrip. impetrata fuerint, niſi talia ſint: quæ iſtis quibus data ſunt proſint, & nulli obſint, nullius momenti eſſe cenſentur.
9 † Item decimæ Deo mandante ſacerdotibus & leuitis ſeparatæ ſunt, vt de ſorte dñi viuerent, qui in eius ſorte connumerantur. Non ergo cuiuſquàm priuilegio laicis concẽdi poſſunt, ne diuinis mãdatis auctoritas humana præiudicium inferat, vnde imperator Valentinianus, & Theodoſius, vniuerſas terras quæ a colonis, ſiue emphyteutecariis dominicis iure reipublicę, vel templorum in qualibet prouincia venditę, vel vllo alio pacto alienatæ ſunt, ab his qui perperam atque contra leges eas detinent nulla longi temporis præſcriptione officiente iubemus reſtitui, ita vt nec pretium quidem iniquis comparatoribus repoſcere liceat. De præſcriptione verò longi tẽporis in authenticis inuenitur. colla. 8. conſti. 6. Quas actiones alias tricennalis, decennalis, vicennalis præſcriptio ſeducit, ſi loco religioſo competunt 40. annis clauduntur, vſucapione quadriennij pręſcriptione ſuum locũ habentibus, ſed ſola præſcriptio 30. ann. & deinceps a qua cũ præſcriptione priuilegia Romanæ eccleſiæ ſunt excluſa, quæ non niſi 100. annorum ſpatio præſcribi poſſunt. Et hęc pauca dixiſſe ſufficiant ſuper pręſenti libellulo, & dicitur fugitiuus, quia docet reos fugere, vt prædixi. In fine tamen inſtanter ac humiliter poſtulo benęuolentiã amicorum, quòd ſi in hoc libellulo aliquid minus bene dictum repererint, illud ſecundùm iuſtum motum animi corrigãt & emendent, & contra inſidiantes & ęmulos dignentur ipſum libellulum ſuſtinere.

IOANNIS MONACHI CISTERSIEN. ORDINIS.

De defenſorium Iuris.

PRAEFATIO.

Quia bona rei dare conſilium & præſentis hr̃ vitæ ſubſidium & ęternę remunerationis cernit̃ expectare pręmiũ. 12. q. 2. c. bonę rei. Ideo ego Io. Mona. Ciſterc. ordinis vidẽs reos propter malitiam actorum fatigari laboribus & expenſis. Præſens opuſculum de corpore canonũ

Source : BIU Cujas

Io. Monachi. De defensorio iuris.

decretalium ac legum collegi, prout potui, Iuris defensorium illud denominans, eo q̄ reus per eius doctrinam ꝺ̄ actorē tueri se valeat exceptiones rei vtiles in eo ponens. Nam exceptiones rei dicuntur. ff. de exce. l. 2. Si enim veritas non defensatur, opprimitur. Rogo ergo omnem huius opusculi lectorem, vt Deum pro me deprecetur: loquor. n. nūc pro tempore, quo loqui non possum. Vnde petitio mea est pro lege habenda, vt in auth. de nup. 2 2 q. 4. c. vnusquisq; vbi petitur Ambro. Et fit petitio tua lex. Nam naturali ęquitate tenetur quilibet de bono faciendo ei qui sibi bonum fecit. ff. de peti. hęr sed & si. §. consuluit. præsens opusculum ergo per 19. titulos distinguitur, vt facilius in eo q̄d quæritur inueniatur. Et ponit primò registrum.

Tituli istius libri.

De rescriptis.	De iudicibus.
De arbitris.	Contra actorem.
Contra procuratorem.	Contra procuratorium.
Contra aduocatum.	Contra libellum.
Contra testes.	Contra interrogatoria.
Contra instrumenta.	Contra priuilegium.
Contra testamentum.	Contra positiones.
Contra sententiam.	Contra appellationem.
Cōtra electionem prælatorum.	Contra præscriptionem & vsurpationem.

Quibus modis iudicium instantia perit videamus. Iudices alij sunt ordinarij, qui ab apostolico, vt ecclesiastici, vel ab imperatore, vt pote seculares legitimam accipiunt potestatem. Alij sunt arbitri, qui nullam potestatem habent, sed cum consensu litigantium in iudices eliguntur in quos cōpromittunt, vt eorum sententiæ stetur 2. q. 6. a iudicibus. & Specul. de arbitris. Alij sunt iudices delegati, quibus audientia per rescripta seu alia auctoritate a superioribus delegatur, ext. de offi. & potesta. iudic. deleg per totum. Vnde de exceptionibus contra rescriptum primo videamus.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum est diligenter inspiciendum.*
Rescriptum per exceptionem elidi potest.
2 *Rescriptum impetratum contra ius scriptum an valeat.*
3 *Rescriptum secundo modo impetratum non valet cum effectu, nisi de primo faciat mentionem.*
Iniuria parua toleratur.
4 *Generali rescripto derogatur per speciale.*
5 *Rescriptum impetratum si fuerit contra aliqua priuilegia vel contra personas priuilegiatas non valet.*
6 *Rescriptum in quo decimæ alicuius confirmantur, an valeat.*
7 *Beneficium habens quamuis modicum nisi de ipso fecerit mentionem rescriptum de alio obtinendo non valet.*
8 *Clausula, quidam alij, quid operetur.*
9 *Dicentis se habere monitorias cum non haberet & impetrauit executorias, rescriptum nunquid valeat.*

Contra rescriptum.

1 Rescriptum diligenter † est inspiciendū & considerandū, vtrum per suppressionem veri & falsi suggestiones fuerit impetratum, & intellige talem veritatem & fallitatem, quam si superior sciuisset, nō dedisset literas. Et dicendum, q̄ tale rescriptū seu authenticum nō valet: nam per exceptionem elidi potest. Item non valet si contra ius diuinum impetratū fuerit. 25. q. j. sunt quidam. item non valet si cōtra ius naturale, vel positiuū vel contra fiscum, vel vtilitatem publicam fuerit impetratum. 76. q. 6. placuit C. vnde vi. l. auctoritatem. C. lib. 11. de nauibus non excu. l. multi. & 25. q. j. ideo. Et hoc verum est, nisi de illo canone fecerit mentionem, vel appositionem de non obstante
2 tali lege vel canone, aliàs † ꝺ̄ ius scriptum non valet impetratum: nisi forte prosit impetrāti, & nulli noceat. ibidem. 25. q. 2. c. rescripta. Item si rescriptum papale fuerit impetratum super re, quæ forum seculare contingit, non valet cum effectu: nam per exceptionem eliditur. extra de fo. compe. ex tenore. & c. ex parte. sic & de appe. super duobus. & hoc intellige, si super proprietate rei fuerit impetratū. Secus si super possessione: q̄a sup possessione potest coram iudice spirituali causa ventilari, extra de fo. compe. ex parte. B. de iudi. cęterùm. Quidā tñ intelligunt hoc coram ordinario & non corā delegato. item si Papa mandat aliquibus iudicibus, q̄ excommunicatum absoluant, & de sufficiēte cautione præstanda q̄ pareant mandatis ecclesię nō fecerit mentionem, non valet, extra de sequest. pos. c. ad hæc. in fi. quia sufficiens cautio debet præstari, vt lit. non conte. qm̄. §. in alijs. Item rescriptum eliditur, si tempus datum diligenter attendatur, extra eo. titu. eam te. ff. de preci. impe. offe. l. j. & l. vniuersis. Et intellige si pro alio impetrauit, q̄ se enim valet. idem dicitur de quolibet regulari, nisi pro monasterio suo impetrauit. Abbate nihilominus impetrante, extra de postu. c. ex parte. ne cle. vel mona. in rubro. item † rescriptum secundo modo
3 impetratum non valet cum effectu: nisi de primo faciat mentionem, extra de rescrip. cęterùm. extra de offi. iud. deleg. sanè. & c. ex literis. hoc intellige, quando ambo rescripta ad diuersos iudices diriguntur, secus quando ad eodem, ut in d. c. sanè. eo. tit. c. j. extra de appella. significauit.

Si verò in posteriori rescripto fuerit expressa mētio de primo: tunc ipso iure non valet primum, ext. de sent. & re iudi. inter monasterium. item rescriptum non valet, si in alicuius iniuriam vel præiudicium fuerit. Et hoc intellige, si magna sit iniuria. Nam parua toleratur. 25. q. 2. nec damnosa. ext. de au. & vsu pal. ex tenore. & de offi. iud ordi licèt. Et hoc intellige, nisi princeps illud rescriptum tanq̄ ex certa scientia alicui dixerit concedendum. item rescriptum de diuersis manibus scriptum non valet, ext. de cri. fal. licet. itē si falsitas ibi fuerit non valet, ext. eo. tit. ad audientiam. ꝺ̄rium habes, de fid. instru. ex parte. item si charta rasa fuerit, & postea ibidem fuerit scriptum. Vel si fuerit scriptura linearis, non valet cum effectu, ext. de cri. fal. licet. de reli. do. cum venerabilis. de fid. instr. inter
4 dilectos. item † si generale sit rescriptum per speciale deroget eidem. ext. eo. c. j. de offi. deleg. studuisti. item si rescriptum sit re iudicata terminatum, non valet, nisi de illa fecerit mētionem, vel nisi de illa sentētia intra decennium fuerit prouocatū, ext. de sent. & re iudi. inter monasteriū. de fide instr. inter dilectos. Itē si rescriptū a clerico non tonsorato fuerit impetratū, nō valet, nisi post datum tonsurę. ext. de transac. ex literis. Itē si excōicatus super pluribus articulis rescriptum absolutionis generalis indistinctè. s. impetrauerit, non valet, nisi expresse de quolibet articulo fecerit mentionem, ext. de offi. ord. ex parte. & de sent excom. cum pro causa. non tñ tot sunt necessarię absolutiones, quot fuerunt excōicationes, vt ibi in gl. fi. prope fi. Item si rescripta seu instrumenta sibi inuicem ꝺ̄dicant, non valet, ext. de proba. post cessionem. de fide instrum. scriptura. Item si impetrans nomen suum tacuerit, extra eo. tit. ad aures.

Item si in rescripto non fiat mentio de processu vel serie negotij. Itē si aliquis processus est factus prius coram alio iudice non valet, extra de ient. & re iudi. inter monasteriū. & de coha. cle. & mu.
5 super eo. & eodem tit. dilectus. † Item si rescriptum fuerit impetratum cōtra aliqua priuilegia, vel ꝺ̄ priuilegiatas personas, non valet, nisi de priuilegiis fecerit mentionem, ext. eo. tit. cum ordinem. de sent. & re iudi. inter monasterium. Item si rescriptum fuerit impetratum ad quoscunq; iudices nullo nominato, vel super oīb. causis nulla expressa non. valet, ext. eo. tit. nonnulli. Item si quis regularis vel monachus rescriptū impetratū super administratione perpetuanda, non valet, ext. de confir. vti. vel inuti porrecta. Itē dignior persona q̄ est nominata in literis non pōt citari per literas sedis Apost. Item si quis vocetur sup maiori q̄ in literis continetur, non tenetur rñdere ibidem. Item si maius negotiū, vel maior psona in literis habeatur, vt possit impetrans defendere ad minores non tenetur quis rñdere, donec istud negotiū maius vel maior persona prędicta fue-
6 rit in iudicio vel ventilatum ibid. Item † rescriptū in quo decimę alicuius confirmantur non valet 16. q. 3. §. præscriptionū. Itē si impetratū fuerit p̄ possessorem super proprietate non valet, de sequest. pos. c. j. de iudi significauerunt. Itē rescriptū non valet, nisi illa clausula ibi cōtineatur, q̄ si ita est, eo. tit. sedes. 25. q. 2. dicenti. Item rescriptū non valet, q̄d præcipit aliquid fieri altera parte absente non p̄ contumaciā, ext. de maio. & obed. inter quatuor. Itē rescriptū non valet, si dioce. de quib. reus & actor existant, ibidem non nominentur. eo. tit. significante. Itē si Papa mandat, vt Ioannes recipiatur in ecclesiam talem &c. & primò mandauit, quòd Henricus ibidem accipiatur, non valet, nisi secundæ literę de primis fecerint mentionem, & mandatum hoc intellige, si idem Papa hoc mandasset. Secus si alius a Papa. eo. tit. ex literis.

7 Item habens beneficiū † q̄uis modicum nisi de ipso fecerit mētionem rescriptum de alio obtinendo non valet, eod. titu. si opponente. & multę alię cōditiones subintelliguntur, sine quibus literę non valent. puta si nō est clericus, extra de transact ex literis. item si vult in ecclesia residere, extra de cler. non resi. relatum. Item vt sit dignus, eod. titu. cum adeo. item in ecclesia tot sustentari possent, de vi. & ho. cle. quoniā. Item si archiepiscopus vel episcopus exeat suam dio. & existens ꝺ̄ dio. delegat aliquam causam non valet. ff. de iur. om. iu. l. extra. item si habet iustam causam excusationis. eo. tit. si q̄n. itē si Papa loq̄t in rescripto vni personę in plurali non valet, quantęcunq; ille cui loq̄t sit dignitatis, extra de cri. fal. q̄ graui. item si rescriptum fuerit impetratū sine speciali mandato non valet, eod. tit. nonnulli. nisi impetrans sit de illis personis a quib. mandatū non exigitur. ibid. & hę personæ sunt parētes, affines, & liberi. ff. de proc. sed hæc exceptio hodie locū habet in audientia literarū non in negotio iudicum. Itē si quis trahitur ad iudicium ext. diocesim vltra vnam dietā non valet.

eo. titu.

Source : BIU Cujas

eo.tit.ſtatutum.lib.6. niſi literæ de communi cõſenſu partium fuerint impetratę.vel niſi de hac cõſultatione expreſſam fece-
8 rit mentionem.eo.tit.nonnulli. Item per † illam clauſulã quidam alij non debent vltra quatuor conueniri, extra de reſcrip. cum in multis.libr.6.& illæ perſonæ quæ nominatæ ſunt in reſcripto,debent primò conueniri & alię quatuor in citatorio poni.Itẽ litera tacita veritate multis modis impetratur,ſed non valet,ſ.dum impetrator tacuit ſeriem facti,ext.de coha.cleri.& mu.ſuper eo.item tacuit beneficium minus.eo.ti. poſtu.item ſi tacuit iuſm, eo. tit.conſtituimus.itẽ ſi tacuit ſtatutum numerũ canonicum,ext.de præb. pro illorum. item ſi tacuit, ꝙ prębenda non vacaret,extra de conceſ.præben.cum in noſtris. item ſi tacuit excommunicationem,extra de procurato.in noſtra prę ſentia.item ſi tacuit appellationem ad ſedem Apoſtolicam fa-
9 ctam,ext.de confir.vti.vel inuti.bonę memorię.Item ſi † dicit habere monitorias, cum non haberet, & impetrauit executorias,non valet,eo.tit.ex inſinuatione.item ſi dicit ſe dioce.cum fit de ciuitate tali, vel econtra, non valet,eo. tit.Rodulphus. & c.ſignificante.Et de reſcrip.ſufficiant cauſa breuitatis.

SVMMARIVM.

1 *Iudices plures eſſe appetunt,qui tamen de iure eſſe non poſſunt.*
Excommunicatus iudex eſſe non poteſt.
Iudex ſi eſt ſuſpectus, poteſt recuſari.
2 *Iudices qui poſſunt recuſari de iure canonico.*
3 *Suſpicionis cauſa eſt alleganda coram iudice.*
Ordinarius non poteſt eſſe iudex,niſi 25.annum attigerit.
4 *Aduocatus vel procurator in vna cã nõ poteſt poſtea eſſe iudex in eadem.*
Laicus non poteſt eſſe iudex in re eccleſiaſtica.
5 *Iuriſdictio ſi ad tempus data fuerit,eo tranſacto expirat iuriſdictio niſi de conſenſu partium fuerit prorogata.*
6 *Iudex delegatus poſt annum poteſt ſoluere quæ legauit.*
Surdus,lunaticus & perpetuò furioſus non poteſt eſſe iudex.itẽ nec mutus.
7 *Iudex eccleſiaſticus nemo eſſe poteſt, niſi habeat aliquam dignitatem, vel niſi ſit in eccleſia collegiata canonicus.*
Hæreticus iudex, vel teſtis eſſe non poteſt.
8 *Cauſa in aliquo tangens iudicem poteſt tanquam ſuſpectus recuſari.*
9 *Iudex delegatus non poteſt mandare alterutri partium coram ipſo perſonaliter comparere, niſi in certis caſibus.*
Subdelegare non poteſt is, cui mandatur aliquod negotium perſonaliter exequi.
Monachus vel canonicus in cauſa ſeculari non poteſt eſſe iudex.
10 *Maior iudex negotium reuocans,minor eo cognoſcere non poteſt.*
Iudex mediator eſſe debet inter actorem & reum.
Cautela adhibenda,ne exceptiones ſimul proferantur.

Contra iudices.

1 **Quia plures** eſſe iudices appetunt † qui tñ de iure eſſe non poſſunt, idcirco aliquas exceptiones interſerere hic placuit.Excõicatus iudex eſſe non põt, extra de ſen.& re iu.ad probandum.& de excep. dilecti filij. & cum inter priorem.& c.exceptio.& de offi.iud.deleg. prudentiam.item ſi iudex ſuſpectus fuerit,poterit recuſari.3. q.5.c.vlti. extra de excep.inter priorem.de app.poſtremò.& c. propoſuit. & intellige,ſi ſit ſuſpectus ex cauſa rationabili: puta qa eſt conſanguineus partis aduerſę. Et hoc intellige ſm ius canonicum tam de iudice ordinario, q̃ delegato. Ordinarius enim recuſari poteſt,ext.de fo.comp.licèt.de appe.cum ſpãli. itẽ ſi habet cãm
2 conſimilem, põt vt ſuſpectus recuſari,ext.de iud.cãm.† Item ſi aduerſario multum familiaris,ext.de offi.dele.inſinuante. & de purga.can.cum imminente.Itẽ ſi ſit ſocius uel canonicus eius, ext.de offi.deleg.Item ſi ſit dñs impetrantis, eo. tit.cãm quæ.3. q.5. accuſatores. 11. q.3. quatuor. Itẽ ſi ſit vaſallus impetrantis. 22.q.5.de forma,ext.vt lit.non conteſt.accedens. Item ſi ſit inimicus eius, ext. de excep. cũ inter priorem.& ferè in omnibus. cap.ſup.allegatis. Item ſi iudex eſt conſanguineus inimici mei, ext.vt lit.nõ conteſt. accedens. Itẽ ſi iudex habet cauſam cum altera partium,poteſt vt ſuſpectus recuſari,ext.de offi.deleg.cũ ſuper abbatia.de purg c.cum in iuuentute. Item ſi actor eſt de familia iudi ext.vt lit.non conteſt.accedens. & ff.de iur.om.iu. l.qui iuriſdictioni.vbi dr̃,qui iuriſdictioni præeſt,neq; ſibi ius dicere dẽt,neq; vxori,neq; liberis, neq; cæteris quos ſecum hẽt. Item ſi actor eſt iudex illius iudicis,talis iudex põt haberi vt ſuſpectus. Tales enim iudices poſſunt refutari. C.de iud. l. properandum.Nota,ꝙ ſecus eſt de iure ciuili. Et ſecus eſt de iure canonico † oportet enim, vt cauſa ſuſpicionis allegetur corã iu-
3 dice,vt probetur coram arbitro electo a partibus, extra de appel.cum ſpeciali.eo.tit.ſecundò requiris.item de iure verò ciuili nõ oportet cauſam ſuſpicionis allegare nec probare, ſed ſufficit dicere,habeo te ſuſpectum,eo.titu.ſecũdò requiris. in glo. Item ſi iudex eſt oriundus de terra impetrantis, poteſt ab alia parte vt ſuſpectus haberi, vt lit. non conteſt. accedens. ſed illa exceptio ſola nõ ſufficit,ſed bene valet cum aliis, vt no. in d.c. item ſi ſeruus.iudex eſſe non poteſt. 3. q. 8. infamis.item ꝙ minor 18. annis iudex eſſe nequeat etiam de conſenſu partium: nullus enim delegare poteſt cauſam minori 18.annis,niſi ſolus princeps,extra de offi.deleg.cum viceſimum. & hoc eſt verum in delegato.Ordinarius enim non poteſt eſſe iudex niſi 25.annum attigerit.ibidem, & extra de elec.cum inter.

Item iudex habet interrogare,an amore, timore, odio commodo vel ꝓmisso:aut qũo & qualiter,extra de testi.quoties.4.q.3.§. item. Item si testis in eadem causa sit iudex,vel aduocatus, non valet extra de testi.dilectus.& c.Ro.lib.6.item qui fuerit procurator,vel exe cutor pro Io.contra B. postea in eadem causa pro Io contra B. non potest esse testis.ibidem.c.Romana.lib.6. Sed credo,ꝙ pro B.põt testificari:quia hoc non inuenio prohibitum.Item si causam habeat contra quem producitur,qua vĩ suspectus,p̃t repelli,extra de pur.c.cum iuuenture,extra de iud. causam quæ. item si quis in causa criminali semel tulerit testimonium contra aliquem, & postea iterum venit in aliqua alia causa contra eundẽ
3 testificari non potest: † quia præsumitur esse inimicus, extra de accus.meminimus. item si testis voluerit corrigere dictum suũ, non potest, nisi incontinenti antequam à præsentia iudicis recedat,extra de testi.præterea cum.Item testis titubans pro ignorante est habendus, ideo repellitur, extra de pęnis. super his.itẽ nisi testes de tempore & loco & personis conueniant, non valent,extra de testi.cum causam.3.q.9. nihilominus. Item testes contrárii non valent,extra de testib.in nostra. Itẽ si crimen obiicitur testi,quod tangit causam,de qua agitur,repellitur & ponitur,extra de excepr.c.j. Item si testes non fuerunt recepti sigillatim,non valet,extra de elect.quia propter.de accusa.inquisitio-
4 nis.† Nota,accusatus pendente accusatione non potest ferre testimonium.2.q.7.testes.extra de excep.deniq;. Item nota,laicus in causa criminali dum agitur criminaliter nõ potest esse testis contra clericum,extra de testib.decætero. nisi in crimibus exceptis,extra de simo.tanta.Item si testis tñ loquitur de auditu alieno,vt si dixerit, ego audiui ab illo , qui dixit se audiuisse ab alio, non valet,nisi in causis inquisitionis,sed contra vĩ,de testi. præterea.solutio,illud est speciale: quia loquitur de præsumptione
5 violenta ex infamia.† Nota ergo casus,in quibus testimonium valeat de auditu alicuius.Primus in matrimonio & consanguinitate.35.q.6.de parentela.sedet in solutione debiti.3.q. 9. §. testes.Secundus in consecratione ecclesiæ. de consecr.dist.j de ecclesiarum consecrationibus.Item si testis receptus fuerit antẽ li
6 tem contesta. non valet nisi in exceptis casibus. † No. casus in quibus testes lit.non contesta.recipiuntur.

Primus,quando timetur de morte testium. Secũdus, qñ timetur de absentia diuturna:quia forte volũt peregrinare. Tertius, si cognoscatur de electione alicuius confirmanda.Quartus, si agitur de matrimonio,& qui conueniendus est malitiosè se absentat : quia tũc contumax est. Quintus, si ageretur in modum inquisitionis de crimine alicuius.Hos casus quinq; habes:vt lit.non contest.qñ frequenter. Sextus, cum recipiuntur testes ad memoriam præteritorum conseruandam , extra de testi.significauit. Septimus est coram iudice appellationis:quia ibi possunt testes induci li. non contesta.extra de procura.in nostra.Octauus , ꝓp actorem seu contumaciam absentis reus testes adducere potest lit. non contesta.extra de dolo & contu. causam. 13. q. 3. placuit.§.potest. Nonus, cum actor nõ potest agere ꝓp iurm interpositum præcedens,extra de iureiurand.ad nostram.Decimus,vbicunq; iudicis officium expedit.extra de sponsa.præterea.Vndecimus, cum spiritualis causa tractatur post mortem alicuius,scilicet cũ quis in morte reliquit bona sua ecclesiæ post mortem lit. non contesta.possunt recipi testes & testantur tunc etiam excõicati. 23.q.2.sanè.Duodecimus,vbicunq; offenditur publicum commodum.2.q.3.quia.Decimustertius,si agitur de statu & libertate ecclesiæ,extra de testi.cum olim.Si dixerit de fama, quæratis
7 † quæ sit fama,& à quibus illa fama ortum habuit: & vtrum illi erãt maleuoli vel honesti.Similiter quæratis,vtrum illi, à quibus audiuit ea,erant bonæ famæ vel malæ: & vtrum erant graues personæ vel leues.Item quæratis , quoties audiuit hoc, vtrũ semel vel pluries . Sed quia plura sunt talia negocia quam sunt vocabula.ff.de præscr.verb l.natura.ideo multa talia deficiunt.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta & depositiones testium eandem vim obtinent.*
Instrumentum quid sit.
Instrumentorum duæ species.
2 *Instrumentum publicum plures habet species.*
3 *Tabellionis persona suspecta vitiat instrumentum.*

Contra instrumentum.

1 Quoniam eandem vim † depositiones testiũ & instrumenta obtinent.Idcirco postquam contra testes egimus,nunc contra instrumenta videamus. Instrumentũ est scriptura facta ad assertionem alicuius rei.Dicitur autẽ instr̃m quasi instruens mẽtem.Instr̃orum duæ sunt species.Aliud est enim instr̃m priuatum,quod est sigillatum sigillo priuatæ personæ tale in iudicio non valet , nisi habeat inscriptionem trium testium adhuc viuentium.extra de fide instru.c.2.instrumentum publicum dr̃ quod habet publicam auctoritatem, cuius sunt plures species.
2 † Primò dicitur publicum,quod per manum publicam scilicet tabellionem in formam publicam est redactum , extra fide instru.scriptura. Secundò dr̃ publicum , quod sigillo authentico est sigillatum.ibidem. Tertiò est illustrium personarum auctoritate authenlicatum,extra de confirmatio.vtili. vel inuti. cum dilecta.Quartò quod in iudicio scribitur,extra de fide instr.scriptura.& tantum de illo.Primò ergo vide corpus scripturæ & ꝯsidera,vtrum ibi sit rasura,vel innouatio prioris figurę,maximè in loco suspecto:qñ sic repelli potest,extra de crimi.fal.c. licèt. item si caret sigillo authenticæ personæ aut subscriptione non caret vitio,extra de fid. instr.c.2. item nisi sint duo testes scripti
3 præter tabellionem non valet, ibidem. Item si † ibi sit persona tabellionis suspecta non valet , extra de fi. instru. cum Ioannes. item vide diligenter , quis contraxerit , quis stipulatus fuerit & cui.

Source : BIU Cujas

cui.item si agit vel cõuenitur,qualiter in his procedere debeas. vide eo.tit.§ si quis alteri stipulari potest.Si ostẽderit exẽplum, vel rescriptum non est fides adhibenda, extra de fide instrum. c.j.vbi dicit,si scripturam authenticam non videmus, ad exemplaria nihil facere possumus. item opponi.instrumento, quòd non valet, nisi ponatur in eo causa debendi. scilicet ex mutuo, depositi vel alia de causa,extra de fi.instrumen.si cautio.Et hæc sufficiunt de instrumento.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium qualiter cognoscendum.*
2 *Principale vbi non tenet,nec accessorium.*
3 *Precator mendax debet penitus carere impetratis.*
Lex nulla etiam scripta vel etiam canon ius naturale tollit.
Priuilegium datum personæ & datum loco plurimum differt.
4 *Donatio sub conditione multum differt à donatione sub modo.*
5 *Casus in quibus donatio facta ecclesiæ non valet.*
6 *Casus in quibus donatio facta alteri potest de rigore iuris reuocari.*
Donatio facta à matre si transeat ad secundas nuptias,in tribus casibus potest reuocari.
Dictio atrox, quid comprehendat.
7 *Derogatur iuri per speciem.*
Priuilegium alicui damnosum non valet.
Priuilegium continens, quòd aliquis sit ab omnibus immunis an validum.

Contra priuilegium.

1 Si in iudicio producitur scriptura † quę dicitur priuilegium,vide de verbo ad verbum de eo sicut est dictum de instrumento.item vide bullam anni Papalis,quod cognoscitur in pũctis in barba Petri & Pauli,in filo,& in stilo scilicet,& in aliis in forma stili,& quantitate chartæ,extra de crimi. fal. licèt. Item si Papa vni loquitur vobis vel pluribus tibi, nõ valet, extra de cri. fal q̃ graui.vnde versus;Forma,stilus, filum, rasa membrana sigillum. Hæc sex falsata dant scripta valere pusillum.Item an priuilegium sit donatiuum vel confirmatiuum nõ valet,nisi ostẽ-
2 datur principalis concessio:quia † vbi principale nõ tenet, nec accessorium,extra de fi.instru.inter dilectos.& ibi vide formam reprehendẽdi priuilegiũ. Si verò principalis cõcessio appareret cum bulla,vel cum sigillo non vituperato, considera diligẽter, vtrum concedens poterat concedere vel non:& impugna, ne transeat in rem iudicatam, extra de sen. & re iu.inter monasterium.item si priuilegium concessum est secundum ius cõe,dic, ꝙ non est priuilegium cum nihil priuatũ offert.extra de verb. sig.Abbate.3.dist.priuilegia.25.q.j.§.item octaua die.item si prę ter ius cõe detur,extra de cõsue.cum dilectus.item si datum est contra ius cõe.vide an illi contra quem data est aliqua lęsio inferatur,quæ si enormis est non tenet.extra de verb.sig quid per nouale.nisi de lege vel canone contra quem datũ est fecerit expressam mentionem.Et intellige, si est priuilegium Imperatoris quantum ad leges,vel Papæ quãtum ad canones.item si suppressione veri aut suggestione falsi fuerit impetratum, non te-
3 net:quia † mẽdax precator carere debet penitus impetratis,extra de rescript.sedes.in fi.item si contra ius vel vtilitatem publicam, vel contra præscriptionem. ibidem. item si est contra ius naturale, non valet: si concedens habet ius tollendi illud. Casus.ff.ne quid in lo.pu.fi.l. 2.§ si quis. Si verò dicitur in genere, non obstante aliqua lege, vel canone, non valet: quia nulla lex etiam scripta,vel etiam canon, ius naturale tollit. ff. de reg. iur.l priuilegia.

Nota,magna est differentia inter priuilegium datum personæ & datum loco:si est psonæ non transcendit vitã personæ,extra de reg. iur. priuilegia. lib.6.si datum est loco,perpetuũ:vt dist. 3. quis filius. si verò dubium,recurrendum est ad personam concedẽtem, extra de iudi.cum venisset.Si tñ dator vel conditor haberi non potest, statur priuilegio:nisi aduersarius contrarium per testes ostendat, argu.extra de fi.instru.cum Io. Et vide si agatur reali vel personali actione,extra vt lit.non contest. qm̃ frequenter. item si datũ sit ad tempus. vtrum t̃pus sit finitum.25.q.2.§.fi.item vide, si aliqua conditio sit annexa,quæ non sit impleta: quia tunc non valet,extra de condi.appo.verum. vide si satisfecit ꝙ promisit;
4 quia aliàs non valet,de cond. appo.super eo.Et no.† differentiã inter donationem sub conditione & donationem sub modo. Donatio sub conditione non tenet nisi adueniente conditione,siue ea completa:vt ff.de conditio.& demon.l.qui hær.§.vlt. Donatio sub modo est,do tibi mansum,vt me pascas, quandiu vixero:hæc donatio statim tenet & non reuocatur,quãdiu modus seruatur,extra de condi.app. verùm. in gl. vnde nota diffe-
5 rentiam,sæpe tñ vnum ponitur pro alio ibidẽ. No. † 8. casus,in quibus donatio facta ecclesiæ non valet, nec reuocari potest. Primò si sub modo facta est,& conditio deficit, vt iam dictum est.Secundò propter turpe factum appositum, extra de simo.c. de regulari.& c.veniens. Tertio propter dati enormitatem. 13. q. 2.si quis irascitur.Quartò propter sequẽtem procurationem. 17.q.3.quicunq;.Quintò propter recipientiũ fraudem.17.q.vlt. constituit.Sextò propter dantis impotentiam, extra de testa.filius noster. Septimò propter causæ defectum. extra de renunci.c.ex transmissa.Octauò propter doni immensitatem. 12.q.2. si quos.de seruis.

Item nota quinque vel sex casus, in qbus donatio facta alteri p̃t de ri-
6 gore iuris † reuocari. Primus,si donatarius in donatorẽ manus impias iniecerit.Secũdus,si atroces iniurias ei infert. Tertius, si graue rerum suarum ei damnum intulerit.Quartus, si graue vitæ periculũ ei inferre præsumpsit. Hos quatuor casus habes extra de dona.c.vlt.Quintus propter ingratitudinem.Sextus si cõditionem sibi appositã appositam non seruauit ibidem.& C. de reuocan.donationi.l.vltima.

Item donatio facta à matre, si transeat ad secundas nuptias, ex tribus casibus potest reuocari. Primus, si filius vitæ suæ insidiatus est Secundus, si atroces manus in eam iniecerit.Tertius, si totius substantiæ molitus est iacturam in authenti de nuptiis. §.mater.Et intellige,ꝙ hæc dictio atrox, tribus causis consideratur.instit. de iniuriis. §.atrox.vnde versus. His tribus ex causis iniuria dicitur atrox.Facti,personæ,vel loci de ratione.

Item vide,si priuilegium est concessum ob causam,vtrum cã subsit vel nõ,& vtrum fuit causa impulsiua.19.q.2.qui sunt. Itẽ vide,si renunciauerit facto,vel verbo,dic tunc ꝙ non valet, extra de priuile.Item si abusus fuerit priuilegio nõ valet, extra de priuile.vt priuilegia,& de reg.iur.priuilegium.lib.6.item considera diligenter,an propter delictum fecerit se indignum, extra de priuile. tuarum. item si fecerit contra priuilegium. ibidem. item vide si sit generale,vel speciale,vel vnũ generale, & aliud
7 speciale:quia † generi per speciẽ derogatur, vt extra de reg.iur. generi per speciem. lib. 6. item si priuilegium sit alicui damnosum,non valet,extra de deci.suggestum. Not.versus de casibus, quibus perditur priuilegium.Si facis contra, si negligo propter abusum. Delictum damnum pariterq; concessa potestas. Item priuilegium nõ valet,in quo continetur, ꝙ aliquis ab oĩbus sit immunis.idem dic de qualibet scriptura. C. de decurionibus.l. exemplo.& l.vacuatis.& vt breuiter me expediã, vide c.ex ore. de priuilegiis.& de sen.& re iud.inter monasterium,& de fi. instru.inter dilectos.& 72.dist.per totum.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum quid sit.*
Testamentum nisi sit vltimum non valet.
Hæres non institutus,testamentum perit.
Furiosi testamentum non valet.
2 *Masculus qui quatuordecim annos non compleuit,& fęmina duodecim testatum facere non possunt.*
3 *Casus in quibus filius potest exhæredari.*
Nemo existens in potestate testatoris potest esse testis.
4 *Miles potest suum testamentum facere coram duobus testibus.*
Testamentum nullus facere potest,qui seculo renunciauit.
Testamentum impugnans priuatur legato sibi facto.

Contra testamentum.

1 Ad faciendum testamenta. Sciẽdum † ꝙ testamentum est voluntas solennis, qua protestatur quis de rebus suis post mortem suã &c. 13.q.2.placuit. An testm̃ valeat, prius considera,quis fecit testamentum. Et an ſm regulas iuris testatus sit,de numero testium.& ꝙ rogati debent esse, dixi supra in tit.de testi. Testamentum nisi sit vltimum nõ valet, extra de celebra.missa.cum Marthe.item v̄,vtrum illa vltima voluntas sit per aliam posteriorem immutata. & dic ꝙ non valet, vt 12.q. vlt.item testamentum non valet, nisi hæres fuerit institutus. ff. de his quæ in testa. l. vlt.itẽ si testator fuerit furiosus, testamen-
2 tum non valet.C qui testa.facere possunt.l. furiosum. † Itẽ masculus,qui quatuordecim annos non compleuit,& fęmina duodecim non possunt testamentum facere. ff.de testa.l. qua ætate. Item nec mutus,nec surdus potest testari.C. qui testa. face. pñt. l.discretis.Et intellige de surdo à natura:quia si à morbo,& sciat scribere,bene potest.ibidem.item filiusfamilias non potest etiã de voluntate patris nisi de castrensi peculio. C. de inoffic.testa. l.pen.item infamis ob crimen famosum.l.is cui.ff.de testa.extra de hære.excõicamus. item captus apud hostes si faciat testamẽtum,non valet.instit.quibus non est permissum facere testamentum.§.vlt. vbi penè omnes prędicti casus sunt in gl.fi.item si pater præterit filium in testamento non valet.ff.de iniusto,rup. & irrito testõ.l.nam & si.item si exhæredauit sine causa expressa &
3 vera ac à iure concessa non valet.C.de postu.l.non licet. † Casus autem in quibus filius potest exhęredari habes in auth.vt cũ de appel.cog §.causas.col. 8. Item si testamentum fuerit rasum, seu vitiatum in loco suspecto non valet,extra de cri.fal.licèt.de fide instru.inter dilectos.

Nota,mulier non potest esse testis in testamento. ff.de testa.l.qui testm̃. vbi dī, mulier in testamento testimonium dicere non põt.item nemo existẽs in ptãte testatoris potest esse testis.ff.eo.titu. qui testa.l.j.item ꝙ omnes

omnes testes sint liberi,& puberes aliàs non valet insti. eo. tit. §.sed cum aliquis.& §. testes.& supra c. contra testes.item nisi testes in fine testamenti se subscripserint non valet. ff. eo.tit.l.hæredes.& illa omnia quæ dicta sunt debent in testamento solenni esse. Et ſm leges qñ pater testatur inter liberos & nepotes, tunc non est necesse,ꝙ tanta solennitas adhibeatur C.eo.titu. l.hac consultissima.Sed sufficit tunc,ꝙ adhibeantur duo testes.
4 Similiter miles † potest suum testamentum facere coram duobus testibus.ff.de testamen.mili.l.diuus.Nota,nullus potest facere testamentum, qui seculo renunciauit, & aliquam religionẽ intrauit,& si testamentum fecerit,non valet.19.quæ. vlti. quia ingredientibus.Nota,si quis dixerit,committo tibi vltimam voluntatem siue dispositionem ego Io.& hæredem quem tu volueris.Si postea testamentum factum fuerit,nõ valet ſm leges. Secus est de benignitate cano.3.q. 2.vbi dicitur, qui extremam voluntatem in alterius dispositionem committi, non videtur decedere intestatus. item si aliquid in testamento tibi fuerit legatum,caue ne testamentum impugnes:quia legato priuaberis.C.de codicil.l.vltima.quia nemo debet habere subsidium ab eo, quod impugnat, extra de censi. cum olim. Et hæc de testamento sufficiunt.

SVMMARIVM.

1 *Positiones ad quid inuentæ.*
Casus in quibus actor ab actu iudiciali remouetur per positiones minus legitimas.
Negatiua positio quotuplex.
2 *Negans emancipationem recte factam hoc debet probare.*
Bonus & idoneus quilibet præsumitur,nisi contrarium probetur.
Negatiua prægnans quæ dicatur.
3 *Positio si non releuat ponentem,vel prodest petenti, talis positio non debet admitti.*
Traditio nuda non transfert dominium.
4 *Via periurijs non est aperienda.*
Positioni obscuræ & cauillosæ respondere non tenetur reus.
Sententia non potest ferri super re incerta.
5 *Iuramentum calumniæ in quibus præstetur.*
Confessio semper debet conuenire naturali rationi.

Contra positiones.

1 Positiones sunt inuentæ, vt † releuent partes ab onere probandi,præsertim per testes:facilius enim fiunt confessiones,q̃ productiones testium: cum testes idonei vix inueniũtur, & cum labore & expensis producuntur.4.q.3. §. item in criminali.Nota sex modis actor ab actu iudiciali remouetur per positiones minus legitimas. Primus modus,si positio fuerit negatiua,probari non potest.Sed qui ponit,necesse habet probare,qđ posuit ff.de prob.l.2.No.ꝙ negatiua est triplex facti,iuris,& qualitatis.Negatiua facti est duplex,pura & simplex,quæ non habet determinationem loci,vel temporis,vel alicuius rei, & hoc ꝓbari non potest directè,vel indirecte, vt si quis dicat se nunquã citatum fuisse.extra de ele.bonæ.j.Sinautem adiiciatur tempus, vel locus,vel aliquid simile:tunc põt probari indirecte,extra de testi.ex tenore.& c.series.Item negatiua facti probatur,cum habeat affirmatiuam implicitam : vt si dicat, coactus renunciaui, hoc debet probari,extra de renuncia.super hoc. Negatiua iuris
2 bene probatur,vt si negas † emãcipationem recte factam, hoc debes probare.ff.de proba l.ab ea parte.§ idẽ respondeo. si quis negat aliquid iuste factum,debet illud probare.Negatiua qualitatis,vt si diceres,ille non est idoneus,vel legitimus,vel non solũedo fidelis.hoc debet probare,qui hoc dicit:quia quilibet præsumitur bonus & idoneus nisi probetur contrarium, extra de præsum.dudum.& de seru.non ordi.c.vnico.Item omnis negatiua,quæ includit in se affirmationem,appellatur negatiua prægnans, & talis negatiua probatur propter inclusionem affirmationis,extra de prob.quoniam.de testi.ex tenore.

Secundus modus est, si positio non facit ad causam,vel non est facta super re,de qua agit in libello,non valet,verbi gratia.Si agit de rei vendicatione,& actor petitionem facit super mutuo, de-
3 posito,talis positio non valet.Tertius modus est,si † positio nõ releuat ponentem vel non prodest petenti, talis positio nõ debet admitti,extra de excep. dilecti filii. Nota differentiam inter secundum & tertium modum.In secũdo licèt positio super re, de qua agitur,non sit probata:tamen monstrat intẽtionem ponentis.In tertio autem nihil facit ad negocium, de quo agitur. Quartus modus,si est positio pendens ab alia positione,quæ negata est, talis positio non valet. verbigratia . Actor dicit.Pono ꝙ A.tradidit mihi fundum, reus negat hoc. Actor postea producit aliam positionem dicens,pono ꝙ A. tradidit mihi fundũ talem,hæc positio non est admittenda ꝓp duo. Primò: quia nõ releuat ponentem:quia nuda traditio nõ transfert dñium. ff. de acqui.re.do.l.traditio.Secundò:quia pẽdet ab alia, quæ fuit negata. Vnde si reus ad istam quæ à negata dependet respõderet,
4 posset de facili periurium incurrrere. Sed iudex debet † cautè præcauere, ne det viam periurijs, extra de iureiur.si verò. Quintus modus, si positio est implicata, quæ fit, qñ aduocatus duas positiones format sub vna interrogatione sic, ꝙ altera pars est vera & altera falsa.& is qui intertogatur credit posse simpliciter respondere.Exemplum. Pono te comedisse in ecclesia, comedisti & ecclesiam non intrasti non potes respõdere ꝙ sic; quia hodie ecclesiam non intrasti,nec potests dicere ꝙ nõ:quia aliàs non comedisses.Est ergo regula, sicut reus certũ habet dare responsum,ita actor certam debet facere positionem. Si verò positio obscura vel cauillosa fuerit, reus respondere non tenetur, in Specu.tit.de posi.§.7 versi.3.quoq;.& ver.14.quia super re incerta non potest ferri sñia.11.q. 3. graue. nec licèt aliquem fratrem suum circũuenire circũscriptione verborũ .22.q.4.vnusquisq;.dicat ergo,vel positionem facias declarari, vel te nõ admitto:& si sint positiones duæ, vel vna implicata, de illa vnam partem diuisum proponat:vt pono te hodie comedisse, ad illã respondeat reus,credo, vel non credo. postea procedat ad aliã, & dicat.pono te hodie intrasse ecclesiam.ad illam positionem potest responderi.non intraui. Item aliud exemplum. Pono ꝙ possides ecclesiam sancti Viti pertinentem ad monasteriũ sancti Petri,ibi implicanť duo. vnũ, ꝙ reus possideat ecclesiã sãcti Viti, & ꝙ ecclesia beati Viti pertineat ad monasteriũ sancti Petri.ideo debent fieri duæ positiones.Sextus gradus est,si sit positio super articulo procedente de eadem re,quod non est ponẽdum.Nam tunc fortasse negauit, quod modo confitetur, tanq̃ nauta nauigans contra ventũ non est audiendus,in auth.de his qui ingre.ad appel.§.j.colla.2.

Nota,in causa ciuili debet respondere reus positionibus ſm credu
5 litatem: quia † in talibus præstatur iuramentum calumniæ, qđ est ſm credulitatem.Sed in causis debet respõdere ex certa sciẽtia:quia in talibus præstatur iuramentum de veritate dicẽda,extra de iura.calum.statuimus.lib.6. No.confessio semper rationi naturali debet conuenire.vnde si aliquem dico filium meum, & ætas non patitur,non valet confessio.ff.de interroga. actio.l. confessionibus.§. & si. Item si formidine tormentorum fateatur aliquis contra me,talis confessio mihi non præiudicat : nisi postea formento liberatus in eadem confessione persistat.ff.de quæstio.l.j.§.si quis. Item quæritur, vsquequo in causa positiones fieri possent & debent. Respondeo, quousque renunciatum fuerit testibus,probationibus & instrumentis,& hęc de positionibus sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Sententia quid sit.*
2 *Sententia lata die dominica,vel alio tempore feriato,etiam partibus consentientibus,non valet.*
Genera absentiarum quot sint.
3 *Appellans non auditur,nisi veniat iudice adhuc sedente pro tribunali.*
4 *Sententia in qua mortuus condemnatur est nulla.*
Sententia lata ab excommunicato non valet.
5 *Sententia per surreptionem lata est nulla.*
6 *Retractari potest sententia de nocte lata.*
Iudex si sedendo non tulerit sententiam,est ipso iure nulla.
7 *Sententia in omni causa numquid possit ferri sine scriptis de consensu partiũ.*
Sententia lata contra minorem 25. annis sine tutoris auctoritate est nulla.
Sententia à non suoiudice lata an valida.
8 *Seruus si sententiam tulerit,nulla est ipso iure.*
Hæreticus, Iudæus, vel alius fidei inimicus non potest sententiam ferre in Christianos.
Iudicis secularis nulla est sententit super re ecclesiastica.
9 *Sententiæ quæ sine appellatione rescinduntur quæ sint.*
Tramites iudicii qui sint.
10 *Lis nisi prius fuerit contestata,nulla est sententia.*
Casus in quibus valet sententia lite non contestata.
11 *Sententia lata per falsos testes vel per falsa instrumẽta quando retractetur.*
12 *Iudites pœnam pecuniariam possunt remittere ratione paupertatis.*

Contra sententiam.

1 Sententia est diffinitio iudicialis † quę cõtrouersijs finẽ imponit pronunciatione iudicis condemnationem vel absolutionem continens,vt si dicat iudex. visis & auditis confessionibus & allegationibus vtriusq; partis,necnõ attestationib. ab actore & reo productis diligenter inuestigatis:& intellectis cõsilio habito iurisperitorum,talem condemno vel absoluo &c.vt patet. j.q.j.in primis.& extra de sequest pos.c.j.in Spec.titu.de sent.§.vt autem. ver. nos itaq;. Qm̃ autem sententiæ diuersæ à iudicibus proferuntur,quarum aliquæ ipso iure sunt nullæ,aliquæ per restitutionem in integ. aliquæ per appellationem interpositam, aliquę persupplicationem retractantur.Ideo contra sñias aliqd videamus.Et primò contra illas,quæ sunt ipso iure nullæ,à quibus non valet appellari,extra de vita & honesta.clerico.cum ab
2 omni. † Item sententia lata die dñica vel alio tempore feriato non valet,etiam partibus consentientibus, extra de fer.c vlt. ff. de fer.l.si feriatis. Item si tempore messium vel vindemiarũ cõ-

pellatur

Source : BIU Cujas

pellatur quis litigare exceptione prius posita, si snīa lata fuerit: ibidem. Item sententia lata contra absentem non contumacem non valet. 3. quæstio. 9. caueat. Pro illo nota quinque genera absentiarum.

Prima est absentia probabilis & necessaria: vt inimicitia. Secūda est probabilis tantum: vt in studio. Tertia necessaria tantùm: vt in relegato. Quarta est voluntaria: vt in mercatore. Quinta est per cōtumaciā. Hæc quinq; habes. ff. de in integ. rest. l. vlt. In prima restituuntur ad totam causam. C. de procu. l. quia absente. In secūda si non fuerit defensus appellans auditur. C. qūo & qñ iudex. l. ab eo. In tertia cognita causa subuenitur. In quarta non restituitur, sed læditur per sententiam, de re iudi. l. de vnoquoq;. Item
3 † quintò non auditur appellans, nisi veniat iudice adhuc sedente pro tribunali. ff. de in integ. resti. l. pen. Alios casus absentię & contumaciæ habes, extra vt lit. non contest. qñ frequenter. Itē nulla est sententia, si duo, vel plures sint iudices, & vnus sine altero procedit, nisi in delegatione contineatur, q; alter sine altero procedat sine mandato coniudicis absentis, extra de off. iud. deleg. prudentiam. Item si duo iudices diuersas proferunt sentētias, tenet pro reo, non pro actore, nisi in causa fauorabili: vt in matrimonio vel testamento hoc est verum, si ex ordinaria iurisdictione procedit. Si verò ex delegata. ex vtroq; sententia pēdet in arbitrio delegantis: & si ex compromisso, neutra debet habere vigorem, extra de sent. & re iudi. duobus. Item nulla est sentētia, si certum terminum superior assignauerit, infra quem debet sententiare, & iudex post datum terminum sententiauerit, nisi terminus de consensu partium prorogetur, extra de offi. deleg. de causis. Item nulla est sententia, nisi pars. cōtra quam lata est, tribus edictis, vel vno peremptorio fuerit reuocata. 24. q. 3. de illicita. & c. de excōicationis. & si non inuenitur citādus, nihilominus ad suam domum debet citatio dari: & sui amici requirendi sunt, an sit aliquis, qui velit eum defendere, aliter snīa non valet, extra de do. & contu. causam quæ. & ibi in gl. & c. fin.
4 Item † nulla est snīa, in qua mortuus condemnatur. ff. de sent. quæ sine appel. rescin. pos. l. pe. intellige nisi in casibus exceptis: vt in crimine hęre. 24. q. 2. sanè. Item nulla est sententia, quę cōtinet præceptum impossibile: quia nemo ad impossibile obligatur, in regula nemo. extra de reg iur. lib. 6. Itē snīa lata ab excōicato non valet, extra de sen. & re iud. ad probandum. Item snīa nulla est, qñ libellus non est oblatus. extra de libel. ob. c j. 2. & 3. intellige nisi sint breuissimæ lites, & maximè vilium personarum. Item nulla est, quæ cum falso procuratore est lata extra de do. & contu. in nostra. Tenet tñ sententia, quousq; falsitas fuerit detecta. vt ibidem, & extra de rescript. ex parte. Item snīa lata ꝺ furiosum non valet. ff. de re iud l. furioso. Item snīa nulla est, nisi lata fuerit super certa quantitate, intellige qñ agitur sub certa specie. insti. de act. §. curare. Item nulla est, qñ iudex ad certam rem datus de alio pronunciat, extra de offi. iud. deleg. ex literis.
5 Item † nulla est, si per surreptionem lata est 35. q. 9. veniam. extra de rescript. ad audientiam. 2. in gl. ver. in irritum. Item nulla est contra fiscum absente eius aduocato. ff. de iure fis. l. si fiscus. secus si contra priuatum lata. Item nulla sententia est cōtra manifeste absentem, cuius aduocato vel procuratori vel eius aduersario datur pecunia, vt se vinci patiatur. C. de aduoc. diuer. iudi. l. j. Item nulla est sententia iudicis delegati, qui nō est 18. an. extra de. off. deleg. cū vicesimum. intellige nisi princeps ex certa scientia causam minori committat Item si ordinarius 25. annum non attingat ibidem. Quandoq; sententia est aliqua, quādoq; retractatur per appellationem &c.

Quando dies est assignata ad sententiandum, si iudex alio die sentētiauerit partibus ignorātibus, vel etiam vna parte per appellationem retractatur. ff. de rit. nup. l. palam. Item si locus est assignatus, & iudex alio loco sententiauerit. C. de sen. & interlo. om. iud. l. si per erro
6 rem. Item † snīa lata de nocte potest retractari, extra de offi. iudi. deleg. consuluit. Item snīa de conditione de futuro ferri non debet, lata non tenet, sed per appellationem quandoq; retracta tur, extra de appella. præterea requisisti. & extra de sen. excom. à nobis. 2. q. 6. biduum. Item snīa illa retractatur, si iurm calūniæ exactum in causa fuerit, & nō prestitum. C. de iura. cal. l. 2. Item snīa lata pro vel contra filiumfa. existentem in iudicio sine cōsensu patris potest retractari per appellationem ff. de iudi. licèt. & l. si debitor. Item sententia nulla est ipso iure, si iudex eam nō sedendo tulerit. 3. q. 3. §. spatium. Item nisi sententia lata fuerit in scriptis nulla erit. 2. q. j. in primis. extra de probat. qñ contra falsam. Istud fallit in casibus. Primus est in vilibus personis. Secundus est in leuibus criminibus. ff. de accu. l. leuia. Tertius in cā matrimoniali, extra de test. Albericus. & alii quidam dicunt, q;
7 † sententia potest ferri sine scriptis in omni causa de consensu partium: sed hoc relinquo disputationi. Item si episcopus inter subditos suos cognoscit, non est necesse sentētiam ferri in scriptis. 11. q. j. si quisquam. nisi causa sit criminalis. ibidem. Item sententia nulla est, licèt scripta sit à iudice, nō tñ recitata. C. de sen. ex breuic. recitan. l. j. immo nulla est, si eam iudex nō per se, sed per alium recitauerit. ibidem. l. vlt. & extra de consue. ad nostrā. Item nulla est sententia lata contra minorem 25. annis sine curatoris auctoritate. C. de his qui le. perso. in iudi. stan. non habēt. l. j. 2. & 3. nisi in causis spiritualibus, pura matrimoniali, quā minor per se potest tractare, extra de resti. spol. ex parte. Sententia autem pro eis lata tenet. C. de procura. l. non eo minus. Itē sententia à non suo iudice lata non valet, extra de cōsue. ad nostrā.
8 & de iudic. si cleri. Item † si seruus sententiam tulerit, ipso iure nulla est. 3. q 7. c. j. & extra de rescrip. scisitatus. Itē nulla est snīa per mulierem lata ibidem. & ff. de reg. iur. l. 2. aut nisi consuetudine approbata: vt extra de arbi. dilecti filii. aut à principe. 2. q. 5. in omnes. Item sententia ab hæretico, Iudæo, vel alio fidei inimico non valet contra Christianos, extra de hære. excōicamus. Item nulla est snīa ex parte iudicis: quia iudex est ingenuus, vel seruus, & non potest militare, vel habet centum aureos. C. de peda. iudi. l. 2. ff. de arbi. l. non distinguemus. Item nulla est snīa, si iudex secularis super re eccleſiastica iudicabit, extra de fo. cōpetenti. si diligenti. Item sententia lata post aliam diffinitiuam per appellationem non suspensam est ipso iure nulla. 2. q. 6. §. diffinitiua. Excipiuntur quidam casus ab hac regula, quos requirē de sen. & re iudi. c. inter monasterium. & extra de rest. in in-
9 teg. cum ex literis. Sunt † etiam sententiæ quæ sine appellatione rescinduntur: vt in causa matrimoniali, quæ nō transit in rē iudicatam, extra de sent. & re iudi. lator. Quandoq; est nulla ratione loci inhonesti, in quo lata est sententia, extra de appella. qua fronte. Item ratione ordinis non seruati: quia iudex debuit condemnare procuratorem & condemnauit dominum. C. de senten. & interlo. om. iudi. l. j.

Nota tamen, in criminibus condemnatur dñs nō procurator. C. de iureiur. l. vlt. Quandoq; condēnatur procurator non dñs, extra de prob. licèt causa. extra de fide instr. inter dilectos. Item nulla est sentētia si aliquid de septem tramitibus iudicii omittatur, vel peruertatur. Primus trames, vt libellus detur. extra de libelli obla. c. j. & 2. Secundus est litis contest. extra de lit. contest. c. vnico. Tertius, vt de calumnia iuretur. & de veritate dicenda in causis spiritualib. extra de electione. dudum. Quartus, vt depositiones testiū scribantur, extra de proba. qñ contra falsam. C. de sent. & interlo. om. iud. l. prolatam. Quintus, vt publicentur: vt in d. l. prolatam. Sextus, vt snīa feratur in scriptis. 2. q. j. in primis. & c. longam. Septimus, vt sententia feratur à iudice sedente pro tribunali. C. de sent. ex breuiculo recitan. l. j. & 2. Item nulla est sententia, si contra ius est prolata. 2. q. 6. §. diffinitiua, extra de sen. & re iudic. c. j.
10 Item † nulla est sententia, nisi prius lis fuerit cōtestata, extra vt lit. non contest. per totum. Et sex casibus exceptis, de quibus valet sententia lit. non contest. Primus, si agitur de electione prælati confirmanda, vel cassanda. Secundus, si agitur de matrimonio criminaliter, & is qui conuenitur malitiosè se absentauerit, & contumax sit. Tertius, si agitur de crimine per modum inquisitionis. Hos tres casus habes, extra vt lit. non contesta. qñ frequenter. & de accu. qualiter & qñ. Quartus habetur. extra de iureiur. ad nostram. Quintus est actore per contumaciam absente reo præsente & petente se absolui, extra de do. & contu. sextum habes de sen. excom. à nobis. vbi dicitur absolui potest post mortem pęnitentia non peracta, si pęnitentiæ signa apparuerint in eo viuente. Item nulla est sententia, si lit. non contest. testes fuerint recepti, nisi in casibus. Primus, si timeatur de morte testium. Secundus est de absentia diuturna. Tertius, si cognoscitur de electione prælati. Quartus, si per appellationem sententia potuit retractari. ff. ad Trebell. l. saluo. Item †
11 sententia lata per falsos testes, vel per falsa instrumenta quandoque retractatur per appellationem, quandoque per in integrum restit. ff. de re iudic. l. diuus. & C. de tempo. in integ. resti. l. superuacuam. extra de proba. licèt. & de procu. in nostra. C. ad leg. cor. de fal. querela. Item si ex falsis allegationibus sit lata. ff. de iudic. l. si prætor. Tales autem sententiæ valent, quousq; falsitas fuerit reuelata extra de procur. in nostra. Nota, sententia cōtra absentem lata, si absens per breue tempus iustā causam absentiæ suæ probauerit, ipsa sententia per restitutionem in integrum p̄t retractari, extra de resti. in integrum. ex literis. extra de sent. & re iudi. cum Bertoldus. C. de procu. l. quia absente. & ff. de admini. tut. l. scire oportet. §. sufficit. vbi dicitur, si quis propter ęgritudinem, vel aliam necessitatem, puta maris, vel hyemis vel incursum latronum, aut similem causam in constituto tempore venire non potest, ei est ignoscendum: qñ sentētia retractatur in causa criminali. vide. 4 q. 5. quisquis. de do. & contu. veritatis.
12 Nota † iudices pęnam pro sentētia pecuniaria, quæ mulcta vocatur, possunt remittere ratione paupertatis. C. de modo mul. l. eos. Et hæc causa breuitatis sufficiunt.

SVMMARIVM.

1 *Appellationes quandoque frustratoriæ fiunt contra sententiam.*
Appellatio quid sit.
Appellari non potest à senatu p̄incipis.
Ecclesia comparatur senatui.

Appellatio

Source : BIU Cujas

Appellatio facta à sententia arbitri non valet.
2 *Contumacis appellatio non valet, nisi venerit adhuc iudice pro tribunali sedente.*
Pœna & mulcta differunt.
3 *Appellatio debet fieri gradatim de minore iudice ad maiorem, aliter non valet.*
4 *Regularis persona si appellat, ne corrigatur, talis appellatio non valet.*
5 *Merus executor quis dicatur.*
Mixtus executor quis sit.
6 *Casus in quibus potest appellari à mero executore.*
7 *Pactum si fuerit factum inter partes, ne ab altera appelletur, non valet appellatio.*
Generali appellationi quandoque defertur.
Condemnatus de falsa moneta non potest appellare.
8 *Appellatio facta ab officiali ad episcopum non valet: quia eorum consistorium idem dicitur.*

Contra appellationem.

1 Quoniam contra sñiam † appellationes quãdoq; frustratoriè fiunt. Ideo post tractatum de sententiis de appellationibus videamus. Appellatio est à minori iudicio ad maius tribunal prouocatio iniqui graminis, vel iniquæ sñiæ querelam continens. ff. eo. ti. l. j. Si appellatur à iudice principali vel à cur. non valet. 9. q. 3. c. ipsi sunt. & c. patet. Item à Senatu Principis appellari non potest. ff. à quibus appellare non licet. l. j. Item à sententia Papali: quia ecclesia comparatur Senatui. Item appellatio facta à sententia arbitri non valet. 2. q. 6. à iudicibus. & C. de arbi. l. j. & ff. de arb. l. nõ
2 distinguemus. Item contumacis † appellatio non valet, extra eo. titu. per tuas. nisi venerit adhuc iudice pro tribunali sedente. ff. de in integr. resti. l. diuus. Item qñ appellatur à grauamine, appellatio non valet, nisi coram iudice grauaminis causa probabilis prætendatur, extra de app. cordi. lib. 6. Appellatio extra iudicium infra 10. dies à tẽpore cognitionis grauaminis in scriptis fieri potest, intellige nisi appelletur iudice adhuc sedente pro tribunali: tunc sufficit viua voce appellare ab iniqua sententia. ff. eo. titu. l. 2. Item appellatio non valet facta ab illo qui sub notorio crimine conuictus ad pœnam condemnatur, extra eo. titu. Romana lib. 6.

Nota differentiam inter pœnam & mulctam, pœna statuitur à lege: sed mulcta infligitur ab arbitrio iudicis. Item appellatio non valet, qñ appellans consentit post appellationem coram illo iudice à quo appellauit litigare, vel aliud facere, extra de offic. iudic. deleg. gratum. Item appellatio non valet, nisi appellans infra annum, vel ex causa rationabili infra biennium fuerit eam prosecutus, extra eo. tit. cum sit Romana. & auth. ei qui. C. de tempo. app. Et intellige nisi iudex largius tempus fuerit moderatus. ibidem: & intellige infra dictum terminum app. debet prosequi. c.
3 oblatæ. versi. pars appellata. Item † appellatio debet fieri gradatim de minore iudice ad maiorem, aliter non valet, extra eo. ti. dilecti. filij. tñ appellatur ad Papam omissis mediis, eo. tit. si duobus. & c. Romana. lib. 6. Tñ ſm leges si appellatur ad Principem omissis mediis, princeps remittit appellationem, ad quem debuit appellare. ff. eo. tit. l. Imperatores. Item appellatio non valet, nisi fiat infra 10. dies à tempore datæ sententiæ. 2. q. 6. anteriores. extra de testi. significauerunt. Et dies in quo sententiatũ est connumeratur. eo. tit. 2. q. 6. anteriores. in glo. 2. Item si tertiò à diffinitiua fuerit appellatum. illa appellatio non valet. 2. q. 6 si quis extra eo. tit. c. directæ, sed contra videtur. j. q. 6. quoties, vbi dr, quoties se putauerit quis grauari appellar. Solutio, illud quoties exponitur ibi secũdo à diffinitiua, vel quoties grauetur in-
4 terlocutoria, toties appellatur ſm canones non ſm leges. † Nota, si persona regularis appellat, ne corrigatur, non valet appellatio, extra eo. tit. ad nostram. hoc nisi corrigẽs modum excedat. eo. titu. de priore. & c. cum speciali. Item appellatio non valet, qñ est facta contra ordinationem ecclesiæ. puta ne fiat electio, vel ne procurerur aliqua euidens vtilitas ecclesiæ. Intellige, nisi assignata fuerit aliqua iusta causa appellationis, extra de his quę fiũt à maio. par. ca. ex ore. & extra de elec. cum à nobis. Item ab excõicatione non appellatur, extra de se. & re iu. q̃ ad consultationem. & extra eo. ti. nouit. Item à mero executore non appellatur, à mixto autem appellatur, nisi admittat legitimam exceptionem. & hoc si partem grauauerit, extra eo. titu. dilecto. & c.
5 vt debitus honor. † Nota, merus executor dr, qñ sententia lata est ab aliquo iudice ordinario, & ille iudex mandat alteri, vt illam sententiam exequatur, talis executor dicitur merus. Ille nõ debet audire aliquas exceptiones, nec de sñia se aliquid intromittere, nisi sciret sñiam esse malam, puta per falsos testes, & p falsa instrumenta latam: tunc enim si excipiatur coram eo debet superiori referre, extra de sent. & re iud. decętero. & de crimi. fal. super eo. Mixtus autem dicitur, qui habet aliquam negocii executionem annexam: vt cum iudex ordinarius mãdat alicui dari beneficium dato super illo negocio executore coram tali proponi possunt exceptiones & appellare ab ipso quantũcunq; absolute scribatur à Papa. 25. q. 2. c. dicenti. §. & si non cognitio. extra de rescrip. cum adeo.

6 Nota, quamuis regula iuris sit, q̃ à mero executore appellari non potest. † Excipiuntur tñ octo casus. Primus, si modum excedit in exequẽdo, extra eo. tit. nouit. extra de offic. iudi. deleg. super quæstionum. Secundus, qñ partem iudicis vult assumere, extra de offic. iudic. deleg. pastoralis. Tertius, si dolo aliquid faciat. ff. de re iudi. l. 3. §. si executor. Quartus, qñ executori opponitur excõicatio. 11. q. 3. excõicatos. & c. excõicato. Quintus, qñ facta est innouatio super eo, de quc agitur: nam tunc ordo mutatur. ff. de re iudic. l. 3. Sextus, si exequẽdo tempus quadrimestre præueniat executor. C. de execu. rei iudi. l. vlt. Septimus, si executor male interpretatur sñiam. ff. de app. l. ab executore. Octauus, qñ exceptio peremptoria opponitur, per quam sententia nulla esse dr, si eam executor admittere noluerit. Vnde ab ipso appellatur. C. de procu. l. licèt. quia audire debet, sed nõ cognoscere de causa, sed debet referre superiori, extra de offic. deleg. pastoralis. Item appellatio facta, ne scilicet publicum, seu notorium puniatur, nõ valet, extra eo. tit. cum sit Romana. extra de vsu. q̃ pernicioſum. Notorium dr, quod patet per sñiam aut cõfessionem in iure factam aut rei euidentiis, extra de coha. cleri. & mu. quæsitum. & c. ve-
7 stra † Item appellatio non valet, si pactum fuerit factum inter partes, ne ab altera appelletur. 2. q. 6. si autem. Item si appelletur, ne excõicatus absoluatur, non valet appellatio, extra eo. tit. qua fronte. Item appellatio generalis non valet, eod. titu. consuluit. qñq; tñ generali appellationi defertur, eo. tit. cum sit Romana. in gl. super sumpto vocabulo. Item de falsa moneta cõdemnatus non potest appellare, extra de iureiur. quãro. in gl. circa. prin. Item si appellatur à grauamine, & iudex illud reuocat, seu reuocare velit, non valet appellatio, extra eo. tit cum cessante. item. si quis appellat super eo, quod fieri procurauit, non valet. 2. q. 6. si autem. Item si quis in vna causa tertiò appellauit, nõ valet. ibi-
8 dem. C. ne liceat in vna. per totum. Itẽ † appellatio facta ab officiali ad episcopum, non valet: quia eorũ consistorium idem dr, extra eo. tit. cum dilecti filii. c. Romana. lib. 6. Itẽ appellatio non valet, nisi appellans exprimat nomen mensis, & nomen iudicis à quo appellauit, & nomen dignitatis vtriusq;, & causam quare appellauit. & ibi vide formam apppellationis concipiendæ. & hæc de appellationibus dicta sufficiunt.

SVMMARIVM.

1 *Perperam & minus canonicè pluries in electionibus prælatorũ proceditur. Articuli 42. quibus electio vitiatur.*
2 *Electio clandestina non tenet.*
3 *Electus patiens defectum in ordinibus cadit à iure suo.*
4 *Electio non facta secundum formas traditas non valet.*
5 *Electio de persona incerta vitiatur.*

Contra electionem prælatorum.

1 Quoniam pluries in electionib. prælatorũ † tam minoris q̃ maioris minus canonice & perperam proceditur, pp quod ecclesiæ Dei sæpius graue dispendium patiuntur, & tñ modicam incurrũt lęsionem: vt cum his oporteat ad appellationis subsidiũ conuolare, ideo de electione prælatorũ aliquid videamus. Nota ergo 42. articulos, quibus electio vitiatur. Primus, si fiat electio post appellationem legitime interpositam, extra de elect. & electi potesta. consideramus. Secundus, si fiat electio ab excõmunicato, eo. titu. venerabilem. Tertius, si fiat à suspenso nõ valet. eo. titu. cum inter. & extra de consue. cum dilectus. Quartus, si fiat per abusum secularis potestatis, eod. titu. quisquis. Quintus, si fiat à minori parte cap. C. eod. titu. Romana. Sextus, si non fiat à maiori vel saniori parte capituli. eod. titu. congregatio. Septimus, si electus præstet assensum electioni, siue antequam eligatur. eod. titu. cum post peritam. Octauus, si electio fiat per laicos. eo. tit. c. quisquis. & c. massana. Nonus, si fiat ad clamorem populi. eo. tit. querelam.

Decimus, si fiat electio corpore prælati mortui nondum tradito sepulturæ, eo.
2 titu. bonæ memoriæ. Vndecimus † si fiat electio clãdestina, eo. titu. quia pp. Duodecimus, si electus habeat duo beneficia curã animarum habentia sine dispensatione eo. titu. dudum. 2. Tredecimus, si fiat post tempus trium mensium in ecclesia cathedrali, eo. titu. innotuit. Decimusquartus, si fiat electio de idiota, eod. titu. quoniam quidem. Decimusquintus, si fiat de illo, qui est leuis viræ, eod. titu. cum in cunctis. Decimussextus, si fiat cõtra formam traditam eis, eod. titu. cum dilectus. Decimusseptimus, si fiat electio habito consilio & colloquio cum eligendo, vel cum amicis suis. eo. tit. nosti. Decimusoctauus, si fiat electio de minori 20. annis, eo. tit. cum in cũctis. Decimusnonus, si electus ingerat se administrationi ante confirmationem, eod. titu. nosti. & c. qualiter.

Vicesimus, si post publicationem votorũ nõ sequatur electio, eod. titu. in Genesi. Vicesimusprimus, si cõmissa est simonia etiam electo ignorante,

Source : BIU Cujas

ignorante,eo.tit. ſi alicuius. Viceſimusſecundus, ſi metropolitanus non examinat perſonam electi & formam electionis.eo.
3 c.cum eccleſia.Viceſimustertius, ſi † electus patiatur defectum in ordinibus,eo.tit.c.dudum.Et ſi electus fuerit intruſus,eo.titu. quiſquis.Viceſimusquartus,ſi eligatur,qui poſtulari debet,eod. tit.innotuit.& de poſtu.c.vlt. Viceſimusquintus, ſi electionem, vel poſtulationem volunt innouare poſt caſſationem.extra de poſtul.gratum. Viceſimusſextus, ſi compromittitur in ſeptem, & tres eligant vnum de illis, & alii tres extraneũ electioni. Prima valet,dummodo ipſe conſentiat,eo.tit.cum in iure.Viceſimuſeptimus,ſi proceditur ad ſecundam electionem prima nõ caſſata,non valet,eo.titu.conſideramus. & c.auditis & intellec. Viceſimusoctauus,ſi fiat per ſurreptionem,eod.titu. cum dilectus.Viceſimusnonus,ſi fiat aliquo contempto, eod. titu. bonę memoriæ 2.vbi dicitur.cõtemptus vnius plus nocet,quam con tradictio multorum.

Triceſimus, ſi peccant in numero, eod. titu.cumana & c.in Geneſi.Triceſimusprimus,ſi mandatur,ꝙ electio fiat de conſilio aliquorum, & ſic illis irrequiſitis non valet, eo.tit.cum in veteri. Triceſimusſecundus, ſi
4 fiat † electio ſm formas traditas,eo.tit.quia pp. Triceſimustertius,ſi indignus eligitur,electio non valet, & eligẽtes priuentur poteſtate eligendi illa vice.eo.tit.ſcriptum.eo.tit. cum inter canonicos.& c.cum innotuit. Triceſimusquartus, ſi non fiat electio in eccleſia cathedrali,vitiatur: ſed illud eſt de honeſtate & conſilio,non præcepto.eod.titu.cum terra.Triceſimusquintus, ſi qui non eſt monachus eligatur in Abbatem. eo. titu. cum ad noſtram.Triceſimuſextus,ſi non profeſſus eligitur in Abbatẽ. eod.titu. magiſtrum. & c. cum cauſam.Triceſimuſeptimus, ſi fiat electio conditionalis.puta eligo in decanum ſi vult,vel ſub alia conditione. eodem titu.lib.6.cap.in electione.Triceſimusoctauus,ſi electio fiat ſub alternatione & diſtinctione, vt eligo illum,non valet.ibidem.

5 **Quadrageſimus,** ſi electio † fiat de perſona incerta.puta eligo quem cãtor eligit:ibidẽ.Quadrageſimusprimus, ſi illi,quibus interdictũ eſt, ne eligant ſine licentia ſuperioris,ſi elegerint, nõ valet electio. eo.tit.eis quibus.Quadrageſimusſecundus,ſi aliqui interſint electioni, qui non ſunt de capitulo, niſi dicant cauſam,quare debeant intereſſe electioni,non valet.eo.tit.quia propter.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio & vſurpatio in quibus differant.*
Præſcriptionis quot ſpecies.
2 *Caſus 30.in quibus non currit præſcriptio.*
3 *Limes prædiorum pręſcribi poteſt.*
4 *Præſcribi non poteſt contra iura ciuitatis.*
5 *Præſcriptio non valet niſi per poſſidentem fuerit oppoſita.*
Interruptio quot modis fiat.
6 *Præſcriptio vel vſucapio cuiuſcunque longi temporis vel breuis non valet, niſi quinque interueniant.*

Contra præſcriptionem & vſurpationem.

Quia reus per præſcriptionem vel vſurpationem infeſtationem actoris ſæpius elidit. ideo de eis nunc dicẽdum eſt.Primò quid ſit, & quot ſpecies ha
1 beat † in quibus differant,& qñ non concurrant. Duæ ſunt ſpẽs præſcriptionis, vna longi temporis:vt 10.anno.inter prẽſentes, vel 20.inter abſentes. Alia longiſſimi temporis:vt 30.vel 40.anno.Præſcriptio eſt 40.anno.neceſſaria contra oẽs eccleſias,etiã ſi vna eccleſia præſcribat contra aliam.16.q.3. quicunque. & §. quas actiones,extra.de præſcrip.de quarta.& c.ad aures.Ab hac regula excipitur primaria eccleſia,contra quam non currit prę ſcriptio,niſi ſpatio centum anno.16.q.3.nemo.extra eo.titu.ad audientiam. Præſcriptio proprie locum habet in mobilibus. Vſucapio verò in immobilibus.Item vſucapio completur triẽnio,præſcriptio verò non.

2 **Et nota** † triginta caſus,in quibus nõ currit præſcriptio. Primus contra obedientiam.eo.tit.cum non liceat.de conſue.cum T.venerabilis.Secundus cõtra procurationem,quæ datur ratione viſitationis,extra eo.c.cum ex.offi. ver. nos ergo.nõ tñ ex officio,ſed bona ratione inſtitutionis vel cõ ſuetudinis.18.q.2.ſeruitium. Tertius,ſi laicus poſſideat decimas, quas de iure detinere non põt:eas nulla valet præſcribere ratione. Iſte caſus eſt grauiſſimus punctus contra nos, qui eſt in tota Theologia:cum nullus dat decimas,cui debet dare: & tñ oportet,ꝙ decimæ dentur:vt extra de decimis.c.j.& c. quamuis.& c. vlt.16.q.3. placuit. Quartus contra matrimonium illicitè contractum,extra de conſan.& affi.non debet.Quintus contra vo tum, extra de regula. ſicut. Sextus in publicis ſucceſſionibus & in agrorum poſſeſſionibus quò ad colonum,nec contra hominem liberum.16.q.3.§. ẽps. Septimus tempore vacationis eccleſiæ.eo.tit.c.j.& 2.& c.cum nobis.Octauus tẽpore hoſtilitatis publicæ.eo.tit.ex tranſmiſſa.16.q.3.c.j.actione. & c. porrò. Nonus contra neruum eccleſiaſticæ diſciplinæ, extra de conſue.cũ inter vos.extra de elec.cum cauſam.

Decimus ſuper limites dioceſis vel parochiarũ. eo tit.quia iudicãte.16.q.3. licet.
3 & † tñ limes prædiorum præſcribi poteſt,eo.tit.ſanctorum.16. q.4.volumus.Vndecimus in rebus,quæ de iure cõi poſſideri nõ poſſunt.13.diſt.illud & 100.diſt.cõtra morem. Duodecimus in iure ſpirituali iniuſto titulo acquiſito,extra de tranſac.præterea. Tredecimus contra viam publicam ff.de via public. l.viam.Decimusquartus contra rem arreſtatam,inſti. de vſucapi. §. j. & §. res fiſci. Decimusquintus contra opus publicũ. C. de operibus publi.l. præſcriptio. Decimuſextus contra rem præſidi traditã contra legem repetundarum.ff.ad l.Iul.repetun.l.quod contra. Decimuſeptimus contra rem pupilli non venit præſcriptio. C.in quibus cauſis in integr.reſti.l. vlti. & l. adoleſcentiæ. Decimusoctauus contra fundum dotalem. ff. de fundo l. ſi fundus. Decimusnonus contra vxorem pro dote de neceſſitate matrimonij,niſi maritus vergat ad inopiam, extra de empt. & vendi. peruenit.in glo.circa princi.

Viceſimus in rebus, quæ ſub certa die vel cõditione debentur, niſi à tempore vel conditione.C.de præſcrip.30.anno.l.cum notiſſimi. Viceſimusprimus contra eccleſiam tempore ſuſpenſionis prẽlati.extra de conceſ.prẽben.c.quia diuerſitatem. Viceſimusſecundus contra filiosfamilias, quãdiu ſunt in poteſtate patris. C.de anna.excep.l.j.§.vlti.Viceſimustertius, ſi ipſi prælati male alienant.16.q.3.c.ſi fa. Viceſimusquartus, quandiu prælatus eſt hæreticus,extra eo.tit.c.j.Viceſimusquintus ex tẽpore quo quis cauſa iuſta impeditus non poteſt agere.C.de anna.excep. l. j. §. fin.de appel.ex ratione. & de elect ne pro defectu. extra Viceſimuſextus de rebus furtiuis vel alio modo vitioſe poſſeſſis, eo.
4 tit.vigilanti.& c.vlti.Viceſimuſeptimus contra † iura ciuitatis. C.de aqueduc.l.diligenter.in fi.Viceſimusoctauus. res filii à patre alienata non præſcribitur ſpatio 30 annorum. C. de anna. excep.l.j.§.vlti. Viceſimusnonus præſcribere non poſſunt colonus,conductor,inquilinus,vſufructuarius.16.q.3.clerici.& cap. ſeq.extra eo.tit.ſi diligenti.

Vltimus, nullus præſcribit, quod nomine alieno poſſidet,extra de reg.iu. ſine poſſeſſione.lib.6.Ideo nec creditor præſcribit pignus. ff.de vſu.
5 l.non ſolum. † No. præſcriptio non valet,niſi per poſſidentem fuerit oppoſita,extra eo.tit.cauſam.extra de proba.ex literis.Itẽ no.præſcriptio non valet,ſi fuerit interrupta,extra eo.tit. illud. in fi. Interruptio autẽ fit duobus modis. ſ. naturaliter per inundationem maris vel fluminis.ff. de acqui. poſſ.l. qui vniuerſas. §. item ꝙ à.Item quotieſcunq; per violentiam,ejectionẽ, vel depulſionem.ibidẽ. & C. de vſuc.l.naturaliter Ciuilis interruptio fit quatuor modis,Primo in iudicio.ſ.per libellũ principis oblatum.& hoc tantum valet in annalibus actionibus, quæ per hoc perpetuãtur.C.qñ lib princi.obla.lit.conteſt.fa.No.præſcriptio,
6 vel vſucapio † cuiuſcunq; temporis longi vel breuis non valet, niſi interueniant iſta quinq; quæ continentur in his verſibus. Non vſucapies,niſi ſint tibi talia quinq;.Recta fides,iuſtus titulus,res non vitioſa.Et res tradatur,& tempus contineatur.Item per querelam iudici factam & ſecutam rei conuentionem,hoc valet in omnibus cauſis ad perpetuãdum actiones.16.q.3.§ poteſt.C.de præſcript.30.anno.l. vlt. item per quaſi cõteſtationẽ, extra vt lit.non conteſt.quoniam frequenter.Si verò nõ poteſt lis conteſta.ſufficit iudicem adire & libellum contra abſentem affirmare,vel contra eum, qui non conueniri poteſt aliqua de cauſa,& in quęrimonia ducere ius ſuum.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia iudicij multis modis perit,vt cauſa non perdatur.*
2 *Mandatore expirante,expirat mandatum.*
3 *Equum in ſequeſtro poſitum ſi duo petunt & equus moritur, inſtantia iudicij perit.*
4 *Iudex delegatus ſi ſit monachus,an poſſit procedere.*

De inſtantia iudicii.

1 **Multis modis perit** † inſtãtia iudicii: vt tñ cã non perdatur. primò ſi quis ineptam proponit petitionem cadit ab inſtãtia iudicii, extra de iudi.examinata,ff.ſi men.fal.mo.dixe.l j.Secundus,ſi ſententia lata fuerit à iudice delegato & executioni mandata ſi nõ pareatur poſt annum perdit iuriſdictionem,extra de off.deleg. quærenti. eo. titu.ex literis.Tertius, ſi iudex delegatus eſt infirmus,vel de iure,vel de facto impeditus,extra de reſcrip.ſciſcitatus.Quartus,ſi iudex eſt conſanguineus partis.Quintus,ſi iudex ex iuſta cauſa fuerit ſuſpectus,extra de offic.delega. inſinuante. Sextus,ſi duo iudices delegati diuerſas dederint ſententias, extra de ſent.& re iudic.duobus. Septimus, ſi duo arbitri dederint ſententias,neutra habeat vigorem, ibidem.Octauus, ſi vnus arbitrorũ moritur,perit inſtrumentum, niſi aliud exprimatur in compromiſſione.Nonus, ſi iudex delegatus functus eſt officio ſuo.de offi.deleg.in literis.

Decimus, ſi delegatus remittit cauſam ad delegãtem. ibidem.

Vndecimus,

Source : BIU Cujas

Vndecimus, ſi vna pars eſt familiaris iudici, eo. titu. inſinuante. Duodecimus, ſi vnus iudicũ moritur, niſi aliud ſit expreſſum, eo. tit. vno delegato. Intellige, ſi ex præmiſſis nominib. propriis delegatio ſit facta. Tredecimus, ſi vnus arbitrorum, vel cõpromittentium moritur, niſi aliud exprimatur : ibidem. Decimus-
2 quartus, ſi mandator re integra moritur: nam † expirante mandatore, expirat mandatum. eo. tit. c. relatum. & c. gratum in glo. Decimusquintus, ſi vna pars litigantium re integra deceſſerit, extra de reſcrip. ſignificauit. Decimusſextus, ſi aliquis de crimine per ſententiam abſolutus eſt, extra de accuſa. de criminibus. Decimuſeptimus inter dominum & ſeruum tam in cauſa criminali, quàm ciuili. 3. q. 9. c. pen. & vlti. Decimusoctauus, ſi cauſa criminalis intra biennium non terminatur, & ciuilis infra annum. C. de iudi. l. properandum. niſi per malitiam fuerit prorogatum vel prolõgatum. extra de offic. iudic. delega. venerabili. in fin. Decimusnonus, ſi ante lit. conteſta. ſe inuicem abſoluant. 2. q. 3. ſi quem.

Viceſimus, ſi vnus litigatorum ſit monachus, vel conuerſus. 19. q. 3. quia ingredientibus. Viceſimusprimus, ſi vna pars litigantium vendit ſe in ſeruũ illi,
3 contra quem litigat. 3. q. 9. c. vlt. Viceſimusſecũdus, ſi † duo petunt equum in ſequeſtro poſitum, ſi equus moritur, perit inſtãtia, idem de qualibet re ſimili. 2. q. 6. quoties. & q. j. quæres. Viceſimustertius, ſi mandator reuocat mandatum, extra de app. vt noſtrum. Viceſimusquartus, ſi actor cadat in hæreſim, extra de hære. excommunicamus. Sũt & plures alii modi, quibus poteſt inſtantia annihilari. puta omnes quibus reſcriptũ annihilatur,
4 & quibus iudex repellitur vel actor, de quibus ſupra dixi. † Quęritur, an iudex delegatus ſi ſit monachus procedere poſſit, poteſt diſtingui. ſi lis fuerit conteſtata, tunc de licentia Abbatis poteſt procedere in cauſa, extra de priuileg. cum olim. ſi autem lis non fuerit conteſtata, perit inſtantia. Et hæc cauſa breuitatis ſufficiant &c.

DOMI. BAGAROTI
DE EXCEPT. DILATORIIS, & declinatorijs iudicij.

SVMMARIVM.

1 *Agens criminaliter nomine alieno repellitur regulariter.*
2 *Accuſator ratione ſui ab accuſando repellitur.*
Pauperes qui dicantur.
3 *Accuſator de calumnia vel præuaricatione damnatus accuſare non poteſt.*
4 *Accuſare non poteſt damnatus de publico crimine, & qui artem ludicram vel lenocinium fecerit.*
5 *Accuſare quis non poteſt ratione perſonæ accuſatæ.*
6 *Accuſans accuſatum & liberatum repellitur.*
7 *Accuſatus ab vno quando ab alio accuſari poſſit.*
8 *Accuſans ſeruum ad pecuniariam coactionem repellitur.*
Accuſare quis non poteſt impuberem de lapſu carnis.
9 *Accuſare quis non poteſt mixta ratione accuſantis & accuſati.*
Accuſare quis non poteſt eum, in cuius domo nutritus eſt.
10 *Mater filium de crimine in ſe commiſſo non accuſat.*
11 *Accuſare non poteſt frater contra fratrem capitale crimen intentans.*
12 *Accuſator ratione iudicis repellitur.*
13 *Legatus cauſas criminales licet non diffiniat, tamen eas inſtructus ad proconſulem remittit.*
14 *Accuſator repellitur, ſi aliquem apud non ſuum iudicem accuſet.*
15 *Accuſator repellit ratione iudicis & cauſæ & quomodo.*
16 *Accuſator qui ſe non ſubſcribit repellitur.*
17 *Accuſator quomodo ratione temporis repellatur.*
18 *Maritus quando ab accuſatione repellatur.*
19 *Accuſare quis non poteſt poſt 20. an. poſtquam crimen eſt commiſſum.*
20 *Accuſare quis mortuum non poteſt niſi in caſibus exceptis.*
Infans etiam cum tutore accuſare non poteſt.
21 *Pupillus vel adultus cum curatore accuſat.*
22 *Accuſare non poſſunt ſerui excepta cauſa momentaneæ poſſeſſionis & ſtatus.*
23 *Filiiſami. ſine patre accuſare non poſſunt, niſi in quibuſdam caſibus hic exceptis, & num. ſeq.*
25 *Periculum vbi eſt in mora, facere licitum eſt, quod aliàs non liceret.*
Accuſare prohibentur monachi & alii, qui ſeculo renunciarunt.
26 *Monachi agere poſſunt in cauſa ſtudij quando de licentia Abbatis abſunt.*
27 *Accuſare non poſſunt perſonæ illuſtres.*
28 *Accuſare an poſſunt magiſtratus & qui cum eis ſunt.*
29 *Accuſare non poteſt legatus.*
Tutores, curatores & adminiſtratores an accuſare poſſint.
Accuſare an poſſit procurator & œconomus.
30 *Actio vtilis directæ præfertur.*
31 *Actio ſi pluribus permittitur, ſi vlterior agat priore non negligente ſubmouetur.*
32 *Filius prægnante vxore patris, ſi vltra hæreditatis quartam petat, repellitur.*
33 *Accuſare quis non poteſt infantes etiam cum tutore.*
34 *Pater vbi adminiſtrator filij pro eo actiones ſuſcipit.*
Accuſare quis non poteſt rempublicam acephalam.
35 *Agere quis non poteſt cõtra tutores, curatores, vel adminiſtratores finito officio de cõtractibus bona fide factis nomine eorum, quorum negocia gerũt.*
36 *Agere quis non poteſt contra magiſtratum populi* Romani.
37 *Litigare quis non poteſt cum eo, qui vxorem ducit.*
38 *Legatus vel alius qui reuocandi domum ius habet conueniri non poteſt..*
39 *Agere quis non poteſt contra ſeruum, monachum, vel regularem, vel ſimiles perſonas.*
40 *Actor repellitur, ſi conueniat pupillum, orphanos, viduas, & alias miſerabiles perſonas coram ordinario, ſi ille ad principem proclament.*
41 *Actor repellitur, ſi infirmum conueniat.*
42 *Actor repellitur, ſi reus paratus eſt facere, quod ab eo petitur.*
43 *Actor repellitur, qui ſine principis reſcripto aliquem ad extraordinarium iudicem vocat.*
44 *Actor repellitur, ſi iudex, corã quo litigat, ſurdus, mutus, furioſus, infamis, impubes, mulier, & ſeruus, vel nullam habens iuriſdictionem eſt.*
45 *Actor repellitur, ſi iudex ad tempus ſit datus, & tempus finitum ſit.*
46 *Iudex inſdicere non poteſt eis, quos ſecum habet.*
47 *Actor repellitur ratione cauſæ quam intendit.*
48 *Actor cauſæ continentiam diuidens repellitur.*
49 *Pater contra filiam quam in poteſtate habet agere non poteſt.*
50 *Dominus contra ſeruum agere non poteſt.*
51 *Agere non poteſt pupillus cum tutore, vel adultus cum curatore, vel econtra tutela nondum finita.*
52 *Filius emancipatus contra patrem famoſam actionem intentare non poteſt.*
53 *Agere quis non poteſt coram eo iudice, cum quo degit.*
54 *Pater contra filium, nec econtra de famoſa actione agere non poteſt.*
55 *Pater iudex delegatus eſſe poteſt inter filium & alios.*
57 *Clericus vel laicus ſi clericum coram ſeculari conueniat repellitur.*
58 *Reus conuentus coram non ſuo iudice reſpondere non tenetur.*
59 *Actor repellitur, ſi ſuperiorem, vel patrem ante minorem vel æqualem indicem conueniat.*
60 *Actor repellitur, qui de liberali cauſa coram arbitro vel iudice pedaneo agere velit.*
61 *Actor repellitur, ſi reum conueniat coram iudice, qui in cauſa patrocinium præſtiterit.*
62 *Actor repellitur, qui vult recurſum habere ad eum, qui in eadem cauſa ſemel bene vel male iudicauerit, etiam ſi appellatum fuerit.*
63 *Actor repellitur, qui ſe reſtituere petit coram iudice, qui tribunali non præeſt.*
Appellatio gradatim de minori ad maiorem iudicem facienda eſt.
64 *Actor repellitur, ſi pupillo quæſtio ſtatus moueatur, quæ pupillo intentar non expediat.*
65 *Actor incompetenter agens repellitur.*
66 *Actor repellitur, qui libellum cauſam agentis non continentem offerat.*
67 *Actor repellitur, ſi rei, quam petit, certam deſignationem non faciat.*
68 *Actor præpoſtere cauſam proponens repellitur.*
69 *Creditor repellitur, qui prius fideiuſſorem quam principalem idoneum conuenit.*
70 *Actor repellitur, ſi reum non in tribunali, ſed in popina, vel lupanario conueniat.*
71 *Actor repellitur, ſi quem ſacra facientem, vel vxorem ducentem conueniat.*
72 *Affines aut fideiuſſores eorum per 8. dies lugubres conueniri non debent.*
73 *Actor diebus feriatis in ius aliquem vocans repellitur.*
74 *Tutor vel curator repellitur, ſi nomine eorum, quorum negocium gerit, actionem intendit, & inuentarium non fecerit.*
75 *Tutores & curatores repelluntur ab agendo, ſi non iurent vtilia facere & inutilia prætermittere.*
76 *Tutores agere non poſſunt, ſi tutores eſſe non poſſunt.*
Auia & mater nepotum & filiorum tutrices eſſe poſſunt.
77 *Tutores repelluntur à tutela, ſi ſunt debitores vel curatores eorum, quorum tutelam gerunt, & ſi agant, antequam confirmentur, & nu. ſeq.*
79 *Prælati an nomine eccleſiarum agere poſſint.*
80 *Procurator ſine mandato agere non poteſt etiam ſi de rato ſatiſdare voluerit, & nu. ſeq.*
82 *Procurator excluditur, ſi reo de ſatiſdatione contento de rato cauere, nolit niſi mandatum probet.*
83 *Agens nomine alieno repellitur, ſi defenſionis ſatiſdationem præſtare nolit.*
84 *Procurator repellitur, ſi re integra mandans moriatur.*
Procurator repellitur, etiam ſi mandatum habeat, ſi procurator eſſe non poſſit.
85 *Procurator repellitur, ſi ab eo conſtitutus fuerit, qui procuratorem creare non potuit, & num. ſeq.*
87 *Procurator ab agendo repellitur, ſi mandati fines excedat.*
Item ſi res agenda mandetur, quæ per procurato. expediri non poteſt.
88 Syndicus repellitur, ſi non à duabus partibus vniuerſitatis fuerit ordinatus.
89 *Miles procurator eſſe non poteſt, niſi in cauſa propria.*
90 *Clericus an poſſit eſſe procurator.*

Source : BIU Cujas

91 *Syndicus excluditur, si vt procurator non caueat.*
92 *Syndicus vel actor repellitur, si ab vniuersitate fuerit constitutus, cui crea re non liceat.*
93 *Collegium omne est prohibitum, nisi concessum reperiatur.*



Recibus & instantia nobilissimi socij domini Iacij Parisiensis, & archidiaconi, & patris mei cōpulsus, quam varijs exceptionibus, siue obiectionibus circa causę initium actoris intentio repellatur, & permittat reo iudicium declinare, prout iuris ciuilis prudentia ministrabit, ego Bagarotus professor iuris ciuilis paucis verbis expo nam, agit enim quis aliàs ciuiliter, aliàs criminaliter. Item cri-
1 minaliter aliàs suo nomine, vel alieno. † Vbi quis criminaliter intendit suo nomine, non repellitur, vbi alieno repellitur, nisi illustris nomine litiget in crimine iniuriarum vt ff. de pub. iudic. l. pen. §. ad crimen. & C. de iniur. l. vlti. & C. qui accu. nō po. l. 2. quare sciendum est ꝙ remouetur accusator aliàs ratione sui, aliàs ratione accusati, aliàs ratione mixta, scilicet sui & ad-
2 uersarij, aliàs ratione iudicis & causę, aliàs ratione ineptę conceptæ accusationis, aliàs ratione temporis, aliàs ratione denun ciationis omissę, & aliàs ratione mortis rei. † Ratione sui repellitur accusator, si sit de istis personis, videlicet mulier, pupillus, miles, magistratus maiores, qui in ius vocari non possunt, infamis, qui ob accusandum pecuniam accepit, qui falsum testimonium subornati dixerunt, qui sunt pauperes, ideſt, qui ha bent minus quinquaginta aureis in bonis, vt ff. de accusa. l. qui accusare. & l. alij. & l. nonnulli, qui duos reos in scriptis habet, qui semel est calumniatus, vt ff. de accu. l. si cui. §. idem. qui ac-
3 cusatus est anteq̄ purget innocentiam suam de pari vel minori crimine accu. non potest, vt ff. de his qui accu. non pos. l. neganda. & ff. de publi. iudi. l. is qui accusat absentem, vel econtra, vt C. de accus. l. absentem, & in decretis. 3. quæst. secunda, in pri mis. & c. fi. † Item repellitur ab accusando ratione sui: qui accu sauit & destitit, & ideo de calumnia vel præuaricatione damna tus fuit volens amplius accusare, nam non auditur, vt C. qui accusa. non pos. l. si ea. & l. accusationem. & ff. ad leg. Iul. de adult.
4 l. si maritus. & ff. ad Turp. l. qui destitit. † Item damnatus publico crimine dolo, vel calumnia quoq; damnatus, vel præuaricą tione, qui cum bestijs pugnauerit in arena, non ratione virtutis suæ exercendæ, vt ff. de postul. l. j. §. bestias. qui artē ludicram vel lenocinium fecerit, vt ff. de accusa. l. qui in iudicio. Item & omnes similes supradictis repelluntur ratione sui, qui tñ ferè omnes admittuntur, si suam vel suorum iniuriam prosequantur, vt ff. de accus. l. hi tamen. & in decre. c. 4. q. vlt. & c. 2. §. repellitur. & maritus si ei lenocinium obijciatur etiam ab adultero,
5 vt C. ad leg. Iul. de adul. l. ita. † Ratione accusati repellitur, qui accusare intendit imperatoris legatum, præsidem prouinciæ, Alexandriæ legatum, de crimine anteriori, magistratum popu li Romani, absentem causa reipubli. non tamen fraudentur, vt ff. de accus. l. libellorum. & l. qui hos. quod obtinet & si abolitione publica interueniente accusatio reparetur, vt in ea. l. j. §. j.
6 † Repellitur etiā & qui iam accusatum & liberatum accusat, nisi iustum dolorem prosequens admittatur ex causa interueniente accusationis institutę præcedente iusta ignorantia, vt
7 ff. de accusa. l. si cui. § ijsdem. † Qui ab vno accusatus est, non potest ab alio accusari, nisi de reis sit exemptus, vel cōdemnatus, vel absolutus per abolitionem, vel desistente accusatore, vel per mortem accusatoris, vt ff. de accus. l. hi tamen. § alio. & l. li-
8 bellorum. §. ffn. † Item repellitur, qui seruum ad pecuniariam coerctionem accusat, cum ita accusari nō possit, vt ff. de accus. l. hos. §. fin. qui accusat impuberem de lapsu carnis, vt ff. ad leg. Iul. de adul. l. si minor. qui ex vno delicto publico pluribus le-
9 gibus accusat, ut ff. de accus. l. senatus. † Mixta ratione tā accusantis quàm accusati repelluntur liberi, domestici, familiares, accusantes parentes, patronos. item eos in quorum sunt domi bus ab infantia nutriti, vt ff. de accusa. l. hi tamen. §. j. & C. qui accus. non pos. l. iniquum, & l. pen. in fi. Sed nunquid econtra denegabitur accusatio. Respondeo, non puto in omnibus, sed
10 tantum in parentibus. † Legitur enim, ꝙ de crimine in se cōmisso mater filium non valet accusare, vt C. qui accus. nō pos. l. propter insidias. & ff. ad leg. Cornel. de sica. l. inauditum. vnde datur intelligi, ꝙ in cæteris criminibus prohibetur, quāuis dicatur, ꝙ patroni filius, maior 25. annis repellatur a bon. pos. ꝫ tabulas, si libertum accusauerit, vt ff. de bo. liber. l. qui cum. in
11 prin. † Item repellitur frater intentans magnum & capitale crimen ꝫ fratrem, vt C. de his qui accu. non pos. l. si magnū, ideo autem dixi, ꝙ mixta ratione superioris ab accusatione remouentur, quia licèt accusantes accusare non valeant, vt cæteri accusati, tales sunt vt fratres, ꝙ vnus alium accusare nō potest.
12 † Rōne iudicis repellitur accusator, puta si de crimine litiget apud arbitrum, vel iudicem pedaneū, vt ff. de arbi. l. non distinguemus. §. de liberali. & C. de pedan. iudi. l. fi. & de offic. eius cui
13 manda. est iurisd. l. j. † Legatus tamen & si criminales diffinire non possit causas, tñ discutiet, & instructas ad proconsulē mittet, vt ff. de offic. proconsu. & lega. l. solent. §. si qui. & C. de offic. proconsu. l. j. nec mireris: quia in multis permittuntur cognoscere, sed non pronuntiare, vt dixi sup. † Item repellitur accu-
14 sator, si aliquem apud non suum iudicem accusat: sed hūc mo dum & quosdam alios, qui vtrorūq; iudiciorum sunt cōes dicemus inf. in ciuilibus cauillationibus. † Rōne iudicis & causę
15 repellitur, qui de crimine canonico, vel ecclesiastico apud ciuilem iudicem nititur accusationem proponere, vt in auth. vt cler. ap. prop. epis. p totū tractatū. † Præterea in ipsius intentio-
16 nis auspiciis repellitur accusator qui rectè non scribit atq; subscribit, vt ff. de accus. l. libellorū, nisi officialis notoriū crimen deferat ī notitiam iudicis, vt C. de accus. l. ea. vel nisi leue sit crimen, vt ff. de accus. l. leuia. vel accusator sit priuilegiatus, vt fęmina in quibusdā, vt C. qui accus. non pos. l. de crimine. & mari
17 tus fm quosdā: vt C. ad leg. Iul. de adul. l. quāuis. † Rōne quoq; tpis reijcitur accusator, puta si reū post mortem accusatū, vel abolitione publica de matricula exemptū, post 30. dies vtiles accusat, vt ff. de accusatio. l. libellorū. §. fi. & ff. ad Turp. l. aut priuatim. † Item maritus iure mariti post 60. dies accusans, vel
18 iure extranei, aut extraneus post sex menses vtiles computandos in nupta a die diuortii, in vidua ex die commissi criminis, ita vt tunc quinquennium non excedat, nisi iusta causa fuerit præpeditus, vt ff. de adult. l. miles. §. adulterium. & l. quinquennium, qđ est generale in omnibus quos lex Iulia punit de adulterio, vt ff. eo. l. mariti. §. pen. præterquam si adulterium mixtū sit cum incestu, vt ff. eo. l. vim passam. §. præscriptio. vel p vim
19 fuerit perpetratum, vt ff. eo. l. mariti. §. fi. † Cætera verò crimina 20 annorum præscriptione repellunt agentem, vt C. ad leg. Cornel. de fal. l. querela. Itē circa causę & ante causę initium repellitur accusator, accusans qdē adulterā, quæ alii nupsit, vt ff. eo. l. nuptā. & l. 2. † In summa qdē illud sciendū est, ꝙ remouet
20 accusator, si reo mortuo crimē instituat; qa relictus diuino examini accusari non pōt, vt ff. de accus. l. iudiciorū. excipiuntur inde crimina, videlicet maiestatis, hęreseos, fraudati census, repetundarum, & similia crimina, quæ post mortē durant, vt C. de hæreti. & manich. l. 4. & ff. ad leg. Iul. repetun. l. fi. nunc de ciuilibus inferentes dicimus, ꝙ agit qs ciuiliter aut suo nomine, aut alieno, & qūo suo noīe agit, repellit aliàs rōne iudicis, aliàs rōne causę, aliàs rōne vtriusque, s. sui & aduersarij, aliàs ratione sui & iudicis, aliàs rōne iudicis & aduersarii, aliàs rōne causę & iudicis, aliàs rōne causę & aduersarii, aliàs ratione modi, aliàs ra
21 tione ordinis, aliàs ratione loci, aliàs ratione tpis. † Ratione sui prohibetur agere infans etiam cū tutore, pupillus vel adultus sine tutore vel curatore, vt ff. de admi. tuto. l. j. C. qui legiti. pso. stan. hab. in iudic. l. 1. & 2. & C. de au. præ. l. clarum. idem puto in oībus q curatorē habent, vt furiosi, prodigi, quib. bonis interdictū est, & mētecapti, vt orphanotrophi, vt C. de epis. & cler. l. or
22 phanotrophos. † Itē serui. C. de iudi. seruus. & qui dicunt̄ serui ꝓprie, aliàs nō, vel alieni, vt C. de ord. cog. l. cū status. cū excipiāt̄ cā momentanęę possessionis, & cā status, ad quā etiam pupilli admittuntur, vt C. qui legiti. perso. hab. stan. in iudi. l. fi. ff. de iud.
23 l. vix. C. si per vim vel al. mo. l. 1. † Itē filiifamil. sine patre litigantes. C. de bo. ma. l. 1. & auth. nisi. & C. de ann. excep. l. 1. §. fin. excipitur tñ actio iniuriarum, de dote, & de viatico nō recepto, vbi pater abesset, vel furiosus suspectusve esset, nec quisquā eius nomine agat, vt ff. de iniur. l. 5. §. 1. & 2. & l. sed & si vnus. §. prætor ait. & §. filia. & §. procurator. ff. de ꝓcur. l. fi. ff. solu. matr. l. si constante. §. eo autem tpe. in auth. de ęqual. do. §. illud & est posita.
24 C. de colla. & ff. de iudi. l. si lōgius. §. fi. † Sed allegatur, ꝙ filius fa. absente patre bon. pos. petere pōt, eamq; amittit, si nō petierit, vt ff. qui admit. ad bon. pos. l. 1. Idē forte dicerē in interdicto, qđ vi aut clam, & in cæteris, in quib. mora esset periculosa, & peri-
25 culum allatura, † nā vbi est mora & periculū, licitū est facere, qđ aliàs nō liceret, vt in Lombar. de alie. rei vendi. l. 1. hac rōne puto prohiberi monachos, regulares, professos conuersos, qui seculo renuntiando proprio arbitrio seu alterius potestati se subdiderint, quibus sine prælati sui licentia nihil agere licet, vt
26 in decretis † Quòd agant facit si causa studii absint, & consensu abbatis vel prioris sui, vt ff. de procu. l. ad rem. & l. ad legatū. qđ non agant facit, si cōsensu Abb. non interueniente ibidē sint, vt in auth. de mo. § pen. † Præterea repelluntur maximis dignitatib. decorati, quales sunt hodie soli illustres suo nomine agētes, vt p se litigantes, vt C de procu. l. pe. & in auth. ibi posita. Itē quales sūt hodie Cardinales, primates Imperatoris, Cācellarii vtriusq; curię, & quos vulgò Tabricēses appellamus, & cæteri curiæ regalis principes. qui aliàs minacē feruorē minorē fauo-
27 rē suis aduersāriis præbent. † Magistratus minores, q sicut cōueniri non possunt, ita nec alios cōuenire, cæteriq; q cū eis sunt, nisi vsq; ad lit. ꝯtest si res vrgeat. ff. de offic. præsi. l. senatus. ff. de iur. l. pars literarū. hodie idē & de tēporalibus magistratib. dñi, intellige. s. de cōsiliariis, magistratibus, potestatibus, præsidibus prouinciarum, proconsulibus, prætoribus, correctorib. & simi-
28 libus, hi tñ audiunt̄ per procuratorē ad instar superiorū. † Idem

Source : BIU Cujas

intelligas de his q ad prouincias ab vtroq; principe dirigũtur, quos vulgò legatos dicimus. Itẽ tutores & curatores & administratores cæteri repellunt officio deposito, ꝓcurator tñ & œconomus etiam durante officio suo nomine agentes ex ℈ctibus celebratis noĩe eorum quorum negotia gerebant, de quib. vtilis actio datur dño, debent repelli a iudicio, vt ff. quã. ex fac. tu.
30 l. 2. ff. de procu. l. in causis. in fi. & l. procurator. † Semper. n. vtilis præfertur directæ, vt ff. qđ cuiusq; vni. no. l. item eorũ. §. accusator. Idẽ iuris est, si agat vẽditor, mulier, debitor, dñs de proprietate rei venditę, in dotẽ datę, pignoratæ, in feudum datę, vt ff. de
31 re iudi. sępe. & ff. de rei ven. l. dotem. † & in summa qñcunq; pluribus agẽtibus per ordinẽ actio vel defensio permittitur, si agat vlterior non negligente priore submouetur, vt C. de edic. di. Adri. tol. l. j. ff. de ac. hære. l. 2. & l. quãdiu. & ff. de iu. deli. l. si plu-
32 res. & C. de lib. cau. l. j. † Item repellitur filius natus si petat vltra quartam partẽ hæreditatis prægnante vxore patris, vt ff. si pars hęre. pet. l. antiqui. tutores tñ & curatores minorũ tam ratione
33 sui quam parentum possunt ab agendo repelli. † Ratione aduersarij repellitur quis, si ℈ infantes etiam cũ tutore, vel ℈ minores, vel ℈ orphanotrophos, vel ℈ similes personas actionem intendunt, sine tutorib. & curatorib. vt ff. de admi. tut. l. j. & 2. C. si aduer. rem iudi. l. fi. C. qui legi. perso hab. stan. in iudicio. l. j. & 2. ff. de re iud. l. acta §. fi & l. ℈ pupillum. & C. de epis. & cle. l. orphanotrophos. Item si ℈ filiumfa. maxime in ℈ctib. vel quasi;
34 † quia cum pater sit legitimus administrator filii, suscipit actiones, vt C. de bonis quæ lib. l. cũ oportet. & de iur. ca. l. 2. §. fi. Item si ℈ rempub. acephala, idest sine rectore constituta experiatur, vt C. de iu. reipu. l. j. res. n. publica minorum iure vtitur, vt eo. tit. l. rempub. & C. ex quib. cau. manum. l. respubli. idem etiam in ec-
35 clesia, vt C. de sacrosan. eccle. l. sancimus. 2. & l. fi. in prin. † Item si ℈ tutorem, vel curatorẽ, aliũ ve administratorem maxime necessariũ experiatur, finito officio de ℈ctib. bona fide in rerpositis noĩe ipsorum quorum gerit negotium, vt ff. quã. ex fac. tu.
36 l. post. & ff. de reg. iu. l. 4. C. de admi. tu. l. cũ quidã. ff. de insti. l. fin. ff. de procu. l. Plautius. † Item repellitur agens ℈ magistratum populi Romani, qui nõ põt cõueniri durante officio, vt ff. de in
37 ius vocan. l. 2. ff. de iniur. l. nec magistratus. † Item non litigat qs cũ eo qui in equo publico vehitur, vel ℈ eum, qui vxorem du-
38 cit, cęterisq; qui continentur in l. j ff. de in ius voc. l. 2. † Item repellitur q agit ℈ legatũ, vel ℈ aliũ, qui hẽt ius reuocandi domũ, pura iuste vel necessario absente, sub quo verbo sunt ferè oẽs, q continentur sub rub ex quib. cau. ma. in integ. resti. & ff. de iud. l. 2. §. legatis. & in auth. de sanc. epis. §. reuerendissimi, cõnume-
39 rantur. † Itẽ repellitur quis si ℈ seruũ, vel ℈ monachũ. vel ℈ regularem, vel ℈ conuersum, vel ℈ professum, vel ℈ consimiles personas actionem instituat, vt C. de iudi. l. seruus & l. cum debitores. & C. de rei ven. l. non solum. ff. de rei vendi. l. cũ seruus. eorum. n. nomine tenentur dñi aut prælati ad instar arrogatorũ, vt insti. de actio. §. actionũ. ff. de pecu. l. in arrogatorem. de leg. l. pen. Et si non defendatur quid fieri debeat. dic, vt dixi aliàs, vbi
40 tractaui de secundo decreto. † Item repellitur actor, si conueniat pupillum, orphanos, viduas, aliasq; miserabiles personas iniuria fortunæ, ante ordinarium iudicem si ille principẽ proclament, vt C. quã. imp. inter pup & vid. l. vnica. nã & alibi dicit dñs, non offendas, neq; noceas pupillis, vel viduis qui vocifera
41 bunt ad me; & aliàs Deus maledicit eos. † Itẽ si est infirmus qui cõueniatur, vt ff. de re iud. l. quæsitum. qđ intelligendum est cũ
42 determinatione illius legis, si agere vult. † Item repellitur. si ille qui conuenitur paratus est facere id quod ab eo petitur ff. de iudi. l. si debitori. & de proc. l. si reus. ff. si ex noxa. cau. aga. l. 3. vel in veritate non habet aliquam actionem. ff. de eden. l. quæsitũ. ff. ad exhib. l. thesaurus. † Ratione iudicis ab agendo repellitur,
43 qui sine principali rescripto quem vocat ad extraordinarium iudicẽ: vt C. de iurisdi. om. iu. l. in criminali. & C. de dila. l. si qñ. vel impetrato rescripto cautionẽ non petat de lite prosequenda, victoriam reportando, vel de pęna præstanda, vt in auth. de exhib. re. in prin. quæ est posita. C. de dila. & hoc ita si cõueniat, vt is iudex sit peregrinus adeatur, qa negotio integro nemo cõpellitur vt huic conuentioni stare debeat, vt ff. de iurisd. om.
44 iudi. l. si conuenerit. † Item si iudex sit surdus, & mutus, furiosus, infamis, impubes, mulier, seruus. Itẽ si prohibetur qs iudex esse aliqua ex causa, vel natura, vel moribus, vt ff. de iudi. l. cum prætor, vel si nullam habeat iurisdictionem quamuis litigato-
45 res consentiant. C. de iurisd. om. iud. l. priuatorum. † Itẽ si iudex ad tẽpus sit datus, & tẽpus finitũ sit, vt ff. de arb. l. si cum dies. §. si inter. nec partiũ cõsensu dies fuerit prorogata, ꝙ põt cũ hoc a
46 delegante nõ fuerit prohibitũ, vt ff. de iudi. l. 2. §. 2. † Itẽ ratione iudicis euitatur iudiciũ, si iudex sit & aliquis suorũ apud ipsum agere voluerit, vel cõueniri: quia nec cæteris, nec sibi quos secũ hẽt iusdicere põt, vt ff. de iurisdi. om iud. l. qui iurisdictioni. qđ nõ repellatur, est si lis tpe peritura est; & tunc ad solã contesta. litis, vt ff. de offi presi. l. senatus. & hoc idẽ diximus sup in crimi
47 nalibus causis. † Rõne causę agere ꝓhibetur, qui ex testamento petere libertatẽ intendit, vel aliqd aliud ℈ scriptũ hæredẽ qui pe. hære. iudiciũ suscepit, ne petit. hære. præiudiciũ fiat, vt C. de
48 peti. hære. l. si quis libertus. & ff. de actio & obli. l. qui cũ. † Itẽ repellitur, q causę cõtinentiã diuidit, vt C. de iudi. l. nulli. vel qui minoris causę qõnem facit, vt ff. de iudi. l. per minorẽ. ff. de in
49 inte. resti. l. scio. † Rõne sui & aduersarii ab agendo excluditur, patet ℈ filiũ quẽ in potestate hẽt, vel e℈. C. de in ius vocan. l. q
50 in potestate. ff. de iudi. l. lis nulla. † Item dñs ℈ seruum agẽs, vel e℈, vt C. an ser. ex suo fac. l. fi. ff. de fur. l. serui & filii. itẽ ascriptitij
51 ℈ dñm, & forsan e℈, vt C. in quib. cau. con. domi. l. 2. lib. 11. † Itẽ prohibetur pupillus cum tutore, adultus cum curatore, vel e℈: cum ij intendunt directam, vel ℈riam actionem, tutelę vel curę, vel neg. gest. nondum finita administratione, prohibentur eĩ experiri. ff. de admi. tut. l. cum plures. in princ. & l. actus. & ff.
52 de tut. & rat. distr. l. tutor si reipu. causa. §. 2. † Itẽ prohibẽt etiam filius emancipatus, vel libertus famosam actionem, quæ pudorem sigillet, ℈ patrem vel patronũ intentare, vt ff. de in ius voc. l. sed & si. §. pen. item prohibentur dictę personæ postulare ad-
53 uersus patrem & patronum, vt C. qui & aduer. quos. l. fi. † Rõne sui & iudicis prohibetur agere, qui coram illo iudice experitur, cum quo degit, vt ff. de of. præsi. l. senatus. & ff. de iurisd. om. iud.
54 l. qui iurisdictioni. † Itẽ si pater ℈ filium, vel e℈ de famosa actione, ut ff. de iudi. l. in priuatis. uel si ex l. Cornel. de iniurijs experiatur corã socero, genero vitrico, priuigno, sobrino, ꝓpriove, quive affinitate cõiunctis coram patrono proprio, parenteve
55 suo, ut ff. de iniu. l. lex Corne. j. respon. † In ciuilibus autem, si pater uel filius sit delegatus iudex non repellitur, ut ff. de iudi. l. in priuatis. Sinautẽ ordinarius bene repellitur, ut ff. de iurisdi. om.
56 iud. l. qui iurisdictioni. † Ratione iudicis & aduersarij actor excluditur, si eum conueniat coram inimico rei, uel coram suspecto iudice, cum suspecti & inimici iudicis semper sit licitũ declinare iudicium, ut C. de iudi. l. apertissimi ff. de libe. cau. l. si pariter. & in decre. 4. q. j. c. quia suspecto. & C. si quacũ. prædi. potesta per totum. † Itẽ si clericus, uel laicus conueniat aliũ clericũ
57 coram ciuili iudice, ut ĩ auth. ut cle. apud propr. epis. & in auth. de san. epis. §. si quis ℈. & C. de epis. & cle. auth. causa. & auth. clericus. † Item generaliter dico, ꝙ si aliquis aliũ conueniat apud
58 non suũ iudicẽ, ꝙ conuentus non tenetur rñdere, nemo. n. cogit in nõ suo foro rñdere, cũ semp actor rei forũ debeat sequi, ut C. de iurisdi. om iud. l. iuris ordinẽ. & l. in criminali. & C. ubi in rem. ac. l. fi. & in decre. 3. q. 3. c. pulsatus. ff. ne quis eum qui in
59 ius uocan. est ui exi. l. 2. † Item repellitur quis si superiorem, uel patrem, ante minorem uel ęqualem iudicem uelit conuenire, ut ff. ad treb. l. ille a quo. §. tempestiuum. ff. de iurisdi. om iudic.
60 l. est receptum. ff. de arbi. nã magistratus. † Rõne iudicis & causę ab agendo repellitur qui de liberali causa agere intendit coram arbitro, iudiceve pedaneo, ut C. de peda. iudi. l. 2. ff. de iudi. l. quorum. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. de liberali causa. uel si cãm ingenuitatis, uel liberalem uelit priuatus apud rõnalem inter se & fiscum agitare, ut C. ubi cau. sta. ag. opor. l. ꝓcurator. & l. pen. C. ne de sta. defun. l. si pater. uel si de maiori quantitate trecentorum solidorum agat apud defensorem locorum, ut in auth. de defen. ciui. §. audient. Idem in similibus, ut ff. de iurisdi.
61 om. iudi. l. si idem. C. de appella. l. in offerendis. † Item repellit, si aliquis quem uocauerit coram eo iudice, qui in eadẽ causa patrocinium præstiterit, ut C. de assess. l. ulti. & ff. de iud. l. prętor.
62 † Item repellitur qui causę recursum facere nititur ad eũ, qui in eadem causa bene uel male semel iudicauit, ẽt si *fuerit* appel
63 latum, ut C. de appellat. l. eos. in prin. † Item repellitur, qui restitutionem impetrare conatur apud iudicem, qui tribunali non præest, uel ab eo qui a principe delegatus non est, ut C. ubi & apud quos in integ. resti. pe. l. fi. uel qui prædictã cãm in integrũ resti. ℈ maiotũ, eorũ q; delegatorum snĩas apud minorem proponere nititur, ut ff. de mino. l. minor autem. & C. ubi & apud quos. l. j. Item etiam in appellationibus, quæ gradatim faciẽdæ
64 sunt de minore ad maiorẽ, ut ff. de appel. l. j. §. fi. † Ratione causę & aduersarij declinatur iudiciũ, ut si impuberi nunc moueat status quæstio, quæ pupillo non expediat intentari, ut ff. de car-
65 boni. edic. l. carbonianum. & l. j. & 2. C. de ordi. in l. 2. † Ratione modi tantùm quis ab agendo repellitur, puta si incompetẽter agat, qđ facere eum opinor, ueluti si actor nõ edat, uel obscure edat, uel prorsus incõpetenter, puta si actione furti uelit rei dominiũ uendicare, ut ff. de eden. l. j. C. de for. & impe. act. sub. l. fi.
66 qa hodie editionẽ actionũ putamus superuacuã. † Itẽ ab agendo repellitur, qui libellũ nõ offert, agentis cãm plenissime diluciderq; continentem, ut C. de lit. contest. auth. offeratur. & etiã
67 in libello propositam. † Item repellitur actor, si rei quam petit, certam designationẽ non faciat, dicẽdo signa atq; rei indicia, & utrum totã, uel partem, uel quotã petat, ut ff. de rei uend. l. si in rem. & ff. depo. l. j. §. si qs argentũ. & ff. de fur. l. in actionibus.
68 † Ratione ordinis excluditur, qui cam postponendam præponit quæstionẽ præiudicialẽ postponendam, ut C. de hære. act. l. ut debitũ & C. ubi in rẽ act. l. 2. & C. de ordi. cog. l. si reus. & ff. de iudi. l. si de ui. & C. de appel. l. pen. C. de rei uẽdi. l. ordinarij. C.
69 de inter. l. incerti. † Itẽ ratione ordinis repelli puto creditorem, qui prius fideiussorem quã principalem præsentẽ & idoneũ & soluẽdo ad iudicium uocauit, ut in auth. de fideiuss. in prin. quę

posita

Source : BIU Cujas

70 posita est.C.de fideiuſ.auth. præſente. † Ratione loci potest repelli actoris intentio per hanc cauillationem,ſi actor agere fatigat non in tribunali,ſed in popina,vel in lupanario,ſeu in quouis alio loco,vbi more maiorum ius reddi non conſueuit, vt ff. de arbi.l.ſi cum dies.§.pen.ff.de iuſti.& in.l.pen.ff.de iudi.l.ſi lon
71 gius.C.de dilatio.l.a procedente.C.quo & quando iud.l.ſi vt ꝓponis.vel ſi agat in forma non cõpetenti, prout ratione iudicis diximus impediri ſupra. † Ratione temporis repellitur quis, ſi conueniat aliquem,dum ſacra facit, dum equo publico vehit, dum vxorem ducit,vel dum nubit, vel dũ de cauſa cognoſcit, vel apud maius tribunal cauſam agit, dum funus ducit familia-
72 re,& quædam alia quæ cõtinentur.ff.de in ius vocan. l.2. † Imò per 9.dies lugubres non debẽt affines,aut fideiuſſores in ius vocari,vel aliàs inquietari,vt in authen.vt cum de appel.co §.pen·
73 & in authen.vt defun.ſeu fu.per totum. † Item ratione temporis repellitur agens, puta ſi agat diebus feriatis,quib. non debet quiſquàm in ius vocari, vt ff.de fer.l.j. C.de fer.l.omnes.ff.ſi qs in ius voca.non ie.l.2.in fin. Vidimus compendioſe, quib. modis,& quibus cauillationibus actoris intentio repellatur cũ ſuo nomine deſideret litigare,nunc videamus qualiter excludatur
74 qui actionem intendit nomine alieno. † Agit itaq; nomine alieno quis aliàs officio publico,vt tutor & curator,aliàs priuato,vt procurator & negotiorum geſtor.ſi igitur tutor vel curator illorum nomine quorum negocia gerit actionem intẽdat, repellitur,ſi ſolenniter non fecerit inuentarium, vt C.arbi.tute.l.fin.ff.de admi.tuto.l.tutor qui.in princip. vel ſi non cauerit idonee rem pupilli ſaluam fore, cum non fuerit teſtamẽtarius, vel cum inquiſitione datus, vt C.de tuto. & curato. qui ſat. non de.l.3.§.fin.& C.in quib.caſib.in integ.teſtit.non eſt ne.l.tutor. ff.de tutel.l.muto.§.j.vel ſi ei qui agit adminiſtratio non fuerit commiſſa,vel in ſolidum,vel in parte,pro qua agit, vt ff.de adminiſt.tuto.l.ſi duo.& l.tertia.§.j.& ff.de ſolu.l.quæro.vel ſi cautionẽ de rato nõ præſtat,ſi dubitet,an ſit curator vel tutor,necne,vel an geſtio ſit commiſſa ei,vt ff.de adminiſt. tuto.l.vulgò.
75 † Item generaliter repelluntur omnes tutores & curatores ſi præter ꝓdictam ſatiſdationem & iuramentum non præſtarent de rebus pupilli vel adulti fideliter adminiſtrãdis, ſcilicet vtilia faciendo & inutilia ꝓtermittẽdo, vt C.de epiſcopa. audien.l.de creationib.& in authen.de his qui ob.ſe perhi.re.mi.§.j.& C.de
76 curato.furio.l.fin.& ff.de ſolu.l.quæro. † Item repelluntur, ſi tutores vel curatores eſſe non poſſunt, puta quia ſunt minores. 25annis,vel aliàs indigerent alterius cura,vt C.de leg.tut.l. fin. inſtitu.de excuſa.tuto.§.pen.& fi.vel mulier,vt ff.de tute.l.fi n.& de regu.iuris.l.fœminæ.liberorum tamen & neptum auiæ matresq; tutrices eſſe poſſunt,vt C.quan.muli.tut.offic.fun.po.per
77 totum. † Item repelluntur,ſi fuerint debitores, vel creditores eorum,quorum tutelam gerunt vel adminiſtrant, vt in authẽ.
78 de his qui ob.ſ.per res mino.§.j. † Item repelluntur,ſi minus legitimè dati ante confirmationem experiantur, vt C.de confirma.tut.l.j.& 2.vel etiam poſt confirmationem, ſi minus legitimè facta eſt confirmatio,vt ff.de cõfirma.tuto.l.naturali.§.j.puto quoque ab agente remouendum tutorem vel curatorẽ ſuſpectum poſtulatum,uel iam remotum,vel cui eſt iam admini
79 ſtratio interdicta,ut ff.de ſol.ꝙ ſi forte.§.j. † Quid de orphanotrophis,& de prælatis eccleſiarum, uel vniuerſitatum nomine, cum hi omnes legitimam adminiſtrationem habeant.Reſpondeo,hi omnes generaliter excepti remouentur, ſi tales etiã negentur,niſi probetur uerum,ſed orphanotrophus repellitur, ſi turpis perſona ſit,uel ſuſpectæ uitæ, ut ff.ſoluto matrim.l.ſi cõſtante.§.eò autem tempore.uel illud forte in dote ſpeciale eſt, argumen.ff.ſoluto matrimo.l.j.item repelluntur huiuſmodi ꝑſonæ,ſi ſit interdicta eis adminiſtratio,uel aliàs ſint ab ea ſuſpẽſi,ut ſupra diximus de tutore,& curatore & actore, ut in decre. in 3.quæſtio.2.c.3.& argumen.ff.de euictio.l. uendicantem.& C.vnde vi.l.meminerint.

Quibus exceptionibus repellatur procurator, vel ſyndicus, uel actor. Rubrica.

Reſtat autem de his qui ex priuato officio agunt nomine alieno tractemus,poſt tractatum eorũ qui ex
80 publico officio aliorum negotia explicant.† Procurator igitur repellitur,ſi non habuerit generale uel ſpeciale mandatũ.multo fortius ergo qui nullum habet mandatum,ut C.de procurato.l.maritus.& de negot.geſt.l.tutori uel curatori.& ff.de pact.
81 l.maiorem.& ff.de mino.l.illud.§.fina. † Item repellitur excluſus procurator exceptione & ſi mandatum habeat, nec illud ꝓbauit,ut C.de procu.l. exigendi.intelligo etiam ſi ſatiſdare de rato uoluerit,vt ff.de adminiſtt.tuto.l.qui ita.& ff.de ſuſpe.tut. l.ſuſpectus. nec puto diſtinguendum quibus uerbis vſus ſit excipiens reus, ſcilicet vtrùm dicat nego te habere mandatum, uel dubito,quod ergo dicitur, quòd debet cauere de rato, vbi dubitatur de mandato,ſic intelligo,ſcilicet ſi reus cautione cõ-
82 tentus eſſe voluerit, † Excluditur itaque ab agendo procurator, ſi reo de ſatiſdatione contento nolit de rato cauere, niſi mandatum probet,ut C.de procurato.l.prima.ff.vt in poſſeſſio. legat.l.quarta. §.ſi procurator.ff.de mino.l.quòd ſi minor.ff.de procurato.l.non ſolùm §.j.ff.de damno infec.l.inter hos. §.fin.
83 † Item alieno nomine agens repelli poteſt, ſi defenſionem vel defenſionis ſatiſdationem præſtare noluerit. C. de procurat.l. actionem.C.de ſatiſd.l.j.ff.de procurato.l.non videtur. & l.mu-
84 tus.§.pena.† Item non admittitur,ſi re integra mors mandãtis interceſſerit,vt inſti.manda.§.rectè.ff.manda. l.inter cauſas.§.j. & l.ſi præcedente.in prin.ff.de iudi.l.de qua re.§.fin.vel ſi aliter mandatum fuerit finitum,adhuc puto procuratorem repelli, etiam ſi mandatum habet,ſi tamen de iure procurator eſſe nõ poteſt,vt minor 25.annis,vt C.de procura.l.exigendi.ff.de procurat.l.ſi minor.in prin.& ut mulier.ff.de reg.iur.l.2. C.de procurat.l.qui abſentem.& l.qui aliena.& ff.de procur. l.ſi minor. niſi pro parentibus interueniat, cum non ſit qui agat, vt ff. de procur.l.fœminas.& furioſus.ff.de procur.l.2.& l.mutus.& mentecaptus,& prodigus,& cui bonis interdictum eſt, vt ff. de reg. iur. l. 2. & ſurdus. ff. de procur.l.mutus.& potentiores,vt C ne li.po.l.j.& miles,vt C.de procur.l.milites.C.de condi.ob cau.l.ſi mulier.& curialis.C.de decurio. l.ſi quis clericus, vt in auth. de ſan.epiſ.§.cum autem.& ſeruus,vt C.de iud.l.ſeruus & fiſcus,vt C.ne fi.vel reſp.per totum,& accuſatus accuſatione pendente,
85 vt C.de procur. l.rerum. & maiores magiſtratus, & hi qui ſine fraude in ius vocari non poſſunt,& qui per eos litigare neceſſe habent,vt C.de procur.l.penult. † Item repellitur procurator, ſi ab eo fuit conſtitutus, qui procuratorem non potuit creare, puta a minore 25.annis ſine tutore vel curatore, vel eccleſia, uel ab eo qui de ſtatu ſuo litigat, & ex poſſeſſione ſeruitutis ad libertatem,an ſi fuerit conſtitutus a procuratore ante litis con-
86 teſtationem.† Item ſi conſtitutus fuerit a furioſo,mentecapto, prodigo,poſt interdictum bonorum ſuorum factum, & generaliter ab omnibus his qui rerum ſuarum non habent adminiſtrationem liberam,vt C.de procur.l.neque.& ff. de proc. l.ſeruum.in prin.& de aſſe.toll.l.j.& C.de proc.l.quod qui. & l.nullam.& l.fin. † Item ab agendo repellitur procurator,ſi mandati fines egrediatur,vt C.de procurat. l.ſi procurator. Item ſi res
87 agenda mandetur,quę per procuratorem expediri non poteſt, vt cauſa liberalis,præterquam in caſu quem diximus. ff.de procurato.l.licèt.& l.non cogendum.§.qui ita.ff.de procur.l.Pomponius.& venia ętatis impetranda,ut C.de his qui ven. ętat.impetr.l.2.& a populo publici criminis accuſatio, ut ff. an per ali. cau.appellat. red. poſſ. & ff. de publi. iudi.l.penult.& ſimi.Quid
88 ergo dicemus in actore uel ſyndico uniuerſitatis. Reſpondeo, tales repelli poſſunt,ſi non a duabus partibus fuerint ordinati,
89 ut ff.quod cuiuſq; vniuerſi.nomi.l.item eorum.§ j.& 2. † Item ratione ſuæ perſonæ actor eſſe non poterit,ut miles,ut C.de ꝓcurato.l.milites.niſi ſui iuris cauſam dicat & procuret, ut ff. de procurato.l.filiusfamil.§.ueterani.& ff.de re mil.l.miles.§.fina.
90 † Idem puto in clerico,ut 16.q.j.c.de præſenti.& q.3.c.nouam. Immo in cauſa eccleſiaſtica repellitur, ſi laicus fuerit ordinatus, ut C.de epiſco.& cleri.l.omnes.§.hoc autem. Item repellitur, ſi non per epiſcopum in cauſa fuerit conſtitutus, ut C. de
91 epiſc.& cler.l.omnes qui. † Item actor ſiue ſyndicus uniuerſitatis excluditur, ſi non caueat ut procurator,ut ff.quod cuiuſq;
92 uniuerſi.nomi.l.item.§.j. † In ſumma dicimus actorem ſiue ſyndicum repelli,ſi ab ea uniuerſitate cui creare non licet fuerit cõ-
93 ſtitutus, ut ff. quod cuiuſq; uniuerſitat. nomi.l.j. † Omne enim collegium, ſiue corpus eſt prohibitum, niſi reperiatur conceſſum legibus,ut ff.de colleg.illici.& corpo.l.3.Nec opponat quiſquam, quare de his ſcripta dicimus: quia ꝓcurator legitimam & quaſi ordinariam adminiſtrationem habeat, ſyndicus uerò uel actor demandatã,hoc ideo eſt: quia quum procurator fungatur partibus actoris, id ſolũ exequi debet quod ei ſit demandatum: ſi ergo formam egrediuntur, repelluntur, ut ff. quod cuiuſque uniuerſita.nomin.l.item eorum.§.primo.

FRANCISCI CVRTII SENIORIS,

De Iureiurando propter calumniam.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ regulariter in omnibus cauſis præſtatur.*
2 *Iuramentum calumniæ in ciuilibus eſt de credulitate, & lite conteſtata fit. Iuramentum de calumnia qualiter ſe habeat in criminalibus.*
3 *Iurare de calumnia quando non oporteat.*
4 *Notoriũ iudici dicitur, quicquid ex proceſſu, & ꝓbationib. factis reſultat. Probatio in notoriis redundat. Ius eſt ſemper certum.*
5 *Probationibus tempus parti non currit, quãdiu pars altera, quæ de calumnia inrare debet, non iurat.*
6 *Diſputatio exceptionum admittendarum vel non impedit curſum termini dati per iudicem ad illas probandas, & idem de capitulis.*
7 *Iuramentum calumniæ cur introductum.*

Source : BIU Cujas

Franc.Cur.De iureiur.propter calum.

Vtilitass publica versatur in litibus abbreuiandis.
Iurari de calumnia in causis voluntariæ iurisdictionis an debeat.
8 *Iudex inquirens ex officio an debeat de calumnia iurare.*
Instantia super articulo causæ contradictorio ante litem contestatam an detur.
9 *Instantia legitimationis personarum etiam decennio non perit partibus ante litem contestatam contradicentibus.*
Instantie in specie tot sunt, quot actus iudicij, sed vna in genere est in ciuilibus triennalis.
10 *Lis super quo contestanda.*
11 *Instantia an detur petita executione publici instrumenti executionem paratam ex statuto habentis.*
12 *Executiuis an sit dare instantiam. 16.*
13 *Executio sententiæ quot modis imploretur.*
14 *Instantia an cadat in quibus lis non contestatur, nec quasi.*
Iudicis officium est perpetuum.
15 *Actus litem contestatam sequens quando contestationis litis effectum operetur.*
Petitione in causa, qua summarie proceditur, opus est quali quali iuxta cuius formam sententia feratur.
16 *Causæ executiuæ an æquiparentur summariis.*
17 *Dispositio fauore publico extendenda.*
18 *Tortura quando & in quibus infligenda.*
19 *Cautela assessorum circa torturam, vt confessi non appellent.*
20 *Scripturam priuatam falsam ad causæ probationem facientem producens an puniendus ac si falsum produceret instrumentum.*
Instrumentorum appellatione an veniant apodissæ, & priuatæ scripturæ.
21 *Iudex quot & quas solcat dare dilationes.*
22 *Argumentum ex allusione vocabuli quando procedat.*



1 N omnibus causis. Summate & diuidite vt hic per Bar.† No. primò, quòd in omnibus causis regulariter præstatur iuramentum calũnię, siue sit causa ciuilis, siue criminalis, omissa disputatione gl. quia hodie est casus rotũdus in c.j.extra eod.titu.& per hoc remanebit expedita glo. sed secundum Bald. & Salic. † in ciuilibus iuramentum calumnię est de credulitate, non autem de veritate. l.2.in princi.infra eod. In criminalibus verò est potius de veritate. Secundò in ciuilibus iuratur post lit. contesta.d.l.2.sed in criminalibus accusator iurat statim accusationem esse veram, dum illam porrigit, & reus iurat respondendo de veritate dicenda, & est communis practica, & cõsuetudo secundum Bar.hic, & nemo pungit, sed inuenio Bart. met in l.is qui reus.circa 7.col.ff.de pub.iudi.dicentem, quòd quando accusatus comparet, iudex facit eum iurare de calumnia, ꝙ non se opponit animo calumniandi, & idem sentit Bart. in l.j. ff.de
3 bo.eo.qui mor.si.consci.† No.secundò ex tex.ibi necessitas probationis incumbit, sumpto ar.à cõtrario sensu secundum Bal. in casibus, in quibus nulla probatio requiritur, non est iurandũ de necessitate de calũnia, & iõ in notoriis, vel vbi proceditur in confessum, vel vbi ius est certũ; quia nõ sit quæstio facti, immo tantum resultet quæstio iuris facto probato non exigitur iuramentum calumniæ, ita decidit Specu. in titu. de iura. calum. in fi.versic.quid si emptor.& sequitur Bald.hic, & in l. at qui natu-
4 ra.§.cum me.absente.ff.de nego gest. † quicquid constat iudici ex processu, & probationibus factis idem dicitur notorium iudici. Ang.in l.fin.ff. de pe. hæredi & notoria non egent probatione.glo.no.in l.j.supra qui & aduersus quos. Ratio est in prõptu; quia ius est semper certum.l. ornamentorum. ff. de auro & argen. lega. & ideo perpetuò signate memorię ad defendendũ processum & amicum. No.tertiò ex tex.ibi non aliter compel-
5 li, hic esse tex.dignum memoria secundum Bal.& Sali.† ꝙ quãdo quis tenetur iurare de calumnia; vt quia petitum fuit, vt iuraret, & ille differt iurare, ꝙ nunquam currit alteri parti tempus datum ad probandum. Ex quo infert Bald.quia communiter ex forma statutorum cauetur, quòd quælibet pars teneatur respondere positionibus cum iuramẽto calumniæ, quòd si fiãt positiones, & pars differat respondere, quòd nunquã terminus statutus currit, & pari modo iudice statuente terminum ad probandum aliquas exceptiones, si disputatur, vtrum exceptiones sint admittendę durante illa dispositione, non currit terminus datus ad probandum, & ad hoc quotidie in practica allegatur Bald.hic, & voluit glos.singu.in clem. sæpe. in versi. post dationem. de verbo. signific.Specu.in titu. de dila. §.j.versi.sed nunquid currit.Bald.in l.si cum ipse.ff.de excusa. tu. Bald. & docto. in l. contra maiores infra de inoffic. testam. Angel. in l. Paulus. § hæres.ff.de vsu.& sequitur Salice.& Moder.hic. Cyn. Bald. & Salice.in l.fin.infra de adu.Bald.in l.fin.in 9.colum.ff.de feriis.& sequitur Pau.de Cast.ibi,& Rom.Bald.Imo.& Roma.in l.quandiu, tertia. ff. de acquiren. hæredi. vbi dicunt Bald. Imo.& Ro-
6 ma.† quòd si iudex assignauerit actori terminum ad probandum, & productis capitulis disputaretur, an illa essent admittenda, quòd pendente disputatione nũquam curret terminus probatorius, & pro casu isto bene facit, quod not. Bald.in l. prima. §. fin. ff. de edend. quòd si quis tenetur edere instrumenta, vel producere aliquam scripturam semel in iudicio productam, quòd ego non tenebor prosequi, nec curret mihi aliquod tempus, antequam ipse edat & producat, & ideo not.ista perpetuò; quia infinitis vicibus practicantur. Not.quartò ex text. ibi. nam
7 sacramenti timore rationem hic esse expressam † quòd ideo Imperator voluit præstari iuramentum calumniæ, vt timore sacramenti contentiosa litigantium instantia compescatur, & sic ob publicam vtilitatem, ne diu lites protelentur, argu.l. properan.infra de iudic.& meritò Bald. hic ponderauit ista tria verba. primò verbum contentiosa, quasi velit in causis voluntariæ iurisdictionis non iurari de calumnia, & sequitur Pau. de Cast. allegando Specu. Secundò ponderat verbum litigantium, quasi velit secus esse in iudice inquirente ex officio; quia non dicitur litigare, quàmuis mediante iudice grauetur inquisitus ad
8 aliquid probandum † tamen iudex non iurabit de calumnia; quia non est litigator, ita Specu.in titu.de calum.§. primo. versic. quid si in causa; quia non præsumitur iudex calumniari, & iura præsumunt pro iudice, text.est solennis quem allegat Bald. hic in l.2.supra de offic.ciui.iudi. Tertiò & melius ponderat verbum Bald.instantia, quia tex.iste etiam loquitur ante litem contesta. quòd hic videtur text. rotundus, quòd quilibet articulus causæ emergens etiam ante litem contesta. habet propriam instantiam, & ideo infert, quòd vbicunque est contradictio; quia partes contradicunt inuicem, respectu illius articuli, in quo cõtradicunt, dicitur habere instantiam, quamuis respectu totius causæ ad hoc vt possit ad diffinitiuam sententiam perueniri nõ detur instantia nisi post lit.contesta. vel pro cõtestata habitam,
9 ita Bald.& Pau.de Cast.hic.† Antequam vltra progrediar scitote, quòd si super legitimatione personarum ante lit.contesta. partes decem annis litigarent & contradicerent, non periret instantia illius legitimationis, ita elegãter decidit Bald.in l.post edictum.§.circunducto.ff.de iudic. Secundò scitote, quòd quilibet actus iudicii dicitur habere suam instantiam in specie, sed in genere vna est instantia triennii in ciuilibus, & ideo magis in specie scitote, quòd super except. & contradictionibus non est inductum, quòd lis contestetur, sed solum super negocio &
10 libello principali; † quia si esset lis contestanda super exceptionibus, oportet necessariò ferri tot sententias, quot essent excepti.& contest.litis.istud colligitur ex verbis Bart.post glo. in l.j. de lit.contesta.& ex verbis doc. reprobantium glo.hic in c.prudentiam.§.sexta.extra de offic. delega. & ex verbis Alexand. in l.properan.in princi.infra de iudic. His sic præmissis infert Bal. ex text.nostro ad statuta dicentia, instantiam finiri lapsu 40.dierum vtilium, vt in hac ciuitate, & quòd instrumenta publica habeãt executionem paratam, sicut sententiæ diffinitiuæ, si aliquis peteret executionem instrumenti,& pars opponeret multis exceptionibus contra petitam executionem, lis ventilaretur
11 in contradictorio iudicio; † quia ista quæstio solet quotidie in iudic. & palatiis formari secundum Bald. hic, ideo Bald. arguit ad partes. Primò sicut post rem iudicatam non est dare instantiam, pari modo nec post petitam executionem publici instrumenti. Secundò arguendo decidit contrarium per text.nostrũ hic; quia cum iuran. sit de calumnia, & contradictio partis interueniat, certè erit instantia, & istud dicit esse expressum hic, tamen iste text nihil facit; quia loquitur de instantia solicitudinis, & non de termino instantiæ; tamen Pau.de Cast. hic exclamat istam decisionem Bald.hic, & illam etiam sequitur in l. secunda. §. quod obseruari, declarando vnam glos. ibi infra eod. & idem voluit Bald.in l.j. §.j. ff. si quis ius dicen.non obtem. & sequitur Roma.per quatuor argumenta consi. 174. incipi. amplissime doctor, vbi ausus est dicere, quòd ista est firma conclusio, sicut Deus est, & sicut ipse erat in mundo; & idem sequitur Alexan.in d.l.properandum.in princip. & consi. 262.incip. visis actis causæ, vbi inquit, ꝙ & legendo & cõsulendo semper
12 istam partem tenuit. † Et ponderate quod do.Alex.simul & semel in sua decisione accumulat & parificat causas summarias, & executiuas, & idem tenuit Pet.de Ancha.in l.nostra, referens se de facto ita obtinuisse, & ita consuluisse Bald. vt refert Alex. in l.properan.in princip.infra titu.j. contrariam sententiam tenuit Bart in l.litibus.per text.ibi infra de agri.& censi.lib.11.mouetur; quia in executiuis non cõtestatur lis, & ideo non est dare instantiã, & istam opi.sequitur Ang.in l.j infra qñ prouo.nõ est ne.& Ang.Are.in l.ab executore.ff.de app.& in l.intra dies.ff.de
13 re iud.ego aũt in hoc passu semper fui in ista opi. † quia duobus modis põt implorari executio sententiæ vt plene declarat Bar. & omnes in l.intra dies.ff.de re iudi. Ang.in l.4.§.si ex conuentione, eo.tit.& plenius Ang.in reper.l.j. infra de iudi. & isto casu non requiritur libellus. Bal.in l. ab executione infra quorũ app. nõ reci.& in l.fi.infra de edi.diui Adri. tol. Bar.& Ange.in locis allegatis. Secundo modo põt implorari executio sniæ intẽtata actione in factũ, & hoc modo opus est libello, & cõtest. lit. fm

Ang.in

Source : BIU Cujas

Angel.in repe.d.l.j.Barto.& omnes in locis allegatis, & ideo videtur mihi,quòd primo casu,vbi imploratur officium iudicis, tunc causa executiua non habeat instantiam, & ita tenet Cy. in dicta l.ab executione. & ita etiam Bald. in l.consentaneum. in fin. infra quomodo & quando iu. & ita sequitur Roma. in rubri.de arbit.circa medium, & primo loco voluit Bald. in l. tale pactum.§.qui prouocauit.in 10.q.ff.de pac.& in l.2.infra de exe
14 cutio.rei iudi.† quia licet sit quidam modus litigandi in executione sententiæ; tamen non dicitur habere instantiam, ex quo non contestatur lis nec quasi,nec mirum:quia officium iudicis est perpetuum.glos.singu.in l.sicut,infra de præscrip. 30. anno. & ita etiam tenet in proposita practicus Papien.in forma libelli executionis sententiæ,in fin.& plus voluit Guil.de Cug. doct. antiquus in dicta l.properan.in princi.quò ita seruatur de consuetudine.& iam sunt,30.anni,quòd ita consului Sauonæ. Nec est bonum argumentum tenentium contra Bart. quòd vbi nõ contestatur lis, statim quòd incipitur tractari de meritis causæ, primus actus,qui solet sequi post litem contesta.in meritis causæ operatur effectum contestationis litis.l.nihil. & l. nulla. vbi no.Cyn.Barto. & omnes & ibi dixi supra de procura. Bart. pulchrè in l.ab executore.§.finali.ff.de appella.& in dicta l. properan.§.& si quidem.Bald.in addi. Specul. titul. de arbit. & meritò
15 Angel.cum misterio in l.seruus.ff.de insa.appellat quasi instantiam, quia istud procedere posset in causis summariis,vbi est necessaria prolatio sententiæ;quia licèt procedatur sine figura iudicii, & summarie,tamen in causa, in qua proceditur summarie,opus est quali quali petitione, iuxta cuius formam sententia possit ferri,vt est text.in clemen. sæpe.de verbo. signific. sed non est sic in causa executionis sententiæ implorato officio iudi.& pari modo implorata executione publici instrumenti habentis virtutẽ rei iudi.ex forma sta.& ideo diuersa est causa sum
16 maria ab executiua:† & in hoc errauit dom. Alexand. æquiparando executiuas causas summariis. Secundo verò casu vbi petitur executiuo sententiæ per actionem in factum, tunc teneo causam executiuam habere instantiam,ex quo offertur libellus & lis contestatur, & istam meam distinctionem collegi ex verbis Bald.in l.2.infra de execu.rei iudic.quem sequitur Roma. in rubri.de arbit. & ita legendo & consulendo trãsiui. Cogitabam tamen,si.nunc attentari posset & distingui,aut in causa executionis sententiæ & instrumenti opponitur exceptio impediens executionem, & causam cognoscibilem reddens, & tunc in ea sit dare instantiam,sic militante ratione text.in dicta l.properã. ne lites protelentur: & isto casu loquitur Bald. hic dum se fundat per text.nostrum,vbi præstatur iuramentum calumniæ,vbi requiritur probatio:& ita loquatur Alexand.in dicta l.properã. aut vel vero non opponitur in executione aliqua exceptio,vel non admittitur seu reiicitur. Et isto casu perpetuò possit officio iudicis executio sententiæ vel instrumenti implorari: & est satis æqua distinctio inter has opin. sed non recederem à mea
17 distinctione, & si quis dixerit † quomodo respondebimus ad arg.Alexand.in dicta l.properan. quòd fauore publico dispositio extendatur,vt ibi per eum; quia ego respondeo, quòd cum implorata executione officio iudic. nec lit. contesta. nec quasi locum habere possit, vt declaraui, ergo est impossibile, quòd fit dare instantiam: quia vbi non conueniunt verba legis, nec dispositio:& ista mihi videtur veritas.No.vltimò ex text. quòd ad torturam non debet perueniri, nisi quando deficiunt aliæ probationes. & ideo stantibus probationibus apertis,iudex de-
18 bet procedere ad condemnatoriam & non ad torturam,† & istud debet animaduertere officialis secundum Bald.& Pau. de Cast.hic,& Barto.ponderando text.ibi in l.edictum.ff.de quæst. & Angel. Are.in opere malefic. in versic.fama publica, in materia torturæ. versic. 2. quæro an ante omnia. & idem voluit Bald.in l.eum qui.in princip.ff.de iureiuran.& plus Angel. elegauter in suo breuiloquio in l. fin. de quæst. in quarto breuiloquio,quòd consuetudo obseruat,quòd in omni maleficio non deuenitur ad torturam,quando maleficium est leue,sed in grauibus sic, quando aliter veritas exquiri non potest: subiicit ta-
19 men Bald.hic,& in dicta l.eum qui.† quòd cauti assessores quãdo vident etiam probatum delictum, ponunt malefactorem ad torturam illum confiteri faciendo,& perseuerare in confessione ad istum finem,vt confessus non appellet, tamen ex præmissis malefaciunt:& ita tenet Pau.de Cast. hic. Glos. in versic. literas, in fin.licet tex.ponere videatur literas priuatas & instrumenta tanquam diuersa:& bene,facit quod voluit Bald. in l.fi.
20 in j.colum.infra de fid. instrumen. † vbi producens scripturam priuatam falsam facientem ad probationem causæ punitur,ac si produceret falsum instrumentum,& sic licèt in effectu pari modo puniatur, tamen videntur poni tanquam diuersa in tex. nostro,& glo.in vlt.fol.sentit, quòd appellatione instrumentorum contineatur priuata scriptura & apodissa,nec mirum:quia quia dato termino ad producenda instrumẽta, includitur etiã productio priuatarum scripturarum secundum Bal. & Pau.de Cast.hic,& in l.oratione.ff.de fer. vbi vbique allegant Specu. & no.doct.in c.peruenit.j.extra de testa.cog.Pau.de Eleaza.in c.cũ
21 dilectus extra de fid.instrumen.† & refert Pau.de Cast. quòd de consuetudine iudex solet dere duas dilationes, alteram ad proban.intra quam solent produci testes, & alteram ad producen. iura & instrumenta,& ex ista glos.infert Bar.ad not. quæstionẽ, statutum mandat de quolibet debito apparente per instrumentum solui debere gabellam, an debebit solui de scriptura priuata, decidit quòd secundum propriam significationem quæ assumitur ex allusione vocabuli scriptura priuata censetur instrumentum;quia instruit causam.l.notionem. §.instrumentorum.ff.de verbo.signifi.& transeunt Bald. Salice. & omnes hic,
22 subijciente Bart. & doc.istum † communem vsum loquẽdi esse probandum de necessitate, dum pauloante dixerunt, quòd de communi vsu loquendi appellatione instrumenti non continetur scriptura priuata,& istam doctrinam Bart.sequitur Ro. consi.23.& sic transeunt omnes,mihi videtur,ꝙ ar.Bar.nõ procedat ab allusione vocabuli;quia non prncedit arguendo affirmatiuè,sed negatiuè sic soleo dicere in l.2.§.appellata. ff. si certa. Quærit etiam Bar.& post eum omnes, si opponatur contra scripturam vel instrumentum,quis teneatur probare, distinguatur vt per Bar.hic & bene.

SVMMARIVM.

1 *Iurare de calumnia semel super tota causa an sufficiat.*
2 *Iurare de calumnia specialiter eminens periculum cogit post generale iuramẽtum.*
3 *Positiones in non iurando specialiter de calumnia post generali iuramentũ pro confessis non habentur.*
Iuramentum malitiæ post iuramentum calumniæ quando possit per iudicem ex suo officio exigi.
4 *Testis qui repetitur super dicto obscuro, an teneatur iterum iurare, si semel iurauit generaliter super capitulis,& tota causa.5.*
Citari pars an debeat ad verbi obscuri repetitionem in testibus.
5 *Declarans nil noui facit.*

Hoc sacramentum. Iuramentum prestitum generaliter semel suffi-
1 cit,ac si esset præstitum super quolibet articulo.hoc dicit. † No. ex isto tex.quòd semel tantum iuratur de calum. super tota causa,& tale iuramentum generale comprehendit quemlibet articulum causæ.stat ergo pulchra dubitatio, an ista authẽ. ex toto corrigat.l.j.supra eo.vbi dicebatur super quolibet articu.iurandum esse.sol.secundum Bar.& communiter doct.l.j. non corrigitur per istam auth. nisi tantum in his quæ contingerent post litem contesta. & post præstitum iuramentum calumniæ generale,sed in his quę opponuntur ante litem contesta.iuratur etiã hodie super quolibet articulo,& qualibet exceptione,&in hoc non est correcta.d.l.j.ita Iaco.But.Cy.Bart.& communiter do-
2 cto.† & plus voluit Richar.Malum.quòd etiam d. l. j. remanet incorrecta post præstitum generale iuramentum cal. & post litem contesta.vnico casu posito in d.l.j. in fi. quando quis peteret testes torqueri; quia tunc specialiter iurare teneretur, eo ꝙ agatur de eminenti periculo secundum Richar. Malum.Salice. Fulgo.& Pau.de Cast.& istam opin.quòd authen. nostra procedat post litem contesta.& remaneat incorrecta.d.l.in occurrentibus ante litem contesta.declarat Bar. & omnes in l. iusiuran. ad pecu.§.qui iusiuran.ff.de iureiurãdo.& per ista infert Bal.hic
3 † quòd si quis iurauerit generaliter de calumnia post litem contesta. non tenebitur postea præstare iuramentum super positionibus,& non iurando, positiones non haberentur pro confessatis,& istud est no.in practica. Et licet non teneatur aliquis iurare de calumnia amplius nec de veritate,posteaquam semel iurauit: verum est,si petatur à parte, sed iudex ex officio videns partem tergiuersari,potest quandocunque exigere iuramentũ malitiæ,tex.est nota.in capitulo secundo.in fin.extra eodem titulo,lib.6.& per præmissa infert Bald. & sequitur Salice. & Paulus de Castro,quòd vbicunque testis repetitur ad declarandum dictum suum obscurum,ꝙ isto casu non tenetur de nouo iurare, quamuis à principio testis debeat iurare deponere veritatẽ
4 pro vtraque parte † tamen quando semel iurauit, & postea repetitur ex officio ad declarationem obscuritatis non tenebitur amplius iurare.Et plus secundum doct.præfatos non erit aduersarius citãdus; quia citari debet aduersarius ad videndum iurare testes,non autem debet interesse, quãdo testis deponit in secreto.l.si quando.& ibi no.infra de test.& ideo ad repetitionem verbi obscuri non debet pars citari; quia qui declarat,nihil de nouo dat.l.hęredes.§.si quid post.in fin. ff. de testa. & ita Barto. ibi,istud decidit Bald.clarius in l.fi.infra de testi.Ang.in l.2.ff.de iurisd.om.iud.Innocen.in c.cum super. extra de cõfes.& in c.in
5 quisitionis. extra de accusa. † quia si testis iurauit dicere veritatem super capitulis, & tota causa, iuramentum testis generale trahitur,& extenditur ad declarationem dicti obscuri si repetatur ex officio iudicis,& ideo no.quia sunt quotidiana. gl. vnica ibi in iudicio,ista est vera solu.reprobata prima secundum Bar. Sal.Bal.& doct.post Iac.But.ꝙ in d.l.qui bona. §.pe. non iuratur

Source : BIU Cujas

vniuerſaliter in figura iudicii poſt lit. conteſta, ſicut hic in fin. gloſ.bene dicit.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ generale ad quid inuentum.*
Proceſſus propter iuramentum calumniæ non præſtitum quando non vitietur.
2 *Iuramentum de calumnia an & quando in quacunque litis parte poſſit per partem peti.*
3 *Cautela procuratorum malitioſorum ad reddendum iudicium nullum.*
4 *Iuramentum calumniæ poteſt quandocunque præſtari, & quid ſi fuerit concluſum in cauſa, & nondum iudicatum.*
5 *Arbiter & iudex etiam partibus contradicentibus poſſunt ex mero officio quandocunque pendente lite iuramentum calumniæ exigere.*
6 *Iuramentum calumniæ an poſsit ab alio deferri, quàm à iudice, et quid ſi in iudicis præſentia præſtetur.7.*
7 *Iurare de calumnia recuſans quando pœnas incurrat.*
8 *Omiſſio iuramenti calumniæ petiti an reddat proceſſum nullum.*
9 *Sententia an valeat, quæ pro actore iurare de calumnia renuente fertur.*
10 *Verſantes circa lites omnia mala nouerunt.*
11 *Statutum prohibens iurari de calumnia an valeat.*
Iuramentum calumniæ per conſuetudinem differri vſque ad ſententiam poteſt.
Iuramentum calumniæ reſcripto principis remitti poteſt.
12 *Statuta & reſcripta pari gradu incedunt.*
13 *Aduocati an teneantur iurare de calumnia.*
Aduocati an inſtruere debeant partem ad reſpondendum libello vel poſitionibus, & illi aſsiſtere, & quando.15.
14 *Poſitionum copia parti non danda, ne ante reſponſionem inſtruatur.*
Conſuetudo patriæ ſeruanda.
15 *Aduocatus teſtem inſtruere poteſt de iure, ne ab interrogatore decipiatur.*
16 *Ordo inuerſus quando non vitiet.*
Solennitas leuis non ſolet vitiare.
17 *Iuramentum calumniæ an remittatur parenti & patrono, vel iurare teneantur.19.*
Lex plus poteſt quàm pars in remittendo calumniæ iuramento.
18 *Ius nouum corrigens antiquum an corrigat iuris antiqui ſpecialia.20.*
21 *Dictio, omnis, qualiter ſtet.*
22 *Dictio, omnimodo, iuncta negatiuæ quid importet.*
23 *Poſitionibus an reſpondendum ſit in ſpiritualibus.*
24 *Iurandum de calumnia in quibus cauſis ſit.*
25 *Emptor in iudicio euictionis quid iurare debeat.*

Cum & iudices & litigantes & patroni cauſarū iurare tenētur de calumnia, & ſi ad iudicium venire nō poſſunt, mittendum iuramentum erit domi ad eos. hoc dicit.

1 † Not. primò, quòd generale iuramentum calumnię fuit inuentum ex diſpoſitione. l. noſtræ ad ſolennizandum iudicium, & debere præſtari poſt lit. conteſta. adeo quod non ſufficeret præſtari ante lit. conteſta. nec illud releuaret, licèt iuramentum calum. ſpeciale, & particulare, quod præſtatur in occurrentibus ante lit. conteſta. l. prima. & dixi in authen. hoc ſacramentum ſupra eod. non fuerit inuentum ad ſolennitatem iudicii, vt declarat Pau. de Caſt. hic, & ideo iuramentum generale, quod præſtari debet poſt lit. conteſta. ad ſolennizandum iudicium, ſi petatur à parte, iurari debere de calum. & ſi non iuraretur, proceſſus vitiaretur, & redderetur nullus, ſed ſi pars non peteret iurari de calum. non vitiaretur proceſſus propter iuramentum calū.
2 non præſtitum, † poſſet tamen pars in quacunq; parte litis iſtud petere iurari de calumnia, & pars poterit quandocunque præſtare iuramentum ſecundum Paul. de Caſt. hic per text. in c. j. eo. titul. lib. 6. Teneatis ergo, quòd iuramentum calumniæ cenſetur de ſubſtantia & ſolēnitate iudicii parte petente iurari, adeo quòd ſi omitteret requiſitus iurare, proceſſus redderetur nullus ipſo iure dicto c. j. & ita tenet Bart. in §. ſed quia veremur, infra ead. l. & in l. de pupillo. §. qui hoc. ff. de no. oper. nuncia. Ioan. de Imo. & Moder. in l. qui bona. §. ſi alieno. ff. de dam. infec. & ideo cautelam dabat Iaco. Butr. in dicto §. ſed quia veremur,
3 † quòd malitioſi procur. reſpondēdo libello in fin. reſpōſionis apponebant iſta duo verba, petens iurari deberi de calum. nec poſtea aliter inſtantiam faciebant, ad hoc, vt redderent poſtea iudicium nullum, & exclamat Imo. in dicto §. ſi alieno. ſed ante eum iſtud clare tradit D. Mathe. no. 65. incipien. no. eandem cautelam. vbi pulchre loquitur & reddit cautos actores & reos, & ideo ad eum ſemper recurratis. Et audertas pro condimento † quòd iuramentum calumniæ poteſt quandocunque præſtari, dummodo non foret in cauſa concluſum. gloſ. no. in c. ex literis. extra de iureiuran. quam exclamant Moder. pro ſing. in dicto §. ſi alieno. & bene facit text. cum ibi no. in c. j. eod. tit. lib. 6. & bene facit quod voluit Bald. in c. j. circa fin. ſupra eod. vbi voluit poſt concluſionem in cauſa & antequam feratur ſententia poſſe iudicem ex officio iuramentum calum. exigere, ne in futurum ſua ſententia reddatur nulla, & iſtud clarius volui

5 Bald. in dicto §. ſed quia veremur. vbi plus voluit † quòd arbiter & iudex ex mero officio vtraque parte contradicente quandocunque poſſit exigere pendente lite inramentum calum. per no. per Ioan. An. in nouella in d.c j. ideo bonum eſt habere iud. fauorabilem, & plus no. vnum ad totum iſtum tit. neceſſarium, quòd iuramentum calum. ſicut & iuramentum neceſſarium non poteſt ab alio deferri, quam à iudice, & ideo ſingu. Bald. in repe. l. 2. in 2. q. principali. ff. de iureiuran. dixit ſe aliàs in contingentia facti obtinuiſſe, dum pars feciſſet iurari de calumnia ab
6 actore, & actor iurare recuſaſſet, † quod merito recuſare potuit; quia non fuerat delatum à iudic. & iſtud ſequitur Moder. D. Bapt. de ſancto Bla. in commento. l. admonendi. circa primam colum. & aliàs ego ſequutus fui in l. videamus. ff. de in litem iuran. & eſt dictum ſempiterna memoria dignum, ſi verū, & pro defendendo proceſſu; quia proceſſus non erit nullus nō præſtito iuramento calum. niſi deferatur à iudice, & eſt magna limitatio ad doctrinam Pau. de Caſt. hic & Bart. in locis allegatis, & pro iſto dicto inuenio optimè facere, quod voluit Pau. de Caſt. in §. quòd ſi actor. in princip. infra ead. l. vbi voluit plus,
7 † quòd ad hoc vt recuſans iurare de calumnia incurrat pœnas, requiritur quòd fuerit monitus à iudice ad iurandum, & ſtatutus ſibi fuerit terminus, vt ibi per eum, & eſt no. dictum, ſi verum eſt, nec ab alio eſſe relatum audio. Ego tamen teneo præſuppoſita opinio. Iaco. But. Bart. & ſe. volentium, quòd iuramētum de calum. de ſubſtantia iudicij ſit, ſi petatur, quòd iſto caſu audacter tenerem contra Bald. in dicta l. 2. & ſequaces, & contra Pau. de Caſt. in dicto §. quòd ſi actor. quia iſtud iuramētum non eſt de neceſſitate præſtan. à iudice, immo ſufficit, quòd in præſentia iudicis, & coram iudice pars à ſeipſo præſtet iuramētum calumniæ, tex eſt cum gloſ. in verſi. coram iudicibus in authen. principalis. infra eod. nec reperio iure cautum, quòd debeat quis eſſe iuſſus à iudice ad iuramentum de calumnia ſtatuto ſibi termino, vt dicit Pau. de Caſt. ſed tantum inuenio debere moneri à iudice ad reſpondendum poſitionibus poſt præſtitum, generale iuramentum calūniæ, tex. eſt rotūdus in c. ſi poſt præſtito. de confeſ. lib. 6. Saluare tamen poteſt Bald. in d. l. 2. parte petente aduerſarium iurare de calum. ſi aduerſarius diceret ſum paratus iurare iudice mihi deferēte iuramentū calumniæ;
8 qa non teneor, nec volo iurare in manibus alterius. † iſto caſu ſi iudex nolit deferre, certè proceſſus non erit nullus, & iſta forte fuit intentio Bald. quia non ſtabit per iurare debentem, tamē iſta ſaluatio non eſt tuta; quia poteſt iurare in ſeipſo, & non in manibus alterius, & ideo no. iſta; quia ab alio tacta nō ſunt, ego etiam in principali paſſu, dixerit Iaco. Butr. & Barto. & ſe. quicquid voluerint, videtur verius, quòd omiſſio iuramenti calumniæ petiti nō reddat proceſſum nullum ipſo iure, & ad hoc me mouet tex. rotundus in dicto §. quòd ſi actor. vbi eſt caſus, quòd ſi actor recuſauerit iurare de calumnia, cadit ab actione non ipſo iure, ſed per ſententiam, ſecundùm glo. & omnes ibi, reus autem nolens iurare habetur pro confeſſo, & condemnandus ꝙ non eſt verum, quòd ſit de ſubſtantia iudicij, & quòd proceſſus ſit nullus, & quòd iuramentum calum. non ſit de ſubſtantia iudicii tenuit Bart. in §. quod obſeruari infra eod. ſed ratio ſua
9 mihi non placet, † & plus ego adduco in terminis Bald. Pau. de Caſt. & communiter omnes in dicto §. quòd ſi actor. vbi tenēt, & nemo diſcrepat, quem viderim, quòd ſi actor recuſauerit iurare, & pro eo feratur ſententia: quòd ſententia, valebit, ſi enim eſſet de ſubſtantia iudicii, ſententia valere non poſſet, & ideo ſoluat Apollo; quia in iſto articulo ſemper fui dubius. Tenendo igitur opinio. Iaco. Butr. & Bar. ſcitote, quòd rationabilis & neceſſaria erit præſtatio iuramenti calum. ſi petatur, quòd ſtatuto vel conſuetudine non poterit tolli iſta præſtatio iuramenti: quia non valebit ſtatutum, neque conſuetudo. c. conſtitutus. extra de fideiuſſo. c. certum. & ibi no. doct. extra de iuramento calum. & ideo voluerunt Hoſtien. Ioan. Mon. & Ioan. An. in c. Romana. de foro compe. lib. 6. quòd licèt glo. in l. rem non nouam infra de iudic. in §. patroni. dixerit, ſic lege cauetur, quòd patroni, & aduocati iurent de calumnia; tamen conſuetudine non habetur: quia dicunt ipſi, quòd conſuetudo nihil valet in
10 contrarium, & eſt rationabile; † quia verſantes circa lites omnia mala nouerunt. gloſ. no. in l. ab Anaſtaſio. infra mandati. & iſtam partem, quòd non valet ſtatutum, vel conſuetudo prohibens iurari de calum. tenet aperte Mathe. 66. no. incipien. not. quòd ſtatutum & conſuetudo, & iſtud primò voluit Andr. de Iſer. in c. j. de contro. inueſtitu. vbi tenuit non valere ſtatutum, ꝙ procu. fiſcales non teneantur iurare de calum. & iſtam concluſionem noſtram ſequitur Io. And. in addi. Spe. tit de iuramē to calum. §. ſequitur. ver. & no. vbi tamen addit, quòd licèt non poſſit in totum iuramentum calum. per ſtatutū, vel cōſuetudinē tolli † tñ pōt poſtergari & differri vſq; ad ſnīam, & ſequit D.
11 Ant. in d.c. cęterum. licet Panor. in d.c. cęterū. & melius ſm me teneat non poſſe differri vſq; ad calculū ſentētiæ ratione ibi aſſignata per eum. Ego autem moueo vnam difficultatem ꝫ iſtā cōem deciſionem, certū eſt, ꝙ reſcripto principis poteſt remitti iuramentum calum. vt eſt gl. cōiter approbata in ver. remitti.

§. ſed

§ ſed quia veremur,infra ea. l. & ſequitur Panormit. in dicto c.
12 cæterum.in fin.tamen recipitur regula † quod ſtatuta & reſcripta pari gradu incedunt, & pari paſſu ambulant. doctrina eſt Innocen.aurea,quam ſequuntur docto. in cap. quæ in eccleſiarum.extra de conſtitu.Bald.in l.ex facto.ff. de vulga. & pupilla. aliàs memini me dixiſſe, ſoluat Apollo. Nunc autem videtur mihi poſſe aſſignari rationem diuerſitatis; quia ſtatutum, & conſuetudo generalia ſunt,& reſcriptum eſt particulare, & reſcribendo princeps particulariter videt ex aliqua iuſta cauſa & ob aliquam reuerentiam motus,aliter non video poſſe ſaluari iſtas doctrinas pulchras contrarias. No.ſecundò ex text. noſtro
13 cum gloſſ. in verſic. antequam † quòd partes iurant de calum. non aduocati,& ideo Barto.& doct.hic poſt gloſſ. quæ per hoc remanebit expedita, volunt, quòd aduocati non debeant inſtruere partem ad reſponden.libello vel poſitionibus, nec etiã debeant eſſe præſentes; quia præſumitur aliàs calumnioſe facere,& iſtud eſt valde not.& idem voluit Barto. in l. ſi poſtulauerit.§.quæſtioni.de adul. & fortius ex hoc inferunt Bald. & Mo-
14 der. † quòd copia poſitionum non eſt danda parti, ne inſtruatur, antequam reſpondeat, & ita obſeruant Genuen. & idem voluit Bald.in l.2.infra vt lit.penden.Bart.in l.ſi duo patroni. §. idem Iulia.ff. de iureiuran.Innocen. in ca. per tuas.extra de teſt. ſed Lombardia noſtra ſeruat contrarium : & ideo ſeruanda eſt conſuetudo patrię,ex mente Barto.in l.cuſtodias.ff.de publ.iudi.& plus voluit Specu.titu.de poſi.§. 3. dicamus. verſic. quid ſi patroni.quem refert Bald.hic. Hoſtien. & Innocen.in c.dilecti,
15 extra de iudic.Specu.titu.de poſi.§.7. verſic. 18. † quòd ſi clientulus eſt nimium ſimplex,quòd aduocatus poterit aſſiſtere ſibi, ne decipiatur in reſpondendo, & inſtruere illum de iure, non autem de facto, ſicut poteſt inſtruere teſtem ad depon.apte de iure,ne decipiatur ab interrogatore in redditione rationis dicti ſui ſecundùm Roffre.in titu. de ſena. lib. bo. & Bald. hic quem Bald.non retulit in commento.l.admonendi,vbi retuli multas alias auctoritates,vbi iſtud firmaui.ff.de iureiuran.Gloſſ. in verbo poſt narrationem,in fin.iſta gloſ.eſt valde ſingu. & illam allegaui, & ponderaui vobis in l.licet ſupra de procurato.vbi allegaui alias concor. Gloſſ. in verbo & iuret. in fin. in omnibus gloſſ.bene dicit,& materia declarabitur in gloſ.ſequen.& Bald. hic multum eleganter declarat, quòd ordo, vt prius iuret actor
16 quàm reus,non eſt neceſſarius † ideo præpoſteratio non vitiat, & ſequitur Salicc. Pau. de Caſt. & Moder. quia leuis ſolennitas non ſolet vitiare.l.j.circa fin.ff.de vendi.inſpi Glo.in verbo mouiſſe, in fin. gloſ. Barto. miro ordine proſequitur omnia dicta gloſ.& diuidit in quatuor membra.Primò quo iure fuerit introductum iuramentum calum. Secundò quæ perſonæ debeant illud iuramentum ſubire. Tertiò in quibus cauſis. Quartò, qualiter & quomodo iuretur,dicatur vt hic per Barto. Inquantum Barto.quærit, an iuramentum remittatur parenti, & patrono,
17 & decidit quòd ſic,declarando glo.noſtrã; † quia licet non poſſit iuramentum remitti à parte, potuit tamen remitti à l. & iſtã opin.tenuit idem Bart.in dicto §.ſi alieno.& in l. iuſiuran. & ad pec.§.hoc iuſiuran.ff.de iureiuran.Contrarium tenuit gloſ. Iaco.Butr. Angel. & Salice.in l.ſed ſi hac.§. fin. ff. de in ius vocan. quòd immo generale iuramentum calum.præſtari debeat à parentibus & patronis,& ſequitur Rapha.Fulgo.in dicto §.hoc iuſiuran.per text.not.in §.fina.in auth. de his qui ingre. ad appell. vbi refertur effectualiter diſpoſitio.l. noſtræ,& decidit, q̃ nulli perſonæ remittitur iſtud iuramentum,ſed multi ſequuntur opinio. Barto. & gloſ.hic,& maximè Rapha.Fulgo.ſibi contrarius in dicta l.ſed ſi hæc.§.fin. per text.in dicto §. hoc iuſiuran. & per
18 text.in dicta l.qui bona.§.ſi alieno.ff.de damno infecto.† & adducit forte argum. quia iura noua corrigentia antiqua nunquã cenſentur corrigere ius antiquum, quod diſponebat in aliquo ſpeciali caſu,etiam ſi lex noua haberet clauſulam, non obſtantibus quibuſcunque legibus.iſta eſt gloſ.ſingu.in authen. de hęre.ab inteſt.veni.in princip.in verſic.vacantibus.& idem voluit Barto.ponderando gloſ.ibi in l. ſciendum. ff. qui ſat. cog.idem voluit Barto.in extra.ad reprimendam, in verſic.non obſtantibus.Bald.in l.ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cau.ergo licet iura noua dicant,omnes debere iurare de calum.illa debent intelligi, præterquam in iſto caſu ſpeciali, ſcilicet parentis & pa-
19 troni, & cum iſta opi.tranſeunt omnes Moder.legentes.† Ego autem teneo indubitanter, quòd iurare teneantur patronus & parens,moueor ex doctrina Bart.in dicto verſic.non obſtante, vbi limitat illam doctrinam præcedentem.niſi appareret, quòd iura noua vellent inducere in quocunque caſu, ſiue generali, ſiue ſpeciali, puta quia diceret non obſtante aliqua. l. generali, vel ſpeciali. & ſequitur Petr. de Anchar. in c. canonum.verſic. ſed quid noua.l.etiam, de conſtitu. ſed ita eſt, quòd apparet de mente. l. nouæ, quòd voluit corrigere iura antiqua, etiam ſpe-
20 cialia in parentibus & patronis. & † ideo q̃ apparente de mente licèt verba.l.nouæ ſint generali:tamen corrigunt. l. antequã ſpecialiter loquentem gloſ.eſt ſingu.in cap.contra chriſtianos, in fi.de hæreti.lib.6.quam exclamat Roma.in l. ſi verò. §. de viro in 3.& 6.fal.ff.de ſolu.matri.in repe.vbi text.in dicta l.fina. in auth. de his qui ingre.ad app.ſubiicit hæc formalia verba,hanc communem poſuimus.l. cõtra omnem perſonam modis omnibus hoc nulli concedentes, pondero illam dictionem omnẽ
21 perſonam † quæ dictio nihil excludit.l.à procuratore infra mãdati.Secundò pondero illam dictionem modis omnibus, quæ idem importat, quod omnimodo, ideſt ſine aliqua diſtinctione.gloſ not.in l.ſi cum exceptione.§.quatenus.ff.quod me.cauſa.Tertiò pondero illa verba hoc nulli concedentes, quia ſi vni permitteretur, tota oratio eſſet falſa.l.ſi is qui ducenta.§.vtrum.
22 in verſicu.nihil.ff.de re.dub.† quia vbi dictio omnimodo, & ſimiles iunguntur alicui dictioni negatiuæ, idem important, ac ſi dicerent nullo modo, dicto §.quatenus, cum gloſ. in l.in naue Saupheli.in verſic.omnimodo.ff.locati. & per iſta mihi placet iſta opinio.non curo attingere, an filio vel liberto remittatur iuramentum calum.quem paſſum tangit Alexand.in l.ſi patronus libertum.ff.de iureiuran.inquantum Bart.tangit hic,an coniunctus agendo pro coniuncto iurare teneatur, bene dicit, & idem vult Barto.& ſequuntur alii in dicto §.ſi alieno.& bene facit gloſ.in c.cum cauſam, extra de iureiuran. quamuis Barto. inaduertenter, & male tenuerit contrarium in §. ſin autem abfuerit infra eod. inquantum Bart. in tertio membro tangit, in quibus cauſis iuran. ſit. bene dicit etiam in caſibus ſpiritualibus hodie,licet olim ſecus.cap. literas. 2.extra de iuramento calum. iuncto.cap.2.eod.titu.lib. 6. de iuramento calum. & bene facit;
23 quod no. Bald. in §. quod obſeruari infra eod.† vbi quærit, an in ſpiritualibus reſpondendum ſit poſitionibus, inquantum Bart. approbat opin. Ioan. quòd iurandum ſit in cauſa appellationis,quia tex.eſt hodie in dicto cap.2.lib.6. & idem tenet glo. Bart.& omnes in dicto §.ſi alieno.& Bald.in auth.hoc ſacramẽtum ſupra eod.inquantum Bart.tenet,quòd iuramentum ſit in noua inſtantia per empta prima bene dicit, & idem tenet Bald. in dicta authen.hoc ſacramentum.Bart.Ange.& Imo. in dicto §.ſi alieno.& ante eos Specu.titu.de iura.calum.§.ſequitur. verſic.ſed quid ſit inſtantia.& ex dictis omnibus verbis Barto elicitur iſta concluſio † quòd in omnibus cauſis ciuilibus ordinariis
24 & extraordinariis. & etiam ſummariis iurandum eſt de calum. text.eſt in clem.ſæpe,de verbo.ſignifi.Bald.in §.ſinautem abfuerit infra eod.etiam in executiuis.l.theſaurus.ff. ad exhiben. Bal. in l.j.ſupra eod. & in l. j. circa princip.infra ne lic. ter. prouo. & etiam in criminalibus.l.j.& ibi dixi ſupra eod.in ſpiritualibus: vt ſupra dixi.& nedum in cauſa principali,ſed etiam appellationis iuratum eſt. Vltimò Barto. hic in quæſtione gloſſ. decidentis, quando emptor in iudicio euictionis comparet, quòd non teneatur iurare rem eſſe ſuam,ſed bene iurare, quòd litigat ex iu-
25 ſta cauſa propter cauſas euictionis.Bart.dicit † quòd immo poteſt confiteri rem eſſe petentis; quia poteſt agnoſcere bonam fidem. l. quoties §. ſicut. ff. de adminiſt. tut. ſed non meminit Barto.quòd gloſſ.quam ipſe approbat in §.cum me abſente.allegato.in gloſ.in verſic.inſtantia,dixit quòd debet iurare,quòd non litigat animo calumniandi;quia quomodocunq;, vel obtineat,vel ſuccumbat,habebit regreſſum cõtra venditorem, & illam glo.exclamat & ſequitur Bald. hic in fi. & ſic remanet gl. in ver.inſtantia,expedita.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ præſtatur calumniæ euitandæ cauſa.*
2 *Iurare de calumnia pluries peti poteſt in rebus tempore variantibus.*

1 **In iſto iuramento.** † Iſta auth.venit ampliatiuè ad l.C.quòd iuramentũ generaliter præſtetur in omni negocio, & tota cauſa, quod calumnioſe aliquid non faciet, nec etiam exiget ab aduerſario ſu perfluas probationes:& ideo non pręſtatur,niſi ſemel tantum, & iſtud erit loco ſummarii,& ideo Io.de Imo in l.ſi bona.§. qui alieno.ff de damno infecto,limitat auth.noſtram procedere in rebus quæ non variantur tempore: quia ſi varientur,nõ ſolum ſemel,ſed pluries poſſet peti iurare de calũnia,& ideo eſt ſignanda iſta limitatio memoriæ.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtratores,tutores & curatores qualiter de calumnia iurent.*
2 *Procurator habens mandatum ſpeciale ad iurandum de calumnia quomodo iuret.*
3 *Periurium an cadat in iurante falſum animo calumniandi.*
Iuramentum teſtis eſt veritatis.
Teſtis qui cum iuramento falſum dixit, cum verum dicere crederet, an puniendus de falſo.
4 *Teſtimonium credulitatis an poſſit per teſtem iurantem reuocari ſine periurio.*
Conſulentium diuerſæ ſunt fantaſiæ.
5 *Scire dicimur,quod vehementer opinamur,& quid ſit ſcire.*
6 *Scientia proprie dicitur verorum.*
Teſtis non reddens rationem dicti ſui non probat, & quid ſi deponat per verbum credo.
7 *Teſtis æquiuocum & ambiguum dictum non probat.*

Source : BIU Cujas

8 *Tutoris confessio an noceat pupillo & quando. 11. 23. & quid in alio iudicio. 14.*
Donatio quibus administratoribus prohibita.
9 *Parisienses conclusiones, ideſt verè, non cadunt semper in ore omnium Doctorum.*
10 *Sententia quibus nocet regulariter, nocent & acta: & econuerso 13.*
12 *Confessio procuratoris cum libera domino præiudicat.*
Tutor & curator dicuntur habere mandatum cum libera.
14 *Confessio principalis domini nocet inter easdem personas etiam in alio iudicio.*
Tutoris confessio ficta est minoris confessio.
15 *Confessio ficta non facit fidem in alio iudicio.*
Confessio nuncij nomine mittentis an domino præiudicet in omni iudicio.
16 *Confessio procuratoris potest reuocari prætextu erroris vsque ad sententiã.*
17 *Filius maior agens patre consentiente iurat de calumnia, & quid si conueniatur.*
Iuramentum de calumnia non est simpliciter de iudicij substantia & cur.
Monachus agens cum Abbatis licentia an iurare teneatur de calumnia.

§. Quod obseruari oportet.

omisso sũmario, vt

1 hic per Bart. tradito, & omissa diuisione. † No. primò, ꝙ legitimi administratores, tutor. cur. & similes iurare tenentur de calum. secundum credulitatem animi sui, & in animam suam, ergo hic est casus, ꝙ nõ iurant in animam suorum principalium, sed suam: ita tex. hoc probat in versi. eo. ꝙ ex animi sui scientia iurant, & ibi conuenit, & ipsos iureiurando afficit. istud videtur
2 mirabile; † quia procurator habens mandatum speciale ad iuran. de calum. non iurat in animam suam, sed in animam domini: ita Bart. in l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infec. tex. optimus in cap. fin. de iura. calum. lib. 6. ita ponderauit text. nostrum Pau. de Cast. hic.

No. secundò ex tex. ibi. & licet vere causæ natura, alia est tamen, ꝙ quisque credit & existimat hoc esse iuran. ꝙ istud iuramentum calum. est credulitatis & non veritatis: quia iurat se ita credere, adeo ꝙ non attenditur veritas, sed opin. vt dixi in simi-
3 li tex. in l. 2. § si pupillo. ff. de vsucapi. pro em. † & ideo licet in veritate falsum iuraret ille, qui iurat animo calumniandi, quãuis iniustitiam foueret, non censebitur periurus. non sic est in iuramento testis; quia illud iuramentum est veritatis & non credulitatis. & ideo si periurat iurando falsum, quamuis crederet dicere verum, puniretur de falso; quia non debet testificari nisi de his, quæ vere sciat non de his quæ credit, vel opinatur: ita Cyn. Bald. & omnes in l. testium. infrà de testi. & in l. qui testamento. §. fi. ff. de testa. & in c. cum causam. extra de testi. & hinc occur-
4 rit, ꝙ si testis deponat hodie vnum per verbum credo, tamẽ poterit cras dicere contrariũ se non credere, nec dicetur periurus: ita Bar. & Ang. in d. §. si alieno. Cyn. & Bal. in d. l. testium. & pulchrius Bal. in l. de tutela supra de in integ. rest. mi. vbi exclamat pro consultoribus & doct. diuersa & contraria consilia secundum diuersa tempora & diuersa phantasmata & diuersos intellectus dantia. Nota vlti. ex tex. ibi, quod quisq; credit, & ibi scire possunt causam, hic esse tex. meliorem de iure, ꝙ etiam scire dicimur illud, quando credimus, vel vehementer opinamur, quamuis per veram causam & concludentem scientiam non
5 sciamus; † quia satis est vehementer credere: & ita vult glo. quã ponderãt doc. in l. 2. §. Labeo. ff. de aqua plu. arc. in l. Pantonius. §. rei per duellionis. ff. de acquir. hæred. Bart. in l. si quis ita. §. j. ff. de testa. tu. in quibus iuribus probatur, ꝙ quis dicitur certus, si de aliquo vehementer opinatur, quamuis in se non sit verum; tamen istud non est proprie scire; quia scire est rem per causas cognoscere vsq; ad elementa, & sic quando scimus per veritatem visus; quia scire per credere vel vehementer opinari coniecturatiuè dicitur scire; quia animus ad hoc inclinatur secundũ Pau. de Cast. hic. & ideo opinans, vel non dicitur proprie scire,
6 † quia scientia proprie dicitur verorum, ista est gl. sing. quã ponderat Bald. & Imo. in l. si paterfami. in fi. ff. de hæred. instit. glo. in l. duo. §. pen. in versi. sciens. ff. vti pos. & ex his constat, male dixisse Bald. in c. fi. extra de iura. calum. qui voluit, ꝙ testis dicens se tantum scire, ꝙ Titius occidit Seium, ꝙ non probat, nisi reddat rationẽ suæ scientiæ & dicit; quia viderit. & mouetur: quia verbum scire, potest capi dupliciter. Primò pro credere vel opinari. Secundò de veritate, modò sic testis deponens per verbum, credo, non probat. gloss. not. in §. si verò absint. in versic. vidisse in auth. de testibus. & no. & doc. in d. l. testiũ. si ergo verba capi possunt dupliciter, succedit alia regula † quòd æquiuocum
7 & ambiguum testis dictum non probat. c. in præsentia. extra de proba. certè ista doctrina Bald. non est vera; quia in teste verbũ scire applicatur ad veritatem. ita decidit Bart. in dicto §. si alieno. in vlti. col. & in l. j. in fin. ff. de interroga. actio. Bald. & Imol. in dicta l. si paterfami. & dixi post Barto. in l. admonendi. dum Barto. in 5. col. tangit, qui sint gradus scientiæ & nescientiæ. ff. de iureiuran. & ideo ista non exeant cor vestrum. Gloss. in ver. ad curatores, diuiditur in duas. in prima opponit & fortiter, & quatuor modis soluit. in secunda quærit. secunda ibi, item si vnus sit tutor. & in gloss. ibi, & omnibus similibus administratoribus; quia glo. in solutione contrarii inuoluit, vt inquit Pau. de Cast. ideo secundum Bart. & doct. hic & Bart. in dicto §. sed an ipsos. qui est pe. & in l. vnica. in 14. q. & post eum Bart. infra de confess. l. j. do. Anto. & Imo. & Panor. in c. j. extra vt lit. conte-
8 sta. in hoc passu vtili & quotidiano † an confessio tu. vel cur. vel similium administratorum noceat suo principali, soluendo cõtrarium, gloss. distinguere videntur. aut confitentur extra iudicium: vel etiam in iudicio non præcedente iussu iudicis per modum voluntariæ iurisdictionis, exempli gratia. tutor, vel prælatus confitetur non interrogatus in iudicio recepisse centũ mutuò non apparente aliter de numeratione, & isto casu non præiudicabit minori. vel ecclesiæ confessio: & ita loquatur dicto §. pen. quia ista confessio voluntaria sapit vim donationis, quę est prohibita istis administratoribus. l. j. §. j. ff. de tutel. & ra. distra. & plus vult Rapha. hic, quòd text. non probet, quòd iuramentum
9 cal. præiudicet pupillo; † quia non conclusio Parisiensis & bona consequentia, tutor iurat de calum. ergo præiudicabit pupillo; quia aduocatus etiam iurat de calum. & tamen non præiudicat clientulo. ista ratio Ful. nihil valet; quia in aduocato nõ substantiatur iudiciũ sicut in tutore: & ideo si tenetur iurare præiudicabit pupillo. & tex. noster bene probabit sequens secundum membrum distinctionis. Aut verò confessio emanat per viam contentiosæ iurisdictionis; quia in iudicio rite mandatur à iudice, vt respondeat positionibus, & tunc confessio præiudicabit principali; quia secundùm Barto. & docto. agnoscere debent bonam fidem & possunt. l. quoties. §. sicut. ff. de administra. tut. & in istis terminis loquitur tex. noster secũdùm Bar. & omnes.
10 † Sed melior ratio assignari potest; quia recipitur regula, ꝙ quibus nocet sententia, nocent acta & econtra: vt declaraui in l. secunda, supra de edendo. vbi adduxi multas auctoritates, sed ita est, quòd sententia lata contra minorem nocet minori. l. 4. §. primo. ff. de re iudic. ergo acta & confessiones in dicto cap. suborta. extra de re iudic. l. non solum. in principio. ff. de procurator. & istam distinctionem inter voluntariam & contentiosam probat l. iusiuran. & ad pen. §. tutor. iuncta. l. tutor. in principio. ff. de iureiurando.

Contra tamen primum membrum est tex. ad literam in l. Titius. §. tutelæ. ff. de administ. tuto. qui de directo contradicit, quòd apocha tutoris confitentis se recepisse à debitoribus pupilli, probat veram solutionem, & ex ea liberantur debitores in præiudicium pupilli: & est mirabile, quòd Bald. & Salic. allegent illum textum ad confirmationem opinio. prædictæ & distinctionis præfatæ. Ad illum textum respondet Barto. ibi post gloss. illum destruendo, quòd apocha ibi continebat veram solutionem factam per debitores pupilli tutori. & ideo infert
11 Barto. † quòd si tutor faceret solam confessionem de recepto, quòd ea confessio non præiudicaret pupillo: & est opinio mirabilis: & idem voluit Barto. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verborum obligatio. Ang. in l. à diuo Pio. § sed si emptor. ff. de re iudic. Roma. consil. 352. & monentur per textum in l. j. §. sed si mutuam. ff. si quid si fraudem patron. & per nota per Barto. in l. 2. § verbis. ff. si certum petatur, breuiter in hoc passu veriſſimus doctor Paul. de Cast. consilio suo primo in ordine aperta fronte in omnibus, & per omnia reprobat doctrina Bar. in dicto §. tutelæ. & mouetur tribus fundamentis, vt ibi per eum. & respondet Pau. de Cast. ad dictum. §. sed an ipsos. quòd loquitur & procedit, vbi tutor mutuò acciperet, vel confiteretur super eo, quod in facto tutoris non consisteret, & tunc non præiudicabit pupillo, sed nos loquimur, vbi confitetur recepisse à debitoribus pupilli, & sic in facto consistente in ipso tutore, ergo liberat debitores soluentes. & est no. doctrina, & illam puto veriſſimam: & istam conclusionem etiam inuenio tenere Ioan. de Imo. in l. si debitorem. ff. de nouatio. & in dicto §. sed
12 si emptor. & pro hoc moueor fortissimo argum. † licet enim confessio sola simplicis procurato. non præiudicet domino: vt tenent communiter doct. in dicta l. si debitorum. & in dicta l. secunda. §. verbis tamen confessio procura. cum libera confitentis se recepisse, præiudicabit domino. ita gloss. Bald. & Angel. in l. non abstulit infra de nouatio. sed ista est, quòd tutor & curator dicitur habere mandatum cum libera. gloss. notabilis in l. mandato generali. ff. de procurator. bonus textus quem ponderat Bar. in l. inter bonorum. ff. de administ. tut. & ista mihi videtur veritas. & ideo no. istam decisionem Paul. de Cast. & Ioã. de Imo. intelligatis tamen istud primum membrum, quòd dicitur emanasse confessio per modum voluntariæ iurisdictionis, quando facta etiam esset in iudicio non præcedente iussu iudi. quia ad hoc vt dicatur contentiosæ iurisdictionis, requiritur, quòd præcesserit iussus iudicis; ita declarat Paul. de Cast. in dicto §. sed an ipsos.

13 † Circa fm membrum Bar. dum vult cõfessionem emanatã per modũ ꝓtentiosæ iurisdictionis ꝓiudicare minori, intelligatis verũ esse, qñ tutor, vel curator fuisset ĩ iudicio sine minore: quia si fuissent in iudicio cum minore; quia minor cępisset iudicium cum auctoritate tutoris & curatoris, vt l. clarum. inf. de

au. prę-

Source : BIU Cujas

au.præſtan.certe iſto caſu tutor ſolus confitendo non præiudicaret minori:ita gl.hic ſentit,& cõmuniter doc. & voluit Bart. in d.§.ſed an ipſos.ſed do.Anto.de Alex.mordere vr̃ iſtam deciſionem communem;quia attenta ratione Bar.in d.§. ſed an ipſos.quam ſup.recitauimus,quæ eſt, ꝙ cui nocet ſententia, noceant etiam acta proceſſus,ſed ita eſt, ꝙ ſi minor fuiſſet in iudicio auctorante tutore vel curatore,tamen ſnĩa lata p̃ ſolum tutorem præiudicabit pupillo.l.ſi ideo.in prin.ff.de euict. quẽ tex. adducit ad hoc Bart. in l.cum & minorem. inf.ſi aduer.rẽ iudi. ergo ſi valet ſententia, non obſtante ꝙ iudicium cẽptũ fuiſſet cum minore, pari modo valebit confeſſio facta in iudicio cẽpto auctorante curatore, firmare tñ non audet. Videtur mihi, ꝙ iſtę opin.ſint diuerſę non aduerſę;quia Bar.& Se.loquuntur, qñ iudiciũ fuerat cẽptum cũ minore auctore tutore,& mixtim proceſſus fuerat agitatus cum minore, & tutore, quo caſus ſolus tutor confitendo nõ nocebit pupillo.Nec obſtat.d.l.ſi ideo, quia ibi in ꝓceſſu ſolus adminiſtrator fuerat poſtea proſequutus,& iſto caſu confeſſio facta per tutorem præiudicabit pupillo,& in iſtis terminis loquatur Ant. de Alex. & iſtud probatur, ſi quis aduertat ad rationem Bart.in d.§.ſed an ipſos.quia dicit, ꝙ quando iudicium eſt cẽptum cũ minore auctorante adminiſtratore,ꝙ tutor ſolus non cogitur reſpondere: & ideo ſi ſolus tutor fuiſſet proſequutus, cogi poſſet reſpondere: & ſic conſtat eſſe iſtos diuerſos caſus,& cogitare ſuper hoc:quia iſti mihi
14 vr̃ veritas. † Scitote tamen circa iſtud ſecundum membrum Bar.ꝙ licèt aliàs confeſſio principalis domini noceat inter eaſdem perſonas etiam in alio iudicio, vt declaraui in l. 2. ſup. de eden.ſi non procederet in confeſſione tutoris & ſimiliũ;quia in alio iudicio non præiudicaret minori:ita Spec.tit.de confeſ. §.nunc videndum.verſi.ſed nunquid & ſequitur Ioan. And.in nouella.in c.per inquiſitionem.ext.de elec.& D.Anto.in cap.j. ext.vt lit.non conteſt. ratio eſt:quia confeſſio tutoris cenſetur
15 ficta confeſſio minoris.modò ſuccedit doctrina † ꝙ ficta confeſſio non facit fidem niſi in eodem iudicio,& non in alio,etiã inter eaſdem perſonas,tex.eſt no.quem ponderat Bar. in l.ciũs qui delatorem.in fi.ff.de iure fiſci.& idem voluit Bart. in l.2.§. diu.eodem tit.& in l.cum filius.in princ. de verb.oblig.Bald.in l.2.de eden. & ideo non exeat memoria. & ex iſta doctrina declaratur dictum Bald.in l.vnica. circa 19. col.inf.de confeſ.allegando tex.in l.fi.ff.de ceſſbo.vbi decidit, ꝙ ſi nuntius aliqd confiteatur nomine mittentis, ꝙ illa cenſetur vera confeſſio prẽiu
16 dicans domino in omni iudicio,quod not.& cogitate.† Scitote tamen, ꝙ cõfeſſio adminiſtratoris poteſt reuocari prętextu erroris vſque ad ſententiam ſecundum Spec. titu. de confeſ.§. poſtremò.ver.ſi verò per procur.in fi.& bene faciunt no. in gl. hic in fi.glo.tenetis ex glo.ꝙ tutor plurium pupillorum,quorũ ſi vnus ageret,& alter conueniatur, ꝙ tutor non poterit iurare de calumnia pro vtroque:quia deieraret pro altero,& ita tranſeunt doc.& reſpondet Raph.ad l.accipientis.allegatam in glo. vt procedere poſſit eo caſu, quo foret poſſibile tutorem poſſe iurare pro vtroque,vt habuiſtis exemplum in l j.poſt Barto. in ſi.ſup.eo.quando litigaretur in cauſa euictionis; quia ſi patri pupilli fuiſſet vendita, quæ fuiſſet alterius pupilli,in veritate & pupillus dominus vẽdicaret ab alio pupillo;tunc tutor amborum pupillorum iurare poteſt pro vtroq;,& ita etiam ſentit Bart.in d.l.accipientis.Gl.in ver.perſonę.ibi filius iura.tenearis, filium agendo cum conſenſu patris, & idem ſi conueniatur iurare debere de cal.dummodo ſit maior, & mirandum, ꝙ glo. ſequens in verſi.ſcire poſſunt,tenere videatur contrarium, ꝙ immo legitimus iuret de calum . etiam ſi filius ſit maior, & ſciat veritatem,non autem ipſe filius iurare debebit.& ſequitur Pet. Cyn. & Paul.de Caſt.hic:quia iuramentum calum. eſt de ſubſtantia iudicii.igitur debet præſtari per legi.perſonam & legit.adminiſtrationem.communiter tamen Bar. & docto.ſequuntur glo. hic,quia iuramentum calum.non eſt ſimpliciter de ſubſtantia iudicii,dico ſimpliciter loquendo;quia poteſt omitti. ſed non remittit. & ideo ſi filius maior agat patre conſentiente iurare debebit de cal.& idem tenet gl. magna in §.pęnales.inſt.de ac. Spec.de iuram.calum.§.item ꝙ eſt filius.ver.ſi enim cũ ſequenti.& ſic monacho agenti cum licenria abbatis.uoluit gl.in auc. de mona.§.j.ego tamen dubito,quia ſi petatur iuramentum de cal.eſt de ſubſtantia,ergo debet præſtari per legit. perſonam.& ſic ſol.Bart. non eſt bona.in ea.ibi cum conſenſu tamen patris. glo.iſta male loquitur;quia in caſtrenſibus vel quaſi habetur ꝓ patrefam.l.2.ff.ad macedo. nec requiritur conſenſus patris. In fi.glo.bene dicit. Gloſ.in verbo ſcire poſſunt,bene dicit, & eſt expedita in præcedenti gl.vbi vno ſolo illam reprobabimus,& ideo nihil addendum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Procurator in cauſa an audiendus, niſi principalis iurauerit de calum.*
Procurator a legitimo adminiſtratore in quo differat.
2 *Practica triplex ſuper domino procuratorem conſtituente, & iurare de calumnia tenente.6.*
Iuramentum calumniæ an præſtari poſſit ante litem conteſtatam.
3 *Procurator in cauſa quando præſtare debeat duplex calumniæ iuramentũ.*
4 *Curator liti, qui vt legitimus adminiſtrator iuret de calumnia in animam ſuam domino in remotis reſidente, cuius præſentia haberi non poteſt, dandus.*
5 *Procurator generalis ſine ſpeciali mandato an poſſit de calumnia iurare.*
7 *Mandatum iuramenti de calumnia quid requirat.*
8 *Mandatum vt dicatur ſpeciale, an ſufficiat, quòd mandetur generaliter.*
9 *Reus releuat procuratorem ab onere ſatiſdationis præſtandæ cauendo & promittendo pro eo.*
10 *Cautio de rato tribus caſibus eſt neceſſaria non obſtante iuramento calumniæ a domino principali præſtito.*
11 *Procurator rei an & quando teneatur de calumnia iurare.*
12 *Cautio damni infecti quomodo præſtetur.*
Iudiciorum figura in cauſis celeritatem exigentibus non ſeruatur.
13 *Procurator in qua cauſa iurare debeat de calumnia non expectato domino.*

1 §.Sinautem abfuerit.† No.ex iſto text. ꝙ procur.agentis, ſeu defendentis ſi agat cauſam procur.nomine vel defenſorio actoris, ſeu rei nõ eſt audiẽdus, niſi principalis iurauerit de cal.& in hoc differt procur.a legitimo adminiſtratore,ut in §.quod obſeruari.præcedẽti,pulchritudo tex.noſtri conſiſtit in practicando, quomodo practicari poſſit,ad hoc reſpondet Pau.de Caſt.ꝙ triplex poterit eſſe pra-
2 ctica.† Primò ſi dominus degat in remotis tempore, quo conſtituit proc.ꝙ tũc iurare debeat de cal. ſuper futura lite agitanda Papię,ſiue ſit actor,ſiue reus,& eſt mirabile,ꝙ lite non cõte. præſtetur iuramen.calum.qñ debet præſtari poſt lit.cont. ut eſt tex.in prin.l.noſtræ.Rñdet Pau.de Caſt.iſtud procedere,qa agitatur cauſa per procu.quo caſu ante lit.conte.iurare ſufficit, qđ eſt no.in practica.Secunda practica erit, ꝙ dño conſtituẽte ꝓcur.ſimpliciter iam conteſtata lite dari debeat terminus procura.ad faciendum comparere principalem ad iurandum,ut in §.hoc etiam.inf.ea.l.c.ęterum. extra de iur.calum. vel poterit iudex ſcribere iudi loci, in quo moratur dominus principalis, vt ab eo recipiat iuramentum cal.ita Spe.tit.de iur.cal.§. reſtat. ver.quid ergo fiet.& pro condimento ſm Bar.hic,& in l.q bona.§.ſi aliena.ff.de dam.infec.per text. in c.2. de iur.cal.lib.6.& voluit glo.& Bar.in auth principales.infra eodem, ꝙ iſto caſu præſtabuntur duo iuramenta.ſ.ꝙ dominum,& per procurat.&
3 plus,† ubi procur haberet ſpecialiſſimum mandatum ad iurandum in tali cauſa de cal.in animam & perſonã dñi; tñ ipſe præſtabit iurm vnum in animam ſuam propriam,& aliud in aĩam dñi,& eius procurat. nomine, & ſequitur Pau. de Caſt.hic q̃uis tex.in d.c.2.loquatur quando procur.ſuperuenerat poſt præſtitum iuramentum a principali,ſed dicit Pau. de Caſt.idem eſſe,
4 quando procur.haberet ſpecialiſſimum mandatum;† quia iurabit de calum.in animam propriam,ꝙ non calumniatur,nec petit iniuſtas dilationes, pulchrior tñ eſt dubitatio, qñ dominus reſidet in remotis partibus,& præſentia ſua de facili haberi non poteſt,qũo ſuccurrendum erit,ne cauſa ſtet in ſuſpenſo. Breuiter gl.aurea in d.c.ęterum,vt dicit Ang.in l.fi. ff.de nau. fęno.quam etiam ſequitur Ant.de But.Imo.& Pan.ibi,& idem tenent Cyn.& Vltramon.Bal.Saly.& Fulg.hic & Roma.in d.§. ſi alieno.& Spec.ante eos.in d.ver.quid ergo fiet,dicunt, ꝙ dabitur curator liti,qui vt legitimus adminiſtrator iurabit de cal. in animam ſuam.d.§.quod obſeruari.&iſta eſt cõis,omiſſa opi. Bar.hic,& in d.§.ſi alieno.quem ſequitur Pau. de Caſt. hic quia argumenta Bar.parum ſtringunt,quia ſm do.Anto. in d.c.ęterum.non dabitur iſte curator ad totam cãm ſeu litem, ſed tñ
5 ad actum iurandi de calum.† quia vt fatetur Bar.hic procur.generalis non poteſt iurare de calum. immo requiritur ſpeciale mandatum.c.fin.de iur.cal.lib.6.& ideo non ob.primum argu. Bart.quia illud procedit, vbi in teſtamento pure & ſimpliciter datus eſt tutor,ſecus ſi ſub conditione,vel ad tempus,quia tunc interim dabitur a iudi. tutor vel cura. l. ſi quis ſub conditione. ff.de teſt.tutel.& ſimiliter non obſtat ſecundum arg. Bart. quia ideo poſſunt intẽtari vtiles ſine ceſſione, qñ cedens eſt abſens; quia imputari poteſt ipſi abſenti,ſed qñ dominus conſtituit ꝓcur.generalem in omnibus cauſis,tunc non eſt,ꝙ poſſit imputari dño:tñ iſta reſponſio non eſt tuta, præſuppoſita prima practica,quia imputari poteſt ipſi dño,cur nõ iurauerit de cal. niſi dicam,illud poſſe procedere,quando cõſtitueret procu.ad vnã cauſam,ſed qñ conſtituit gñaliter ſecus. Tertia & vltima practi
6 ca erit,† ꝙ dominus conferat procuratori ſpeciale mãdatum expreſſa cauſa & perſona ad iurandum de cal.in animam ipſius domini,quo caſu non requiretur amplius, ꝙ principalis iuret, vt eſt tex.in d.c.fi.q̃uis Cyn.dicat in § ſeq.ꝙ deciſio d.c.fi.proceſſerit ex errore ſolito canoniſtarum,& ſubijcit Fulg. ꝙ diſputatiuè illa deciſio non poteſt ſuſtentari, ſed præcedens eſt vera opin.& Bar.ſubtiliter reſpondet ad fundamentum Cyn in d.§. ſi alieno.& Bar.ſequitur Pet.de Ancha.in d.c.fi.& ſuper omnia aduertatis,ꝙ Bar.in d.§.ſi alieno.expreſſe tenuit,ꝙ ad iurãdum de cal. debeat eſſe mandatum ſpecialiſſimum ad iurandum in
7 tali cauſa mouenda cum tali ſeu mota,† quia non ſufficeret dicere ad iurandum de cal.in omnibus cauſis mouendis,& excla

mat

Source : BIU Cujas

mat Pau.de Caſt.hoc eſſe perpetuò menti tenendum:quia poſſent ex hoc mille proceſſus deſtrui,& voluit iſtud Io.Andr.in nouel.in d.c.fi.quem ſequitur Pet.de Anch. fundantes ſe ꝑ tex. ibi loquentem in ſingulari,& dicẽtem procur.in cauſa conſtitutum quaſi requiratur,ꝙ habeat ſpeciale mandatum iurandi de cal.in certa cauſa,& ſequitur do.Ant. in c.in pertractandis. ext.co.tit.ſed huic opin.obſtat doctrina Cyn.& Bar.in l.i.ſup.ꝑ procur.cauſam in inte.reſti.agi poſ.& clarius Bar.& Ang.ꝑ tex. ibi in l ſi filiusfami.ff de dona.Bal.in d.l.j.vbi volunt Cyn.Bart.
6 Bal.& Ang.† ꝙ dicatur datum mandatum ſpeciale ad petẽdũ reſti.in integ.qñ mandatum eſt gñale ad impetrandum in qualibet cauſa reſtitutionem in integ.& bene probat text. in cle.j. de procur. vbi ad obijcienda crimina ſufficit in genere conſtituere procu.ad proponendos defectus & crimina, quamuis in iſtis requiratur ſpeciale mandatum.Difficilis eſt paſſus,ſed vnicum eſt verbum Bar.in d.§.ſi alieno.quod fecit, & facit multos periclitari,dicit enim Bar.ꝙ de conſuetudine ſeruatur ſufficere mandatum cum poteſtate iura.de calum.in omnibus cauſis.
9 & idem refert & ſequitur Ioan.de Imo.ibi.† Vltimò not.ex tex. noſtro ibi,per iudicatum ſol.per ſtipu.ꝙ reus conuentus poteſt releuare ſuum procur.ab onere ſatiſdationis præſtandæ cauendo,& promittendo pro eo in procu.ut no.in l.2 ſup.de ſatiſda. & dixi in l.j.ſup.de procur.gloſ.j.in ver.licentia,fuit expedita in tex.Gloſ. in ver.ſubeat.ibi.l.Pomponius.§. ſed & his.ſuper iſto articulo an hodie cautio rati præſtari debeat per procur. actoris,& an hoc caſu ſit neceſſaria,quia vꝝ in iſto §.iure cautum,ꝙ dominus principalis tenetur in iudicio per ſe iurare de cal.Bre
10 uiter in hoc veritas eſt ſcđm oẽs hic,& in d.§.ſed & his:† ꝙ tribus caſibus cautio de rato eſt neceſſaria non obſtante iura. cal. præſtito a domino principali. Primò propter geſta & actitata ante lit.conte.quæ dominus poteſt nolle ratificare, licèt ratificaret generanda poſt lit.conte.l.Iul.ff.qui ſatiſd. cog. Secundò eſt vtilis cautio rati,qñ non exigeretur iuramen.cal.quia (vt ſępe dixi) iur.cal.poteſt omitti,ſed non remitti,vt eſt text.in d. §. ſed quia veremur.infra eo.Tertiò eſt neceſſaria cauti ratio, vbi pcur.diceret ſe habere mandatum ſpeciale ad iurãdum de calum.& probaret aduerſarius ſemiplene reuocationem mandati,certe iſto caſu erit vtilis & neceſſaria cautio rati in ea. ibi,an doloſe abſit,quia gl.non tollit ꝛrium,& neſcit quid dicere voluerit in hoc.dicite claram eſſe ſol.ꝙ vltra iuramentum principalis iurabit etiam procur.de calum.in animam propriam,vt dixi in no.& ſic tollit contrarium.in ea ibi. l.nõ ſolum.in prin.
11 in hoc etiam paſſu † an & quando procur. rei teneatur de cal. iurare,& quãdo teneatur, & an poſſit ex parte rei cõſtitui procur.in rem ſuam.gloſ. multum inuolutando tangit veritas eſt ſecundum Bar.& omnes hic & latius in d.l.non ſolum.aut procur.rei venit in iudicio animo nouandi.i.ſuſcipiendo in ſe iudicium & executionem,& iſto caſu tenebitur iurare de cal. quia executio poteſt fieri ꝛ eũ,& nõ ꝛ dominũ.l.Plautius.ff.de procur.Aut non comparet animo nouandi, tñ comparet animo nihil repetendi a dño,& iſto caſu etiam iurabit de calum. l.ſolutionem.ff.dé ſol.& l.ſoluendo.ſi de nego geſto.in ar. quia ſubeſt eadem ratio, aut verò procur. cauit, & fideiuſſorem dedit de iudicato ſoluendo: quia dominus non ſatiſdedit pro eo, & iſto caſu quamuis comparet animo repetendi tenebitur iurare de calum propter periculum executionis quam paſſurus eſt:qa patitur executionem d.l.Plautius.& iſtis caſibus procur.ſeu defenſor rei iurabit de calum.& non dominus principalis, & iſtis in terminis non procedat tex.noſter, aut dominus releuat procur.ab onere ſatiſdandi,& iſto caſu quia procu.nullo modo patitur executionem,non iurabit de cal.ſed dñs principalis, & ita remanet glo.declarata.in ſi.gl.teneatis ex glo.plures ſol. ad §.ſi alieno.quarum prima non videtur bona ſimpliciter intellecta, quia non aſſignat rationem ſpecialitatis. Secunda ꝙ iſta corrigat.§.ſi alieno.non tenetur,arg l.j.inf. de inoff. do. Tertia ſol.ꝙ hic præſtetur iuramentum in iudicio,& in contrario ext. iudicium,nõ videtur etiam bona, quia cautio damni infecti etiam petitur & præſtatur in iudicio,ergo iurandum de cal.Bar.hic &
12 vbique ſaluat iſtam tertiam ſolu.† quia licet cautio damni infecti præſtetur coram iudice,non tamen præſtatur in figura iudicij;quia in cauſa,quæ exigit celeritatem,non ſeruatur figura iudiciorum.Attamen Bar.hic & ibi clarius quàm glo. duas accõmodauit ſol.primò ꝙ procur.debet iurare.d.§.ſi alieno.& etiã dominus principalis vt hic,quia ille tex.non excludit dominũ principalem iurare debentem,ſicut nec tex. noſter excludit ꝓcur.qui etiam iurare tenetur,& ſic vterq; iurat, vt eſt text. in c.j. de iu.cal.li.vi.& tenet Bar.poſt in gl.in auc.principales.inf.eod. Secundo modo ſoluit Bar.ꝙ hic loquatur de iuram.cal.vniuerſali,quod eſt de ordine & ſubſtantia iudicij,ſed §.ſi alieno. loqꝫ de iuramento ad probationem, & ita ſequuntur cõiter docto.
13 † quamuis Ioan.de Imo. in d.§.ſi alieno. ſequatur primam ſol. gl.noſtrę de ea nõ faciẽs mentionẽ,ꝙ ibi ſit ſpãle in cã dãni infectis;qa illa exigit celeritatẽ,& iõ ꝓc.iurat non expectato dño, ne interim domus ruinam det:& iſta opi.mihi placet,& miror ꝙ Imo.ſibi attribuat,quia glo.hoc ſenſit,& expreſſius Odof.

SVMMARIVM.

1 *Hæres tenetur de nouo iurare de calumnia,licèt iudicium principalis cauſæ in illum tranſeat.*
2 *Iuramenti virtus quò ad reatum periurij non tranſit in hæredem.*
3 *Capitula iuramenti calumniæ tria ſunt, & quæ.*
Iuramentum calumniæ quid includat.

Principales perſonę. H. d. perſonæ principales, ſeu ad quas tranſiuit iudicium, iurabunt de calumnia coram iudicibus competentibus ſeu officialib. eorũ ſecundum formam hic traditam parte aduerſa præſente excepta muliere honeſta,quæ ſe parti exhibere non debet, & recuſans iurare perdit cauſam,& legitimus adminiſtrator iurat h.d.
1 † No.ibi migrauerit,ꝙ licet inſtantia principalis cauſę tranſeat in hæredem.l.ſi conſtante.§.fi.& ibi Bart.& doc.declarãt.ff.ſol. mat.in l.ſi cum hominem.ff.de ſol.ſi tamen. etiam hæres tenebitur de nouo iurare de calum. quia illud eſt iuramentum defuncti,& aliud eſt iuramentum hæredis. l.generaliter. in princ. & ibi no.Bal.inf.de re.cre.& quia iuramentum ex parte iurãtis
2 eſt perſonale, † & quò ad reatum periurij non tranſit virtus iuramenti in hæredem ſm Inno. Ioan.And.& doc. in c.veritatis. extra de iureiur.per tex.ibi,& iſtud ſequitur Bal.& doc. hic cõmuniter.& ideo dicemus in §.præcedenti,ꝙ procu.iurat etiam
3 in animam propriam:& etiam vult gloſ. & Bart. hic.† No.vltimò, ꝙ plura ſunt capitula iura. cal. primum deſcribitur in l.2. in prin.§.eo.vbi actor iurat non animo calumniandi litem mouiſſe,ſed exiſtimans bonam cauſam habere: reus verò iurat, ꝙ non aliter defendit,niſi quia putat ſe iuſtitiam fouere,& in hoc iuramento includitur,ꝙ non inficiabuntur veritatem. Scđm capitulum ponitur in auc in iſto ſup. eo. ꝙ non exigent ab aduerſario niſi neceſſarias probationes, & ſic in iſto iuramento includitur,ꝙ non retardabunt litem,nec dilationes ſuperfluas petent.Tertium & vltimum capitulum in tex.noſtro ponitur, ꝙ nihil dabunt, nec promittent iudici, vel alteri perſonæ pro obtinenda ſententia, nec dederunt, ſeu promiſerunt exceptis perſonis, quibus iura permittunt, & iſta capitula declarat glo. in §.quod obſeruari.in verſi.credit.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ ad quid inuentum.*
Iuramentum calumniæ an poſſit expreſſe remitti a partibus.
2 *Iuramentum de calumnia qualiter ſit de iudicij ſubſtantia.*
3 *Iudex ex officio poteſt partibus iuramentum de calumnia omittentibus mandare quòd iurent.*
4 *Terminus datus partibus non concludit iudici.*
5 *Officium iudicis ſuccedens facto partis an reſtringatur & qualiter.*
6 *Iuramentum coram arbitro præſtatur: & quid de arbitratore.*
Arbitrator procedit ſecundùm æquitatem.
7 *Iuri introducto ob publicam vtilitatem renuntiari non poteſt.*
8 *Clericus in cauſa ſpirituali an teneatur iurare de calumnia.*
Iuramentum a teſtibus præſtandum an poſſit per partes remitti.
9 *Iuramentum teſtis quid concernat, & vnde habuit ortum.*
10 *Teſtium inhabilitas quando non poſſit per partem opponi.*
Cautela quòd pars non poſſit opponere teſtium inhabilitatem.
11 *Atteſtationes inualidæ poſſunt partium conſenſu validari, & quando fallat.*

§.Sed quia veremur.H.d.vſque ad §.hoc etiam.iuramentum calum. inuẽtum ad publicam vtilitatem non poteſt expreſſe a partibus remitti, ſed bene tacite omitti.h.d.
1 † No.ex iſto tex.ꝙ iuramentum cal.non fuit inuentum ꝓ commodo priuatorum,ſed pro communi vtilitate,& ideo expreſſe remitti non poteſt a partibus:& licet fuerint opin. recitatę in glo.an tacite partes poſſint omittere,& an eo omiſſo procedat iudicium & ſententia,attamẽ iſta quæſtio eſt deciſa; quia licet expreſſe non poſſit remitti,poteſt tamen tacite omitti a partib. tex.eſt rotundus,quem gloſ.ignorauit in c.j.de iuram.cal.lib.6.
2 & ideo cum grandi miſterio dixi in princip.l.noſtræ † ꝙ iuſm calumniæ eſt de ſubſtantia iudicii nõ ſimpliciter,ſed cũ adiuncto.i ita demũ ſi petatur a parte iurari ſecundum Pau.de Caſt. hic,ſic intelligendo verba Bar.in §.quod obſeruari, præcedẽti, & ſuper omnia tene menti,ꝙ licet partes omitterent iurare de calumnia,tñ iudex ex officio ſuo poterit mandare partibus, ꝙ
3 iurent de calumnia † quia in reſpicientibus publicam vtilitatem poteſt iudex ex officio ſupplere, vt declaraui in l.ſi quis in conſcribendo.ſup.de pac.& prius voluit Bal.hic per iſtum text. ꝙ iudex & etiam arbiter poſſit vtraq; parte contradicente, & inuita & qñcunq; pendente lite ex mero officio a partib.exige
4 re iur.cal.alleg.Io.And.in nouel.in d.c.j.† quia terminus aſſignatus partibus non concludit ipſi iudici ſecundum Bal.hic.& eſt dictum memoria digniſſimum,ſubijcit tamen Pau.de Caſt.hic aliud non minus no. ꝙ licet iudex mandaret iurari de calum. quando non eſſet petitum a parte iurari, ꝙ propterea non vitiaretur proceſſus:quia ita demum eſt de ſubſtãtia iudicij.ſi petatur

Source : BIU Cujas

tatur a parte ſecundum Pau.de Caſt.hic ℈ doctrinam Bald.hic moueo vnam difficultatem.vult Bal.℔ per te vtraq; ℈dicente & poſt terminum aſſignatum partibus poſſit iudex ex mero officio exigere iuramentum cal.℈, quia reperitur regula ex gloſ. menti tenēda,& ſing.in l.filiusfam.§.veterani. in ver.prętermiſ
5 ſum.ff.de procur.vbi vult † ℔ quotieſcunque officium iudicis ſuccedit in aliquo,quod debebat facere pars;tunc officium iudicis limitatur & reſtringitur ad illud tempus, intra quod pars facere tenebatur,ſaluando iſtas doctrinas oportet dicere,℔ regula illius gl.procedat, niſi iudex poſſet ex officio facere partibus inuitis & ℈dicentibus,vt contingit in iuramēto cal.inuento ob publicam vtilitatem, & ideo no. iſta & addatis ad ſcripta
6 in hac.l.2 in prin. † No.ſecundò ℔ iuram.calum.præſtatur etiā coram arbitro,argu.l.j.ff.de arbi.ſubijcit tñ Rap.Pla. hic nō idē eſſe coram arbitratore,ille.n.procedere pōt,vt vult,non ſeruato ordine iudiciario, ego teneo ſolus, & ita aperte iudicarem Rap. male loqui: quia etiam coram arbitratore ſicut coram arbitro iurandum eſt de calum.& adducerem ad hoc multa, & inter cætera doctrinam Bar.in extrauaganti ad reprimendā, in ver.figura iudicii,circa fi. 1.col.ſeu principium ſecundę. Scđò quia arbitrator procedit & arbitratur ſecundum ęquitatem, modo iuram.cal.eſt ſm ęquitatem & inuentum ad veritatem indagandam pro communi vtilitate, vt in tex. noſtro, & ideo nō exeat memoriam iſta deciſio.No.vltimò ex text.ibi,nō pro
7 commodo probatorum,ſed pro cōi vtilitate † ℔ iuri introducto ob publicam vtilitatem renuntiari nō poteſt, & a ℈rio ſenſu,℔ introducto ob priuatam vtilitatem ſic.l.ſi quis in conſcribendo.ſup.de pactis.Gloſ.in ver.remitti.ibi auc. offeratur. non oportet tanta diſputatione vti, quia hodie opin. Ioan.Cre.reprobata opin. Azo.eſt ad literam approbata in d.c.j.co.tit in 6. In ea.ibi. inf. de teſti.l.ſeruos.in iſta q.clericorum ceſſat oīs di-
8 ſputatio:quia licet tex.in c.2.ext.eo.videatur probare† ℔ clericus in cā ſpirituali non teneatur iurare de cal.tñ tex.apertus notiſſimus in c.j.in fi.eo. tit.in 6. decidit præſtandum eſſe in cauſis ſpiritualibus.in ea.ibi.ff.de ſer.l.j.teneatis ex gloſ.℔ partes & expreſſe & tacite poſſunt remittere iurm præſtandum a teſtib. & ſequuntur oēs gloſ. & oēs in l.iuriſiurandi. inf. de teſti. & in d.l.j.ff.de ſer.& in c.tuis.ext.de teſti.Bar.in l.ſi qs legatū. circa fi. ff.de fal.ratio huius deciſionis eſt: quia iurm teſtis concernit fauorem priuatum partium,vt deponat veritatē:& iſtud demon
9 ſtro ad oculum, † quia de iure fforum non reperitur, ℔ teſtes iurare deberent,ſed tātum de iure codicis. d.l.iuriſiurandi. Aduertatis tñ ℔ Spe.tit.de teſte.§.ſequitur.ver.& no.limi.iſtam deciſionem,qñ auctorizante iudice partes remitterent teſtib. iuramentum,&idem voluit gl.in d.c.tuis,nec inuenio ℈dicentē, & ad præmiſſa cōprobanda ſoleo allegare aureā doctrinā Bar. in l.Lucius.in fi.ff.de fideiuſ. vbi vult, ℔ ſi fides vnius eſt approbata ab vtraq; non eſt opus ℔ ille iuret,& bene facit quod ſcribit ēt Bar.in l.theopompus.ff.de dote prælega. vbi loquitur de teſte dato pro confidato, & benè facit gloſ. ſing.in §.& licet.in
10 ver.ſuppliciis,in auc. de teſti. quæ voluit † ℔ vbi teſtes ſunt rogati a partibus in inſtro,tunc nō poteſt pars opponere ℔ teſtis ſit inhabilis vel affinis alterius,& ideo bona eſt cautela,℔ ſemp in inſtrumentis adhibeatis teſtes & amicos, vt late proſequitur Cępo. Vero.cautel.310.tñ ſoleo allegare gl.conſociam in l.inuiti,q̄ ponderat Bal.ff.de teſti.& ideo ſignatę memorię iſtud & plus voluit in d.l.j. ff. de feriis. ℔ licet partes remitterēt teſtibus iurm ſine auctoritate iudicis,℔ tñ iudex poſſet exigere ab eis iu
11 ramentum quod eſt no.quia ex hoc poſſumus elicere† ℔ atteſtationes inualidæ poſſunt conſenſu partium validari & robo rari,& de hoc eſt tex.no.quem ponderat.Bal.in l.fi. inf.de teſti. Sed no.iſtud verum eſſe niſi teſtes eſſent corrupti & corruptè depoſuiſſent,quia non poſſent eorum dicta conſenſu partium validari.ita Bart.ſing.in auc.qui ſemel.circa fi.pen. col.infra de proba.& ſolent notare Moder.in d.l.j.de feri.in fi. glo.iſta q.gl. in reſcripto expediuimus.in prin.legis.

SVMMARIVM.

1 *Cautio rati non legitimat procuratorem quo ad iuramentum calumniæ.*
2 *Vniuerſitas appellatione perſonæ an veniat.*
3 *Statutum loquens de perſona an habeat locum in capitulo.*
4 *Fiſcus venit appellatione hominis.*
5 *℈urans defenſionem contra omnem perſonam an teneatur ad collegium & vniuerſitatem,& quæ perſonæ veniant excipiendæ.*
6 *Statutum compellens indifferenter perſonas ad compromiſſum ſtrictè intelligendum.*
7 *Vniuerſitas vtriuſque fori qualiter iuret.*
Vniuerſitas poteſt compelli ad ſindicum conſtituendum.

§.Hoc etiam. Qui admittitur cū cautione rati modo procedere poteſt in cā niſi poſt li
1 tem ꝓteſt.fecerit dñm iurare de cal.h.d. † No. primo, ℔ cautio rati legitimat procur. quo ad oēs actus prętereq̄ ad iurm cal. qa tñ tenebitur principalis iurare de cal.No. ſcđo ibi ſiue pro vna perſona.& ibi ſiue pro aliquo corpore vel vico vel vniuerſitate
2 † ℔ appellatione perſonæ non venit vniuerſitas, quia non hēt veram ꝑſonam, ſed fictā vel repręſentatā ī pluribus hominib. l.metū.§ aīaduertendū.ff.quod met.cau.& hunc tex.ponderauit Pau.de Caſt.in auc.item quicunq;.ſup.de epiſ.&cle.& idem decidit Bal.in l.2.inf.de impub.& aliis ſubſti.& ex hoc decidit̄, ℔ ſi aliquis promittat defendere ab omni ꝑſona mundi vel cō ſtituat procur.ad agendū ℈ oēm perſonam mundi, ℔ iſto caſu non comprehenderetur vniuerſitas:ita decidit Bald.in rub.inf. ad treb.per tex.in l.metu.§.aīaduertendū.ff.qđ me.cau.& idem ſentire vī Bal.in d.auc.itē quæcunq; perſonę.licet,ibi arguat in ℈rium,tñ iſtud clarius decidit ibi Pau.de Caſt.in d. auc.itē quęcunq; perſonę,alleg.Io.And.in d.c.2.de reſcrip.lib.6.idē voluit Pau.de Caſt.in d.rub.ad treb.d.Ant.in cap.grauem.ext.de præb.
3 vbi vult† ℔ ſtatutum loquens de ꝑſona non habeat locū in capitulo,& bene facit authen.item nulla cōitas vel ꝑſona.ſup. de epiſ.& cleri.& in l.ſi quis in tiñ. ibi apud fiſcū vel quoslibet homines.inf.vnde vi.& melius facit tex.quē ad hoc ponderat Bal. appellatione ꝑſone non venire vniuerſitatē.in c.j.§.conuenticulas.de pa.iura fir.& ſic iſta deciſio eſt fundata magna auctoritate.Ego ſolitus ſum tenere ℈riū, & credo ita tenuiſſe ī l.frarer à fratre.ff.de ℈di.inde.Et ad hoc conſueui adducere glo. in c.vt circa.de elec.in l.j.inf.de iuriſdi.om.iudi.in l.eos.ī ver.homines.
4 inf.de vſu. † quæ vult ℔ fiſcus veniat appellatione hominis.& illam pro ſing.exclamat Ang. in tractatu ſuo inuentarij in l.j. §.interdum.ff.ſi cui plusq̄ per l.Falc. & iſtam partem tenet Bal. in d.§.animaduertendum. & in l.quicū q;.inf.de ſeruis fugi.vbi vult comprehendi vniuerſitatem appellatione perſō.& tā maſculos,q̄ feminas,& idem voluit Bal.in l.oēs populi.in pen.col. ff.de iuſti.& iure,meritò tabelliones ad remouendas iſtas difficultates apponūt in inſtrumentis iſta verba ℈ oēm perſonam corpus collegium & vniuerſitatem. Et conſueui referre verba
5 Bal.aurea in c.j.de noua forma fideli.vbi vult ℔ † iurans fidelitatem ſeu defendere ℈ oēm perſonam vel oēm hominē mundi,℔ tenetur etiam defendere aduerſus collegium & vniuerſitatem,qa oēs cōprehendunt̄ ſub iſto iuramēto,& ſub iſtis verbis,excepta propria patria,quia illa eſt prior tpe ſicut natura eſt potentior accidente,& excipitur Papa, Imperator & Rex ſuperior ipſius iurantis ſm Bal.ibi.Et plus dubitauit Ro.in l.2.ī prin. ff.de verb.obl.an ſtatutum inter ꝑſonas cōprehendat cōtrouerſiam quæ eſt cum vniuerſitate,vt de illa debeat fieri ¦cōpromiſſum, ſed nō audet firmare & arguit pro & ℈,tñ inclinare & ſentire vī ℔ ſic,qa ſtatutū fundat ſe in ratione naturali, vt euitent̄ & tollant̄ diſcordiæ,& ideo largè debet interpretari,ego ſemp
6 tenui ipſum malè dicere, † quia ſtatutum indiſtinctè cōpellēs ꝑſonas ad cōpromiſſum, exorbitat à iure, & ideo ſtrictè eſt intelligendum vt ſoleo dicere in l.qui ſe patris. inf.vnde liber. & quia non eſt materia noſtra vlterius me non extendo. No.vltimò ad ampliandum.l.primam.ſup.de procur. ſecundum Bald. hic ſicut pro priuato,vbi dubiū eſt de mandato aliquis admittitur cū cautione rati pari modo pro vniuerſitate & vico.Glo.
7 in ver.plurima parte eſt clara in oībus benè dicit † ℔ vniuerſitas,ſiue ſecularis,ſiue eccleſiaſtica iurat per ſindicos & adminiſtratores ſeu regentes, ſeu per maiorem partem regentium, qa videmus,℔ ſindicus vniuerſitatis reſpondet poſitionibus cum iuramēto calum. c.præſentium. de teſti. lib.6.& plenè declarat Bal.in præcedēti.§.quod obſeruari.ver.nunc veniamus ad quęſtiones.Et perpetuo no.ſm Bal.hic ℔ vniuerſitas poteſt cōpelli ad conſtituendum ſindicum, vt facilius cauſę tractentur. idē Bar.in l.j.§.ſinautē.collegiū.ff.ad treb.in l.4.§. creditor.per tex. ibi.ff.de fideicom.libe.in l.ſolent.in fi.ff.de ali. & ciba.leg.in l.j. C.de iure reipub.lib.11.Bal.in l.j.inf.de manu.teſt.Inno. & doc. in c.Roman.extra de ſent. excom.

SVMMARIVM.

1 *Contumax actor in non iurando de calumnia actione priuatur, & reus contumax habetur pro confeſſo.*
℈urare debens de calumnia an oportet, quòd in faciem monitus ſit à iudice.
2 *Citatus ad iurandum de calumnia contumax,an habendus pro confeſſo.*
3 *Neceſſaria quæ ſint priuſquàm quis pro confeſſo habeatur.*
4 *Iudex qualiter mittere debeat poſitiones in abſentem,vt reſpondeat.*
5 *Contumax actor vel reus in non iurando an poſſit moram purgare.*
6 *Aduocati litium protelatores reprehenduntur.*
Procurator verboſus repelli poteſt ab officio.
7 *Lex litium deciſiua,an trahatur ad præſentes,& quid in ordinatiua.*
8 *Cauſa inchoata quando dicatur.*
9 *Sententia in fauorē actoris iurare de calumnia recuſantis lata;an valeat.*
10 *Lex quæ fuit illa,quæ primo fecit honorem Bartolo.*
11 *Hæres an poſſit ex ficta hæredis confeſſione damnari.*
12 *Sententia declaratoria requiritur vbicunq; iudicis motus eſt requiſitus.*
13 *Contumax verus non appellat.*
14 *Contumax quando etiam ex vera confeſſione non condemnandus.*
15 *Iudex debet dentibus lacerare libellum ineptum.*
16 *Terminus ad deliberandum ſuper iuramento calumniæ,an dandus.*
Ruſticus,miles,& mulier iura ignorare præſumuntur.

§.Quòd ſi actor.actor nollens iurare cadit ab actione, & reus nollēs iurare hī pro confeſſo & conuicto.

Source : BIU Cujas

uicto.h.d.primò vsque ad §.sed prædictum sacramentum,& in causis in futurum agitādis procedit hæc noua disposition legis, sed non in præteritis;in pendentibus verò partes præsentes iurare tenentur, & absentibus in remotis remittitur iuramentū.

1 † No.primò q̄ contumax actor in non iurando de calumnia priuatur actione,& reus cōtumax hr̄ pro confesso,& hodie idē est si quis fuerit contumax in rn̄dendo positionibus cū iuram. cal.quia habetur pro confesso & conuicto.tex. factus est ꝑpter hoc in c si post præstitum.de confes.lib.6.& ideo frustra disputat Cy.hic pulchrum tn̄ est scire an dispositio §. nostri requirat de necessitate q̄ iurare debens fuerit in faciem monitus à iudice:ego plurimum dubito,quia Bar.post And. de Barulo in l.lo

2 corum.C.de omni agro deserto.lib. 11.decidere vr̄ † q̄ si iudex faciat citari actorem vel reum ad iurādum de calum & ille nō venerit,q̄ nō habebitur pro confesso, & bene dicit q̄us aliqui insulsi aperto ore ausi fuerint reputare illud dictum falsum:& malè loquuti sunt,quia Bar.lucerna iuris nostri non ignorauit dispositionem l.nostræ:vbi reus contumax hr̄ pro confesso,& actor cadit ab actione.& etiam Bart.met.non ignorauit text.in d.c.si post præstitum.in ver.iussus à iudice cum glos.Ioan.And. ibi ordi.vbi decidit Io.And.per illum tex.q̄ non sufficeret citari per nuntium ad rn̄dendum positionibus cū iuramento cal. sed requiritur q̄ in faciem iussus fuerit à iudice, & ita sentire vr̄

3 Bar.hic † dum ponit quæ sint necessaria ad hoc vt quis habeat pro confesso,quæ omnia latè explicaui in §. quod obseruari.in vi.breuiloquio, & ad ibi dicta me remitto & credo ibi dixisse, q̄ dispositio.d.c.si post præstitum, nedum procedat in positionibus,immo etiam in omnibus interrogationibus,quia ad hoc vt habeantur pro confessis,requiritur iussus iudicis in faciem, nec sufficit moueri per nūtium si quis aduertat ad aurea verba Bart.in l.de ętate.§.qui tacuit.ff.de inter.act.& in l.certū.in prin. ff.de confes.& expressius tenet Panor.in c.pen.ext.de iuram.cal. Bal.in l.j.§.fi.ver.ex hac glo.not.ff.si quis ius di. non obtempera. & sic si subtiliter aduertatur ex prę̄missis omnibus,limitatur illa doctrina, q̄ sępe commemoraui in prin. huius l.& postea,q̄ iur̄m cal.est de substantia iuditij si petatur, quia illud procedere vr̄ qn̄ esset iussus in faciem à iudice ad iurādum,qđ nō inuenio ab alio tactum,& ex hoc nota confundi seu limitari doctrina Bald.in repe.l.2.ff.de iureiur.q̄ referunt & exclamant q̄dem Moder.in cōmento.l.admonendi.in j.col.ff.de iureiur.vbi vult Bal.requiri q̄ iudex assignet sibi terminum ad iurandum, quia intelligo prius eo monito in faciem,aliàs esset de directo ꝯ istā decisionem:& ex hoc ēt vr̄ confundi practica Pau.de Cast.hic sequentis Spec.tit.deposi.§.nono.circa medium. vbi volūt † q̄

4 si pars sit absens,q̄ iudex debeat sibi transmittere copiam positionū ad hoc vt de illis notitiam habeat. & q̄ nisi rn̄dideri̇t, q̄ habebit eas pro ꝓfessis, quia secūdum Pau.de Cast.parte etiam pn̄te legi debent sibi positiones:certè ista practica mihi nō placuit per tex.in d.c.2.& illam inuenio reprobare Pan.in d. c.pe. de iuramento calum.melior esset secunda practica Iac. Butr.& Bal.in l.gn̄aliter.§.his de præsentibus.inf.de re. cre. quam refert Pau.de Cast.hic,q̄ iudex mittere debeat positiones ad iudicem vbi habitat absens, scribendo ipsi iudici, q̄ loco ipsius iubere debeat parti rn̄dere positionib.vel iurare de cal.quia tūc ꝑinde

13 erit ac si ab ipso iudi.causę fuisset monitus & iussus:& credo istā practicam veram:tn̄ fm Pau.non est tuta,quia posset ille recusare cōparere corā illo iud. tn̄ & ista ēt est veritas. † pulchrum

5 tn̄ est inuestigare an actor contumax vel reus in non iurando possit purgare moram,& vsque ad quantū tempus.Iac.de Are. quem refert Bal.in c.j.de mili.vasal.qui contu.est,referendo ipsum Iac.de Are.hic tenuit,q̄ possit mora purgari vsq; ad illud tempus in quo non fit præclusa via probandi & ante eos istud tenuit Guido.de Suza. hic tn̄ inuenio Ang. in l.si insulam.ff.de verb.obl.decidere q̄ contumax monitus rn̄dere positionib.& contumax recusans iurare de cal.non possit purgare morā, q̄a lex trahit secum executionem:& sic fm Ang.non poterit post iurare in cā appellationis,tn̄ Ang.non aperit quid in cā principali vsq; ad quantum tempus possit mora purgari, & duret facultas rn̄dendi & iurandi: ego autem sequor doctrinam Cyn. & Pau.de Cast. hic q̄ admittatur ad purgandum moram reinte gra,qn̄ ius aduersarii non est factum deterius,arg.l.alia infra de his quibus vt indi.& l.mancipiorum.& quod ibi no. Bart.ff.de

14 op.le.& per ea quæ no.Cyn.post Iac.de Are.in l.j. inf.quorū ap. non reci.& ita expressè tenet Io.And.in addi. Spec. titu.de iur. cal.§.fi.versi.sed nunquid audiatur appellans.& pro hoc facit secundum Pau.de Cast hic illa reg.qua recipitur,q̄ in pęnis legalibus quis illas euitat desistendo vel purgādo moram ante sententiam. l.qui cum maior. §. accusare. ff.de bo.lib.& ista opin.

6 mihi placet.No.sc̄dò ex tex.dilucida † & cōpendiosa fm Bart. 15 contra aduocatos dicentes se velle abbreuiare verba, postea vtentes magna prolixitate verborum allegando glo. cum tex. in l.antiquitas.inf.de vsufru.& fortius vltra Barto. voluit gl.no. in l.ex ea.ff.de postulādo, q̄ procurator nimium verbosus potest repelli ab officio procurandi. No. tertiò ex ver. sed prædi-

7 ctum sacramentum secundum Bar. † quia lex noua tendens ad ordinandas lites,debet obseruari in causis etiam motis descendentibus ex præterito negotio & pendentibus,non autē in prę teritis & finitis,secus si noua.l. tenderet ad decisionem litis, q̄a tm̄ comprehenderet futuras lites, & non præsentes inchoatas: idē tenet Cyn.& Bald.in l.leges.sup.de legi.Bar.in l.oēs populi. in 2.q.5.principali.ff.de iusti.& iure.docto.in c.fi.ext.de constitutio. No.vltimò† q̄ ante litem contest.post præstitam satisdationem de iudicio sisti dicitur causa inchoata. & Angel. consi. incip.domina Guilielmina. dicit hunc tex.esse ad hoc meliorē de iure,quia quo ad vitium litigiosi & ad inducendam pendentiam litis dr̄ lis,quo ad ista duo etiam ante litem contest.glo.in cap.super quæstionum.in ver.exordium.de offic.deleg.Pau.de Eleaza.in clem.fi.vt lit.pendente.Glo.in ver. cadat ibi p̄ sn̄iam: ista decisio gl. vt requiratur sententia ꝯ actorem & reum contumacem est cōis.& sequitur Io.And.& doc.in d.c.si post prę̄stitum.& ita sequuntur Bald. & cōiter doct. hic plus volens Bald.

9 † quod sn̄ia lata in fauorem actoris recusantis iurare de cal.mero iure valet & tenet,quia fm Bart.hic & volunt omnes requiritur ista sn̄ia super ista contumacia nollentis iurare ad hoc vt habeatur pro cōfesso reus,& ad hoc vt actor cadat ab actione, quia debebit iudex pronuntiare illum esse contumacem in rn̄dendo positionibus,vel in iurando de calum.absq; rationabili causa, quia oportet iudi. patefacere delictū rei anteq̄ habeatur pro confesso.l.eius qui delatorem.ff.de iure fisci. & ibi Bart. ad

10 hoc ponderat † & fuit prima lex quæ fecerit honorem Barto. in ciuitate Perusij,q̄a ante eū ad propositū ꝓximè dicendū nullus alius perpēderat,vt refert Pau.de Cast.hic & ideo lata ista sententia declaratoria sup contumacia,si postea ferretur sn̄ia in fauorē contumacis in non iurando,illa esset omnino nulla,quia sn̄ia ꝯ sn̄iam non tenet fm Pau.de Cast.hic. & ex hoc mirabili ter resultat fm Bar.& Pau.de Cast.p tex.sing.perpetuo mēti tenendū in d.l.eius qui delatorē,q̄ si ꝓtumax ante istam declaratoriā decederet,certè ista pęna resultans ex cōtumacia non infligeretur hr̄di, quia non posset hæres ex ista ficta confessione

11 damnari, † & istud procedit vbicunq; ex tenore alicuius statuti vel l.ante diffinitiuam sn̄iam quis haberetur pro confesso ex ficta contumacia,quia pęna nō transibit ad hæredem fm Pau. de Cast.& fine dubio procedit in terminis §.nostri. pp illa verba,& ipsa rei qualitas suggesserit, q̄a requiritur motus iudicis, ita eleganter Bal.in c.vassallus.in tit.si de feu.fue.contr.ubi vult

12 istam auream doctrinam † q̄ vbicunq; requiritur motus iudi. q̄ tunc requiratur declaratoria sn̄ia,& fortius procederet in responsione ad positiones in quibus requiritur iussus iudicis, vt declaraui.Glo.in ver.pro confesso.ibi tu dic fm Io. q̄ sic.Tenetis ex gl.actorem & reū contumaces in non iurando de cal. & condemnatos posse appellare, & ita tenet Cyn. hic inter dētes & labia.Bald.& cōiter doc.hic.& ista glo.est no. fm Ang.q̄ oīs contumax possit appellare præterq̄ verus contumax in non veniendo.l.& post edictū.in fi ff.de iur. & ita tenent cōiter doc.in l.creditor.§.iussus.ff.de appell.dixerit Pe.Cyn.in l.j.inf.quorum appel.non recipian.tenentes ꝯriū q̄cq̄d voluerint q̄a sua argu. parum faciunt,& primò dum dicebant q̄ non allegando aliq̄ cām rationabilē vel aliq̄d priuilegiū videant̄ cōtēnere iudicē, & ideo repellendi sunt ab appellando. d.l.j. ꝛ q̄a verus contu-

13 max non appellat.d.l.& post edictum in fi.& q̄a arg. istud non stringit, q̄a fateor, q̄ vera cōtumacia tollit beneficiū appellādi qn̄ fuit cōmissa circa sn̄iam,q̄a iuit citatus ad audiendā sn̄iam, & ipse rn̄dit,q̄a dixit ego nolo venire,sed in casu nostro fuit citatus ad sn̄iam : sed circa processum fm Paul. de Cast. hic non obstat ēt fm arg.dum dicebat,q̄ frustratoriè appellat,q̄a iudex appellationis viso q̄ recusauerit iurare attenta ficta confessione confirmabit sn̄iam condēnatoriam:istud etiam nō stringit q̄a satis est,q̄ contumacia operetur hunc effectum q̄ faciat haberi pro confesso, & reportare sn̄iam ꝯ se,sed non dēt afferre aliud prę̄iudiciū vt non possit approbare & aliquid ostendere q̄ eum habeat excusare ab illa contumacia, & ita decidit gl.in cle.cām.de elec.quæ ad hoc est singu. p̄ quā infert Pau.de Cast. & per glo.nostrā hic Bal.consuluisse stante statuto,q̄ in crimi nalibus contumax ponatur in bāno & habeatur pro confesso, & possit condemnari de crimine,& q̄ isto casu contumax poterit appellare & probare se maleficium nō cōmisisse,quo pro

14 bato retractabitur sn̄ia † quia non dēt condemnari etiam ex vera confessione qn̄ appareret eū non deliquisse, vt no.glos.in l.vnica.inf.de ꝓfes.l.qui occidit.in fi. ff.ad l.A quil.& multominus debebit ꝯdemnari ex ficta confessione, & istud voluit Bar. in l.absentē.circa fi.ff.de pe.& ita sępe consului,& maximè Cumis.in gl.benè dicit.Glo.in versi.rei qualitas ibi, & hoc ex ipsis verbis rei qualitas. Cyn.& cōiter docto.reprobant exemplum

15 gloss. † quia iudex debuisset libellum ineptum dentibus lacerare continentem turpitudinem seu ineptitudinem & iniustitiam.glo.in l.j.ff.de offi.assess.& bene dicunt in hoc, & ideo ipsi aliter declarant tex.nostrum in ver.& ipsa rei qualitas vt intelligantur,q̄ tm̄ condēnari debeat sup illis capitulis vbi recusasset iurare,& non super omnibus capitulis secundum Bal. hic. in glos.ibi.§. quod obseruari. ista gl. communiter reprobatur.

† quia

Source : BIU Cujas

16 † quia non datur terminus ad deliberandum an velit iurare de cal. vel non quamuis detur terminus ad reſpondendum poſitionibus: ſaluari tñ poteſt deciſio glo. in ruſtico, muliere & milite qui præſumuntur ignorare iura, quia dandus eſt ſibi terminus ad conſulendum peritiores in fine glo. benè dicit.

FEDERICI SCHENCH.

De ſatiſdationibus, quæ in iudicio præſtantur.

SVMMARIVM.

1 *Satiſdare quid ſit.*
2 *Cautio quid ſit.*
3 *Idonea cautio ſit fideiuſſoribus vel pignoribus acceptis:*
4 *Actor quemadmodum ſatiſdare debeat.*
5 *Reus immobilia non poſſidens ſatiſdare iudicio ſiſtendi cauſa debet, non etiam immobilia poſſidens.*
6 *Reus ſuo nomine conuentus nullam ſatiſdationem dare compellitur pro litis æſtimatione.*
7 *Reus fideiuſſorem non inueniens pignoribus ſatiſdat, quibus deficientibus iuratoriam cautionem præſtat.*
8 *Procurator actoris, de cuius mandato non conſtat, ratam rem dominum habiturum ſatiſdare debet, idq; fideiuſſoribus datis, ſecus ſi de mandato appareat.*
9 *Agens alieno nomine, quem conſtat mandatum non habere, repellendus eſt, etiam ſi ſatiſdare paratus ſit, niſi perſonæ coniunctæ nomine agat.*
10 *Procurator actoris ſatiſdare debet defenſurum ſe dominum in cauſa reconuentionis.*
11 *Procurator rei ſatiſdare debet iudicatum ſolui ſtipulatione, ſiue mandatum habeat ſiue non. & nu. 16.*
12 *Iudicatum ſolui ſatiſdatio cuiuſmodi clauſulas contineat.*
13 *Procurator ſatiſdans iudicatum ſolui ſine mandato tenetur ipſe iudicatum ſoluere, non dominus.*
14 *Procuratorem rei onere ſatiſdandi poteſt ipſe reus leuare ſi ſit immobilium poſſeſſor.*
15 *Procurator rei mandatum non habens præter cautionem iudicatum ſolui ſatiſdare debet, ratam rem dominum habiturum.*
17 *Reus eam poſſeſſionem recuperare volens in quam ob eius contumaciam actor pro modo debiti miſſus eſt, non auditur, niſi prius præſtita cautione iudicio ſiſtendi cauſa.*
18 *Perſona ſuſpecta contra quàm pro re mobili litigatur, eius rei nomine ſatiſdare debet, aliàs res ipſa apud officium deponitur.*
19 *Poſſeſſor eius hæreditatis de qua eſt controuerſia prohibendus eſt aliquid ex ea alienare, niſi ſatiſdet pro omni quantitate hæreditatis.*
20 *Cautio iuratoria ſubſidiaria eſt, cæteris enim deficientibus interponi ſolet.*
21 *Nunciatione noui operis facta quomodo cõſulatur per ſatiſdationem ei cui nunciatum eſt, ne cœptum opus diutius interruptum pendeat.*
22 *Satiſdare nemo cogitur pignoribus aut pecuniæ diſpoſitione.*
23 *Satiſdet quis per fideiuſſores an per pignora nihil intereſt.*
24 *Quoniam cauere obligatus non ſatisfacit ſi ſub hypotheca rerum ſuarum caueat niſi admodum locuples ſit.*



1 Satiſdatio eodem modo appellata eſt, quo ſatisfactio. Nam vt ſatisfacere dicimus ei cuius deſiderium adimplemus ita † ſatiſdare dicimur aduerſario noſtro, cui pro eo qđ à nobis petijt, ita cauemus, vt eum hoc nomine ſecurum faciamus, datis fideiuſſoribus. l.j.ff.qui ſatiſd.cog. † Cautio autẽ eſt nuda promiſſio. Cautionis enim nomine, non fideiuſſio, ſed promiſſo nuda ſignificatur. l.ſancimus. C.de verb.ſig. † Idonea tñ cautio eſt, quæ vel fideiuſſoribus vel pignoribus acceptis fit. l.ſi mandato Titij. §. vlt.ff.mandati. in iudicio itaq; primò ſatiſdat † actor, ſecundum iuris traditionem, ſe vſque ad finem litis in iudicio permanſurum, eamque per ſe vel per procuratorem exerciturum. Si autem ſatiſdare, hoc fideiuſſorem dare non valeat promittat ſe perſeueraturũ iuratoria cautione; & tactis ſacroſanctis Euangelijs, iurabit ſe fideiuſſorem dare non poſſe. l.generaliter. C.de epiſco. & clericis & in autentico de litigio. §. ad excludendas. col. 8. & ſi poſtea probatus fuerit actor iniuſtè litẽ mouiſſe, ſumptuum & expenſarum nomine, decimam partem eius quantitatis quæ in libello cõtinetur, pulſato reſtituat. ut ibi. Verum hoc iure hodie nõ vtimur, qñquidem in diſſuetudinem abijt. arg. l.j. ff. de interro. act. certè nuſquam, hanc actoris ſatiſdationẽ frequentari audiui. Reus † autem ſi immobilia non poſſidet, ſatiſdabit de iudicio ſiſti, vſque ad litis terminum, ſicq; fideiuſſores ſuper hoc cõſtituet. in authentico. de exhi. re. §. ſuſpecto. colla. 5. & §. Sed hodie. inſti. de ſatiſda. Si verò immobilium rerum poſſeſſor ſit, ſatiſdare non compellitur. l. ſciendum. ff. qui ſatiſda. cog. † Porrò iudicatum ſolui non ſatiſda. Suo. n. nomine conuentus nullam ſatiſdationem dare compellitur, pro æſtimatione litis. d. §. Sed hodie. Si fideiuſſorẽ † obtinere nequiuerit ſuffecerit ne pignoribus cauere? æquidem ſufficere puto. l.j. §. iubet autem prætor, verſi. an pignoribus. ff. de collatione bono. deficientibus & rebus & fideiuſſore, iuratoria ſuccederet cautio eodem, quo ſuperius dictum eſt modo. Procurator actoris quoq; † ſatiſdat ratam rem dominum habiturum, quoties incertum ſit, an ei negocium mandatum eſt. l.j. C. de procur. Fit hæc rati ſatiſdatio eum fideiuſſoribus, cum prætoria ſit. l.j. §. ſtipulationum. iuncta l.2. §. incertum quantitatem. ff. de prætor. ſtipulatio. Si verò cõſtet eum procuratorem eſſe minimè compelletur ratam rem dñm habiturum ſatiſdare. l. vnica. C. de ſatiſdando. & l. ne ſatiſdatio. ff. rem ratam haberi. Si † manifeſtum ſit, quem nullum habere mandatum, etiam ſi ſatiſdare paratus ſit, repelletur. nam qui facultatem non habet conueniendi, nullam actionem intendere poteſt. l. ſi pupilli. §. vlt. ff. de neg. geſt. niſi is coniuncta eſſet perſona l. ſed & hæ ff. de procur. vt puta liberi, parentes, fratres, & affines. nam his ſine mandato agere licet, vt ibi, præmiſſa tñ de rato cautione. l. non ſolum § qui alieno nomine. ff. de procurat. l. Pomp. in fi. & ibi hoc colligit glo. vlt. ff. eod. tit. actoris † inſuper procurator ſatiſdare debet, dñm ſe in cauſa reconuentionis defenſurum. l. non ſolum. ff. de procurat. l. omnium. eod. titu. & ſi dominum non defendat in cauſa reconuentionis, denegatur ei actio, & repellitur ab agendo. l. actionem. C. de procurato. & l. mutus. §. is qui procuratorem. verſic. pœna. ff. eo. tit. Quòd præfatam ſatiſdationem facere teneatur, notatur in l. ſeruum. §. ait præror. ff. de procurat. & ibi glo. ſuper verbo, defendat. & in l. ſed & hæ. § defendere. & d. l. mutus. §. pœna. & hoc, niſi ſtatim in ipſo litis exordio reconuentio fieret, tum. n. ſtatim quoq; defendere cogeretur, alioqui cauet de defendendo, cùm reconuenire volet, ſecundum. d. gl. in verbo defendat: æquum. n. prætori viſum eſt, eum, qui alicuius nomine, vt procurator experitur, eundem etiam defenſionem ſuſcipere. d. l. ſeruum. § æquum. ff. de procur. Satis dabit itaque ſe eum, viri boni arbitratu defenſurum. d. §. ait prætor. Procurator † rei, in omnibus cauſis, etiam ſi de eius mandato conſtet, in ipſo litis limine iudicatum ſolui ſatiſdare cogitur. l. vnica. C. de ſatiſda. in fi. Qua ſatiſdatione præſtita, admittetur ad defendendum, etiam ſi cõſtet nullum eum habere mandatum. l. exigendi. C. de procura. ſatiſdatio † autem iudicatum ſolui, tres clauſulas in vnum collectas habet, videlicet, de re iudicata, de re defendenda, de dolo malo vitando. l. iudicatũ ſolui. prima. ff. iudic. ſolui. Si ad defendendum procurator datus fuerit, ſatiſdare iubetur iudicatũ ſolui, ſtipulatione, quæ non ab ipſo procuratore, ſed à dño litis interponi debet: qp ſi procurator aliquem ſine mandato defendat, ipſe cogitur ſatiſdare iudicatum ſolui. l. ſi ad defendẽdum. ff. iud. ſolui. cum nota. per doct. nam qui alium defendit, ſatiſdare cogitur: nemo. n. alienæ litis idoneus defenſor eſt ſine ſatiſdatione. l. qui proprio. §. qui alium. ff. de procur. Procurator † rei, modo præfato ſatiſdans ipſe tenetur, & non dñs, ſi ad hoc non dederit mandatum, quia dñs ipſe, ſi ſe defendiſſet, hanc ſatiſdationem, vt ante dictum, præſtare non cogeretur. §. ſed hodie. inſtitu. de ſatiſda. procurator tñ condemnatus, non tenetur actione in factum de re iudic. ſed ipſe dñs qui eum procuratorem conſtituit: diuerſum igitur ſi ſeipſum obtuliſſet liti, aut defenſoris loco cum ſatiſdatione interueniſſet. l. Plautius. ff. de procur. qđ autem dictum eſt procuratorem vſquequaq; cogi iudicatum ſolui ſatiſdare, hoc pleriq; obtinere putant, niſi procuratorem dñs hoc onere releuarit: & tametſi quidam, vt Cyn. in l vnica. C. de ſatiſd. hanc releuationem nullius vſus eſſe putent, niſi procurator ſaltem vel nudo verbo, hãc ſatiſdationẽ, dñi vice interponat, quaſi impoſſibile ſit dñm ſui ipſius fideiuſſorem eſſe. l. hæres à fideiuſſore. §. qđ ſi. ff. de fideiuſſo. Tamen † obſeruatio, & conſuetudo, toto paſſim orbe, declarat illã dñi releuationẽ ſufficere etiam ſi penitus nihil ſatiſdet procurator. Videmus enim quotidie procuratoria, hmõi releuationem cõtinere: illiſque inſultos procuratores admitti: qp interpretibus quoq; iuris placet, vt Ang. Peru. in d. l. vnica. C. de ſatiſd. nã cum dñs fideiubet pro ſuo procuratore, qñquidẽ fideiubet in rem ſuam, non eſt propriè fideiuſſor, ſed potius expromiſſor, intercedens pro non obligato. arg. l. & eleganter. §. ſeruus pactionis. ff. de dolo, qua ratione illam conſuetudinem tueri poſſumus. Tunc autem hæc releuatio ſufficit, cũ releuans poſſidet immobilia, aliàs non, nam ſi pet ſe litigaret, cogeretur cauere de iudicio ſiſti. l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cog. Vnde non plus tribuendũ procuratori, quàm ipſi litigãti, ſm Ang. Peruſ. in rub. iud. ſolui. Procurator † inſuper non habens mandatum, in quibuſdam cauſis præter ſolitam ſatiſdationem iudicatum ſolui, etiã de rato debet cauere, vt cernere licet in l. Pompon. §. ſed & is qui. ff. de procur. & l. non ſolum §. ſi ſtatus. & §. eſt alius. eod. titu. † Porrò quicunque nullo ſubnixus mandato, tanq; defenſor ſe liti ofert, hanc iudicatum ſolui ſatiſdationẽ præſtat, alioqui nemo idoneus

idoneus litis alienæ defensor censetur. insti. de satisd. §. si reus. & l. exigendi. C. de procur. & l. qui proprio. §. qui alium. ff. de proc. Item sunt & aliæ satisdationes, quæ in foro fieri consueuerunt.

17 † Nam si propter contumaciam rei, actor in possessionem pro portione debiti declarati sit missus, & illam recuperare cupiat reus reuersus, non audietur, nisi omnibus damnis refusis, & satisdatione de iudicio sisti, causaq; prosequenda præstita. In authen. de intro. re. §. si verò semel. ver. igitur ne latente eo. coll. 5.

35 vt ff. ex quib. caus. in pos. catur. l j. & 2. † Sed quæritur, an in realibus interponatur secundum decretum. Ad quod respondet dominus meus cp non; quod ex eo apparet: quia ante litem cōtestatam missus in possessionem rei, quæ petebatur, reus veniēs intra annum auditur de possessione & post annum de proprietate, vt C. de præscrip. 30. vel 40. anno. l. si quis emptionis. §. pen. & C. vbi in rem actio. l. 2 in fin. Si ergo auditur de proprietate, & per ſm decretum absorbetur dñium: apparet cp in eis interponitur ſm decretum. vnde quæri cōsueuit quæ sit ratio. Certe
36 potest reddi duplex: † Prima; quia qui intentat rei vendi. dicit se dñm: vt ff. de rei vendi. l. in rē actio. qđ autē petit interponi ſm decretum petit dñium sibi decerni. vnde videtur affirmare se prius dñm non esse: & ita contrarius sibijpsi. & ideo repellēdus. vt arg. ff. de appel. l. j. §. si alius. Secunda ratio; quia agens rei vendi. consecutus est desiderium suum, petebat possessionem in se transferri: cum possessio pariat actionem. C. de alie. mutan. iud. cā facta. l. vnica. vnde cum per primū decretum rem haberet pe nes se, frustrm ſm interponeretur, cp esse nō debet: vt ff de leg. j. l. si qñ. & ideo si res erat petētis, nunq̄ in reali interponitur secundū decretum, nec vsucapio, vel præscriptio procedet: quia nemo rem propriam vsucapit: vt ff. de vsucapio. l. sequitur §. lana. Si verò res non erat petentis, statim missus ex primo decreto possidet, vel saltē post annū, ſm qđ supra dictum est in effectu primi decreti. Et ex quo inceperit possidere inciperet vsucapere rem vel præscribere, licèt sciret rem alienam: nam iuste possidet, q̄ authore prætore possidet: vt ff. de acquir. poss. l. iuste. & de regulis iuris qui auctore. & ita ſm eos qui dicunt, cp demum anno lapso missus in reali possidet, tm̄. n. facit lapsus anni quantum ad possessionem habendam & vsucapionem inchoandam, quantum in personali secundi decreti interpositio.
37 † Item quod dixi, in reali non debere interponi ſm decretum, intellige de reali, qua peto meum: secus autem si non meum, vt si ago hypothecaria, vel seruiana, vel alia ciuili actione: nā tunc bene posset interponi ſm decretum, sicut supra dictum est ī personali. Item intellige in reali; quia peto meum, non interponitur ſm decretum, scilicet super illa re, quam peto, sed super aliis posset bene, vt si vocatus in reali non comparet, & mittatᵗ actor in possessionem aliorum bonorum, quod fit qñq;: vt ff. ex quibus cau. in pos. catur. l. Fulcinius. §. item videamus. ex prædictis itaq; patet ſm decretum non debere interponi in personalib.
38 vel in realibus quibus peto meum. † Sequitur videre de quinto, scilicet quis sit effectus. Et quidē ſm Ia effectus secūdi decreti est, cp missus in possessionem incipiat vsucapere: nō autem statim efficiatur dominus siue aduersarius sit dñs, siue non, vt ff. de dam. infect. l. prętoris officium. & l. si finita. §. Iulianus. Ego autē ſm Ioan. & Azo. distinguo: aut prior possessor est dñs & missus in possessionem ex secundo decreto statim efficiebatur dñs: vt ff. si ex noxali cā agatur. l. 2. ī fi. Si enim prior possessor erat dñs, ad quid præscriberet missus ꝯ eum: nam decreto secundo interposito dñs volens respondere & satisdare, nō auditur nisi iusta cā interueniente, vt ff. de dam. infect. l. si finita §. si forte. & l. si eorū. Si verò prior non erat dñs missus incipit vsucapere: sic intelligitur d. l. prætoris. cum suis similib. † Sequitur videre de sexto,
39 scilicet a quibus magistratib. īterponatur. Rñdeo, interponitur a maiori iudice habente merum & mixtum imperium, nō autem a magistratu municipali: vt ff de iur. om. iudi. l. iubere cauere. & ad municipales. l. ea quæ. & de dam. infec. l. dies. § si forte. Est eñ res ista mixti imperij: quia plenariā causæ cognitionem continet, & decreti interpositionē. vnde per ipsos maiores non per alios est expedienda: vt ff de offi. proconsu. & lega. l. nec q̄quàm. § vbi decretū. & de regu. l. oīa. nec obst. cp magistratus pt per nuncium mittere in possessionē; quia hoc fit, vt per ipsum nunciū expediatur iurisdictio, nō vt in eum transeat: vt ff. ne vis
40 fiat ei q ī pos. missus est. & ff. vt in pos. lega. l. is cui. §. missus. † Sequitur videre de septimo, scilicet quo iure petatᵗ interponi. Rñdeo ſm quosdam iure actionis: vt ff. de dā. infec. l. si finita. §. Iulianus. & erit actio in factū: quia nō est expressum de noīe actionis: vt ff. de præscri. verb. l. quoties. Se melius est vt dicamus iudicis officium interponi: nā ad iudicis officium pertinet punire cōtumaciā nō obtēperātis in his quæ sunt prima, media, vltima: vt ff. si quis ius dicen. nō obtēpe. l. vnica. & arg. ff. de succes. edic. l. 2. §. decretales. Octauò & vltimò sequitᵗ videre, quale sit officium iudicis, quo petitur interponi. Et ad euidētiam huius
41 quæstionis submitto breuiter de iudicis officio, † iudicis officiū est quadruplex: est eñ iudicis officium qđ deseruit actioni circa iudicia inchoanda, expedienda. vel expedita executioni demādanda, est & iudicis officium, qđ datur in defectum actionis. Est & tertiū quod deseruit actioni bonę fidei & circa accessoria dicitur mercenarium Est & officiū, qđ deseruit actionib. arbitrariis, & dr̄ merū. Videamus de primo. & quidē iudicis offi-
42 ciū deseruit actioni in iudicio circa primordia. † In principio eñ præcipit iudex in ius vocato libellum offerri, vt insti. de pœna te. litigan. in fin. C. de litis contesta. auth. offeratur. Itē vt satisdationes præstentur ab actore vel reo, de satisda. l. vnica. & de epis. & cler. auth. gñaliter. Itē ut fiat litis cōtestatio, iuramēti de calū nia præstatio, & ī simílib. Ex quib. peruenitur ad diffinitiuā sn̄iam. Itē deseruit in prolatione sn̄iæ, quā debet ferre iudex certam, prout possibile est, ut insti. de actio. §. curare. & ff. de re iudi. l. a diuo Pio. & de rei uend. qui restituere. Item si uocatus non ueniat iudicis officio deseruienti actioni per quā uocabatᵗ, eius contumacia punitur per interpositionē primi & secundi decreti; ut s̄. dictū est. & ita respondeo ad quæstionē eorū, qñ quærūt quomodo iudicis officiū deseruit actioni. Respon. aliquib. turbatis non miremini, nec turbemini: † deseruit eñ, itaq; nisi de-
43 seruiret iudicis officiū actioni, nec actio posset intētari, necī cā

Source : BIU Cujas

procedit,nec in ea pronunciari,nec ſententia executioni emãdari:nam parum eſſet iura eſſe, niſi eſſent magiſtratus qui iura redderent & exequerentur:nnm per eos qui iuri dicendo præſunt effectus res accipit:vt ff.de ori.iur.l.2.§.poſt originem. Et ita patet ex præmiſſis·quia ſecundùm decretum quandoque in
44 terponitur iudicis officio deſeruiẽte actioni. † Eſt & iudicis officium,quod datur loco deficientis actionis,cum quis ad petendum aliquid non habet actionem,vt in cautione damni infecti & lega.quæ ſolo iudicis officio interponitur,& petitur interponi:& in reſtitutione minoris in ſalariis aduocatorum & alimẽtorum præſtatione & in ſimilibus,in quibus actio non competit,ſi iudicis officium imploratur: vt ff. de minoribus.l.quòd ſi minoris.in fin.& de variis & extraordina.cogni.l.j.& de libe.exhiben.l deinde.§.hoc autem.& hoc caſu officium iudicis concurrit cum actione,vt ff.de rei vendica.l.j.& ff.de damn infect. l.j.& l.dies.& l.prætor ait.& de præto.ſtipula.l.2.& ff.vt leg. & fideicommiſ.no.caue.l.j.& etiam cum ſuis ſimilib. & tali iudicis officio quandoque decretum ſecundùm interponitur, vt ſu-
45 pra dictum eſt. † Eſt & tertium iudicis officium, quod circa acceſſiones inducendas in actionibus bonęfidei, & ęque conuenit tanquàm mercenarius domino, & dicitur mercenarium; quia quicquid facit iudex in eis,facit ex natura actionis,non ex ſuo mero officio:vt ff.de eo quod certo loco.l.in bonęfidei. & inſtitu.de actio.§.in bonęfidei.& illud vnà cum actio.paret.ff.
46 de acti.empti & vendi.l.qui pro colluſionem. † Eſt & quartum iudicis officium,quod vltra ea quæ principaliter petebãtur, inhæret actionibus ſtricti iuris,ſcilicet arbitrariis:& hoc ſolo motu iudicis deſcendit,& propter hoc dicitur merum; quia in mero & ſolo iudicis officio conſiſtit, quaſi liberum ſit iudici dari de eo ęſtimare, vt inſtitu.de actio.§.præterea. & illud ſimiliter parit vnà cum actione.& ff.de eo quod certo loco dari oportet.in l.j.& in l.centum Capuæ.

BARTOLI DE SAXOFERRATO
De excuſsionibus pignorum.

SVMMARIVM.

1 *Excuſſio quid ſit.*
Bonorum appellatio quicquid in bonis noſtris eſt intelligitur.
2 *Rei appellatio quid contineat.*
Excuſſio ſolenniter fit.
3 *Solenniter fieri dicuntur quæ per iudicem fiunt.*
Excuſſio in quibus caſibus locum habeat.
4 *Excuſſio pignorum per quem & quando fienda.*
Excuſſio in quo loco fieri debeat.
5 *Contumax pro quaſi condemnato habendus.*
6 *Excuſſio qualiter fieri debeat.*
7 *Verba cum effectu accipienda.*
8 *Domeſtici bona familiæ ſcire præſumuntur.*
9 *Litis conteſtatio quo caſu locum non habeat.*
10 *Hypothecariæ in bonis quando locus non ſit ſuper excuſſione.*
11 *Cognoſcendum quid veniat ante litem conteſtatam.*
12 *Pignoris cauſa eſt indiuidua.*
Mulier'i alienatione mariti renũtiãs iuri hypothecariarũ qd deducerepoſſit.
13 *Excipi facta excuſſione & pronuntiatione an poſsit a debitore locuplete.*
Res iudicata pro veritate habetur.

QVONIAM tractatus pignorum bonus & vtilis eſt,& frequenter in iudicio occurrit. ideo de excuſſionibus aliquid vtile videndum eſt: ſimile ff.de diuer.& tempor.præſcrip.l j. in fin.ff.de libe.lega.l.legaui.in princip. & vt omnis remoueatur ſcrupulo ſitas,ſimile.C.de interdic.ma.l. 3.vt materiam hanc debite perſtringamus.

Primò videamus,quid ſit excuſſio.
Secundò in quibus & quot caſibus fiat.
Tertiò per quem fiat.
Quartò quando fiat.
Quintò vbi fiat.
Sextò quomodo & qualiter fiat.
Septimò & vltimò quędam dubitabilia circa excuſſionẽ.

1 Videamus & excutiamus quid ſit. Et excuſſio ſic poteſt diffiniri. Excuſſio † eſt bonorũ & rerum principalis debitoris ad vngulam vſq; ad ſacculum & perã facta per iudicem exquiſita diſcuſſio atque detectio. Ideo autẽ dixi in diffinitione bonorũ;qa ſic dicit lex.C.de reuoc. his quæ in frau.cre.l.2.ibi,eius bonis excuſſis,aliàs dico: qa bonorũ appellatio quicquid in bonis noſtris eſt intelligitur,de ver.ſigni.l. bonorũ.& l.rẽ in bonis.ff,de acq.re.do. Rerũ omnium ideo dico,qđ ſic dicit.l j.C.de decu li.10.etiã appellatio rei gñalis eſt,vt ſub ſe cõtineat pecuniã & omnẽ ſpeciẽ.ff.ſi cer.pet l.j.in fi.& C. de cõſti.pecu.l.2.in fi. & ff. de fideicõ.lib l.ſi ita a fideiuſſore.de verb.ſig.rei appellatio.immo ſi actionẽ aliq̃ã ad rem habeam
2 perquirendã,ĩã rem habeo, † & ipſã in bonis noſtris eſſe vĩ.ff. de acq.re.do.l.rẽ in bonis.ff.de re iu.l.q actionẽ habet itẽ ideo dixi principalis.qa ſic apparet & dicit in oĩbus legibus, quæ de excuſſione loquũtur. Ad vngulã ideo dixi: quæ iudex, qui diſcuſſionẽ facit,debet cũcta rimari:vt patet.ff.de cõdi. & demõ. l.ſi cui libertas arg ad hoc C.de ſent.ex breui.reci.l.2. & de pęn. ff.quę in fraud credi.l.fi.§.fi.per iudicẽ ideo dixi:qa tex.dicit,ex cuſſionẽ ſolenniter fieri,vt C.quando & quib. quar. pars debe.
3 l.fi.lib x.& ea dicũtur ſolẽnia ſiue ſolẽniter fieri † quæ fiũt per iudicẽ, vt ff.de in integ reſti l diuus.& de re.iu.l.& ſi nihil.C. de ſumma trini.l.3.in princi.facta diſcuſſio & exquiſitio in bonis quare dicaẽ patet.C.de iudi.l.iudicẽ. Ideo aũt dixi detectio, qa iudex p decretũ bona quæ sũt detegit,ſeu in publicũ facit veni re,nõ aũt de nouo venire dicũtur,arg.de acqui.re.do.l. adeo.§. cũ qs.in fi.C.de neg.geſt.l.2.Veniam⁹ ad fm,in qbus caſibus habeat locũ diſcuſſio,ſeu excuſſio:& quidẽ locũ habet,& fieri debet in multis caſibus,q in ſcriptis legib⁹ cõtinẽtur, put p ſe curioſus lector poterit inuenire ſiue reperire,vt C.de cõuen.fi.l.4. in fi.de decu.l j lib.x.& de ma.conue. l. aduerſus.ff.de admi.tut. l.3.§.1.l.nec põt.& C.de pign.act.auth.& hoc ſi debitor.& ĩ aut. de fideius.§ j.& C.de magi.cõuẽ.l.aduerſus.& ff. de admini. tut. l.3.§.nec putet.& eo.titu. l. Lucius. §. cũ teſtamẽtis.& aliàs fm vnam lectu.ff.de magiſtra.conue.l.2.§.ſi iure. & de verbo. obli.
4 li.x.in fi.& ff.de iure fiſ.l.Moſchis.cum ſuis ſi.Super † tertio mẽbro:ſ.per quem fiat,nihil eſt dicendum,quia in diffinitione excuſſionis iam eſt terminatum,quia ſcilicet debet fieri per iudicem,vt l.2.C.quo quis ord.conue.lib.xij.

De quarto. Quando fiet.& dicẽdũ eſt, q fieri debet qñ eſt dubium,vtrum reus principalis ſit ſoluendo vel non: ſi autem eſt certum & notorium ipſum nõ eſſe ſoluẽdo & idoneũ: tũc nõ eſt locus diſcuſſioni.ff.de verb. obl.l.decẽ in fi.& ar.ſi cer.pet.l.ij.in fi.& de act.emp.l.emptorẽ. §.j.concordat.l.continuus.§.cũ ita.de verb obli. qa in incertis non certis locus eſt coniecturis,concordat.l.j. ff.de actio.emp.

¶ Quintò vbi hæc fiat ſuper hoc dubium eſt,an in eo loco,vbi agitur, ſit facienda excuſſio vel alibi,vbi ſunt bona.Videtur q nõ.ff.de procura.l.ſed & hæ.§. nõ ſolum.ff. de arbi.l.cum dies. §.ſi arbiter.argu.de annu.lega.l.Meuiam.§.fi.ff.de oper.lib.l.qđ ius.§ cum ſi. Itẽ cũ ſit condemnatus vel quaſi pro cõdemnato
5 habeaẽ principalis † ex confeſſione ſua vel contumacia, argu. C.de om.agro deſer.l. locorũ.li.xij. fiet excuſſio per arbitrium iudicis per eũ,in cuius territorio res eſſe dicatur,ar.ff.de bo.auc̃to·iudi poſ.l.cũ vnus.§. pen.C. de iudi.properãdũ.§. ſinautem reus.& hoc videẽ verũ:qa vbicũq; habet bona, ſolũ fiet excuſſio.facit pro hoc ff.qui ſatiſda.cog l.ſi fideiuſ. §.ſi neceſſaria. & de ſimili.q.no.qui.ex cau.in poſ.ea. l.hoc autem. §.fi.auth. niſi. & in glo. quæ incipit,quos habet &c.

Super ſexto Quæro,qualiter fiet excuſſio. Hinc pendẽt leges & prophetę & ſic vna via eſt, q̃ nos ducit Romã,ſed nõ ſola,vt not.de eden.l.2.ſuper verbo,pinde.† noſtraq; intereſt plura auxilia habere,& ſi nobis vtilia nõ
6 ſint,vt ff.de re.eo.l.j.in fi.de li.leg.l.3 in fi. & de vſuris. l. ſi bene. ita ſunt plures viæ & modi ad faciẽdũ excuſſionẽ.Et primò videẽ,q ſi fiat excuſſio,videlicet vt principalis cõueniaẽ, & finaliter cõdẽneẽ,vt ff.de adulte.l.4.2.reſpõſo.& ad Turpil.l. ab accuſatore.§.ſi deſtitiſſe.& de bon.li.l.qui cũ maior.§.accuſaſſe.&
7 l.in ſeruitute.§.petiiſſe.& rẽ ra.l.amplius.† nã verba cũ effectu ſunt accipiẽda.ff.qđ quiſq; iur.l.1.§. hæc verba. & ne qs eũ q in ius vo.vi.l.pe.§.j. Et poſt cõdẽnationẽ fiat excuſſio in bonis debitoris,ſi inueniaẽt,ar.C.qñ fi.vel pri.l.2.ſi nõ reperiaẽ in bonis excuſſi,loc⁹ eſt hypothecarię vel ſecũdę cõuẽtioni,arg.ad hoc de ma.cõue.l.2.in fi.& §.fi.Si verò debitor nõ inficiaẽ.ſed ſe nõ eſſe ſoluẽdo alleg.vel nõ appareat,tũc fiẽda eſt inquiſitio de bonis debitoris,ẽt nõ cõuicto eo,& cõdẽnato principali debitore,ar.quæ in frau.cred.l.1.& de ma.cõue.l.aduerſus.& ff. de iur. fiſci. Mo. hic,& facta inquiſitione fiat pronũtiatio ſuper bonis excuſſi,argum de confir.tute.l.tuto. & de fideicom. lib. l. non tantum.§.ſinautem.Secundo modo quando iudex facit comparere principalem debitorem,& compellit eum pro ſatisfactione multam indicendo ad indicandum ſua bona,argu. C. de iur.delib.l.fin.§.licentiam.& C.quando & quibus quar.pars debetur.l.2. §. exigendo. libro x. argu. contra quòd non. ff. de
8 ceſſio.bo.l.pe.† & idem faciens de vxore & domeſticis qui talia ſcire poſſunt, vt C. de repu.l.conſenſu. §.& ſic fama & opinio circunſtantiũ,arg ff. de fun. inſtru. l. cum de ſeruus lanionis §. aſinam.& de fal.l j. §. 2. Sed ad hoc videtur citandus poſſeſſor rei obligatæ.ff.de optione lega.l.non ita.& de aqua plur.arcen. l.in concedendo.argu.optimum. C. ſi propter pu. penſi.l. 2. & arg ff de re.eorum.l magis puto. § nec maximum.& §. in primis.Et ſi quidem inuenerit & neget debitorem inopem eſſe, producentur teſtes per actorem contra eum probando debitorem non eſſe ſoluendo,vt de hæredi.vel act.vend.l. ſi adulta. & C.ſi vẽdi.pigno.agatur.l.ſi vxor.& ipſe primò poterit producere teſtes ſuos dicẽdo ipſum eſſe ſoluẽdo.C.de proba.l.ex perſona.& ff.ſi cer.l.fi.§.fin.quia ĩcidẽter cũ ſua eſt,ergo poterit ĩtereſſe.C.de li.cau.l.principaliter.C.de litigi.auth.nũc ſi hęres.Sinautem

autem non venit iudex,nihilominus recipiet teſtes proſequẽ do inquiſitionem ſuam,arg.de theſauris.l.ſi quando. & de ad-
9 uo.diuerſ.iudicum.l.laudabilem. † & non minus valebit, ꝙ lis conteſtata non ſit,cum hoc fiat ad præparationem alterius q. & taliter poterit expediri,arg.de lib.cau.l.libe.in fi.& C.de adul. l.quoniam Alexandrũ.& d.l.fin. ſi certum peta. Poteſt etenim fieri alio modo.ſ.vt iudex preconem ſeu executorem mittere ad inquirendum,& referenti credetur.& ita iudex pronuntiat, ꝙ bona excuſſa &c.arg.ad hoc.C.de his qui ad eccle.confu.l.ꝑſente.§.ſi tibi.& ff.manda.l.ſi mandauero.& ff.de in integ.reſti. l.diuus.& C.de rebus eo.l.magis puto.§.non tantum.de accu. l.ea quidem,ſed arg.contra. C. de decu.l.j lib.11.ſed conſilium eſt,videlicet ꝙ duo mittantur executores, cum in ore duorum vel trium ſtet omne verbum,vt in authen.de teſti.in princip.& in authen.de defen.ciui.§.ex prouinciali.& arg.C.de bonis vacan.l.fi.ibi,in cauſa ipſius &c.ff.de ven.inſpicien.l.j.§ & ſi quidẽ.
10 **Super ſeptimo** & vltimo,quæro † quid ſi bona inueniuntur,ſunt tamen in controuerſia,erit ne locus hypothecariæ vel ſecundæ conuentioni. Et videtur ꝙ ſic.ff.de re iudi.l.a diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.& C.quãdo fiſcus vel priua.l.3.ecõtra ꝙ nõ niſi conuicto an debite poſſideat,& tunc bona capientur,& nõ ſit locus hypothecariæ vel ſecundæ conuentioni, quandiu conuictus ab eo an poſſideat aduerſarius; & tunc ſit locus hypothecæ,vt d.l.a diuo Pio.arg. in authen.de fideiuſ.§.neque.ſed quid ſi veniat pro parte ſoluẽ do pro parte non excuſſione facta,ſed dic nihilominus eſſe locum hypothecariæ in reliquum debitum,ſed argum.ff.de verborum ſignifi.l.ſoluendo.ſed an de hac diſcuſſione ſit facienda fides ante litem conteſtatam in hypothecaria ſi exigatur. & vi-
11 detur ꝙ ſic: † quia dilatoria de qua ante litem conteſtatam eſt cognoſcendum, vt C de proba.l. exceptionem. & pro hoc d.l. fin.§.fin.ſi certum petatur.& quod nota.ff. de excep.io.l.exceptionem.circa finem.ſed nunquid valeat ſententia excuſſione non facta,argum.ꝙ ſic.C.de appella.l.j. Item nunquid in tacita tantum an in expreſſa habeat locum excuſſio, no.in authen.de fideiuſſ.§.quando autem.& melius.d.l.magis. Sed pone ꝙ ſunt plures emptores rerum obligatarum, an iſte qui cõuenitur poterit excipere de aliis conueniendis pro parte virili. Videtur ꝙ ſic.d.l.magis.ſed contrarium eſt,vt ibi no.arg.ad hoc ſi vnus ex pluribus appellauerit.l.fin.& argum.de diſtrac. pignor.l. credi-
12 tor. † & quia cauſa pig.eſt indiuidua ff.de euic.l.in rem hæreditariam.& de pignori.l.ſed pone, ꝙ mulier renuntiauit iuri hypothecariarũ in contractu alienationis factæ a marito,nunqd ſi agat aduerſus alios poſſeſſores rerum mariti deducetur ꝙ de-
13 ducere potuiſſet ab aliis. Videtur etiam ꝙ ſic. † An facta excuſſione & pronuntiatione poſſit excipi de debitore locuplete cõ ueniendo,& videtur ꝙ non:quia iam iudicatum eſt,& res iudicata habetur pro veritate.ff.de ſta.ho.l.ingenuum.& obſtat excep.ſi præſens ſit,aliàs non: quia res inter alios.ff.de re iudic.l. ſæpe.in princip.niſi vel per gratiam, vel per ſordem iudicatum fuerit.C.quando prouoc.non eſt neceſſ.l.venales.

IACOBI DE ARENA

De excuſſionibus bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Excuſſio quid ſit.*
2 *Iudex excuſſionem faciens debet cuncta rimari.*
3 *Excuſſio debet ſolenniter fieri.*
Solennia,quæ dicantur.ibi.
4 *Excuſſio qualiter & quando fieri debeat.& num.5.8.& 15.*
6 *Et vbi fieri poſſit.*
7 *Debitor vbicunque habeat bona,ſoluendo dicitur.*
9 *Noſtra intereſt plura auxilia habere,& ſi nobis vtilia non ſint.*
10 *Excuſſione facta ſi non reperiuntur bona,locus eſt hypothecariæ vel ſecundæ conuentioni.*
11 *Iudicium an procedat contra tertium,ante excuſſionem factam, ſi non opponatur.*
12 *Iudex poteſt cogere principalem debitorem ad comparendum & compellere per ſacramentum & multæ indictionem ad indicandum bona.*
13 *Idem facere poteſt de vxore & alijs domeſticis, qui talia ſcire poſſunt.*
14 *Poſſeſſor poteſt producere teſtes ſuper eo, quod principalis debitor ſit ſoluendo.*
16 *Relatio nuntij referentis nihil eſſe in bonis debitoris,iudice eius vigore nil eſſe pronuntiante,an ſufficiat.ita quòd poſſit ad fideiuſſores deueniri.*
17 *Bona ſi reperiantur,quæ tamen ſint in controuerſia. an locus ſit hypothecæ.*
18 *De excuſſione an ſit fides facienda ante lit.conteſta.ſi de hoc exigatur in hypothecaria.*
19 *Si ſint diuerſi emptores rerum obligat.& vnus cõueniatur, an is poſſit obijcere de alijs conueniendis pro virili portione.*
20 *Cauſa pignoris eſt indiuidua.*
21 *Excuſſione facta & pronuntiatione,an poſſit excipi de debitore locuplete conueniendo.*
22 *Quid ſi poſt pronuntiationem excuſſionis auctæ ſint facultatet debitoris,an procedatur in hypothecaria.*
23 *Quid ſi debitor ſit abſens,ita quòd conueniri non poſſit,an poterit conueniri poſſeſſor.*
24 *Debitor obligatus pro principali,an poſſit opponere, quòd non ſit facta excuſſio principalis.*
25 *Si actum eſt contra vnum ex correis,an poſſit agi contra tertium poſſeſſorem non excuſſo alio correo.*
26 *Excuſſum eſſe & excuti non poſſe, an paria ſint.*
27 *Excuſſionis beneficium non habet locum in fideiuſſore criminali.*
28 *Excuſſio rerum & perſonarum quæ ſunt in alieno territorio non eſt neceſſaria.*
29 *Excuſſio an poſſit ſuppleri poſt lit. conteſta.*
30 *In excuſſione debet moueri pars, vt ſit cum nuntio.*
31 *Excuſſio an ſit facienda, quando tertius poſſeſſor habet cauſam a debitore.*
32 *Iudicium licèt procedat,ſi non opponatur de excuſſione,actor tamen nõ obtinebit in hypothecaria contra tertium,ſi non probet excuſſionem factã, vel debitorem inopem.*
33 *Excuſſio ſicuti ad pignus conuentionale recuperandum eſt neceſſaria, ita & ad pignus prætorium recuperandum erit neceſſaria.*
34 *Indemnitatem qui promiſit,an poſſit conueniri principali non excuſſo.*
35 *Excuſſione non facta ſi agat hypothecaria,& lis conteſtata ſit, an lite pendente fieri poſſit.*
36 *Sententia ſine excuſſione principalis facta an valeat.*

1 **Excuſſio** † eſt bonorum atque rerum principalis debitoris ad vngulam vſque ad ſaccum & peram per iudicem facta diſcuſſio,inquiſitio, atque detectio, bonorum dico,per l.j.de reuo.quæ fi.in fraud.credi. quæ autem intelligantur in bonis noſtris,dicitur in l.bonorum. de verborũ ſignifica Rerum ideo dico,ſicut dicit.l.j.C.de decu.libro 10.rei autem appellatione &c. vt l.j.ff.ſi certum petat & l.j.§.fin.C.de conſtitu.pecu.& l.ſi ita fideiuſſorem.de fideiuſſo. & l.rei appellatione.de verborum ſignifica.immo etiam ſi habeo actionem ad rem ipſam proſequendam:ipſam rẽ eſſe in bonis cenſemus. l.rem in bonis.de acqui.re.do.& l.qui actionem.de reg.iur.Quare autem dicatur principalis debitoris,patet in omnibus legib.
2 quæ de excuſſione loquũtur.Ad vngulam ideo dicit, quia † iudicem qui excuſſionem facit,oportet cuncta rimari,vt patet in l.ſi cui libertas.de condi.& demon.& l.2.C de ſenten.ex breui. reci.& l.qui ſententiam.& l.qui iudicium. de pœn. Quare dicatur vſque ad ſaccum,patet,in l.fin.§ ſi per iudicẽ.ff.quæ in frau. credi.per iudicem.ideo dico,quia lex dicit † excuſſionem ſolẽ
3 niter fieri, vt quo quiſque ordi conuenia.lib.11.& ea dicuntur ſolennia ſeu ſolenniter fieri quæ per iudicem fiunt, vt l.diuus. de in integ.reſti.& l.& ſi nihil.de reg.iur. & l.3.in princip.C.de ſum.trini.& fide catho.inquiſitio quare dicatur, patet.C.de iud. l.iudices.Detectio ideo dicitur,quia iudex per excuſſionem ea bona quę detegit in publicum ponit,non autem de nouo inuenire dicitur,arg.l.adeo.§ cum quis & §.fin.de acquir.rerum do.
4 & l.j.C.de nego.geſt.Fieri † enim debet & locum habet diſcuſſio in certis caſibus,qui infraſcriptis legibus continentur, vt l. 3.in fin.C.de conuen.fiſci.debito.& l.j.C.de decurio.libr. 10.& authenti.hoc ſi debitor.§.j.C.de pigno.& authent. præſente.C. de fideiuſſo.& authen.nouo iure.C.de actio.& obliga.& l.pen. C.quando fiſc.vel priua.& l.j.C.de reuocan.quæ fi.in frau.credito.& l.aduerſus.C.de magiſt.conuen.& l.3.§.non putetur.de admini.tuto.& l.Lucius.§.cum teſtamen.eodem tit.& l.j.§.ſunt. de magiſtra.conueni.& l.decem.in fin.de verbo.oblig.& l.Moſchis.de iu.fiſ. † Fieri autem debet,quando reus principalis du-
5 bitatur,an ſit idoneus ſoluendo,vel non.Si autem certum eſſet & notorium ipſum non eſſe idoneum, & non eſſe ſoluendo; tunc non eſt locus excuſſioni.l.decem.in fin.de verborum obl. & l.fin.in princip.ff.ſi certum peta.& l.emptorem.§.j.de actio.
6 emp.Dubitatur † vbi fiat,an in eo loco tantum, vbi agitur, an etiam alibi:ſi alibi dicatur habere,& videtur ꝙ non, vt l.ſed & hæ.§.non ſolum.de procurato.& l.ſi cum dies.§.arbiter.de arbi. & l.Meuia.§.fin.de annuis legat.& l. quia niſi.de oper.liberto. Item cum ſit condemnatus,vel pro condemnato habitus principalis ex confeſſione ſua vel contumacia,arg.l.locorũ.de om. ag.de ſer.lib.11.fiet executio per arbitrium iudicis per eum in cuius loco res eſſe dicantur,argu.ff.de bon. auctо.iudi.poſſid.l. cum vnus.§.pen.& l.properãdum.§.ſinautem.reus. C. de iudic.
7 & hoc verum videtur:quia † vbicunque habet bona,ſoluendo dicitur.facit pro hoc l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſdare cogãtur,& not.in l.is autem.§.ſinautem.ex quibus cauſ.in poſ-
8 ſeſ.ea.Quomodo † & qualiter fiat,hic pendent leges & prophe tæ,& ſicut noſtra † intereſt plura auxilia habere, & ſi nobis vti-
9 lia non ſint,vt l.j.in princip.de eden.& l.ex fundo.in fin.de ſerui.& pro hoc l.3.in fin.de lib.legat.& l.ſi bene. de vſur. ita ſunt plures viæ & modi faciendi excuſſionem,& primò videtur, ꝙ principalis primò conueniatur, & ſententialiter condemnetur,vt probatur in auth.de fideiuſſo.§.ſed neque.ibi, nõ trãſeat viam ſuper pluribus actionibus.& auth.ſi debitor. C.de pigno. quia conueniri & agi intendo cum effectu vt conuentus condemnetur,vt l.2.ſecundo reſpon.de adulte.& l. ob hoc.§.deſtitiſſe.ad Turpi.& l.qui cum maior.§.accuſaſſe.de bon.liberto.&

l.in

Source : BIU Cujas

Benedicti de Plumb. De discussionibus.

l.in seruitutem.§ petiisse.eo.titu & l.amplius. rem rat. habe.nã verba cum effectu &c.l.j.§ hæc verba.quod quisque iur. & post condemnationem fiet executio in bonis debitoris, si reperien-
10 tur,arg.l.2.C.quan.fis.vel priua. Si † autem non reperiuntur de bonis excussis,locus est hypothecariæ,vel secundæ conuentioni,arg.l.j.§.fin.de magistra.conuen.Si verò debitum nõ inficiatur,sed se non esse soluendo alleget, vel non comparet citatus, tun fiet inquisitio de bonis,etiam non conuicto nec condemnato principali,vt l.j.C.de reuoca.quæ fi.in fraud.credito.& l.ad
11 uersus.de magistra.couen.& l.Moschis.de iure fisci. Sed † an precedit iudicium,si agitur contra tertium possessorem ante factã excussionem,si non opponatur,vide Bart.in l.si probatum. cõmuni diuidundo.C.& l.si mancipium § j.de euictio.Et facta inquisitione fit pronuntiatio super bonis excussis,arg.l.tutores.de confirma.tuto.& l.non tantùm.§. senatus. de fideicom. liber.
12 † Secundo modo potest fieri,ꝙ iudex faciat comparere principalem debitorem,& compellat eum per sacramentum,& mulctam indicendo,indicare bona sua,arg.l.sancimus.§.licentiam. C.de iure deliberan.& l.2.§.in exigendis.quan.& quib.quar.par.
13 lib.10.& arg.no.in l.j.ff de cess.bon. †Et idem faciet de vxore,& aliis domesticis,qui talia scire possunt, arg.l.consensũ.§.seruus. C.de repud.& si nil inueniatur,concitet propinquos & vicinos qui testificentur super hoc:& si dixerint se nescire de bonis eũque non esse soluendo,saltem fama & opinio circum astantiũ sufficiet, argu.l.cum de lanionis.§.asinam.de fun.instru. instrumentoq; lega.& l.j.§.j.de flumi.Sed ad hoc erit citandus possessor rei obligatæ.l.nam ita diuus.de adoptio.l.in concedendo.de aqua pluu.arcen.& l.2.in fin.si aduer.pu.pens.& l.magis.§ ne passim.& §.ne prius.de rebus eorum.& si quidẽ nouerit, & neget debitorem esse inopem,procedetur ad testes per actorem contra reum probando debitorem soluendo non esse,vt C.de hæ-
14 redi.act.l. adultam. † & ipse possessor poterit producere suos testes,dicendo eum esse soluendo,vt l.ex persona.C.de probat. & l.fin.§.fin.si certum petatur quia incidenter causa sua est, vel interesse poterit.l.principaliter.de libera.cau.& authen.nunc si hæres.de litig.& argumen.C.de testi.l.si quando.& l.laudabilẽ. de aduo.diuer.iudi immo minus valebit;quia lis contestat.non fuit,cum hoc a præparationẽ alterius iudicij poterit taliter expediri,argum.l.libertus.in fin.de libera.cau.& l. quoniã.de adul
15 ter. † Tertio modo potest fieri, & hæc cõmuniter obseruatur, vt iudex mittat preconem, siue executorem ad inquirẽdum, & ei referenti credatur,& bona excussa pronuntiet, & est argum. ad hoc in l.præsenti.§.sic vbi de his qui ad eccle.confug. & l.fi. de iudic.& l.magis.§.ne tantum.de rebus eorum.& l.ea quidẽ. C.de accusa & l.j.C.de decurion.lib.10.sed cõsilium est,vt duo executores mittantur:quia in ore duorum &c.vt in authen. de testibus.in princip.& §.ex prouinciali.de defens.ciuit.& l.fin.C.
16 de bon.vacã.& l.j.§.& si quidem.ff.de ven.inspici. † Sed an sufficiat relatio nuntij referentis nihil esse: iudice eius vigore nil esse pronuntiãte,ita ꝙ possit ad fideiussores deueniri.vide Bart. in l.stipulatio.§.& habet ista stipulatio.in fin.de verborum obli
17 gatio. † Quid si bona inueniuntur, quæ tamen sint in controuersia,an erit locus hypothecæ, vel etiam cõuentioni. Videtur ꝙ sic.l.a diuo Pio.§.si super.de re iudicata.& l.tertia.C.quando fisc.vel priua.Econtra videtur,ꝙ nõ,nisi primò cognoscat, vtrũ sit debitoris vel alterius,& hoc summariè.d.l.3. Si autem possideret debitor,& tũc capiet bona,nec sit locus hypothecæ, quãdiu ab eo euincatur,an possideat aduersarius vel non: vt d.l.a diuo Pio.Sinautem facta solutione inueniatur pro parte soluendo,& pro parte non,tunc tantum erit locus hypothecæ in reliquum debiti,argum.d.l.Moschis.& prædictæ authent.præsente. & l.fin.si certum petatur.argumen.contra in l.soluẽdo.de ver-
18 borum significatio. † Quæritur,an de hac excussione sit fides facienda ante litis contestationem in hypothecaria, si de hoc exigãt,& videtur quòd sic;quia declaratoria est iudicij, de qua ante litem contestatam cognoscendum est,vt l.penul.C.de exceptio.& d.l.fin § fin.& vide quod nota.in l. exceptionum. de exceptio.& l.3.circa fin.& l.si fideiussor.in glos.fi. de fideiussor.
19 † Sed pone quòd diuersi sunt emptores rerum obligatarum,an ille qui conuenitur poterit obiicere de aliis conueniendis pro virili portione. Videtur quòd sic.d.l Moschis Sed contra est.l.
20 fin.C.si vnus ex plu.& l.creditores.de distra pign. † & quia causa pignoris est indiuidua,vt l.rem hæreditariam.de euictio. & l. qui pignori.de pignori. Item pone ꝙ mulier renuntiauit iuri hypothecarum in cõtractu alienationis factæ a marito,an agatur aduersus alios possessores rerum mariti. deducitur quod ab ab aliis deducere potuisset,arg.quòd sic.l.quęsitum. de pecul.§.
21 si annua.& l.quamuis.ad velleianum. † An autem facta excussione & pronuntiatione possit excipi de debitore locuplete cõueniendo. Videtur quòd non; quia iam iudicatum est, & iudicatum pro ueritate accipitur.lege ingenuum. de statu hominum. & obstat exceptio si præsens fuit, aliàs non, quia res inter alios acta &c.lege sæpe. in principio. de re iudicat. nisi forte per gratiam, vel collusionem iudicatum fuit, vt lege vænales.C.quando prouoca. non necess. † Item quid dicetur, si post
22 pronuntiationem excussionis auctę sunt facultates. videtur quòd tunc procedatur in hypothecaria. l.j.§.finali. qui satisdare cogantur.l.ij.in fine.de appellationibus. † Item quid si debitor principalis est absens, ita quod conueniri non potest, an poterit conueniri possessor. Dico sic, vt §.1.in auctentico de fideiussoribus. & no.in auctentica hoc si debitor. C. de pignoribus & debet fieri copia excussionis,antequam agatur hypothecaria,vt no in l.in magnis.de pignoribus. in fine.

Quæstiones istę quæ sequuntur sunt additiones ad dictum tractatum de quo supra.

24 ITem † an debitor obligatus pro principali possit opponere, ꝙ non sit facta excussio principalis,vide Barto.in l.nomen.C.quæ res pig.& vide Bal.in l.2.C.quan.fis. vel priua.
25 † Item si est actum contra vnum ex correis,an possit agi cõtra tertium possessorem non excusso alio correo. vide Bart.in l.quomodolibet. C. quo quisque ordi.conue.lib.xj. & in l.mulier.ff.qui pot.in pig.hab.& Iac. de Bel. in aut. de fideiuss. §. sed neq;.& vide etiã Ang.in aut.hoc si debitor.C.de pig.qui tenẽt, ꝙ non possit contra possessores procedi,nisi excussis omnibus
26 reis.† An autem paria sint excussum esse, & excuti non posse,
27 vide Bal.in l.si fideiussor.ff.qui satis.cogan.† Item fideiussor in criminali non habet beneficium excussionis.Bald.in d.l.si fideiussor.§.j.†Item non est necessaria excussio rerum & personarum quæ sunt in alieno territorio.Bal.in l.sciendũ.ff.qui satis.cogan.† Item excussio an possit suppleri post litem contestatam.
29 Bal. in auth.nisi rogati.ad trebel.& ibi vide eũ.†Item in excus-
30 sione debet moneri pars, vt sit cum nuntio.Bal.in l.2.C.de vsu. lega. Item excussionis beneficium non competit argentario, qui fideiussit.§ argentarium.in aut.de fideiussor.& Bal.in l.fi.C.
31 ad leg.fal.† Item quãdo tertius possessor habet causam a debitore,an sit facienda excussio.vide in Spec.de oblig.& solu. §.1. ver.fin. Item exceptio discussionis est mere non dilatoria, sed
32 anomala: vt dicit Bar.in consi. Tertius. † Item licèt procedat iudicium,si non opponatur de excussione,tamen actor nõ obtinebit in hypothecaria contra tertium, si non probet excussionem factam,vel debitorem inopem,vt dicit Bal.in l.2. C.cõmu. di. † Item sicut ad recuperandum pignus conuentionale
33 est necessaria excussio,ita ad recuperandum pignus prætoriũ, secundum Ange.in l.si quis missum.§.fi.de dam.infec.† An qui promisit indemnitatem possit conueniri principali non ex-
34 cussio.vide Bart.in l.j.C.de conuen.si.deb.lib.x.† Quid si actum
35 est hypothecaria,& lis contestata non facta excussione,an lite pendente possit fieri.videtur ꝙ sic,arg.l.si.§.si rem.ff.de pig.act. † Sed an valeat sententia sine excussione principalis facta, ar.
36 quòd non,in l.j.C.de appell.Item an tantum in tacita, vel etiã in expressa locum habeat excussio,not.in aut.de fideiusso.§.sed neque.& melius in dicta l.Moschis.

BENEDICTI DE PLVMBINO, aliàs de Barzis.

De discussionibus.

SVMMARIVM.

1 *Discussio quid sit,& quibus casibus facienda.*
2 *Contra debitorem & fideiussorem iudicatum solui, eodem tempore potest fieri executio.*
3 *Fideiussor obligatus per instrumentum guarentigiæ non habet exceptionem discussionis.*
4 *Casus in quibus non est necessaria discussio.*
5 *Discussio necessaria est, quando agitur hypothecaria contra tertium, & quando agitur contra debitorem debitoris.*
Et in pluribus alijs casibus,vt ibi.
6 *Discussio de quibus rebus facienda.*
Limita vt ibi.
7 *Discusio an sit facienda de bonis in alieno territorio consistentibus.*
8 *Tertius possidens,quando fit discussio contra principalem debitorem, an sit citandus.*
9 *Libellus an detur in iudicio discussorio.*
10 *Creditor agens contra tertium non facta discussione, quid probare habeat.*
11 *Interlocutoria iudicis de excussione legitime facta,an sit necessaria, an verò sufficiat ꝙ istud ex actis constet.*
12 *Discussio quomodo & quo ordine sit facienda in reali.*
13 *Discussio quomodo probetur legitime facta.*
14 *Et an vitietur si dicatur,quòd fuit erratum.*
15 *Discussio contra quas personas sit facienda,antequam possit conueniri tertius possessor,aut fideiussor hypothecaria.*
16 *Discussio an requiratur principalis debitoris,quando non agitur hypothecaria,sed condicitur,vel vendicatur res a tertio possessore.*
17 *Duo iudicia an sint necessaria,vnum scilicet contra debitorem in discutiendo bona,& alterum contra fideiussorem, vel tertium possidentem pro consequutione rei possessæ,vel debiti promissi.*
18 *Discussionis exceptio an sit opponenda ante litis contesta. vel post possit opponi.*

Source : BIU Cujas

opponi.

19 *Sententia lata contra possidentem in hypothecaria, an possit excipi de non facta discussione.*

20 *Possessore allegante postquam petitur exe cutio contra eum, ꝙ bona super uenerunt principali debitori, an sit audiendus ipse.*

21 *Iudex an possit ex officio resistere, ꝙ fiat discussio quando quis non excipit de eius beneficio.*

22 *Reuocatoria quando agitur, quia creditor dicit bona alienata in fraudem creditorum an possidens possit excipere, quòd fiat discussio debitoris.*

23 *Quid si debitor constituat se creditoris precario nomine possidere bona sua, deinde alienet, an possessor conuentus a creditore habeat beneficium excussionis.*

24 *Precario rogans naturaliter possidet.*

25 *Discussio an sit facienda quãdo proceditur in causa de veritate, & equitate.*

1 PRimò videndum est † quid sit discussio. & dic secundum Iac. de Are. ꝙ est bonorũ debitoris vsque ad peram facta diligens inquisitio atq; detentio. Secũdò videndum est, in quibus casibus sit facienda discussio. & dic ꝙ hæc materia frequentatur, qñ agitur contra tertiũ possidentẽ; vt in aut. hoc si debitor. C. de pigno. vel quando agitur contra fideiussorẽ, vt in aut. præsente. C. de fideiuss. contra quẽ non est aperta via nisi primò sit facta discussio contra principalẽ debitorẽ, vt dicit Bal. in l. 2. C. commu. diuid. Quod fallit primò in fideiussore iudicatũ solui; quia condemnato debitore, vtique
2 & ipse videtur condemnatus, † & ideo cõtra vtrũque eodẽ tẽpore executio fieri potest, vt dixit Bal. in l. cũ eorũ. C. de sentẽ. & idẽ dixit esse in quolibet fideiussore obligato per instrumẽtum guarẽtigię, attẽto ꝙ videtur etiã cõdemnatus vnà cũ principali virtute guarẽtigiæ, ſ. in Cy. & Bal. in l. certũ. C. fami. ercis.
3 & ideo Bal. in l. 2. ff qui. satisd. cog. dixit no. † ꝙ fideiussor obligatus per instrumẽtum guarẽtigiæ, non habet exceptionem discussionis, secũdũ d. aut. præsente. licèt Guil. in tractat. de discus. dicat cõtrariũ. † Secũdò fallit, qñ notorie cõstat principalem debitorẽ non esse soluẽdo, vt dicit gl. in l. decẽ. de ver. obli.
4 Tertio fallit, qñ ipse fideiussor est etiã principaliter obligatus, vt dixit gl. in l. mulier. in quib. pig. vel hypo. sol. Cõtrariũ no. gl. magna in fi. in §. j. in aut. de fideiusso. Quartò fallit, quãdo esset renuntiatũ beneficio de fideiussoribus: vt d. aut. præsente. Quintò fallit in cãpsore, vt dicit Bal. in l. frustra. C. de nõ num. pecu. per glo. in § argentariorum. in aut. de fideiussor. Sextò fallit, qñ principalis non est in loco, nec est de breui reuersurus, & sua substantia ignoratur, vt dicit Angel. in §. sed neque. in aut. de hęre. & falci. † Item necessaria est discussio, qñ agitur hypothecaria
5 contra tertiũ possidentẽ, aut. hoc si debitor. C. de pig. Item & tertiò, quãdo agit cõtra debitorẽ debitoris; nã repellit agẽtẽ, nisi primò discutiat primum debitorẽ, vt l. 2. quan. fis. vel priua. qđ est verum, nisi sit constitutus procurator in rem suam, vt dicit ibi Bal. Itẽ & quartò est necessaria, qñ duobus est facta commissio, sed vni specialiter, & alteri generaliter, vt l. quoniã. C. de conuen. fisci debitor. lib. x. quã l. ad hoc Bal. allegat in d. l. 2. Itẽ & quintò est necessaria, quando debitor fisci soluit collectori, & non seruauitt solennitatem, de qua in l. 2. C. de couen. fisci debito. lib. x. nã hoc casu si conueniatur a fisco, habet exceptionẽ, vt primò discutiatur collector, qui recepit, vt est tex. in d. l. 2. de cõueni. fisci debito. Sextus casus est in l. j. C. de decurio. lib. x. Septimus est in l. decẽ. de verb. obli. Octauus est in l. ista. Nonus est, quando est promissa indemnitas, vt dictum est per l. non iustam. C. de conuẽ. fisci debitor. lib. x. Decimus est in l. 3. §. non oportet. de magistr. conuen. Vndecimus est in l. Moschis. ſ. de iure fisci. Duodecimus est in l. vnde quęritur. cõmod. per quam. l dicitur, ꝙ quando plures sunt principaliter obligati, sed unus ex eis recipit pecuniam, ꝙ ille qui recipit est primò excutiendus, de quo uide per Bar. in l. duobus. de duob. reis. &
6 uide tex. in l. cum plures. §. ueſtimenta. locati. † Tertiò de quibus rebus sit facienda discussio. Dic, ꝙ fieri debet de omnibus rebus pertinentibus ad debitorem, ut dicit Iac. de Aret. in suo tracta & Angel. in d. l. sed neque. ubi limitat hoc uerum, nisi essent bona litigosa, quæ non sunt consideranda quò ad hunc effectum. Sed Iacob. aliter dicit in dicto tracta. & forte uerius; quia licèt sint litigiosa, recipiunt tamen æstimationem, secundum quod ęstimari potest dubius euentus litis, ut dicit glo. in simili in l. per diuersas. C. mand.

7 † Sed an sit facienda discussio etiam de bonis in alio territorio existentibus. Ang. in d §. sed neq;. dicit ꝙ sic, per. l. ꝙ nisi. de oper. liberto. & arg. l. Meuia. de manumiſ. testamen. Sed contra hoc facit. l. sed & hæ. §. non tãtum. de procuratoribus. & l. non solum. §. si arbiter. de arbit. & ideo forte põt sic dici, ꝙ aut fuit allegatum, quòd bona possidebat in alio territorio, & tunc faciẽda est discussio, aliàs uero nõ, & hoc intellige, si locus ille nõ sit multũ remotus, ut si cõuẽtus diceret, ꝙ principalis debitor habet bona ī Alemania: nã tũc nõ debet attẽdi, ut in simili dixit Ang in l. si filius q. satisfda. coganț. qñ quis uult euitare satisdationẽ, allegãdo ꝙ possidet immobilia; ꝙa non releuat, si sint
8 in loco multum remoto. † Quartò principaliter videndum est, an sit opus citare tertium possidentem, quando discussio fit cõtra principalem debitorem, & dicit Iacob. de Aret. quòd sic per l. de vnoquoque de re iudi. & idem dicit Bald. in l. 2. quã fisc. vbi dixit, quòd discussio facienda est citatis his quorum interest, & qui lædi possunt per l. in executione. § insolidum de verborum
9 obli. † Quintò principaliter, an detur libellus in iudicio discussorio, & Bald. in d l. 2. tenet quòn non; quia est de præparatoriis secundi iudicii ordinarii, quod moueri speratur cõtra tertium possidentem: nam cum sit pars secundi iudicii, sufficit libellus qui dabitur in secundo iudicio: & ita in simili dixit Bart. in re-
10 pe. l. de ætate. de mino. Sextò principaliter, † quid habeat probare creditor, quando non facta discussione vult agere cõtra tertium possidentem, vel cõtra fideiussorem. Dic quòd primò debet probare summariè se creditorem, & postea quãdo agit cõtra illum tertium, vel contra fideiussorẽ, tenetur debitum plenè probare, vt dicit Bald. in l. 2. C quando fis. Item tenetur probare, quòd debitor non fuerit soluendo, vt habetur in hac l. & in l. decem. de verborum obliga. & quomodo hoc probetur, vide Barto. in l. si constante. solu. matri & Bald. in authen. sed hodie. C. de act. & obl. & in l. j. C. de reuocan. quæ fi. in fraud. credi.
11 Septimò principaliter, † an sit opus, quòd iudex interloquatur, discussionem fuisse legitimè factam, vel sufficiat, quòd istud cõstet ex actis. Barto. in l. stipulatio ista. §. habet autẽ. de noui operis nunciatio. & in l. exitus. de acquir. pos. dicit quòd requiritur sententia, sed in d. authen. sed hodie. tenet contrarium. & vide quod ipse not. in l. in criminali. C. de iurisd. om. iudic. & in l. omnium. C. de testa. & in l. sancimus. C. ad Treb. vbi adducit theoricam Iacob. de Butr. & vide etiam quod not. Barto. in l. incerti. C. de interdic. & in l. si finita. §. Iulianus. in quarta quæstione. de dam. infec. & vide l. tutores a patruo. de confirma. tut. & in l.
12 a diuo Pio. §. in venditione. de re iudi. † Octauò principaliter, quomodo & quo ordine facienda sit discussio in reali, vide Bal. in authen. sed hodie. C. de act. & obliga. & quando sit facienda
13 discussio de personis, Vide Bart. in l. duobus. de duob. re. † Nonò principaliter, quomodo probetur legitimè fuisse factã. Dic quòd constat primò per sententiam, in qua iudex declarauit fuisse legitimè factam, per §. in venditione. Secundò quando fuerũt conquisiti vicini, vt docerent bona, & fuerunt missi exploratores, & facta fuit relatio per nuncios, vt plenè habetur p Bald. in l j. & 2. de reuo his quæ fiunt in fraudem creditorum. & est cautela, vt fiat proclama, vt ibi dicit Bald. & idem est, si ex actis potest apparere, quòd principalis non sit soluendo, vt dictũ
14 est. † Decimò principaliter, an vitietur, si dicatur, quòd fuit erratum. Barto. in dicto §. in venditione. dicit, quòd propter hoc processus non uitiatur per l. j. C. si vendi. pign. ag. † Vndecimò prin-
15 cipaliter est videndum, contra quas personas sit faciẽda discussio, antequam possit conueniri hypothecaria tertius possessor, aut fideiussor. Et in hoc concludas, quòd opus est facere discussionem contra primum debitorem nedum in personali, sed ẽt in hypothecaria, si obligauit bona sua, vt dicit Bart. in l edita. C. de edendo. & Ang. in d. §. sed neque. &, quod plus est, gloss. in l. mulier. qui potio. in pig. habeantur. dicit, ꝙ opus est discutere primò debitorem, fideiussorem, mandatorem, quàm veniatur contra tertium possidentem; nam patrimoniũ fideiussoris impinguat patrimonium debitoris, vt l. si plures. §. præterea. de fideiussoribus. Sicut de patrimonio tutoris dicit glosa in lege si mulier. C. de iure dotium. Item est opus, quòd si duo socij sunt obligati insolidum, quòd primò facta sit excussio de vtroque, quàm eatur contra fideiussorem, vel tertium possidentem, vt dicit Bartolus in l. j. C. quo quisque ordina. conuen. libro vndecimo. & Bald. in d. authen. sed hodie. Et vide glos. in d l. mulier. quæ vult ꝙ non possit agi contra tertium possidentem, nisi primò sit facta excussio de debitore in reali & personali, quòd est verum, nisi ille sit vnus ex obligatis principaliter, sicut erat in d. l. mulier. quod not. Insuper si debitor alienasset bona in fraudẽ creditorum, antequàm eatur contra fideiussorem, opus est, ꝙ sit actum reuocatoria contra illos, qui participata fraude emerunt bona, per text. cum glo. fi. in fi. in l. bona. §. j. de iure fi. & videtur esse de mente Barto. in l. a diuo Pio. §. si super de re iud. & vide quod not. Bald. in l. executorẽ. de excep. rei iudi. C & Ange. in l. si quis missum. §. fi. de dam. infec. Duodecimò principali
16 ter, † an requiratur discussio principalis debitoris, quando non agitur hypothecaria, sed condicitur vel vendicatur res a tertio possidente. Dic, quod tunc nõ est opus facere discussionem, vt habetur in auct. si debitor. C. de pigno. & per Bald. in rub. de reuoc. his quæ in fraud fi. cred. & an idem sit, quando bona sunt expresè delignata & obligata. Bald. in l. hæredem. C. de hæred. act. dicit, quòd tali casu est necessaria discussio. Tertiodecimò
17 principaliter, † an duo sint iudicia necessaria, vnum scilicet cõtra debitorem, in discutiendo bona, & alterum contra fideiussorem, vel tertium possidentem pro consecutione rei possessę, aut debiti promissi. Et in hoc dic vnà cum Bald. in l. licèt. ff. si qs om. cau. test. & Bart. in l. edita. C. de eden. quòd requirunt duo iudicia, primum est summarium super discussione, & est præ-

paratorium

Source : BIU Cujas

paratorium ad secundùm, sed etiam potest in eo iudicio cumulari vtrũque, ita quòd de duobus iudiciis fiet vnum, agendo primò contra fideiussorem, & si excipiatur de discussione non facta, poterit replicari, quòd non erat necessaria: quia principalis non est soluendo, & petere terminum ad probãdum, & hoc legitimè probato conseruabitur processus primò factus, sicuti si fuisset facta discussio primò, & hoc est, quod vult gloss. in l. vbi hoc actum. ff. de pact. quam Ange. ibi singulariter not. † Quar-
18 todecimò, an exceptio discussionis sit opponenda ante litem contestatam, vel possit opponi ad merita causæ, & sic post litẽ contest. & in hoc dic vnà cum Barto. in l. & si instrumẽta. C. de fide instrum. & iu. ha. fis. lib. 10. quòd ista exceptio opponi potest ante & post litem cõtestatam, & sic habet naturam litis finitę, de quo vide in l. ait. prætor. §. j. ff. de iureiur. Similiter dicas, ꝙ si actor non fecit discussionem in principio iudicij, & sic ante litem contestatam, quòd per hoc non vitiatur processus, cũ possit supplere post litem contestatam, vt dixit Bald. in authen. cõ-
19 tra rogatus. in fin. C. ad Trebel. † Quintodecimò principaliter, an post latam sententiam in hypothecaria contra possidentẽ possit excipi de non facta discussione. Et dic ꝙ non, vt supra dictum est, quando non est opposita exceptio pendente processu omisso discussionis vitiat processum, ergo post sententiam nõ potest opponi; quia tandem excipitur, cum sententia sit valida,
20 vt supra dictum est. † Sextodecimò principaliter, quid si possessor contra quem petitur executio, dicat ꝙ bona superuenerũt debitori principali post sententiam latam contra ipsum, an sit
21 audiendus. Iacob. de Aret. in suo tract. tenet ꝙ non. † Decimoseptimò principaliter, an iudex quando quis non excipit de beneficio discussionis possit ex officio ipse supplere & insistere, ꝙ fiat discussio. Et in hoc est dicendum, ꝙ si ex actis factiscoram iudice constat discussionem fieri debere, ꝙ tunc iudex potest supplere per not. in l. lecta. si certum petatur. & per Barto. in l. eum qui ita. de verborum oblig. aliàs autem non posset. quod
22 not. † Decimooctauò, an quando agitur reuocatoria; quia creditor dicit bona fuisse alienata in fraudem creditorum, possit tunc possessor excipere, ꝙ fiat discussio debitoris. Vide quod not. Barto. in rubr. & in l. j. C. de reuo. quæ fi. in fraud. cred. & in
23 l. j. C. si vend. pig. † Decimononò principaliter, quid si debitor constituit se precario nomine creditoris possidere bona sua, deinde alienat, an tunc possessor conuentus a creditore habeat beneficium excussionis, & hoc est utile, eo quia mariti persępe in instrumento receptæ dotis promittuntur in casu soluto matrimonii restituere dotem, & constituunt se precario nomine vxoris oĩa bona possidere, deinde alienant bona, postea vxor agit contra possidentem matrimonio dissoluto, non facta discussione contra hæredes mariti, & dubium est, an possit. Bal. in l. j. C. de reuo. his quæ fi. in frau. cred. vult, ꝙ non requiratur discussio. & idem tenet Ang. in l. exitus de acqui. pos. per l. fi. C. de acqui. possess. quæ vult, ꝙ ille qui nostro nomine possidet, non possit nobis afferre præiudicium, & ideo vult, ꝙ dominus, vel creditor possit sine aliqua obstantia recuperare tenutam. Sed tu dic, ꝙ hoc non probat; quia loquitur in mero detentore, qui nostro nomine detinebat, deinde alienauit, & sic loquitur in inquilino, vel in alio detentore, & in isto loquitur in possessore saltem naturaliter: † nam qui precario rogat, naturaliter pos-
24 sidet, vt l. quod meo. & l. interdum. de acqui. pos. & ideo dic, ꝙ si esset constitutũ sine precario, procedet dictum Bal. & Ange. quia essemus in mero detentore. Sed non potest procedere in marito, qui constituit se precario possidere. & ita aliàs disputãdo firmaui: & ex hoc inferas, ꝙ tertius possessor, qui causam a detentore, non habet beneficium excussionis cõtra illum pro quo detentor retinebat. Vigesimò & vltimò, † an quando ꝑceditur in causa de veritate & æquitate, sit opus facere discussionem. Et in hoc dicendum est, ꝙ non est necessaria, quia est ista solennitas de apicibus iuris, & non est de æquitate: & ita dicit Bald. in l. si mancipium. §. fina. per glosam ibi positam.

ANGELI DE PERVSIO
De sequestris.

SVMMARIVM.

1 *Sequester quotuplex sit, & eius descriptio.*
2 *Sequestratio necessaria est regulariter prohibita, & quomodo, & per quem fiat, & quando fallat. num. 4. 6. 8. 11.*
Sequestratio qualem naturam habeat.
3 *Sequester quando pro possessore habendus.*
Sequestratio voluntaria qualiter fiat, & de quibus rebus.
5 *Persona quando dicenda suspecta, & quid in illius probatione requisitum.*
7 *Fructus pendente appellatione an semper sequestrandi.*
8 *Fructus quando dicantur dilapidari.*
9 *Missus in possessionem ex primo decreto nunquid fructus faciat suos.*
10 *Sequestratio fit propter contumaciam non comparentis.*
12 *Bona propter maleficium annotata quando vendi possunt.*

QVIA de sequestratione possessionis, & fructuũ quotidie in curiis litigatur, iõ materiã sequestrationis, q̃ clarius potero, explicabo per quæstio. & vbi videbitur opponam & soluã, vt mihi dñs subministrabit.

1 Quæro igitur primò, quid sit sequester. † Dico quòd sequester dicitur ille, apud quem plures eandem rem de qua controuersia est deposuerũt, vt l. sequester. de ver. signi. & l. licèt. ff. depos. Ex quibus habes, quòd sequester fit voluntate duorum. Et est distinguendum, duplicem esse sequestrum: vnum voluntariũ, alium necessarium: de voluntario dicitur in dictis legibus, qđ fit voluntate duorum, quoties ex quocunque contractu pecuniario petitur, partes voluntariè possunt sequestrare, & hic attende, quòd pecuniæ verbum generaliter attenditur pro omni re, quæ est in nostro patrimonio, vt l. pecuniæ verbum. de verb. sig. ergo siue agatur de re mobili, pecunia numerata, fundo, vel fructibus, potest fieri sequestratio volũtaria, vt l. licèt. ff. depos. Bar. in l. interesse. de acq. pos. Est & alia. s. necessaria, quæ fit per iudicem & quasi de hac sequestratione est dare regulam & in-
2 stantiam a regula. † Regula est, ꝙ necessaria sequestratio est prohibita, vt l. j. C. de prohi. seque. & est ratio prohibitionis, quam ponit tex. in d. l. 1. oportet primò debitorem conuinci &c. clarius quando est prohibita: quia nemo est priuãdus commodo possessionis lite pendente, vt extra lit. pen. c. j & c. dilectus. sed vt per sequestrationem priuaretur conuentus commodo possessionis lite pendente quod esse non debet, ergo &c.

De natura ergo sequestrationis est, quòd ne actor, nec reus possideat: quia sequestratio dicit possessionis separatio ab actore, vt gl. dicit in d. l. 1. de prohi. seque. Nam non possident sed sequester, nisi hoc esset actum expresse, vt tantum causa custodię saluo iure vtriusque partis, istud potest esse voluntarium in sequestratione volũtaria: quia videtur, ꝙ in dubio adimatur primo, & tangit gl. in l. interesse. de acqui. pos. quæ incipit, ꝙ in dubio &c. quasi dicat, ꝙ in dubio possessio adimat̃, nisi eo aĩo fiat, ꝙ sequester tantum custodiat, ita videtur gl. in c. j. de sequestra. pos. & fruc. quæ incipit hoc ideo &c. istud videtur, qđ teneant legistę. cano. tamen contra. in gl. c. examinata. extra de iudi. super verbo, possidebas, quæ incipit, sed intelligitur, litera ista di-
3 cit sic: tunc planum est, ꝙ hic dicit, ꝙ † tunc habetur pro possessor, nisi ea mẽte deposuisset pecuniã apud ipsum sequestrũ, vt ipsum sequestrũ ꝯstituat possessorẽ potius q̃ custodẽ, alleg. d. l. interesse. quam (vt prædixi) aliud intelligitur. Inn. in d. c. examina. in §. accepit à te &c. dicit ꝙ tunc planũ est, ꝙ sicut possidebat, quãdo tradidit, ita & post, nisi ea mẽte dederit possessionem, vt possessio in depositarium transierit, vt d. l. interesse. ista contrarietas tolli posset per. d. gl. quæ præsumit in dubio, ꝙ ea mente sit facta traditio, vt possessio transferatur: cum voluntate partis sit factum sequestrum, & hoc de volũtate sequestrantis sequestratio voluntaria potest fieri, quoties partes volunt, vt d. l. licèt. ff. depos. & l. si oleum. ff. de dolo.

Sequitur 4 De sequestratione necessaria, quę fit mando iudicis inuita parte: † quia iudicium redditur in inuitum: & tunc dicẽdum quòd regulariter ipsa sequestratio est prohibita, vt d. l. & d. c. sed fallit in casibus in quibus sequestratio est permissa.

Primus est, vt dicit gl. si res mobilis petatur, & persona suspecta sit, ꝙ fugiat; vt ff. qui sat. cog. l. si fideiussor. §. j. & ff. de offi. præsi. l. senatus. §. fi. & C. de agri. & cen. l. fin. li. xi. ego vero dico, ꝙ saluo iudicio saniori, sunt tres casus separati: quia in vnoquoque separata est ratio: & primus casus est, si persona sit suspecta & res mobilis, & sit dubium, quod cum ea fugiat, vt dicta l. si fideiussor. §. fina.

5 † Circa hoc quæro quando dicatur persona suspecta. respondet gl. in d. l. si fideiussor. §. fi. pluribus respectibus. s. non possidere immobilia. Item mobilia pauca. Item mali mores. Item ꝙ prius malefecit, quia qui semel malus &c. & l. si eius. §. ij sidem. de accu. Quæro, an ad probandũ personam suspectam omnia ista requirãtur. An sufficiat vnus casus ex his quatuor ad sequestrũ faciendũ. s. ꝙ non possideat immobilia, vel mobilia pauca, vel mali mores, vel ꝑiũctus sit &c. vel oĩa simul requirãtur, credo ꝙ alterũ istorũ sufficiat, vt probatur in l. sciẽdũ. ff. qui satis. cog. vbi cautio requirit̃, si nõ possidet immobilia, vel possidet pauca.

Secundus casus est, qui probatur in l. senatus. §. fi. de offic. præsi. in gl. pro primo casu, immo dic, quòd si est aliquod oblatum alicui, qui est de familia præsidis, cũ nõ possit agere, nisi vt lit. ꝙte. fiat sequestrũ, ratio est: quia nõ põt agere, & ne pereat interim, fiat sequestrũ.

Tertius casus est, si colonus velit possessiones conductas deserere, vt l. fi. C. de agri. & cẽ. li. xj. Istos tres casus gl. ponit sub vno membro. Nam ad primũ membrum allegat illas ll. vbi sunt casus diuersi. Attende quid glo. dicit, secundus casus, ꝙ si in re mobili vel immobili possidens sit suspectus, ne depopulentur fructus, vel ꝙ res sic dissipetur, vt ff. solu. mat. l. si cum dotem. §. finautẽ in seuissimo. † Aduerte, isti duo sunt alii casus diuersi, & primus si maritus vergit ad inopiam sequestrãtur, scilicet propter mores malos mariti,

vt ex

Source : BIU Cujas

vt ex dote mulier possit sustentari,& ibi habes,ꝙ maritus uxoris infirmę,quam propterea spernit,debet ipsam alimentare,& si dotem dissipat,debet sequestrari. Alius casus est, qui sumitur in l.imperatores.§.fi.ff.de appel.ꝙ quoties a sententia appella & timetur,ne fructus dissipentur, fit sequestratio, vt l. imperatores.& in c.fin.de sequest.possess.& fruct.

7 Opponitur & videtur. Hic dicēdū,ꝙ † sem per pendente appellatione fructus debent sequestrari,vt l.ab executione.C.quorū appel.non reci.non attento an timetur de dilapidatione fructuum,sed dic aut appellatur sub ipsa sententia: & tunc non fit sequestratio,nisi timeatur de dilapidatione, vt d.l.imperatores. & ex vltimo superius alleg.& est eadem ratio ꝓhibitionis, quæ est,quādo de principali dilapidatione timetur:quia appellatione pendente nil debet innouari, quando autem appellatur ab ipsa executione facta:tunc fit sequestratio ab alio dubio dilapidationis,vt d.l.ab executione.quomodo & quando ab executione facti appelletur ibi dicetur.Habes ergo tres casus speciales & isti sunt duo,& sic hucusque sunt quinque diuersi.Quęro, quando dicantur fructus dilapidari.Dic quando distrahuntur, vel in vsus proprios conuertuntur,vt in cap.dilectus filius.extra eodem titu.Adhuc quæro in casu prædicto, quando appellatur
8 ab executione,cuius iudicis auctoritate fiet sequestratio. † Videtur dicendum,ꝙ auctoritate iudicis ad quem, vt l. sicut.ff.de appella.reci.Nam quicquid fit post appellationem, reuocatur per iudicem ad quem,vt in c.non solùm.de procur.lib. 6. Gloss. facit quatuor casus,vbi fit sequestratio, si seruus proclamat,& sic dubium sit,si bona sint domini:tunc bona sequestrantur, vt l.j.§.super periculo.C.de asser.tol.& l.fi.C.qui.ad lib. procla. nō licèt.speciale est propter conditionē personæ ciuilis, ideo dic, ꝙ est sextus casus,vbi permittitur.Est septimus casus, sequestratio fit propter contumaciam non cauentis de collatione faciēda,vt l.j.§.super.de colla.bo.Et 8.casus,ꝙ fit sequestratio, vbi si mulier diuertit a marito,& maritus eam repetat, dubitans illā redire propter mariti seuitiam, & sibi idoneè cauere non potest.non sibi est vxoris restitutio fienda,sed sequestranda in loco,vbi maritus non possit inferre vllam violentiam, vt in c.ex
9 transmissa.extra de restitu.spol.& c.licèt.in fin. eodem tit. † Itē missus in possessionem ex primo decreto alicuius rei non facit fructus suos sed eos conseruat,vt in c.fin.de sequest.pos.& fruc. & l.Fulcinius.ff.ex quibus cau.in pos.ea.debet ergo illos conseruare,& si conuentus venerit.infra annum, recuperat possessionem & fructus:si tamen hic missus dissipat, medio tempore sequestratur,vt d.c.dilectus filius.extra de sequestra.possess.& propriè.& ibi not.quando dicatur fructus dilapidari. Dic si eos in vsus suos conuertat,vel distrahat,in c.fin.de sequest pos.& fru. In casu tamen speciali missus in possessionem ex primo decreto lucratur fructus,quando agitur petitione rei seruandæ causa,& lucratur fructus quando agitur petitione hæreditatis propter legitimam contumaciam conuenti non comparentis:tūc agens mittitur in possessionem causa rei seruandæ, & lucratur fructus,vt l.Fulcinius.§.fin.quib.ex caus.in pos.ea dicit in d.c.j.
10 de dolo & contu.& Cyn.in d.l.vnica.in 7.casu,† ꝙ propter cōtumaciam non comparentis fit sequestratio c.ex literis, de dolo & contuma.videamur qualiter istud potest esse verū, vt mitius agatur,prout ibi dixit text. Nam propter contumaciā erat mittendus in possessionem, si mitius agere volentes posse sequestrari fructus.videtur ergo sequestrare aliud esse,quam mittere in possessionem,quæ sequestratio de iure ibi fieri non debet,vt ibi sentit text.Barto.& glos.sua,vnde si iudex contra contumacem vellet mitius agere posset sequestrare: quia si prius data esset,non haberet locum sequestratio, nisi ipsos dilapidaret,vt dixi in proximo præcedenti membro.

11 Sequitur nonus casus, vbi habet locum sequestratio: cum timetur † ne scandalū oriatur inter partes,ꝙ perueniatur ad arma; quia ad rixam venire nō patitur p̄tor,quos potest sua iurisdictione compescere, allegat Cyn. in l. si oleum ff.de dolo.quæ.l.videtur mihi, ꝙ non loquatur de sequestratione necessaria:quia ille a quo oleū petebat deposuit, ergo fuit voluntaria,alleg.c.2.extra de dolo & contuma.tex nihil dicit,sed inducit Inno.text.in d.c.sed dic,ꝙ fuit facta sequestratio:quia fructus dilapidabantur,alibi non:hoc sonat in hoc, vbi est timor armorum,prohibetur vtrique, ne ad occupandā possessionem accedant,vbi autem est timor armorum, compescat partem non solum per sequestrum, sed per cautionem: quia curare debet prætor vt pacata sit prouincia,quam regit.de offic.præsid.l.congruit.

12 Decimo casu quādo fit sequestratio de bonis cōdemnati,vt l.2.de duo. reis. † Pone ergo,ꝙ quis commisit maleficium, de iure bona sua annotantur,& sic infra annum restituantur:& tunc si bona sunt,quæ seruari non possunt,illa debent vendi, & pretium deponi: vt l.is cui.§.qui legatus.vt in possess.lega.Habes alium casum specialē, vbi fit sequestratio,& est nouissimus in c.j.de sequestra.possess.& fruc.in cle.vbi dicit ad compescendas litigantium malitias, & vna sententia contra possessorem lata diffinitiue iudex super beneficio apud sedem Apostolicam litigato, & ab eo triennio possessum non sit,fructus per loci ordinarium sequestrantur. Illud videtur multum contra ea quæ supra dixi 5. casu. appella. ab interlocutoria,vel a sententia,casu permisso per quem iudicem fiet sequestratio,& dicebam in quæstio.illa ꝙ per iudicem ad quem:hic dicitur per ordinarium, ergo quid dicendum,dico,ꝙ ibi dixi verum,ꝙ quicquid fit pendente appella. per superiorem debet reuocari, vt d.l sicut. facit melius.l.j.ff.nil no.appella.pen.ad hoc contrarium respondeo, ꝙ sit casus specialis. Iuxta prædicta quæro,vidi supra, ꝙ in sequestratione voluntaria neuter possidet nec actor,nec reus,ideſt sequester, vt ibi dixi. Quæro,quid in necessaria,quæ fit per iudicem, qui possidet cogitabitur. Amen.

IACOBI DE ARENA.

De sequestrationibus.

SVMMARIVM.

1 *Conuenionalis sequestratio quæ dicatur.*
2 *Iudicialis contentiosa, quæ sit sequestratio.*
3 *Casus speciales,in quibus est licita sequestratio iudicialis,& nu.10.& 11.*
4 *Sequestrarius an ante tempus possit officium sibi datum deponere.*
5 *Quæ actio competat contra sequestrarium, si tempore reddendi nolit reddere sequestrata.*
Dolus sequestrarij an veniat in ipsa actione. ibi.
6 *Causæ facientes personam suspectam.*
7 *Contentio si sit de possessione fundi, & vterque velit colligere fructus, an fiat sequestratio iudicialis.*
8 *Actore petente in actione reali an debeat iudex præcipere reo, vt saluos faciat fructus.*
Quid in causis scriptis. ibidem.
9 *Sequestratio quo casu tolli possit per fideiussorem,& quo non. & nume.10.*
12 *Sequestratio quanto tempore duret.*
13 *Melius est non incipere,quàm a cœptis turpiter resilire.*
14 *Casus rei non debet nocere actori.*
15 *Succurrendum non est ei,qui sibi necessitatem imposuit.*
16 *Quid in casu mutationis, vel mortis iudicis.*
17 *Ille penes quem fit sequestratio, an debeat esse idoneus pro quantitate sequestrata.*
18 *Sequestrarius cadens a possessione rei sequestratæ,an habeat actionem ad ipsam recuperandam.*
19 *Sequestrata res si seruando seruari non potest, an possit vendi per sequestrarium.*
20 *Descriptionem bonorum debitoris fieri an peti possit, vt sciatur quid est in bonis eius.*
21 *Casus in quo fieri debet depositio fructuum,licèt de iure prohibita sit sequestratio.*
22 *Iudex pacatam & quietam debet habere prouinciam suam hominesq́, singulos,nec pati venire ad arma & rixam, quos sua iurisdictione compescere potest.*
23 *Possessio si constet,quòd sit seminata per tertium,& per colonum,& vtraque pars contendens hoc fateatur,rusticus interim omnes fructus habebit,saluo iure eius qui dominus apparebit.*
24 *Quid si vnus vult satisdare colono de conseruando eum indemnem aduersus alterum.*
25 *Quid si non constet tertium, vel alium seminasse.*
26 *Quid si vterque seminauit,vel fructus sint naturales,vel non appareat quis seminauit.*

SEquestrationum alia conuentionalis, alia iudi-
1 cialis,seu contentiosa. † Conuentionalis dicitur depositio rei sine iudice facta a plurib. certa conditione adiecta de custodiēda ea, & reddenda,vt l.propter.& l.is penes quem. C. depositi & l.propriè.ff.eo. & l. is apud quem. §.j.& 2. eodem titu.& est notandum, ꝙ hæc sequestratio non est pro-
2 hibita. † Iudicialis seu contentiosa sequestratio est depositio a pluribus litigantibus de re de qua controuersia est facta iudicis auctoritate apud officium,vel ædem sacram, vt l. sequester.de verborum signific.& l.licèt.depos.& l.si fideiussor.§.fina.ff.qui satisda.cogan.Hæc tamen sequestratio regulariter est prohibi-
3 ta.vt l.j.C.de sequestr.pecu.nisi in † casibus specialibus,qui sunt ibi.l.si res mobilis petatur a persona suspecta, & non cauēte de iudicio sisti,& re non barataṅda,vt l.si fideiussor.§.fin.qui satis. cogan.& l.senatus.de offic.præsid.Item si vir vxore furiosa dissipet res dotales,vel ab eo dissipari suspicatur,vt l.si cum dotē.§. sinautem soluto matrimo.Cæterùm vxore in sensu manente dos apud eam daretur,vt l.vbi adhuc.C.de iure dot. Item si super quęstione agri appellatum est,& ipsius agri depopulatio de fructibus timeatur,vt l.imperator.§.fi.ff.de appella. & l. ab executione.C.quo appel.non recipi.Item si sit contumax in cauēdo de collatione facienda, vt l j.§.si frater.ff.de collatio. bon.

Item

Source : BIU Cujas

Iacobi de Arena. De Sequestrationibus.

Item si seruus proclamauit in libertatem, vt l.j.§.super.C.de assert.toll.& l.fin.C.qui ad liber.procla.Item si sit cõtrouersia inter dominum & colonũ de dominio rei, & colonus noluerit, vel nõ potuerit præcauere de soluendis fructibus ipsius rei, vt l. litibus.C.de agrico.& censi.Sed facta sequestratione in conuẽtionali vel iudiciali quis possidet.Dico,ipse sequester, nisi aliud in sequestratione dictum esset expresse,vt l.interesse. de acqui.
4 possess.& l.licèt.in fin.depos.Sed † an possit officium sibi datum deponere sequestrarius ante tempus.Dico ꝙ non,nisi ex causa iustissima,& tunc iudicis auctoritate deponenda est sequestratio in æde sacra,vt l.is apud quem.§.si velit.ff.depos.Item tempore reddendi adueniente,quo loco res est a sequestrario exhibenda,dico eo loco quo actum est. Sed si de pluribus locis sit actum:tunc remittitur arbitrio sequestrarij. Si autem de loco nil actum est,tunc coram iudice exhibẽda est,vt l.is apud quẽ.
5 §.j.depos.Sed † si tempore reddendi non velit eã sequestrarius reddere,quæ actio competit contra eum? Dico depositi sequestraria.d.l.is apud quem.§.j.licèt alij dicant præscriptis verbis.l. si rem.§.fin.de præscrip.verb.Sed an dolus sequestrarij veniat in hac actione.Dico sic,vt l.si hominem.depos.& l.qui restituere. de rei vendi.Sed si personali actione conueniam personam suspectam,eo ꝙ non possidet rem immobilem, an de eius re mobili fiet sequestratio iudicialis.Dico sic,debitore nondum con
6 demnato,arg.l.si fideiussor.§.fin.qui satisda. cog.& est casus in §.die.insti.de satisda.Si autem condemnatus esset: tunc esset in carcerem mittendus,vt l.j.C.qui bon.cede.poss.Sed † quæ causæ faciant personam suspectam.Dico mali mores, vt in §. fina. institu.de suspe.tuto.Item si prius male fecit,vt l.si cui.§.ijsdem. de accusa.Item si non possidebat immobilia, vt l. sciendum. in
7 princip.qui satisda.cogan.Item si † contentio sit de possessione fundi,& vterque vult colligere fructus,an fiet sequestratio iudicialis.Dico sic,iudicis officio.l.æquissimum. in princip. de vsufruc.& l.in venditione.§.fin.de bon.auctorita.iudi.possi.& l.fin.
8 de tabu.exhib.Item an † in actione reali,petente actore,debeat iudex præcipere reo,vt saluos faciat fructus.Dico sic,vt l.diuus. de pet.hæred.& l.fin.§.ex quadrante.ff.de do.except.Quid autẽ faciet iudex in causis scriptis,nam consuetudine obtinetur, ꝙ iudices nostri temporis communiter indistincte fieri faciunt sequestrationes,non inspecto an ille contra quem fiunt, sit suspectus vel non,vel an reali vel personali conueniatur actione, & sic derogatur huic.l.si fideiuss.§.fin.qui satisda.cog. Item refert,an fiat sequestratio,vel simpliciter interdictio,vt re illa nõ vtatur,donec discutiatur cuius sit, & an tunc ille contra quem fit possidebat,an alius tempore sequestrationis. Si † possidebat
9 ille contra quem fit sequestratio;tunc eo satisdante de parendo iuri,& re non barataṅda,sine aliqua alia ratione siue petitione debet reuocari sequestratio,per d.l.fideiussor.§ fin.Si autem alius possidebat,tunc si ille qui possidebat summatim probauit de possessione sua aliquali petitiõe data, debet reuocari nulla satisdatione data,vel fideiussione,arg.l.a diuo Pio.§.si super.
10 de re iudica.Si † verò fuerit interdictio sola: tunc aut ille contra quem facta est possidet solus, aut simul cum alio, qui eam fieri fecit,si possidet solus,& de hoc iudici constet, & parti satisdatione data debet reuocari. Si verò possidebat simul cũ alio, qui eam fieri fecit:tunc tandiu durabit sequestratio, quãdiu de iure vtriusque discutiatur,si iudici videbitur, argu.l. æquissimũ. de vsufruct.Si verò sit dubium,quis possideat tempore interdicti:tunc habebit locum d.l.æquissimum. & in hoc casu qui se dixerit possidere,habebit offerre petitionẽ suam,& de iure suo summatim probare ab initio:quia sequestratio de iure fieri nõ debet,quando personalis actio fieri speratur,sed tantùm in rea li actione locum habet,& sic intelligitur d.l.si fideiussor.§.fina.
11 Item † si persona suspecta non sit,etiam in reali locum non habet,immo plus dico,ꝙ & vbi persona suspecta est, vt in d.§.fin.
12 habetur.Sed † quanto tempore durabit sequestratio,distingue, aut actor paratus est procedere in causa,aut non: si constat, ꝙ agere & procedere paratus sit,tandiu durat, quandiu vel fuerit satisdatum,vel lis finem acceperit,vt d.§ dicitur.Si verò non ꝓcedat in causa:& tunc,aut stat per eum,aut per iudicem,vel per casum;quia fuerunt feriæ indictæ.Si per eum stat, statuendũ est ei tempus a iudice,infra quod agat,vel agere incipiat, vltra verò non auditur,& tenet sequestratio,arg.l.si per prætorem.§.ait prætor.ex quibus cau.ma.& l.diffamari.C.de ingen.& manum. & l.mancipiorum.de optio.lega.& c. pastoralis. de exceptio. & vide gloss.in l.si oleum.de dolo.Sed hoc casu quantum tempo ris assignabit ei iudex.Dico recurrendum ad id quod dicitur in l.cum proponas.C.de bon.auctorit.iudi.possi.licèt alio casu loquantur illa iura.Vel dic duorum mensium,vt in §.j.in authen. de except.Tu dic,moderandum tempus arbitrio iudicis, arg.l.j. §.fin.de iu.deli.arbitrariæ enim sunt tales actiones.l.siue pars.C. de dilationi.Si verò stat per iudicem,sequestratio ab eo fieri nõ debet:nam iudex si aliquo casu impeditur, vel aliqua ex causa: tunc eius impedimentum non debet alicui partium onerosum fieri,vt l.j.in fin.ff.si quis cau.& §.j.in authen.de appella. Melius
13 † est enim non incipere,quàm ab inceptis turpiter resilire, arg. §.omnem.in fin.de litig.Si verò per casum, tunc si casus superuenerit ex persona actoris reuocabitur.Si verò ex parte rei:tũc
14 facienda reuocatio non est;quia † casus rei actori nocere non
15 debet,arg.d.l.colonus.& l.non debet.de re.iu. nec † succurrendum est ei,qui sibi necessitatem imposuit, arg.l.non exigimus.
16 Quid † si infra tempus statutum iudex ipse mutetur, vel moriatur,& alius subrogetur loco illius, vel lite pendente, & mora hęc cõtingat,vel nullo termino assignato,vel causa initiata decesserit iudex, vel est mutatus, quid erit in casibus istis? Certe videtur lex dicere,ꝙ tantum duret, donec fuerit satisdatũ, vel lis finem acceperit,vt dicto §.dicitur. arg.l. meminisse.de offic. procons.& leg.& l.fin.de pe.leg.& l.cum apud.ff.iud.sol. Quæ-
17 ro † an ille,penes quem fit sequestratio, debeat esse idoneus ꝓ quantitate rei sequestratæ,text.est ꝙ sic in l.litibus.C.de agrico.
18 & cens.li.11.Quæro, an † sequestrarius cadens a possessione rei sequestratæ habeat actionem ad ipsam recuperandam. Dico ꝙ
19 sic,vt l.postquã.§.Imperator.ff.vt in poss.leg.Quæro, an † si res sequestrata seruando seruari non posset,possit vendi per sequestrarium,dico ꝙ sic per d.l.litibus.& l.si magistratus. de priuile. cred.& l.18.cui.§.legatorum.vt in pos.lega.& l.fin.de requi. re. Quæro,quid si ille,cuius est res sequestrata,non habet aliunde, vnde viuat,an petere possit se ali de fructibus rei sequestratæ,vt de re ipsa.text est ꝙ sic,in l.fin.C.de agric.& censi.Quæro, licèt
20 non possit fieri sequestratio,vt l.j.C.de prohi.seq. poterit † ne peti,vt fiat descriptio bonorum debitoris, vt sciatur quid est in bonis eius.text.est ꝙ sic,in l.j.§.pe.de ven.in pos.mi.& not. in l. facultas.C.de iu.fi.lib.10.In casibus tamẽ potest fieri sequestratio,vt habetur in glos.in l.j.C.de prohi.seq.& l. si fideiussor.§.ff.
21 qui satis.cog.cum sua glo. Quæro † canonici Sancti Eusebij agunt contra comitem interdicto vt possid.ne inquietet eius possessionem,quid iudex faciet de fructibus: quia quilibet vult eos colligere,ꝙ debeant sequestrari,non reperitur lege cautũ, immo prohibita est sequestratio generaliter, vt l.j.C.de prohi. seq.pec.nisi in casibus inter quos non connumeratur, arg.tamẽ est,ꝙ debeant deponi:quia † iudex pacatam & quietam debet
22 habere prouinciam suam & homines singulos, nec pati debet venire ad arma,& rixam,quos sua iurisdictione compescere potest,vt l.congruit.de offi.præsi.& l.si eius.§. si inter duos.de vsufruc.non ob.l.j.de seq.pecu.quia ibi agebatur de pecunia, sicut in ipso text.patet:hic autem de fructibus, & quòd apud aliquẽ habeant deponi fructus,est arg.in l.fin.ff.de tab. exhib. vbi dicitur,ꝙ si instrumentum falsum dicatur,statim debet iudex eum accipere,& penes se custodire,sed posset assignari ratio diuersitatis,quòd propterea deponitur instrumentum,ne aliquid falsitatis addatur, vel ne aliquid detrahatur, quid dices? Dico † si
23 constat seminatas possessiones per tertium, vt per colonum, & hoc vtraque pars confitetur rusticum coluisse, planum est, ꝙ rusticus interim omnes fructus habebit, saluo iure illius qui dominus apparebit,vt l.cuiusque.§.j.de vsufruct.lega. nam potest,qui hoc genus depositi impetrat, nec dicitur interuertere possessionem:cum habeat iustam causam,vt l.si quis rem.de acquir.poss.& in hoc casu ille restitutus poterit forte facere gratiam vni litigatorum,vt l.si quis seruum.§.si inter duos. de leg.
24 2.Quid † si vnus vult satisdare colono, de conseruando eũ in-
25 demnem aduersus alterum? Dico ꝙ ipse præfertur. Quid † si non constat tertium,vel alium seminasse: tunc fructus debent deponi in locum quem elegerit iudex, vt l.prima.§. apud Iulianum.depo.posset tamen dici,quòd in hoc dubio pro illo ꝑsumatur,qui agit;quia lex dat consilium, vt illi demum agant, qui spem obtinendi habent,vt l.j.de inoffic.testamen. Si autem vnus litigatorum seminauit,vel seminari fecit, apud eum esse debent præstita ab eo cautione de custodiendis fructibus. Quid
26 † si vterque seminauit,vel fructus sint naturales, vel non apparet,quis seminauit,in omnibus istis casibus debet iudex inuenire bonum virum, cui fructus committat saluo iure vtriusque partis,vt l.interesse.de acquren.poss.& l.in venditione.de bo. auctorita.iudi.possi.§.fin.& hoc de mente iuris,& ex consuetudine generali.

FRANCISCI CVRTII SENIORIS.

De sequestris.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ dictio qualiter flet,& quot modis capiatur.2.*
2 *Pecuniæ appellatione in statutis odiosis in dubio venit pecunia numerata.*
3 *Pecunia & nummus ad paria referuntur.*
Nummus vnde dictus.
4 *Nummus est futuræ necessitatis fideiussor.*
Pecunia est vita hominis.
5 *Consuetudo populi Romani ad pecuniam reponendam qualis fuit.*

Seque-

Source : BIU Cujas

6 *Sequestratio de quibus rebus sit prohibita, & in quib. casibus fallat. 7. 9. 12.*
7 *Possessionis commoditas nemini est auferenda.*
8 *Sequestratio, vbi est dilapidationis timor, an possit obtineri nõdum lata sententia.*
9 *Dilapidationis rei & fructuum iustus timor quando dicatur in possessore ad sequestrationem petendam.*
10 *Possessor pendente sequestro fructuum an & quando ex eis ali debeat.*
11 *Monachus cum Abbate litigans litis expensas & alimenta a monasterio capit.*
12 *Sequestratio litigiosi fundi per partes tumultuantes petita qualiter per iudicem concedenda.*
13 *Pretium rei emptæ an prius numerandum, quàm res tradenda.*
14 *Sequestratio possessionis & fructuum beneficij lata sententia quando fieri non possit.*
15 *Inuentarium fructuum & rerum per partem peti an possit sequestratione licèt prohibita.*
Descriptio simplex sine incorporatione contra omnem malitiã occurrit.
16 *Patrimonium totum pandi omnium interest.*
Tutor cui per testatorem remissum est inuentarium an pati debeat bonorũ descriptionem fieri, ne bona baratentur.
17 *Testator an possit vxori remittere inuentarij confectionem, & cautionem de vtendo arbitrio boni viri.*
Inuentarium caput est rationis reddendæ.
18 *Sequestrandi modus triplex.*
19 *Sequestratio quotuplex sit, maximè quæ iudicis mandato fit. 22. 24.*
20 *Sequestrationis diffinitio, & vnde dicta. 26.*
21 *Sequester dicitur, qui certantibus interuenit medius. 29.*
23 *Dignitas tanquàm vni semper desponsata duos non debet habere viros.*
24 *Sequestratio facilius inducitur in iudicio vniuersali quàm singulari.*
Possidens vniuersa singula non possidet.
Sequestratio quotuplex sit, & quibus modis fiat.

VOties. In hac lege vnica posita in tit. de prohi. sequest. pecu. C. ante principium studij anni præsentis Tractatum & materiam Sequestri inferere & ordinare institui: quia commodius alibi tractari non posset. Sic commentando legem istam in ore vulgi, & in scholis & in foro læpe diuulgatam. Diuiditur in tres. In prima ponitur dictum. In secunda ratio dicti. In tertia ratio rationis secunda ibi, oportet enim. tertia ibi, quam rem. secundùm Salyce. hoc dicit. Sequestratio est prohibita. hoc dicit. & ad hoc quotidie allegatur.

1 NOta † Primò ex text. ibi, pecunia postulatur, iuncta glo. j. & rubrica tituli, ꝙ verbum pecuniæ sumitur large, per text. in l. 2. infra de constituta pecunia. l. pecuniæ verbũ. ff. de verb. signi. & ita transeunt omnes. Credo oẽs errare: quia nedum large immo largissimè sumitur: vt videbimus inferius: quæ etiam sequestratio est prohibita de re immobili. Pecuniæ enim verbum tribus modis sumitur. Stricte pro pecunia numerata tantùm. l. sed Iulianus § mutui dationem. ff. ad mace. Et sic intelligimus fm communem vsum loquendi, dicit Barto. not. in l. talis scriptura. ff. de lega. j. subiiciens probandum esse de isto communi vsu, quasi sentiat, ꝙ nisi probetur de communi vsu, aliter intelligeretur. Dubitam semper; quia immo absque probatione communis vsus videtur in dubio intelligendũ de pecunia numerata per text. in d. §. mutui dationem. ibi ait eũ se-
2 natus, mutuam pecuniam dedisse, † & tamen istud verbũ Bar. sequuntur omnes: quia sic etiam videmus in statutis exorbitãtibus & odiosis: vt in illis intelligatur de pecunia numerata: vt sentit Bart. in d. l. talis scriptura. & idem Barto in l. singularia. in 3. colum. iBi. Quartò est speciale. ff. si certum peta. & ita intelligitur Bald. in l. 2. §. creditum. ff. si certum petatur. Et idem etiam in rescriptis secundùm Ludoui. Roma. singu. 215. inci. Tu habes glos. vbi pulchre loquitur, alleg. Inno. in c. sedes apostolica. extra, de rescrip. & ibi per Imo. & docto. Secundò sumitur large, pro his quæ pondere, numero, vel mensura continentur. l. 2. § creditum. ff. si certum peta. & d. l. 2. infra de constitu. pec. Tertiò sumitur largissimè, pro omnibus rebus & corporibus. d. l. pecuniæ verbum. ita declarat Bart. in d. l. talis scriptura. post gl.
3 idem glos. & doc. in d. §. creditum. † Pecunia enim & nũmus ad paria referuntur: vt sentit Barto. in d. l. singularia. sed Saly. ibi & Roma. non ponderantes Barto. dixerunt, nummũ capi semper stricte pro pecunia numerata: mihi nunquàm placuit fretus auctoritate Philosophi. 5. Ethicorum dicentis, nummũ dictum ἀπὸ τοῦ νόμου, quod est lex: quia a lege fuit inuẽtus nummus
4 & pecunia. l. j. ff de contrahen. empt. † Et ideo Aristoteles dixit, ꝙ nummus est fideiussor futuræ necessitatis: vt dicit Bald. post glos. in l. 2. infra de constitu. pecu. Et pecunia est vita hominis.
5 text. cum glo. in l. aduocati supra de aduoc. diuer. iudi. † Immo dixit glos. in l. 2. de numera. & actua. lib. 12. ꝙ consuetudo populi Romani fuit ab initio: vt pecuniam quam ex tributis percipiebat in marsupium reponeret, & si marsupium non sufficeret ad fiscum. i. saccum deueniretur, & si non sufficeret, deuentum est ad ærariũ, eo ꝙ ibi æs reponebatur, æris appellatione forte tunc temporis omnis pecunia continebatur, & ita populus Romanus fuit auctus fm glos. ibi, & sic remanet expedita gl. j. nostra.

6 Secundò † No. ex text. regulam prohibitiuam sequestrationis pecuniæ: quia omni iure est prohibita sequestratio regulariter, siue de rebus mobilibus, siue immobilibus, siue de rebus corporalibus, siue incorporalibus, siue de profanis, siue de spiritualibus. Ioan. And. & doc. post glos. in c. examinata. extra de iudi. Glos. & doc. in c. 2. in uerbo, fructus sequestrari. extra de sequestratione possess. & fructuum. & ibi Panormi. plenè post alios. Hostien. in c. fin. eodem titu. Salyc. hic post glos. & Bald. versic. quæro, an de rebus incorporalibus. Melius per Ioan Mo. quem refert Ioan. And. in c. locupletari. de regu. iur. lib. 6. in mercurialibus. & Archidia. latè in c. quia res. 11. quæstio. j. glo. & doc. in l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisda. cogan. in l. Imperatores. §. fin. ff. de appella. Cardi. Flo. in cle. j. de seque.
7 pos. & fruc. & alibi sæpe. † Ratio huius regulæ prohibitiuæ sequestri illa est: quia commoditas possessionis, quæ magna est. §. commodum. instit. de interdi. nemini est auferenda. c. j extra vt lit. pend. c. j. extra de sequest. possess. & fruc. c. volumus. 16 q. 4. Nam ante sententiam nimis propere executio petitur. l. j. infra de execu. rei iudi.

Fallit Ista regula in pluribus casibus enumeratis per glos. Hostien Arch. & Panormi. in locis allegatis, ex quibus recensebo vtiles & quotidianas, aliis omissis. Primò fallit, pendente appellatione ab executione sententiæ in casibus, in quibus de iure appellari potest ab executione. Nam licèt aliàs requiratur suspitio fugæ vel dilapidationis: tamen isto casu nõ requiritur aliqua suspicio: ita declarant Bald. & Ludo Roma. in d. l. si fideiussor. §. fin. Quia præsumitur appellatũ malitiose, seu causa morandæ & impediendæ executionis. l. satis aperte infra de falsis. Domi. Anto Car. & Imo. in c. post electionem. de concess. præben. Ang. in l. 4 §. condemnatum. ff. de re iudi. Istam rationem assignat Panor. in d. c. 2. extra de sequest. pos. & fruc. in 2. colum. Secundo fallit, quotiescunque peteretur res immobilis: si dubitetur de dilapidatione fructuum in causa principali, poterit sequestratio fieri, ita Panormi in d. c. 2. in j. colum & clarius in c. fin. eodem titu. subiiciens, ꝙ vbi insurgit æquitas vel pũsumptio mouere debens iudicem ad sequestrandum, vel ꝙ timeatur de consumptione rei & fructuum, vel ꝙ litigetur causa defendendi iudicij, & capiendi interim fructus: iudex poterit se questrari facere, quasi sentiat, ꝙ sequestratio sit multum arbitraria iudici. Quod non puto verum, nisi in casibus in iure expressis, seu ommimodam similitudinem habentibus: vt patebit ex
8 infra dicendis. † Contrarium tamen, ꝙ regula prohibitiua sequestri in causa principali procedat, teneo, vt sequestratio prohibeatur nondum lata sententia, etiam si oriretur timor depopulationis fructuum, vel dilationis rei: quia licèt reperiatur iure cautum pendente appellatione si timeatur de dilapidatione fructuum, posse sequestrari d. l. Imperatores. § fina. a contrario sensu, erit prohibitio firma, si reus est soluendo, vt non fiat sequestratio in causa principali secundùm Salyce. hic, motus: quia speciale videtur in dote. l. ii cum dotem. § finautẽ in sæuissimo. versicu. si verò dotem. ff. solu. matrimo. Quia licèt dos transiuerit in dominium mariti: tamen oneribus matrimonij & mulieris est subiecta. l. in rebus. & l. ubi adhuc infra de iure dotium. nimirum si sequestratio permittitur: ergo in contrarium erit ius commune: & ista opinio uidetur subtilior & verior, & satis depẽdet a proximè dicendis in 3. fallentia. Tertiò fallit, vbicunque subest timor, ꝙ appellatus possessor lite pendente fructus in a-
9 limoniam suam, vel suæ familiæ conuertat: † quia dicitur subesse iustus timor dilapidationis ad concedendam sequestrationem, text. est cum glos. quem ad hoc ponderat Ang. in l. diuus. la prima. ff. de petitio. hæredi. Archid. in dicto capitu. quia res. Panor. in d. capitu. 2. Ange. in d. l. Imperatores. §. fina. & ibi Moder. Bald. in d. l. si fideiussor §. fina. & in capitu. j. §. fin. in tit. quo tempore miles. Contrarium tenuit Ioann. de Ana. in d. l. Imperatores. quia appellanti deber conseruari ius suæ possessionis. c. non solùm. de appella. libro 6. iuncta. l. Titia. de solu. ergo poterit conuertere in vsus suos. Et idem tenet Domi. Cardina. in dicto capitu. fin. quia si possessor vtitur fructibus sicut prius, nisi dissipẽt, ideſt publice depopuletur fructus, ideſt quando versatur aliter, quàm ipse solet, vel quam solet prudẽs paterfamilias: tunc pendente appellatione fieri potest sequestratio, aliàs non: ita intelligit text. in d. l. Imperatores. in fin. & glos. in l. ab executione. C. quorum appella. non reci. Primam tamen opinionem tenet Bald. & Ludoui. Roma. in l. si seruum. in fin. ff. de acquirẽ. hæredi. dicentes, paria fore ad concedendum sequestrum, vel quòd dilapidet, vel ꝙ consumat in proprios usus. Et sequitur Panormi. & communiter docto. post Innocen. in dicto capitu. fina. In hac difficultate Ange. Areti. in d. l. Imperatores. § fin. & ante eum Panormi. in dicto capitu. fina. concordando opinio. distinguunt. Aut appellans est aliàs soluẽdo, si vtatur eo modo quo prius, non concedetur sequestrum. Si autem non vtatur eo modo, sed dilapidet, dissipet & depopuletur: tunc fiet sequestrum,

Source : BIU Cujas

ſtrum,quamuis foret ſoluendo, propter præſumptionem ortã ex ſententia contra appellantem,& propter ſiniſtram ſuſpicionem ortam ex dilapidatione vltra ſolitum morẽ. & ita tenet Ioann.Mo.in dicto capitu.locupletati.& Imo.in cle.j.de ſeque. poſſeſ.Nec huic obſtat,quòd ſit ſoluendo:quia ipſi fructus principaliter debentur, de quibus magis contendebat dominus, quàm de ipſa æſtimatione. Et licèt iſta ratio militet in cauſa principali,tamen non militat præſumptio inſurgens ex prolatione ſententiæ;igitur non debet impediri lite pendẽte vti ſua poſſeſſione.Aut poſſeſſor non eſt aliàs ſoluendo : tunc procedat opinio contraria, ꝙ conuertẽte illo in ſuos uſus fiat ſequeſtrũ. Et ſic non erit ſpeciale in cauſa appellationis : quia idẽ foret in cauſa principali ſecundùm Panormi.ibi, & eſt æqua & ſubtilis inueſtigatio:ut dixi in præcedenti fallentia.

10 † Circa iſtam fallentiam incidenter quæro, an pendente ipſo ſequeſtro (ſi non habeat ille cuius fructus ſunt ſequeſtrati vnde ſe alimentet) debeat ſe alimentare ex eis.Text.not.in d.l. is cui §.qui legatorum.ff.ut in poſſeſſ.lega.quem ponderat Bart. ibi,dicens ſingularem,decidit ꝙ ſic.& ſequitur Ludo. Roma.in dicta l.ſi fideiuſſor.§.fi.in dicta l.ſi ſeruum.§.fi. Et ſic debebunt tot fructus ſufficientes ad litem & alimenta ſibi relaxari arbitrio iudicis.l fina.C.de ordi cogni & ibi expreſsè ponderat Saly.poſt Bald.ibi,quod eſt not.Idem Saly. hic adducens † ſimile
11 in monacho litigante cum abbate: quia debet habere expenſas litis & alimoniæ a monaſterio,ne cogatur litem deſerere,& ab illa deſiſtere,allegat c.ex parte extra de accuſat.

Quartò fallit,quando vtraque pars contendit ſe poſſidere,& iuſte timetur,ne partes deueniant ad arma in colligendis fructibus l æquiſſimum.ff.de vſufruc.Et ita tenet Barto.per tex.ibi in l.ſed ſi vſusfructus §.ſed ſi inter duos.ff.de vſufruct quia poterit iudex prohibere vtriq; parti ingreſſum, ne ueniant ad arma & rixas.Barto.in l.fina.de edic.diui Adria.tollend. docto.in dicto cap.2.Specu.titu.de ſequeſtra.poſſeſ & fruc. in principio. verſicu.ſed nunquid.& ita tenent omnes : & ſuper hoc periculo & ſcandalo diſcutiendo requititur partis præſentia , nec crederetur uerbis iudicis ita aſſerentis.Ange.in conſilio 103. in fine,quod incipit Iacopellus & Lucas.

Circa prædictam fallentiam incidenter quæro. Sempronius agit contra Titium ad fundum cum fructibus, timetur ne partes ad arma rixam,aut ſcandalum perueniant,an iudex poterit ad alterius partis ſuggeſtionem fundum cum fructibus ſequeſtrari facere ſine præiudicio iurium utriuſque partis? Bald. hic
12 mouet & decidit, † ꝙ ubi conſtat iudici alterum tantum poſſidere,non debet ſequeſtrare,ſed mandare aduerſario, ne accedat & turbet poſſeſſorem:ita intelligit d.l æquiſſimum.& d.l.ſi oleum.quando dubitatur quis poſſideat, & partes ſunt in procinctu armorum.Iſtud fuit dictum Inn.in c.in præſentia. extra de ꝓbatio.Immo ſi non apparet,quis poſſideat,debet sũmatim ſe informare & tueri quem inuenerit poſſidere ſecundum Innocen.ibi.Cyn.in l.j.C.vti poſſi Bald.in l.quidam æſtimauerũt. ſi certum petatur.in l.ordinarij.ff.de rei vendica.in l ſi diſceptetur.ff.ubi pupill.educa.debe.in l.2.C.de ſum.trinita.in l.ſi ſuper poſſeſſione.& ibi dixi ſupra de tranſactio.in l.edicto.de edi.diui Adria.tollẽ.& alibi ſæpe Iſtud Bald.exclamat,& uoluit pulchre Specu.titu.de libel.concep.§.nunc dicendum.verſic.2 .& Practicus Papienſis in opere ſæpe allegato , ubi multum eleganter loquitur.

Quintò fallit in odium contumacis : quia permittitur ſequeſtratio.capitu.ex literis.extra de dolo & contuma. & ibi no. Bald.& doct.idem Bald.in dicta l.ſi fideiuſſor.§ fin & in l. conſentaneum,in 8.nota.infra quomodo & quando index. Saly. hic.Ange.Areti.in d.l.Imperatores.§.fin. quia ſi in parendo uel ſiſtendo in iudicio eſt contumax, poteſt ſequeſtratio fieri. Innoc.in c.j.de ſequeſt.poſſ.& fruct.Tractat late Card.Flo.in d.cle. j.in xxij. quæſtio.

Sextò fallit, lata ſententia ĩ iudicio vniuerſali, puta aliquem eſſe hæredem:tunc omnes res de quibus dubitaretur, ꝙ eſſent hæreditariæ,ſequeſtrari poſſunt.Bald.in l finali.C.qui.ad liber. procla. non licèt.

Septimò fallit,ubi uenditor non vult tradere rem venditã niſi habeat pretium,& emptor non vult dare pretium: quia alter non confidit de alio,tunc deuenitur ad ſequeſtrum.l.ſi ſoluturus.§.fina.ff.de ſolutio.Hoc caſu quando emptor & uenditor non confidunt inuicem, fit ſequeſtrum momentaneum hinc
13 & inde.dicta l.ſi ſoluturus. † De natura tamen contractus eſt,ꝙ prius pretium numeretur:ſicut emptor prius nominaẽ quàm uenditor.l.j.ff.de rerum permuta. Ita dicit Bald. in capitu. primo.de ſeque.poſſeſ & fruct.

Octauò fallit, lata ſententia contra aliquem ſi timeatur de dilapidatione fructuum,iudex incontinenti poteſt ſequeſtrari facere dicta l Imperatores.§.fin. Immo ubi fertur ſententia ſuper beneficio,incontinenti fit ſequeſtratio poſſeſſionis & fructuum beneficij; † niſi reus tenuiſſet illud per triennium. cle-
14 men.prima.de ſequeſtra poſſeſſio.& fruc. Quod limitat Ioan. And.in addi.Specu.in titu. de ſequeſt.poſſeſſio.in 2.colum.& ſequitur latè Domin.Cardina.in dicta clement.j. uerſicu. quartò quæro.niſi reus primò obtinuiſſet ſententiam: quia licèt poſtea ſuccubuiſſet per ſententiam in cauſa appellationis,non fieret ſequeſtratio,de qua in clemen.j.ſed oporteret expectare aliam ſententiam. Et ſic not.limitatur dicta l.Imperatores.in fi. quod eſt not.

Cæteras fallentias traditas per gloſſ. Ioann. Mona.Hoſtien. Panormi.& alios poſt Archid in locis allegatis omitto ; qa ſunt plurimæ,adeo ꝙ poſſent conſtituere regulam permiſſiuam: vt dicit gloſſ.alibi in §.ſi quis alij. inſtitu. de inuti. ſtipula. quarum multas inferius in diſcurſu tractabimus.

15 Illud † tamen ſciendum & notandum eſt, quòd licèt ſequeſtratio regulariter ſit prohibita: tamen pars ſemper petere poterit deſcriptionem fructuum & rerum fieri, ad hoc vt ſciatur quantitas, & ad faciliorem probationem ſecundùm Barto.& Salyc.hic Barto.Ang.& Moder.in dicta l.Imperatores.§ fin.Barto.poſt Andr.de Barulo in l.facultas de iure fiſci. libro 10.Bald.in dicto cap.j.de ſequeſt.poſſeſ.& fruc.Dom. Anton.in c.2.eodem titu.Bald.in d.l.ſi fideiuſſor.§ fina.Barto.in l. poſt contractum.in fine ff.de dona.in l.fina. de requirend.reis. Barto.per text.ibi not in l.j.§ fina.ff.de vend.in poſſeſ.mittend. Ratio diuerſitatis aſſignatur per Ang.& Modern.in dicta l.Imperatores.§ fin.quia per ſimplicem deſcriptionem abſq; incorporatione occurritur contra omnem malitiam, nec ex ea priuatur poſſeſſor ſua poſſeſſione, quod eſt nota.

Prædictam tamen deciſionem limitauit Bald hic dupliciter. Primò,ut procedat in deſcriptione ad probandum tantum, & non in ea quæ fieret ad incorporandum,per text.nota in dicta l.j.§.eligitur.ff.de uen.in poſſeſ.mitten.Allegat nota.per Innocen.in capitu.finali. extra de hæreti. Secundò limitat Bald. ſi deſcriptio fieret abſque iniuria partis, ut puta deſcribendo fructus agri † Secus ſi quis uellet deſcribi facere bona in capſis,uel
16 ſupellectilia:quia iudex debet eſſe diſcretus; ut res procedat ſine iuiuria.Cum interſit cuiuſcunque, ne totum patrimonium pandatur.l.2.de alimentis pupil.præſtan.& l.2.infra qui.& quãdo quarta pars debe.libr. 10.facit quod pulchrè uoluit Bal. cõſi.incipien In Chriſti nomine amen.Petitus tutor a matre. per text.in dicta l.facultas. Licèt teſtator remiſerit inuentarium tutori;tamen debebit pati fieri deſcriptionem bonorum ad faciliorem probationem,& ne bona baratentur, quod eſt menti tenendum. Ego ſoleo allegare text.in l j §.recte autem.ff.quẽ admo.uſufruc.caue.Faciat,quod uoluit Pau.de Caſt.conſi.190. incipien. Antequàm ueniam,quòd ſicut † teſtator non poteſt
17 remittere uxori cautionem de utendo & fruendo arbitrio boni uiri.l j.& ibi nota.C.de uſufru.l.ſcire infra ut in poſſeſ.lega. arg.l.conuenire.ff.de pac.dot.Ita nec confectionem inuentarii, quod ordinatur ad prædicta:cum ſine eo non poſſit bene ſciri, an uſa fuerit arbitrio boni uiri,& an dictas res reſtitueret,meritò ſolet fieri deſcriptio:quod appellatur inuentarium d.l.facultas.& d.l.j.§.eligitur.Ita Paul.de Caſt.ibi. Nam inuentarium dicitur caput rationis reddendæ.Bald.& Imo.in l cum tale.§.j.de condi.& demonſtra.Et prædicta quotidiana multum not.ſunt. Et ſic remanet expedita glo. magna ponens multas fallentias ut in gloſ.

18 Reſtat † opportuno loco ſequeſtrationis materiã attingere.Inuenio tria fore diuerſa:ſequeſtrationẽ, deſcriptionem & inhibitionem,dixit Bald.in dicta l. ſi fideiuſſor. §.fin.Et modum ſequeſtrandi triplicem eſſe ſecundùm Salyce. hic,aliquando perſona & non res ſequeſtratur, puta iudex mãdat partibus uel alteri,ne ad locum accedant cauſa rixæ & ſcãdali euitãdi.l.fi.ff.de offi.proc.Cæſa.Aliquando res & nõ perſona.Exemplum,mandat iudex cautiones communes deponi,& iſtis duobus poſſeſſio non perditur:quia in primo caſu res non traditur tertio.

Et in ſecundo:quia quilibet cohæredum poſſidet,& quilibet copiam accipit:& originalia etiam exhibentur in iudicio, ubi opus eſt.Aliquando ſequeſtratur res & perſona, & iſta eſt propria ſequeſtratio de qua tractat lex noſtra:quia res a perſona,& perſona ab ipſa re ſeparatur.Et in hoc an ex iſta perdatur poſſeſsio in dubio,uid ebimus infra in quæſtio. 20.

19 Quæro † igitur primò an ſequeſtratio ſit multiplex. Archid.in dicto capitu.quia res.& Ioan. And. poſt Ioann.Mo.in dicto capitu.locupletari.Bald.& Salyce. hic Bald. in dicta capitu j.de ſequeſt.poſſeſ.Cardi.in dicta clemen. prima. dicunt,duplicem eſſe ſequeſtrationem .

Alteram uoluntatem ex beneplacita & conuentioni partiũ, & iſta ſemper eſt permiſſa.l.intereſſe puto.ff.de acquirend. poſſeſsione.Altera dicitur iudicialis;quia fit a iudice,& iſta fit altero de duobus modis,aut de re non contentioſa , uel ad iuris ſui conſeruationem.Exemplum in hæredibus uolentib. ius ſuum conſeruare in poſterum ſuper tabulis teſtamenti,& cautionibus communibus:quia ſi ius non concordat,uel ipſi conuenire non poſsunt,iudex facit illa ſequeſtrari.l cæteræ.& l.ſi quę ſunt cautiones.ff.fami.ercif.l.fina.ff.de fide inſtrument. uel ad euitationem oneris. Exemplum, quando debitor ad euitandum

curſum

Source : BIU Cujas

cursum vsurarum vult soluere sortem, & creditor non vult recipere Sequestratur ipsa pecunia, id est deponitur penes alium.
20 l.acceptam.inf.de vsuris.l.debitor.ff.eod. † Et in istis casibus sic diffinitur sequestratio. Sequestratio est rei liquidę sui iuris tuendi, seu oneris euitandi gratia depositio secundum Ioan.Mona. Arch.& Ioan.And. Si verò fieret de re contentiosa, secundum eos sic diffinitur. Sequestratio est rei possessę seu detentę, quę in controuersia vertitur, aut fructuum eius a possessore seu detinente iudicis officio ex causa separatio. Nimirum quia dicitur a sequestrando & separãdo, vel aliter diffiniri potest. Sequestratio est rei, de qua facta est cõtrouersia, depositio.l.licet.in princ. ff.depos. vt refert Card. Floren. in d.clemen. prima, in 15.quęst.
21 † Et in prædictis omnibus sequester dicitur, qui certantib. medius interuenit, secundum Isido. Archi.& Io.And. vel in voluntaria secundum Panor. in c.examinata.de iudi. Diffinitur sequester in tex.l.sequester.ff.de verbo. signif. ille apud quem plures eandem rem, de qua cõtrouersia est deposuerint, dictum ab eo cp occurrenti, aut quasi sequenti eos qui contendunt, committitur.d.l.sequester.& ita transeunt omnes: quia vterque de contendentibus fidem eius sequitur, vt declarat D.Card. in clem.j.
22 in 16 quæst. Aduertendum tamen est, cp † ista quæ fit mandato iudicis, poterit fieri altero de quatuor modis. Primo modo ex mero officio præsidentis, quãdo videt aliquos paratos ad arma & rixas, quos potest sua iurisdictione compescere, quãdo videt neutram partem curare adire ipsum iudicem. d.l.ęquissimum. quæ aliàs incipit. Sed si vsufructus § sed si inter duos. Exẽplum, iudex dicit recipio cõtentionem vestram in manu mea,& rem custodiri faciam, ideo iubeo coram me cõpareatis ius vestrum prosequuturi. Illud sępe fit in Normannia,& in Italia, ne cõtendentes ad arma prosiliant,& sic iudex facit coli, & vincenti restituit fructus, de quo diximus supra in 4. colum. Secundo modo fit sequestratio per officium iudicis mercenarium deseruiens sequestrationi: quia si seruitium est debitum, potest fieri sequestratio. Exemplum, beneficiatus non vult seruire beneficio, præsidens habet sic curare, quòd eius officium non negligatur, sequestrari faciendo fructus quò ad hoc, vt beneficium officietur non obstante appellatione.c peruenit ad nos, cp cum V.extra de appel. vel exemplum in l.3 inf. qui. ad liber. procla. non licet.& in l.j §.super peculio.inf.de assertione tollenda. Sic dicut præfati doctores quòd vbi duo contẽdunt de beneficio; quorum nullus est pacificus possessor, donec controuersia sopiatur: poterunt fructus sequestrari: quia nõ capit duos, sed vnũ tantum.c.cum contingat. extra de rescrip. † Nec dignitas duos
67 ſed & de re non barataṅda & reſtituenda: † quę ſatiſdatio non cadit, niſi poſtquàm tranſiuerit in rem iudicatam. l.ſciendum. §.ſi fundum.ff.qui ſatiſd.cog. Sic videmus, ꝙ appellante aliquo a ſententia dubitante actore de dilapidatione fructuum poteſt iudex ſequeſtrari facere.d.l.imperatores. in fi. Sed ſi appelletur ab executione ſententiæ in caſu a iure permiſſo, fieri poterit ſequeſtratio abſque eo ꝙ dubitaretur de dilapidatione.l.ab executione inf.quo.appel.non reci. Et ſic non videtur mirabile, ꝓut dicit Aret. in d. l.imperatores. quòd duret in cauſis appellationum ſequeſtratio, cum fideiuſſio ſuccedat in locum ſequeſtrationis. d.l.litibus. Quia lata ſententia finitur fideiuſſio de iudicio ſiſti, ſi eſt ſimpliciter interpoſita coram vno iudice: ga non durabit coram alio iudice etiam appellationis: text. not. & ibi Bart. & doct. in l.eum apud. ff.iudi. ſolui. Sed non aduertit Ang. Areti. ꝙ iſta ſatiſdatio non eſt de iudicio ſiſti ſimpliciter, ſed de re non barataṅda, & etiam reſtituenda.

68 Decimononò Quæret aliquis † in qua forma debebit præſtari iſta ſatiſdatio ad releuandum ſequeſtrum. Barto. in l.litibus. decidit, ꝙ non ſufficit ſimplex ſatiſdatio de iudicio ſiſti, & de re non baratãda, ſed dẽt etiam adijcere iſta verba. De reſtituendo rem abſq; vlla procraſtinatione & mora, aliàs ſatiſdatio non releuaret. Et illud dictũ Bar. ſequuntur Ange. in addi. Io. de Platea ibi, idẽ Imo. & Ange. Aret. in d.l.imperatores. §.fi. in fi. vbi dicit, ꝙ non ſufficit ſatiſdatio etiam idonea ad impetrandum ſequeſtrum, vel conceſſum reuocandum, niſi addantur formaliter iſta verba. Promittens rem reſtituere abſque aliqua procraſtinatione, ſecundum Bar. ad d.l.litibus. quod dicit eſſe menti tenendum, & ita in practica eſt diligenter no. ſm Lud. Rom. & Alex. in d.l.ſi fideiuſſor. §. fin.
69 Et idem ſequitur Panor. in dic.c.2. † Ego ſemper tenui ꝯrium, motus: quia formulæ ſunt ſublatę in diſpoſitione legũ, in quib. magis oportet conſiderare ſenſum, quàm verba. l.quoniam indignum. inf. de teſta. Doctrina eſt Bal. in l.fi. §. omnem. infra de adminiſt. tuto. vbi dixit ſufficere impleri per ęquipollens, ergo ſi ſatiſdat de iudicio ſiſti, & de re non barataṅda, ſed reſtituẽda lite finita, ſatis erit, quamuis formula illorum verborum ſine aliqua procraſtinatione non adijceretur, & nihil melius ad ꝓpoſitum adduci poſſet, vt oſtendam in vltimo argumento. Secundò, quia glo. in d.l. ſi fideiuſſor. in fin. in verbo ſatiſdatio, magiſtraliter ponens formam ſatiſdationis continentem duo, & vtrũque probando, ſcilicet de iudicio ſiſti, & de re non baratanda, non facit mentionem de verbis ſine aliqua procraſtinatione. Et pro hac bene facit verbum Bal. in l.fi. inf. qui. ad liber. procla. non licet. Ibi, aut fuit idoneè cautum de reſtituendo, & tũc ceſſat ſequeſtrum d.l.ſi fideiuſſor. §. fi. ꝙ eſt bene no. ſecundum eum. Et ſic non requirit appoſitionem illorum verborum, ſine aliqua procraſtinatione. Sic etiam Spec. in titu. de ſatiſdatione. §. dicto. in prin. & Salic. hic dicentes præſtita ſatiſdatione de iudicio ſiſti & re non barataṅda, ſed conſeruanda & præſtanda, hoc eſt de non barataṅda, de illo loco ad alium non ducendo, ſed de repreſentando quoties opus fuerit, vt declarat Spec. Tertiò me mouet verbum Ang. in d.l.ſi fideiuſſor. §. fi. notans glo. ibi, ꝙ ſequeſtrum ſatiſdatione præſtita ſecundum glo. ibi, de iudicio ſiſti & re non barataṅda incontinenti reuocatur, & ita di-
70 cit practicari. † Vltimò moueor: quia ſic videmus, ꝙ tutor promittere debet ſuſcipere defenſionem pro pupillo ſine vlla dilatione ſpecialiter. d.l.fi. §. omnem. & tamen ſufficit ſi promittat vtilia facere & inutilia prætermittere, & pupillum indefenſum nõ relinquere, ſatisfit formæ tunc traditæ in d §. omnem. quia iſtud ęquipollens eſt, vt declarat dominus Alex. in l.prætor. ff. de noui oper. nunc. & melius conſil. 131. incipien. ponderatis his, & ita ſemper tenui. Et ſine dubio procedit ſecũdum communem practicam ſatiſdatione præſtita per illa verba ſecundum formam iuris & ſtatutorum, ut ſentit D. Alex. in apoſtillis in d. l.litibus.

71 Vigeſimò Quæritur † an per ſequeſtrationem amittatur poſſeſſio rei ſequeſtratę. Cy. hic mouet iſtam quæſtionem Et concludit, ꝙ in voluntaria poſſeſſio transfertur in ſequeſtrarium, ſed in neceſſaria iudex non intendit priuare alium poſſeſſione ſua in dubio, quem ſequũtur Bal. & Salic. hic, & communiter doc. Bart. & doct. in l.intereſſe puto. ff. de acquir. poſſeſſ. Doc. canoniſtæ in d.cap.2. legiſtę. in d.l.ſi oleum. Pet. de Anch. & Cardi. Flo. in clem.j. de ſequeſtr. poſſ. & fruc. glo. & doct. in d.c.examinata. de iudi. Ange. Aret. in d.l.imperatores. §. fi. per glo. & doct. in d.l.licèt.

72 Vigeſimoprimò Quæro, † pone ſuſpicio eſt de aliquo, ne fugiat, & poſſidet bona immobilia, ſi abſens erit, poterit illa vendere, quo remedio ſuccurratur Bartol. pulchrè per tex. ibi, in l.de pollicitatione. ff. de pollicita. decidit, quòd iudex poterit interdicere alienationem bonorum immobilium, ſicut poſſet bona mobilia ſequeſtrare. idem voluit Alberi. & Bal. in d.l.ſi fideiuſſor. §. fin. quod eſt not. in practica.

73 Vigeſimoſecundò Quæro † quia quotidie in inſtrumẽtis apponit clauſula, ꝙ ſi non ſatisfecerit de debito creditor propria auctoritate capere, ſaxire, ſequeſtrare & inſolutum accipere. An vigore iſtius conuentionis poterunt bona ſequeſtrari. Solus practicus Papienſis in d.opere decidit ꝙ ſic: quia lex poteſt ſequeſtrum inducere, ergo & conuentio hominis. l.non impoſſibile. ff. de pac. glo. in rub. de decre. curio. Secundò: quia conuentione hominis poteſt detineri perſona. l.j. & ibi no. qui bo. ce. poſ. & in l.ob ęs. de actio. & oblig. ergo fortius ſuper ſequeſtratione bonorum. Ego credo contrarium per ea, quæ voluit Ang. in l nemo poteſt. de legat.j. vbi dicit, ꝙ ſi per partes conueniant, ꝙ debitor poſſit perſonaliter & realiter conueniri, & capi auctoritate propria creditorum vel iudicis, ꝙ per hoc, nec per creditorem, nec per iudicem capi, aut carcerari poterit. Tum quia debitor non eſt dominus membrorum ſuorum. † Tum quia par-
74 tes etiam non poſſunt facere, quin ordo iudiciarius & eius ſolennitas ſeruari debeat. gl no. in clem.j. in verbo, neceſſario. de verb. ſig. in c.fi. de re iudi. lib.6. l.j. C. de execu. rei iudi. glo. in c. de cauſis. de offi. deleg. Docto. in auth. offeratur ſup. de litis cõteſt. Sed de iure non poteſt inchoari proceſſus ab executione, ſed requiritur, ꝙ procedat libellus, litis conteſtatio & ſententia. l.ſi cum nulla. de re iudi. & d.l.j. Et ad capturam non poteſt veniri, niſi præcedente libello & citatione. dic. l. conſentaneum, & ibi Bar. idem Bar. in l.cum ex eo. ff. ad l.Iul.pec. Et idem in qualibet
75 executione. l. meminerint inf. vnde vi. † Et ſequeſtratio dicitur executio. Et ſi dicatur, immo partes poſſunt ſibi dare licentiam inuicem ingrediendi bona propria auctoritate. l. 3. de pigno. Reſpondemus, ꝙ in his, quæ fiunt ſine iudice, procedit illud: ſicut poſſunt dare arbitratori licentiam procedendi non ſeruato iuris ordine. l.ſi ſocietatem. §. arbitrorum. pro ſocio. Doct. in c.quintauallis. de iureiur. Sed in his quæ fiunt in iudicio ſecus: quoniam per pacta non poſſunt tollere partes ordinem iudiciariũ, & ſic ius publicum. l.ius publicum. ff. de pac. Io. And. & doc. in cap.j. de libelli obla. Et bene facit, quod voluit Inno. & Hoſt. poſt glo. in c.pe. & glo. de offi. deleg. Vbi dicunt, non valere conuentionem, ꝙ ſi debitor in termino non ſoluerit, poſſit excommunicari citatione & contumacia non præcedente, &
76 ſic non ſeruata forma.c.ſacro. de ſenten. excom. † Nec eſt bonum argumẽtum de pacto ad ſtatutum: quia illud procedit negatiue non autem affirmatiue, vt declarat Bart. in l.omnes populi. ff. de iuſti. & iure. Bald. in l.programma. infra commi. vel epiſ. Barto. in l.alia. §. eleganter. ff. ſolu. mat. text. not. in l.fin. in fi. inf. de fideiuſſo.

77 Vigeſimotertiò Quæro † pone in caſu pmiſſo, facta ſequeſtratione fructuum, qui ſunt tempore perituri, quid debebit fieri. Bart. mouet q. in d.l.intereſſe. idem Bart. & docto. in d.l.ſi oleum. Inno. in c.fi. de ſequeſtra. poſ. & communiter decidunt omnes, ꝙ debent vẽdi, & pecunia in ſequeſtro poni, immo ſi non diſtraheret, & deuaſtarentur, imputaretur ſibi, vt declarat Ang. Aret. in d.l. Imperatores. §. fi. facit. l. is cui. §. quæri poterit. ff. vt lega. no. ca. l.fi. ff. de requi. reis. & d.l.litibus. idem Salic. hic, & ita tenet Practicus Papien. in dicto opere ſuo.

78 Vigeſimoquartò Quæro † an iudex poſſit ſalarium conſtituere ſequeſtrario. Non memini me legiſſe niſi Bald. in d.l.ſi oleum. & Ang in d.l.intereſſe. vbi dixit, quòd iuſta cauſa eſt conſtituendi ſalariũ, quando iudex videret ſequeſtrarium verſari in damno, aut ſibi afferri tedium, argu. l.j. de præben. ſala. lib.10. & l. mulier ĩ opus ſalinarum. ff. de cap. & poſtlimi. reuer. Nimirum quia ſequeſter in nullo damno neque incommodo debet verſari. l.fi. circa fi. inf. de bo. aucto. iud. iu. poſ. & ibi Ang. & docto. colligunt, ꝙ ſequeſter ratione officij ſui nullum debet pati detrimentum aut iacturam. Facit qđ no. Bart. in d.l.litibus. & gl. in d.cle.j. in verbo reſtituat. Fallit tamen deciſio præſentis quæſtionis, vbi facta eſſet cum hac conditione, quòd rem ſequeſtratam & fructus redderet vincenti: quia tunc nihil vendere poterit, nec conuertere pretium in vtilitatem rei, vel illud pretium retinere in ſequeſtrũ, per text. not. in l.ait prætor. in fi. ibi, ſine permiſſu. ff. de iu. delib. Et ideo omnia & quæcunq; expendiderit in conſeruatione rei ſequeſtratę imputãda ſunt ſequeſtrãti, & nõ ſequeſtrario. Ita Ang. ibi. Imo. ſm Sali. hic, ſi nõ habet domum ſufficientem pro cuſtodia rei ſequeſtratę, põt vnam conducere expẽſis

fructuum,

Source : BIU Cujas

fructuum, vel rerum. l. is cui. §. qui legatorum. ff. vt in pos. leg. Et
79 sic patet, quod dixi, quod non est propriè officialis: † quia iudici non potest constitui salarium. glo. in l. de iure. ff. ad municip.
80 Vigesimoquintò quæro † an in casibus vbi potest fieri sequestrum, iudex possit illud facere apud duos sequestrarios. Ioan. And. singulariter in addi. Spec. in rub. de sequestr. poss. & fruc. decidit apud vnum tantum sequestrari posse, qđ est not. Et sequitur D. Car. in d. clem. j. ver. vigesimoquartò quæro. Subijciens ꝙ ex causa, vt mortuo primo vel male gerente, vel administrare volente poterit iudex alterum subrogare. Alleg. Io. Andr. in addi. in §. j. in tit. de sequest. pos. & fruc.
81 Vigesimosextò quæro † pone ꝙ iudex sequestrari fecerit cõsentientibus partib. an sequester possit rem sequestratam restituere ad mandatũ solius iudicis. Bal. in l. fi. inf. de bon. aucto. iud. possid. decidit, quòd cautus debet esse sequester, ne reddat nisi causa cognita, idest citata parte. Secus si factum fuisset ex solo mãdato iudicis absq; consensu partis: quia ad mandatum solius iudicis poterit restituere secundum Bal ibi. Sed pone emptor rei cui non est promissa euictio, promiserit soluere pretium ad pascha nolens seu non valens pretium soluere, suppossuit amicum mouentem litem super dicta re vẽdita ad hoc ne possit dicere, nolo pretium soluere nisi sibi de euictione caueretur. Sciẽs forte ꝙ venditor satisdare non poterit propter impotentiam. l. pen. §. fi. ff. de peri. & commo. rei vendi. l. si post perfectam. inf. de euictio. Quod erit remedium aduersus hanc cautelam. Duplex dari potest remediũ. Primò, ꝙ venditor dicat, ꝙ emptor malitiose fecit moueri litẽ, & sic suspectus est. Et sic erit in arbitrio iudicis ęstimare, an suspectus sit, & sic an cauere debeat. d. l. si fideiussor. §. fi. in
82 verbo, fecerit, cum glo. dicentem in animo iudicis. † Et sic bonum est habere in hoc iudicem fauorabilem fm Ang. & Imol. in l. j. §. stipulationum. ff. de præto. stipul. quod est not. Secunda datur cautela per glo. in l. atqui natura. §. cum me absente. ff. de nego. gest. Bal. in l. si traditio. C. de actio. empt. ꝙ venditor petat compelli emptorem ad iurandum, an sibi litem moueri fecerit. Istam cautelam tradidit Ang. in dic. §. stipulationum. quia homines sunt valde proni ad iurandum. Posset dici, quòd nemo præsumitur immemor salutis ęternę. l. fina. C. ad l. Iul. repetun. Sed posset respõderi, si fecit moueri litem & calumniose: certe dato vno inconuenienti, ad secundum facilis est aditus. l. ratas. infra de rescin. vendi.

DO. IOANNIS BAPTISTAE CACCIALVPI De Sancto Seuerino,

De debitore suspecto & fugitiuo.



Vm viderem sępissime iudices & officiales egredi terminos iuris & ęqui, in decernendis capturis cõtra debitores assertos, de fuga suspectos, & fugitiuos: & hmõi disceptatio in partibus istis propter fines propinquos vicinorum quotidiana sit: nam siue hinc discedentes illuc confugiant, vel econtra, huc se recipiant: & ea propter curent diligentes creditores præuenire fugam: mecum ipse volutans, otium fugare decreui: & breui compendio hoc genus disceptãdi a maioribus nostris sparsim & imperfecte examinatum, nobiscum cõferre, vt mutua disputatione veritatem inuestigemus: & propter hanc rei huius digestionem, saltem detur mihi occasio in præmissis altius specu landi, longeq; melius erit diebus festis, in huius rei cognitione versari, quàm vagari, vt quidam scholares faciunt, contra quos dixit Odof. in l. diuus. ff. de fer. antiquum fuisse prouerbium, scilicet, Chi ogi fa festa, non sa mai codico ne digesta. Item vagus scholaris nunquam efficietur magister, vt dicit glos. not. in l. j. C. de tyro. lib. 10. & qui parum studet, parum scit: dicit glo. prima. l. vnicuiq;. C. de proxi. sac. scri. lib. 11. Item non sufficit stare in studio: sed oportet studere, vt est text. optimus, vt in l. si quis ante. ff. de acqui. possef. Item scholares si de domo non exeunt: tamen frequenter iocantur, & sero ad libros redeunt, dicuntur vagantes & errantes. Nec gaudent priuilegio scholarium, vt in terminis dicunt Ricard. & Rapha in l. quis sit fugitiuus. §. erronem. ff. de ędil. edic. & habetur per doct. in l. sumptus. de sac. san. eccl. & in d. l. j. de tyro. & in l. scriniarios. de re mil. & p Can. in c. qđ clericis. de fo. compe. & per Archi. in proęmio sexti.

Hic tractatus qui inscribitur de debitoribus suspectis & fugitiuis, ex infrascriptis. 16. q. principalibus dispici poterit.

Prima, Quis dicatur suspectus de fuga seu fugitiuus.

Secunda, Ad cuius requisitionẽ, petitionem, seu instantiam possit captura decerni.

Tertia, Pro qua causa seu debito possit capi.

Quarta, A quo possit decerni captura seu capi.

Quinta, Cõtra quẽ possit dicta captura decerni aut exerceri.

Sexta, Qualiter iudex se habere debeat a quo petitur cõmissio capturæ.

Septima, Vbi capi possit.

Octaua, Quando & quo tempore possit capi.

Nona, Quare & ad quem finem capiatur.

Decima, Ad quid teneatur impediens capturam occultans seu opem dans fugę.

Vndecima, Quid fieri debeat per captũ, vt carcetes euadat.

Duodecima, Quanto tempore possit retineri per capiẽtem.

Tertiadecima, Ad cuius petitionem sit relaxandus.

Quartadecima, Si captura fuerit non bene concessa, vtrum possit quouis modo creditor indemnitati prospicere.

Quintadecima, Vtrum per huiusmodi petitionem capturæ, & capturam, videatur cępta lis coram illo iudice, & inducta sit litis pendentia.

Sextadecima, Quędam generalia, quæ in præcedentib. non fuerunt, annectemus.

SVMMARIVM.

1 *Fugitiuus is dicitur, qui vt se domino cęlaret extra eius domum causa fugæ moratur.*
Fugitiuus nemo est dicendus, nisi ex animo in aliquem actum extrinsecum sit egressus.
2 *Seruus fugiens ab eo cui per dominum fuerat commodatus, & ad dominium reuertens, non dicitur fugitiuus.*
Carceratus de carcere exiens & ad domum potestatis veniens, an incidat in pęnam.
3 *Carceres euadens qua sit plectendus pęna, si sponte ad potestatis domum venerit.*
4 *Rustico prætoris album corrumpenti non penitus parcitur, sed mitior pęna infligitur.*
5 *Fugitiuus dici potest, qui se occultat, vt occasionem fugæ nactus aufugiat.*
6 *Abscondens se animo fugiendi, fugitiuus est censendus.*
7 *Associans aliquem, qui inimicum sibi obuium occidit, quando teneatur.*
8 *Associans alium in itinere, si perpendat eum machinari aduersus dominum, vel rempublicam, quid facere debeat, vt pęnam euitet.*
9 *Debitor quare & quando de fuga suspectus dici possit.*
10 *Mercator quis de iudicio sisti satisdare teneatur, & quis non.*
11 *Suspectus de fuga quis teneatur, iudicis arbitrio committitur.*
12 *Suspicio fugæ ex quibus indicijs colligi possit.*
13 *Falliti in omnibus suspecti sunt & infames.*
14 *Possidens immobilia quando de fuga suspectus a lege præsumatur.*
15 *Accusatus de crimine si captus fuerit, in vinculis teneri debet, donec de causa cognitum sit.*
16 *Suspectus de fuga in quo differat a debitore fugitiuo.*

Quęro igitur primò. Quis dicatur suspectus de fuga seu fugitiuus? Ad quod rndeo, ꝙ gñaliter loquendo, fugitiuus diffinitur in l. j. §. fugitiuum. ff. de ser. fugi. & in l. quid sit fugitiuus. per totam legem. ff. de ędil. edic. & in l. fugitiuus. ff. de verbo. sig. & hr in l. j. C. de ser. fugi. pro quorum iuriũ declaratione aliquid videamus, ꝙ in materia nostra non erit inutile, & aperiet intellectum ad
1 multa. † Fugitiuus igitur est, qui extra dñi domum, fugę causa quo se a dño celaret, manfit: vt diffinit Vlp. in d. l. quid sit fugitiuus. in princ. Celsus autem fugitiuum quoq; scribit, eũ qui ea mẽte discedit, ne ad dñm redeat. Cassius quoq; scribit fugitiuũ esse, qui certo proposito dñm reliquerit. ſ nunq̃ redeundi, vt d. l. quid sit fugitiuus. versi. Celsus. & versi. Cassius. Iulianus adiecit fugitiuum ferè animi affectu, intelligendum esse, id est quia non habebat animum amplius redeundi: nõ vtiq; a fuga. ſ. sola: vt in versi. itẽ apud Iulianum. ead. l. quis sit fugitiuus. Quos text. ibi doct. dicunt menti tenendos pro statutis & bannis de fugitiuis loquentib. Patet ergo, ꝙ nemo dr fugitiuus, nisi ex animo egressus in aliquem actum extrinsecum. & est ratio secundùm Bald. vt sup. quia esse fugitiuum est ex vitio animi: & ideo requiritur animus & propositum delinquendi. Ex prædictis iuribus cognoscere possumus, vtrum monachus sit fugitiuus, an nõ: & per ꝯs vtrum sit apostata: fm Bald. subdit ibi text. in d. l. quid sit
2 fugitiuus. glo. idem probat in d. versicu. apud Iulia. ꝙ † si seruus alicuius per dominum commodatus fugisset ab illis, & ad dñm venisset, non est dicendus fugitiuus, quem tex. quidam dicunt ibi perpetuò menti tenendum, dicentes quòd ibi est casus, ꝙ ille qui euasit carcerem, & exiuit, & ad domum potestatis venerit, ꝙ in nullam pęnam inciderit: quia nõ dicitur fugisse, qui ad dominũ fugerit: & ita refertur fuisse de facto decisum p illum tex. allegant etiam bonum tex. in l. milites agrum. §. desertorẽ. & §. fi. ff. de re mili. & qđ no. per Sali. in l. si propter insidias. C. q accusa. non pos. Pro quo vltra eos facit text. institu. de re. diui. §. in his. & quod no. per glo. in clem. pastoralis. de re iudic. & per do. Flor. in sua disputatione, quę incipit, ingsitus. Aduertẽdum

Source : BIU Cujas

Io.Bap.Caccial.De debit.ſuſpecto & fugi.

3 tamen puto;nam iſtud videtur limitandum:† licèt enim nō ſit puniendus pęna fugitiui carceres euadentis: eſſet tñ puniēdus aliqua pęna leuiori pro carceris exitu ſeu fractura, pro modo culpę.tex.eſt ſingularis ad propoſitum in l. ſi adulterium cum inceſtu §.imperatores.ff.de adul.quem ſemper tene menti,per quem Bal.in quadam ſua repetitione in l. cunctos populos.de ſum. trini. & fid.cath. dicit, ꝙ ſi ad ſubſtantiam criminis & ad ſubſtantiam alicuius delicti requiratur dolus;vt in furto : licèt ceſſante dolo ceſſet pęna ciuilis,ut l.inter omnes.§.rectè. ff. de fur.pęna tamen criminalis omnino nō deerit, ſed imponetur non pro delicto conſumato,ſed vt pro attentato,vnde dicit,ꝙ in l.ſi qs id quod.de iuriſdi.om.iudi.† ſi ruſticus corrupit albū,
4 dato ꝙ ei parcatur quò ad integram pœnam ibi poſitā: tñ non omnino parcetur, ſed leuiter caſtigabitur arbitrio iudicis, qđ no.Bart.in l.j.ff.ſi qs teſta.lib.eſſe iuſ.fue.& in l.aut facta.§.delin quunt.ff.de pę.& Cyn.in l.ſi quis non dicam.C.de epiſ.& cleri. & ad d.l.ſi quis id quod. ibi nullus tangit quinimmo do.meus ibi tenet, ꝙ etiam ꝑ lata culpa in terminis illius edicti dolum requirentis & fraudem non puniatur aliqua pęna. & idē tenet in l.j.C.ſi aduer.delic.Cuius contrarium videtur verius, vt prædicti.& vide dicta in l.omnes populi.in 6. q. princ. circa interpretationem reſtrictiuam.ff.de iuſti. & iure.& in l.ſi fugitiui.C. de ſer.fugi. & eundem in l.j. ff.de leg. & Abb. in c.2. de conſti.
† Proſequendo rem dico,ꝙ etiam is qui ſe occultauit, vt fugę
5 nactus occaſionem ſe ſubtraheret, dī fugitiuus, vt d.l.quid ſit fugitiuus.§.idem ait interrogatus. Si verò ideo latuiſſet, vt dñi iracundiam fugeret:tunc ſecus,vt ibidem. per quem text.ibi dicūt,ꝙ ſi quis dum eſſet captus a familia, vel eſſet incarceratus, videns iudicem,vel ſuperiorem multum iratum, aufugit animo redeundi,tunc cum dñi ira ceſſaſſet,ꝙ non punitur, ¦ tanꝙ fugerit de carceribus,vel de manibus familiæ,quod not. Dicit etiam Bart.per illum text. ꝙ ſi quis aufugerit furorem familiæ poteſtatis,& poſtea citatus comparuit, ꝙ nō dicitur fugitiuus: nec fuga eo caſu induceret contra eum præſumptionem, ubi aliàs induceret in terminis.l.lege Cornelia ff.ad ſyll. tex.etiam in ea.l.verſicu.idem ait:vt nec eum,videtur innuere illum fugi tiuum non eſſe, qui ſimpliciter latuit, niſi pedem mouerit ad fugam.Sed vī innuere.§.apud Celſum.ver.plano. ea. l. quid ſit fugitiuus.& ibi gloſ. † Sed reſponde, ꝙ qui ſe abſcondit animo
6 fugiendi,fugitiuus eſt:vt ibi tenet gloſ. quam ſequitur ibi Ray. & Albe.Item in ea.l.quid ſit fugitiuus.§.idem Celſus.dicitur,ꝙ exiēs de domo vt fugiat,ſi capiatur etiam anteꝙ exiſſet de fundo ſuo,dicitur eſſe fugitiuus; ſecus ſi vnum tantum pedem ad fugam promouit,vel fugere cępit:per quem tex.dicūt ibi quidam,ꝙ ille qui incepit fugere,& poſtea fuit captus, non dicitur fugitiuus:dicit etiam ibidem Bald.ꝙ ex illo text.verſi.idem ait. nec vim, ſumitur arg. ad ſtatutum puniens fugientem ante familiā,vt intelligatur de eo qui capi non poteſt ſecundo capto, ſed certe tex.in ver.præcedenti valde obſtat. Niſi dicamus, ꝙ dictum Bal.procedit,quando ille fugiens captus lento paſſu fugiebat,quaſi fugiens furorem familię:ſecus ſi celeriter, vt oīno euaderet,& tñ fuiſſet captus:& ita loquitur ver. præcedens, vt eſt de mente glo.ibi.Vel ſecundo dicendum eſt,ꝙ in ver.idem ait.nec enim duæ negationes,vt ibi,nec eum, & ibi non eſſe.& ſic concordat,vt l.duobus verbis.ff.de verb.ſig.quod non diſplicet:dicit etiā text. in l.j.§.idem rectè.ꝙ fugitiuus & abſentatus dī ſe poſuiſſe in ſpem cuiuſdā libertatis:ita etiam allegat illum tex'glo.& doct.in ea.l.in fugam. C.ad l.Fal.de plag. vide etiā in ea.l.in ver.idem ait ſi ſeruus.tex.aureū,per quem dicit ibi Guid.
7 de Suza.Richad.& Albericus,† ꝙ ſi quis vocauit amicum ſuū, & non dixit ei,quid velit facere,& quò velit ire,ſed petit,ꝙ eū aſſociet,& aſſociauit:& ille qui eum requiſiuit obuiauit inimico ſuo,quem inrerfecit,ꝙ aſſocians dño dans auxilium ad maleficium committendum,non tenetur. Sed Rapha. ibi diſtinguit,ꝙ aut iſte aſſocians,dum vidit illum uelle interficere inimicum ſuum,aufugit vel receſſit, & tunc teneatur, per text.in d.ver.vbi probari dicit diſtinctionem illam, quam credo verā, ſed ex p̄ſentia ſit aduerſarius factus timidior, & ipſe audacior, no.in c.continentia.de cleri. percuſ. cum tunc dicamur opem dare.ſecus ſi is qui eſſet cum interfecto,aut interficienti prohibuiſſet:cum tunc non dicamur opem dare,& iſtam puto fuiſſe mentem præfatorum doc.Alb.& Richar.quod facit ad ea quæ dicuntur inf.q. 10.& eſt profecto mirabilis tex.per quem deter
8 minari poteſt † ꝙ ſi quis vocauit amicum, vt aſſociet eum,aliter cauſa non expreſſa,& in itinere iſte perpenderit, ꝙ machinabatur aduerſus dñm,vel rempublicam ſuam, ſi quidem cōmoditatem habuit recedendi & ſignificandi, & non fecit, puniatur:ſinautem redire non potuit & ſignificare,excuſetur.Inquantum autem attinet ad præmiſſum tractatum quem aggreſſi ſumus,videlicet quis dicatur ſuſpectus de fuga, ſeu fugitiuus debitor,alia indagatione opus eſt, Gloſſator igitur noſter Accur.cuius authoritati eſt magis credēdum,cum iura melius cęteris intellexit,vt atteſtatur Bar.in conſilio,quod incipit. factū ſuper quo conſiliū.a cuius etiam determinatione non eſt recedendum,qñ pedes firmat,ſi in dubio ſum, vt pulchre dixit Iac. But.in l.j.C.qui pro ſua iuriſ.ſicut no. dixit in l.ſi fideiuſſor.§.fi. ff.qui ſatiſ.cog.ꝙ aliquem ſuſpect.faciunt nō poſſidere immo-
9 bilia.l.ſi creditores.ff.de priui.credi.† Debitor igitur poteſt dici ſuſpectus:quia in loco vbi conueniri poteſt,& ſperatur conueniri,non poſſidet immobilia aliqua,ſm gl. vel non poſſidet tāta immobilia,in quę cadat tanta affectio poſſeſſoris veriſimiliter,quæ tollat ſuſpicionem fugę. Ratio enim, quare poſſeſſio immobilium ſolet excludere præſumptionem fugę, eſt ꝓpter affectionem,quam reus veriſimiliter habet circa res immobiles:quia in rebus ſolidis probabiliter cadit affectio:non autē in rebus mobilibus, vt l.ſi chorus.de leg. 3. Non enim ſufficit ad excludendum præſumptionem fugæ, ꝙ debitor poſſideat minimam rem immobilem,aut minimam cruſtam terrę; nec requiritur, ꝙ poſſideat immobilia ęquiualentia debito, de quo agitur,ſed ſufficit poſſidere tot,aut talia,ꝙ conſiderata eius affectione ad illa, ceſſet veriſimiliter ſuſpicio fugę ſm Cyn. in d.l.ſciendum.q.2.vbi hoc tenent Bar.Bal.Ang.& communiter ſcribentes,vt tenet Cyn. in l.j.C.vti poſſi.opp.2.Et ideo Ang.&
10 Moder.referunt † ꝙ mercator poſſidens multa immobilia,& habens intricata nomina debitorum,cui de facili non eſt receſſus poſſibilis propter multitudinem mercantiarum, vel grauitatem ipſarum, non tenetur ſatiſdare de iudicio ſiſti: quia lex non habet eum de fuga ſuſpectum. Similiter ſi poſſidet multa mobilia,quæ de facili occultari non poſſunt,vel inde moueri, vt magna ſupellectilia,vel magnam apothecā habet in platea: dicit Bar.propter quæ ſit veriſimile,ꝙ non ſit receſſurus,nō eſt
11 habendus ſuſpectus de fuga,ſm doct.ibidem. An † aliqs ſit cenſendus de fuga ſuſpectus, relinquendum videtur arbitrio iudicis:qui conſiderans circunſtantius arbitratur,vtrum ſit præſumptio fugę cōtra eum, de quo agitur, & hoc fortè voluit dicere iuriſconſultus magiſtraliter in d.l.ſi fideiuſſor.§.fi.ibi,ſi hoc iudici ſederit,de quo inf.6.q.prin.& eſt gl.in l.in omnib.ff.de iud. verſi.iuſta cauſa.hinc reperi ſuperioribus annis fuiſſe conſultū & iudicatum in partibus Lombardię, ꝙ ſyndicus vniuerſitatis
12 conuentę non tenebatur de iudicio ſiſti ſatiſdare, q̄uis mobilia non poſſidet quia ꝯ ipſum non eſt ſuſpicio fugę. † Colligitur etiam interdum hæc fugæ ſuſpicio ex aliis ſignis & indiciis: puta quia iam cępit componere ſarcinulas,vt in ſimili habetur in l.ab hoſtibus.§.fi.ff.ex quib.cau.maio.vel apparent alia ſigna receſſus,vt in ſimili dicitur in auth.omnes peregrini. C.cōmu. de ſucceſ.& in auth.habita.C.ne fil.pro pat.& per Bar.in tracta. repreſalia.q.6.prin. In verſi. ſed quæro.& in ver. ad ſeptimum. & dicetur inf.q.9.& eſt tex.optimus ad propoſitum in l. quæſitum.ff.de pig.quem ad hoc no.Bal.in rub.C.de reuo.his quæ in fraudem cred.vbi ſubdit, ꝙ Bar. nullam bonam. ad hoc probandum allegauit. † Illud ſcio,ꝙ omnis coniectura creſcit cō-
13 tra fallitos,qui ſunt faciles ad mētiendum,ſunt etiam infamiſſimi,qui voce antiquiſſimæ legis dari deberent creditorib. lacerandi:adeo ꝙ propter dolum ſuum non debent habere beneficium ceſſionis,quod eſt ſubſidium miſerorum,non præſidium doloroſum,vt inquit Bald.in conſil.quod incipit, ſuper libris. arg.no.in l.j.C.qui bo.ce.poſ.& l.fi.§.fi.quæ in frau.cred. & l.pe. de iur.do.& l.ſi quis ex argentariis.ibi, humilis & deploratus.ff. de eden. cum ſimi. Item ſi fallitus:ergo fraudator. ſic enim lex vocat eum,& appellatur editum fraudatorum:quia a communiter accidentibus falliti ſunt fraudatores,vt inquit Bal.in cōſi.
14 in q.domini Mediolani.† Nec etiam omittendum,ꝙ ſi qs poſſidet immobilia, quæ ſua natura releuarent poſſeſſorem a ſatiſdatione de iudicio ſiſti:& conſequenter a præſumptione fugæ:ſi fuiſſet in ius vocatus,& fuerit contumax,cenſetur iterum futurus contumax, & habetur a lege ſuſpectus,ꝙ nolit ſiſtere, & ideo cogitur ſatiſdare de iudicio, tanꝙ ſuſpectus de contumacia vt dicit gl.no.in auth.de exhib.reis.in §.ſi verò. in verſi. fideiuſſionem.quam omnes ſequuntur in d.l.ſciendum.& Bar. etiam ponit in l.hoc autem ſi.inf.qui.ex cau. in poſ. eatur. Pro qua optime facit tex.ī l.de die.ver.planè.ff.qui ſatiſ. cog. & tex.
15 no.in l.lex Corne.ff.ad ſylla.† vbi quis accuſatur de aliquo crimine:ſi poſtea capiatur,ſemper debet retineri in vinculis, donec de cauſa cognoſcatur etiā ſi paratus eſſet dare fideiuſſores, aliàs datis fideiuſſoribus euitaſſet vincula,vt l.2.de cuſt. reo.facit c.prout.de do.& contu.Creſcit igitur præſumptio legis,quę vnumquemq; debitorem reum appellat fugientem, vt l.properandum §.ſinautem. C.de iud.contra illum qui ſolitus eſt fugere: per prædicta.bene facit.l.non omnis.§.a barbaris. ff.de re milit.& regula iuris,ſemel malus ſemper præſumitur malus.&
16 in l.3.ibi:niſi ſemel. C. de epiſ. aud. † Illud intereſſe puto inter ſuſpectum de fuga, & fugitiuum debitorem:nam ſupectus eſt quis,anteꝙ fugere incipiat,aut latitare ſe præparat, aut ſuus animus ad fugam diſpoſitus aliter patet,ſeu a lege præſumitur:fugitiuus autem eſt,qui in ipſo actu fugę vitium mentis deduxit, vt probatur ex præmiſſis,iuncta l.fugitiuus.ff.de verbo. ſignif. quod tene menti:quia a nemine reperio declaratum.

SVMMARIVM.

1 *Captura ad cuius inſtantiam aduerſus debitorem fugitiuum decerni poſſit.*

2 *Con-*

Source : BIU Cujas

2 *Consequens si concedatur, omne antecedens necessarium ad illud concessum censetur.*

3 *Procurator ad lites & causas sententiã executioni mandari petere nequit.*

1 Secundò principaliter quæro † ad cuius petitionẽ seu instantiam possit captura decerni contra debitorem fugitiuum, aut defuga suspectum. Et quidem ad instantiam creditoris, vel sui procuratoris: tamẽ quia procurator omnia facere põt, quę non inueniuntur prohibita: vt l.j.§.vsus.ff.de procu. Et formaliter habemus glo. istud decidentem in l.j.C. vbi quis decu. vel cohor. quam tenementi: & vna cum d.l.j. quæ sępius allegatur in hac materia per doc. vt patebit in quæstionibus inf. dicendis. vtrum autem sufficiat, ꝙ talis procurator habeat mandatum ad lites & ad causas, vel ad agendum, opinor ꝙ sic, arg. l.ad rem mobilem. & l.ad legatum. ff. de procurat. & l.2. ff. de iur. omn.
2 iud. cũ si. † quia concesso consequenti, videtur concessum esse omne necessarium antecedens, vt l quamuis simpliciter. C. de fideius. cum simi. Item quia iste facere potest capi, vt sistat in iudicio, & satisdet de stando iuri, & sic mandatum ad hoc extenditur. Item iste casus non est numeratus inter casus requirẽtes speciale mandatum, quos ponit Spe. in tit. de procur. §.j.ver. itẽ op. & Io. And. in c.qui ad agendum. de procur. lib.6. & Bal. enumerauit in quodam consi. Nec prædictis ob. quod dicunt Bar.
3 & scribentes in l.hoc iure. ff. de solu. vbi dicunt † ꝙ procuratores ad lites & causas, vel ad agendum constitutus, nõ potest petere, ꝙ sententia mãdetur executioni: qa hic nulla petit executio sententię iam latæ, vel iudicij finiti, sed præparatũ futurum iudicium, vnde eius potestas non est finita, vt ibi, vide latius per docto. in l.si procurator. ff. de procur. vbi egregie loquitur Pau. de Cast. ad illam. l.hoc iure. & vide quæ dicentur inf. 6.q.prin.

SVMMARIVM.

1 *Captura pro qua causa contra debitorem suspectum aut fugitiuum decerni possit.*

2 *Captura an peti possit & decerni pro debito in diem, cuius dies nondum aduenit.*

Captura decerni non potest, nec peti pro debito quantitatis minimæ.

3 *Syndicus non tenetur denunciare leuissimam cutis scissuram, stante statuto denunciandis percussionibus sanguinolentis.*

4 *Scholaris pro doctore non potest legere.*

5 *Trangressus in modico non est vituperandus.*

Debitor paruæ quantitatis non potest capi vt de fuga suspectus.

6 *Fur nocturnus impune occidi potest.*

7 *Pretium vile quod dicatur.*

1 Tertiò principaliter quæro † prò qua causa siue debito possit captura decerni contra debitorem suspectum aut fugitiuum, aut captura exerceri, hæc quæstio diuiditur in plures. Et in primò, vtrum pro debito conditionali ante conditionis euentum. Et certe etiam debitor ex iusta causa cauere cogitur, vt est casus in l.in omnibus. ff. de iudi. Iusta autem causa quæ fit, relinquitur arbitrio iudicis: vt ibi dicit glo.2 & Ang. exemplificat, qñ debitor incipit esse de fuga suspectus propter culpam suam: secus si absque culpa. & hanc docto. dicit habere in l. si creditores. ff. de priui. cre. quæ fit in præbẽda cautione prædicta cum fideiussione, vel pignore, possit creditor in possessionẽ mitti, & debitor detineri & capi: vt per doc. in d.l.in omnibus. quæ lex non solũ habet locum in contractibus & iudicijs bonę fidei, vt loquitur, sed etiam stricti iuris, subsistente iusta causa: & est casus in d.l.si creditores. & vbique per doct. communiter, & in l.in poss. ff. ex quib. cau. in pos. ea. vbi per glo. & Barto. & in l.2. ff. sol. mat. & in l.dedi. in prin. ff. de condi. ob cau. vbi per scribentes, & hĩ in l.pe. C. de oper. lib. quę lex in omnibus habet locum, etiam in dona. causa mort. casus est singu. in l. Seia. versi. bonę fidei. ff. de dona.
2 cau. mor. † Secundò, vtrum pro debito in diem, cuius dies nondum venit, possit captura peti & decerni, & ille satisdet: & certum est ꝙ sic, subsistente iusta causa suspicionis, quæ post emerserit: ita determinat gl. ordi. in l. quæsitum. ff. de pig. & ibi tenet Bar. & Bal. non solùm in debito in diem, sed in conditionali, quod no. Tertiò, vtrum pro omni debito cuiuscunq; quantitatis etiam minimę. & dicas ꝙ non: ar. glo. no. in auth. minoris de bito. C. qui da tu. pos. & est glo. j. quæ allegat bona iura. & ita determinat Bal. in indiuiduo, in auth. sed iam necesse. per glo. ibi. C. de do. ante nup. & no. in l.j. ff. si cer. pet. bene facit, quod dixit Bal. in rub. C. de reb. cre. & bonus tex. in l. si tñ. §. fi. & l.j. §. pinde. & §. vitium. ff. de ędil. edic. hinc dixit Bal. in l. si prædium. in prima col. 2. q. 3. C. de ędi. act. ꝙ modicum vulnusculum nullum in se habet delictum: vt d. §. in tantum. † Et ideo si statutum di-
3 cit, ꝙ syndici teneantur denunciare percussiones sanguinolentas, non erit denuncianda, qñ fuit leuissima cutis scissura: & consequenter etiam refert, ꝙ leuis scrafficatura non dr̃ vulnus, & si in platea esset de vulnere pęna manus: certe pro tali vulnusculo non imponetur tam atrox pęna: cum nõ pateretur infirmitatem, vt l. qui clauum. ff. de ędil edic. erit igitur dicto casu pro vulnusculo imponenda pęna non ordinata per statutum sed arbitraria, vt dicit Angel. in l. extat. ff. quod met. cau. licèt Alb. & Raph. in l.j. §. sciendum. ff. de ędil. edi. dixerunt, ꝙ forte non est securum recedere a verbis statuti: tenendum videtur, ꝙ dicit Bal. & Ang. in d. §. sciendum. & l. ex hac. ibi: vt non deformitatis ratio. ff. si quadr. paupe. fec. dica. & ibi per Floria. in l.j. §. pen. ff. ad sylla. & per Ang. in l. quæritur. §. fi. ff. de ędil. edic. & l. si vacantia. C. de bo. vac. lib. 10. & in l. si pignus. ff. de fur. & pulchrè ꝑ Ang. de Aret. in suo opusculo maleficiorum, in glo. in versi. alia percussione. in vlti. q. bene facit quod no. in c. cum illorum. de sen. excom. in glo. singu. ibi, & quod no. in c. peruenit. eo. tit & insti. de iniur. §. seruis. ad idem quod no. per Io. And. in c. cum in contemplatione. de reg. iur. in nouella. & Bald. in l. obseruare in fi. 1. col. C. quorum app. ad quod no. scripsit Bart. in fi. in l. leuia. §. pen. cui adde Socin. in rub. C. de fabri. lib. 10. vbi etiam no. Bar. ad idem etiam vide, quod no. Inn. in c.j. quod met. cau. & refert Bal. in rub. de rescind. vend. de paruo dolo. vide etiam in simili tex. & ibi Bar. in l. senatus. §. Marcellus. de leg. j. adde Bald. in l.j. §. 2. ff. nau. caupo. stab. Ad idem in simili vide tex. & Bar. in l. decurio fortunam. C. de decur. lib. 10. & bonum tex. in l.j. in prin. ff. de legi. tute. & Bar. in l. pignora. §. fi. ff. de pign. act. & in simili. l. omnimodo. & ibi no. de impen. & quod no. in l. fi. de reuo. do. C. de modica iniu. & in c. fi. de simo. de paruo dono. & 11. q. 3. c. episcopus. & vide glo. in c.j. de coniug. ser. vide etiam qđ singulariter dicit Bald. in l. si mihi & Titio. §.j. de leg. j. quẽ sequitur Ponta. in rub. de arbi. in 4. col. ad materiam. l. magnam. C. de cõtrahen. & commit. stipu. vide etiam in simili no. text. in l. fi. in §. colonus. ver. ꝙ si paucis. ff. loca. & Bart. in l. pręcipimus. C. de cano. largi. titu. libr. 10. & text. not. & ibi Barto. in l.j. in fi. ff. de ven.
4 inspi. † Solet etiam dici, ꝙ scholaris non possit legere pro doctore, vt dicit gl. in l.1. C. de manci. & colo. lib. 10. Bart. in l. parabolani. versi. excep. & ibi Bal. C. de epis. & cle. tamen posset legere pro paruo tempore: puta aliquibus diebus: aliàs nec etiã doctor substitutus admitteretur: etiam si esset ęqualis peritię, vt per Cyn. in l.2. §. nec autem. C. de cadu. tol. & per Barto. in l. nemo est qui nesciat. ff. de duo re. nisi ĩ casu necessitatis, dicit Bal. in d. §. nec autem. nisi esset consuetudo in loco, an ille conductus erat consuetus sic facere, vt per Bart. in d.l nemo. vidi in simili Bar. in l. alio. de ali. & cib. leg. & Bal. in l. ędem. circa mediũ. C. loca. & doct. in auth. qui rem. C. de sac. sanc. eccle. & Salic. in auth. de pęna. in tit. eo. & uide tex. optimum in l. quod in conuiuio. ff. de alea. iuncta glos. & quod pulchè uoluit per istum text. Ang. de Are. in dicto suo tractatu maleficiorũ. in uer. metidor. & Spe. in tit. de loca. §. fi. in uer. nonò quæritur. & in l. Seio. ff. de mino. & in l. idem est. ff. de dolo. & bene faciunt quæ habentur
5 in l. quæsitum ff. de re iudic. † Itẽ qui parum transgreditur, non uituperatur, ut in tex. no. & ibi Bartol in l. quamuis. de condi. & demonst. ita consueuit allegare Bal. illam legẽ fm Pau. de Cast. ibi, quam etiam ad hoc sępissime Oldr. ut dicit ibi Bar. circa qđ uide eundem. l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiur. Vide ẽt ad materiam Bar. notanter in l. Titium & Meuium. §. altero. ff. de admi. tuto. dum loquitur de cõmunione paruorum lucrorum, per quæ concludo, debitorem minimæ quantitatis ꝑ debito tanq̃ suspectum capi non posse. quęnam sit parua quantitas, magna, uel minima, relinquitur arbitrio iudicis, ut in simili dicit glo. in auth. præterea. C. unde uir & uxor. & gl. eleganter, in l. illicitas. §. tenuis. ff. de offi. præsi. in uersi. lumine. & per Bar. no. in l. si constante. in princip. ff. sol. mat. & ad prædicta faciunt.
6 † Nam licet patrono occidere furem nocturnum, ut euitet periculum rei: ut dicetur in q. illud uerum, nisi res subtracta fuerit uilis aut parui pretij: quia tunc nullo modo liceret occidere, sed nec uulnerare, argum. l. si ex plag. §. tabernarius. ad leg. Aquil. &
7 l. adulterium. §. liberto. ff. de adult. † Vile autem pretium erit unus uel duo aurei: nã in ea quantitate parcitur famę, ut l. idem est. ff. de dol. fortius morti & uulneranti parcendum erit: ita eleganter determinat Mathe. in suis notabilibus, not. 135.

SVMMARIVM.

1 *Iudex competens quis dicatur, cuius mandato capi possit debitor de fuga suspectus.*

2 *Suspectus de fuga captus ab incompetenti iudice non potest de incompetentia opponere.*

3 *Stspectus de fuga a iudice incompetenti potest capi.*

4 *Suspectus de fuga ferijs vel alijs legalibus iudicijs non gaudet.*

5 *Debitor fugitiuus aut de fuga suspectus per quem capi possit.*

6 *Occidere hominem quo casu liceat ob res non perdendas.*

7 *Furem notum & habilem ad inquirendum non licet occidere.*

Furem licet occidere, quoties vertit periculum rei amittendæ.

8 *Malefactor an possit capi a quolibet.*

9 *Malefactorem capere licet cuilibet in criminibus publicis.*

10 *Debitorem ex contractu fugientem capere licet propria authoritate.*

11 *Debitori fugienti pecuniam mihi debitam authoritate propria accipere possum.*

Source : BIU Cujas

Io.Bap.Caccial.De debit.ſuſpecto & fugi.

12 *Debitor fugiens quando poſſit capi & res ſibi auferri.*
Debitor fugitiuus authoritate propria capi poteſt duobus concurrentibus.
13 *Debitor fugitiuus authoritate propria non debet capi, ſi copia iudicis poſſit haberi.*
Rem propriam poteſt quilibet auferre propria authoritate debitori fugienti.
14 *Rem mihi debitam actione perſonali, authoritate propria auferre poſſum a debitore fugiente.*
Debitorem fugientem ſine re mea aut mihi debita, ſed perſonaliter obligatum, an poſsim capere propria authoritate.
15 *Debitor mihi obligatus ſine re mea fugiens, iudicis copia deficiente poteſt capi propria authoritate.*
16 *Lex id in potentia operatur, quod fuga ipſa in actu.*
Debitor de fuga ſuſpectus, quod non poſsideat immobilia, non poteſt capi authoritate propria.
17 *Creditor pignus habens a debitore, cum capere non poteſt propria authoritate.*
Creditor an poſsit exercere per procuratorem ius capiendi debitorem fugitiuum ſibi competens.
18 *Maritus non poteſt committere alteri ius occidendi adulterum cum vxore repertum, quòd ſibi competit.*
19 *Ius ingrediendi propria authoritate quod quis habet, alteri committere poteſt.*
20 *Mandatario licere cenſetur, quod mandatori licitum eſſe reperitur.*

Quartò principaliter quæro, a quo poſſit decerni captura ſeu capi. Hæc quæſtio habet duplicem inquiſitionem, videlicet qs ſit iudex competens, cuius mandato poſſit capi. Secundò generaliter per quem poſſit capi. Super primo quis ſit iudex compe
1 tens in faciendo capi debitorem ſuſpectum & fugitiuum. † Et quidem omnes ille iudex ordinarius, qui poteſt re citare. i. perſonali coercione coerceri debitores ſui iuriſdictioni ſubiectos, poteſt hoc facere, ꝙ quibus competat, habetur per doct. in l. 2. ff. de iuriſdi. om. iud. & in l. imperium. eo. tit. in delegato ab inferiore a principe communiter in d. l. 2. cõcludunt doct. Moder. nõ licere ſibi re citare, id eſt capi facere, arg. text. in auth. vt nul. iudi. §. ſi verò ignoti. Circa hoc aduertendum eſt: nam Ponta. in d. l. 2. limitat hoc, quando ageretur de capiendo illum q non eſſet ſuſpectus de fuga, in eo autem qui eſſet de fuga ſuſpectus, de quo nos loquimur, dicit licere, arg. l. ait prætor. §. ſi debitorẽ.
2 ff. quæ in frau. credi. † Item ex eo quia ſuſpectus de fuga captus etiam ab incompetenti nõ poteſt opponere exceptionem incompetentiæ: quia ſicut poteſt capi tempore incompetenti, id eſt feriato: vt not. gl. elegans in l. ſi ſuper. ver. fideiuſſionis. C. de fer. & dicetur in q. 8. eodem modo, & in loco incompetenti, & a perſona incompetenti: arguendo de tempore ad locum & ad perſonã, vt l. miles ita. ff. de teſta. mili. & l. qui plures. & de vulg. & pupil & hĩ in l. vinum. ſi cer. pet. & l. ſi. ff. de triti. & hoc † quòd
3 ſuſpectus de fuga poſſit capi etiam ab incompetẽti, vel captus de incompetentia capientis non poſſit opponere, tenuit Pet. de Anc. conſi. 184. idem ſecutus eſt Ponta. conſil. 239. vt refert & ſequitur Anch. vbi ſup. & hoc habetur pro notabiliſſimo: nec aliud allegat. idẽ tenuit in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de oper. no. nun. dicens ſe ita conſuluiſſe in ardua q. Florentię, & idem videtur de mente Bar. in l. j. ff. de eo quod cer. lo. in 1. q. dum dicit fugitiuum poſſe quolibet loco conueniri, & ar. l. j. C. vbi qs decur. vel co. & l. j. C. vbi cau. ſta. ſecũdùm Nico. de Mat. in quadam ſua diſputatione. Idem videtur de mente Bal. in quodam conſilio, præſuppono. & in alio, primò oportet. vbi dicit, quòd ſuſpicio fugę facit competentem iudicem, qui aliàs non eſſet.
† Item dicit, ꝙ ſuſpectus de fuga non gaudet ferijs, vel alijs in-
4 ducijs legalibus. Angel. etiam in l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. lib. 10. in vlti. char. ſuæ repetitionis dicit fugitiuum poſſe quolibet loco capi, in quo inuentus fuerit, argu. d. l. j. C. vbi quis decur. vel co. de quo infra dicetur. q. 7. & dixi in d. l. 3. de iuriſdi. om. iudi. facit ad prædicta: nam furem capere propria authoritate licet, vt inf. dicetur in ſequenti membro, fortius vĩ ꝙ per iudicem hic incompetentem: nam qñ aliquis poteſt facere aliquid propria authoritate, ſi adeatur iudex incompetens, nõ vitiatur: ſolet ad hoc allegari gl. elegans inſti. de libe. §. ſerui. pro quo facit quod no. dixit Guil. de Cu. in l. extat. ff. quod met. cau. & inf. dicetur, poſſet forte dici, ꝙ aut loquimur de fugitiuo, & de illo qui eſt in actu fugę, & qui in ipſo actu fugę vitium mẽtis deduxit, vt dixi ſup. q. j. & talis poſſit a quocunq; iudice loci, in quo fugiens inuentus fuerit, capi: maxime ſi ſit ordinarius in eo loco, vbi inuenitur. i. iuriſdictionem haberet ipſum capiendi, ſi ſubditus eſſet, ita loqui vĩ. d. l. j. C. vbi decu. vel cohor. iuncta gl. ordi. ibi ſuper verſi. a iudice. vel dicit, ꝙ illa loquitur poſt captu
ram de iudice cognoſcente de conditione perſonæ captæ non a iudice capiente, vt ibi videre potes. Aut loquimur in ſuſpecto de fuga inſtanti, quæ arguitur ex probabilibus coniecturis, & ſic adeundo iudicem competentem eſſet periculum in mora, & tunc idem, argu. l. ſi alius. §. belliſſime. ff. quod vi aut clam. & eorum quæ infra dicentur hac eadem q. in ſecundo membro.

Aut loquimur de ſuſpecto de fuga non inſtanti & non periculoſa, puta ex eo ſolo deducta, quia non poſſidet immobilia, & tunc ſolum poſſit iudex competens, de quo vide quod dicam inf. q. 7. & 8. & cogita ſuper prædictis: quia non reperio ea a do-
5 ctorib. trite examinata, & ſupradicta diſtinctio noua eſt. † Sup ſecũdo, per quem poſſit debitor fugitiuus aut de fuga ſuſpectus capi, pro huius articuli euidẽtia præmitte, ꝙ interdum quis eſt debitor ex maleficio, interdum ex contractu, ſi quidem ex maleficio, & tunc poſſum ipſum capere fugientem & vinctum ducere ad iudicem & non occidere. ita dixit Spec. in tertia parte, in tit. de accu. §. j. ver. idem forte in debitore, arg. d. §. ſi debitorẽ. & in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. neceſſitatem. col. 3. & auth. vt nul. iudi. §. ſi verò quis. col. 8. illud tñ nõ eſt ignorandũ, ꝙ furem nocturnum licet propria authoritate damnum paſſo interficere, ſi non poteſt ipſum dimittere ſine periculo ſuę per-
6 ſonæ vel rerum, † & ſic propter res non perdendas liceat homi nẽ occidere. & ideo ſi fur nocturnus ſubtraxiſſet mihi librum & fugit cum eo, ſecure ſagittabo eum, ſi aliter nõ poſſum mihi conſulere pro cõſecutione rerum, vt l. furem nocturnum. ff. ad l. Cornel. de ſica. & hoc in nocturno ideo eſt expreſſum, in fure diurno videtur negatum pro tuitione rerum, vt l. itaque. ff. ad l. Aquil. quia in fure nocturno frequentius contingit, ꝙ ſit periculum rei amittendæ, quod tamen ſi contingeret in fure diurno, idem eſſet, ſcilicet pro defenſione & recuperatione rei ſubtractæ, quam aliter conſequi non poſſumus. Hinc dicunt doct. in d. l. furem. & in l. ſi. C. eo. tit. & plenius aliquo alio Iac. de Ra. in d. l. furem. ꝙ poteſt eſſe, ꝙ fur diuturnus non ſit notus, & eꝫ nocturnus ſit notus, quia viſus eſt ad lumẽ Lunæ, vel cum alio
7 lumine, puta candelæ. † Si ergo fur nocturnus ſiue diurnus eſt perſona nota & habilis ad inquirendum, a quo poſſit res recuperari, licèt ipſum non occidere, ſed bene licet rem incõtinenti recuperare & vim cũ moderamine repellere. Si verò fur nocturnus, vel diurnus non eſſet habilis ad conueniendũ, nec notus, tunc liceret ipſum interficere, ſi immineret rei amittendæ periculum, quod eſt no. Sed pone: fur eſt notus & habilis ad cõueniendum, ſed ſi rem portaret, ego furtum paſſus non poſſem probare de furto, quid tunc fiendum? Certe dicit Iac. de Ra. in dic. l. furem. ꝙ licet interficere, ex quo imminet periculum rei amittendæ: ita tamen ꝙ ſemper interficiat cum clamore ad latronem. & ideo lex voluit ſemper interponere clamorem, vt facilius probaret, in d. l. itaque. & ſi iſte qui interfecit, non poterit probare, ꝙ ille qui interfectus eſt fuit ipſum aggreſſus: dicit ꝙ niſi probetur, ꝙ interficiens fuerit aggreſſus interfectum, ſemper abſoluetur, arg. l. ſcientiam. §. cum ſtramenta. ff. ad leg. Aquil. quæ verba tene ꝓprio cordi. Bald in tit. de pa. iura. fir. §. j.
8 † quærit vtrum malefactor poſſit a quolibet capi. & tandem dicit ꝙ in ipſo actu delinquendi vel immediate poteſt quilibet eum capere, & iudici præſentare, vt l. capite quinto. ff. de adult. etiam ſi delinquens eſſet clericus, vt tamen præſentetur epiſcopo, vt no. per doct. in c. vt famę. de ſent. excom. in 6. aliàs ex interuallo nemo poſſet eum capere ſine commiſſione epiſcopi, vt no. extra de iudi. c. cum non ab homine. & per Bar. in l. ſi quis ſeruitute. ff. de fur. idẽ Bal. in d. l. itaq; ff. ad l. Aquil. dicit, ꝙ licèt non inueniatur permiſſum niſi in fure & in adultero, tñ Inn. in d. c. vt famę. dicit hoc generaliter in quolibet. & ideo cõcludit
9 Bal. † ꝙ in publicis criminibus ſit licitum cuilibet capere, & eius reipublicę tueri, ſecus in priuatis criminibus. nam ſi non licet accuſare ĩ iudicio, ergo multo minus capere de facto. Ang. in d. l. nemo carcerem. pe. char. dicit, ꝙ aut debitor fugiens, eſt debitor ratione delicti atrocioris: quia cum deliquit, fugit immediate, & tunc nedum erit licita captura illi qui tũc iniuriam paſſus eſt, ſed cuicunq; licitum eſt delinquentem tempore criminis fugientem capere & ad iudicem ducere. l. interdum. §. q furẽ. ff. de fur. & d. l. capite quinto. & in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffr. §. neceſſitatem. & in auth. vt nul. iud. §. ſi quis verò comprehenſorum. Et ita dicit ſeruari de cõſuetudine, ꝙ in fragranti crimine multi capiuntur & ad iudicem dicuntur, & maxime fures, & ſtratores, & robatores, ex interuallo nemo audet com
10 prehendere, arg. d. l. ſi quis in ſeruitute. † Si verò ſit debitor ex contractu, & tunc in primis ſcias ꝙ eum fugientem licet ꝓpria authoritate capere, vt l. non ſolum. §. de illo. de vſuc. & l. ſi quis curialis. C. de epiſ. & cler. & l. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccle. confug. & d. l. j. C. vbi quis decu. & co. & l. rem quæ nobis. ff. de acq. poſ. ita dicit Spec. in tit. de accu. § in l. ver. item ſecũdum Marti. de Fano. Alium verò debitorem noſtrum ex ƒcto vel quaſi fugiẽtem vel de fuga ſuſpectum, vtrum liceat nobis ꝓpria authoritate capere, non eſt ita expeditum. † Sed aduerte in primis, ꝙ
2 procedere indiſtincte, † & ideo concluſit, ꝙ aut loquimur in eximendo a carceribus perſonarum, quæ eſt ſub propria pote ſtate: & tunc procedat dictum Bar. in d. c. conſi. & loquitur tex. in d. l. Põponius. aut loquimur de eximendo a carceribus perſo nam, quæ non eſt ſub patria poteſtate ſed ſui iuris: & tunc liceat etiam coniunctæ perſonæ, per iura præalleg. quia ar. de execu tione vnius perſonæ ad aliam non procedit: vt l. j. §. hoc inter dictum. ff. de libe. ho. exhi. dixi in d. l. Pompo. Poſſet etiam re ſponderi ad iura. s. contra Bar. alleg. ꝙ ideo admittitur ibi con iuncta perſona: quia tanquã ſuam iniuriam proſequebatur: & vide in l. patri pro filio. ff. de mino. cæterum aduerte; quia Bart. in d. conſi. licèt velit, ꝙ vt procurator nõ poſſit quis petere quẽ eximi de carceribus ſine ſpeciali mandato, vt prædixi: ſentit ta men, quòd quilibet poſſit tanquam vnus de populo, quod per petuo nota, & cogita: quia a nemine reperio tactum, niſi vt s.

SVMMARIVM.

1 *Captura ſi aduerſus debitorem fuerit non rite conceſſa, an creditor aliquo modo ſuæ indemnitati proſpicere poſſit.*
2 *Petens reuocationem tenutæ, repelli poteſt per exceptionem, dolo facis.*
3 *Reuocatio capturæ non rite conceſſæ qualiter & per quem peti poſſit.*
4 *Captura quo caſu ſuſtentari poſſit etiam debito non liquidato.*
Tenuta leue præiudicium inferente, non admittitur quis ad illius reuocationem.

Decimoquartò principaliter quæro ſi captura non fuerit bene conceſſa, vtrũ
1 poſſit quouis modo creditor ſuę indẽnitati pſpicere. † Dicũt qdã, ꝙ poſito ꝙ captura eſſet nõ ritefacta: ſi tñ cõſtat de debito p cõfeſſionẽ capti vel alio modo cõſtet ipſũ in veritate debitorẽ debet detineri alleg. ad hoc. l. fi. §. fi. ff. qđ metus cauſa. & hoc ſequit. Pau. de Ca. in ꝑ. ſi. in cauſa capturæ. Iacobi. aſſignat rõnẽ, nã & ĩ cã poſſeſſionis recuperãdæ, licèt ſpoliatus ſit añ oĩa reſtituẽ dus: tñ ſi de proprietate manifeſte conſtat, ſcilicet ꝙ pertineat ad ſpoliatorẽ, denegatur reſtitutio, vt ĩ c. cũ eccleſia. de cau. poſ. & propriè. & not. in capitu. ad decimas. de reſtitu. ſpolia. in 6. ita hic deneganda ſit reſtitutio in priſtinam libertatem, ſi de debito conſtet. hoc dicit præfatus doct. in d. conſi. ꝓ quo vltra eum facit, quod dixit Barto in vlti. quæſtio. in l. a diuo Pio. § in venditione. ff. de re iudica. vbi dixit, quòd ſi perſonaliter captus eſt pro executione ſententiæ alia ſolennitate non ſeruata: dicendũ eſt, vt in dicta l. fin. quod metus cauſa, ita quòd voluiſſe videtur Barto. ibi alleg. dictum text. quòd dicta captura teneat, quod Ange. ibi non placet, qui dicit, quòd dicto §. fina. eſt correctus per l. meminerint. C. vnde vi. Idem Ang. in l. ſi finita. in princip. ff. de damn. infect. not. ibi gloſſ. ſuper verbo, liberetur. dicendo
2 ſe pluries practicaſſe, † quòd petens reuocationem tenutæ poteſt repelli exceptione, dolo facis petere tenutam reuocari, eo quia ſi reuocata ſit: tamen eam iterum habebo: & hoc ſequi videtur Imol. in capitu. ſua nobis. in fin. de probat. Sed idem Imo. in dicto §. in venditione. dicit, quòd ille §. fina. l. fin. quod metus cauſa. procedit in ſuis terminis, videlicet vt propter executionem de facto factam non poſſit agi actione quod metus cauſa, per verum debitorem de facto exactum: quia cum dicta actio detur ad intereſſe, & veri debitoris non interſit de iure nõ ſoluiſſe, non poteſt dicta actione agere, non tamen excluditur, quo minus dictus debitor agere poſſit aliis remediis, videlicet l. extat. ff. quod metus cauſa. & dicta l. meminerint. Ponta. etiam
3 in dicta l. ſi finita. in princip. dicit † quòd ſi quidem tenuta eſt inualida: quia non rite conceſſa, puta parte non citata, vel non probato debito: & tunc poteſt peti reuocari, nec obſtabit exceptio, dolo facis &c. licet ibi aliter dixerit Ange. Subdit, quòd licèt prima facie videatur poſſe peti talem tenutam confirmari ex nouiter deducendis liquidando debitum, argument. text. in d. l. fina. quod metus cauſa. & capitu. abbate ſanè. §. ſubtilius. de re iudica. libro 6. tamen contrarium opinatur, argumen. text. capit. conquerentem. de reſtitu. ſpolia. & per id quod dixit Barto. in ſua diſputatione, quæ incipit, Lapus. vbi omnino vide: quia notanda inuenies ad propoſitum, ad dicta l. fin. §. fin. quod metus cauſa reſpondet. quòd loquitur in authoritate iudicis non rite interpoſita ad petitionem creditoris in compellendo, ideſt carcerando debitorem: qui ſi ſoluit, non datur recuperationis an reuocationis ſoluti remedium: cum verus ſit debitor. ſecus dicit eſſe in authoritate iudicis non rite interpoſita in expellendo: quia iudex immiſit creditorem in tenutam bonorum debitoris, etiam non ſeruato iuris ordine, ideſt non pro bato debito, vel nõ citato; tunc enim datur reuocatio ipſi debitori, non obſtante dicta regula, dolo facis &c. Et ſic facit differentiam inter vim compulſiuam & expulſiuam, in caſu noſtro ſumus in compulſiua. Item durante compulſione & nondum facta ſolutione: quo caſu videtur quòd facilius ſuccurratur ipſi detento, ſed ideo dubitatur: quia interim debitũ. vnde tota vis ſtat in intellectu. dicto §. fin. & d. l. meminerint. vbi Bart. & Ange. præciſe tenent, quòd ſi intentetur condictio illius l. ad recuperandum, non obſtet condicenti exceptio dominij: per text. ibi dum dicit illico. & tamen ibi loquitur in expulſiua, remanet igitur maius dubium in caſu noſtro: cum ſimus in compulſiua. † Vno caſu videtur magis poſſe ſuſtentari capturam ſeu te
4 nutam, ita quòd non reſtituatur, quando debitum eſſet liquidatum per confeſſionem, ſecundùm Bald. in l. fundus qui Lucij Titij. ff. de reſcin. vend. argumen. not. in capitu. Piſanis. de reſtitu. ſpolia. & eorum quæ dicit Barto. in lege ſi confeſſus. ff. de cuſto. reo. & Ange. in lege denunciaſſe. ff. de adulte. & Innoc. in capitu. qualiter & quando. el ſecundo. de accuſa. & in clemẽ. conſtitu. de elect. & hoc tenuit Ponta. in ſuis ſingula. nota. 256. Pro quo etiam facit, quod notanter dixit Barto. in l. ſi prius. in 5. colum. ff. de no. oper. nun. vbi voluit, quòd quãdo tenuta cauſat modicum & leue præiudicium, nunquàm admittitur quis ad illius reuocationem. Cæterùm pro differentia ſupra facta inter ſpoliatum vi expulſiua aut ablatiua, cui reſtitutionem petenti non obſtat exceptio in dicta l. ſi quis a ſe fundum. C. vnde vi. & ſpoliatum vi conpulſiua, cui obſtat exceptio. vide Bartol. not. in hac materia a nemine allegatum in l. ſi ob turpem. ff. de condictio ob turp. cauſ. & docto. in l. tertia. C. quod metus cauſa. & vtrobique dixi. vide etiam ad materiam huius articuli Bal. in lege prima. in fin. C. de iur. & fac. igno. & omnino vide quæ dixi ſupra in 6. quæſtio. princip. maximè in verſicu. ſed pone ꝙ creditor. & vt ſupra dixi, diligenter pondera verba Barto. in dicta diſputatione Lapus. & cogita: quia a nemine reperio iſtum articulum plenè expeditum: & altiorem requireret indaginẽ.

SVMMARIVM.

1 *Lis an dicatur cœpta & litis pendentia inducta per petitionem capturę, aut peripſam capturam.*
2 *Iudicium coram vno iudice cœptum quando coram alio agitari poſſit.*
3 *Pendentia litis non inducitur per ſequeſtrationem bonorum, aut capturam perſonæ de fuga ſuſpectæ.*
4 *Fideiuſſorem preſtans de ſe repræſentando ad iudicis mandatum, cenſetur tacitè confiteri ſe iuſte fuiſſe detentum.*
5 *Soluens indebitum neceſſitate præciſa compulſus, condictionem indebiti intentare poterit.*

Decimo-

Source : BIU Cujas

1 Decimoquintò principaliter quæro † an p huiuſmodi petitionem capturæ & capturam, videatur cœpta lis coram illo iudice, & inducatur litis pendentia: prima facie videtur quòd ſic: vt lege vbi cœptum.ff.de iudiciis.& quia ſicut per citationem verbalem dicitur iudicium cœptum:vt inſtitu.de pœna te.liti.§.fina. & per gloſ.& docto.in rubri.de in ius vocan.ff.& C.ita longe fortius per citationem realem,ideſt capturam,quæ præualet,vt per docto.in dicta l.vbi cœptum.& l.ſi quis poſtea.de iudi.& moder.in l.ſi pluribus.ff.de lega.j.

2 † In contrarium facit:nam quandocunque coram vno iudice fuit,vt ita loquamur,iudiciũ incœptum ex neceſſitate:puta ratione ſuſpicionis fugæ:vel quia actio peribat tempore, vel ex ſimili cauſa neceſſaria:tunc illud iudicium poteſt agitari coram alio iudice.ita eſt de mente Bal. & Ange.in dicta l.vbi cœptum argumen.l.ſed & ſi reſtituitur.§. ædium.verſicu. ſed & ſi dies.ff.de iudi.vbi etiam hoc ſenſit:& ideo quidam moderni in l.quamuis.ff.de damni infect.dicunt,quòd ſi poteram conuenire te Peruſij & Aſſiſij, & incœpi te cõuenire coram iudice Aſſiſij ex neceſſitate:quia timebatur de fuga tua:potero poſtea te
3 conuenire coram iudice Peruſino. † & fortius inferunt, quòd propter ſequeſtrum bonorum aut capturam alicuius tanquã ſuſpecti de fuga,quæ dicitur ſequeſtratio perſonæ, non inducatur litis pendentia,quod eſſet mirabile,ſi procederet.nam licet in l.ſed & ſi reſtituatur,permittatur, quòd iudicium alibi finiatur:non tamen ibi expreſsè dicitur, quod non fit inducta litis pendentia.& ideo eſſet diligenter aduertendum pro veritate huius dicti,propter id quod dicitur in l.ſi nulli.C.de iudiciis. & per Bald.in l.ordina C.de rei vendicatio. & propter ea quæ vltra docto.dixi in l.omnes populi.ff.de iuſtitia & iure.circa princip.ad intellectum.l. diffamari. C. de ingenuis & manumiſſis. Sed pone,iudex qui fecit ipſum capi,non rite, & ſine cauſæ cognitione requiſita relaxauit eum,dato ſibi iudici fideiuſſore de ſe repræſentando ad volũtatem iudicis. Iudex in ſyndicatu moleſtatur ab illo qui dicit ſe fuiſſe male captũ: vtrum poſſit quomodolibet euadere:ſolet allegari Bartol.in dicta diſputatione,
4 Lapus, † quòd per dictam dationem fideiuſſoris videatur tacitè confeſſus ſe fuiſſe bene captum,& tacitè approbaſſe capturam. & ideo officiales conſueuerunt ſemper quãdo liberant aliquẽ captum ad cautelam recipere fideiuſſorem ab eo de ſe repræſentando;ſed hoc dictum ſemper mihi viſum fuit valde durũ, argument.nota.per Barto.in l.ſi conuenerit.ff.de iuriſdictione omnium iudicum.& in authentica offeratur.C.de lit.conteſta. & eius quod dicit Ange.in l.fin.§.fin.ff.quod metus cauſa. Item quia dictam fideiuſſionem præſtant quodammodo compulſi: quia non relaxarentur,niſi illam darent:igitur non videtur approbare,argumen.l rem legatam.ff.de adimend.lega.& eorum quæ ſupra dicta ſunt in præcedenti quæſtione, hac eadem quæ
5 ſtione principali. † Item quia is qui ſoluit neceſſitate præciſa compulſus ex diſpoſitione legis Velleiani aliter,& vt pareat ſuperiori,qui ſic voluit,non perdit condictionem indebiti, ſed poterit poſtea repetere:vt in ſimili per Barto.in l.j.§.quod autẽ. ff.quod vi aut clam.& per docto.in l j.C.de condictio.indebi.& per dominum meum in l.ſecunda.C.quod metus cauſ.& in l.ſi ob turpem.ff.de condi ob turp.cau.

SVMMARIVM.

1 *Captura nulliter & abſque cauſæ cognitione conceſſa & facta, an poſſit reuocari die feriata.*

2 *Iudex qui parte non citata tenutam dedit,nullo temporis reſpectu habito poteſt quod fecit reuocare.*

3 *Poſſeſſor iniuſtus facto iudicis immiſſus,abſque citatione & cauſæ cognitione poteſt a poſſeſſione expelli.*

Fugitiuus eſſe cenſetur quis eo ipſo,quòd eſt in banno poſitus.

4 *Contrahens cum aduena quem ſcit illico receſſurum, non poteſt poſt ea allegare eum de fuga ſuſpectum.*

Decimoſextò & vltimò principaliter quædam in præcedentibus nõ tacta inſeremus. Et primò,vtrum ſicut die feriata poteſt capi fugitiuus,aut de fu
1 ga ſuſpectus, vt dixi ſupra quæſtione 8. eodẽ modo † ſi captura nulliter & ſine cauſæ cognitione conceſſa & facta fuerit, die feriata,poſſit reuocari.Bal.in l.dies feſtos.C.de fer. dicit, ꝙ ſicut poteſt fieri,ita reuocari,allegat glo.ſingularem in l. minor. in prin.ff.de euic. Præterea idem Bald.in l.ſi pacto quo pœnam.C. de pac.dicit,ꝙ ſi tenuta aut captura de facto fit ſimpliciter,de facto reuocatur,allegat gloſ.in d.l.minor.& quia ſicut fuit facilis in mittẽdo,ita debet eſſe facilis in extramittẽdo.l.j.§ j.ff.ſi mu-
2 li.vent.nomine.Et ſubdit notabiliter † ꝙ ſi iudex dedit tenutã parte non citata,vel fecit aliquem capi, debet ſimpliciter hoc reuocare ſine alicuius tẽporis citatione, quod eſt profecto mirabile,alleg.Innocen.in c. querelam.de elect.idem latius tenuit Bald.in l.2.C.de ſeruitu.& aqua.in 12.colum.verſi.quartò quæro.vbi omnino vide.& in l.fina.in 3.colum.C.de edic.diui.Hoc idem ſecutus eſt Pontanus in ſuis notabi.nota.399.& hoc procedit ratione notoriæ iniuſtitiæ, tenutæ, vel capturæ nulliter conceſſæ. Hinc dicere videtur idem Ponta.in l.ſecũda.ff.de re iudi.quòd licet poſſeſſor etiam iniuſtus non poſſit expelli, aut ſua poſſeſſione priuari abſq; citatione:vt l.authoritate. & l.me minerint.C.vnde vi.& c.inter quatuor.de maioritа. & obediẽ. & c.in literis.de reſtitu.ſpol.& c.licèt epiſcopus.de præben.in 6.
3 † tamen fallit in eo qui eſt iniuſtus poſſeſſor facto iudicis, qui immiſit in poſſeſſionem vel tenutam ſine cauſæ cognitione: tũc enim iſte talis poteſt ſine citatione priuari ſua poſſeſſione, vel detentione:& ita dicit intelligendam gloſ. in d.l. minor. & Inno.vbi ſupra vide de hac quæſtione per moder. in l.j.§.nunciatio de oper.no.nun.& hoc perpetuò tene menti.

Secundò eſt ſciendum,quòd ſtatim, quòd vnus eſt in banno poſitus,cenſetur eſſe in fuga:vt habetur in titu.de pa.tenen.§.ſi quis hominem.in vſibus feud.bene facit.l.ſi cum Cornelius.& l cum quis.ff.de ſolut.& quod habetur per Bald. & Moder.in l. rogaſti.§.fin.ſi certum petatur.

Tertiò & vltimò ſciendum eſt, ꝙ Bald.in quibuſdam lectu-
4 ris dixit in l.fiſtulas.ff.de contrahen.empt. † ſi quis cõtrahat cũ aduena illico receſſuro,non poteſt eum allegare ſuſpectum & fugitiuum,ſi ſciebat eum aduenã. pro quo facit.l.hæres abſens. §.ſi quis tutelam.ff.de iudi.& quod dixi ſupra quæſtio.6.principali,& tetigi in additione.ſed caue ne decipiaris: quia hoc debet intelligi ſanè, quando rem emptam ſecum non portaret, quando verò rem ſecum portaret,tunc ſecus: quia licet cõtrahens putare deberet ipſum receſſurum:non tamen debet putare illum receſſurum cum re non ſoluto pretio.& ideo hoc caſu poteſt petere ipſum capi vt ſuſpectum & fugitiuum: ne detur occaſio recedendi cum re:vt l.ſi legationis.ff.de iud.& hoc eſt quod notanter dixit Bald.in Rubri.C.de reuo.his quæ in fraud. credi.ibi omnino vide,& ſequuntur Moder.in l.qui bona.§.de illo.ff.de oper.no.nun.vbi hoc tenet Põta.& vide omnino Bal. in l.ſi donationis.C.de contrahend. empt.

PETRI PECHII ZIRICÆI.

De iure ſiſtendi, & manuum iniectione, quam vulgo arreſtationem vocant, ſuccincta explicatio.

SVMMA CAPITVM huius operis.

Arreſtum quid ſit,& vnde dicatur. Caput 1
Quo iure arreſtum introductum ſit & qua ratione ſuſtineatur. Caput 2
Quis res vel bona alterius ſiſtere ſeu arreſtare poſſit. Caput 3
Quis aut quorum bona legitimè arreſtentur. Caput 4
Qui aut quorum bona ſeu res arreſtari non poſſint. Caput 5
Quo in loco arreſtatio fieri vel non fieri poſſit. Caput 6
Debitor an eo loco arreſtari poſſit,ad quem a creditore tranſigendi cauſa vocatus eſt. Caput 7
De priuilegio Bullæ aureæ. Caput 8
Vtrum reditus hypothecatus in vno loco, ſi decurſus eſt, poſſit a creditore eius,cui debetur, arreſtari in loco domicilij debitoris, qui illum debet. Caput 9
Quo tempore arreſtum fieri poſſit vel non poſſit. Caput 10
Cuius loci ſtatutum ad faciendum arreſtum ſpectandum ſit, & quæ conſuetudo ſi in diuerſis locis alia atque alia ſit ſpectetur. Caput 11
De renunciatione immunitatis & priuilegii de non arreſtando. Caput 12
Renunciatio immunitatis an porrigatur ad hæredem debitoris. Caput 13
Qñ arreſtatus videtur priuilegio fori tacitè renunciaſſe. C.14
An arreſtatus præſtando cautionem de iudicio ſiſti, priuilegio fori renunciaſſe videtur. Caput 15
Quę ſint neceſſaria,vt debitor,vel qs alius arreſtari poſſit.C.16
Vtrum arreſtum indebitè factum,ex alia iuſta cauſa confirmari poſſit. Caput 17
Qua actione teneatur qui perſonam aut res alterius indebitè arreſtari fecit. Caput 18
Arreſtatio per quem fieri debeat. Caput 19
Vtrũ iudex per extraneum apparitorẽ arreſtare poſſit. Ca. 20
Vtrũ apparitores magni Senatus vbiq; arreſtare poſſint. Ca.21
De pœna apparitoris extra territorium arreſtantis. Caput 22
Quæ ſit pœna eius qui ſe apparitorem eſſe ſimulat, cum non ſit. Caput 23
De apparitore metu,precibus, vel ſordibus corrupto, & arreſtum non faciente. Caput 24

Source : BIU Cujas

Petri Pechij Ziriceı. De iure ſiſtendi.

Arreſtatus an credere apparitori debeat. Caput 25
Apparitori referenti ſe aliquem arreſtaſſe,an ſit credendū.C.26
Quis ſalarium apparitoris ſoluere ei debeat. Caput 27
De eo qui arreſtum violat. Caput 28
Quantum mulctam ſeu pœnam Satelles violationi arreſti apopnere poſſit. Caput 29
Vtrùm aduerſus mulctam ſeu pœnam violati arreſti præſcribatur. Caput 30
Arreſtanti apparitori an ſiſtere liceat. Caput 31
Arreſtanti reſiſtens, eundemque verberans quo pacto puniatur. Caput 32
De his qui arreſtatos eximunt,aut in præiudicium creditorum occultant. Caput 33
An ab arreſtatione appellari poſſit. Caput 34
Quæ ſit vis,& quis effectus arreſti. Caput 35
In cauſa arreſti quis ſit actor aut reus. Caput 36
Statutum quo cauetur, qnòd in cauſa arreſti, de triduo in triduum procedi debeat, quomodo intelligatur. Caput 37
De ſtatuto quo cauetur, quòd arreſtans prima die iuridica debet exhibere cauſas arreſti. Caput 38
De inſinuatione arreſti ſuper bonis abſentis facti. Caput 39
Inter plures creditores vnius debitoris res ſeu bona arreſtãtes, qui præferendi ſint. Caput 40
Debitore fugiente,qũo Cõmentarienſis teneatur. Caput 41
Debitor arreſtatus qũo ali,& tractari debeat. Caput 42
Contractus cũ arreſtatio factus an infirmari poſſit. Caput 43
De cuſtodia & periculo rerũ quæ arreſtatæ fuerũt. Caput 44
Arreſtum qua ratione relaxetur. Caput 45
Arreſti reſolutio cuius auctoritate fiat. Caput 46
Arreſtatus ex duabus cauſis,quarum altera tantum probata eſt, an relaxari debeat. Caput. 47
An debitor inuitus in quacunque iudicij parte,oblatam relaxationẽ arreſtari procurantis acceptare debeat. Caput 48
Debitor an poſſit ab aliis recõmendari in arreſto. Caput 49
Debitor an poſſit pro expenſis carceris à Commentarienſi retineri. Caput 50
De modo & ratione expenſarum,quas indebitè arreſtatus face re atque ab arreſtante repetere poteſt. Caput 51
De pacto quo alius debitum arreſtati in ſe ſuſcipit, & non ſoluit. Caput 52.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ſupremarum curiarum cur Arreſta dicta ſint.*
2 *A ſententijs ſupremæ curiæ non appellatur.*
3 *Clauſula hæc,quia tale eſt noſtrum placitum,quid ſignificet.*
4 *Arreſtum,arreſtatio,arreſtare quid ſit.*
5 *Arreſtare & prehendere quomodo differant.*
6 *Arreſtorum duo genera.*

Arreſtum quid ſit,& vnde dicatur. Caput I.

1 VAria eſt arreſti appellatio. Supremorum† eũ tribunalium ſententiæ vulgo Arreſta appellantur, fortè a Græco verbo ἄρρητον, quod ſignificat incorruptum,inuiolatumq;,quod in illis ſupremis Curiis ſentẽtiæ incorruptæ,& iuſtiſſimæ exeant,aut certè exire deberent, quæ inuiolatæ manent,
2 nullaq; † prouocatione,ſeu appellatione infringi aut ſuſpendi poſſunt.l.j.ff.a quibus appella.nõ lic.Credit enim Princeps, eos qui ob ſingularem induſtriam,explorata eorum fide ac grauitate,ad huius officij magnitudinem aſſumuntur,non aliter iudicaturos eſſe,pro ſapientia & luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret iudicaturus.l.j.C.de offi.præfect.Prætor.Ideoq; Arreſtum eiuſmodi prætextu iniquitatis damnari non poteſt.l.ſi quis, vbi id notant Cynus & Salycetus.C. de precibus Imperator offer. Budæus verò ad l.fina.ff.de Sena.& Brudæum ſecutus Franciſcus Conanus libro j.Comment.iuris ciuilis.c.vltimo,numero 9. & Ioannes Imbertus inſtitutio.Forenſ. libro 2.c.16.ad verbum, adimitur, ἄρρητον Græcè,Latinè Placitum & decretum dici exiſtimat; ſicut & Regiis diplomatib.poſt declaratas breuiter rationes,quibus adductus eſt Princeps,vt quid iubeat,vetet, aut permittat,poſtrema hæc tanquam omniũ rationũ clauſula ſubijci
3 tur; Et quia tale eſt noſtrum placitum. † Quibus verbis voluntatem pro iuſto imperio & ratione habendam eſſe non cenſet Princeps;ſed vult intelligi rem illam ſe,de ſuorum Procerum conſilio,ſtatuiſſe.Quamobrem placere Principi putauit Vlpianus,quod ratione & conſilio ab eo factum eſſet; Nam Ciuilibus legibus,& (vt ait Dion) ſcripto iure ſolutus eſt: cæterum naturali lege tam eſt aſtrictus, quàm quiuis noſtrum aut etiam multò magis.Prior explicatio magis placet multis.Nam vt Rebuffus in conſtitution.Reg.Tomo 2.titulo,vt contract. teſt.ſententt.& alii omnes gallic.concip.verb.gloſſ.2.ait, placitum non magis conuenit Parlamentis,ſupremisq; Curiis,quàm inferioribus,quia etiam ſententiæ inferiorum iudicum Arreſta, ideſt, placita, dici poſſent,niſi per Antonomaſiam dicas. Sed ita, inquit,de omnibus rebus dici poſſet,ꝙ citatio, litis cõteſtatio, & omnia quæ parlamentis & curiis conueniunt per Antonomaſiam,de parlamentis intelligerentur.Et iterum hoc probat Tomo tertio,in tractat.de arreſt. & opponentibus contra ea, in principio.

4 † Alio modo arreſtum,prout nec Græca,nec Latina,ſed mere Gallica vox eſt,ſignificat impedimentum,ſiue interdictum, ne res,aut perſona,loco aut ſtatu ſuo moueatur.

Eſtq; arreſtatio,iniectio manuum, cum alicui a magiſtratu interdicitur,ne excedat ex eo loco,in quo inuentus eſt, niſi rebus cum eo compoſitis,qui de illo apud iudicem queſtus eſt.c. clerici.de immunit.eccleſi.libro ſexto, Pyrrhus ad conſuetudi. Aurelian. Rubri.de execut.inſtrument. capitu. nono. Lagus in ſua Method.cap.de execut.rei iudic. Vel etiam cùm res alicuius quacunque ex cauſa pro ſecuritate noſtra, auctoritate publica detinetur,ita vt nobis inuitis ex loco illo,negocio illo, negotio nondum ſopito auferri non poſſit. Qua ratione ſunt qui arreſtare,idem eſſe dixerunt, quod gradũ ſiſtere: quia poſtquã arreſtum factum eſt, ibi ſiſtendum eſt. idem Pyrrhus dicto loco,titulo de execution.ex locat.capitu.ſeptimo.verſiculo, habes caſum.& Ioannes de Athon ad conſtitution. Angliæ, titulo de decimis,in capitu.erroris.ad verbum, arreſtari. dicit arreſtationem eſſe citationem,quæ fit verbo & facto. Porrò autem
5 Cardinalis ad clemẽt.prim.de hæretic. exiſtimat † arreſtationẽ abſque manuum iniectione fieri: prehenſionẽ verò ſine manuum iniectione fieri non poſſe,quod verum eſſe aſſerit Moder.ad conſuetu. Pariſienſ.titulo ſecundo, gloſſ.j.ad verbum, arreſter.numero tertio.verſiculo,& dicendum: quia ſicut plus eſt,rem aliquam prehendere,quàm impedire;ita plus eſt perſonã capere,quàm impedire vel interdicere,ſeu,vt vulgo dicunt, arreſtare plerunque tamen promiſcuè accipiuntur, vt ait Imola ad dictam clementi.prima.numero vndecimo. Et hac de re loquens Quintilianus Mandoſius in tractat.de monitoriis.quęſtione octaua.Arreſti formula in curia Romana,inquit,in monitorio eſt hæc.Et interim donec ſoluat, vel donec reſpondeat poſitionibus,vel articulis,vel præparatoriis,puta an ſit hæres,p quota parte,&c.vel donec quid aliud, ſuper quo monetur, faciat,arreſtetur,ne a curia abſque ipſius iudicis monẽtis expreſſa licentia diſcedat,ſub pœna & cenſuris. Rota deciſ.394. incipien.ſi ſuſpenſio.in no.& Ioannes Milis in ſuo repertorio, ad verbum arreſtare.Eodem etiam loco numero vndecimo,& ſequent.latius explicat Domi.Moder.quid arreſtum cum ſequeſtratione & miſſione in poſſeſſionem bonorum commune habet,& quatenus ab vtraque diſtinguatur;quod & Paulum Pariſium quoque conſilio 107.numero 72. libro tertio, feciſſe video;quæ omnia nos hoc vno loco referre non exiſtimamus eſſe neceſſarium.De hoc autem arreſto dicere inſtituimus.

Illud quoque obſeruatione dignum eſt, quòd in dicto capit.
6 octauo.in tractat.de monitor.ſcribit Mandoſius, quòd † arreſtorum duo ſunt genera,quorum alterum eſt hominis, alterũ legis.De arreſto hominis,hoc eſt iudicis,hic loquimur.De arreſto autem legis eſt textus in l.vnica.C.vt omnes iudic.tam ciuil. vbi cauetur, quòd omnes iudices tam ciuiles, quàm militares debeant per quinquaginta dies poſt depoſitam adminiſtrationem remanere,in locis vbi adminiſtrauerunt, nec inde interim recedere. & vtrumque arreſtum comparat atque æquiparat Oldradus conſilio 65.incip.hic agitur.

SVMMARIVM.

1 *Debitor fugitiuus propria auctoritate capi poteſt.*
2 *Animal in agro alieno repertum an retineri queat.*
3 *Debitoris non ſoluentis quod olim ſupplicium fuerit.*
4 *Incipere ab executione non licet.*
5 *Arreſtatio quatenus iure ſit permiſſa.*
6 *Arreſti introducendi quæ fuerit ratio.*
7 *Arreſti vſus an ſit fauorabilis.*

¶Quo iure arreſtum introductum ſit, & qua ratione ſuſtineatur. Caput II.

ILLVD in primis quæri poteſt, quo iure iſtiuſmodi arreſtum ſuſtineatur? Sunt qui exiſtimant ex lege finali. C.vbi in rem actionem exerc.debi.probari, quòd ſi quis equum vel aliam rem debitoris ſui forenſis hic inuenerit, ſiſtere, & arreſtare eam poſſit,verba legis hæc ſunt.

Actor rei forum,ſiue in rem, ſiue in perſonam ſit actio, ſequatur. Sed & in locis, in quibus res, propter quas contenditur,conſtitutę ſunt,iubemus in rem actionem aduerſus poſſidentem moueri.

In cuius legis explicatione diſputant interpretes, an forenſis cum equo alieno per hanc ciuitatem tranſiens conueniri poſſit. Quæ quæſtio propriè huc non pertinet: quia de ſola vindicatione nõ quærimus,in qua ꝑ præſentẽ poſſeſſionẽ, aliquid amplius dño rei tribuendũ eſſe, videri poſſet:ipſeq; Accurſius ibi,res mobiles,nõ niſi ſuſpicione aduerſus debentẽ militante, detineri poſſe reſpõdit:ad quã ſuſpicionis exiſtẽtiã, vſum arreſtorum

1 ſtorum non reſtringi conſtat. Sic † cum æquitas poſtulat, lex concedit, debitorem fugitiuum, vel de fuga ſuſpectum capi & detineri. leg. ait Prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraud. creditor.
2 Permittit † etiam, ſi periculum ſit, damnum datum non recuperari, & ſi dominus ignoretur, animal à quo damnum acceptũ eſt, retineri, & non aliter. Nam alioqui, quamuis alienum pecus in agro ſuo quis deprehenderit, inquit Pomponius, ſic illud expellere debet, quo modo ſi ſuum deprehẽdiſſet: quia ſi quid ex ea re damni acceperit, habet proprias actiones. Itaque qui pecus alienum in agro ſuo deprehẽdit, non iure id includit, nec agere illud aliter debet quàm ſupra diximus, quaſi tuũ: ſed vel abigere debet ſine damno, vel admonere dominum ſuum, vt recipiat. l quamuis. ff. ad l. Aquil. l. qui ſeruandarum. § fi. ff. de p̃ſcript. verbis. Bar. Bal. Paul. Caſtrenſ. in l. hoc amplius. §. his autẽ. ff. de damno infecto. Speculator in titu. de act. verſ. ſed pone inuenio pecudem. Idem Bald. ad l. 2. C. de ſeru. fugit. Panormi. ad c. ſi læſerit. de iniur. Ange. ad l. ratis. ff. de incen. ruin. naufrag. Et conſuetudinem ſi quæ huic contraria ſit, a ſcripto iure diſcrepare teſtatur Petrus Rat. ad conſuetud. Picta. tit. de la diſtin. des iuriſdiction. articulo 57. & Pyrrhus ad conſuetud. Aurelian. tit. de execut. ex locat. c. 9. & Do. Hẽningus Goden, conſi. 34. numer. trigeſimo ſexto. Arreſtum verò quo hodie niſi viſitatius eſt, tam arctis finibus non concluditur, latiusq; patet, & ad neceſſitatẽ aliquam ſemper non reſtringitur, eiusq; vſus etiam ex ſola vtilitate agentis conſiſtit. Qua ratione permoti alii, aſſerunt leges nuſquam huius cohibitionis mentionem facere, cuius exemplum olim in ll. duodecim tabularum extitiſſe videtur † Quia
3 vt libro vigeſimo, c. j. teſtatur Gellius, confeſſis, conuictiſq; debitoribus, decem dies ad quærendam pecuniam dati fuerũt, intra quos ſi non feciſſent ſolutionem contracti æris alieni, facta eſt manum iniectio & neruo, ac cõpedibus vincti ſunt. Quã legis duodecim tabularum duritiem ius noſtrum non patitur, ſed econtra prohibet, ne homines priuati, debitores ſuos, tanquam iumenta, ergaſtulis includant: præterquam quod admittit debitorem qui decoxit, & obæratus eſt, (modo de fuga ſuſpicio ſit) prehendi, & cuſtodiæ detineri poſſe. l. j. & aliis ll. C. qui bo. ced. poſ. Conſtat ſanè omnium actionum inſtituendarum principium, ab ea parte edicti proficiſci, qua Prætor edicit de in ius vocando. §. fi inſtit. de pœn. te. litig. & notiſſimam iuris regulam eſſe reos omnes domum reuocandi ius habere, ſi non ibi
4 contraxerint, vbi conueniuntur. l. 2. ff. de iudic. Ideoq; † creditorem ab executione, cuius ſpecies eſt arreſtatio, teſte Moder.
5 ad conſuetu. Pariſ. parte 2. tit. 2. gloſ. j nu. 2. inuerſo iuris ordine incipere non poſſe. l. j. C. de execut. rei iudic. l. ſi nulla. ff. de re iudi. Oportet enim debitorem primò conuinci, & ſic deinde ad ſolutionem pulſari. l. vnic. C. de ſeq. pecu. ne commoditate poſſeſſionis, & veluti fruitione libertatis ſuæ, quæ maxima eſt, priuetur: adeo vt iudex a præcepto incipiens, partiq; aduerſæ deliberationis tempora denegans, nulliter agit, nulloq; iure mandatum ſuum defendere poteſt. l. prolatam. C. de ſentẽ. & inter. Bal. ad l. nec quicquam §. vbi. col. 2. ff. de offi. proconſ. l. hæres. in fin. ff. de iudic. latè Rebuffus ad ord. reg. Tomo 1. in tract. de lit. obli. art. 6. gloſ. j. & 2. ad verb. nauront, commence par execution. quia executio fit officio iudicis mercenario, quod ſententiæ deſeruit, neque prius naſcitur, quam ſententia tranſeat in rem iudicatã, licèt actio iudicati ex quaſi contractu in ipſa ſen-
5 tentia oriatur, Bald. ad d. l. j. Sunt † quidem caſus, in quibus rerũ neceſſitas efficit, vt ab executione incipiatur, & etiam ante iudicatũ æquitatis intuitu, permittatur manuum iniectio ſeu detentio, Fely. ad c. 2. de offic. iud. deleg. in fin. Alberi. & alii ad d. l. j. In quos ſi reſpicias, fatendum erit arreſtationem iuri communi eſſe conformẽ, ſeu potius ex eo naſci & prodire: id quod tenet, & ſequitur Benedictus Curtius in lib. de arreſt. amor. c. 8. incip. par vertu. verſ. poteſt enim qui, &c. Quatenus verò vlterius egreditur, & ad quamcunque penè perſonã, ſeu cauſam ſe porrigit, ſcriptis legibus aduerſatur, Zaſius nu. 9. Iaſon in 12. limit. l. fin ff. de iuriſd. omn. iud. & facit ad hoc elegans conſilium Romani 224. incip. Iſta captura. verſi. incip. vltimo ponderandum. Veluti ſi ciuẽ Mechlinienſem præpotentem & ditem, qui in ſuo tam propinquo foro facilè cõueniri poſſet, hic Louanij arreſtari curem: nulla hic neceſſitas ſubeſt, nullum fugę periculũ, ſola conueniendi in meo foro vtilitas & cõmoditas ſpectatur, aduerſus communes iuris regulas, quibus cautum eſt, actorem Rei forum ſequi debere l. 2. C. de iuriſd. om. iudi. c. cum ſit. de foro competen. Et ita in terminis de arreſto diſtinguit. Quintilianus Mandoſius in trac. de monitor. quæ. 8. quem non viderem in priore editione, ſed ſolum nunc in hac poſteriore: & ſic etiã intelligendum eſſe exiſtimo, qđ loco mox citato voluit Mod. Pariſ. dum ait, ꝙ regulariter prohibita eſt arreſtatio, niſi quatenus iure conſuetudine aut priuilegio apparet eſſe permiſſa. l. ne gantes. C. de actio. & obligat. Vnde fit, quod dubitem, vtrum Abbas conſilio 42. libro ſecundo, & Abbatem ſecutus Caſtrẽſis conſilio 56. bene dixerit, nullius momẽti ſtatutum eſſe, quo nulla verbali citatione præcedẽte captura permittitur; qua de re plura apud Bocrium ad conſuetud. Bituricenſ. titulo j. §. 13.

6 videre licet. Ratio † autem huius conſuetudinis eſt generalis ad vitandum ſumptus & expenſas quæ fieri poſſent, ad proſequendum debitorem, alibi commorantem: nempe ꝙ aliquando plus in perſecutionem ſolutionis debiti expẽderetur, quàm valeret, contra leg. mediterraneæ. C. de annon. & tribut. libro 10. & difficultas longinquum adeundi iudicem de ſumma modica, quam præſtaret perdere, quam proſequi, actionem ſubuertit. arg. l. nam is. ff. de dolo. gloſ. ad l. hæres abſens. §. at ſi quis. in verb. debit. ff. de iudic. meliusq; eſt ī tempore occurrere, quàm poſt receſſum, rem perſequi. l. j. C. quand. lic. vnicuiq; iudic. Rebuffus ad conſtit. reg. Tomo 1. tracta. de liter. obl. artic. 6. gloſ. 3.
7 nume. 41. Ex quibus omnibus facile intelligi poteſt † an vſus arreſtorum tanquam fauorabilis extendendus; an potius veluti odioſus reſtringendus, & coarctandus ſit: quod non modicam in ſe vtilitatẽ habet. Auguſtinus Beroius q. 57. inci. Statuto, nu. 3. Huiuſmodi ſtatuta (inquit) contra ius commune, & exorbitantia dicuntur, vt colligitur ex iis quæ voluit Ange. Ioann. de Imo. & Alex. ad l. ſi cum dotem. col. 3. §. eo tempore. ff. ſol. matrimo. ergo reſtringenda ſunt, vt minus derogent iuri communi, quàm poſſunt. c. quæ contra. de reg. iur. & ita ſunt intelligenda, v in cæteris cum iure communi concordent, & propriè ac verè in caſu in quo loquuntur, duntaxat locum habeant, non autem ad alium, ſub illorum verbis non comprehenſum, trahantur. Autho. in c. cum dilectus. de conſuet. c. dudum. de priuileg. quia hoc commune & vulgare eſt, ꝙ ſi ſtatutum eſt contra ius commune, certè eſt ſtrictè interpretãdum. l. quod verò. ff. de legib. & quicquid eſt contra ius commune, ſimul etiã ſtricti iuris eſt, teſte Bar. ad l. Cæſar. verſ. ſecundò quæro. ff. de publ. ſimulq; etiam odioſum. Panor. in c. quia in 3. not. de priuileg. & ad c. olim de verb. ſignifi. & conſi. 1. lib. j. Corneus conſil. 89. lib. 3. & conſi. 27. libro 4. In quib. locis hoc veluti axioma aſcribũt, omnis receſſus a iure communi eſt odioſus l. eum quidã. ff. de libe. & poſthu. & odioſa omnia ſunt ſtricti iuris. Bald. ad l. non poſſunt. in 2. lectu. ff. de legib. qua de re pulchrè Tiraquellus de vtroq; retract. in præfati. nu. 62. cum multis ſequentibus.

¶Quis res vel bona alterius ſiſtere, ſeu arreſtare poſſit. Cap. 3.

SVMMARIVM.

1 *Creditor excommunicatus an arreſtare poſsit.*
2 *Hoſpites an arreſtare viatorem pro expenſis queant.*
3 *Legatarij an & quando hæredem arreſtare poſsint.*
4 *Procurator creditoris quomodo arreſtum impetret.*
5 *Generalis commiſsio de arreſtando quoſcunque ad petitionẽ partis nõ valet.*
6 *Ceſsionarius vtrum arreſti iure vtatur.*
7 *Portator literarum cum clauſula eius qui hãc feret, an rectè arreſtum aduerſus debitorem petat.*
8 *Conſors litis quo caſu licitè arreſtari faciat.*
9 *Quid de ſocio dicendum ſit.*
10 *Coniuncta perſona an hoc iure vtatur.*
11 *Hæres creditoris an rectè arreſtum petat.*
12 *Scholaris creditor vtrum recte ſiſtat debitorem.*
13 *Suburbani homines iure ciuium gaudent.*

1 His ita præmiſſis, quis vel res, vel perſonam alterius arreſtare vel detinere poſſit, diſpiciendũ eſt. At principio † qđ de creditore, cui quid, quacunq; ex cauſa legitima debetur, non dubium eſt. Ipſius em̃ cã & rõne vſus arreſtorum potiſſimũ introductus eſt: adeo vt etiam excõicatus, quantumuis Canonibus & Legibus exoſus, a fruitione eorum nõ repellatur. Frãciſ. Ripa ad c. j. nu. 88. de iud. Panor. ad c. cum inter. de except. Siquidem regula generalis eſt, ꝙ excommunicatus agens aduerſus debitorem ſuum a limine iudiciorũ repelli poſſit. c. intelleximus. de iudi. etiã ſi per procuratorem ſuum, actionem ſuã intendere velit. c. cum inter. & ibi Fely. & alij, de except. quia procuratoris perſonam ex perſona conſtituentis metimur, cle. penulti. de procur. quo modo neque accuſare. c. j. q. j. neque ſuam, aut ſuorum iniuriam proſequi, gloſ. ad ca. omnibus. 4. quæſtio. vlti Fed. conſi. 116. Anchar. ad c. j. de reſcrip. in 6. neque ſpoliatus reſtitutionem petere poteſt. cap. ex inſinuatione. de procura. cap. j. 23 diſtin. eſtq; infamis. cap. infames. 6. quæſtio j. Romaſing. 675. & vir non bonus eſſe præſumitur. Anto. de Butrio ad c. cum dilectis. de purg. cano. Socin. conſi. 45. incip. Viſa appellatione. col. 2. verſ. quis autẽ dubitat. lib. j. Ea tamen regula, vt omnes ferè ſolent, reſtringitur, vt deficiat, quando debitor excommunicati de fuga ſuſpectus eſt. Abbas ad cap. 2. de except. Lex enim actionis exercitium ipſi aufert ad tempus, quia ſine ſcandalo inter Chriſti fideles verſari non poteſt: actionem tamen ipſi non adimit, præterquam quòd præſcriptionis rigorem aduerſus eum currere ſinit, ſi abſolutionis beneficium impetrare potuit, & tanto tempore neglexit. Bald. ad capitu. primo. j. in fin. de præſcript. gloſſ. ad cap. quia diuerſitatem. ad verbum ſuſpenſionis, de conceſ. preb. quia qui poteſt facere vt poſſit, iã poſſe uidetur. l. qui poteſt. ff. de reg. iur. Eaq; ratione Felyn. ad d.

Source : BIU Cujas

c.2.num.16.non aliter creditori excommunicato debitoris fugitiui prehenſionem & arreſtationem cõcedit,quàm ſi periculum ſit in mora; ita ut interim à iudice,vel à ſuperiore abſolutionem impetrare poſſit. Cui non refragatur dicto capitu.quia diuerſitatem, vbi non currit tempus præſcriptionis impedire, licet impedimentum culpa eius euenerit.Ita enim illud accipi & intelligi debet,ſi in petenda abſolutione negligens non fuit. Bald.in tractat.præſcript.4.parte 4. partis principalis. quæſtio.3. nume.6.verſicu.Sed puto ꝙ iſta deciſio. Ex quibus ſatis colligi poſſe exiſtimo,non indiſtinctè conceſſam eſſe facultatem excommunicato,vt ſuum debitorem extraneum ſiſtere & arreſtare poſſet;ſed ſuſpectum de fuga,vagabundum,& nullo certo loco domicilium fouentem duntaxat; non etiam illum qui facultatibus idoneus eſt,& in ſuo foro,atque domicilio facilè cõueniri poteſt:Hoc enim aliquali prẽiudicio facilius inducetur ad veri æterniq; luminis agnitionem. Et cum prehenſionis,arreſtationisq; eiuſmodi vſus,quatenus de fuga ſuſpecti debitoris limites excedit,iuri communi aduerſetur,quod ſuperiore capite diximus,ſtrictè accipi atque interpretari, non etiam ampliari,& ad homines legibus odibiles prorogari debet.cap.odia.de regu.iur.in 6.

2 † Hinc etiam intelligimus,hoſpites,& caupones,cùm creditores ſint,pro conſumptis ius detentionis ac arreſtationis habere.Cum enim publicè interſit caupones eſſe, apud quos extranei & aduenæ recipiantur.l.nauta.ff.naut.caup. ſtab. publica vtilitas exigit,vt iis citiſſimè ſoluatur,ne tædio affecti ab inſtituto deſiſtant;quod ad rem ſubiectam not. Pirrhus ad conſuetu.Aurelia.titu de execu.ex locato. cap.7.& ſequi uidetur Ioã. Papon.ad conſuetu.Borbon.titu.des renuoys.§.12.nam inquit, cùm his quos admiſerũt caupones neceſſaria miniſtrare teneãtur.l.debet.ff.naut.caup.ſtab.& cuſtodiam omnium quæ in caponam illata ſunt,tacitè ſuſcipiant, factumq; etiam aliorum pẽſtent.l.j.§.fin.l.2.& 3.eodem titu.adeo vt diuertenti bonæ famæ homini iurato credatur,aſſerenti ſe quippiam perdidiſſe, ſi præſumptione non deſeritur,vt not. Barto.ad l.2.§.j.ff.furt.aduerſ. naut.& Cyn.ad l.certi.C.locat. vtique æquum fuit,eos etiã hac ratione ſubleuari,vt damnum facilius effugiant, ſicut & ſuper rebus per hoſpites conſumptis eorum iuramento idcirco creditur.& in titulo des executions.§.134.& 135.multa alia priuilegia cauponum adducit,per quæ propter eandem cauſam reliquis creditoribus præferuntur,quem vide, & latè explicat Ioãnes Deſſianus ad conſuetud.Auer.titu.des ſeruiens capit.3.arti. 2.incip.pleraque poſſent ſcribi.

3 † Sed quid dicemus Legatariis,quibus legatum teſtamento relictum eſt? ſanè ſi ſolum creditoribus permittitur licentia arreſtandi ſuum debitorem,legatarij hæredem ſaltem ante aditã hæreditatem,arreſtare non poſſent,vt ait Ludoui. Roma.conſil.214.incip.Iſta captura.quia legatarii propriè creditorum appellatione non continentur l.fina.§.licentia.C.de iure delibe. vbi text.ponit inter creditores & legatarios dictionem denotatiuam diuerſitatis:& id quod ex legato debetur, non dicitur ꝓpriè creditum,vt decidit Barto.ad l.j.§.ſi certum peratur. & tex. in l.ſi is cui.§.Fauius.ff.de ſolu.Conſuetudo autem quæ eſt contra ius,debet ſtrictè accipi & propriè.l.quæ à iure.ff.de legibus. Deinde verò non eſt legatariis ius petendi legatum ante aditã hæreditatem.l.eam quam.C.de fideicommiſ.& à die hæreditatis aditæ,non autem à die mortis intelligitur dominium legati verè in legatarium tranſire.l.ſi tibi homo.§.cum ſeruis.ff.de lega.2.l.à Titio.ff.de furt.Sed quoniam in hac patria arreſti appellatio accipitur latiſſimè,& non tantum creditoribus, ſed aliis quorum intereſt datur licentia arreſtandi, ego puto etiam legatarios habere poteſtatem arreſtandi hæredem, ſi modò adierit hæreditatem & non ante,niſi dum adhuc deliberet, ſi fortè in poſſeſſione rerum legatarum,& periculum ſit,ne illas prodigat vel euertat. Etenim omnibus modis voluerũt legiſlatores legata eſſe ſalua, ne fraudentur voluntates defunctorum.l.j.& toto titu.vt in poſſeſſ.legat.C.& ff.Deinde verò Andr. Barb. ad rubri.titu.de teſtamen.recitat 21.caſus, in quibus legata, etiam non adita hæreditate,peti poſſunt; & adhuc vnum alium addit Ioann Bernard.Diaz à Luco in ſuis reg.regula 411.in quib.caſibus non eſt dubitandum, quin arreſtatio fieri poſſit.

4 † Secundò,& is arreſti ac prehenſionis iure vtitur,qui creditoris procurator eſt,Ripa ad c.j.nume.88.de iudic. Iaſon ad §.j. Inſtitu.de actio.Hippol.ad l.j.nu.102.ff.ad l.Corne.de ſicar.glo. vnica,& ſingularis ad l.j.incto textu C.vbi quis de curia.facit ad hoc lege refectionis.verſicu.ego.& ibi Caſtr.ff. commu. prædi. vbi dicitur, quòd illud, quod poſſum facere per me, poſſum etiam facere per miniſtros meos ad hoc neceſſarios,cuiuſmodi ſunt procuratores. lege prima. ff. de procurato. & conceſſo vno,omnia videntur eſſe conceſſa, per quæ peruenitur ad illud l.2.ff.de iuriſdictio.omnium iudicum Roma.ſingu.175, incip. Conceſſo. Rebuff.expteſsè hoc de arreſto affirmat, ad ordin.regu.Tom. primo.arti.6.gloſ.3.num.59.verſ.& non ſolum. Quid enim ſi Titio mandatum dedero,vt meo nomine aduerſus Sempronium debitorem agat? Vtique & hæc mea videtur fuiſſe cogitatio,vt inuentum alibi arreſtari faciat, & contra arreſtatum actionem intendat.Et in ſimili eleganter decidit Rodericus Suarez ad l.poſt rem.cap.inc.Quia ſupra viſum eſt.ff. de re iudi.ꝙ procurator ſimpliciter conſtitutus ad agendum, poteſt petere executionem inſtrumenti,habentis paratam executionem.& num.32.quod vbicunque debitor per inſtrumentũ habens executionem paratam cogitur ad ſoluendum, procurator etiam ſi non habeat mandatum ad recipiendam ſolutionem,poteſt petere,vt res extrahatur de poteſtate debitoris ſuſpecti,& deponatur apud idoneas perſonas, ſi mandanti & domino ipſius ſit vtile.l.ſi reus paratus.ff.de procur.Sed quod ſpeciale mandatum requiratur,videri poſſet ex eo,quod notat idẽ Rebuff.ad concordata inter Leonem X.& Franciſcum regem Galliæ,in tit.de elect.derogat. ad uerbum. ſpeciale mandatum. verſicu.incip.Trigeſimuso ctauus.ubi inter 48.caſus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum,recenſet etiam hunc, ꝙ procurator non debet aliquem capere ſine ſpeciali mandato domini,allegans l.non ſolum.§.fin.ff.de procur. Socin.conſi.129.incip.Cum in præſenti.col.3.in princ.lib.j.cum ad relaxationem eius,qui detentus eſt poſtulandam, ſpeciale mandatum requiratur.Bar.conſi.84.incip. In cauſa Statij.lib.j. Fauorabiliorem autem eſt relaxatio,quàm apprehenſio,& detentio.l. Arrianus. ff.de act. & oblig.l.abſentem.ff.de pœn. tum verò quando agitur de graui prætudicio afficiente perſonam, requiritur mandatum ſpeciatim, & nominatim eſſe datum ad illum actum.d.l. non ſolum.§.fin.ff.de procura. atqui grauæ prætudicium ex arreſto eſt.& ſpeciem quandam ſeruitutis continet, argu.l.j.& 2. ff.de lib.homi.exhib.& expreſsè Roma.conſi.60.incip. mandatum,ait,ad capiendam alicuius debitoris perſonam mandatũ ſpeciale requiri;quia certum eſt, quòd ſine ſpeciali mandato non poteſt procurator admitti ad faciendum ea, per quæ dominus in pœnam incidere poſſet.l.j.§.ſi procurator.ff.ſi quis ius dicent non obtem.l.ſi procurator.ff.quod quiſque iur. Sed per capturam,vel arreſtationem iniuſtam poſſet dominus in pœnam incidere.Igitur ſine ſpeciali mandato hoc procurator nõ poteſt,ne quando iniuſtè detentus contra creditorem agat,vel ad pœnam ex forma ſtatuti, vel ad id quod intereſt, ex iure communi,neget ſe de capiendo:& arreſtando mandaſſe. Adde quod Vlpianus non omnes actiones per procuratorem inſtitui poſſe reſpõdit:& ſpeciale mandatum requiri ait,ut liberi qui in poteſtate abſentis eſſe dicuntur,ducantur.l.Pomponius. in princ.ff.de procu.qua ratione & Felynum quoque ad c.j.nu. 11.verſic.primum,itaque de iudic. Bartolum ſecutum eſſe video.Contra tamen Alex. conſi.133. incip. Circa executionem inſtrumẽti.libro 6.reſpondit, ſpeciale mandatum non requiri:quia regulæ, qua traditur, tantum operari generale mandatum,quo ad genus; quantum ſpeciale, quo ad ſpeciem.l.prima §.j.ff.quod iuſſu.certis tantum caſibus derogatur,inter quos iſte non reperitur; adeoque incluſio expreſſioque aliquorum excluſionem aliorum operatur, capitulo nonne. de præſumpt. Sic & Ang.ad l.generali.C.de decur.libro 10.ait procuratorem conſtitutum ad petendam pecuniam à debitore,poſſe eundem debitorem fugiẽtem capere,ſicut creditor ipſe potuiſſet. Sed & Ioannes Baptiſt.Caccialupi in tract.de debitor ſuſpect.ſecunda quæſtio.principali hanc eandem ſententiam ſecutus ait, quòd cum talis procurator habet mandatum ad cauſas, lites, ſeu ad agendum mandato conſequenti, videtur mandatũ eſſe & omne neceſſarium antecedens.l.ad rem mobilem.l.ad legatum.ff. de procur.l.quamuis.C.de fideiuſſ.& procurator omnia facere poteſt,quæ non inueniuntur prohibita.l.j.§.vſus.ff.de procura. Neque manet,quod in aduerſantis opinionis confirmationem allegant nonnulli,procuratorem ad lites ſeu cauſas,& ad agendum,executionem ſententiæ poſtulare non poſſe.Barto. & alij ad l.hoc iure.ff.de ſolut.quia hic nulla petitur executio ſententiæ iam latæ,vel iudicij finiti.ſed futurum iudicium per arreſtũ præparatur,vnde poteſtas procuratoris non eſt finita.Caſtrenſ. ad d.l.hoc iure.Ioann.Baptiſt.d.loco.nume.3. Sic & quod Bart. de exemptione.& relaxatione incarcerati ſcriptũ reliquit, pleriſque diſplicet:etenim d.l.Pomponius.& l.3.§.j.ff.de lib.hom. exhib.quibus nititur ſuam ſententiam Bar.confirmare, alio, & diuerſo caſu intelliguntur:ſcilicet,quando ille, qui petebat detentum eximi,non comparebat tanquam procurator detenti, ſed tanquam procurator alterius, cuius detentum eximi intererat,Alexã.d.conſi.nu.11.ver.non obſtat.Ro. quoq; conſ.241. inc.Spectabiles dñi.verſ.primum qđ aduerſarij.col.fi.falſiſſimã eſſe ait Bar.opinionẽ,ex eo ꝙ cõiuncta perſona ad agendũ non admittitur ꝓ cõiuncta perſona in his caſib. q ſpeciale mandatũ requirũt.l.2.ff vt lega.no.cau.gl.ad l.exigẽdi.C.de ꝓcur. Ideoq; cũ conſtet coniunctã perſonã admitti ad petendã incarcerati relaxationẽ,abſq; mãdato.l.3.§.qđ ſi mulier.ff.de lib.hom.exhi. ſequitur ſpeciale mandatũ minimè eſſe neceſſarium. Nec vim facit (inquit) d.l.Pomponius;qa loquitur in petitione exemptionis eius perſonæ,quæ eſt ſub poteſtate paterna: nos autem loquimur in exemptione eius,qui eſt ſui iuris:& de vno ad aliũ non procedit argumentũ.d.l.j.§.in hoc.ff.de lib.homi.exhibe.

Quæ

Source : BIU Cujas

Quæ ſolutio etſi non ſit ſatis exacta,& peremptoria,diligentius tamen inſpecta, facilè ſatisfacit doctis. Porrò autem exiſtimo vtranq; opinionem iuſta diſtinctione iuuari poſſe; ſcilicet, vt liceat procuratori ad agendum conſtituto debitorem arreſtare,& detinere, niſi illius ſit dignitatis, ſplendoris & eminentiæ, vt veroſimile ſit, creditorem ipſum eiuſmodi debitorem arreſtare noluiſſe.arg.d.l.non ſolum.§.fin. Procuratoris enim poteſtas ad rationem,& conſuetudinem agendi creditoris, à quo conſtituitur, formari, regulari, extendi & ampliari ſolet.l.i.& aliæ plures.ff.mand.Nam & ſatelles, ſeu ſeruiens, qui generalē habet ex more poteſtatem citandi, ſeu detinendi perſonas debitorum,citra ſpeciale mandatum, officium ſuum non extendit ad egregias perſonas, quia non eſt veriſimile hoc permittere voluiſſe eos,qui eum conſtituerunt ad actus eiuſmodi exercendos.Felyn.in d.c.1.col.5.qua de re latius inferius dicetur. Et rurſum Rebuffus ad ord.reg.tom.2.tit.de reſtit. glo.13.nu.9.di-
5 cit,quòd †non valēt commiſſiones generales de ſiſtendo, ſeu arreſtando omnes,& quoſcūque ad requiſitionem partis: quia in illis requiritur cauſæ cognitio & iudicis præceptum,& alioqui poſſet arreſtari ille,qui non poteſt, vt docet Iacob.de Beluiſ. in pract.ſua in rub.de inquiſit.nn.30.& Iaſon ad §.quadrupli.Inſtitut.de actio.

Sed vt omnis ambiguitas ceſſet,ratihabitatio ſufficiet,etiam in his quæ requirunt ſpeciale mandatum.l. quòd ſi de ſpeciali. §.1.ff.de minor.Bal.ad l.ſi maritus.C.mand. Ang.ad l.licèt.ff. de iudi.& ideo ſi prehenſio ſine mandato ſpeciali facta eſt, exiſtimat Alex.d.conſi.133 nu.8.verſi.poſſet etiam ſufficere, ſi creditor id quod factum eſt à procuratore, ratum habendo confirmet.& Rebuff.in d.verſi.38.Qua de re admodum dubito, propterea quòd id quod nullum eſt confirmari non poſſet, quia caret fundamento; Ad hoc tamē reſponderi poſſet, quòd licet id quod nullum eſt,ſolo tractu temporis confirmari nō poſſit. c.auditis.de elect.tamen bene confirmatur nouo conſenſu,tacito vel expreſſo. Ioan.Andr.ad cap. non firmatur.de regu. iur. in 6. Rota deciſ.31.in no.Ioan.de Imol. ad c.cum vos.de his quæ fiunt à prælat.& probatur in l.j.C.ſi maior fact.rat.hab. Sed tu uide ea quę dixi latè ad ca.non firmatur.d.titu.de regu. iur.& Sebaſt. Vantium de nullitate. titu. quib. mod. ſent. nul. def.poſt numero 102.& 105. Vbi poſt magnam diſputationem decidit, quòd ſuperueniens ratihabitio confirmat actum retro nullum,nomine ratum habentis factum, etiam in eius fauorem. Vnde autem colligi poſſit iſta ratihabitio, facilè poterimus cognoſcere ex his quæ ſcribit Tiraquel. in lib. de conſtitu.parte 3.limita 30.num 20.cum ſeq.& ex illis quæ ſcripſi ad c. ratihabitionem. d.titu. de reg. iur. vbi ea quę ad huius loci explicationem adferri poſſent dixi fuſiſſimè.Et contra nō eſt hoc loco omittenda deciſio Rotæ 80.incip.nota quòd procurator. in antiquis,quod procurator datus ad impetrandum & contra dicendum,uel ad impediendum ſi literę ſuę arreſtentur per auditorem Palacii poteſt impedire,quòd cauſa deuoluatur,& poteſt admitti vſque ad deuolutionem cauſæ, quia ſua intereſt ꝙ cauſa non deuoluatur,ſed quòd literas poſſet impetrare, & ad partes mittere,alias non admitteretur,vt not.per Archid. ad c. ſtatutum.de reſcript.in gl.ſuper verb,appelletur.lib.6.

6 † Tertio,qui ius ſibi à creditore ceſsum habet, arreſtare poteſt.Roma.conſi.142.incip.Quia ceſſionarius.Rebuff.ad ord.reg. tom.1 arti.6.gloſ.3.nu.42.verſicu. & quia melius eſt.Bald. ad l. per diuerſas. quęſt.10. C. mād. Nam cum in eo translatæ ſint actiones,repręsētat iuris interpretatione primum creditorem l.2.C.de donat. diciturque in qualibet diſpoſitione creditor.l. ab Anaſtaſio,in verb.alium creditorem. C.mand.& in libello ſe creditorem appellare poteſt.Bald.ad l.r. quęſt.vlt.C.de act.& obli.niſi diuerſa aut legislatoris,aut ſtatuentium mens arguere tur:vt quia eius rei facta eſset ceſſio, quę iure cedi non poſſet.l. ſi mulier.§ ex aſſe.ff.de iure dot. Econtra vero,reus propriè ceſſionarii debitor appellatur,qa ab eo iuito extorqri pecunia poteſt.l.debitor.ff.de ver.ſignific.& ſine exceptionis ope actio aduerſus eum competit.l.poſtquam.C.de hæred.vend.l.emptori. ff.illo titu.& generale eſt,quòd in fauorem ceſſionarii executio fieri poteſt,dummodo (vt quidam aiunt) fiat ex perſona cedentis,quod ceſſionarius dicere tenetur, licet fiat ad ipſius vtilitatē l.ſeruo. §.fin. ff.ad Trebel.Ang.& Imol.ad.l.ille à quo.§.vtrum eo titu.& maximè quando adpoſita eſſet illa clauſula in inſtrumento ceſſionis, quod cedens ponit ceſſionarium in locum ſuum.Barto.in.l.in prouinciali.ff.de no.oper.nunc. Vnde cum ceſſionarius dicatur creditor,fiet & permittetur ei ſicut creditori executio & arreſtatio. Bald. ad l.j.in fin. C.de act. & oblig. & ad d.l.per diuerſas.quæſt.10.C. mand.vt lites breuiores exiſtant, & ſumptus litium vitetur.Verum Rebuffus d.loco, & art.gloſ. 2.nu.18.in fi.aſſerit,in foro non obſeruari iſtud: ſed ſufficere ꝙ ceſſionarius petat executionem nomine ſuo proprio,cum vtiles actiones habeat,neque ſeruiens vel apparitor iſta curat.Qđ ſi opponatur coram Iudice, executionem ſeu arreſtationem nomine ceſſionarii eſſe factam,probabit ceſſionem præceſſiſſe & ita ſeruari ait.Quamuis verò lex, uel ſtatutum permittat pe-
tente creditore debitorem in carcerem duci,non ducet tamen ceſſionarius,niſi ceſſione demonſtrata,& niſi denunciauerit debitori ceſſionem ſibi eſſe factam:cùm propter ignorantiam nihil poſſit imputari ei,qui non ſoluit.Alcia. ad.l.i.nu.74.ff.ſi cer. pet.& ad l.quoties.nu.69.ff.de no.ope.nunc. dicens ſe vidiſſe ſępiſſimè à carceribus dimitti oberratos viros ob id, ceu non legi timè detentos.& probat Bald d.quæſt.10 Hyppol.ſing.16.Boerius quæſt.10.Innoc.ad c.quia.de iud. quod & Imbert.li.1.Inſtit. forenſ.c.4.probat his verbis. Verum nec ceſſionarius, ex forma ſtatuti aut inſtrumenti, poteſt prehendendum curare debitorē niſi eo prius vocato,de ceſſione fidem faciat, atque(vt forenſi uocabulo utar)in creditoris locum ſurrogetur. Itaque cum debitoris pignora curaſſet per apparitorem auferenda,is cui nominis ius ceſſum fuerat,atque id ex authenticis vtriuſque,videlicet ceſſionis & nominis inſtrumētis; debitor aut prouocaſſet ad ſupremam Curiam,ac eam duntaxat quæſtus eſſet iniuriam ſe pignoratori nō fuiſſe obligatum appellatio in oppoſitionis vicem eſt commutata:hæc ille. Vſu tamen in pleriſque locis receptum eſſe aſſerit idem Rebuffus non oſtenſa aliqua ceſſione eiuſmodi quid fieri poſſe,niſi peteretur: quemadmodum & in ceſſionario denunciante debitori ne ſoluat creditori, non eſt ei neceſſe inſtrumentum ceſſionis oſtendere, ac nec cauſam qdem huius denunciationis exprimere,nisi petatur: quod pluribus & diuerſis auctoritatibus, legibus ac reſponſis confirmat Tiraquel.in lib.de vrroque retract.§.1. gloſſ.10.num.105.verſi. ſed conſequenter. ſufficitq; in progreſſu cauſæ hæc producere. Quidam verò,quod ceſſionarius in initio teneatur fidem ceſſionis facere,ita verum eſſe intelligunt,ſi nomine cedētis agat, ſecus ſi ſuo, & vtili actione, quia tunc ſufficit id fieri poſt litem cōteſtatam.Specula.in titul.de ceſſ.§.1.& in tit.de inſtrum.edit. §.nūc dicamus.verſ.ſed quid ecce.Aufrer.deciſ.Capel.Tholoſ. qſt.294.Deo. conſil.302. Rota deciſ.34.in no. Doct.in auth. ſi quis in aliquo.C.de edend. Nos de ea re latius ſub eo capite dicemus,quæ neceſsaria ſunt ad arreſtum impetrandum explicabimus:egregiamque operam in huius articuli explicatione poſuit D. Roderi. ad l.poſt rē, in 7.extenſione.ff. de re iud. fo.571.

7 † Quarto,huc etiā pertinere exiſtimo portatorem ſeu latorem literarum.Solet enim Titio creditori vel portatori literarum debitor promittere, & ideo iuxa ſuam obligationem tenetur.l.iuriſgentium. §.ait prætor.ff. de pac.Rebuff.d. loco, tomo 1.art. 1.glo.9.nu. 33.verſic. poterit tamen executionem.Ita tamen vt portator ille reddat literas obligatorias, & cautionē indemnitatis præſtet.l. diſſolutæ, & ibi Bald. C. de condict.ob cauſ.quod idem Rebuffus artic.2.glo.1. num.75.verſic. prærerea ſi quis.per Senatum iudicatum fuiſse ait. Nihilominus tamen loco prius citato num.34. reſpondit non requiri, quod is qui defert literas,ſeu inſtrumentum, probet ſibi à creditore illud eſse traditum:quia poſtquam illud habet, præſumitur ſibi ab eo,vel eius voluntate traditum eſse.Ioannes Gallus in quæſtione per arreſta.quæſt.4.Boerius deciſ.154.incip. Aliud ortū per.l.Labeo.& l.ſequēt.ff.de pact.alioquin enim pręſumeretur ſubtractio & delictum,contra.l.merito ff. pro ſocio.Quod ſi tñ conſtare poſſet de non iuſto illius titulo, qui illas literas defert, exceptio iuſta non denegaretur debitori, etiam ſi alter cauere vellet,quia nemo ex improbitate ſua actionem cōſequi poteſt l.itaque fullo.ff.de furt. Et quamuis clauſula portatoris literarū ad ſolutionem faciat, & vigore illius ius exercēdę actionis,etiā abſque ceſſione,in latorem literarum tranſeat;tamen quemadmodum de iure comuni in ceſſione nominis requiritur titulus ſeu iuſta cauſa ad translationem dominii ſufficiens.l.ſi.C.mād. ita etiam literę,vel nomina huiuſmodi per traditionem virtute clauſulę prędictę non acquirūtur accipienti ſine iuſta cauſa, vt per Bald.in l.2.C.ne lit. pend. & ad d.l. per diuerſas. C.mand. Et non ſolum de iure,ſed eriam de conſuetudine latori literarum obiici poteſt hoc uitium,quod ipſi creditori obiici potuiſſet,argum.l.ſi quis in rem.& ibi gloſ.ff.de procur. Et ideo quod vulgo dicitur.non inſpici quis in literis iſtiuſmodi creditor deſignatus eſt,ſed quis eas adferat, ciuili modo accipiendum eſt, ſi de malo & iniuſto illius titulo non appareat;nam ueritate detecta,& vitio tituli latoris literarum patefacto, omnia iura dictant,& recta ratio ſuadet,uero creditori non pręiudicari,eundemque ſi cum iſto literarum latore concurrat pręferri.Conſuetudines enim rediguntur ad limites rectę rationis.l. quod non ratione.ff.de legib.l.2.C.de noxal.act.

8 † Quintò,arreſtum poſtulare poteſt conſors litis,qui pro cō ſorte agere, & excipere poteſt.l.2.C. de conſor. eiuſd.lit.Bello. conſilio 26.numero 5.quia negocium eſt commune. Sed hoc reſtringitur,vt verum ſit, dummodo aliàs habilis ſit ad agendum;quia conſortium non poteſt duos ſupplere defectus,videlicet,defectum mandati,& defectum perſonę cum duo ſpecialia concurrere non poſſint.l.1.C.de dot.promiſ. Dd.ad cle. religioſus, de procur.Franciſ.verò Ripa ad c cum omnes. de conſtit.num.59.verſicu.ex pręmiſſis.latius hęc ſuo more, expendēs variaque & multa hinc inde diſputans, limitans & diſtinguēs, tandem nouem eſse neceſsaria ait, vt conſors litis pro conſorte agere

Source : BIU Cujas

te agere poſſit, quod & ego ad arreſtum antecedens trahendū reor. Primò, ꝙ cauſa ſit ciuilis: Secūdò, quòd lis ſimul ſit ab omnibus conteſtata; quid enim ſi lite conteſtata ſuſpectus fiat de fuga debitor? Tertiò ꝙ conſortes non prohibuerint. Quartò, ꝙ cauſa non exigat ſpeciale mandatum. Sexto ꝙ cōſors ſit perſona habilis ad agendum. Septimo ꝙ negocium ſit commune. Octauo, quod ſit eadem cauſa, & idem ius agēdi. Nono, quod cōſors caueat de rato Sed an omnia iſta indiſtinctè neceſſaria ſint, & cuiuſq; rei propria cauſa ſit latè cum eo explicat d. loc. Felynus. Nos ne commentatio hæc noſtra in immēſum excreſcat, ſola ratione erimus contenti, vt qui illius articuli tractationem ex profeſſo non aſſumimus.

9 † Sextò, eadem eſt ratio in ſocio: quia ſocij inter ſe dicuntur aliquod habere tacitum mandatum, ad ea quę ſunt vtilia ſocietati. Bal. & alij ad l. nemo. ff. pro ſocio. cuiuſmodi & arreſtum eſſe, ſuperius eſt oſtenſum: quemadmodum & miſſionem in poſſeſſionem rei communis, pro debito ſocij reuocare. l. ſi is cui. §. ſi ex duobus, & ibi Bar. ff. ut ī poſſeſſ. legato. & ex facto ſocij agere. Bal. ad l. cum te. C. ſi cert. pet. & pro ſocio conueniri. l. iuſtiſſimè. ff. de ædil. edict. poſſunt & ſi diuerſis in locis negocientur, inuicem præpoſiti eſſe videntur l. ſi hac. § penult. verſi. ſi libera. ff. de in ius voc. l. traditio. in fin. ff. de acquir. rer. dom. quēadmodum cum in eodem quidem loco, ſed diuerſo negocij genere; vel eodem negocio, ſed alterius vicibus, & alter altero abſente mercatur. Satis enim eſt ſocios eſſe, & cōmuni ex vtilitate agere. l. ſi tamen. & ibi Bar. ff. de exerc. act. Caſtr. Alciat. Bart. Iaſon. Roman. Zaſ. & alij ad l. eius qui in prouincia. circa finem illius legis. ff. ſi certum pet. quamuis extra illos caſus communiter in viriles portiones ſolum obligentur, neque inuicem præpoſiti cenſeantur. l. final. § ſi plures. ff. naut. caup. ſtabul. Alexand. conſil. vlti. libro 7.

10 † Septimò, vt coniuncta perſona pro coniuncta perſona ēt ſine mandato agere. l. non ſolū. ff. ſolut. matri. l. manifeſtiſſimi. §. fin. C. de furt. curatorē bonis abſentis poſtulare. l 3. C. de capt. & poſtl. reuer. procuratorem conſtituere. l. exigendi, & ibi latè Ial. C. de procur. reſcriptum in pleriſque caſibus impetrare, Felyn. ad c. nonnulli. §. ſunt & alij. col. 16. de reſcip. tuto. rem petere. l. quod dicis & ibi Bar. C. qui dar. tut. & denique appellationē interponere poteſt Dd. ad c auditis de elect. Ita quoque & arreſtare coniunctæ perſonæ debitorem non prohibetur, vt facultate ſibi a lege conceſſa vtatur, & agat, dummodo caueat, eum pro quo id facit ratum habiturum. l. ſed & hæ. ff. de procura. Roman. ſingular. 613. incip. Tu audiſti & c. quia cum quid conceditur, vt hic conceditur facultas agendi, omnia cenſentur eſſe conceſſa, per quæ ad id quod conceſſum eſt, perueniri poteſt. d. ad rem. d. l. ad legatum. & exactè Præſes Euerardi in loco à ꝓceſſione conſequentis. col. 1. Cauere autem de rato debet, quia eius factum coniuncto non præiudicat, l. 3. §. 1. ff. iudica. ſol nō enim cogitur, ſed poteſt habere ratum, niſi omnino utiliter nomine illius actum oſtendatur, vt notat Romanus & alij ad d. l. non ſolum. Et quemadmodum Ioan. Beſſianus mulierem ad ſimilia faciendum admittere videtur, ſi coniuncta perſona eſt, ad conſuetu. Aluern. tit. 1. artic. 9. Ita quoque ſunt qui filiofamilias ſine mandato patris, hanc arreſtandi licentiam nomine patris, & proprio, permittunt. quorum ſententiam multis rationib. & argumentis confirmat Andreas Barbat. cōſilio 86 incip. Illud referam lib. 3. & quidem potiſſimū ſi agitur de cauſa, aut in foro mercatorum, in quibus, & inter quos, omiſſis iuris ſolēnitatibus & apicibus, ex æquo & bono omnia ſtatuuntur. Sed quibus caſibus agere non poteſt coniuncta perſona, ijs quoq; neq; arreſtare eam poſſe exiſtimo: eiuſmodi ſunt. Primò, ſi ſanguine quidem coniunctus eſt, ſed ex damnato coitu natus, qa ne filius quidem ex nefario congreſſu genitus, pro patre, ſine mandato patris, agere poteſt. Ial. in d. l. exigendi. num. 8. Ego de hac reſtrictione vehementer dubito, propterea quod cum qui magna amicitia iunctus eſt, agendi poteſtatem pro amico habere, grauiſſimis argumentis tradidit Iaſon in d. loc. nu. 4. Maior autem eſt amicitia patris & filij quantumuis naturalis ob nexum ſanguinis, quàm extranei. Verum quidē eſt, quòd quò ad dignitates familiæ adipiſcendas, quæ ad inſtar ſucceſſionū deferuntur, non cenſentur eſſe in domo, familia, vel cognatione, Innocen. ad d. c. nonnulli. latè Guil. Benedict. ad c. Raynutius, circa medium. de teſtam. ſed quod in his, quę ſanguinis cōiunctioni tribuuntur, & nullo eius lucro ſunt, excludantur, admodum durum eſt, niſi dicas patrem naturalem ex nefario illo congreſſu, eo commodo dignum non eſſe. Felynus quoque. cō ſuetud inis patriæ rōnē habēdā eſſe oſtēdit multaq; accumulat, ex qb⁹ ea finitio reſtringi poſſet. ad d. c. nōnulli. ver. prædictis obitāt. Secūdo, nō habet locū, qñ cōiūcta perſona habet tutores, vel curatores, vel ēt procuratores ad illū actū directè, aut indirectè conſtitutos. Iaſon ad d. l exigēdi. Bal. ad l. ſenatuſconſulto. C. qui accuſa. 1ū quia mādatū expreſſum facit ceſſare tacitum. d. l. 3. l. fin. C. de pact. conuent. tum quia qui veniūt ex iure ſpeciali, nūquā admittuntur, donec illi qui veniūt de iure communi, ſint in mora cōſtituti. l. ſepulchri uiolati. ff. de ſepul. violat. tum quia coniunctus procuratorem dimittendo, cenſetur aliis ne agant prohibuiſſe, niſi procuratore illo exiſtente negligente. l. cum prætor. & ibi doct. ff. de iudic. Exiſtimant etiam omnes, non admitti coniunctum in his, quæ requirunt ſpeciale mandatum. l patri. l. illud. ff. de mino. Sed ſolus Decius reclamat, propterea quòd ad impetrandum reſcriptum ſpeciale mā datum requiratur, & tamen coniunctus admittitur ad impetrandum illud pro coniuncto. d. c. nonnulli. agiturque de modico præiudicio, quia coniunctus coniuncto non præiudicat, niſi ratificet. Sed reiectis iſtis rationibus, ad d. c. cum omnes. Frāciſ. Ripa n. 59 verſic. Sed iſtis non obſtantibus, communem opinionem ſequendam docet: quia lex non tantum reſpicit præiudicium coniuncti, pro quo agitur, quā conſiderat præiudiciū eius, contra quem agitur. c. fi. de procur. lib. 6. neque mouet d. c. nōnulli, quia vt Fel col. 14. nu. 52. Abb. & alij ibi annotant, ſpāli iure recipit, ꝙ cōiuncta ꝑſona, q̄ in caſib⁹ ſpāle mādatū exigētibus nihil poteſt, admittatur ad impetrationem reſcripti, propter modicum præiudicium, quod in ea re verſatur. niſi tamen peteret tanquam procurator, quia allegando mandatum, fecit ſe alienum a legis prouiſione. l. maritus. C. de proc. Adde quòd coniunctus pro coniuncto præſente nō agat. Imol. ad d. c. cum omnes. nu. 40. Alijque caſus inueniuntur plurimi quibus poteſtas à lege coniunctæ perſonę tributa deficit, quos partim Alex. & Ial. ad d. l. exigendi. partim Felyn. & alii ad c. coram. de offi. de leg partim etiam Petrus à Duennas reg. 122. tradiderunt. Tu de his latius vide Guido. Papæ conſi. 68. incip. circa proceſſum. nu. 2. lib. 1. Panor. ad c. accedens. de præbend. Barbat. ad c. ex parte Decani. nu. 135. de reſcript. Caſtrenſ. ad d. l. 1. verſi. ex prima parte not. Socin. conſi. 110. & conſi. 231. lib. 2. latè Dd. acum lib. 1. variar. reſolut. c. 6. in quibus locis amplè tractatur, quomodo pater pro filio, filius pro patre, coniuncta perſona pro coniuncta perſona agere, & in iudicio eſſe poteſt, & quidem potiſſimum in his quæ requirunt ſpeciale mandatum. Sed quoniam hic articulus dependet ex eo, quem latè ſuperius diſcuſſimus, utrum ad faciendum arreſtum debeat procurator habere ſpeciale mā datum, nec ne, remitto te ad ea quæ ibi diximus.

Porrò autem quamuis coniuncta perſona, perſonam debitoris detinere & arreſtare poſſit, ſolutionem tamen ab eo recipere non poteſt, ſoluens enim non liberatur. d. l. non ſolum. l. 2. ff. vt in poſſeſſ. leg. l. qui hominem. §. gene. ff. de ſolut. l. qui aliena. §. quanquam. ff. de nego geſt. Alex conſi. 4. lib. 2. quia non magis debet operari tacitum mandatum ex diſpoſitione legis proueniens, quale eſt penes coniunctam perſonam, quam mandatum expreſſum: Sed habenti mandatum expreſſum ad agendū non poteſt ſolutio fieri. l. ſed tantum. ff. de pact. l. hoc iure. ff. de ſolut. ergo nec habenti tacitum. Verior eſt, quòd ſi coniuncta perſona poſſet recipere ſolutionem, ſæpe cōſumeret pecuniā & coniunctę perſonæ creditoris præiudicaret, quæ ratio ceſſat in agendo: quia cum agit, cogit tantum debitorem ad deponēdam pecuniam debitam apud Iudicem. Bald. ad leg. ſin autem. ff. de negot. geſt. Iaſon. verò limitat hanc concluſionem ad dictam l. non ſolum, vt locum habeat, præterquam ſi coniuncta perſona ſit alias legitimus adminiſtrator, uel ſi ſoluatur cōiunctæ perſonæ ex contractu cum ea celebrato. De quò latius ibi Roman. nu. 7. colum. 2. verſi. tamen dicta communi opinio.

11 † Octauò, & hæres quoque creditoris hoc iure vtitur, qui ēt debitorem ſuſpectum capere poteſt, quantumuis intra tempora conficiendi inuentarij exiſtat: & ſi ex inſtrumento agēdum ſit, non poſſet illi obijci, quòd in illo inſtrumento non eſt nominatus, quia nominato creditore, cēſetur nominatus & eius hæres. Bald. ad l. 1. C. quor. leg. Barto. ad l. poſtulāte. ff. ad Trebel. Ioan Crotus ad l. nemo. colum. 4. & ſequent. ff. de leg. 1. & expreſsè in hac arreſti materia Rebuffus ad ordin. reg. tomo 1. artic. 6. gloſſ. 3. nu. 14. verſic. tertiò amplia. & verſic. ſeq. Ang. ad l. 1. §. 1. ff. ſi cui plus quam per l. Falc. Ripa ad d. ca. 1. nu. 88. de iudic. Iaſon ad l. vinum. ff. ſi cert. perat. Decius conſil. 262. Socin. conſil. 141. lib. 2. Cotta in memorabil. ad verb. hæres cenſetur. Ioannes Imbertus Inſtit. Forenſ. lib. 1. cap. 1. dicens quod creditoris hærede poſtulante executio inſtrumenti fit aduerſus obligatū, & ſequitur in terminis præmiſſis Rodericus Suarez ad l. poſt rē. ff. de re iudica. cap. incip. extenſio prima nu. 10. Bald. in l. vnic. §. videamus. C. de rei vx. act. Ioan. Andr. in titu. de ceſſ. act. in addi. ad Specul. Nam ſi id concedatur legatario, vt ait Rodericus d. loco, nu. 11. & Bald. ad l. ex legato. C. de lega. multo magis heredi hoc concedendum eſt, qui defunctum reprehendat. Et in ea quoque ſententia eſt Boerius quæſt. 10. incip. ceſſionarius. in fi. dicens tamen, quòd poſtea oportet, quòd doceat ſe heredem eſſe, cum alioqui nullum ius haberet ad debitum. Sed Rebuffus d. libro, art. 3. gloſſ. 2. nu. 14. exiſtimat hoc tunc tantum verum & neceſſarium eſſe quando aduerſarius excipit, non aliàs. Ego Boerium ſequi malim: quia titulum ſuum nominare, & demōſtrare debet qui agit, ſecundum Rodericum loco proximo citato, hoc in ſpecie propoſita decidentem & allegantem Bald. ad d. l. per diueſas. C. mād. & Ang. ad d. l. creditores. C. de pignor. Sed quod diximus hoc habere locum, etiamſi hæres intra tempora

Source : BIU Cujas

pora conficiendi inuentarij existat,intelligit Iason in d l. vinũ. nu.13. quando debitor est suspectus de fuga, quia aliàs regula est,ꝙ hæres existens intra tempora conficiendi inuentarij, neque debitores hæreditarios cõuenire,neque à creditoribus hæreditarijs cõueniri potest. l.fin. §.donec.C.de iur.delib. quod tamen falsum esse respondit Castrẽ.ibi in fin.d.§.donec.quia hoc inductũ est in fauorem hæredis, vt cõueniri interim nõ possit. Sed quia hæres post mortem defuncti continuò ipso iure hæres est, præcipuè attenta consuetudine generali legem explicante,ideo interim non prohibetur dum conficit inuentariũ, debitores cõuenire hæreditarios,Tiraqu. late in tract. Le mort saisit le vif.2.part.declar.11.nu.14.ver. ꝙ autem postea. Boerius quæst.53.incip.Insuper in audientia.circa mediũ.Ang & Imol. ad d.l.1.§.1.ff.si cui plus.Bar.ad l.vltim.C.de fruct.& lit.expens. & ad d.§.donec.

12 † Nonò,quòd si versemur in patria iuris scripti, & in eo loco in quo arrestorũ nõ nisi aduersus suspectos, nullus est vsus, nisi fortè ex priuilegio speciali certo alicui loco à Principe cõcesso,existimo etiam studiosos scholasticos hoc priuilegio gaudere:quoniam scholares gaudent priuilegijs ciuium illius ciuitatis in qua agunt.Ioan.de Platea,& alij ad l.ciues. C. de incol. lib.10.Econtrã verò,si quæ sunt grauamina ciuibus imposita,illa ad scolares nõ extenduntur.Qua de re plurima cumulat Rebuf.in tract.de priuil.scholar.c.125.ca.seq.† Eodem modo gaudebunt hoc priuilegio homines suburbani,Rebuff.d.ar.6.gl.3. nu.42.versi.idem dicerem.quia suburbani in fauorabilibus appellatione ciuium veniunt.l.ædificia.ff.de ver. sign. quod latius Alciat.Cępol.& alij,tum ibi,tum ad l.2. tum ad l. Alphenus. ff. d.tit.explican.

ARGVMENTA.

1 *Debitor manifestè inops, vtrum arrestari possit.*
2 *Cedere bonis qui non possint.*
3 *Debitor qui bonis cedere non vult,aut nõ potest,ad hoc damnari,vel se obligare potest,vt creditori ex operis suis satisfaciat.*
4 *Arrestari an possit aduena quem quis statim recessurum sciuit.*
5 *Citatio ante arrestationem non requiritur.*
6 *Debitor in diem,vel sub conditione an sisti possit.*
7 *Debitor etiam facti arrestari potest.*
8 *Diffamans à diffamato arrestari an queat.*
9 *Fideiussor an arrestari possit.*
10 *Hæres debitoris an rectè arrestetur.*
11 *Pecunia debitori debita vtrum arrestari queat.*
12 *Factores & Institores mercatorum arrestari possunt.*
13 *Procurator,qui alieno nomine contraxit,rectè sistitur.*
14 *Clericus debitor,an & à quo arrestetur.*
14 *Testimonij dicendi causa arrestare licèt,etiam executores.*
16 *Reus ab actore,item actor à reo arrestari possunt, vt respondeant positionibus & articulis.*
17 *Ciuis an pro debito ciuitatis arrestetur.*
18 *Res quæ pro parte est debitoris,an tota arrestari possit.*
19 *Creditor an rectè petat debitorem arrestari in cuius bona missus fuit.*
20 *Apparitor cui mandatum arrestandi datum est, an possit arrestare, si iudex mandans moriatur.*
21 *Defructuatores bonorum obligatorum rectè arrestantur.*
22 *Vectigalia non soluentes detineri possunt.*
23 *Contumax quoque rectè sistitur.*
24 *Animalia pro damno dato licitè detinentur.*
25 *Res propriæ an arrestari possint.*
26 *Fructus in fundo meo ab alio possesso iacẽtes,vel existẽtes,arrestare possũ.*

Qui, aut quorum bona legitimè arrestentur. Caput 4.

PRoxima huic quæstio est,quis,& cuius res arrestari possunt. Et regulariter quidem constat debitorem cuiusque,quacunque legitima ex causa sisti & detineri posse,teste Mansuerio in sua praxi ti.de execut. & subhast. circa initium:sicut ex legis dispositione, cum periculum fugæ subest,capi & apprehendi potest.l.ait prætor.§. si debitorem. ff. quæ in fraud credito.l.generali.C.de decur.lib.10.adeo vt pleri
1 que existiment † nihil referre, etiam si constet debitorem illũ propter manifestam inopiam soluere non posse,cum & ex operis suis,& mercede diurna,deductis tamen prius alimentis, tantum corradere posset,vnde creditori fiat satis.Rom.num. 8.& Ange.cum alijs ad l pro hærede.§.si quid tamen ff.de acqui.hæred.nõ multo aliter,quam is qui ab alio redemptus est, donec precium redemptionis soluerit,detinetur.l.seruatus.§.fin.ff. de legat.1.l.qui testamento.§. potestatis. ff. de testa. Quid igitur, si nec ex eo vlla vtilitas sperari possit? Quid si nihil penitus artis sciat? Ange citato loco & Angelum ibi nu.7. secutus Roman. in simili respondent, ꝙ creditor non potest petere se immitti in ius,vel rem debitoris,si ea immissio nullum ipsi lucrum adferret.Atqui mores nostri acerbiores sunt,etiamque hi aut carceri mancipantur,aut bonis cedunt.Cedere†verò nõ possunt,
2 si nequitia,profusione,culpave sua in paupertatem inciderint, dolove malo,cum se soluendo non esse scirent, contraxerint. l.sunt ff.de re iudic.doct.ad l.2.& vltim C.qui bo.ced. poss. Sũt etiam interdum,qui in carcere manere,quàm aut creditori seruire,aut bonis cedere mallent.Sed ad seruitiũ præstãdũ qđ attinet,audiẽdos nõ esse respõdit Rodericus decl.l.2. foro ll.li.3.c. incip.Quęro tertiò, existimatque præcedenti capite, statutum valere, quo cautum est, debitorem operari debere creditori, donec debitum fuerit satisfactum,cùm secundum l.12.tab.etiã dilaniandus creditoribus datus fuerit.Videtur itaque aduersus Barto.& Romanũ sentire,ex iuris cõmunis dispositione illud non licere:quia ob æs alienum seruire liberos creditoribus, iura compelli non patiuntur,respondit Imperat.in l.ob æs C.de actio.& obliga.tum quia hoc valde extraneum & diuersum est ab obligatione contracta,vt ibi ait Baldus,tum quia hæc seruitus est contraria libertati,cui debitum pecuniarium ęquari nõ potest.l.planè.2.de leg.2.Sed hoc intelligunt alij,si vellet creditor debitorẽ vel in perpetuã seruitutem trahere,vel sordidissima quæque obeunda vrgere.Salyc.& Fulg.ibi.tum verò constitutio illa de liberis debitoris loquitur:de debitore verò qui ꝓmissum facere non potest,& cedere bonis non vult,non loquitur:aliàsque qui soluendo non sunt, carceri de iure mancipari possunt.l.2.§.tutores.ff.de suspect tutor.Quapropter in ea opine versor,vt existimem,debitorem si aliud non habet,& bonis cedere non velit,aut non possit,in hoc damnari posse,vt deductis alimentis,ex operis suis satisfaciat,aut creditori liberaliter, moreq; aliorum inseruiat:iuxta ea quæ notat Bal. ad d. l. ob ęs. in versicu.extra glossam. & alij ad d.§.tutores.& ad l. nemo de
3 exact.trib. C.li.10. Certũ est enim†quòd posset quis alicui creditori se obligare ad operas suas tamdiu, quousque per preciũ operarum pecunia debita solueretur: quia ista non est species seruitutis,sed quidam modus soluendi debitum, adhibita moderatione & miseratione.Bal.ad l.1. col.penul. ver. tu concorda.C.qui bo.ced.poss.leges autem & statuta potissimũ considerant,ne creditores credito suo fraudentur,vt ait Paris. cõsi. 99. incip.Iste Ioann.nn.2.li.3.Vnde nõ malè dixisse videtur D.Prę ses Nic.Euer.in loco à seruo ad monachum.col.3.ꝙ etiam seruus potest arrestari, & pro debito detineri.

2 †Quid autem si quis cum eo contraxerit,quem statim recessurũ esse sciuit?cuiusmodi esse solent aduenæ & peregrini.Hũc nõ posse arrestare videtur;nam licèt Bal.ad rubric.C.de his quę in fraud.cred.contrarium decidens ait,ꝙ licèt creditor sciat illum recessurum illico,non tamen credere debuit eum recessurum antequàm satisfaceret.Communis tamẽ sententia est, ꝙ is,qui cum forensi,vel aduena contrahit, sciẽs eũ statim recessurum,co nuenire eum ibi non potest.l.hęres absens.§. proinde.ff.de iud.semperq; præsumitur foensis statim recessurus: & qui sic cũ eo contrahit,fidem illius secutus videtur, suspectusque(vt ibi dicunt interpreres)dici non potest,& ad cautionem de iudicio sisti præstandam minimè compellitur.Barto. ibi gl. ad l.2 §.sed & si dubitetur.eod.tit.& sequitur Lãfranc.ad c.quoniam contra.ad verb.recusationes. nu. 15. his verbis. Et ideo si quis contraxerit cum forensi, & dicat, Domine Iudex, habeo debitorem hic quem vellem detineri: non poterit, quia hoc imputet sibi quòd contraxit cum forensi.Hactenus ille.& posset dicere Iudex,Tu vidisti,ꝙ habebat pileum in capite, & calcaria in pedibus.debebas esse caut⁹,& exigere solutionem,aut eam ilico stipulari.Sed hoc ita accipiẽdum existimat post Bar. Bal.Costalium,& alios Rodericus d.loc.c.incip.Sed attẽde. nu. 57.nisi aliqua essent expedienda tempore contractus, vt traditio rei emptæ.Quid enim si ab eo equum emi,& illius equi traditionem habere velim,id quod in sua potestate est? Finge etiã me equum peregrino vendidisse;nam nisi extemplo pecuniã soluat, possum cum eo lege agere,ne detur illi fugę occasio cũ re mea,quia fidem illius hoc casu non videor esse secutus, & si non dat,videtur delinquere & me decipere.l.3.de pignor.act.& sic etiam qualicunque modo ratione delicti ꝙueniri & arrestari posse videtur. Nam & in simili, qui in nundinis mercantur, eius contractus ratione,nundinis non obstantibus, conueniri possunt,licèt alias pro alijs contractibus arrestari vel conueniri ibi non possent.l.vnic.C.de nũd.& ibi Dd.Et sic intelligi posset id quod dicit his verbis Iason ad l. si ab arbitro. in 4 limitatione.Quando,inquit, quis contrahit cum aduena, & sic cum eo quem sciuit verisimiliter esse recessurum, licet nulla causa superueniat post debitum contractum,tamen eum volentem recedere absq; satisfactione,põt facere personaliter capi.Et qđ Bar.Lãfrãc.& alij dicũt eũ capi nõ posse,intelligẽdũ est,quãdo verisimile est,ꝙ fidẽ eius secutus est;aut saltẽ quãndo non apparet,ꝙ fidẽ eius.exceptis prędictis casibus,secutus non est.De quo Barbat.ad c.fi.nu.85.de for.comp.Ego autem puto,nisi appareat fidem de precio esse habitam,aduenam arrestari posse, vt soluat,aut caueat,si solutio ibi fieri debeat.Angel.ad d. l. hęres absens.§.j.nu.8.iuxta dictũ Bal.Iason.& qui eos sequitur Romani,ad l.2.ff.sol.mat.At in his quę non cũ ipso cõtractu, sed postea ex interuallo facienda sunt, aliorum sententia locum habere posset,quod & Costalius ad eundem §. notat.

Ex

Source : BIU Cujas

5 Ex quib. etiam non difficulter interſtigi poteſt, † nulla hic citatione præuia opus eſſe, ſed ab ipſa arreſtatione incipiendum eſſe, alioqui enim fugam facilè adornaret debitor, Caſtren. cõſil. vlti. lib. 1. verſ. Secundus articulus. Felỹ. in c. cum non ab homine. de iudi. Bal. ad l. cum fratrem. C. de his quib. vt indign. & vbi periculum eſt in mora ibi partis citatio nõ requiritᷣ. Alex. & Iaſon ad l. fideiuſſor. §. fatiſdatum. ff. qui ſatiſda. cogan. Iaſon ad § j. num. 89. Inſtitu. de actio.

Quinimmo, quod amplius eſt, etiam pendente lite arreſtari poſſet in eiuſmodi caſu. Quia licet pendente lite nihil ſit innouandum. l. j. ff. nihil no. app. pendẽ. tñ ſi periculum fugæ immineat, vel aliàs æquum iudici viſum fuerit, vrgebitur arreſtatus, vt caueat de iudicato ſoluendo; quia litis conteſtatio damnum creditori adferre non debet. l. non ſolet. ff. de reg. iur. & remediũ extraiudiciale nõ impeditur per litis pendentiam ex noua cã, teſte Ripa ad c. j. nu. 88. de iud. Deciſ conſi. 562. nu. 8. Iaſon ad l. vinum. numero 3. ff. ſi certum petatur. & ad l. 2. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. Alexã. conſi. 105. lib. 3. Ange. ad l. neminem. C. de exact. tribut. & ſequitur Iaſon in d. l. ſi ab arbitro. nu. 6. ver. Quid ſi lite pendente. his verbis. Quid ſi lite pẽdente contra debitorem incipiat debitor eſſe non ſoluendo; an pendente lite poterit tanquam contra ſuſpectum impetrari capturaperſonæ à iudice? Videtur quòd non, quia pendente nihil eſt in nouandum. l. j. & 2. C. vt lite pendent. facit qđ notanter dicit Bal. ad l. 2. C. de ſeruit. & aqua. ꝙ pendente iudicio ſuper re quam peto, non debeo ꝓpria auctoritate ingredi poſſeſſionẽ talis rei: quia via quam elegi, hæc mihi pateat. l. ſi mulier. § fin. ff. qđ met. cauſ. Contrarium eſt verum; quia licita eſt captura perſonæ ante iudicium, ergo etiam eo pendente; quia litis conteſtatio non debet creditori damnum adferre, neq; debet eſſe deterior conditio creditoris, qui litem conteſtatus eſt. l. non ſolet. ff. de reg. iur. hactenus Iaſon: & plura ad iſtius confirmationem adducit Pariſ. conſi. 99. num. 1. libro 3.

6 † Et hæc non ſolum in debito puro, verùm etiam in debito in diem locum habent: quia licèt ante diem agens non ſolum exceptione repellatur, l. cedere diem. ff. de verbo. ſign. l. vnic. C. vt actio ab hæred. l. quod in diem. ff. de compenſ. Bar. ad l. ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig. l. j. §. fi ff qñ dies vſusfru. leg. ced. verum etiam a iudice ex officio repelli poſſit gl. ad l. vbi pactum. C. de tranſact Barto. ad l. lecta. ff ſi cert. pet. nihilominus tñ debitor in diem, ſi periculum eſt de fuga, & non aliter ſiſti arreſtariq; põt, teſte Bar. Bal. Rom. & aliis ad l. ſi debitori. ff. de iud. In omnib n. bonæ fidei iudiciis (inquit Papinia.) cum nondũ dies præſtandæ pecuniæ venit, ſi agat aliquis ad interponendã cautionem, ex iuſta cã condemnatio fit. l. in omnib eo. tit. & eſt elegãs textus, & ibi gl. ad l. quæſitum ff de pig. vbi ita loquitur Vlpianus, Quæſitum eſt, ſi nondum dies penſionis veniat, an & medio tẽpore perſequi pignora permittendum ſit? & puto dandã pignoris perſequutionẽ: quia intereſt mea, & ita celſus ſcribit. Quod & in ſtricti iuris actionibus vel iudiciis locum habet, l. 2. & 3. de cõdict. cau. dat l ſi creditores. ff. de priuileg credito. etiam vt qs chirographum ſuũ agnoſcat, vt cenſuit Senatus Pariſienſis teſte Coſtalio ad d. l. in omnib. qa interea aut mori poſſet, aut fugere, ſed interim ſuſtinetur executio, donec dies aduenerit. l. in lege Aquil. ff. ad leg. Aquil. Sic ſi cõmodato dedi alicui rẽ meã, poſſum repetere, non ſtatim, ſed aliquo tẽpore tranſacto, qđ ex iudicis arbitrio decernetur: quia ex quo dedi cõmodato, tẽpus aliquod tranſire debet, ne alioqui inutile eſſet commodatum. l. 3. C. commod. Si tamen commodato dedi alicui, de quo ſuſpicio eſt, ne fugiat, etiam ante tempus reperere poſſum Bal. & Dd. ibi. Sic ſi eſt pactũ factũ inter creditorẽ & debitorem, vt liceat creditori ingredi ꝓpria auctoritate poſſeſſionẽ rei hypothecatæ, nõ poterit creditor pacti illius vtilitate vti, niſi præcedente mora ſuper obligatione principali. l. debitores, & ibi Bar. C. de pig l. ſoluitur. § j. ff. qb mod pignus vel hypot. ſol. ſed hoc verum eſt, niſi ſubſit iuſta cã: qa fortè dubitat probabiliter debitorem deceſſurum: eo n. caſu, etiam ante moram, ingredi põt teſte Bar. ad l. 3. ver. Itẽ quæro qñ. quia ius executionẽ ex pacto competens poteſt ex cauſa exerceri ante tẽpus. d. l. quæſitum. Et hanc ſnĩam, ꝙ debitor in diẽ ſuſpectus conueniri põt, vt caueat de ſoluẽdo die aduenìente, latè confirmat Paul Pariſ. d. conſi. 99. incip. Iſte Ioã. lib. 3. per d. l. in omnib. & qa mora periculum creditori poſſet adducere, ſi fortè debitor poſtea aufugeret, & inanẽ faceret creditoris actionẽ Anchar. ꝙſi. 192. Dec. cõſil. 75.

Quib. nõnib. motus vir eruditus Rodericus Suarez Hiſpanus ad l. poſt rem iudicatam. ff. de re iudi. in declar. legis regni in 7. limita. oſtẽdit creditorẽ tẽpore priorẽ, ſed ĩ diẽ præferri aliis creditorib. poſteriorib. quorũ dies iã ceſſerat, qñ eſt periculum in mo. Quæ deciſio Roderici, cũ ſit elegans foroq; ſeruiẽs, ſubijciã eius verba Quidã mercator diues (inquit) rupit & fugit, vt multoties faciunt eiuſmodi, qñ vident ſe diuites eſſe, & dimiſit iſte mercator aliqua bona, nõ tñ tanta vt ſufficerẽt omnib. ſtatim fuga arrepta, venerunt multi mercatores, & inter oẽs erat vnus, q habebat obligationem cum hypotheca bonorũ, q erat prior tẽpore omnib. aliis aliorũ obligationib. attñ dictæ obligationis ſolutio erat in diẽ, quæ dies adhuc nõ venerat: petebãt oẽs executionẽ obligationũ ſuarum: iſte cuius obligatio erat prior tẽpore, petebat etiã executionẽ, & dicebat ſe præferẽdũ ex regula, qui prior eſt tẽpore, potior eſt in iure. Opponebaᷣ verò ei, ꝙ nõ erat audiẽdus, qa nihil poterat petere, ex quo dies deſtinata ſolutioni nondũ venerat: & etiam quidã iudex dimiſit eum ex hac cã deſperatũ, q venit ad me ꝓ remedio, & aliis duabus vicib. habui de facto, & conſului in fauorẽ iſtius mercatoris, illũ eſſe aliis præferendũ, dato ꝙ dies ſolutionis nõdũ venerat, ex eo qa debitor fugerat, & motus fui ꝑ tex ſingularẽ, in d. l. quæſitũ. vbi eſt caſus, iuncta gl ꝙ etiã ſi dies penſionis, & ſic ſolutionis nõdũ veniſſet, tñ ex iuſta cã põt creditor perſeq pignora, & agere hypothecaria ꝓ debito, vt qa receſſurus putabatur. Hinc eſt ꝙ Bar. ad l. j C. de cõdic. ex leg. cõmendat illũ textum, dicens eſſe ad hoc ſingularẽ, ꝙ oĩs debitor fugitiuus põt capi & detineri ante diẽ. Hactenus Rodericus. Et idẽ decidit Bald. in l. vbi C. de iur. dot. Matth. de Afflic. deciſ. 108. inci. Procurator. & Benuenutus in trac. de decoctorib par. 3. in fi. Et quãuis ꝓ debito, in diẽ vel ſub cõditione nulla adiudicatio fieri poſſit, vt ait Bal. in cõſ. 135. inci. in cã li. 2. ꝑ l. Fulci. §. ſi in diẽ. ff. quib. ex cauſ. in poſ. eat. põt tñ bene peti, vt caueaᷣ ex cã, ſm pdictos Doctores.

Quod aũt de debito in diẽ diximus, idẽ & in debito ſub cõditione locũ hẽt, arg. l. omne æs. ff. ꝓ ſocio. vbi ante conditionis euẽtũ, ſi imminet periculũ ſuſpicionis, põt creditor petere, ſibi caueri ꝑ fideiuſſoris dationem: qđ & ibi cõtra debitores ſuſpectos, & ꝓ eorũ creditorib. annotat Bal. qua in re, & dictũ Rodericũ iam d. loc. nu. 4. in fi verſ. accedat text & latius in quinta limitatione dicto loc. & Iaſonem ad l. vinũ, nu. 3. ff. ſi cer. peta. & Franciſcũ a Ripa ad c. j. nu. 88. de iudic. ſequaces hẽt, & ante hos qdẽ Ang. & alii pleriq; ex vetuſtioribus ad d. l. quæſitũ, priores tradiderũt Nã qđ Albericus ꝓrium exiſtimat, ex eo ꝙ d. l. quæſitũ, de debitore in diẽ loquitur, nõ de debitore ſub conditione; & ꝙ qñ debitũ eſt in diẽ, eſt nata actio & obligatio, ſecᵒ qñ eſt ſub cõditione. d. l. cedere diẽ. nihil mouet: eadẽ. n. eſt rõ, eadem eſt æquitas, eadẽ ergo dẽt eſſe iuris diſpoſitio. l adigere ff. de iur. patro. Alioqui. n. creditor ſub cõditione debito ſuo facile fruſtrari poſſet, adeo vt his Alberici rõnib. quæ in fronte aliqd habent, in receſſu verò nihil, nimis facile motũ fuiſſe Iaſonẽ arbitror, ad l. pecuniã nu 9. ff. ſi cer. pet. Ideoq; etiã alibi de veritate huius ampliationis, quã ante animosè tutatus erat, cepit dubitare. Porrò aũt vniuerſa hæc cautionis interponendæ rõ, per quã arreſtũ euitari poſſet, ex diſcretione & arbitrio eius q iuriſdictioni præeſt, dependet. d. l. in omnibus. quod & apud Tiraquell. in trac. de vtroq; retrac. §. j. gl. 18. nu. 44. cũ ſeq. multis videre licet.

7 † Et hæc qdẽ de debitore tã quãtitatis q̃ facti, memini. n. quẽdã fuiſſe arreſtatũ Louanii a ſuo dño, cui ꝓmiſerat ſe ſeruiturũ Antuerpiæ in arte conficiendorũ vitreorum ad aliquot annos, eoq; inſcio aufugerat, vt aut factum promiſſum præſtaret, aut ad id quod intererat damnaretur.

8 † Idẽ dici poſſe puto de eo q aliũ diffamat, aut illum iactitat ſuũ eſſe debitorẽ; nã, vt ait Bartholomeus Blarer⁹ ad l. diffamari. c. j. nu. 21. C. de inge. manumiſ diffamatus vbicunq; locorum diffamatorem ſuum deprehenderit, protinus contra eum apud eius loci iudicem experiri, ac eius iudicis officium inuocare põt.

9 † Eadẽ etiã rõ eſt fideiuſſoris: quia oĩs fideiuſſor, fugitiuus & ſuſpectus ante diẽ eadẽ illa rõne ſiſti, capi, & detineri põt, teſte Io. Conſtã. ad cõſtit. reg. arti. 66. inc. Et quãta celles. col. fi. verſi. nota præterea Bal. tñ quẽ allegat ad d. l. j. C. de ꝙd. ex lege, de debitore, nõ etiã de fideiuſſore loquitur. Quinimmo vt Bal. voluit ad c. cũ cõtingat. col. 3. de dolo qñ reus & fideiuſſor obligarunt perſonã ſuã & renunciatio facta eſt, reo capto ſeu detento, detineri ẽt põt fideiuſſor, & non captura ſeu prehenſio, ſed ſolutio rei liberat fideiuſſorẽ, ſicut pendẽte lite ꝯ reũ, nõ impedit executio ꝯ fideiuſſorẽ Bal. ad l. fi. C. de fideiuſ. Quod quo pacto intelligendũ & reſtringendũ ſit, latius To. j. art. 11. glo. 3 nu. 25. cũ ſeq. explicat Rebuffus, & tũc ſecutus Petrus a Duẽnas ad regu. iur. 276. inci. executio põt fieri. Quo in loco quatuor limitationes, & reſtrictiones recenſet, ad illã regulã pertinẽtes. Quid igitur de eo cõſtituemus, q tãquã principalis alterius obligationi ſubſcripſit? Vnus ex multis Zatius reſpõdet ad l. ſi ita. §. Chryſogonus. ff. de verbo. oblig. nu. 3. eodem mõ hunc conueniri poſſe, atque ſi principaliter ſcripſiſſet. l. fideiuſſor. §. j. ff. de pignor.

10 † Idẽ quoq; iuris eſt in hẽrede debitoris, qa ad id, ad qđ põt cõpelli defunctus, põt cõpelli & eius hæres. l. poſtulante. ff. ad S C. Trebellia. Crotus ĩ repetit. l. nemo. ff. de leg j. Rebuff. d. loc. nu. 74. Iaſon ad l. diuortio. §. interd. nu. 6. ff. ſol. mat. & ex perſona hæredis, qualitas, ſeu natura debiti non alteratur. l. 2. §. ex his. ff. de ver. obli. Ideoq; etiã inſtrumẽtũ executoriũ, nõ ſolũ contra principalẽ, verũ etiã aduerſus hẽdes illius executioni mãdari põt, licèt verbis legis, vel ſtatuti id nõ exprimatur. Et ſi ex forma ſtatuti debitor poſſit carcerari ꝓ debito, hĩs etiã illius carceri mãcipari põt, teſte Bar. & Ang. ibi. qa licèt loquaᷣ ſtatutũ de debitore, tñ hĩs debitoris ẽt debitor dĩ, cũ ille ꝓpriè debitor ſit, a quo inuito debitũ exigi põt. l. debitor. ff. de verb. ſign. cuiuſmodi hĩdẽ eſſe ꝙſtat. In qua ſnĩa reperio etiã fuiſſe Bal. ad l. per diuerſas.

Source : BIU Cujas

diuersas.C.mandati. Castrens.ad.l.si decesserit.ff. qui satisd.cog. Rom.ad l.alia.§.elegäter.ff.sol.mat.Imo.& Ang.ad l.j.ff.de his quæ in testa.del.qa ex quo debitor est obligatus in instro, obligatio suorũ hrdũ etiã virtualiter continetur, licèt hoc in instro nõ exprimatur,arg.l.j.C.si cert.pet.l.si pactũ.ff.de ꝓba. Et exceptio quæ quotidie versatur in foro,de eo ꝙ aduersarius nõ est nominatus in instro,hic cessat:& noĩato Titio,vr ĩ eodẽ instro eius hrs noĩatus. Ang.ad l.creditores.C de pig. Alex. ad l.in rõne.j.ff.ad l.Falc.Vnde & Castrens.ad d.l.postulãte.respõdit, ꝙ ẽt si statutũ dicat,instrm esse mandandũ executioni p̃ debitorem in ipso instro cõprehensum vel descriptũ,mãdabitur nihilominus executioni p̃ hrdẽ eius,quãuis aliàs statuta de persona, ad personã nõ extẽdãtur.l.si verò.§.de viro.ff.solu.mat.qa talis dispositio statuti intelligitur repellere illam personam, quæ non est,& nõ reputatur eadẽ persona,secus si reputaẽ eadẽ; ut in authen.de iureiu.a mor.præst.Quo casu verè nulla extẽsio,sed potius inclusio & interpretatio fieri dr,l nõ erit.§.de eo.ff.de iureiur.neq;.n.hrs noua persona est,sed vna & eadẽ cũ defuncto,l. hrdẽ.ff.de reg.iur. & quæ eidẽ defuncto cũ sua cã & vitiis succedit.l.vitia.C.de acq.pos.adeũdoq; hrditatẽ, & sic cũ debitorib. hrditariis quasi p̃hendo debitor cõstituit.§ hrs. Instit.de oblig. quæ ex quasi cõtrac.Chassan.ad consuet. Burg.tit.des censes.§. 6.gl.vlt.l.ꝙ ipsis.ff.de reg.iur.adeo ut priuilegiũ hrdis succedẽtis sæpe nõ extinguat,aut impediat ius executionis. Bart. & Ias. ad auth.quas actiones.C.de sacros.eccle Saly.ad l.3.q.5.& 7.C.de pig.Deci.consi.536.Gomes.ad §.fuerat.Institu.de act. Rebuff.d. To.j.de liter.oblig.art.3.gl.3.nu.9.10.& seq.Multa quoq; de his li.j.c.j. Insti.forens.scripsit Io.Imbert.executiẽs illã quæstionẽ, an hrs defuncti debitoris in vim instri habẽtis executionẽ paratã possit prehendi,& in carcerẽ mitti.Et quatenus distinguat hoc pacto,ꝙ si ex statuto debitor possit prehendi, statutũ æquè hrdem ac debitorem obligat,si verò consensum & ꝓmissionem cõsideremus,nõ;qa hrs a defuncto bona accipit,nõ personam: tñ postea addit cõstitutionib.in Gallia editis, etiã aduersus hrdẽ,& in bonis illius ꝓpriis executionẽ dari.Sed hæc latius explicare opus nõ est,cũ ad faciendũ arrestũ nobis sufficiat,hrdẽ debitorẽ esse,aut ꝙ debitore reputari.d.§.hrs.nõ obstãtib etiã illis quæ scribit Ioan.Papon.ad consuetudines Borbon.tit. des executions.§.106 Ex quo nata est quæstio,vtrũ clericus hæres laici coram iudice ecclesiastico conueniri possit:qua de re latissimè disputat Didacus Couar.lib.practi.quæstio.cap.8.& Rodericus Suarez d.loco,nu.4.quem,si libet,vide.

Quinimmo etiam si hæres minor sit 25.annis, nihilominus (vt existimo) arrestari bona eius possunt;sed an ipsemet arrestari possit,inferius dicemus.Ratio aũt q̃ me mouet, hæc est, ꝙ executio põt mortuo testatore fieri in hæredem, & si iste hæres fuit minor,põt nihilominus fieri executio in bonis quæ a defuncto ad eũ peruenerũt.l.pupillus.iuncta gl.in §.sed & si creditor. ff.de auctor.tut.l.j.C.qñ decre.nõ est op. Et cũ minor curatorẽ nõ habẽs,ipso iure ex cõtractib.suis obligetur.l.si curatorem.C. de ĩ integ.resti.& nisi soluat,aut bonis cedat,in carcerẽ cõiiciat. l.cũ & filij.C.q bon.cede.pos.& quæ ibi notãt Dd.nihil dubito, qn etiã arrestari & detineri possit,iuuãte creditorẽ cõi iuris regula,ꝙ cui licet,qd plus est,vtiq; ei id qd minus est, licere dẽt, c.cui licet.de reg.iur.ĩ 6.Et qd amplius est, arbitratur Iason cõsil.88.inci.In præsenti.vol.3.nec Fiscũ qdẽ, & eũ q a Fisco cãm hẽt successionis,immunẽ esse. Sed cũ de executione effusè & generaliter loquatur,dubito an in materia arresti eo iure vtatur Fiscus,de quo etiam paulò inferius latius dicemus.

Porrò aũt successorẽ debitoris sisti,vel arrestari posse, nõ est indistinctè & semper uerum.Sunt eñ pleriq; casus, quib.id nõ licet.Principio eñ locũ nõ habet infra tẽpus conficiendi inuẽtarii de bonis defuncti:qa intra illa tẽpora a creditorib.vel legatariis cõueniri nõ põt,etiamsi aduersus defunctũ ĩnia lata fuerit.l.fi.§.donec.& §.& si præfatã. C.de iur.delib.Bal.ad l.ait p̃tor. §.si qs.ff.de procu.Ias.ad §.fuerat.nu.61.Insti.de act. Boerius decis.10.nu.3.Chassan.ad consuet.Burg.rubr.des successions. rub. 7.§.14.nu.9.Bal.ad l.ꝓ diuersas.q.10.C.mand.Corneus cõsi.221. lib.4.Præses ĩ loco a rõne legis scrip.col.4.Rebuff. ad ord. Reg. To.j.arti.9.gl.2.num.8.etiã si hæreditas sit locupletissima,& notoriè sit soluẽdo.Bal.ad d.§ donec.& §.cũ igitur.Idq; ꝓp occupationẽ quã habet in inuentario conficiendo, teste Roder. d. loc.nu.5.in fi.latius verò Augustin Beroius q.57.inci statuto. respondet,statutũ de arrestãdo & capiendo debitorẽ, p̃ hrdẽ,sub bñficio legis & inuentarij,locũ non habere, sed via ordinaria p̃ eundem ꝓcedendum esse, vt per Imo.ad l.4.§. si p̃tor.ff de dãno infect.Et si p̃ hæredem tale qd tentatum esset,processus,sententia,& oĩa acta essent ipso iure nulla, vt idẽ Beroius ait. Sed hoc nõ procedit in hẽrede conuento,vt restituat vsuras,qñ defunctus iussit eas restitui,vel cauit fm formam tex. in c.quãuis. de vsur. lib.6.nam tunc propter periculum animæ,quæ reb.omnibus longè præferenda est,restitutio non debet differri, vt in l.sancimus.C.de sacrosan.eccle.c.cũ infirmitas.de pœnit.& remis.& hanc limitationem ponunt Dd. in d.§. donec. præcipuè Iacob.de S.Geor.nu.2.Philipp.Corne.num.1. Suarez in d.l.post rem iudicatã.in j.extensione.nu.6.fol.132.col.1.ff.de re iudic.& ideo datur dilatio,qa omnib.remanet ius suum saluum: quod in isto casu non esset,cũ aĩæ detrimentum iam illatum, nõ per hoc postea tollatur,arg.l.tutor q repertorium,in prin.ibi,vel si id quod dilationem modicã expectare nõ posset.ff.de administra.tuto.& pium defuncti propositũ sine vlla cunctatione adimpleri conuenit.l.nulli.C.de episcop. & cleri.

Secundò non procedit,quoties hęres inquietaret alios ex cã hæreditatis; nã tunc potest recõueniri ab eo, quẽ ipse prior cõuenit,arg.tex.in l.2.in §.sed si agant.ff.de iudic.& in auth.consequenter.C.de sen.nisi illos conueniat hrs necessitate cõpulsus, puta qa debitores hæreditarii cũ pecunia fugiebant, quos fecit capi,vel domus vicini minebatur ruinam super domũ hrditariã,vnde petat cautionem damni infecti, vt ĩ d.l.2.§.sed si agãt. Ita expresse tenet Ang.in eod.§.sed si agant.nu.3.& idem Ang. vbi dicit ita se vidisse facto practicari,& iudicari, in l.j.§ hæc stipulatio:vers.tertiò fallit.ff.si cui plus quam per l.Falci.quem sequitur ibi Ioann.de Imo.num.10.Philipp.Corn.in d.§.donec. num.2.& Rodericus loco mox citato,nume. 8.

Tertiò locum non habet,quoties petitur aliquid ab hęrede pro impensa funeris; tunc enim non opponit de inuentario. Ita expresse tenet Ange.in d.l.j.§.hęc stipulatio, nu.16.quẽ seq. Phili.Cor.ĩ d.§.donec.nu.2.qd & ibi Iac.de S. Geor.nu.1.ꝓbat.

Quartò fallit qñ conuenitur hæres pro legatis piis, nõ ferentib.dilationẽ,vt sunt alimẽta pauperũ, q interim fame perirẽt, vt expresse tenet Ang.in d.§.hæc stipulatio.nu.16.vers.secundò fallit.qd dictum sequitur ibi Io.de Imo.nu.10.vbi dicit se ita vidisse practicari. Eandem opinionem tenet Philip.Corn.in d.§. donec.nu.2.Iac.de S.Geor.nu.1.Bar.de Chassa.in cõsuet. Burg. in tit.des successions.§.14.col.1.nu.9.fol.281.In his enim in quibus ius suum cuique saluum & integrum esse, ac manere potest,non in his quæ moram non admittunt, cõcessa est dilatio. l.tutor.ff.de auct.tutor.Roderic.d.loco in j extensione.

Postremò restringitur,quoties conuenitur hęres rei vendicatione,quia tunc conuenitur vt quilibet possessor,non vt hæres,vt in d.l.de eo.§.pen.ff.ad exhiben.Ita expresse tenet Odofred.Guil.de Cuneo,Bal.Salyc.Pau.de Cast.& ibi Philip. Corn. nu.1.Iaco.de S.Geor.nu.1.Ang.in d § hęc stipulatio.num 16.& ibi Ioan.de Imo.num.18.Roderic.Suarez.in loco supra allegato,num 7.Iason consi.88.lib.3.Socyn.regu.135.fallent.

Secundò arrestari vel conueniri successor non potest, quando est successor ex conuentione.Nam quamuis regulariter hæreditas pacto dari non possit.l.stipulatio hoc modo.ff de verb. oblig.excipiuntur tamen casus nonnulli,vel fauore militum,l. licet.C de pact.vel in gratiam matrimonii contrahendi.Zas.& alij ad d.l.stipulatio;& his ijsdem casib. hæres eiusmodi in debitum hæreditarium non succedit: qñquidem nõ iure hæreditario,sed ex pacto & cõuentione succedit. Mant.in sua prax.rub. de execu.§.item quæro.col.2.Ego verò hic subsisto, & de ea restrictione admodum dubito;quia pacto huiusmodi licèt ex cõuentione nascatur,facit tñ sæpe eum qui sic pactus est, hæredẽ esse.Quid enim si de maxima parte bonorum inita sit, nullusq; alius hæres instituatur minima parte bonorum legatis exhausta? Rursum verò aperta esset via fraudib. si hac ratione onus æris alieni liceret euitare.Memini mulierem quandã inter viuos facta donatione,sibiq; rerum omnium possessione seruata, ita cũ nepote suo conueniisse,vt oĩa eius bona mobilia haberet post eius mortem,nulliq; creditorum obnoxius foret, cùm tñ in eo loco,vbi id factum fuit,apprehensor bonorum mobiliũ ad exolutionẽ æris alieni teneatur.Consultus cũ aliis quibusdã respondi,ob præsumptam fraudis cõiectionem, nepotem illũ stipulatorẽ,ab æris alieni præstatione immunem nõ esse: quia alioqui facilè deciperentur creditores, nisi haberent hypothecã.Interim verissimum esse puto, ꝙ si inter maritũ & vxorem conuenerit in contractu antenuptiali,ꝙ vxor habebit præmoriente marito mediam,vel aliquam partem bonorum, absque vllo onere æris alieni; eo casu ipsa quidem creditorib.obnoxia erit;sed cogentur hæredes mariti aduersus eosdem creditores eandem vxorem indemnem conseruare, atque defendere.In qua opinione etiam videtur fuisse Chassa. ad consuetu. Burg. Rubri.des droictz & app.des gens maries.§.10. Eodem modo accipiendum puto,quod dicitur.in eum qui hæreditati renunciauit executionem non dari,vt scilicet procedat, si nunquam aliàs hæreditatem adiit:nam si adiit & vendidit,certè vt a creditoribus conueniri,ita etiam sisti potetit, iure suo aduersus emptorem hæreditatis saluo.l.ratio.C.de hæred. vel actio. vend.

Singularis quoque successor,& qui hæres non est,non ex ꝓmissione seu debito defuncti,qua minimè ligatur, sed tantum vt rei mobilis alienæ possessor arrestari potest.l.j.§.si hęres.ff.ad S.C.Trebellia.l.fina.C.de hæredi.actio.Et in his,in quibus singularis successor,cuiusmodi est legatarius rei alicuius, paratã executionem habet,sicut defunctus ipse haberet,prout semper habere videtur,Bald.ad l.ex legato.C.de legat. Rodericus d. loco, in j.extensione,num.12.in fin.in iis etiam casibus è conuerso sisti potest Dd.ad l.si debitori.C.si aduer.cred.præscript.glos.ad l.

ea lege.

Source : BIU Cujas

ca lege. C. de condict. ob cauſ. Iaſon ad l. quædam §. nihil intereſt. num. 7. ff. de eden. & in l. ait prætor. num. 10. ff. de iureiur. & ad l. ſi vnus. § ante omnia. num. 5. ff. de pact. & ad d. l. j. §. ſi hæres. num. 4. Et ideo poſſeſſor bonorum hæreditatis via executiua conueniri non poteſt. Bar. ad l. controuerſia. nu. 7. ff. de tranſac.

11 † Quod de hærede debitoris diximus, idem in debito debitoris noſtri locum habet: Quia licet debitor debitoris, quem creditor ex contractu vel quaſi contractu obligatum non habet, detineri & arreſtari non poſſit, vt notat Romanus conſil. 224. incip. Iſta captura, ſed executio ſententiæ contra debitorem latæ, ſubinde aduerſus eum mandatur executioni. l. 2. C. quando fiſc. vel priuat. Id quod latè & elegãter explicat Rodericus Suarez ad l. poſt rem. cap. inci. Secundò quæro. ff. de re iud. poteſt tamen creditor, id qđ ſuo debitori ab alio debetur, arreſtare vſq; ad quantitatem debiti concurrentem. Rebuff. ad conſtitu. reg. To. j. tract. de liter. oblig. artic. 12. gloſ. vnica. num. 22. etiamſi de debito non conſtet ilico per literas, ſed poſtea intra breue tempus, de quo mox dicemus, cõſtare poſſit. Pyrrhus ad conſuetud. Aurelia. tit. de execut. ex locat. cap. 9. arg. d. l. 2. C. quando fiſc. vel priuat. l. hęres. in fi. ff. ad Trebell. & debitorem debitoris, auctoritate iudicis, ad certum aliquem diem citare, vt veniat ſi velit, & audiat rationes arreſti proponi, beneq; ac iuſtè factũ eſſe declarari. Tum verò, vt d. art. 6. glo. 3. num. 64. tradidit Rebuff. vbi in iudicium venit, interrogatus an & quantum debeat, vel an res debitoris eiuſmodi, & quas res detineat quod & ſub iuramẽto dicere cogitur: ſi ſe aut debere, aut detinere confitetur, præceptum ei fiet, ne cuiquam ſine iudicis aut creditoris voluntate tradat, neve debitori ſoluat, quod deinde principali debitori ſignificatur, dieſq; ei dicitur; quo die ſi compareat, & iuſtã cauſam non alleget, cur arreſtum ſuſtineri non debeat; Iudex ex ea pecunia ſic arreſtata creditori ſoluendũ eſſe decernet, ſeu aliàs rem illam diſtrahi, & diſtractæ rei pretiũ dicto creditori numerari præcipiet. Propius verò ad noſtros mores accedens Mãſuerius in ſua dicta praxi, titu. de execu. colum. 7. verſ. Item ſi creditor, aſſerit: ꝙ poſtquam creditor pecuniam debitori ſuo debitã arreſtauerit, ſufficit vt præceptum fiat debitori ſub pœna, ne debitori ſoluat, vel res eius dimittat. Et hic quidem ſi rurſum debitori ſuo hoc ſignificauerit, ipſe à creditore ſuo ad ſoluendum, arreſto prius amoto, compelli non poteſt, quamuis à creditore creditoris ſui arreſtante vrgeri poſſit ad pecuniam illam debitam apud iudicem deponendam: ne alioqui eadem difficultate ab eo conſequatur pecuniam arreſtatam, qua debitum ab ipſo debitore aſſequi non potuit. Gaudent enim, & ſæpe etiam procurant debitores, vt, quo facilius moram ſoluendi trahant, pecunia, quam debent, apud ipſos arreſtetur. Cum verò eam pecuniam petente creditore depoſuit, vel non petente creditori ſuo non ſoluit, etiam ſi ad certum diem ſub pœna & addito iuramento ſoluere promiſiſſet, non tenetur, quia iuſſus iudicis & a mora, & a pœna, & a periurio excuſat. l. nõ videtur. §. qui iuſſu. ff. de reg iur. l. fin. ff. de leg. commiſſ. Rebuff. d. loco. Lucas de Penna ad l. vnic. C vt nullus ex vicar. lib. 11. Practicus Ferrar. in forma ſequeſt. ſeu ſaxim. colum. penul. Barto. & Dyn. ad l. creditor. ff. de ſolu. Anchar. conſi. 64. Deci. conſi. 25. Iaſon conſi. 26. li. 3. deciſ. Neap. 150. Barbat. conſi. 29. lib. 3. Cumanus cõſi. 185. Caſtrenſ. conſi. 285. lib. j. præterquam ſi debitor debitoris (quod, vt dixi, ſæpe fit) ex malitia & improbitate ſua, impedimentum iſtuſt arreſti ſollicitauerit. Felyn. ad c. fin. de teſt. & ad c. fin. de foro competen. arg l. & qui data. ff. ex quibus cau. maior. Barb. cõſi. 56. lib. j. Hieronymus Cag. ad d. §. qui iuſſu; vel ſi tam notoriè videatur arreſtum eſſe iniquè aut perperam factum, vt nullo iure defendi, aut ſubſiſtere queat, teſte Dęcio ad d. §. qui iuſſu. & latius Iaſon d. conſi. 26. libr. 3. Arreſtata verò hæc pecunia cum fuerit, dies dici debitori principali debet, vt compareat, & ſe ſi velit, rationibus arreſto proponendis opponat. Et quamuis ſint qui exiſtiment, cogere hunc poſſe ſuum debitorem, vt ſoluat, interpoſita cautione indemnitatis aduerſus creditorem arreſtãtem, argum. l. pecul. C. depoſ. l. is a quo. ff. de rei vend. Iaſ. ad l. nõ ſolùm. §. morte. num. 28. ff. de op. no. nunciat. Cõtrarium tamẽ d. loco tenuit Rebuff. qui ea in re. Paulum Pariſ. conſi. 107 libr. 3. ſequacem habere videtur, præcipuè, cũ in facultate arbitrioq; eius poſitum atque collocatum ſit, iuſta ſatiſdatione omnem facti arreſti vim diſſoluere. Quid igitur, ſi debitor debitoris ſe verum debitorem eſſe negauerit? Sanè nõ poteſt creditor plus iuris aduerſus debitorem ſui debitoris habere, quàm haberet ipſe primus debitor, idemq; debitoris ſui creditor. Ideoq; in primis probare debitum oportebit. l. ſi debitum. C. quando fiſc. vel priuat. glo. ad l. 2. eodem titu. Roder. d. l. poſt rem. cap. inci. Secũdò quæro. fol. 675. Doct. ad l. a diuo Pio. §. ſic quoque. ff. de re iudi. Quòd ſi verò res debitoris occultauerit, & ſe eas habere negauerit, iuſtis remediis huiuſmodi impudentia coercebitur, legitimasq; mendacij ſui pœnas feret. De quibus inferius latius dicetur.

12 † Dico præterea etiam Factores & Inſtitores mercatorũ arreſtari poſſe: quia certum eſt, quòd ex contractibus a ſe etiam nomine dominorum ſuorum initis, conueniri poſſunt. l. j. in verb. ipſum tamen inſtitorem, vel dominum eius cõuenire poterit. ff. de Inſti. actio. & l. j. §. eſt autem. ff. de exercit. actio. De qua re eleganter loquens Alciat. ad l. ſi inſtitorem. ff. ſi certum peta. ita ait. Sed an ex re in qua præpoſitus eſt inſtitor, ipſe quoque teneatur? & durante officio traditum eſt, debere eum ſolutionẽ procurare, & ideo tãquam inſtitorem teneri. l. & ſi quis. §. pen. ff. de Inſtitu. actio. Vnde finito officio conueniri non poterit. l. fina. eodem titu. Idq; ſiue inſtitorio nomine expreſsè contraxerit, ſiue ſimpliciter ex ea tamen cauſa, in qua appareat non eius contemplatione contractum eſſe. l. poſt mortem. ff. de admini.

13 tutor. Tu ea de re vide latè Doct. ad d. §. eſt autem. Immo † eodem loco idem eſſe dicit de procuratore alterius, & eo, qui alieno nomine contraxit. Nam ſicut a Domino arreſtari & conueniri poteſt, vt actiones quas acquiſiuit cedat ei, l. poſſeſſio quoque. §. fin. ff. de acquir. poſſ. l. ſeruum filii. ff. mandat. ita quoque ſubinde ab eo cum quo contraxit, rectè conuenitur, & per conſequens iuſtè arreſtatur, veluti cum ſe ſuo nomine obligauit. l. procurator qui pro euict. ff. de procurat. cum illius ſolis fidem ſecutus eſt contrahens, aut ſi dominus ei ſatisfecit: nam cũ pecunia ad eum iam peruenit, æquum eſt creditoribus eum ſolue re, & directas actiones aduerſus eum intendi poſſe, ſecundùm notat. in l. j. C. de actio. & obliga. & vide Socyn. conſi. 18. lib. j. & Caſtrẽ. Coſtaliũ & alios ad l. Plautius. ff. de pcu. & ad d. §. eſt aũt.

Quid autem dicendum ſit de tutore aut curatore, proximo capitu. declarabimus.

14 † Clericos quoque debitores arreſtari poſſe exiſtimo? Nam in his quæ pertinent ad proceſſum, etiam in foro eccleſiaſtico ſeruatur conſuetudo laicorum. c cum veniſſet. in verb. vellent procedere. de eo qui mit. in poſſ. Et cum eiuſmodi ſtatutũ vel conſuetudo nihil turpitudinis habeat, pertineatq; ad abbreuiãdas lites bono publico, etiam a clericis ſeruari conuenit, c. conſtitutus. de in integr. reſti. gloſ. in l. ex ea. ff. de poſtu. Raphael Cuma. conſ. 41. & 83. & Philip. Franc. ad c. ſeculares. num. 3. de foro competen. libro 6. ubi dicit, ꝙ licet conſuetudo non porrigatur extra territorium, cum ſit localis. c. j. de conſtitu. eodem lib. porrigitur tamen bene ad aliud forum in eodem territorio, & ſic (inquit) conſuetudo laicorũ probat contra clericos in omni foro, dummodo detur competentia iudicis. Ideoq; Barto. ad l. cunctos populos. colum. 8. verſicu. hoc præmiſſo. C. de ſumma trinita. reſpõdet, ꝙ cum ex ſtatuto ciuitatis inſtrumentum meretur paratam executionem, poterit laicus in foro eccleſiaſtico eiuſmodi inſtrumenti executionem aduerſus clericũ poſtulare: quod & Rodericus quoque voluit d. loco. in 3. ampliat. quantumuis ad d. l. cunctos. diſſentiat Bal. Sanè in clerico de fuga ſuſpecto dubium non eſt, quin ex mandato iudicis eccleſiaſtici detineri poſſit, teſte Franciſ. Ripa lib. j. de leg. reſponſ. 13 & ad c. j. de iud. cum etiam. quod amplius eſt, a laico ſi fugitiuus iã ſit, rectè capiatur. Panormi & alii in c. cum non ab homine, eodem titu. Barto. ad l. ſi quis in ſeruitute. ff. de furt. Hippol. ſingul. 43. incip. Debitor. Iaſon in § j. de actio. & in materia arreſti. Rebuffus d. arti. 6. glo. 3. circa fin. verſicu. Quintò amplia. Rodericus d. loco, in tit. de emplagamientos. num. 48. & 49. nullaq; fori præſcriptio in huiuſmodi neceſſitate opponi ſeu allegari poteſt. Iaſon ad l. 2. num. 15. 16 & 17. ff. de iuriſdictio. omn. iudic. & ad l. ſi arbitro. num. 9. ff. qui ſatisdat. cog. idem in prouiſionalib. executionibus & namptizationibus dici ſolet, quia vt laicus, ita etiam clericus, ad prouiſionem, ſeu (vt vocant) namptizationem condemnatur, teſte Rebuffo d. Tomo j. in procemio, gloſ. j. num. 69. præcipuè quòd huiuſmodi prouiſio, non tam deciſionem cauſæ, quàm ordinem procedendi ſapiat; qua de re etiam Imbert. Inſtit. foren. lib. j. cap. 24. & lib. 3. cap. 7. quædam annotauit. & etiam Ioannes Beſſian. ad conſuetu. Auer. titu. j. artic. 8. dicens quòd ſecundùm ſtilum Curiæ Parlamenti, ſi clericus eſt obligatus per literam manu ſua ſignata & ſigillo ſuo ſigillatã, poteſt conueniri coram iudice ſeculari, & tenebitur cognoſcere vel negare, & ad vlteriora in cauſa procedere, quamuis actio ſit mere perſonalis; & ſi condemnetur, executio fiet in bona tẽporalia eiuſdem. Quam tamen conſuetudinem, & multas aliàs ſimiles, non poſſe iure ſatis defendi puto, vt quæ libertati eccleſiaſticæ plurimum aduerſantur, & proinde non valent apud iuſtos & Catholicos iudices qui timorem Domini habent, auth. caſſa & irrita. C. de ſumma trinita. licèt valeant apud eos, apud quos quicquid libet licet, & qui eccleſiam oderunt, eamq; principibus ſecularibus libenter in omnibus ſubiicerent, confuſionem paſſuri in magno illo die, cum ad iudicandum eos venietur, cuius ſponſam nunc contempſerunt, & iniuria affecerunt. Et quamuis ſtatuta & conſuetudines laicorum debeant etiam in curia epiſcoporum obſeruari, intelligitur tamen quòd ſeruantur, nona iudice laico contra clericos, ſed ab epiſcopo contra clericos, & ſi libertati eccleſiaſticæ non repugnent, ſed iuſtitiæ & æquitatis rationem habeant, vt notat Boerius ad conſuetu. Bituricen. titu. des iuges & leur iuriſdict. §. 11. in princip. ſicut & contra clericos tunc a iudice ſeculari ſeruari poſſunt, quando clerici tanquam actores in iudicio ſeculari contra laicum procedunt, iuxta notata per Rebuffum in

Tomo

Tomo j.in præfat.nu.62.cũ ſeq.& Guil.Bened.ad c. Raynutius. ad verb.& vxorem.deciſ.2.num.125.cum ſeq.de teſtam. His rectè adiicias,quod Ioan.Fabri ad §.is quoque.num.3.verſic. quid ſi ſit clericus,Inſtit.de act.reſpondet, ꝙ ſi clericus ſe obligauit ad arreſtum pro debito ciuili,valet obligatio,arreſtumq́; tenet; ita tamen vt in curia eccleſiaſtica, non in ſeculari detineatur: detentus verò,neque carceri mancipetur, neq; vinculis alligetur.Quam Fabri opinionem & Guido quoque q.81.ſecutus videtur,quod & Boerius quæſt 349.num.11.col.antepen.probat. Et licet Rebuffus ad ord.reg.Tomo j tit.de liter.oblig.art.2.gl. j.num.11.dicat,quòd hodie ſi clericus fuerit ī perſonam obligatus,poteſt a iudice ſeculari comprehendi,& ad carceres epiſcopi duci,& ibi detineri,non video tamen id vlla lege aut ratione probari poſſe,niſi iudicis eccleſiaſtici copia haberi non poſſit:Nam tunc,vt ſuperius dixi,ſi eſt euidens periculum fugæ,iudex alioqui incompetens poteſt perſonam ſibi non ſubiectam detinere,vt eum ſuo iudici deinde tradat §.audient.in authent. de defenſ.ciuitat.Innoc.in c.vt famæ de ſent.excom.Concludo igitur ī hoc articulo,poſſe clericos detineri & arreſtari, ſed auctoritate iudicis eccleſiaſtici dūtaxat,niſi copia illius haberi nō poſſit,& periculum ſit in mora.Idem dico de bonis eorū mobilibus,quia ſicut in illis à iudice ſeculari executio ſnīæ fieri nō poſſit,ſed bene a iudice eccleſiaſtico,ideo quod ſequuntur perſonam,& ſic priuilegio perſonæ vti debent.c.eccleſiarū ſeruos. 12.q.2.glo.in c.fin.de vita & honeſt.cler.Rebuff.ī terminis d.arti.2.gl.j.nu.106.etiam ſi non haberent niſi clerici illa bona mobilia,vt ipſe ait;Ita quoque non puto in his fieri poſſe arreſtationem.Excipit tamē idem Rebuffus aliquot caſus ibi,nu.119. in quibus putat,bona mobilia clericorum a iudice laico ꝑ executione capi poſſe:vt ſi nō clericaliter,ſed more mercatorū in ijs bonis verſentur; ſi fructus ſint in fundo pēdentes &c.quem vide.Et in terminis noſtris,ꝙ iudex ſecularis bona mobilia clerici arreſtare non poteſt, tenet & conſuluit Iuſtinus Goblerus conſi.incip.Cum ſatis conſtet.

15 † Sed & teſtes,vt teſtimonium dicant,Tabelliones,vt inſtrumenta exhibeant,Apparitores,Nuncij,& Executores vt executionis teſtationem præbāt,ſiſti atque arreſtari poſſunt. Imbert. libro j.Inſtitu.forenſ.c.j.Rebuffus ad ord.reg.Tomo 3.tit.de citatio.arti.2.gl.4.num.19.& tradunt Doct.ad titu.de teſtib.cog. Bal.& alii ad l.quibus diebus in princ.ff.de condi.& demonſtr. Quomodo & Domini de Rota deciſ.90.inci.Iudex in no.decidunt,ꝙ iudex appellationis a grauamine poteſt literas arreſtare,& teſtes abfuturos recipere,propter periculum, & c quoniā. extra.vt lit.non conteſt.& valebunt eiuſmodi atteſtationes ſic receptæ coram iudice a quo eſt appellatum, ſi pronuncietur ꝑ eum bene proceſſum eſſe,& malè per partem appellatum. & extra deciſio 572.incip.Primò,in antiq.etiam de literarum arreſtatione,quam vide.

16 † Poteſt etiam litigans arreſtari,vt reſpondeat libello, ſi perſonalis ſua reſponſio deſideretur, vt decidit Iacob.de Beluiſo in repetitione c.Romana.§.contrahentes.in ſeptima & vltima oppoſitione.de foro competen.lib.6.& Bald.ad l.j.C.de lit.con teſt.per c.fin.& ibi gloſ.& Doc.de foro competen. Id quod tamen limitant Domini de Rota deciſ.31.inci.Voluerunt.in no. hoc pacto.ꝙ reus de Curia receſſurus non poteſt arreſtari, nec compelli ad reſpondendum interrogationibus principale negocium tangentibus,niſi poſitiuè dentur per modum articulorum,& in ſcriptis.Et ideo deciſio 394.inci. Si ſuſpenſo,etiam in no.dicit ꝙ litigans in poſſeſſorio,de Curia receſſurus, arreſtari poteſt,donec reſpondeat articulis ſuper petitorio per reū datis,cuius reſponſio tunc poſſeſſorio nō præiudicat, maximè interueniente proteſtatione; & idē econtrà,ꝙ quando intenta tur poſſeſſorium,poteſt actor per reum arreſtari, vt de Curia non recedat,niſi reſpondeat articulis per ipſum reum productis,ne probationum copia pereat, tenet Milis in ſuo repertorio,ad verb. Poſſeſſorium. & Domi.Anton.ad ca.paſtoralis.de cauſ.poſſeſ.

17 † Adde ꝙ ciuis pro debito ciuitatis detineri, ſiſti & arreſtari poteſt,quando ciuitas ſe & ſuos,ſuaq́; & ſuorum bona (ſicut fieri ſolet) ſolenniter obligauit,neque ſolum pro rata & portione ſua arreſtari poterit,ſed pro debito vniuerſo.laſo. Fran.a Ripa & alii ad l.4.in initio.ff.de re iud.& ad l.ſi is qui bona nu. 7.ff.de pig.& hyp.Doc.ad l.ſicut.ff.quod cuiuſque vni no. Nam quòd plerique exiſtimant, vnumquenque cenſeri pro ſua parte obligatum,niſi aliud ſit expreſſum;reſpectu ciuium inter ſe, non reſpectu creditoris verum eſt; Scire enim creditor nūquā poſſet,quota cuiuſque ſit portio;neque etiam illud in contrahendo actum ſeu cogitatum fuiſſe dici poteſt,planeq́; vſus arreſti ſic tolleretur, & particularis hæc præſtatio plurima ſecū incommoda ferret.l planè.ff fami.erciſcū.Porrò autem,quod ita arreſtatus vel detentus præſtitit,damn.q́; quod accepit æſtimationem ac refuſionem,a communitate,vel ciuitate recuperare poteſt,vt teſtatur Laurentius Syluanus conſi.35.nu.8.li.j.Car.& alii ad l.nam Seruius.ff.de neg.geſt.& ad l.2.§ ſi.ff.de verb.obli. Panor.conſi.21.incip.in quæſtione,lib.2.& con.160.lib.j. Non me latet,ꝙ D.Henningus Goden conſi.34.nu.33.fusè admodum ſuſtinet, ciues alicuius ciuitatis pro debito eiuſdem capi,detineri,vel incarcerari a creditorib.ciuitatis non poſſe; ſed opinionis illius in hoc articulo iuſta defenſio eſſe non poteſt, tum ꝙ morib.noſtris cōtrarium ſeruetur: tum ꝙ non videatur loqui,quando res & bona ſingulorum nominatim creditorib. obligata & ſuppoſita fuerunt.Porrò aūt quemadmodū res iſta vtilis eſt & quotidiana,maiorem deſiderat explicationē. In eo enim conueniunt plerique,ꝙ ſi villa aut communitas alicuius loci nō habeat burſam communem,poteſt talis communitas imponere collectam,& ſoluere illis,quib.tenetur, ſm Doctor. ad l.j ff.quod cuiuſque vniuer.no.& Spec.de execu ſent.§ ſequitur.verſ Quid ſi vniuerſitas.Et executores deputati ad talē collectam ſeu talliam (ita enim loquuntur interpretes) poſſunt capi & conueniri,lapſo termino eis dato ad exigendum & ſoluendum:vt l.j.ff.de munerib.& hon.Id qđ ſequitur Guido Pap. q.87.incip.Si villa.limitans hoc tamen ſic,ꝙ licet diſputari poſſet,an villa,ciuitas,vel communitas hoc poſſet ſine auctoritate ſui ſuperioris,de quo per Barto.in l.j.C.de mulier.tamen ſepoſita iuris diſputatione,de conſuetudine & de facto ciuitates, villæ,aut communitates,non poſſunt indicere collectam,ſiue pro eorum neceſſitatib.ſiue ꝑ publica collecta ſine auctoritate Curiæ,Parlamenti,aut ſuperioris, & ſi contrarium faciunt (inqt) inqueſtantur,& arbitrio iudicantis puniuntur,& dicit ſe ſemp vidiſſe ita obſeruari in praxi.Rectè dicit de conſuetudine aut facto;quia iuris deciſio in eo articulo eſt anceps & varia, vt licet videre ex deciſ.Capell.Tholoſ.q.347.Bellono conſil.28.nu. 11.Aymo de antiq.tempo.parte 4.c.inci. Circa præmiſſa. Capitio deciſ.Neapol.noua.148.& latiſſimè ex Egid. Thomato, in lib.de collectis.c.inci.Retenta ꝑxima diſcuſſione.vbi dicit hoc onus imponi poſſe,vt exoluātur debita, pro vtilitate & neceſſitate publica contracta,& in c.præcedenti, nu.33. dicit ſufficere,ſi hoc poſtea notificet Principi,& ab eo impoſitio, aut onus hoc confirmetur,ſi fortè illius conſenſus antea haberi non potuit:Sicut Hoc Louanii habere non potuit,cum Princeps Auriacus valido exercitu Louanium obſideret, & ciues ad ſedecim millia florenorum pro compoſitione & redemptione cogeret,Anno domini 1572.menſe Septembri Sed hanc quæſtionem ita hoc loco delibaſſe ſatis eſt;Illud verò propius huc ſpectat; An is qui deſiit eſſe ciuis,& aliò domicilium ſuum tranſtulit,pro debito ſuo tempore cōtracto arreſtari & conueniri poſſit,vel econtrà,an is qui tempore contractus non fuit ciuis, ſed poſtea incipit eſſe ciuis,poſſit conueniri & arreſtari pro debito ante ſua tempora contracto? In tractatu meo de reparandis eccleſiis.c.10.aliquid de hac re dixi Sed ibi locutus ſum non propriè de iſtiuſmodi debito per ciuitatem, aut communitatem contracto,ſed de collecta vel gabella ſubditis impoſita. Ad ꝑpoſitam tamen quæſtionem exiſtimo eſſe reſpōdendum cum D.Henningo Goden conſi.34.inci.Cōſules duodecim.nu.32. verſi.inci.circa hanc compoſitionem,ꝙ ſi ciuis,qui fuit ciuis tē pore debiti contracti a ciuitate recedat,poteſt non obſtante receſſu pro debito ſuo tempore legitimè contracto arreſtari, aut detineri.Sufficit enim ꝙ cauſa,propter quam debitum contractum fuit,habuit originem illo tēpore,quo ille erat ciuis, & qđ tunc contractum fuit Bar.ad l.incola.ff.ad municip.Specula.in tit.de cenſ.§.nunc dicendum.verſ.ſed quid erit. Econtra (inqt ille) ſi quis tempore debiti contracti ciuis nō erat, detineri nō poteſt,niſi tunc illic habuerit bona,ex quibus debitum ſoluendum quoque fuerat,quia de illis indifferenter tenetur tam veniens quàm recedens,argu.l.2.& authen.ibi poſita.C. ſine cenſu vel reliq. Id quod plurimum obſeruandū & notandū eſt, ſi in praxi obtineri poſſet; Vſus enim arreſtorum latè nunc paſſim extenditur,ſtidemusq́; paſſim etiam eos arreſtari pro debito ciuitatum,qui tempore contracti debiti in ijſdem non habitauerunt;quod an conſenſu populi receptū ſit,an potius ignoratione iuris ab arreſtatis non propoſiti fiat, dubito. Et pro hoc vſu facit conſi.Caſtrenſ.455.incip.Viſis.lib.j.vbi dicit, quod iuris eſt de ipſa cōmunitate,idem eſſe dēt de hominib.q poſtea dictæ cōmunitati adiiciuntur, quodq́; cōitas eſt quædam vniuerſitas,iurisque recipit augmētum & diminutionem, & ideo pacta cū ea facta extendunt ad illos, q de ipſa poſtea efficiunt, cum ſemper eadem eſſe dicatur;videnturq́; ea conditione eſſe recepti,vt pari iure vtantur:& puto ꝙ ita in dubio pro hoc vſu iudicaretur.Pro priore tñ opinione facit id quod no.Bal.conſi. 47.incipien.ad euidentiā.li.3.nu.4.ꝙ ſyndicus ſiue adminiſtrator ciuitatis non poteſt obligare eos,qui tēpore contractus nō ſunt de ipſa vniuerſitate.vt C.de decurio.l.prouidendum li.10, & hoc eſt verum,inquit, ꝙ non poteſt eos obligare tanquam ſingulares perſonas; quia cum inſpiciatur tempus contractus. l.ſi filius.ff.de verb.oblig.& tempore contractus iſti non erant de vniuerſitate,& obligari non potuerunt tanquam particulares perſonæ.l.ſi vnus.§.ante omnia.ff.de pact.

Quid igitur ſi poſteaquam ciuitas aliqua ſe pro debito aliquo obligauit ſola,poſtea Status patrię,aut tota ꝑuincia ſe obligat ꝑ eodem debito? Reſpō.nihilominus adhuc poſſe pro illo

debito

Source : BIU Cujas

debito ciues illius ciuitatis conueniri, niſi nouatio intercedat, qa & ipſa quoque in ꝓuincia eſt. Et in ſimili decidit Bal. ad l. ſi tibi homo. §. ſi teſtamento. ff. de leg. j. ꝙ ſi ꝓ aliquo debito eccleſiæ ſoluendo Papa imponit collectã vni communitati, deinde verò gñaliter toti Prouinciæ, eſt in poteſtate creditoris, vtrum ſpeciali, an generali impoſitione vtatur, quia neutra derogat alteri, argu. d. §. ſi teſtamẽto. vbi grauamẽ gñale nõ liberat grauatum ſingulare, niſi ſolutione legati ſecuta, & ſequitur ibi Iaſon num. 14. & alij cum eo.

18 † Sed de eo dubitari poſſet, quid addẽdum ſit, ſi debitor & is qui arreſtatur in re quæ arreſtari debet, portionem aliquã indiuiſibilẽ duntaxat habuerit? Nihil referre aſſerit Rebuffus, d. ar. 6. gl. 3. num. 33. nihilq; impedire exiſtimat, quò minus rõne partis tota arreſtetur: ita tamen vt arbitror, ꝙ iſtiuſmodi debitor ſuo ſocio de dãno ipſius in altera parte accepto teneatur. In ſimili eñ receptum eſt, animal alterius publicari, & fiſco aſcribi ſubinde poſſe, ſed ſuccurritur eo caſu dño animalis, vt contra eum, cuius culpa cõmiſſum incidit, pro dãno accepto experiatur. Roma. & alii ad l. dotem. §. dominis. ff. de pub. & vectig. & ad l. fi ff. de pig. act Præſumitur tñ, inquit Rebuffus, res apud debitorem inuenta eſſe eius, arg l. fin. C. de rei vendi. & c. eccleſia. de cau. poſ. quo modo aduerſus generum quendã iudicatum fuiſſe ait, qui arreſto ſe oppoſuit, & equum apud ſocerum repertũ ſuum eſſe dixit, nec aliter probauit. Ideoq; debitor rem eiuſmodi alterius eſſe incontinẽti probare debet, ſi arreſtũ euitare velit, Alberic. ad l. 2. C. ne vxor ꝓ mar. quemadmodum vxor, ſi eo tempore quo aduerſus maritum ſententia mandatur executioni, ſe opponat, & res quas apprehendit executor, ſuas eſſe contendat, hoc probare debet: quia mariti eſſe præſumuntur, teſte Bal. & Petro de Bellapert. ad eandem l. 2.

19 † Immo, quod amplius eſt, ſi creditor petiit ſe mitti ĩ poſſeſſionem bonorum ſui debitoris, & miſſus fuit, nihilominus tñ debitor ſiſti & arreſtari poteſt. Decius conſ. 460. nu. 9. nã & Bar. ad l. conſentaneum, col fi. verſ. 2. quæro. C. qũo & qñ iud. & Bar. ſecutus Bal. ad l. ignorare. C. de reſti. mil. & ad l. j. §. fi. ff. ſi quis ius dicẽt. nõ obtẽp. reſponderũt, ꝙ creditor immiſſus in poſſeſſionem bonorum debitoris ſui curare nihilominus poteſt eundẽ debitorẽ apprehendi; quia ſcilicet hæc remedia cumulatiuè cõpetunt ad eundem effectum, & per electionem vnius alterum non tollitur. Et hoc idẽ ſequitur Io. Papon. ad conſuet. Borbõ. tit. des executions §. 104. His verbis. Melius eſt ſtatutũ quàm iuris cõis diſpoſitio, quo etiã ſi debitor ſimpliciter nexus ſit, vtroque remedio creditor liberè vti poteſt; & ita arreſto ſæpius ſancitum eſt; Nam poſt acceptum pignus creditori vt ſatisfiat, iudex aditus prouidere debet. verba ſunt text. in l. qui legati. C. vt in poſſ. leg. Bal. ibidem, & in authen. quæ ſupplicatio. C. de precibus Imper. off. & in l. fin. ver. ſed ſi cum ff. ſi cer. pet. & Iaſ. cõſil. 9. nu. 1. lib. j. reſoluunt, ꝙ etiam ſi creditor pignorib. captis debitorem teneat, nihilominus eum prehendi, & perſonaliter detineri curare poteſt, & econtrà. c. fi. de eo qui mit. in poſſ. rei ſeruand. cauſ. lib 6. & expreſsè Bar. in l. conſentaneum. in vlt. colũ. C. qũo & qñ iud. Hactenus ille. Et idem rurſus ibidẽ §. 130. his verbis. Excipio aũt perſonales executiones, qa is cuius pignora capta ſunt & diſtrahuntur, prehendi & detineri poteſt, & econtrà, vt tenet Iaſon conſi. 9. in tertio themate, lib j. & vĩ ſequi Maria. Soc. in nepos conſi. 17 lib. 2. Neq; mouet qđ dĩ, eum qui viã iuris elegit, amplius ad uiã facti redire non poſſe. l. ſi mulier. in fin. ff. quod met. cauſ. Salyc. ad l. 2. in 10. q. C. de ſeruit. & ad l. j. in princ. C. de execut. rei iudic. tũ quia via arreſti eſt vera via iuris: tum quia regulæ illi nullus eſt locus, qñ plura remedia ordinata ſunt ad eundem effectum in fauorem actoris. teſte Decio d. loco. nu. 12. Quo modo Boerius q. 306. reſpondet, eum creditorẽ qui pignus accepit, poſſe nihilominus perſonali actione debitorem vrgere: neq; audiendum eſſe debitorẽ ſi dicat tu habes pignus, & eſt ſecurus, quod & Cornæum conſi. 108. lib 4 voluiſſe ait. Et ſi quis in poſſeſſionem legati ſeu fideicõmiſſi ſeruandi cauſa miſſus eſt, contra hæredem adhuc agere poteſt, l. qui legati. C. vt in poſſ. legat. Rurſum qui ad petitionem creditoris excõmunicatus eſt, nihilominus ad ſoluendum vrgetur, nõ multo aliter, q̃ is qui hoſtagia (vt noſtri dicunt) ſeruare ꝓmiſit. Guido Papæ conſi. 99. incip. Ioan. Borelli. lib. 2. Bart. ad l. j. ff. de leg. commiſ. Sed paulò apertius idem Guido cõſi. 117. inci. Ex actis. verſ. vlterius non obſt. & conſi. 114. nu. 4. lib. 2. ait, ꝙ ſi quis eſt incarceratus ad inſtantiam ſui creditoris, poteſt nihilominus creditor bona illius perſequi, & econuerſo, ſi primò cõuolauit ad bona debitoris, poteſt poſtea ꝓ reſiduo adhuc facere capi perſonam debitoris. Ang. ad l. 4. §. ſi ex cõuentione & ibi Zaſius nu. 8. ff. de re iudic. tum quia carcer qui ad cuſtodiam deputatus & conſtitutus eſt, l. j. C. de cuſtod. reor. l. aut facta. §. ſolẽt. ff. de pœnis. neque debitum ſoluit, neque perimit aut extinguit obligationẽ: tũ qa illa remedia ad vnum effectũ tendunt; tũ qa æquũ eſt, illi vlterius ſuccurrere, cui vnũ remediũ nõ ſufficit. Corn. d. conſi. 108. lib. 4. Rebuffus d. To. j. arti. 11. gl. 3. nu. 12. Quæ oĩa dubiũ non habent, & vĩ, ſi perſona & bona debitoris ſimul erant 23 obligata, qđ fieri curãt cauti creditores, vt d. loco nu. 8. ait Rebuff. non ignorantes ꝙ abundans cautela nõ nocet. l. pen. C. de euic. Et qdẽ præcipuè hoc tempore, quo fides atq; charitas, friget, & aduerſarius noſter diabol⁹, mille artifex nouas atq; inuſitatas decipiendi formas quotidie ſuggerit debitorib. ad fraudãdum propenſiorib. Alioqui verò difficilè eſſet in vſum forenſẽ quæ dicta ſunt adferre, & rem ac perſonam debitoris ſiſtere, vel arreſtare, quod multarum prouinciarum mores non admittunt.

20 † Illud etiam notari poteſt, ſi iudex qui arreſtare debitorem præcepit apparitori, ante factum arreſtum, vel moriatur, vel officio defungatur, poterit nihilominus apparitor arreſtum facere, & præceptum ſibi factum exequi, quia præceptum iudicis illis modis nõ extinguitur, licet aliud in commiſſione obſeruetur. Hyppo. ad l. fi. nu. 185. ff. de iuriſd. om. iud. Rodericus ad declarat. l. 2. tit. de los emplazamientos. lib. 2. fori. nu. 28. per tex. in authen. vt nulli iudi. §. ſi uerò. col. 9. & l. fundi venditor. ff. de acqui hæred. Et licet aliàs præceptum iudicis regulariter non duret vltra tempus ſuæ iuriſdictionis. l. fi. ff. de pœn. l. eũ qui. §. magiſtratus. ff. de iuriſd. omn. iud. l. j. C. de poſtu. c. præſenti. de offic. leg. nu. 6. hoc tamen uerum eſſe intelligunt noſtri, niſi ſit factũ cũ cãæ cognitione. Ideoq; Ang. ad l. ſi per epiſtolã. ff. de acquir. hære. ait, ꝙ iuſſus iudicis factus cauſa cognita, vt eius ſententiã exequatur apparitor, non perit eius morte, ea denique ratione ibidem, quod hic dicimus, affirmat.

21 † Dico etiam præterea de fructuatores bonorum obligatorum rectè pro debito, & redditu decurſu conueniri & arreſtari poſſe.

Quia vbi bona ſunt obligata pro certa annua præſtatione, actio perſonalis competit contra poſſeſſorem pro tẽpore quo poſſedit & defructuauit. Caſtrenſ. ad l. Imperatores. in prin ff. de publi. Hoſtien. Ioan. And. & Panor. ad c. parochianos. de decim. & idem Panor. ad c. paſtoralis & ad c. cum homines, in fin. eod. tit. Federic. de Senis conſi. 18. & oritur hic actio ex quaſi cõtractu ſm prædictos Docto. ad d. c. parochianos, quia ſicut hæres obligatur creditorib. ex quaſi contractu per additionẽ hæreditatis, licet aliter cum illis non contraxerit. l. 3. & 4. ff. ex quib. cauſ. in poſ. Ita etiam obligatur ille ex quaſi contractu, q defructuauit rem alteri obligatam, vel qui fructus obligatos percipit, licet ſit ſingularis ſucceſſor. Et qui fructus percipit, dẽt ſoluere onus reale. l. neque ſtipẽdium. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. & hæc eſt pulchra deciſio D. Præſidis. Euerardi conſi. 147. incip. Præclariſſime D. Decane. vbi dicit, ꝙ defructuator bonorũ ſuper quib eſt conſtituta penſio eccleſiaſtica, poteſt pro decurſa penſione conueniri, & nõ obſtat, inquit, ſi dicatur, ꝙ hoc ſit verum, ſi cõueniatur hypothecaria, ſecus ſi actione perſonali: qa dicit idẽ eſſe etiã ſi cõueniat actione perſonali, vt eſt deciſ. Delphina. 576. quam deciſ. vidi, & Guido Papæ in eadem decidit, ꝙ poſſeſſor poteſt conueniri pro alimentis, decimis aut anniuerſariis decurſis, & ſequitur Hierony. Gygas in tract. de penſ. q. 39. Alcia. conſi. 22. & 40. & dixi latius in lib. de reparand. eccleſ. Et in contrarium non mouet ſm eundem D. Præſidem, ꝙ actio ꝑſonalis non datur cõtra ſingularem ſucceſſorem aut poſſeſſorem. l. j. §. ſi hæres. ff. ad S. C. Trebel. l. fin. ff. de contrahend. empt. quia hoc eſt verum quando actio eſt merè perſonalis, non reſpectiua ad rem. exẽpli gratia: Tu es mihi obligatus ex mutuo, vel ex cauſa emptionis in decem, & vendis bona tua Titio: certum eſt, ꝙ ego non habeo actionem contra Titium emptorẽ & poſſeſſorem eiuſmodi bonorum, licet ea defructuet, ſed qñ actio nõ eſt merè perſonalis, ſed reſpectiua ad rem. tum benè ſequitur poſſeſſorem & fundum, vt ait Iaſ. ad l. j. C. de iure emphy. ſicut etiam videmus, ꝙ actio perſonalis in rem ſcripta daẽ contra eundem. l. metum. §. fi. ff. quod met. cauſ. & ꝙ vbicunq; res eſt affecta, actio perſonalis datur contra poſſeſſorem. Bal. ad l. 2. q. 13. C. de reſcind. vend. Alex. in d. §. ſi hæres. Et eo ceſſante, inquit, officium iudicis datur contra eundem, maximè qñ principalis non eſt ſoluendo, & defructuator ſciuit rem eſſe affectam, l. in cauſæ. ff. de minor. Et ſecundùm hanc ſententiam, quæ eſt, quòd defructuator bonorum pro redditu obligatorũ poteſt conueniri, & per conſequens in patriam arreſti arreſtari, tenet generalis conſuetudo patriæ Leodienſis, vt audio, & aliorum locorum. Et licet ab aliis hac de re dubitatum fuiſſe memini, non video tamen ob quam rationem ab opinione eiuſdem D. Præſidis & aliorum ſuperius citatorum interpretum recedere debeam: pro qua opinione ſe conſuluiſſe, & in iudicio obtinuiſſe aſſerit idem Gygas d. quæſtio. 39. in fin. vbi multas aliàs ſimiles deciſiones adducit, de charitatiuo ſubſidio, alioq; onere præterito & nõ ſoluto a poſſeſſore & defructuatore exigendo; quæ ad iſtius articuli confirmationem plurimum facere videntur.

22 † Subiicimus etiam his Nautas, aurigas, & reliquos qui vectigalia non ſoluunt, & contra quos multo magis quàm contra alios via executiua & detentio permittitur, vt ait Caſtrenſis cõ ſi. 455. libro j. Baldus conſilio 238. libro j.

23 † Omnis prẽterea cõtumax arreſtari poteſt. & ſicut ꝓuidẽ ꝫ contumaciam per pignorum captionem. l. cum eo. ff. ad l. Iul. pecul.

Source : BIU Cujas

pecul.Insti.de satisd.tutor.§.si verò reus.Ita etiã per arrestationẽ personæ,vt ait Rebuffus ad ord.reg.tomo 3.tracta. de contum. artic.13.gloss. vni. nume. 8. & allegat Florianum ad l.si is cum quo ff.commu.diuid.

24 † Animalia quoq; in alieno prædio reperta arrestari & detineri possunt pro damno dato, vt c. 2.latius diximus,& latius de ea re scribit Bar.& Moderni post eum,ad leg.hoc amplius.§. de his autem.ff.de damno infect.& in c.si læserit. extra de iniur. & an stari debeat iuramento Dñi agri seu prædii,super damno fusè tradit Ioannes Bessianus ad consuetud. auer.titu.des pasturages.art.13.& 21 & Francis.Mignon ad consuetud. Anpeganen. titu.de la punition des crimes.art. 183. vbi conciliat pugnãtes Bart.& aliorum sententias.

25 † Nihil etiã dubito, quin & res proprię sisti & arrestari quoque possint:quia licèt arrestum naturam pignoris prætorii,aut iudicialis habere videatur, vt supra dictũ est, dignus autem rei propriæ esse non possit. l. neque pignus. ff. de regulis iuris. l. si rem alienam. ff. de pigno. actio. Arrestatio tamen rei propriæ non prohibetur:quæ non ideo fit,vt ex ea dominus aliquid cõsequatur,vel vt aliquod ius nouum sibi in ea acquiratur;sed ne res illa sua,quæ furto fortè ei sublata,aut vi erepta est, aliò trãsferatur,vt vendicari postea non possit.Quid enim si exterus aliquis,qui rem meam à fure, aut à non dño emptam habet, hac transeat? Quid si fur apud tertiũ aliquem eam deposuit? Quid si eam in naui vel curru inuenio,arg l.cum ex eo.ff.ad l. Iul. pecul. Et hoc in terminis decidit Rebuffus ad ord.reg.to j.artic.6. glo.3.nu.562.his verbis. Iam hoc arresto vtimur contra forensem rem meam habentem & hac transeuntem, vt etiam rem meam sistere & arrestare possim.Et hæc fuit prima opinio posita in l.fi. C.vbi in rem act. Vbi possum cõuenire deferentem rẽ meam,vbi repertus fuerit, tum quia ratione rei suæ potest conueniri quis.vbi res est.d.l.fi.qui loquit generaliter,ergo de quacunq; re mobili vel se mouente intelligi debet, tum quia actio rei vendicationis procedit ex possessione.l. non aliàs. §. j ff. de Iudic.ergo habebit locum contra hunc forensem possidẽtem. Et hanc opinionem sequitur gl.in l.sed & si susceperit.§ vlti. ff. de iudi.& gl.in c.fi.de foro compe.& Compost. in c.dilectis. 2. de rescrip.Host.& Soci.in c.sanè.de for. compet. Et ista opinio cõiter in iudiciis seruatur,teste Alberi.in d.l fi. & est magis cõmunis ſm Ioannem de Plat.ad l.cum neq;.C.de incol.lib.10.& in hoc regno seruatur,teste Pyrrho ad consuet Aurel.in eo. titu.c.19.sequitur Ang.& Ias.in l.si fideiussor.§.fi.ff.qui satisf. cog. Io.Lupi in repetit.c.per vestras.§.19.fol.55.col.4.de dona. inter vir.& vxor.& ſm istam opinionem fuit iudicatum Burdegalæ, vt refert Boerius in decis.suis.quæstio.218.incip. si quis transiẽs. Hactenus ille.Ex quibus verbis intelligimus, ꝙ huiusmodi arrestatio,ſm eum,eo casu nõ pertinet ad ius aliquod pignoris, sed potius ad præparandam vendicationem, & recuperãdam possessionem Quomodo & Decius & Mansuerius & Cagnolus,& alii ad d.l.neq; pignus,docent, ꝙ licet dominium rei acquirere dominus non possit tunc,cum iam illud intus habeat, nihil tamen eidem regulæ obstat,si ad possessionem assequendam,aut recuperandam alium titulum adiiciat. De quo vide eleganter loquentem Tiraq.de retract.conuent.§.2.gl.j.& vnica.num.42. vbi latè docet,ꝙ licèt quis non possit habere pignus in re propria aut eam emere, hoc tamen est verum respectu iuris ipsius rei,sed non respectu iuris reuocandi eam,vel alterius.

28 † Quibus ita constitutis nihil hæsitãdum est, quin fructus in fundo meo quem alius possidet,iacẽtes & extãtes arrestare possim,ne aliò transferantur, vnde eos repetere non possem. Sed illud maioris ponderis & momenti est, an id mihi permittendum sit,antequam fundum illum vendicem & in Iudicio vendicationis dominus illius declaratus sim:videtur enim quæstio dominii esse præiudicialis,& proinde præmittenda.l.si de hæreditate.l.si status.l.si res. C. de ord. cog. Quia si is qui arrestat fructus, in probatione dominii defecerit, arrestum ab eo factum inane est.Sed hoc me nihil planè commouet, quo minus existimem contrariam sententiam esse veriorem. Etenim licèt in iudicio arresti quo is qui arrestari fecit fructus,non obtinebit,nisi in eo se probet dominum fundi & fructuũ esse, aut se ad possessionem eorum restituẽdum esse; si de possessione agatur,nisi probet veterem suam possessionem: arrestatio tamen fructuũ veluti ad iudicium illud pręparatorię bene permittitur,periculo arrestantis,sicut & in omni arresto, causa arresti facti postea verificanda est,eaq; cessante cessat illius effectus, & condemnatur arrestari procurans in expẽsas,damna,& interesse, sicut inferius latius dicetur. Et in materia iudicii, quo agitur ad exhibẽdum,exhibitio quidem petitur, & ad rem exhibendam reus cõdemnatur,quod iudicium est præparatorium.l.j.l. si res tuas. C.ad exhibendum.Sed non statim ibi vrgebitur actor ad probationem dominii,vel iuris sui:cum solùm præparatoriam actionem intendat,& satis fuerit eum postea hoc probare in vendicationis processu,satisq; est,causam allegare,quare exhiberi voluerit rem ab aduersario possessam, & eam quidem probabilem. l. 3.ff. dict.titulo Moder. in suis classib. classe 3. actio. 1.de actio. ad exhibend. in forma libelli, articu. secundo. incipien. vestis illa &cæt. sicut etiam superius diximus, & inferius adhuc dicemus, quòd Iudex probabilitatem causæ arresti etiam ponderat.

SVMMARIVM.

1 *Scholares & eorum bona arrestari non possunt.*
2 *Quis probabit bona scholaris esse vel non esse.*
3 *Parentes scholarium an arrestari possint.*
4 *Scholaris vnius academiæ an scholarem alterius academiæ arrestare queat.*
5 *Quid de Bidellis,ministris,& seruitoribus scholarium dicendum.*
6 *Milites an rectè arrestentur.*
7 *Commeatum ferentes ad castra non sistuntur.*
8 *Fructus beneficiorum an arrestentur.*
9 *Quid seruetur in legatis Principum.*
10 *De Consiliarijs & Aduocato Regio.*
11 *Arrestari non potest qui euocatus venit ad Curiam Principis.*
12 *Arrestari an possint qui causa religionis ad locum aliquem veniunt,seu per eum transeunt.*
13 *De aduocatis & Medicis.*
14 *De muliere debitrice.*
15 *Obligare se ad carceres seu arrestum an quis possit.*
16 *De Cessione bonorum.*
17 *Literas dilatorias solutionis habentes non arrestantur.*
18 *De his qui exceptionem competentiæ habent.*
19 *De rebus alienis.*
20 *An pro debito minimo concedatur arrestum.*
21 *Res immobilis non arrestatur.*
22 *Boues,equi, & aratra an arrestentur.*
23 *Cadauer hominis mortui an arrestari possit.*
24 *Debitor qui tempore contractus non fuit soluendo,an an possit arrestari.*
25 *Creditor in dubio præsumitur ignorasse debitoris cum quo contraxit conditionem.*

Qui, & quorum bona seu res, arrestari non possunt. Cap. V.

Quamuis verò regulariter, res aut persona,legitima ex causa debitoris, sisti seu arrestari possit: recipit tamen ea regula exceptiones subsequẽtes;

1 † Et principio quidem Scholares eorumq; bona arrestari nõ possunt,adeo vt is qui ausu temerario contrarium facere tentauerit,non solum infamiæ notam contrahat, verumetiã ad quadrupli præstationẽ teneatur.auth.habita.C.ne fil.pro patr.Quis enim, inquit ibi Federicus Imperator, eorum non misereatur, qui amore scientiæ facti exules,de diuitibus pauperes,semetipsos exinaniunt,vitam suam multis periculis exponunt,& à vilissimis hominibus sæpe(quod grauiter ferendum est) corporales iniurias sine causa perferunt.Et quamuis Imbert.lib.j.c.27.Inst. forens.& Ioannes Papon.in lib.de arrestis Galliæ,lib.5.tit.14.§. 4.dicant in summo Galliarum prętorio iudicatum fuisse ꝙ priuilegium fori,& alia similia,nõ tuentur scholarem,nisi sex mẽsibus ante in vniuersitate studuerit: Nos tamen in hac Academia aut regione illo iure non vtimur, sed inhæremus generali legis dispositioni in d. authen.habita. & decis. Bartol.in tracta. de repræsal.quæst. 7. nume. 7. dicentis in simili, quòd contra scholarem non possunt concedi repræsaliæ,siue iam applicuerit ad studii locum, siue peregrinetur causa studii, id quod est conforme priuilegiis nostræ vniuersitatis Louanienſis, secundùm quæ adolescens ab ea hora, qua primum suum pedẽ mouet à domo patris, vt huc veniat studiorum causa, est sub protectione eiusdem vniuersitatis,& ideo arrestari aut detineri nõ potest.Et istud quidem in hac nostra arresti materia asserit Rebuffus d.tomo 1.ad ord.reg.art.6.glo.3.nume.68.& in tract. de priui.scho.c.83.& Ioan.de Plat.ad l.colonos.C.de agric.lib. 10. quod etiam tunc locum habet, quando antequam scholares fierent, contraxerunt, vel scholares cùm sunt,in patriam proficiscentes, ibidemque, aut alibi se obligauerunt, si modò non ob crimen aliquod atrox admissum, vel ignominiosè dimissi, vel Vniuersitate proscripti fuerint,teste Rebuffo dicto li. de priuileg. cap. 122. Nam quamuis ob tenellam & florescentem ętatem,in qua plerunque existunt scholares,mitius puniãtur,tum quòd adolescentia sit veluti suapte natura proprium & peculiare vitiorum irritamentum: tum quòd nondum sit huic ætati plenum rationis iudicium atque consilium: tum quòd spes est eos emendatiores futuros,vitiaque vnà cum adolescentia deposituros. l. auxilium. §. in delictis. & ibi Doctor.l. si ex causa.§.nunc.ff.de minoribus.l.j.§.impubes.ff. ad S. C. Sillani. omnino tamen impunitum delictum manere non potest.l.impunitas.C.de pœnit.l.prima.& secunda.C.si aduers. delict.latè Tiraquel.de pœnit.temper.caus.7. sed nec in loco quidem studii ob non solutam domus pensionem, seu aliam causam arrestari posse ait,cap. 10.nullo scilicet tacito pignoris seu hypothecæ iure hoc casu à lege aduersus eos concesso, Iason & Ang.ad § item Seruiana.Institu. de act.quo modo dicto loco idem Rebuffus se ad laqueum dãnatos vidisse ait nõnullos, ob

Source : BIU Cujas

eam cauſam, quod recedentium ſcholarium libros detinuerãt & exuſſerant Tholoſę, anno 1525. Sunt etiam qui exiſtimant id adeo eſſe verum, vt arreſtari vel detineri non poſſint, quantũuis iuraſſent ex academia nõ decedere, niſi pri⁹ ſoluto ære alieno; ſi modo iuſſu parentum reuocentur. Alex. & Roman. ad l. fi. ff. qui ſatiſda. cog. quia in omni iuramẽto intelligitur excepta auctoritas ſuperioris. c. veniẽs. de iureiur. Rebuffus in tract. cõcord. rubri. de collat. §. j. ad verb. Onus, ver. & hanc reſidentiam. Quod tamen d. tract. de priuileg. c. 73. ita intelligit, niſi eiuſmodi euocationem parentum malitioſè & ſtudioſè procuraſſent & affectaſſent, miſſis literis precatoriis, vt auocarentur; quod & Federicum à Senis conſi. 191. & Benuenutum Straccam in lib. de mercatura, ſub tract. de nauiga. c. j. nu. 22. ſecutos eſſe video.

2 † Quid igitur, credetne ſtatim contrahens extraneus, qui non in loco ſtudii cum ſcholare contrahit ſcholarem eſſe, & ſic ipſum dimittet? rurſum, credetne Publicanus nautis & nũcijs, res ſcholarium ſe portare aſſerẽtibus? Sanè Card. ad cle. j. de exceſſ. prælat. reſpondet, clericum vel ſcholarẽ tantiſper detineri poſſe, donec ſe ſcholarem eſſe docuerit; Id quod etiam non difficilè erit colligere ex qualitate rerum, quas ſecum defert, & ſimilibus, vel ex conſuetudine eundi & redeũdi ad ſtudium, vel ex aliis multis, quæ diligens Iudex qui ſuper hoc cognoſcet, poterit inuenire; vt ait Bar. in tract. repræſal. q 7 nu. 10. verſi. ſed qualiter probabitur, ꝙ ſit ſcholaris? Qua in re & alios quoq; ad c. ſi Iudex. de ſent. excommu. idem Card. ſecum conſentientes habet. Ad nuncios verò vel nautas & aurigas quod attinet, exiſtimant noſtri, nuncios vel nautas & aurigas, ſi literas teſtimonia les ſcholaritatis adoleſcentis ſtudioſi habent, compellẽdos vlterius ad aperturam rerum non eſſe, ſed in omnem euentum, iuramento eorum ſtandum eſſe. gl. ad clem. fi. de cenſib. Alex. Iaſ. & alii ad l. cætera. §. ſed ſi quis. ff. de leg. j. Rebuffus priuileg. 147. Immo Bonifacius in d. c. fi. num. 35. & 74. in ſimili, niſi probabilis fraudis præſumptio ſubſit iuramẽto clerici (de eo enim loquitur, non de ſcholari) ſtandum eſſe putat, quem vide. Hæc tñ omnia quæ dicta ſunt, videlicet ꝙ ſcholares & eorum bona, qñ recedunt, arreſtari non poſſunt, intelligunt nõnulli, ſi aliàs de fuga non ſint ſuſpecti, & periculum ſit, ne creditor vnquam aliàs ſuum conſequatur; Nam alioqui daretur eius poteſtas cõtra oẽm æquitatem, ſub hac ſpecie alios fraudandi. l. ſi legationis. ff. de ludi. quod & vſus fori recepit. Sic, ſi ſe laicos eſſe mentiti ſunt, vel dolo malo contraxerint, promittentes alibi paratam ſolutionem, graue erit illis per hoc priuilegium cum iniuria aliorum ſubuenire l. ſunt qui. cum ll. ſequent. ff. de re iudi. Et ideo Bartholom Blarerus in repetit. l. diffamari. quæſtio nu. 92. C. de ingenu. manu. Si, inquit, ſcholaris receſſur⁹ ex Academia, metuit ne in abitu malitioſè conueniatur, eaq; ratione ſuppellex & bona ſua tanquam obligata ſequeſtrentur: ne ſuſcepta ꝓfectio impediri, & ipſe grouioribus expenſis in maius detrimẽtum ſuum detineri queat, ac ſe vltra debita præſtita redimere cogatur, & ad omne periculum euitandum, futurasq; lites redimendas poteſt Iudicis officium implorare, aut publicũ edictũ cum certi termini aſſignatione, intra quẽ creditores, ſi qui ſint, volentes petere, compareant, ſub pęna ſecluſionis: ſicut & præfecti militum & gubernatores rerum publicarũ (ſi boni & iuſti ſint) ſubinde facere ſolent, ſm eundem Addit præterea eodem loco Blarerus, ꝙ ſi iſtiuſmodi ſcholaris eſſet obligatus alicui mercatori in centum, pro qua ſumma duos dedit fideiuſſores, deinde volens recedere, tradidit pecuniam vni ex illis fideiuſſoribus, vel poſt receſſum ſuum ad vnũ eorũ miſit, ſi creditor cõtra alium fideiuſſorem poſtea agat, ille rectè recipiet, vt primò agat contra illum qui pecuniam recepit, arg. eius, quod notat gl. & Caſtrenſ. ad l. vnde quæritur ff. commod.

3 † Quod vero de ſcholaribus ſuperius dictũ eſt, etiam in parentibus eorum, eos viſitantibus, locum habet, vt ſcilicet in loco ſtudii arreſtari nõ poſſint. gl. ad l. 2 §. legatis. ad verb. ob aliã cauſam. ff. de iud Expedit cm̃ parentibus proprios liberos, quos plus q̃ ſe diligũt, l. iſti quidem. ff. quod met. cau. viſitare, eorumque vitam & mores perquirere, & vt ibi nu. 7. ait Ang. delectantur parentes in viſitatione filiorum, qui ſunt baculi ſenectutis eorũ. Tobiæ c. 10. & in auth. de nupt. in prin. Quod tñ Rebuffus d. tract. de priuileg. c. 77. intelligendum putat, niſi in loco ſtudij contraxerint, aut ibi ſoluere promiſerint, vel lõgo tempore illic in fraudem creditorum moram traxerint, aliaue quacunq; ex cauſa ibi domicilium ſortiti ſint. Quę & in nunciis, & famulis ſcholarium, ſine quibus eſſe non poſſunt, locum habent, c. licet. de priuileg. Rebuffus d. loco, priuileg. 166. Non me latet tñ quã ſtudioſè nonnulli aduerſus hanc æquabilem iuris diſpoſitionem, abuſum contrarium inuehere conentur, ſed malè. Sed

4 † quid ſi ſcholaris Louanienſis bona ſcholaris Duacenſis arreſtare velit? Exiſtimo eam quæſtionem elegãter in ſimili ab Imberto d. c. 27. lib. j. forenſ. Inſti. his verbis eſſe deciſam. Sed ambigua eſt q̃ſtio, an ſi ſcholaſticus vnius academiæ alterius ſcholaſticum apud ſuæ academiæ Iudicem conueniat, reus autem ad ſuæ acadamiæ iudicem remitti poſtulet, rurſus actor reſiſtat; vtri morem gerendum habeat Iudex? Et ſanè reo annuendum crediderim: priuilegiatus enim non vtitur aduerſus priuilegiatum ſuo priuilegio, l. verum. §. vlti. ff. de minor. Deinde fauor duplex Rei partibus ineſt, quia reus eſt; fauorabiliores enim Rei ſunt quàm actores; tum Rei forum actor ſequi debet. l. vlt. C. vbi in rem act. Atq; hanc ſententiam Curia ſumma Pariſienſis comprobauit.

5 † Quæcunq; verò de ſcholaribus diximus, ea etiam in Bidellis, miniſtris & ſeruitoribus eorum intelligenda eſſe ex Soci. in d. c. fi. prædictis Doctoribus in d. §. legatis, ex Feli. in c. 2. de foro compet. & ex his quæ latè dixi ad c. priuilegium perſonale, de reg. iur. lib. 6. abundè cognoſci poteſt. & not. Bar. in tract. repræſal. quæſt. 7. num. 7.

6 † Proximi verò his ſunt milites: hos eĩm eorumq; arma, animalia, aut ſtipendia, quando ad bellum properant, ſiſtere & arreſtare non licet, gl. ad l. nepos Proculo. & ibi Doct. ff. de verb. ſignifi. l. ſtipendia. C. de execu. rei iudi. Rebuffus d. art. 6. gl. 3. nu. 68. Iaſ. ad §. Item Seruiana. Inſti. de act. Doctor. ad l. commodis. ff. de re iudi. quia hi fauorem merentur, ꝙ armis ſuis ſanguine rutilantib. Rempublicam defendunt, l. j. ff. de mil. teſta. & quantum ad forum attinet, priuilegium habent, ne alibi, quàm apud magiſtrum militum conueniantur, l. magiſteria. C. de iuriſ. omn. iudi. ſcilicet, ne à militia diſtrahantur. Quam ob cauſam adminiſtratio rerum alienarum militibus interdicit̃. l. milites. l. vlti. C. locat. Quòd ſi verò ignominioſè dimiſſi ſunt, adeoq; pęnis potius quàm beneficiis afficiendi ſunt, hoc priuilegio non gaudent, vt l. milites. C. de quæſt. Quid igitur ſi equos, boues, aut animalia ruſticorum auferant, vt ſæpe fit, ſiſti ne poterunt? Sanè q non tam militant, quàm latrocinantur, nullo priuilegio digni ſunt, d. l. milites. reatusq; omnem honorem excludit, l. j. C. vbi ſenator. vel clariſ. ideoq; ne detur eis cõtra omnem æquitatem poteſtas ſub hac ſpecie res alienas auferendi, videtur ꝙ ibi vbi ſunt, coram magiſtro militum conueniẽtur, vel ſi is non adeſt, coram ordinario Iudice loci res vendicabitur, arg. l. ſi legationis. ff. de iud. quia vendicatio eſt ex præſenti poſſeſſione, vel ſaltẽ eo nomine ibi cauebitur. Bal ad l. fi. C. de iuriſ om. iud. Doct. ad l. vnic. C. in quib. cau. mil. for. præſc. non vtuntur.

7 † Eadem eſt ratio eorũ qui ad exercitum cõmeatum vel pecuniam adferũt, nuſquam enim arreſtari aut detineri poſſunt, l. ſemper. ff. de iur. immunitat. l. j. C. de nauicul. Qua de re Caroli V. Imperat. Auguſt. olim principis noſtri potentiſſimi & clemẽtiſſimi extat conſtitutio, anno 1544. die 19. mẽſis Maij, & anno 1554. die 5. menſis Auguſti Bruxellæ edita.

8 † Exiſtimant plerique pro cõdemnatione clerici, fructus p̃bendę, ſeu beneficij eccleſiaſtici in executionem capi nõ poſſe, ſi alia bona clericus ille non habet. Bart. Alex. & alii ad d. l. commodis. & ad l. à Diuo Pio. §. in vend. ff. de re iud. & ad c. peuenit. de fideiuſſ. ꝙ & ad arreſtum non malè trahas, vt ſcilicet arreſtari non poſſit, ſi aliud, vnde viuat, non habeat; ne contra dignitatem ordinis mendicare, vel nudus incedere cogatur. c. j. de reſti. ſpol. in 6. c. Odoardus. de ſolut. ſed alio modo conuenienti Iudicis eccleſiaſtici cognitio aduerſus eum procedet. Rebuffus d. to j. art. 2. gl. j. num. 108.

9 † Legati quoq; Principum ius reuocandi domum habent, etiam ſi in loco legationis, ante legationem contraxerint. l. 2. §. legatis. ff. de ludic. c. vlt. de for. compet. ne impediatur legatio l. de eo. illo tit. de iudi. & ne ab officio cęptæ legationis amoueãtur. l. non aliàs in fi. eo tit. ob quod neq; proprijs negociis, neq; alienis debent ſe interponere. l. Paulus. § j. l. legatus, ff. de leg. legatos autem hic intelligimus (inquit D. Mudæus ad d §. legatis) non ſolum à Principe miſſos, ſed ad Principem quoq; miſſos à patria ſua. l. legatus creatus. ff. de leg. ſed & ab vna prouincia in aliam, vel ab vno municipio ad aliud miſſos. Ex delicto tamen ſuo, ſuorumq; tunc admiſſo, tenentur iudicium ferre. d. l. non aliàs. §. legati. ꝙ ſi alios ibi conuenire velint; eodem iure aduerſus eoſdem vti debent. Dd. ad l. actor. § fin. ff. de iureiur. & ad d. l. legatis. & in actionibus tempore perituris aliquid ſingularitatis conſtitui ſolet, l. 2. §. ſed vtrum. eod tit. Qua de re in lib. variarũ lectionum, ſub tractatu iuris ſingularis, c. de priuileg. reuocandi domum, agit Mod Germa.

10 † Parem cauſam habere videntur Conſiliarii & Aduocati Principis, quos propter præiudicium publicum nuſquam ſiſti, aut arreſtari conuenit, ſicut nec alibi conueniri poſſunt. l. iubemus. l. petitionum. C. de aduocat. diuerſor. iudic. Rebuffus in cõment. concord. rubric. de elect. derog. ad verbum, Regium aduocatum. Guido Papæ queſt. 423. circa medium & plura de priuilegiis iſtorum cumulat Boerius in tracta. de auctorita. Parlamenti, vel magni Conſilij.

Idemque eſt de rebus ad illos deferendis. Ideoque idem Rebuffus ad concordata inter Pontificem & Regem Galliæ in proęmio ad verb. ſummas. verſic. 34. dicit, quòd Publicani vel alii non debent ſiſtere, aut arreſtare bona quæ deferuntur cauſa victus ad Conſiliarios, & quòd in Curia ita decretum fuit anno 1374.

11 † Sed & Manſuerius nobilis Galliæ practicus, in ſua praxi titu. de execut. col. 8. verſi. Item pro debito reſpondet, quod pro debito

debito non priuilegiato, is qui ad Curiam Principis venit, arrestari non possit, quoniam in Saluo conductu Principis esse vr, maximè quidem, si non vltro vt literas restitutionis, aut quid aliud petat. Soci. in d.c. fina. de foro compe. sed si à Principe ob publicam causam euocatus & coactus venit: quod in simili de instrumento executiuo loquens sentire videt Suarez ad l. post rem. c. inci. circa iudicem. nu. 21. ff. de re iudi. his verb. Fallit hoc & secundò, si aliquis reperiatur in hac Curia regis vel in Cancellaria: quia cum sit communis patria ibi potest conueniri, & exequi contra eum instrumentum, nisi veniret ad Curiam necessitatus seu coactus.

Ex quo & illud quoq; consequitur, *ꝙ* Deputati Statuum patriæ & ciuitatum, *qñ* ad Curiam vocati veniunt, pro debito ciuitatum arrestari non debent, quia & legatorum locum tenẽt, & coacti veniunt. Qũo & gl. in d.c. fi. de fo. compe. ad verb. cõpelli ait, quod qui dicẽdi testimonij, vel iudicii causa vocati veniant, ius reuocandi domum habent: & sequitur Fulgo. ad d. §. legati. s. nu. 2. his verbis. Nota secundò, *ꝙ* vocati causa testimonii dicendi ad aliquem locum, vel per locum aliquem transeũtes occasione testimonii dicendi causa, in alio loco nõ possunt capi: quod est verum *ſm* Bar. quando quis est vocatus extra iurisdictionem & forum & curiam suam. Nam vt ibi ait Castrẽs. non videtur illic esse, postquam ibi est ex causa necessaria, durante illa causa; & sequitur ibi Curtius nu. 2. per c. fi. extra de dilat. & proinde sicut si verè ibi non essent, cõueniri nõ possunt, ita conueniri aut detineri non possunt quando fingũtur ibi nõ esse, quia idem operatur fictio in casu ficto, quod veritas in casu vero, l. qui ad certum. ff. locat.

12 † Idem esse dicit gl. Romanus. Curtius, & aliis in d. §. legatis. si non erat necessaria, sed probabilis causa: vt causa religionis, si veneratillucpro aliqua indulgentia: quia peregrini visitantes Sanct. Iacobum, vel Sanct. Antoniũ, vel Limina Adostolorũ, non possunt capi, cõueniri, aut detineri, *ſm* eos & Fulg. ibi. nu. 3. per tex. in auth. omnes peregrini. C. cõia de succes. vbi Imperator vult, *ꝙ* liberè hospitentur, & hoc ponderat ibi Bal. & latè Soci. in d. c. fi. Ang. tamen, Castrensis, & Curt. asserunt, hæc de consuetudine nõ obseruari, & *ꝙ* ideo nullus sub hoc prætextu debet confidere: & ego etiam puto, *ꝙ* de consuetudine generali huius patriæ non seruatur, *ꝙ* illi qui iudicii dicendi, vel testimonii ferendi, vel vxoris ducendæ, vel nuptias contrahendi cã veniunt, arrestari non possent, quia quotidie obseruatur *ꝯ*trarium, licet existimem eos arrestari non debere, quos constat religionis causa peregrinari, fauore religionis, ne consuetudo laicorum religioni præiudicet, & magnus est fauor, qui pro religione facit, l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. funer. & vt ait Bart. *in dicta auth. omnes.* nullus debet eis inferre molestias, & ideo (inquit) in signum peregrinationis portant scarsellam, & burdonum, vel vt ait in tractatu repræsal. q. 7. nu. 14. portant sac 15 culum & perulam, sicut legati oliuam portabant. l. sanctum. ff. de rerum diuis.

13 † Aduocatos quoq; Doctores non scholares, & in Vniuersitate non degentes, ac Medicos, pleriq; opinantur sisti non posse. l. medicos. C. de profess. & medi. Doct. ad l. j. C. qui bon. ced. & ad l. miles. ff. de re iudi. quod tamen Iaſ. Castrẽsis, & Abb & alij, de facto non seruari conqueruntur. Lex hos capi & carcerari pro debito non posse ait; vt nec mulieres, nec pupillos, qua de re latissimè agit Roder. ad declarat. l. 2. Foro ll. lib. 3. c. vlt. Doct. ad l. neq; impuberes. ff. de in ius voc. auth. sed hodie. C. de off. diuer. iudi. Iaſ. ad l. pleriq; ff. de in ius voc. auth. hodie nouo iure. C. de cust. reo. arrestari tñ & sisti posse non nisi sub generalibus verbis vetat. Existimo tamen ex mente Legislatoris, sub tit. de profess. & med. & sub tit. de aduocat. diuers. iudic. id satis colligi posse, multumq; in eo versari iudicis religionem, vt necessitatẽ ponderet, & facti circũstantias colligat. Nuper enim medicum arrestatum, sententia Senatus Brabantici absolutum & dimissum fuisse intelligo, propter periculum quod ægris ex lõga absentia illius, qui in parua ciuitate vnicus erat, imminebat.

Et sicut stipendia militũ arrestari non possunt, quod superius diximus; Ita quoq; neq; stipendia, honoraria, vel salaria Doctorum, quia stipendia istorum æquiparantur Et ideo nescio quid velit Barbatius ad c. olim. nu. 40. de rescrip. dum ait, stipendia *ꝓ*fessorum sequestrari posse, qñ constat de debito per publicum 16 instrumentũ; nisi id intelligat, quando talis professor habet alia bona sufficientia præter stipendia, ex quibus posset viuere.

14 † De mulieribus quoq; quod dixi, non omnino expeditum est; Sunt enim qui pro debito eas capi, & carceri mãcipari posse putant. Barbatius ad c. 2. de pignor. Gomes. ad c. 2. num. 22. de iudic. lib. 6. Præpositus ad c. ex parte de appel. Hippol. in practi. criminal. §. attingam. num. 64. Bal. ad l. j. vers. quẽro cum in ciuitatibus. C. qui bon. ced. cum & mulieri ad euitandum carceris squalorem cessione succurratur. l. fi. C. qui bon. ced. poss. Mihi nouo iure vr priuilegiũ sexui traditũ esse, ne *ꝓ* ciuili debito carceri mancipetur. d. auth. hodie. C. de custo. reo. cuius verba sunt hæc. Hodie nouo iure nullam mulierẽ pro pecunia fiscali seu priuata causa in carcerem mitti aut includi aut custodiri cõce-

dimus. Sed si pro fiscali aut priuato debito pulsetur, per virum suum, aut quem alium legitimè respõdeat. Quibus verbis vsus arrestationis nõ est interdictus: vnde & arrestari eas posse, vt sic respondeant, & iuri ibi sistant, puto, quod & vsus probat. Tum verò quod dr, mulierem pro debito capi, & carcerari non posse, etiam si ipsa velit, vt ait Philip. Franc. in c. mulieres. in prin. de iudi. lib. 6. in honesta muliere locum habet, non in meretrice, seu turpiter viuente: has enim vitæ vilitas dignas legum obseruatione non credidit. l. quæ adulteriũ. C. de adulter. sequiturq; Bal. ad d. l. consentaneum. col. 7. Roman. ad l. si verò. §. de viro. ff. solu. mat. l. si vxor. §. j. ff. de adul. Quinimmò vbicunq; mulier esset obligata pro tutela quam administrauit, & in assumptione officii renunciauit S.C. Velleiano, omniq; auxilio, capi & in carcerem mitti põt. Bar. in auth. vt matri & auiæ. C. quand. mulier. off. tut. Alex. ad d. l. pleriq;. Et quamuis Andreas Siculus nouarum opinionum pro ingeniis sui dexteritate studiosissimus *ꝯ*trarium opinetur. ad d. c. 2. Rodericus tñ, eius dictis non esse fidendum locum mox citato nu. 9. in fine, admonet. Certè Bald. ad l. etiam. col. 4. versi. sed nunquid Abbatissa. C. de execu. rei iudi. ait, Abbatissam per Episcopum pro debito monasterij detineri seu capi non posse: Professa enim bona, quibus cedere potest, non habet, & *ꝓ* bona, non quidem recta via, sed in subsidium ad carcerem deuenitur. l. 3. §. tutores. ff. de susp. tutor. Latius verò & exactius hac de re agit Couarruuias libro varia. resol. 2. c. 1. nu. 3. sicut & Boerius quæstio. 345. col. pen. ait, de stilo & consuetudine Curiarum Franciæ, pro emẽda, seu pẽna pecuniaria mulierem carceres nõ euitare ob suam paupertatem. Et quemadmodum mulier mercatrix obligatur & obligat maritum suum in rebus mercantiæ vel negociationis, atq; earum occasione, vt no. Faber ad §. j. Instit. quod cum eo. Ita quoq; pro his, in iudicio agendo & defendendo esse potest secundum Io. Bessianum ad consuetu. Auer. titu. des adiournemens. art. 9. incip. Sicut iure cõi, & per consequens censeo eam pro ijsdẽ causis rectè arrestari posse. Et etiam si ex aliquo casu mulier arrestari non posset, res tñ eius arrestari possent, argu. eius quod notat Bar. in tract. de repræsal. quæstio. vbi dicit, *ꝙ* quædam sunt personę, contra quas non possunt concedi repræsaliæ, solum ratione personæ, vt quia mulier, infans, vel furiosus, aut similis, tunc sine dubio contra res eorũ poterunt exerceri. l. satis. ff. de in ius voc. modo non capiantur res eorum taliter, vt per hoc viderentur teneri personæ: non enim posset mulier spoliari vestimentis vel aliis rebus suis, sine quibus honestè viuere nõ posset. l. in eadem. §. fi. ff. ex quibus cau. maior. Quædam sunt personæ, contra quas non possunt concedi repræsaliæ ex certa causa, vt contra scholares, vel Ambassiatores, & similes, & tunc cõtra res eorum quas portant, vel habent necessarias ad illam causam, non debent exerceri repræsaliæ. Hactenus ille.

15 † Huc etiam pertinere puto eam disputationem, vtrum quis se ad carcerem seu arrestum obligare possit? Quidam enim existimant, non valere hoc pactum, quasi libertati repugnet. Salic. & alij ad d. l. j. C. qui bon. ced. pos. & ad l. alia. ff. solu. matr. Alii cõtra, *ꝙ* per legem fieri potest, posse etiam per pactum fieri arbitrantur. l. non est impossibile. ff. de pact. sed per legem propter debitum potest quis capi, & in carcerem deduci. d. §. tutores. ergo per pactum licere debet. Zasius lib. 2. sing. intel. c. 8. Henningus Goden. consi. 103. nu. 56. d. l. nam & Seruius. ff. de neg. gest. Bal. ad d. l. j. nam carcerar aliquem pro debito per magistratum, non est actus illicitus, à iure enim permittitur; vt no. Docto. ad eandem l. j. & est apert. tex. in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. 10. Cum igitur talis actus illicitus non sit, in pactum venire potest. Cui assertioni plurium nationum consuetudo, vt Zasius ait, subscribit, vbi per magistratum debitores ex pacto capiuntur, potestq; debitor renunciare exceptioni ex eo competenti, quod ordine iuris executio fieri deberet. l. 3. C. de pignor. præterquam si carcer horridus vel ruinosus esset, ex quo vitæ periculum immineret: additq; permissam esse consuetudine hanc pactionem, ne debitor recedat à certo loco, debito prius creditori non soluto. licèt, an id iure fieri posset, speciemq; quãdam seruitutis contineat, à pleriſq; probabilibus argumẽtis in vtrãque partem disputetur, ad c. ex rescripto, de iureuir. & pro parte affirmante est c. exposita. de arbit.

16 † Et quamuis ex his quæ dicta sunt satis intelligi possit, cessionem bonorum, quæ petitionem, actionisq; exercitium differt, arrestum quoq; impedire: plurima tñ existũt, ex quibus ea cessio oppugnari, atq; reiici põt; si enim creditores renuncient iuri carcerandi debitorẽ, cessio non admittitur. Ratio enim squaloris carceris, quę locũ fecit flebili cessioni d. l. j. cessat: ideoq; eo casu, prout singulis diebus lucrabitur debitor ille, creditoribus soluere tenetur. Bal. ibi col. 3. à quo Baldo, & si dissentiat ibi Salic. pluribus tñ, & quidẽ illustribus ingeniis probatur; quia fraudibus istiusmodi nebulonum obuiã eũdem est. l. in fundo. ff. de rei vẽd. ne in eorũ facultate sit, creditoribus quibus soluere aliqua rõne possunt, prę̃iudicare; & ne ignaui ac desides alanẽ alieno labore, cum quemlibet deceat in sudore vultus sui comedere panem suum. Quam opinionem tanquam animæ illorum

Source : BIU Cujas

magis conuenientem, Reipublicæ vtilem, & piam, ad d.l.j. com mendat Cynus, & Cynũ ſecutus Rodericus ad d. l. 2. tit. de los Gouiernos. c.j. nu. 13. Sic & is qui ea ſpe debita contraxit, vt bonis cedendo liberaretur, ceſſionis illius beneficio non gaudet. l.fi. §. fi. de his quæ in frau. cred. Ang. ad l. is qui bonis. ff. qui bon. ced. poſ. Feli. ad c. fi. de teſtib. vt nec ille quoq;, qui tempore cõtractus ſciuit ſe ſoluendo non eſſe l. pen. in fi. ff. de iure dot. aut qui ex delicto, vel quaſi delicto, vel Fiſci debitor exiſtit. l. 2. C. de exact. trib. l. generaliter. ff. de pœn. Eodem loco ſunt, qui inuentarium bonorum hæreditariorum non conficiunt. § ſancimus. in auth. de hæred. & falc. Bald. ad d.l.j. verſi. quæro an hæres: qui dilationem quinquennalem habuerũt, gl. & Ang. ad l. fi. C. qui bo. ced. poſſ. qui à principio negauerunt debitum. Iaſ. ad §. eum quoq;. Inſti. de act. quive aliàs inter eas perſonas numerantur, quas ad longum regula 46. fallent. ſuarum recẽſet Soci. & quæ ꝯſtitutione Principis noſtri Caroli V. Imper. adijciũtur, quemadmodum & Boerius quoq; reſpondet q. 215. nu. 6. decoctores, quos Bãca fallitos vocat, beneficio ceſſionis, & immunitate debita non gaudere; ſicut nec quinquennali, aut annali dilatione à Principe conceſſa gaudent, teſte eodem Boerio q. 349. num. 10. Bal. conſi. 11. incip. In quæſtione. l. 3. cum interim fugere poſſent hi, quod adferret parti præiudicium nõ modicum, in quo princeps non intendit parti præiudicare. Iaſ. latè ad l. quoties. C. de prec. Imper. offerend.

17 † Adiicimus etiam prędictis eos qui literas dilatorias ſolutionis vel annales, vel quinquennales, vel aliàs ſimiles à Principe impetrauerunt: Hi enim durante tempore illo pro debito arreſtari non poſſunt, arg. d.l. quoties. & notat in terminis Ioannes Papon. lib. 10. de arreſt. Gall. tit. 9. de reſpites & quinquennales. dicens, in Senatu iudicatum fuiſſe, ꝙ hoc verum eſt, etiamſi dictæ literæ nondum fuerint interinatæ, ſi modò citatio interuenit; & hoc ꝓp reuerentiam Principis. Sed hoc, inquit, nõ impedit, quo minus proceſſus procedit contra impetrantem ſimiles literas, ſi modò ſolutio non vrgeatur: & notat etiam alia quædã ſimilia in tit. præce. des lettres d'eſtat. & latiſſimè de his ſcribit Vitalis de Cambanis in ſuo tractatu clauſular. c. incip. nihil nouari ſecuritate pendente, & c ſeq. inc. nihil nouari dilatione pendente. qui cum omnia reſecet, tradat, & expendet, quæ huc pertinent, nolo illius verba tranſcribere.

18 † Huc etiam trahere videntur nonnulli eos, qui niſi in quãtum facere poſſunt, cõueniuntur, qñquidem capi non pñt. Nã ſi filius qui ſe hæreditati paternæ immiſcuit, non eſt ſoluendo, mater pro dote in carcerem illum immittere non põt. Bald. ad l. liber. C. de capt. & poſtlim. reuerſ. Aret. ad l. maritũ. ff. ſol. matri. Roder. d. loco. nu. 3. Sed ego, quæ de carcere dñr, ad ſimplex arreſtum trahi poſſe, nõ puto: Nam & multi conueniri pñt, qui in carcerem mitti non pñt, d. auth. Hodie. tum verò an, & quãtum facere poſſint, hic diſcuti põt, arreſtumq; iuſta ex cã fiet, ſaltem vt debitum hic agnoſcant. Quid enim ſi corã certo iudice recognitio fieri debeat? & quidem in ſimili, niſi apertè conſtet, debitorem nulla habere bona, creditores citati ad videndã ceſſionem, fieri etiam lite pendente aliqñ iure poſtulant executionem, vt teſtatur Aufrerius deciſ. Capel. Tholoſ. 28.

19 † De rebus alienis non arreſtandis vel ſiſtendis nullũ eſt dubiũ. Vnde bona vxoris pro debito mariti arreſtari nõ poſſunt. Rebuffus d. arti. 6. gl. 3. nu. 51. niſi in ſe debitum illud trãſtuliſſet, vt in tit. C. ne vxor pro marit. ne fil. pro patr. Sed an bona præſumantur eſſe mariti, etiam ſi vxor claues habeat, partim ſuperius dixi, partim etiam conſ. 54. lib. j. explicat Bertrandus.

20 † Indecorum quoq; eſſe vr, ꝙ quis pro minimo debito arreſtari poſſet: quia pro debito minimo aliquis ſuſpectus dici non põt. Roma. ſing. 96. incip. Dic mihi ꝙ non põt. Bal. ad auth. ſed iam neceſſe. C. de donat. ant. nup. & ſtatutum de debito loquẽs ad debitum minimum ſe non extendit, neq; ex eo cogitur debitor pro debito minimo cauere. Ripa ad c. j. nu. 87. de iudic. Boerius conſi. 42. nu. 20. latiſſimè verò oĩum Tiraq. in tract. de iudi. in rebus exiguis ferendo. Quamuis enim Doc. qui hac de re verba faciunt, loquantur de captura, & carceratione, nõ de ſimplici arreſtatione, quæ minus præiudicialis & ignominioſa eſt, Caſtrenſ. ad l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & pleriſq; in caſibus arreſtatio permiſſa eſt, in quib. captura non eſt permiſſa. Io. de Neuiza. conſi. 52. nu. 29. puto tñ in arreſtatione quoq; idẽ obtinere, vt ſcilicet iis caſibus nõ concedatur, quibus ob vilitatem rei actio non tribuitur; de qua re tractari ſolet ad §. gallinarum. Inſti. de rer. diuiſ. ad l. ſi oleũ. ff. de dolo. Zaſius lib. 2. ſing. reſpon. c. 26. In cuius rei cognitione arbitrium eius, qui iuriſdictioni pẽſt, plurimum verſabitur, iuxta ea quę notat Hippol. ad l. qõnis. ff. de qõn. & hanc deciſionem, ꝙ arreſtare pro debito minimo non licet, apud Ripam reſp. 13. nu. 31. ſub tit. de leg. & long. cõſuet. Item apud Decium conſi. 75. videre poſſumus.

21 † Arreſtari ſeu ſiſti ſimiliter non poterit rerum noſtrarũ immobilium poſſeſſor: ſed coram iudice, vbi res ſita eſt, competẽti iure conueniri debet. l. 2. C. vbi in rem act. Rebuff. to. j. art. 3. gl. 2 & art. 8. gl. 2. Qui verò res noſtras mobiles habet, nõ eſt in eadem conditione; quia & hunc & eas detinere & ſiſtere poſſumus: quamuis interdum quibuſdam in locis rerum immobiliũ poſſeſſores tanquam earundem defructuatores arreſtari videamus: Regula autẽ eſt nõ niſi pro debito perſonali actione obligatum debitorem, detineri prehendiq; poſſe. d.l. nemo. gl. ad d. §. tutores. Bal. in margarita, in verb. Carceratus. q. 10. & in verbo. Finis. q. 43. Iaſ. ad §. j. nu. 50. Inſti. de act. Soc. in tract. de citat. art. 20. q. 24. Alex. conſi. 159. lib. 2.

22 † Item arreſtari non debẽt boues aratorij, equi ruſticorum, ligones, aratra, aut alia animalia, vel inſtrã ad culturam neceſſaria, arg. l. executores. C. quæ res pignor. oblig. poſ. cum auth. ſeq. Bertach. in tract. de Gabell. 2. part. 8. par. q. 5. idq; nõ ſolum pro debito priuato, immò ne ꝓ tributis quidem, & Regiis denariis, teſte Rebuffo ad cõſt. reg to. j. ar. 2. gl. j. nu. 101. ne abductis ſqualere contingat arua aratris. Et quamuis leges ea de re loquẽtes, de pignoribus & executionibus loquantur: paritas tñ rationis efficit, vt & de arreſtis, quæ executionis formã continent, intelligantur, etiamſi ruſtici nihil aliud poſſiderẽt, Petrus, & Alber. ad d.l. executores Rebuffus d. loco nu. 105. licet contrarium & malè ſentiant, Hippo. ſibi contrarius ad rubr. ff. de fideiuſſor. q. 27. nu. 202. Ripa in trac. de peſte. fol. 75. & ſeq. Gomeſ. ad §. Item Seruiana. Inſt. de act. Petrus à Duẽnas reg. 275. nu. 2. Qui oẽs tñ, non tam quid ex iure fieri conueniat, ſ̃ quid vſu obſeruatum eſt conſiderant: qui vſus vtiq; peſſimus, & reipublicæ quæ plurimum ex agricultura pẽdet, pernitioſus, etiam noſtras ciuitates occupauit, contra tex. in c. fi. de treug. & pac. vbi text. ait, Ruſtici euntes & redeuntes, vel in agricultura exiſtentes, & animalia quibus arant, & ſemina portant ad agrum, cõgrua ſecuritate lętentur. Qua de re multa extant apud Matthæum de Afflict. ad conſti. Neapol. incip. ab officialib. col. fi.

23 † Quoniam verò hominem mortuum ſepeliri debere, natura, humanitas, verecundia, & ſalubritas reipubl. docet, ꝙ etſi facilis ſit iactura ſepulchri, tñ qui ſuperſtites ſunt, tam barbari eſſe non debent, nullam vt habeant humanitatis rationem. Meritò cautum reperitur, ne mortui corpus debitoris ſiſti, ſeu arreſtari poſſit, ſub pœna amiſſionis debiti, & aliis Diuali conſtitutione comprehenſis, l. cùm ſit. C. de ſepulchr. viol. Boerius deciſ. 287. Ripa tract. de peſte. c. de præſeruat. remed. num. 101. Didac. Couuar. lib. 2. variar. reſol. c. j. nu. 10. & cum non minus expediat Reipubl. mortuos humari, ſ̃q viuos conſeruari, vt ait Bal. ad l. fi. C. de neg. geſt. & latè Guil. Bened. ad c. Ray. ad verb. mortuo itaque. nu. 56. de teſta. Cadauera ſine obſtaculo in memoriam humanæ conditionis ſunt ſepelienda. l quidam in ſuo. ff. de cond. inſti. Interdictaq; eſt omnis appellatio, ne cadauer ſepeliatur. l. fi. ff. de app. recip. c. ex parte j. de ſepult. Spec. ad tit. de app. §. in quibus. etiam ſi contra defunctum, & pro debito extaret inſtrumẽtum guarentigiatum, Feli. ad c. ſicut Iudæi. ver. Item no. de iudi. Petrus à Duennas reg. 397. ver. & quia interdicta eſt. Licèt malè contra ſentiat Ang. in auth. vt defuncti ſeu funera. §. j. quem rectè reprehendit Roderic. in 5. extenſione l. poſt rẽ. ff. de re iud. fol. 570. docens ꝙ nullius inſtrumenti vigore põt fieri executio in corpus mortui pro debito, aut illius ſepultura impediri. per d. auth. defuncto. & in l. fi. C. de ſepul. viol. in verb. debitũq; exigendo ſepulturam illius impediuit. Et d.l. fi. generaliter loquẽs extendit ſe ad omnem actum, factum pro debito conſequẽdo, cuiuſmodi proculdubio eſt arreſtatio: & iſtud in ſpecie videtur decidere Panor. in c. ex parte. nu. 3. de ſepu. reprobata cõſuetudine Anglorum contraria, de qua habetur in c. qua frõte. de app. Nam ſi affines, fideiuſſores. & hæredes defuncti intra nouẽ dies à tempore mortis debitoris, pro debito moleſtari non poſſunt. d.l. cum ſit. certè nec corpus mortui detineri poteſt, quia aliàs, quod vna via denegaretur, alia concederetur, ſcilicet detinendo corpus defuncti propter debitum defuncti, quod ab hæredibus, vel fideiuſſoribus eiuſdem ſoluẽdum eſſet: Qua de re & Carol. V. Imper. cauiſſe memini, & inter leges Hiſpanicas extat ſimilis lex, videlicet 13. titu. de las des bouras partita 7. & idem ſequitur gloſſ. in cap. primo. in titul. de ſimo. ad verb. ſepultura in prouincia Angliæ, ſiue Guil. Lyndeuuode his verb. Sed quæro nunquid propter debitum defuncti poſſit, ſeu debeat differri ſepultura? Dicit Tancredus ꝙ ſic in Anglia, & ſic hoc olim erat ſtatutum. ext. de appel. c. qua fronte. Sed vt dicit Ioan. Andr. hoc tanquam iniquitatem continẽs fuit ſublatum de tex. mors nanq; omnia ſoluit. auth. de nup. §. deinceps. Nam licèt in vita poſſit debitor pro debito carcerari quãdoq;: vt extra de ſol. c. Odoardus. cadauer tamen à tali vinculo eſt ſolutũ, per rationem prædictam, vt notat. extra de ſepultu. cap. ex parte 1. ad fin. per Petr. de Ancharan. Hactenus ille. Et ad hoc facit gloſſ. in d. c. qua fronte. ad verbum decedat. quod non eſt indulgendum malitiæ creditoris, qui ex tali actu à corpore ſolutionem conſequi non poteſt. Quid igitur dicemus de multis Paſtoribus ruſticanis, qui cadauer in quolibet pago, per quem à loco mortis, ad ſepelitionis locum defertur, pro iure quod prætendunt, curant arreſtari? multoq; his audaciores ſunt cuſtodes, & qui vix inter atriarios ſeu focarios numerari poſſent. Certum eſt, ꝙ locus deſtinatus tantum inſpicitur, nõ is ad quẽ caſualiter peruenitur. l. quæſitum. §. fin. ff. de lega. 3. Ideoque

is qui

is qui natus est in aliqua ciuitate, per quam mater transibat casu, ciuis illius ciuitatis dici non pōt. l. j. C. de capt. Dd. ad l. huiusmodi §. legatū. ff. de leg. j. & gabella (vt nostri loquuntur) de his solui non debet, quæ casu fortuito ad eum locum, vbi soluitur, perueniunt. l. interdum. §. si propter. ff. de pub. & vectig. Feli. ad c. Rodulphus. col. 8. de reser. Socin. nepos. consi. 49. lib. j. & consi. j. lib. 2. Guid. sing. 11. 43. Bal. consi. 51. lib. 2. & consi. 61. lib. j. Alexan. consi. 66. lib. 4. Boerius decis. 13. nu. 51. Ripa in tracta. de peste. in 8. priuile. Bart. in tract. repræsal. nu. 4. in princ. versi. ad decimum. Ratioq; funerarium quæ solum domiciliū, laboresq; Pastorum propriorum, & administrationem sacramentorum respicit, de quo Doctor. ad c. j. & alia, de sepult. hic cessat. nullusque nostrum ignorat, cadauera per aerem deferri non posse ad locum sepelitionis, facileq; hoc pacto libera sepulturæ electio, q̄ nulla ratione ꝯstringi pōt. c. de vxore. de sepult. impediretur ob nimios sumptus, quos hæreditas defuncti ferre non posset. Existimo verò, hunc errorem & abusum ex pietate ortum esse: sicut semper humanarum rerum hæc vicissitudo fuit à condito mundo, ꝙ optima quæq; per abusum corrumperentur paulatim ad prauitatem: Videntur enim olim homines religione atq; pietate ducti, in singulis ecclesiis pagorum, per quos cadauera deferebantur ad locum sepelitionis, mortuos deposuisse, donec Pastores illic cum clero, preces suas ad Dn̄m effudissent pro defunctis. Sed cum hæc pia consuetudo, tantum fuerit voluntaria, ad necessitatem vel ius trahi non potuit, eaq; quæ sunt meræ facultatis non præscribuntur.

Hæc tn̄ limitantur & restringuntur vno casu, quē ponit Robertus Maranta in trac. de ordine iudiciario. parte 4. dist. 11. nu. 33. vers. Vegesimoquintò pōt. his verbis. Pōt Iudex ecclesiasticus sequestrare corpus mortuum alicuius vsurarii, & facere ꝙ non sepeliatur, donec illius hæres caueat de vsuris restituēdis, ita tenet Ang. in auth. vt defunc. seu funera. in prin. Et quamuis sicut nonnulli huius temporis Doctores etiam celebres & inter primos, qui (vt ex illorum familiari colloquio deprehendi) existimant consuetudinem patriæ eiusmodi esse, vt etiam cadauera debitorum arrestari possint ne sepeliantur, eandemq; difficilè conuelli posse; Dubito tn̄ vtrū cōsuetudo eiusmodi sit vel nō sit, ꝙ ex facto non ex iure prodit, & ēt si probata foret, defendi & sustineri eā posse nullo modo arbitror ex causis præmissis.

24 † Postremò autem, debitorem sisti non posse existimant nostri, qui tempore contractus non fuit soluēdo. Ideoq;, vt ad l. q arbitro. ff. qui satis. cog. ait Bartol. malè faciūt aduocati, qui debitorem tanquam suspectum de fuga detineri consulunt, nulla iudici prius fide facta de eo quod debitor ille tempore contractus erat soluendo, posteaq; primam in peius mutauerit cōditionem. Qua Bart. sentētia Angelus gloriatur se mille capturas irritas fecisse, in §. supereſt. Instit. de act. quod ibi nu. 84. retulit Iason, quasi scilicet sibi imputare debeat, ꝙ cum tali contraxit, cuius conditionem scire debuisset. l. qui cum alio. ff. de reg. iur. Bal. ad l. si is à quo. §. si semel. ff. vt in poss. leg. l. creditores. ff. de priuil. cre. Sic & idem Bar. ad l. fi. C. de sponsa. it, ꝙ si ex statuto, à debitore suspecto cautio exigi possit, intelligi de eo debitore, aduersus quem, post tempus contractus suspicio illa primū haberi cepit: quia non potest de paupertate conqueri, qui pauperem, vt diuitem acceptauit, d. l. si ab arbitro. §. qui ex causa. l. qui bona. §. de illo. ff. de dam. infect. Ideoq; cautum esse oportere aduocatum admonet Ang. & Angel. ad l. si pro ea. C. mand. secutus Bal. vt causam suspicionis post cōtractum debitum euenisse alleget. Sed hęc ego ita intelligo † nisi creditor tēpore cō-
25 tractus cōditionem debitoris probabiliter ignorasse potuisset, vtpotè si campsor (vt aiūt) erat, publicè idoneus reputatus, sed latenter & occultè inops. Ang. ad d. l. si creditores. per l. liberto. §. largius. ff. de ann. leg. l. creditor. C. de pig. act. Alex. ad l. 2. ff. sol. matr. quo modo d. l. qui cum alio, accipi & intelligi solet, teste Hiero. Cag. ibi, nu. 15. quia qn̄ ignorantia est probabilis, & iusta, excusatur cōtrahens ēt si aliter non inuestigauit veritatē. Alex. consi. 60. lib. 5. Cast. consi. 34. sic ēt si probari posset, ꝙ debitor dolo creditorem ad contrahendum tanq̄ cum diuite induxisset: dolosus ille debitor amitteret priuilegium allegandi se diuitem tunc non fuisse, cum contraheret. Cast ad l. etiā. ff. sol. mat. Alex. ad d. l. 2. Ias. ad d. l. si ab arbitro. & Roder. vtranq; hāc limitationem sequens, loco mox citato, nu. 38. cum seq. asserens p̄terea, præsumi in dubio creditorem debitoris conditionē ignorasse, & contrariū probari oportere, teste Bal. ad l. fi. C. de spōs. & ad l. si legib. C. de episc. audient. Quòd si tempore contractus incępit dilapidare bona sua, non tn̄ tantum, quin adhuc diues esset, ad debitum dissoluendum, etiā si postea amplius deficere, minusq; soluendo fieri incipiat, detineri potest. Bal. ad d. l. si pro ea. in prin. & Ias. ad d. §. supereſt. nu. 87.

SVMMARIVM.

1 *Debitor an in loco sacro arrestari possit.*
2 *Debitor an in monasterijs, hospitalibus, domibus Canonicorum intra ambitum ecclesiæ existentibus, & in Palatio Episcopi arrestari possit.*
3 *Debitor in sua vel aliena domo existens, an rectè arrestetur, & quæ sit ratio, & 8.*
4 *An in molendino, apotheca, taberna, seu naui. & 5.*
6 *Existens in porticu, ostio, vel scalis extra domum, an possit arrestari.*
7 *Debitor an in portu eius ciuitatis, in qua arrestari non posset, eadem immunitate gaudeat.*
9 *Ad publicum officium assumendus an tam ex sua quàm ex aliena domo extrahi queat.*
10 *Solaris, vel alius debitor, vtrum in scholis publicis alicuius Academiæ ritè arrestetur.*

Quo in loco arrestatio fieri, vel non fieri possit. Cap. VI.

Nunc verò videndum est, quo ī loco arrestō eiusmodi fieri possit. Sanè † in primis debitor quantuncunq; suspe
1 ctus de fuga capi in templo non pōt. Oldr. consi. 54. Panor. ad c. inter alia. de immun. eccles. Hippol. ad l. vnic. nu. 11. C. de rap. virg. Aufrer. decis. Capel. Thol. 422. Boerius decis. 215. nu. 6. Ripa ad c. j. nu. 88. de iudic. Didac. Conuar. lib. 2. variar. solu. c. 20. nu. 14. Rodericus ad l. 2. tit. de los gouiernos. lib. 3. fori. q. 4. nu. 1. à qua opinione sine ratione recedit Ias. ad l. vinum. nu. 3. ff. si cert. pet. cōfutanturq; eius argumēta rectè à Gomesio ad §. supereſt. Insti. de act. Ideoq; nec arrestari illic debitorē posse arbitror: q̄a hæc immunitas à Deo Opt. Max. data & inuenta est; quæ nullis Principū ꝯstitutionibus, nullis ciuitatū statutis, nullis legislationibus conuelli, aut eleuari pōt. c. ecclesia S. Mariæ. de const. Aufrer. d. decis. 422. Io. de turre cremata ad c. sacrilegiū 17. q. 4. Iniuria quippe fit Deo, & sanctis, qñ in ecclesia Dei & sanctorū q̄ hmōi perpetratur. c. frater. c. miror. ibidē. Nam q̄uis iuxta cōem sn̄iam interpretū iuris verbalis citatio in tēplo fieri possit, Bar. ad l. pleriq;. Alex. & alii ad l. 2. ff. de in ius voc. idem ēt Bar. ad l. p̄senti. C. de his qui ad eccle. confu. In reali tn̄ citatione, ac detentione, cuiusmodi est arrestatio, hoc minimè ꝓmittitur. Pan. ad d. c. inter alia. Rober. Marant. in tractat. de ord. iudiciar. par. 6. c. incip. Proposuimus. nu. 129. ēt si ecclesia illa nondum esset cōsecrata. c. ecclesiæ. de immu. eccl. Porcius ad §. sacrę. Inst. de rer. diuis. Rebuffus ad ord. reg. to. 2. ti. de immu. eccl. art. j. gl. j. nu. 10. Quod verò practicus Papiensis in sua praxi, in form inquisit. gl. j. ver. ex his. hāc immunitatē multum denigret, cū suo more faciat, considerandū nō est, quia nullo bono iure nititur. Immo, quod amplius est, existimant pleriq; ex eo hāc immunitatē ēt extendi, vt si non ex proposito, sed velocitate fugæ eò peruenerit debitor, ab insequentib. militib. detineri non possit. Bal. ad l. pleriq;. nullaq; esse pōt principii & loci ex quo fugit ratio, qñ principii & finis. hoc est. loci ad quē fugit, diuersa cā existit. Alexan. ad d. l. pleriq;. Bal. ad l. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cle. col. 5. Sed quoniā pleriq; putant debitorē immunitate ecclesiæ non graudere; vide quod tertio ab sequenti capite resolutiuè sum dicturus. Pro quibus facit illud, qđ notat D. Præses Nicola. Euerardi in loco à seruo ad monachum, his verbis. Immò plus voluit singulariter Alber. in d. rub. C. de iis qui ad eccl. confu. ꝙ in locis, in quibus pōt quis pro debito capi vel arrestari ex statuto vel consuetudine, debitores ꝯfugientes ad ecclesiā, ēt si sint liberi hoīes, ex quo sunt conditionati vt serui, non debent gaudere immunitate ecclesiæ, sed p̄nt inde extrahi, quod tenementi. Hactenus ille. Et in simili notat Rodericus Suarez in d. declaration. l. 2. for. ll. lib. 3. tit. de los gouiernos. c. inc. Quintò q̄ritur; vbi dicit multos tenere, ꝙ si statutū habet, ꝙ debitor possit compelli ad seruiendū pro debito, tunc ecclesiæ immunitas ei non prodest: quia non v̄ concessa esse immunitas cum p̄iudicio istius, qui est quasi dn̄s, arg. eius quod de seruo dicitur in d. c. inter alia, & quia iustum est, ne alter priuetur iure suo, qđ cōpetit sibi ꝯ illius personam. Sed dicit tn̄, ꝙ hoc dictum dictū non vidit obtentum in practica, sed benè contrarium illius.

2 † Eadem est ratio monasteriorum. Alex. consi. 145. inci. Viso themate. lib. 7. eodemq; iure gaudent hospitalia, Archi. ad c. diffiniūt 14. q. 4. Bal. ad l. si quis ad declinandā. 6. col. C. de epis. & cle. Roder. d. loco, c. inci. Quintò quæritur. & si Barbatio credimus consi. 33. col. 2. lib. 4. ēt domus canonicorum intra ambitum ecclesiæ existentes immunes sunt. & idē Didacus d. lib. 2. & d. c. 20. nu. 5. putat similiter palatiū Epi hanc hr̄e immunitatē. c. constituimus. 17. q. 4. & hoc in praxi receptū esse ait. Quātò minus sisti posset debitor, q̄ corpori sacerdotis per plateam sacrosanctū corpus Dn̄i nostri Iesu Christi deferentis adhæret, à quo ne ob nefandum quidem crimen abstrahi posset. Arch. d. loco. Card. ad cle. j. §. Institutione. de reliq. & vener. sanct. Old. cōs. 54. Nam si Adonias filius Dauidis timēs Salomonē regē, fugiēsq. in tabernaculum Dn̄i; & tenēs cornu tn̄ altaris fuit immunis, vt est 3. Reg. c. j. & si veteres, eos qui ad Imperatorum statuas ꝯfugerunt, immunitate donauerunt, vt tit. C. de his qui ad stat. ꝯfug. quantò magis immunitas concedenda est illi, qui ad Pastorem, deferētem tam pretiosum thesaurum, cibum Angelorū, Dn̄m cęli & terræ, Iudicē & vindicē oīum, liberatorēq; nostrū confugit, cū certè non sit minus tribuēdū Pastori, in cuius manu esse dignatur Dn̄s, quàm secularium & subinde etiā impiorum Principum statuis aut eiusmodi altari, in quo olim Deus colebatur, & ad quod Adonias confugiens saluatus fuit. Id qđ catholicis scribo, non iis qui primam fidem irritam fecerūt, ab

Source : BIU Cujas

eccleſia catholica defecerunt, & hanc deferendi ad ægrotos ſacroſanctꝰ coporis conſuetudinē rident, à ſanctiſſimis patribus, & vbiq; ab antiquis temporibus teſtatam. Et quamuis Didacus d.c.20.lib.2.variar.reſol.nu.6. de hac deciſ. dubitet, ideo ꝙ immunitas iſtiuſmodi nullibi Euchariſtiæ extra ipſas eccleſias data reperitur, ratio tñ quę prędictos Doctores permouit, videtur mihi eſſe veriſſima, & efficaciſſima, quam etiam ſequuntur, & amplectuntur Ludoui. Gomeſius ad §.pęnales.nu.50 Inſtit. de act. Roman. ſing. 335. Cotta in dict. ratione identitatis. Abb. in c. ſanè. de celeb. miſſ.

3 † Parem ferè immunitatem habet domus cuiuſq;; nam vt in domo propria, aut aliena, contradicente dño capi debitor non pōt. l. nemo ex domo. ff. de reg. iur. & ſi captus fuerit, ſtatim relaxari debet. Roma. & Iaſ. ad d. l. pleriq;. ita & vſus & identitas rationis probat, ſiſti & arreſtari eum ibi non poſſe. Lex enim illa, quæ immunitatem ædibus cōcedit, & domum tutiſſimum cuiuſq; refugium appellauit, quia fauorabilis eſt, facilè ampliari & extendi pōt. Romanus d. loco. Ideoq; & in minimo viliſſimoque tuguriolo, & in ſtabulo iuncto domui, & in horto ad quē ex domo aditus eſt, & in molendino, quātumuis debitum magnum ſit, locum habet. Bal. ad auth. ei qui. C. de bo. author. iudi. poſſid. & ad l. j. §. j. ff. naut. caup. ſtab. l. hoc iure. §. ſtabula. ff. quib. modis pign. tac. contrah. l. fi. & ibi Bal. ff. de ſeru. vrb. præd. & Iaſ. latè ad d. l. pleriq;. Ripa ad l. quo minus. nu. 25. ff. de flu. vbi ita dicit. Et hac ratione infertur, ꝙ molendinum dr̄ prædium ruſticum, & non vrbanū, quia in reditu eſt. d. l. vrbana. & firmat Bal. in d. l. certi iuris. & probatur in l. cum de lanionis. §. inde conſultis. ff. de fund. inſtr. Quod credo verum, † niſi quantum ad molendinarium ibi habitantem; & ideo ipſe non poterit capi pro ciuili debito in molendino; quia quantum ad eum molendinum dr̄ etiam inuentum ad habitandum. hactenus ille. Maior poſſet eſſe difficultas de apothecis aut tabernis, & hoc latè diſcutit Caſtrenſ. conſi. 211. incip. Viſo puncto. lib. 1. vbi dicit, ꝙ ſi ſtatutum ſit, ꝙ quis non poſſit capi in aliqua domo, non habet locum in illis qui capiuntur in apothecis, vel tabernis; quia appellatione domus continentur ſolūm illa, quæ ſunt apta, & deputata ad habitandum principaliter vel ſecundario, non aūt illa, quæ deputata ſunt ad alium vſum: vt taberna, apotheca, ſeu meritorium, aut ſtationes, vel theatrum ac balneum. l. lex Cornelia §. domum. circa fi. ff. de iniur. Vnde de iure cōi, licèt de domo propria quis inuitus pro debito extrahi non poſſit. d. l. pleriq: tñ de theatro vel balneo proprio vel conducto, ēt ſi non p̄ſtet aditum, nec in conſpectu appareat, pōt re ipſa citari vel extrahi. gl. & Bar. in l. ſed etiam. ff. de in ius voc. Eodēq; modo de ſtatione apotheca, ſeu taberna, maximè ſi ad ipſos pateret acceſſus ſine aliqua fractura l. ſatis. d. tit. quia talia non ad refugiū. ſiue ad tutelam ſunt inuenta, vel deputata, ſed ad quæſtum faciendum. Et licet ſimilitudinem habeāt cum domo in hoc; ꝙa conſtant plerunq; ex fundamento, tecto & parietibus, non tñ poſſunt dici domus: & ſtatutum aut cōſuetudo non debet extendi ad ea, quæ non ſunt domus, licet participent cum domo, participatione illa, qua quælibet ſpecies participat cum ſuo genere. Sed poſtea limitando prædicta, hoc pacto idem Caſtrenſ. loquitur. Prędicta puto clare p̄cedere, ſi dicta taberna penitus eſſet ſeparata ab habitatione domus, ita ꝙ ſupra eā nō erat habitatio, ſicut videmus in multis tabernis malè regulatis. l. eo iure. §. ſtabula. ff. in quib. cau. pig. vel hypoth. tac. ꝙtrah. Si verò dicta taberna erat ſubtus habitationem, tunc aut ad habitationē non erat acceſſus per tabernam, ſed aliunde ex publico; & tūc idem; quia cēſetur ſeparata; quod patet, quia vnus pōt poſſidere partem ſuperiorem & alius inferiorem. l. ſi duo. §. item videamus. ff. vti poſſidet. Si aūt ad habitationem nō erat acceſſus niſi per tabernam, tunc reputatur pars inferior, & ſuperior vna & eadē, vt ibi no. & l. arbor. §. de veſtibulo. ff. cōm. diuid. & ſic maius vr̄ dubium, tñ ego idem puto; quia tunc pars inferior trahetur potius ad ſuperiorem, q̄ econtra, cum ſuperior non poſſit poſſideri per alium, q̄ per eum qui poſſidet inferiorē, niſi in caſu qui habetur in d. §. planè. & ſic qñ pars inferior eſt deputata ad tabernā, pro taberna habebitur, licèt pars ſuperior ſit deputata ad habitandum: quæ nonnihil ad ſe inferiorem, quæ eſt capacior, potiſſimum ſi ad perpetuam tabernam, &c. Hæc ille.

5 † Quinimmò etiam ad naues, quæ prædio vrbano ęquiparātur, teſte Bal. ad l. certi iuris. col. 2. C. locat. arg. l. j. §. ſi quis de naui. ff. de vi & vi arm. hoc oēs trahunt ad d. l. pleriq;. Alber. ad l. pen. §. fi. per illum tex. ff. de his qui deie. vel effu. quamuis abſq; iuſta ratione, vt mihi quidē videtur, ſolus diſſentiat Romanus ad l. j. §. domini. ff. ad S.C. Syllan. quem imperiti iudices ſæpe ſequuntur. Quod tñ ita intelligendum exiſtimo, niſi debitor tanquam viator in naui exiſtat: quia vt vſus & experiētia quotidiana docet, quando quis eſt in hoſpitio publico tanquam viator, niſi priuilegium aliquod ſingulare ciuitatis repugnet, ibi capi, & multo magis arreſtari poteſt, præterquam ſi ad annum, longumq; aliquod tempus habitādi quodammodo cauſa, cubiculum ibi conduxiſſet. l. j. §. habitare. l. pen. § in factū. ff. naut. caup. ſtab. Iaſ. d. loco, quo caſu non vt aduena arreſtari, ſed tanquam is qui quodammodo domicilium ibi habet, ordinario iudicio, qñ nullus fugæ metus accedit, conueniri debet. Nihilominus de arreſtatione eorū qui in naui ſunt, vide ea quæ inferius proximo capite ſubijciam.

6 † Eum quoq; qui in porticu domus hęret, non eſſe immunē crediderunt noſtri; non quidem indiſtinctè, quod tñ ex verbis Bar. Bal. & Ang. ad d. l. pleriq;, videri poſſet: ſed ita demū ſi porticus ædibus non adhæreat. Zaſius ad l. cætera. §. hoc ſenatus. & ibi Iaſ. nu. 6. in verb. Quia eſt ſeparata. ff. de leg j. Caſtrēſ. ad l. qđ conclaue. ff. de dam. infect. quemadmodum & de apotheca, & de aliis dici ſolet: quia connexorum eadem eſt ratio, ſeparatorum verò diuerſa. c. ſuper eo. de parochiis Sic & qñ debitor eſt in oſtio extra clauſuram domus, prehendi poteſt, teſte Bar. ad l. j. §. ſi ab hoſtib. ff. de cloac. quia quod fit in oſtio intra clauſurā domus, hoc dicitur fieri in domo, nō quod extra fit. Idem Bart. ad l. j. §. de inſpiciendo. ff. de ventr. inſpic. gl. in l. fi. § fi. ff. de ſeruitu. vrba. præd. & probat Ang. in d. l. plerique. cum ſeq. in fin. his verbis. Quid autem erit ſi in limine oſtij ſtat? dicas idē, ſi ſit extra clauſuram, caſus eſt melior qui ſit de iure. Inſtit. quib. mod. ius pat po. ſol. §. ſi ab hoſtib. Et hoc ſequitur Signorolus de Homodeis conſ. 16. inci. Statuto ciuitatis Papię, dum ita loquitur. Et quęritur, an repertus in limine portę domus poſſit capi, nec ne? & primò videtur ꝙ non. per l. cætera & quod ibi notatur p Doct. ff. de leg. j. In oppoſitum videtur, ꝙ iſte nō prohibetur capi vigore ſupradictæ legis municipalis. Nam propriè in domo dicitur eſſe, quod comprehenditur intra parietes domus; quēadmodum in ciuitate id quod comprehenditur intra parietes ciuitatis, caſus eſt in l. cum ancillis. in fi. C de inceſt. nupt. & pro hoc optimè facit l. Olimpio. §. j. ff. de ſeru. vrb. præd. & ibi adducit adhuc alia argumenta, quæ vide. Et memini anno 1570. mē ſe Auguſto, Louanii fuiſſe quæſtionem de eo, in quem ſatellites volebant manum iniicere, & qui fugiens verſus domum cecidit ante veſtibulum oſtij, & manſerat iacens inter domum & canalem, qui erat ante domum in platea publica, & ſub tectoriolo, quod ſolet ante ædes mercatorum propendere: exiſtimabat enim ille qui illic à ſatellitibus detinebatur, & inde ad carcerem deducebatur, ſe perinde atq; ſi in domo fuiſſet, ibi tutū fuiſſe, maximè quod parietes & muros domus capite ſuo attingebat. Sed errabat, & contra eum iuxta prædictas deciſiones iudicatum fuit. Contra quod tñ facit doctrinam Bal. ad rubr. ff. ſolu. matr. verſi. Et ideo ſi ſtatutum. vbi dicit, ꝙ is qui eſt in oſtio, partim eſt in domo, partim extra domum, vt no. de pęni. diſt. 2. c. dum ſanctam. & quod ſufficit tangere partem: vt l. vulgaris. ff. de furt. & facit. ff. de cloa. l. j. §. cloacæ appellatione. Nam ſi hoc eſt verum ꝙ ſufficit tangere partem, ergo ſufficiebat in prædicto caſu tangere capite oſtium, vel murum, ſiue parietem. Sed ad hæc reſponderi poteſt, ꝙ d. l vulgaris, non obſtat; quia in ea hoc tantum dicitur, ꝙ is qui ex aceruo frumenti accipit vnum modium frumenti, etiam ſi reliquum totū non accepit, fur eſt: quia ſufficit partem frumenti accepiſſe. & not. ibi Doct. ꝙ tota res tangitur, qñ pars eius tangitur. c. vulgaris. & ibi Io. de tur. cre. de pęn. diſt. j. Sed priuilegium quod conceditur debitori, & de quo hic agimus, non loquitur de debitore qui attingit domū, aut oſtium domus, ſed de eo qui eſt in domo. Illud autē, quod eſt extra oſtium, aut clauſuram domus, nō eſt in domo, & ideo idem Bal. in l. cætera. §. item hoc prohibetur. ff. de leg. j. dicit eñ non poſſe extrahi, qui eſt in oſtio domus; ſed non facit mentionem illius qui eſt extra oſtium domus, licet pede vel capite ſuo attingat illud. Quo modo accipiēdum erit (ni fallor) quod Bal. ad d. rubr. ff. ſol. mat. voluit, videlicet eum qui aliquem in oſtio domus exiſtentem inuadit, perinde teneri, atq; ſi in domo ipſa eum inuaſiſſet. Eandem putant eſſe rationem eius qui in ſcalis parieti domus incumbentibus, ſeu appoſitis extra domū eſt: quia & is extra domum eſſe videtur. Bald. ad l. ſi fiſtulam. §. ſcalas. ff. de ſeru. vrb. prædio. à quibus tamen in explicatione d. l. plerique. Romanus diſſentire videtur: Sed Baldi ſententia morib. noſtris magis videtur eſſe probata. Huc quoq; pertinet illud, quod conſi. 21. incip. Viſis ſcripturis. verſi. Nō obſtat etiam. no. D. Præſes Nicolaus Euerardi ꝙ ſi ciuitas habet priuilegium, ſi-
7 cut habet ciuitas Middelburgēſis, ꝙ † mercartores forēſes illic declinantes cum ſuis nauib. bonis, & rebus, plena gaudere debeant immunitate, ita ꝙ conueniri & moleſtari non poterūt, pro contractibus prius alibi celebratis; non poſſunt arreſtari in portu dictæ ciuitatis extra eam, ſicut eſt Armudæ; quia cum talis portus ſit de diſtrictu & territorio ciuitatis, idem eſt ſtatuendum de eo, ſicut eſt de ipſo oppido: iuxta notat. per gl. Io. And. & Doct. in c. vbi periculum. §. porrò. de elect. lib. 6. & ad l. Cæſar. ff. de & publ. vectig. vbi eſt caſus, quia portus inſulę ſunt pars inſulæ, vt ibi & in l. inſulæ. ff. de iudiciis. maximè quado mercatores ad ciuitatem illam cū nauibus & rebus ſuis declinare nō poſſunt, niſi per talem portum.

8 † Porrò aūt quod de immunitate ædium diximus in debito fiſcali locum non habet. Bal. in lectura antiq. & Iaſ. num. 28. d. l. pleriq;. Nam cum fortunas omnes noſtras, corpus etiā & vitā Reipub. cui nati ſumus, debeamus, bono autē publico pecunia

fiſci

fiſci ſit,quę vna,belli,pacis,ocij,negocij,rerum deniq; quocunque tempore gerendarum neruus eſt,non iniquum videri debet,ſi debitor aduerſus fiſcum non iuuetur.Nō eſt abſimile, ꝙ
9 † pōt quis capi, & ex propria vel aliena domo trahi ad officiū publicum aſſumendum, ad quod officiū deputatus vel aſſumptus fuit l.ex omnibus.C.de decurio.lib. 10. Ideoq; d. loc. Romanus cōſultum eſſe exiſtimat creditoribus,vt debitorē ad officium publicum aſſumi procurent, & ſic egredientem conueniant. Renunciari quoq; poſſe huic priuilegio verius eſt, teſte Iaſ.ad d l.pleriq; nu. 29.quod (vt ipſe ait) feciſſe videtur is, qui omni iuris auxilio renunciauit, quomodo quotidie ex vſu receptum videmus, ruſticos omni immunitatis auxilio renūciare; Verſantur quoq; nonnulli in ea opinione, & præcipuè quidem iam d.locis Bal. & Iaſ. vt exiſtimēt debitorem omnino fugitiuum dictis locis detineri poſſe.

10 † Poſtremò quemadmodum Rebuffus de priuileg. ſcho. ca. 102.ait, in ſcholis publicis alicuius Academiæ capi aliquem nō poſſe,vt ſcādalum & tumultus vitentur; Ita eadem ratione dici poteſt,ꝙ in ſcholis publicis debitor arreſtari nō poteſt: quia ſcholę in quibus Doctores profitentur,ſunt veluti domus propriæ ſtudioſorum.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſo pendente nihil eſt innouandum.*
2 *Colloquio de tranſigendo vel componendo durante nihil creditor aduerſus debitorem attentare debet.*
3 *Saluuſconductus etiam tacitè dari poteſt.*
4 *Partes dum ſunt in tractatu pacis,omnis ratio procedendi ceſſat.*

Debitor an eo loco arreſtari poſſit, ad quem à creditore tranſigendi cauſa vocatus eſt. Cap. VII.

Exiſtimo etiam debitorē eo loco arreſtari non poſſe, ad quem à creditore vocatus eſt,vt ſuper cauſa debiti petiti & prętenſi trāſigat,vel amicabiliter componat,aut de tranſigendo, ſiue componendo lo-
1 quatur cum eodem,etiam ſi non tranſigat, neq; cōponat † qa ſicut Compromiſſo pendente altera pars cōtra alteram partē nihil attentare debet.clem.quādiu.de app.& regulariter in omni cauſa Cōpromiſſo pendente,nihil eſt innouandū.Barb.cōſi. 18.incip.Clementiſſimum.col.5.vol.3.Rebuff.ad ord.reg. to.3. tit.de app.art.16.gl.1. nu. 25. etiamſi cōpromiſſum illud poſtea corruat,aut ad effectum non peruenìat,iuxtà no in d. clemen.
2 quamdiu.Ita † etiam non debet creditor aliquid attentare, cōtra debitorem pendente eiuſmodi colloquio ad componendū & tranſigendum deſtinato.Sicuti & cùm duces exercituum ſimul de pace cōponenda agunt, etiamſi expreſsè hinc inde ſaluuſconductus aut ſecuritas nō præſtetur, intelligitur tñ hoc tacitè eſſe actum,quia alioqui non veniſſent.Nam † & tacitè Sal
3 uumconductum dari poſſe notat Salic. ad l.nullus.C.de Iudic. Alex.conſi 1.lib.2.& conſ.8.lib.6.Hippol.ſing.77. & alij quos citat Pet.Prenius in tract.de ſecurit.promiſſ.quæſt.6 in fi ver.inc. Minimè autem. Alioqui enim cōtingeret debitorē miſerè decipi ſub hac confidentia,qui alioqui non veniſſet,quod eſſe nō
4 debet; Et † in ſimili in quotidiana praxi vſu receptum eſſe videmus,ꝙ quando partes ſunt in tractatu pacis,omnis ratio procedendi & proceſſus litis ceſſat.

SVMMARIVM.

1 *Brabantus an Brabantum arreſtare poſſit,& vbi.*
2 *Statutum abſolutè prohibens comprehendit ſubditum in alieno exiſtentem territorio.*
3 *Statuendi poteſtas inter ſubditos territorio non arctatur.*
4 *Excommunicatio ligat ſubditum in omni loco.*
5 *Interdictio bonorum facta prodigo contractum eius irritat quocunque loco factum.*
6 *Bona mobilia ſequuntur perſonam.*
7 *Debitor fugitiuus non iuuatur vllo priuilegio.*

De priuilegio Bullæ aureæ. Cap. VIII.

Incolis ducatus Brabantię ſpeciali iure à Carolo Quarto Imperatore aliisq; Principibus indultum eſt, vnum Brabantum non poſſe alterū Brabantum extra Brabantiam arreſtare.

1 † Quæro igitur, an Brabantus Brabantum arreſtare poſſit in Hiſpania,Italia,Anglia,Gallia,& aliis prouinciis aut regnis,quę non ſubſunt Imperatori & Principibus qui priuilegium illud
2 conceſſerunt?Et paucis videtur dicēdum ꝙ nō: † quia ſicut ſtatutum prohibitorium abſolutè loquens,comprehendit ſubditum exiſtētem in alieno territorio, vt no. in c.vt animarum. de conſti.lib 6.Anch in c.canonum.extra eo.tit. Bar. in l.cunctos populos in 6.quæſt.C.de ſumma Trin.Ita etiam & hoc priuilegium,quod vim ſtatuti habet.

3 † Secundò,quia poteſtas ſtatuendi inter ſubditos, territorio non arctatur.l.fi.ff.de decret.ab ord.fac.l.ſi quis.C.de epiſ.& cle. c.tuę.de cleric non reſid.Vnde ſi ſtatutum vetet vxorem donare viro, vxor etiam extra territorium exiſtens donare non poteſt.Sali.in d.l.cūctos.Hippol.ad l.fi.nu.142.ff. de iuriſd.om.iudi.ergo ēt ſubditi extra territoriū exiſtētes debēt. & ſtatuta Principis ſui,& priuilegia p eū ꝓceſſa,nec planè volūtaria, ſed fauore debitorū indulta,& obſeruari mādata,diligenter obſeruare.

Tertiò,quia ſi lex Principis ſuos ſubditos liget,vbicunq; ſint, & quocunq; eant.l.2. C.de commerc.& l.2.C.de vectig.c.fi. de conſti. ergo etiam & priuilegiū illius, quod voluit habere vim legis & ſtatuti.

4 † Quartò, quia ſi ſententia vinculo excōicationis ligat ſubditum quocunq; loco ſit, quæ tamen fertur in inuitum. l. ex ea. ff.de poſtul.c.quiſq;.4.q.5. multò fortius ſanè ligat priuilegium communi conſenſu populi & ſubditorum impetratum, & in quod omnes ſemel conſenſerunt. l. quod maior. ff. ad municipal.l.de quibus.ff. de legib.

5 † Quintò,quia in ſimili videmus,ꝙ interdictio bonorum facta prodigo ligat eum in quocunq; loco & territorio cōtrahat. l.relegatorum.§.interdicere.ff.de interd.& releg.ergo etiam & hoc priuilegium prohibitiuum ligat ciuem vbicunq; exiſtētē. Et his ipſis rationibus Lud.Roman.conſi.39. inci. In propoſita quæſtione,tenet ſtatutum prohibitorium de teſtando aut ligādo,ligare ſubditum teſtantem extra territorium. Idem cenſeo dicendum eſſe de rebus Brabātini,à Brabantino in alia prouincia exiſtentibus,arreſtandis,id quod dicta bulla etiam exprimit. Quia quādo ſtatutum aut lex non reſpicit principaliter res, ſed perſonas,vt hic,cum dī, quod Brabantinus non pōt Brabantinum,aut res eius alibi arreſtare, verba directè proferūtur & diriguntur in perſonam Brabantini arreſtantis, & tunc extenditur ad bona alibi ſita.l. pp lites.§.licet.ff.de excuſ.tut.l.2.C.eod. tit.Romanus d.loco.& per multas alias rationes & leges,per eū ibi allegatas,& per Io.Crotū conſi.5.circa fi. De quo tantò minus dubitandum eſſe puto, ideo ꝙ hic loquimur de bonis mo-
6 bilibus debitoris,quæ ſola arreſtari poſſunt † ea enim perſonā ſequuntur,& eandem conditionem cum ea ſortiuntur; Vnde ſicut perſona arreſtari non pōt,ita nec bona mobilia eiuſdem. Et videmus in ſimili,ꝙ quando bona alicuius cōfiſcantur à Iudice vnius territorii,bona immobilia alibi ſita ad illum Iudicē non pertinent,bona tamen immobilia ſunt illius,Bal.in l.mercatores.C.de commerc. Alex.conſi.92.lib.4.

7 † Excipio tñ hic debitorem fugitiuum;etenim exiſtimo, qđ non obſtante dicta bulla aurea Brabantus pōt Brabātum,& res eiuſdem,ſiue in locis ſubiectis Imperio,ſiue in aliis locis, arreſtare aut ſiſtere,& detinere, ſi eſt fugitiu⁹ aut de fuga ſuſpectus, quia contra debitorem fugitiuum ceſſant priuilegia.Poteſt eīm aduerſus cōes regulas ab ipſo creditore comprehendi.l.ait prętor.§ ſi debitorem.ff.quæ in fraud.cred. poteſt capi die feriato: etiam in honorem Dei & Sāctorum introducto.gl. celebris in l.vlt.C de fer.Bal.in c.fi. eo. tit. Poteſt ēt iudex incompetens illum comprehendere.Ancha.conſi.192.& Iaſ.in l.vinum. nu.5. ff.ſi cert.petat.putat illum ab eccleſia auferri poſſe,& D. Præſes in loco,à loco ad tempus.& Oldr. conſi.54.deciſ.Capell.Tholoſ.422.Boerius deciſ.215.quod tamen nō puto eſſe verum, vt & Didac.lib.2.variar.reſolut.c.vlt.nu.14.& ideo in genere dicit Bal.conſi.1.& Io.Bapt.Caccial.de debitore ſuſpect.q.8:in princ. nu.2.ꝙ talis debitor non gaudet beneficiis legalibus,& ſic prędictum priuilegiū debet accipere interpretationem à iure cōi.

SVMMARIVM.

1 *Locus promiſſionis in dubio cenſetur eſſe locus ſolutionis.*
2 *Creditor ad domum debitoris accedere debet pro habenda ſolutione, ſi non ſit eiuſdem cum eo fori.*
3 *Actionem hypothecariam & perſonalem ſimul haberi poſſe nihil prohibet.*

Vtrum reditus hypothecatus in vno loco, ſi decurſus eſt, poſſit à creditore eius;cui debetur, arreſtari in loco domicilij debitoris,qui illum debet. Cap. IX.

Conſultus fui ſuperioribus menſibus ſuper caſu infraſcripto; Quidā Brabātus cuidam Leodienſi in prouincia Leodienſi, & coram Scabinis ibidem, recognouit certū reditum annuū ſuper certis ſuis bonis in eadē ꝓuincia Leodiēſi ſitis; Creditor eiuſdē Leodiēſis cui recognitio illa facta erat, ſub ꝓdicto debitore Brabāto, in Brabātia habitante, & auctoritate Iudicis Brabanti, decurſos reditus pro debito ſuo arreſtauit, ſeu arreſtari fecit. Queſitū à me fuit, vtrum arreſtatio valeret,tanquam debito loco facta,& an non obſtante dicto arreſto poterat Leodienſis agere in patria Leodienſi actione hypothecaria,ſuper dictis bonis pp ſolutionem dicti reditus conſequēdam. Et certe primo aſpectu videbatur, ꝙ ea arreſtatio nō poterat ſubſtineri,ppea quod,ſicut dicta recognitio reditus erat facta in patria Leodiēſi, ita quoq; ſolutio
1 ſimiliter ibi erat faciēda: qa vbi aliud non cōuenit † locus promiſſionis cenſetur eſſe deſtinatus ad ſolutionē faciendā.l. ſi cū dies.§.arbiter.ff.de arbit. & per ꝓñs neq; debitor dicti reditus poteſt cogi,vt ſoluat in Brabantia, nō magis ab ipſo creditore ſui creditoris,q̃ à ſuo creditore,in cuius locum ille ſuccedit.l. 2.& aliis ll.C.quando fiſc.vel priuat.neq; ēt inuito ſuo creditore cui reditum recognouit, in Brabātia ſolutionem facere poteſt, de

Source : BIU Cujas

cuius diſſenſu certum eſt conſtare ex eo, ꝙ ſe arreſto opponat. Secũdò quia ipſa bona hypothecata pro dicto reditu ſunt affecta, & ideo põt Leodienſis ille nõ obſtante dicto arreſto, actionem hypothecariã inſtituere in loco vbi bona illa ſita ſunt, & perſonam eius qui reditum illum recognouit omittere.

In contrarium tñ videtur eſſe veritas, primò, quia quod ſemper locus promiſſionis, eſt locus ſolutionis, negat expreſsè Bar. ad l. quod ſi Epheſi. in fi. principij. ff. de eo quod certo loco. Et
2 regulariter † vbi creditor & debitor ſunt diuerſi fori, creditor vt ſolutionem ſuam conſequatur, domum debitoris accedere debet, gl. & Doct. in l. item illa. ff. de conſti. pec. niſi aliud actũ eſſe probetur, aut colligatur: Adeo ꝙ nec emphyteuta quidẽ cogatur deferre canonem ad domum dñi ſui, ſi nõ eſt de foro dñi. Bar. ibi. Secundò, quia ſi creditor velit, põt à debitore illic vbi habitat ſolutionem poſtulare in vim actionis perſonalis orientis ex obligatione ẽt perſonali, quia debitor promiſit ſingulis annis reditum eiuſmodi ſoluere: Nam licèt bona ipſa dicto reditu ſunt affecta pro maiori ſecuritate creditoris, promiſſio tñ ſoluendi reditum facit principalem contractum. Et certè in arbitrio creditoris eſſe vĩ, vt vel hypothecaria actione ſuper bonis hypothecatis agat, vel vt actionem perſonalem cõtra promiſſorem reditus intendat † quia hypothecariam hĩe actionẽ,
3 & perſonalem habere meram, nihil pugnat. Bal. in l. edita. C. de eden & in l. aduerſus. C. de act. obl. ſatisq; eſt in propoſito negocio, ꝙ promiſſor, vel debitor reditus, ſaltem volenti ſuo creditori in Brabãtia ſoluere poſſet, quodq; ea ſolutione facta arreſtãs forſitan omni ſpe conſequendi creditum ſuum, aut conuenien di illum in Brabantia, fruſtraretur: Et ſi creditor cui reditus debetur, durante arreſto, eoq; non obſtante agat cõtra promiſſorem reditus actione hypothecaria ſuper bonis obligatis in illo loco, in quo ſita ſunt, põt promiſſor, vel debitor excipere, reditum ceſſum ſub ſe arreſtatum, & ſub pœna à Iudice ſui domicilij ſibi eſſe prohibitum, ne ſoluat. Illa enim prohibitio & interdictio Iudicis eum excuſat. l fi. & ibi Bal. ff. de leg. cõmiſſor. gl. in c. ſignificaſti. de cẽſibus Io. Pet. de Ferrar. in ſua praxi, in forma libelli, de ſequeſtratio. ad verbum audet.

SVMMARIVM.

1 *Debitor an in feriis arreſtari poſſit.*
2 *Arreſtatio an poſt Solis occaſum admittatur.*
3 *Nundinarum tempore arreſtare non licet.*
4 *Mercatores an in eo loco arreſtari queant, ſine quo ad nundinas venire non poſſent.*
5 *Nundinæ non omnes liberant ab arreſto.*
6 *Contrahens in nundinis poteſt ibi arreſtari.*
7 *Criminoſi priuilegio nundinarum non gaudent.*
8 *Debitor de fuga ſuſpectus an in nundinis arreſtari queat.*
9 *Reſcriptum Principis impedientis arreſtum an indiſtinctè admittatur.*
10 *Hæres intra nouem dies poſt mortem defuncti arreſtari non debet.*
11 *Arreſtatus an Iudicis incompetentiam obijcere poſſit.*

Quo tempore arreſtum fieri poſſit, vel non poſſit. Cap. X.

Porrò autem quia de loco ad tẽpus iuſta ducitur argumentatio l. fi. ff. de condict. triticar. ordo eſt, vt qui præcedentibus capitibus de loco in quo arreſtatio fieri poſſit diximus, nũc etiam de Tempo-
1 re, quo fieri debeat, pauci quædam diſpiciamus. Et † prima quidem dubitatio eſſe poſſet de feriis. Sanè de debitore ſuſpecto vno ore affirmant oẽs, capi & detineri eum poſſe, etiam in feriis diuinæ Maieſtati dedicatis gl. ad l. fi. C. de feriis. Alber. & alij ad d. l. ſi feriatis. ff. illo tit. Iaſ. ad l. j. ff eo. tit. & ad l. 2. ff. de iuriſd. om. iudi. Bal. ad c. fi. de feriis. adeo vt etiam in ſummis ſolẽnitatibus ac feriis id fieri, & fieri poſſe dicat Alber. quia periculum eſt in mora. Obiecit quidẽ Eſaias c. 58. iis qui die ſancto & ieiunij ieiunabant, ꝙ oẽs debitores ſuos eo die repetebant. & exigebãt debita importunè Sed hoc eò non pertinet, ꝙ creditor debitorẽ fugitiuum ſolenni die ſiſtere non poſſet, quia vt Palladius libr. rei ruſtic. j. c. 6. ait. Neceſſitas feriis caret; & notat Propheta (ni fallor) dunxat eos qui nulla miſericordia ducti, externisq; & profanis rebus veluti affixi, tempore ſancto debitores ſuos importunè exigebant: ſicut ſeruus ille nequam euangelicus, & qui ieiunium in Solis externis obſeruationibus conſtituebant, nulla alioqui religione, pietate aut miſeratione ducti. Sed an aliud ſit in debitore extraneo nõ ſuſpecto, vel in ciue alio migrãte die feſto, nullus eorum quos legi, dicit Rodericus Suarez in interpretatione l. poſt rem, ff. de re iud. in 4. extenſi. in ſimili latè diſputat, an ius executiuum vigore inſtrumenti poſſit exerceri tẽpore feriarum: tandemq; ẽt concludit, ꝙ ſi executio iſta cauſæ cognitionem requirat, aut periculum non ſit in mora, exequi non poſſe, etiamſi ferię eiuſmodi ob neceſſitatem hoĩum duntaxat introductæ ſint. Eoq; modo accipiẽdum eſſe ait, quod ex c. ſignificarunt. de iud. ad l omnes. C. de feriis, voluit Bart. ꝙ qñ inſtrumenta guarentigiæ, ſiue confeſſionata, vt vocat, habent executionem paratam, ſicut ſententiæ diffinitiuæ, capi poſſunt homines pro executione diebus feriarum ob neceſſitatem hominum introductarum, non etiam his feriis, quæ Maieſtati diuinæ cõſecratæ ſunt, quod & Bal quoq; ad l. in minorum. C. in quib. cauſ. reſti. & ad l. prounciarum. C. de fer. & ad auth. ſed oĩno. col. 10. C. ne vxor pro mari alienauit. Ex quo videri poſſet, ꝙ ſi ex more ciuitatis, aut loci cognitio aliqua ad arreſtum faciẽdum requireretur, & periculum fugæ non exiſteret, fortè ꝙ dives aliquis debitor Mechilniæ habitans, hic Louanii reperiretur, arreſtatio concedi non deberet. Cõſtat ſanè citationem die feſto fieri non poſſe, etiam ſi in diem non feſtum citatio facta ſit, l. fi. C. de fer. Panor. ad c. conqueſtus. eo. tit. Caſtrenſis conſi. 270. lib. j. Multò igitur minus realis citatio & detentio fieri poſſe vĩ, præcipuè cum ne in nundinis quidem, quę cum feriis in honorem Dei introductis cõferri nullo modo poſſunt, arreſtari nõ queant debitores. Sed in contrarium facit, quod videmus, executionem, in qua cauſæ cognitio non conſideratur, nec ſtrepitus Iudiciorum, põt fieri die feriato ob honorem Dei & ſanctorum. Panor. & Ant. de But in c. fi. de iudi. ſicut & eo die appellari. l. j. & ibi gl. C de fer. Libellus dari, l. miles ff de adult. adoptio, emancipatio, manumiſſio, teſtium examinatio, donationis inſinuatio, & interpellatio fieri põt. l. actus C. de adop lo. An in addit. ad Spec. §. porrò circa finem tit. de inſtr. edit. Immò & pignoratio tali die fieri poteſt, ſm Guid. Papæ q. 215. vbi loquitur val dè accõmodè ad hũc caſum, dicẽs, ꝙ pignoratio in cauſam iudicati poteſt fieri die feriato ob honorem ſanctorum, & poteſt dicere executor ſententiæ debitori, pignero te pro tali debito, ad inſtãtiam talis creditoris, & de tuis tali b. bonis. Sed tñ nominatim ibi excipit dñicum diem, per l. dies feſtos. C. de fer. Rebuff. verò ad ordi. reg 10. j. art. 6. gl 3. nu. 60. ait, etiam die feriato in honorem Dei hoc concedi, nam ſi, inquit, debitor capi põt die feriato, multò fortius eo die arreſtum fieri poterit: quia periculum eſt in mora, iuxta ea quæ no. Iaſ. ad l. de pupillo § ſi quis riuos. ff. de no. ope. nũc. qui tñ loquitur in debitore ſuſpecto de fuga. Quo modo & Io. Beſſianus ad conſuetu. Aluer. art. 2. ait, ꝙ in feriis introductis ob honorem Dei & ſanctorum illud exerceri poteſt, quod vel neceſſitas ſuadet, vel pietas vrget, vel cauſæ cognitionem, & ſtrepitum iudiciorum non exigit. Intelligit itaq; Rebuffus arreſtum concedi die feriato, ſi periculum eſt in mora, ſcilicet ꝙ debitor illic amplius non inuenietur, etiamſi eſt dives, & alibi habitet, vel ꝙ inops eſt, & periculũ ſit, ne vnq; etiam alibi vtiliter conueniri, aut inueniri poſſet, quamuis ſm leges ſcriptas & cões debitor non ſuſpectus eo tempore detineri non poſſet. Guid. q 215. l. dies. l. oẽs. de fer. Alex. conſi 159. lib. 2. Et iſtud quidem mores noſtri hic quoq; recepiſſe videntur, qui etiam ſolam facilitatem conueniendi debitorem, quantũuis diuitem, conſiderant, & in omnibus penè locis arreſtationem, nulla habita feriarum ratione permittunt, pro quibus facit id quod Bal. ait ad l. fi. C. de fer in primo notabili, ꝙ ſi timetur de receſſu debitoris, poteſt detineri & executio in illum fieri, etiam in die feriato ob honorem Dei ſm gl. ibi, quam dicit eſſe ſingularem; & ꝙ propter talem ſuſpicionem tali die poteſt fieri ſequeſtratio. Et Caſtrenſ. ad l. j. ff de fer dicit, ꝙ ſi quis eſt ſuſpectus poteſt cogi die feriato ſatisdare de ſiſtẽdo iuri finitis feriis. Sed vtinam zelus diuini numinis ita animos creditorũ inflammaret, vt eam immunitatem quam ciues ſecularibus nundinis concedere debent, vltrò diuino honori tribuerent, maximè, quando periculum non eſt euidens in mora.

2 † Eadem quoq; ratione dici poſſet debitorem extraneum, ſi periculum eſt, ne abeat, etiam poſt occaſum Solis, & quacunq; noctis parte arreſtari poſſe; quod tamen vel iuris vel conſuetudinis ignoratione, diffor miter apud multos, magno Reipub. malo obſeruatur. Et hanc quæſtionem habui aliquando de facto in cauſa Domicilli Ioannis Vander Tommen, contra Paulum Boeckelmans.

3 † Illud in confeſſo eſt, tempore nundinarũ. vt mox dixi, res aut perſonas alicuius ſiſti vel arreſtari non poſſe. l. j. C. de nund. Dico tempore nundinarum, quod eſt notandum, ſecundũ Frã. Mignon ad conſue. Andegauenſ. tit. des ſeigneurs, barons. arti. 49. nu. 4. verſic incip. Et debent. vbi dicit, quòd eſt diſtinguendum inter nundinas, & inter mercatum: quia mercata (ita loquitur) non ſunt tuta pro debitis & gabellis, ſicut ſunt nundinę; Neque refert ſiue illę nundinę ſint ſeptimanariæ, ſiue menſtruæ, ſiue annales, ſiue luſtrales, ſiue ſeptẽnales, ſiue apparitionis, hoc eſt, quæ circa tempus Natiuitatis Domini, quo ſtella apparuit Magis, celebrantur: ſiue ſint nundinæ Paſchatis, vel omnium Sanctorum, aut menſis Auguſti, quarum omnium conſi. 61. nume. 21. lib. 2. meminit Marianus Socynus Nepos: Et ratio quidem eſt, vt merces quæ proculdubio, ad huius vitæ conſeruationem neceſſariæ ſunt, liberius & maiorę copia inuehãtur, & euehantur, qua de re plura extãt apud Alex. ad l. ne quid. ff. de incend. rui. naufrag. Bald. ad l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcopis & clericis. & ad cap. primo, quæ ſunt reg. Signorolus de Homodeis conſil. 108. Angel. 363. Dec. conſi. 51. Iaſon conſil. 147. Zaſius. conſi. 14. & conſi. 15. lib. primo. Quod tamen ita accipi velim, niſi debitum ſit iuratum; quia ſicut conſtitutio tollens generalem aliam conſtitutionem, non refertur ad con-

Source : BIU Cujas

ad cõſtitutionem iuratam. Pan. ad c.j.de his quæ fiunt à maior. part.c. Rom.ſing.7.& conſil.517. & ſicut ſaluusconductus conceſſus alicui non extenditur ad debita iurata, quemadmodum ſecundùm diſpoſitionem iuris,in Senatu Neapolitano concluſum & iudicatum fuiſſe deciſ.ſua 5.incip.Dominus Rex.recenſet Matth de Afflict.ita etiam & ob eandem cauſam,iſti atque arreſtari poſſe videtur; ideoq́ue conſultum eſt creditoribus, vt promiſſionem ſolutionis vinculo religionis & iuriſiurandi cõfirmari faciant.

4 † Quemadmodum verò tempore nundinarum in loco vbi illæ exercentur,arreſtare aliquem non licet.Ita etiam nec in illo loco,ſine quo mercatores ad nundinas venire non poſſunt. Vnde Nicolaus Euerardi conſ.21.decidit,ꝙ ſicut quis propter nundinas in oppido Middelburgenſi arreſtari non potuit: ita etiam in portu Armudano arreſtari non potuit:quia cũ dictus portus Armudanꝰ ſit de diſtrictu & territorio dicti oppidi Middelburgenſis,idem iuris cõſtituendum eſt de eo, quod de dicto oppido Middelburgenſi,iuxta no.per gloſ. Ioan.And.& Doct. ad c.vbi periculum.in §.porro.de elect.libr.6.& in l.Cæſar.ff.de publi.& vectig.vbi de hoc eſt caſus,quia portus inſulæ ſunt pars inſulæ.vt ibi,& in l.inſulę.ff.de iudic.maximè cum mercatores exteri ad oppidum Middelburgenſe declinare nõ poſſunt, niſi per dictum portum: Et quando alioqui diſpoſitio careret effectu, ſuburbia & alia ſimilia loca etiam continentur.c.ſi ciuitas. de ſenten.excom.lib.6.& Pan.in c.fi.de præb.Et nec Louanienſes quidem ferrent vlla ratione, ꝙ aliquis ad nundinas Louanium veniens,in aliquo loco ſibi ſubdito,per quẽ venire oportet arreſtaretur;quia alioqui vtilitas nundinarum per indirectũ lederetur,& infringeretur.Et ꝓ eo facit deciſio Iaſonis in l.quo minus.nu.17.ff.de flumi. ꝙ diſpoſitio, quæ habet locum in exiſtente in termino, habet locum in exiſtente in via, & vbi aliquid prohibetur in termino, intelligitur etiam prohibitum in via.l.abeſſe.& l.qui mittuntur.ff.ex quibus cauſ.maior.

Sed & hæ nundinæ, quas populus Principem aliquem ſuperiorem agnoſcẽs,nullo Principis ſui priuilegio,nullave immemorialis tẽporis præſcriptione,& veluti conniuente ſcienteq́; Principe,ſibi vſurpat,priuilegium iſtud non habent.d.l.j.verſic. Veterum indulto,aut noſtra auctoritate.& ibi Bald. & Salycet. C. de nund. Immemorialis enim temporis conſuetudo loco priuilegij eſt, ex certa ſcientia à Principe conceſſi, c.ſuper quibuſdam.§.præterea.de verb.ſignif Spec.ad tit.de cauſ. poſ. & ꝓpriet.§.quia verò.verſi.Quid de colligentib. Ideoq́; qui immemorialis temporis iuſtam poſſeſſionẽ, vel quaſi poſſeſſionem habet,poteſt ſicut Princeps priuilegium ſtudij generalis concedere Bart.ad 1.conſtitut. ff. argu. l.hoc iure. § aquæductus.ff.de aqua quotid.Aliàs verò ſicut ſolus Princeps ſaluumcõductum dare poteſt,Bald.ad l.reos.num.43.ff.de accuſ. & ad c.Imperialis.nume.4.de pace Conſtant.præterquam, ſi etiam ciuitati,aut alicui alteri inferiori propria iuriſdictio competit, quibus tunc quoque idem permiſſum eſt, teſte Petro Premo in tract. de ſecurit.promiſ.c.2.ita nemo alius nundinas inſtituere poteſt.

6 † Solent etiam ab hac immunitate excludi,qui in ipſis nundinis contraxerunt.Bald.Salyc.Fulg.ad d.l.j.Ioannes Papon.ad conſuetu. Burbon. titu. des executions. §.133. & notat Petrus Rat.ad conſuet.Pictauiẽſ art.63. tit. de la diſtinction des iuriſd. his verbis. Ecquid autem de eo mercatore dicas, qui cum ad nundinas profectus eſſet, ac multis ſe creditoribus obnoxium videret,quibus cum ſe haud ſatis poſſe facere ſecum cogitaret, cedere apud ſe decreuit;itaque ſarcinulam compoſuit,nonnullam ſecum pecuniam auferẽs hic iam ambigit creditor, an ob ſuſpicionem illum ipſum per territorij illius Iudicem ſiſtere,ac retinere poſſit? Et hoc caſu videndum eſt, an debitum ipſis in nundinis contractum fuerit; tum enim haud dubium eſt, quin poſſit:aut quidẽ iam antea debebatur,qua contingente ſpecie, ſummaria fugæ inquiſitione opus eſt,quæ niſi ſit,conueniri nõ poteſt eo loco nec retineri.C.de nund.Hactenus ille. Et in ſimili literæ moratoriæ ſeu dilatoriæ ſolutionis in eo, quod quis à mercatore extraneo emit,locum non habent,ne materia,occaſio & fomentum delinquendi tribuatur. Rebuffus d.tomo 2. arti.1.glo.j.num.35. Et cum emptor recipit merces exteri mercatoris,eo animo accepiſſe intelligitur,vt mercib.illic receptis, ilico & ſtatim ſoluat pretium, ipſaq́; naturæ & humanitatis ratio dictat,exteros nullo modo eſſe moleſtandos. auth. omnes peregrini.C.communia de ſucceſſio. Vnde & eędem illæ merces,tanquam fide de pretio non habita vindicari poſſunt.l. Aurelius.ff.de liber.leg.§.venditæ.Inſti.de rer.diuiſ. Hæc tñ opinio minimè placet ijs, qui exiſtimant eum qui cum forenſi quem mox abiturum nouit,ꝫhit,fidem illius ſecutum videri:Sed qñ aperto iure prior ſententia,quam & vſus probat,ſtabilitur,d.l.j. C.de nund.ridiculum eſt ea de re amplius dubitare, & cum lex ipſa de faciendo ſolutione ita diſponat, quilibet præſumitur ſecundum legem contraxiſſe l.quæro § inter locatorem. ff.loca. ſi non aliud actum eſſe euidenter appareat.Et cum latiſſimè de hac re ſuperius diſputatum ſit, iterum hic non repetam,eoq́ue magis quod & Didac. practic.quæſt. capit.10. & Felynus atque Barbatius in d.cap.fina.de for. compe. latiſſime omnia quæ eo pertinent diſcuſſerunt.

7 † Exules ſanè & proſcripti, ſeu qui crimen aliquod contraxerunt,immunitate iſta nundinarũ non gaudent,etiamſi iniuſtè proſcripti eſſent, donec proſcriptio illa declaretur iniuſtè eſſe facta.l.relegati.ff.de pœn.l diui fratres.eod tit. Bald.ad d.l.j. verſi.ſed nunqd banniti.Huiuſmodi enim homines exiſtimantur eſſe hoſtes ciuitatis.l.amiſſione § qui deficiunt.ff.de cap.minut.l.1 & ibi Docto.C de hæred.inſtit.& § neque homicidis. in auth.de mand.Princip.& ibi glo.ad verb.Neque cuſtodes.l.2.C. de exhib.reis.Ang.in tract.malefic.ad verb. Qui dñs Iudex. nume.58.Bart.ad l.j.ff.ad l.Iul. Maieſt. ideoq́; in proclamatione & denunciatione nũdinarum à ſecuritate atque immunitate earundem iſtiuſmodi perſonæ nominatim excipiuntur. Non.n. talia admittentibus parcere conuenit, d. §. neque. qui non niſi cum ſummo dolore,& cruciatu multorum videri, vel in ciuitate verſari poſſunt,quiq; cum ſemel mali eſſe cœperint,metuendum foret,ne peſſimo exẽplo, vel furandi, vel malignandi aĩo, ad nundinas accederent,pacemq́; publicam turbarẽt,& odioſas,noxiasq́; redderent nundinas quas liberrimas & vtiles omnibus eſſe maximè conuenit,quorum ob id malitiæ occurrendum eſt,l.in fundo ff de rei vẽd.& in auth.de monach.§.ſi verò.

8 † Exiſtimat tamen Rodericus loco mox citato nu.27 quòd tanta poſſet eſſe ſuſpicionis cauſa, vt ſaltem ad ſatisdationem illo in loco,vbi nundinæ celebrantur,debitor compelli poſſet, motus ex eo,qđ Angel.ad l.dies feſtos.C de feriis ait, ꝙ licèt ex forma ſtatuti Peruſini veniẽs ad nundinas debeat eſſe ſecurus & liber,& eius bona detineri non poſſint, tñ ex maxima cauſa ſuſpicionis capi poteſt, vt ſaltem caueat de iudicio iſti: quia ſi lex permittit debitorem à creditore die feriarum ob ſuſpicionem detineri, vbi aliter hoc permiſſum non eſſet:eodẽ modo inquit,& in nundinis quoq; id fieri debet.l.ſi ſerui. C.de noxal. quod ad reſtringendam & limitandam nundinarum patrię, ciuitatis, ſeu Regni libertatem perpetuò menti tenendum eſſe ſuadet. Quam ſententiam etiam Petr. Rauen. loco illic citato paulo ante ſecutum eſſe dixi,& ex his quæ conſi.99.lib.3.ſcribit Pariſius, confirmari poteſt.

9 †Quid autem ſi quis à Principe literas impetret,ne tempore nundinarum iſti poſſet,an etiam in eo caſu licitè arreſtabitur? Mouet quidem, ſed non reſoluit hanc quæſtionem ad d.l.j.C. de nund.circa fin. Bartholomęus à Salyceto. Conſtat, ꝙ cum princeps moratorias vel dilatorias literas ſolutionis alicui concedit,eo tempore pendente,neque perſona, neque res debitoris iſti vel detineri poteſt. Boerius deciſ. Burdeg q.296.incip. Princeps.col.2.Rebuffus ad ord.reg.tomo 2. tit.de dilat.artic j. glo.j.nu.92. Sed illud generale reſcriptum ad emptorem mercium extraneum ſe non extendit,& quod amplius eſt,etiã ſpeciale reſcriptum ſuper hac re impetratum, ſi dicto Rebuffo ibi credimus,quia ad iniuriam alterius pertinet,non ſubſiſtet, tanquam per importunitatem veriſimiliter impetratum: Sanè ſi omnino conſtaret de mente Principis, eaq́; penitus eſſet indubitata,exiſtimarem reſcripto eiuſmodi eſſe ſtandum,quia Princeps ex cauſa rei noſtræ dominium auferre poſſet.l.item ſi verberatum.ff.de rei vend.Felyn & alii ad c.quæ in eccleſiarum.de conſtitut.modò tamen pro rebus emptis cautio interponeret, aut aliàs vẽditor & creditor ab initio de illo priuilegio certior factus fuiſſet,iuxta ea quæ not. Iaſ. & alii ad l.2. & l.omnes.C.ſi ꝫ ius vel vtil.pub. Nihilominus quod dicimus, ꝙ ſi alicui conceſſa eſt à Principe dilatio, & immunitas, præſtari debere idoneam cautionem ſuper ſolutione futura,intelligi debet ſi à parte petatur.l.peto § fin.in verb. Quòd ſi cautio non fuerit deſiderata.ff.de leg.j.& l.3.§ hoc autem.ff de damn.infect. Nam & in ſimili compenſatio fit ipſo iure,ſed ita tamen ſi petatur.l.vlt.C. de compenſ.§.in bonę fidei.& ibi glo & Docto. Inſtit. de actio. Falcidia reſecat ipſo iure.l.linea. ff. ad l.Falc.ſed ita demũ ſi hæres petat l.patrem.ff.de his quæ in fraud.cred. Teſtamentum ratione prætentionis eſt nullum,ſi præteritus ipſe dicat & petat, non aliàs l.filio & ibi gl.& Dd.ff.de iniuſt.rupt & irrit. fac. teſt. aliaque huc pertinentia, ſuo more multa ad l.ſi vnquam.C.de reuoc. donat. ad verb.reuertatur.numero octauo,nono,& ſeq. cumulat Tiraquellus.

10 † Denique & illud adijcio, ꝙ hæres propter debitum defuncti,intra nouem dies poſt mortem defuncti arreſtari nõ debet, quaſi id tempus illi ad lugendum indultum ſit:ſecũdùm caſum ſingularem in §.meminiſſe.& ibi Bart.in authen.vt cum de appel.cognoſ.vbi dicitur, ꝙ nemini licitum eſt hæredibus & fideiuſſoribus defuncti,vllam inquietudinem aut moleſtiam,occaſione debiti defuncti inferre,& concordat elegans text. in l.fin. C.de ſepulch.violat.ſicut nec executio inſtrumenti quantumcũque liquidi,infra illos dies ꝫ hæredem fieri poteſt, immo ne ſententia quidem quę tranſijt in rem iudicatam,vt notat Rodericus Suarez ad l.poſt rem iudicatam.in 5.ampliatione,& in nona limitatione.ff.de re iudic. Quia eo ipſo quo lex vetat aliquẽ inquietari,cenſetur prohibere executionem.l.fina.§. donec.& ibi Bart. C. de iur. deliber. & cum lex præſumatur eſſe in viridi

obſer-

Source : BIU Cujas

obseruantia, nisi probetur contrarium. l. Arriani. C. de hæreti. non audiam nostri temporis tabulas occlamãtes illam legem non obseruari, nisi mihi de contraria consuetudine legitimè & vt decet introducta, fidem fecerint, maximè cum in naturali æquitate & honestate fundata sit.

11 † Possumus quoque & huc multa adferre de eo quod disputant plerique, an debitor de fuga suspectus captus, incompetentiam Iudicis allegare, & remissionem ad suum iudicem postulare possit, de qua re Iason ad d. §. j. num. 95. Bertran. consi. 182. lib. 1. & consi. 304. lib. 3. Latius idem Ias. ad l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. & alii ex professo agunt. Sed quoniam mores nostri quocunque loco iudicem in hac re competentem faciunt, nolo in ea re per se clara, diutius inhærere. Dixi autem superius, clericum ob periculum fugæ à laico detentum custodiæ ecclesiastici Iudicis tradendum esse.

SVMMARIVM.

1 *Locus celebrati contractus quando consideretur.*
2 *In soluendis gabellis quæ consuetudo attendatur.*
3 *Forenses ligantur statutis loci, vbi conueniuntur, in his quæ ad ordinationem iudiciorum pertinent.*

Cuius loci statutum ad faciendum arrestum spectandum sit, & quæ consuetudo, si in diuersis locis alia & alia sit, spectetur. Capite Octauo. Caput 11.

Sed cum de tempore & loco quo vel fieri vel non fieri arrestatio posset disputamus: incidit etiam hæc quæstio, cuius loci statutum, aut consuetudo spectari debeat, si in loco celebrati contractus, iure arresti, vel prehensionis vtimur, & in loco destinatæ solutionis non vtimur? Quam quidem quæstionem, non in specie, aut, vt nostri aiunt, in terminis, sed in simili & ꝓpinquo admodum casu decisam inuenio. Interpretes enim ad l. si fundus. ff. de euict. ad l. quæro. ff. de solut. Et D. Præses Nicola. Euerardi consil. 78. incip. Ex literis. col. 7. versi. aut quærimus. aiunt

1 † ꝙ si in loco celebrati contractus sit statutum, quod debitor possit capi & incarcerari, vel ꝙ instrumẽta notariorũ habeant executionem paratam: in loco verò destinatę solutionis non sit simile statutum, sed seruetur ius commune, attendetur quò ad hoc mos, obseruantia, statutum, aut lex loci destinatæ solutionis, quippe quod in his quæ concernunt iudiciariam executionem, inspicitur locus destinatę solutionis. Bald. Ang. Alber. & alii, ad l. hæres absens. ff. de iudic. Dominic. Philip. Francus, Anch ad cap. Romana. de foro compet. lib. 6. & hoc latè & eleganter prosequitur Rodericus Suarez ad l. post rem iudicatam. c. incipien. circa Iudicem. ff. de re iudic. Sicut & in his quæ respiciunt extinctionem actionis propter præscriptionem statutariam vigentem in vno loco, & non in alio: vel quò ad exactionem pœnæ adiectæ quantitati, quando statuta & iura municipalia locorum sunt diuersa. l. 3. §. fin. ff. de test. l. cùm clericus. C. de episc. & cleric. §. fi. Institut. de satisd. Bartol. & Ang. ad l. j. ff. de vsur. ad d. l. si fundus. & ad l. cunctos populos. C. de summa trinit. Nam licèt quò ad alia quæ cõcernunt solennitatem actus, seu eius perfectionẽ inspiciatur consuetudo loci celebrati contractus. l. magis puto. §. illud. ff. de rebus eor. & Bald. ibi. & ad l. 1. quæst. 5. C. de ℈hen. empt. & ideo si est statuto loci requirat certa solennitas in ipso contractu, vel si ad subsistentiam cõtractus requiratur solutio gabellæ, vel quid simile, tunc tale statutum debet obseruari, licèt in loco destinatæ solutionis non sit simile statutum. Iason nume. 55. in 2. lect. Bart. & alii, ad d. l. cunctos. Tamen in his quæ superueniunt post absolutum contractum, & eo iam perfecto tendunt ad eius executionem, cuiusmodi est arrestatio, ibi locus destinatæ solutionis inspicitur, sibiq; imputare potest, qui ita cõtraxit; quia in executione eiusmodi nõ consideramus causam de præterito, sed locum & tempus, vbi & quando fiet, teste Bald ad authen. Quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. Ioan. de Platea ad l. missi. C. de exact. lib. 10. Iason ad d. l. cunctos. in 1. lect. nu. 20. Bart. ad l. à diuo Pio. §. sententiã. ff. de re iud. Doctor ad c. j. de sponsal. Cast. ad l. 2. C. quemad. test. aper. Et latissimè omnium quæ ad huius rei confirmationem adferri possent, dicto loco cumulauit D. Præses, cuius argumentis, & per similitudinem rei motus existimo, ꝙ & in arrestatione, si similis casus occurrat, locus destinatę solutionis & iudicij spectari debeat. Et propterea si in loco ℈ctus initi non procedatur per arrestum, sed iure communi & ordinario, tamen si is qui ex eo contractu promisit soluere, hic reperiatur in hac nostra Belgica, quæ est patria arresti, poterit hic arrestari & ad soluendum cõpelli: sicut & in casu ℈rio decidit Ang. in d. l. si fundus, ꝙ si in loco contractus est statutum, quod quis capiatur ꝓ debito, & in loco iudicij est statutum, quod nõ capiatur, debet inspici locus vbi debitor cõuenitur, & vbi fit executio, & vide Bal. ad l. 2. C. quemad. testa. aper. Huc etiam pertinet, ꝙ si ℈ctus

2 factus sit in loco, vbi gabella nõ debetur, traditio autem in alio loco, vbi debetur, tunc inspecto loco traditionis debetur, vt voluit Bald. ad l. multum. col. vlt. versi. pone ergo. & ibi quoq; Salycet. in fin. C. si quis alter. vel sibi. Nam & aliàs cõtractũ fuisse videtur, non in eo loco, quo negotium gestum est, sed quo pecunia soluenda vel tradenda est, iuxta ea quæ superius dixi, ad hunc effectum. l. 3. ff. de bon. auctor. iudic. poss. l. ℈xisse. ff. de act. & c. Rom. de for. comp. lib. 6. Sed quid si quis cõtraxit in loco, in quo illius loci homines non vtuntur arresto, neq; promisit soluere in patria arresti, sed tamen illic reperitur, vtrum nihilominus arrestari possit? Existimo ꝙ sic, si vel tempus solutionis elapsum, vel ī mora periculum sit, vt latè superius dictum fuit: quia adhuc verum est dicere, ꝙ statutum & cõsuetudo loci iudicij seruari debet in istiusmodi. l. 3. in fin. ff. de testib. l. cum clericis. C. de epis. & cler. & in his quæ ad † ordinationem iudiciorum pertinent forenses ligantur statutis loci vbi conueniunt. Ias. & alii ad dict. l. cunctos populos. C. de summa trinit. & fide catholica.

3

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio immunitatis nundinarum an valeat.*
2 *Nundinæ publicum fauorem continent.*
3 *Renunciatio feriarum an subsistat.*
4 *Argumentum bonum est à lege ad Pactum.*
5 *Princeps sua lege immunitati ecclesiæ non præiudicat.*
6 *Debitor an in ecclesia capi possit.*

De renunciatione immunitatis & priuilegij, de non arrestando. Caput 12.

1 Illud autem quæri potest, an † ne debitor immunitati huic temporis aut loci, renunciare possit? Sanè ad tempus, quod attinet, non dubium est, quin immunitati nundinarum renunciare possit: quia licèt fauorem publicum habeãt nundinæ, scilicet, vt hinc inde merces in ditionem vel ciuitatem, ꝙb. illa eget, inuehantur, principaliter tamen de priuatorum commodo agitur, & sic regulæ communi standum est, quæ habet. Quòd quoties priuato fauore lex aliquid principaliter introducit, licèt secundario publicam causam annexam habeat, renunciari huic fauori posse. Docto. ad l. ius publicũ. ff. de pact. Alciat. nu. 33. & alij ad l. pen. C. de pact. Bart. ad l. vniuersi. nu. 2. C. de legat. lib. 10. modò tamen renunciatio ista specialis sit & expressa. l. j. & ibi Roma. & alii. ff. si quis in ius voc. Vnde grauiter peccare videntur nonnulli temporis nostri pragmatici, qui generalem renunciationẽ sufficere arbitrãtur, sicut omnia incocto & indigesto stomacho accipere solent: Bonus autem Iudex facilè animaduertet ex verbis fusè vel strictè ꝓlatis, quatenus renunciatio sese extendat, & an ad nundinarum libertatem sese porrigat. Quòd si certo in loco feriarum in honorem diuini numinis inroductarũ, is honor, & ea religio fuerit, vt in illis ipsis omnino sistere debitorem non liceat, existimauero renunciationi locum non esse, iuxta vulgatam regulam, † quod feriis in honorem Dei constitutis, renunciare non licet. glo. ad c. si feriatis. de fer. l. fi. C. illo tit. Iason ad l. j. num. 4. ff. eo. Sic etiam nemo consentire posset (ni fallor) vt in loco sacro capi posset. Iniuria quippe fit Deo & Sanctis, quãdo in ecclesia Dei & Sanctorum talia aguntur. c. frater. c. miror. 17. q. 4. & aliàs qui in loco sacro vel monasterio existit, pacto eiusmodi suo immunitati monasterij præiudicaret. Et licèt ius monasterij pro futuro tempore non tolleret, esset tamen plena res mali exempli, neque posset debitor renunciare fauori suo mixto cum fauore alterius. Paul. Parisius consi. 73. nu. 41. & 42. lib. 1. & in venerabilib. istis locis, cum pace & quiete, vota conuenit celebrari. l. denunciamus. C. de his qui ad eccles. confug. adeo vt in præiudiciũ illius principes seculares disponere non possent. c. ecclesia. de constitu.

4 Aufrer. decis. Tholos. q. 422. Quod † verò lege aut statuto fieri non potest, pacto quoq; fieri nequit. l. fi. C. de reb. alien. nõ alie. l. fin. C. de fideiuss. quia pactum, lex, & statutum ęquiparantur. c. sacrosancta. c. Massana. de elect. & maior est potestas legis, ℈ hominis, qui legi subest, vt ait Præses ad locum, à pacto ad legem. Cæterum hic paulò altius insistendum est. Sunt qui existimant, ꝙ si tenear restituere rem aliquam, & ad ecclesiam cõfugero, nihil mihi immunitas prodest. l. 1. C. de his qui ad eccles. confug. ibi, Nec ante suscipiantur, quàm debita vniuersa reddiderunt. Et quamuis textus ille loquatur de seruis, idem tñ iuris esse in liberis hominibus, cõcludit Azo in summa ibi: quia debitor tributorum pro debito in ecclesia capi, & ab ea extrahi potest. l. nemo. C. de exact. tribut. lib. 10. quippe ꝙ fiscaliũ ratio, & militibus, & priuatis, & ipsis quoq; tẽplis, & vniuersæ deniq; Reipublicæ vtilis atq; necessaria est. Authen. de mandatis prin. §. publicorum. col. 3. Oldrad. cons. 54. inc. Aufugiens. Nam aliàs si cum ego rem meam tibi commodarem, vel mutuò centum numerarem, vel merces venderem, tu ad ecclesiam cõfugeres, & res meas consumeres, daretur tibi occasio delinquendi contra l. conuenire. ff. de pact. dotalib. & immunitas ecclesiæ quę ad vitæ & membrorũ conseruationem est concessa, ius pecuniarum, vel bursale partis lędere nõ debet. l. 2. C. de in ius voc. c. de

rapto

Source : BIU Cujas

raptoribus. 36. q.1. Ideoq; prouiſio extrahendi conceſſa fuit à Senatu Burdegalenſi cuidam mercatori, contra ſuum Inſtitorē, teſte Boerio, q.215. incip. incarceratus. & Rebuff. ad ord. reg. tomo . titu. de immun. eccleſ. glo. 2. nu. 2. Alij verò contra dicunt, ꝙ Imperator non potuit per ſuum ius nouiſſimum prę̃iudicare immunitati eccleſiæ à lege conceſſę, cum iſtud priuilegium ſit datum non ſubdito, iuxta ea quæ not. in c. nouit. de iudic. tum etiam canon generaliter loquitur. d. c. miror. & immunitas iſta ex iure diuino profluxit. c. 2. lib. 3. Regum.

6 † Alij verò opinantur, ꝙ inſpecto iure communi debitor nō poteſt in eccleſia capi, nec inde extrahi. l. præſenti. C. de his qui ad eccleſ. confug. quia liber homo de iure non poteſt capi pro debito, niſi ſit ad hoc expreſſe obligatus. l. obę̃s. C. de actio. & oblig. c. lator. de pigno. Immo nec extra eccleſiam caperetur, ſi bonis cedere velit. l. j. C. qui bon. ced. poſ. inſpecto tamen iure municipali, ſecundùm quod capitur quis pro debito, ab eccleſia extrahi poſſet, cum perſona per ius municipale ſit affecta, ne creditor defraudetur re ſua, vel ſibi debita. Ego verò exiſtimo opinionem hanc, ꝙ renunciare non liceat, eſſe veriſſimā, & reliquas eſſe falſas. Nam prę̃terquam ꝙ alias ſemper in dubio fauẽdum eſt eccleſiæ, & eius immunitati. d. l. præſenti, nuſquam tñ cautum eſt in hac ſpecie, eccleſiarum immunitatem nō prodeſſe his, qui ad eas confugiunt: & ideo regulę ſtandum eſſe reſpondent Abbas in c. inter alia. nu. 22. de immu. eccle. per text. in d. l. præſenti. Roderi. ad l. 2. de los gouiernos. quæſt. 5. Didac. Couuar. lib. 2. variar. reſol. c. vlt. num. 14. verſi. ſed profecto etiã ſi debitor ſit obnoxius publicis tributis. Cyn. ad d. l. præſenti. ꝙ a nouellæ Cæſarum Conſtitutiones, tanquam iuri Pontificio in hac re contrariæ, non ſunt recipiendæ. Poſſet tamen fortaſſis, inquit Didac. hoc admitti in mercatoribus & campſoribus, qui maximo Reipublicæ diſpendio, ex pecunijs & rebus alienis, dum negociationem quæſtuariam exercent, operam vſuris & fę̃noribus ſtrenuè dantes, lautè & opiparè viuentes, & decocto res tandem verſuram faciunt, & ad eccleſiam fugientes, creditores omnes miſerè fallũt: quod quidem grauiſſimum crimen eſt, & ob id hi famoſi latrones appellantur. Sed, inquit, an iuſtè fiat, aliorum iudicium eſto, quãuis id iure fieri poſſe exiſtimet Boerius d. deciſ. 215. nu. 7. quo in loco plura de his mercatoribus tradidit. Addit prætereà Couarruuias, in ſupremo Prætorio Hiſpaniarum Regis Principis noſtri reſcriptum fuiſſe eccleſiaſticis iudicibus, vt præſtita per iudicem ſecularem cautione, de non puniendis criminaliter debitoribus, ipſos debitores quoſcunque ab eccleſijs abducerent, & eorum bona, ſi quæ in eccleſiam attuliſſent, auferrent. Sanè mores noſtri oſtendunt, decoctores ad eccleſiam, & monaſteria confugientes, abſtrahi non poſſe. Ex quibus omnibus etiam exiſtimo, huic iuri debitorem renunciare non poſſe, quod ad diuini numinis veneration em eſt introductum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres eius qui perſonam ſuam obligauit, an capi poſſit.*
2 *Priuilegium perſonale, aut pactum, perſonam non egreditur.*
3 *Hęres compelli poteſt ad omne id, ad quod compelli poterat defunctus.*
4 *Inſtrumentum publicum meretur executionem contra hæredem.*
5 *Quilibet in contrahendo aut renũciando, præſumitur ſe conformare legibus vel ſtatutis patris.*
6 *Renunciatio immunitatis quid tacitè in ſe contineat.*
7 *Hæres vtrum arreſtari poſſit, antequam ipſi fides aliqua de debito facta ſit.*
8 *Hæredem debitoris ſui qui arreſtat, probare debet eum hæredem eſſe.*

Renunciatio immunitatis an porrigatur ad hæredem debitoris. Caput 13.

Porrò autem cum eadē ſit perſona hæredis & defuncti, iuris poteſtate & fictione, dubium eſſe poſſet, vtrum hæc fori & immunitatis renunciatio etiam ſtringat hæredem renunciantis, veluti ſi, vt ſępe fit, debitor meus ruſticus renuncier immunitati nundinarum, certum eſt enim, ꝙ eo caſu die nũdinarum iſti, atque arreſtari poterit.

1 Sed † an eo mortuo, hæres eius poſſit, quæſtionis eſt? Et quidem prima facie negatiua pars probabilior videtur; quia quãdo debitor obligauit perſonam & bona ſua, ratione huius obligationis hæres capi non poteſt, licèt debitor potuiſſet. Bart. ad l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſd. cog. tum quia cõuentio eſt merè perſonalis, quæ ad aliam perſonam non tranſit, ſicut † etiam nõ tranſit priuilegium perſonale. c. priuilegium. de reg. iur. lib. 6. tum quia hæres ad hoc non fuit obligatus, nec potuit defunctus hæredē, qui neque deliquit, neque contraxit, ad arreſtum, & ſic per conſequens ad carcerē, niſi ſoluat, aut caueat, obligare, ſed illa obligatio cenſetur extincta per mortem debitoris, quò ad hæredes, teſte Benedicto de Barzis in tract. de guarant. q 9. primæ partis. Et vt ait Rebuffus d. tomo t. art. 3. glo. . nu. 13. ex differentia, qñ lex, vel ordinatio concedit ius capiendi debitorem, tunc etiam hæres detineri & capi poſſet, ꝙa debitor eſt, & quia lex ſemper loquitur. l. Arriani. C. de hęreti. Quod non eſt in tali contractu, qui merè eſt perſonalis, & lege non adiutus, & ideo ad hæredes non tranſit. laſon ad d. l. ſi deceſſerit, col. 3. ff. qui ſatiſda. cog. facit lex 3. & ſeq. ff. de cenſib. & ideo inquit, is qui conuenit, vt nō facta ſolutione præſtituta die, poſſit detineri & in carceres cõijci, ſi non ſoluat tali die, capi poteſt; quia eſt in mora, & ſic in culpa. Sed hæres qui in ius alterius ſucceſſit, iuſtam habet ignorantiæ cauſam an debeatur. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. Ideo non eſt in mora, & ſic nec in culpa, vnde detineri, aut in carceres detrudi non debet.

Econtrario verò videri poſſet, affirmatiuam partem eſſe veriorem, quia hęres cenſetur eſſe vna eademq; perſona cum defuncto, vt in auth. de iureiur. à mor. præſt. col. 4. l. hæredem. ff. de reg. iur. ſucceditque cum ſua cauſa, ſuisq; vitijs. l. vitia. C. de acq. poſſeſſ. l. Pomponius. ff. illo tit. & † ad id, quod poterat compelli defunctus poteſt etiam compelli hæres eius. l. poſtulante. ff. ad S.C. Trebell. licèt verbis legis non exprimatur. Ad cuius legis interpretationem reſpondet Bartolus, hæredem debitoris, vinculis mancipari poſſe, ſi ipſe debitor potuiſſet; quia hæres debitoris etiam debitor eſt, à quo inuito debitum exigi poteſt. 4 l. debitor. ff. de verb ſignif. & † inſtrumentum publicum, quod meretur executionem ꝫ debitorem, eodē modo meretur executionem contra eius hæredem. Imola & Ang. in d. l. 1. ff. de his quæ in teſta del. quia ex quo debitor eſt obligatus in inſtrumento, obligatio ipſius hæredis, virtualiter quoq; continetur in inſtrumento, licèt hoc ibi non exprimatur, argu. l. j. C. ſi cert. peta. & l. ſi pactum. ff. de prob. l. j. ff. quor. leg. vbi notat Bald. ꝙ exceptio, Tu non es nominatus in inſtrumento non nocet hęredi; quia nominato auctore cẽſetur etiam hæres eius eſſe nominatus. Alex. ad l. in ratione. §. ſi filio. col. 5. ff. ad l. Falcid. aliasque in l. ex contractu. ff. de re iud. clarè dicitur ius executiuum tranſire ꝫ hæredem, qui nõ eſt noua perſona, ſed eadem cum defuncto, teſte Bar. ibi. Et quamuis ius exequendi nondum natũ, non tranſit ad hæredem, arg. §. ſeruus. Inſtitu. de cap. dimi. tñ quãdo iam eſt in eſſe productum: tũc illud ius exequendi formatum, tranſit ad hæredem l. ſi ſuperatus. §. 1. ff. de pignor. l. ſi mater. §. 1. & l. iudicatæ. ff. de excep. rei iudic. Bart. ad l. 3. q. 4. C. de pigno. Et quemadmodum ſtipulator cẽſetur non ſolum ſibi, verũ etiam hæredibus ſuis, etiam ſi eorum nulla facta ſit mentio, ſtipulari. l. ſi pactum. ff. de probat. Ita econtra, & promiſſor quoq; ad hæredibus ſuis intellexiſſe, eosq; obligaſſe videtur. l. 2. ff. de verb. obligat. ex quo generale illud axioma profluit, ꝙ omnia pacta actiuè & paſſiuè tranſeant in hæredes, etiam ſi de illis mentio nulla facta fuerit, adeo vt pleriq; exiſtiment, hæredem non excludi, etiam ſi in renunciatione vel promiſſione adiecta fuerit dictio taxatiua. Qua de re in vtranque partem, multa ſuo more accumulat Tiraquel. in tract. de vtroq; retractu. c. de retract. conuent. §. 1. glo. 6. nu. 3. cum multis ſequentib. quæ omnia hoc vno loco referre non expedit. Ego hic conſidero, ꝙ in ſimili, licèt pactum non valeret, ꝙ debitor omiſſa citatione, & cauſæ cognitione capi, & carcerari poſſet, vt exiſtimarunt Bal. conſi. 185. lib. 3. Ripa ad l. obligatione. nu. 27. ff. de pignor. & hypoth. Ang. & Alex. & alii ad l. alia. §. eleganter. ff. ſolut. matr. Panor. & Felyn. ad cap. decætero. de re iudic. valet tamen eiuſmodi conſuetudo l. miſſi opinatores. C. de exact. tribu. lib. 10 quamuis enim quicquid poteſt fieri per pactum poſſit etiam fieri per cõſuetudinem l. fin. & ibi id notant Bald. Bar. Salyc. & alii. C. de fideiuſſ. Infinita tñ ſunt quæ per legẽm, Statutum, aut cõſuetudinem introduci & fieri poſſunt, pacto autem defendi non poſſunt. Caſtrenſis. Bart. & alii ad l. non impoſſibile. ff. de pact. præcipuè ſi ſtatutum, aut conſuetudo, nihil quod ſit turpe, aut qđ bonis moribus vel naturæ aduerſetur cõtineat, vt latè explicat D. Præſes Nicolaus Euerardi ī loco à pacto ad legem &c. Vnde non ſine ratione dixit Ripa loco mox citato, ꝙ ſubmiſſi carceribus & arreſtis paſſim arreſtentur abſque citatione, non qdem in vim alicuius pacti, ſed in vim conſuetudinis pactum approbantis. Quæ tñ conſuetudo, cum in facto cõſiſtat, niſi eſſet notoria, probari deberet. c. 1. de conſtit. lib. 6. Et hæc quidem Ripæ ſententia proximè ad deciſionem huius quæſtionis pertinere 5 videtur: Nam † cum quilibet contrahendo & renunciando videatur ſe retuliſſe ad leges patrias, ijſdemque ſeſe conformare voluiſſe l. hæredes mei. §. cum ita. & ibi Doct. ff. ad Trebell. latè Alciat. reg. 3. præſump. c. 32. certè debitor qui huic priuilegio 6 fori renunciat, voluiſſe videtur, ꝙ † conſuetudo vel lex patria, in hãc renunciationem more ſuo influeret & hæredem contineret, qui ſe iniuria affici, ſi arreſtetur die nundinarum, cõqueri non poteſt, cum ſciat vel ſcire debeat, eam eſſe conſuetudinẽ atque ſtatutorum ꝺditionem & naturam, vt ſicut Luna dominatur corporibus, ijſdemq; qualitates ſuas immittit, ita etiam cõſuetudo vel ſtatutum dirigit humanas actiones, & ſubintrat ꝫctum, vt ſm eius præſcripta ſeu obſeruationem ꝫctum eſſe videatur. l. in lege. ff. locat. Caſſ. ad conſue. Burg. des droictz à gẽs mariez. Rub. femme mariee. §. 2. ad verb. ſelon la generale couſtume. nu. 1. 2. 3. & ſeq. Ceſſante verò conſuetudine, aut ſtatuto, quamuis animus hic multum fluctuet, non auſim à communi opinione

Source : BIU Cujas

opinione recedere, quæ est in proximis terminis, q̃ si debitor in instrumento expresse cõuenit, q̃ si statuto die non soluerit, possit incarcerari; pręsupposito q̃ tale pactum valeat; hæres debitoris quamuis non soluat, non tñ poterit in vim illius pacti incarcerari, quia hæc promissio, iurisq̃; renunciatio cohæret p̃sonæ, & ideo ad hæredem non transit. Ita decidunt Bar. num. 1. Iason num. 13. & alij ad d. l. si decesserit: tum etiam quia plus potest statutum q̃ pactum. Bart. ad l. omnes. ff. de iustit. & iur. & q̃ñ verba pacti sunt dubia, contra eum qui ex pacto se fundat, & apertius de hærede dicere potuisset, fit interpretatio. l. veterib.
7 ff. de pact. Et quamuis hoc quod dixi, hæredem † contineri renunciatione, si modo aliàs statutum iuuet ipsam renunciationem, eidemq̃; adsistat, intelligunt quidam, vt tñ hæres prius citetur. Bald. ad l. per diuersas. C. mand. Ang. & alii ad l. intra. ff. de re iudic. doceaturq̃; quod hæres est. Castrens. ibid. Ego tñ puto, q̃ arrestum non impedietur, ne abeundi occasio instruatur, & q̃ etiam de iure sufficeret, summariè iudicem informare, amplioremq̃; probationem offerre: quemadmodum & in hmõi negociis & rebus lex summariè, & secundum qualitatem negocij procedendum esse monet, vt sumptus litium, qui multos consumunt, euitentur, & sic non fiat diuersus processus, vt ait Rode. Suarez ad l. post rem. extensione. 1. nume. 3. versi. ego seruabam. ff. de re iud. & elegantius in 5. limitatione eiusdem. l. numero 5. versi. consilium est. Quod in nostra hac prouincia dubium non habet, vbi, vt inferius dicemus, moribus receptũ est, creditorem suo periculo arrestare cum posse, q̃ legitima exceptione munitus est, licèt in progressu causæ certũ sit q̃ debet,
8 tanquam fundamentum intentionis suæ, probare † arrestatum hæredem esse, adeoq̃; personam illius esse talem, contra quam executio eiusmodi fieri possit. Innoc. in c. quia. de iudic. Bal. ad l. si quis curialis. C. de epis. & cler. Latè quoq; lib. j. forens. Instit. c. 4. tractat Imbertus. vtrum instrumentum aduersus hæredem in vim pacti executioni mandari possit, & tandem ait non posse, si pactum merè personale est, nisi tamen per statutum probetur, veluti si caueatur statuto, debitorem, eiusve hæredẽ prehendi, & in carcerem mitti posse: quod etiam nunc probaui.

SVMMARIVM.

1 *Dicens se arrestari non posse, declinatoriè excipit, & ante litem contestatam hoc opponere debet.*
2 *Ius reuocandi domum, an & quando proponi debeat ante litem contestatã.*
3 *Tempus arresti facti spectamus, sicut & contractus & delicti, quo ad conditionem personarum.*
4 *Laicus post delictum factus clericus à quo iudice veniat puniendus.*
5 *Exceptio declinatoria post litem contestatam superueniens an opposita prosit.*

Quando arrestatus videatur priuilegio fori tacitè renunciasse. Caput 14.

Et hæc quidem de expressa renunciatione immunitatis aut priuilegij. Tacitè autẽ renunciasse videtur arrestatus huic priuilegio, aut immunitati si ante litem in materia arresti contestatam, nõ excipiat
1 † q̃ illic arrestari non potuit, quia hæc est exceptio declinatoria, quæ ante litem contestatam opponi debet, & postea opponi non potest. l. ita demum. C. de procur. c. inter. de except. Is. n. qui dicit se arrestari non posse, aduersus Iudicem arrestantem excipit, & se coram eo, in vim dicti arresti, conueniri non posse contendit, aut certè dicit, q̃ licèt fortè iure communi propter contractum conueniri posset, tñ propter priuilegium suum nõ tenetur ibi litigare, aut rñdere. Sic & Innoc. Io. And. & alii ad c. fin. de for. comp. & potissimum Socinus ibi. 7. q. in prin. decidunt
2 † q̃ ius reuocandi domum, cui istud est simillimũ, debet ante litem contestatam proponi; quod tñ limitat duobus modis. Primò vt procedat, q̃ñ ius reuocandi domum competebat ante litem contestatam, secus si cępit competere post litem cõtestatam: quia tunc potest proponi, etiam post litem contestatam, iuxta not. per Ias. ad d. l. ita demum. Secundò vt procedat, q̃ñ omnia adhuc sunt integra; sed si is, cui cõpetit ius reuocãdi domum, succubuit per aliquam interlocutoriam sententiam super aliquo articulo, nec appellauit, tunc amittit hoc priuilegium. Spec. in tit. de renunc. §. j. versi. q̃ si is. Ex quibus duabus limitationibus videretur etiam hic dici posse, q̃ si quis esset arrestatus, antequam fieret clericus aut scholaris, aut aliàs talis, qui arrestari non posset, & postea fieret non arrestabilis, non valeret tñ arrestatio, & posset adhuc excipi ꝺ eandem, vel saltem ea
3 resolueretur, quod non puto esse verum, † quia debemus spectare tempus arresti facti, sicut spectamus tempus contractus. l. Rutilia. ff. de contrahen. empt. & tempus delicti. l. j. ff. de pęn. & per arrestum videtur arrestatus fuisse præuentus à Iudice arrestante. l. si quis posteaquam. ff. de iudic. vbi est clarus & apertus textus, cuius verba sunt hæc. Si quis posteaquam in ius vocatus est miles vel alterius fori esse cęperit, in ea causa ius reuocandi domum non habebit, quasi præuentus. & vbi cęptum est iudicium, ibi finiri debet. l. vbi cęptum. cod. titu. & glo. ibi notat, q̃ sufficit eum potuisse in ius vocari tempore citationis. l. pe. ff. de iurisd. omn. iud. l. incola. ff. ad municip. quia per citationẽ tam realem, quæ fit per arrestum q̃ per verbalem inducitur præuentio. Bald. in l. officiales. C. de epis. & cler. & factum legitimè nõ retractatur, etiam si postea casus superueniat. à quo incipere nõ potest. c. factum legitimè. de reg. iur. lib. 6. Verum est quod Bar.
4 in tract. de iurisd. nu. 8. decidit, q̃ † si laicus is, qui delictũ admisit. post admissum delictum clericus fiat, debet puniri per Iudicem ecclesiasticum, & nõ per Iudicem laicum, nisi in fraudem factus sit clericus. Sed Bald. & alii ad dict. l. officiales. supplent, vel etiam nisi à iudice seculari, per citationem fuerit præuẽtus, aut nisi fuerit degradatus. Illud tamen verum est, q̃ etiam in illis casibus non poterit puniri delinquẽs postea factus clericus, à seculari Iudice, ea pœna, quam non posset sustinere propter ordinem, & sic non puniretur ab eo corporaliter, sed hæc pęna commutabitur in aliam. l. hos accusare. §. vlt. ff. de accus. nisi esset ordine postea motus; quia tũc ab omni clericali priuilegio excidit. c. degradatio. de pœn. lib. 6. & ita in suprema Curia Parisiensi iudicatum fuisse anno 1371. refert Costalius ad d. l. si quis posteaquam. Probatur etiam hæc nostra decisio apertè in l. cũ quædam puella. ff. de iurisdi. om. iud. vbi dicitur, q̃ licèt puella durante lite nubat, & sequatur domicilium & conditionẽ mariti, tamen hoc non subtrahit illam à iurisdictione Iudicis qui illud matrimonium præuenit, & coram quo illa nõdum nupta litem contestata fuit; & q̃ priuilegium fori post præuẽtionem accedens, non proficit præuento, vt iudicantis imperium declinet. Quod igitur dicitur † exceptionem declinatoriã, quæ post
5 litem contestatam superuenit, postea opponi posse, intelligo de ea exceptione, quæ verè quidem competebat ante litem cõtestatam reo, sed nõ sciuit illam sibi competere, nisi post litem contestatam, veluti si ignorans tempore arresti facti iam erat legatus factus, aut si ignorauit hoc priuilegium sibi & sui generis hominibus competere, quia ignorans non consentit, & iurisdictio sine consensu, aut per errorem, non prorogatur, vt est elegans textus in l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iudi. De quo errore cum constat, facilè apparet, etiam secundæ limitationi Socini non esse locum propter eandem rationem.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de iudicio sisti quomodo intelligatur.*
2 *Cautio de iudicato soluendo, non prorogat iurisdictionem Iudicis.*
3 *Satisdans de parendo mandatis Iudicis, an renunciet fori priuilegio.*
4 *Qui petit sibi caueri de refundendis expensis, aut soluit sportulas, non videtur ob hoc in Iudicem consentire.*

An arrestatus præstando cautionem de iudicio sisti, priuilegio fori renunciasse videtur. Caput 15.

Disputari etiam posset, an scholaris vel alius quisquã per hoc priuilegio suo renunciasse, & forum iudicis loci in quo arrestatus est, approbasse & progasse videatur, quod cautionem præstat de iudicio sisti ibidem? Et paucis dicendum est, q̃ nõ, se-
1 cundum Bart. in l. si conuenerit. ff. de iurisd. omn. iudi. quia † ea cautio intelligitur, nisi Iudex ex iusta causa recusetur. Nam & in authen. ofteratur. C. de litis contesta. post satisdationẽ datur adhuc tempus ad deliberãdum, an reus Iudicem adhuc recusare velit, & ibi not. Zas. num. 2. q̃ non solum potest reus mutare voluntatem, aut litem contestatam, si promisit iudicio stare, & si satisdedit de stãdo in lite, vsque ad finem, verum etiam si copiam libelli petiit, & genus actionis sibi exhiberi. Quod rationem habet; quia præstando cautionem istam de iudicio sisti, intelligitur promisisse non solùm respectu principalis debiti peti ti, sed etiam respectu exceptionis declinatoriæ, postea per eum
2 proponendæ. † Et idem est si caueat de iudicato soluendo, secundum Bart. in l. vir bonus. ff. iudic. solui. quia intelligitur, q̃ promittit soluere iudicatum, si inuentum fuit, q̃ exceptiones declinatoriæ, & aliæ per eum proponendæ inuentæ fuerunt, de iure non esse receptibiles, & non aliter. Et Bald. ad l. 2. C. de bo.
3 auctor. iudi. poss. dicit, q̃ † qui satisdat de parendo mandatis Iudicis, non renunciat priuilegio fori, sed inest conditio, si de iure tenetur. Et ideo inquit Felyn. in c. inter monasterium. nu. 9. de sent. & re iudi. cum quidam rusticus subditus Capitanei Pisani præstitisset satisdationem, de parendo mandatis Iudicis, respondi, q̃ adhuc poterat allegare incompetentiam, quamuis satisdedisset. Et confirmatur hoc per l. si quis libellos. C. de appell. vbi si quis libellos appellatorios inferat coram Iudice appellationis, & desistat, antequam sit acceptum iudicium, non cogitur perseuerare in lite. Sed aliud est, si omnino constaret de voluntate arrestati, q̃ vellet approbare Iudicem loci arresti, & posset illum approbare, clericus enim nõ potest. c. si diligenti. de for. comp. Et quamuis Docto. distinguũt in d. l. si conuenerit, inter satisdationem necessariam & voluntariam, vt ex illa non inducatur approbatio iudicij, ex ista verò sic, vt per Alex. latè in l. q̃dam consulebant. ff. de re iudic. Tamen longè satius & securius est, vt

Source : BIU Cujas

est,vt arrestatus præstando illam cautionem protestetur, quòd non intendit consentire in iudicem, nisi quatenus teneatur. Et prædictam resolutionē etiam tenet Aufrerius decisio. Capell. Tholos.180.incip.Item fuit quæsitum,si aliquis fuit conuentus.
4 Vbi etiam addit,q̄ † non videtur consentire in iudicem, si petat sibi caueri de refundendis expensis, aut si sportulas soluat. Videmus enim has cautiones, ab initio præstari apud iudicem ab eo,qui ius reuocandi domum habet.l.2.ff.de iudic. c.fina.de for.compet.& D.Anton.ad c.1.de iudic. nec tollitur exceptio declinatoria per illum actum,quæ pars facit ante litem contestatam,idem Anton. in d. c.inter. Sed eam distinctionem puto hic non esse necessariam,si non apertè constet, aut colligatur quod arrestatus voluit in iudicem illius loci consentire, q̄a qui satisdat de iudicio sisti ibidem, licèt vltro faciat, vt per eam satisdationem ab arresto relaxari posset, tamen quodammodo necessitate coactus facit,q̄ aliter relaxari & domum ad suos redire non potest,& si aliter posset euadere,vtique non prętaret eam cautionem,& sic est hic quędā causatiua necessitas in eo, licèt non coactiua, quod sufficit, ne aliquo modo videatur per hæc iudicem illum consensisse.

SVMMARIVM.

1 *Extraneus tantum, aut ciuis suspectus arrestari potest.*
2 *Suspectus debitor quando dicatur.*
3 *Arrestatio non fit, nisi creditore postulante.*
4 *An sit ante attestationem apud iudicem facienda summaria aliqua probatio de debito.*
5 *Res aliena arrestari non potest.*
6 *Res apud debitorem inuenta, eius esse præsumitur. & 8.*
7 *Vxor quo pacto suarum rerum arrestationi se opponat.*
9 *Pendente altercatione super proprietate rei, an arrestatio rectè fiat.*
10 *Bona debitoris si apud tertium existant, quid iuris.*
11 *Res pignori obligatæ an arrestari possint.*

Quæ sint necessaria, vt debitor, vel quis alius arrestari possit. Cap. 16.

Non dubium est, quin graui iniuria afficiat, qui ex causa non legitima sistitur seu arrestatur,cuiusve bona nullo iure detinētur, quod sequenti capite latius dicemus. Et ideo antequam creditor ad arrestum deueniat,curare debet iudex, vt citra omnem iniuriā causa instituatur.Nam vt Plato ait, legum sanctio huc respicit, vt fęliciſſimi ciues sint, ac maximè inter se amici;qui sanè amici nunquam erunt,si mutuis iniuriis vexentur,& si quàm minimæ hæ sint atque pauciſſimæ.Igitur qui bona vel personam alicuius sistere vel arrestare intendit, obseruare debet principio,
3 q̄ † non nisi forensis & extraneus sisti vel arrestari potest.Ciuis enim coram suo iudice conueniri,iuxta cōsuetum iudiciorum ordinem debet:& si de dilapidatione suspectus esse incipiat,vt sunt nonnulli,quorum largitio fundum non habet, & de q̄bus illud Claudiani dictū videri potest. Præceps illa manus, fluuios superabat Iberos,Aurea dona vomens &c.tunc interdici ei potest, ne bona sua alienet. Quæ tamen interdictio non temerè, sed plenè causa cognita fieri debet,citato eo,cui interdictio facienda est,vt l.in causę.§.causa cognita.ff.de minor. l si deserta. C.si propter pub. pensit. Sicut etiam fieri solet, quando adolescenti perdito & luxurioso,mulieriq; luxuriosè viuenti, bonis interdicitur.l.si verò §.adolescēs.ff.mand.l.mulieri. ff.de curat. furios.Quod si verò hic suspectus ciuis debitor, iā abitū quoq; paret,etiam bona illius sisti possunt,cùm ipse eo casu rectè detineatur.Bart.& alii ad l.de pollicitationibus,in fi. ff.de pollicita. Bal.ad l.per diuers.C.mandat.& ad l.si fideiussor.§.fin. ff.qui satisda.cog.vbi latè Ias.Rom.consi.241.incip. Spectabiles. Alex.
2 consi.101.lib.2.Suspectus † autem dicitur,si officina eius præter consuetum morem clausa maneat.Bart. Ang. & alii ad l.sciendum. ff. qui satisd. cog. si iam exercet ludos iure prohibitos; si sub grauibus vsuris pecuniam accipit, si bona sua mobilia teneat loco secreto,vnde facilè auferri possunt;si multis fideiussoribus se implicat, vel si quid aliud faciat, ex quo iudex in credulitatem suspicionis adduci potest;De qua re, vt intelligo, latè Ioan.Bap.de S.Seuerino,in tractat.de suspect.debit.q.6.num.12. & aliis, & (quem ego vidi) Paulus Paris. eleganti consil. 99. & consilio 1.lib.3.

3 † Secundò hoc priuilegium creditori non datur, nisi fuerit postulatum.arg.l.4.§.hoc iudicium.ff.de damn. infect. quia ad priuatam partis vtilitatem Iudex non impartitur officiū suum, nisi fuerit imploratum. dict. §. hoc iudicium, ne ipse qui inter vtranq; personam litigatorum (vt ait Constantinus in l. vbi. C.de fals.) medius esse debet,se quodammodo partem constituere videatur. Inter postulandum verò aliqualem fidem facere oportet Iudici de debito, vel per ostensionem instrumenti obligationis,vt censuit Barbatius consi.9.col. 10.lib.2.vel per testes,si fortè syngrapha ad manum non adsit, vel denique alia aliqua legitima & summaria probatione,per quam Iudex aliquo modo credere potest,verum esse quod asseritur.Rebuff.ad constit.reg.tomo 1.arti.6.gloss.3.nu.43.Sed an solum iuramentum creditoris sufficiat,dubitatū fuisse video:Ang.enim ad l.nemo carcerem. C. de exact. trib. & Angelum imitatus Imola ad l.2. ff.solut. matr. illud existimant sufficere,propter periculum qđ est in mora: quia vbicunq; periculum est ī mora, ad probationem sufficit iuramentum,glo.& Innoc.ad c.quoniam.extra vt lite non contest.iuxta l.eorum. ff.de damn. infe. l.qui bona.§.si quis.eo.tit.ne si aliæ probationes requirantur, quæ sępe admodum nobis ad manum non sunt,debitor interim aufugiat. Roman.ad d.l.si fideiussor.§.fi.Saly.ad l.vnicam.C. de prohibit. sequest. Ioan.Bapt.d.loco.q.6.nu.18.quam opinionem Castrens. quidem per totum mundum seruari ait;sequiturq; eam Paulus Paris.consi.107.nu.54.lib.3. quia non fit plenum præiudicium debitori,qui sola cautione arrestū dissoluere potest. Sed aliud visum fuit Bald.ad d.l.apertissimi.nu.9.C.de iudic.& consi.285. nu.3.& 4.lib.1.Alex.sibi contrario in d.l.2. Iasoni etiā sibi aduersanti in §.1.Institut.de act.Alii verò multa simul requirunt,scilicet q̄ de debito aliquo modo constet, & q̄ præterea creditoris iuramentum accedat:quod iuramentum non quidem Seruienti seu Apparitori qui arrestat, sed apud iudicem præstetur, teste Rebuffo d.loco,art.6.gl.nu.61.Sed vt eodem loco subdit, nu.43 in multis locis,etiam si nihil iudici ostendatur,nihilq́ue iuretur ad solam partis & creditoris assertionem conceditur arrestum,à la charge (vt dicunt pragmatici) es despens, donmages & interestes,de la partie que faict arrester.quod & ī hac patria obseruari videmus:existimat tñ illam consuetudinem esse corruptelam, sicut per Senatum eiusmodi attestationem dicit se vidisse declarari nullam,quæ arrestatio ad solam partis assertionem facta erat;quia pars quæ eam arrestationem fieri desiderat,nihil fortè habet,cum sit inops.Et ideo post ignominiosam arrestationem,non esset alteri parti, tam graui ignominia affectæ satis consultum. Arbitror autem ego consuetudinē defendi posse,sed non inconcoctè accipiendam esse, Iudex enim rationem personarum habere debet, & quid in huiusmodi negociis ęquum sit,prudenter discutiet,iuxta ea quæ not.Hippol. de Marsil.ad l.quæstionis.ff.de quæst.vbi admodum multos casus refert qui iudicis arbitrio committuntur, & relinquuntur. Quid enim si actor sit vir prob.& inops qui satisdare pignorib. aut fideiussoribus non potest, an idcirco iure suo excludetur, & impunita erit malitia rei? Ablit à iure iniquitas. Ideoq; hoc totum,vt dixi,religioni iudicis relinquendum esse censuit Bal. ad c.significauit.circa medium de testib. per l.si creditores.ff.de priuil.credit.l.3. ff. de cond. cau. dat.l.in omnibus. ff.de iudi.Et quemadmodum Iudex potest eo casu, in quo id iure scriptum non est,cum sibi ęquum videbitur, iubere cauere, idq; ex arbitrio sibi à lege dato. l.quod si Ephes. ff. de eo quod certo loco. Castrens.ad l.stipulationum.de verb.oblig ita etiam omittere, & remittere potest cautionem,si ex iusta causa sibi videat. Latè Tiraquel.de retract.§.j.glo.18.num.45.cum seq. Sanè cum debitor dicitur suspectus de fuga, tunc Bald. ad l.apertissimi. C. de iudic.dicit suspicionem per solum iuramentum non probari, nisi prius summariè probentur aliquæ causæ inducentes suspicionem,puta,q̄ non possideat immobilia, vel q̄ aliquid ex his cōcurrat,ex quibus superius diximus huiusmodi suspicionem generari: Et ideo Iudex cautus esse debet, ad interrogandū de causis suspicionis,quæ si verisimiles reperiantur, poterit procedere ad arrestum vel capturam,vt ibi per eum, quem refert & sequitur Vitalis in tract.clausul.in verb. Nihil nouari dilatione pendente.Dec.consi.75.Castrens.consi.40.Anchar.consi.85.& super ista suspicione recipi possunt testes, debitore non citato, ne fuga instruatur,vt ait Bald.ad l.consentaneum.col.5. versic. Quæro vna cum Brutio. C.quom.& quand.iud.Felyn. ad c.Rodulphus.de rescrip.col.pen.in 3.fallent.

4 † Sunt etiam qui requirunt,q̄ saltem summariè constet, q̄ tempore contracti debiti erat idoneus & soluēdo, & q̄ sibi aliqua calamitas insignis euenit,aut aliter inops factus est.Si enim eius conditio non est mutata,imputet sibi qui cum eo contraxit.Qua de re multa refert in suis memorabilibus Catel. Cotta, ad verbum debitor. Sed quia consuetudo nostra hoc non admittit, abundeq́; superius ea de re dictum fuit, articuli illius tractationem,ne actum agam, hoc in loco prætermittam.

5 † Illud verò indubitatum est,q̄ quemadmodum res aliena pignori dari,aut hypothecæ supponi non potest, quoniam in rem alienam debitor ius nō habet.l.aliena.l.rem alienam. ff.de pig.act.Ita etiam res quæ non est debitoris,arrestari,& sisti non potest;quia creditor in eam ius non habet, vt nec debitor ipse, & nemo alterius odio prægrauari debet.c.nemo debet. de reg. iur.lib.6.Et sicut executio sententiæ fieri non debet in rebus alterius,q̄ ipsius condemnati,siue sint res alterius quò ad proprietatem & possessionem, siue quò ad possessionem tantùm, siue quò ad proprietatem tantùm,vt no.ff.de re iudi.l.à diuo Pio.§. si super reb.& pulchrè Bald.ad d.l.ob maritorum. circa prin.C. ne vxor pro mar.ita quoq; neq; arrestatio quæ (vt superius diximus) speciem aliquam executionis continet. Sed an si dñium rei debitori superueniat, arrestatio confirmabitur, alterius est loci,

Source : BIU Cujas

loci,tractaturq; ad d.l.rem alienam.& latè à Conano lib.4.c.13. nu.6.Sed nos ea de re latius ſuo loco proprio,inferius dicemus.

6 Præſumitur † tamen ꝙ res pertineat ad debitorem, quæ apud eum reperitur.l.ſiue poſſidetis,C.de probat. Doct. in c.cum eccleſia.de cauſ.poſſeſſ.& proprieta.& quidem præcipuè quando non principaliter,ſed duntaxat incidenter de dominio quæritꝰ. Inn.ad c.illud.de præſump.Imo.ad c.ex literis, de probat. Bald. ad l.2.C.eo.tit.Caſtrenſ.conſi.6.conſi.94.conſi.320. conſil.177. & conſ.30.Quo pacto Rebuffus d.loco.nu.52. iudicatum fuiſſe teſtatur aduerſus quẽdam generum, qui ſe arreſto oppoſuerat, dicens eſſe ſuum equum, qui apud ſocerum repertus fuit, nec aliter probauit.Sic eſt in bonis vxoris & mariti, quia res exiſtentes in domo,in qua indifferenter habitant maritus & vxor,potius præſumentur viri, quàm vxoris propter præeminentiam. Vnde oportet,ꝙ vxor probet eas eſſe ſuas.l.ſi ego.§. dotis. ff.de jur.dot.vbi eſt tex.not.in quo deciſum eſt,ꝙ vxor id hodie põt probare per ſcripturam priuatam mariti.ſi modò veritas aliqua ratione etiam aliter ex circũſtantiis,vel ex ipſarum rerum qualitate appareat,vt quia ſunt veſtes muliebres,vel alia muliebria ornamenta,quæ vxores conſueuerunt habere,tanquam res paraphernales,vt ait Baldus ad d.l.ob maritorum. verſi.ſed nõne. Nam ex quo ſunt ad vſum eius deputata,eaq; poſſidet,præſumitur eſſe earum domina:vt l.penult.ff.de condi.inſtit.l.1.ff.famil. erciſc.quod ego etiam tunc puto eſſe verum, in his rebus,quando mariti ſcriptura non concurrit. Quod amplius eſt, †

7 ſi vxoris bona arreſtentur,poſſet vxor etiam propria auctoritate inijcere manus in res ſuas detentas per maritum, ſcilicet ne occupentur per creditorem,licèt prima facie id eſſe videatur cõtra l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.& l.extat.ff.quod met. cauſ.& c.fi. eo. tit. Sed verè non aduerſatur hoc factum legis diſpoſitioni; quia quamuis poſſeſſio fuerit in virum translata, tamen ꝓpter communionem vitæ ipſa dicitur poſſidere, & poſſeſſionẽ ſuã continuare.l.aduerſus.C.de crimin.expil.hæred. quod & Chaſſaneus de bonis vxoris à fiſco propter delictum mariti apprehenſis,reſpondit ad conſuet. Burg. titu. des con fiſcations. §.4. nu.4.verſi.In publicatione. Quinimmo in grauiore caſu teſtatur Bald.ad d.l.ob maritorum. in fi. res dotales capi non poſſe, etiam pro debito vtriuſque ſimul,quando ſcilicet alienari non poſſunt:vnde ſi poſſent alienari, & vterque ſe ſuaq; obligaſſet, alio iure vtendum foret.Salycet.verò eodem illo loco,verſicu.

8 Quæro quid ſi domus &c. diſputat † an res mariti eſſe præſumantur,quando ipſa domus non erat mariti, ſed vxoris, in quã maritum induxit.Quod quidem dici poſſe videbatur,quaſi poſſeſſio domus in maritum translata fuerit, & ſic etiam res in ea exiſtentes poſſidere dicatur; quamuis è cõtrario veriſimile ſit, eam poſſeſſionem domus cui inſiſtit, ad maritum non tranſtuliſſe.Sed hanc quæſtionem aliis finiendam terminandamq; reliquit.Sanè ex his quæ latè notat Alciat.regul.3.præſump.c.26. mihi videtur, ꝙ arbitrium Iudicis plurimum in his poteſt, qui perpẽdet,vtrum maritus pauper fuerit, vxor verò diues, vel an ſuppellectilem induxerit in domum vxoris, nec ne, & alia pleraque huiuſmodi,vt ſic præſumat bona illa,vel vxoris, vel ma-

9 riti eſſe, aut fuiſſe. Quid igitur, an † pendente hac altercatione ſuper proprietate rei arreſtatio fieri poterit? Baldus dicto loco, verſi.Quæro nunquid &c.aſſerit pendente proteſtatione, miſſionem bonorum poſſeſſionem fieri non poſſe,& factam non ſubſiſtere;quia Iudex perperam & inordinatè procedit.§.ſuper hoc.in auth.vt nulli iudic.Sanè ex diſpoſitione.l.a diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iudic.ſatis apparet,ꝙ Iudex ſummariam cognitionem ſuper hac re adhibere debet;& ſi alię ſint res quę arreſtari poſſint,debet in his arreſti poteſtas exerceri, aliis dimiſſis, ne creditor diu cogatur ſuper eiuſmodi quæſtione litigare, teſte Raphaele, Iaſone, & Zaſio ibi.

10 † Quoniam verò ſuperius diximus,etiam ſolius poſſeſſionis rationem eſſe habendam, ex communiore ſententia videtur, ꝙ ſi debitor diu ante arreſtum tranſtulit bona hæc in tertium, tũc prius agi debet reuocatoria,vt reſtituat res.Sin autem alienauit,cum ſciret ꝙ arreſtarentur, tunc iſta vitioſa poſſeſſio nõ prodeſt opponẽti,nec vlla reuocatoria actione opus eſt, ſed recta via auocari poſſunt.Quæ omnia ad d.l.ob maritorum, notat eleganter Albericus cõtra vicinos,& amicos,dicentes eiuſmodi bona eſſe ſua,vt amicus, vel vicinus executionẽ euadat.

11 Quòd † ſi res debitoris apud creditorem alium pignori obligata exiſtat, poterit nihilominus (ni fallor) arreſtari, & arreſtata poſt ſententiam vendi ac diſtrahi à nouo iſto creditore,ſi modo creditori priori,cui pignori data fuit,debitum exoluat, d.l.à diuo Pio.§.quòd ſi res, vbi dicitur, ꝙ in cauſam iudicati creditor cogitur exhibere pignus ſuum conuentionale,vt in eandẽ cauſam diſtrahatur; ſed ius pignoris durat creditori, in quamcũque manum res perueniat, donec pecunia ei ſoluatur, quod latius ibi cum aliis explicat Zaſius.

SVMMARIVM.

1 *Tenuta minus ritè conceſſa reuocari an debeat.& 11.*
2 *Spoliatus quando ante omnia ſit reſtituendus.*
3 *Confirmare, minus eſt quàm de nouo dare.*
4 *Debitum iuſtum, ſi ſoluatur,prætextu ordinis non ſeruati,executionis non ritè factæ, vel quia per vim ab executore eſt exactum, vel per metum promiſſum non repetitur.*
5 *Facta multa tenent, quæ non facta prohibentur.*
6 *Captura an reſoluatur, quę nulla fuit, ſi modo aliter de veritate debiti conſtare poſſit. 9.11.*
7 *Cauſa non iuſtificata in propoſitione,non poteſt iuſtificari in probatione.*
8 *Creditor ſi plura bona exequendo vendat, quàm expoſcit debitum, an tota executio concidat.*
10 *Iudex qui de facto proceſſit, de facto iterum reuocare poterit.*
12 *Ius conſtante iudicio, vel poſtea aduenies, non prodeſt actori.*
13 *Lex nihil fruſtra facit.*

Vtrum arreſtum indebitè factum, ex alia iuſta cauſa confirmari poſſit. Caput 17.

Præcedenti quæſtioni ꝓxima eſt hæc, an oĩa oĩno corruant, & ipſo iure nulla ſint, ſi arreſtum aliter atque oportet factũ ſit? Pone enim debitum,ob quod arreſtabatur perſona, vel res debitoris,nullum fuiſſe,nihilominus tñ ipſum arreſtatum,alia ex cauſa,vel antiqua,vel de nouo ſuperueniente,eidem arreſtanti obligatum fuiſſe. Habet hæc quæſtio vtrinque ſuos aſſertores, neq; adeo leuis viſa fuit veteribus,quin eam magna ingenij fatigatione,ne dicam magna contentione,examinandum duxerint.Sunt enim non pauci,ſummæ auctoritatis interpretes,qui exiſtimant arreſtum, quod eſt nullum, ex alia cauſa iuſtificari poſſe:& licèt non loquantur propriè de arreſto, loquuntur tñ de captura,quæ arreſto eſt proxima. Et quidẽ in primis Aymo Crauetta conſi.46.incip.De ſtilo ciuitatis Grationopolis. verſ. ad iſtud reſpondeo.nu.7.dicit fuiſſe quoſdam incarceratos pro debito vnius floreni,quæ incarceratio fuit indebita,& ꝫ ſtilum illius ciuitatis, petebãtq; propterea relaxationem, ſed creditor objiciebat, non debere eos relaxari: quoniam erant obligati adhuc in alio debito,iuxta tenorem aliarũ literarum, & ſi carcerati non eſſent,debent tunc de nouo incarcerari vigore illarum literarum,& reſpondet tandem Aymo, relaxandos non eſſe,motus ex verbis Angeli & Alex.ad l.ſi finita. ff.de dam.in-

1 fect. dicentium, ꝙ † tenuta minus ritè conceſſa reuocari non debet, quando ſi conceſſa non eſſet, de nouo eſſet concedẽda. Quod dictum refert,& ſequitur Iaſ.ad l.à diuo Pio. §. in venditione.ff.de re iudic.& in l.ſi pacto.nume.5.C.de pact.Decius ad c.cum ceſſante.de appell.& conſi.191. & 449. In qua opinione etiam eſt Caſtrenſ.conſi.pen.lib.j. his verbis:Poſtremò etiamſi non ritè facta fuiſſet dicta captura,ſi tamen conſtat de debito, quia confitetur,vel alio modo apparet,debet ſuſtineri.l.fi.§.fin.

2 ff.quod met.cauſ.Pariſ.conſi.99.nu.34.lib.3. Nam † & in cauſa poſſeſſionis recuperãdæ licèt ſpoliatus ſit ante omnia reſtituendus:tamen ſi de proprietate manifeſtè conſtat, exiſtimant oẽs, ꝙ eſt deneganda reſtitutio. cap.cum eccleſia.de cauſ.poſſeſſ.& propriet.c.cum ſuper.de reſtit.ſpol.Ita & hic deneganda eſt reſtitutio in priſtinam libertatem,ſi de debito conſtat, ex quo poterat capi. Hæc ille. Sequitur etiam hanc ſententiam Socynus conſi.113.incip.Quoniam in cauſa capturæ,circa fin. verſi. Poſtremo,lib.3.Rom.ſing.256.Anchar. in ſimili conſilio 116. incip.Secundum ordinem.nu.9.Abbas conſi.9.in fin. Alexand. conſi.81.incip.Inter Gaſparem.col.fin.lib.7.Ang. in §.quadrupli.col.21.Inſtit.de act.Sebaſtianus Vantius in lib. de nullit. tit. quib.mod ſent.null.defen.poſſ.nume.130. Barbatius conſi.86. lib.3.Catell.Cotta in ſuis memorab.ad verb.Creditori fecit detineri debitorem.Sic & Curt.Iunior. conſil.27.incip. Noua & ingenioſa.nu.5.verſi.Accedunt ad confirmationem. ait, quòd Iudex videns licentiam ingrediendi poſſeſſionem alicuius de nouo concedendam,non debet priorem licentiam,licet illegitimam,reuocare,ita vt ſuperueniente ſolenni auctoritate Iudicis,tenuta quæ fuit nulla,poſſit ęqua & benigna quadam metamorphoſi in aliquam tranſmutari: ſicut quando appellatur à ſententia iniqua,appellatio deuoluit totum negocium ad Iudicem appellationis, adeo ꝙ Iudex, ex noua cauſa poteſt ſnĩam confirmare,vt & idem poteſt, quando coram eo diſputatur de nullitate tenutæ.Innoc.in c.cum contingat.de offi.deleg. Bart. ad l.ſi expreſſim.ff.de appel.quia ſi poteſt de nouo dare, multo magis poteſt etiam confirmare.Eſt etiam in hac opinione Ludouic.de Gozadinis conſi.21.incip. Videtur dicendum. verſic.

3 Decimoſeptimò.nu.31.dum ait, miſſionem † in poſſeſſionem non legitimè factam,confirmandam eſſe à Iudicibus, quando aliàs de non iure aduerſarii conſtat.Quomodo & Iaſ.cum multis aliis ad l.ſi pacto.C.de pact.& Ioan.Neuizanus conſi.77. re-

4 ſpondent,ꝙ † ſi debitor habet bona,contra quæ prius debebat fieri executio,& eo nõ obſtante carceretur, poſteaq; ſoluit creditori, non poteſt poſtquàm fuit relaxatus repetere ſolutum, prætextu ordinis non ſeruati, illegitimeque factæ executionis. Rurſumque Caſtrenſis ad l.ſi cum nulla.§.fin.ff.de re iud.ait, ꝙ quando præceſſit ſententia, & in eius executione fuit omiſſum aliquid,

Source : BIU Cujas

aliquid,quod non erat omittendum, tunc non reſtituitur debi tum exactum.Qua in re Fulgoſ. conſil.178. incip. Iacob.col.1. Iaffredum concluſ.130.Matthę.de Afflict.in conſti. Circa violentiarum,ſequaces habet, Idemque repetit conſil.19. lib.j.Cui accedit,quod conſil.51.lib.j.incip.Sapientiæ, conſuluit Barbat. quod exactum per vim ab executore,non reſcinditur, niſi quatenus eſt indebitum,& ꝙ illud quod promittitur per metum,ſi de ſe eſt licitum & iuſtum,valet.Hippol.ad l.patre.col.j. verſic. Item etiam.ff.de quæſt.Bal.conſi.328.lib.j.quod repetitur conſ. 40.lib.4.Præpoſitus ad c.vt debitus.col.12.verſic.non obſtat.de appel.Alber.quoq; ad l.ſi ante.§.fin.& ad l.ſi de vi.ff.de iud.aſſerit,ꝙ ſi notoriè de debito conſtat.& Iudex non ſeruato ordine iudiciario iudex per executorem cogat debitorem vel ſoluere, vel tradere,non poteſt cõtrauenire debitor:quia per talem ſolutionem vel traditionem extinctum eſt ius creditoris, quod iniquum eſſet retractare:quia inordinata executio nõ retractatur,& quod debitè fieri potuit,non reſcinditur propter indebitum modum† adeoq; etiam propter auctoritatem Iudicis multa facta tenent,quæ aliàs fieri prohibentur.l.j.§.biduum.ff.quãdo appel.ſit l.j.ff.ſi quis ius dic.non obt.Bald. in d.l.fi.§.fi. Sic & Socin.in tract.de citat. Si, inquit, quidam erat debitor meus in diem,& ego timens,ne antequam dies ſolutionis veniret, fugã caperet,feci pro calumnioſo debito eum capi, & in carcerem duci hac cogitatione, vt dum de eo diſputatur cedat dies veri debiti, propter quod eum arreſtare, & in carcere retinere poſſum,iure hoc facio:quoniam quæ ſunt nulla, non defectu materiæ,ſed formæ poſſunt habilitate materiæ poſtea ſupueniente,ſcilicet vero debito,confirmari,& reconualeſcere, iuxta ea quæ not.Caſtrenſ.ad l.ſed eximendi.§.item ſi is.ff.ne quis eum. & Vantius in tract.de null.proceſ.in vlt.par.nume.35.lib.3.ait, non † eſſe retractandã capturã,ſi aliàs de debiti veritate ex confeſſione capti conſtare poteſt.& Rebuffus ad ord. reg. tomo 1. artic.6.gloſſ.3.nume.45.Primò.in fi.& Ioan. Conſtant. ad ord. reg.artic.66.

Contrariam verò partem ſuſtinet.Bald.conſi.208.incip.Iſta captura.& conſil.231.incip.In cauſa carcerati.lib.4 quia captura vel detentio iniurioſa confirmari non poteſt, ſed infirmandum eſt,quod ſine ratione proceſſit. d. l.ſi cum nulla. l.j. §.hæc verba.ff.ne vis fiat.l.cum vnus.ff.de bon. auct. iud.poſſiden. & † cauſa legitimè non iuſtificata vel intentata in propoſitione, nõ poteſt iuſtificari in probatione.l.j.§.fin.ff.de iureiur.& ideo, inquit,debitor relaxandus eſt,pronunciariq́ue debet , detentio iniquè & perperã eſſe facta:quia forma non eſt ſeruata, & omiſſio formæ reddit actum ipſo iure nullum , & in qualibet minima parte vitiat totum actum,etiam ſi is reſpiciat piam cauſam. l.cum hi.ff.de tranſact.l.hac conſultiſſima.C.de teſta. Iaſ.conſi. 126.lib.2.Hippol.conſil.64. Et † ſicut cùm creditor plura bona ſub haſta diſtrahit,q̃ debitum eius poſtulat,tota venditio retractatur,vt volunt Afflict.deciſ.358.Bertran conſilio 279.lib.3. Guid.Papæ conſi.43.lib.3.conſi.403.Calcaneus conſil. 124. Ita & iſtiuſmodi illicita detentio,ſeu arreſtatio , quæ de facto proceſſit,debet etiam de facto retractari, ſicut de indebita exactione cõſi.179.lib.6.dicit Alex quia initium cuiuſque rei eſt inſpiciendum.l.1.ff de origi.iur. cum ſimilib. & quod ab initio non valuit,tractu temporis non conualeſcit. l.quod ab initio ff de reg iur.c.non firmatur.eo. tit.lib.6. Quam ſententiam ſequitur Paulus Pariſ.ſibi contrarius conſi.101.lib.3.dum ait † capturam minimè iuſtificatam, aut nulliter factam , imprimis declarandam eſſe,ipſo iure nullam.& debitorem omnino eſſe relaxandum.Nec obſtat,inquit,quod poſtea ceſſit dies obligationis & ſolutionis,& conſequenter,quod poterit iuſtè carcerari, & in carceribus commendari;quoniam iſta non impediunt relaxationem & reſtitutionem ad priſtinam libertatem, qua fuit ſpoliatus : Primitus enim declarandum erit dictam capturã fuiſſe nullam,& minus iuſtè factam , & ante omnia debitorem relaxandum,priſtinaq́; libertati reſtituendum eſſe.Quo facto poſtmodum poteſt iuris ordine de nouo ꝓcedi, iuxta deciſionem Bar.ad l.quarundam.§ omnia.ff.de acq.rer.do. Sequitur Rom. d.conſi.241.& in ea re conſentientem ſibi habet Decium conſil.75.Bald.conſilio 229.incip De iure communi.lib.4.Paris de Puteo lib.de ſyndicatu,in verbo.Captus. qui vnanimi conſenſu, reſpondent, quod præpoſteratio ordinis vitiat capturam, etiamſi ſuperueniant probationes,& quod ex actis,probationibus aut alia cauſa iuſtificari non poteſt;quando legitimus ordo non fuit ſeruatus,ſed debet pronũciari ipſo iure nulla,aut certè Iudex,debet contrario imperio arreſtum relaxare, & debitorẽ dimittere; ꝙa vis ſpoliatiua propriæ libertatis dicitur capto inferri, quando iuris ordo non ſeruatur, vt ait Cępola conſil. 19. nu.3.quia talia adferre poſt iniquam arreſtationem, eſt ędificare ſine fundamento.d.l.ſi cum nulla.Decius ad c. ex ratione.de appel.Felyn.ad c.cum dilecta.§.ordo ſcripturæ. ante fi.de reſcri. Si enim fundamentum eſt malum,debet deſtrui quicquid eſt ſuperędificatum. c.cum Paulus.j. q.j. vt pulchrè in hoc eodem caſu reſpondet Anchar.conſil.292.incip. Videretur.nu.4.Nec obſtat,inquit.l.fi.§.fi.ff.quod met.cauſ.quæ loquitur in vi compulſiua,quæ qualem qualẽ in ſe hẽt conſenſum: ſed aliud eſt in vi ablatiua libertatis,quo qua etiam prædo agit. c.cum quis. de reſtitu. ſpol. quia ſicut iniuſtè & violenter priuatus ſua poſſeſſione,debet ante omnia reſtitui.c.conquerente de reſt.ſpol.ita etiam priuatus propria libertate. Accedit iterum in eãdem ſententiam Roma.conſi.320.incip.Hæc iſtorum quinque, docens capturam indebitè factam,de facto irritandam.Nam, inquit in ſimili,ſi † ſine ordine iudiciario Iudex proceſſerit ad poſſeſſionem vnius,alteri dandam, certè illam de facto auferre poterit, quia quemadmodum nimis facilis fuit in mittendo , ita facilis eſſe poteſt in reuocando,ſicut in l.j.§.nunciatio. ff.de no oper. nunc.latius oſtendit, † tenutam (ita enim appellitat) de facto datam,de facto reuocari,& in eam ſententiam adducit text. in l.fi.§.nullo tempore.ff.de lib.hom.exhib.vbi deciſum eſt, nullo tempore liberum hominem non ritè carceratum detineri,nullamq́; ſuper ea re temporis prolongationem,vel dilationẽ eſſe concedendam.In qua opinione etiam Alex.conſi.19.lib.3.fuiſſe vĩ,eandemq́; & Io.de Neuiza.conſi.52.num.43. probat.

Sanè in tãto opinionum fluctu atq; diuerſitate , ſi qd meum iudicium hic poteſt,exiſtimo vtranque ſententiam probabiliter conciliari poſſe,ſcilicet,ꝙ ſi manifeſtè conſtet,arreſtationẽ non ritè eſſe factam,etiam ſi poſtea cauſa ſuperueniat,pronunciandum eſſe,nullam & inualidam,& aduerſus legem,aut conſuetudinem conceſſam, eundemq́; arreſtantem in expenſas, & id quod intereſt condemnandum , qui per nouam iſtiuſmodi cauſam,ius abſolutionis,ex iniqua arreſtatione, debitori acquiſitum auferre non potuit,ſibiq́ue acceptum ferre debet, qui ex cauſa illegitima arreſtum fieri procurauit . Nam ſicut Rex pugnaturus contra aduerſarium regem prius congregat exercitum,& ſic ſeſe pręlio cõmittit:ita quoq; & creditor,futurusq́ue actor,non niſi præparatus ad iudicium accedere , & ſic debitorem arreſtare debet.Nec refert,optimæ exiſtimationis ſit creditor , reus verò perfidus & deploratus : quia quamtumuis præſignis actor non probet,& cauſam ſuam non iuſtificet , reus abſoluitur.Alciat.ad l.qui accuſare.nu.25.cum ſeq.C.de eden.eaq́; in re non qualitas Rei, ſed ius actoris conſideratur. l.j. ff. ſi pars hæred.pet l.fin.C.de rei vendit.Adde etiam, ꝙ ea quæ de nouo emergunt,nouo indigent auxilio.l.de ętate.§.ex cauſa. ff.de interrog.act.& † ius iudicio conſtante,vel poſtea aduenies,non debet actori proficere.c.vlt.vt lite pendent.no.in l.ſi rem. §.vlt. ff.de pignor.act.cum in iudicium non venerit.l.nõ poteſt videri.ff.de iudic.l.quæſitum.ff.de pecul. & ideo merito reus abſoluitur. Quo pacto enim Iudex ex alia cauſa iuſtificabit arreſtũ , de qua ipſe creditor nõ cogitauit, aut quam ſuo tempore non expreſſit? Cæterùm propter eiuſmodi debitum de nouo apparens , exiſtimo detinendum & minimè relaxandum eſſe dictũ debitorem, qui ſi eſſet relaxatus, denuò capi vel arreſtari poſſet: Lex † autem nihil facit fruſtra . Quam conciliationem, vel mauis nouam tertiam hanc meam opinionem ; abundè ex his ſtabiliri poſſe exiſtimo,quæ eleganter & fusè ad d. l.non poteſt videri. ff. de iudic. notat Caſtrenſis : quæque conſilio 46. refert Aymo Crauetta, aliaq́ue quædam, quæ ad huius rei confirmationem pertinent cap.inferius dicam .

SVMMARIVM.

1 *Iniuria magna afficitur is, qui indebitè arreſtatur.*
2 *Iniuria eſt, fideiuſſorem idoneum reſpuere.*
3 *Mercatores ex ſi de promiſſorum dependent.*
4 *Mercator etiam lucrum ceſſans petit.*
5 *Creditor malè arreſtans amittat.*
6 *Debitor non ritè arreſtatus, an approbet arreſtum dando fideiuſſores.*
7 *Proteſtatio vbi non ſit neceſſaria.*

Qua actione teneatur qui perſonam aut res alterius indebitè arreſtari fecit. Caput 18.

Quoniam verò iniquam arreſtationem retractãdo,Iudex non plenè ſatisfacit parti tam ignominiosè arreſtatæ : illud quoque quæri poteſt, qua ratione teneatur, qui vel perſonam, vel bona alicuius nullo iure detinuit vel arreſtauit? Et † ſanè ꝙ iniuriarum teneatur,ex l.ſi creditores.in fin.ff.de priuil.cred. & ex l.pen.C.qui bo.ced.poſſ.reſponderunt Alex conſil.19.in fin. lib.3.Ioan.de Neuizanis.conſil.52.nu.29.Petr. de Bellapertica, Alber.& Salic.ad l.ab executione. C. quor. appellat. non recip. Henningus Goden conſil.38. nu 6. & probatur in l.j.& pen. C. qui bo ced. poſſ. Quomodo & ipſe Vlp.ait, eum qui alicuius rẽ per iniuriam occupauerit,vel nõ debitorem, quaſi debitorem appellauerit,iniuriarum teneri.Item apud Labeonem. §. ſi qs bona.& § ſeq.de iniur & qđ amplius eſt,etiam † is qui duntaxat recuſat fideiuſſorem idoneum recipere, actione iniuriarum tenetur.l.ſi verò §.j.ff.qui ſatiſda.cog.Ratio autem hæc eſt,ꝙ eiuſmodi detentio ſine iniuria fieri nequit.c.ex parte.de verb. ſign. Alciat.ad l.j.nu.9.C.de in integ.reſti.Iaſ.ad l.4. §. condemnatũ. nu.31.

Source : BIU Cujas

nu.31.ff.de re iud.Curt in tract.de ſequeſt. q.8. Et quidem præ-
3 cipuè grauis eſt viro nobili, vel potenti alicui mercatori † qui ſępè ex ſola fide creditoq; pendet, quod pulchrè d.conſil. nu.8. aſſerit Neuixanus. Et grauibus perſonis metus infamiæ propemodum maior eſt, q̃ metus mortis.l.iſti quidem.§.penult.ff.qđ met. cauſ.non ſolum quando metus infamiæ eſt de præſenti, ſed etiam in futurum.glo.in verb.ſeu mulier.d.§.pen.& minor coertio perſonæ,maior cenſetur omni pœna pecuniaria.Hoſt. ad c.tui.vt lit.non conteſt.& Iuſtinus Goblerus in ſuo quodam conſil.in terminis:loquens de arreſtatione iniuſtè facta. Tum verò non dubium eſt,quin ad damna,& id quod intereſt tenea tur,vt not.Ioan.Couſtantinus ad ord reg.arti.77. verſi. quid ſi iniuſtè appareat,per l.ſi oleum.ff.de dol.& Alexan d.loc.Quinimmo ſi is qui arreſtatus fuit,erat mercator,non ſolum damni
4 accepti † verum etiam lucri ceſſantis ratio habenda eſt.l.3.§.fi. l.ſocium qui.ff.pro ſoc.Cardin.ad clem.prima,quæſt.8. de vſur. Roman.conſi.517.Alex.ad l.diuortio.& ad l.in inſulam.§.vſuras.ff.ſolu.matr.Soc.conſi.179.lib.2.Dec.conſi.16. latè Rebuff. ad l.vnicã.glo.vlt.nu.23.C de ſent.quæ pro eo quod inter. prof. Neque deſunt qui exiſtimant,iniurioſum,imperitum, ſeu imprudentem iſtiuſmodi creditorem,in pœnam huius temeritatis,quæ certè cohibenda & reſtringenda eſt,omne ius ſui crediti in vniuerſum amittere.Bal.ad c.cauſam matrimonii.in fi.de offic deleg.& conſ.115.lib.j.antiquæ impreſſ.incip.proponitur. & in noua impreſſione 212.Iaſ.ad l.2.ff.de iuriſd.omn.iud.col. antepen.Dec.conſi.75.verſi.j. Rochus de Curte. ad c.at ſi clerici.in 3.notab.de iudic.Cotta ad verb.Creditor faciens detineri debitorem.Quod tamen ego minus durum & acerbũ eſſe cenſeo,præcipuè cum Iudicis auctoritate,vel more ſolito, licet nõ ritè & pro vero debito arreſtum factum ſit, aliasq; etiam non amittit creditor ius ſuum,niſi quando vel ſine Iudice,id quod ſuum,vel ſibi debitum eſt,repoſcit,vel ius ſibi dicit.l.extat.ff.qđ met.cauſ.l.creditores.ff.ad l.Iuliã de vi: ſatisq; punitur hęc eius temeritas,modo ante dicto.Videat tamen & cautè animũ adijciat debitor ne maiore facilitate & imprudentia, hiſce auxilijs excidat.Socyn.enim conſi.113.incip. Quoniam in cauſa.libr.3.
6 reſpondet, q̃ † capturæ licèt iniquæ conſentire cenſentur illi, qui vltro præſtant fideiuſſores,de non recedendo. Nec obſtat, inquit, quod dici poſſet, q̃ detentus videtur dare fideiuſſorem quodammodo compulſus,cum aliàs non relaxaretur:quia prę ſumitur pro iudice,quod immo relaxaret eum.ſi aliqualiter de cauſa inſtrueretur. Nec eſt veriſimile q̃ violentia ei inferretur, præcipuè in actu apud Iudicem facto,iuxta not. ad l.non eſt ve riſimile ff.quod met.cauſ.Quo modo & Bald. ad l.2. C. de ſer. fug.ait,quod captus iniuſtè, ſi non reclamet,valet contra eum ſententia & executio.Sanè vix eſt,vt in hanc ſententiam accedere poſſim:Nam qui ſatiſdat, certè vt euitet detentionem ſatiſdat,non vt aduerſus iniurioſum arreſtantem non agat, cum ſciat ius ſuum ſibi durare.Ideoq; actus ſatiſdationis animum & intentionem ſatiſdantis egredi nõ debet.l.non omnis ff.ſi cert. pet.& hæ proteſtationes magis ſunt vtiles,q̃ neceſſariæ.l.4.§.ſi in venditione.ff.quib.mo.pign.vel hypoth.ſol.Bart.ad l.2.§.qđ diximus.ff.ſi quis caut.Aret.conſil.62. Panor.in c.plerumque. de reſcrip.& in c.ex tranſmiſſa.vbi etiam Fely.de præſcrip. Caſtrenſ.conſil.21. incip. In cauſa deſertionis. ita vt vbi lex aliam coniectionem non remiſſi iuris habere poteſt, earum omiſſio ad extinctionem actionis debitori competentis, nullo modo ſufficiat. Quam ſententiam, & humaniorem & veriorem eſſe aſſerit Iaſon ad l de pupillo.§.ſi quis ipſi.nume.2.verſic.Iſta ſe-
7 cunda opinio.col.3.ff.de no. op. nunciat. Et † cum proteſtatio fiat duntaxat ad iuris noſtri conſeruationem.l.ſi. ff. quib.mod. pign.vel hypoth.ſol.certè licet fuerit prætermiſſa, dummodo poſtea de iniuſtitia rei geſtæ conſtet, non debet tollere ius partis, ſicut aliàs multis locis,vbi proteſtatio nulla interceſſit, ſola impedimenti probatio ſufficit.l.2.in princ.ff. ſi quis caut.l.ſcire oportet.§. ſufficit. in verb. ignoſcendum ei eſt. ff. de excuſ.tut. l.quibus diebus.in prin.& ibi Bart. ad finem.ff.de condit.& demonſtrat.Semper tamen cõſultius eſt proteſtatione vti, etiam ſi aliàs eo tempore quo interponitur ad euitandam iniuriã, ſeu infamiam,apud improbum creditorem non prodeſſet. Declarat enim affectum & intentionem debitoris, tam iniquo facto reluctantem,abundansq; cautela non nocet, hoc præcipuè ſeculo, quo vel minima occaſione in abiſſum & veluti labyrinthum litium incidimus,vnde facilè nos etiam in iuſta cauſa extricare non poſſumus.

SVMMARIVM.

1 *Bona debitoris ſine ſolenni ritu in creditorem transferri non poſſunt.*
2 *Pœna arreſtantis propria auctoritate debitorem non fugitiuum.*
3 *Apparitor vtrum abſque mandato iudicis aliquem arreſtare poſſit.*
4 *Iniuriarum actio non ſemper reponit debitori famam, etiamſi ſecundum ipſum iudicetur.*
5 *Conſuetudo in arreſtis attendenda.*
6 *Principes an ſine expreſſo iudicis mandato per apparitorẽ arreſtari poſſit.*
7 *Apparitor an apparitorem ſubdelegare queat.*

Arreſtatio per quem fieri debeat. Caput 19.

Per quem verò arreſtum fieri dẽat, quæri poſſet. Nam
1 † bona aduerſarij tui in te transferri citra ſolennem ordinem fruſtra deprecaris,inquit Gordianus.l.ſi pacto quo pœnam. C. de pact. Sanè conſtat neminem in iudicio exhibendum eſſe, niſi de cuius exhibitione Iudex pronunciauit.l.fin. C.de exhib.
2 & tranſ.reis.Et † ſi quis debitorẽ non fugitiuum propria auctoritate arreſtauerit,vel detinuerit,vel res illius,debitum p̃dit,& pœnis corporalibus ſubijcitur,ſm Matth.de Afflict. ad conſtit. reg incip.Duram & diram.in 3.notab. verſi.incip. Quid autem
3 de illo.Ideoq; exiſtimant Interpretes † Apparitorem, ſeu (vt vocãt) Seruientem,abſq; mandato & præceptione Iudicis, niſi periculum ſit in mora,non magis debitorem alicuius detinere & arreſtare,q̃ vinculis mancipare,& in carcerem ducere poſſe. Bald.ad d.l.fin.& ad l.ſi quando.1.q.C.de teſtib.argu.l.2.C.ſi in cauſa iudic.pign.capt.ſit.Manſuerius in ſua praxi, tit.de exec.& ſubhaſt.verſi.Item ſeruiens. quod & in Francia quoq; moribus receptum eſſe aſſerit Rebuffus ad cõſti.reg.tomo 3.tit de citat. art.2.glo.4.nu.10.dum ait, q̃ licèt quis eo ipſo q̃ factus eſt Apparitor,poteſt ſtatim ſine alia commiſſione,ad ſolam partium requiſitionem aduerſarium citare, capere tamen,prehendere, vel arreſtare ſine iudicis mandato nõ poteſt,q̃ res illa grauior ſit,& non niſi cum iactura aliqua rei familiaris,eiusq; qui arreſtatur ignominia & infamia fieri ſolet. Sunt tamen qui exiſtimant creditorem ſimpliciter cum Apparitore publico, perſonam aut res ſui debitoris ſiſtere & arreſtare poſſe, quaſi ſcilicet eiuſmodi Apparitor mandatum iudicis ad eiuſmodi actus habere videatur Pirrhus ad conſue.Aurel.tit.de exec.& locat.§.8. in fi.Sed hoc niſi periculum ſit in mora, periniquum ac durum foret.Homines enim imperiti, & nonnunquã etiam improbi,
4 nulla facta diſtinctione,ſępè graues viros iniuria afficiũt † quæ ſola iniuriarum actione non ſemper ex integro eradicatur,inaniſq́ue ſępe ad id quod intereſt, eſt actio,quam excludit inopia eorum qui arreſtant.argu.c.olim.de reſt.ſpol.l.nam is.ff.de dol. Non me latet,quot & quibus in locis ea licentia Seruientib.tribuatur,ſed rectene an perperam,aliorum iudicium ferat. Sæpè occurrit memoriæ meæ,ſcelerati illius Medij,vnius ex paraſitis Alexandri,dictum.Is enim ſolet alios adhortari ne metuerent quoduis crimen in quemuis intẽdere,aut iniuriam facere,adiecitq; ſcelerato præcepto cauſam appoſitam,vt maximè,inquit, ſanet vulnus qui delatus eſt,manet tamen cicatrix.Nõ arbitror quenquam eſſe diabolum tam impium, qui rem magis nefariã poſſet ſuggerere. Idẽ & hic fieri poſſet ſi hõ grauis calũniosè à paupere arreſtetur,ſine cauſæ cognitione. Nihilominus cum
5 Imberto c.j.inſti.forenſium † conſuetudinem cuiusq; loci ſpectanda eſſe arbitror,quæ in eiuſmodi negociis omnia põt,teſte Io.Conſtantino ad conſtit.reg.art.10.col.6.verſi.Præterea quæro.& Iac.de Belloui.in ſua praxi tit.de fuga reor. Quomodo & Io.Beſſian.ad conſuet.Aluer.tit.1.§.j.c.j.dicit conſuetudinẽ eſſe apud Aluerniẽſes q̃ ſatelles poteſt facere citationes quaſcunq; ſine alia Iudicis commiſſione,quia ĩ iuriſdictionibus ſub alternis plerumq; agitur de modicis cauſis, & inter plebeios, vnde tanta ſolennitas non exigitur: Et quia ſemel eſt datum generale mãdatum citandi ijſdem;licèt vbi ceſſat iſta conſuetudo, aut verius,aut tutius eſt,de cõmiſſione Iudicis conſtare debere,ſecundum eum. Et certa iſta conſuetudo ad limites rationis & equitatis trahenda eſt. Vnde Ioan. Gallus in lib.arreſtorum &
6 deciſionum Parlamenti ſcribit,Seruientem † vel apparitorem auctoritate propria & ſine expreſſo cõſenſu Iudicis.Parẽ Franciæ ſiſtere vel citare non poſſe. Quod ſi tamen vni Apparitori
7 Iudex cõmiſit, videtur † q̃ ille alteri Apparitori conſocio ſuo ex cauſa hoc negocium committere & delegare poteſt, ut not. Matth.de Afflict.ad conſtit.reg.quæ incip.Citationis liberæ. in octauo notab.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an poſſit per priuatum quemq́, hominem arreſtare debitorem.*
2 *Iudex an poſſit creditori licentiam arreſtandi ſuum debitorem tribuere.*
3 *Iudex an poſsit per executorem ſuperioris Curiæ arreſtare aliquem.*
4 *Salarium apparitorum arreſtantium aliquem, an omnibus ęquale ſit.*

Vtrum Iudex per extraneum Apparitorem arreſtare poſſit. Caput 20.

Cæterùm quia Apparitores & Seruientes certis territorij ſtationib. & locis deſignantur,video & hoc quoque diſputatum eſſe, an Iudex ꝓprio Apparitore neglecto ſeu omiſſo, alteri mandatum arreſtandi & detinendi dare poſſit? In ſimili quæſtione Card. Alexandri-
1 nus,& Abbas ad c.cũ ſit Romana.de appel.reſponderunt † poſſe iudicem priuatum hominem, qui Apparitor non ſit, eligere, eidemq; citandi & in ius vocandi auctoritatem dare, proprio etiam Apparitore neglecto. Et quod amplius eſt. Bald. ad l.vt perfectius.

Source : BIU Cujas

perfectius. C. de excep. annal. col. fi. in ea opinione versatur, vt
2 existimet † posse Iudicem parti aduersæ mandare, vt aduersarium suum citet. qđ & Bart. variis locis, & Spec. in tit. de citat. §. sequitur. col. j. secutum esse animaduerto. Sic etiã Iudex potest dare licentiam parti, ꝙ capiat possessionem, cõstituendo eum executorem in propria causa, teste Bart. Alex. & aliis ad l. iustè. ff. de acquir. poss. & Ias. ad l. iubere cauere. ff. de iurisd. omn. iud. ita tñ vt per epistolam, vel aliàs sufficienter, aduersario, qui citatur, de mandato & commissione Iudicis constare possit. Bal. ad l. si vt proponis. C. quom. & quand. Iudex. & ad d. l. vt perfectius; de cuius decisionis veritate cumulatissimè agit Rebuffus ad constit. reg. tom. 3. tit. de citat. in præfat. nu. 80. cum mult. seq. & Robert. Maranta in tract. ord. iudiciar. parte 6. inc. Proposui. nu. 44. Tum verò Angelus in tract. malefic. ad verb. Petro, publico & iurato nuncio. nu. 4. versic. Tertiò citatus. rñdet, ꝙ licèt
3 nuncius sit Curiæ deputatus, per quem citatio fieri possit † licere tñ Iudici, proprio illo nũcio neglecto, superioris Curię nuncio vti, eidemq; citandi, seu in ius vocãdi potestatem dare: qua in re & Bart. quoq; in extrauag. ad reprimendum, ad verb. per nuncium, consentientem habet. Simpliciter tñ Chassanęus ad consuet. Burg. tit. de iustit. & iur. §. 6. nu. 5. versi. Sed tñ existimat Iudicem non posse mandata sua mittere executioni per alium, q̃ per nuncium publicum illius prouinciæ vbi est Iudex. Sed ꝙa Bart. allegat, vr̃ hoc intelligere, vt cuilibet Iudici inferiori, nuncio publico totius prouinciæ, vti liceat. Sanè inciuile est ꝓpriũ nũcium negligere, & panem filiorum extraneis tribuere. Vnde animaduertere debet Iudex, quod non omne quod licet honestum est. l. nõ omne. ff. de reg. iur. & ęquum est, ne creditores ex malicia mittant diabolicos executores, qui omnia debitorum bona in expensis executionis & arrestationis consumant, & si
4 Iudex consentiat, † conuenit non plus eos recipere, q̃ si creditor Apparitoris illius qui eo in loco, in quo debitor est, opera vsus fuisset. Rebuff. ad ord. reg. tomo 2. tit. de lit. requis. glo. 4.

SVMMARIVM.

1 *Apparitores magni Consilij iussa eiusdem vbique exequuntur. & 4.*
2 *Apparitores magni Consilij vtrum inferiorum magistratuum sententias mandare queant executioni. & 5.*
3 *Appellari an possit ab executione Apparitoris suprem æ Curiæ, sententiam inferioris Iudicis exequentis. & 6.*
7 *Iudex superior an in territorio Iudicis inferioris sibi subditi de omnibus causis cognoscere possit, de quibus potest ipse inferior.*

Vtrum Apparitores magni Senatus vbique arrestare possint. Caput 21.

Hinc etiam dubitatum fuisse video, vtrum aulici & magni Consilij Apparitores, qui certum territorium non habent, passim & vbiq; munus suum in tota ditione exercere, sistereq; aut arrestare debitorem, & eius bona possint. Ioan. Imbertus Instit. foren. lib. j. c. j. pauca quædã huc pertinentia annotasse vr̃. Alibi, inquit, Apparitores certis territorij stationibus, quas nos balliagia dicimus, designantur, in quib. omnia ad eorum munus pertinentia absque Iudicis venia possunt gerere. Alibi verò nulla locorum lege vel conditione, vtique intra territorij proprij, id est Ressortus fines coercentur. Itaque Apparitor vni destinatus præfecturæ, quam Seneschalliam, seu Bailliagium vocamus, in alterius ditione suis partibus fungi non potest, data etiam à magistratu, qui illi ditioni præest, copia. Quod si quid aduersus ea fiat, omnino irritum erit, si modo appellatio ab eo interponatur. Deinde verò
1 adijcit, † magni Consilij Apparitores, eius Consilij decreta in omni Gallia exequi posse, quippe qui in hoc concessu in regia agunt, vbiuis locorum in regno iudicant. Proinde eorum officiales, res ab ijs iudicatas, citra loci præfinitionem possunt exe-
2 cutioni tradere. Porrò magis ambigua est quæstio † vtrum Cõsilij Apparitores aliàs q̃ ipsius sententias, mandare queant executioni. Nam cum ex his Apparitoribus quidam debitæ pecuniæ solutionem indixisset, ab eo debitor appellauit ad supre-
3 mam Paris. Curiam † apud quam appellans eam solam grauaminis causam adduxit, ꝙ apparitor ille ius non habebat id faciendi: verum Curia rem interiore Consilio pronunciauit agitandam. Hæc ille. Non est absimile, quod de eadem re Petr. Rebuff. tomo 3. ad constit. reg. tit. citat. art. j. gl. j. nu. 4. scriptum reli-
4 quit, ꝙ † Apparitores magni Consilij possunt vbique Consilij
5 iussa exequi. Sed † iussa inferiorum magistratuum exequi non possunt, si ad hæc præfecti à Consilio non sint. Vnde, inquit, interdum vidi appellari ab executione facta ab Apparitore ma-
6 gni Consilij, eo ꝙ † sentẽriam inferioris Iudicis executioni demandarat. Nam sicut Iudex extra territorium hr̃ tanquam priuatus. l. 3. ff. de offi. præsid. sic & omnes Viatores, vbi præfecti nõ sunt. Vnde in territorio in quo præfecti sunt, virgam deferre possunt regulariter, extra verò non possunt, nisi dum iussa Cõsilij exequuntur. Et quemadmodum ipse Senatus Principis suam cuique ciuitati & loco inferiori relinquit cognitionem & iudicationẽ, nullaq; ratione pauciss. casibus duntaxat casibus exceptis, de causis apud inferiora tribunalia agitandis sese intromittit, qñ inferioris illius magistratus negligentia nõ accusatur & detegitur, qua de re multa ad tit. de supplend. neg. præl. in Decret. & ad l. per minorẽ. ff. de re iudic. annotãt Interpretes: Ita multò minus inuito inferiore aliquo magistratu Apparitor Senatus seu Consilii actus istiusmodi arrestationis & prehensionis face
7 re potest. Quid igitur est, quod dici solet, Iudicẽ † superiorem in aliquo territorio posse cognoscere de oĩbus causis de q̃bus cognoscere potest inferior in eodem territorio, teste Innocen. ad c. cum ab ecclesiarum. de offic. ordina. & notant Dd. ad l. j. ff. de offic. præfec. vrb. & rursum ꝙ Iudex maior facit cessare iurisdictionem minoris. Bar. ad l. fi. ff. de offic. procons. Alexand. ad l. iudicium soluitur. ff. de iud. quodq́ue pro regula tradunt nostri, ꝙ Iudex inferior in eodem loco habet iurisdictionem accumulatiuè, non priuatiuè, teste Aret. consil. 102. Ang. ad d. l. j. §. si quis. ff. de appell. & iudices speciales in ciuitate non præiudicant potestati loci. l. nequicquam. ff. de offi. procons. Non inelegãter hũc nodum dissoluit Anchar. ad c. volentes. de offic. leg. dum ait, Iudicem minorem maiori cedere in his quæ apicem seu culmen dignitatis, & venerationem spectant, nõ etiam in his quę ꝓtentioſę iurisdictionis existũt, p §. nulla. in auth. de defens. ciuit. col. 3. Qũo Episcopus in sua ciuitate poterit exercere iurisdictionem suam superueniente legato, sed eo præsente solenniter benedicere non poterit. Tum verò qñ inferioris & superioris iurisdictiones ita constitutæ sunt, vt altera per alteram iuuetur, & vt specialis iurisdictio generali adiungatur, tunc magis cumulatio, q̃ priuatio iurisdictionum dici potest. vt l. fi. C. de iurisd. omn. iud. Sed vbi iurisdictiones istæ sunt planè diuersę, vnus Iudex etiam maior, non intromittit se de iurisdictione Iudicis inferioris, ne iudicia confundantur. l. hac consultissima. C. de testa. Et his quidem cessantibus, si vel statutum, vel cõsuetudo, vel præscriptio, vel priuilegium exiſtat in c̃trium, vt est in his ditionibus. Iudex maior, & Senatus de iurisdictione inferiorum locorum, ciuitatum, aut magistratuum, se non intromittit, vt not. latè Felyn. ad c. pastoralis. de offi. ord. Eodẽ igitur modo, & Apparitores sese immiscere rebus, ad alios inferiores pertinentibus non possunt. Ordine enim cuncta in repub. fieri comparatum est, ea ratione, quam natura quoq; rebus ostendit, vnde harmonia, seu concors rerum symmetria exurgit.

SVMMARIVM.

1 *Apparitor quando carcerari potest.*
2 *Regij Viatores an possint ab inferiori magistratu carcerari.*
3 *Cautela pro eo qui fecit arrestum perperam.*
4 *Iudex inferior quando animaduertat in Apparitorem regium.*
5 *Apparitor egrediens limites suæ potestatis tenetur iniuriarum.*

De pœna Apparitoris extra territorium arrestantis. Cap. 22.

Culpa est, vt ait Pomponius, immiscere se rei ad se non pertinenti. l. culpa. ff. de reg. iur. Apparitor igitur qui in loco & intra limites suæ functionis nõ manet, sed pro libidine sua, quo ad se non pertinet, & in alio loco vbi hoc illi permissum non est, arrestare audet, adeoq; alienæ rei citra legis adminiculum sese immiscet, culpa carere nõ potest: turbato nanq; ordine facit, ꝙ sua minus interest, nisi fortè propter periculum fugæ debitoris, vt ait Paris de Puteo in trac. de syndic. ad verb. clericus. c. 2. Sed qua rõne & quomodo hæc culpa, quæ pœnam vtiq; requirit. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. coercebitur, quibusq; tandem vinculis reprimetur audax, hoc & temerarium facinus, quæri solet. Sanè Ludouicus Romanus, qui pro ętate sua multa in iure & in foro diligenter considerauit, ad l. nolle adire. nume. tertio, versic. quinimmo nedum. ff.
1 de acquir. hæred. respondit, eiusmodi † apparitorem & nunciũ vinculis mancipari, & in carcerem conijci posse. Nam & Iustinianus, executorem qui clericum ad vetitum tribunal laici Iudicis euocauit, ab Episcopo loci, in loca decanica detrudi posse constituit. authent. causa quæ. C. de episco. & cler. quod & Bald. ibi, versicu. vltimò nota. sequitur cum glos. in §. primo, in auth. apud quos oport. caus. dic. monach. colla. 6. Porrò autem Petr. Rebuffus ad ord. reg. tomo 2. titu. de literis requisit. glos. tertia,
2 num. 32. versi. non poterit, scribit † ꝙ non potest dominus loci detrudere in carcerem Viatorem Regium exequentem literas regias, sine literis requisitorijs, vt fuit pronunciatum Burdegalæ, prout refert Boerius q. 8. Sed arrestare equum illius poterit, inquit, nisi Seruiens executioni à se perperam & sine permissu Iudicis factæ renunciaret, quia tunc non debet equus eius teneri; Ideo cautela est, † quando Seruiens temerariè & perperam
3 fecit executionem, vt illi renũciet, fm eundem Rebuffum. Cæterùm Ioannes Imbertus Rupelanus Instit. forens. c. j. secutus Fabrum ad l. in officiales. C. de offi. rect. prouinc. per illũ textum asserit, verum quidem esse, quòd Iudex loci communiter manum in Apparitoris huiusmodi equũ iubet injiciẽdam, quoad iudicio se sistat: & ei nonnunquam diem dicit, vt per se rñdeat, aliquando verò carcere detẽtum causam dicere cogit, quoties iniussu illius Iudicis aliquem iurisdictioni eius mancipatũ Apparitor apprehenderit, vt pro iudicantis arbitrio eius temeritas

Source : BIU Cujas

mulctetur. Verùm Iudex alius q̃ Regius non poteſt in Apparitores Regios animaduertere; Ita vt quamuis Iudices inferiores ius perſequendi aut ad ſummum prehendendi hos Apparitores haberent, per d.l.in officiales. oportet tñ eos ad Senatũ, qui iuſtam pęnam infligere poſſet, tranſmittere.l.2. C.de offi. mag. mili. Atqui Guid. Papæ nobilis Galliæ practicus non abſimilẽ quæſtionem tractans q.328.incip.Seruiens.rñdit † Iudicẽ inferiorem poſſe punire Seruientem Curiæ, dummodo hoc ſignificet Curiæ illius ſuperiori. Quæ ſuã Guidonis non tã multum ab his quæ dicta ſunt ex Rebuffo & Imberto, diſcrepat, q̃ fortè aliquibus prima facie vr̃; Nam ſi carceri mancipatus aut aliter detentus ſit Apparitor, Iudex qui manus in eum iniecit, Senatui hoc quod factum eſt ſignificabit, & repetenti remittet illic puniendũ. Cæterùm ſi Senatus non repetat, aut nõ rñdeat, vel aliter diſſimulet, correctio inferioris ĩ eiuſmodi Apparitorem procedet, reſte Chaſſa.ad conſuet. Burg. des iuſtices & droictz. Rub. L'amẽde de ſimpl. recouſſe.§.7.ad verb. L'amende. nu.43. verſi. Quinta concluſio. Tutius eſt ſanè hoc caſu eueniẽte, certum Senatus rñſum expectare: Pluraq; de his, d loco apud Boerium vide. Ad actionem iniuriarum quod attinet, nihil hęſitandum eſt; hmõi † enim Apparitor per illicitam arreſtationem & Iudici & parti lęſę iniuriam facit. c. ex parte, de verb. ſign.

4

5

SVMMARIVM.

1 *Nuncius falſus de falſo tenetur.*
2 *Comitẽ, Doctorẽ, ſeu Magiſtratũ ſe ſimulans cũ non ſit, falſi crimen cõtrahit.*
3 *Tabellionis officio fungens, qui nunquã Tabellio fuit, qua pęna puniatur.*
4 *Iuriſdictionem non habens, ſed habere ſimulans, quomodo puniatur.*
5 *Apparitores, vt plurimum maligni, infames, ac viles ſunt.*
6 *Apparitor ſimulans ſe mandatum arreſtandi habere qua pęna teneatur.*

Quæ ſit pœna eius, qui ſe Apparitorem eſſe ſimulat, cum non ſit. Caput 23.

Antiquitas nihil aliud exiſtimabat eſſe Deum; quàm prodeſſe mortalibus, ex quo prouerbium natum eſt, Homo homini Deus. Sed quoniam paulatim abundare cępit iniquitas, & refrigeſcere charitas, vt eſt apud Matthęum 24.c. Homo homini lupus factus eſt, milleq; nocendi artes adinuentæ ſunt, quibus fraude & dolo, alter in alterius fortunas irrumpat, & proximi honorem cõuel lat. Quò pertinet ſceleratum & deteſtandum hoc factum eorũ qui ſub auctoritate publica, quo pecuniam ſubdolè emungant, & ab imperitis hominibus, neſcio quid extorqueant, ſimulant ſe Apparitores eſſe, cum nõ ſint, auctoritatemq; & poteſtatem arreſtandi, accepto ob eam cauſam ſalario, ſibi vſurpant. Memini paucis, hinc diebus, miſellum quendam & ſimplicem ruſticum eiuſmodi lupo prædam fuiſſe, ſimulãti ſcilicet ſe Regium Apparitorem eſſe, eoq; titulo innocẽtem illum hominem ad iniquiſſima quęque adigenti. Sed quæ ſit huius tam nefarij facti pœna videamus. Et Vlpianus quidem. Qui nomine Prætoris, inquit, literas falſas reddidiſſe, dictumve falſum propoſuiſſe dicetur. ex hac cauſa actione pœnali in factum tenetur, quanquã legis Corneliæ reus ſit. l. qui nomine. ff. ad l. Cornel. de falſ. Sicut † generaliter nũcius falſus de falſo tenet̃, teſte Bar. ibi. & Alex. ad l. Diuus. de cuſtod. reor. Spec. de execut. verſi. ſed quæritur. Iaſ. ad §. quadrupli. Inſtit. de act. Felyn. ad c. tertio loco. de ꝓbat. & nominatim Matthę. de Afflict. loquens de eo qui ſimulat ſe eſſe Apparitorem Curiæ. In conſtitutio. regni, quæ incipit, Duram & diram. Et in ſimili, † appellans ſe Comitem, Doctorem, Magiſtratum, cum non ſit, actumq; aliquem facit his cõgruentem tantum, non minus falſi crimen contrahit, q̃ ſi alienum ſigillum aut nomen, cum alieno incommodo ſibi vſurpaſſet. l. ſi quis. & ibi Doctor. C. de aquęduct. lib. 11. ad c. j. de magiſtrat. ad cuã literis. de teſtib. l. vnica. C. de mendic. valid Chaſſan. ad conſue. Burg. Des iuſtices & droictz. Rub. meſſiers. ad verb. de leurs rapports. nu. 6 & 7. Grauius ſanè Hippol. de Marſil. ad l. eiuſdẽ. col. 2. num. 6. ad l. Corn. de ſicar. eum † qui nunquam Tabellio fuit, ſi vt Tabellio inſtrm conficiat, ſi morte plectendum eſſe reſpondit. Iuxta ſententiam Bal. ad l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ. Ex quo dubia redditur Angeli opinio. ad l. ſi vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10. exiſtimantis † eum qui iuriſdictionẽ non habet, ſed ſimulat, pœnæ falſi obnoxium non eſſe. Ego cũ Modeſtino reſpondeo. huiuſmodi ſimulatorem, pro admiſſi qualitate ſecundum l. Cornel. de falſ. grauiſſimè eſſe puniendum. l. eos. §. fi. ff. ad l. Corn. de falſ. licèt hac in re opiniones Doctorum varient; & Senatus ipſe Tholoſanus quid conſtituendum eſſet, anxiè dubitauit, vt apud Aufreriũ deciſ. 401. videre licet. Et in hac quidẽ ſententia etiam D. Damhouderiũ in Enchirid. rerum crimina. c 123. nu. 10. fuiſſe video. Sed † vt Apparitorum ipſorum malitia & infamis vita ſępenumero abundat in Republica, quo nomine multum cõqueritur Andreas de Iſernia in ꝓſtit. Neapolit. de aſſig. lit. citat. nu. 5. in lectura peregrin. Suntq; vt plurimum viles perſonæ, vt ait Robert. Marant. in tractat. de ord. iud parte 6. nu. 43. tit. de citat. Ita quoq; ad falſitatem non diſſimilem non rarò declinant, & mandatum arreſtandi ſe habere iactitant, falsò & contra veritatem, vt hac mentita fide, à debitore mandatũ veluti redimente, aliquid accipiant. † Quod qui faciunt, proculdubio crimen concuſſionis contrahunt. l. j. ff. de concuſſ. & non ſolum ad quadrupli reſtitutionem obligati ſunt, falſumq; committunt, ſed & concuſſionis nomine etiã aliàs, criminaliter puniuntur. l. quod euitandæ. ff. de condict. ob turpem cauſam. Iaſ. ad d. §. quadrupli. Odofredus ad l. iubemus. C. ad l. Iuliam repet. Bart. ad l. j. C. de nauicul. lib. 11. tex. & glo. in l. ſi quis concuſſerit. C. ad l. Iul. de vi. Vnde etiam in ſimili rñdet Paris de Puteo in tractat. de ſyndic. c. 7. de Syndic. iudic. num. 7. quòd officialis qui, vt componat cum eo de cuius delicto nihil omnino cõſtat, pœnam minatur, tenetur iniuriarum. Et quod Iudices qui ſimulant ſe habere mandatum capiendi, torquendi, moleſtandi, idq; falsò, extra ordinem puniuntur, falſiq; admiſſi nomine tenentur.

1

2

3

4

5

6

SVMMARIVM.

1 *Luxuries & auaritia homines plerunque ad ſcelera adigunt.*
2 *Metus omnis turpis eſt in iudice.*
3 *Iudex negligens aut Iuſtitiam non adminiſtrans grauiter punitur.*
4 *Apparitoribus arreſtum commiſſum non facientibus quomodo Partibus conſulatur.*
5 *Apparitores improbi ab officio ſunt remouendi.*
6 *Remoueri quis poteſt ab officio ob ſolam negligentiam.*
7 *Iudex contra Apparitorem improbum ſummariè procedit.*
8 *Remotus ab officio, an amplius ad idem, vel aliud admitti poſſit.*
9 *Seruientem ſeu Apparitorem delinquentem an Iudex remoueat, an verò is qui illum conſtituit.*

De Apparitore metu, precibus, vel ſordibus corrupto, & arreſtum non faciente. Caput 24.

Duæ † ſunt res, inquit Cicero, quæ maximè homines ad maleficium impellunt, luxuries, & auaritia. Vnde cum plerique Apparitores aut poculis aut nummis nimium addicti ſint, adeo vt in quibuſdam, neque pecuniæ modus eſt, neque cupiditatum, quos nulla præda vnquam improbè parta minuit, ſed auget potius, atq; inflammat: frequenter accidit, ꝙ cum arreſtandi ſeu ſiſtendi mandatum receperunt, vel pecunia corrupti, vel amore familiaritatis & compotationis excæcati, diſſimulant, officiumq; ſuum non faciunt, magno Reipubli. malo, & graui creditorum periculo, ac detrimento. de quib. his verbis ſcribit Moder. ad 2. par. conſuet. Pariſ. titu. 2. §. 52. gl. j. nu. 184. Notæ enim ſunt expilationes Apparitorum præſidalium, præſertim hoc tempore quo nõ ſolum officia multiplicantur, ſed non niſi ingenti precio habent̃, & iam ridiculæ ſint antiquæ ſanctæ conſtitutiones, de eorum ſalariis editæ, nec hoc ſolum, ſed multò plus exigunt à pauperibus ruſticis, quibus breue temporis ſpacium, & vſurarias dilationes ſubinde vendunt, ne pignora transferant, aut ne vili diſtrahant. Hactenus ille. Alios verò metus & potentia debitoris, extra limites iuſtitiæ & propriæ functionis, in tranſuerſum agit, contra dictum Eccleſiaſtici, c. 7. de Iudice loquenti. † Noli fieri Iudex, niſi valeas virtute perrumpere iniquitates, ne fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua. Ideoq; idem d. loco iterum ſubijcit, Neceſſe eſſe ad rectam & debitam & à Deo præceptam politiam, non ſolum iudicandi officia, ſed quæcunq; vel minima iuſtitiæ miniſteria, idoneis & fidis gratis concedere, quemadmodum & beneficia omnia, & dignitates eccleſiaſticas. Sic enim fieret, vt nefario, & cauponario rerum ſacrarum & magiſtratuum quæſtu ſublato, totum regnum, & præcipuè maieſtas ipſa Regis non ſolum coram omnibus hominibus, ſed etiam coram Deo & Angelis & ſanctis eius, magnopere floreret & proſperaret, & omnibus tam ſpiritualibus quàm temporalibus opibus, & maxima pace lætaretur. &c. Defectus verò iuſtitiæ & licẽtia peccãdi, facit eiuſmodi Apparitores verè eſſe, qđ de eis ſcribũt veteres, ꝙ ſunt vt plurimũ viles, voraces, praui, auari, ptinaces, & proterui. Paris de Puteo in tract. de ſyndic. ad verb. familia. 1. Bal. ad l. ſi vt proponis. C. de exec. rei iudic. Feder. de Senis ꝙſt 19. Tiraq. de retract. §. 8. glo. 9. & probatur ſatis in l. j. C. de muner. lib. 12. & in l. j. C. de priuileg. eor. qui in pal. milit. & in l. oẽs. C. de epiſ. & cle. Hos igit̃ & ſua quoq; pœna iuſta manet. Nã † ſi Iudex negligẽs vel corruptus, & parti requirẽti iuſtitiã nõ adminiſtrãs, tã grauiter coerceatur & puniat̃ l. j. C. de deſert. l. fi. C. pub. lętit. latè Paris de Puteo in d. tract. de ſyndic. ad verb. negligẽtia. c. j. alijsq; locis multis, quãto magis hoc genus hominũ ignobile & vile, niſi Apparitores Regios excipias, qui honoratiores fortè aliquib. videntur, licèt aliqñ nõ ſint, puniri debet. Sanè † qualeſcũq; ſint, qñ arreſtum facere nolunt, aut ne faciant latitant, & ſe ſubducunt, poteſt pars in eum caſum contra eos proteſtari, condemnabuntur eidem parti executionem ſeu arreſtum requirenti, ad expẽſas, dãna, & id quod intereſt, vt ait Rebuffus ad ord. reg. tomo 1. tract. de ſent. execut. art. 8. gl. 5. & tomo 3. in tract. de citat. in præfat. nu. 80. Ita vt nõ multò aliter ſeſe loco ipſius debitoris cõſtituere videant̃, q̃ Iudex pro arreſtatione requiſitus, & negligẽs, vel iuſtitiam nõ adminiſtrans. l. fi. & ibi Dd. ff. de var. & extraor. cognit. pulchrè Caſtren. ꝓſi. vlt. verſi. ſecunda cã eſt. lib. j. c. Dominus noſter. 23. quęſt. 2. Sed & diui Principes Gratia. Valent. & Theodoſ. huiuſmodi executores † qui officiũ ſuũ facere ceſſauerunt,

1

2

3

4

5

Source : BIU Cujas

uerunt,ab executione remouendos aliosq; in locum eorũ ſupponendos eſſe reſcripſerunt,vt ſciant cauſas à ſe non eſſe diludendas, nec lucri gratia aliquod eis vicium imponendum l.j.
6 C.de ſport. Quo † modo,quod amplius eſt, in multis aliis caſibus,ex ſola negligentia, non dico malitia,& improbitate, vel corruptione,eum qui publicam aliquam functionem ſuſtinet, ab officio remoueri,notat Bellouiſius in ſua praxi,ſub tit.de citat.Ad quam † quidem remotiorem & arbitrariam coertionẽ,
7 ex ea enaſcentem nõ ordinario & ſolenni ritu ſeu ordine iudiciorum,ſed ſummariè,de plano, velo leuato, & ſine ſtrepitu ꝓcedendum eſſe teſtatur Bal.ad d.l.ſi Sed an venia digni ſint,† vt
8 poſtea elapſo aliquo tẽporis ſpacio, denuò ad ſuas functiones admitti poſſint,quæſitum fuiſſe ſcio Sanè,ſi propter admiſſum iſtiuſmodi delictum per ſententiam Iudicis remoti ſunt, quia Iudex ſemel ſuo officio eſt functus, reſtitui ab eo non poſſunt. l.ſi qs decurio.& ibi Bald. C. de falſ. & in terminis decidit Caſſaneus,des iuſtices & droictz,Rubr. Meſſiers & Sergens.§.6.nume.50. quemadmodum & quilibet alius officialis propter negligentiam vel culpam in officio commiſſam remotus, nõ admittitur ad aliud officium,& alios honores.l.quicunq;.C.de dignit.ſ.offic.lib.12.etiam ſi propterea ad omne damnum parti illatum,ad ſumptus omnes,& ad id quod intereſt teneantur,præſtito aduerſus ipſos in litem iureiurando, vt no. Paris de Puteo in tract.de ſyndic.ad verbum,negligẽtia.c.4.Quinimmo, quod magis eſt.c.2.exiſtimat eiuſmodi Officialem abſolutorium reſcriptum impetrare non poſſe, neq; contineri hunc ſub generali indulto Principis ciuibus conceſſo, ſed ſimpliciter remoueri,etiam officio eius adhuc durãte.l.ſi aliqui.C.de ſuſcep. l.iudices.C.de digni.Sed breuius de his Alber.ad l.ſi quos. C.de offic.præfec.præt.orient.verſi.ſed nũquid,ait eos qui ob delictum ſuum remoti ſunt,ipſo iure ad idem vel aliud officium. aſſumi iterum non poſſe.l.placet.in fin.C.de epiſc.& cler.c.dictum.81. diſtinct.Cæterùm de gratia & ex ſpeciali diſpenſatione Principis, qui ſibi manum non claudit,poſſunt,quod & vſu quoq; receptum videmus.

9 Elegans autem eſt quæſtio, † quis huiuſmodi Apparitorem remouebit,ipſene Iudex inferior,an potius Princeps, vel alius quiſpiam qui ex priuilegio ſibi à Principe conceſſo, illum conſtituit? Et quidem Ioan.Fabri.ad l.ſi.C.de offic.præfe. vrb.quem refert & ſequitur Io.Conſtan.ad cõſtitut. reg.art.10.incip. Quæ ſuyuant.circa fin.reſpondet, ꝙ Seneſchali non poſſunt auferre officia Seruientibus vel Officialibus, qui delinquunt in ſuis officiis,quæ non habent ab eis,ſed à Principe,vt l.j.C.de offi. pręf. Auguſtal. quãuis ipſos in officio delinquentes punire poſſint. l.ſi quis.§.ſi quos.& ibi latè Bart. ff.de pœnis.Sed & Paridem de Puteo in tract.de Syndic.ad verb.poteſtas. nu.2. in hac quoque ſnĩa fuiſſe reperio,dum ait,ꝙ is Officialem remouet,qui ipſum creauit:ſecus ſi fuerit creatus à principe, vel ab alio ſuperiore. Qua de re plura ibi apud eundem Paridem videre licet.Nõ me latet,quàm ſint ſępè refractarii, in quos deponẽdi & remouendi poteſtatem non habet vir clariſſimus Præfectus vrbis, qui horum opera etiam in ſummo capitis ſui diſcrimine & vitę periculo vti debet.Sed quiſquis remouendi poteſtatem habet vel non habet,vtique remoueri eos publicè atq; priuatim expedit. Nam ſi in officiis ſuis cum aliorum detrimento graſſentur,vel delinquant,periculum eſt illius qui hos cõſtituit, & propter malam electionem,his non ſoluendo exiſtentibus, ex propriis facultatibus damnum illatum refundere tenetur,teſte Ioan.Conſtan.d.loco.Paris de Puteo etiam d.loco c.j.cum c.2. nume.3.& Ang.ad l.ne diu.ff.de pœn.

SVMMARIVM.

1 *Apparitori an & quando credatur literis ſui officij non oſtenſis.& 4.*
2 *Apparitor eſſe præſumitur qui pixidem defert.*
3 *Offendens Apparitorem non habentem ſignum, an eodem modo puniatur.*
5 *Pro nuncio præſumitur in his quæ officium eius concernunt.*
6 *Mandatum an præſumatur.*
7 *Apparitori an ſit credendum, conſuetudo docet.*

Arreſtatus an credere Apparitori debeat. Cap. 25.

Vtrum verò is, qui arreſtatus eſt,credere debeat Apparitori,ſe Apparitorem eſſe, ſiſtendiq; poteſtatem habere,aſſerenti,dubium eſſe poſſet,Bar. in tract.quom.in lęſ.maieſt.crim.proced.in verb.per nuncium.
1 reſpondet † credendum eſſe Apparitori, etiamſi non oſtendat literas ſui officij,in loco & iuriſdictione intra quam eſt Apparitor,c.cum dilecti,de dolo & contu.pręcipuè ſi aliquod ſignum habeat,cuiuſmodi alii Apparitores habere ſolẽt. Nam eo ipſo
2 † quòd quis defert tale ſignum, præſumitur ꝙ ſit Apparitor. Boer.q.170.nu.4.Innoc.ad c.qm̃ ꝫ de probat. Peruſ.ad c.cũ parati.col.6.nu.10.de appel.Rebuff.ad conſtitu.reg. tomo 3.ti.de citat.art.j.glo.2.nu.3. verſi.creditur.Sicut econtra.Saly.ad l.ſanctum.ff.de rer. diuiſion. & Salycetum etiam ſecutus Caſſan. ad conſuetu.Burg.rubr.j.§.7.nu.25.verſi.pro ſexta limitatione. re-
3 ſpondet,ꝙ † ſi quis offendat nuncium,vel apparitorem nõ habentem ſignum,in ea qualitate,hoc eſt, tanquam offendẽs nuncium & perſonam publicam non punitur multumq; ait ſignũ eiuſmodi operari,vt illi qui ſe apparitorem eſſe dicit, credatur vel non credatur.gl.ad l.magis puto.§.ne tm̃.adverb.Viatorem.
4 ff.de reb.eor. †quamuis alias Regijs & prouinciarum executoribus,non niſi oſtenſis literis, in grauioribus cauſis credat̃, quade re plura dicto loco, nu.27. Caſſaneus. Sed hęc in citatione verbali dubia vix habent:Nam ſi Apparitor vel ſignum iſtiuſmodi habet,vel pluries poteſtatem hanc ſciente debitore exercuit,fidem ei adhibere debet.Bal.ad l.exemplum.in fi.C.de ꝓb. Abbas & Felyn.ad c.ſuper his.de fid.inſtrum.quia facilis hoc caſu eſt recurſus ad ipſum Iudicem,à quo quę ſit apparitoris illius qualitas cognoſci poteſt,teſte Paulo Pariſio cõſi.17. nu.11.lib.4. Cęterum de citatione reali,in qua ſi ius ſcriptũ ſequaris, cauſæ cognitio (vt diximus) requiritur, & ad quam expreſſum mandatum Iudicis eſt neceſſariũ, maior eſſe poſſet dubitatio, vtrũ credatur Apparitori,ſe apparitorem dicenti, & mandatũ arreſtandi ſe habere alleganti.Sunt enim qui id negant, ſunt etiam qui affirmant ex eo,ꝙ niſi præſumeretur præcedens cõmiſſio, ſequeretur,ꝙ nuncius falſum ſcienter committeret. l.qui nomine.ff.de falſ.Roma.ſingu.313.quæ quidem præſumptio mini
5 mè eſt accipienda,l.merito.ff.pro ſoc.& † pro nuncio præſumitur in his quæ officium eius cõcernunt.l.2.C.de execu.& exact. lib.12.glo.& Dd.ad d.c cum parati.Vtranque ſententiam ſuis argumentis ac rationibus, validè vtrinq; ſuffultam lib. præſumptio.reg.3.c.14.refert Alciatus,tandemq; etiã opinatur, in reali citatione,quæ aliqualem cauſæ cognitionem deſiderat, neceſſarium eſſe, vt de ea in actis conſtet. Sed ſi Iudex in vim illius
6 realis citationis,ad vlteriora procedat † tunc, inquit, præſumi poteſt mandatum præceſſiſſe.l.ſi filiusfa.vbi Bal. & Saly. C de petit.hæred.Ego verò in ea ſententia verſor,vt exiſtimem ad leges ſcriptas quod attinet in citatione reali,quam prehẽſionem ſeu arreſtationem aut impedimentum rectius dixeris commiſſionem & commiſſionis illius demonſtrationem eſſe neceſſariam,vt quis arreſtari poſſit,niſi tm̃ periculum ſit in mora,quod ſuperioribus capitibus.fuſius à nobis dictum fuit. Sed vbi conſuetudo diuerſa eſt,vt plerumq; hic vbique eſt,periculo arreſtari procurantis, neceſſum eſt eum qui arreſtatur & impeditur, nuncio etiam non oſtendenti mandatum parere, modo inſi-
7 gnia apparitorum gerat,aut pro tali publicè habeatur, † quia conſuetudo in his ſequenda eſt.Bal.ad l.neminem.C.de exhib. re.Iaſ.in d.§.quadrupli. & ibi Fab. Idem Bald. ad l.ſi quando.C. de teſtibus.12.q.Corneus cõſi.2.in fi.lib.4.Qua tm̃ in re prudenter cauere ſolent magiſtratus, vt intra triduum actio aduerſus arreſtatum intendatur,poteritq; in eiuſmodi rebus eam modo rationem Iudex adhibere, quam exiſtimabit propoſito negocio maximè conuenire,arg.l.qui pro tribunali.ff.de re iudi.Porrò autem eundem hunc articulum latè ſuo more explicat Tiraquel.de vtroque retract. Latius verò & eleganter Hippol. ad l.de vnoquoque.nu.115.cum ſeq. de re iud. quos ſi libet vide.

SVMMARIVM.

1 *Apparitores an coram teſtibus arreſtare debeant.*
2 *Apparitor an apparitori teſtis eſſe debeat.*
3 *Iudici aut Arbitro ſoli non creditur.*
4 *Apparitori ſoli an credendum ſit, Iudicis arbitrio relinquitur.*
5 *Apparitoris falſam relationem facientis pœna.*
6 *Apparitoris falſitas quo pacto conuincatur, relatiuè.*

Apparitori ferenti ſe aliquem arreſtaſſe, an ſit credendum. Caput 26.

Eadem quoque ratione dubitari poteſt,vtrum ſoli Apparitori credẽdum ſit, qui ſe debitorem ipſum vel res eius arreſtaſſe affirmat? Rebuffus ad conſtit.reg.tomo 3.art.j.glo.2.& moribus & legib.Gallo-
1 rum receptum eſſe teſtatur, † ne apparitores executionem faciant,niſi duos teſtes adhibeant,qui teſtificari de illo actu poſſunt;quia cum ipſi regulariter viles ſint.l.prohibitũ.l defenſionis. C.de iur.fiſc.lib.10.falſasq; relationes facere,vt no.Doctor. ad c.quoniam contra.de probat.& pro modico vini dolio ſępe deierare ſoleant,teſte Hoſtien.in ſua ſumma, Rubri. de contu. §.qualiter,verſi.contra.Ideo duos debent adhibere teſtes;Nam in ore duorum aut trium ſtat omne verum.cap.cum eſſes.c.relatum.de teſtam. Et iſti †
2 teſtes non poſſunt eſſe Apparitores, quia,vt ille idem ait,vnus pro altero,etiã falſum deponere poſſet;Nam vt vetus habet adagium, muli mutuò ſe ſcabiunt. Nõ tm̃ requiritur ſubſcriptio teſtium,ſed ſufficit apparitorem referre ſe arreſtaſſe talem in præſentia Ioãnis & Petri teſtium. Idem Rebuffus d.tomo 3.artic.2.glo.4.nume.16.verſicu. Quinimmo requiritur.Porrò ad leges ſcriptas quod attinet, ſunt etiam non inferioris loci interpretes, qui exiſtimant nuncio ſeu Apparitori ſine teſtibus credendum non eſſe,pl.vlt.C.de bon.vacant. lib.10. & ꝙ vnius vox nec condemnat, nec iuſtificat. c.admonere.32.quæſtione 2. etiamſi (vt ait Conſtantinus Imperator.)

Source : BIU Cujas

præclaræ Curiæ fulgeat honore. l.iuriſiurandi. C. de teſtibus.&
3 † ſi ſoli Iudici,aut arbitro non creditur.l.ne in arbitris.§. pen.C. de arbit.& d.c.qm̃ certè multò minus apparitori ſoli credi debet,cum magis pro Iudice præſumatur.l.2.C.de offi.ciuil.iudic. pro apparitore verò nequaquam.l.ne diu.C.de pœn.quos & Salycet.ad l.tres denunciationes.C.quom.& quand.iud.& Philip. Francus in c.cum teneamus. col. vlti. de appel.viles & ribaldos vocant.In qua ſententia fuit etiam glo.ad cap.qm̃.dum ait,ſoli nuncio publico & iurato credi in foro ciuili ſm conſuetudinẽ. At de iure communi inquit,videtur,non eſſe ei credendũ, niſi aliter de veritate legitimè cõſtet. Alii putant credendum huic eſſe,ſi non fuerit negatum,poſſeq; debitorem iuramento euadere,ſi iuret ſe arreſtatum vel citatum non fuiſſe.Hoſtienſis ad d.c.qm̃.Ioan.Fab.ad l.ea quidem.C.de accuſat.gloſ.in c.propoſuiſti.ad verbum, non probatur.82. diſt.Alii verò dicunt, non eſſe ei credendum in rebus magni præiudicij.Bal.ad l.magis puto.§.illud. ff. de rebus eor. & ad d.c.cum parati.Lucas de Penna ad d.l.j.C.de Curial. lib.12. Conſtat autem ex his quæ ante diximus,arreſtationem maximi præiudicij eſſe. Alii hoc totum,an
4 † apparitori ſoli credendum ſit,Iudicis arbitrio & religioni relinquunt. Quid ẽnim,inquiunt,ſi Apparitor ſit vitæ diffamatæ, & debitor integerrimus? Cõſiderabit itaque Iudex qualitatem perſonarum atque negocii,& huic vel illi magis credet,vel iuramento ab eo exacto,vel etiam non exacto.Hoſt.ad c.cum parati.& ibi etiam Panor.Archid.ad c.propoſuiſti.& ad c.venerabilibus.de ſent.excom.lib.6.latè Petr.Iacob.tit.de act.de cõſtit. pecu.col.pen.verſi.nec etiam deberet credi. Alij deniq; ſimpliciter aſſerunt,Apparitori eſſe credendum per l.j. §. cura carnis. verſi.quies.& ibi Bald.ff.de offi.præfec.vrb.& d.l.magis puto.§. ne tm̃.& l.ſi quis decurio.C.de falſ.& l.apparitores.C.de exac.tribut.lib.10.Quam opinionem Decius,Imol.& Philipp.Franc.in d.c.cum parati.communem eſſe teſtantur. Nam & Seruienti & Apparitori creditur ſuper eo,ꝙ inuenerit tales ludẽtes, vel animalia damnum facientia.Bart.ad l.ea quidem. C.de accuſ.maximè ſi ad inquiſitionem illius rei fuerit deputatus, vt ait Paris de Puteo latè de Syndi.ad verb.notorium.c.vlt.nu.3.Tiraquellus quoq; de vtroq; retract.§.8.glo 9.in prin.nu.11.verſi.& hæc quidem.hanc opinionem (quantum ad ius commune attinet) veriorẽ eſſe aſſerit,ſed id tm̃ cum moderationibus,quæ ſequuntur.Primò,vt is Apparitor ſit publicus & iuratus.gl.ad d.§.cura carnis. Bald. ad l.2. C.de ſport.non quod in quolibet actu iuramentum præſtare debeat, ſed ſatis eſt eum in principio iuraſſe ſe fideliter officium ſuum executurum, vt fieri ſolet & debet. Bald.ad d.l.magis puto.§.illud.& ad d.l.2. Secundò vt ei credatur,ſi iſtiuſmodi negocium ad officium eius pertineat,vel ex eo dependeat.Cyn.ad d.l.ea quidem. Bar.Bald.ad d.§ cura carnis. latè Chaſſanęus ad conſuetud.Bug.tit.de iuſtitia.§.6.in glo. par
5 leur ſermens.Quid† autem ſi arreſtatus vel pars falſam eſſe Apparitoris relationẽ probauerit,qũo Apparitor punietur? Certè Rebuffus d.tomo 3.art.5.gloſ.4.verſi. quid ſi pars. reſpondet, ꝙ ſi pecunia corruptus hoc fecerit, pœna legis Corneliæ de falſis punietur.l.j.§.ſed & ſi quis ob renunciandum.vbi gloſ.& Dd.ff. ad l.Corn.de falſ.quæ hodie in multis Iudiciis,& in Francia, eſt pęna mortis.Si verò non pecunia corruptus, ſed quadam iniuria vel ſimplicitate falſum cõmiſerit,ad id quod intereſt,actione in factum, & ad mulctam tenebitur. l.qui nomine.ff.de falſ. quam legis deciſionem eſſe ad hoc ſingularem dicit Romanus ſing.313.& Guido Papæ q.44.incip. teſtis.in fi.ſuoq; officio priuari debet.Bald.ad c.fi.de dol.& contumac arg §. fin.in auth.de arm.qñ ex ſimplicitate vulpina,qua vti ſolent, hoc fecit:ſecus, ſi ex ſimplicitate columbina,quę dolum & fraudem nõ nouit. Chaſſan.ad conſuet.Burg.ti.j.§.6.ad verb.de leurs rapports. per l.2.C.de ſportu.laſ.ad §.quadrupli.de act.Mihi ad eam rem maximè accõmodata videtur l.ſi aliquid.C.de ſuſcept. lib.10. quæ vetat,ne quis eorum qui ſemel de hmõi crimine conuicti ſunt, idem officium rurſum gerat.Quo loco conſtitutionem de notarijs,tributorum ſuſceptoribus,& aliis quibuſcũque in officio conſtitutis,intelligit Io. de Platea antiquus & nõ indoctus interpretes;eoq; etiam pertinet quod in l.Iudices. C. de dignit. lib.12.conſtituit Imper.dum ait; Iudices qui ſe furtis & ſceleribus fuerint maculaſſe conuicti, ablatis codicillorum inſignibus, & honore exuti,inter peſſimos quoſq; & plebeios habeantur,nec ſibi poſthac de eo honore blandiantur, quo ſeipſos indignos iudicauerunt. Rurſum in l.2.C.de palat.ſacr.larg.lib.11. Nullus, inquit, Theſaurariorum ſemel deprehenſus euerſor, quocunque pacto,aut repetat militiam ſuam,aut aliam. Multa autem huc pertinentia eleganter tradidit Antonius Capicius deciſ.nona Neapol.121.incip.In cauſa officij, quo loco exactè inquirit, & latè diſputat, † an hæc officij priuatio ipſo iure fiat,
6 an verò ſententiam requirat;qua † ratione falſitas Apparitoris conuincatur, & cui bona ipſius applicari debeant.

SVMMARIVM.

1 *Expenſas ſoluere debet, qui actum fieri deſiderat.*
2 *Inſtrumentum fieri mandans Tabellioni ſoluere tenetur.*
3 *Boni trituranti os non eſt claudendum.*
4 *Apparitor plus accipiens quàm ſalarium,quo pacto puniatur.*
5 *Pœnæ extra caſum ſuum non ſunt extendendæ.*
6 *Apparitori,qui operam dedit,vt arreſtaret,ſi ex pœnitentia creditoris deſiſtat, nihilominus ſalarium debetur.*

Quis ſalarium Apparitoris ſoluere ei debeat. Cap. 27.

Multos paſsim reperias, qui lites libenter ſuſcipiunt, ſed ęgrè aliquid in has expendunt.Quomodo & in hac quoq; materia arreſti,qui arreſtũ ſolicitant,& operam Apparitoris exquirunt, nõ rarò eo facto, nodum in ſcyrpo quęrunt,& ab ipſo debitore arreſtato ſalariũ peti volunt.Sed iſtorum hominum ſordes,vnus ex multis,ad §. quadrupli.Inſtitu.de act.confutat Faber, qui ea in re Ioannem,
1 Zaſium & alios ſibi conſentientes habet, ꝙ † executor ſeu apparitor,nõ à debitore,quem vtiq; inuitũ detiẽt vel arreſtat, ſed à creditore arreſtum poſtulante ſalarium ſuum exigere debet. Nam vt ait Vlpianus quo loco de exhibitione agit, ille tenetur ad expẽſas,cuius gratia celebratur actus.l.ſed & ſi §.j. ff.ad exhiben. Expreſſius verò hæc Accurſium ſecutus ad l.cum ſępe. C. de erog.milit.anno.tradidit antiquus interpres Iacobus Rebuffus. Si quis, inquit, petit cuſtodiam militarem in ſui fauorẽ,aut defenſionem, ſumptus præſtare debet; Sin autem cuſtodia in eius odium vel detrimentum poſtulatur, puta quia eſt arreſtatus,vel aliàs cuſtoditur,eo caſu non ipſe ſumptus præſtat, ſed is qui fecit illum detineri,quia gratia ipſius fit, ideoq; tenetur,nõ
2 multò aliter † quàm tenetur ſoluere tabellioni, is qui ad ſuam defenſionem iurisq; propri; tuitionem inſtrumentũ fieri mandat.Quam ſententiam etiam Ioannem Conſtant. ad ordi. reg. arti. 183. verſic. & reprobat. Ioan.Fabrum ſecutum eſſe video, quippe ꝙ reus ipſe nunquam ſolueret, & interim apparitorib. qui ex hoc ſuo officio victum corradere debent. ſoluendũ eſt,
3 ne † boui trituranti claudatur os.c.cum ſecundum. de præb.& tandem non inueniantur,qui munus iſtiuſmodi ſubire velint. Et hac quidem occaſione Chaſſanęus ad cõſuetudinem Burg. tit.1.Rubr.de l'amende de ſimpl.recouſſe.§.7. ad verb. l'amende.nu.44.diſputat,nunquid apparitores poſſint ſibi ipſis ſoluere,& pignora propria eorum auctoritate, à reo capere pro eorum ſalario;quod quidẽ prima facie fieri poſſe videbatur, per §.tripli.Inſtit.de act.& per ea quæ no.Iacob. Bellouiſ. ad §. illud. in auth.de exhib.& tranſ.reis.verſi. quærit decimoſeptimo &c. ſecutus tm̃ Iaſonem ad d.§.quadrupli.in 2.notab.eam conſuetudinem iuri cõmuni & ęquitati naturali aduerſam eſſe ait; quã etiam Faber ibi num.10.verſi.& nota ꝙ &c. licèt nonnihil fluctuans per abuſum irrepſiſſe rñdet.Quòd† ſi talis Seruiẽs excedat ſalarium ſibi taxatum (qua de re ex nouellis conſtitutionibus multa colligi poſſunt. auth. vt litig. in exord. & in auth. de ſanct.epiſc.§.ſportularum.& in auth.de iudicib.§.nullo quoq;, & de his exceſſibus grauiter conqueritur Moder. ad 2. partem conſuet.Pariſ.tit.2.glo j.§.52.nu.184.) etiam ad quadrupli reſtitutionem eum teneri.d.loco,num.6.aſſerit laſ.Sed cum hodie partim noua conſtitutione Caroli Quinti Augu. partim ſtatutis particularibus locorum, ſalaria certa apparitoribus præfixa & cõſtituta ſint,an etiam hodie ſi plus exegerint & receperint, in quadruplum condemnabuntur? Videtur ꝙ ita damnari debent,cum eadem ſit ratio,& grande delictum eſt in publicis officiis exercere quæſtum ex arbitrio proprio, & vix quicquam minus ferendum eſt in republica,q̃ furtum huiuſmodi manifeſtum.Faber putat ſatis ęquum eſſe,ꝙ etiam hodie coerceatur te meritas iſtorum nunciorum pœna quadrupli,ſed putat de rigo
5 re durum eſſe,cum † pœnæ extra caſum ſuum non ſint extendendæ.l.interpretatione.ff.de pœn.exiſtimatq; propterea cum Ioanne de Platea extra ordinem iſtos coercendos atq; puniendos eſſe;Cæterùm laſon tenet ꝛrium, putans poſſe extendi pœnam quadrupli,etiam ad caſum ſtatuti, cum non poſſit dari diuerſa ratio,vtpote ꝙ idem ſit crimen nuncij excedentis legem, & excedentis ſtatutum.Zaſius verò ibi nu. 5. putat hanc diſcordiam ita eſſe componendam, ꝙ ſi pœna excedenti nuncio eſt in ſtatuto expreſſa,tunc vera eſt aſſertio Fabri, quia ceſſabit pœna quadrupli, cum generi per ſpeciem derogetur. c. generi. de reg.iur.l.ſanctio legum.ff.de pœn.Si autem non eſt ſpecialis pœna appoſita in ſtatuto, pęna quadrupli locum habet, quaſi dicat, quòd caſus omiſſus à ſtatuto,remanet in diſpoſitione iuris communis.l.commodiſſimè.& ibi Dd.ff.de lib.& poſthu. Sanè
6 † ſi apparitor operam dedit vt arreſtaret,& creditor pœnitentia ductus ab arreſto deſiſtat, nihilominus ſalarium debetur, atgum.l.ſed addes.§.fi.ff.loc.& quod ſingu. ſuo 66. incip. ſtante ſtatuto, notat Romanus.

SVMMARIVM.

1 *Debitor arreſtatus ſi in cuſtodiam ſequi ſolit,quid iuris ſit.*
2 *Violaſſe arreſtum quis dicatur.*
3 *Arreſtatus recedens non obſtante arreſto, quibus caſibus non puniatur. 5. & 6.*

Source : BIU Cujas

4 *Iuramentum an per Principem laicum relaxari queat.*
7 *Iuramentum, quod occasionaliter tendit in damnum salutis corporalis, non est seruandum.*
8 *Iuramentum debitoris de non recedendo sine licentia creditoris, quid operetur.*
9 *Actus omnis an prima vice absumatur.*
10 *Mulier ob libidinem vitandam fugiens, pœna fracti arresti non tenetur.*
11 *Arrestatus fugiens, an sine noua citatione condemnari possit. & 13.*
12 *Iuramento reuertentis ad carceres creditur, dicentis se ob iustam causam aufugisse.*

De eo qui arrestum violat. Caput 28.

1 Quid † autem si debitor arrestatus sequi nolit, & iussus ire in arrestū refractarius sit, atq; ire recusetˀ Iacobus Bellouisius in sua praxi iudiciaria, sub rubr.de inquisitione,in fine,versic.Iuxta hoc quæritur.ait,ꝙ punitur ac si iuisset & arrestum fregisset;quia, inquit nō licet Prętorem contemnere iuxta notat.ff.de iurisd.omn. iudi.l.si familia.& ff.de his qui not.infam.l.debuit.& ff.de arbitr.l.litigatores. & ff.de no.oper.nunciat.l.stipulatio.§.opus autem nouum. & ff.de interrog.act.l.de ętate.§.qui tacuit.& ff.ne quis eum.l.si per alium.circa princip. ad quod etiam allegatur. l.relegati. §. pen. ff.de pœn.l.in seruorum.§.j.& l.aut damnum.§. quis.ęo.titu. & ff.de re milit.l.3.§.in bello.

Porrò autē qui arrestum frangit pro arbitrio Iudicis acriter punitur.l.j.ff.de effract.& expil.quæ lex licèt loquatur in eo qui violat carcerem,tamen idem est & hic;quia Oldr.consi.65. incip.Hic agitur;dicit, ꝙ rumpens arrestum ęquiparator rūpenti carcerem;& eum sequitur Mandosius in tract.de monitor.q.8.
2 nu.6. Violasse † autem siue fregisse arrestum dicitur, qui ad ecclesiam,ne in arresto detineatur,confugit,posteaquam arrestatus fuit,vt notat Guido Papę singulari suo primo. Sed † ob non
3 seruatum arrestum molestari non debet, qui ex necessaria causa ad superiorem accessit,secundùm Guidonem in tract. de appel.quæst.vlt.num.208.

Idem quoq; est,si Principis auctoritate recessit; eleganter.n. respondit Guido q.194.incip.Princeps.ꝙ princeps temporalis, ei qui iurauit tenere arrestum in aliquo loco,potest dare licentiam recedendi ex causa,& inhibere ei, ne in arresto maneat, atque sic ꝟ iuratam promissionem dispensare. Dicens ꝙ ita vidit obseruari & practicari per l.fin. ff. ad municip. & l.fi. ff.de re milit. Et quia is qui non obedit Principi morte dignus est. c.2. de maior.& obedien.multiq; casus existunt in quibus Princeps laicus dispensare potest,vt no.Specul.in titu.de dispensat.§.siue quoque.Et quia in iuramento auctoritas superioris semper intelligitur esse excepta.c.venientes.extra,de iureiur.Sanè ego de hac decisione vtcunq; dubito;Nam licèt verum sit,quod Princeps ex causa possit laxare iurm ad hoc vt is qui iurauit seruare arrestum,non puniatur,si non seruet, quia auctoritas Principis semper intelligitur excepta.d.c.venientes.& c.petitio.eod.titu. Et quamuis Aufrerius decis.Capellę Tholos.402.dicat,eū non esse periurum,qui iurauit soluere certa die,& non soluit,vetante dño temporali;si modo vetet ex iusta causa; Tñ quò ad animam attinet, existimarem hoc iurm ab Episcopo cum causæ cognitione esse laxandum,aut cum eo dispensandū, sicuti hodie de consuetudine generali hoc Episcopis permitti testetur idem Guido q.140. circa finem. In illis enim quæ ad animam
12 pertinent Episcopi cura & dispensatio propria est. Et licèt causa possit esse iusta, tñ ne ex violatione iuramenti labes aliqua animæ aspergatur,Episcopum absoluere aut dispensare connenit,& tutius est iuxta ea quæ latè notat Roman.consi.326.incip.In præsenti consultatione,& latius dicemus c.seq.nu.4.

5 Sic † & is qui à loco in quo arrestatus erat recessit,& mox redijt,antequam de violato arresto accusatus fuit, non ita punietur.Etenim Ludouicus Garreriusin sua praxi criminali,in 3.iudicio.num.30. decidit, ꝙ is, cui est assignatus locus pro carcere sub fideiussoribus,si decessit & statim redijt,non tenetur ad pœnam.Et videtur ea sententia confirmari posse ex eo, ꝙ non vī diuertisse aut recessisse is,ꝙ statim redit. Verba Iulij Pauli sunt hæc.Si ī breui reuersa est vxor,nec diuertisse vī.l.3.ff.de diuort. l.plerique.ff.de iure dot. Et hoc credo verum, si vltro redijt, & nullum præiudicium per hoc sit factum creditori. Sed si iurasset seruare arrestum,neque recedere à loco, puto eum periurū esse,licèt statim redierit,cum sua sponte cōtrauenerit iuramento & sine causa: & ideo tametsi non possit puniri tanquam violator arresti,si non iurasset,poterit tamen puniri tanquam violator iuramenti,quia iurauit,& iuramento contrauenit, eoque
13 nomine punietur, vel à Iudice laico, vel etiam à Iudice ecclesiastico;quia iuramentum adijcit forum foro, & vtrique Iudici punitionem periurij defert, saltem per modum præuentionis. c.fin.& ibi no.Docto.de foro compet.lib.6.vbi hoc latè quoq; demonstraui.

6 Tertiò idem † videri posset de eo qui cum esset arrestatus, subito metu pestis recessit,si fortè in loco quo erat, supra modum grassabatur. Primò, quia in omni re subintelligitur clausula,rebus in eodem statu manentib.l.quæro.§. inter locatorē. ff.loc.& ideo superueniens tam vehemens pestis, debet eū excusare,vt in simili notat Soc.consi.215.lib.4.Bauerius in tracta. de iuramento.versic.72.Secundò,quia etiam si iurasset non re-
7 cedere ab arresto tamen † iuramentū,quod occasionaliter tendit in damnum salutis corporalis,non est seruandum.Io.And. Card.D.Ant.Panor.Felyn.in c.si verò.de iureiur.& Egid. Bellamera consil.16.incip. Factum est tale. Tertiò, quia pestis est fugiēda c.negociatorem. 88. dist. & sicut excusat ne quis in loco infecto comparere teneatur,si est citatus.c.quorūdam. 74.dist. Corn.consi.109.lib.2.& consi.131.lib.4. Ita etiam debet excusare ne quis in eo loco cū periculo vitæ suæ manere teneatur, & qui absentat se ex causa pestis,hī pro præsente.Roma.consil. 263.incip.Viso puncto. Quibus tñ non obstantibus, vī ꝟrium in hoc casu esse verius: tametsi enim periculum vitæ imminebat ei ex peste,non tamen sine licētia à Iudice & creditore impetrata recedere debuit. c.præsentium. & ibi D. Card. nam qui sine licentia recedit,contumax reputatur, & pro delinquente habetur.c.j.& ibi Decius,de iudic.glos.in l.contumacia. ff.de re iudi. & sicut magistratus aut Iudex ipse mansit in eo loco, ita vani timoris allegatio eum non excusaret.l.vani.ff.de regu. iur. quod etiam ponderare videtur Ioan. Neuizanus consil.51. nu. 23.dum argumenta superius in contrarium relata limitat, si Iudex aut aduersarius est in loco,& licentia ab eo peti posset. Et sanè si idem aduersarius vel creditor est inhumanus, asper, durus,& intricabilis,Iudicis officio incūbet, vt malitię ipsius non nimium indulgeat. l.in fundo. ff. de rei vend. sed arrestum in alium vicinum locum transferat, vel indemnitati creditoris ar-
8 restantis alio modo honesto consulat.Quòd si † creditori iurauit debitor se nō recessurum sine illius permissione, antequam ei satisfecerit,vel cum eo composuerit, & postea creditor ei permiserit abire,intelligitur de prima vice;Ita vt si abierit & redierit,non potest amplius abire, nisi ille creditor iterum abeundi
9 potestatem fecerit: quasi † scilicet illa permissio sit consumpta prima vice & abitione,vt no.Bar.ad l.adulter.§.vlt.in prin.ff.de adult.Tiraquel.ad l.boues.§.hoc sermone.nu.90.versi.Quadragesimononò.ff.de verb.sig.Oldr.quem citat Alb.ad l.vlt. col.2. versi.prædicta etiam faciunt.C.de remis.pign.licèt ꝟrium velit Calderinus in sua disputat.incip.Ex octo studentibus,& Felyn. voluerit vtrunq; cōcordare in c.2.versi. fallit tertiò. de treuga & pac.meminitque illius Tiraquel.d.loco, in tertia limit.nu.9.
10 cum seq. Illud tñ obseruandum est,ꝙ si † mulier eo casu quo licitè ob debitum capta fuit,à carcere aufugit, vel arrestū fregit, metu libidinis Commentariensis antedicta pœna nō tenetur, sicut cū permissione custodis ad templum iuit,& redijt. Bal.ad l.j.versi.Sed pone.C.de ędil.act.Nam etsi hoc permitti non debeat,tñ non ex eo quę capta est,sed Commētariensis punietur. Boerius q.317.in fi. Aliud est in eo qui carcerē verè relinquere voluit,qui si in ipso actu fugæ deprehenditur, tenetur ac si exiuisset,teste eodem Boerio,q.215.nu.12.& si fugit ruptis compedibus inquit,etiamsi ostium fuisset apertum,punitur Iudicis arbitrio,& pro confesso habetur,adijcitq; ibi, nu. 22. arrestatum
11 † debitorem,licèt citari denuo nō debuerit ex iuris dispositione, pro more tñ, per plateas ciuitatis à qua aufugit ad tres dies breues citari,visaq; contumacia & defectu attento, eundem, ēt si citatio ad notitiam eius non peruenerit, condemnari. Quòd
12 si verò reuertatur † credetur iuramento eius, dicentis se ob iustam causam fugisse.Cyn.ad l.fi.C.de requir.reis, Corneus.ꝟsil. 58.lib.2.Hippol.sing.115. nisi Iudici aliud videatur. Qīn verò, vt superius diximus,solet in Romana Curia fieri arrestum,ne quis loco discedat,sub pœna excōicationis,quærit Quintil.Mādos. in tract.de monitor.q.9.vtrum arrestatus illicentiatus recedēs, possit ilicò excōicari,absq; alia citationeˀEt vī ꝙ sic: qa eo ipso ꝙ contrauenit, vī esse excōicatus,ergo alia citatio vel monitio requiri nō debet.c.rephensibilis,ibi,nisi fortè talis sit culpa,&c. de appel.& ibi glo.Io.And.& alii.& c.præterea.2. de appell.vbi sententia excōicationis sub conditione suspenditur,si ante cōditionis euentum fuerit appellatum. Ergo si non appelletur,vt in casu nostro,nō suspenditur, & aliud dicendum est;& sic statim vel elapso termino, vel impleta conditione, vel constito de ꝟuentione,est excōicatus, vt per Lapum alleg. 73. Decium ꝟs.145.Sed tñ his non obstantibus,idem Mandosius tenet contrarium,prout etiam in terminis tenent Rota decis. 822. incip. Sciendum est, ꝙ quando aliquis, in antiq. & Socyn.consil.20. quod est inter consi.Curtij Senioris positum,num.17. versi.sed infra facillimam.Idem etiam dicere possumus in iudicio ciuili,
13 quòd † licèt quis violauit arrestum, tñ non incidit ilicò sic in pęnam violati arresti,quin debeat prius citari, & ad eā pœnam condemnari,vel saltem declarari,ꝙ incidit in eandem, ideo ꝙ posset illi defensio & exceptio aliqua competere, iuxta ea quæ d.consi.20.inter consi.Curtij latè deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrarię pœnæ aut mulctæ impositioni quando locus sit.*
2 *Pœnæ & mulctæ sunt commoda iurisdictionum.*

Source : BIU Cujas

Petri Pechij Ziriceꝛi. De iure ſiſtendi.

3 *Mulctandi modum eſſe arbitrarium, quomodo ſit accipiendum.*
4 *Pena violati arreſti etiam ab alterius territorij Iudice irrogari poteſt.*
5 *Iudex an penam & mulctam augere & minuere poſſit. & 7.*
6 *Arreſti violati pena cui veniat adiudicanda. & 9.*
8 *Pena etiam ex leuiſſima contumacia imponi poteſt.*

Quantam mulctam ſeu pœnam Satelles violationi arreſti apponere poſſit. Caput 29.

Quod proximo capite diximus eũ qui arreſtũ violat arbitrio Iudicis puniri poſſe, minorem difficultatem habet, ſi (vt plerunq; fieri ſolet) ſatelles debitorem arreſtauerit, eundemq; à loco in quo arreſtatus eſt, ſub certa pœna aut mulcta non recedere iuſſerit. Ar-
1 bitrariæ †enim pœnæ aut mulctæ impoſitio ſolet eſſe ſubſidiaria, vbi certa aliqua prius comminata aut declarata non fuit. l. j. §. expilatores. & ibi Bart. ff. de effrac. Alex. in l. ſi quis id. ff. de iuriſd. omn. iudi. l. 2. C. de crim. ſacrileg. & Matth. de Afflic. in Cõſtitu. regn. incip. Diſputatur. in 2. notab. Sed quoniam pleriq; ſatellites ex magnitudine mulctarum dominorum ſuorum bene uolentiam captant, & quo plures & maiores fecerint, tanto gratiores ſe illis eſſe experiuntur, nimis bene intelligẽtes illud qđ
2 ait Bartolus & alii, ad l. j. ff. ſolu. matr. ꝙ † pœnæ & mulctæ ſunt commoda iuriſdictionum, & Rom. conſi. 70. Ideo illud quoq; extra propoſitum non eſt, ſi quæratur, an in poteſtate atq; arbitrio ſatellitis ſit, quantam velit pœnam, aut mulctam adponere, videlicet aut centum florenorum, aut centum coronatorum, aut centum realium, aut anglotrum aureorum, aut maiorem? Et ſanè quoniam non poteſt maior eſſe auctoritas ſatellitis, q̃ Iudicis, cuius auctoritate fit arreſtatio, etiam ſi ex cõſuetudine loci, non ſemper ſpeciale mandatum, ad eam faciendam habere debeat, (vti ſuperius eſt oſtenſum) ob oculos ponẽda eſt elegans illa conſtitutio Arcadij & Honorij Imperatorum, quam de modo mulctarum ad Meſſalam Præfectum prætorio miſerunt, in hæc verba; Eos qui ordinario prouincias iure moderantur, erga eorũ perſonas, quos culpa reddit obnoxios vltra duarũ vnciarum auri ſummam condẽnare non patimur. Proconſularẽ verò poteſtatẽ ſi mulctandi neceſſitas imminebit, ſenarũ vnciarũ auri ſumma cohibebit. In qua forma etiam Comes Orientis, atque pfectus Auguſtalis erit. Cæteri verò ſpectabiles Iudices, & qui vice noſtra adminiſtrationis gubernacula ſuſceperit, vltra tres auri vncias, ſibi intelligant licentiam denegatã. l. eos. C. de mod. mulct. Sub proconſulari autem poteſtate intelligit etiam Epiſcopos ibi Accurſ. ad verb. proconſulare. Vncia verò auri quanta fuerit vide Didac. c. 3. & 4. in lib. numiſ. veter. Alcia. lib. 3. c. 21. diſpunct. Budęum de Aſſe, & alios. Et ideo
3 quod nonnulli dicunt † modum mulctandi eſſe arbitrarium, ita accipit Alciat. in l. aliud eſt fraus. nu. 10. ff. de verb. ſign. dum legitimũ modũ iam deſignatũ, in d. l. eos non excedat; minorẽ autẽ imponere eos poſſe non dubitat in l. ſi qua pœna. nu. 11. eo. illo tit. Sed hæc elegans mulctarum conſideratio, iterum ferè in diſſuetudinem abijt, & ab incerto Iudicis arbitrio pendere cępit, vt teſtantur Alex. ꝙſ 35. nu. 5. lib. 2. Iaſ. ad l. j. §. quod prętor. in fi. ff. ne quis eum qui in ius voc. Spe. in tit. de ſent. prolat. §. ſpecies. verſic. ſed nunquid titulus. Maranta de ord. iud. par. 4. in 5.
4 principali diſt. nu. 69. Ob quam † aut ſimilem pœnam vel mulctam, etiam ab alterius territorii Iudice, ſi comprehendatur, puniri eum poſſe arbitror, luxta no. per Matth. de Afflic. ad cõſti. incip. De pacte renorum. in 5. notabili. Sed qm̃ pœna eſt commenſuranda delicto. l. omnes peregrini. C. commun. de ſucceſſ.
5 & † quia Iudex ſicut pœnam & mulctam etiam ordinariam in præcepto, ex cauſa augere poteſt. Hoſt. in §. de mulcta. in titu. de ſent. & re iudic. Ita quoq; eam aut remittere, aut moderari, atq; minuere põt. l. illiciras. §. fi. ff. de offi. præſi. Maranta de ord. iudic. parte 6. c. incip. Expedita ſecunda parte. nu. 32. boni Iudicis officio incumbet iuſto temperamento, ita ſe hac in re arbitrũ conſtituere, vt neq; nimium remiſſus, neq; nimium ſeuerus fuiſſe videatur, perſonarum & circunſtantiarum rei ratione habita
6 atq; expenſa. l. reſpiciendũ. l. aut facta. ff. de pœnis † eandemq; in dubio fiſco adiudicabit. l. Iulianus. §. his quoq;. C. de ſacroſ. eccl. Bart. in l. j. C. de excuſa. muner. lib. 11. Bald. in c. j. quæ ſunt regal.
7 Quòd ſi dicas † remiſſionẽ mulctæ inferioribus iudicibus non ꝓmitti, ſed illuſtriorib. & maioribus tantum, vt ait Rebuffus tomo 3. ad ord. regias. tract. de appel. art. 118. glo. vna. & art. 14. nume. 20. rñdeo eã ſniam etiam ipſo Rebuffo teſte, à glo. & Doct. reprobari in l. & in mulctis. C. de appel. & ab Angel. in trac. malefic. ad verb. qui Iudex. verſi. incip. quæro an cõtumacia nu. 6. Cui deciſioni ſtandum eſt, niſi conſuetudo aut ſtatutum aliud inducat, maximè cum cauſa minuendi ſubeſt, vt per Afflict. ad conſtit. incip. Et quę ad decus. in 10. notab. aut cum ex cauſa receſſit arreſtatus, quæ etſi ſufficiens non fuit, aliquo tñ modo ꝓbabilis fuit, veluti propter non ſatis iuſtum metum hoſtiũ, aut peſtis, aut belli, aut inſidiarium, & ſi quis his ſit ſimile. Quamuis
8 † enim mulcta poſſit imponi, etiam ex leuiſſima offenſione, & contumacia, aut præuaricatione, vt ait Curt. ad d. l. j. §. j. nu. 13. ff. ſi quis ius dic. nõ obtemp. tñ indigeſtæ voluntati ſatellitis indulgere, & talem mulctam ab homine arreſtato, quem ille fortaſſis odio proſequitur, exigere, quantam ipſe voluerit, res eſſet
9 plena iniquitatis, & appellatione digna. Quæ † modo & in ſimili dicimus, quod mulcta aut pœna, ſi parti ſit applicanda, debet regulari, ſm intereſſe & damnũ partis aduerſæ. l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. Ioan. Conſtant. ad ord. reg. art. 121.

SVMMARIVM.

1 *Actiones pęnales & mulctæ certi temporis ſpacio præſcribuntur.*
2 *Mulcta ob ſpretum Iudicis præceptum commiſſa poſt annum non poteſt exigi.*
3 *Arreſtatus ob pœnam violati arreſti poſt annum conueniri non poteſt.*
4 *Pœnã violati arreſti poſt annũ non poſſe peti, quo pacto intelligendum ſit.*
5 *Iuramenti violati perſecutio anno non concluditur.*

Vtrum aduerſus mulctam ſeu pœnam violati arreſti præſcribatur. Caput 30.

1 Aduerſus † actiones pœnales & mulctas certi temporis præſcriptiones à lege inductas eſſe conſtat. Actioni enim iniuriarũ anno præſcribitur. l. ſi non conuicij. C. de iniur. Actiones prætoriæ vltra annum exerceri non poſſunt. Inſti. de perpet. & temp. act. in prin. Qui pecuniam accepiſſe dicetur, vt alii negocium faceret intra annum tantùm quadrupli conueniri poteſt. l. j. ff. de calum. Is qui vim fecit, intra annum vtilem rectè conuenietur. l. 2. C. vnde vi. Adulterii accuſatio poſt quinquennium continuum non auditur. l. quinquennium ff. ad l. Iul. de adult. Accuſatio peculatus quoq; trium annorum eſt. l. peculatus crimen. ff. ad l. Iul. pecul. Bona propter contumaciam ſeu delictũ confiſcanda, intra quinquennium à fiſco vindicari oportet, & ſic de ſimilibus. Et vt Ioan. Imbertus Inſti. forenſ. lib. j. c. 33. quoque re-
2 ſpondet, † mulcta ob ſpretum Iudicis præceptum, vel mandatum, aut ob delictum aliquod cõmiſſa, poſt annum exigi non poteſt, allegans ad hoc Bar. in l. vnica. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. qui tñ hoc non dicit. Vnde à ſimili dici poſſe arbitror, ꝙ ſi quis violauit arreſtum recedendo à loco, a quo ſub pœna recedere non debuit, aut non recedere promiſit, ꝙ poſt annum ex hac pœna, quæ per ſatellitem fuit impoſita, aut comminata, conueniri, aut puniri non poteſt. Quomodo & Guido Papæ
3 q. 359. incip. de præceptis, dicit, ꝙ † pręcepta pœnalia, quæ faciunt Iudices, de quid faciendo vel non faciendo, ligant quidẽ, ſed ſi talis non obediens non mulctetur, aut cõueniatur intra annũ, elapſo anno mulctari aut (vt ipſe loquitur) inquęſtari, non poterit, per d. l. vnicam §. 2. facit l. non ſolum. §. fin. cum l. ſeq. ff. de
4 alien. iud. mut. cauſa facta. Quod † intelligo eſſe verum, quãdo is qui violauit arreſtum redit, & eſt cõuenibilis in loco arreſti, aut qñ illic habet bona, ex quibus mulcta capi poſſit. Nã ſicut agere non valenti non currit præſcrip. l. ſicut. C. de pręſcrip. 30. annor. & à tempore præſcriptionis ſubducuntur ea tempora, quibus quis legitimè impeditus fuit. l. 2. §. vlt. l. hi tñ. ff. de accuſ. Ira quoque iniquum foret, Iudicem excidere ſua mulcta aut pœna per lapſum anni, ſi fortè is qui arreſtum violauit, aufugiat, vt comprehendi non poſſit, nullaq; bona habeat, ex quibus ea præſtari poſſet. Quo reſpexiſſe vĩ Bart. ad d. l. quinquennium. dum ait, ꝙ prędictum quinquennium eſt vtile quò ad initium, & Ang. ibi quod quinquennium illud non valentib. accuſare. Idq; adeo verum eſſe videtur, vt etiamſi contingat violatorem arreſti poſt annum mori, hæres eius in conſcientia non teneẽ. Nam vt Bald. ait d. l. 2. C. de vectig. conſcientia non ligat, quos natura non ligat, & ideo inquit, ſicut res quæ incidit in commiſſum poſt quinquenniũ peti non poteſt, ita quoq; ſi delinquens moritur infra quinquennium in foro animæ non tenetur: Et qua ratione poſt annum non datur, eadem ratione quia pœnalis eſt, in hæredem non datur. l. in honorariis. ff. de oblig. & act. glo. vlt. in d. l. vnica. niſi lite conteſtata cum defuncto. Nihilo-
5 minus † ſi & iuramentum quoq; addiderit arreſtatus, & illud violauerit, alio iure vtendum eſſe cenſeo: quia violati iuramenti perſecutionem & pœnam anno concludi, non legi: & ꝓinde Iudex vel laicus vel eccleſiaſticus, diuturniorem querelam hẽt.

SVMMARIVM.

1 *Captura eſt admodum ignominioſa.*
2 *Nobilem aut potentem mercatorem arreſtare plus eſt, quàm aliquem plebeium.*
3 *Arreſtatio etiam licita debet eſſe abſque iniuria.*
4 *Armis an reſiſtere poſſit is qui illegitimè ob debitum capitur. & 6.*
5 *Iudici malè exequenti violenter reſiſti poteſt.*
7 *Arreſtatus iniquè an poſſit impunè è carceribus effugere.*
8 *Iniuſtè arreſtatum è carcere eximens, an teneatur Edicto, Ne quis eũ &c.*
9 *Arreſtatus perperam, etiam poſt tempora appellationi præſtituta appellare poteſt ab arreſto.*
10 *Arreſtatus poteſt arreſtantem contra ſe teſtimonium ferentem vt inimicum reprobare.*

Arre-

Source : BIU Cujas

Arrestari Apparitori an resistere liceat. Caput 31.

Sane in modo & forma arrestandi discretum esse Apparitorem conuenit, vt etiam, qñ arrestatus arrestum cautione dissoluere non potest, ratione feratur eamque sequatur. Nam, vt superius diximus, arrestatio
1 †& captura cuiq; est admodum ignominiosa adferens grauamen irreparabile, teste Bald. ad l. si clericus. C. de episc. audient.
2 & multò † magis infamat nobilem, q̃ plebeium, famosum mercatorem, q̃ alium. Neuizan. consi. 52. nume. 8. versi. prædictis tñ non obstantibus. præsertim cum nos propensiores esse conueniat ad iuuandũ mercatores peregrinos. Alex. consi. 130. incip. super eo. ante fi. lib. 7. multumq; in huiusmodi negociis defertur nobilitati seu integritati personæ, Odofred. ad l. j. C. de cust. reor. Alb. ad l. j. ff. eo. Luc. de Penna ad l. quoties. C. de dig lib. 12. Barb. consi. 62. lib. j. Quomodo & ipse quoq; I. C. Claudius Saturninus in l. aut facta. ff. de pœn. ait, in delictis atq; iniuriis æstimandis ꝑsonarũ rationẽ maximè esse habendam. Et † quãuis
3 licita sit arrestatio, tñ esse debet non iniuriosa, Petrus de Bellapertica in l. ab executione. C. quor. appel. non recip. Ang. ad l. fi. ff. quòd met. caus. vbi allegat pulchrũ tex. in l. si bene. ff. de vsur. ibi, Contumelioſum se non exhibeat, sed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum instantia humanum. Ideoq; Niſellus in concor. Bart. 105. ait, ꝙ est periculosum ponere iurisdictionem in manus ignorantium, qui ad capturas procedunt, non inspecta vel habita qualitate personarum, quod vtique in magnum dedecus arrestari redundat. Neuizan. d. loco, nu. 25.
4 Et † propterea, si quis illegitimè & perperam ob debitum capitur, potest etiam cum armis resistere. l. prohibitum. C. de iur. fis. lib. 10. Afflict. in constitut. Castellani. in 3. q. Paris de syndic. in verb. captura Iaſ. ad l. j. §. quod Prætor. ff. ne quis eum qui. & rursum Zasius ad §. quadrupli. Instit. de act. l. omnes. C. de decur. lib. 10. §. fin. in auth. quom. oport. episc. Thomas Gram. voto 3.
5 num. 15. & voto 32. nu. 24. Non † multò aliter q̃ Iudici malè exequenti violenter resisti potest, nõ solum per eum qui iniuriam patitur, sed etiam per tertium cuius nihil interest, vel vicinos: glo. ad c. ex literis. in verb. denuntietis. de offi deleg. Spec. in tit. de citat. §. sed nunquid. Fely. ad c. ex literis. Dec. consi. 469. nu. 3. Afflic. constitut. Neapo. lib. j. rub. 8. nume. 78. Petrus à Duennas reg. 190. amplia. 8. Istud tamẽ mihi semper periculosum visum fuit. Nam etiamsi iniustè detentus posset resistere cum armis, tñ se conijcere in eam disputationem, an iniustitia fuerit notoria nec ne, res periculo plena est, à quo omnes merito adhorrere debent. Anch. ad c. ea quæ fiunt. de reg. iur. libro sexto. col. 3.
6 Et quamuis sint qui existimant iniustè captum † posse se defendere etiã occisis satellitibus, iuxta ea quę notat Hippol. in pract. crimin. §. attingam. nu. 40. Lucas de Penna ad dic. l. prohibitum. Neuizan. d. consilio numero 11. neque hoc tamen periculo caret, neque in ciuili causa arresti locum habere existimo: De qua re Boerius quæst. 170. latius agit.

Sunt præterea in ea sententia plerique summæ auctoritatis
7 viri † ꝙ is qui iniquè detinetur, cautim & impunè è carcere fugere potest, in quem iniuria coniectus fuit, glo. in clem. pastoralis, in verbo, per violent. & ibi Dd. de sent. & re iudic. Barto. ad l. relegat. ff. de pœn. Alex. consi. 144. lib. 2. Soc. ad l. j. col. 2. nu. 13. ff. ne quis eum. Iaſon ad l. admonẽdi. in lectur. ord. col. 18. vers. tertiò limita. & iterum in repetit. nu. 175. ff. de iureiur. quia hæc omnia magis ad iniuriæ damniq; iniurioſi & iniusti depulsionem, q̃ ad fraudem, vim & iniuriam pertinent. Neuizan. ꝙ. 61. nu. 37. versi. confirmo quia &c. etiamsi iurasset non aufugere, sed ibi manere. Aret. consi. 14. Hippol. ad l. j. nu. 104. ad l. Corn. de sicar. & ad l. j. ff. de quæst. Quod ego nõ puto esse verũ. Nam vt Panor. ait ad c. inter alia, in fi. de immunit. eccles. qui iniustè detinetur, & relaxatus iurauit ad carceres redire, non potest cõtrauenire iuramento, sed debet prius absolutionem impetrare, nisi periculum mortis immineret, etiamsi iurm ex parte eius cui præstitum est, foret illicitum, vt c. j. c. 2. c. si verò. & c. de debitorib. de iureiur. Nam & iurm per metum pręstitum absolutionem requirit. c. ad aures. & c. seq. de his quæ vi met. caus. q̃a sine periculo salutis ęternæ & corporis seruari potest, vt c. cum contingat. de iureiur. gl. ad c. j. & ibi Dd. In dubio autem illi sententiæ adhærendum est, qua magis consulitur animæ saluti. c. cõsilium. de obseruat. ieiu. c. iuuenis. de sponsal.
8 Tum † verò vi eximens istiusmodi debitorẽ ex carcere non tenetur edicto. Ne quis eum &c. Iaſ. ad l. j. §. Prætor. nu. 11. & ibi Doct. alii. ff. ne quis eum. & ad l. quoniam. C. de appel latè Iaſon consil. 20. lib. 3. Mihi verò magis Bart. Ang. & Romani sententia d. loco placet, existimantium, eum qui vi eripit arrestatum, parti arrestanti iniquam causam fouenti, ad damni refusionẽ, & ad id quod interest nõ teneri. Nihil enim verè interest, cum nihil debeatur, & damnum quod quis culpa sua sentit, sentire non videtur. l. non videtur. ff. de reg. iur. Sed quantum ad Iudicem attinet, tenetur, ne respublica quotidianis istiusmodi violentiis, perturbationibus atque diuexationibus distrahatur & commoueatur, nisi tam notoriè esset iniqua hæc detentio, vt palam & vulgo nota sit omnibus. Sanè etiamsi ita esset, sentiã alii quod velint, ego vix admitterem particularem istam & priuatam rationem carceres aperiendi & inuadẽdi. d. §. quod Prętor. & l. vlt. §. cùm in eum. illo titulo, quia aliqualis cognitio re-
9 quiritur. Addunt nonnulli, ꝙ † vbi in his rebus locus esset appellationi, iniustè detentus, etiam post tempora appellationi præfixa, prouocare potest, quia grauamen istud habet tractum successiuũ, & qui in arresto detinetur, adhuc quotidie & de præsenti grauatur. Iaſon ad d. l. eũ qui. §. in popularib. ff. de iureiur. Angel. de malefic. ad verbum, Qui Iudex. numero 13. Sic & exceptio habens tractum succeſſiuum, quantumuis dilatoria, quandocunque etiam post litem contestatam opponi põt. Archid. ad c. hortamur. 3. quæst. nona, & à grauamine quod semper est in fieri, cũ semper sit, semper prouocare & appellare licet. c. ex parte. de appell. & ibi pulchrè Philip. Franc. versi. quinto & vltimo infertur.

10 Postremò adde, ꝙ † iniustè arrestatus potest in alia lite ꝺ arrestantem excipere, si in testem producatur, ꝙ sit eius inimicus: quia detineri faciens aliquem in aliquo loco, aut in vinculis, censetur cũ eo inimicitias contraxisse. Bald. ad l. in ipsius. 2. not. C. fam. ercis. & ad l. nõ ignorabit. C. ad exhib. Fely. ad c. cũ oportet. de accusat. Hippol. consil. 26. non multò aliter, quàm is qui aut bona alterius tollit, aut domo alium expulit. c. item quis. de rest. spol. Marc. Anton. ad l. fi. nu. 97. cum seq. ff. de quæst.

SVMMARIVM.

1 *Resisti Apparitori an liceat.*
2 *Iniuria facta Apparitori, censetur Principi, & Iudici facta.*
3 *Resistentis Apparitori violenter quæ sit pœna.*
4 *Apparitori dicenti se percussum esse an credatur.*
5 *Apparitor an possit debitorem resistentem occidere.*
6 *Creditori an liceat debitorem vim inferentem interimere.*

Arrestanti resistens, eundemque verberans, quo pacto puniatur. Caput 32.

1 Quemadmodum † iniusta arrestatio neq; culpa neq; pœna caret, ita & is qui legitimè arrestatur, resistere non debet; Et sicut iniustè ac perperã arrestati vel detenti magna est excusatio; ita legitimè detentioni sese opponentis nulla iusta defensio esse põt. Ideoq;
2 † si is qui arrestatur, ausu temerario vel verberibus excipiat, vel iniuria aliqua afficiat Apparitorem aut Seruientem munus suũ exequentem, vtique hæc vis & iniuria Principi atq; Iudici illata censebitur. Bart. ad l. iniuria. §. j. ad l. item apud Labeonem. §. item. ad l. lex Corn. ff. de iniur. Paris de Puteo in tract. de syndic. ad verb. familiaris. c. 3. nume. 11. refertq; Guido. Papæ decis. 557.
3 incip. aliquis verberat. &c. eos † qui sic Apparitoribus resistũt, & vim illis adferunt, in Gallia, aut capite, aut certè manus illius amputatione, qua facinus admissum fuit, puniri. Bartolus verò ad l. si quis. §. si quos. ff. de pœnis. & hũc cæteri secuti interpretes ad l. 1. C. ne quis in sua causa. pœnam arbitrio Iudicis huic delicto statuendam esse arbitrantur, etiam aduersus eum, qui ipsius illius Iudicis Apparitorem lęsit, nulla scilicet familiaritatis, domesticitatis, vel fauoris exceptione hac in re suffragante.

4 Porrò autem † an plena fides adhibenda sit viatori asserenti se percussum esse à debitore, & aliter non probanti, quæritur. Et quidem communi calculo probatam video negatiuam partem. Ant. Imo. Panor. Philip. Franc. ad c. cum parati. de appellat. Petr. Iacob. in sua praxi. tit. de constit. pecu. Castrens. consil. 161. incip. Visis & ponderatis. lib. 2. Card. ad clem. 1. q. 8. de dol. & cõtumac. Ang. ad §. quadrupli. Instit. de act. Guido Papæ sing. 409. Iaſ. ad l. ꝓperandum. §. & si quidem. col. 2. versi. adde C. de iudic. Imol. ad l. si finita. §. si plures. ff. de dam. infect. Stephan. Bertrandi ꝙ. 249. incip. qñ. col. 1. lib. 1. Matthæus de Afflict. ad ꝙstitut. regn. Sicil. inc. In ciuilib. in 2. notab. Tiraquel. de vtroq; retrac. §. 9. gl. 9. num. 14. Quia factum hoc non est inter ea quæ officio ipsius connexa sunt, neq; ad illud pertinet, sed priuatum est tñ, vt aiunt Cornæus consi. 79. lib. 3. Ripa ad c. 1. de iudic. Bertrand. consi. 234. lib. 3. Alex. ad l. sciendum. ff. de verb. oblig. Nicolaus de Milis in suo dictionario, ad verbum, nuncius. Noluerunt. n. maiores nostri hanc patere inimicitiis viam, vt quem quisque odisset, eum testimonio proprio posset tollere. Mentiuntur. n. ſępè in eos quos oderunt. Cicer. pro Font. l. omnib. C. de testib. quamuis consuetudinem huic iuris dispositioni plurimum & vbiq; ferè detraxisse fateãtur: quod & Guido q. 628. incip. non debet. & q. 557. incip. aliquis probat. Et inter hos quoq; sunt qui existimant, ꝙ etiam ex iure communi in arbitrio Iudicis positum atque collocatum est, cui potius credi debeat, apparitori ne, an debitori. Ad cuius rei decisionem plurima ex circũstantiis, rerũq; ac personarum qualitatibus desumi possunt, & non tam alienum ab officio est hoc factum, quam vulgo existimatur, quippe ꝙ ratione officii fiat hæc iniuria, adeoq; etiam ad principem atque Iudicem pertinet.

5 Quid † igitur si resistentem & vim inferentem, vel ẽt adiecta violentia paulatim fugientem Apparitor interimat? Amadęus

Source : BIU Cujas

Iuſtinus in tract.de Syndic.in præfat.nu.100.verſi.ſed pone miles.Cyn.ad l.fin.C.de requir.reis.cum aliis multis reſpondent, factum Apparitoris eſſe impunitum,cauẽdum tñ monent, ne Iudices,vel Seruientes ad eiuſmodi facta facilè decurrant;ꝙ ea res non raro ciuium animos commouerit,& ex ſtulta quadam atque imprudenti miſericordia,plebem parum aut nihil per ſe intelligentem,ad ſeditionem concitauerit. Quod amplius eſt,
6 exiſtimãt omnes † licere etiam creditori debitorem inſequenti,eundẽ debitorẽ reſiſtentẽ,vim inferẽtẽ,aut telo ſe defendentem,ſi alter eum aſſequi non poſſit, occidere. Hippoli. ad l.j.in princ. nu.101.ff.ad l.Cornel.de ſic.Salic. ad l.ſi vt allegas.C.illo tit.quod & ad procuratorem quoq; creditoris ibi extendit Bal. Sed cum Deus tanta grauitate nobis ob oculos poſuit hoc præceptum,Non occides,nõ facilè ad hmõi ſubſidia deflectamus. Ideoq; Ioan.Imbert.Inſtit.forenſ.lib.2.cap.j.dicit, quòd ſi quid violentius aduerſus reſiſtentem fecerit Apparitor, non tenebitur. l.quemadmodum.§.vlt. ff. ad l.Aquil. ꝙ licèt ſi Apparitori mãdatum ſit,vt quem ducat in carcerem, is autem ſe defendat, poteſt Apparitor eum interficere.Ioan.Fab.ad l.ſi ſeruus. C.de his qui ad eccl.confug.hoc tñ intelligendum eſſe, ſi aliter eum Apparitor non poſſet prehendere ſine metu maioris vulneris aut mortis, & quòd ea de re tutius eſſet impetrare à Iudice poteſtatem.

SVMMARIVM.

1 *Debitorem arreſtatum eximens, debitum eius creditori arreſtanti ſoluere cogitur.*
2 *Conſules debitori vt fugiat, an teneatur.*
3 *Occultans debitorem alienum quo modo obligetur.*
4 *Vxor non tenetur,ſi recipiat, vgl occultet maritum criminoſum, vel eundem debitorem cẽlet.*
5 *Occultator an & quãdo compelli poteſt, vt debitorẽ occultatum exhibeat.*

De his qui arreſtatos eximunt, aut præiudicium creditorum occultant. Caput 33.

1 Sed † quoniam non ſolum ipſi debitores,qui reſiſtunt Apparitori & Iuſtitiæ, hoc ſuo tam temerario facto creditori ſuo præiudicant,verũetiam, & hi qui eis ſubſidium,opem,cõſilium, vel auxilium præbent, quo facilius elabantur,& ſine quib.diu latere non poſſent malo publico,argum l.j.ff de recept.fur.pauca quædam, quatenus præſentis materiæ ratio poſtulat, etiam de his in medium mihi adferenda videntur.

Principio itaque,is qui carceri mancipatum,aut clauſum,arreſtatum vel detentum è manibus familiæ Prætoris,Apparitoris, ſeu etiam carcere & vinculis eximit, ſuccedaneum ſe facit debito eius,ꝙ ſic elapſus eſt,eodemq; modo creditori ad cuius poſtulationem detentus ſeu arreſtatus fuerat, omne ęs alienũ ſoluere cogitur,atq; ſi fideiuſſorio noĩe ſe pro eodẽ ante obligaſſet.l.quoties.C.de exact.trib.lib.10.Quoties inquit Conſtantinus,quis & priuati debitor inuenitur,& fiſci,abreptus ab vno officio,teneatur ad vniuerſi debiti ſolutionẽ.Qui eũ abſtulerit, coerceatur,ac totius ſummæ exactionẽ in ſe ſuſcipiat, ꝙ eundẽ auellendum,ſubtrahendumq; crediderit.Accurſius quidem ad legis illius explicationem videtur exiſtimare,ꝙ fauore fiſci hic aliquid conſtitutum videatur,ſed cõis ſnĩa eſt hæc,ꝙ ſicut text. ipſe de debitore priuati loquitur, ita etiam de eo intelligatur. Bal.ad l.addictos,circa fin.C.de epiſco.audien.Io.Fab. & alii ad §.item aduerſus.Inſt.de act.Bart.Ang.Caſtren. ad l.ſed eximendi.§.j.ff.ne quis eum qui.Iaſ.ad l.j.§ is vĩ.ff.ſi quis ius dicent.non obtemp.nihilq; ęquius eſſe aut dici poſſet, q̃ ꝙ is in obligationem incidat,debitumq; ſoluat,qui vt alter ab obligatione de facto eximeretur, & creditor debito ſpoliaretur, operam dedit, etiam ſi poſtquam exemiſſet eum,in poteſtatem illius creditoris rurſum reduceret; Nam per talem reductionem eximens non cenſetur liberatus obligatione, quam eximendo ꝓtraxit, cum ex hoc tam improbo facto, ſemel aduerſus ipſum ius creditori quæſitum fuerit, coniunctaq́ue ſit eius obligatio priori, Boerius q.217.nu.12.Ang.ad d.l.quoties. Salyc. ad l.in bonæfidei.nu.16.verſi.tene tñ menti.C.de reb.cred.Iaſ.ad d.§.is videt. Roman.ad l.admonendi.ff.de iureiur.à quib.omnib.tñ ad §.pęnales.nu.49.Inſtit.de act.recedit Gomeſius, ea potiſſimum ratione, ꝙ per præſentiam debitoris res reducitur ad priſtinum ſtatum.l.quamuis.ff. de in ius vocan. l.hoc edicto. ff. de alien. iud.mut. cauſ. fact. Quæ Gomeſij ratio non ſatis firma & generalis eſt,quippe ꝙ ipſe debitor fortè non tã ſit ſoluẽdo, q̃ is qui eum exemit, adeoq; intereſſe poteſt creditoris, etiã ipſum eximentem obligatũ eſſe. Quod in ſpecie non multum abſimili rñdet Caſtrenſ.ad l.Stichum.§.ſi mandato. ff.de fideiuſſor. Sed & Vlp.In eum,inquit,qui vi eximit,in factum iudicium datur, quo non id continetur, quod in veritate eſt, ſed quanti ea res eſt ab actore ęſtimata,de qua cõtrouerſia eſt. l.ſi per alium.§. fi. ff.ne quis eum qui.Quibus verbis,refutatis aliorum opinionib. exiſtimat inter alios Phanutius in tract.de ĩ litem iur. part.j.c.4. nu.5.verſi.reiecto itaq; &c.Iuramentũ permitti atq; deferri creditori,de eo quod putauerit ſua intereſſe, debitorem exemptũ non fuiſſe.Quinimmo,inquit,non videtur conueniens, ꝙ eximens poſſit excipere, ꝙ exemptus nihil deberet creditori prætenſo,per regulam iuris,quod de iure tertii nemini excipere licet.l.loci corpus.§.cõpetit.ff.ſi ſeruit.vendi.& latius Bal. ad l.cũ ſeruum.C.de ſer.fugit.Soc.cõſi.88.lib.4. tanto minus eius rei diſquiſitio ad ipsũ ptinebat, an creditor calũniosè arreſtare vel nõ.Quid.n.ſi arreſtatus,ex qua cã arreſtatus eſt,debitor non ſit, ex ſuperuenienti tñ cauſa iuſta & vera, iuxta ea quæ ſuperius diximus, ſiſti, detineri, recommendari & arreſtari poſſit?

2 † Eadem quoq; vĩ ratio eorum, qui ſcientes prudentesq́; faciunt fugere eum debitorem, quem alioqui creditor ſiſtere & arreſtare potuiſſet,vel quia hoc futurum ſignificant,vt arreſtetur,vel vt fugiat, & creditorem fallat, equos ſuos commodato concedunt.Anchar.conſil.340.nu.6.incip.viſo themate.Ioan. de Anan.conſi.55.incip.quia dubia.nume.4.Curtius ad l.admonẽdi.nu.102.ff de iureiur.Iaſ.ad l.j.§.quod prætor.ff.ne qs eum. & omnium latiſſimè apertiſſimeq́; Hippol. de Marſil ſing.137. incip. in iure clarum eſt &c. Benuenutus in trac. de decoct.c. incip.circa propoſitam.nu.23.& 25.&Boer.q.215.quia qui cãm damni dat.damnum dediſſe vĩ.l.nihil intereſt.ff.ad l.Cornel.de ſicar.Qua ratione & Vlpian.ad l.j.§.j.ff.de eo per quem fac.erit. actionẽ in factũ ad id qđ intereſt aduerſus eum concedit, cuius cauſa factum eſt quo minus quis iudicio ſiſtat.Et rurſum,Si cõpeditum ſeruum meum,vt fugeret,ſolueris, inquit,an de dolo actio danda ſit? & ait Quintus Mutius apud eum notans,ſi non miſericordia ductus feciſti,furti teneris:ſi miſericordia, ĩ factũ actionem dari debere.l.& elegãter.§.item Labeo.ff de dol. malo.Ad cuius quidem rñſi interpretationem notat Bal ꝙ miſericordia motus excuſat à dolo,ſed nõ impedit quo minus is qui fugæ auctor eſt,obligetur ac teneatur:quia hæc miſericordia in aliorum præiudicium tendens, non eſt regulata ſm limites rationis,quippe ꝙ dum per fugam vni conſulit,quod ſoluere debuiſſet;alteri,qui iuſtum debitum amittit,maiore iniquitate & inęqualitate damnum infert. Qua de re nonnulla huc pertinentia ſcribit Cępola cõſi.14.quem vide.Ideoq; quamuis multi ſint,qui exiſtimarent oppidò durum eſſe,ꝙ quis ex ſola pſuaſione conſilioq; & auxilio fugæ ad ęris alieni exolutionem teneretur,ſi quis tñ in ipſam rationẽ quæ conſultos mouit, altius intueri velit,facilè intelliget omnia hæc ęquitati atque rationi naturali eſſe conſentanea;& quidem potiſſimum inter mercatores,quibus ſi malè ceciderit fortunæ alea, quid reliquum eſt, niſi vt bis fiant miſeri,& quod re ſperata fruſtrari ſunt,& ꝙ tantam irriti laboris exhauſtum nõ ſine dolore meminerũt? Quo etiam pertinent vulgatæ iuris regulæ de fraudulento conſilio, de perſuaſione fugæ,& reliquis multis ſimilibus huc pertinentibus c.nullus ex conſilio.de reg.iur.lib.6.l.conſilii. ff.eod.tit.l.j. §.perſuadere.ff.de ſeruo corrup.l.j.& ibi Doctor.C.de ſeru. fug. Et quamuis aliqua ratione excuſari poſſet, qui homini crimen capitale committenti conſulit,vt fugiat in locum ſacrum, qua de re diſputant interpretes,ꝙ plerunq; tandem Deus & Iudex reperit nocentes; tamen quia hic agitur de particulari damno creditoris,qui fortè nunquam debitum ſuum aſſequetur, iam elapſo debitore, ęquum eſt, vt iſte auctor fugæ in periculum omne ſuccedat,ſi non debitor ipſe iam fugæ accinctus fuerat, iuxta notat.per Dd.ad d.l.conſilii.Pulchrè Bal.conſi.222.incip. in quæſtione D.Milani.libro 3. & pleraque eodem pertinentia ſcribit in conſi.382.lib.5.

3 † Eodem etiam loco eſſe exiſtimant eos qui debitorem iam iã ſiſtendũ & arreſtandum occultant, vt tãdem elabatur, Iaſon ad §.pęnales.Inſtitut.de act.nu.103.Salyc. ad l.fin. C. de oper.libert.quippe ꝙ vbiq; eadem eſt ratio.Et in ſimili, ſi quis ſeruum fiſcalem putauerit occultandum, inquit Imper. non ſolũ eum reſtituere, ſed etiam duodecim libras argenti pœnæ noĩe fiſci iuribus dependere compellitur.l.pen.C.ſer.fugi Et quicunque ſeruum fugitiuum ĩ domo vel agro inſcio dño receperit, eum cum alio pari,vel 20.ſolidis reddit.l.quicunq; eo.titu.Apertius verò in l.fi.C.de oper.liber.textus ait,eum qui alienũ libertum occultat,loco ipſius ad operarum præſtationem teneri.Et alibi ꝓſtituit Arcadius Imper.eos qui aliorũ pſonas cum detrimento aliorũ occultant,ad quadruplum teneri.l.3. C.de aſſeſſor. Et licèt Bald.decidat conſi.382.nume.7.lib.5.vbi tenet,ꝙ ſcienter occultans debitorem alienum,non facit ſuccedaneum vel cõſortem debiti vel periculi; tamen ijs conſtitutionibus motus Zaſius,eandem quæſtionem,ad dic.§.pœnales. nume.33.pertractans,ait,Sed quæras,ſi aliquis occultat debitores meos,ne poſſim eos conuenire, id quod ſæpè contingit, an iſte receptator vel occultator teneatur edicto,Ne quis eum &c.Bal ad l.fin.C. de oper.liber.putat eum obligari ad totum debitum, qui debitorem occultat;quamuis tandem in eo ſubſiſtat, & nihil affirmet:Iaſon putat,quod mihi plus placet,quòd eiuſmodi occultatores teneantur edicto.Ne quis eum &c.quia ſatis dicunt eximere,qui creditores fruſtrantur, morantur, vel eis facultatem agendi auferunt.d.l.ſed eximendi. 2.reſp. Hæc ille. Iaſonis verò

Source : BIU Cujas

rò verba ſunt hæc. Fortè non eſſet ponere os in cęlum, tenere ꝙ in quæſtione ſupra formata, contra illum competat actio in factum ex edicto. Ne quis eum qui, &c. propter generalitatem verbi Eximere; ſm quod declarat text. in d. l. ſed eximendi, in principi. iuncto. §. Prætor ait. vel quod ſaltem, quia non interuenit vis, ſed tãtum dolus, competat actio in factum ex edicto, De eo, per quem factum &c. & contra Bald. in d. l. fin. ꝙ immò teneatur ſoluere, tenet & fortè melius ibi Salic. Crederem etiã, ꝙ iſto caſu prouideatur creditori, mediante tit. Si quis ius dicẽti, &c. hoc modo, quia Iudex præcipiet illi occultanti, ne impediat executionem, & ſi contemneret pręceptum, poſſet Iudex procedere ad mulctas & alia remedia, quę ad l. j. d. tit. Si quis ius dicenti &c. notari ſolent. Hactenus Iaſon. Bal. ſententiã amplecti dicitur Innocentius ad c. paſtoralis. de offic. deleg. & Seuer. in tract. de debit. ſuſpect. q. 10. Hippol. ſing. 43. incip. Debitor. in fi. propterea ꝙ omnia iura ſuperius adducta loquuntur in caſu ſuo ſpeciali. Primò ſcilicet in debitore tributorum. l. quoties. C. de exact. trib. Secundò qñ quis debitorem vi eximit. l. pen. ff. ne quis eum. Tertiò qñ quis impedit reum vel actorem venire ad iudicium. l. fi. ff. de eo per quem fact. Cum igitur in his caſibus ſit ſpeciale, & ſpecialiter prouiſum, ſequitur ꝙ in contrariũ eſt ius cõe l. ius ſingulare. ff. de legib. Tum verò nemo cogitur prodere ſecretum. l. idem. §. ſi tibi iudiciũ. ff. de condic. ob turp. cau. adeoq; cum ſemel debitorem occultare cępit, fidemq; ei dedit, ꝙ eum non iudicabit, turpe eſſet fidem fallere, l. j. ff. de pact. quę etiam hoſti ſeruanda eſt, c. noli. 23. q. j. putantq; pleriq; titulum. ff. de Receptatorib. in ciuilib. cauſis locum nõ habere, vt refert Benuenutus d. loco. nu. 28. verſ. extra quæro. Cęterum hæ ratione non ſunt ſatis firmæ, vt cõem opinionem conuellant: quia vbicunq; ratio legis eſt amplior vel generalior dicto ſeu diſpoſito, tunc ad amplitudinem rationis extenditur ipſa diſpoſitio. l. regula. §. fi. & ibi Bar. & Bal. ff. de iur & fact. ignor. l. 2. §. ſi mater. ff. ad Tertul. pręcipuè quia intereſt publicè neiſti debitores, & fraudatores ſic elabantur. In fauorem autem publicum etiã pęnalis diſpoſitio ex identitate rationis extenditur: ſicut & in multis aliis caſibus huc pertinentibus, quos ad locum à rat. leg. larga ſeu ampla. notat Nicolaus Euerardi. Et quamuis regulariter nemo ſecretum prodere cogatur, non tñ ideo in necẽ aliorum eiuſmodi debitorem occultare & executionem impedire poteſt; nam ſicut aliud eſt, nõ accuſare reum, & occultare reũ: ita aliud eſt, non prodere debitorem, & occultare debitorem. Edictum verò de receptatoribus, non habere locum in cauſis ciuilibus, non eſt mirum, cum plerunq; corporalẽ pęnam, aut certè aliam huic nõ admodum diſſimilem inferat, ad quã nec ipſe quidem debitor eſt obligatus. In eo ſanè conuenit cũ hac
4 noſtra materia † ꝙ ſicut vxor recipiens & occultans maritũ crimineſum, non tenetur, teſte Ang. in tract. malefic. ad verbum, dicto maleficio, nu. 25. Spec. de donat. inter vir. & vxor. §. fin. ita quoq; ne hoc caſu obligabitur, ſi occultet virum debitorẽ. Cæterùm an in reliquis amicis atq; conſanguineis illud admittendum ſit, dubito. Nam vbi eſt metus mortis, naturalis ratio mouet, ac veluti vrget atq; impellit, inuitosq; propemodũ eò trahit, vt conſanguineorum ſaluti, ideſt, noſtro ſanguini, conſulamus; quæ quidem ratio in hac cauſa. non adeo militare vr. Qua tñ in re animi pendeo, atq; ſubſiſto: vt Tiraq. de temper. pęn. cã
5 20. 21. & 22. vide. In eo conueniunt oẽs, ꝙ † ſi debitor alia bona habet, in quæ miſſio fieri poteſt, nõ compelli occultatorem, vt debitorem exhibeat: verùm ſi bona debitoris non ſufficerẽt, de dolo, vel iniuriarum actione agi poſſe, quam ſentẽtiam etiam Boerius deciſ. 174. cum Benuenuto d. loco probat; lateq; & eleganter de ea ſingul. ſuo 17. incip. Diligenter nota, diſputat Petrus Gerardi de Petra. Nam ſi ſimpliciter ad exhibendum debitorem tenetur, citra diſtinctionẽ & moderationem, fruſtra inducta eſſet iuris diſpoſitio, & multarum ciuitatum conſuetudo ſeu vſus quod ob ciuile debitum, nemo ex domo ſua vel aliena (vt ſuperius dictũ fuit) inuitus trahi poteſt. l. pleriq; ff. de ius voc. Porrò aut de his qui violenter & nobis inuitis apud nos latitant, nulla eſt dubitatio. Bal. ad l. in delictis. ff. de noxal. quia ꝓpoſitum & animus maleficia diſtinguunt. leg. j. ff. de ſicar.

SVMMARIVM.

1 *Appellare ab arreſtatione an liceat. & 3.*
2 *Appellatio à Decreto Iudicis interpoſita an & quando executionem ſuſpendat.*
4 *Appellare an poſſit debitor, ſi pecunia ſibi debita ſub manu ſui debitoris per creditorem arreſtetur.*

Ab Arreſtatione an appellare liceat. Cap. XXXIIII.

Sunt nonnulli moribus mitiores, qui tametſi ſe iniuſtè arreſtari ſentiunt, appellare potius ab arreſtatione, q̃ Apparitori arreſtanti reſiſtere, aut vim inferre malũt. Sed an in ea appellatione audiẽdi ſint, & quatenus ea illis proſit, dubitari poſſet: mouetq; eam quæſtionem Guido Papæ ſingul. ſuo 32. ſed non ſoluit, & licèt Speculatorẽ ad hoc alleget in §. j. in prin. de app.
1 Is tñ nullam illius quæſtionis mentionem facit. Appellare. † tñ arreſtum poſſe arbitror, per ea quæ notat Bal. ad l. ſi clericis. C. de epiſcop. audien. vbi dicit in ſimili, ꝙ à captura, quæ eſt realis citatio, appellari poteſt; cum ſit grauamen cohærens perſonæ, quod per expectationem ſententiæ diffinitiuæ (maximè ſi non res, ſed perſonam arreſtata eſt) reparari non poteſt: argu. l. 2. C. de abolit. Nõ tñ, inquit, Iudex appellantẽ ideo ſtatim dimittet,
2 ſed expectabit donec per ſuperiorem ſibi mandetur. † Quia vbi appellatur à Decreto Iudicis, quo reſpicit Decretum apprehenſionis vel arreſtationis, non prohibetur aliquid innouari contra appellationem, donec ſuperior inhibeat. c. non ſolũ. de appel. in 6. maximè vbi periculum eſt in mora, vel fugę vt hic, vbi oĩs vtilitas arreſti ex relaxatione diſſolueretur: quia tũ appellatio interim non ſuſpẽdit executionem. l. fi. ff. de app. recip. Specul. in tit. de appel. §. in quibus DD. in c. qua fronte. de app. Quã ſententiam confirmat quoq; Ludouicus Carerius in tract. de criminibus poſt prin. c. inci. Decimusquartus. vbi dicit, ꝙ licet citatio verbalis non admittat appellationem, citatio tñ realis benè admittit, allegans Bald. d. loco, & cum eodem ſubiiciens, ꝙ captus aut detentus poteſt appellare, etiam ſi iam diu captus eſſet, quia quotidie ſuſtinet nouum grauamen dum detinetur, in ſucceſſiuo grauamine, ſicut eſt iſtud, ſemper & quandocunque appellare licet. c. ex parte. de appel. & ibi Doctor. & pulchrè Philip. Franc. in d. c. ex parte. verſi. quintò & vltimò infertur. Iaſon ad l. Prætor. §. fi. ff. de no. ope. nunc. & excipere. Archid. in c. hortamur. 3. quæſtio. 9. & de eiuſmodi appellatione ab arreſto
3 videtur † loqui Dominus Præſes Nicolaus Euerar. cõſi. 21. inci. Viſis ſcripturis. Sed hanc appellationis rationem mores noſtri ignorare videtur, quibus receptum eſt, vt arreſtatus coram Iudice cuius auctoritate arreſtatio eſt facta, proponat cauſas grauaminis per arreſtum ſibi illati, ſeu nullitatis eiuſdem, & ſi Iudex aliter cõtra eum pronunciet, appellatur ad ſuperiorem illius, ſicut in aliis cauſis fieri ſolet.

Sic & Pau. Pariſ. conſi. 39. inci. Non poſſunt lib. j. de ſimili arreſto loquens ait, ꝙ ſi †
4 creditor arreſtari faciat pecuniã, quam quidam alius debitori ſuo debet, & prohibeat, quo minus debitori ſuo ſoluat, poteſt debitor appellare, ne priuetur ſua poſſeſſione, pendente appellatione. c. cùm perſonæ. de priuileg. lib. 6. c. j. extra vt lite penden. Sed nec hoc quoque mores noſtri receperunt, ſecundum quos quotidie videmus fieri, ꝙ pecunia debitoris ſub aliis arreſtatur, & cauſa arreſtationis coram Iudice arreſtante primò inſtituitur.

SVMMARIVM.

1 *Arreſtatio an & quando inducat litis pendentiam & 4.*
2 *Iudicium coram vno Iudice ex neceſſitate intentatum, an ad alium Iudicẽ transferri poſtea queat.*
3 *Condictio ex L. diffamari. C. de ingen. manumiſ. intentata an. inducat litis pendentiæ exceptionem.*
5 *Arreſtatio an producat pignus prętorium.*
6 *Arreſtatam rem detinens, eam præſcribere non poteſt.*
7 *Arreſto durante an res arreſtata alienari poſſit.*

Quæ ſit vis & quis effectus arreſti. Cap. XXXV.

Cum de vi & effectu arreſtationis quæriẽ, prętereos qui ex ſuperioribus capitibus apparere poſſunt vnus effectus eſſe videtur,
1 qui inducit litiſpendentiã. † Nam inſimili decidit Nicolaus Antonius in addition ad Octauianum Veſtrum lib. 4. c. j. nu. 9. per petitionem, vt quis carceribus mancipetur, ac per ipſam capturam ſequentem litis pendentia inducitur: & ratio eſſe videtur, ꝙ ſicut per citationem verbalem dicitur iudicium eſſe cęptũ. §. fi. Inſti. de pęn. tem. litig. & res deſinit eſſe integra. l. ſi quis poſtea. ff. de iudi. c. relatum. de offic. deleg. Iaffred. deciſ. 60. etiamſi litis conteſtatio nondum interuenit. D. Anto. in c. aduerſario. in 3. notab. de excep. Ità longè fortius per citationem realem, ideſt per capturam ſeu arreſtationem, quæ prævalet; vt notant Doct. ad l. vlt. ff. de leg. j. incontrarium tamen allegari poſſet, ꝙ
2 † quando coram vno Iudice iudicium eſt inceptum ex neceſſitate, vt quia metuitur fuga Rei, aut actio tempore peritũra eſt, aut quæ alia ſimilis neceſſitas vrget, poteſt etiam coram alio iudice hoc iudicium agitari. Bal & Ang. ad d. l. ceptã. arg. l. ſed etſi reſtituitur. §. ædium. verſi. ſed & ſi dies. eo. tit. de iudi. Qua ratione pleriq; neoterici reſpondent ad l. quamuis. ff. de damno infect. Quòd ſi poteram te conuenire Peruſii & Aſſiſij, & incępi te conuenire coram Iudice Aſſiſij ex neceſſitate, quia timebat de fuga tua, potero te poſtea cõuenire coram Iudice Peruſino. Sed hæ poſteriores rationes non placent Ioanni Baptiſtæ Caccialup. in tract. de debitor. ſuſpect. quæſt. 15. vbi dicit, quòd licèt in d. l. ſed etſi reſtituatur, permittatur ꝙ iudicium alibi finiatur, non tamen ibi expreſsè dicitur, ꝙ non ſit inducta litis pendentia. Addo ꝙ Felinus ad c. cum ſit generale. col. 4. de foro comp.
3 in ſimili reſpondet, ꝙ † ſi diffamatus ab aliquo plures iudices habeat, & condictionem competentem ex l. diffamari. C. de inge. ma. coram vno Iudice intentauerit, veluti, petendo perpetuum ſilentium imponi illi qui ſe illius creditorem eſſe iactitabat, is autẽ creditor coram alio iudice eum in ius trahat, & coram

ram illo prætenſum ſuum creditum petat, obſtat ei litis pendẽtiæ exceptio, & coram eo Iudice, coram quo remedium d.l. diffamari, intentatum eſt, cauſa peragi debet, licet contrarium cõſuluerit Socinus conſi. 94. lib. 3. Cuius opinio ex eo ſatis conuellitur, ꝙ ex ea ſequeretur, ꝙ quoties diffamatus plures haberet Iudices, condictionem ex d.l. diffamari, à lege cõceſſam, aduerſarius facilè eluderet, & ad aliud tribunal cauſam traheret, Iudicisq; auctoritatem contẽneret, cõtra l. ſi prætor. ff. de iudi. Qua de re tamen magna diſtinctione vſus eſt Blarerius ad d. l. diffamari. c. 4. circa finem, quem vide. Et hæc ſententia confirmatur ſatis in d. l. vbi cęptum. & exemplum huius poteſt poni in eo, qui curauit aliquem hic arreſtari, & arreſtatus poſita cautione relaxatus ab arreſto vel per procuratores ſuos dũ manet in arreſto, vocat eum in ius coram alio Iudice ex d. l. diffamari. & arreſtãs excipit, ꝙ eum hic præuenit per capturam vel arreſtationem, & ꝙ, cum per hoc ſit hic inducta litis pendentia, debet hic
4 finiri; Aliud † eſſet ſi arreſtatio non eſſet facta ad finem conſequendi debitum, ſed ad finem declarationis iuris ſui, aut liberationis; vt ecce ſcholaris huius Vniuerſitatis Louanienſis intellexit, quendam ciuem Melchlinienſem hominem laicum iactitare, ꝙ ipſe ſcholaris eſt ei in magna ſumma obligatus: Et qa per hanc iactitationem bonum nomẽ ipſius denigratur, repertum hic Louanii, auctoritate Domini Cõſeruatoris priuilegiorum eiuſdem vniuerſitatis facit arreſtari ad finem, vt ſi quã arreſtatus actionem aduerſus eum habeat, illam coram magnifico Domino Rectore Vniuerſitatis, ſuo ſiquidem Iudice, intra certos dies, ſub pœna perpetui ſilentij proponat, iuxta diſpoſitionem d.l. diffamari. Sanè hoc caſu arreſtum non inducit litis pendentiam reſpectu materiæ principalis coram D. Conſeruatore. Quinimmò arreſtatus proponens ſuam actionem coram eodem magnifico Dño Rectore, facit ꝙ arreſtari curãs, petit: ſed ſolũ inducitur litis pendẽtia reſpectu materiæ d.l. diffamari.

5 Secundus effectus eſt, ꝙ † ex arreſto videtur induci pignus prętorium. Quia pignus prętorium nihil aliud eſt quàm pignus quod à Prætore ſiue à Iudice datur, quodque Prætor aut Iudex nulla præcedente ſententia ex iuſta cauſa capi iubet, l. 2. C. de p̃tor. pign. l. non eſt mirum. ff de pign. actio. & apprehenſionem rei requirit. l. 3. §. j. ff de reb. eor. Quę omnia etiam in arreſto, vel re arreſtata concurrunt. Ex quo ſequitur primò, ꝙ ſi aliquo caſu res arreſtata furto eſſet amiſſa, vel aliquo alio modo ablata, daretur actio & perſecutio quaſi hypothecaria aduerſus poſſeſſorem illius, l. vlti. C. de prętor. pignor. Secundò ꝙ ſicut debitor reficiendo expenſas, & cauendo de iudicio ſiſti, recuperat miſſionem in poſſeſſionem, auth. ei qui. C. de bon. auctorit. iudic. poſſ. c. j. de dolo & cõtum. lib. 6. Ita quoq; & is cuius res arreſtata fuit, recuperat rem arreſtatam, ſicuti inferius dicetur. Eſt eñ arreſtatio temporale, & prouiſionale tantum impedimentum; non quidem propter ſe, ſed propter aliud inuentum, videlicet, vt is cuius res arreſtata eſt cogatur illic ad ſoluendum, non vt de illius rei dominio aut proprietate diſputetur, Id quod etiam eſt in prædicta miſſione in poſſeſſionem. l. is cui. ff. vt in poſſeſſ. leg. Vnde Moder. ad ſecundam partem conſuetudinem Pariſienſium. tit. 2. gl. j. ad verbum, arreſt, ou brandon. multa recenſet in quibus arreſtum & miſſio in poſſeſſionem conueniunt,
6 & in quibus differunt, quem vide; & inter cætera nota † ꝙ neque miſſus in poſſeſſionem, neque detinens arreſtum, pręſcribere poteſt, cum & ſcientia rei alienæ & titulus & animus poſſidendi deficiat. Cy. ad l. j. C. vbi in rem actio, Pan. nu. 44. & alii ad c. quoniam frequenter. §. fi. extra vt lite non conteſt.

7 Tertius effectus, † ꝙ res iſta arreſtata durante arreſto, in præiudicium arreſti obligari, vendi aut alienari, non poteſt, nõ magis q̃ ſi pignus primò obligatum vni, poſtea alteri obligetur. c. qui prior. de reg. iur. in 6. l. qui prior. ff. qui pot. in pig. aut ſi res alteri obligata in cauſam iudicati, vel pignus iudiciale acceptum ſit. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. Sed quo minus ſine præiudicio illius qui illam curauit arreſtari, obligari, vel alienari poſſit, nihil vetat, cum etiam res ſequeſtrata poſſit obligari & alienari, quia obligatio & alienatio reſpiciunt dominium rei, cui ſequeſtrum non præiudicat. l. licèt. §. j. ff. depoſ. l intereſſe. ff. de acq. poſſ. & quæſtio poſſeſſionis ad quam magis pertinet nõ facit rẽ litigioſam gl. in c. ſi. 11. q. 1. latè Marcus Antonius Natta conſi. 2. lib. j. ceſſatq; hic ratio ob quam res in iudicium deducta alienari non poteſt, videlicet, ne aduerſarius fatigetur diuerſis iudiciis. l. nulli. C. de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa Rei fauorabilior multò eſt quàm actoris.*
2 *Actor quis eſſe dicatur. & 3.*
4 *Agens ſtimulatus & per alium prouocatus dicitur ſuſtinere partes Rei.*

In cauſa arreſti quis ſit actor, aut reus. Cap. XXXVI.

Cum de foma & modo procedendi in materia iſta arreſti agimus, illud in primis videndum eſt, quis hic actoris, aut rei perſonam ſuſtinet, quod alicuius momenti eſt, multa enim reo permittuntur, quæ actori-
1 bus non licet, multoq; † fauorabilior eſt cauſa Rei, q̃ agentis. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. c. cum iura. eo. tit. lib. 6. & fauorabiliores ſunt leges ad abſoluendum q̃ ad condemnãdum. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. Et quidem prima facie is qui arreſtatur aut detinetur, aut cuius bona arreſtantur aut detinentur, vide-
2 tur eſſe actor, † quia actor eſſe dicitur qui alium ad iudiciũ prouocat. l. in tribus. ff. de iudi. l. libertus à patrono. ff. de in ius voc. ſicut facit is qui arreſtatur; prouocat enim arreſtãtem prior ad iudicium, petens ab eo proponi cauſas arreſti facti, & ſuſtinens arreſtum veluti malè perperam, ſine cauſa & illicitè factũ, caſſari, tolli, & amoueri, ipſumq; arreſtantem in expenſas, damna & intereſſe condemnari. Id quod ſenſiſſe videtur Romanus cõ
3 ſi. 217. incip. res iſta. dicens † eum eſſe actorem, qui petit capturam declarari illicitam, & capi facientem facit ad hoc citari, & Bar. in l. de pupillo. §. vlt. nu. 3. ff. de no. ope. nunc. dicit ꝙ excõicatus aut bannitus petens reuocari tenutam datam contra ſe, vel petens remiſſionem, dicitur agere. Sed in contrarium eſt veritas, ꝙ non ſit cenſendus actor is qui arreſtatur, ſed ille qui arreſtat: quia vt ait Ang. ad l. non cogẽdum. §. qui procuratori. ff.
4 de procur. agens † ſtimulatus, dicitur ſuſtinere partes Rei: Et Iuriſconſultus in l. ſi pupillus. §. j. ff. de priuileg. cred. non obſcurè indicat eum qui petit tenutam reuocari, reum potius eſſe, q̃ actorem. De quo per Decium in c. intelleximus, nu. 9. de iudi. Et cum certum ſit, ꝙ arreſtatus non niſi compulſus hanc actionẽ neceſſariam ſuſcipiat, ſequitur ipſum verè & legitimè, vt primitus prouocatum per arreſtum, Reum, minimè autem Actorẽ dici oportere. Et quamuis in illo ſolo articulo incidenti videat agere dum cauſas arreſti exigit, & arreſtum laxari poſtulat; qa tamen in principali articulo, ob quem arreſtum poſitum eſt, ſe defendit, Reus eſt, vt cui veluti debitum exigẽti, definitio actionis applicari non poteſt. §. j. Inſti. de act. Quod latiſſimè etiã cõfirmari & comprobari poteſt ex his quæ diligenter ſcribit Bar. Blarerius ad l. diffamari. c. 4. nu. 7. C. de ingen. manu. vbi p̃ multa argumenta oſtendit, eum agit ex d. l. diffamari. ad hoc vt ei p̃figatur teminus cauſas diffamationis proponendi, aut alioqui perpetuum ſilentium ſibi imponi, non eſſe actorem, ſed reum: qui caſus huic noſtro ſimillimus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Tempus elapſum habet vim tacitæ renunciationis.*
2 *Statutum vt de triduo in triduum procedatur, an in fauorẽ Rei ſit introductum, eiq; renunciare poſſit. & 6.*
3 *Dilatio alicuius fauore ordinata poteſt ab eo ſperni.*
4 *Terminus alicui datus ab eo præueniri poteſt. & 8.*
5 *Iudex an cogi poſſit à partibus, vt vel ordinariè vel ſummariè procedat.*
7 *Statutum vt in cauſa extranei creditoris ſummariè procedatur, pium eſt, & fauore creditoris introductum.*
9 *Dies termini an contineatur in termino.*

Statutum quo cauetur, ꝙ in cauſa Arreſti de triduo in triduum procedi debet, quo pacto intelligatur. Cap. XXXVII.

Ex conſuetudine ſeu ſtatuto quarundã ciuitatum receptũ eſt, ꝙ in cauſa arreſti de triduo in triduum, adeoq; extra ordinem procedi debet. Accidit autem nuper, ꝙ is qui arreſtatus erat, ſeruiente triduo ad reſpondendum, aut duplicandum paratus nõ erat, arreſtans autem ſuſtinebat eum ſecludendum eſſe, & articulata ſua pro confeſſatis decernẽda eſſe, propterea quod ſtatuto aut conſuetudini arreſtatus non ſatisfecerat, & ſic tacitè re-
1 nunciauerat; † quia tempus habet vim tacitæ renunciationis, ſi quis illud labi ſinat, vt ait Tiraq. in lib. de retracta. conuẽt. §. j. gl. 2. ad verb. au tel temps. nu. 42. & Bal. ad l. 2. C. de reſcin. vendi. & quod in poteſtate iudicis non eſt, tẽpora à ſtatuto præfinita in præiudiciũ partis aduerſæ producere & prorogare. §. ſi verò ſolum. in fi. in auth. de nup. maxime cũ modus iſte procedendi de triduo in triduum, videatur eſſe traditus pro forma, quam relaxare non licet. l. j. C. de vſufru. Arreſtatus nihilominus cõtradicebat, & ſuſtinebat non teneri ſe de triduo in triduum procedere niſi vellet, ſed permittendum ſibi eſſe, vt ordinariè, & ordinariis diebus iudiciorum ad inſtar aliarum cauſarum procedere poſſet; Conſultus à iudicibus reſpondi pro arreſtato pronunciandum ac iudicandum eſſe: & ita iudicatũ fuit à Scabinis oppidi Louanienſis. Et ratio quæ me tũc mouebat, & quæ me ad-
2 huc mouet, eſt † ꝙ hoc triduum in dubio præſumitur fuiſſe cõſtitutum fauore arreſtati, l. cùm tempus. ff. de reg. iur. videlicet, ne is diu ab vxore, à domo, à liberis, à negociis ſuis in extero loco, ingenti ſuo incommodo atq; tædio detineretur; non etiam fauore arreſtãtis, cui ſatis eſſe debet quod in loco habitationis ſuæ propriæ, debitorem ſuum extraneum quietè & commodè detinere & conuenire poteſt, etiam ſi eum non priuet ordinaria ratione procedendi, quam ipſe cogeretur obſeruare, ſi eundem ſuum debitorem in loco domicilii illius cõueniſſet & forum illius ſecutus fuiſſet; Plura enim ſpecialia ſimul concurrere aut peti non debet. l. ſi quando. C. de inoffic. teſtam. Et proinde nihil vetat, quo minus debitor arreſtatus huic fauori pro ſe introducto renũciare poſſit. l. pen. C. de pact. nemo enim cogitur inuitus beneficio pro ſe introducto vti. l. inuito. ff. de reg. iu. & alio-

Source : BIU Cujas

& aliòqui quod fauore arreſtati introductum eſt,in odium ipſius retroqueretur,contra l.quod fauore.C. de legib. Quo loco
3 eleganter notat Bal.verſi.incip. Tertiò exemplificatur † ꝙ dilatio ordinata fauore alicuius, poteſt ab eo ſperni, ſi expedit ſibi, nō differre.Et ꝙ ſi Princeps cōcedat alicui, ꝙ in cauſa ſua ſummariè procedatur,ſi proceſſit ordinariè,per hoc non pōt impugnari iudicium,ꝓp d.l.quod fauore.Et hoc iterum repetit ad l. nulla.verſi.pone mandatur. ff.de legibus. & Rebuffus ad cōcor. tit.de forma mand.apoſtol.ad verb.poſt menſem, ait, ꝙ ſi ante menſem conferatur beneficium, poteſt mandatarius illud acceptare,ſi velit,cum ille mēſis introductus ſit fauore ipſius, cui poteſt renunciare.c.ſi diligenti.de foro comp.Et in ſimili vide-
4 mus,† ꝙ qñ tempus eſt adiectum fauore pupilli,poteſt pupillus aut eius curator,tempus illud præuenire.l. 3. §. duæ cauſæ. ff. de Carbo.edict.& l.diui fratres.in princ.ff.de liber.cauſ. Et debitor qui ſtipulatus eſt terminum ſoluendi,pōt illum præuenire, & inuito creditore ante ſoluere,Bar.& Iaſ.in l.ſtipulatio iſta.§.incertam.ff.de verb.oblig.l.quod quis.ff.de actio.l.quod in diem. ff.de ſol.& hæredes mariti,qui habent annū de iure ad reſtituendam dotem mobiliarem vxori, poſſunt ante annum reddere eandem.Bal.in auth.ei qui.C.de bon.auth.iudi. poſſid. Sed magis ad propoſitum vrget deciſio Romani conſi.133.inci.in prę-
5 ſuppoſito caſu. vbi dicit, ꝙ † quāuis Iudex in cauſa in qua ſummariè procedere debuit,ordinariè procedere incepit,poteſt tñ pars illa, cuius fauore ordinatum fuit vt ſummariè procederet, petere vt deinde ordinariè procedatur, niſi ſemel conſenſerit; quo caſu etiam hoc poteſt,modo Iudex conſentiat; & allegat gl.ſingularem ad clem.ſæpe.ad verb.partib.de verb.ſignifi.quę etiā hoc notabiliter dicit.Quia licèt D. Cardinalis ibi exiſtimet Iudicem etiam inuitum cogendum eſſe vt conſentiat,tñ videt verior eſſe ſententia gl.& Bonifacii atq; Imolę ibi,ꝙ non tenetur,ne auctoritas iudicialis fiat ludibrio,contra l.ſi prætor.ff. de iudi.& gl.in § ſi quis autem non implens.in verb.admonitus.in auth.de hæred.& falcid.& ne in poteſtate partiū ſit Iudici præſcribere formam procedendi quam volunt,& in ea re ſępius illo inuito, mutare rationem litis, proceden do nunc ordinariè, nūc extraordinariè. quod abſurdū foret. Neq; obſtat quod Vlpianus ait, Si plures concordant qualiter ſententia proferatur, Iudex debet ſequi eorum voluntatem. l. ſi conuenerit. ff. de re iud.quia,vt ait Caſtrenſ.ibi in prin. hoc intelligitur qñ concordant,ꝙ condemnandus abſoluatur,vel econuersò,ꝙ abſoluendus condemnetur,vel ꝙ condemnandus, in quātum facere pt, condemnetur. In quibus caſibus non illuditur iudici neq; maieſtari iudiciorum; neq; intereſt Iudicis condemnetur reus, an abſoluatur, & aut pro qua parte.Et cum hæc variatio & mutatio bonis morib.aduerſetur,præallegatum Vlpiani reſponſum in eo locum nō habet,iuxta notata per Zaſium ibi. Qua reſpōſione etiam aliis omnibus pro contraria parte allegatis facilè ſatisfieri poſſe videmus. Sed qñ partes ſolum in vno aut altero actu non contradixerunt, tūnc quia ſingulares actus iudiciorū ſunt per ſe perfecti, ſicut habemus titulos ſingulares & ſeparatos de actibus iudiciorum,licèt in vno actu non contradixerūt, in aliis tamen contradicere poterunt,quia ſeparatorum ſeparata eſt ratio,l.ſi maritus.C.de don.inter vir. & vxor. & de vno ad alterum non infertur. Sed ſi tam arreſtans q̃ arreſtatus eſſet extraneus, plus vtiq; ſubeſſet dubitationis, quia ſicut arreſtati intereſt in loco extraneo non diu detineri, ita etiam arreſtantis intereſt,in loco illo non diu litigare.

Quibus tamen non obſtātibus adhuc puto idem eſſe,ideo ꝙ in arbitrio arreſtāris fuit debitorem arreſtatum vel in loco domicilij eius conuenire, vel alio loco illum arreſtare. Et proinde ſicut deberet ferre moleſtiā diutius in domicilio debitoris litigandi & ordinariè procedendi,ſi eum illic cōueniſſet, & in ius vocaſſet;ita quoq; durum & acerbum ei videri non debet,ſi in loco arreſti, ordinarium iudiciorum trāmitem, poſtulante id arreſtatio,ſequi cogatur:niſi fortè in loco arreſti facti,ſtatutum
7 ſit, † ꝙ in cauſa alicuius extranei creditoris ſummariè & extraordinem procedi debeat, id quod pium & æquum eſt,& fauore creditoris introductum, à debitore ei tolli nō debet.c indultum.de reg.iur.in 6.l.id quod noſtrum.ff.eo.tit.ſicut & in ſimili dicimus, ꝙ ſi tēpus eſt adiectum ſolutioni fauore creditoris, debitor ante illud tempus inuito creditore ſoluere non poteſt. Iaſ.nu.3.& alijs ad d.§.incertam.

8 † Quòd ſi verò is qui debitorem arreſtauit, triduū illud præuenire,cauſasq; arreſti poſiti,citius exhibere velit, exiſtimo ſanè id illum poſſe,ſi alioquin dies iuridica ſit,& arreſtati non interſit.Nam & in ſimili decidit Bar.Blarerius ad d.l.diffamari.C. de ingē. manu.c.6.nu.125. ꝙ is cui Iudex pręfixit terminum ad agendū,poteſt illum terminū præuenire, & cōparere,parte ad hoc vocata & citata,neq; præiudicium aliquod inde referente.

Nec dubito quin & illud quoq; hic quæri poſſit, vtrum dies arreſti poſiti in hoc triduo computetur?Sed verius eſt, quod ſi ſimpliciter habeat ſtatutum, ꝙ arreſtans debet intra triduū ex-
9 hibere cauſas arreſti,tunc dies arreſti facti nō cōputatur; † quia dies termini à quo,vel ad quem regulariter non continetur,vt latiſſimè oīum tradit Tiraq de retract §.1 gl.11.vbi ponit regulam iſtam cum quindecim limitationibus. Sed ſi dicat ſtatutū, cauſas arreſti eſſe exhibendas à tpe arreſti,vel facto arreſto, intra triduum,tunc dies arreſti cōputatur,iuxta notata per eundē in dictis limitationibus,ad quē remitto,& no.Pan.ad c. ſup eo. 2.de app.& Quint.Mandoſius ad regul. cancell. 19. de infirmis. nu.6.q.18.& Ludo.Gomeſ.ad eandem regulam,q.37.

SVMMARIVM.

1 *Arreſtante non exhibente cauſas arreſti in termino, an arreſtatus ſit relaxandus.& 4.*
2 *Terminus à ſtatuto vel lege præſcriptus in dubio cenſetur eſſe perēptorius.*
3 *Termini peremptorij lapſus inducit tacitam renunciationem iuris.*
5 *Contumacia nulli nocet, niſi aduerſarius eam in termino comparens accuſauerit.*
6 *Iudex an terminum ſtatuti vel legis prorogare queat.*

De ſtatuto quo cauetur,quòd arreſtans prima die iuridica debet exhibere cauſas arreſti. Cap. XXXVIII.

Multarum ciuitatum ſtatuta etiam diſponunt,ꝙ arreſtās prima die iuridica quæ arreſtum factum ſequitur, cauſas arreſti in
1 iudicio proponere & allegare debet.† Quæro igitur,an ſi id nō fecerit arreſtans,videatur arreſtatus ideo eſſe relaxatus vel relaxandus? Prima quidem facie vī dicendum ꝙ ſic, propterea ꝙ
2 † terminus à lege vel à ſtatuto præfixus in dubio cenſetur eſſe peremptorius.l.ſtatuliberum.§.Stichum,& ibi Bar. & alij. ff. de leg.3.& in l.ob commiſſa.de adulte.idē Bart. in l.mancipiorū.
3 ff.de opt.leg & in l. fi ff.de ferijs. & † lapſus iſtiuſmodi termini, inducit tacitam renunciationem iuris.Roman.conſi.431.Bar. in d.l.mācipiorum.Bal.ad l.ſi ea.C.de vſur.& in ſua praxi criminali,titulo de appellat. q.3. Quo modo & in ſimili videmus, ꝙ termino peremptorio aſſignato elapſo nō poſſunt produci inſtrumenta.gl.in l.ſi eo.C.de remiſ.pignor. Et ꝙ ſi Iudex pręfixerit terminum alicui ad accuſandum,& is cui is terminus præfixus eſt,non accuſat,poſtea non auditur,etiamſi ſit minor.Bar. in d.l.mancipiorum.quia permiſſum ad tempus,cenſetur poſt tempus eſſe prohibitum,iuxta iura vulgaria,id quod in arreſtāte tantò procliuius recipiendū eſt, ideo ꝙ antea de iure ſuo tēpeſtiuè inquirere,& prius q̃ debitorem ſuū arreſtari faceret,de omnib ſe informare, & veluti præparatus ad iudiciū procedere debebat.l.qui accuſare,& l.j.& ibi Alcia.C.de edend.

4 † Nihilominus tñ non aliter hoc verum eſſe crediderim,q̃ ſi eadē illa die iuridica arreſtatus cauſas eiuſmodi arreſti proponi,& allegari petierit, & in defectum allegationis earundem ſe ab arreſto relaxari poſtulauerit;id quod nominatim exprimūt ſtatuta Oppidi Louanienſis tit.de arreſtamentis,& c.8.& confirmatur per Bar.Blarerium ad d.l.diffamari.c.8.C.de ingen manu.vbi dicit,ꝙ diffāmans cui eſt ſtatutus terminus ad proponē dam ſuam actionem vel accuſationem,lapſu ipſius termini excluditur,ſi diffamatus ipſo termino ſeruiente petat declarari,illum iure ſuo excidiſſe,& vlterius audiendum non eſſe,elegans ad hoc Bar.ad l. Titia.ff de accuſ.Boer.deciſ.255.cum aliis multis:id quod exemplo non caret;nam & in ſimili videmus,ꝙ cō-
5 tumacia alicuius nūquam ſibi nocet, † niſi qñ aduerſarius eius in termino comparuit,& eius cōtumaciam accuſauit,l properandum § & ſiquidem.in verb.abſentiam accuſante. & ibi Fulgoſ.Caſtrenſ.laſ.Bal.& Sali.C.de Iud. & ꝙ teſtamentum ratione præteritionis ita demum eſt nullum, ſi præteritus ipſe dicat & petat,non aliàs.l.filio præterito.ff.de iniuſt.teſta.& ibi Doct. Falci.reſecat ipſo iure legata.l.linea margaritarum, ff. ad l falci. ſed ita ſi hæres petat.l patrem.ff de his quæ in fraud.cred.Compenſatio fit ipſo iure,ſed ita tñ ſi petatur.l. vlt. C.de compēſ.gl. in l.ſcimus C.de inof.teſta. Et vbicunq; aliquis priuatur ſuo feudo,aut feudum redit ad Dominū, intelligitur, ſi Dominus feudi petat.Bal.in c.quę in eccleſiarum.de conſti.Sicut hęc & multa alia ſimilia cōgerit Tiraq.ad l.ſi vnquam.ad verb.reuertatur. num.8.cum ſeq C.de reuoc.donat.

6 Deinde verò arbitror quoq; † & Iudicē ex iuſta & legitima cauſa terminū iſtum prorogare poſſe,veluti ſi arreſtās in morbū inciderit;ſi à Principe vocatus fuerit, nec procuratorē mittere poſſit;aut ſi Iudex ipſe abfuturus ſit; vel aliquis alius caſus inciderit;quia cum non ſtat per arreſtantem,quo minus cauſas arreſti propoſuerit,hoc ei imputari non debet,c.imputari.c.cū non ſtat.de reg.iur.lib.6.& notant Cyn.& Bal. in l. ſi cùm ipſe. ff.de excuſ.tutor. de quo plura ad propoſitum notat idem Blarerius d.c.8.nu.76.cum aliis ſeq.vſque ad finem c.

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra abſentem non citatum eſt ipſo iure,nulla.*
2 *Inſinuatio per quem fieri debeat.*
3 *Inſinuatio an ſæpius ſit facienda.*
4 *Domicilia plura ſi habeat debitor,ad quod fieri inſinuatio debeat.*
5 *Inſinuatio procuratori facta an ſufficiat.*
6 *Inſinuatio quomodo fiet, ſi debitor ſit omnino exterus & abſit.*

De

Petri Pechij Ziriceı. De iure ſiſtendi.

De inſinuatione arreſti ſuper bonis abſentis facti. Cap. XXXIX.

1 Cum † ſententia aduerſus abſentem non citatū & non auditum lata, ipſo iure ſit nulla. l. quæſitum. l. de vno quoq; l. ꝯ pupillum. ff. de re iudi. l. j. ff. q̄ ſent. fin. app. reſcin. c. j. de cauſ. poſſ. & propr. facilè intelligi pōt, ꝙ ſi bona abſentis in aliquo loco arreſtata fuerint, non ſubſiſtere iudicium, niſi ei cuius illa ſunt, & qui in alio loco habitat, denunciatio ſiue inſinuatio facta ſit: Et proinde vſus iudi-
2 ciorum vbique ferè inualuit, † denunciationem ſiue inſinuationem hanc fieri per apparitorem aliquem eius Curiæ: & ſæpe quidem per literas iudicum, quorum auctoritate arreſtatio facta eſt, & coram quib. lis inſtituitur, eaque interpellationem quandam ſuſcipiendæ defenſionis continet, ſicut & de denunciatione in caſu emptionis facienda fieri olim D. Mudæus præceptor & collega noſter obſeruādus ſcripſit ad tit. de act. emp. & vend. in c. qñ committitur ſtipulatio. nu. 61. Extra territoriū eñ citare illi Iudices nō pñt. l. fi. ff. de iur. om. iu. Eodemq; modo cum de diſtractione pignoris agitur, debitori eam denunciare oportet, vt ſi velit. ſolutione eius quod debetur, illā auertat. l. j. & aliis ſeq. C. de diſtract. pig. Sed quemadmodum citationes tribus vicibus fieri debet. l. tres denunciationes. C. quo. & quā. iud. & quidem primùm in perſonā rei, ſi ea reperiri poſſit, alioqui verò ad illius domum. c. j. qui matri. accuſ. poſſ. Bar. & alii ad
l. 4. §. prætor. ff. de dam. infect. l. cum pater. §. pen ff. de leg. 2. Car. in clem. vnica. de for. comp. Ita quoq; & de inſinuatione iſta di
3 cendum eſſe vī, quæ loco citationis ſurrogatur, † ꝙ licèt de cōſuetudine videatur ſolum requiri, quod inſinuatio fiat domi, quaſi ex eo præſumatur ꝙ venit ad notitiā eius, per relationem domeſticorum. Bal. ad l. meminerint. C. vnde vi. Fulg. conſi. 76. inc Factū. tñ de iure aliud eſſet, vt indicat Rebuffus to. 3. ad ord.
4 regias. de citat. art. 2. gl. 3. ad verb. ou domicile. nu. 3. Et † ſi duo vel plura domicilia habet, debet ei fieri denunciatio atq; inſinuatio, qñ perſona eius haberi non pōt, ibi vbi tpe illius cum familia ſua degit. d. l. 4. in verſi. ſed domum in qua degit. l. in lege Cenſoria. ff. de verb ſig. l. j. C. de offic. diuerſ. iud.

Quòd ſi autē extra prouinciam ſit, neq; domicilium in hac patria habeat, tunc videndum eſt, an hic habeat factorem, inſti
5 torem ſiue procuratorem generalem rerum ſuarum. Nam † & his eo caſu facta denūciatio ſufficit. l. ſi dictum. §. ſi præſentem. & ibi gl. ff. de euict. arg. l. ſi procuratori. ff. de verb. obl. ſicut & locum tenenti, & vicario generali abſentis facta ſufficit, vt notat Rebuff. in tract. de nominat. q. 14. nu. 59. cū ſeq. ſi modo poſtea de ea qualitate conſtet, aut ſaltem ꝙ pro aliis palam & publicè habitus fuit, ſm eum ibi nu. 71. ver. aduertendum. & hæc quidē oīa antequam iudicium accipiatur, l. qui cōcubinam. §. ſi hæres.
6 ff. de leg. 3. Si aūt neminem horum habet, † ſed ſit oīno exterus, veluti Hiſpanus, aut Luſitanus, aut Italus in Hiſpania, Portugalia aut Italia habitans, neſcitur autem vbi, & in quo loco, ita vt literæ magiſtratus ad eum dirigi nō poſſint, ſed habeat hic amicos vel conſanguineos, ſanè illis inſinuatio cum aſſignatione competentis termini fieri poſſet, vnà cum publica proclamatione, ſicut videmus, ꝙ qñ facienda eſt miſſio in poſſeſſionem contra aliquem, qui non defenditur, debent requiri eius cōſanguinei, & amicitiam per proclama. l. itē ait prætor. l. ergo. & ibi Bar. & Bal. & alii. ff. ex quib. cau. maior. l. hæc aūt. §. non defendi. ff. ex quib. cau. in poſſ. eat. non quidem ſingulariter nec in facie, ſed gñale edictū fieri debet, ꝙ ſi quis conſanguineorū aut amicorum velit eum defendere, cōpareat tali die coram tribunali. Pan. in c. cām. de dolo. Alber. in d. l. ergo. quod tñ raro in praxi ſeruari dicit Rebuffus ad ord. reg. to. 3. tit. de citat. ar. 2. gl. j. nu. 7. Aut ſi non habet amicos æquè per edictum citari poterit. cle. j. de iud. Caſtrenſ. ad l. ad peremptorium. ff. de iud.

SVMMARIVM.

1 *Regula, Qui prior eſt tempore, potior eſt in iure, locum habet etiam in pignoribus, & in quibus. 3. & 4.*

2 *Pignus prætorium quas ob cauſas contrahatur.*

5 *Ordo temporis non facit prælationem in pignore prætorio, ſed veritas debiti. & 6.*

7 *Inter plures arreſtantes an & quando omnium cauſa par ſit. & 8.*

9 *Intellectus l. in iudicati. ff. de re iudi.*

20 *Priuilegiatus præfertur non priuilegiato, non ſolùm in ſolutione conſequenda, ſed in eadem aliis facta repetenda.*

Inter plures creditores vnius debitoris res ſeu bona arreſtantes, qui præferendi ſunt. Cap XL.

Subinde accidit, ꝙ vnius debitoris bona, aut diuerſis diebus aut vno qdē die ſed diuerſis horis arreſtant. Accidit quoq; nōnullos ex his creditorib. ad quorū inſtantiā arreſtata ſunt, aliis eſſe diligētiores, citiusq; crediti ſui fidē facere, & ſnīam obtinere; ex quo magna plerūq; inter eos naſcit̄ ꝗtētio, an oēs ſimul in rebus arreſtatis earū ve p̄tio pro rata ꝙcurrere, an verò alij aliis præferri dēant?

1 † Et ſanè cū ēt in pignoribus, ad quorū naturā reſpicit arreſtationis materia, vulgata iuris regula locū habeat, quæ eſt, ꝙ q̄ prior eſt tpe, potior eſt in iure, c. q̄ potior. de reg. iur. lib. 6. vt patet ex l. 2. 3. & 10. C. qui pot. in pignor. hab. ꝙ is prēualet, qui prēuenit. l. licet. eo. ti. ꝙ vigilantibus iura ſcripta ſunt. l. pupillus. ff. q̄ in fraud. cred. & ꝙ inter concurrentes melior eſt occupantis cōditio. l. inter eos. ff. de re iudi. videri poſſet, ꝙ qui in arreſto prior eſt, aut prior ad ſententiam peruenit, aliis anteferri debeat.

Sed aliter in propoſito negocio inſtituenda eſt conſideratio; diximus enim ſuperius, ꝙ arreſtum proximè accedit ad naturā
2 pignoris prætorii, quod † contrahi ſolet vel ob contumaciam nō ſiſtentis iudicio, vel ob debitum non ſolutū. auth. & qui iurat. C. de bon. auth. iudi. poſſ. l. eū qui. ff. de priuileg. cred. quodq; nulla præcedente ſnīa diffinitiua, de qua exequenda agatur, pēdet ex officio Iudicis principaliter implorato ad cautionem, & aſſecurationem, aut ad præparandam litem, latitante vel ſuſpecto debitore. l. ſi finita. §. ſi plures. ff. de damno infect. cum ſimilibus. Atqui hoc pignus prætorium à natura aliorum pignorū in eo recedit, quod in pignore cōuēto eadē ſemper regula eſt,
3 † vt is qui prærogatiuam tpis habet, iure quoq; potior ſit. l. ſi & iure. ff. qui pot. in pig. hab. l. 4. C. ad Macedo. & ratio eſt, ꝙ cum ſibi vigilauit, id quod ex hac diligentia aſſecutus eſt, ſibi auferri non debet. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. d. l. pupillus. Sic & pignus, quod in cā iudicati capitur pro exequēda ſnīa diffinitiua, qua debitor condemnatus eſt, ex auctoritate iuris ciuilis conſtit, neq; vni decretum aut permiſſum prodeſt cæteris creditoribus, quorū non eſt par cā, vt quia fortè nondum condemnatum habeant debitorem, vel condemnato parcere voluerunt, vel nouatione ſnīę dilationem aliquam ſoluēdi indulgere ma-
4 luerunt; Ideoq; † in hoc pignoris genere, qui tpe prior eſt, potior eſt iure, prælationeq; gaudet, ſi modo verè iudicatum ſit, ſi auctoritate eius qui potuit iubere, decretum ſit, & ſi captū poſſeſſumq; ſit. l. j. C. ſi in cauſ. iudi. d. l. ſi & iure. latè D. Mudæus in tract. de pig. c. quib. mod. pig vel hypo. ſol. nu. 86. & 87. Et ratio quare is qui primò eſt miſſus in pignus iudiciale, prēferatur, eſt, ꝙ miſſus in pignus iudiciale dicitur eſſe verus poſſeſſor. Nā creditor poſſidet pignus, quo caſu alius non pōt concurrere eodē iure quo prior; Duo enim ſimul non poſſunt poſſidere, Ita ait Zaſius ad l. cum vnus. nu. 9. ff. de bon. auct. iud. poſſid.

5 † In prætorio verò pignore ordo tpis prælationem nō facit, ſed parem conſtituit creditorum non imparem cām habentiū conditionem. Si plures, inquit Vlpianus, ſint qui poſtulēt, vt caueatur, oēs ſimul mitti in poſſeſſionem ſolent; Idq; Labeo probat. Et ſi prius quis in poſſeſſionem miſſus ſit, & alius mitti deliderat, non ſpectabimus ordinem, ſed habebunt ambo poſſeſſionem. Quòd ſi iam prior poſſidere iuſſus ſit, & alius damni infecti ſibi caueri deſideret, tunc enim niſi cauerit, mittetur in poſſeſſionem poſterior. l. ſi finita. §. ſi plures. ff. de dāno infect. & ibi paulo poſt ſubijcit, Cum igitur plures in poſſeſſionem mittuntur, ęqualiter oēs quaſi in totum miſſi, cōcurſu partes habebūt. Sic & Iulius Paulus rñdit, ꝙ primum decretum interpoſitum ad petitionem vnius creditoris oīb. aliis creditorib. quoq; prodeſt. l. cum vnius. ff. de bo. auth. iud. poſſ. vbi cùm vnus creditor eſſet miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, poſt certos dies venit alius creditor, qui voluit ēt immitti, Deinde certis diebus poſt alii quoq; creditores venerunt, & voluerunt gaudere iſta immiſſione; Primus opponebat ſe, dicens ſe eſſe priorē tpe, atq; ideo potiorem iure, voluit pabulum totum comedere, inquit Zaſius ibi. Alii verò creditores voluerunt pabulari eodē paſtu: Iuriſconſultus tñ reſpondit, ꝙ vno creditore immiſſo, oēs alij
6 ēt vtuntur iſta immiſſione, qui eam petunt † nec attēditur prioritas tpis, ſed veritas debiti, quia hoc decretū permiſſum eſt in rem, magis reſpectu bonorū debitoris ſuſpecti aut latitantis, q̄ reſpectu perſonæ impetrantis. Deinde verò in pignore iſto prętorio nulla eſt poſſeſſio, ſed cuſtodia, & detentio, & ſic nō reſpicitur ordo, ſed oēs habent cuſtodiam, vt ait Zaſius d. loco, nu. 11. Neq; obſtat, ſi dicas, ꝙ Angelus ibi decidit, ꝙ ſi debitor eſſet incarceratus ꝑꝑ debitum, alii creditores nō poſſunt eum recōmendare, vel declarare, ꝙ vellent vti eo iure quo primus, & ꝙ ēt ꝑꝑ ſua debita eſſet incarcerādus, & ꝙ primum decretū quo ꝫhitur pignus prætorium non habet locum in libero homine. l. ob æs. C. de act. & ob. Qua de re & de veritate illius poſtea latius dicemus, & huc non pertinet; non enim loquimur nūc de arreſtatione perſonæ debitoris, ſed de prælatione creditorum in rebus illius arreſtatis, & ex ſimilitudine pignoris prætorij, di-
7 cimus † ꝙ inter plures creditores arreſtātes oīum cauſa par eſt, & eadem, non reſpiciendo quis primo loco arreſtari fecit, quis poſteriore: pro qua ſnīa ēt facit tex. in l. ſi is qui. § qui prior. ff. vt in poſſ. legat. vbi idem Vlpianus ſic ſcribit, Qui prior miſſus eſt legatarius in poſſeſſionem, non præfertur ei qui poſtea mittit. Inter legatarios enim nullum ordinem ſeruamus, ſed ſimul omnes æqualiter tuemur.

8 † Sed hæc tñ aliquo temperamēto egent, Primò enim intelligo, ꝙ nullus ex pluribus arreſtari facientibus alteri præfertur, qñ de prælatione inter eos oritur qō, & iam oēs ſnīas pro ſe obtinuerūt. Solent enim prudentes Iudices in eiuſdmodi caſu id efficere, vt quatenus fieri poſſet, ſimul expediātur oīum lites, &

tunc

Source : BIU Cujas

tũc nulla occurrit ratio ob quam alteri alter prę ferat ur ex his, ex quibus nulli rem arrestatam speciali pignoris nexu sibi obligatam habent, quiq; oẽs in prosequenda lite institura fuerunt æquè diligentes & vigilantes. At si vnus reliquis diligẽtior, aut minus intricatam litem hñs in pari oĩum causa id effecit; vt citius q̃ illi snĩam pro se obtinuerit: Alii verò ꝑplixa minusq; expedita lite occupati longo deinde interuallo, snĩas ꝑ se impetrent; anteq̃ verò impetrent, is qui obtinuit snĩam, executionẽ illius ex reb. arrestatis vrgeat, existimo eũ audiẽdũ esse, nec ad expectationem aliarum snĩarum vrgendum; Nam & in simili videmus, ꝙ si seruus meus erga plures delinquat, iam ego pluribus sum debitor; sed tñ ei qui prior snĩam obtinuit, seruum dedam noxæ, aut ei satisfaciam, non posteriori, l. si quis à multis. ff. de noxal. act. Et si dedero filiofa. peculium vt negocietur, is verò æs alienum conflauit, multis creditorib. debere incępit, ego pater oĩbus sum debitor, ꝓm vires peculii: hoc loco potior est is, qui primò snĩam obtinuit, vt si à posterioribus creditoribus conueniat, deduco id quod solui priori ex iudicato. l. si verò. ff. de pecu. Item si plures concurrant prætendentes causam dñij ℨ possessorem, is occupare, & occupando alijs potior esse dr̃ q prior snĩam obtinuit, & possessor debet ei rẽ possessam restituere, modò victor curet, ꝙ eum defendat ℨ alios concurrentes. l. is à quo. ff. de re iud. Quod tñ hic non est necessariũ, hoc & Bal. ad l. fi. q. 2. C. depos. decidit, ꝙ si plures depositarii fuerunt pecuniam apud vnum mercatorem qui postea fugiat, certè si vnus illorũ fuit diligens in exigendo & obtinuit snĩam, alii verò non, non debet id quod accepit per sententiam, non etiam per vim aut gratificationem aliis communicare.

Secundò intelligo, ꝙ oẽs arrestari procurantes & snĩas obtinentes concurrunt, si modo oẽs instent pro consequenda excutione suarum snĩarum in rebus arrestatis. Et sic intelligitur tex.
9 in l. in iudicati. ff. de re iudi. in qua Iulianus l. C. ait, † ꝙ in actione non debet haberi ratio eius cui reus prior condemnatus est; scilicet vt procedat, qñ plures alii quibus reus cõdemnatus est, post obtentas snĩas concurrunt in executione, & pro ea consequenda vrgent. Ita enim eum textum accipiendum esse docẽt Ang. Zas. & alii ibi, & Ias. ad d. l. inter eos. nu. 9. vers. incip. In vlt. par. gl. vt sicẽt verum sit, ꝙ vigilant b. & non dormientib. iura subueniunt, d. l. pupillus. & c. duob. cum gl. de rescrip. lib. 6. l. qui autem l. ait prætor. ff. quæ in fraud. credit.

10 † Tertiò intelligo oĩum causam esse parem si nullus eorum est priuilegiatus: Nam si inter plures arrestantes, vnus vel ius pignoris habeat, vel priuilegio aliquo inter ꝑsonales creditores munitus est, vt sunt vxor fiscus, ecclesia, pupillus, respublica, & si quid aliud his sit simile; vtiq; ille præferet̃, licèt posterior sententiam obtinuit, aut arrestum fecit. Et in his verum est qđ Iulius Paulus ait, Priuilegia non ex tempore æstimari, sed ex cau
11 sa. l. priuilegia. ff. de priuil. cred. vt † priuilegiatus prę ferat ur non priuilegiato, non tantum in soluendo, aut solutione consequẽda, sed ẽt in repetẽdo. l. pecunia. C. de priuil. fisc. Etenim in ea opinione expresè versant̃ illic Accurs. Ias. nu. 83. Zas. nu. 5. & alij in d. l. inter eos. ꝙ priuilegiatus non solum præfertur aliis vt solutionem consequatur, sed ꝙ si alteri nõ priuilegiato soluta sit pecunia, possit illam repetere, non obstante. ꝙ non priuilegiatus prior venit, & ad snĩam & ad executionẽ. & ideo tex. in ead. l. inter eos. vtitur his verbis. Ex eadem causa eiusdẽ conditionis hominibus &c. Quo modo & in l. si postquam. C. vt in poss. leg.

SVMMARIVM.

1 *Debitor frangens arrestum compelli potest redire etiam per proprium suum Iudicem.*
2 *Custos carceris est velut depositarius.*
3 *Custos tenetur de negligentia.*
4 *Custos si debitor fugit, tenetur non solum debitum soluere, sed etiã interesse.*
5 *Custos carceris an & quando teneatur de facto suorum. & 6.*
7 *Pro officiali quando præsumatur.*
8 *Custos carceris an quando excusetur.*
9 *Custos carceris an teneatur, si debitor cum altero custode fugiat.*

Debitore fugiente quo pacto Commentariensis, seu custos carceris teneatur. Cap. XLI.

Magna quidem ignauia est Apparitorum, qui vel non diligenter insequunt̃ debitorem antequam elabi & occultari possit, vel nõ satis cautè ducunt, ne vi aut dolo eximatur. Sed multo maior culpa atq; infamia est, si iam carceri aut vinculis mancipatum effugere sinant: quippe ꝙ facilius est iam captum atq; comprehẽsum custodire, q̃ nondum ductum prehendere & detinere. Vnde & de his aliquid nos dicere conuenit. Nam de ipso debitore fugien-
1 te satis superius diximus, † ꝙ etiam per proprium Iudicem, in cuius territorio existit, & domicilium fouet, cogi põt, vt ad locũ arresti redeat. decis. Cap. Thol. 422. ꝙ arbitrio Iudicis cuius arrestum fregit puniatur. l. fi. ff. de effract. & expilat. ꝙ arctiore custodia detineatur. Io. de Ana. consi. 55. nu. 13. Roman. ad l. lex Cornelia, ff. ad Sylla. & alia multa similia, quæ hoc loco iterum repetere non expedit. Cęterũ ad ipsos Commentarienses quod
2 attinet, † cùm loco depositariorum habeantur, vt ait Castren. consi. 42. salariumq; pro custodia recipiãt, de periculo, & oĩ culpa atq; negligentia tenẽtur. l. qui mercedẽ. l. videamus & vtrobiq; gl. ff. locat. Bar. & alii ad l. eum qui § epistolã ff. de fur. Ideoque Iulius Paulus, Carceri præsuppositus, inquit, si pretio corruptus sine vinculis agere custodiam vel ferrũ in carcerẽ immitti
3 passus est, officio Iudicis puniendus est: Si nescit, † ob negligentiam, remouendus est ab officio. l. carceri. ff. de custod. & exhib. reor. Qua ratione Bal. consi. 177. inci. In ista captura. lib. 2. & Ias. consi. 27. lib. 3. ad subiectam materiam eleganter admodum re-
4 sponderunt, † Cõmẽtarienſem seu Custodem carceris si negligenter versatus sit, & Reus vel debitor elapsus sit, non solũ ad exolutionem debiti à creditori compelli, vt l. 3. C. de exact. trib. lib. 10. l. eum pro quo. ff. de in ius voc. l. fi. in fi. in verb. dño pretiũ reddere debere. ff. de cust. reo. vbi hoc notat Ang. & Rodericus Suarez ad declarat. 2. l. 2. fol. 2. lib. 2. tit. des los emplazamientos. nu. 52 c. incip. Sed attende; Verum etiam ad præstationem eius quod interest teneri. Io. de Anan. consi. 55. incip. Quia dubia. ad finẽ. Bal. ad c. j. in 5. col. de offic. deleg. & in c. dilectis. col. 7. de appel. Sali. ad l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. quia eos custodiendos
5 in fidẽ suam suorumq; recepit. Vnde † ẽt si non principaliter & directè per eius negligẽtiam debitor elapsus est, sed suorum quibus custodiam illius mandauit, æquè & ipse & fideiussor ipsius tenetur. Bal. consi. 40. & seq. lib. j. Floria. ad l. si fornacarius. ff. ad l. Aquil. Oldrad. cons. 84. incip. Quidam dixit. arg. l. qui tñ nõ idoneum. ff. commod. §. pe. insti. de oblig. quæ ex quas. del. quia explorare eum oportuit cuius fidei atq; innocentiæ essent. l. fi.
6 §. seruorum. ff. nau. caup. stabul. j. §. si quis igitur eo. ti. Quod † tñ ita intelligit idem Oldr. cons. 92. inci. Rex habet castrum, &c. & Oldradũ secutus Paris de Puteo in trac. de syndic. ad verb. Carcer. c. 5. nu. 4. nisi illi carcerem commisisset, cuius fides & diligẽtia tpe cõmissionis & mandati oĩbus cognita atq; spectata fuisset. arg. l. j. §. si magistratus ff. de magistra. conuen. l. litis. §. si pecuniã. ff. de neg. gest. l. 3. §. si eo tpe. ff. de admi. rer. ad ciui. pertinen.
7 l. argentum. ff. commoda. Et † quamuis generaliter prę sumatur pro quolibet officiali. l. j. C. de suscept. lib. 10. adeo ꝙ alleganti eius culpam, incumbat onus probandi. l. 2. ff. de probat. Bart ad l. si quis argentum. § j. ff. de eden. illud tñ locum non habet, qñ aliquid factum est contra naturam officij, vt hic. Alciat. reg. 3. psump. c. 15. nu. 4. ver. fallit etiã. Et ideo, inquit, si carceratus euadit, lex præsumit cõtra custodem. l. fi. ff. de cust. reo. l. diuus. ff. de offic. præsid. nec præsumitur, ꝙ ferrum, & similia possunt in carcerem deferri, sine culpa & negligẽtia custodis. d. l. carceri. in fi. & ideo meritò tenetur creditori ad id quod interest, Aret. cõs. 83. inci. Cõsultissimè Dñe &c. ẽt si debitor per funes, aut ex aliquo altiori loco se demisisset, d. l. fi. in ver. vel se præcipitauerit.
8 licèt alio iure vtamur, † si vel sub terra fossis actisq; cuniculis, vel alio aliquo loco abscondito, & quo minimè expectari debuisset talis casus, effugit. Amadęus in tract. de syndic. nu. 99 inci. item parcitur custodi &c. Pari ratione si plures debitores facta cõspiratione vim Cõmentariẽsi adferant, & sic ruptis compedibus fugiãt; nulla eius culpa erit. Paris d. loco c. 3. incip. An si in plures. Et in summa si adhibuit oẽm diligentiam, ꝓm qualitatem rerum & personarum, de casu fortuito, vi, & his quæ prę uideri cõiter non possunt, minimè tenetur, vt no. ad d. l. si negocia. ff. de neg. gest. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. cõmod. latè Thomas Gram. voto 29. incip. Summi opificis. nu. 7. Paris d. loco. nu. 6. & Anchar. consi. 340. In eo mihi vñr conuenire oẽs, ꝙ si constabat debitorem arrestatum, verè debitorem nõ esse, neq; ex alia causa detineri posse, non teneri cõmentariensem, si is qui erat arrestatus fugiat. Ang. ad l. si quis sub conditione §. fi. ff. de cond. insti. Bar. & alii ad l. si pecunia. §. sed & si acceperit. ff. de condict. ob caus. Sed & Paris d. c. 5. nu. 4. col. 4. ait, ꝙ si carceratus impetrasset literas cessionis bonorum à Principe, cũ mãdato, ꝙ cedendo bonis liberaretur, & aufugerit negligẽtia Apparitoris, antequam Iudex discerneret ipsum esse admittendũ ad cessionem bonorum, vel non admittendem, solùm tenebitur Apparitor ille, ad id quod interest, non ad totum debitum, si notorium erat, ipsum debitorem non esse soluendo. Ego qdem hæc locũ habere posse aliquo modo admiserim respectu creditoris. Interim verò negligẽtiam ipsius, quæ in hoc vno facto admissa, in aliis similib. aut maiorib. negociis periculosa atque pernicioſa Reip. esse posset, vel remotione ab officio, vel aliter arbitrio Iudicis coercendam atque puniendam esse arbi-
9 tror. d. l. carceri. Sanè † si plures custodes extiterint, & vnus cũ ipso debitore aufugiat, alter nõ tenebitur, qui illum casum verisimiter prænidere non potuit. l. fi. §. interdum. ff. de custo. reo. Bal. ad l. filio. §. eius. ff. de iniust. rup. irrit. fact. testa. Qua de re plura apud Boerium q. 216. videre licet.

SVMMARIVM.

1 *Carcer deputatus est ad custodiam, non ad pœnam.*
2 *Carcer in quo est fames & sitis, censetur tortura.*
3 *Iniuriarum tenetur Cõmentariensis, qui victũ, aut lectos denegat carcerato.*
4 *Mortuus in carcere, præsumitur culpa custodis perijsse.*
5 *Debitor carceratus cuius impensis sit alendus.*

De

Source : BIU Cujas

Debitor arreſtatus quomodo ali, atque tractari debeat. Cap. XLII.

1 Quoniam verò, vt Vlpianus ait, Carcer † ad cõtinendos hoïes, non ad puniẽdos haberi debeat, l. aut damnum. §. ſolent. ff. de pẽn. cauere debet Commentariẽſis, ne acerbitas adſit, ſed permaneat debitor tũ ſub fida cuſtodia; nec ſedis intimæ tenebras pati debebit incluſus, ſed vſurpata luce vegetari, ideſt, ſubleuari. l. j. C. de cuſto. reor. Qua ratione Honorius Imperator, etiã illud ad Iudicis officiũ imprimis pertinere arbitratus eſt, vt de cuſtodia captiuos ſubinde interroget, ne his humanitas clauſis per corruptos car-
2 ceris cuſtodes negetur. l. Iudices. C. de epiſc. audien. quia † incarceratio in qua eſt fames & ſitis, verius tortura appellatur. Bar. ad l. j. §. diuus. ff. ad Sylla. Et ſi vt Lucinius Ruffinus I. C. ait, q victũ vel ſtractum inferri in carcerem iudicato non patitur, vtili pẽnali, vel iniuriarum actione conueniri põt. l. ſi victum. ff. de re-
3 iudi. quanto † magis iniuriarum tenetur Commentarienſis, q victum aut lectos denegat debitori? Dd. ibi, & Hennig. Goden.
4 cõſi. 103. nu. 14. & 15. Quòd † ſi reperiat̃ debitor in carcere mortuus, lex præſumit culpam cuſtodis, niſi probet eũ aliter periiſſe. l. ſi. ff. de cuſto. reor. Alc. reg. 3. præſumpt. c. 15. nu. 4. gl. ſingularis in l. cum ita legatur. §. ſpecies. ff. de leg. 2. l. cum filiofa. §. j. ff. de leg. j. Paris in tract. de Syndica ad verb. tortus. c. 3. nu. 15. Porrò
5 autem † cuius impenſis hic debitor arreſtatus ali & tractari debeat, quæſitũ eſſe ſcio; & ꝙ ipſe ſibi ſubminiſtrare expenſas debeat, cõiore calculo probatum eſt. Paris de Puteo in d. tract. ad verb. carcer. c. 4. incip. an carceratus. qui allegat l. quemadmodum. ff. ad l. Aquil. & §. ſed vnũ in auth. vt cum de app. cognoſ. cum c. ne religioſi. extra de regular. Felyn. ad c. j. de lib. oblat. & ad c. ex reſcripto. in fi. de iureiur. Quòd ſi verò inops & pauper ſit, vt valere ſe non poſſit, creditoris officio incumbit, vt & alimenta & reliqua vitæ ſubſidia porrigat arreſtat. glo. ad l. fi. C. de erog. milit. anno. Ang. ad l. minimè. C. de app. quod & Guido Papæ q. 211. incip. Debitor non põt. ver. Sed quid ſi debitor. & c. vſu probatum eſſe refert. Vnde ſolent cauti Apparitores, non prius curam & cuſtodiam debitoris in ſe recipere, q̃ à creditore expẽſarũ illarũ refuſionẽ eſſent ſtipulati. Ex quo ẽt intelligi p̃t, quo pacto accipiendũ ſit, ꝙ pignus prætorium, aut iudiciale à debitore ali deber. gl. in auth. ei qui. C. de bon. auctor. iudi. poſſ. l. ſi neceſſarias. ff. de pig. act. hinc etiam facilè intelligimus, non ſemper ſatis conſultam eſſe arreſtationem, quæ ſi in perſonam inopis debitoris facta eſt, cuius inopia oẽm actionem excludit. l. nam is. ff. de dol. c. olim. de reſti. ſpol. duplici dãno creditor affi citur, vt qui neq; id quod ſibi debitum eſt acquirit, neq; expenſas vnquam recuperat; & meliore pretio maioreq; voluptate, aues domeſticas, vel canes venaticos domi aluiſſet. Boerius verò q. 302. nu. 2. exiſtimat, ꝙ debitor ex eleemoſynis alendus eſt, ſine periculo creditoris, niſi aliter inter creditorem & Commẽtarienſem conuenit.

SVMMARIVM.

1 *Arreſtati & eius qui captus eſt eadem eſt ratio.*
2 *In vinculis eſſe quis dicatur.*
3 *Captus vt contrahat, an ſufficiat cum deductum eſſe extra carcerem in domum alicuius ciuis.*
4 *Solutio, ſeu p̃miſſio eius, quod debetur, valet, etiãſi in carcere facta ſit. & 7.*
5 *Detentus in carcere priuato contrahere aut teſtari non poteſt ad vtilitatem detinentis.*
6 *Vis illicita non præſumitur inferri in cuſtodia publica.*
7 *Contractus cũ arreſtato ſeu carcerato factus q̃n dicatur iuſtus & validus.*
8 *Contractus vt ſubſiſtat vel infirmetur, non inſpicitur an inter arreſtatum & arreſtantem, ſeu inter alios eorum nomine fuerit initus.*

Contractus cum arreſtato factus an infirmari poſſit. Cap. XLIII.

Ex his autem quę dicta ſunt, ea quoq; nata eſt qõ, Vtrũ ℈ctus cum arreſtato vel carcerato debitore initus, iure ſubſiſtat, nulloq; modo infirmari poſſit? Nam cũ ſępe flagitioſi ac improbi cuſtodes, durius q̃ par eſt, excipiant arreſtatos, iuſtus vr̃ eſſe metus, quo inducant̃ ad pro-
1 mittendũ. Quòd aũt † eadẽ ſit rõ incarcerati & arreſtati, aſſerit Guido Papæ q. 253. his verbis, Si quis dedit fideiuſſores de tenẽdo arreſtũ, vel de nõ recedẽdo ab arreſto, & iurauit nõ recedere, an cẽſeat̃ carceratus, & in vinculis detẽtus? Credo ꝙ ſic, & p̃ eo vr̃ tex. notabilis ad l. in eadẽ. §. in vinculis. iũcta gl. fi. & l. nec-
2 non. ff. ex qb. cau. maior. In † vinculis aũt ẽt eos accipimus, q ita alligati ſunt, vt ſine dedecore in publico apparere nõ poſſint; Et hæc ſunt ſingularia & attẽdẽda; q̃a hinc apparet, ꝙ ℈ctus factus p̃ talẽ arreſtatũ nõ ſubſiſtit viribus. Et iõ anno 1459. die 3. mẽſis Nouẽbris, Curia Parlamẽti reuocauit q̃dã cõpoſitionẽ factã p̃ quendã de Roybonne p̃ caſtellanũ Briſiacii, licèt ille dictã cõpoſitionẽ ratificauerat poſtea ex̃ carceres, ipſe tñ adhuc exiſtẽs in arreſto. Hacten⁹ ille. Illud verò, an ℈ctus cũ carcerato initus validus ſit, apertius notãt interp̃tes ad l. q in carcerẽ. ff. qđ met. cauſ. Quo loco Bar. & hũc eleganti ℘. 64. inc. Caſus ſup̃ quo, ſecutus D. Præſes Nicolaus Eucrardi ait, p̃miſſionẽ factã in carce-
re, vel ipſi detinenti, vel participanti cũ eo, nihil valere, nõ aũt annullãdã eſſe, quia regula, ꝙ geſta p̃ metũ teneãt, & ſint reſcindenda, hic locũ non hẽt. Pan. ad c. Abb. in 12. fallẽt. qđ met. cauſ. Qđ & ad dationẽ in ſolutũ extendunt, Calca. conſi. 112. col. 2. Aret. ad l. q à latronibus. ff. de teſta. Alex. ℘ſi. 241. lib. 6. Feli. ad c. fi. de treu. & pac. & Hypp. ℘. 42. adeo vt idẽ Are. ℘ſi. 14. exiſtimauerit, illiuſmodi in ſolutũ dationẽ, aut ℈ctum, ipſo iure eſſe nullum. Alij tñ eum exiſtimant valere ipſo iure, qñ initus non fuit in vtilitatẽ incarcerati; ſed quod p̃ Edictum. Quod metus cã, reſcindi p̃t. Qua de re latius Io. Neuizanus ℘ſi. 52. nu. 46. ver. Secũ dũ principale debitũ, cum multis ſeq; agit, aſſerens nullã hic requiri proteſtationẽ, ex quo ſemp̃ metus carceris durat. Dec. ℘. 356. Prępo. ad c. j. quo tẽp. miles inueſt. per. deb. Iaſ. ad l. q in alie-
3 na. §. interdũ. ff. de acq hær. † ẽtſi ad promiſſionẽ illam abſoluẽdam, in domũ alicuius ciuis, à vinculis veluti remotam & liberã, eſſet deductus, ſm̃ eundẽ Neuizanum, ibi. Quia dum adhuc eſt ſub cuſtodia, non eſt in plena libertate, cum nõ ob aliã cãm, ad illam domũ deductus fuerit, quã ne poſtea diceret, qđ in carceribus ℈xiſſet, Fabia. in tract. de emp. & vend. q. 13. in 3. q. prin. Porrò aũt Alb. de Roſate ſummus pragmaticus q̃uis ad d. l. q à latronib. hanc ſn̄iam ſecutus fuiſſe videat̃, quẽ ſequit̃ Ang. de Clauaſio in ſua ſumma ad verbũ Carceratus, nu. 5. tñ ad d. l. q in
4 carcerẽ. vſu receptũ eſſe ait, ꝙ † ſi debitor à creditore in carcerẽ ℘iectus, ei dederit in ſolutũ fundum aliquẽ, valet datio, q̃tumuis in carcere facta; quia, inquit, fortè nunq̃ aliàs carcerẽ exire poſſet, & ꝙ d. l. q in carcerem, loquit̃ de priuato carcere, non de publico, q vtiq; eſt licitus & p̃miſſus, & p̃ quẽ idcirco neq; vis, neq; metus inferri dr̃. Quã Alberici ſn̄iam Fulg. quoq; ibidẽ nu. 2. placuiſſe video, dum ait, cõem ſn̄iam eſſe veram in eo, q iniuſtè aliquẽ in carcerẽ cõiecit, nõ ſi legitimè & rectè. Quo modo & Raph. Cum. conſ. 68. inci. In p̃nti, circa mediũ, hunc ℈ctũ valere exiſtimat, ſi liberatio, & vtilitas aliqua debitoris appareat, & Bal. ad rub. C. de reſc. vẽd. ver. item requirit̃ ꝙ ille, ait, p̃miſſionẽ in carcere factã non ſubſiſtere, niſi vtilis eſſet ipſi carcerato: quia, inquit, ſi tẽdat ad ipſius liberationẽ, nõ aũt expreſsè, vel tacitè in vtilitatẽ indebitè carcerantis, ſicut fit qñ creditor ſuum recipit, & ſic de dãno vitando agit tñ; Sic & Caſtr. ad d. l. qui à latronibus. rñdet, licitè ℈hi inter debitorem carceratũ, & creditorẽ, qui fecit illũ detineri; quia non dicet̃ metu eſſe factum, qđ fieri potuit iure permittente. Imola verò ibi latius diſtinguens, Tu, inquit, potes ſic ℈cludere, ꝙ † aut quis detinet̃ in
5 carcere priuato, & tunc nõ poſſit ℈here, vel teſtari ad vtilitatẽ detinentis vel participantis, per no. in l. qui carcerẽ, ſed ad vtilitatẽ alterius ſic: Qñq; verò quis eſt detentus in carcere publico, qui p̃riè eſt cuſtodia. l. ſi quis p̃t. s̃. eo. Et tunc ℈clude, ꝙ aut q̃s fuit detentus ritè & iuſtè, & tunc p̃t ℈here ad cuiuſlibet vtilitatẽ; quia nõ eſt veriſimile, † ꝙ in cuſtodia publica aliqd per vim
6 illicitã cogat̃ facere: Aut fuit detentus iuſtè, & tñ nõ ritè, vel fortè licèt erat debitor, tñ, non erat caſus, in quo de iure capi poterat, & nihilominus de facto fuit carceratus, & tunc vr̃ idẽ dicendũ, ac ſi in carcere priuato fuiſſet detentus. Et multò fortius idẽ dicendũ eſt, ſi nec iuſtè nec ritè detentus fuit p̃ potentiã aſſerentis ſe creditorẽ. Interdũ verò quis eſt ritè captus, ſed non iuſtè, vt quia captus fuit virtute inſtr̃i ℘feſſati, cuius vigore ex forma ſtatuti poſſet quis capi, cùm re vera erat ſolutũ, vel ſatisfactũ, & tunc idẽ dicendum, ac ſi ritè & iuſtè fuiſſet captus; q̃a nõ eſt p̃ſumptio, ꝙ ſibi fiat iniuſtitia, ſi petat ſe relaxari, & alleget debitũ ſolutum, & ſic non eſt veriſimile, ꝙ p̃ hoc coget̃ ad aliquid illicite faciendũ; Et per hoc patet quid dicendũ ſit, ſi quis fuerit non ritè captus, fortè nõ ſeruata ſolẽnitate ſtatuti, tñ hoc non fuit p̃ potẽtiã creditoris, ſed fortè p̃ ſimplicitatẽ Iudicis qui ℘ceſſit, exiſtimans hoc fieri poſſe: Nam hoc caſu vr̃ dicẽdũ ac ſi ritè & rectè fuiſſet captus quò ad ptãtem ℈hendi & teſtandi: quia non eſt veriſimilè, ꝙ ſi dicat capturam nullã, & petat ſe relaxari, non miniſtret̃ ſibi iuſtitia. Hactenus Imo. Eoq; p̃tinet qđ idem Guido Papæ ſingulari 840. col. j. dicit, ꝙ ℘uentio facta in carcere, eiusq; metu inita eſt nulla, niſi eſſet detentus ex iuſta cã: Verba aũt Guidonis ſunt hæc. Conuẽtio in carcere, & metu carcerũ facta eſt nulla. l. qui carcerẽ. ff. qđ met. cau. vbi dr̃, qui in carcerẽ quẽ detraxit, vt aliqd ab eo extorqueret̃, quicquid ob hanc cãm factũ eſt, nullius momenti, niſi eſſet detẽtus ex iuſta cã, quia tunc valere cõpoſitio, ẽt cum illo qui eũ detinebat. Bar. in l. qui à latronib. ff. de teſta. Sed q̃d ſi poſtea talis cõpoſitio facta in carcere ratificet̃, & de nouo fiat ex̃ carceres, puta q̃a poſt relaxationẽ à carcerib. incarceratus fuit poſitus in domo ſua in arreſto, an talis ratificatio facta in domo ſua in arreſto exiſtẽte valeat; credo ꝙ nõ, quia talis de nouo p̃miſſio cenſet̃ metu carcerũ facta: Hactenus Guido, adiiciens aliquas rõnes, quib. hanc opinionẽ ℘firmat. Sic & Aufrer. deciſ. Cap. Tholoſ. 399. iudicatũ fuiſſe ait, ꝙ ſi incarceratus cõpõne facta cũ Curia obliget ſe ad ſoluendũ id qđ ℘fitet̃ ſe debere Cõmentarienſi ſiue cuſtodi carceris, p̃ expenſis atq; cuſtodia, tenet obligatio, ſi modo iuſtè fuit incarceratus: & vide ibi additionẽ ad eundẽ variè loquentẽ. Ego ſanè ẽt in ea ſum opinione (vt paucis dicã qđ ſentio) vt
7 exiſtimẽ † ℈ctũ cũ arreſtato & incarcerato initũ per creditorẽ eſſe

Source : BIU Cujas

esse iustũ & validũ, ꝑcipuè si de veritate debiti ꝯstet,& ꝓmissio in conspectu magistratus vel Schabinorũ fiat. Quid em ꝯsideramus metũ, qñ debitor non nisi ꝙ verè debet, & expensas ac vsuras,quas ob moram suã soluere tenet, ꝓtẽ auctoreq; Iudice ꝓstare promittit,aut qd eo noĩe in solutum tradit? Quã iniuriã infert creditor,qui qđ suum est sic recipit,& debitorẽ vinculis seu arresto exemptũ liberat? Mihi (nisi mea me fallit opinio) ipse Paulus satis hoc dicere vr̃,ad l.si mulier.in princ.ff. qđ met. cau.Sed si vltra id qđ debet,aliqua,quò citius liberari possit, ꝓmisit,hic Iudicis officiũ intẽdere oportebit,vt pro sapiẽtia atq; religione æstimet factũ,& ꝓ qualitate rei gestę,aut ꝓmissum re scindat,aut certè moderet.l.fi.d.tit. Eadẽq; est rõ si iniustè arre-
3 stat vel captus fuit; Et his quidẽ casib.nihil refert, † ꝙ nõ ipse arrestatus vel captus,sed alius ꝓ eo ꝓmittat: & quia cùm hmõi promissio fiat incarceranti noĩe carcerati, & ob liberationem eiusdem,perinde haberi debet, ac si facta fuisset per ipsum carceratum:quippe quod fit meo nomine, & mea voluntate, per me fieri vr̃,perindeq; hr̃,ac si per me fuisset factũ, nulloq; modo per tertium aliquem factum cẽsetur,l.in ædib.§.quod filius. ff.de dona.Pari modo submissio tertiæ personæ fraudem & metum non minuit,sed arguit.Præses d. consl.54. Sed de his latius. Gozad.consi.19.Hyppo.sing.306.decis.Cap.Tholos.399. Fulg. consi.76.Affl.decis.Neapol.149.agunt.

SVMMARIVM.

1 *Res quæ perit suo domino perit.*
2 *Apparitor de qua culpa teneatur.*
3 *Apparitor qui lecticas fregerat,fuit condemnatus ad damni refusionem.*
4 *Apparitor tenetur etiam morsus murium in rebus arrestatis præstare, quẽadmodum & fullo in vestimentis.*
5 *Res arrestatæ si incendio pereant,an Apparitor teneatur.*
6 *Arrestum perperam faciens,si res arrestatæ perierint, obligatur debitori ad earum æstimationem.*
7 *Impensæ quales circa res arrestatas faciendæ sint.*
8 *Pecunias arrestatas si Apparitor consumpserit, quo pacto creditori arrestanti succurratur.*

De custodia & periculorũ,quę arrestata fuer unt. Cap. XLIIII.

1 Et sic † ꝛm cõem regulam vnaquæq; res pereat suo dño. l.pignus. C.de pig.act.l.damnum.C.locat. & ꝯduct. tñ si quis vel dolo malo,vel culpa atq; ignauia circa res alterius versatus sit,periculum in eum trãsit, suoq; iumento ꝓprio malũ sibi adfert,ex quo nõ nisi dãni illati refusione & ꝓstatione se se extricat.l.ꝯct.ff.de reg.iu.Et hinc facilè intelligi ꝓt,quantã cura & diligentiã Apparitor seu Seruiẽs adhibere debet circa res
2 arrestatas,fideiq; ipsius creditas ac cõmissas,vtpote † qui de dolo,culpa,& negligentia tenet,non solùm debitori, si fortè ille soluto debito, bona sua arresti vinculo exẽpta repetat, verùm ẽt creditori,pro cuius indẽnitate arrestata sunt,nullumq; aliud promptius subsidium,debitore ꝛm conuentionem non satisfaciente,aut pacta conuenta non adimplẽte,habet.Qua rõne motum fuisse senatum testat Rebuffus ad ꝯsti.reg.To.j. de lit.obli.
3 art.5.gl.2.nu.5.ver.quartò quod &c.† Apparitorẽ vnũ,qui lecticas debitoris fregerat,& ꝑ fabrum lignariũ (vt oportuit) disiungi non curauerat,ad id qđ intererat,ꝯdẽnaret, vt l.lectos. ff. de peric.& cõmod.rei uen.Nã & ipse Vlpia.li.18.ad edictũ,In grauiore casu rñdit,magistratũ si dãnum iniuria dederit, Aquil.teneri.Quia cũ pecudes aliquis pignori cępisset,inqt, & fame eas necasset,dũ non patr̃ eis cibaria adferri,in factũ actio dãda est. Idẽ si dum putat, se ex lege pignus capere nõ ex lege cęperit, & res tritas corruptasq; reddat,dr̃ legẽ Aquiliã locũ hr̃e. l. quẽadmodum.§.magistratus.ff.ad l.Aquil.Vñ & Io.Constantinus ad ꝯsti.reg.art 183.ver.adde vnum notabile verbũ &c.ait,Appari-
4 torẽ † seu Seruientẽ tam strictè ad custodiã rerũ arrestatarũ teneri, vt ẽt morbosus muriũ adipsum pertineat, & periculo ipsius fiat,non multò aliter,q̃ de fullone dr̃, ꝙ si vestimenta poliẽda acceperit,easq; mures roserint, ex locato tenet : quia debuit ab hac re cauere,l.item quærit.§.si fullo.ff.locat.l.j.§. si. rosæ tabulæ.ff.de bo.poss.2.tab.quia cùm hęc facilè præuideri possint, inter casus fortuitos nõ numerant:Cęterùm an in id qđ facere possint,an potius in solidum ꝯdemnent istiusmodi Apparitores, apud eundẽ Paridẽ de Puteo disputatũ esse video, in tract. de Synd.ad verbũ,negligẽtia.c.j.nu.18. & 19. ad quem remitto.
5 Quid † igit si domus Apparitoris vnà cũ rebus ipsis arrestatis, flãmis exusta sit? Sanè nisi culpa eius appareat,dño peribũt,hoc est,debitori,adeoq; ẽt creditori arrestãti,nulla aduersus nõ culposum Apparitorẽ supereſt actio.d.l.pignus,& l.pignori §.fi.ff.
6 eo.tit.Existimat tñ d.loco,art.5 gl.6.in fi.Pet. Rebuff. † creditorẽ si ꝑperã arrestũ facit,qa saltẽ per indirectũ cã & occasio fuit, ꝙ res illæ in domũ Apparitoris illatæ sunt, ac deinde perierint, ad earundẽ æstimationẽ debitori esse obligatũ, vt ꝑ gl. & alios, ad l.nõ oĩs.§.si pupillus.ff.si cer.pet.ꝑ tex.in l.Titius.& ibi Ias. ff.
7 de ꝓsc.verbis.Cautè † ẽt prospicere sibi debet Apparitor,ne inutiles sumptus in rẽ arrestatã impẽdat,sed cũ Iudicis ptãte atq; licẽtia oĩa moderet, Rebuffus to.3.in tract.de sequest.art.3. gl.j. ne pecunias alienas deglutire dicat,qđ multi facere solẽt;& ne ẽt re vera multa ꝑperã & sine discretione exponat, quæ nimis graue esset debitori aut creditori reddere.l.ĩ fundo ff.de rei vẽ-
8 di.Quòd † si verò pecunias arrestatas deglutiat & ꝯsumat, debitor quidẽ, pro magnitudine & quantitate eiusdẽ illius pecuniæ liberatus est.l.q̃sitũ.ff.de distract. pignor. sed improbus ipse Apparitor tenet,qđ d.loco,art.77. in fi. ex Fabri snĩa & Rebuff. ad ord.reg.to.j.art.6 gl.3.nu.55.rñdit Io.Constantinus: Sin autẽ soluendo non fuerit, Iudex à quo constitutus & præfectus est, cautionibus tamen prius excussis,in subsidium tenetur, arg. l.j. ff.de magist.conue.§.pen.Insti.de satisd.Rebuff.d.loco,art.105. glo.3.versi.est tamen differentia &c.

SVMMARIVM.

1 *Solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio.*
2 *Cautio de soluendo debito liquido & confessato non liberat ab arresto.*
3 *Arrestum an per satisdationem relaxetur.& 6.*
4 *Satisdatione tollitur sequestratio,& in possessionem missio.*
5 *Satisdatio qua arrestum soluatur,apud quem interponi debeat.*
7 *Satisdatio de iudicio sisti duntaxat, an in arresto relaxando sufficiat.*
8 *Cautio iuratoria,an & quando sufficiat.& 10.*
9 *Debitor quando incarcerari possit.*
11 *Satisdatio in arresto quatenus se extendat.*
12 *Fideiussores idonei qui sint.*
13 *Iudex,qui fideiussorem idoneũ admittit,post noĩatores in subsidiũ tenetur.*
14 *Fideiussores extranei,& pignora alibi sita,an sufficiant.*
15 *Arresti vsus & commoditas potissimum versatur in facilitate conueniendi debitorem.*
16 *Executio an sine nouo processu in fideiussores arrestati fieri possit.*
17 *Creditori quæ sint obseruanda in cautione pro arrestato admittenda.*
9 lè per prædicta. An † autem quod ſupra dictum eſt,ſi verum,ꝙ debitor omnibus ſuis bonis cedere debeat, ita ꝙ nudus remaneat? Videtur dicendum ꝙ ſic l.cum & filij.C.titu.not.gloſ.j.in l.qui bonis.& gloſ.fina in l. penul.ff.eodem tenet Cyn.in l.j.C. eodem quem refert & ſequitur Alberic.in d.rubrica, colum.2. in princi.verſicu.Item quæritur,quibus bonis.& Bald.in d.§.fi. colum.2.in fin.verſic.Quæritur,quibus bonis.Inſtitu. de actio. Alibi dixit gl.in l.fi.§.fi.in vlti.gl.ff.quæ in fraud.credi.quòd cedenti bonis vſque ad ſacculum & peram auferri debet, & nihil ſibi relinqui,nec etiam vnus minimus denarius,vt voluit gl.in d.l.pe.Contrarium tamen determinat Barto.in d.l.pe.Alberic. & Bald.vbi ſupra,& Cyn.& Salyc.in d.l.j.colum.2. verſic. Quæro ſecūdò,an omnia bona.dicentes, ꝙ ſaltem viles veſtes ei relaxantur,cùm illæ etiam ad ſupplicium damnatis relaxentur:vt l.diuus.ff.de bon.damnato.& ita tenet Ange.in d.l.cùm & filij. & in l.ſi laborante.§.cùm in eadem.in fin.ff.ad l.Rhod.de iac.& ita communiter in practica ſeruatur ſecundùm Alberi. vbi ſupra,& ita communiter teneri atteſtatur Imo.in d.c.Odoardus, colum.2.in princ.verſicu.Sed in primo caſu, nu.14.& ſequuntur Ioann.Fab.Aretin.& Iaſ.in d.§.fin.& ita nouiſſimè conſuluit Roland.conſi.7. Quoniam.colum.fin.ad fin.num.18.volu. 2.& Maranta in tract.iudicia.in vlti.parte in vlti.actu princip.in 3.quæſtio.princi.ſub num.23.verſic.limita primò non procedere.& iſta opinio æquitate nititur ſecundùm Salyc.in d. verſicu. Quæro ſecundò.Canoniſtæ etiam tenent, quòd alimenta ſunt ſibi relinquenda,vt not.in dicto capitu. Odoardus, vbi Panor. & Imo,in d.verſicu.Sed in primo caſu.& Doct.in capi.ſtudeat. 50.diſtinctio.Quod eſt verum dixit Alberi.in d.rubr. in 2.col. verſicu.Canoniſtæ etiam.nume.5.de iure ciuili in bonis poſt ceſſionem quæſitis,in quibus non eſt fraudādus alimentis quotidianis,vt eſt text.in d.l.qui bonis. ff.titu.no.quæ lex eſt not. in

hac

Source : BIU Cujas

hac materia,& tradit Didac.Couarruui.vbi ſupra num.6.verſi.
10 Is autem qui cedit. Dixit tamen collecta.in dicto capit. Odoardus,vidiſſe ī curia Romana ſeruari,quòd † clericus nihil de patrimonio habens admittitur cedens fructibus beneficii deducto eo quod pro diuinorum adminiſtratione ſufficit,& illum refert Imo.ibi in vlti.colum.verſic. Vltimò hic poteſt opponi. & Caccialup.in tracta.de penſio.quæſtio.11.in vlti.colum.verſ. Et Collectarius in capitu.Odoardus.de quo etiam per Gigā.in ſuo tract.de penſio.quæſtio.39.nu.4.& per Didac. Couarruui.
11 in d.2.lib.varia.reſolu.c.j.num.9.verſic. Cæterùm cùm aduerſus.vbi pulchrè & eleganter loquitur.& eſt ratio † quia clericus priuilegium habet,vt non conueniatur vltra quàm facere poſſit,ad inſtar militis armatæ militiæ,vt dicit gloſ.ord.& communiter approbata in l.miles.vbi Barto.Alexā.& Iaſ.poſt alios. ff.de re iudi.Gemi.& Peruſi.in capitu.ſi propter.in princip.in 2. nota.de reſcrip.in 6.& Staphile.in tract.de literis gratiæ & iuſtitiæ.fol.154.verſicu.Præterea hoc eſt priuilegium,in primis formis:& ita deciſum reperio in Capell.Tholoſ.in deci.245.Item fuit quæſitum,aliquis presbyter.& ibi diffusè per Aufre.in addi. & per eundem in addit.ad deciſ.213. Item fuit traditus libellus. vbi de communi opinio.atteſtatur,& tenet Euerard.in ſua cēturia,de modo arguen.in 22.argumen.Locus a mili.arma. mili.ad milit.cœleſt.mili.in princi.litera F,& A, quamuis contrarium tenere videatur Mattheſil.& malè in ſing.61.No.quòd clerici.quem ſequitur Iaſo.in l.j.colum. 2.in princip. verſicu.
12 Quid.autem.C.de iur.& fac.igno. Sed illud procedit in caſu d. l.j.non autem in caſu noſtro.† Nam diſpoſitio illius legis eſt diuerſa a caſu noſtro:caſus enim illius legis priuilegium contiꝝ net contra ius commune,ergo non eſt extendendum.l.ſi verò. §.de viro.ff.ſoluto matrimonio. Et ratio eſt, quare in d.l.j.ad milites cœleſtis militiæ non fit extenſio; quia ibi illud eſt priuilegium propter ſimplicitatem militarem,iuxta l.fin.in princip C.de iure delibe ſed iſta ſimplicitas non cadit in milite cœleſtis militiæ cùm ille iura ignorare non præſumatur l. repetita.cum gloſ.C.de Epiſcop.& cleric.tradit Alexan. in d.l.miles. in fin.princip. in verſic. Fallit in priuilegijs. Aretin.in §.appellantur.colum.3.verſic.Quæro an d.l.j.Inſti.de exceptio. & Euerard.d.22.argumen.ante fin.litera A,il ſecondo. Si enim clericus ſe ius ignoraſſe diceretur,turpitudinem ſuam allegaret. facit text.in l.2.§.Seruius Sulpitius.ff.de origi.iur. quam allegare non poteſt.capitu.inter dilectos.vbi gloſ.& Doct.extra de donatio.& latè per Iaſo.in l.iuſiurandum.§.procurator. colum.6. cum tribus ſequentib.ff.de iureiur.Sed in d.l.miles.tale priuilegium ob publicam vtilitatem & honeſtatem datur,ergo ad militem cœleſtis militiæ extenditur,& ad Aduocatum. qui etiam militare dicitur l.fori.& l.aduocati.C.de aduoc.diuer.iudi.quia in eis eadem honeſtas viget, & ita communiter tenent Doct. Iacob.Butr.Cyn.Bald.Salyc.& alij in d.l.j.& ita tenendum eſt; quia eſt optima ratio,& idem firmat Felyn.in capit. cùm ex officij,colum.j.verſicu. Similiter Petr.de Anchar. extra de præſcript.reprobando dictum Mattheſil.& comprobat Maria. Socin.in tract.de citatio.in 5.art.quæſt.17.in 14.fallent.Vbi etiam
13 addit † quòd pro repræſaliis conceſſis clericus capi non poteſt, ſecundùm Barto.in tract.repræſalia.7.quæſtio. princip. verſicu. Ad quintum, niſi ſit coniugatus capi non poſſit, vt eleganter decidit Lapus in allegat.118. Quæritur. colum.j & 2. maximè quando clericus eſſet cum vnica & virgine coniugatus,& in habitu & tonſura incederet,iuxta text.in capitu.primo.de cleri.coniuga.in 6.Et propterea domini de Rota ſolent, quando agitur,vt rei iudicatæ pareatur quò ad fructus & expenſas,ſi beneficium d.capitu.Odoardus opponitur, annuatim aſſignare de fructibus cuicunque clerico quantumcunque infimo pro victu & veſtitu ducatos 24.auri de Camera,& ſi quid vltra habeat, victori vſque ad integram ſatisfactionem conſignare, niſi condemnatus eſſet miles, doctor, vel aliàs qualificatus,cui ex arbitrio augent perſonæ qualitatem,& Patriæ, vbi habitat, habita fertilitatis & ſterilitatis conſideratione, vt refert Caſſado.in deciſ.6.Firma eſt propoſitio.col.4. in princi. ver.Sed quomodo conſideratur,num.6.in rubr. de appellatio.
14 Quod † tamen non procederet in clerico qui actione reali cōueniretur;quia eo caſu tali beneficio non gauderet,prout ſimiliter non gaudet maritus,ſi rei vindicatione conuenitur, ideo dictum beneficium non habet, maximè ſi rei vindicatione ex cauſa dotis non procedente conuenitur,ſecundùm Aret in §. Item ſi de dote col.1.verſicu.In ea.glo.in fi.Inſti.de actio.quod eſt notandum ad intellectum.d.c.Odoardus,de quo tamen di-
15 cemus infra in 20.q quartæ q.princip.in primo caſu. Idem † in clerico mercatore & ſe in negocijs ſecularibus immiſcente dicimus,qui perdit fori priuilegium,& immunitates alijs clericis conceſſas,vt latè ſcripſerunt Mod.Anconi.in tracta.de mercatu.in 3.par.in prin.nu.4.cū multis ſeq.& pulchrè per Gui. Pap.
16 in deciſ.196.Nobiles Similiter † in clerico penſione debitore non procedit,quando ipſe eius impoſitioni perſonaliter conſenſiſſet,nam tali caſu ex quo in eius cōſenſu iuramentum ineſt,& in forma cameræ obligatur, haud honeſtum eſſet, poſtquàm beneficium habet,ad cuius regreſſum ob non ſolutionē ſe obligauit,ꝙ exceptione.d.c.Odoardus, vel alia ſimili uuet, potius enim beneficium quod accepit, dimittere & reſtituere debet,quàm penſionem non ſoluendo,iuuari beneficio d.cap. Odoardus.non enim condecens eſt retinere beneficium & pē ſionem non ſoluere,alioquin ei peierandi occaſio daretur,nec iſto caſu illi fieret iniuria,ſi ei auxilium.d.c. Odoardus, denegaretur,quia ſcienti & volenti nō fit fraus, neq; iniuria. reg.ſciēti. de regu.iur.in 6.cum alijs per laſ.relatis in l.cum donationis.in j.nota.C.de tranſact.Et quia iuramentum perſonale eſt, per ipſum iuramētum in forma ſpecifica impleri debet.c.debitores. & c.ad noſtram.extra de iureiur. alioquin cenſuras & pœnas, de quibus in reſeruatione penſionis habetur,incurrit. Cùm ergo penſionis debitor nō habeat vnde penſionem ſoluere poſſit,ad beneficium.d.c.Odoardus.admitti non debet, ſed ob nō ſolutionem dictæ penſionis beneficio priuatur, vt voluit Sarnen.in commento reg cancella.in regu.de annali poſſeſſ.q.54. & in compendio vtriuſque ſignaturæ, col.fi.nu.80. verſi. Eſt tñ vnum, Ex quo vt plurimum in pēſionis aſſignatione beneficiatus illam infra certum terminum ſub excommunicationis pę-
17 na,& ſucceſſiuo priuationis beneficij ſoluere promittit, & ita obſeruat Rota, vt refert Caſſado. in deciſ. ij. Apertiſſimi iuris. col.j.nu.3.de locat.Sed mirabile videtur, quòd † clericus quāuis priuilegium habeat, vt pro ciuili debito non teneatur niſi in quantum facere poteſt,à iudice pro eodem debito realiter citari non poſſit,& nihilominus illum fugientem pars realiter citare poſſit,etiam propria auctoritate ipſum capiendo,vt traditur in c.cum non ab homine.vbi Abb.in 4.col.in fin.verſicu. Quò ad ſecundum.nu.17.extra de iudi.Ego verò arbitror illud, qđ de clerico fugiente dicitur,habere locum reſpectu delicti, vel etiam ſi cum pecunia creditoris aufugeret;quia videtur, quòd tunc etiam laico licitum ſit realiter citare, & ipſum capere, ſing.dixit Inno.in c.vt famæ. de ſenten. excomm. quem refert & ſequitur Hipp.in ſing.43. Debitor. & tenet Imol. in c.lator, quod legit cum c.j.col.3.verſicu.Item fallit de debitore fugiente,extra de pigno.vbi ita communiter teneri atteſtatur; ſubdit tamen,ꝙ ad iudicem eccleſiaſticum duci debet, latè per Marian. Socyn. in d.c.cùm non ab homine.ſuper j gloſ in j.membro.& latius in c.peruenit.in 9.princip.arti.per quatuor membra principalia,maximè in 2.& 4.de ſentent. excommuni. Sed extra crimen & quando cum creditoris pecunia non aufugeret,non video ꝙ pars vllo modo eum fugientem capere poſſet,niſi occaſione depoſiti ex contractu debitor eſſet, vt tradit Mattheſila.in ſing.60.No.ꝙ clerici.& ibi latè per Mod. in addi Iaſo.in l.ſi fideiuſſor §.ſi ſatiſdatum.colum.j.in j.nota.in fin. ff.qui ſatiſd.cogant.& Afflict.in deciſ.24.Quidam clericus.col. j.in fin.num.3.& niſi debitum eſſet iuratum. Nam tunc pro periurio carcerari poſſet,ſecundùm Afflict.in conſtitu. Regni. incip.Si quis clericus.ſub rubr.de cler.conueni.in 6.not. Quia periurium eſt graue peccatum. cap. hoc videtur.22.quæſtio.5. Et vbi delictum eſt graue in clerico,ipſe carcerari poteſt, vt legitur.& not.per Peruſi.in c.ſi clericos.de ſentent.excommu.in 6.Non tamen poterit ipſe periurus cedere bonis,ex quo ceſſionis beneficium non habet:vt in cap.peruenit.de fideiuſſ. Ant. de Butr.in d.c.Odoardus.& per Vital.in trac.clauſula.in rubri. An poſſit renuncia.ceſſio.bono.colum.17.in fin.ſub nume.33. ver.Adde hic quòd periurus.fol.818.in paruis formis.& quamuis Bal.in l.fin.verſi.Item pone iuro.C.de non numera.pecu.dicat,quòd debitor ſi iurauerit infra certum terminum ſoluere, & bonis cedat,non dicatur aduenientе termino propter ceſſionem periurus; qnia res non pertranſit in eodem ſtatu, vt in ſimili probat Hipp.in l.1.§.fin.num.30.verſi Et pro prædictis. ff. de quæſtio.ſecus tamen dicendum eſt,ſi poſt terminum ſoluēdi ceſſit bonis;eo enim caſu quia periurus eſt, vt conſuluit Federic.de Sen.conſil.300.Factum proponitur eſſe tale. Anto.de Butr.Abb.& Felyn.in c.1.de iureiur.& Afflict. in deciſ.10. Fuit dubitatum.col.fin.in prin.nu.5.verſi.Primò quia non admittit ad dictum ceſſionis refugium.Corne.conſi.212. Placet.ad fin. volu.2.quā ſequitur Tiraquel.in repeti.l.ſi vnquam.in prefatio. nu.146.verſi.Et in vniuerſum in fi.C.de reuoc.donatio.dicens
18 quòd ſi debitor promiſerit & iurauerit ſe ſoluturum, non poterit vti bonorum ceſſione,ſi in termino non ſoluerit.Et † iſto caſu non poterit etiam abſolutionem ab huiuſmodi iuramento obtinere, cùm abſolutio à iuramento concedi non debeat periuro,quando venit contra proprium contractum iuramento vallatum,vt firmat Federi.de Sen.d.conſi.300. Alex. conſil. 222.Viſa facti.col.2.ſub nu.8.ver.Et ſic ſine dubio.vol.2. Pariſi. conſi.10.Mortuo.nu.94.conſi.43.Prorogationes.nu.16.& cōſil.96.In præſenti.nu.91.vol.1.& ſequitur Aymo cōſi.6. Plura. ſub nu.91.verſi.Secundò reſpondeo.& cōſi.7.Eynimondus.nu. 12.Et hoc caſu ſolus Pepa, & non inferior abſoluere poteſt, vt per Alex.vbi ſupra,& Aymo.d.conſi.6.nu.93.& Pariſi.d. conſi. 96.nu.87 verſic. Non ob.prædictis.Quinimmo dixit Aymo.d.
19 conſi.7.ſub nu.7.ꝙ † quando ſimpliciter abſolutio à iuramento conceditur,non tolluntur vires contractus & reſpectu extinctionis

Source : BIU Cujas

Matthæi Bruni. De ceſsione bonorum.

tinctionis virium iuramenti non poteſt Epiſcopus, immo etiam Papa abſoluere à iuramento in præiudicium iuris tertio quæſiti mediãte iuramẽto nõ ſubſiſtẽte aliqua legitima cauſa, vt tradit Abb. conſi. 12. Vt clarè in vltimo dubio. & conſi. 71. Quinq; dubia col. fi. nu. 9. in 1. par. cum alijs ibi per Aymo. citatis. Qđ ẽt procedit, ſi Papa abſolueret ex plenitudine poteſtatis, quãdo ageret de præiudicio tertij nõ ſubditi ſummo Põtifici in tẽporibus; quia ℘ nõ ſubditũ nõ poteſt Princeps vti poteſtatis plenitudine, vt tradũt Ant. & Imo. in clem. paſtoralis. de re iud. & Soci ſeni. cõſi. 164. Viſa bulla. col. 6. ver. Quartus caſus eſt. & cõſi. 266. In cauſa quæ vertitur. col. 16. ver. Quartus caſus eſt. volum. 2. Idem ſi contra ſubditum vtatur hac priuata poteſtatis plenitudine, cui ex partis iuramẽto, ſeu ex cõtractu iurato eſſet acquiſitum dominiũ, qđ eſt de iure gẽtiũ, qđ Princeps ſine cauſa auferre nõ poteſt, quãuis fuerit per actũ iuris ciuilis acquiſitum, puta per hæreditatis aditionem, aut ſentẽtiã ſm cõem doctorum ſententiam, vt concludit Barth. Socin. conſil 63. Viſis. col. 5. & conſi. 120. Memini. colum. 6. nu. 8. verſi. Aliquando & ſecundò. vol. 3. cum alijs per Aymo. adductis. d. conſi. 7. nu. 10. Non etiam eidem periuro prodeſſe poterit, ſi in eius precibus per inferiorem à ſupremo Principe reſcribatur, ℘ non obſtantibus quibuſcunq; debitor ipſe ad alterutrum beneficium admittatur, ut ſæpiſsimè in ſimilibus precibus talia reſcripta cum dicta clauſula uidimus, eo enim caſu inferiori à Principe ſicut non poteſt ius tertio acquiſitum auferre, vt declarat pulchrè Pau. de Caſt. in l. fi. col. 1. in fi & ibi Ias. in 7. limita. C. ſi contra iu vel vtili. publi. & idem Ias. in l. reſcripta. colum. 1. in fi. verſicus Similiter etiam ſolus ſupremus Princeps. C. de prec. impe. offe. ita etiam non poteſt in eius reſcriptis talem apponere clauſulam, vt inquit ibidem Pau. de Ca. & Iaſi d. l. reſcripta. poſt prin. Alioquin ſequeretur in caſu noſtro, quòd ſi nõ poſſet debitor periurus ab inferiore à Principe directè abſolutione obtinere ab illo iuramento, per indirectum poſſet, ideſt, per dictam clauſulam quibuscunque non obſtantibus abſolui, quod minimè dicendum eſt. Quia per indirectum concedi non debet, quod directè prohibetur. l. fi. C. ſi mancip. ita vẽeat ne proſtitua. & in reg. cùm quid. de reg. iur in 6. Signorol. conſil. 86. Quæſtio. num. 2. & Ias. in l. ſi filiusfa. §. cùm fundũ. colum. 2. verſi. Iſtam doctrinã impugnant. ff. verb. obli. & ita ℘ſoluit Rolã. conſi. 31. Quia præſens. col. 2. in prin. nu. 13. cum ſeq. vol. 2. Contrarium
20 tamen in practica ſeruatur, & non benè per prædicta. Item † bonorum ceſſio prodeſt: quia cedens bona per teſtatorem aliena ri prohibita retinere poterit, item vſumfructum, feudum, & emphyteuſim eccleſiaſticam, quam poſſidebat, ſed earum cõmoditates creditoribus in earum ſatisfactionem conceduntur, arg. l. neceſſario. §. fi. ff. de pericu. & commo. rei vendi. & earum quæ notantur per Doct. & præcipuè per Ale in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. col 7. in prin. nu 17. ff. de dam. infec. & conſi. 19. Super eo. col pe. verſi. Caſum noſtrum. vol 5. An. Rube. cõſi. 164. Circa primũ dubiũ col. fi. in prin. ver Pro reſolutione. & Ruy. cõſi. 176. Primò quærit col. 2. & fi. vol. 1. Bal. in l. 1. col. 3. in prin. verſi. Quæro nunquid ille. & ibi Saly. in 2. col. ad fi. verſi. Sed dubitatur quid ſi poſſideat. C. ti. no. ſequitur Iaſi in d. §. fi col. pe. in fi. ver. Quid autem ſi in ceſſione bonorum. Inſti. de actio. & tradit Aymo cõſi. 213. Ad primũ. nu. 2. vol. 2. & eſt ratio: quia quę plenè acquiri non poſſunt quòd ad commoditatẽ acquirũtur. d. l. neceſſariò. §. fi. & l fi. C de vſufr. Bal. in l. cùm oportet. col. 4. in fi. ver. Quæſtio eſt de feudo. C de bo. quæ libe. Et ratio, quare facta per debitorẽ ceſſione vſusfructus, feudũ & emphyteuſis in creditorẽ nõ trãſit, ſed cõmoditas tantũ, aſſignari poteſt; qa ſi vſusfructus, feudum & emphyteuſis in creditorem transferretur, creditoris perſona quòd ad durationem conſideratur, ſi verò eorũ cõmoditas in creditorẽ trãſit, debitoris perſona inſpiciẽ, vñ mortuo debitore, vel aliter in eius perſona extincto vſufructu, feudo & emphyteuſi, creditor eorum commoditatẽ amplius nõ recipier; quia quandiu in perſona debitoris vſusfru &c, feudũ & emphyteuſis durabit illorum commoditas in creditoris perſonã, & nõ vltra durabit; quia extincto vſufructuario finitur vſusfructus & cõmoditas. §. finitur. Inſti. de vſuf. c. fi. & ibi gl. extra de pignori & c. fi. & ibi gl. 2. extra de pecu. cleri. Operatur ẽt, ℘ ſi quis ex ſocijs mole æris alieni prægrauat bonis ſuis ceſſerit, & ideo propter publica, aut priuata debita eius ſubſtãtia vẽeat, ſoluitur ſocietas. tex. eſt in §. pe. & ibi not. Ias. in addi. ad Chri. Port. nu. 4. Inſti. de ſocieta. Poſtremò bonorũ ceſſio operatur, ℘ compromiſſum ſoluit. not. in l. itẽ ſi vnus. in prin. & ibi Bal. ff. de arbi. per quam l. dicit Bal. in l. fi. in prin. ver. Quid ſi inter pares. C. commu. de lega. quòd bonorum ceſſio coràm arbitratore locum non habet, ſed coram arbitro tantũ.

SVMMARIVM.

1 *Quis poſſit cedere bonis.*

2 *Pater & filius poſſunt cedere bonis etiam quòd filius habeat, vel non habeat caſtrenſe peculiũ, vel quaſi caſtrenſe vel aduẽtitiũ, vel profectitiũ. Peculium legari poteſt ei, qui in peculio nihil habet.*

3 *Pater ℘ male adminiſtrata republica, vel alia cã cedẽs bonis filijs emãcipatis ĩ bonis ℘ eos quæſitis ẽt ex donatione eis per patrẽ facta nõ ℘iudicat. Nec præiudicat in donatione facta filijs in poteſtate conſtitutis ob eorũ merita, maximè ante quàm per patrem debita contracta fuiſſent.*

4 *Executio in bonis filij condemnati, in quibus pater habet vſumfructum etiã durãte patria poteſtate, & etiam in perſona fieri poteſt ſi bonis nõ cedit. Executio in bonis profectitijs filij durante patria poteſtate an fieri poteſt. Filius delinquendo patri præiudicare non poteſt, ſed contrahendo ſic. Filiusfami. carcerari poteſt, ſi bona non cedit.*

5 *Damnatus pro crimine non cedit bonis, ſed luit in corpus, ne delicta impunita remaneant. Mulcta ſi ob paupertatem delinquenti remittitur abſque eo quòd luat in corpus, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, non vexabitur aliter.*

6 *Seruus aut monachus ſi condemnati fuerunt, ex ſententia non obligantur, nec executionem, quę fit in cauſa iudicati patiuntur. Monachus non poteſt cedere bonis, & quando hoc non procedat.*

7 *Filiusfamil. mercator ad carceres euitandos qua cautela vti debeat.*

8 *Filiusfamil. debitor ſi emancipatur, vel ſui iuris effectus eſt, beneficio gaudet, vt non conueniatur niſi in id quod facere poteſt, etiam ſi creditor in maiori paupertate conſtitutus eſſet, niſi decoxiſſet, & in decoctione fraudem & dolum commiſiſſet.*

QVIS POSSIT CEDERE BONIS.

QVAESTIO. III. Princ.

1 QVARTO principaliter quæro, † quis poſſit cedere bonis? Are. §. ſunt præterea. col. fin. verſic. Not. ℘ cuilibet. Inſti. de actio. & Ias. in §. fi. colum. 2. in fi. verſic. Extra glo. eodem titu. dicunt ℘ cuilibet debitori beneficium a lege indultum eſt, vt bonis cedere poſſit, & cedendo carceres
2 aufugiat: Tu dic † ℘ non tantum pater, ſed etiam filiusfam. bonis cedere poteſt, ſiue habeat, vel non habeat peculium caſtrẽſe, vel quaſi caſtrenſe, vel aduentitium, uel profectitium. Nam & patrisfami. qui nihil habet, admittitur ceſſio, ne iniuriam patiatur; quia bona in futurum habere poterit. l. pe. C. titu. no. facit tex. in l. quæſitum. in princip. ff. de pecul. ſecundùm Azo. in ſumma. C. titu. no. prout ei, qui in peculio nihil habet, peculiũ legari poteſt, & legatum propter ſpem quærẽdi valet. l ei quoque. de pecul. legat. Alber. in d. l. pe. Et ideo debitor, qui in bonis nihil habet, ratione ſpei bonis cedere poteſt, cum bona acquirere poſſit ſm glo. in d. l. pe. in verbo. & ſi nihil. quam ibi ſequitur Bald. & Saly. in princ. Et † ſi bonis ceſſerit pater, ex eo ℘
3 male rempublicam adminiſtrauerit, vel alia ex cauſa filiis emãcipatis in bonis per eos quæſitis non præiudicat. l. ſi pater. vbi Barto. Bald. Ange. Saly. & Paul. de Caſtr. C. titu. no. Et ideo filij ſui iuris bona ſibi a patre donata aduerſus patris creditores defendere poterunt, niſi donatio in fraudem creditorũ facta fuiſſet, quæ præſumeretur, ſi poſt contracta debita, vel paulo ante donauerit eis, uel niſi in fraudem creditorum emancipatio facta fuiſſet, quæ non ualet, ita Bald. & Saly. ibi in princip. Et quòd in donatione filiis emancipatis facta dictum eſt, idem dicas in donatione facta filiis in poteſtate conſtitutis tanquã extraneis propter eorum merita, & antequàm per patrem debita cõtraherentur, vt determinat Bald. ibi. quem etiam ſequitur Saly. ibidem. An autem merita præceſſiſſe præſumantur, uel per filios probari debeant? Quia ad materiam noſtram non attinet, remitto me ad not. per Barto. Alex. Iaſo. & Doct. in l. ſi donatione. C. de collatio. & ad Deci. conſi. 20. In cauſa iſtorum fratrũ. quem refert & ſequitur Ripa in primo reſponſo, incip. Peſtiferatus. in fi. in titu. de donatio. cauſa mort. & ad ea quæ diximus in cauſa fratrum de Capellis. conſi. 142. incip. Pro reſolutione
4 dubiorum. in 1. & 3. colum. Si † verò filiusfamil. condemnatus fuerit, durante patria poteſtate executio fieri poterit in illis bonis, quæ habet, etiam ſi pater in illis vſumfructum habeat, non obſtante ℘ illa ſine patris licentia voluntariè alienari non poſſint, vt in l. fin. §. filiis autem. C. de bon. quæ liber. ſecus ſi ex neceſſaria cauſa fieret alienatio, vt not. in d. l. penult. per Bal. Saly. & Paul. de Caſt. in princip. Executio igitur ob debitum filii in eius peculio fieri poterit, & filius ipſe huiuſmodi debitũ de peculio ſoluere poterit, quamuis peculij proprietas ſit patris, ut voluit Bald. in l. ſi filiusfamil. la ſeconda. in princip. ff. ſolu. mat. & non ſolũ in bonis executio fieri poteſt, ſed etiam in perſona ipſius filiifamil. cũ ipſe, ſi bonis nõ cedit, carcerari poſſit, vt per Bald. in ſua margarita. in uerbo. Filiusfamil. & in tract. de carceri. in 2. colum. in princip. ſub num. 4. uerſicu. Quartò quæro. per Ang. & omnes in d. l. penult. & firmat Barto. in l. 3. §. utrum, reprobando ibi glo. in j. colum. uerſicu. Item oppo. & uidetur. ff. de minori. & in l. ſi dubitet. §. filiusfamil. ff. de fideiuſſ. quẽ ſequũtur Doc. vt refert & ſequitur Pariſi. conſi. 94. Spectabiles. col. 2. in princip. ſub num. 8. uolu. j. cum multis concord. ibi per eum relatis. in profectitio uerò decidit gloſ. j. in d l. pen. & ibi Ange. executionem ſententiæ contra filiumfamil. latæ fieri non poſſe, idem ſi ex delicto vel debito patris cõtra ipſum lata fuit ſententia, ut tenet ibi Bald. num. 4. & Maranta in tract. indicia. in vltima parte, in ultimo actu, in 3. quæſtio. princip. num. 27. uerſic. Quartò limita non procedere. Sed Bar. in l. quoties. ff. de noxali.

tenet,

Source : BIU Cujas

tenet,quòd etiam in profectitio executio fieri potest; quia pater sicut ex quolibet contractu de peculio tenetur,ita ex sentẽtia,in qua quasi contrahitur.l.3.§.idem scribit.ff.de pecul. Idem tamen Barto.in d.l.penulti.distinguit, Aut condemnatus est & defensus,ita quòd in iudicio quasi contraxit,& tunc in peculio profectitio executio fieri potest, vt probatur in dicto §. idem scribit. Aut condemnatus fuit vt contumax,& tũc secus,vt plenè consuluit Abb.consi.66.Quanquam multa possent,in secũda parte,quẽ sequitur Aymo consi.39.Proponitur in facto.col. fin.versicu.Pro quo facit.num.12.volum.j.& ita loquitur gloss. in d.l.penulti.Hanc distinctionem sequitur Ange. ibi cum declaratione, si filius ex contractu, vel quasi contractu damnatus fuit,secus si ex delicto; quia patri delinquendo præiudicare nõ potest,vt uoluit Bald.in margarita sua in d. uersicu. Filiusfamil. & in d.l.si filiofamil.prope fi.ibi,secus in criminali, sed contrahendo,vel quasi sic,cùm pater concedendo ei peculium, contrahendi non autem delinquendi potestatem dederit? Eãdem distinctionem tradit Barto.in l.si finita.§. si de vectigalibus. in vlti.colum.versicu.Vel melius etiam si filius condemnatur.ff. de dam.infect.quem ibi communiter sequuntur Doct.& sequitur Paul.de Castr.in dicta l 3.§.si filiusfamil.uersicu. Ex isto tex.
5 ff.de pecul.Sed † quare patri delinquendo non præiudicat? Respond.quia in criminali potius uindicta,quæ ad patrem nõ delinquentem porrigi non debet, quàm pecuniarium commodum,ponderatur, secundùm Bald.in d.l. si filiofamil.circa fin. ff.soluto matrimonio.& quia etiam damnatus pro crimine nõ cedit bonis; Quinimmo cedendo non liberatur, ne delicta remaneant impunita.l.ita vulneratus.§ cùm neque. cum ibi not. per gl.ff.ad l.Aquil.sed luit in corpus.l.j.§.generaliter.ff.de pœnis.& l.fin.ff.de in ius voc.Ioann. Andr.in reg.Peccatum. in j.gl. de regu.iur.in 6.refert & sequitur Ang.in l.4.ff.titu.nost. Interdum tales damnati amore Dei in solemnitatibus natiuitatis & resurrectionis Domini nostri excarcerantur & alibi cuidam Maiestati offeruntur,& per ciuitatem Mitra alba (vt Florẽtiæ) vadunt,vt refert Ange.in l.2.C.titu.nost Interdum ob paupertatem absque eo quòd luant in corpus,mulcta remittitur: vt l. illicitas.§.penulti.ff.de offic.præsi.& isti tales secundùm Ange. in d.l.2.& in d.l.4. quàmuis ad pinguiorem fortunam perueniant,aliter non vexabuntur.Ioann.And.in d.regul.Peccatum. Alberi.de Rosa.in rubr.C.titu.nostro.in ultima quæstio. Bal.in l.fina.ff.de in ius vocan.& Boeri.in decis.349. Quæritur an ciuiliter.columna 2.in princip.uersicu. Ita quòd mulcta.nu.4.Istud
6 † tamen quod in filiofamil. dictum est, nec in seruo,neque in Monacho procedit, ut uoluit Bald.in d.l.si filiofamil. versicu. Secus tamen esset.Quia illi ex sententia non obligãtur,& ideo hanc executionem,quæ fit in causa iudicati, non patiũtur.l.nõ idcirco.§.postea.ff.de iudi.& l.j.C.titu.nostro. & consequenter Monachus bonis cedere non potest.Rota in decisio.237.Not. ℣ Monachus.in antiq.sequitur Felyn.in cap.cùm dilecta.colũ. 20.num.80.versicu.Et Rota dixit.de rescrip. Et hoc uerum esse potest,nisi esset Monachus,qui administrationem haberet; qa ille loco filij emancipati habetur,secundùm Bald.in d.uersicu. Secus tamen esset.In hoc tamen reperio contrarium fuisse decisum in Capella Tholosa.quæstio.313.Item fuit traditus libellus. Sed Aufre. ibi in addit.hæc dicta concordando, quamuis nullam de Bald.mentionem faciat illam decisionem & ibi dicta declarat procedere in simplici monacho administrationẽ, seu beneficium perpetuum non habente,cùm talis absque Abbatis licentia agere & conueniri possit.cap.cùm deputati. & ibi Doc.de iudi.Abb in dicto cap cùm dilecta.in ulti.colum.uersi. Et generaliter cùm quæritur. & ibi pulchrè per Felyn.col.20. versicu.Monachus non agit.Eandem declarationem sentit idẽ Felyn.ibi in 21.colum.versic.Fallit quartò dicta regula.dum inquit,℣ Monachus aliquam administrationem habens agere & conueniri potest, declarat dummodo talis administratio sub se aliquam habeat obedientiam,secus si alicuius villæ, vel possessionis administrationem haberet:ut per Innoc.in cap. edoceri.in fin.uersicu.Item dicimus.extra de rescript. quem sequitur Abb.in d.uersic.Et generaliter cùm quæritur. Nam hoc casu potius quandam custodiam, quàm veram administrationẽ habere diceretur,ideo intellige de Monacho prioratus, aut dignitatis administrationem habente,& non aliter. Sciendũ ta-
7 men est, † ℣ si filiusfam.mercator pro patre fideiusserit, uel cũ eo insolidum se obligauerit,si euitare uelit, ne in carcerem detrudatur,cautela vti debet,quam docet Bald.quem ibi sequitur Saly.in l.si ex alio.C.quod cum eo.Veronen.in cautela 13. Scis ℣ filiusfamil. Alexan in l.si dubitet.§. filiusfamil ff.de fideiuss.& Parisi.d.consi.94.colum.7.in princip.num. 49.uersicu. Et ideo Paul.de Cast.℣ se a patre emancipari procuret; quia quamuis durante pat.po. insolidum teneretur.l.penul.ff.quod cum eo. Paul.de Cast.in l.j.eodem titu.l.tàm ex contractibus.ff.de iudi-
8 per Alexand.in l.qui cum se.in princ.ff.de re iud.Si † tamen postea per emancipationem,vel aliter sui iuris effectus fuerit, illo gaudere debet beneficio,nec excutiatur,nisi eatenus,quatenus facere poterit.l.2.ff.quod cum eo. Quod quidem beneficium fuit summa æquitate inductum,vt tradit Azo in summa.C. eo. tit.in prin.gl.Bar.& alij scribentes in rub.ff.eo. & pulchrè Paul. de Ca.in d.l.2.post Sal.eo.tit.& tradit Pet.de Vnzola in tract.& prati.artis notaria.in rub.De filiosa & vnde dicatur.& hoc procedit etiã si creditor in maiori paupertate constitutus esset, vt habetur per Bal in d.l.2.ad fi. ver. Quartò quæro. C. quod cum eo.& per Ale.in rub.ff.eo.titu.sequitur Parisi.d. consi.94.col.7. vers.Et procedunt ista. & dicemus infra in 13. q. quartæ q.prin. Fallit tamen si filiusfa.decoxisset,& in decoctione dolũ & fraudem commisisset;quia eo casu nec ad cessionis beneficium tan quam eo beneficio indignus, nec ad supradictum beneficium tituli quod cum eo.vllatenus admitteretur: vt pulchrè declarat Parisi.d.consi.94.col.7.ad fi.ver.Nec istis obstabit.& col.pe. versi.Quoniam vt ex verbis.& Mod Anconi.in tractat.de mercatur.sub rubr.de decoctori.in 3.q sub nu.12.& seq.

SVMMARIVM.

1 *Mulier pro ciuili debito an bonis cedere possit, & non cedendo in carcerem detrudatur.*
3 *Mulier pro administratione tutelæ obligata senatusconsulto Velleiano. & omni alij auxilio &c. renunciando,an carcerari poterit,& an hoc in matre procedat.*
3 *Meretrix pro priuato debito carcerari potest, nisi esset coniugata, & quomodo hoc intelligatur.vide etiam nu.5.*
4 *Renunciare quis non potest his, quæ in fauorem publicum introducta sunt.*
5 *Maritus notitiam habens de adulterio per vxorem commisso si non indignatur,præsumitur læno.*

MVLIER AN BONIS CEDERE POSSIT.

QVAESTIO I. quartæ q. Princ.

1 RVRSVS primò quæro,nunquid † mulier pro ciuili. debito bonis cedere possit? Respond.℣ nisi cedat, in carcerem detrudetur, text. est in l.penult. C. titu. nost.in litera.ibi,vtriusque sexus.vbi Bal.& Sal.& idẽ Sal.in l.1.col.2.in fi.ver.quæro nunc quartò.C.eo.Are.in §. fin col.1.versic.Aduertas tamen.& col.3.in prin. versi. Et aduertas quia,& ibi Iaso.in 3.col.in princ.Insti. de actio. Et hoc procedit secundùm iura Codicis,secus de iure hodierno; quia pro debito priuato,vel fiscali nulla mulier regulariter carcerari potest. §.necessarium.in auct.vt nulli iudi.authẽ.Sed hodie. C. de offi. diuer.iudi.& auct.nouo iure.C.de custo.reo. & ita tenet Alexã. in apost.ad Bal.in d.l.1.col.ij ad fin. ver. Quæro cùm in ciuitatibus.& in l.plerique.col.fi.ver.Item illud ff.de ĩ ius voc. Limita-
2 tur † tamen hoc in muliere pro administratione tutelæ obligata,quam senatusconsulto Velleiano & omni alij auxilio &c. renunciando assumpserat,iuxta auct.matri & auiæ. C. quando mul.tute.offi.fungi pot.& §.quia verò multum. in auct. vt sine prohibi.matr.debi.non procedere.Nam huic beneficio renunciasse videtur,ideo tunc mulier carcerari poterit.Bar.in d.auct. matri & auiæ.col.pe.versi.Quæro decimoquintò. & ibi Alex.& idem Bar.in l.si quis sub conditione.col. 5. ver. Vnde puto. nu. 18.ff.de testam.tute.Bar.in tract.de carceri.col.1.Secundò quæro.Ang.in l.quoniam C.de custod.reo.Roma.cõs.118. Quò ad primum.prope fi.versi.Secunda verò pœna.Alex in d. l. plerique.col.fi.ver.Item fallit.nu.12.Maria. Soc. in tract. de citatio. artic.quinto.q17.in 16.fallen.Bart. Soc in d l. plerique.nu.40. versi.Secundus casus,& Iaso.in l.ad egregias.col.2.ad fi. versic. gl.1.diuiditur.ff.de iureiur.in d.l.plerique.col.fi.in princ. versic. Circa primum casum.& in l.fi.in princ.col.2.versi.Adde tu notabilem effectum. ff. si cert. pet. Intellige tamen in matre non procedere;quia mater beneficio gaudet, ℣ non excutiatur in plus quàm facere potest:vt est text. in l.sunt qui in id.in fi.ff. de re iudi ergo carcerari non poterit,& ita tenet Card.Alex. in c.ex parte.col.fi.extra de appel.firmat etiã Bar.& Sal.in d. auct. matri & auiæ.ille in pen.col.nu.13.ibi.& ideo puto.hic in 16.q. & Bar.in d.l.si quis sub conditione,in 5.col.ver.Puto tamẽ. nu. 20.quod priuilegium cessat;quia mulier,non quia mater.& eãdem opi.tenẽt Mod Bono.in §.attingam.nu.65.in pract.crim. quod idem firmant & sequuntur Mod.in addi. ad Mattheſi. in not.108 No.casum quotidianum.ad fi.& Did.Couarru. in 2.li. varia resolu.c.j.sub nu. 3. nisi dolosè mater tutelã administrasset,ob dolum enim priuilegium perderet,iuxta text.& ibi glos. in l.pen.ff.de iure do.& in l.fi.ff.quæ in frau.cre. Nam qui ratione doli conuenitur,non gaudet priuilegio, ne conueniatur vltra quàm facere possit.Veron.consi.9.quidam ex delicto. num. 4.& dicemus infra in 24. q. quartæ q. princi. versi. Et hoc casu respectu doli.sub nu.2.Quò ad aliam verò mulierem in vno tãtum casu puto limitationem prædictam procedere posse, si ex statuti dispositione prouideretur,vt disponit statutum nostrũ Ariminen.sub rub.de tuto.dand.pupil.quòd tutelam non solũ mater & auia,sed & sorores & amitæ assumere possint, hæ eñ cùm beneficium,de quo supra,non habeant, si tutelam assumpserint, pro administratione reddenda carcerari poterunt; Et

hoc

Source : BIU Cujas

hoc idem tenuiſſe videtur Bal.nouel.in tract.de dote in quinto priuilegio ſeptimæ partis.in princ.ibi intellige tamen hoc in
3 alia muliere,quod eſt valde not.Fallit † etiã in meretrice, quæ etiam carcerari poterit.Bal.in l.conſentaneum.col.fi. in princi. verſi.In gl.ad cogendum.nu.46. C.quomo.& quando iud.Ang. in d.l.quoniam.C.de cuſto.reo Bar.in d.tract.de carceri. in 2.q. Iaſ.in d.l.ad egregias.col.2.in fi.verſi Secundò limita.Guid.Pap. in deciſ.256.mulier.& Soc.in d.l.plerique.nu.41.verſic.Tertius & vltimus caſus eſt.niſi in matrimonio copulata eſſet.Io. And. in addi.ad Spec.in tit.de iniuri.& dam.da.in rubr.Barba.in addi. ad Bal.in d.l.conſentaneum.& ibi Alexan.ſub d.nu.46. Iaſ.in d. ver.Secundò limita.& in d.l.plerique.in d.verſ. Circa primum caſum.Bal.nouel.in d.quinto priuilegio. verſic. Præterea videmus,& Fel.in c.paſtoralis.col.2.in fi.nu.8.ver. Subdit hic idem, extra de iudi.Cùm illa etiam beneficio d.authenticæ nouo iure. renunciare non poſſit, vt ibi per eum.& plenè per Hipp. in ſing.248.Conditio mulierum.& Boer. in deciſ. 349. Quæritur
4 an ciuiliter.col.pe.verſi.Reſpectu verò mulieris Ex † quo renũciare quis non poteſt his, quæ in fauorem publicum introducta ſunt.Ius publicum.ff.de pact.gl.magiſtra.in §.quia verò.in verbo ſenatuſconſulto.in authentic.vt ſine prohibi.matres debi.tradit Gozad.conſi.88.Statutum Bononiæ.col. fina.nu.20. ver.Aut aliquid.Ego tamen hanc limitationem de meretrice coniugata intelligo dummodo cum eius viro habitet, Secus ſi à mariti conſortio & habitatione ſeparata luxuriosè viueret, hoc enim caſu haberetur perinde ac ſi nupta non eſſet,& limitatio Io.And.& ſequacium procedit ob honeſtatem matrimonij,& ne marito fieret iniuria,ſi enim more meretricio ſeorsũ à marito luxuriosè viueret, vtique marito non diceretur iniuriam inferri,ex quo hanc ſeparationem ipſe tolerat,& volenti, & conſentienti non fit iniuria.regu.ſcienti.de reg.iur.in 6 cum vulga.Idem intelligo ſi maritus, etiam ꝙ cum ea habitaret, lenocinium tam cùm ipſa, quàm cum alia committeret,vel infa mis eſſet.Nam coniugium hoc caſu nõ obſtaret,quin talis meretrix pro priuato debito carcerari poſſet, vt tradit Caccialup. in tract.de debito.ſuſpec.& fugi.q.5 principali col.4.ver. Septimò quæro vtrum mulier.quod dictum pro ſing.refert & ſequi
5 tur Hipp.in ſing.279.Dixi tibi de quo latè per Gomeſi.in c.mu lieres.nu.13.vſque ad num.25.de iudi. in 6.Idem dico † etiam ſi maritus lenocinium nõ actu aliter,nec expreſsè,ſed præſumptiuè cõmitteret,puta quia de adulterio per vxorem cõmiſſo notitiam haberet:tũc enim ſi de adulterio per eam commiſſo nõ indignatur,præſumitur leno l.mariti lenocinium. ff. de adulte. Bar.in l.1.§.præuaricatorem.ff ad turpilia. Are.in tract.maleſi.in gl.Et ad querelam,verſi.Quæro an & quando.in fi.nu.6. Ferrati.caut.14.Iura ſunt vulgaria.in fi.nu.6.& Neuiza.in ſylua nup. col.13.in prin.Sub verſi.Concluſio ſupraſcriptorum eſt.nu.31.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an bonis cedere poſſit.*
2 *Vniuerſitas clericorum.ſcholarium.fabrorum,pelliparíorum, & ſimilium perſonarum bonis cedere poteſt.*
3 *Eccleſia neminem conuenire poteſt,niſi in quantum facere poteſt.*
4 *Decimam an Eccleſiæ quis ſoluere teneatur,ſi periculum eſſet,quòd eam ſoluendo fame periret.*
5 *Furtum non committit quis,alteri ob neceſſitatem famis ſubtrahendo.*

ECCLESIA AN BONIS CEDERE POSSIT.

¶QVAESTIO II. quartæ q.princ.

1 SEcundò quæro † an Eccleſia bonis cedere poſſit? Videtur dicendum quòd non; quia principalis cauſa, per quam ceſſio introducta fuit, eſt, ne debitor in carceribus detineatur l.1.C.rit.no. Sed eccleſia carcerari non poteſt, ergo &c. Tu dic ꝙ cedere poteſt,vt eſt tex.ſingul.& peregrinus in §.ſi quis autem adiecerit.in auct.vt determi.ſit nu.cler.quẽ tex. allegat Nic.de Neap.in §.fi.Inſt.de actio.quem ibi ſequitur Iaſ. in 3.col.in prin.& illum tex.allegat Roma.ad hoc propoſitum in ſing.565.Quæro an Eccleſia.& Aufre.in addi.ad Capel.Tho loſa.q.136.Item fuit quęſitum an exceptio ceſſionis.Ex quo in-
2 fert Are.in d.§ fi.col.pe.ver.Quæro an cedenti bonis.Quòd † ſicut clericorum vniuerſitas,apud quos ſumma fides & obſeruãtia eſſe debet,vt l.presbiteri. C. de epiſco. & cleri. bonis cedere poteſt,à paritate rationis quælibet alia vniuerſitas ſcilicet ſcholarium,fabrorum,pelliparíorum,& ſimilium, bonis etiam cedere poteſt,allegat.l.4.§.ſi actor.ff.de re iudi.l.fi. & ibi Barto. & Doc.C.de iuriſdi.omn.iudi.l.ſicut.§.1.ff.quod cuiuſque vniuerſi.& l.fi.& ibi Bar.ff. de collegi. illici. quod dictum pro not. ſequitur ibi Iaſ.in 3. col. in prin. ſub nu.10. & ita firmat ante eos Alb.de Roſa.in rub.C.tit.no.in vlti.col.ver.Item quæritur. nu.
3 14. Et † quamuis Eccleſia bonis cedere poſſit, aliquem tamen conuenire non poterit,niſi in quantum facere poteſt, gloſſ. eſt ſing.in c.quicunque.il 1.16.q.7.quem text.in propoſito allegat Abba. in c. cum homines.in pen.q.extra de decimis. Vbi quæ-
4 rit,ſi quis † non recollegit niſi tãtum quantum ſibi pro ſuo & familiæ victu ſufficit, nunquid decimam ſoluere teneatur? arguit pro & contra,tandem concludit ꝙ ille decimam ſoluere teneatur,ſed Eccleſia remittere illi tenetur tãtũ, ꝙ viuere poſſit,cùm Eccleſia de ſuo ei prouidere teneatur tanquàm mater, & omnium animarum cultrix,& dictat æquitas, ꝙ eccleſia nullius miſeriam quærat:Subdit etiam ꝙ vbi tanta eſſet inopia, ꝙ ille fame periret,ſi decimam ſolueret,ꝙ ille ad ſolutionem decimæ non teneatur; quia in huiuſmodi neceſſitate omnia ſunt
5 communia,† & ideo licitè & abſque furti uitio quis de alterius bonis ſubtrahere poteſt: vt nota.in c. ſicut.47.diſtinct. & in c.ſi quis propter,extra de furt.Ex quo ſequitur, ꝙ iſte talis qui decimam ſoluere tenetur, ſi non habet vnde ſatisfacere poſſit Eccleſiæ,beneficio gaudere poterit,ne excutiatur vltra quàm facere valeat,ſed intelligi poſſet, dummodo non ſit quoque Eccleſia in neceſſitate cõſtituta,per ea quæ dicemus j. in 13.q.ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Minor an bonis cedere poſſit,& nõ cedendo capi & carcerari valeat. & nu. 14.19.& 21.*
2 *Infans capi non poteſt,nec etiam verbaliter citari.*
3 *Infans quomodo & qualiter citari debeat.*
4 *Pupillus quomodo & qualiter citari debeat.*
5 *Infans ſeu pupillus ſi citãtur: vt legitimè compareant, ſi contumaces erunt, contra ipſos ad primum decretum procedi non poterit.*
6 *Curator infanti dari non poteſt,ſed quo caſu dari poſſit.*
7 *Impubes doli capax pro ciuili debito capi & carcerari poteſt,ſed in integrũ reſtituitur,ſed contra num 11*
8 *Minor 25.annorum ſecundum decretum patitur,ſed vide num.12.& nu.16.*
9 *Statutum quòd cõtumax pro confeſſo habeatur,locum habet etiã in adulto.*
10 *Impubes doli capax ob contumaciam mulctari, & excommunicari poteſt, ſed in integrum reſtitutionem habet.*
12 *Impubes quis dicatur,& quis adultus.*
13 *Minor pro ciuili debito banniri non poteſt.*
15 *Minor in contumacia conſtitui non poteſt,ex quo ſe ipſum defendere non valet. & num.20.*
17 *Carceratio fieri non põt, niſi ex propria carcerati contumacia in nõ ſoluẽdo.*
18 *Carceratio ex duplici cauſa minori damnoſa eſt.*
21 *Minor ſi eius bona in caſu mercantiæ ex ſtatuti diſpoſitione adminiſtrare poteſt,hoc caſu capi,& carcerari poterit.*

Cautela ad articulandum & probandum ſuper qualitate mercaturæ, per quam minori conceditur bonorum ſuorum adminiſtratio,vt contra ipſum ad carcerationem deueniri poſſit.

MINOR AN BONIS CEDERE POSSIT.

QVAESTIO III. quartæ q. Princ.

1 TErtiò quæro † an minor bonis cedere ualeat? & nõ cedendo contra ipſum ad capturam deueniri poſſit,& in carcere detrudatur? Reſpon. ꝙ contra infantem nullo modo captura decerni poteſt.l.neq; impuberes.ff.de in ius vo-
2 can.Quinimmo † etiam uerbaliter citari non poteſt. d.l.neque impuberes.& l.4.in prin.& ibi Bar.ff.eo.not.in l.j.§.ſufficit.ff.de admi.tuto.tractat Spec.in §.j.ver Item non ualet.in titu.de citatio.& §.j.col.j.uerſic.Et quidem excipitur,in tit. de actore. & in titu.de reo.col.4.in fin.uerſic.Item non poteſt agi contra infantes,quem ſequitur Maria.Soc.in tracta.de citatio. in quinto artic.q.18.num.42.tenet Bald.in c.j.col.pe.prope fi.uerſ.De citatione infantis.de milite uaſal.qui contu.eſt. Vbi ſubdit † ꝙ creditor,qui ab infante ſuum conſequi velit,iudicem adire, & cõiunctos ac infantis affines citari facere debet.l.ergo.ff.ex quib. cau.maio.quod idem ſequitur Aff.in conſti. Regni, incip. Edictorum.col.7.uerſ.Tertia quæſtio eſt.& in deciſ.Neap.262. Fuit in conſi.col.j.in prin.& ſeq.ubi inquit, ꝙ iudex infantem citare non poteſt,ꝙ legitimè compareat,per id quod dicit Ioan.And. in addi.ad Spec.in tit.de reo.col.4.ſub uerſ.Item ſi fiſcus.in uerbo auctoritate,ubi tener, ꝙ ille qui vult alicuius hæredes conuenire, prius diligenter inquirere debet, ſi aliquis hæres eſt infans infra ſeptem annos,& ſi ibi ſit infans, contra ipſum vt hæredem citationem non faciat,ꝙ legitimè compareat:quia citatio nulla eſſet,ſed pro eo tutorem,ſi habet,citari faciat,per text. in d.§.ſufficit.& tenent hoc Barto.& Pau. de Caſtro in l.2 ff.de condi furt.& firmat Bald.in l.donatarum.ad fin.C.de acquirẽ. poſſeſſio.Et ſi tutorem non habeat, agnatos & cognatos citari faciat,ut ad ipſum infantem defendendum veniant:& idem di-
4 cit Barto.in dicto §.ſufficit.Si † uerò maior eſt ſeptennio, citabitur pupillus,ꝙ legitimè compareat. Ioann.Andr.in d.uerſic. Item ſi fiſcus.& Barto.in dicto §.ſufficit.& ſequitur Maria Socin. in d. trac.de citatio.artic. quinto. q.19.nu.43.& articulo 20. quæſtio.19.num.49.Sed hæc opinio communiter damnatur,vt refert Alexand.in d.l.neque impuberes.& Cagno.in l. vnica.§. ſi procurator.colum.7.uerſicu.Conſiderabam aliàs.num.32.ff. ſi quis ius dicen.non obtempe.quia ſi tutorem habet, ille citari debet,ſi uerò non habet,cõiuncti ipſius pupilli ad ipſum defendendum citari debent, vt contumax reddatur pupillus, &

ſic

Source : BIU Cujas

sic contra ipsum ad primum decretum procedi possit, per l. hæc autem. §. primo. & ibi nota. Barto. in fin. ex quibus caus. in pos. catur. cum concord. per Alexand. relatis in l. si ex legati causa. in penulti. columna versiculo. Extra gloss. colligit. ff. de verborum obligatio. & ita consuluit Abba. consilio 43. Ex omnibus. columna prima. versiculo. Sed his non obst. in secunda parte. & ita iudicari vidi, quamuis Moder. Ariminen. in tract. de nullita. process. in vlti. rubri. numero 86. sub versicu. Si verò inhabilis. aliter dicant & nō bene salua eorum reuerentia, cùm per eos allegata in adulto, non autem in infante, vel maiori infante procedant, vt est text. in §. inuiti. Institu. de curato. vt etiam declarat Maranta in suo Specu. in 4. parte in 16. distinctio. numero 27. versicu. Decimooctauò dicitur iudicium nullum. fol. 37. in primis formis. & ita tenet Alexand. in dicta l. si ex legati causa. colum. fina. sub nume. 8. Decis. consi. 449. Visis duobus. columna 3. in princip. numero 11. & 12. & Maria. Socin. in d. tract. de citatio. in 20. arti. quæstio. 19. numero 51. & Cagnol.
5 vbi supra. Et in tantum prædicta sunt uera, quòd † si citatur ille, qui est infans, vel maior infante, vt legitimè compareat, ad primum decretum procedi non poterit. Imo. in l. contra pupillum. & ibi Alexand. ff. de re iudi. & consuluit Abba. d. consilio 43. in j. dubio. Quinimmo si infans citatur, vt legitimè compareat, & sic nulliter, & pro eo tutor compareat, eumque defendit, processus non valebit, quamuis valeat, quando maior infante citatus, vt legitimè compareat & pro eo comparet tutor, & ipsum defendit. secundùm Paul. de Cast. & Alexand in d. l. contra pupillum. in ulti. colum. versicu. Sed Paul. de Castr. dicit. Volens igitur creditor infantem citare, iudicem adire debet & coniunctos, affinesque infantis citare & facere, ac curare, vt illi
6 tutor detur. Nam † curator sibi dari non potest, cùm non detur nisi petenti. l qui habet. §. si pupillus. ff. de tutel. & habetur per Afflict. in dicta decis. 262. Dicit tamen Barto. in l. Fulcinius §. adeo. ad fin. versicu. Fateor tamen. ff. ex quibus caus. in possess. io. ea. quòd si bona infantis peritura essent, vel æs alienum graue immineret, quòd iudex ex eius officio liti curatorem dare posset: quod dictum intelligit Bald. in dicto capitu. primo. col. 5. ad fin. versicu. De citatione infantis. de mili. vasall. qui contu. est, in usibus feudo. procedere dummodo iudex cum consilio coniunctorum infantis curatorem decernat & in subsidium, quando non reperitur tutor. idem sequitur Alexand. in dicto § adeo. mouetur Bal. ibi quia si iudex ex mero officio curatorem, uel tutorem remouere potest, ergo & decernere. l. j. §. exigere. secundo respondeo. ff. de magi. conueni. erit igitur secùndùm eum casus sing. in quo per inquisitionem datur liti curator, contra nota. in dicto §. inuiti. Institu. de corato. mouetur etiam; quia si bonis absentis ad creditorum instantiam datur curator: vt l. ab hostibus. § primo. ff. ex quibus caus. maio. eo-
12 dem modo infanti dari debet, quem certum est haberi pro absente. Item certum est, quòd uentri datur curator respectu eius, qui est in vtero, ergo & infanti. l. j. §. generaliter. cum § sequen. ff. de vendi. in possessio. mitten. Dicit tamen Bald. ibi, quòd nulla lex hoc expresè, & clarè dicit: Et ideo Doct in dicto §. si pupillus. variant, refert tamen Pet. simpliciter tenere, quòd infanti curator ad litem dari nō possit, per text. in dicto §. si pupillus.
13 sed remedium creditorum esse, quòd coniuncti & amici pupilli, quos verisimile est, infantem defensuros esse, citentur, & si defendant, benè est, si uerò non defendant proceditur ad missionem in bonis defuncti ad eorum venditionem, si infans ex cōtractu defuncti conueniatur, per l. hæc autem. in princip. & l. apud Iulianum. §. fina. ff. ex quibus caus. in possessio. ea. Et hoc nedum in infante, uerum etiam in pupillo maiore infante procedit, vt dixi supra, per ea quæ consuluit Abb. dicto consil. 43. in primo dubio. dicens quòd contra pupillum ad primi decreti interpositionem deueniri non potest, nisi prius tutore citato. Si verò pupillus tutorem non habeat, cognati vel affines requirendi sunt, & si qui forte alii sint, quos verisimile est, defensionem pupilli non omissuros, uel per necessitudinem, vel per charitatem, vel alia ratione, vt probatur in d l. hæc autem § nō defendi. cum sequen. Bald. tamen vbi supra ait, considerandum esse, quòd si infans ex contractu conueniatur, oportet quòd in hæreditate se immiscuerit, vt not. in l. si cùm dotem. § transgrediamur. ff. soluto matrimonio. sed hoc absque tutore fieri non potest. l. potuit. C. de iure delibe. ergo &c. Quidam respondent, quòd immixtio. l. 12. tabularum sufficit. vt l. 2. & ibi per Cyn. ff. de cond furti. sed hæc solutio secundùm eum dubia est in se, & in infante extraneo falsa, vnde inquit, quòd supposito casu infantis extranei hæreditas iacens est, hæreditati iacenti dabitur curator. l. debitor. ff. de nego gest. Barto. in l. si bona. ff. de bono. aucto. iudi. possess. & in l. si quis instituatur. § fin. ff. de hæred. inst. alioquin hæreditas iacens tanquam res inanimata latitare non posset, & sic nec secundum decretum pati. d. l. si quis instituatur. in fi. & ita per eademmet verba tradit Marian. Soc. in d. tract. de citatio. ī 5. art. q. 18. Quoniā aūt casu curator pupillo ad litē dari possit, ponit latè Alex. cōsi. 122. Vī j. facie. p totū. uol. j. p Affli. in decis. Neapo. 256. Mater vidua. vbi pulchrè. Are. in § fi. Insti. qb.
mod. tute. fini. & Maranta in suo Spe. in 4. par. in 16. dist. nu. 27. vers. Decimooctauò dī iudiciū nullum. vbi plenè & pulchrè. Redeundo igitur ad propositum nostrum, si infans carcerari
7 non potest, vt dixi, etiam bonis cedere non poterit: Sed † nunquid contra impuberem doli capacem realis citatio committi possit? Bar. in tract. de carceri. in 4. q. tenet pupillum doli capacē pro debito carcerari posse, veruntamē si aliquo casū læsus fuit, in integrum restitui potest, per titul. ff. de mino. Contra quam opin. Caccialup. in tract. de debi. suspect. & fugi. in 5. quæst. principali, allegat Barto contrarium tenentem in d. l. neque impuberes. dicens non posse impuberem pro ciuili debito capi, per illum text. tenet Bald. in l. 1. colum. fin. ante fin. versicu. Quintò quæro, an minor possit. C. titu. not. Et hoc putat Caccialup. esse verius, quam opin. etiam ante eum tenuit, & eam sibi placere dixit Maria. Soci. in d. quinto articu. quæst. 19. versic. Si verò loquitur. Ias. autem in d. l. neque impuberes. primam opin. tenet, quòd pupillus doli capax per tria fundamenta carcerari potest.
8 Primo † quia minor 25. annorum secundum decretum patitur, text. est in l. si minor. ff. de bon. aucto. iudi. possi. & tamen nō interponitur, nisi adsit contumacia. l. Fulcinius. §. 1. ff. ex quibus caus. in pos. ea. apparet igitur, ꝙ minor 25. annis in contumacia esse potest. Secundo per ea quæ not. vult Bal. in l. vnica. colum.
9 14. ad fi. versicu. Iuxta hoc quæro an adultus. C. de cōfes. vbi † tenet statutum disponens, ꝙ contumax pro confessio habeatur, & in banno poni possit, etiam in adulto sibi locum vindicare; quia ex contumacia banniri potest, & fuit originalis decisio (quamuis ipse non dicat) Guido de Suza. in l. 1. ff. si quis ius dicē. nō obtempe. prout refert & sequitur Ioā. And. in addi. ad Spec. in §. restat. versicu. Sed pone pupilli. cum versicu. seq. in addi. magna. in titu. de primo & secundo decreto. Tertio mouetur
10 per ea quæ vult Ang. in d. l. neque impuberes. ꝙ † impubes doli capax ob contumaciam mulctari & excommunicari potest, sed beneficium restitutionis in integrum habet, allegat Spec. in §. fi. in tit. de contuma. prout etiam dicit Barto. in d. tracta. de
11 carceri. in 4. q. Tu verò secūdam opinio. tene, † ꝙ carcerari nō potest, ex quo contumacia vera in minorem 25. annorum cadere non potest, vt infra dicemus, tanto minus in impubere ēt doli capace. Ad primum fundamētum Ias. respondetur, quòd quamuis minor secundum decretum patiatur, carcerationem tamen non patitur; quia missionem non patitur, nec ex eius cō tumacia bonorum venditionem, sed ex curatoris contumacia, & non ex eo quòd ipse sit contumax, sed quia non defenditur, vt inferius declarabo. Præterea contra pupillam ad interpositionem primi decreti, nisi prius citato tutore, deueniri non potest, vt superius dictum est, per ea quæ consuluit Abb. d. consil. 43. in 1. dubio. ergo &c. Ad secundum respondetur, differentiā
12 esse inter impuberem & adultum. † Impubes enim vsq; ad decimumquartum annum dicitur, adultus verò maior est. 14. annorum: vt probatur in l. hæreditatum & ibi not. glo. & Doct. ff. ad l. Falci. in l. qua ætate. in prin. ff. de testam. tradit Saly. in l. mora. in 2. col. ver. Nunc videamus. ff. de vsur. & Ias. post alios in l. si frater. C. qui testam. face. pos. ideo de vno ad aliud non benè infertur, ex eo maximè quia ibi in causa criminali, non autem in
13 debito ciuili loquitur. Cùm iure cautum non reperiatur † adultum pro ciuili causa banniri posse, vt voluit Bal. & Saly. in d. l. 1. col. 2. ver Oppo. sexto. C. tit. no. quamuis ibi gl. dicat, ꝙ loco carceris debitores hodie in banno ponuntur, sed illa glo. ad terrarum statuta respectum habuit, disponentia ꝙ debitores ex publico instrumento, si ad mandata non deuenerint, in bāno ponantur, vt declarat Saly. in d. sexta oppo. & ita intelligitur, qđ not. Bal. in d. l. vnica. C. de confes. Amplius dico ꝙ quamuis tale statutum sibi locum in adulto vindicare posset, non poterit tamen adultus pro confesso haberi; quia requiritur, ꝙ cōrumax sit in dolo vero, non autem in præsumpto, vt dicitur esse adultus, vt tenent scribentes in l. vbi exigitur. ff. de eden. idem dixerunt Bal. Ang. & Ale. in l. 2. col. 1. ff. si quis in ius voca. non ierit. cum pluribus concord. per Roland. relatis consi. 68. Viso processu. col. pe. nu. 31. sub. ver. Vlterius dato. vol. . Ad tertium. per not. per Ang. in d. l. neque impuberes. responderi posse videtur, ꝙ quamuis Ang ibi teneat, impuberem doli capacem carcerari posse, contrarium tamen ipse voluit in l. nemo carcerem. C. de exacto. tribu. lib. 10. Quia si minor 25. annis, qui plus est, quā impubes doli capax, pro priuato debito carcerari non potest, vt infra dicemus, tanto minus poterit impubes doli capax, cùm licitum sit arguere de maiori ad minus negatiuè, non autē affirmatiuè, vt per Cagnol. in l. 2. nu. 38. C. de pact. inter emp. & vendi. per tex. in l. si ex pluribus. ff. de admini. tuto. & Euerard. in sua Centuria, arg. 66. Locus à maiori. Et si id, de quo magis videtur inesse, non inest, nec etiam id de quo minus, & quod maiori nō licet, nō licet etiam minori, tex. est. in c. si ergo. 8. q. 1. & ibi not. per gl. & est bonus tex. in c. si Paulus. & ibi glo. 32. q. 5. cum alijs concord. per Euerard. vbi supra relatis. Et sic concludo, ꝙ impubes doli capax bonis cedere non potest: quia carcerari non valet, & ita concludit Alex in d. l. neque impuberes. nedum in pupillo, sed etiam in adulto. Descendendo modo ad minorem

Source: BIU Cujas

14 rem 25.annis † an contra ipſum ad realem citationem procedi poſſit? Dicit Bald.in d.l.j.colum.fin.verſicu. Quæro an minor. C.titu.no.diſtinguendo,aut eſt pupillus, & bonis cedere nō poteſt,nec etiam pro debito carcerari.Aut eſt adultus, & ipſe etiā bonis cedere non poteſt, niſi ad creditoris petitionem, & cum iudicis decreto,cùm ceſſio ſit vniuerſorum bonorum alienatio.l.& magis puto.§.ne paſſim.ff.de rebus eo. nec carcerabitur,quia per ſe non ſtat,quò minus ſoluat, ſed per ætatis beneficium,quod in carcerem reſolui non debet.l.quod fauore.C.de legi.& ita per eadem verba ſequitur Saly.ibi in vlti.colum. verſicu.Quæro vndecimò, an minor. Quòd autem carcerari non poſſit,probatur ſecundùm Ang in d.l.nemo carcerem. colū.5. verſicu.Ex prædictis.quem ſequitur Roma.conſi.120.Circa primum poſt princip.verſicu.Secunda igitur fuit opin.quia carceratio fieri non debet,niſi cùm quis ſit contumax,ita quòd contumaciter ſoluere ceſſet,& ſic requiritur, quòd contumacia p̄cedat,vt probatur in d.l.nemo carcerem.& expreſſius probatur in d.l.conſentaneum.C. quomodo & quando iudi. ſecundùm
15 vnum intellectum Iacob Butr.& Bal. Clarum autem eſt, † minorem contumacem verè conſtitui non poſſe, cùm ipſe ſe defendere nequeat: vt d.l.contra pupillum.de re iudi.l.ſi minor.ff. de bon.auctо iudi.poſt.cùm & minores.C.ſi aduer.rem iudi.& clariſſimè probatur in l.minor etiam ſi quaſi contumax. cum
16 ſua gloſ.ff.de minori. Quod procedit † etiam ſi minor fuerit per ſuum curatorem legitimè defenſus,quamuis enim ex ſecūdo decreto miſſionem,& bonorum venditionem patiatur, vt d.l.ſi minor.cum ſimili.non tamen carcerationem patietur;qa minor ex curatoris contumacia, non ex eo quòd ipſe ſit contumax,ſed quia non defenditur,miſſionem & vēditionem patitur. vt dict.l.ſi minor.l.pupillus.& l.fin.ff.de priuileg. credito.
17 Sed † carceratio fieri non poteſt,niſi ex propria carcerati contumacia in non ſoluendo: vt d.l.nemo carcerem. quæ propria contumacia in minorem non cadit,cùm ſibi rerum ſuarū adminiſtratio non commiſſa,ideo miſſionem,& bonorum venditionem,non autem carcerationem patitur; quia per miſſionē & venditionem non læditur minor, cùm debitum ſatisfaciat, & ſi læderetur,contra curatorem,qui creditori nō ſoluit, cùm potuit recurrere poſſet.l.3.§. penulti.& fin.ff. de ſuſpec. tutor.
18 Sed † carceratio multipliciter eſt minori damnoſa. Primò: qa per eum non ſatisfit minoris debito.Secundò: quia impoſſibile eſt a curatore per minorem carcerationis damnum recuperari,cùm ſit perſonale damnum.facit.l.ſi quis prouocationem. C.de appella Quare.concludit Ange.in dict.l.nemo carcerem.
19 ſub dubio tamen.Quòd † minor 25.annis pro debito carcerari non poſſit,Quia in minore iure cautum non reperitur. ideo cogitandum reliquit Ange. ibi. Eandem opinio. conſulendo tenuit Thom.Doctius Senen.allegando Ange.& Roma.vbi ſupra. Nam ad hoc vt quis carcerari poſſit,contumacia requiritur
20 dict.l.conſentaneum.Minor † autem in contumacia verè conſtitui non poteſt.d.l.minor etiam ſi quaſi contumax. cum glo. & ibi declarat Bart. ergo &c. Aduertendū tamen eſt,quòd deciſio Bald.de qua ſupra,ſatis dubia videtur, quamuis fauorabilis ſit,& præſertim quando minor bona non haberet, quæ ad alienationem iudicis decretum requirerent vt dicto §. ne paſſim & per totum titu.ff.de rebus eo.& C.de prædi.mino. Vnde
21 ex prædictis cautela ſumi poſſe videtur,quòd † ſi ex forma ſtatuti minor bona ſua adminiſtrare poſſit,ex eo q̄ fortè mercaturam exercet,vel quid ſimile,q̄ hoc caſu a ceſſante prædictorum ratione realiter citari & carcerari poſſet, hoc tamen caſu creditor cautus eſſe debet, vt articulos & probationes de illa mercaturæ qualitate faciat,per quam minori rerum ſuarum ad miniſtratio conceditur, vt minoris carcerationē obtinere valeat & cautela hæc procedit etiam retenta. Bald. & Ange. opinione,de qua ſupra,de quo tamen ſatis dubito, vt dixi, præſertim ſi minor ſolummodo bona mobilia, aut ſe mouentia, vel iura,& actiones,& non immobilia poſſideret, ex quibus mobilibus,iuribus & actionibus ipſe minor ſatisfacere poſſet, & etiā hoc caſu bonis cedere,& ideo videtur q̄ carcerari poſſit. Item quia ſi immobilia haberet,ſibi prouidere poſſet inſolutum dādo cum iudicis decreto,vel etiam bonis cedendo cum auctoritate & decreto iudicis & alijs ſolemnitatibus requiſitis, & ideo imputandum ſibi videtur, & conſequenter citari realiter & carcerari poſſe videtur.Cogita tamen.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad factum an bonis cedere poſſit.*
2 *Maritus & vxor compelli poſſunt,vt in vnum redeant & ſimul cohabitent,nec intereſſe præſtando libera ntur.*
3 *Obligatus ad votum præcisè ad illud exequendum compellitur, nec ſufficit intereſſe præſtare.*

OBLIGATVS AD FACTVM an bonis cedere poſſit.

QVAESTIO IIII. quartæ q. Princ.

1 Quartò quæro, nunquid † obligatus ad factum bonis cedere valeat.Cyn.in l.1.quæſt.2.C. titu.no. diſtinctionem ponit.Barto. verò in l.is qui bonis. §. Sabinus. ff. eodem.refert,quòd quando lex dicit,quem præcisè teneri, iuxta nota.per gloſſ. & Doct. in lege ſtipulatio.§. habet.ff.de nou. oper.nun.& per eundem Bar.in l. ſtipulationes non diuidūtur. ff.de verbo.obl.ad ceſſionem non admittitur. Albe.de Roſa.in rubr.C.tit.no.col.j.verſi.Item quæro,nunquid debitor.ſimiliter Cy.ſequendo diſtinguit,aut debitor ad factum ad intereſſe cōuenitur,& tunc inquit prout in obligato ad dandum, quòd bonis cedere poteſt.d.l.j. Aut ad factum conuenitur,& tunc ſi factum tale eſt,à quo intereſſe præſtando,liberatur, quod eſt, qñ perſonæ induſtria electa non erat,& tunc quia intereſſe præſtādo liberatur,bonis cedere poteſt.Si verò perſonæ induſtria electa erat,tunc cedendo non liberatur,rationem diuerſitatis ibi aſſignat;quia in primo caſu creditori conſulitur; quia de bonis ſibi ſatisfieri poteſt,ſed vbi ad tale factum obligatus eſt, quod per alium expediri non poteſt, & ſic ſi bonis cederet, & bonis ſatisfieri non poſſet,tunc ad bonorum ceſſionem non admittitur,ſed ad factum etiam eum in compedibus retinendo præcisè compellitur,ſicut de ſcriptore notatur in d.l.ſtipulatio. §. ſiue.de no.oper.nunc.& habetur per Spec.in §.j.col.antepenult. verſi.Item eſt beneficium.in titu.de renuncia. & concluſio. & pro hoc allegat tex.in l.vnica.§.ne autem. C.de cadu. toll.& in l.propter.C.ti.no.Eandem diſtinctionem tradit Bal.in §.fi.col. penul.verſi.Secundo quæro.Inſti.de actio. Bar. in d. §. Sabinus. hanc de electa perſonæ induſtria diſtinctionem redarguit per ea quæ ipſemet latè ſcribit in d.l.ſtipulationes non diuiduntur. in 8.q.vbi Ale.& Iaſ.in penul.col. ſequuntur eum. Idem tamē Alber.in l.qui bonis.in prin.ff.tit.noſt.dicit,q̄ ſi ad factum prēcisè compelli poteſt,ad ceſſionem non admittitur, ſecus ſi nō poteſt,& ad notata per eum in d.§ ſiue.vbi de hoc plenè, ſe remittit Ioan.Fab.quem ſequitur Iaſ.in d.§.fi.col.3.in prin. verſi. Tertiò fallit.Inſti.de actio.inquit, quòd quando quis eſt ad factum obligatus,ad ceſſionem non admittitur, nec cedendo liberatur,rationem adducit; quia cauſa per quam quis cedendo liberatur,eſt impotentia ſoluendi,vbi ergo quis ad factum tenetur,talis impotentia ceſſat;quia facere poteſt,ergo cedendo nō liberatur.Nec ſecundùm eum dicatur, q̄ ad factum obligatus intereſſe præſtādo liberatur,hoc enim ſecūdum eum procedit, vbi illud præſtari poteſt,ſecus ſi nō poſſet. l. in ſtipulationibus. §.fi.& ibi Doct.de ver.oblig Tu dic,q̄ ad factum obligatus bonis cedendo nō liberatur,vt in ſcriptore tenuit Bal.in d.l.1.col. 2.verſic.Quæro an obligatus.& ibi Saly.in 2.colum.in fin. ver. Quæro quintò.vbi hoc eſſe verum limitant, ſi obligatus faciēdi facultatem habet,alioquin ob impoſſibilitatem & impotentiam ad deuenitur,& ſic impoſſibilitate attēta ad factum obligatus ad bonorum ceſſionem admitteretur conſiderato intereſſe,quod ob non faciendi impoſſibilitatem præſtari debet,& ſic creditor tot de bonis ſuis,quantum eius erit intereſſe factū non præſtari,accipiet,& ita reſtringit Io. Fab. vbi ſupra, quem ibi etiam ſequitur Iaſ.in d.verſicu. Tertiò fallit.

Aduerte tamen, quòd dum Bartol. in d. §. Sabinus. inquit, quod vbi lex dicit, quem ad factum præcisè teneri; tunc non admittitur ceſſio, ſed præcisè compelli poteſt,non videtur benè dictum pe regulam illam, quam tradit idem Bartol. in d.l. ſtipulationes non diuiduntur.quem ibi ſequuntur omnes in 8. quæſt.ſecundæ partis,quòd ad factum obligatus ex legis diſpoſitione ſemper præcisè facere tenetur, quamuis hoc expreſsè non dicat. Pro hoc adduco notata per Abba.in cap.1.in vlti.
2 nota.de ſponſali. vbi tenet † quod maritus, vel vxor præcisè compelli poteſt,vt in vnum redeant,& ſimul cohabitent, nec intereſſe præſtando liberantur,quia ex diuina & humana lege ad cohabitationem obligantur,& ibi Bartol.allegat in d.l. ſtipu
3 lationes non diuiduntur. Adduco etiam facere † quòd in voto præcisè compellitur obligatus ad votum exequendum,nec intereſſe præſtari ſufficit. cap. quod ſuper his.& ibi Abba. in 1. nota.extra de voto.rationem aſſignat;quia iure diuino quis ad votum obligatur.c.licet.extra eo.& habetur per Profetam Regium pſalmo 75.dicentem,vouete & reddite Domino Deo veſtro &c. & pſalmo 115. Vota mea domino reddam &c. Cùm ergo talis facti obligatio à lege inducatur, illa abſque eo quòd exprimatur,ad factum præcisè eſſe dicitur,& ſic ad factum præcisè compellitur,nec intereſſe præſtari ſufficit.

SVMMARIVM.

1 *Mercatores falliti an ceſſionis bonorum beneficio gaudeant.*
Mercatores falliti appellantur cedentes foro & fraudatores, & ſunt infames & infamiſſimi.
Mercatores falliti creditoribus laniandi tradi debent.
2 *Statuta,quòd mercatores falliti creditoribus dentur lacerandi, valent.*
3 *Beneficium ceſſionis eſt miſerorum ſubſidium, & non doloſorum præſidium.*
4 *Mercatores falliti,qui à communiter accidentibus deceptores & fraudatores ſunt,non excuſantur ob aduerſam fortunam & dilatione quinquennali non gaudent.*

5 *Debito-*

Source : BIU Cujas

5 *Debitores omnia eorum bona in fraudem creditorum ſtudioſè dilapidantes beneficium ceſſionis non habent.*

Debitor omnia eius bona, vel maiorem partem alienans præſumitur ſe dolo & fraude inopem factum.

Idem ſi in peditionis ludo, vel in meretricibus bona conſumpſit, vel poſteriores creditores prioribus præpoſuit.

6 *Receptans mercatorem fallitum in eius domo, an illum indicare tenеatur & creditoribus exhibere, vel ad intereſſe teneatur, ſi bona falliti non ſufficiunt.*

MERCATORES FALLITI AN BONIS cedere poſſint.

QVAESTIO V. quartæ q. Princip.

1 Quinto quæro,, nunquid † mercatores falliti, quos Barto.in l.ſingularia.columna ſexta. verſicu. Ego dico cāpſori.& ibi Purpura. numero 93.ff. ſi certum petatur, vocat cedentes foro & Bal.conſi.382. In quæſtione. M.col. fin. circa fi. verſicu.Item ſi fallitus.ſub numero 19.volumine 5. fraudatores appellat.de quibus etiam mentionem fecit Boeri. in deciſ.215. Incarceratus pro delicto.in princip.ceſſionis beneficium habeant.Bald.conſi.400. In libris Theſaurariæ. colum. 2.in princip verſicu.Item quia ſunt. numero 4. volumi. 5.dicit ꝙ cùm iſti infames & infamiſſimi ſint, (qui more antiquiſſimæ legis 12.tabularum creditoribus laniandi tradi non deberent, vt voluit gl.fi.ī l.fi.C.tit.no.quæ niſi cauſa deceptionis & furādi dicāt reddere res acceptaſſe minimè poſſe, tamē in hoc cōmuniter damnatur, vt refert Afflict.in deciſ.378. Quidam debitor ſupplicauit.numero ſecundo.ſed Bald.ibi in ſecunda columna in princip.verſicu. Quid de fallis mercatoribus. numero 4.

2 inquit † valere ſtatutum contra tales cum pecunia aufugiētes, ꝙ creditoribus dentur laniandi, quod declarat Salyc.ibi in fin. contra dolosè fugientes non ex fortuna procedere, vt etiam conſuluit Pariſ.conſilio 94.Spectabiles.colum. penul. in princ. numero 60.volumine j.& latè Mod. Anconi. in tract. de mercatu.in 3 parte ſub rubric. de Decoctori. ceſſionis beneficium,

3 quod † eſt miſerorum ſubſidium non doloſorum præſidium, ob eorum dolum non habent.vt not.in l. fina. in fin. ff. quæ in fraud.credi.& in l.penulti.ff. de iure dotium. & tradit Boeri. in deciſ.349. Quæritur an ciuiliter.colum.10.verſicu. Et iſta opin. & in d.deciſ.215.columna 3 in princi.verſicu. Adeo quòd propter. Ruyn.conſi.90. Viſa locatione.columna 9.in fi.ſub nume. 13.verſicu. Ex alio quoque.volumi.j.& Plot.in repeti.l.ſi quando. numero 179. verſicu. Sic & contractus.C. vnde vi. Plus in-

4 quit Bald.d.conſi.382.in fin. numero 20. Quòd † cùm a communiter accidentibus falliti ſint deceptores & fraudatores, omnibus ineſſe præſumitur, quod quaſi omnibus eſt commune, nec ob aduerſam fortunam excuſantur, & tales etiam quinquennalis dilationis beneficio non gaudent, vt concludit Boc. in dict.deciſ.349.colum.8.in fin.verſicu. Nec per conſequens. & colum.ſequen.de cuius veritate infra in 27.quæſtio.principa-

5 li.patebit. Ex ſupradictis infertur, quòd † omnes debitores, qui ſtudioſè omnia eorum bona in fraudem creditorum dilapidauerunt, ita vt aliqua non reperirentur, debent in carceribus detrudi & ceſſionis beneficium non habent d.l.fin.§.fi. & ibi glo. & Barto.ff.quæ in fraud.credito. & idem Barto.in l.alia.§. eleganter.ad fin.ff.ſoluto matrimonio.Bald.in d.l.j.colum.2. verſi. Quæro vtrum ille.& colum.fin.verſicu. Iſta autem renunciatio.C.titu.no.Vbi exemplificat in eo, qui dolo & fraude factus eſt inops & præſumitur, ſi omnia bona ſua, vel maiorem partē alienauit.l.omnes.§. Lucius.ff.quæ in fraud.credi.ſiue ſimul & ſemel, ſiue interpolatis vicibus: vt l.nomen.§.filio. de lega 3.vel bona ſua in perditionis ludo conſumpſit: vt l. ſi quis cùm ſciret.ff.de vſuca.pro empto.vel in meretricibus, quæ perditorum animas deuorant: vt l.j.C.de natu.libe.& dicemus infra in 28. quæſtio.vel priorib. creditoribus poſteriores propoſuit, quod facere non debuit, cùm pro rata ſolui debeat, vel ſecundùm prius & poſterius ſi habent hypothecas, niſi ex legis, vel ſtatuti diſpoſitione ſoluens hoc faciat: vt l.fi.§.& ſi præfatam.C.de iure delibe.& iuxta ea quæ conſuluit Paul.de Caſt. conſi.179. Viſo puncto ſupraſcripto & allegationib. volumine ſecundo.in nouiſſi.prout infra dicemus in 21.quæſtio.princip. & ita tenet & proſequitur Salyce.in dict.l.prima.colum. fina. verſicu. Sed iuxta hoc moueo. Areti.in §.fin.in princip. verſicu. Nonò prædicta regula. Inſtitu. de actio.& Vital.in tract. clauſula. ſub rubri. An poſſit renuncia.benefic.ceſſio.bonorum, columna ſecunda. ſub numero 4. & dicemus infra in 48. quæſtione. Sed

6 † quid ſi talem fallitum fugientem in domum meam receptaui, an illum creditoribus indicare & exhibere, vel ſaltem ad eorum intereſſe tenear? Bald.conſilio 382. columna penulti. in princip.verſicu.Subſequenter eſt videndum.tenet, quòd illum indicare non teneor & minus ſecundùm Gerard.in ſing. 17? Diligenter not.vnum exhibere, ſed ad intereſſe teneor, ſi fallitus ſufficientia bona pro creditorum ſatisfactione non haberet, vt ibi per eum in fin.

SVMMARIVM.

1 *Hæres hæreditatem adiens non confecto inuentario an ceſſionis beneficium habeat.*

2 *Debitor ſi poſt ceſſionem deceſſit & eius hæres hæreditatem adiuit non confecto inuentario an inſolidum teneatur, vel vti poterit ceſſionis exceptione.*

Hæres inuentarium non conficiens creditoribus vltra vires hæreditarias tenetur, & quomodo hoc procedat.ibidem & nu.11.

Hæreditas tranſit ad hæredes cum ſua cauſa, ſuiſq; vitijs. eod.nu.2.

3 *Debitor non habens vnde ſoluere poſſit, carcerari non poteſt, ſi vult cedere bonis.*

Debitor ſi poſt ceſſionem ad pinguiorem fortunam peruenerit, non conuenitur niſi in quantum facere poteſt.

Hæres eadem perſona cum defuncto cenſetur.

4 *Delictum in committendo maius eſt, quàm in omittendo.*

Conditio hæredis & defuncti inæqualis eſſe non debet.

5 *Debitor ſi in id quod facere poteſt, condemnatus eſt, an eius hæres idem beneficium habebit.*

6 *Filiusf.ſi per imperitiam tulit ſententiam, quo caſu nō tenetur vltra quàm eius patiantur facultates, an eius hæres non confecto inuentario idem priuilegium habebit.*

7 *Hæres non confecto inuentario allegare non poteſt tot & tanta eſſe in hæreditate bona & illa non eſſe ſoluendo, ſecus ſi confecto inuentario.*

8 *Beneficium quod datur certis perſonis vt non teneantur vltra quàm facere poſſint, non tranſit in hæredem, nec in fideiuſſores.*

9 *Beneficia perſonalia ad hæredes non tranſeunt.*

10 *Beneficium reſtitutionis in integrum quò ad quædam perſonale eſt, quo ad quædam reale dicitur.*

11 *Hæres in foro pœnitentiali non confecto inuētario, vltra vires hæreditarias non tenetur.*

HAERES NON CONFECTO inuentario an bonis cedere ualeat.

QVAESTIO VI. quartæ q. principal.

1 SEXTO quæro, nunquid † hæres, qui nō cōfecto inuētario hæreditatem adiuit, ceſſionis beneficium habeat? Reſpō. quòd non; quia in eo dolus, & bonorum ſubtractio præſumitur §.ſancimus.in auct.de hæredi.& falcid.Bal.conſi. 382.In queſtione.M.col.fi.ad fi.ver.Item ſi fallitus. nu. 9. vol. 5. Idem ſi rē aliquā furto ſubtraxit.l. non dubium.C. de leg. Bal. in l.1.col.2.in prin.ver.Quæro an hæres.C.ti.no.& ſequitur laſ. † talios in §.fi.col.2.uerſi.An autem ille. nu. 8. Inſti. de actio. B 1.verò in l.1.col.6.poſt prin.nu.29.verſi.Quæro ſi cedens.; C. de iure fiſci.lib.10.voluit, ꝙ hæres indiſtinctè teneatur de eo qđ ad eum peruenit, allegat.l.pe.in fi. ff. quæ in frau. credi. Sed voluit allegare gl.in l.fi.in fi.eo.ti.ſed illa opi.nō tenetur, vt ibi in

2 d.gl.Sed † quid ſi debitor poſt bonorum ceſſionem deceſſit,& eius hæres nō cōfecto inuentario hæreditatem adiuit, creditoresq; ab eo petunt, vt totum ſoluat, an inſolidum teneatur hæres,& ad ceſſionis beneficium nō admittatur, an verò vti ceſſionis exceptione poterit, vt defunctus poterat? Videbatur dicē dum, ꝙ inſolidum teneatur,& ceſſionis beneficium nō habeat per ea quæ dicta ſunt ſupra, cùm etiam hæres de iure digeſtorū & Codicis inuētarium nō cōficiēs creditoribus vltra vires hęreditarias teneatur.l.quæ dotis ff.ſol.matr.& l.fi. §. ſi prefatam. & §.ſi verò poſtquam C.de iure delibe.& § ſi verò non fecerit. in auct.de hęredi.& Falci.cum concord.per Boer.relatis conſi. 53.Sępe.col.2.nu.3.Bal.verò in l.fi.in fi.C.tit.no.quem refert & ſequitur Soci.in trac.fallen.in uerbo Hęres inuentarium nō cō ficiēs.in 7.fallen.cōtrarium determinat, dicēs quòd ad totum nō tenetur; quia licèt inuentarium non fecerit, habet tamē defuncti beneficium; quia cum ſua cauſa, ſuiſq; uitijs trāſit hęreditas, nec in plus tenetur hęres, quàm defunctus,& beneficia per defunctum adepta ad hęredes tranſeunt, & eis tam in agēdo, quàm in excipiendo competunt, eandem opi.tenet Bal.in d.l. 1.col.5.in fi.nu.23.uer.Quartò ponitur caſus.& uer.ſeq.nu. 24. C.de iure fiſci.li 10. Quę opi. confirmari uidetur. Nam certum

3 eſt, ꝙ † ipſe principalis debitor ſi nō habet, unde creditori ſatisfacere poſſit, carcerari nō poteſt, ſi uult cedere bonis.d.l.1.C.ti. no.& ſi bonis ceſſerit,& poſtea ad pinguiorem fortunam peruenerit, conueniri nō poteſt, niſi in quantum facere poteſt, iuxta.l.qui bonis.ff eo.& l.ex contractu.& ibi Doc.C.de bo.aucto. iudi.poſ. idem ergo erit in hęrede, cùm eadem perſona cū defuncto cenſeatur.§.1.in auct.de iurei.à moriē. pręſti. cum uulg. & maior uidetur eſſe ratio in hęrede, quòd in quantum facere poteſt, cōueniri debeat, quàm in defuncto, qui cum creditoribus contraxit, & non ſoluēdo, immo bonis cedendo quaſi deliquit, hęres autem omittendo delinquit ex eo quòd inuentarium facere neglexit.Sed † maius delictum eſt in committēdo,

4 quàm in omittendo.l.ſeruum. de uer. obli. Roma. conſi.330. Circa primum.col.pe.circa fi.nu.23.Et ſi uiueret defunctus, &

ceſſiſſet

Source : BIU Cujas

ceſſiſſet bonis, & de nouo facultates & bona acquiſiuiſſet, non teneretur, niſi in quantum facere poſſet. dicta lege qui bonis. & dicta lege ex contractu. ergo nec etiam hæres. Quia defuncti & hæredis conditio inæqualis eſſe non debet, & ex perſona hæredis obligationis conditio non mutatur. lege ſecunda. §. ex his. de verborum obligatio. Afflict. in deciſ. 153. Venditur domus. ſub numero 4. His tamen non obſtantibus contrariam opinio. tenet Salyce. in dicta lege prima. in fin. C. titulo no. qui mouetur per tex. in dicto §. ſi verò non fecerit. vbi præſumptio eſt, quòd hæreditatem opulentam, & ſoluendo hæres inuenerit, & hæreditaria bona ſuppreſſerit, & ſic præſumpta pinguendo exceptiones prius ab inopia cauſatas ceſſare facit, & hæc ratio ſecundùm eum fortis eſt, nihilominus cogitandum relinquit. Ego verò pro huius opinionis confirmatione contra Bald. eundem Bald. adduco in lege ſecunda, verſicu. Tertiò
5 quæro. C. quod cum eo. vbi quærit, † condemnatus eſt aliquis in quantum facere poteſt, nunquid eius hæres idem habebit beneficium? Arguit quòd ſic; quia licet non ſit de ſe tranſitorium hoc beneficium, argumẽ. lege verum. §. primo. ff. pro ſoc. propter ſententiam tamen fit ei tranſitio, quaſi nunc ex iure ſententiæ, non ex iure contractus agitur, argumen. lege tertia. §. idem ſcribit. ff. de pecul. contrarium tamen determinat, ne condemnato, vel eius hæredi condemnatoria proſit, argumen. l. euidenter. ff. de exceptio. rei iudica. ſecundùm Nicol. de Matta. & aliam rationem adducit ſecundùm eum ſubtiliorem; qa quamuis iſta verba ſint in ſententia declarata, iſtud tamen eſt iuris beneficium, & non ſententiæ: vt lege miles. §. primo. ff. de re iudica. & ideo ad hæredem non tranſit, quia perſonale, argument. l. non ſolum. §. ſi puellæ. ff. de ritu. nupt. & lege quia tale. ff. ſoluto matrimonio. Eundem Bald. etiam adduco in auctent. ſed cum teſtator. in fin. verſicul. Item extra quæro. C.
6 ad legem Falc. vbi quærit, † filiusfam. per imperitiam tulit ſententiam, eius hæres inuentarium non fecit, certum eſt, quòd filius non tenetur, niſi in quantum bono viro æquum videbitur, ideſt, non tenetur vltra quàm filii facultates patiantur inſpecto ſententiæ tempore. lege ſi filiusfamil. ff. de iudic. Paris de Pute. in tractat. de ſindic. in verbo iudex malè iudicans. columna tertia, numero ſeptimo verſicu. Iudex qui iudicauit per imperitiam, & tradit Deci. conſilio 8. Viſo puncto. in fin. numero 10. nunquid eodem modo eius hæres tenebitur, qui inuentarium non confecit? Reſpon. Bald. quòd non, ergo inſolidum tenebitur, & ſic ad ceſſionis beneficium propter non confecti inuentarij dolum non admittitur. Adduco etiam,
7 † quòd hæres allegare non poteſt tot & tanta bona eſſe in hæreditate, & illam non eſſe ſoluendo, niſi inuentarium confecerit: vt declarat Alexand. & Docto. in lege ſi conſtante. in princip. columna ſexta, verſicu. Tertiò reſpondet. ff. ſoluto matrimonio. & Iaſ. in lege fina §. licentiam. columna j. in fin. verſicu. Ego omiſſo. C. de iure delibe. vbi inquit, quòd quamuis vera & communiter approbata ſit gloſſ. in lege cùm de lege. ff. de probat. quæ voluit, quòd probare volens defuncti facultates non eſſe ſoluendo, ſufficit quòd dicat tot bona eſſe in hæreditate & non plura. Nihilominus intelligitur, quando præſumptio cum eo ſic aſſerente concurrit: prout patet in text. dicto §. licentiam. Ex quo enim hæres ſolemniter inuentarium fecit, præſumptio eſt, quòd plura non ſint in hæreditate bona, & tunc probatio per modum prædictum ſufficit, & ita tenet & proſequitur Alcia. in tract. de præſumptio. in 20. præſumptio. tertiæ regulæ. Si ergo inuentarium non fuit confectum, per hæredem allegari non poteſt hæreditatem non eſſe ſoluendo, immo niſi contrarium probetur, ſoluendo eſſe præſumitur nõ confecto per hæredem inuentario, & ideo concludendum videtur, quòd non confecto inuentario hæres ceſſionis exceptionem opponere non poſſit: & contra Bald. tenet Alexand. in d. l. fin. §. & ſi præfatam. poſt princip. verſicu. Alius eſt caſus. nume. 4. C. de iure deliber. dicens, quòd hæc opin. Bald. eſt contra text. in l. ſciendum. ff. de re iudica. & in lege maritum. cum l. ſequen. ff. ſoluto matrimonio. Non ob. adducta per Bald. quia per ipſum allegata eius intentionem nõ probant; fateor enim, quòd in integrum reſtitutionis beneficium, quod minori defuncto
8 competit, in hæredem tranſit, † ſed beneficium, quod certis datur perſonis, vt non teneantur, niſi in quantum facere poſſunt, de quibus meminit Iuriſconſultus in lege ſunt qui in id. cum duabus legibus ſequen. ff. de re iudica. in hæredes non tranſit: vt d. l. maritum. & ibi Alexand. poſt alios in princip. nec in fideiuſſores, immo ipſi inſolidum tenentur, vt eſt tex. expreſſus in dicta l. ſciendum. in l. & ſi fideiuſſor. eodem titu. de re iudic. in l. ſed & ſi ex parte. §. ſoli autem. ff. quod cum eo. & in le. verum. §. primo. ff. pro ſoci. vbi apertè probatur, quòd hoc beneficium hæredibus non competit, nec ſucceſſoribus illius, cui tale beneficium competebat, ratio eſt; quia hoc eſt beneficium perſonale, vt dicit text. in dict. l. verum. §. j. & gloſſ. in dicto §. ſo-
9 li autem. Beneficia † autem perſonalia ad hæredes nõ tranſeũt. d. l. quia tale. & l. eum, cum ſimil. ff. de priuile. beneficium † autem reſtitutionis in integrum quò ad quædam perſonale eſt, vt in caſibus in quibus ad fideiuſſorem non trãſit, quò ad quędam reale dicitur, vt quò ad tranſmiſſionem ad hęredes: vt l. minor. §. fi. ff. de minor. & l. non ſolum. ff. de in integr. reſtitu. ſecundùm Bar. in l. fi. ver. Sed contra hoc. C. de fideiuſſ. mino. & eſt ratio ſecundùm Bal. in l. j. eo. tit. quia hęres perſonam principalem in eadem obligatione repręſentat, fideiuſſor verò non, & ſi quis eſt ibi reſpectus, in diuerſa eſt obligatione; quia à principali diuerſa eſt fideiuſſoris obligatio. At in caſu noſtro beneficium, quod defuncto competebat, qui bonis ceſſit, tale erat, q̃ conueniri non poterat, niſi in quantum facere poteſt: ut d. l. qui bonis. & d. l. ex contractu. ergo ad eius hęredem tranſire nõ poteſt, ergo non confecto inuentario in foro iudiciali conue-
11 nitur, non in id quod facere poteſt, ſed in integrum, ut inquit text. in d. l. ſciendum. quod tamen in foro pœnitentiali ſecus di cendum eſt, † in quo hęres ultra vires hęreditarias non tenetur, quamuis inuentarium non confecerit, ſecundùm Io. And. in c. quanquam. de vſur. in 6. in nouel. ſuper gl. in verbo dicebat. & in addit. ad Spec. in §. dicto. in ver. Nunc dicamus de inuentario. in add. incip. an in foro conſcientię. in ti. de inſtrum. edi. quem refert Ang. in rub. ff. de acquir. hæredit. & in l. more. eo. ti. & in l. j. §. hęc ſtipulatio. col. 2. uer. Sed in foro conſcientię. nu. 3. ff. ſi quis plus quàm per l. Falci. cum alijs citatis per Boer. d. cõſi. 53. nu. 3. cum ſeq. & ita contra Bal. concludendum puto.

SVMMARIVM.

1 *Debitor qui non moleſtatur ab eius creditoribus an bonis cedere poſſit.*
2 *Beneficium ceſſionis eſt miſerabile, & ſubſidiarum auxilium inuentum, vt quis carceres euitare poſſit.*

DEBITOR NON MOLESTATVS à creditoribus an bonis cedere valeat.

QVAESTIO VII. quartæ q. Princ.

1 SEPTIMO quęro, nunquid † debitor, qui ab eius creditoribus non moleſtatur, bonis cedere poſſit? Iac. de Aret. quem refert & ſequitur Alber. de Roſat. in rubr. C. titul. no. in 2. colum. in fin. verſicu. Item queritur, nunquid debitor, & Cyn. in l. 1. q. 8. eo. titu. quem etiam ſequitur Bal. in §. fi. col. fi. verſi. Quæro vlterius nunquid debitor, vbi Ioan. Fab. & Iaſ. in pen. col. in princip. verſi. Octauò prędicta regula. Inſti. de
2 actio. tenent quòd non, ad hoc † enim vt ad ceſſionem admittatur requiritur, quòd à maiori parte creditorum moleſtetur, vt refert Roland. conſ. 7. nu. 9. vol. 2. & ratio eſt. Quia ceſſionis beneficium miſerabile eſt, & ſubſidiarium auxilium adinuentum, vt quis carcerem euitare poſſit, vt dictum eſt ſupra in 1. q. princ. & tradit Rolan. d. conſi. 7. in princi. & Boer. in deciſ. 349. Queritur an ciuiliter. col. 8. ver. ſic etiam debitor. Cùm ergo à creditoribus non moleſtetur, non eſt ad ceſſionem admittendus: quamuis enim debitor creditoribus non inſtantibus ſolue re poſſit, non tamen bonis cedere valet. Prętereа ſi creditoribus non petentibus admitteretur ceſſio, de facili poſſet in bonis quærendis creditoribus magnum fieri præiudicium, quod eſſe non debet, & ita firmat Boer. in d. deciſ. 349. Queritur an ciuiliter. col. 8. verſi. Cùm ergo non moleſtetur.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio excommunicationis an excommunicato impedimentum præſtet vt ad bonorum ceſſionem non admittatur.*
2 *Clericus conuentus ab eius creditore qua cautela in excipiendo vti poſſit.*
3 *Excommunicatus per ſententiam ab Auditore ſacri Palatij admitti non poteſt per Auditorem Cameræ Apoſtolicæ ad bonorum ceſſionem.*

EXCOMMVNICATVS AN bonis cedere poſſit.

QVAESTIO VIII. quartæ q. Princip.

1 OCTAVO quęro, nunquid † excommunicationis exceptio pręſtet excommunicatio impedimentum, vt ad bonorum ceſſionem non admittatur? Videtur dicẽdum q̃ ſic, per tex. in c. intelleximus. extra de iudi. Fede. tamen de Senis contrarium cõſuluit cõſi. 193. In quęſtione uertente. & ſic debitor non obſtante excommunicatione bonis cedere poterit, & per ceſſionem ab excommunicatione liberabitur, vt ſentit gl. in c. Odoardus. in verbo non valentem. ibi, ſi ceſſiſſet bonis. & gl. fi. ſecũdùm Abb. ibi extra de ſolutio. vbi Imo. latè in pe. col. ver. Iuxta prędicta quæritur, an exceptio excommunicationis. Sed aduertẽdum eſt, q̃ quamuis gl. & Fede. ſentiant, q̃ per ceſſionem ab excõmunicatione libe rabit̃, hoc tñ nõ eſt ita paſſim & abſolutè verũ: cũ in d. c. Odoardus. debitor non fuerit carceratus, quamuis debitum agnoſceret, nec ceſſit bonis, nec cedere paratus erat, nec aliqua de ceſſione fit mentio, immo ſecundùm Ancha. & Abba. ibi in fin. clericus debitor ad cedendum non arctatur, ſed tantum in

id quod

Source : BIU Cujas

id quod facere poteſt,& non vltra cõuenitur,habita ſcilicet ratione ne egeat,cùm alimentis quotidianis non ſit fraudandus, vt diximus ſupra in 3.q.prin.num.10. cum ſequentibus, & tenet Hoſtien.in ſumma,tit.no.in princ.& Aufre.in repeti.clem. j. in princ.col.3.ſub num 5.de off.ordi.& pauci hoc priuilegium habent ſecundùm Rofre.in tract.libel.in titu.de offi.iud.quo cura.dat.bon.col.j.in fi.ver.Eſt & aliud.Et propterea Afflic.in cõ-
2 ſti.Regni.incip.Si quis clericus.in 6.not. cautelam clerico præſtat,ꝙ quando ipſe pro ciuili debito, & actione perſonali conuenitur,non dicat, cedo bonis;quia tũc per creditorem dimiſſis ei ſolum veſtimentis ſpoliari poſſet,ſed excipiẽdo dicat,ego ſum priuilegiatus,ꝙ non poſſum niſi relictis mihi alimẽtis cõueniri,& ita per ſupradicta iura tenet Imo.in d.cap.Odoardus. quem ſequitur Iaſ.in l.miles.col.pen.ff.de re iudi. poſſet tamen cedere bonis,ſi beneficio prædicto gaudere nollet,vt tenet Roma.in ſing.560.Quæro an Eccleſia.in fi. & Aufre.in addi.ad Capel.Tholoſa.ſuper q.136.Item fuit quæſitum,an exceptio ceſſionis.Tu dic,ꝙ quamuis in d. decretali. Odoardus. non appareat debitorem fuiſſe carceratum,nec ceſſiſſe bonis,non negatur tamen ipſum,etiam ſi voluerit,cedere poſſe,iuxta tex.in l.j.C.tit.no.& per Rom.vbi ſupra,& cedẽdo ab excommunicatione liberabitur,cùm illa decretalis aliud non exigat, niſi ꝙ cõſtet debitorem in totum, vel in partem ſoluere non poſſe, quod per ceſſionem,vel per teſtes, vel quia bona ſua fortuito caſu perdidit, vel etiam per proprium ſuum iuramẽtum conſtare poteſt, & tunc ab excommunicatione abſoluendus erit,ſecundum dominos de Rota in deciſ.567.Vtrum poſſit.in vlti.col.verſ. Nam dico.in antiquis.Scias tamen † ꝙ excommunicatus per ſententiam ab Auditore ſacri Palarij ad ceſſionis beneficium per Auditorem Cameræ Apoſtolicæ admitti non poterit, vt concluſum fuit per dominos de Rota: vt refert Aegid. in deciſ. 199. Vtrum Auditor Cameræ.

SVMMARIVM.

1 *Subditi ad euitandum onera & collectas à ſuperiore impoſitas bonis cedere non poſſunt.*
2 *Debitor fiſci quando non eſt ſoluendo, poteſt ob impoſitas collectas cedere bonis,ſi verò eſt ſoluendo,capitur, ſed ſub aperta cuſtodia in Palatio detinetur,donec ſoluerit,nu.4.*
3 *Debitor fiſci ex delicto non cedit bonis,& cedendo non liberatur.*
4 *Debitor fiſci ex cauſa tributaria carcerari non debet, ſed ſub honeſta cuſtodia,etiam ſi ſit in ſoluendo contumax detineri.& nu.6.*
5 *Debitor fiſci ex contractu,vel quaſi cedendo bonis à carcere liberatur, etiã quòd in ſoluendo ſit contumax.& nu.6.*
7 *Collecta pro modo ſubſtantiæ,ideſt per æs & libram imponi debet.*
Collecta naturaliter ſunt onera rerum, ſed formaliter ſunt onera perſonarum.
Munera mixta quæ dicantur.
Munus quale ſit collecta.ibidem remiſſiuè.

SVBDITI OB COLLECTAS IMPOSITAS AN bonis cedere poſſint.

QVAESTIO IX. quartæ q. Princ.

1 Nonò quæro,Subditi † quibus aliqđ imponit onus publicum,vel collecta,an bonis cedere poſſint?Reſpon.ꝙ nõ, vt eſt tex.in l.propter.vbi Bal.& Saly.C.tit.no.ſequitur Iaſ.in §. fi. col. 3.in fi.ver.Sexta ſupradicta regula.Inſti.de actio. Immo ſi ad ceſſionis beneficium fuiſſent in fiſci fraudem admiſſi,nõ obſtante ceſſione ad collectarum ſolutionem compelli debent, & onera publica pro bonorum quantitate,quæ poſſident,ſubire tenẽ
2 tur,ſecundùm Pau.de Caſt.in d.l. propter. Dicit † tamẽ Io.Fab. in d.§. fi. ꝙ fiſci debitor propter collectas bonis cedere poteſt. Sed Cy.in in d.l.j.q.3.C.titu.no.limitat hoc procedere, quando non eſt ſoluendo,quod ſequitur Iaſ.in d.§.fi.col.3.verſi. Quinta ſupraſcripta regula.num.14.Si verò eſt ſoluendo,tunc capitur, ſed non carcerabitur, aperta tamẽ & libera cuſtodia in Palatio detinebitur, donec ſoluerit: idem ſentire videtur Bald. in d.l.j. col.2.verſi.Quæro nunquid debitor fiſci.Saly.ibidem col. 2.in princ.verſi.Quæro ſextò debitor fiſci.quem ſequitur Are. in d. §.fi.col.3. in princ. verſi. Quæro an non tantum debitor. diſtin-
3 guit. † Aut fiſci debitor ex delicto debitor eſt, & cedere non poteſt, nec cedendo liberatur, ne delictum impunitum remaneat.l.ita vulneratus.§.pen.ff.ad l.Aquil. & etiam quia non valens ſoluere in ære,luit in corpus. l.quicunque, cum vulg. C. de
4 ſer.fug.Aut† eſt debitor fiſci ex cauſa tributaria, & tunc carcerari non debet.l.nemo.C.de exacto.tribu.lib.10. Intellige tamẽ ſecundùm Alber. in l. diuus. ff. de cuſto.reor. ſi ſoluere paratus eſt, aut ſoluere non poteſt,vt not.per Dyn.in l.ſacrilegi. la 2. ff. ad l.Iul.pecula.& per Cyn.vbi ſupra:& tunc honeſtè ſub cuſtodia detineri debet,etiam ſi in ſoluendo ſit contumax: vt d.l.nemo,verſic.Si quis.& per Alberic. in d.l.diuus. & eſt ratio ſecundum Saly.quia tributa rebus, vel perſonæ propter res imponũtur:vt not.in l.indiſtinctiones. C. de anno. & tribu.lib.10. Ideo cùm reperiatur vnde ſolui poſſit,noluit lex, ꝙ talis debitor carceretur,ſed tantum detineri iuſſit,ipſo verò contumaciter non ſoluente bona eius per fiſcum venduntur: vt in d. l. nemo. & ideo inquit Alberic. in d.l.diuus. in fin. quod eſt ſatis mirabile, quòd prius perſona detineatur, quàm bona capiantur. Aut
5 † eſt fiſci debitor ex contractu,vel quaſi,& tunc indiſtinctè cedendo bonis ſecundum eum liberatur,& eſt gloſſ.in § penult. in verbo debita.Inſtitu.de ſocie.quam allegat Guliel. de Ludo. in ſingu.44.incipien.Gloſ.eſt,quòd debitor fiſci,quam prius allegauit Veronenſ.conſi.9.Quidam ex delicto. in princ. Quamuis Cy.in d.3.q.& Barto.in dicta l.ſacrilegi.§.fin.aliàs.l. cum eo. in fin.ff.ad l.Iul.pecula.dicant, quòd ſi in ſoluendo contumax erit,bonis cedere non poterit,aliàs ſic,ſed hoc in debitore latitante,& debitum non confitente procedit,vt declarat Saly.vbi ſupra,cuius opinio mihi placet;quia ſi ceſſionis beneficium cui cunque debitori conceditur,vt carceres effugere valeat, vt diximus ſupra in 4.q.princ.in princ. etiam in executione ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam,vt etiam in 2.q.princip. dictum eſt, ergo in iudicio comparendo, & debitum agnoſcendo,quamuis contumax ſemper fuerit, ex quo carcerari poteſt, ad ceſſionis beneficium admittetur,& ſic cedendo liberatur.d. l.j.C.titu.noſt.alioquin ſequeretur, quòd dictæ leges, quæ non diſtinguunt,in debitore tantum confitente & ſoluente intelligerentur, quod non eſt dicendum, immo etiam in debitum agnoſcente,& illud non ſoluente procedunt,vt ex illis colligitur.Si enim debitor ſolueret,vtiq; non carceraretur,nec bonorum ceſſio requireretur,ſed ex quo eſt in ſoluendo contumax, carceratur, ideo vt à carceribus liberetur, ad ceſſionis bene-
6 ficium admittitur.Concludo igitur cum Saly. quòd † debitor fiſci ex contractu, vel quaſi, etiam quòd in ſoluendo ſit contumax,debeat ad ceſſionis beneficium admitti,ſi in iudicio debitum agnouerit & carceretur, prout carcerari poterit, ne deterioris conditionis ſit fiſcus, quàm ſit priuatus, vt inquit Sal. vbi ſupra.Et quia ſuperius de collectis mentionem feci. Sciendum
7 eſt,quòd † tales collectæ pro modo ſubſtantiæ imponi debent, quas vulgares per æs & libram appellant,vt declarat Venafr.cõſil.8.In cauſa agitata.nume.j.cum duob.ſequen.& conſi.22.Dominus Rex.nume.5.& nume.7.& Roland. conſi. 66. Decreueram.colum.3.num.15. verſic. Eritque collecta.cum multis ſeq. vol i.& iſtæ collectæ naturaliter ſunt onera rerum, ideſt patrimonialium, ſed formaliter ſunt perſonarum ſubiectarum onera,quæ derſonis indicuntur, & quia forma & materia vnum totum faciunt,ideo munera mixta dicuntur.Bald. in d.l. propter. & in l.prædia.C.de fideicommiſ.& tradit Pet. de Vbal. in tract. de collect.in primo conſi.colum.4.ad fi.verſi.Reſtat modo. nume.8.& nume.9.& declarat Bal.conſi.408.Ad euidentiam.vol. 2.& in l.j.colum.6.poſt princip.verſic.Dicimus enim,quòd collecta. C.de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. Et quale munus ſit collecta,declarat Salyc.in l.placet.in vlti.col.verſic.Similiter videtur.C.de ſacroſan.eccle.& Aegi. Thomati. in tract. de collect.fol.23.num.j.verſi. Accedit his aliud patrimoniale munus. & fol.325.verſ. Qui bonis omnibus ceſſit.nume.3.examinat an ille, qui ceſſit bonis omnibus compelli poſſit ad ſolutionem munerũ & collectarum, quem per temetipſum videto,ne alieni laboris furti vitio notari queam:& dicit Bald.in d. l. j. col. 6. in princip.nume.43.verſi.Simile dico.C.de ſenten. quæ pro eo quod intereſt, quòd cedens bonis tenetur tamen ad munera perſonalia,puta cuſtodire caſtrum vigiliis,ideſt excubiis,ſed nõ ad munera realia, ideſt quæ præſtantur ex his rebus, vt tributum, puta quolibet anno vnum ſaccum frumenti ex redditibus vel fructibus,nec etiam ad munera mixta,vt collectas, quæ præſtabantur non ex ipſa re, ſed vnuſquiſq; vt decem pro quolibet æſtimo,nam decem ſolui poſſunt qualibet pecunia mundi, ſed cauſa finalis eſt iſtud æſtimum, quo ſublato & extincto ceſſat pro futuris collecta deberi, ſed pro præteritis obligatio remanet.& ad hanc materiam vide Bart. in l. is cum quo. & ibi Alex.ff.de aqua plu.arc.quos ſimpliciter ſequitur Iaſ.in l. 2. col. 7.verſi.Et ad iſtas quæſtiones.C.de iure emphy.

SVMMARIVM.

1 *Doctores legum ſi non habent vnde creditoribus ſoluere poſſint, an bonis cedant,vel beneficium habeant, ne conueniantur niſi quantum facere poſſunt.& num.3.*
2 *Inopia & miſeria eſt cauſa bonorum ceſſionis admittendæ.*
3 *Doctor pro ciuili debito,nec capi,nec carcerari poteſt,quod etiam in medicinæ doctore procedit.*
Nec à iudicis familia requiri poteſt,an penes ſe arma habeat.
4 *Priuilegijs particularium perſonarum per generalem legem non derogatur.*
5 *Stante ſtatuto, quòd quilibet pro ciuili debito non obſtante quocunque priuilegio perſonaliter capi poſſit, ſub hoc ſtatuto non comprehenditur doctor.*
6 *Clauſula,non obſtante quocunq; priuilegio,non facit priuilegijs in corpore iuris inſertis derogari.*

Source : BIU Cujas

7 *Doctores qui per viginti annos legerunt in ſtudijs, ſacri Palatij comites efficiuntur.*

8 *Doctores qui commodè ex aduocatione viuere poſſunt, priuilegium non habent, vt non conueniantur vltra, quàm facere poſſunt.*

9 *Doctores qua cautela vti debeant, quando actione perſonali conueniuntur.*

10 *Doctores aduocationis officium non exercentes, nec publicè legentes, ſed ſolo nomine ſunt doctores, non gaudent beneficio, vt non conueniantur vltra quam facere poſſint.*

Idem ſi procuratoris officium exercent. eo. & nu. 15.

11 *Procuratoris officium eſt vile, & non eſt dignitas, ſed onus.*

Infamis quilibet poteſt eſſe procurator.

12 *Tabellio dignitatem habere non dicitur.*

Notariatus officium onus eſſe dicitur, & eſt officium vile.

13 *Nobilis, officium notariatus exercens, nobilitatem perdit, niſi ſit Principis, aut communitatum notarius.*

14 *Aduocati officium eſt laudabile, & eſt dignitas & honor.*

15 *Aduocatus procuratoris officium exercens infamis dicitur, niſi ſit Principis procurator.*

Doctor & aduocatus quotidie militare dicitur.

16 *Doctorelli doctorum priuilegio non gaudent, & militibus noſtri temporis poſtponendi ſunt.*

17 *Doctores mercaturam exercentes & pergulam tenentes, doctorum priuilegio non gaudent, nobilitatem perdunt & mechanici, ac viles ſunt.*

Milites mercaturam exercentes militiam & militiæ priuilegia perdunt.

18 *Doctores per alios mercaturam exercentes, rationemq́, interdum excutiẽtes doctorum priuilegio non gaudent.*

DOCTORES AN CEDANT BONIS.

QVAESTIO X. quartæ q. Princ.

1 Decimo quæro †an legum doctores cedãt bonis, ſi eorum debita perſoluere non poſſunt? Videtur dicẽdum q̃ ſic, cùm hoc beneficium flebile & miſerabile concedatur non habentibus vnde ſoluere poſſint. l. j. & l. ſi. C. tit. no. & † ipſa miſeria & inopia ſit ipſius ceſſionis admittendæ cauſa, ergo miſeriis & inopia tentis competit: vt conſuluit Fed. de Sen. conſi. 193. In quæſtione vertente. & tradit Imo. in c. Odoardus. col. pen. in princ. verſi. Quærit etiam hic dominus Pet. extra de ſolutio. Contrarium tamẽ eſt verius, quia ipſi priuilegium habent, vt conueniri non poſſint, niſi in
2 quantum facere poſſunt. Et hoc eſt † quoniam doctor pro ciuili debito realiter nec citari, nec carcerari poteſt, vt eſt tex. ſing.
3 & ibi not. gloſ. & Bart. in l. medicos. C. de profeſ. & medi. lib. 10. & no. Matthæ. ſin. ſing. 59. No. quòd legum doctores. & ibi etiã dicit Bar. quem ſequitur Paris de Pur. in tract. de Sindica. in verbo Doctor. familia poteſtatis. in princ. quòd nec ab officialis familia perquiri poteſt, vtrum habeat arma. Idem tenet Bart. in tracta. de carceri. in 3. q. & in l. ſi libertus. ff. de in ius voc. Quod tamen inquit Bar. in d. l. medicos. eſſe verum in doctore actu legente in ſtudijs approbatis, aliàs ſecus, & ibi quoque tenet Ioã. de Plat. pro quo dicto allegari poteſt tex. in l. ſi duas. ff. de excuſa. tuto. Ego verò idem dicendum puto in doctore aduocationem exercente; nam & cauſarum patroni, quales ſunt aduocati, dictum priuilegium habere dicuntur. glo. eſt no. in l. aduocati C. de aduoca. diuer. iudic. facit text. in l. j. §. pen. ff. de bono. poſſ. ex teſta. mili. ſequitur Bart. Ioan. de Imo Alex. & Iaſ. in l. miles. ff. de re iudi. Idem contra Bart. in d. l. medicos, probat Gui. Pap. in deciſ. 88. Sed quæro, ver. Et credo q̃ iſta. & in deciſ. 388. Quo vero. & Ripa in 2. lib reſponſorum. 120. num. 9. aliàs reſponſo. j. ſub rub. de muneri. & honori. tàm nobi. quàm cleri. Et quòd in legum doctore diximus, idem in medicinæ doctore procedit. & in aliis de quibus in d. l. medicos Sed in poetis, & calculatoribus, de quibus ibi in gloſ. locum non habet, & idem in filiis, & dictorum doctorum familia procedit, viuentibus tamen ipſis doctoribus & non poſt eorum mortem, ſecundùm gloſ. ibi. Quod etiam procedit, ſi ſtatutum diſponeret, q̃ quilibet pro ciuili debito perſonaliter capi poſſit, arg. no. in l. ſi ſerui veſtri. C.
4 de noxali & in c. cùm dilectus. extra de conſuetu. Quia † per generalem legem nunquam particularium perſonarum priuilegius derogatum videtur: vt not. in l. decurionibus. C de ſilentiari. lib. 12 & in §. quia verò. in j. conſtitu. C. & no. in l. in teſtamentis. C. de teſtam. Immo fortius † ſi ſtatutum dictaret, quòd quilibet pro ciuili debito perſonaliter capi poſſit nõ obſtante quocunque priuilegio, adhuc doctor vt ſupra eadem gaudet præ-
6 rogatiua. Quia † per illa verba non obſtante quocunque priuilegio, non intelligitur priuilegijs in corpore iuris inſertis derogatum. gloſ. eſt not. in l. 2. §. omnes. & l. hæres abſens. in princ. ff. de indi. & in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi opor. & in dictis locis per Doct. & per Bart. valde ſingulariter in extrauag. Ad reprimendum. ſuper verbo non obſtantibus. & per Matthæ. in d. ſingu. 59. No. quòd legum doctores. quæ perpetuò tenementi. Nec tibi mirum videatur, quòd doctores legentes hoc priuilegium habeant, vt ſupra dicebat Barto. Quia
7 † doctores, qui per viginti annos legerunt in ſtudijs ſacri Palatij Comites efficiuntur: vt l. j. C. de profeſ. qui in vrbe Conſtan. lib. 12. & ibi per Barto. in l. Alexandrinus. C. de decurio lib. 10. per eundem in proœmio. C. in 3. colum. verſic. Sed ſi legiſſet. nume. 2. Si ergo capi & carcerari non poſſunt doctores, de quibus ſupra, igitur non cedunt bonis, ſed priuilegium habent, quòd conueniri nequeunt, niſi in quantum facere poſſunt, deducto ne egeant, vt voluit gloſſ. Barto. Alexan. Iaſ. & communiter docto. in dicta l. miles. Intellige † tamen ſi commodè ex
8 aduocatione viuere non poſſunt, vt declarat Pau. de Caſtr. in l. maritum. colum. 2. ad fin. verſic. In gloſ. j. quem ſequitur Alexã.
9 ibi in apoſtil. ad Barto. ff. ſolu. matri. Cauti † igitur eſſe debent doctores prædicti, quando actione perſonali conueniuntur, vt non cedant bonis, ſed opponant & in iudicio priuilegium prædictum allegent, vt de clerico diximus ſupra in 8. q. num. 2. Fallit † tamen in doctoribus, qui aduocationis officium actu non
10 exercent, vt in quampluribus locis vidimus, vt quia in iure non allegant, non conſulunt, nec publico ob eorum ignorantiam legunt, ſed ſolo nomine doctores ſunt, vt per Alexan. in l. centurio. colum. 4. in princip. nume. 17. ff. de vulga. & pupil. & procurationis officium exercent † huiuſmodi enim officium eſt
11 vile, ſecundùm Roma. in ſingu. 814. Tu habes quòd officium. & Alexan. conſi. 2. In conſultatione. num. 2. in princip. volu. 6. & non eſt dignitas, ſed onus. gloſſ. in l. j. §. hoc edicto. in verbo certis perſonis. ff. de poſtulan. & eſt tex. cum glo. in l. ſi quis procurationem. C. de decurio. lib. 10. Si enim dignitas eſſet, in infamem cadere non poſſet, prout cadit. l. 2. C. de dignita. lib. 12. & ibi latè per Barto. cùm quilibet infamis procurator eſſe poſſit. §. fin. Inſtitu. de excepti. Sicut † de tabellione dicimus, qui dignitatem habere non dicitur. Quia tabellionatus officium onus eſſe dicitur: vt not. gloſſ. ſingu. in l. fin. C. qui milit. non poſſ. lib. 12. & plenè per Barto. in l. eadem. §. j. ff. ad l. Iul. repetun. & per Are. in dicto §. fin. Inſtit. de exceptio. & eſt officium vile, vt per Alexand. d. conſi. 2. colum. j. ſub nume. 2. volu. 6. & pulchrè per
13 Aymo. conſ. 163. Videndum eſt, in princip. volu. j. Vbi † notarius officium exercens nobilitatem perdit, niſi ad latus Principis eſſet tabellio: vt eſt text. in l. j. C de manda. princip. & tradit Are. vbi ſupra. Tunc enim dignitatem habere diceretur. Barba. in tracta. de præſtan. Cardin. in j. q. Baſilica primæ partis. nume. 40. ſub verſi. Septimo Cardinalis ſunt conſiliarij. & plura adducit Diplouata. in apoſt. ad Barto. conſi. 174. Ser Ioannes. ſub nume. 9. in j. par. & Mod. in addit. ad Roman. in d. ſingu. 814. & latè ſcribit Boeri. in deciſ. 222. Secretarii. colum. 5. nume. 12. & 13. Quod eſt notandum pro Principum & Communitatum Cancellarijs: vt aliàs dixi conſi. 70. ſuper puncto am pliſſimæ legitimationis. nume. 19. ſub verſicu. Quinto annullari videtur. lib. j. quod hodie impreſſum reperitur in j. volu. vlti. volunta. ſub nu
14 me. 175. in 8. colum. in fin. nume. 32. cod. verſic. Aduocati † verò officium eſt laudabile. l. C. de aduoc. diuer. iudic. & eſſe aduocarum eſt honor & dignitas: vt ibi. & tradit Bart. in l. fi. C. de iude. & in j. conſtitu. C. colum. 3. verſic. Quæro circa hæc, vtrum doctoratus. & ibi Saly. vbi allegant text. in cap. quanto, extra de magiſtra. & ibi tenet Abb. & eſt communis opinio. ſecundùm Ioan. de Ana. ibi in 2. colum. vt refert Deci. conſi. 161. Pro domino Præpoſito. colum. j. verſic. Tertiò conſiderandum eſt. cum aliis per Alexan. relatis in dicta l. centurio. colum. 3. in princip. verſic. Et quòd doctor præferendus. & Dec. in c. propoſuiſti. in
15 fin. extra de probatio. Et doctori multa dantur priuilegia: vt in l. Iancimus. la j. C. de aduoca. diuer. iudi. Aduocatus † igitur procuratoris officium exercens infamis videtur, ſecundùm Ioan. Fab. & Are. in §. præterea. il 2. in 2 colum. in fi. & in dicto §. fin. colum. fi. verſic. Et ideo doctores. Inſtitu. de excep. Et hoc eſt: quia doctor & aduocatus quotidie militare dicitur. l. aduocati. C. de aduoca. diuer. iudic. Et ſi cum ſit in exercitio ſuæ militiæ, procurator eſſe non poteſt, nec propter viliratem procuratoris officium exercere. Barto. in l. vniuerſos. & in dicta l. ſi quis procurationem. C. de decur. lib. 10. Niſi eſſet Principis procurator: quia tunc poſſet, ex quo eſt dignitas & officium nobile: vt eſt text. in l. nemo præfectus. C. de digni. lib. 12. quem multum not. Roma. in d. ſing. 814. vt refert & ſequitur Iaſ. in rubr. C. de procura. in quinta differentia. Vel officium aduocati non exerceret, eo cũ caſu procuratoris officium exercere poſſet, vt diſtinguit Are. in d. §. Præterea. col. 3. in prin. Et ꝓpea dixit Bal. in proœ. digeſtorum. in fi. quẽ ſequitur Alex. in d. l. cẽturio. col. 2. poſt prin. ver. Octauò pro hoc facit. & Are. in d. §. Præterea. col. 2. in fi. ver.
16 An aũt miles, † q̃ hmõi doctorelli doctorum priuilegio minimè gaudent, & q̃ñr militibus noſtri temporis proponẽdi ſunt. Iõ Barb. in proœ. clem. col 14. refert fuiſſe deciſum in curia Roma. tẽpore Eugenij quarti, q̃ prærogatiuæ datæ per regulas Cãcellariæ doctoribus non cõpetunt doctorellis imperitis & idiotis. Ex quo ipſe infert fortius, q̃ impetrans beneficium nulliter impetrat, ſi narrat ſe doctorẽ, & eſt merus occupator illius tituli ob excellentem eius ignorantiam quamuis q̃rium teneat Felv. in rub. extra de maio. & obe. in 2. col. nu. 7. ver. Doctor ꝓcedit. & in c. clerici. col. j. nu. 4. ver. Vltimò pro nunc. extra de iudi. dicens, q̃ licèt doctor nõ mereatur appellari doctor, dignitas tamen

Source : BIU Cujas

men in eum collata valet, & ideo gaudere debet priuilegio vs-
17 quequo priuetur. Fallit † etiã in doctoribus mercaturam exercentibus, vel pergulam tenentibus; quia per tale exercitium nobilitatem perdunt & dignitatem, quę cum tali exercitio non compatitur. l. antepe. C. de coarcta. & prin. lib. 12. & l. 3. C. de cõmer. & merca. & tradit Gui. Pap. in decis. 196. Nobiles. cùm isti tales mechanici & viles sint, secundùm Bal. in l. in testamento. in fi. C. de testam. mili. Sicut milites per huiusmodi negociationem militiam perdunt: vt in l. vnica. C. nego. ne mili. lib. 12. & latè scripserunt Mod. Anconita. in tracta. de mercatu. in tertia parte mercaturæ. num. 2. versic. Remouent etiam. cum sequen.
18 Et † quamuis hoc procedat, quando per semetipsos id faciunt tali vacantes exercitio, vt voluit Cagnol. in l. is damnum. col. 2. versic. Hinc etiam est. nu. 4. ff. de reg. iur. & Aymo. d. consi. 163. col. j. Nihilominus etiam locum habet in his, qui interdum rationes excutiunt, emũtq; merces & illas postmodum per alios venundari faciunt: vt tradit Roma. Are. & Iaf. in l. scriniarios. C. de testa. mili. & Alciat. in l. mercis. la 2. ff. de verb. sig. quos Mod. prædicti referunt in d. tract. in j. par. mercaturæ. nu. 66. ver. Scio & illud. quamuis contrarium teneat idem Alc. in tract. de præsum. reg j. præsumptione. 48. nu. 10.

SUMMARIUM.

1 *Miles non cedit bonis, sed priuilegium habet, ne teneatur, nisi in quantum facere potest, etiam quòd debitum ob militiam causatum extra castra contraxerit.*

Miles pro ciuili debito nec capi, nec carcerari potest.

2 *Stipendiarij nostri temporis, qui sunt armigeri, non tamen milites, priuilegio gaudent, vt non conueniantur, nisi in quantum facere possunt.*

Stipendiarij non iurant eo modo, quo milites iurare tenentur.

3 *Milites inermis militiæ, qui equites nuncupãtur, priuilegio non gaudent, quo veri milites gaudent. & nu. 9.*

4 *Equites licèt insignia veteris obseruantiæ non habeant, quæ in militibus requirebantur, insignia tamen habent nouæ obseruantiæ, quæ loco veteris successerunt.*

Equites qui à Papa creantur, ab eo benedicuntur.

5 *Doctores aduocationis officium non exercentes doctoris priuilegio non gaudent, qui in actu & doctoris sit exercitio.*

Milites qui domi sunt, vel vagabundi priuilegio non gaudent, vt non conueniantur vltra quàm facere possint.

6 *Iura de militibus loquentia in veteranis, qui rei militari non insistunt, locũ non habent.*

7 *Milites nostri temporis negocijs & mercantijs vacantes militare non dicũtur, secus si armis vacarent, & ad reipublicæ, siue regis defensionem parati essent. & nu. 10.*

Milites rei militari non vacantes militari priuilegio carere debent.

Cessante priuilegij causa, priuilegium cessare debet.

8 *Miles si non est matriculatus, vt sunt hodierni temporis milites, censetur vt priuatus, seu tanquam paganus.*

11 *Milites nostri temporis hodie priuilegium non habent, quòd iure priuilegiato testari possint, sed habent, quòd non torqueantur & non suspendantur pro eo delicto, pro quo plebeus suspenderetur, & nu. 12.*

Priuilegium militibus concessum, vt non torqueantur, ratione dignitatis & nobilitatis concessum fuit.

Nec valet consuetudo aut statutum contrarium disponens.

Doctor etiam si ignorantissimus sit, torqueri non potest, nec consuetudo contraria valet.

Doctor in crimine læsæ maiestatis, proditionis populi, falsitatis & simoniæ torqueri potest sed prius degradari debet.

12 *Miles ob turpitudinem ad furcas suspendi non potest, nec etiam de consuetudine, nisi ob latrocinium.*

13 *Milites nostri temporis à quibus rebus & negocijs se abstinere debeant.*

14 *Miles qui litis fiendæ, vel debiti non soluendi causa effectus est, instante creditore à militia solui debet.*

15 *Miles renunciare non potest priuilegio, ne conueniatur vltra, quàm facere potest.*

16 *Milites, clerici & doctores pro ciuili debito capi & carcerari possunt, si fugitiui, vel de instanti fuga suspecti sunt.*

17 *Carceratus pro ciuili, vel criminali causa an pro alia recommendari possit.*

18 *Causa minor maiori præiudicare non debet.*

19 *Pœna vnius delicti pœnam alterius excludere non debet, quando plura sunt delicta.*

20 *Impositio maioris pœnæ per minorem differri non debet.*

21 *Carceratus pro fiscali debito, pro priuato debito recommendari potest.*

22 *Tractatus de carceribus quamuis Bartolo attribuatur, à Baldo tamen editus fuit.*

23 *Carceratus pro priuato debito potest pro fisci debito, & pro delicto recommendari.*

24 *Captus pro ciuili debito, si captura fuit nulla, pro alio debito retineri non potest,*

25 *Adhærens semper adhærere debet in eo statu, in quo inuenit id cui adhæret.*

26 *Captus si quis est pro ciuili debito & captura tenet, & de iure communi loquimur, captura personæ fieri non potest, nisi in casu iudicati.*

Carceratus dato eius filio fideiussore excarcerari debet, dummodo filius sit idoneus.

27 *Creditores duo ex contractu si eandem causam non lucratiuam prætendunt, & pro se sententiam habent & de capiendo licẽtiam, si debitor ad vnius instantiam captus & carceratus fuit, etiã ad alteris instantiam pro eius credito recommendari potest.*

Captura est quædam realis citatio.

Præsens citari nõ debet, sed ei præcipitur, vt non discedat, antequàm soluat.

Præceptum de non recedendo debitori factum quædam noua citatio dicitur.

28 *Captura & recommendatio facta die feriata in honorem Dei non valet, nec tenet.*

29 *Debitor per suspicionem post conractum superuenientem die feriata in honorem Dei capi potest.*

30 *Recommendari non potest in carceribus debitor, qui per suspicionem superuenientem captus fuit in die feriata in honorem Dei.*

31 *Cautela pro creditore contra debitorem captum in die feriata in honorẽ Dei ad alterius creditoris instantiam & in die feriata relaxatum.*

Carceratus si die feriata in honorẽ Dei relaxatur, ad alterius creditoris instantiam ratione nouæ suspicionis fugæ iterum capi potest.

32 *Carceratus ad creditoris instantiam pro se sententiam habentis, non potest in carceribus ad instantiam alterius creditoris sententiam pro se non habentis recommendari.*

Cautela pro debitore vt à carcribus relaxetur, antequàm ibi ad alterius creditoris instantiam recommendetur.

33 *Carceratus pro delicto pro ciuili debito recommendari non potest. & numero 35.*

34 *Saluusconductus si est datus de stando & liberè veniendo, intelligitur etiã de liberè recedendo datus.*

36 *Custos carcerum depositario parificatur.*

37 *Captus si cum iuramento de reuertendo relaxatur, & nõ reuertitur, an periurij pœna puniuntur.*

38 *Carceratus iustè an pro iusta causa recommmendari possit.*

39 *Captus & carceratus per vnum iudicem, per alium relaxari non potest.*

MILES AN CEDAT BONIS.

QVAESTIO XI. quartæ q. Princ.

1 Vndecimo quæro, nunquid † miles ad bonorum cessionem admittat, si carceres euitare velit, aut priuilegium habeat, ne cõueniatur vltra quàm facere possit? Respon. q̃ triplicis generis reperiuntur milites. Aliqui sunt armatę militiæ, quidam inermis militię, nonnulli cęlestis militiæ. Quòd ad primum communis est cõclusio, q̃ ex quo pro ciuili debito personaliter capi, & carcerari non possunt: vt est tex. & ibi no. communiter scribentes in l. miles. ff. de re iudi. & declarat Bal. in l. j. in fi. C. tit. no. dummodo tamen debitum illud in castris, & non vagãdo per mundum, vel domi moram trahendo contraxerint, secundùm glo. in d. l. miles. cum qua transeunt ibi Doc. & tenet Saly. in d. l. j. col. fi. versi. Quæro duodecimò. Quinimmo etiam pro debito extra castra contracto, causato tamen ob militiam, puta pro armis, & equis emendis. Caccialup. in tract. de debi. suspec. in 5. q. princip. col. 2. ver. Quintò quæritur. n. 12. & Doct. in d. l. miles. non coguntur cedere bonis cum priuilegio gaudeant, vt conueniri non possint, nisi in id quod facere possunt, deducto ne egeant, vt communiter tenent Doct. in d. l. miles, & ita concludit Bal. in d. l. j. in fi. quem sequitur Alex. in l. centurio. col. 5. in prin. ver. Accedat quod pulchrè. ff. de vul. & pup. & Euerar. in sua cẽturia, arg. 22. Locus à mili. arma. mili. ad mili. cęlest. mili. in litera A. il primo. cum aliis per Didac. Couarruu. relatis in 2. lib. varia. resolu. c. j.
2 nu. 4 ver. Sic & milites. Vtrum † autem stipendiarij nostri temporis, qui armigeri sunt, nõ tñ milites, hoc priuilegio gaudeãt, vt pro debito in castris contracto, vel castrorum occasione nõ teneantur nisi in quãtum facere possunt? Reperio Pau. de Cast. in l. scriniarios. C. de testa. mil. dicentem, q̃ milites nostri tẽporis, qui in actu militari nõ se exercent, priuilegiis militũ nõ gaudent, allegat Cy. in l. j. C. de iur. & fac. igno. idẽ tenet Bart. in l. ex eo. ff. de mil. testa. & Bal. in rub. extra de maio. & obe. in j. col. dicens q̃ qui non est miles, nõ militet, ergo militis priuilegio gaudere non debet. idem firmat Saly. in d. l. j. col. fin. d. versic. Quęro duodecimo. Deinde subdit Pau. de Cast. q̃ si quis stipẽdiarius suę ciuitatis esset, & in expeditione militari se exercet, nõ tamẽ est miles, sed ad stipẽdium conductus suę Communitati seruit, puta Florentinus à Republica Florentina, an militum priuilegio gaudeat quo ad bona, quæ in eius ciuitate, vel suo comitatu possidet, inquit ipse primo videri q̃ nõ; quia nõ iurat eo modo, quo milites iurare tenentur, in l. pe. ff. ex quib. cau. maio. quia stipendia recipiunt, sicut alii extranei. Contrarium tamen determinat, q̃ gaudeant sicut olim in ciuibus Romanis, qui stipendia recipiebant, vt in tit. de erro. mili. anno. lib. 12. & ita tenet & sequitur Alex. ibi. in fi. dicens q̃ solemnitas, & ordo, qui olim in assumptione seruabatur, in vsu esse desijt, remanet tamẽ effectus. Non obstat secundùm eum ibi, q̃ isti hodierni stipendiarij non iurent; quia hodie illa obseruantia non est in vsu, & aula recessit, Sed sufficit quòd eorum Capitaneus pro omnibus iuret, & dicit quòd etiam ipsi fidelitatis iuramentum de

Source : BIU Cujas

conſuetudine præſtant, idem tenet Pau. de Caſt. in l. ſancimus. C. de reſtitu. mili. dicens quòd milites noſtri temporis, qui pro republica non occupantur, ſed per plateas vadunt, & propria gerunt negocia, & in ſeſſionibus honorantur militum priuilegia non habent. Si verò Ciuitas propria guerram haberet, & ipſi ad ciuitatis ſtipendia permanerent ſicut alii ſtipendiarii, priuilegia in eorum ciuitate habere debent, ſicut Romani milites habebant, qui in expeditione militari pro republica ſtabant, & tamen ſtipendia habebant non ſolum militis, ſed quorumcunque armorum hominum, qui ſtant ad ciuitatis ſtipendia; & potius militaris actus, quàm cingulum inſpicitur, & hodie non eſt in vſu, quòd omnes armigeri milites ſint, & ideo cùm pauci milites ſint, non eſt curandum, an ſint milites. Ange. & Imo. in l. illæ autem inſtitutiones. ff. de hæred. inſtit. dum de ſtipendiariis hodierni temporis loquuntur, ſentire videntur, quòd ſi in Eccleſiæ Romanæ, vel Imperij ſeruitium ſint militantes, militari priuilegio gaudent: hanc opinio. ſequitur Socin. in l. centurio. colum. j. & ibi Ripa in 3. colum. verſic. Secundo dubitatur. de vulga & pup. vbi inferunt ad milites Rhodianos, qui ſemper pro Chriſtianæ religionis defenſione mortem oppetere parati ſunt, & eandem opinionem ſequitur Deci. conſu. 578. Viſo conſilio colum. j. verſicu. Primò an teſtator.

3 Circa † ſecundum de militibus inermis militiæ, quales noſtri temporis milites dici poſſunt, qui equites nuncupantur, vtentes deauratis calcaribus, & prout ſunt etiam in hac Romandiola Prouincia ſan Georgij milites, & in Anconitana Prouincia milites Lauretani, qui, vt refert Cyn. poſt Iacob. de Raue, in dicta l. j. in 6. q. C. de iur. & fac. igno. enſe cinguntur, aqua balneantur, antecedere prætendunt in ſeſſionibus, in potu & in honore, pellis varii & deauratorum calcarium, cum quadam reuerentiæ prærogatiua ſalutari quærunt, an eodem priuilegio, quo veri milites, gaudeant, vt non teneantur, niſi in id quod facere poſſunt, varię fuerunt opiniones. Nam Iacob. Pet. Cyn. & Bald. in dicta l. j. partem negatiuam amplectuntur, ex quo ociis vacant, & quotidie ſtant ſuper banchis, & per plateas ambulant. Idem firmat Alberic. in l. militem C. de procura. vbi refert ita de facto obtinuiſſe. Idem tenet Bald. in l. in teſtamento. in fin. C. de milit. teſtam. dicens quòd milites Tuſciæ, & maxime Florentini, qui magis mercantijs, quàm gloriæ militari ſtudent, & non reipublicæ cauſa, ſed ad pompam militant, militum priuilegijs non gaudent, quia tanquam priuati ſunt, allegat not. per gloſ. in l. eos. C. de offic. magiſtr. milit. & in l. penult. ff. ex quibus caul. maio & ita tenent Cano in cap. in noſtra. extra de procurat. Bald. tamen in dicta l. j. in fin. C. titu. not. tenet, quòd etiam noſtri temporis milites, vt prænominati ſunt, militum priuilegio gaudent, & pro contractus, vel vltimæ voluntatis debito carcerari nō poſſunt; qa veri milites ſunt, alioquin

4 falsò verentur vocabulo, quod dicere fatuitas eſſet. Et † quāuis veteris obſeruantiæ inſignia non habeant, quæ in militibus requirebantur de quibus per gloſſ. in dicta l. penult. & declarat Abb. in dicto cap. in noſtra. colum. fin. verſic. Ex qua colligitur. habent tamen nouæ obſeruantiæ inſignia, quæ iure cuiuſdam tranſlationis loco veteris ſucceſſerunt: vt habetur in c. tranſlato, & ibi Feli. in 3. colum. in princip. verſic. Et adde Bald. extra de conſtitutio. Et maximè quando à Papa creantur, qui ab eo benedicuntur, vt de benedictionis forma patere dixit in Pontificali. j. par. fol. 63. aliàs 133. & idem refert de his qui à principibus creantur, & quamuis ab eis non benedicantur, eiſdem tamen gaudent priuilegiis. Quid tenendum? Reſpō. quòd tutius

5 eſt tenere, quòd veri militis priuilegio non gaudeant. Quia † & doctores qui in expeditione & aduocationis exercitio non ſunt, ſed ſolo nomine & non actu ſunt doctores, vt refert Alexand. in dicta l. centurio. colum. 4 in princip. nume. 7. verſi. Et ſic remanet concluſio, doctorum priuilegio, qui actu & exercitio doctores ſunt, non gaudent, vt in præcedenti q. in j. fallent. diximus, nume. 0. & nume. 6. quamuis Are. in cap. clerici. & ibi Feli. in j. colum ſub nume. 4. verſic. Vltimò pro nunc. & nume ſequen. extra de iudi. teneant, quòd etiam ſi non exercent, doctoris priuilegio gaudeant: & ita tenet Sali. in dicta l. j. in vlt. colum. verſic. Quæro duodecimò dicens quòd milites, qui domi ſunt, vel vagabundi. priuilegium non habent, de quo in dicta l. miles. per gloſſ. & Barto. & potiſſimè, qui domi ſtant, & nō in caſtris, vt ſunt prænominati, & ita concludit Alexand. in dicta l. centurio. col. 4. ver. Secūdo iuxta expeditionem. Quia vide

6 mus † ꝙ iura de militibus loquētia, in veteranis, quirei militari non inſiſtunt, locū ſibi non vendicant. l. ad veterani. ff. ad l. Falc. l. filiusfa. § veterani. cum ſeq. ff. de proc. præter q̄ quò ad quędā

7 enumerata in l. j. & quaſi per totū ff. de priui. vet. Præterea † milites noſtri temporis ſi negocijs & mercantijs vacant, non propterea militare dicuntur l. vnica. C. nego. ne mili. lib. 12. faciunt quæ habentur in dicta l. penult. ff. ex quib. cauſ. maio. & Inſtitu. de teſtam. mili. in princip. & §. fin. in authentico de manda. princip. vbi gloſſ. apertè voluit, quòd milites illi, de quibus ibi, non obſeruantes, priuilegiis non gaudent. Cùm ergo milites noſtri temporis non obſeruent, pro militibus haberi non debent,

l ſi quis. C. de fabricen. lib. 12. & l. nominationes. C. de appellatio. & dato quod in aſſumptione militiæ ſolemnia interueniſſent, ſi tamen rei militari non incumbunt, priuilegio militari carere debent. l. qui ſub prætextu. C. de reſtitut mili. cum concord. Præterea ceſſante priuilegium, ceſſare debet. l. Titio Seio. §. vſuras. de lega. 2. l. generaliter. C. de epiſco. & cleric. & c. cum ceſſante. cum materia, extra de appellatio. Sed in milite ſtatum fuit, vt armis, ac reipublicæ tuendæ foret intentus, quod in iſtis militibus noſtri temporis non ſeruatur, ergo eorum pri-

8 uilegium ceſſare debet. Vltimò † ſi miles non eſt matriculatus, vt ſunt hodierni temporis milites, cenſetur vt priuatus, ſeu tanquàm paganus ſecundùm gloſſ. in dicta l. eos. C. de offic. magiſtra. milit. quam reputat not. Bald. in l. non ignorat. colum. 5. in princip. verſic. In clericatu credo. C qui accuſar. non poſſ. & in dicta l. ſeriniarios. ergo militis priuilegio gaudere non debet,

9 de quo in dicta l. miles. Et in hanc ſententiam † quòd milites noſtri temporis veri militis, qui ſe in caſtris exercet, priuilegio non gaudeant, concordat Specu. & Ioan. Andr. in §. j. verſicu. Item quòd eſt miles, in titul. de procura. & in §. 1. verſic. Item excipitur, quòd eſt miles, in titu. de accuſa. & Ioan. Andr. in c. cum deſideres. & ibi omnes Can. extra de ſenten. excommun. & Alberi. in dicta l. penult. ff. ex quib. cau maio. vbi refert, quòd magis communiter ſeruari vidit, quòd veri militis priuilegio non gaudeant. & ita tenet Marian. Socin. in tracta. de citatio. in quinto articu. q. 17. verſic. Decimotertiò fallit. cum multis aliis concord. per Alexand. relatis in dicta l. centurio. colum. 4. an-

10 te fin. verſic. Et in hanc ſententiam. Fallit † tamen ſecundum Iac. de Rauē in dicta l. j. C. de iur. & fac. ignor. quem ſequitur ibi Cyn. in 6. q. & ibi Saly. in 4. colum ſub nume. 9. niſi ratio & cauſa ſubeſſet, propter quam aliquod militibus priuilegium à iure conceſſum fuiſſet. Vnde ſi quiſpiam ex militibus noſtri temporis vacaret armis & ad reipublicæ, ciuitatis, aut Regis domini ſui defenſionem paratus eſſet, prout ſunt in Regno Neapolitano, priuilegijs militaribus gauderet, vt potius priuilegij cōceſſi cauſa, quàm creationis modus & forma conſideretur, vt dicta l. qui ſub prætextu. alioquin ſi ratio & priuilegii cauſa in eis ceſſat, tunc illo priuilegio non gaudent, vt patet in dicta l. ex teſtamento. C. de teſtam. mili. & declarat Alberic. in dicta l. penult. verſic. Et quod dicatur. & ſic milites noſtri temporis, qui ad pompam & etiam ad ciuitatis ornatum militant, priuilegio non gaudent, dicta l. j. de iur. & fac. igno. & de quo in dicta l. miles. argum. l. j. ff. de bonor. poſſeſſ ex teſtamen. mili. & dicta l fin. C. de reſtitu mili. Vnde dixit Feli. in cap. quanto. in fin. num. 4. verſic. Et ſcias. extra de magiſtra. quòd priuilegia data à iure militibus, locum non habent in militibus noſtri temporis, niſi concurreret eadem ratio in iſtis militibus, quæ in antiquis concurrebat, puta quia aliquis re vera ſe exercet, vel ſe exercere paratus eſſet, quamuis in creatione ſua ſecūdùm formam legum non iurauerit ſecundum Bald. in l. j. in fin. C. titu. not. Quamuis enim ordo & ſolemnitas in aſſumptione militię in vſu eſſe deſierit, remanet tamen effectus. l. decreto. C. de infami. & l. ordo. ff. de public. iudic. & ſequuntur Docto. in dicta l. j. de iur. & fac.

11 igno. Illud † etiam ignorandum non eſt, quòd noſtri temporis milites, etiam ſi militiam exerceant, non gaudent priuilegio. dicta l. miles. ſi pro republica, vel Patria ſua, aut domini ſui defenſione non militent. ſecundùm Salic. in dicta l. j. q. 5. Reperio Alberic. in dicta l. penult. verſic. Ipſe autem. vbi allegat Guiliel. de Cun. ibi diſtinguentem, quòd milites quædam habent priuilegia, quorum ratio in militibus noſtri temporis hodie non militant, vt puta quòd milites iure priuilegiato teſtari poſſint, & hoc hodie non habent; quia etiam antiquitus non competebant, niſi in expeditione incumbentibus: vt l. 2. ff. de bono. poſſ. ex teſtam. mili. Quædam ſunt priuilegia, quorum ratio hodie in eis remanet, ſcilicet quòd milites quæſtionibus non ſubiiciā tur, quod priuilegium habeant; quia ratione dignitatis & nobilitatis conceſſum fuit: vt l. nullus. C. ad l. Iul. maieſta. & c. ſed miles. de pace tenen. & eius viola. in vſib. feudo. & hæc priuilegia hodierni milites habent. l. milites. C. de quęſtio. ſecundùm Saly. in d. l. j. col. 4. in fi. quintæ q. de iur. & fac. igno. quem etiam ſequitur Alex. in d. l. centurio. col. 5. in prin. ver. Ex his infert. nu. 34. & Bru. in trac. de indi. & tortu. in 4. q. principali ſecūdæ partis. col. 4. in prin. ver. Sed quid de militibus. & Euerar. in d. 22. arg. locus à mili. arma. mili. ſub litera A. & B. il j. vbi etiam ſubdit cōſuetudinem, vel ſtatutum diſponens milites torqueri poſſe, non valere, iuribus ibi per eum allegatis. & abunde per Mod. in addi. ad Rom. in ſing. 494. Milites. Idem priuilegiū habet Doctor, vt torqueri nequeat, quamuis ignorantiſſimus ſit, ne dignitati doctoreæ dehoneſtetur, per Ripam in d. l. centurio. col. 6. in prin. ſub nu. 17. ver. Qua ratione. & ita communiter tenetur, nec contraria conſuetudo valet, vt tenet Rom. in d. ſing. 494. Paris de Put. in tract. Syndica. in verbo Doctor. c. An doctor, ſeu aduocatus poſſit torqueri. vbi plenè. & Marſi. in ſing. 559. Plura vt credo. quem ſequuntur Mod. Rhegi. in ſua pract. cri. ſuper repeti. l. obſeruare. in prin. ſub nu. 180. ibi. Itē excipiuntur doctores. C. quorum appella & latè tradunt Mod. in addit. ad Matthęſila. in ſingu.

Source : BIU Cujas

gu. 59. No. quòd legum doctores, vbi tenent hoc procedere in doctore actu legente, & non cæteris. Quinimmo concludunt Marsi. & Mod. Rhegi. vbi supra, quòd in casibus, in quibus doctor torqueri posset, vt in crimine læsæ maiestatis, proditionis populi, falsitatis & simonię, doctor primò degradari debet, antequàm torqueatur, quamuis indifferenter contrarium obser-
12 uetur & malè per prędicta. Habent † etiam milites vltra prædicta aliud priuilegium, quòd hodie de consuetudine non suspenduntur pro eo delicto, pro quo plebeius suspenderetur: vt inquit glo. in l. desertorem. §. pœna. in verbo torquentur. ff. de re mili. Et ideo dixit Paris de Put. in d. tracta. Sindi. in verbo Paupertas c. An si statutum relinquit pœnas. colum. 2. in versi. Vnde iudex. quòd propter turpitudinem miles ad furcas suspendi non potest, nec etiam de consuetudine, nisi propter latroci-
13 nium, per quod omne priuilegiũ eximitur. Sed † tales hodierni temporis milites ab agrorum cultura, animalium custodia & mercimoniorum quæstu abstinere debent, in quibus hodie auaritię causa immersos quàmplures variis in Italię locis agnouimus, aliena non peragant negocia & ad ciuiles curas non accedant, alioquin militia & priuilegiis priuantur. l. nemo miles. C. de re mili. lib. 12. iuncta. d. l. vnica. C. de negocia. ne mili. eo.
14 lib. Scias tamen † quòd qui litis fiendæ, vel debiti non soluendi causa effectus est miles, instante creditore à militia solui debet. l. j. C. qui mili. non pos. lib. 12. & ideo ad bonorum cessionẽ admitti non debet, iuxta tradita per Barto. in l. j §. j. ff. si quis te-
15 sta. liber esse iuss. fue. & quæ dicentur infra in 30. q. Non † potest tamen hic miles renunciare huic beneficio, quod habet, ne cõueniatur vltra quàm facere possit, vt latè declarat Alexan. in l. alia. §. eleganter. col. pen. num. 16. ff. solu. mat. quia priuilegium illud ratione personæ, non ratione contractus militi competit.
16 Circa † tertium de militibus cœlestis militiæ: quia satis diximus supra in 3. q. principali, aliud scribendum non curaui, nisi quòd quamuis pro ciuili debito non possint tàm hi, quàm milites armatæ militiæ, & doctores, de quibus in præcedenti quæstione carcerari, capi tamen & carcerari possent, si fugitiui, vel de instanti fuga suspecti forent, vt in clerico diximus supra in dicta 3. q. principali. versi. Sed videtur mirabile. nume. 17. per ea quæ tradit Abb. & alii in cap. cùm non ab homine. extra de iud. & Bald. & Docto. in l. si curialis. C. de episco. & cleric. & in l. j. C. vbi quis decu. vel cohar. Materiam hanc de suspicione fugæ ponit latè Ioan. Bapt. de Sancto Seueri. in tracta. de debito. suspec. & fugi. ideo ad ibi dicta per eum me remitto: Solum duo dicam quæ ab eo scripta non reperii, quamuis extra materiam nostrã
17 sint. Primò, nunquid † si quispiam fuerit pro aliqua ciuili vel criminali causa carceratus, pro alia in carceribus recommendari possit? Bart. in l. 2. ff. de custo. reor. multum prolixè hac in materia loquitur. Ange. verò ibi breuius & melius loquitur secundum Aug. de Arimino conciuem nostrum in addi. ad Ange. in tracta. malefi. in glo. fama publica. versic. Septimò quæro an carceratus. Nam Angel. in d. l. 2. reprehendit Barto. ibi in fi. dicentem, quòd prima executio differtur, si causa super qua debet secundò cognosci, erat delictum grauius, quàm esset primum, quia secundum Ange. Iudex per legis interpretationem ad minorem pœnam procedere debet. l. si de interpretatione. ff. de pœnis. & ex quo ambæ imponi non possunt. Ego autem puto Ange. non bene dicere, ex quo non sumus in dubio, ideo eius responsio fundamentum Barto. qui bene loquitur, tollere nõ videtur, pro cuius dicto tres adduco rationes. Nam clarum
18 est, quòd † minor causa maiori præiudicare non debet. l. si quis
19 forte. ff. de pœnis. & l. cum reis. C. eod. Secundò † pœna vnius delicti pœnam alterius excludere nõ debet, quando plura sunt delicta, tex. est in l nunquam. & ibi nota. ff. de priua. delict. Ter-
20 tiò & vltimò † maioris pœnæ impositio per minorem differri non debet: vt not. in l. is qui reus. in fi. glo. magnæ. ff. de publi. iudi. ergo vbi delictum est grauius, & minor pœna imponi debet, illius executio & non minoris fieri debet: & ita tenendum puto non obstantibus per Ange. allegaris. Redeundo ad quęstionem
21 nostram, dicas, quòd † si quispiam fuit pro fiscali debito carceratus, pro priuato debito recommendari potest. Barto. in l. quoties. C. de exactori. tributo. lib. 10. & Bald. in suo tracta. de
22 carceri † Qui † tractatus quamuis Bartolo attribuatur, à Baldo tamen editus fuit secundum ea quæ ibi allegantur, & ita dixit Barb. in c. olim. col. 7. num. 41. extra de præscript. idem firmat Diplouata. in apost. ad dictum tractatum, & ita Bald. attribuitur, vt hodie in tertio vol. tractatuum reperitur impressius, quãuis teneat Caccialu. in tracta. de debito. suspect. & fugi. in quinta q. principali. in prin. illum esse domini Francisci domini Baldi de Perusio, quod idem firmat Boer. in decisio. 349. Quæritur, an ciuiliter. colum. 4. ad fin. Veritas est, Bartolum nunquam illum composuisse, vt etiam attestatur Marian. Socin. in tractat. de citatio. in 5. articu. q. 17. in 12. fallen. & clarè patet ibi in penul. colum. sub versicu. Circa secundum. dum allegat l. 3. & ibi per eum not. C. de episcop. aud & in eadem colum. in fin. ibi. Nam iudici iniustè. dum allegat not. per ipsum in l. addictos. C. eod. Nam ibi Barto. nihil scripsit, ad quod allegatur, immo Bald. vtrobique scripsit & adducit ea quæ in eodem tracta. allegat in
23 eodem proposito. Dico igitur † quòd eodem modo si pro priuato debito fuit carceratus, pro fisci debito, & pro delicto recommendari potest, vt tradit Barto. in l. cum ea. aliàs. l. sacrilegi. §. fi. ff. de ad l. Iul. pecu. & diffusius in d. l. 2. ff. de custo. reor. & sequitur Bald. in d. tracta. de carceri. colum. fi. in princip. versi. Restat quartò videre. & Moder. Bono. in §. Attingam. colum. 16. versic. Quæri etiam potest, nume. 32. cum sequen. in sua pract. crimi. Si verò pro vno delicto ex causa ciuili fuit captus, an pro
24 alio similiter priuato debito recommendari possit? Dic † quòd si captura prima non tenet, pro alio debito detineri non potest: vt in not. causa consuluit Parisi. consi. 101. Citatio. colum. 2. versi. Postquam enim. vsque ad fin. volu. 3. Quia quod est in se inutile, alteri vigorem dare non potest. l. cum vnus. ff. de auctor. iudic. poss. ideo in vi, seu veritate adhæsionis recommen-
25 datio non procedit. Quia † qui adhæret, semper adhærere debet in eo statu, in quo inuenit id cui adhęret. Rota in decis. 225. Adhærentes. in nouiss. Oldra. consi. 290. Contra articulos. Bal. in authen. hodie. colum. fin. nume. 9. C. de appellatio. & consil. 90. Quæritur an captus. in princip. vol. 5. cum aliis per Feli. citatis in c. veniens. il secundo. colum. 2. in fin. versic. Secunda conclusio. extra de testi. & in c. cum super. colum. 2. ad fi. versi. Quoties tertius. & colum. sequen. in princ. & colum. 6. in princi. ver-
26 sic. Nota etiam, quòd quando tertius. extra de re iudi. Aut † prima captura tenet, & tunc aut de iure communi loquimur, & talis personæ captura fieri non potest, nisi in causa iudicati: vt l. j. C. titu. nost. & §. aliud quoque capitulum. versic. Si verò vnum de prædictis in authentico, vt cum de appella. cogno. & ibi etiã est tex. quòd dato fideiussore debet quis excarcerari, etiam dato eius filio pro fideiussore, dummodo sit idoneus, ideo distin-
27 guendum videtur. Aut † Ambo creditores ex contractu eandem causam non lucratiuam prætendunt & pro se sententiam & de capiendo licentiam habent, & tunc vnius carceratio alteri prodest, & sic captus pro debito recommendari debet; quia nõ refert, vtrum de nouo capiatur, vel in carcerem recommẽdetur. Nam captura quædam realis est citatio, ac ille qui præsens est, citari non debet, vt tradit Maria. Soci. in tracta. de citatio. articulo quinto. num. 21. versic. Decimosextò quæro. sed ei præcipitur, vt non recedat priusquàm debitum soluat, & hoc præceptum de non recedendo est ipsum de nouo citare. l. 2. C. quom. & quando iudi. ergo in carceribus pro alio debito recõmendari potest, nisi die feriata in honorem Dei recommenda-
28 tio facta esset: Nam † capturæ & recommendationes tali die factæ non valent, nec tenent l. fin. & ibi no. C. de feriis. & c. fin. ex-
29 tra eod. titu. Et quamuis ob suspicionis causam, quæ post contractum superueniisset, debitor die feriata in honorem Dei capi posset: vt not. glos. sing. in d. l. fin. & ibi Barto. & alii, & Ange. in l. 2. versi. Conclude. & ibi Alexan. num. 8. ff. eo. cum aliis per Soci. senio. citatis consi. 99. Circa primum. num. 4. & consi. 100. In dubitationibus. colum. j. & consi. sequen. col. j. versi. Non ha-
30 bet. vol. 4. Non † poterit tamen tali die recommendatio, & personę iam carceratę fieri sequestratio, vt singulariter voluit Bal. in auct. ei qui. colum. 4. ad fin. versic. Quæro, pone dictat statutum. C. de bo. aucto. iudi. pos. quem sequitur Alex. cõsi. 159. Circa primum dubium. col. fi. ver. Tamen non potest, vol. 2. & Ias. in l. si fideiuss or. §. si satisdatum. col. pe. in prin. ff. qui satisd. cog. & Feli. in c. significauerunt. col. fi. in prin. ver. Limita etiam ista-
31 nu. 30. extra. de iudi. Cautela est igitur † ꝙ creditor prouideat, & diligẽter curet, ꝙ si die feriata carceratus relaxetur, ipsum ratione nouæ suspicionis fugæ iterum capere faciat, vt est de mẽte Bal. in d. ver. Quæro pone dictat statutum. quẽ sequitur Alex.
32 d. consi. 159. col. fi. sub nu. 7. versi. Tamen non potest. Si † verò vnus sententiam habet, alter non, & tunc ille qui non habet, illum, qui captus est, in carceribus recommendari facere non potest, nisi ipse carceratus se denuo citari expectet, & cõtra ipsum licentiam concedi, quod fieri potest, etiã ꝙ ipse sit in carceribus. Cautela est igitur, ꝙ captus debitũ offerat, pro quo captus fuit, & illud consignet, antequàm alia de ipsum capiendo licentia detur, iuxta. l. acceptam. & ibi Bal. Ange. Sali. & Pau. de Cast. C. de vsur. & sic cùm sit de carcere relaxandus, recommẽdari non poterit. l. si reus paratus. ff. de procura. Aut de iure municipali loquimur, & tunc illius dispositioni inhærendum est. Si verò fuit pro delicto carceratus, & similiter pro alio delicto recommendatus, & sic vtraque executio corporalis esse debet; & tũc dicas secũdùm Bar. in d. l. 2. de custo. reo. ad quem omnes
33 recurrunt, ideo ad ipsum breuitatis causa me remitto. Si † verò est pro delicto carceratus, an pro ciuili debito recommendari possit? Inquit Bar. consi. 221. An positus in carceribus in 2. pa. ꝙ si habita modica dilatione in executione pœnæ corporalis consuli possit illi, qui decuniam petit, tunc (inquit) concedendum esse hanc dilationem, alioquin secus, allegat l. 2. C. de bo. damna. & facit. l. fi. circa prin. C. de publi. iud. Dic ꝙ non, vt latè per Roma. in quodam suo consi. non impresso penes me existẽte, cuius tenorem hic transcribendum duxi, vt rationes & iura p eũ allegata videri possint. Tenor igitur illius talis est. In Chri-

Source: BIU Cujas

ſti nomine amen. Caſus ſuper quo cõſilium petitur eſt præmiſ-
34 ſus. Ex quo dubia excutienda veniũt: Primum, an † ille, cui datus eſt ſaluusconductus de ſtando & veniendo liberè, intelligatur datus de liberè recedendo? Secundum dubium eſt, an carcerarius pro delicto poſſit recommendari in carceribus pro debito? Et circa primum dubium videtur dicendum ꝙ non; quia promiſſio limitata non porrigitur extra caſum ſuum. ff. de verbo. ob. l. j. §. ſed ſi mihi. extra de reſti. ſpolia. c. Piſanis. Eſt enim talis promiſſio ſtricti iuris, & ideo ſtrictè intelligenda eſt. ff. de verb. ob. l. quicquid aſtringendæ cum ſimilib. Sed contrarium eſt verum. Quia ille, cui data eſt ſecuritas veniendi, habet ſecuritatẽ & recedendi, cum non veniat ſecurè, qui non poteſt recedere. l. ſciendum. ff. de leg. & ad Trebel. l. de ætate. prout pro hac parte eſt gl. no in l. vtimur. ff. de ſepulch. viola. hanc partem tenet Iacob. de Are & Bar. poſt eum in d. l. vtimur. & in l. j. ff. ad l. Iul. maieſt. & l. relegati. ff. de pœnis. Circa ſecundum dubium dicen-
35 dum eſt, ꝙ non † quia in caſu noſtro ſequeſtrando eum in carceribus, priuat ipſum libertate propria, quod non poteſt. ff. de in ius vocan. l. pleriq; de condit. & demonſtr. l. Titio centum. §. Caio. ff. de libe. homi. exhib. l. j. in fi. Quinimmo ſi eſt ſequeſtratus, debet tanquam ſpoliatus propria libertate ante omnia reſtitui. C. ad l. Iul. de vi pub. l. ſi quis ad ſe fundum. ff. de ord. cogn. l. fi. vnde vi. l. meminerint. de reſti. ſpol. c. item cum quis. cum ſimili. Item nõ debent audiri creditores volentes obiiccre exceptionem aliquam contra iſtum ſequeſtratum, vel ipſum impedire quominus reſtituatur in ſua propria libertate. ff. quod vi aut clam. l. j. §. & parui refert. & not. Dyn. in c. qui ad agendum. de regu. iur. lib. 6. Præterea ſi iudex ad inſtantiam creditorum ſequeſtraſſet iſtum debitorem, deberet ſibi actio concedi contra creditores, quia quando vis compulſiua, ſiue ſpoliatiua inferrur per illas perſonas, per quas nobis acquiritur, datur ſpoliato in nos actio. ff. de vi & vi arma. l. j. § j. & §. ſi filius. & l. interdicto. & ibi not. Sed per iudicem nobis poteſt quæri, ſicut per alios officiales. ff. rem pupil. ſal. fore. l. 2. & 3. de adoptio. l. ſi his verbis. & l. non enim aliter. ff. de magiſtra. conueni. l. j. §. exigere. & no. per Doct. in l. j. §. ius publicum. ff. de iuſti. & iure. de con-
36 uer. coniuga. c. ex publico. Prẽterea † cuſtos carcerum parificatur depoſitario, & ſicut iſti committitur cuſtodia rerum. ff. depoſi. l. j. in princ. extra de depoſ. c. j. & per totum. ita illi cuſtodia perſonarum. C. de cuſto. reor. l. fin. ff. eod. l. milites. Sed per ſequeſtrationem factam depoſitario non debet interdici, vel impediri depoſiti reſtitutio. C. depoſi. l. pe. & in authentica ibi poſita. Præterea iſte debitor fuit incarceratus pro criminis executione, ſequeſtratio autem petitur pro proceſſus expeditione, pro cauſa ſummaria & ciuili, & ideo fieri non poteſt, cum ſint diuerſæ ſpeciei, ſicut dicitur in reconuentione & prorogatione: vt no. in l. ſi quis ex conſenſu de epiſco. aud. per Cyn. ff. de iud. l. j. extra de iudic. c. at ſi clerici. C. de ſenten. & interloc. om. iudic. l. cum Papinianus. & authentica & conſequenter. ſecus ſi eſſet eiuſdem ſpeciei, argum. ff. de iuriſd. om. iudic. l. ſi idem cum eodem. de mutu. peti. c. j. & 2. & ita intelligendum eſt quod not. Bar. in l. 2. §. fin. ff. de cuſto. reor. & maximè in caſu noſtro, vbi non poteſt reuocari ſecuritas data. pro quo facit regu. qui ſemel. cum ſua materia, lib. 6. & melius probatur per iura ſupra allegata. Ex quibus omnibus conſulo, ſequeſtrationem huius debitoris fieri non poſſe pro debito ad inſtantiam creditoris, & ſaluum conductum reuocari non poſſe, donec dictus debitor in libertate propria reperiatur. Sed an caſu prædicto primò poſſit impune offendi, etiam ſi ſciatur eius ſecuritas à priuato, vide Alber. de Roſa. in tracta. ſtatuto. in 2. par. q. 9. & ibi tractatur à quibus poſſit iſta ſecuritas concedi, & quando ſeruanda eſt, & quando non. & de cauſa. q. j. Vide etiam Nellum in tracta. bannito. in 2. tempore. in 3. parte q. 17. vbi etiam habes, ſi eſt data talis ſecuritas, an intelligatur pro vna vice, vel pluribus, ibi vide. Quid autem ſi poſitus ſit in carcere pro vno debito, an poſſit pro alio recommendari? vide text. in l. 2. & ibi Barto. ff. de in ius vocan. & in l. ſed eximendi. §. item ſi quis. ff. ne quis eum qui in ius vocan. eſt vi exi. Contrarium tamen videtur per text. in l. ſi cui crimen. §. Idem Imperator. & §. fin. ff. de accuſ. tamen quæſtio iſta eſt ſatis dubia. vide Barto. in d. l. 2. de cuſto. reor. in pen. colum. in fin. & ſequen & in diſputa. Lapus fuit captus. vbi latè diſputauit. & in l. cum vnus. de bon. auctori. iudic. poſſeſſ. Quid autem ſi vnus illicitè capiatur, adeo quòd debeat ſtatim relaxari, an ſtatim iterum & licitè capi poſ-
37 ſit? dic quòd non. l. naturalem. ff. de accuſa. Quid † autem ſi captus relaxetur cum iuramento, vt debeat reuerti, ſi non reuertitur, propter hoc poſſit de periurio puniri? de hoc dic quod legitur per gloſſ. in l. ſuccurritur. ff. ex quib. cau. maio. Bald. allegat. l. nam & Seruius ff. de negoc. geſt. Cano. habent. gloſſ. in clemen. paſtoralis. in verbo per violentam. de re iudic. Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. de hoc eſt text. iuncta gloſſ. de iure ciuili in l. quinta. ff de capti. & poſt li. reuer. Et ita dico & conſulo vt ſupra. Ego Ludouicus de Roma &c. Iuxta hæc dubitari
38 poſſet † an carceratus iniuſtè pro iuſta cauſa recommendari poſſit? hãc quæſtionem latè diſputat Bar. in d. diſputatione. Lapus fuit captus. qui multum ſubtiliter arguit ad partes, & ſoluit. Et quia longum eſſet hic omnia recenſere, ideo à teipſo poteris ibi dicta per eum videre: & vide eundem Bart. & Ang. in d. l. cum vnus. cum aliis ad ſaturitatem per Mod. Bono. relatis in d. §. attingam. nu. 34. ver. Sed dubitari poteſt. in ſua pract. crimi. Se-
39 cundò † nunquid debitor, qui per vnum iudicem captus & carceratus fuit, per alium iudicem relaxari poſſit? Hanc quæſtionẽ habui de facto, & dixi ꝙ ex quo per alium iudicem relaxatus fuerat, iterum veluti nulliter relaxatus capi & carcerari debeat, & per iudicem qui eum detineri, & ſequeſtrari iuſſerat, de nouo relaxari, cùm certum ſit, ꝙ ab eo, qui illum carcerari fecerat relaxandus erat, vt no. dixit Ang. l. neq; impuberes. §. fi. ff. de in ius vocan. dicẽs practicam eſſe, ꝙ carcerum cuſtodes pro debito captum ad inſtantiam creditoris non relaxent, niſi primò iudicis bullettam habeant, qui eum carcerari fecit, cum iudicis auctoritate carceratus abſque eius licentia etiam de creditoris conſenſu relaxari non poſſit, ſecundùm Bart. in l. qui neque. ff. de in ius vocan. quem ibi ſequitur Bal. per no. in l. 2. ff. de offic. procu. Cęſa. prout declarat Paris de Put. in tract. Sindi. in verbo Carcer & carceratus. inc. Licèt dicatur ꝙ carcerarius. ad fi. verſi. Quibus adde. & eſt ratio ſecundùm Ange. ibi: quia eius eſt relaxare, cuius eſt carcerare: vt in regu. iuris. nihil tàm naturale. ff. de reg. iur. & in reg. eius eſt ſaluare, cuius eſt deſtruere. idem fitmat & ſequitur Aug. conciuis noſter in addi. ad Ang. in tracta. malefi. in gl. Fama publica. ſub verſi. Et aduertas tu iudex. Idem comprobat Ancha. conſ. 340. Viſo themate prædicto. in fi. vbi ponderat quoddam ſtatutum, mandans captum relaxari, dicẽs ꝙ ex quo ſtatutum non diſponit à quo relaxari debeat, ꝙ ſecũdùm ius intelligi debet, ſcilicet auctoritate iudicis, qui eum detineri & ſequeſtrari, vel commendari fecit. ad idem no. Bal. cõſi. 91. Sed pone dicta ſtatutum. vol. 5. & ita obtinui. Et hæc duo addere poteris ad ea quæ tradit Caccialup. in d. tract. de debi. ſuſpect. & fugi. tanquàm magis ad illum pertinentia.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio ad rem in ſpecie non poteſt cedere bonis.*

OBLIGATVS AD REM IN SPECIE AN cedat bonis?

QVAESTIO XII. quartæ q. Princ.

1 Duodecimò quæro, an † obligatus ad rẽ in ſpẽ bonis cedere poſſit? Reſpon. ꝙ non, quia prouiſio tituli noſtri nõ eſt in tali obligatione neceſſaria, vt not. probat Bar. in l. continuus. § illud. de verbo. obligat. quod eſt no. ſecundùm Alexand. in l. is qui bonis. la ſecunda, ff. titu. no. in prima apoſtil. ad Bartol. vbi allegat etiam not. per Azo. in ſumma. C. de his, qui in prio. credi. loco ſucced.

SVMMARIVM.

1 *Debitor qui eſt inops, & in pari egeſtate cum creditore ad bonorum ceſſionem non admittitur, niſi ſtatum ſuum mutaret.*

DEBITOR AN AD BONORVM CESSIONEM admittatur, ſi creditor reperiatur pauperior.

QVAESTIO XIII. quartæ q. Prin.

1 Decimotertiò quæro, an debitor ad beneficium ceſſionis bonorum admittatur, ſi creditor non habet vnde viuere poſſit, & ſic eſt pauperior, vel in pari egeſtate cum debitore? Reſpon. ꝙ ſi creditor cauſam oneroſam prætendit, melior eſt agentis conditio. Nam cùm actor & reus eiuſdem ſint priuilegij, potẽtior eſt actor, qui de damno euitando certat, quàm reus, qui certat de lucro captando, & ſic de alterius debito retinendo, ergo ad ceſſionem non admittitur: ita Bald. in l. 2. verſi. Quartò quæro C. quod cum eo. Guil. de Cun. & Pau. de Caſt. in l. in traditionibus. §. ſi quis crediderit. ff. de pact. Bald. in l. ſi maritus in id. vbi Bar. Alexan. & alij. ff. ſolu. matr. & idem Alex. in l. maritum. col. fi. in prin. ff. eo. vbi in marito loquitur, qui non conuenitur niſi in quãtum facere poteſt, cui hoc denegatur priuilegium, ſi eius vxor eſſet inops, ſicut ipſe maritus, & hanc opin. dicit Alex. ibi eſſe magis communem, & eam ſequitur Laſ. in l. quod nomine. col. j. ver. Quartam limitationem. ff. de condi. indebi. & Are. in §. Item ſi de dote. & ibi Laſ. ver. Secundò vltra glo. nu. 10. Inſti. de actio. cum aliis concord. per Marſi. relatis in ſing. 99. Priuilegiatus. & eleganter declarat Deci. in c. in præſentia. col. 21. verſi. Et retenta communi concluſione. nu. 51. cum duobus ſeq. extra de probatio. Intellige tamen prædicta eſſe vera, niſi debitor ſtatũ ſuum mutaret: nam tunc indiſtinctè ipſe ſuo vtitur priuilegio; quia ſatis eſt actori, ꝙ cõtra iuris rigorem agit modificato modo, Bal. in d. ver. Quartò quæro, quem ſequitur Alexan. in rubr. ff. quod cum eo. & Firma. in ſuo repertorio, in verbo Debitor pauper.

Source : BIU Cujas

pauper.nume.23. & in verbo Filius conuenitur.nume. 26.cum alijs,quæ allegaui ſupra in 4.q.principali.circa fin.verſic.Et hoc procedit.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus bonis propter guerram priuilegium habet, ne conueniatur vltra, quàm facere poteſt.*

SPOLIATVS BONIS PROPTER GVERRAM an cedat bonis.

QVAESTIO XIIII. quartæ q.Princ.

1 Decimoquartò quæro, † nunqd ſpoliatꝰ bonis ꝓp guerrã inſolidum excutiatur,adeo ꝙ bonis cedere debeat, ne in carceribus detineatur? Reſp.ꝙ inſolidum non condemnabitur, ſed priuilegio gaudebit, vt non conueniatur,niſi in quantum facere poteſt.ſecundùm Io.Fab.in §.fi.Inſti.de actio. quia maior ratio eſt in ſic ſpoliato, quàm in cedente, cùm hic ſpoliatus prẽter eius voluntatem bonorum perditionem patiatur,cedẽs verò ex voluntate per ceſſionem.l.2.§.ſi quis tamen.ff.ſi quis cautio.& l.quæ fortuitis.C. de pigno. actio. & hanc deciſionem refert Iaſ. ibi in 2.col.ver.Vltimò notate,eſſe mirabilem & notandam:& eam refert & ſequitur Grammati.in deciſ.85.Dum Magnificus.nu.2.ver.Hinc voluit.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus ad Patriam & ad bona olim confiſcata reſtitutus an ad beneficiũ ceſſionis bonorum admittatur.*

2 *Bannitus ad Patriam & ad bona olim confiſcata reſtitutus omnia recuperat.*

3 *Bannitus per deportationem ab omnibus paſſiuis obligationibus exutus eſſe dicitur,ſi poſtea reſtitutus fuit,omnia bona acceptare compellitur.*

4 *Dos filiæ data in bonis ſtabilibus ſi caſmate,vel alluuione periꝛt,non imputatur in legitima filiæ poſt obitum patris.*

5 *Bannitus ad Patriam & ad bona reſtitutus ab emptore bona per fiſcum alienata non recuperat, nec debitorum nomina, qui ad iniuriam banniti fuerunt exacti.*

6 *Bannitus ad Patriam & ad bona reſtitutus actionem contra fiſcum pro bonis ab eo alienatis habet ad id, in quo fiſcus locupletior effectus eſt.*

BANNITVS AD PATRIAM ET AD BONA reſtitutus an cedat bonis.

QVAESTIO XV. quartæ q.Princ.

1 Decimoquintò quæro, vtrum † bannitus, cuius bona per fiſcum publicata & confiſcata fuerunt, ad patriam & ad bona reſtitutus ad bonorum ceſſionem admittatur? Diſtinguendum arbitror,aut iſte reſtitutus omnia bona confiſcata recupe-
2 rat, aut nihil. Primo caſu † cum ad patriam & ad bona reſtitutus omnia recuperet.l.j.& l.fin. C.de ſenten.paſſ.videtur dicendum,illum teneri creditoribus abſq; ceſſionis beneficio,quatenus illorum bonorum ſuppetant vires, ſecundùm Rom.in ſingu.212.Deportatus.& in l.alia.§.eleganter.ff.ſolu.matr.per text. quem dicit ſing.& literis aureis ſcribẽdum in l.2. in fi.ff.de ſent. paſſ.quem etiam ſequitur Vital.in trac.clauſula. in rub.An poſſit renunc.benef.ceſſ.bono.col.9.in prin.verſi. Secundus ſi poſt publicationem.Io.de Arno.Epito.82.& Iaſ.in §.fin.col. pen. in princip.verſic.Item fallit vbicunq;.nu.22. Inſti. de actio. & aliũ tex.in l.pen.& fi.C.de ſen.paſ.allegat Soc.in tract.fallen.reg.65. Cedens bonis.in 15. fallent. In hoc autem puto Roma. Soc. & ſequaces non bene dicere:quoniam illi tex. hoc non probant, ibi enim ſolum dicitur,ꝙ reſtitutus etiam ad bona ceſſionis beneficio vti non poteſt, quin etiam bona cum ſuis obligationibus actiuis & paſſiuis accepter, illa enim repudiare non poteſt,
3 vt ſe à carceribus exoneret. Nam † licèt per deportationem ab obligationibus paſſiuis eſſet exutus,iuxta l.j.C.de fideiuſſo. & l. 3.C.ad l.Iul.vnde vi.ſi tamen reſtituitur, acceptare bona compellitur.d.l.2.nec per hoc inferri poteſt, ergo bonis cedere nõ poterit;ſtat enim, ꝙ acceptare poſſit,& ilico bonis poſtea cedere;quoniam inter acceptare & bonis acceptatis cedere, non parum diſtat, primo enim caſu nullo modo in primæuas obligationes,à quibus per deportationem erat exutus incideret.Secũdo verò caſu quamuis cedat bonis, non per hoc tamen à creditoribus liberatus dicitur:ipſe enim ad pinguiorem fortunã perueniens integrè ſatisfacere tenetur, deducto tamen ne egeat. l. ex contractu.C.de bo.aucto. iudi.poſſ.l.4. & l. qui bonis. ff.titu. no.reprobata gl.in l.vbicunq;.ff.de fideiuſſ.quæ contrarium tenet,& malè ſm Bar.& Doc.ibi.& dicemus infra in 20.q.principali.& ita reſpondet Alex.in d.§.eleganter.col.6.in princ. verſ. Sed in hoc puto.Præterea non vñr congruè allegari.d.l.2.& d.l. pen.ꝙ reſtitutus ad bona non poſſit cedere bonis; quoniam in diuerſis terminis loquuntur, ſcilicet, qñ reſtitutus per Principẽ ad bona, quorũ confiſcatione liberatus erat à creditoribus tũc fiſcum obligatum hñtibus,& quorũ reintegratione reincidens in primas obligationes non poterit & refutando bona reſtitu ta,& allegando pẽnam, quam paſſus eſt,ſe defendere,quin creditoribus ſoluat,vt ante ſnĩam ſoluere tenebatur, verùm ante confiſcationis bonorum ſnĩam ſi competiiſſet condemnato ꝫ creditores refugium ceſſionis bonorum, poſſet etiam ad bona reſtitutus cedere bonis, nõ eo prætextu & allegatione,vt dr̃ in d.l.2. & in l. pen. ſed ex iure primæuo ante ſnĩam competente, ad quod ſimul per reſtitutionem & indulgentiam cenſetur repoſitus:vt d.l.fi.ibi.Ideoq; tantum ad reſtitutionẽ,&c.C.de ſen. paſ.& l.ꝙ ſi minor.§.reſtitutio.ff.de mino.Secundo caſu qñ nihil recuperat,aut illa bona,quæ non recuperauit,caſu & fortuna deperdita fuerunt,puta quia caſmate perierunt, vel eius debitores effecti ſunt non ſoluendo, & iſto caſu puto, cùm abſq; eius culpa hoc euenerit, ꝙ beneficium ſibi à iure indultũ ad bonorum ceſſionem perdere non debeat, cùm ipſe creditoribus
4 ſatisfacere non valeat.l.j.C.tit.no.Prout † dicimus de dote data filiæ in bonis ſtabilibus, quæ caſmate, vel alluuione perierunt, quæ poſt patris obitum ſibi in legitima non imputantur, cùm teneatur filiam redotare,ſi poterit;vt tradit Bal. nouel. in tract. de dote.in 6.par.in quinto ſpeciali,arg.eorũ quæ tradit Io.And, in c.non põt.in verbo.primis.de prẽben.in 6.de quo per Tiraq. in repeti.l.boues.§.hoc ſemone.in reg. verſ. Decimooctauò.in
5 d.c.non põt.ſub nu.31.ibi.Item ſi primũ.ff.de verb.ſig.Aut † illa bona,quæ non recuperauit, fuerunt durãte banno per fiſcũ alienata, & iſto caſu cùm reſtitutus illa ab eo, qui emit à fiſco, non recuperet,ſm Bar.in d.l.fi.col.3.in prin.ver. Pro declaratione eius.C.de ſen.paſ.& in l.Gallus.§.& quid ſi tñ. cum concor. de quibus ibi ꝑ Alex.de libe.& poſth. per Abb.& Imo.in c.inter quatuor,& ibi Feli.in pe.& fi.col. extra de maio.& obedi.& idẽ Feli.in c.ſuper eo.nu.4.ver.Quòd non valet de off.delega ꝑ Pau.Grillan.in tract.de relaxatio.carcera.in 4.q.ſecundę ſpeciei relaxationis.ſub rub.de benefi.& indulgen.Princi.& in tract.de hæreti.in 6.q.ver.Sed quæro retentis.& Nellum in tract.bannito.in j.par.tertij tẽp.in 5.q.verſ.Viſo ergo.& q. ſeq & Plot.in repeti.l.ſi qñ.nu.9.ver.Sic & reſtit.C.vnde vi.& eſt cõis Doct. opinio,vt atteſtatur Calcan.conſ.52.Licet his.col.antepe.in fi.ver. Et ſic per ꝫñs.ſub nu.12.Nec etiam debitorum nomina recuperat,qñ debitores ad banniti iniuriam exacti fuerunt, vt ꝫſuluit Ruy.conſi.22.In qõne col.j.verſ.Si verò fuerunt.vol.5.& aliàs in facti contingentia ad fauorem Iacobi de Cuſinis contra Pirottum Magnanum Ariminenſem obtinui,vt patet cõſi.4. Viſo proceſſu per Pirottum.nu.10.ver.Sicut enim bãnitus.& nu.
6 ſeq.Sed † ꝫ fiſcum,qui bona illa alienauit,vel exegit,actionem habeat ad id,in quo locupletior effectus eſt,ſm Bar. in d.verſic. Pro declaratione eius,quẽ ſequuntur cõiter Doc. vt refert Nellus in tract.bannito.in j.par.tertii tẽp.& Pau.de Grillan.in tract. de hære.in 6.q.ver. Sed quæro retentis. & in tract. de relaxatio. carcera.in 2.par.in 4.& 5.q. Vr̃ dicendum, ꝙ ad dictũ ceſſionis refugium admitti non debeat.Quia cùm ex ſua culpa hoc contigerit ex eo ꝙ culpa caſum præceſſerit,ei imputandum vr̃,regu.damnum quod quis. de regu. iur. in 6. Dyn. in regu. peccatum.in fin.eod.titu. & tradit Bald. in c. quæ in eccleſiarum.colum.3.in princi.verſi.Accipio ſecundam gloſ. extra de conſtit. qui quamuis hac opinionem ibi ſecutus fuerit, ea ratione quia dignum eſt, quòd malè meriti egeſtate laborent. l. bona fides. ff. depoſi. Verius tamen puto debitorem hoc caſu non perdere ceſſionis beneficium;quoniam ob huiuſmodi culpam non offendit directò creditores ſuos, ſed alium. l. etiam. §. licet, cum gloſſ.in verbo quemlibet.cum ibi not.per Alexan.in j.colum.ff. ſolu. matrim. Præterea cùm requiratur dolus, & culpa non ſufficiat,vt quis beneficio ceſſionis priuetur, vt eſt text. in l.verum.§.tempus.ff.pro ſoc.not.in l.fin. in fin.ff. quæ in fraud. credi.tenet Bald.in l.j.colum.2.& fin.C.titu. not. & diximus ſupra in 5.q.& dicemus infra in 20.q.in decimooctauo caſu. nume.31.cum ſequen.& in q.28.nume. 1.2. & 3. ad ceſſionis refugium admittetur,& ſic ab opinione quam ſequitur Alexan.in d.§.licet.non eſt in iudicando recedendum; quoniam non eſt in iure expreſſum, quòd in dicto caſu debitor ceſſionis beneficio priuetur,& nemo priuationis pœnam pati debet, vbi non eſt à iure expreſſum.§.cùm igitur.in auct.de non eligen.ſecun. nuben. & per illum text. ſufficit dicere non eſſe lege cautum, quòd imponatur dicta priuationis pœna, ſecundum tradita per Bald. in authen. ex teſtamento.ſub nume. 5.C. de ſecun. nuptiis.Nec obſtat dicta ratio, quòd malè meriti debeant egeſtate laborare. Quoniam reſpondetur, quòd ſatis egeſtate laborabit debitor, qui ceſſerit bonis: cum cedenti denarius vnus remanere non debeat, ſecundum gloſſ.fin.in l.penult. ff titu. no. & diximus ſupra in tertia quæſt. principali, nume.9.verſicu. An autem quod ſupra dictum eſt. Præterea Bald. ibi loquitur in eo qui conuenitur in id quod facere poteſt, quamuis etiam eo caſu contrarium ſit verius, vt dicemus infra in vigeſimanona quæſt. in fin. non autem in debitore bonis cedente, vt in caſu iſto. ergo &c. & pro hac opinione faciunt dicta per Grammatic. in deciſio. 85. Dum magnificus. per totam. vbi deciſum fuit, quod conuentus à ſuis creditoribus opponens

Source : BIU Cujas

ſe ſpoliatum fuiſſe omnibus bonis per regiam Curiam, ita ꝙ eis ſatisfacere non poteſt, ab eis durante dicto ſpolio moleſtari non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Debitor diues & ad ſoluendum idoneus an ceſſionis beneficium admittatur.*

2 *Debitor pro ciuili debito nec capi, nec carcerari poteſt, niſi prius facta fuerit eius bonorum excuſſio, quòd bona non reperiuntur.*

DEBITOR DIVES AN BONIS CEDERE POSSIT.

QVAESTIO XVI. quartæ q. prin.

1 Decimoſextò quæro, † nunquid debitor diues & idoneus ad ſoluendū creditoribus debeat ad bonorum ceſſionem admitti? Videbatur dicendum ꝙ ſic, ex eo ꝙ debitor ad euitādos carceres ceſſionis beneficiū habet: vt eſt tex. in l. j. C. tit. no. & ita determinat Cy. ibi in 3. q. ꝑ tex. ſing. in l. illud. §. quid tamen. ff. de trib. actio. vbi pater vel dominus ſi non vult inter creditores, qui in illam cauſam contraxerunt, merces æqualiter diſtribuere, poteſt mercibus, vel peculio cedere. & ex illo tex. colligūt Guil. de Cun. & And. de Piſis, ꝙ licèt quiſpiam ſit diues, & ad ſoluendum idoneus, ſi vult, bonis cedere poteſt, ne illa vendendo, & ſoluēdo laborem ſubeat. Eandē opinionem tenet Ray. de Forli. in l. legis Iuliæ. C. tit. no. Contrarium tamen decidunt Guil. & And. de Piſis, vbi ſupra, quos ſequit ibi Pau. de Caſt. & Bal. in d. l. j. col. 2. ver. Quęro nunquid ille qui habet. nu. 10. & ita conſuluit Fed. de Senis cōſi. 193. In qōne. verſ. Nunc eſt diſcutiendum, idem tenet Soci. in tract. fallen. reg. Cedens bonis. in it. fallen. ſequitur Iaſ. in §. fi. col. pen. verſi. Duodecimò & vltimò. Inſti. de actio. Ad dictum §. Quid tamen reſpondet ibi Albe. de Roſa. ꝙ ibi eſt quędam obligatio realis peculii, ideo cedendo liberatur, & ꝙ ibi non bonis omnibus, ſed mercibus tātum cedebat: & ita firmat Iaſ. in d. ver. Duodecimò & vltimò. Quod ego quoq; affirmo, & huius cōcluſionis ratio eſſe poteſt. Quia † pro ciuili debito ad capturā & carcerationem debitoris non deuenitur, niſi prius facta bonorum excuſſione, ꝙ bona non reperiantur, cùm captura non fiat, niſi in ſubſidium: vt eſt gl. ſing. in l. 3. §. pe. ff. de ſuſpec. tut. quā ſequitur ibi Bar. & Bal. & iidem in d. l. j. col. 2. ver. Quæro nūquid ille. C. tit. no. & Bald. in ſua Margarita, in verbo. Filiusfam. Imo. in c. Odoardus, col. 3. in fi. ver. Item nō videtur eſſe verum, extra de ſolutio. Alex. conſi. 149. Circa primum dubium, in fi. vol. 2. & in l. à diuo pio. §. in venditione. col. 2. in fi. ver. Iuxta hoc incidit. ff. de re iudi. vbi refert illam gl. eſſe cōem. Vnde dicit Feli. in c. qđ ad conſultationem. col. 7. ſub nu. 17. in fi. extra de re iud. ꝙ periculoſum eſſet in pratica recedere ab opinione d. gl. idem tenet Didac. Couarru. in 2. lib. varia. reſolu. c. j. nu. 2. & ita tenet Io. Pe. de Ferra. in ſua prat. Papi. in for. executio. ſent. in gl. j. col. pe. poſt medium. ver. Sed an ſit neceſſaria excuſſio bonorum, quamuis interdum vel conſuetudine, vel ex forma ſtatutorum hoc non ſeruetur in pratica ſecundùm eum ibi. Si ergo bona reperiuntur pro creditorum ſatisfactione, ergo ad bonorum ceſſionem deueniri non poterit.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus pro delicto ad pęnam pecuniariam, quam uis non habeat vnde ſoluere poſſit, non tamen ad ceſſionem bonorum admittitur.*
Qui in ære ſoluere non poteſt, luit in corpus.

2 *Pœna ſi venit fiſco applicanda, commutari poteſt etiam inuito accuſatore, ſecus ſi eſt parti applicanda.*
Commutatio pœnæ an & quando fieri non poteſt.

3 *Regula, qui in ære ſoluere non poteſt, luat in corpus, quomodo procedat.*

CONDEMNATVS PRO DELICTO AN cedat bonis.

QVAESTIO XVII. quartæ q. Princ.

1 Decimoſeptimò quæro, † debitor ob delictū condemnatus ad pęnam pecuniariam, ex quo pęnam ſoluere non poteſt, an bonis cedere poſſit? Reſpon. ꝙ nō, ſed pecuniaria pęna in corporalem reſoluitur; quia qui in ære ſoluere non poteſt, luit in corpus. l. fi. in fi. C. de ſepul. viol. l. quicunq;. C. de ſer. fug. l. fi. ff. de in ius voc. & l. j. §. generaliter. ff. de pęnis. cum vulg. ita tenet Ang. in l. 4. num. 4. verſi. In criminali verò. ff. tit. no. & ita conſuluit Veronen. conſi. 9. Quidam ex delicto. & tradit Didac. Couarr. in 2. lib. varia. reſolu. c. j. nu. 8. verſic. Præterea dubitatur. Et in tantum hoc eſt verum, ꝙ etiam poſtquam luit in corpus, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, non vexabitur; quia corporalis pęna loco talis ſatisfactionis eſt: vt no. Io. And. in reg. peccatum. de reg. iu. in 6. quem refert & ſequitur Ang in d. verſi. In criminali verò.

2 Et prædicta intellige † quando fiſco eſt applicanda pęna & criminaliter & ad vindictam agitur. Nam eo caſu etiam inuito accuſatore fiet commutatio ſecundùm Archi. in c. ſi res. 14. q. 6. Secus quando parti pęna venit applicanda, vt in furto: eo enim caſu commutatio in corporalem fieri non debet, niſi actore cōſentiente, arg. c. fraternitas. 12. q. 2. inuito enim actore cōmutatio fieri non poteſt. Bal. in l. fi. ff. de in ius vocan. per illum tex. & in l. ꝙ ſi maior. §. ſi ſeruus. ff. de minori. Non tamen hoc caſu propter eius dolum in furto commiſſum ad ceſſionis beneficium admittitur: vt per Veronen. d. conſi. 9. Quia in delictis bonorum ceſſio locum non habet: vt no. Bal. in l. ſed & ſi ex parte. in princ. argu. illius tex. ff. quod cum eo. vbi pro hoc allegat eſſe expreſſum in l. fi. §. fin. ff. quæ in frau. cred. & in obligatione quæ venit ex delicto non eſt locus ceſſioni bonorū: vt d. l. quicunq;. de ſer. fugi. & tradit Bal in l. ſi prius. in prin. ſub nu. 26. C. de iure fiſci. lib. 10. Si verò ad intereſſe conuenitur, ſiue ex contractu, ſiue ex quaſi delicto agatur, tunc in corporalem pęnam non fiet commutatio, ſed expectabitur, donec ad pinguiorem fortunā peruenerit: vt in c. Odoardus. extra de ſolutio. & in c. olim vobis. de reſti. ſpoliat. & l. nam is. ff. de dolo. ita tenet Abb. poſt Io. And. in d. c. Odoardus. col. j. in j. oppo. cum quo tranſit Aufrer. in addi. ad Capel. Tholoſ. in q. 61. Item fuit quæſitum, an ceſſioni bonorum. Quamuis Io. Fab. in §. fin. & ibi Iaſ. in 3. col. verſic. Quartò ſupraſcripta regula. Inſti. de actio. dicant, ꝙ ſi quis iniuriarum actione agat, concludatq; ad pecuniam & ſic ciuiliter, & reus condemnatus bonis cedat, non liberat ſe, ſed pecuniaria pęna in corporalem reſoluitur & non bene prędicta Atten

3 de tamen † ꝙ ſupradicta regula, qui in ære ſoluere non poteſt, luat in corpus, in mulcta locum ſibi non vindicat; quia tunc diminutio, vel moderatio fieri debet. l. illicitas. §. fi. ff. de offic. præſi. Immo ratione inopiæ fit remiſſio & liberatio totaliter, nec luere debet in corpus, nec cauere de ſoluendo, ſi ad pinguiorē fortunam peruenerit, nec ſoluere teneretur, etiam ꝙ ad pinguiorem ſtatum poſtea deueniat, vt tenet Phil. Franc. in c. reprehenſibilis. col. pen. nu. 10. verſi. In mulcta verò. extra de appellatio. & in d. §. fi. per illum tex. inquit Bar. in fi. ꝙ eadem regula non vindicat ſibi locum, quando pro delicto pecuniaria pęna extraordinaria imponi debet, ſed tantum quando ordinaria imponitur, & dicit gloſ. in c. j. 14. q. 6. ꝙ hæc regula locum non habet in obligatione ex contractu, vel alia ciuili cauſa; tunc. n. qui ſoluere nō poteſt, non luit in corpus, ſed bonis cedere ſufficit: vt in l. j. C. ti. no. & idem voluit gl. in d. reg. peccatum. in prin. & ita determinat Bal. in l. fi. §. & ſi præfatam. ver. Alii dicunt. C. de iure delibe. & ſequitur Phil. Fran. in d. c. reprehenſibilis. col. pen. ſub nu. 17. Sed contrarium tenuit gl.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarius in foro contentioſo ad bonorum ceſſionem admittitur, niſi bona diſſipaſſet.*

2 *Vſurarius ſi ſub vſuris ſpe conſequendi à debitore, vel à Principe veniam, pecunias mutuauit, ceſſionis beneficium perdit.*

3 *Vſurarius poſt ceſſionem ſi bona acquiſiuit, inſolidum tenetur in foro pœnitentiali, ſecus in foro contentioſo.*

4 *Diſpoſitio legis poſitiuæ ſi ſuper veritate fundata eſt, in foro conſcientiæ eſt ſeruanda.*

5 *Prouidere quis debet in foro conſcientiæ alteri in ſumma neceſſitate conſtituto.*

VSVRARIVS AN BONIS CEDERE POSSIT.

QVAESTIO XVIII. quartæ q. Princ.

1 Decimooctauò quæro, an vſurarius ad ceſſionis beneficium admittatur? Reſp. ꝙ ſi non habet vnde vſuras reſtituere valeat, nulla pęna in foro cōſcientię reſtitutionis mulctari debet, cùm ſatis eum nota paupertatis excuſet, inquit tex. in c cùm tu. extra de vſur. ſed in foro contentioſo tenetur aut integrè ſatisfacere, vel bonis cedere, quia talis peccator ſemper in mora eſſe dī. Hoſtien. in ſumma de pęn. & remiſſ. §. fi. col. pen. ver. Quid ſi nullam. & Arch. in c. quanquam. col. j. ver. Sed nunquid in hoc caſu. de vſur. in 6. niſi dolo bona diſſipaſſet; nam hoc caſu ceſſionis beneficio vti non poſſet ſecundùm Imo. in l. etiam. §. licet. quem ibi ſequitur Alex. in fi. ff. ſolu. matr. prout etiam dice-

2 mus infra in 28. q. Idem † ſi mutuaſſet ſub vſuris pecunias ſpe veniam à debitore, vel à Principe conſequendi, nā ob eius dānatam intentionem bonorum ceſſionis beneficiū perdit. Dy. in reg. peccatum. in fi. de reg. iur. in 6. & Alex. in l. alia. §. eleganter. col. 5. ver. Confirmo per id quod voluit. ff. ſol. mat. ceſſante ergo doloſa bonorum diſſipatione & praua intentione veniā conſequendi, cum ad ceſſionis beneficium admittatur ſecundùm Arch. Quid † ſi bona poſt ceſſionem acquiſierit, an habebitur ratio, ne egeat, vel inſolidum exigetur? gl. in d. c. cum tu. in verbo facultatibus, dicit, ꝙ inſolidum ſicut prius tenebitur, quam gl. ſequitur Clauaſi. in ſumma Angeli. in verbo Vſura. 2. nu. 16. ver. Decima pęna eſt. qđ intellige verum in foro pęnitētiali fm Io. And. ibi ſuper gloſ. in verbo & licet. quem ſequitur Anchar. in repeti. d. regu. peccatum. in 8. col. in fi. verſi. In vſurario vtrum. & idem firmat Abb. in dicto c. cum tu. Secus eſt in foro contentioſo; nam in acquiſitis de nouo exigetur ſolummodo in quantum facere poterit, & non vltra, reſeruatis

ſibi

Source : BIU Cujas

sibi quotidianis alimentis,vt est tex in l.qui bonis & l.si debitoris.ff.tit.no.& not.in c.2.extra de pigno.& in l.ex ẽctu. C.de bo. aucto.iudi. pos. & ita declarat Abb. post alios in d.c.cum tu.in 2.col.in prin.versi.In gl.in verbo facultatibus Sed forte illa doctrina in d.c.cùm tu.ꝙ in foro conscientiæ debitor post cessionem etiam insolidum teneatur,non est vera,primò † quia cùm
4 lex ciuilis non nutriens peccatum aliud statuat fundãdo se sup veritate,non super præsumptione,vr̃ ꝙ dispositio illa legis positiuæ sit in foro conscientiæ seruanda, ſm ea quæ tradit Bald.in l.cùm quis.col.5.in fi.versi.Post hoc sciatis nu.14.ibi. In secũdo verò casu quando ius est fundatum super veritate. C. de iur. &
5 fac.igno.& Archi.in regu.possessor.de regu.iur.in 6.Scdò, † qa etiam in foro conscientiæ debet quis in summa necessitate cõstituto prouidere:vt est tex.in c.pasce.35.dist.& in l necare.ff.de lib agno.& bene facit tex.in c.sicut hi.47.distin.& in c.satis.86. distin.ergo multo fortius ei relinquere debet id,quod est debitori necessarium ad sustentationem vitæ,arg.tex.in c.j. extra de natis ex libe.ventre.Et cum hac opin.transit Didac.Couaruui. in d.regu.peccatum, sub num.2.versi. Hinc etiam & illud.& in 2.lib.varia.resolutio.c.j.sub nume.6.ibi idem ni fallor.nihil allegans pro hac opin. & ita sentit Phi. Franc. in c. reprehensibilis. colum.penult.nume.18.versic.Et scias quòd non solum, extra de appellatio.

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui per imperitiam iudicauit,& in sindicatu condemnatus fuit,an ad cessionis beneficium admittatur?*
2 *Iudex qui per imperitiam iudicauit, & in sindicatu condemnatus fuit, de consuetudine in carceribus poni debet,donec integrè satisfaciat, fallit in filiofamil.vt infra sub num.3,*
3 *Iudex qui dolosè iudicauit,& in sindicatu condemnatus fuit,integrè satisfacere tenetur,& priuilegium non habet, vt non conueniatur vltra quàm facere possit.*

IVDEX PER IMPERITIAM IVDICANS IN sindicatu condemnatus an bonis cedere possit?

QVAESTIO XIX. quartæ q.princ.

1 Decimononò quæro † vtrũ iudex,qui per imperitiã iudicauit, ex quo litem suam fecit,si in sindicatu cõdemnatus fuit,ad cessionis beneficium admittatur pro carcere euitando? Videtur dicendum,ꝙ quamuis non sit soluendo,pœna corporali puni-
2 ri debeat,cùm ex quasi maleficio teneatur, † vel saltem de consuetudine in carceribus ponatur, donec integrè soluat, vt voluit Bal.in c.j.§.iudices.col.j.in fi.versi.Item no.ꝙ iudex.de pace iuram.firmand.in vsib.feudo.quem sequitur Aluaro.ibi sub §. qui verò. Subdẽs vidisse ita Florentiæ & Senis practicari:& hoc dictum refert Alex.in l.fi.ff.de vari.& extraordi.cogn.Contrarium determinat glos in l.si filiusfa. ff.de iudi.vbi vult ꝙ solum teneatur inquantum facere potest: & illam glo. sequuntur cõmuniter Doct.vbi differentiam ponunt,qñ per imperitiam, & quando per dolum iudicauit.Primo casu cõdemnatio arbitrio boni viri modificatur,quod est in quantum facere potest,secundum Bal.in c.canonum statuta.col.2.in fi.versic.Quæro quid si iudex,extra de constitu.& Roma.in sing.162. Iudex qui admittit,cum concord.ibi per Moder.in eius additio.& tradit Federi. Schenck.in tract.de senten.& re iudi.in pen.col.sub nu.43.versi.
3 At si iudex.Secundo † verò casu non modificatur condemnatio,immo totaliter & integraliter condemnatur, & ita procedant quæ in contrarium adducuntur, vt declarat idem Bald. in auct.sed cùm testator.col.fi.circa fi.versic.Item extra quæro.C. ad l.Falc.& in rub.C.de pœna iudi.qui malè iudi.in j.col. versic. Quæro vtrũ iudex.nu.5.& in l.mancipia.in prin.versi. Si autem iudex C.de ser.fugi.& Ro.d.sing.162.& nedum facit litem suam iudex qui per dolum malè iudicauit,verum etiam l. Cornel.de falso tenetur.l.j. §.j. in fin. ff. de fals. secundum Aret. Institu. de obligat.quæ ex quasi delic.nasc.in prin.sub nume.3.versi Quid autem in consultore quem refert & sequitur Feder.vbi sup.sub nu.44 versi.Et iudex qui per dolum.Fallit tamen in filiofa.&c. sequere vt ibi.Fallit tñ in filiofamilias,qui licèt per imperitiam malè iudicauerit,insolidum non tenetur,sed in quantum facere potest.Dec.ꝙsi.8.Viso puncto.in fi.nu.10 & Feder. Schenck. in d.trac.de sent.& re iudi.nu.44.versi.Filiũ tñ fami. & diximus supra in 6.q.nume.6.versi.Eundem Bal. Vnde dixit idem Bal.in l.quæ fortuitis col.6.versi.Redeo ad primum. C.de pign.actio. ꝙ iudex qui per imperitiam iudicauit, & in sindicatu condemnatus fuit,si non est soluendo,nõ carceratur, sed tenetur solum inquantum facere potest,quod dictum refert & sequitur Alex. in d.l.si filiusfa.& in l.4.§.in eum.ad fi.versic. Sentit etiam ff. de dam.infec.vbi allegare voluit Bal.in d.l.quæ fortuitis. quamuis ipsum alleget.in l.pignus.C.eo. vbi nullum verbum de hoc facit,idem tenet Paris de Put.in tract de Sindica.in verbo Aduocati causarum.in c.An si potestas.col.4.versi.Et si officiales non sint soluẽdo.nu.19.& sequitur Firma. in suo repertorio. in verbo officialis sindicatur.nu.44. Sed ad hoc euitandum hodie practicatur,ꝙ facta per eum ad generalem inquisitionem responsione contra ipsum in sindicatu formatam, fideiussionem præstat de soluendo omne & quicquid, in quo condemnatus fuerit,& si fideiussores nõ inuenerit sub iuratoria cautione dimittitur.l.j.C.vt omnes iudi.tam ciui.quàm milit.nisi ẽ ipsum specialis inq̃sitio formata esset de homicidio, vel de alio delicto, pro quo corporalis pęna veniret imponenda, iuxta tradita per Bart.in l.j.ff.de custo.reo.tunc in carceribus retinetur,& sub fideiussoria cautione non relaxatur, ut ibi per Bart. & plenè per Amade.de Castel. in tract. Sindica. In gl.Supradictus dominus Potestas.nu.184.cum seq.

SVMMARIVM.

1 *Maritus an in dotis restitutione ad cessionis beneficium admittatur, vel gaudeat priuilegio,ne conueniatur vltra quàm facere possit.*
Maritus in causa dotis,nec carcerari, nec bonis cedere potest.
2 *Maritus soluto matrimonio actione reali conuentus ad fundum in dotem datum,tenetur in quantum facere potest, nisi in dotali instrumento precarium esset appositum.*
3 *Maritus conuentus actione de dote ad rem dotalem, quæ extatre, vel ad aliam ex pecunia dotali acquisitam,& eam restituere nollet, non gaudet priuilegio, quòd conueniatur in id quod facere potest, sed insolidum condemnatur.*
4 *Maritus actione personali descendente ex maleficio conuentus insolidum tenetur.*
5 *Depositarius vtens pecunia in sacculo signata furti actione tenetur.*
6 *Maritus si eius bona in fraudem vxoris dolosè alienauit,seu dissipauit, priuilegio mariti non gaudet, sed insolidum tenetur.*
7 *Maritus ab vxore actione negociorum gestorum conuentus, quæ successit propter eius negligentiam loco actionis de dote, perdit beneficium, quod habet à lege & insolidum condemnatur.*
8 *Maritus ab vxore conuentus actione separata ab actione de dote, id est ex contractu celebrato post solutum matrimonium insolidum conuenitur.*
9 *Maritus putatiuus priuilegio non gaudet, quòd non conueniatur nisi in id quod facere potest, sed insolidum tenetur.*
10 *Maritus eius substantia malè vtens ab vxore conuentus constante matrimonio insolidum conuenitur, & non gaudet beneficio sibi à lege concesso.*
11 *Maritus sciens à principio se non posse dotem integram reddere, si eam accepit,vel habuisse confessus fuit,an ex hoc in dolo fuisse præsumatur,& sic insolidum condemnari debeat,vel beneficium habeat, vt non conueniatur vltra, quàm facere possit.*
Intellectus ad l.pen.ff.de iure dot.
12 *Maritus ab vxore conuentus si inter eos matrimonium contractum fuisse negauit,beneficium sibi à lege concessum perdit,& ad integram dotis solutionem condemnatur, & hoc si in mendacio esset dolus, seu lata culpa, secus si dolus & culpa cessaret. & nu.16.*
13 *Maritus matrimonium negans,si postea pœnitet, & ante litem contestatam confitetur,sibi non præiudicat, nisi vxor talem recusaret acceptare confessionem, & offerret se probare contrarium.& nu 14.*
15 *Maritus negans narrata prout narrantur,& petita prout petuntur in libello, in quo de matrimonio & dotis traditione fit mentio, sibi non præiudicat, nec beneficium perdit, vt non conueniatur vltra quàm facere potest.*
17 *Maritus si dotem alteri, quàm mulieri restituere promisit, ad integram dotis solutionem tenetur, nec beneficio gaudebit,vt non conueniatur vltra, quàm facere possit.*
18 *Maritus alteri quàm vxori dotem restituere promittens per hæc verba, videlicet,promitto quod meæ vxori debeo,non conuenitur, nisi in quantum facere potest, secus si dixisset,centum ex causa dotis restituere promitto: quia eo casu insolidum condemnabitur, etiam si delegatio ex lucratiua causa facta fuisset.*
19 *Maritus si certam dotis quantitatem negauit, offerens se stare vxoris iuramento, si de tanta quantitate creditrix esset, & ipsa in iudicio iurauit maritum ex dotis causa centum sibi debere, insolidum condemnabitur.*
20 *Maritus si ad dotis restitutionem ab vxore longiorem habuit dilationem, quàm de iure communi consequi debeat,elapso termino priuilegio gaudet, vt non condemnetur, nisi inquantum facere potest.*
21 *Opinio vltima glosæ in dubio semper approbata censetur,quando non appareat, quam opinionem ipsam approbare voluerit.*
Debitor qui à creditoribus quinquennalem dilationem, vel etiam minorem habuit, bonis amplius cedere non potest.
22 *Maritus non potest pacto expresso, nec tacito etiam cum iuramento renunciare beneficio.quòd non conueniatur vltra, quàm facere possit.*
23 *Glossa quando plures opiniones recitat,primam simpliciter,in secunda verò ait, quidam dicunt, vel alij dicunt,tunc prima opinio glosæ censetur approbata & non secunda.*
Dictio alij, personam loquentem excludit.
24 *Beneficium cessionis bonorum,propter quod non tenetur debitor in acquisitis post cessionem, nisi in quantum facere potest, non est à iure reuerentiali causatum, prout est beneficium marito concessum.*
25 *Maritus vel eius filij si artifices sunt,ex quo artificio victum sibi acquirere possunt,non gaudet beneficio sibi concesso,sed insolidum condemnatur.*
26 *Maritus excipiens conueniri non posse, nisi in quantum facere potest, si reiecta eius exceptione insolidum condemnatur, & non appellauit, non poterit*

Source : BIU Cujas

terit in executione ſententiæ de huiuſmodi beneficio excipere, ſecus ſi ante ſententiam oppoſuiſſet.

27 *Exceptio inuentarij confecti ſi oppoſita fuit, & per iudicem reiecta per proceſſum ad vlteriora, nec appellatum fuit, amplius opponi non poteſt, ſecus ſi ante ſententiam non fuit oppoſita, quia in executione ſententiæ opponi poterit.*

28 *Maritus pauper & inops effectus poſt ſententiam, in qua ad integram dotem condẽnatus fuerat, beneficio non gaudet, quòd conueniatur, in quantum facere poteſt.*

29 *Maritus pro dote confiſcata ex delicto vxoris à fiſco conuentus beneficio gaudet, quòd non conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, ſecus ſi maritus confiſcatus fuit, & fiſcus à mariti creditoribus conueniatur; quia fiſcus mariti priuilegio minime gaudet.*

30 *Maritus ab vxore inope conuentus inſolidum condemnatur, & beneficio non gaudet, vt non conueniatur vltra, quàm facere poteſt, niſi ob ſtatus mutationem priuilegiatus eſſet.*

31 *Maritus in bonorum ſuorum & eius vxoris adminiſtratione dolum committens perdit priuilegium, quod habet à lege & inſolidum condemnatur, nec ad ceſsionis beneficium admittitur.*

32 *Maritus ſi lata culpa bona propria dilapidauit, non perdit beneficium, quod habet à lege, ſecus ſi lata culpa vxoris bona dilapidauit, & nu. 33.*

34 *Maritus ſi omni iuris & legum auxilio renunciauit, renunciaſſe cenſetur beneficio ſibi à iure conceſſo.*

35 *Maritus & non vxor electionem habet, an quinquennales velit inducias, vel cedere bonis.*

MARITVS IN RESTITVTIONE DOTIS an cedat bonis.

QVAESTIO XX. quartæ q. Princ.

1 Vigeſimò quæro †nunquid maritus ab vxore pro ſuarum dotium reſtitutione conuentus tam conſtante, quàm diſſoluto matrimonio ad integram dotem teneatur ita ꝙ ne in carceres detrudatur, bonis cedere debeat? an verò beneficium habeat, ne tenea tur vltra q̃ facere poſſit, deducto ne egeat? Reſpon. ꝙ quamuis regula ſit, ꝙ conueniri aut excuti non poſſit, niſi quatenus face re poteſt: vt eſt tex in l. maritum. vbi Bar. & Alex. & communiter Doc. ff. ſol. mat. in l. patronus. & l. non tantum. cum l. ſeq ff. de re iudi. & ſic carcerari non poteſt & ex conſequenti nec cedere bonis, vt probatur in d. l. maritum. iuncto. §. fi. Inſti. de act. & tradit Bapt. de Sancto Blaſio in tracta. de priuil. dota. in 350. priuilegio. num. 50. In multis tamen caſibus reperitur, ꝙ inſoli dum tenetur, ne igitur in carceres detrudatur, ad bonorum ceſ
2 ſionem admittetur. Primus † ergo videtur eſſe caſus, quando ſoluto matrimonio actione reali cõuenitur, puta quia domus, vel fundus in dotem traditus fuit, nec alienatus reperitur, & tunc ex quo non vt maritus, ſed vt quilibet extraneus poſſeſſor conuenitur, iuxta l. ſi fundus. §. in venditione. ff. de pign. inſolidum tenetur, vt videtur eſſe text. in l. Neſennius. §. fundum. ff. de re iudi & in l. ex facto. §. fi. ff. de pecul. ſecundũ Bar. in d. l. maritum. & in l. ſi conſtante. in princ. in 8. q. vltimæ par. col. penul. verſi. Ad cuius declarationem. ff. ſol. matr. Contrarium tamen teneas, ꝙ immo conuenitur tantum in eo quod facere poteſt, vt communiter tenent Doc. quos citat Alex. in d. l. ſi conſtante. in 6. col. in princ. verſi. Item adde ꝙ in quantum. Bart. in l. fi liſofa. la 2. ff. eo. & in d. §. fundum. in prin. verſi. No. ꝙ conuentus. idem tenet Bal. in l. quod nomine. quem ibi ſequitur Iaſ. in 2. limita. ff. de condi. inde. Ad contraria reſponde, ꝙ illa procedũt, & ſunt vera, quando dos per maritum erat cõſtante matrimonio reſtituta, vel quia de bonis mariti inſolutũ datio facta fuit mulieri, & ſic dominium in ipſam mulierem fuit de iure communi translatum, iuxta l. traditionib. C. de pact. & l. ſi ager. C. de rei vind. Si enim poſtea illorum bonorum poſſeſſio ad manus mariti peruenerit; tunc mulier ſoluto matrimonio rei vindica tione contra maritum de iure cõi aget tanquam ꝫ quemlibet rerum ſuarum extraneum poſſeſſorem, & ſic non cõuenietur vt maritus, nec ex cauſa dotis, ideo beneficium non habebit, vt exigatur in quantum facere poteſt, ſed cogi poterit, vt integra bona reſtituat. l. nam & maritus. ff. de condi. indebit. tradit Tiraquel. in tract. de iure conſti. in 1. par. nu. 28. verſi. Hinc etiam fit. Secus ergo ſi mulier ſoluto matrimonio rei vindicatione ꝫ maritum ageret ex cauſa dotis nondum ſibi reſtitutæ, quo caſu de iure ſpeciali, quò dñium rerum dotalium ſoluto matrimonio ipſo iure tranſit in mulierem abſq; aliqua traditione ꝑ l. in rebus. C. de iure doti. maritus conuenitur vt maritus, & non vt quilibet extraneus poſſeſſor, meritò ſm magis communẽ opi. tenetur, ꝙ tunc beneficium habeat, vt teneatur, vltra quàm facere poſſit. & in his terminis loquitur Bart. in d. l. ſi filiſofa. & in d. §. fundum. vbi etiam Alex. in 1. col. verſi. Sed Bart. hic fatetur. & Aret. in §. Item ſi de dote. col. 1. in fi. verſi. Aut maritus conue nitur. Inſti. de actio. & ita declarat Iaſ. in d. l. ſi cõſtante. in prin. col. 20. in prin. verſi. Sed tu ingenuè dic. Reſtringe tñ hãc communem. opin. niſi in dotali inſtrumẽto precarium eſſet appoſitum; quia ſic incontinenti ſoluto matrimonio nõ ſolum dominium in mulierẽ translatum eſſet, per d. l. in rebus. ſed etiam poſſeſſio, iuxta l. interdum. cum vulg. ff. de acquir. poſ. hoc caſu inſolidum teneretur, & dictum priuilegium non haberet. Bal. Ang. & Rom. in d. l. ſi filiſofa. quos Alex. ſequitur in d. §. fundum.
3 col. 1. nu. 3. & Tiraquel. in d. verſi. Hinc item fit. Si † verò maritus ad rem dotalem, quæ extaret, actione de dote conuenitur, & eam reſtituere nollet, quia eo ipſo diceretur eſſe ī dolo, dictum beneficium non habet, ſed inſolidum condemnari debet, arg. l. in bonę fidei. ff. de pecul. Alex. in d. l. maritum. col. 1. verſi. Decimò fallit. & iſto caſu etiam ad ceſſionis beneficium ob eius dolum non admittitur. l. fi. cum ibi no. per gl. fi. ff. quæ in frau. cred. & l. pen. ff. de iure dot. & ex quo videtur ad rem in ſpecie obligatus: vt diximus ſupra in 12. q. Idem ſi res dotalis non extaret, ſed alia ex re & pecunia dotali acquiſita. l. vxor marito. ff. de do nat. int. vir. & vxo. & l. ſi cum dotem. §. fi. ſol. matr. cum alijs per Aret. citatis in d. §. Item ſi de dote. col. 2. verſi. Sextò fallit. & ibi per Iaſ. circa fi. verſi. Tertiò limitatur. no. Secundus caſus eſt, qñ
4 † actione perſonali ex maleficio deſcendente conuenitur, puta rerum amotarum actione, vel actione depoſiti pro pecunia
5 in ſacculo ſignata, qua depoſitarius vſus eſt, † quo caſu furtum commiſiſſe dicitur, vt colligitur ex notatis per glo. in l. die ſpon ſaliorum. §. fi. ff. depoſi. & eſt tex. & ibi not. in l. ſacculum. ff. eo. & eſt deciſ. Tholoſa. 168. Item fuit quæſitum. ſi pecunia fuit alicui tradita. & optimè declarant Mod. Fanen. in tract. de pigno. in 3. membro quintæ partis, nu. 13. verſi. Et obſignatio. & tunc inſolidum tenetur: vt eſt tex. in l. ſi rerum. ff. de re iudi. An autem hoc caſu ad bonorum ceſſionem admittatur, videatis quæ di-
6 cta ſunt ſupra in 17. q. Tertius caſus eſt, vbi † dolosè alienauit, ſeu bona in fraudem ſuæ vxoris diſſipauit; eo enim caſu inſolidum tenetur, vt eſt tex. in l. ſi quis dolo. in prin. & ibi not glo. ff. de re iudi. & in l. etiam. § licèt. & ibi glo Bar. & ſcribentes. ff. ſol. matr. & hoc caſu ceſſionis beneficio caret. glo. in d. l. fin quæ in frau. credi. & tradit Bal. in l. j. col. 2. ver. Quæro vtrum ille. C. titu.
7 no. & dicemus infra. in 18. caſu. Quartus caſus eſt, † quando cõuenitur actione puta negociorum geſtorum, quę loco actionis de dote ſucceſſit ob eius negligentiam, iſto caſu perdit beneficium, quod habet, & inſolidum tenebitur, vt eſt text. in l diuortio. vbi glo. & Doc. ff de nego geſt. Sed hoc caſu ad ceſſionis be-
8 neficium admittetur. d. l. j. C. tit. no. Quintus caſus eſt, † vbi alia actione prorſus ab actione de dote ſeparata conuenitur, & ſic ex contractu poſt diſſolutum matrimonium celebrato, & hoc caſu inſolidum excutitur, vt tenet gl. in d. l. diuortio. & Dyn. in §. præterea. Inſti. de actio quem ſequitur Bar. in d. l. maritum. & Are. in d. §. Item ſi de dote. col. j. verſi. Si verò conueniatur. Sed tàmen pro euitandis carceribus ad beneficium ceſſionis bono
9 rum admittetur. dic. l. j. Sextus caſus eſt, † quando maritus non eſſet verè maritus, ſed putatiuus: nam talis non gaudet beneficio, ne conueniatur vltra quàm facere poſſit, ſed inſolidum tenebitur, & ſic carcerari poterit, vt eſt tex. not. in c. j. in verbo totam. ſecundùm communem intellectum Doc extra de donat. inter vir. & vxo. idem tenet Bald. Pau. de Caſt. Imo. & Alex. in l. diuortio. §. impendia. in fi. ff. ſol. mat. quamuis glo. in d. c. 1. con trarium teneat & malè ſecundum Alex. ibi, & hoc caſu ad refu
10 gium ceſſionis admittetur. d. l. 1. Septimus caſus eſt, † ubi maritus conſtante matrimonio ad dotem conueniretur; eo quia ſubſtantia ſua malè uteretur, nam hoc caſu inſolidum conuenitur, & dicto beneficio non gaudet, ſecundùm glo. communiter approbatam in l. ubi adhuc. in uerbo ad ſubſtẽtionem. C. de iur. dot. per rationem ibi aſſignatam: & cum illa tranſit Cyn. & Bal. ibi pe. col. uerſi. Pone ꝙ uir conſtante matrimonio. & idem Bal. in l. ſi quis crediderit. ff. de pac. & ita tenent Pau. de Caſt. Imo. Roma & Alex. in d. l. ſi conſtante. in prin. col. 5 in fi. uerſi. In glo. ibi & cum temperamento. & ibi Iaſ. in 18. colum. uerſi. In ultima parte glo. quamuis contrarium teneat gloſ. & malè in d. l. ſi conſtante. in glo. fi. ibi & cum temperamentis. & hoc caſu ad bonorum ceſſionis beneficiũ admittitur. Octauus
11 caſus eſt. † Vbi maritus à principio ſciens non poſſe dotem integram reddere, illam accepit, uel habuiſſe confeſſus fuit, eo. n. caſu inſolidum tenetur, & dictum beneficium non habet, glo. eſt no. iuncto tex. in l. pen. in glo. fi. ff. de iure dot. & not. Bart. in l. alia. §. eleganter. in fi. ff. ſol. matr. Sed iſte caſus ad regulam, de qua ſupra, aptari poſſe non uidetur; quia d. l. pen. in ſocero uiri loquitur, qui pollicitus fuit id, in quo ſe incontinenti non eſſe ſoluendo ſciebat, caſus autem noſter in marito loquitur, qui licèt tẽpore receptionis dotis ſe inopem eſſe ſciret, & illam pro uſu quotidiano ſe conſumpturum (ut pauperes ruſtici faciũt) nihilominus illam accipere & conſeruare, & ſic totam reſtituere poterat, unde ex hoc dolus in eo argui non debet: Quinimò dici poteſt adaptari poſſe; quoniam ſi maritus dotem recipiens ſciat ſe præter dotem nihil habere, quamuis eã uſque ad reſtitutionis tempus integram conſeruet, non ignorat tñ, ꝙ dicto tempore tantum de dote ipſa retinere poterit, ꝙ non indigebit, ideo ſequitur, ꝙ ita recipiens in dolo uerſatus fuerit. Hoc tamen non obſtante, concludo ipſum non eſſe in dolo;

quia

Source : BIU Cujas

quia quamuis sciret se tempore receptionis vltra dotem nihil habere, nihilominus quia ita rum & incontinenti ad illius resti tutionem se nō esse obligarum, sed solum dissoluto matrimonio sciebat, cogitare poterat, ꝙ soluendo efficeretur, cum in futurum, antequam fortè restituēdæ doris dies eueniat, ditari præsumatur, arg. l. si defunctus. C. arb. tute & l. cura. § deficientium. ff. de mune. & honor. Bar. in l. ex diuerso. § fi. post antiquos. ff. solu. matr. Sal. in l. ex persona. & in l. non est necesse. C. de probat. & per Alciat. in tract. de præsump. 27. præsump. nu. 3. in 2. regu. ita Alex. in d. l. maritum. in 9. fallent. & in d. l. ex diuerso. in princip. col. fi. circa fi. versi. Secundus est casus. quam legit sub l. rei iudicatæ. cessante ergo dolo, cessat dispositio d. l. pen. quæ in debitore doloso loquitur: vt latè dicemus infra in 22. & 31. q. sup materia. d. l. pen. & hoc casu ad cessionis beneficium admittit. d. l. j. C. tit. no. Nonus casus est, † si maritus per mendacium negauit illud, quod erat causa beneficij: puta ꝙ nūquam inter eos contractum fuerat matrimonium, nam negans hoc, dictū beneficium perdit, & ad integram dotis solutionem tenebitur. tex. est in l. sed hoc ita. § quod autem. ff. de re iudi. l. verum. § fin. cum l. seq. ff. pro soc. & firmat in terminis Bar. in d. l. etiam. §. licet. & ibi Alex. col. 2. versi. Successiuè quæritur. solu. matr. facit tex. in l. sed & si ex parte. § interdum. & in l. eum qui. ff. qđ cum eo. & vtrobiq; no. Bar. Salyc. & Pau. de Cast & est text. & ibi no. Ias. post alios in l. qui cum se. ff. de iudi. & hoc casu perdit etiam cessionis beneficium per ea quæ tradit Bald. in d. l. j. C. tit. no. & facit tex. in l. sed si dubitet. § j. & ibi Bartol. & Alex. ff. de fideiuss.

11 Quod † tū intelligendum est, si in negatione vsq; ad litis contestationem perseuerat; si enim pœniteret, & matrimoniū ante litem contestatam confiteretur, talis negatio sibi non præiudicaret secundùm Iac. de Are. vt refert Ang. in d. §. quod autem. per l. electio. § neque. vbi valde not. Bald. ff. de noxali. cum aliis infinitis concord. per Alexan. congestis in d. §. quod autem. in prin. & in l. eū qui. in prin. col. j. & 2. ff. de iureiur. Et hoc verum

14 † si mulier huiusmodi pœnitentiam acceptare velit. Si verò eius confessione vti nollet, immo ipsa per testes cōtrari probare vellet, & mariti negationem esse falsam, talis eius confessio marito non proderit, ita eleganter voluit Bartol. in d. l. eum

15 qui. in prin. per illum text. & ibi eum sequitur Alex. Et † prædicta sunt vera, si maritus simpliciter negauit, secus si generaliter respondendo libello, in quo de matrimonio & dotis traditione fit mentio, dicat nego narrata prout narrātur, & petita prout petūtur esse vera, iuxta practicam, qua boni & practici procuratores vtuntur. Nam hoc casu beneficium perdere non dicitur, ita signanter dixit Barto. in d. l. si dubitet. § j. cum quo transit ibi Imo. & Pau. de Cast. & Saly. in l. cū precum. C. de libe. cau. Aret. & Ias. in § sed & si quis. Insti. de actio. quamuis Fely. in c. cæterū. col. pen. in prin. versi. Limita tertiò extra de iudi. dicat hanc limitationē communiter reprobari. Sed Ias. in d. §. quod autem. col. fi. circa fi. reprehendit Fely. & refert eum malè dicere, & ꝙ magis communis opinio est cum Bartol. & ita consuluit Paris. cōsi. 100. Certissimum est. col. j. nu. 9. ver. Prout & tertiò. vol. 3.

16 Item † prædicta vera sunt, qñ in mendacio adesset dolus, seu lata culpa, secus si cessaret dolus, aut culpa: nam tunc beneficium non perdit. Alex. in d. l. etiam. § licet. col. fin. versi. Tertiò limita non procedere, & Felyn. in d. c. cæterùm. col. 5. in fi. versi. Ista limita primò quem sequitur etiam Paris. d. consil. 100. col. j. nu. 8.

17 versi. Præterea per negationem. Decimus casus est, vbi † maritus alteri q̄ mulieri dotem restituere promisisset; nā ille extraneus, cui facta fuit promissio, poterit insolidum conuenire maritum, nec ei, cui ex lucratiua, vel onerosa causa facta fuit delegatio, obstabit exceptio ne teneatur vltra, q̄ facere possit, vt est tex. in l. Nesennius, in prin. ff. de re iud. Sed huic obstare videtur tex. & quod ibi not. Alex. in l. si prior. ff. sol. mat. vbi est casus. ꝙ maritus exceptione vtitur, ne vltra q̄ facere possit, exigatur, etiā ꝯ cum, qui per mulierem delegatus est. Respond. ꝙ oppositio procedit, vbi maritus per hæc verba promisisset, promitto qđ vxori meæ debeo, secus si dixisset, centum ex causa dotis promitto; nam tunc talis exceptio non obstaret, ꝙ est verum, etiam si huiusmodi delegatio ex causa lucratiua facta fuisset, ita no. voluit Bar. in l. doli. in princ. ff. de nouatio. quem sequitur Alex. in d. l. si prior. cum concor. de quibus ibi per eum. & per Campegi. in tract. de dote. q. 268. Si maritus promittat, in 3. par. & hoc casu ad bonorum cessionem admitteretur. l. j. C. titu. nost. Vndecimus casus est, † si maritus negans certam dotis quantitatem

19 obtulit stare vxoris iuramento, an ipsa de quantitate per eam petita creditrix esset, quæ postmodum in iudicio iurauit maritum ex causa dotis centum sibi debere, hoc casu lex voluit maritum insolidum teneri, & priuilegio aliàs sibi concesso non gaudere, tex. est not. iuncta glo. j. in d. l. eum qui. §. si mulier. ff. de iureiuran. de cuius intellectu vide ibi Alex. & Ias. & consequenter non gaudet etiam ob eius negationem cessionis beneficio, vt dixi supra in nono casu, nisi post condemnationem confessus fuerit iuxta ea quæ vidimus sup. in 2. q. principali. sub num. 6.

20 Duodecimus casus est, † si vxor vltra legalem dilationem marito in dote restituenda iongiorem concesserit, q̄ de iure communi consequi debet, vt in casu. l. licet. cum ibi no. per glos. in verbo iusta causa. ff. de pac. dotali. vbi mulier ex inopia viri longiorem terminum ad dotis restitutionem marito præstans sibi præiudicium inferre potest, elapso igitur termino nō gaudebit maritus beneficio, ꝙ teneatur in quantum facere potest, sed insolidum condemnabitur, tex. est no. fm vltimam lecturam glo. in d. l. sed & si ex parte. §. sed an etiam. ff. quod cum eo. fm quam lecturam ita tenet Rom. in d. l. maritum. Sed contrarium tenet Bar. in d. §. sed an etiam. dicens ꝙ primus intellectus glo. ibi tenendus est, quem sequitur ibi Alber. de Rosa. & Bald. & Salyc. quoq;, vt refert Alex. in d. l. maritum. in 1. col. in fi. versi. Quartodecimò fallit. dicens ꝙ illum primum intellectum videtur approbare glo. non autem secundum. Quinimmo fm Salyc. glo. vltimum approbat intellectum, quē videtur sequi Sal. ibi, non autem primum. Nam postquam secūdum intellectum retulit, in eo residet, dicens & fm istos multi, vel pauci anni, de quibus hic in litera, in iudicis arbitrio relinquitur, quam sententiam vi detur tenere glo. & sic Saly. cum secundo intellectu glo. & non cum Bar. tenere vī, & cum secundo intellectu tenet etiā Ang. ibi, inquiens primam lecturam glos. non esse veram, & ꝙ vltimum intellectum approbauerit gl hoc probatur medio. Nam

21 † qñ plures adducunt per glo. opiniones & non apparet, quam approbare voluerit, in dubio vltima opinio semper approbata intelligitur. l. qui filium. §. Sabinus. & ibi no. per glo. ff. ad treb. & ita colligunt Doct. in l. si idem cum eodem. §. fi. in glo. fin. ff. de iurisd. omn. iud. & ꝯ Bar. facit text. in l. fi. C. tit. nost. vbi debitor, qui à creditoribus quinquēnales obtinuit inducias, non habet amplius facultatem cedendi bonis, immo etiam si minorē obtinuisset dilationem, cedendi facultate priuaretur: vt no. glo. in d. l. fi. quam cōmuniter omnes Doct. sequuntur ibi. & in l. alia. §. eleganter. ff. solu. mat. & alibi, vt refert & sequitur Affl. in decis. 378. Quidam debitor. in prin. His tñ non obstantibus Alex. in d. l. maritum. d. versic. Decimoquartò fallit. quem sequitur Campegi. nullam de eo faciens mentionem in tract. de dote. q. 238. Quando maritus habeat. versic. Quartodecimò fallit. in 3. par. tenet hoc dictum Romani non esse verū. per d. §. eleganter. Quia † si pacto expresso maritus renunciare non potest be-

22 neficio, ꝙ non teneatur vltra, q̄ facere potest, etiam cum iuramēto, vt voluit Bar. & Doc. in d. §. eleganter. Afflic. in decis. 222. Dictat consuetudo. & dicemus. infra in 21. q. princip. ergo nec etiam per tacitum, arg. l. qui ad certum. ff. loca. & l. si sponsus. §. si maritus. cum simil. ff. de dona. int. vir. & vxo. cū taciti & expressi

23 idem sit iudicium. l. cum quid. cum materia. ff. si cert. pet. † Ad ea quæ in comprobatione secundi intellectus glos. dicta sunt, respondetur, ꝙ regula illa non procedit, quando glos. primam opin. recitat, in secunda verò dicit, alij dicunt, vel quidam dicunt, & tunc prima opinio censetur glosæ, & non secunda: ita probatur ex glo. in rub. ff. si cer. pet. iuncta glo. in l. certi condictio. in prin. eo. tit. & facit etiam ratio; quia dictio alij, loquētem excludit, vt hī per Bald. in l. conuenti culam. col. 4. in prin. C. de epis. & cleri. cum aliis per Parisi adductis consi. 79. Videtur prima. col. 3. in prin. versi. Quæ dictio. nu. 21. vol. 2. & ita limitat Ias. in d. l. si idem cum eodem. in 3. limita. Sed ita inquit glos. in d. §. sed an etiam. ergo &c. Ad l. fin. supra allegatam respōdēt Alex.

24 & Campegi. vbi supra. ꝙ † illud beneficium cessionis bonorū, propter qđ debitor in acquirendis post cessionem non tenetur vltra q̄ facere possit, iuxta. l. 4. & l. qui bonis. ff. tit. no. & l. ex contractu. C. de bo. aucto. iudi. pos. non est à iure reuerentiali cautatum, prout in d. §. eleganter. & in l. vnica. §. cum autem. ibi, reuerētiæ debitum. C. de rei vxo. actio. & beneficio patri & patrono concesso, quod in reuerentia fundatum est: vt in l. patrono. ff. de re iudi. & tradit Decis. in l. venia in fi. C. de in ius vocan. quem sequitur Roland. ꝙsil. 37. Circa præsentem. col. 2. nu. 10. vol. 2. Sed in illa l. fin. nulla debetur à creditore debitori reuerentia, immo debitor dicitur fm eos quasi creditoris seruus: ut no. glo. in l. fideicommissa. §. si ratio. de leg. 3. & in l. 3. C. de nouatio. ergo &c. Decimustertius ca-

25 sus est, † si maritus, uel eius liberi artifices sunt, & artē aliquam exercent, qua mediante uictum sibi quærere potest, nam hoc casu excipere non potest, ne exigatur, nisi inquātum facere potest, sed insolidum condemnabitur, text. est, & ibi no. glo. fin. in l. si maritus in id. ubi Bar. Alber. Bald. Pau. de Cast. & Alex. ff. sol. mat. & Amanel. de Claris aquis in sing. 188. Item not. ꝙ maritus. quam glo. dicunt esse sing. Nic. de Neap. & Pau. de Cast. in d. l. maritum. nu. 8. & similis glo. habetur in l. si quis argentum. §. sed & si quis. in glo. fi. C. de don. cum aliis concord. per Ias. relatis. in §. Item si de dote. col. j. uersi. Nā si est persona. sub nu. 7. Insti. de actio. quamuis Aymo consil. 199. Ad subtilia. col. pen. in princ. uersi. Nec ob. glo. uol. j. dicat glo. illam non procedere sine dubio per ea quæ scribit Socin. Senio. consi. 30. In causa dominæ Agnetis. col. fi. uersi. Confirmatur hoc. uol. 4. & hoc casu cessionis bonorum beneficio gaudebit, iuxta tex. in d. l. j. C. titu.

26 no. Decimusquartus casus est, † si maritus exceptionem opposuit, ꝙ conueniri non debet, nisi inquantum facere potest, & ea reiecta iudex eum insolidum condemnauit, à qua sententia

maritus

Source : BIU Cujas

maritus non appellauit, non poterit poſtmodum in executione ſententiæ de huiuſmodi beneficio excipere. gloſ. eſt not. in d.l. Neſennius §. fi. de re iudi. quamuis poſſet, ſi ante ſententiam
27 non fuiſſet oppoſitum: vt ibi no. Prout † in exceptione inuenta rij confecti dicitur, quæ ſi oppoſita fuit, & per iudicem ad vlteriora procedendo non fuit admiſſa, nec à non admiſſione fuit appellatum, talis exceptio amplius opponi non poterit, nec ſup ea quæſtio refricari: vt habetur in cle. fi. de appellatio. & c. ſuborta. extra de rę iudi. per Bart. in l. ne quicquam. §. vbi decretũ. col. 2. in princ. verſi. Sed quæro circa hoc. ff. de offic. proconſ. & lega. per Ancha. pulchrè conſil. 6. Viſo themate. q. col. j. verſi. Quò ad ſecundum. Alex. conſi. 3. In cauſa & lite. col. j. verſi. Sed quid opus eſt. volu. 2. Roman. conſi. 384. In caſu propoſitæ. in fi. Calcan. cõſi. 115. Licèt copiosè. in prin. & in fi. & Deci. in c. qm̃ contra. col. 19. in fi. verſi. Dicunt tñ Mod. extra de probat. Et nihilominus ſi ante ſententiam non fuit oppoſita, in executione ſententiæ opponi poterit: vt tradit Bar. & Doct. in l. ex diuerſo. §. fi. ff. ſol. matr. vbi Alex. hanc eſſe communem opin. atteſtatur, & ita deciſum fuit in Capel. Tholoſ. q. 321. Item fuit quæſitum, an hæres poſſit. & Aret. tradit in §. appellantur. col. 13. in fi. verſi. Ex quo ſequitur. Inſt. de exceptio. & Aufrer. in addit. ad Capel. Tholoſ. q. 258. Item fuit quæſitum. Socer & ſocrus. & Roland. cõſi. 28. Quoniam. col. 2. in prin. vol. j. Nec eſt mirum; quoniam regula eſt, quòd omnis exceptio, quæ ſentẽtiæ non repugnat, etiam poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, & ſic in executione opponi poteſt. l. j. cum ibi not. per gl. & Doct. C. de iur. & fac. ignor. & eſt tex. & ibi gl. & Pau. de Caſt. in d.l. Neſennius. §. fi. cum concord. per Are. citatis in §. ſed & ſi quis cum parente. col. fi. verſi. Quærò quando poteſt opponi. & ibi Iaſ. in vlt. col. verſi. Quando autem. nu. 13. Inſti. de actio. & per Mod. Fanen. in trac. de pign. in 4. membr. 5. par. num. 10. verſi. Secunda concluſio ſit. Si ergo inſolidum hoc caſu cõuenitur, beneficio ceſſionis bonorum gaudebit, vt carceres effugere valeat,
28 iuxta tex. in d.l. j. C. tit. not. Decimusquint⁹ caſus eſt, † vbi maritus poſt ſententiam pauper & inops effectus eſſet: nam ſi hæc inopia poſt ſententiam etiam abſq; eius culpa ei obuenit, inſolidum tenebitur, & nõ gaudet beneficio, ꝙ exigatur, quatenus facere poteſt, ita probatur in l. rei iudicatæ. in princ. ff. ſol. matr. quod eſt valde notandum, gaudebit tamẽ beneficio. d.l.j. C. tit.
29 noſt. Decimusſextus caſus eſt, † vbi dos ex delicto vxoris eſſet confiſcata: nam maritus à fiſco pro dote cõuentus non vtitur beneficio ſibi à lege conceſſo, ſed inſolidum damnabitur, ſm Bal. in l. quod nomine. ff. de condi. indeb. ℨ Bald. multum exclamat Alex. in d.l. maritum. colum. 2. in 20. fallent. & Campegi in d. tract. de dote. q. 228. Quando maritus. circa fi. verſi. Vigeſimò fallit. in 3. par. dicẽtes, aut lectura Bal. eſt defectiua, aut ipſe malè loquitur. Iaſ. etiam ℨ Bald. duo fundamenta adducit in d.l. quod nomine. vbi de Bald. miratur, qui cum ſit tantus iuriſta, dixerit ℨ expreſſum caſus legis, videlicet ℨ tex. in l. ſi maritus. la j. ff. ſol. mat. & ibi reprehendit Alexan. qui non viderit. d.l. ſi maritus. & tandem concludit, ꝙ in hoc caſu maritus habeat ſuum beneficium, & inſolidum nõ damnatur. Sed Bal. in lectura mea, dum allegat. l. ſi marito publico. ff. ſolut. mat. allegat ad quæſtionem, ſi maritus fuit confiſcatus, & fiſcus à creditoribus conueniatur, ꝙ ipſe priuilegio marito conceſſo nõ vtetur; quia illud eſt perſonale, quod perſonam non egreditur. l. quia tale. ff. ſolu. matr. dum verò format quæſtionem de dote ex delicto vxoris confiſcata, concludit, ꝙ maritus contra fiſcum gaudebit priuilegio, quod habet à lege, ne conueniatur vltra, q̃ facere poſſit, & pro hoc allegat d.l. ſi maritus. la j. quam allegauit Iaſ. contra Bal. ex quibus igitur patet Bal. bene locutũ fuiſſe, ſed eius lectura, quã habebant Alex. Campeg. & Iaſ. erat defectiua, & arbitror illam lecturam fuiſſe per hæc verba. Quid ſi dos eſt confiſcata delicto mulieris, an maritus ℨ fiſcum habebit beneficium mariti? Dic ꝙ non: quia beneficium perſonale nõ tranſit in fiſcum. l. ſi marito publico. ff. ſol. matr. Sed vera Baldi. lectura, quã ego habeo, talis eſt. Quid ſi dos eſt confiſcata delicto mulieris, an maritus ℨ fiſcum habebit beneficium mariti? Dic ꝙ ſic. ff. ſol. mat. l. ſi maritus. la j. Quid ſi maritus eſt confiſcatus, an fiſcus habeat beneficium mariti? Dic ꝙ non, quia beneficium perſonale non trãſit in fiſcũ. ff. ſolu. matr. l. ſi marito publico iudicio damnato. Stante igit̃ hac lectura, bene locutus fuit Bal. nec, ab vllo reprehendi potuit, ideo caſus iſte ad materiam noſtram aptari non põt, quod ſecus fuiſſet, ſi lectura de qua ſupra procederet. Decimus-
30 ſeptimus caſus eſt, † vbi mulier inops eſſet, ſicut maritus. Nam iſto caſu mulier eſt præferenda, & ſic maritus beneficio ſibi cõceſſo non vteretur, ſed inſolidum conuenitur. Guil. de Cun. & Pau. de Caſt. in l. traditionibus. §. ſi quis crediderit. ff. de pac. Bal. in l. præſes. C. de ſerui. & aqua. Aret. in §. Item. ſi de dote. col. 2. in prin. verſi. Primò ſecundum lac. de Are. & ibi Iaſ. in j. col. in fi. verſi. Secundò vltra glo. Inſtit. de actio. & abundè per Hyp. in ſingu. 99. Priuilegiatus. & hoc caſu bonorum ceſſionis beneficio gaudebit, iuxta d.l.j. C. tit. no. Quæ tñ ſupradicta intellige vera, niſi maritus ob ſtatus mutationem priuilegiatus ſit: tunc. n. beneficio gaudet, vt non damnetur, niſi in id quod facere põt. Bald. in l. 2. verſi. Quartò quæro. C. quod cum eo. cum aliis quæ
31 ſupra in 13. q. allegauimus. Decimusoctauus caſus eſt, † ſi maritus in adminiſtrando bona propria & ſuæ vxoris, dolum commiſit; eo enim caſu beneficio ſibi à lege conceſſo priuatur, & inſolidum conuenitur. Bar. Alex. & communiter ſcribentes in d.l. etiam. §. licet. ſolut. matr. & Bapt. de ſancto Blaſio in tract. de priuileg. dotis. in 137. priuilegio. nu. 37. Idem dicas ſi dolo deſijt eſſe ſoluendo. l. vnica. §. cùm autem. C. de rei vxo. actio. & tradit idem Bapt in eodem tract. in 314. priuileg. nu. 14. & his caſibus ob eius dolum etiam ceſſionis beneficium perdit. l. fi. in fi. & ibi gloſ. ff. quæ in frau. cred. & l. pen. ff. de iure dot. & tradit Bald. in d.l.j. col. 2. verſic. Quæro vtrum ille. & col. fi. verſi. Iſta autem re-
32 nunciatio. C. titu. noſt. An † autem perdat, ſi lata culpa propria bona dilapidauit? Opiniones Doct. ſunt variæ, Alex. tamen in d.l. etiam. §. licet. col. j. verſi. Sed iuxta hoc quæro. ſub nu. 6. reſidet cum opin. Raphael. volentis, ꝙ non perdat: qm̃ text. in d. §. licèt. dolum requirit, id eſt animum fraudandi vxorem in dote reſtituenda, bona propria dilapidando, quiquidem animus in meris finibus culpæ conſiſtere non poteſt; quia tũc nõ eſſet dolus. ergo. &c. Et hanc opin. ſequitur Campegi. in tract. de dote. q. 263. Quid ſi lata culpa. in 3. part. & ratio eſt; quia lata culpa in rebus propriis toleratur & nõ punitur, ꝙ eſt ſecus in alienis.
33 vt per eundum Alex. ibi in 1. not Et idem concludo † ſi bona dotalia nõ dolo, ſed culpa dilapidauit, ſecus ſi lata culpa, ut decidit Ang. & Doct. in l. ſi cõſtante. §. ſi maritus. ſol. mat. ſequitur Alex. in d. §. licèt. col. pen. verſi. Sed iuxta hoc quæro. Bal. nouel. in tract. de dote. in 14. priuileg. 7. par. Bapt. de ſancto Blaſ. in d. tract. de priuileg. dota. in 241. priuileg. nu. 41. & Campeg. eo. tract. de dote. q. 264. Quid ſi cõmittit. in 3. par. Et hoc caſu cùm lata culpa dolo ęquiperetur. Alex. in d. verſi. Sed iuxta hoc quęro tradit Bar. in l. quod Nerua. ff. depoſi. cum plenè not. per Cagno. in regul. ℨctus. in 1. not. ff. de reg. iur. perdit etiam ceſſionis refugium. d.l. fi. in fi. & ibi glo. quæ in fraud. cred. & d.l. penul. de
34 iure dot. Vltimus caſus eſt, † ſi maritus omni iuris & legũ auxilio renunciauit; eo enim caſu renunciaſſe cenſetur beneficio, ne conueniatur vltra q̃ facere poſſit, ſm Corn. conſi. 128. Circa hanc. col. pen. nu. 7. verſi. Confirmantur prædicta. vol. 3. Ripa in repet. l. ſi vnquam. col. pen. nu. 61. verſi. Quinquageſimoſecũdò quæro. & ibi Tiraquel. in præfatio. num. 121. verſi. Ex quibus fit. circa fi. C. de reuocan. donat. ideo inſolidum conuenitur & ad ceſſionis bonorum beneficium admittetur. d.l.j. C. titu. noſt.
35 Vnum tamen adde † ꝙ in omnibus caſibus, quibus poteſt maritus cedere bonis, eſt in electione hæredum mariti, vel ipſius mariti, vtrum inducias quinquẽnales velit, an verò cedere bonis, non autem eſt in electione vxoris de dote creditricis, ut probatur in d.l. ſi conſtante. §. quoties. in fi. ſolu. matr. & no. gl. in l. fi. in verbo inducias. C. titu. noſt. & Bapt. de ſancto Blaſio in d. tract. de priuileg. dota. in 260. priuilegio. nu. 60.

SVMMARIVM.

1 *Vxor in ſolutione dotis gaudet beneficio, quod maritus habet, ne conueniatur vltra, quàm facere poſſit, niſi tempore promiſſionis dotis in dolo fuiſſet.*

VXOR IN SOLVTIONE DOTIS an cedat bonis.

QVAESTIO XXI. quartæ q. Princ.

1 Vigeſimoprimò quæro † an vxor gaudeat beneficio, quo maritus in dotis ſolutione gaudet, vel inſolidum teneatur, ita vt ad bonorum ceſſionem admittatur? Reſpond. ꝙ mariti beneficio gaudet. l. non tantum. ff. de re iudi. niſi tempore promiſſionis dotis in dolo fuiſſet, cùm ſciret ſe dotem promiſſam ſoluere non poſſe, eo enim caſu priuilegio mariti non gaudebit, ſed inſolidum conuenietur iuxta gl. not. iuncto tex. in l. pe. ff. de iure dot. vt in præcedenti. q. octauo caſu diximus. & hoc caſu etiam ad ceſſionis beneficium ob eius dolum non admittetur, ut hñ in l. fi. in gl. fi. ff. quæ in frau. credi. & dictum eſt in præcedentibus. q. & dicemus infra in ſeq. & in 31. q. ergo carcerari poterit; intellige tamen hoc, vt dictum eſt ſupra in 1. q. quartæ q. principalis.

SVMMARIVM.

1 *Socer vxoris conuentus pro reſtitutione dotis tam conſtante, quàm ſoluto matrimonio gaudet beneficio, quòd non conueniatur, niſi in id quod facere poteſt, deducto ne egeat.*

2 *Secer viri tam conſtante, quàm ſoluto matrimonio priuilegium habet, vt non conueniatur in dotis ſolutione, niſi quatenus facere poſsit, ſicut habet vxoris ſocer, niſi inſtrumento promiſſionis dotis eam reſtituere iurauerit.*

3 *Socer viri ſi dolum commiſit inducendo generum ad matrimonium contrahendum cum eius filia ſub ſpe dotis promiſſæ, quam ſoluere non poterat,*

pri-

Source : BIU Cujas

priuilegio non gaudet, quòd conueniatur quatenus facere poteſt, ſed inſolidum condemnatur ſoluto matrimonio, an idem ſit ſi conſtante matrimonio conuenitur. & nu. 4.

Intellectus. l. pen. ff. de iure dot. eo. nu. vſque ad fi.

SOCER VXORIS ET VIRI AN CEDAT BONIS.

QVAESTIO XXII. quartæ q. princ.

1 Vigeſimoſecundò quęro, † nunquid vxoris ſocer, & hic mariti pater pro dote conuentus inſolidum conueniri debeat, & ſic non ſoluendo ad refugium ceſſionis admittat, vel beneficio gaudeat, vt non damnetur vltra q̃ facere poſſit? Reſpon. q̃ beneficium habet, ne conueniatur niſi quatenus facere poſſit, deducto ne egeat. text. eſt in l. ſicut. ff. de re iudi. & in l. rei iudicatæ. §. ſocero. cum l. ſeq. ff. ſol. mat. quod intellige non tantum conſtante matrimonio, verum etiam eo diſſoluto, ſm glo. in l. non tantum, in verbo condemnatur, quam ibi ſequitur

2 Alex. in 1. col. verſi. Capio glo. ff. de re iudi. An † autem in ſocero viri idem procedat? tex. in l. ex diuerſo. in prin. ff ſol. mat. videtur velle, q̃ eiuſdem ſit conditionis mariti ſocer, cuius conditionis ſit pater viri, & conſequenter q̃ vnus ſicut alter indiſtinctè priuilegiũ habeat, ne exigatur vltra q̃ facere poſſit. Sed text. in d. l. ſicut. cum l. ſeq. differentiam inter prædictos conſtituere videtur, ſcilicet q̃ viri pater indiſtinctè priuilegium habeat, pater verò mulieris illud tantum habeat, ſi conſtante matrimonio, non poſt, conueniatur & ideo Doctores in hoc ob varietatem d. l. ex diuerſo. in prin. & d. l. ſicut. & l. pen. ff. de iure dot. vario modo locuti ſunt, & pro tanta Iuriſconſultorum euitanda varietate glo. in d. l. ex diuerſo. in verbo iuſtum eſſe. conatur ad cõcordiam dicta iura reducere, & vult q̃ vterque ſocer ſupradictum beneficium habeat indiſtinctè tam cõſtante matrimonio, q̃ eo diſſoluto, niſi in inſtrumento receptionis dotis eam reſtituere iurauerit; tunc enim q̃ iuramẽtum venire nõ poteſt, vt conſuluit Alber. Brun. conſi. 89. Viſo inſtrumento. ſub nu. 3. & nu. 8. niſi prius abſolutione à iuramento obtenta, vt concluſum fuit in Curia Tholoſa q. 258. Item fuit quæſitum. Socer &

3 ſocrus. & † niſi dolus à principio ex parte patris mulieris interuenerit, qui generum ad matrimonium cum eius filia q̃hendũ induxerit ſub ſpe dotis promiſſæ, quam ſuadebat ſocer ſoluere poſſe, cùm non poſſet, per tex. in d. l. pen. in fin. de iure dot. & cũ d. glo. tranſit Bar. & communiter Docto. & refert Alex. in d. l. ſicut quam legit cum d. l. non tantum. col. 3. verſi. In gl. in verbo vtimur. nu. 13. Et Didac. Couarr. in lib. varia reſolutio. lib. 2. c. 16. ſub nu. 9. verſi. Secundò illud eſt aduertendum excepto Pau. de Caſt. qui inquit, aut in patre mariti loquimur, & tũc plenè gaudet hoc beneficio; quia actio ad dotem reſtituendam dicitur ſoluto matrimonio nata, non ante, & iura dicunt eam gaudere, ſed in hoc malè loquitur Pau. de Caſt. quia etiam conſtante matrimonio de dote conueniri poteſt per d. l. ſi q̃ſtante. §. quoties. ſol. mat. quo caſu locum habet etiam dictum beneficium: vt per Bar. in d. l. ſi cõſtante. in prin. col. 4. verſi Septimò quæro, quid in ſocero. Item quia non diſtinguit Pau. in caſu matrimonij diſſoluti, an dolum commiſerit ſocer, vel non, & ſic dixit q̃ tex. in d. l. pen. Idem tamen Pau. in d. l. non tantum. ſequitur gl. ſupradictam, vt non ſit differentia, an conſtante, vel diſſoluto matrimonio conueniatur, & an ſimus in patre mulieris, vel in patre mariti ceſſante dolo. Sed adhuc reſtat dubium vnum nõ

4 leue, quid † enim ſi ſocer viri à principio fuit in dolo dotem promittendo, quam ſciebat ſe ſoluere non poſſe, vt dixi, & conſtante matrimonio conueniatur, nunquid dictum beneficium habeat? Certum eſt, q̃ ſi ſoluto matrimonio conueniatur, non habebit. d. l pen. Sed conſtante matrimonio, hoc opus, hic labor eſt: ſi tenemus glo. ſupra relatam in d. l. ex diuerſo. q̃riari vĩ dictæ l. pen. & l. ſed hoc ita. de re iudi. & ſic tanta eſt inter doctores varietas ex dictarũ legum varietate, q̃ vix defendi poſſunt. Videtur tamen dicendum, q̃ dictum priuilegium non habeat propter d. l. ſed hoc ita. in fi. in verbo doli. & l. verum. §. tempus autem. ff. pro ſoc. facit tex. in l. etiam. §. licet. ff. ſolut. matr. & hoc tenere videtur Pau. de Caſt. in d. l. ex diuerſo. & idem ſentit Bar. in l. alia. §. eleganter. in fi. ſolu. mat dum allegat. d. l. pen. vbi Bar. non videtur aliquam conſtituere differentiam inter patrẽ viri & patrem vxoris; quia ſiue pater mariti ſciens ſe nõ eſſe ſoluendo dotem recipiat, ſiue pater mulieris dotem promittat, ſciens ſe ſoluere non poſſe, cum in dolo videantur, dictũ beneficium perdunt. In q̃rium facit; quia ſi hoc verũ eſſet, ſcilicet q̃ beneficium perderent, ſequeretur, q̃ nunquam eſſet differentia, ſi ſocer viri conſtante matrimonio, ſiue ſoluto conueniatur, cuius contrarium voluit litera in d. l. ſicut. in fi. cum l. ſeq. & d. l. pen. iuncto fine cum principio. & hoc in pũcto iuris verius videtur ſm Alex. in d. l. ex diuerſo. in vlt. col. verſi. Sed adhuc mihi remanet, qñ tempore contractæ obligationis dolus fuit commiſſus, alioquin non videtur huiuſmodi q̃rietatem tutè defendi poſſe. Ad q̃ria. ſ. de l. ſed hoc ita. & l. verum. inquit reſponderi poſſe, q̃ loquũtur de dolo, qui ex poſtfacto interuenit, hoc eſt ante ſoluendi facultatem, non autẽ à principio q̃ctæ obligationis, quo caſu ſiue conſtante, ſiue ſoluto matrimonio conueniatur, beneficium perdit: vt ibi. Imol. in d. l. non tantum. in hoc paſſu cogitãdum relinquit. Vnde Alex inquit, minus peccatum eſſe cogitandum relinquere, q̃ Iuriſconſultorum varias ſentẽtias demonſtrare: qm̃ (ſalua eorum pace) non poteſt eorum varietas vllo pacto tutè defendi. Nihilominus ipſe aliter loquendo in d. l ſicut, in glo. in verbo vtimur. varias refert opiniones & tandem dicta iura concordare conatur, dicens nõ videri bene dici poſſe, dolum, de quo loquitur text. in d. l. pen. adaptari ad ſocerum mulieris, cùm incertus ſit caſus & tempus reſtituẽdæ dotis incertum & ſpes ſit, talem ſocerũ alia bona acquirere, vt ẽt in octauo caſu. 20. q. dictum eſt ſupra, per text. in l. ſi defunctus. C. arbi. tute. cum vulgar. Et ex hoc fortaſſe d. l. ſicut. vult inter ſocerum viri & ſocerum mulieris differentiam conſtitui, alioquin difficilè forſitan eſſet diuerſitatis rationem reddere, & ita arbitratur dicta iura fore intelligenda, & ita idem Alex. tenere vĩ in d. l. ex diuerſo. col. fi. circa fi. verſi. Secundus eſt caſus Sed huiuſmodi reſponſio non tollit q̃rietatem. d. l. ſicut. in fi iunc. a d. l. ſed hoc ita. in princ. & d. l. pen. textus enim in d. l. ſicut in fi & d. l. ſed hoc ita. in prin. volunt, ſocerũ viri non ſoluto matrimonio, ſed duntaxat eo durãte beneficium habere. l. verò pen. ibi, ſi direpto matrimonio. vult contrarium, q̃ etiam matrimonio diſſoluto habeat dictum beneficium, niſi in dolo fuerit, vt communiter tenent Doct. in d. l. ſicut. vt atteſtatur Alex. ibi num. 13. verſi. In glo. in verbo vtimur. & ſic iſta iura adinuicem contrariantur, quam contrarietatem impoſſibile eſt euitari poſſe, niſi ex mente glo. & Doct. dicatur. d. l. ex diuerſo. diſtingui per d. l. ſicut. in fi. & d. l. ſed hoc ita. in prin. an manente vel ſoluto matrimonio q̃ ſocerũ agatur à marito. & d. l. ſicut. & d. l. ſed hoc ita. per d. l. pen. ſubdiſtingui, an ſoluto matrimonio ſocer à principio dolum contra generum commiſerit. Cogita tamen.

SVMMARIVM.

1 *Procurator vel defenſor mariti gaudet priuilegio mariti eo viuente, ipſo autem mortuo condemnatur inſolidum, niſi filius eiuſdem matrimonij marito ſucceſsiſſet.*

PROCVRATOR VEL DEFENSOR MARITI an cedat bonis.

QVAESTIO XXIII. quartæ q. Princ.

1 Vigeſimotertiò quæro, † nunquid procurator, vel defenſor mariti viuentis de dote conuentus ad beneficium ceſſionis bonorũ aemittatur, vel priuilegio gaudeat, quod eius principalis habet? Reſpon. q̃ vtitur mariti priuilegio, ne condemnetur, niſi in quantum facere poteſt, mortuo autem viro inſolidum condemnabitur, text. eſt in l. ſi cum procuratore. & ibi no. Bar. Alex. & Iaſ. ff. de re iud. & hoc caſu ad ceſſionis refugiũ admittitur. l. j. C. tit. no. niſi eſſet eiuſdem matrimonij filius, qui marito ſucceſſiſſet: vt eſt glo. ibi, quam ſequitur Bar. & communiter Doc. vbi Iaſ. in pen. col. verſi. In gloſ. in verbo inſolidum. Pet. de Vbal. ĩ tract. de duo. fratri. in vlti. par. col. 3. in fi. & Anch. conſi. 411. Et prima facie. col. j. verſi. Tertiò iſtud. num. 5. & dicemus infra in 26. q. ſeq.

SVMMARIVM.

2 *Socius ſoluta ſocietate gaudet beneficio, quòd non condemnetur vltra quàm facere poſsit; niſi in inſtrumento ſocietatis iuramentum interuenerit, & niſi dolum ſeu latam culpam commiſerit. & nu. 2.*
Quod procedit tam in ſocio omnium bonorum, quàm vnius rei. eo. nu 4.
3 *Negans id quod eſt cauſa ſui beneficij perdit beneficium, ſecus ſi debitũ negaret. & nu. 5.*

SOCIVS AN AD BONORVM CESSIONEM admittatur.

QVAESTIO XXIIII. quartæ q. Princ.

1 Vigeſimoquartò quæro, † vtrũ ſocius ſoluta ſocietate ſi non habet vnde ſoluere poſſit, ad bonorum ceſſionem admittatur, vel beneficiũ habeat. vt non damnetur, niſi in quãtum facere poſſit? Reſpon. q̃ dictum beneficium habet. tex. eſt in l. ſunt qui in id. ff. de re iudi. & l. verum. in princ. ff. pro ſoc. & Pariſ. conſi. 99. Iſte Ioannes. col. fi. nu. 64. cum ſeq. vol. 3. ubi ſocius non exigitur in plus, quàm facere poſſit, ſcilicet cõmodè ſm eius qualitatem, ut habetur in l. in cõdemnatione. ff de reg. iur. & commodè dicitur facere poſſe deducto ne egeat, non tñ ęs alienum deducit. d. l. ſunt qui in id. Et hoc intellige verum

† niſi

Source : BIU Cujas

2 † niſi in ſocietatis inſtrumento iuramentum interuenerit; eo enim caſu beneficio prædicto non gaudet, iuxta ea quæ not. in Capella. Tholoſa. q. 58. Item fuit quæſitum. Socer & ſocrus & Alber. Bru. conſi. 89 Viſo inſtrumento. ſub nu 3. & nu. 8. & Rolan. à Val. conſi. 31. Quia præſens. vol. 2. Et procedit dolo ceſſante, ſi verò dolum, vel latam culpam in ſocietate commiſerit, inſolidum tenetur, cùm neque ſit ęquum dolum ſuum quenquā releuare. l. verum. §. tempus autem. ff. pro ſoc. & l. ſed hoc ita. in fi. ff. de re iudi. & l. qui cum ſe. ff. eo. & latè conſuluit Corn. cōſil. 128. Circa hanc. col. 1. nu. 5. verſic. His tñ non obſtantibus. vol. 3. & hoc caſu reſpectu doli perdit etiam ceſſionis beneficium; vt eſt glo. ſing. in l. fi. in fi. ff. quæ in frau. credi. & d. l. pe. de iure dot. Is enim qui doli ratione conuenitur, ceſſionis refugiū non habet, nec priuilegio gauder, ne conueniatur vltra q̄ facere poſſit, vt tradit Veron. conſi. 9. Quidam ex delicto. num. 4. & vidimus
3 ſupra in 14. q. Idem ſi negauerit ſe ſocium. Nam † negans id qđ eſt cauſa beneficij, beneficiū perdit. d. §. tēpus autem. & d. l. ſed hoc ita. §. quod autē. in fi. l. ſi vnus. in fi. ff. pro ſoc. not. in d. l. ſunt qui in id. & l. ſi dubitet. §. 1. ff. de fideiuſſor. facit text. in l. ſed & ſi ex parte. §. interdum. & ibi Doc. ff. quod cum eo. & tradit Iaſ. cū multis ſimili. in l. quod te. col. 2. in medio. verſic. Eodem modo
4 ſi quis. ff. ſi cert. peta. & in l. qui cum ſe. ff. de re iud. Et † intellige non ſolum de ſocio omnium bonorum, ſed etiam vnius rei. d. l. verum. in prin. & not. in d. l. ſunt qui in id. & in his caſib. carcerari poterit, à quo carcere etiam cedendo non liberabitur. d. l. fi. quę in frau. cred. & d. l. pen. prout etiam in marito diximus ſupra in 20. q. in nono caſu, nu. 12. Si verò debitum negaret, priuilegio gaudebit, vt non exigatur vltra quàm facere poteſt, vt tradit Bar. in d. l. ſi dubitet. Multa alia in propoſito ſcribit Aret. in §. idem ſi ſocius. & ibi Iaſ. ſub §. ſed & ſi quis. in 3. not. Inſti. de actio. quos omnino videbis.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor non gaudet priuilegio principalis habentis priuilegium, ne conueniatur vltra quàm facere poteſt, ſed inſolidum conuenitur.*
2 *Priuilegium conceſſum marito, ſocio, & alijs, de quibus in l. ſunt qui in id. ff. de re iud. non tranſit ad fideiuſſorem, ex quo eſt perſonale.*
3 *Fideiuſſor datus à marito ſoluto, vel conſtante matrimonio pro dote reſtituenda, non gaudet priuilegio mariti, ſecus ſi datus fuit à principio. & numero 4.*
5 *Fideiuſſor quo caſu poſſit ſe defendere, vt inſolidum non condemnetur, ſed teneatur ſolum, quatenus facere poteſt.*

FIDEIVSSOR AN CEDAT BONIS, VEL gaudeat priuilegio principalis debitoris.

QVAESTIO XXV. quartæ q. princ.

1 Vigeſimoquintò quæro † an fideiuſſor datus ab his q̄ non conueniuntur vltra q̄ facere poſſint, ſi nō habet, vnde ſoluere valeat, eodem priuilegio gaudeat, quo gaudet principalis, vel inſolidum teneatur, ita vt volēs ſe à carceribus liberare, bo-
2 nis cedere debeat. Reſpond. q̄ inſolidum tenetur † & ſui principalis priuilegium non habet, quia illud eſt perſonale & ad fideiuſſorem non tranſit, vt eſt text. in l. & ſi fideiuſſor. vbi gloſ. Barto. & Alex. quem vide omnino ſub l. ſed hoc ita. §. quod autem. num. 9. & ibi Iaſ. ff. de re iudica. & dictum eſt ſupra in 6. q. verſic. Sed beneficium quod certis datis datur. nu. 8. ideo ad bonorum ceſſionem admittitur. idem firmat Are. in § fi. verſic. In ea. ibi de re iudi. Inſti. de replica. dicens hoc beneficium fideiuſſori non prodeſſe, quamuis procuratori & defenſori proſit, ratio differentiæ eſt; quia fideiuſſor ex ſua obligatione, vel ſtipulatione conuenitur. l. blanditus. C. de fideiuſſo. Sed defenſor & procurator ex obligatione ipſius rei principalis conuenitur, vt
3 ibi, & no. in l. alia. §. eleganter. ſol. matr. Et hoc † vindicat ſibi locum etiam in fideiuſſore mariti dato pro dote reſtituenda, ſi fuit ſoluto matrimonio datus, ſecus ſi à principio: vt voluit Bart. & communiter Doct. in l. ſi conſtante. §. quoties. col. 1. ſol.
4 mat. Et † procedit etiam ſi conſtante matrimonio datus fuit, qñ maritus incipit ad inopiam vergere, iuxta text. reputatum ſingularem in c. per veſtras. vbi Bal. ad hoc no. extra de dona. inter vir. & vxo. de quo per Iaſ. in d. l. & ſi fideiuſſor. in fi & in d. l. ſi cōſtante. in prin. col. 1. verſi. Tertiò not. amplia & col. 10. in fi. verſ.
5 Sed ęquiuocat dominus Alex. Potent † tñ dictus fideiuſſor à dicta ceſſione ſe defendere, vt non condemnetur, niſi in quantum facere poteſt, ſi principalis comparendo in ſe iudicium ſuſcipiat tāquam neceſſarius defenſor ex perſona ſua propria exceptionem opponendo, quod facere poteſt. l. idemq; §. generaliter. & ibi Bar. & Doc. ff. manda. & no. Bar. in d. l & ſi fideiuſſor. & in l. verum. in prin. ff pro ſoc. Aret. in §. ſed & ſi quis. col. fin. verſi. Et prædicta exceptio. Inſti. de actio. & ibi Iaſ. in vlti. col. in prin. verſi. Nunquid autem. & idem Aret. in d. § fi. verſi. Aduertas, q̄ licet. Inſt. de replica. vel fideiuſſorem procuratorē ſuum conſtituat: vt declarat etiam idem Are. in §. in omnibus. col. 2. verſi. An priuilegium. cum verſi. ſeq. Inſti. de fideiuſ. alioquin ſi non comparuerit, & inſolidum condemnetur fideiuſſor, etiam principalis ad idem condemnabitur, & ſic per indirectū excludetur principalis à beneficio, quod habet, vt non teneatur vltra quàm facere poſſit, vt pulchrè declarat Alex. in d. l. & ſi fideiuſſor. ad quem me remitto, vbi etiam quæſtionem ponit de eo, qui pro vſurario fideiuſſit, an vltra vſurarij facultates exigi poſſit, iuxta. c. quanquam. de vſur. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Hæres mariti legantis in teſtamento vxoris dotes ſuas ſi non habet, vnde ſoluere poſsit, an gaudeat mariti defuncti priuilegio, vel ad bonorum ceſſionem admittatur? & nu. 3.*
2 *Priuilegium, quod maritus habet, ne conueniatur vltra quàm facere poſſit, conceditur à lege marito ad tempus, ideſt vſque quò ad pinguiorem fortunam peruenerit, vel quoad vixerit, & ad filios primi gradus eiuſdem matrimonij tantum extenditur, non ad nepotes, vel pronepotes. & nu. 4. & nume. 7.*
3 *Hæres mariti, ſi filius eſt eiuſdem matrimonij, gaudet eodem priuilegio, quo gaudebat maritus defunctus, vt non conueniatur, niſi in quantum facere poteſt.*
5 *Filiorum appellatione in priuilegijs non comprehenduntur nepotes. & numero 9.*
6 *Sobolis appellatione veniunt liberi, nepotes, pronepotes, & vlteriores.*
8 *Priuilegium filiis conceſſum in præiudicium tertij ad nepotes non extenditur, ſecus ſi tertij præiudicium non concernit.*

HAERES MARITI AN CEDAT BONIS, VEL gaudeat defuncti priuilegio.

QVAESTIO XXVI. quartæ q. princ.

1 Vigeſimoſexto quæro † nunqđ hæres mariti ī ſolutione dotis vxori in teſtamento relictæ, ſi nō habet vnde ſatisfacere valeat, ad bonorum ceſſionē admittatur, vel gaudeat priuilegio, ne conueniatur vltra, quàm facere poſſit, quo maritus defunctus vti poterat? Videbatur dicendum, q̄ ad ſolutionem integræ dotis relictæ teneretur, per tex. in §. ſed ſi vxori. Inſti. de leg.
2 & quod ibi not. Et eſt ratio, † quia priuilegium illud perſonale eſt, & ad hæredes non tranſit. l. maritum. & l. quia tale. ff. ſol. mat. Nam hoc priuilegium, quod maritus habet, vt non exigatur vltra, quàm facere poſſit, ad tempus marito à lege conceditur, vſque quò ad pinguiorem fortunam peruenerit, ad quam lex ipſum venire præſumit, arg. tex. in l. ſi defunctus. cum vulg. C. arbi. tute. vel quò ad vixerit, & ſic cum ipſius vita extinguit: vt declarat Bar. in l. ex diuerſo. §. ſi in iudicio. in fi. ff. ſol. mat. me
3 ritò ad hæredem non tranſit. Tu dic, † q̄ gaudet mariti priuilegio, ſi hæres erit filius ex eodem matrimonio natus, text. eſt in l. etiam, in prin. & ibi no. Bar. & communiter Doct. vbi latè per Alex. ff. ſol. mat. glo. eſt no. in l. ſi cum procuratore. & in l. ſciendum. ff. de re iudi. & eſt glo. in l. liber captus. in fi. & ibi no. ſignat Bal. C. de poſtli. reuer. vbi quærit, an mater petere poſſit filium pro dote carcerari, & reſpondet q̄ non; quia filius ad dotis reſtitutionem matri nō tenetur, niſi quatenus facere poteſt, & allegat. d. l. etiam. idem firmat Petr. de Bellaperti. in §. ſunt prēterea. col. 1. verſi. Aduertatis iſtud priuilegium. Inſti. de actio. Et ideo dixit Ang. in d. l. etiam. in prin. cum quo tranſeunt Imo. Roma.
4 & Pau. de Caſt. q̄ † priuilegium marito conceſſum, ne exigat̄, niſi in quantum facere poſſit, ad filios primi matrimonii, non
5 autem ad nepotes, uel pronepotes extenditur. Quia † ex alio matrimonio ſunt nepotes, & filiorum appellatione in priuilegijs nepotes non comprehenduntur. l. ſed & milites. uerſic. Hic autem. ff. de excuſ. tuto. Bar. tñ in d. l. ſi cum procuratore. in fi. tenet illud priuilegium tranſire ad omnes de ſobole, per text. in
6 auct. Si quid. C. qui potio. in pig habe. Quia † ſobolis appellatione liberi, nepotes, pronepotes, & ulteriores ueniunt, ut eſt tex. in §. ſi quis autem defunctus. in auct. quib. mod. nat. eſſi. ſui. probatur in l. 2. C. de infanti. expoſi. iuncta. l. 1. C. de alen. libe. & contra Ang. tenet Iac. But. quem ſequitur Bar. in l. liberorum. col. 5. uerſi. His præmiſſis reducamus hanc materiam. ff. de uerb. ſig. Alex. uerò in d. l. etiam. in 1. col. uerſi. Sed pro concordia diſtin-
7 guit, Aut † loquimur de priuilegio, de quo in d. l. etiam. & tunc quia litera clarè de filiis ex eodem patre & eadem matre loq̄t̄, non comprehenduntur nepotes, nec ulteriores, & ſic procedit
8 opin. Ang. & ſequacium. Et hoc eſt, † quia priuilegium filiis cōceſſum ad nepotes in præiudicium tertij non extenditur. Bart. in d. l. liberorum. col. 4. poſt princ. uerſi Quæro q̄ in reſcripto. & Anch. in clem. 1. col. 3. uerſi. Tertiò quæro de baptiſ. Aut tale priuilegium tertij præiudicium non concernit, & tunc tranſit ad nepotes. l. diuo Marco. C. de quæſt. & hac diſtinctione utitur Bal. in l. maximum uitium. colum. 2. & 3. C. de libe. præteri. & in d. l. ſed & milites. Aut loquimur de priuilegio dictæ auct. ſi qđ. & tunc quia ille text. expreſſe de ſobole loquitur, ad nepotes

tranſit,

Source : BIU Cujas

tranſit,& ideo dictum Bar.in d.l.ſi cum procuratore. nõ plenè probatur in d.auct.ſi quid. Quia in caſu quæſtionis Bar.de priui legio priuilegium tertij concernente agebatur, nec illud in dicta auct.ſi quid.exprimitur,niſi dicas ſecũdùm Iaſ. in d.l.ſi cum procuratore col.pen.in fi.verſic. Tu pondera diligenter defendendo Bart.ꝙ nepotes ex eodem matrimonio, ſcilicet aui & auiæ deſcendunt,cuius vigore agit contra iſtos nepotes ad dotem,ipſe tñ contra Bart.tenet non obſtãte ſupradicta Alexan-
9 dri diſtinctione. Quia † in priuilegiis,quæ ſtrictè interpretanda ſunt,filiorum appellatione non nepotes,neque pronepotes veniunt,vt inquit Ang.& ſequaces,præſertim vbi priuilegium filijs conceſſum tertij creditoris præiudicium cõcernit, vt dictũ eſt. Concludo igitur,ꝙ in caſu noſtro filii tantum, non autem nepotes priuilegiũ habent eius qui non tenebatur,niſi in quantum facere poterat: & iſta eſt communis opin.quam refert & ſequitur Neguſan.in tract. de pign in 4. membro ſecundæ partis, nu.95.verſi.Sed diffi cultas eſt. Et ideo non filii, ſed nepotes ad integram dotem tenentur,& ſi nepotes non habent vnde ſoluant, ad bonorum ceſſionem admittuntur.l.j.C.tit.noſtro.

SVMMARIVM.

1 *Donator factus inops ante tempus traditionis rei donatę priuilegium habet, vt non exigatur, niſi quatenus facere poteſt, deducto ne egeat & ære alieno deducto.*
Cautela excipiendi pro donatore qualiter fieri & proponi debeat.
2 *Donator inſolidum donatario tenetur ad rem, & fructus penes ipſum exiſtentes, ſeu dolo conſumptos, ſi poſſeſſio rei donatæ iterum ad manus ipſius peruenerit & rei vindicatione ad rem illam donatam conuentus fuerit.*
3 *Donator negans bona donata donaſſe,inſolidum à donatario conuenitur.*
4 *Donator inſolidum conuenitur,ſi donauit in opus publicum conſtruendum.*
5 *Donator ſi conſtituit ab initio ſe rem donatam nomine donatarij poſſeſſurum,inſolidum conuenitur.*
6 *Donator renunciare poteſt beneficio quod habet, vt non conueniatur vltra, quàm facere poſſit.*

DONATOR EFFECTVS INOPS ANTE TRADITIONEM rei donatæ an cedat bonis.

QVAESTIO XXVII. quartæ q.Princ.

1 Vigeſimoſeptimò quęro, donator † q purè & ſimpliciter ex ſua mera liberalitate donauit,& donatario bona donata infra certum diem tradere & conſignare promiſit,vtrum factus inops ante tempus traditionis beneficiũ habeat,ne conueniatur, vltra, q̃ facere poſſit, vel inſolidum teneatur, ita ꝙ ſi ſoluere non poteſt,ad ceſſionis beneficium admittatur? Reſp.ꝙ beneficium habet,vt non exigatur,niſi in quantum facere põt, deducto ne egeat,& alieno ęre deducto.tex. eſt in l.inter eos.§. is quoq;.& l.exhæredatum.& l.ne liberalitate.ff.de re iudi. & facit text in l.maritus facere.ſol.mat.tradit Deci.in l.diuus.nu.9. verſi.Vltimò ad declarationem.ff.de reg.iur.& Rolan.conſ.37. Circa præſentem.col.2.num.2.vol.2.Cautelam autẽ excipiendi pro donatore ponit Aret.in §.appellantur.col.4.ante fi.verſic.
2 Vltimò no. Inſti.de excep.Fallit tamen † ſi rei donatæ poſſeſſio ad manus donatoris peruenit,& rei vindicatione ad rem illam donatam à donatario fuit cõuentus,nam iſto caſu beneficio, de quo ſupra,non vtitur,ſed inſolidum tam ad rem ipſam,q̃ ad fructus penes ipſum exiſtentes,ſeu dolo conſumptos, ꝑ quibus iuratur in litem,condemnatur,vt eſt tex.& ibi pulchrè ꝑ Alex. poſt alios in l.Neſennius.§.fundum.ff.de re iud. & eſt text.in §. ſed & ſi quis.verſi.Idem ſi quis.vbi Are. & Iaſ.Inſtit. de actio.& quò ad rem & fructus penes donatorem extantes ad bonorum ceſſionem admittitur, quò verò ad fructus dolo conſumptos ceſſionis beneficium perdit,iuxta not per Pau.de Caſt.in l.etiã.
3 §.licèt.nu.2.verſi.Quæro quid in aliis.ff.ſolut.matr.Fallit † etiã, ſi negaret donans bona illa donaſſe, nam eo caſu inſolidum conuenitur:vt eſt tex in l.ſed hoc ita.in fi ff.de re iudi.Et hoc caſu per eius dolum ceſſionis beneficium perdit. l.fin.in fi.& ibi glo.ff.quæ in frau. credit. & diximus ſupra in 24. q.Fallit quoq;
4 † niſi eſſet donatio in opus publicum conſtituendum, quo caſu inſolidum tenetur. Alex in l. qui ex donatione. ff.de donat. An autẽ hoc caſu ceſſionis beneficio gaudeat, vide quæ ſupra
5 ſcripſimus in 9.q.Item † fallit, ſi donans ſe ab initio donatarij nomine poſſeſſurum cõſtituerit,qui poſtea rem ipſam à donatore petit;nam hoc caſu donans eo beneficio vti poterit, non magis quàm ſi rem ſemel realiter tradidiſſet,vt not.tradit Tiraquel.in tract.de iure conſtitu.in 1.part.nu. 29.verſi. Et in ſimili.
6 Fallit † quoque in donatione remuneratoria.nam hoc caſu donans eo beneficio gaudere non poteſt ſm Ang. in d. l.ſed hoc ita,in princ.& Roma.conſi.26.Pro deciſione.col.fi.poſt princ. verſi. Tertiò quia licet.quos ſequitur Roland. conſi.5. Pulchra. col. 4.in prin.num.16.vol.j.ſed inſolidum conuenitur,& ſic ad ceſſionis beneficium admittitur. An autẽ donator beneficio, vt non conueniatur in plus,quàm facere poteſt,renunciare valeat? Conclude quòd ſic: vt per Alex.in l.alia.§. eleganter. col. pen.nu. 16.ff.ſol.matr.

SVMMARIVM.

1 *Debitor qui malitioſè bona ſua in fraudem creditorum diſſipauit, omnia ſua bona alienando, vel maiorem partem, perdit beneficium ceſſionis bonorum, & etiam extra ordinem puniri debet.*
Debitor, qui bona ſua in ludo,vel in meretricibus conſumpſit in fraudem creditorum, ad bonorum ceſſionem non admittitur.
2 *Debitor ſi doloſè cum creditore verſatus eſt,ceſſionis beneficium perdit.*
3 *Nemo ex proprio delicto præmium reportare debet.*
4 *Debitor condemnatus ſi ſtatim ad mandatum alterius iudicis alteri creditori bona inſolutum, ob eius fraudẽ ad ceſſionis refugium non admittitur.*
5 *Debitor quì malitioſè & in fraudem creditorum bona ſua conſumpſit,ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit,non gaudet beneficio, quòd non conueniatur vltra,quàm facere poſsit, ſed inſolidum exigetur.*
6 *Debitor quamuis bona immobilia doloſè alienauerit in fraudem creditorii, ex quo poterunt illa per creditores actione peculiana reuocari ab his, qui ea poſsident, poterit tamen cedere bonis.*

DEBITOR BONA IN FRAVDEM CREDITORUM diſſipans an bonis cedere poſſit.

QVAESTIO XXVIII. quartæ q. Princ.

1 Vigeſimooctauò quæro, nunquid † debitor, q bona ſua in fraudem creditorum omnia bona, vel maiorem partẽ alienando iuxta. l.omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau.credi.malitioſè diſſipauit,vel in ludo perditionis bona ſua conſumpſit,ut l.ſi qs cum ſciret.ff.de vſucap.pro emp.uel in meretricibus,quæ perditorum animam & corpus deuorãt:ut l.j C.de natu.libe. beneficium ceſſionis bonorum habeat? Reſp.ꝙ non: vt eſt tex.in l.fi. ſecundùm glo.fin.ibi communiter approbatam.ff.quæ in frau. credi.l.pen.ff.de iure dot. l.ſi quis dolo.in prin.ff de re iudi.& §. item ſi quis in fraudem.& ibi Doct. Inſti.de actio.Pet.Iac.in ſua practi.tit.noſtro.in pe.col.uerſ.Item ſi quis. Domini de Rota in deciſ.83.No.ꝙ ubi monachus.in fi.in antiqs.Imo. in c.Odoardus.col.3.in prin.uerſi.In gloſ.fi.ibi quia periurus.nu.18.ext.de ſolutio.Bar.in l.alia.§.eleganter.in fi.ff.ſol.mat.firmat Bal. in l.j. col.2. uerſi.Quæro utrum ille qui ſtudioſè & col.fin. uerſi.Iſta autem renunciatio. & ibi Angel. qui illam l.fi.dicit eſſe ſing.& alibi non reperiri.C.tit.no.idem Ang. in d.§.eleganter. nu.4.& Bal.in §.fi.ad fi.Inſti.de actio Saly.in d.l.j.colum 2.in prin.uerſi. Oppo.tertiò.Ang.in l.nemo carcerem.C.de exact.tribu.lib.10. & in l.4.ff. titu.no. & in l.ſi fraudator.§.hæc actio.ff.quæ in frau. credi.cum concord.per Alex.citatis in dic. §. eleganter.col.5.in prin.uerſi.Et in quantum.Bar.Are.in d.§ fi. in prin.& ibi Iaſ.in 2.col.ad fi.uerſi.In ea.glo.& col.pen.in prin.uerſi. Nonò prædicta regula.ubi addit Are.ꝙ talis debitor carcerari poteſt,& etiã extra ordinem puniri,& tali caſu non iuuatur cedendo bonis. Prædictam concluſionem firmat Imo.in c.lator.col.5.in prin. uerſic. Primus eſt,extra de pigno.Veronen.conſi.9.Quidam ex delicto.nu.4.uerſi.Et eandem opi. ubi tenet, ꝙ qui ratione doli conuenitur ceſſionis beneficium nõ habet, nec priuilegio gaudet,ne conueniatur,niſi in quantum facere poteſt. Bald.nouel. in tract.de dote. priuileg.4. ſeptimæ par. & latè conſuluit Pariſ. conſi.94.Spectabiles.col.2.uerſi.Minus etiã poterunt. & col.7. in fi.uerſi Nec iſtis obſtabit,& col.pen poſt prin.uerſi.Quoniã
2 ut ex uerbis.uol.j.Quod etiam procedit, ſi debitor cum creditore doloſè uerſatus eſt,ut conſuluit Paul. de Caſt. conſil.179. Viſo puncto ſupraſcripto & allegationibus.ad fi.uolu.2. in nouis,quem ſequuntur quidam in apoſt.ad Bart.in d.§. eleganter. & in l.etiam.§.licet.in ultima apoſt.ff.ſolu.matr. Aufre.in addi. ad Capel.Tholoſa.in deciſ.456.Item fuit quæſitum Quidã Monachus.& Plot.in repeti.l.ſi quando.nu.179.uerſi.Sic & ꝺhens.
3 C.unde ui.Et ratio prædictæ cõcluſionis reddi põt. Quia † non eſt ęquum,quenquam ex proprio delicto releuari,& præmium reportare.l.uerum.§.tẽpus autem. ff.pro ſoc. & c.intelleximus. extra de iudi.per Io.de Ana.conſi.80.Viſis & intellectis.ante fi. facit tex.in l.non fraudantur.§. nemo ex ſuo delicto.ff.de regu. iur.& l.relegatorum.in fi.ff.de interd. & releg. Et prædicta procedunt,ſi † debitor condemnatus fuit, & ſtatim poſt condem-
4 nationem ad alterius iudicis mandatum dat alteri bona inſolutum:ex hoc enim præſumitur fraus, per quam ad ceſſionis beneficium non admittitur: ut determinat Rota in recollectis Belleme.in deciſ.261.In cauſa mea Et in tantum eſt uera prædi
5 cta concluſio, ꝙ † etiam ſi talis conſumptor ad pinguiorem peruenerit fortunam, non habebit beneficium, de quo in l.4. & 6.ff.tit.no.& in l.ex contractu.C.de bo.auct. iud.poſſi.ſed inſolidum conuenietur:ut eſt tex.ſing.ſec. dùm unam lecturam glo.ibi per Bart.approbatam.in d.l.fin.quæ in frau credi.quam ſequitur Iaſ.in d.§.fin.col.2.in prin.uerſi. Secundò ergo limito.

Inſti.

Source : BIU Cujas

Inſti.de actio.& ideo incarcerari poſſet, & in carceribus mori ſecundùm Pau.de Caſt.in d.l etiam § licèt.verſic.Quæro.Quid in aliis debitoribus.ſol matr.Reſtringitur tamen prædicta con
6 cluſio † ſi bona conſumpta erant mobilia, ſecus ſi immobilia; nam ex quo immobilia in eſſe reperiuntur licèt penes alium, poſſunt per creditores actione pauliana reuocari ab his,qui illa poſſident.iſto caſu dicit Pau.de Caſt. in d.verſic. Quæro quid in aliis debitoribus, ꝙ talis conſumptor & fraudator poterit cedere bonis,allegat Dyn. ita tenere in d.§.Item ſi quis in fraudem. idem firmat & ſequitur Alex.in d.§.elegãter.in 5.col. verſi.Vbi hoc limitat.nu.14.quod eſt valde notandum.

SVMMARIVM.

1 *Debitor priuilegiatus, qui ex delicto commiſſo effectus eſt inops, & non habet, vnde ſoluere poſſit, retinet priuilegium,quod habet, ne conueniatur vltra, quàm facere poſſit.*

DEBITOR PRIVILEGIATVS PAVPER EX delicto commiſſo effectus, an retineat eius priuilegium, vel cedat bonis.

QVAESTIO XXIX. quartæ q.princ.

1 Vigeſimononò quæro, vtrum † debitor priuilegiatus,qui ex maleficio,quod commiſit,ad tantam deductus eſt paupertatem,ꝙ debita perſoluere non poteſt,& eſt de illis, qui nõ exiguntur in plus quàm facere poſſunt, dictum beneficium retineat,vel bonis cedere teneatur? Videtur dicẽdum, ꝙ illud non retineat;quia dignum eſt,ꝙ malè meriti egeſtate laborent.l.bona fides.ff.depoſi facit tex in l.pen.in fi.quæ eſt ad hoc ſing.ff.de iure dot.In contrarium videtur; quia illud maleficium contra creditorem agentem non fuit commiſſum,ſed ꝫ tertium, arg. l.Fulcinius.§.quid ſit latitare.ff.ex quibus cauſ.in poſ.ea. Bald.tñ in c.quæ in eccleſiarum.col.3.in prin. verſi. Accipio ſecundam glo.extra de conſtitu.quem refert Laſ.in l.quod nomine.verſic. Vltra quos.ff.de condi.indeb.decidit, ꝙ dicto priuilegio priuatur ob eius latam culpam,vel dolum, qui ad caſum ordinatum proceſſit,ideo ſibi imputare debet, allegat text. in c.Odoardus, extra de ſolutio.& l.Titius ff.de procur.& l ſiue hæreditaria.de negoc.geſt.& facit tex.in reg damnum quod quis. & ibi Dy. de reg.iur.in 6.& per eundem in reg.peccatum.ad fi.eo.tit.Tu dic, ꝙ non ſolum ob culpam quis non perdit beneficium,quod habet,ne conueniatur vltra,q̃ facere poſſit,vt eſt text. in l.verum. §.tempus.ff.pro ſoc.& tenet Bart.in l.etiam.§.licèt.verſi.Quæro quid de aliis.ff.ſol.mat.quem ſequuntur ibi Doc. & refert & ſequitur Laſ.in d.l.quod nomine.d.verſi.Vltra quas.Sed nec etiã, qui dictum beneficium non habet,ceſſionis bonorum beneficio priuatur: vt vidimus ſupra in 25.q.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Debitor, qui ſub ſpe ceſſionis bonorum debita contraxit,ad ceſſionis beneficium non admittitur.*

2 *Venditor ſciens ſuper frumento futurum edictum, ſi illud vendit ſtatim carius, ad reſtitutionem tenetur, & ad intereſſe.*
Idem de expendente monetas,quæ ſtatim per editum prohiberi debent.

DEBITOR SVB SPE CESSIONIS CONTRAhens non poteſt cedere bonis.

QVAESTIO XXX. quartæ q.princ.

1 Trigeſimò quæro, nunquid † debitor, q̃ ſub ſpe ceſſionis bonorũ debita ꝫxit, ad bonorum ceſſionem admittatur? Reſpon.ꝙ non, ſecundùm Dyn. in reg.peccatum.in fi. de reg. iur.in 6.ſequitur Ang.in l.4.verſi.Item non gaudet.ff.titu.no.bene facit,q̃d not. Bar.in l.j.ff.ſi quis teſta.lib.eſſe iuſſue.de Præfecto Vrbis Romę multa debita ꝫhente ſub ſpe ꝙ ab omnibus eius debitis in aduentum Imperatoris liberetur, & quod not.idem Bartol. poſt Guil.de Cu.in l.contra legem. ff. de legi.de eo qui ſciebat ſuper frumento futurum edictum,& illud incontinenti carius vẽdit, ꝙ per eius dolum nedum ad reſtitutionem tenetur, vt tradit Affli.in deciſ.399.Fuit latum laudum.num.9.& latè ſcribit.Veronenſ.in l.quæritur.§.fi.q.j.num.11. cum ſeq.ff.de ędili.edic.ſed etiam ad eius intereſſe,vt voluit Roman in ſing. 286.Nunquid ſi ſum magnus mercator.& Fel.in c.2.col.3.nu 8. verſi.Et ꝑ hac limitatione, extra de conſtitutio. cum aliis per Mod. citatis in addi.ad Roma.in d.ſing.286.& tradunt Mod.Anconi.in tract. de mercatu.ſub rub.de ſponſio.in 4.par.verſi.Item quæro Vin-
2 centius.ſub nu.2.Quod † idem firmari poteſt de eo, qui prohibitionem monetarum futuram ſciebat, ſi illas ſtatim expendidit,vel de illis creditori ſatisfecit,illas recipere tenetur & bonas ac expẽdibiles loco earum reſtituere. ſequitur Iaſ.in fi.col.pen. in princ. verſi. Vndecimò fallit. Inſti.de actio.Mod.Bonon.in rub.ff.de fideiuſſo.nu.88.verſi Et facit optimè.& Boer. in additio.ad Dyn in d.reg.peccatum.in fi.& Grat.conſi.110.Thematale eſt.col.2.in prin.nu.16.verſi.Item videtur decidi. vol.j.

SVMMARIVM.

1 *Debitor qui tempore contracti debiti ſciebat,ſe non eſſe ſoluendo, ad bonorum ceſſionem non admittitur: & quomodo procedat.nu.4.6.& 7.*

2 *Text.in l.pen ff de iure dot.quomodo procedat.*

3 *Prodigus ſi ad emendum emptorem induxit, ex quo dicebat doctoris habere conſilium non valere curatoris dationem & bonorum interdictionem, emptori non præiudicat & ob eius dolum non poteſt cedere bonis.*

4 *Deceptis & non decipientibus iura ſubueniunt.*
Prodigus non excuſatur in delictis.

5 *Beneficium ceſſionis bonorum dicitur eſſe de iure ſpeciali, ideſt contra generales regulas iuris communis.*

6 *Debitor ſi tempore contractæ obligationis pauper erat, nec hodie eius conditionem deteriorauit, bonis cedere poteſt.*

DEBITOR TEMPORE DEBITI SCIENS SE non eſſe ſoluendo, ad bonorum ceſſionem non admittitur.

QVAESTIO XXXI. quartæ q.princ.

1 Trigeſimoprimò quæro, an † debitor, qui tpe ꝯcti debiti pauper erat, & ſciebat ſe nõ eſſe ſoluendo, ad refugium ceſſionis bonorũ admittatur? Reſpon.ꝙ non, text.eſt multum no.in l.pen.in fi.ff.de iure dot.per quem tex.ita no.decidit Bar. in l.alia.§.eleganter.in fi.ff.ſol. mat. cum quo trãſeunt ibi Ang. & communiter Doc.excepto Raph.Cuma. qui aſſerit caſum in d.l.pen.non probare hãc generalem doctrinam Bart.quoniam ibi priuilegium perditur, quod iure ſpeciali introductum eſt, nõ autem de beneficio iure communi indulto loquitur, vnde nimirum ſi facilius perditur, quod de iure ſpeciali conceditur, arg.l.eius militis.§.militia miſſus.ff.de teſtamen.mili.Non recedas tñ ab opin.Bar.cum quo etiam tranſit Ang.l.4.ff.tit.no.Bal. in §.fi.in fi.Inſti.de actio.per text.in d.l.pe.Cardi.& Imo.in c.lator.col.5.in prin.uerſi.Secundus eſt,ſub nu.19. extra de pign. & in c.Odoardus.de ſolutio.& nouiſſimè Plot.in repeti.l.ſi quando.nu. 179.verſi.Sic & contrahens.C.vnde vi.Quod dictũ Bart. confirma per id quod voluit Pau.de Caſt.in l.etiam.§. licet. ad
2 fi.verſic.item quid ſi non diſputauit. ſolu. matr.dicens † text.in d.l.pen.intelligi debere, quando debitor aſſerens ſe idoneas habere facultates creditorem ad ſecum contrahendum dolo in-
3 duxit:ita ſonat ille text. in ratione ſui ſm ipſum. Pro † quo faciunt quæ in not.q.ad propoſitum dixit idem Paul.de Caſt.ꝫſil. 248.Viſis & ponderatis omnibus.col.2.circa medium. verſic. Plus dicitur,ꝙ cum Thadeus.uol.2. in nouis, quem refert & ſequitur Aymo conſi.192.Caſus ita habet.col.6. verſi. Alibi ſcribit Pau.de Caſt.vol.j.Quòd ſi prodigus emptori dixit,ne emere dubites;quia conſilium doctoris habeo, qui conſuluit curatoris dationem, & bonorum interdictionem tanquam prodigo factam non valere, & ipſe emptor ſuaſione & dolo ipſius fuit ad credendum inductus,ipſum venditorem alienandi poteſtatem habere,etiam ſi re vera non habebat, nõ debet ſibi emptori imputari poſſe,cur illi crediderit;qa dolo verſatus eſt,immo
4 ſubueniri debet.Cùm † deceptis & nõ decipiẽtibus iura ſubueniant.l...§.verba.ff.ad Velleia.& l.ſi decipiendi.cum ſimi.C.eo. Et propterea prodigus hoc caſu inſolidum ab emptore conuenietur ad rem venditam,& ideo tam per ea, quæ diximus ſupra in 12.q.q̃ etiam ob eius dolum non poteſt cedere bonis,vt not. per glo.fi.in l.fi.ff.quæ in frau.credi. & per Veronen. conſilio 9. Quidam ex delicto.vbi concludit,ꝙ quando quis ratione doli conuenitur,non poteſt cedere bonis,cùm etiam prodigus non excuſetur in delictis,vt per Bar.& ſcribentes in l. is cui bonis.ff. de verb.oblig.cum concord.de quibus per Mod.Rhegy. in repeti.l.obſeruare.ſuper §.Circa quartum.col.6.nu.21.verſic. An autem prodigus excuſetur.fol.100.C.quorũ appel.non recipi. vbi etiam ſub nu.25.in fi.dicunt, ꝙ dormiens ſi eius vitium ſciebat,& dolosè dormierit,vt homicidium cõmitteret, nõ excuſatur, ita ergo in caſu noſtro cùm dolosè emptorem ad rem emendam induxerit, vt ſupra, ceſſionis beneficium perdit. & cum Bar.tenet Iaſ.in l.ſi ab arbitro. colum. 2.verſi.Limita quatuor notabilibus modis.ff.qui ſatiſd.cog.& Boeri. in deciſ.349. Quæritur an ciuiliter.colum.9. verſi. Et pro deciſione quæſtionis noſtræ.Si verò dolus non interueniſſet; tunc videretur creditor ſecum contrahens eum velut idoneum approbaſſe, arg. l.3.ff.de fideiuſ.& l.qui cum alio. ff. de reg. iur. ratio igitur illius tex in d.l.pen.non fuit ſpecialitas ſed debitoris dolus, vt etiam ſatis ſupra dictum eſt in 22.quæſt. ſuper materia.d.l.penul. quæ vult, ſocerum viri dotis debitorem per eius dolum beneficio, quod habet à lege, priuari, quia generũ creditorẽ inſidiari voluit.

Source : BIU Cujas

luit. Non ob. Raph. ratio. Quia † etiam beneficium cessionis bonorum dicitur esse de iure speciali, idest ꝛ generales iuris communis regulas, quæ habent, ꝙ ius creditori acquisitum, puta de conueniendo debitorem insolidum, sine facto suo à se auferri non debet. l. id quod nostrum. ff. de reg iur. Nec obst. si diceretur † ꝙ debitor tempore contractæ obligationis pauper esset, & hodie eius conditionem non deteriorauerit, bonis cedere potest, ex quo imputari creditori debet, qui cũ eo sic paupere contraxit. l. is à quo. in fi. cum l. seq. ff. vt in pos. lega. & l. qui bona. §. de illo. ff. de dam. infec. Quia istud procedit † si à principio nullus interuenit dolus, secus si debitor inducens creditorem ad secum cõtrahendum dolum commisit: vt dictum est supra, vel nisi creditor iustam credendi causam ipsum esse sufficientem habuisset, ex quo diues reputabatur, & de nouo post contractam obligationem ad eius peruenit notitiã ipsum non esse, isto casu excusandus est creditor, nec ipsi imputari debet, argu. l. in confirmando. ff. de confir. tuto. & c. pastoralis, ext. de excep. & ita tenet Pau. de Cast. in l. in omnibus. ff. de iudi. & in d. l. etiã. §. licèt. in fi. sol. mat. quem sequitur Felyn. in c. significauerunt. col. fi. in prin. versi. Limita nisi tempore contractus. nu. 31. extr. de iudi. ideo debitor per eius dolum & fraudem in contrahendo commissam ad cessionis beneficiũ admitti non debet. d. l. fi. in fi. & ibi glos. quæ in frau. credi. & d. l. pen. de iure dot. & Veronen. d. consi. 9.

SVMMARIVM.

1 *Spoliator ad cessionis beneficium admittitur etiam quòd spoliatus non fuerit integrè restitutus ad fructus, in quibus spoliator fuerat condemnatus, nisi ipse per dolum, fraudem, & cum inuasione spoliauerit.*

SPOLIATOR CONDEMNATVS AD FRVctus an ante illorum restitutionem bonis cedere valeat.

QVAESTIO XXXII. quartæ q. Princ.

1 Trigesimosecundò quæro, an † spoliator volens cedere bonis audiendus sit, an tequàm spoliatus integrè restitutus fuerit ad fructus, in quibus spoliator cõdemnatus fuit? Videbatur dicendum ꝙ non, arg. tex. in c. alma mater. §. illis. in fi. de sent. excomm. in 6. vbi si quis delictum commisit, propter quod lata fuit interdicti sententia, nisi prius de ipso delicto satisfecerit, aut cautionem præstiterit, non debet ei aliquatenus pœnitentiæ beneficium concedi. facit tex. in l. pen. & ibi Bar. ff. tit. no. & quod no. Innoc. Abb & alij in c. Odoardus. de solutio. & Doct. in l. j. C. tit. no. & vidimus supra in 2. q. principali, ꝙ non audiatur debitor, nisi prius debitum confessus fuerit, vel fuerit condemnatus. Contrarium tñ decidunt dñi de Rota in decis. 554. Vtrum spoliator. in antiquis. per nota. per Archid. in c. quasi. in c. quanq̃. versi. Sed nũquid. de vsur. eo. lib. & per Spe. in §. j. col. 4. ver. Sed cùm spoliatus. in tit. de petito. & post. Limitatur tñ, nisi spoliator per dolum, fraudem & cum inuasione spoliauerit; quia tũc ad cessionis refugium non admittitur: vt reperitur decisum in Capel. Tholos. q. 466. Item fuit quæsitum quidam Monachus. & ita tenuit prius Rota in decis. 83. Nota ꝙ vbi Monachus. in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Colonus partiarius si non habet vnde portionem domini soluere valeat, beneficio gaudet, ne exigatur vltra, quàm facere possit, nisi in instrumento locationis iurauerit portionem domino consignare, & nisi dolosè contraxerit & animo opponendi dictum beneficium tẽpore solutionis. & nu. 2.*
Colonus partiarius ęquiparatur socio.
Colonus partiarius propter periurium ad cessionem bonorum non admittitur. sub nu. 2.
3 *Beneficium ne quis exigatur nisi in id quod facere potest, deducto ne egeat, operatur, vt ipse necesse non habeat cedere bonis.*

COLONVS PARTIARIVS AN cedat bonis.

QVAESTIO XXXIII. quartæ q. Princ.

1 Trigesimotertiò quæro, nunquid † colonus partiarius si tempore consignationis fructuum non habet vnde soluere valeat, cessionis bonorũ beneficio gaudeat, vel beneficio ne exigatur vltra q̃ facere potest? Respond. ꝙ cum ipse socio ęquiparetur, beneficio gaudet, ne conueniatur, nisi in quantum facere potest, sicut alii socij: ut in l. verũ. in princ. ff. pro soc. & in l. sunt qui in id. ff. de re iudi. quod expressè tenet Fulg. in l. si merces. §. vis maior. ff. loca. quam sequitur Ang. de Peri. in tract. de paleis & oliuis. col. 3. versi. Ad tertium autem respondeo. ibi, ex qbus etiam tertia differentia. de quo mentionem facit Pet. de Vbal. in tract. de duobus fratr. in 11. par. q. 9. sub nu. 10. col. 3. versi. Ex quibus etiam. tertia differẽtia colligi potest. & Cremen. in sing. 156. Tu scis ꝙ socius. & Nic. de Milis † in suo repertorio. in verbo Colonus. & Are. Insti. de loca. in princ. nu. 4. Quod intelligo verum, † nisi colonus ipse in instrumento locationis iurauerit domino satisfacere, eiusq; portionem consignare; nam ratione iuramenti illo beneficio non gaudebit, & illud opponere non poterit, iuxta ea quæ tradit Capell. Tholosa. q. 258. Item fuit quæsitum. Socer & socrus, & Alb. Brun. consil. 89. Viso instrumento. sub nu. 3 & nu. 8. & diximus supra in 24. q. nume. 2. Nec etiam ad bonorum cessionem propter periurium admittetur, ex eo ꝙ infra terminum per eum promissa non adimpleuit: vt diximus supra in 3. q. principali, sub nume. 17. Limita etiam nisi cum domino dolosè contraxerit, & animo ac intentione dictum beneficium opponendi tempore quo fructuum cõsignationis & solutionis venerit dies: vt dictum est supra in 30. & 31. q. & consuluit Cornel. consil. 128. Circa hanc. col. j. nu 5. versic. His tamen non obstantibus. volu. 3. Aduerte tñ, ꝙ hoc beneficium, ne quis teneatur vltra, q̃ facere possit, operatur, ne habeat debitor necesse cedere bonis: nam cùm non teneatur in plus, q̃ facere possit, habita ratione ne egeat, iuxta. l. in condemnatione. ff. de reg. iur. cum sim. cogi nõ potest cedere bonis, ergo pro tali debito carcerari non potest, & consequenter non cedit bonis. ita Are. in §. sed & si quis. in princ. Insti. de actio. alioquin si in carceribus detineri posset, bonis cedere cogeretur, vt ex carceribus liberaretur, iuxta tex. in l. j. C. titu. no. & hoc vtitur argu. Bal. in l. liber captus. in fi. C. de postlimi. reuer.

SVMMARIVM.

1 *Debitor offerens rem meliorem, quam habet, insolutum, carceres euitat, & non cogitur cedere bonis, nisi in instrumento obligationis iurauerit in pecunia soluere.*

DEBITOR OFFERENS REM MELIOREM, quam habeat insolutum, an cedat bonis.

QVAESTIO XXXIIII. quartæ q. Princ.

1 Trigesimoquartò quæro, quid † si debitor nolens cedere bonis, creditori rem offert meliorem, quam habeat, insolutum, an ex hoc carceres euitare valeat? Resp. ꝙ sic, secundùm Imo. in l. filiosa. la 2. in 2. col. in prin. sub nu. 7. sequitur Firma. in suo reperto. in verbo debitor pauper. nu. 8. Quod tamen intellige verũ, nisi Debitor in pecunia soluere iurauerit; nam eo casu carcerari poterit, & rem meliorem offerens non liberabitur: vt consuluit Gozadi. consi. 27. In causa conductorum. colum. penult. in fi. nume. 28. sub ver. Non obstant allegata in contrarium. & consi. 32. Dominus labia mea aperiet. col. j. ad fi. versi. Secundò ego moueor. nu. 9.

SVMMARIVM.

1 *Creditores scientes debitorem bonis cedere velle, si iuri incarcerandi renunciant, debitor ad cessionis refugium non admittitur.*
2 *Renuncians expressè iuri incarcerandi, tacitè renunciat iuri debitorem insolidum conueniendi.*
Taciti & expressi idem est iudicium.

CREDITOR SI IVRI INCARCERANDI RE-nunciat, an debitor bonis cedere possit.

QVAESTIO XXXV. quartæ q. princ.

1 Trigesimoquintò quæro, quid † si debitor bonis cedere volens, creditores hoc scientes renũciant iuri, quod habent ipsum carcerari faciendi, vtrum ex hoc bonis cedere valeat? Respon. Bal. in l. j. col. pen. in princ. versi. Quæro si creditores. C. tit. no. ꝙ ad cessionis beneficium nõ admittitur; quia cessante ratione beneficij, cessat beneficium. l. fi. ff. de diuor. c. cùm cessante. cum vulg. extra de appellat. sed ratio cessationis beneficij huius est, ne primò in carcerẽ detrudatur: ut d. l. j. ergo &c. & secundùm eum creditoribus proderit; quia tenebitur eis, quod dietim lucrabitur, soluere, non attento ne egeat, quod dictum sequitur Vital. in tract. clausula. in rubr. An possit renunciari beneficio cessionis bonorum. col. 2 in prin. versi. Et si creditores renunciant. & col. 9. ante medium. versi. Item si creditores renunciant iuri. Saly. verò in d. l. j. col. pen. versi. Quæro octauò. asserit hanc esse cautam pro creditoribus prouisionem, si vera esset, dubitat tamen; quia non sufficit, ꝙ simpliciter iuri debitorem carcerandi renuncient, sed secundùm eum requiritur, ꝙ etiam iuri eum insolidum conueniendi renuncient ei dando facultatem, vt deducat, ne egeat, alioquin cedere poterit. Ego autem Baldi opinionem amplectendam censeo. Nam
2 licet iuri incarcerandi renunciando creditores iuri ipsum debitorem insolidum conueniendi expressè non renuncient,

Source : BIU Cujas

taciè tamen renunciaſſe videntur, & hæc tacita renunciatio operatur, ac ſi expreſsè renũciatum fuiſſet, cùm taciti & expreſsi idem ſit iudicium. l. cum quid. cum vulg. ff. ſi cer. pet. clarum eſt enim, ꝙ ſi nolunt in carceribus detineri, nolunt etiam inſolidum conueniri; quia ſi inſolidum conueniretur, & poſtea carcerari non poſſet, ſtruſtratoria eſſet talis inſolidum conuentio, ſi ergo inſolidum conueniendo carcerari non poſſet, ergo in id qudd facere poterit, excutietur, ergo iuri incarcerãdi renunciando dicitur etiam renunciatum eſſe, vt inſolidum conueniri non poſſit, & hanc opin. Baldi ſequitur Aegidi. Boſſi. in ſuo tract. crimin. in tit. de carcerato fideiuſſionibus committendo. col. 7. nu. 24. verſi. Alius eſt modus.

SVMMARIVM.

1 *Iudeus an ad ceſſionem bonorum admitti debeat.*
2 *Perſona vilis, odioſa, & infamis an ceſſionis beneficio gaudere debeat.*
3 *Iudeus eſt de populo & corpore ciuitatis, & dicitur eſſe de Populo Romano in locis, in quibus ſeruatur ius ciuile Romanorum.*

IVDEVS AN AD BONORVM CESSIONEM admittatur.

QVAESTIO XXXVI. quartæ q. princ.

1 Trigeſimoſextò quæro, an † Iudęus ad ceſſionis benefi-
2 cium admitti debeat? Videbatur dicendum, ꝙ † cùm ſit perſona vilis, odioſa & infamis, vt per Socin. Sen. conſi. 70. Conſiliis noſtris. col. j. num. 5. verſi. Quartò vr̃ probari. vol. j. & conſi. 119. Præſupponitur. col. 3. in princ. nu. 12. verſi. Pro hoc facit. vol. 4. & per Crau. conſi. 73. Dicendum videretur. nu. 6. cum allegat. ibi per eum. vol. j. & Roland. conſi. 25. Viſa. col. 2. nu. 14. vol. 2. admitti nõ debeat. & ratio eſſe videtur: quia in beneficiis generaliter conceſſis nõ videntur cõprehendi perſonæ odioſę. tex. eſt in l. Lucius. §. Lucius Titius. ff. de leg. 2. quẽ text. ita ſummat Bar. poſt Iaco de Are. & ſequitur Soc. Sen. conſi. 62. In præſenti conſultatione. col. pen. poſt princip. ſub nu. 16. verſic. Secũdò
3 hæc opin. vol. j. Contrarium tamen verius eſt, † quia Iudęus eſt de eodem populo & corpore ciuitatis cum Chriſtianis, vt per Soc. d. cõſi. 70. nu. 3. Et Iudęi dicuntur eſſe de Populo Romano in locis, in quibus ſeruatur ius ciuile Romanorum, quantum ad hoc, vt illis legibus viuant, idem Soc. d. conſi. 62. col. antepe. in fi. verſi. Secundò pro hac parte. & Rolan. d. conſi. 35. col. 3. numero 22. Quia regulariter. facit tex. in l. Iudęi communi Romano. C. de iude. vbi dr̃, ꝙ agendo & defendendo debent uti iure Romano & communi iure, quem tex. etiam allegat Imo. ꝓſi. j. prope fi. verſi. Item etiam eſt aduertendum. nu. 5. vbi inquit, iudęos ſubeſſe legibus imperialibus, in legibus autem imperialibus diſponitur, quemcunque debitorem cedendo bonis liberari à carceribus, vt in l. j. C. tit. no. ergo Iudęi ad dictum beneficium admittuntur. Non obſtant, quæ ſupra in ꝓrium adducebantur: quoniam illa iura procedunt, qñ perſonæ ſunt odioſæ illi beneficium concedenti: vt declarat Paul. de Caſt. & Doct. in d. §. Lucius Titius. ſecus in caſu noſtro: quia iudęi non ſunt diſpoſitioni dictæ l. j. odioſi, immo cum lex ipſa generaliter loquatur, generaliter intelligi debet, vt etiam odioſos cõprehendat, vt dicemus infra in 8. q. prin. nu. 3.

SVMMARIVM.

1 *Debitor bonis cedere volens tenetur omnia bona, quæ habet, indicare. & numero 3.*
Deſcriptio bonorum, quæ in domo debitoris reperiuntur, ad inſtantiam creditorum fieri poteſt.
2 *Debitor qui rem aliquam ſcienter occultat, eã non indicando ceſſionis beneficium perdit.*
Debitor rem aliquam occultans, cùm neganti ſit ſimilis, in duplum eius quod occultauerit, puniri debet.
3 *Hæres occultans penere rẽ vnã in inuentario perdit inuentarij beneficium. Fruſtra legis auxilium inuocat, qui in legem committit.*
4 *Negans primò aliquid, ſi poſtea confitetur, præmium non conſequitur per eius mẽdacium, niſi negatio ante litem conteſtatam reuocata fuerit, ſecus ſi poſt litem conteſtatam.*
Negatio ante litis conteſtationem reuocari poteſt.
5 *Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, quid operetur.*
6 *Vxor mortuo eius viro bona mobilia hæredibus mariti indicare tenetur, alioquin ſi non reperirentur, præſumitur vxorem illa furripuiſſe, & contra eam agi poſſet.*
7 *Vaſallus omnia bona quæ in feudum recipit domino indicare tenetur, ſi de feudo inueſtiri velit.*

DEBITOR BONIS CEDERE VOLENS AN bona indicare teneatur.

1 Quintò principaliter quæro, an † debitor volens cedere bonis teneatur omnia bona, quæ habet, indicare, & ſi rem aliquam fraudauit ceſſionis beneficium perdat? Dic ꝙ ſi vult ad ceſſionis refugium admitti, bona omnia iudicis officio indicare tenetur. glo. eſt no. in l. pen. & ibi Bar. & Ang. no. ff. titu. no. glo. & Cy. in l. j. q. 7. & ibi Bald. in 2. col. in prin. verſi. Quærit glo. an iſte. Saly. ibidem in 2. colum. nu. 5. verſi. Redeo ad q. & Pau. de Caſt. C. eo. Idem Bal. in §. fi. verſi. Sed nunquid cedens. Inſti. de actio. Alber. de Roſa. in rub. C. tit. no. colum. 2. ante finem. verſi. Item quærit an cedens. vbi allegat tex. in l. præſenti. § ſicubi. C. qui ad eccle. confugi. & in l. fi. §. licentia. C. de iure deliber. ſequitur Iaſ. in d. §. fi. colum. 2. verſ. An autem qui cedit. nu. 8. Et ideo p illam gl. in d. l. pe. dixit Paris de Put. in trac. Sindica. in verbo Electio. c. Pone, quòd commiſſa eſt executio. ante fi. ꝙ officialis executor poterit debitori dicere, bona, in quibus executio fieri poſſit, exhibeas, alioquin in perſona tua te carcerando executionem faciam, & ita refert pluries executoribus conſuluiſſe, & ibi ſubiungit, quòd aliàs per illam glo. dixit, ꝙ cedens bonis, qui bonorum occupatione ſuſpectus eſt, à iudice torqueri poſſet, vt bona exhibeat, & ad creditorum inſtantiam deſcriptio bonorum, quæ in domo cedere volentis inueniuntur, fieri poſſet, ne bona illa occultentur, & vt fraus in indicatione nulla committatur, argum. eorum quæ tradit Pau. de Caſt. in l. cùm tale. §. Titius. verſi. Ex hoc dicũt Doct. ff. de condi. & demon. & Vital. in tract. clauſula. in rub. Nil nouari accuſatio. penden. ſub. nu. 2. verſi. quædam eſt deſcriptio. fol. 127. cum concord. de quibus p Roland. conſi. 90. In cauſa. col. pen. ſub nu. 20. vol. j. quæ fraus facta deſcriptione penitus ceſſat: vt in ſimili probat Pariſ. conſi. 132. Ad corroborationem. col. fi. num. 4. & 5. inter conſi. Socin. Iunio. vol. j. Amplius dico, ꝙ cogi & compelli poſſet cedere volens ad cautionem præſtandam de bonis indicatis non barattandis, nec alienandis, ne poſt ceſſionem factam fraudati reperiantur creditores, iuxta tradita per glo. fi. & ibi Docto. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatisdatum. ff. qui ſatisd. cog. prout etiam de mercatore fallito & fugitiuo dicitur, qui torqueri poteſt, vt pecunias ad mercandum ſibi traditas indicet, quas habere nũc denegat, & eas perdidiſſe aſſerit, vt referunt Mod. Anco. in tract. de mercatu. ſub rub. de Decoctori. nu. 2. & Mod. Rhegy. in ſua practi. crimi. ſuper repet. l. obſeruare. in prin. ſub num. 179. verſi. Circa ſecundũ in quibus caſibus. ibi. Quòd mercatores falliti. C. quorum appellat. non recipi. & Mod. Bonon. in ſua practi. crim. in §. expedita. nu. 62. cum aliis per Boer. relatis in deciſ. 215. Incarceratus ꝓ delicto. col. 2. ad fi. verſi. His præmiſſis. nu. 5. Si † ergo
2 non indicauit, priuatur ſecundũ omnes illo beneficio, ex quo ſequitur, ꝙ ſi rem aliquam ſcienter occultat, cùm neganti ſimilis ſit occultans. l. hæreditatum. §. fi. & ibi Pau. de Caſt. & Alex. ff. ad l. Falc. in duplum eius quod occultauerit, puniri debet, arg. l. fi. §. illo. vdelicet. C. de iure delib. Bal. in d. l. j. col. 2. in prin. verſ. Quæro quid ſi cedens, iuncto verſi. Quærit glo. an iſte. Saly. ibidem in 2. col. verſic. Redeo ad quæſtionem. & ſequitur Are. in d. §. fi. col. fi. poſt prin. & col. pe. verſi. Quæro aliquis ceſſit. nu. 8. Quod comprobari poteſt per ea quæ not. Doc. in l. ſed hoc ita. § quod autem. ff. de re iudi. & per tex. in l. ſed & ſi ex parte. §. interdum. & l. eum qui. ff. quod cum eo. & per Bar. in l. etiam. §. licèt. vbi Alex. col. 2. verſi. Succeſſiuè quærit. ff. ſol. mat. de eo qui negauit, quod eſt cauſa ſui beneficii: vt vidimus ſupra in 20. q. in 9. caſu. nu. 12. & in 24. q. nu. 3. Nam cùm iſte omnia bona indicare teneatur, vt beneficio ceſſionis uti valeat, ſi poſtea reperitur, ꝙ non omnia indicauit, ex hoc mẽdacio ceſſionis beneficio priuatur, arg. eorum quæ tradit Bart. in l. Paulus. ff. ad l. Falc. Bald. conſi. 219. Statuto ciuitatis Papiæ. vol. j. & Abb. conſi. 73. Circa primum. col. pen. in prin. ſub num. 8. in 2. par. vbi volue-
3 runt, ꝙ † hæres occultans ponere rem vnam in inuentario, inuentarij beneficium perdit; fruſtra. n. legis auxilium inuocat, qui in legem committit. c. quia fruſtra. extra de vſur. & l. auxilium. in fi. cũ vulg. ff. de minor. Et propterea dixit Bal. in l. eum
4 qui. ff. de iureiur. ꝙ † ſi quiſpiam primò negauit, poſtea confeſſus eſt, præmium non conſequitur; quia per eius mendacium videtur indignus, argum. c. j. extra vt eccleſia. benef. & l fideicõmiſſa §. ſi quis decẽ. de leg. 3. Solum enim poteſt in ſui odium & præiudicium confiteri, non autem ad præmium conſequendum, vt ibi per eum, quem latè proſequitur ibi Alex. Prædicta tamen intellige, niſi talis negatio ante litis conteſtationem reuocata fuerit, nam tunc huiuſmodi negatio reuocari poſſet, ſecundum Bal. & Alex. vbi ſupra, per eundem Alex. in d. l. hæreditatum. §. fi. & per Bal. in l. quidam ęſtimauerunt. in vlt. col. verſi. Sed quid ſi in prima. ff. ſi cert. pera. & iſto caſu ceſſionis beneficium conſequi poſſet: ut in ſimili no. Iaſ. in §. Itẽ ſi quis in fraudem nu. 79. verſi. Sextò ego limito. Inſti. de actio. Secus ſi poſt litem conteſtatam reuocata fuiſſet, nam tunc ſibi non prodeſſet, vt concludit Alex. in d. l. eum qui. col. 2. in fi. verſi. Puto veriorem. & iſte talis debitor tenetur nedum bona mobilia & ſtabilia, verum etiam debita & credita, & omnia iura, quæ tã cum eius creditore, q̃ cum aliis habet, indicare, in quibus iurib. comprehenditur etiam ius recatandi, quod habet cum eius emptore, cui vendidit quædam bona cum pacto de retrouendendo, ut uoluit Aymo conſi. 213. Ad primum. nu. 4. uerſi. Ad tertium & ultimum. lib. 2. & etiam cum iuramento indicare tenetur ad

cuitan-

Source : BIU Cujas

euitandam oĩs ſuſpicionis fraudem, iuxta diſpoſitionem ſtatutorũ nſorũ Ariminenſiũ.ſub rub.de debitoribus.ne currant facile ad benefi ceſſio.Quid † autem ſi fuit inſerta clauſula, ſola facti veritate inſpecta,in precibus debitoris & in reſcripto, in quibus dr. Quòd cõſtito ſibi ſummariè & ſola facti veritate inſpecta,oratorem ad alterum de duobus beneficiis admittat.An dictam negationem reuocare, ſeu bonorum occultationem propalare poterit? Videbatur dicendum,ꝙ non; quia clauſula illa operari non debet,vt mendax beneficium cõſequaẽ, vnde videretur,ꝙ clauſula illa materiam & anſam delinquendi prẽſtaret,& ſic ex ſuo delicto præmium reportaret, contra l.non fraudantur.§ nemo ex ſuo delicto.vt ibi pulchrè per Cagno.ff. de reg.iur.Tu dic,ꝙ ſiue ante,ſiue poſt litis conteſtationem dictam negationem reuocauerit, & bona omnia propalauerit, ceſſionis beneficio priuari non debet,cùm in cauſa,in qua ſola facti veritate inſpecta proceditur,non attendantur ea, quę ſunt de ordine & apicibus iuris: vt voluit Roma.in ſing.792. Quid important.Mod.Fanen.in tract.de pignor. in 1. membro octauæ par.nu.27.verſi.Ego putarem & pulchrè per Gramati.in deciſ.19. Lata ſententia. & in deciſ.62. In cauſa magnificorum. col.fi.num.31.cum ſeq. Immo in tali cauſa iudex iudicare debet ſm ꝙ Deus iudicaturus eſſet: vt ibi per eum, & optimè per Laſ.in §.in bonæſidei.nu.45. verſi. Quid autem ſi committatur. Inſtit.de actio.niſi de fraude, aut doloſa occultatione cõſtaret, talis enim reuocatio ſibi non prodeſſet.l.fin. in fi.& ibi not.per glo. ff.quæ in fraud. credi. & l.pen. ff.de iure dot.Et ex prædictis
6 infertur,ꝙ † vxor mortuo eius viro bona mobilia hæredib. mariti indicare tenetur.l.2.quando & quib.quar. pars debea. li.10. Pet.Iac.in ſua pract.ſub tit.no.col.2.in prin.ſub verſi.Quintò eſt notãdum,& tenet Bal.in l.ordo.col.2.in fi.verſi. Quæro vtrum vxor.C.de execu.rei iudi.etiam cũ iuramento,vt tradit Aymo in tract.de antiqui.tempo.in 1.par. Sectione. Viſo de fama.ſub nu.17.in 8.col.per gl.in verbo iurata fide. in d.l.2. C. qñ & quib. quar.ſpars debea. Quod facit ad ſtatutum noſtrum Ariminẽſe. ſub rub.de inuẽtario faciendo per vxorem de bonis defuncti. Vbi diſponitur,ꝙ vxor teneatur mortuo eius viro infra quinq; dies in ſcriptis regiſtrari facere per notarium publicum omnia bona mobilia,quæ in domo mariti reperiuntur,ita ꝙ hæredes, & defuncti creditores copiam dictæ ſcripturæ habere poſſint, & vxori contrafacienti, vel fraudem committenti pœnam irrogat.Vnde ſtantibus prædictis vxor nedum inuentariũ conficere tenetur, verum etiam bona indicare; quia ſi ipſa inuentarium cõficit, de illis bonis eſt certa ideo tenetur illa hæredibus aſſignare, alioquin præſumeretur ſi omnia bona non reperiantur,vxorem illa furripuiſſe,& ſic contra eam agi poſſet rei vindicatione,aut hæreditatis petitione,non autem rerum amotarum actione: vt eſt tex.& ibi glo.fi.in l.contra furum.§. fi. ff.re-
7 rum amota. Et † prædicta locum habent etiam in Vaſallo, qui ſi de ſuo recto feudo ſe inueſtiri petit bona, quæ in feudum accepit, domino indicare tenetur. Ang.in l.pen.ff. tit. no.& Petr. Iac.in d.ſua practi. in d.verſic. Quinto eſt notandum. Quod tñ non procederet in receptante in domo ſua mercatorem fallitum fugientem: vt vidimus ſupra.in 5.q quartæ q.prin. nu.6.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio bonorum qualiter fieri debeat.*
Solemnitas aliqua non requiritur in ceſſione bonorum.
2 *Amaltiſani quomodo & qualiter cedant bonis.*
Ceſſio bonorum coram teſtibus fieri poteſt.
3 *Cedens bonis ſine aliqua ſolemnitate non efficitur infamis.*
4 *Cedens bonis vituperosè efficitur infamis infamia facti, non autem infamia iuris.*
5 *Ceſsio bonorum ex conſuetudine & diſpoſitione municipali fit in aliquibus locis modo vituperabili.*
Romæ,Papiæ, & alibi qualiter debitor cedat bonis.
6 *Statuta & conſuetudines ſuper ceſsione vituperoſa an valeant.*
7 *Princeps reſcribens,quòd carceratus facta bonorum ceſsione relaxetur, dicitur illa ignominioſa remittere,quæ ex municipali diſpoſitione ſeruãtur.*
8 *Creditores debitoribus carceratis alimenta præſtare debent, alioquin per iudices relaxantur.*
9 *Cautela pro creditore antequàm debitor dilationem quinquennalem petat, vel cedat bonis.*

CESSIO BONORVM QVOMODO ET QVAliter fieri debeat.

QVAESTIO VI. Princ.

1 Sextò principaliter quæro, † qũo & qualiter ceſſio fieri debeat? Reſp. ꝙ ſimplici verbo fieri poteſt per nuncium,& per epiſtolam,& non tantum in iudicio, ſed extra iudicium, agnoſcendo prius debitum,& præſente,& abſente aduerſario. Azo in ſumma.tit. no.Alber.de Roſa.in rub.C.eo.col.2.verſi.Item quæritur, qua-
2 liter debeat fieri ceſſio. Nec † aliqua in hac ceſſione facienda deſideratur ſolẽnitas,ſicut Amalthiſani faciunt,qui linteamen & pecten habent,& eorum caput in terram ſedentes pectinãt, dicentes,cedo bonis,vt refert Rofred.in tract. libel. in rubr. de offi.iudi.quo cura.datur bo.col.3.in prin.verſi. Item non deſideratur.de hoc eſt tex.in l.in omni.C.tit.no.& in l.fi.vbi Bar.ff.eo. Sequitur Iaſ.in §.fi.col.pe in fi nume.28.verſic.Qualiter autem. Inſti.de actio. & etiam coram teſtibus fieri poteſt, ſecundum Pet.Iac.in ſua practi.tit.no.col.j.in princ.verſi. Secundò eſt notandum.& ſola uoluntatis profeſſio ſufficit,dummodo debitũ ſit certum vel per confeſſionem, vel per ſententiam, vt in l.pe-
3 ff.titu.no. Et † hoc modo talis cedens infamis non efficitur.l.j. & l.fi.& ibi gloſ.in verbo eſtimatione.C.eo.& eſt text.in l debi-
4 tores.C.de infami.Immo † etiam ſi vituperosè cederet,nõ efficeretur infamis. Pet. Iac. in d.tit. col.j. in 3. not. in fi & Gui.Pa. conſi.124.Circa materiam.colum.fin.verſi.Non eſt tamen ipſe Guaſpardus. Intellige tamen hoc eſſe verum infamia iuris, ſecus infamia facti,vt per Alber. in d.l.debitores. & in d.rub. in fi.
5 Scias tamen † ꝙ in multis partibus ex conſuetudine, vel municipali diſpoſitione fit modo vituperabili ceſſio ſecundùm Bar. in l.fi.ff.tit.no.vbi refert Cy.dicentem ꝙ Accur. dum hanc materiam legeret,cedendi modum in Cathedra oſtẽdebat. Vnde dixit Angel.in d.l.fin.ꝙ in partibus.Italiæ inoleuit cõſuetudo, ꝙ cedens bonis in publico & notorio loco vadat nudus,vt poſteriora ter ad lapidem,vel columnam percutiat, clamãdo cedo bonis,de qua conſuetudine & obſeruantia meminit etiam Bald.conſi.301. Ad euidentiam. volum.quinto. Romæ etiam bonis cedere volẽs Leonem marmoreum in ſchalis Capitolij aſcendit,& ibi nates percutiens dicit cedo bonis. Cyn. in d.l.1. C.tit.no.& Alber.in d.verſi.Item quęritur qualiter debeat fieri ceſſio.Papiæ ſimiliter lapidem cum natibus percutit,dicens cedo bonis. Alibi fit campana pulſata, & cum tubis ducitur cedere volens ad ſedendum ſuper lapidem depoſitis ſarrabulis, dicens cedo bonis:ut refert Saly.in d.l.in omni.Laudis etiam non ſine infamia & vituperio cedens cum ano nudo ter lapidẽ percutit, dicens cedo bonis.vt atteſtatur Hoſtien. in ſumma titu. no.poſt prin.verſi.Fit autem Laudis. Alibi introductum eſt, vt cedens bonis baſſatis brachis in curia ter de ano in quadam regula percutiat dicens qualibet vice,cedo bonis: & apud Auinionem demiſſis brachis in Peyrono Curiæ ſcinditur ſibi lumbar,& inquit cedo bonis.vt refert Pet. Iac. in d.3. not. Arimini etiam Patriæ meæ extat ſtatutum ſub rub.de debitori.ne currãt faciliter ad benefic. ceſſio. aliàs ſub rub.de ceſſio. bonor. facta per debito. vbi diſponitur, ꝙ recognito debito coram iudice & indicatis omnibus bonis cum iuramento, aſſerens ſe velle bonis ſuis cedere, exui debet vſque ad interulam, & ſic expoliatus cum ſono tubæ ante ipſum iudicem ducitur ad lapidem magnum prope Palatium, & ibi ſuper lapidem ter ponat ſe ad ſedendum cum ano nudo, dicendo ter, cedo bonis.Sed quæri
6 poteſt † an hæc ſtatuta & conſuetudines valeant? Cyn.in d.l.j. q.5.C.tit noſtro,quem refert Bal.in d.l.fi.poſt prin.eo. tit. Alex. conſi.210.Ponderatis his.col.2.ad fi.verſi. Et ꝙ iſtud ſtatutum. volum.2.& Aymo in tract.de antiquita.tempo.in 4.par.ſectione, Videamus modo.ſub nume.42.verſi. Nec valet conſuetudo.tenent huiuſmodi ſtatutum & conſuetudines non valere; quia ſunt ꝫ bonos mores,& cõtra d.l fi.ff.tit.no. & d l.in omni. Et quia res eſt turpis & mali exempli, & oculi videntium infeſtantur:vt l.cùm ſupra virentes.C.de re mili.lib.12.Idem etiam tenet Alber.in d.verſi.Item quæritur, qualiter debeat fieri ceſſio.& in 1.par.ſtatuto.q.38.incip.Item quæritur,an valeat ſtatutum.vbi decidit,non valere ſtatutum Patauinum, ꝙ quis non poſſit cedere bonis, niſi cum ſolemnitate inhoneſta cedat; qa turpis eſt eius effectus, & contra bonos mores. Immo inquit Bal.d.cõſi.301.ſub nu.3. ꝙ talis obſeruantia in ſe fœtum habet & creditoribus nihil vtilitatis accreſcit, & contra dicta ſtatuta ſic diſponentia arguit Sal.in d.l.in omni. dicens ea eſſe contra l.illam, quæ vult ceſſionem ſine aliqua ſolemnitate valere, & ꝙ ſola ac nuda uoluntate cedi poteſt: idem firmat ibi Paul. de Caſt.& tenet Are.etiam in §.fi.col.3.in fi.verſi.Quæro qũo. nume.6.Inſti.de act.& cum hac opin.tranſit ibi Laſ.in vlt.col.verſ. Nunquid ergo.ubi allegat Card.& Imo.in c.Odoardus in vlti. col.in fi.verſic. Adde ꝙ de iure communi. extra de ſolutio. & inquit Gui.Pa.d.conſi.124.in vlt.col.uerſi. Quæ tamen conſuetudo.nume.9. ꝙ cum talis conſuetudo & ſtatutum ſit contra bonos mores,non ſunt ſeruanda,vt latè conſuluit Rolan. ꝑſ.7. Quoniam.col.2.circa fi.nu.12.ſub verſ.Ad quod dicẽdũ.vol.2. ſi ergo contra bonos mores non eſſent, & in ſe fętum non haberent,vtputa ſi inducerent eos,qui bonis ceſſerunt,debere cũ veſtibus,ſeu biretto crocei, aut uiridis coloris,ut hodie per motum proprium ſanctiſſimi.D.N.Papæ decretum eſt.ſub grauiſſimis pœnis incedere, ut extant Lucæ ſtatuta ſub banno vitæ, arbitror illa ualere,ut aliis ſint exemplo,quamuis etiã Pet. Iac. in d.3.no quem refert Gui.Pa.in d.uerſi.Quæ tamen conſuetudo.dicat, ꝙ prædicta ſtatuta & conſuetudines ſunt laudanda, ex quo hodie hominum malitia excreuit, quorum multi pecunias mutuò accipiunt, qui ſatis bibunt, & parũ comedunt, in

ſuis negocijs vigilantes, & poſtea cum ab eorum creditoribus requiruntur, ipſi abſconſis bonis, quæ ſibi ſuperſunt, vel maiori parte, non verecundantes bonorum ceſſionem facere, bonis ſuis cedunt, & ideo ne faciliores & ad ceſſionis refugium promptiores eſſent, ſed potius aliis ſic inhiantibus eſſent exẽplo, cõcludit ꝙ tales prædicta pati perſonaliter deberent, nec ob ſtatutum ſeu conſuetudinem legitimè præſcriptam audiri deberẽt, & hæc opi. multum mihi placet ad fraudes debitorũ reprimendas, & ad obuiandum creditorum præiudicio. An † autem eo ipſo ꝙ Princeps reſcribit, ꝙ carceratus facta bonorum ceſſione relaxetur, videatur illa ignominioſa remiſiſſe, quæ in loco debitoris impetrantis ex municipali diſpoſitione ſeruantur? Bald. d. conſi. 301. ſub nu. 3. tenet ꝙ ſic, cum quo tranſeunt quidam in apoſtill. ad Barto. in l. alia. §. eleganter. ff. ſolut. mat. cum aliis per Roland. d. conſi. 7. col. fin. nu. 16. ſub verſi. Tertiò dicitur. allegatis. Sed hæc deciſio Bald. confundi videtur per ea quæ ipſemet tradit in l. ſi quando. in prin. verſic. Sed hic quæro. C. de inoffic. teſtam. & in l. j. verſi. Sed pone. C. ſi propter publi. penſita. niſi dicatur, ꝙ aliàs ſtatutum inducens turpem cedendi modum non valet, vt dictum eſt ſupra in verſi. Sed quæri poteſt. Deberet tamen per Principem aliqua ſuper hoc noua fieri prouiſio, quæ tàm cedere volentibus, quàm eorũ creditoribus, prodeſſe poſſet, maximè in partibus noſtris: quia quamplures (vt ſunt ruſtici noſtri temporis) qui eum induſtria & labore eorum debita poſſent abſq; ceſſione, & dilatione quinquennali ſoluere, tanquam animosè ad brauium currentes, in futurum à creditoribus putantes nũquam vexari, prout multis contigiſſe vidimus, ad Principem confugiunt, ſupplicantes ad alterutrum de dictis beneficiis admitti, & reſcripto obtento citatisq; creditorib. ex iudicis benignitate in contumacia creditorum ad quinquẽnalem dilationem admittuntur, ob quam dilationem potius ſi quæ habent, diſſipant, q̃ acquirant, & parta tueantur, & exultãt ſine fine dicentes † ſi elapſo termino non habebimus vnde ſoluere valeamus & in carceres detrudemur, creditores nobis alimenta præſtabunt, alioquin iudex nos relaxabit, iuxta text. in l. ſanctum. cum ibi no. per Bar. & Alex. ff. de rerum diuiſio. Gui. Pa. in parlamen. delphi. in deciſ. 22. Debitor non poteſt. verſic. Sed quid ſi debitor. per glo. ſing. in l. fin. C. de erroga. mili. lib. 12. Are. in d. §. fi. in finalibus verbis. Inſti. de act. Ant. Corſ. in ſing. incip. Creditor. ſub verbo Expenſa. quem ſequitur Felyn. in c. j. col. fi. in prin. nu. 11. extra de libel. oblatio. & Boeri. in deciſ. 303. Clericus captus. in 2. col. in prin. ſub nu. 2. Idem firmat Aufre. in addi. ad Capel. Tholoſa. q. 100. Item fuit quæſitũ. Si poſitiones. ante fi. verſi. Ad premiſſa benè facit. & in repeti. cle. j. de offi. ord. in 3. regu. fallen. ſub rub. de poteſta. ſecula. ſuper eccle. perſo. nume. 17. verſi. Expenſis verò victus. & ita tenet Laſ. in l. ſi victum. col. j. verſi. Alibi habes gl. ff. de re iud. & in §. Item ſi quis in fraudem col. 9. nu. 113. Inſti. de actio. & hoc quotidie ſeruatur in Palatiis, niſi ex eleemoſinis tales carcerati viuere poſſent. l. iudices. C. de epiſco. audi. Paris de Puteo in tract. Sindica. in verbo Carcer & carceratus. cap. An carcerarius teneatur alimentare. Boeri. in d. deciſ. 303. ſub eodem nu. 2. & Aufre. vbi ſup. Afflic. tamen in deciſ. 71. Fuit dubitatum. in fi. refert fuiſſe in ꝙſ. Neap. omnium voto deciſum, ꝙ ſi pauper non habet, vnde ſe alat, bonis cedere debet, vt à carceribus liberetur, non autem à iudice liberari debet. Cautela † tamen erit pro creditore, ꝙ antequàm debitor dilationem petat quinquennalem, vel ſe ad bonorũ ceſſionem præparet, coràm iudice inſtet debitorem ad operas ſibi præſtandas cogi, & ei ſeruire, donec ei ſatisfecerit, quod per iudicem fieri poteſt. gloſ. Bar. & Ang. in l. pro hærede. §. ſi quid tñ. ff. de acqui. hæredi. tradit Bal. in l. fi. C. de poſtli. reuer. & l. j. col. fi. poſt prin. C. tit. no. ſequitur Firma. in ſuo reperto. in verbo Debitor pauper. nu. 18. vt aliàs Romæ ꝑ Reueren. dños carcerum Viſitatores obſeruari vidimus, dum ibi pro cauſarum criminalium Locumtenẽte Capitolij ſub generoſo equite ac Iuriconſ. D. Franciſco Gualdo Arimin. Senatore digniſſ. reſiderem ſub Paulo III. Pont. anno ſalutis. 1537.

SVMMARIVM.

1 *Debitor, qui bonis ceſſit, cautionem de ſoluendo præſtare non cogitur, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, ſi fideiuſſorem inuenire non poteſt, ſufficit tamen iuratoria cautio. & nu. 8. diſtingue tamen vt in nu. 9.*
2 *Maritus pro aſſecuratione dotis in pecunia conſiſtentis ſatiſdare tenetur.*
3 *Condẽnatus cui datur terminus ad ſoluendum iudicatum, ſatiſdare tenetur.*
4 *Debitor, cui datur à Principe dilatio ad ſoluendum creditoribus, ſatiſdare tenetur.*
5 *Cautio iuratoria quo caſu ſufficiat & quo caſu non, & nu. 6. cum ſeq. Vſufructuarius tenetur cum idoneo fideiuſſore cautionem præſtare, quòd proprietati læſionem non afferet.*
6 *Tutor impotens ad præſtandam pupillo cautionem repellitur.*
7 *Excuſatus ob paupertatem ab onere ſatiſdãdi nudo verbo cauere debet ſub pœna & hypotheca bonorum ſuorum.*
8 *Debitor lapſo dilationis termino ſi non ſoluit, carceratur, & amplius ad bonorum ceſſionem non admittitur.*
Qui facit quod potuit, legem adimpleuit.
9 *Debitor ſuſpectus ad iuratoriam cautionem non admittitur.*

DEBITOR QVI CESSIT BONIS, AN TENEATur præſtare cautionem de ſoluendo.

QVAESTIO VII. Princip.

1 Septimò principaliter quæro, † an debitor, qui bonis ceſſit, cogatur de ſoluendo præſtare cautionem, ſi ad pinguiorem puenerit fortunam? Hanc quæſtionem ponit Iaſ. in §. fi. colum. 2. in prin. verſi. Nunquid autem ille qui ceſſit. Inſti. de actio. & nihil determinat, ſed ſe remittit ad not. per Bal. in l. 2. C. quod cũ eo. & ad Canoni. in c. Odoardus. de ſolutio. Cyn. in l. j. col. j. q. 5. C. tit. no. refert canoni. tenere, ꝙ de ſoluendo ſatiſdare tenetur ſi ad pinguiorem peruenerit fortunam, quod ibi intelligit Cyn. ſi poteſt, ſi verò nõ poteſt, ſufficit ꝙ verbaliter caueat, allegat l. 2. §. ſed & ſi dubitetur. ff. de iudi. & argu. l. j. §. cùm autem. C. de rei vxo. actio. idem inquit Bal. in d. §. fi. col. fi. in prin. verſi. Itẽ quæritur. Bal. verò in d. l. 2. in finalibus verbis refert Nic. de Matta. rel. tenere, quòd debitor ſatiſdare compellitur, allegat text. in d. §. cum autem, qdod dicit Bald. eſſe verum, ſi fideiuſſorem inuenire non poteſt. idem firmat Salyc. in d. l. j. col. pen. verſ. Quæro decimò. Rom. autem conſi. 439. Circa primum. col. fi. verſi. Quò ad tertium, arguit dicens, ꝙ cùm debitori quinquennalis dilatio miſerationis cauſa concedatur, vt de ſe patet, iuxta tex. in l. fin. C. tit. no. debitor ſatiſdare tenetur. quod triplici probat fundamento. Primò † quia videmus maritum, cui miſerationis
2 cauſa à lege cõceditur, in tuitione & aſſecuratione dotis in pecunia conſiſtentis ſatiſdare debere. l. ſi conſtante. §. quoties. ff. ſolu. mat. & ibi Bar. Alex. & cæteri ſcribentes. Secundò videmus
3 † condemnatum, cui miſerationis cauſa terminus ſoluendi iudicatum conceditur, tunc ad ſatiſdandum compellitur. l. ſi debitori. ff. de iudi. Tertiò † & idem videmus in debitore, cui Prin
4 ceps miſerationis cauſa dilationem ad ſoluẽdum creditoribus concedit, qui etiam ſatiſdare tenetur. l. vniuerſa. & ibi Doc. C. de preci. impe. offe. & eſt deciſio Neapoli. 378. Quidam debitor.
5 Sed † an iuratoria cautio ſufficit, ſi fideiuſſorem non habet? Videbatur dicẽdum ꝙ ſic per auct. generaliter. C. de epiſc. & cler. l. fin. §. ſuper. C. de aſſer. tol. §. ſi verò crimen. in authen. vt nulli iud. & in §. ſed hodie. Inſti. de ſatiſdatio. c. fi. de ſent. excom. in 6. & quod not. glo. in l. j. vbi per Laſ. in pen. col. in fi. verſi. Secunda concluſio. ff. qui ſatiſd. cog. in quibus iuribus probatur, iuratoriæ cautioni ſtandum eſſe, ſi fideiuſſorem dare non poteſt. Contrarium putat Roma. vbi ſupra, eſſe verius. Quia vbi de ſatiſdatione neceſſaria tractatur, prout in propoſito caſu, quamuis impotentia ſit in illo, qui eam præſtare debet, iuratoria tñ cautio ſufficere non videtur, vt probatur ex gloſ. ordinaria in l. 4. C. de vſu & habita. volente quòd vſufructuarius teneatur cũ idoneo fideiuſſore cauere, quòd nullam proprietati per eius vſum afferet læſionem. Secundò per tex. in l. 2. C. de tuto. vel cura. qui ſatiſd. non dede. vbi †
6 repellitur tutor, qui ad cautionem pupillo præſtandam eſt impotens, qui non repelleretur, ſi iuratoria ſufficeret cautio, concludit tamen in caſu propoſito ſufficere cautionem pœnalem præſtari ab eo, qui ſatiſdare tenetur, vt determinat gl. ſing. in d. l. 2. §. ſed & ſi dubitetur. in verbo ſola promiſſione, de iudi. & in l. niſi. §. quamuis. in gloſ. quibus. in fi. ff. ſi cui plus quàm per Falci. & ſequitur Bart. in l. fin. ff. de præto. ſtipu. & dicit Pau. de Caſt. in l. fi. C. titu. no. quòd ille debitor fideiuſſores de ſoluendo infra terminum, vel adueniente termino præſtare debet, argum. l. bonę fidei. ff. de iudi. & authent. quæ ſuppli catio. C. de precib. imper. offer. & hoc ſi poteſt, alioquin iuratoria cautio cum ſtipulatione pœnali ſufficeret: ut in l. cum non facilè, & in d. l. niſi. §. quamuis. vbi nota. Angel. ff. ſi cui plus quam
7 per l. Falcid. ſequendo glo. dicens, quòd † caſu quo quis ab onere ſatiſdandi ob paupertatem excuſatur, nudo verbo ſub pœna, & ſuorum bonorum hypotheca cauere debet, cùm hoc graue non ſit, & ratio excuſationis ceſſat. idem firmat Bald. nouel. in tract. de dote. in 12. priuileg. octauæ partis. dicens ꝙ quãdo Princeps alicui ob eius paupertatem ſoluendi dilationem indulgeret, ſufficit iuratoriam cautionem cum generali bonorum hypotheca, & cum adiectione pœnæ præſtari. Subdit etiam Pau.
8 de Caſt. in d. l. fin. quod † lapſo dilationis tempore ſi nõ ſoluit, carcerabitur, nec amplius cedere poterit, alioquin fraudarẽtur creditores, qui dilationem conceſſerunt, quod minimè dicendum eſt. Are. etiam in §. Item ſi de dote. in prin. verſi. In glo. facultates. Inſti. de actio. tenet quòd cautionem cum fideiuſſore præſtabit, ſi poterit, argum. d. c. Odoardus. alioquin autẽ ſi non poteſt, fideiuſſorem præſtare non cogitur: vt eſt text. in l. verũ. §. videndum. ff. pro ſoc. quem text. etiam allegat Pet. de Bellaperti. in §. ſunt præterea. ſub nu. 5. verſi. Item oportet. & verſic. Sequitur aliud. Inſti. de actio. Et iſto caſu ſtabitur eius iuratoriæ cautioni: ut not. glo. in d. c. Odoardus. in verbo. idonea. vbi inquit Hoſti. quòd indiſtinctè hoc caſu iuratoria cautio idonea intelligitur; quia ex quo bonis cedit, notum eſt, aliam præſtare non poſſe, facit ergo quod ipſe poteſt. cap. faciat. 22. q. 2. & cum eo tranſit Ioan. And. & illam glo. refert & etiam ſequitur Are.

in

Source : BIU Cujas

in d.verſi.In glo.facultates.Et propterea qui fecit quod potuit, legem adimpleuit. Concluſio eſt igitur ſecundum prædictos,
9 ꝙ †qui bonis ceſſit,ſi cautionem cum fideiuſſore præſtare non poteſt,iuratoriam hypotheca bonorum ſuorum, & pœnali ſtipulatione præſtabit:& ita tenet Didac.Couarruui. in 2. lib.varia.reſolutio.c.j.ſub nu.6.verſi.Præſtabit item cedens.Ego verò diſtinguendum putabam,aut iſte debitor bonis ceſſit,& niſi vi les veſtes ſibi non remanſerunt,prout ſibi relinqui debent, vt vidimus ſupra in 3.q.prin.nu.8. & tũc vera ſit opinio doctorũ, de qua ſupra,ꝙ ipſe ad iuratoriam cautionem, ſi fideiuſſorem inuenire non poteſt, admittatur, quem veriſimile eſt reperire non poſſe: Aut fuit ad quinquennalem dilationem admiſſus, & tunc quia bona ſua per creditores non auferuntur,& ſic ceſſat ratio,de qua in ceſſione bonorum,& non eſt veriſimile, ꝙ fideiuſſorem reperire non poſſit,non debet ad iuratoriam cautionem admitti,ſed cautionem cum fideiuſſore præſtare tenetur,quã veriſimile eſt,ipſum hoc caſu inuenire poſſe, cùm iſte talis ęquiparetur debitori, qui à Principe per reſcriptum dilationem obtinuit,iuxta ea quæ habentur in l.vniuerſa.C.de precib.imper.offe.per quem text. ita tenet Oldr. quem refert & ſequitur Gui.Pa.in deciſ.109.Reſcripta annalia.verſi.Sed an debitor.vbi inquit,ꝙ debitor, cui datâ eſt quinquẽnalis dilatio pro debitis ſuis ſoluendis,cauere debet de iſtis ſoluendis. Et præcipuè cùm iſte ſuſpectus ſit,prout illum de bonorum occupatione ſuſpectum appellat Paris de Puteo in tract. Sindica. in verbo Executio. c. Pone ꝙ cõmiſſa eſt executio. in fi.dum inquit, ꝙ cedens bonis, qui de bonorum occupatione eſt ſuſpectus, poſſet à iudice torqueri,vt bona exhibeat, vt vidimus ſupra in 5.q.princ.in princ. Nam ſicut in præteritum bona ſua dilapidauit,ita etiam reſiduum in futurum dilapidabit. Et vbi perſona eſt ſuſpecta,tunc ad iuratoriam cautionem non admittitur,ſed cum fideiuſſore cauet:vt tenet glo.in d.l.2.§.ſed & ſi dubitetur. arg.l.ſi fideiuſſor.§.fi.ff.qui ſatiſd.cog.& no.Ang.in d.l.cùm nõ facilè.& ita tenet Afflic. in deciſ. 170. Habuimus. ad fi.& hoc modo pro creditorum indemnitate ſatis tutum erit, alioquin difficillimum erit,quòd eorum credita exigere valeant. Cogita tamen.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ſi non poteſt ſoluere,nec fideiubere, an cogatur cedere bonis, ſi iuratoriam cautionem de ſoluendo præſtare velit.*
2 *Debitor facta ceſſione creditoribus ſoluere tenetur, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit.*
3 *Lex indiſtinctè & generaliter loquens indiſtinctè & generaliter intelligi debet, nec per nos diſtingui poteſt.*
Quod procedit etiam in materia odioſa.
Et comprehendit omnes caſus, etiam quòd in vno maior ſit ratio, quàm in alio.
Et procedit etiam in materia pœnali, & correctoria.
4 *Debitor condemnatus ſi non cedit bonis in carceribus detruditur.*

DEBITOR NON VALENS FIDEIVBERE, NEC ſoluere, an cogatur cedere bonis, ſi iuratoriam cautionem præſtare velit de ſoluendo, quando ad pinguiorem peruenerit fortunam.

QVAESTIO VIII.

Princ. quæro. Quid † ſi debitor condemnatus
1 Octauò principaliter reperitur tam pauper, ꝙ nec fideiubere, nec ſoluere põt iuxta. l.ſi debitori.ff.de iud.an cogatur cedere bonis? Dyn.in l.4.§.ait prætor.ff.de re iudi.tenet,ꝙ bonis cedere non cogitur,ſi iuratoriam cautionem de ſoluendo præſtare velit, cùm ad pinguiorem fortunam peruenerit.Contrarium tenet ibi Alb.de Roſa. per tex.in l.1.C.tit.noſt.& in l.ſi pecunia.de legat. 2.in l.promiſſor.§.conſtituto.ff.de conſti.pecu.& per regu.l.2.§.j.ff.ſi cer.pet. Nam fruſtratoria eſſet adinuenta bonorum ceſſio, ſi debitor condemnatus ſoluere, aut cedere cogi non poſſet, & debitor ſemper iuratoriam cautionem potius offerret, q̃ ad miſerabile ceſſionis remedium confugere. Ripa verò pro harum opinionum concordia diſtinguebat ibi.Aut notorium eſt,debitorem non poſſe eo tempore ſatisfacere, & tunc procedit opin. Dyn. Aut non eſt notorium,& tunc procedat opinio Alb. Ego autẽ dico, quinimmo etiam ꝙ notorium ſit debitorem ſatisfacere non poſſe,ꝙ nihilominus cedere cogitur; quia poſt ceſſionem illius bona per curatorem bonis ceſſis datum diſtrahentur, & creditores de illis ſatisfiẽt,vt dicemus infra in 18. q.prin. nu.10.
2 Et † ſi illa non ſufficiunt, debitor ad reſiduum tenebitur, cùm ad pinguiorem peruenerit fortunam, deducto tamẽ ne egeat, iuxta tex.in l.ex contractu.C.de bon.aucto.iud.poſſi.aliàs ſequeretur,ꝙ d.l.j.C.tit. no. quæ generaliter & indiſtinctè loquitur, ad hunc caſum reſtringeretur,ſi notorium ſit,debitorem ſolue
3 re,& ſatisfacere non poſſe, ꝙ minimè dicendum eſt.Cùm † lex indiſtinctè & generaliter loquens, ĩdiſtinctè & generaliter intelligi debeat, & per nos diſtingui non poſſit.l.j. §.generaliter. & ibi glo.ff.de legat.præſtan.l.3.ff.de offic.præſi.& l.imperator. cum vulg.ff.de poſtulan. Quod etiam in materia odioſa proce dit:vt eſt tex.in l.cùm lege.vbi Are.no.ff.de teſtam.& in l.j.§.qđ autem.ff.de aleæ luſu & aleato.& ibi tradunt Doct.ponit Cald. in materia diſpenſationis,quæ eſt odioſa,in conſil.j. de conſanguin.& affin.quem ſequitur Deci. conſil.5. In cauſa.in fi.Et oẽs caſus comprehendit, etiam ꝙ in vno maior ſit ratio, quàm in alio:ut d.l.j.§.quod autem.facit tex.in l.in fraudem.§. fi.ff.de teſtam.mili.& ibi no.Bal.& Deci.d.conſi.5.col.j.in fi.verſi. Confirmatur hoc.& non ſolum in materia odioſa,ſed etiam in pœnali & correctoria locum habet. gloſ.eſt communiter approbata in c.contra chriſtianos.de hęreti.lib.6.ſequitur Alex.in authen. ex teſtamento.C.de collatio.& Grat.conſil. 10. & ſi cauſa. col.j. poſt prin.vol.2. Conſiderata igitur ratione d.l.j.C.titu. noſtro,
4 quæ eſt,ꝙ † condemnati ceſſionis beneficium habent,ne in carcerem detrudantur,vel à carceribus detenti relaxentur, dicendum eſt,ꝙ comprehendat tam debitores, qui notoriè ſatisfacere non poſſunt,quàm illos, qui, etiam ꝙ non ſit notorium, ſatisfacere nequeant,ſi ergo non ccdunt, in carcerem detruduntur:vt tenet gloſ. fin. communiter recepta in d. l.j.quam etiam ſequitur Alber.in l.ob ęs.verſi.Contrarium tenet glo C.de act. & obligat. ergo ad iuratoriam cautionem non admittuntur, & ſi ad illam admitterentur,carcerari non poſſent, & ſuperuacuus eſſet titulus noſter,vt etiam inquit Alber.in d.l.ob æs. Cõcludendum eſt igitur,debitorem non poſſe iuratoriam cautionem pręſtare de ſoluendo,cùm ad pinguiorem peruenerit fortunam,etiam ꝙ notorium ſit,ipſum ſatisfacere non poſſe, niſi prius ceſſerit bonis,facta autem ceſſione ad illam tantum præſtandam tenetur & non ante. Et ſi ad illam non facta ceſſione admitteretur,fruſtra quærerent Doct.an qui ceſſit bonis,teneatur cautionem præſtare de ſoluendo,qñ ad pinguiorem fortunam peruenerit,vt in præcedenti q.ſatis abunde diximus. Et ſi tandem tenere velles,ꝙ debitor nõ valens fideiubere,nec ſoluere,bonis cedere cogi nõ poſſit, ſi iuratoriam cautionem de ſoluendo præſtare velit,dic ꝙ hoc poterit, ſi infra tempus iudicatis traditum illam de ſoluendo præſtaret, iuxta l.debitorib. ff.de re iudi.& l.2.& fi.& ibi gloſ.& Docto. C.de vſur.rei iudi. & infra dilationem decem dierum,quæ confeſſis de conſuetudine dari conſueuit, iuxta dic. l.ſi debitori. de iudi.eo enim caſu quamuis idoneè, & ſic cum fideiuſſore cauere deberet de ſoluendo infra dictum tempus,vt tenet ibi glo. & Doct. communiter,& nõ ſoluendo,vel idoneè non cauendo capi & carcerari poſſet,ut caueat,vel bonis cedat:ut declarat Bar.in d.l.ſi debitori.in fi.quẽ ibi ſequitur Alex. & Firma. in ſuo reperto. in verbo Debitor ſoluens.nu. 73. Nihilominus ſi fideiuſſorem reperire non poſſet,ad iuratoriam cautionem admitteretur; quia vbicunque quis idoneè cauere tenetur & fideiuſſorem ob eius paupertatem reperire nõ poteſt, ad iuratoriam cautionem admittitur.authen.generaliter.C.de epiſco.& cler.gloſ.in l.j.& ibi Barto. Alex.& Iaſ.ff.qui ſatiſda.cogan.tradit Guid.Pap.in deciſ. 189.Circa materiam.& idem Iaſ. plenè in l.ſancimus. in 1.& 2. col.maximè in verſi.Sextò pro limitatione. C.de verb. ſign. & ita concludendum cenſeo.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio principalis debitoris fideiuſſori non prodeſt.& nu.6.& 20.*
2 *Quinquennalis dilatio debitori conceſſa an fideiuſſori proſit? & nu.5.& 6.*
3 *Exceptio,quæ eſt in perſona principalis debitoris,fideiuſſori non competit.*
4 *Beneficium perſonale de non petendo infra certum tempus ad hæredem non tranſmittitur, nec ad fideiuſſorem.*
Hæres & fideiuſſor ęquiparantur quantum ad vires perſonalis beneficij extendendas.
7 *Conceſſum ob gratiam ſiue in alicuius priuilegium ad aliam perſonam non extenditur*
8 *Fideiuſſor an à creditoribus principalis debitoris moleſtari queat? ſi debitor in precibus petijt ipſum & fideiuſſorem non moleſtari,& illis verbis non caſſatis reſcriptũ obtinuit,quòd iudex conſtito ſibi de debitoris paupertate, ipſum ad alterum beneficium admittat non obſtantibus quibuſcunque.& nu.11.*
9 *Princeps reſcribens nullo verbo in precibus cancellato, omnia in precibus contenta concedere videtur.& vide nu.17.*
Mens reſcribentis ex præfatione deprehenditur.
10 *Priuilegium à Principe obtentum intelligi debet iuxta tenorem ſupplicationis oblatæ.*
11 *Signatura attendi debet.*
12 *Reſcriptum dicens,quòd Oratorem ad alterum de duobus beneficijs admittat,prout petitur,ad fideiuſſorem non extenditur,etiam quòd in precibus de fideiuſſore fiat mentio.& nu.13.*
13 *Reſcripta in his quæ ſunt contra ius,reſtringenda ſunt,& non valent ex defectu præſumptæ voluntatis Principis.& nu.15.*
Clauſula indefinitè poſita non refertur ad ea quæ ſunt contra ius.
14 *Legatus de latere contra ius reſcribere non poteſt, nec contra illud reſcribere cenſetur,etiam ſi a Papa ſic reſcribendi facultatem habeat.*
15 *Reſcripta,quæ ſunt contra ius,ex defectu præſumptæ voluntatis Principis non valent.*
16 *Papa plenitudine poteſtatis vti ſine cauſa non debet, & in dubio vti poteſtatis plenitudine velle non cenſetur.*

Source : BIU Cujas

7 *Cauſa, ſi ſimpliciter, & de plano ac ſola facti veritate inſpecta &c. committi petatur, & illa verba cancellata non ſint, ſi reſcribitur, quòd audiat talis, & iuſtitiam faciat, iudex procedere non poterit ſummariè &c. prout petitum fuit, ſecus ſi dicatur, Audiat talis, & procedat ſummariè &c.*

18 *Obſtantia gratiæ quæ ex narratis colligi poſſunt, tacitè in dubio ſublata videntur, quamuis in conceſsione gratiæ nihil de illis tollendis expreſsè fuerit dictum, ſecus ſi clarè appareat, quòd ſignatura ampliet, vel narrationem limitet, quia tunc ſtatur reſcripto.*

19 *Petitio ſi indeterminata fuit, & cõceſsio determinata, attẽditur conceſsio. Priuilegium & indulgentiæ ſumunt à conceſsione vires, & non a petitione, quamuis in dubio ad petitionem conceſsio referatur.*

CESSIO PRINCIPALIS DEBITORIS AN fideiuſſori proſit.

QVAESTIO IX. Princ.

1 Nonò principaliter quæro, an † ceſſio principalis debitoris fideiuſſori proſit, ita vt ipſe fideiuſſor à creditore moleſtari nequeat? Reſpon. ꝙ fideiuſſor non obſtante principalis debitoris ceſſione, creditori ſatisfacere tenetur, ex quo talis ceſſio ei nõ ꝓdeſt: vt eſt tex. in §. fi. & ibi Are. Inſti. de replica. l. hæres à debitore. §. ꝙ ſi ſtipulator. & ibi Bar. no. illum tex. ad hoc. ff. de fideiuſ. & facit tex. in l. vbicunq;. iuncta ibi glo. ff. eo. per quem tex. ita tenet Pet. Iac. in ſua practi. titu. no. in prin. idem tenet Gui. Pa. in deciſ. 211. Debitor non poteſt. ad fi. verſi. Sed ad ceſſio bonorum. idem firmat Are. in §. fin. col. pen. in fi. verſi. Quæro principalis, nu. 10. & ibi Ias. in pen. col. verſi. An autem ceſſio. Inſti. de actio.

2 Quamuis † in quinquennali dilatione Pet. Iac. ibi in pen. col. verſ. Item illę induciæ. teneat, ꝙ fideiuſſori proſint illę inducię, & ideo à creditore vexari non poſſit per text. in l. etiam hæredi

3 in fi. ff. de pact. Sed ꝫ Pet. Iac. facit regula, ꝙ † exceptio, quæ eſt in perſona principalis, fideiuſſori non competit. l exceptiones quæ perſonæ. ff. de excep. l. priuilegia. & l. in omnibus. ff. de reg. iur. Sed hæc exceptio perſonæ debitoris ineſt, cui quinquennales induciæ conceſſæ fuerunt, ergo fideiuſſori nõ prodeſt. Præterea †

4 ſicut perſonale beneficium, maximè de non petendo infra certum tempus, ad hæredem non tranſmittitur, vt l. non ſolùm. §. tale. ff. de libe. lega. ita etiam ad fideiuſſorem nõ extenditur, cùm fideiuſſor & hæres quantum ad vires perſonalis beneficij extendendas ęquiparentur, vt eſt tex. in l. & ſi fideiuſſor. ff. de re iudi. & d. l. exceptiones quæ perſonæ. cum cõcord. & ita tenet Are. in §. in omnibus. col. 2 nu. 6. verſ. In ea ibi. cum duobus ſeq. Inſti. de fideiuſſo. Poſſet forte ſaluari hoc dictum Petr. Iac. per ea quæ tradit Are. conſi. 33. Conſultatio. col. j. verſic. Sed dubium facit. per doctrinam Cyn. relatam per Bal. in l. quoties. in vlt. col. verſ. Secundò modò quæritur. C. de preci. impe. offe.

5 ꝙ † quamuis dilatio reo conceſſa ad fideiuſſorem non extendatur, qñ perſonæ, & non cauſæ conceditur, reus tñ ex perſona ſua fideiuſſorem defendere poterit, per l. idemq;. §. generaliter. ff. mãd. vt vidimus ſupra in 25. q. quartæ q. prin. nu. 5. Sed ad hoc reſponderi poteſt, ꝙ hoc procedit, qñ exceptio ipſam obligationem perſonæ cohærentem reſpiceret, puta ſi principalis, qui conueniri non poterat, niſi in quantum facere poteſt, poſſet ſtatim exacto fideiuſſore cõueniri, & ab ipſo fideiuſſore exigi, nam hoc caſu principalis ex priuilegio ſibi conceſſo poſſet fideiuſſorem defendere: vt in d. 25. q. nu. 5. vidimus: ſecus ſi priuilegium non obligationem ſed perſonam tantùm reſpiceret, & ſic ab ipſo fideiuſſore exacto ſtatim exigi non poſſet; nã tũc fideiuſſori non proderit: vt per Cy. in d. l. quoties. in fi. & Alex. in apoſt. ad Bald. ibi. Ad l. etiam hæredi. in fi. per Pet. Iac. aliegatam reſpondet Cyn. in d. l. quoties. in 2. col. verſi. Sextò quæro. ibi, Item lege cauetur. & in vlt. col. verſi. Ad cõtraria ſic reſpondet, ꝙ illa lex non facit ad rhumbum; quia ibi non de perſonali pacto, ſed de reali dr̃, & dato ꝙ in ꝑſonali loqueretur, ibi ſunt perſonalia impropriè, quæ rei adhærent, nos in perſonali priuilegio loquimur, quod perſonæ tãtum adhæret. Concludo igit̃,

6 ꝙ † tam ceſſionis, q̃ quinquennalis dilationis beneficium principali debitori conceſſum fideiuſſori non ꝓdeſt, nec ad fideiuſſorem extenditur. Pro qua concluſione adduco id quod not.

7 Bal. in l. j. in primo not. C. de legi. ꝙ † illud, quod ob gratiã, ſiue in priuilegium conceditur, ad aliam perſonam non extẽditur.

8 Quid † autẽ ſi in precibus debitoris peteretur, eo ad ceſſionis, vel dilationis quinquennalis beneficium admiſſo, ſe & eius fideiuſſorem, vel correum non moleſtari, & illis verbis non caſſatis reſcriberet Princeps hoc modo. Audiat. D. Matthæus Brunus Ariminen. Prætor, & vocatis vocandis, & conſtito de Oratoris paupertate, ipſum ad alterutrum beneficium ad omniũ, vel maioris partis creditorum electionem admittat, nõ obſtantibus quibuſcunque. An debitore ad alterum de dictis beneficiis admiſſo fideiuſſor à creditoribus moleſtari poſſit? Videbat̃ dicendum ꝙ nõ, ex eo, ꝙ dictum reſcriptum nedum principalis debitoris, ſed etiam fideiuſſoris perſonã reſpicit, cùm in eo petitum fuerit ẽt fideiuſſorem, vel correum non moleſtari, &

9 ſimpliciter fuerit per principem reſcriptum. Et † vbi Princeps nullo verbo in precibus cancellato reſcribit, velle vr̃, ꝙ omnia in reſcripto petita intelliguntur conceſſa, prout voluiſſe vr̃ Rota in deciſ. 77. Si petitur. ī nouis. & in deciſ. 378. No. ꝙ ſi petitur, in antiquis. Cùm etiam ex literarum & precum præfatione deprehendatur mens reſcribentis. l. fi. ff. de hæred. inſti. per Bart. in l. ambitioſa. ff. de decret. ab ordi. faci. & tradit Corn. conſi. 55. Re

10 perio me aliàs. col. fi. verſi. Scd̃m imminet. vol. 2. Et † priuilegiũ à Principe obtentum intelligi debet iuxta tenorem ſupplicationis oblatæ, vt no Bal. in c. inter dilectos. per illum text. ibi ex forma petitionis. in vlt. col. verſi. Item no. extra de fide inſtrumento. cum multis ſimili. de quibus per Gramat. in deciſ. 103. Illuſtriſſima Marchioniſſa Padulæ. nu. 201. Contrarium tñ ve-

11 rius eſſe puto. Nam † licèt in ſupplicatione partis illa verba, ſe & fideiuſſorẽ non moleſtari, inſerta fuerint, nõ tñ in reſcripto ſuperioris repetita fuerunt, cùm ſignatura attendi debeat: ut ꝑ Doct. in c. ſuper literis. extra de reſcrip. & plenè per Pariſ. conſ. 107. Non obſtat, ꝙ ſnĩa. col. fi. nu. 22. verſi. Propterea debet. cũ

12 ſeq. vol. 4. Amplius dico, ꝙ † quamuis in ſignatura diceretur, Oratorem ad alterutrum beneficium admittat, prout petitur, & ſic ex virtute dictorum verborum, vt petitur, quæ cùm ſint indefinitè poſita, vniuerſaliter intelligenda videantur, arg. l. ſi plurib. de leg. 2. & l. j. §. generaliter. ff. de lega. præſtan. cum ſimil. & ꝓñr etiam ad preces referantur, ꝙ ipſe debitor & eius fideiuſſores & correi, ipſo ad vnum ex dictis beneficiis admiſſo, non

13 moleſtentur nihilominus rñdetur, † ꝙ in his quæ ſunt ꝯius, reſcripta ſunt plurimum reſtringenda, argu. l. ius ſingulare. & l. qđ verò. ff. de legi. & in regu. quæ à iure cõi exorbitant, de reg. iur. in 6. Et clauſula indefinitè poſita non refertur ad ea, quæ ſunt contra ius. glo. eſt ſing. in l. talis ſcriptura. in fi. in gloſ. fi. de leg. j. per l. vxori de legat. 3. tradit Corn. conſi. 119. Circa primũ. col. 4. verſi. Quòd licet ſignatura. nu. 17. volu. 2. conſi. 48. Quoniam in præſenti. col. 2. in fi. verſi. Et maximè hoc dicẽdum. nu. 4. vol. 3. conſi. 312. Circa primum. in princ. uſque ad ſecundum dubium. co. uol. & cõſi. 136. Viſis actis. in fi. vol. 4. quem ſequitur Rober. Maranta in ſuo Spec. in 4. par. principali. in nona diſtin. num. 4. uerſi. Idem putarem quando Princeps. fol. 28. in primis formis magnis. Vnde illa uerba, ut petitur, ad fideiuſſores & correos non referuntur, cùm ſit cõtra ius, ꝙ beneficium perſonale debitori conceſſum ad fideiuſſorem extẽdatur: ut diximus ſupra, per tex. in d. l. exceptiones quę perſonæ. cum concord. ſed ad debitorem oratorem tantum & non ad alios referuntur, cùm reſcripta ſint ſtrictè & non largè interpretanda: ut d. regu. quæ à iure cõi. & ſcđm iuris ordinẽ, ut habetur in c. cum dilecta. de re

14 ſcrip. Et pro hac interpretatione facit, † quia inferior à Papa ẽt legatus de latere ꝯius reſcribere non poteſt. l. formã. C. de offi. præf. præto. illiri. orien. iuncto c. 2. de offic. delega. in 6. & hoc ꝑ rationem. c. cùm inferior. extra de maio. & obed. & ita firmat glo. communiter ſingularis in c. fi. de hæreti. in 6. Et dato ꝙ de abſoluta poteſtate poſſet, forte quia fuiſſet dicto legato ſpecialiter à ſede Apoſtolica iniunctum, non cenſeretur tñ cõtra ius

15 reſcribere uelle † quia ita Principum reſcripta interpretamur, nam ſi ꝯius emanant, ex defectu præſumptæ uoluntatis Principis non ualent. l. reſcripta. & l. damnoſa. C. de preci. imp. offe. & quod habetur in l. humanum. C. de legi. & Papa dicit ſe nõ poſſe, quod de iure non poteſt, quamuis de abſoluta poteſtate poſ

16 ſet. c. ueniẽs. extra de accuſ. Nec Papa plenitudine poteſtatis uti ſine cauſa debet, immo in dubio poteſtatis plenitudine uti uelle non cenſetur, niſi quatenus exprimatur: ut no. In no. in c. innotuit. extra de electio. & Io. And. in c. ſtatutum. in fi. de reſcrip. in 6. & in c. porrecta, extra de confir. vti. vel inuti. & ibi ꝑ Anto. de Butr. Imo. & Abb. cum aliis concord. per Iaſ. relatis conſil. j. col. pe. in fi. ſub num. 9. vol. j. per Gigan. in tract. de penſio. q. 37. nu. 13. verſi. Dicas tamen. per Marſi. in ſing. 84. Princeps. & plenè per Mod. Ariminen. in tract. de nullita. proceſ. ſub rubr. An quælibet ſententia poſſit dici nulla. nu. 20. verſic. Si verò fueri-

17 mus. Ad allegata in contrarium rñdetur † quòd quædam ſunt, quæ ſpecialiter & expreſsè debent in ſignatura concedi, vt puta ſi in precibus petitur, ꝙ in cauſa ſummariè, ſimpliciter, de plano, ac ſola facti veritate inſpecta &c. procedatur, quamuis prædicta verba non ſint cancellata, nec eorum aliquid, ſi ſignatura tãtum habeat. Audiat D. Matthæus Brunus, & iuſtitiam faciat. D. Matthęus vigore talis ſignaturæ ꝓcedere nõ põt ſummariè, ſimpliciter &c. ꝓut petitũ fuit. Hoc. n. commiſſum nõ videtur, immo neglectum. Si enim Princeps voluiſſet, hoc expreſſiſſet. c. ad audientiã, ext. de decim. c. 2. ver. Vnde ſi circa, ext. de trãſl. Epiſco. & l. vnica. §. ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. ita formaliter inquit Rota in deciſ. 358. Si in commiſſione. in nouis, ſequitur Alex. conſil. 136. In cauſa & lite. col. 2. in princ. verſ. Et ſecundò ꝙ licet. uol. 2. Idem firmat Aegid. in deciſ. 276. In cauſa mea. & Maranta ubi ſupra in 1. colum. uerſi. Sed iuxta hoc cadit, nu. 3. Vt ergo conceſſum intelligatur, ut ſummariè, ſimpliciter, de plano, ac ſola facti ueritate inſpecta procedatur.

Source : BIU Cujas

tur. Reſcribens ita reſcribere debet. Audiat. D. Matthæus Brunus,& procedat ſummariè &c. tunc enim ſub illo verbo ſummariè &c. veniunt omnia alia in precibus non cancellata:& ita procedant allegatæ per dominos de Rota in d. deciſ. 77 & in d. deciſ. 378 & ita firmat eadem Rota in deciſ. 379. Not. ꝙ ſi in commiſſione. in antiquis. quem ſequitur Staphile. in tract. de literis gratiæ & iuſtitiæ. fol. 140. verſi. Dicendum eſt modo. in primis formis. Nec obſtāt tradita per Corn. d. conſi. 55. & p Gram. in d. deciſ. 103. Qñ illa procedunt, vbi Princeps ſimpl'r reſcriberet, non ſe ad aliquid de contentis in precibus reſtringendo, ſecus ſi ad aliquid de comprehenſis in eis ſe reſtrinxiſſet, vt in caſu noſtro, nam ad illud tantū & non vltra ſe extendit reſcriptū.

18 Quamuis † enim omnia gratiæ obſtantia, quæ ex narratis colligi poſſunt, tacitè ſublata eſſe videantur, licèt in conceſſione gratiæ de illis tollendis nihil expreſsè fuerit dictum ſm Aegid. in concluſione Rotæ 333. In cauſa domini Cardinalis Ant. de But. conſi. 2. Viſis literis, quod eſt repetitum cōſi. 49. in fi. Rom. conſil. 80. Confirmanda profectò. Hoc tamen verum eſt in dubio: vt inquit Roma. ibi. ſecus ſi clarè appareat, ꝙ ſignatura narrationem ampliet, vel limitet; tunc enim ſignaturæ, vel cōceſſioni ſtatur. c. inter dilectos & ibi Abb in 4. colum. verſi. No. bonam limitationem. extra de fide inſtru. & in c. 2. extra de treuga

19 & pace. vbi not. ꝙ † ſi petitio indeterminata fuit & conceſſio determinata, conceſſio attenditur; quia priuilegium & indulgentia vires à cōceſſione & non à petitione ſumunt, quamuis in dubio ad petitionem referatur conceſſio, quod eſt notandū ſecundùm eum, quem refert & ſequitur Felyn. in d. c. ſuper literis. col. 4. nu. 25. verſi. Limita regulam, extra de reſcrip. & Ruyn. conſi. 3. Videtur prima conſideratione. col. 2. verſi. Sed tamen præmiſſis. conſi. 43. Circa id. col. 3. nu. 7. vol. 5. & tradit Pariſ. ℨſil. 107. Non obſtat ꝙ ſententia. col. fi. verſi. Præterea debet. nu. 21.

20 cum ſeq. vol. 4. Cùm † ergo in caſu iſto Princeps in ſignatura ad principalem debitorem ſe reſtrinxerit, & fideiuſſoris aut correi perſonam non expreſſerit, debitori principali duntaxat priuilegium conceſſum intelligitur, & non aliis in reſcripto non expreſſis, ſi enim voluiſſet, vtique, vt ſupra diximus, expreſſiſſet, illa igitur in reſcripto non expreſſa intelliguntur omiſſa & neglecta, & ſic in diſpoſitione iuris communis remanent. l. commodiſſimè cum vulgar. ff. de libe. & poſth. & incluſio vnius eſt alterius excluſio. l. cùm prætor cum ſimili. ff. de iudi. & ita concludendum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Creditores omnes in ceſſione bonorum an vocari debeant, antequàm debitor ex carceribus relaxetur, & ad ceſſionis beneficium, vel ad quinquennalem dilationem admittatur. & nu. 4.*

2 *Carceratus antequàm relaxetur, citari debent creditores per generale proclama ſi non conſtat, ad cuius inſtantiam carceratus fuit, ſi verò conſtat ad cuius inſtantiam, citari debet ille, vel eius procurator.*

3 *Cuſtos carcerum ad intereſſe creditorū tenetur, ſi carceratus fuit per ipſum relaxatus, vel aufugit, anteqàm per iudicem declaratum fuiſſet, an eſſet, vel non eſſet ad ceſſionem bonorum admittendus.*

4 *Cedens bonis ad aliquorum creditorum inſtantiam non poteſt ab alijs, quorum timore non ceſſerit, moleſtari, niſi vt bona doceat, & debitum aliorum agnoſcat in iudicio, & nu. 5.*

6 *Ceſſio bonorum facta per debitorem ſufficit pro omnibus creditoribus, ſicut vna inuentarij confectio.*

CREDITORES OMNES AN IN CESSIONE bonorum citari debeant.

QVAESTIO X. Princ.

1 Decimò principaliter quæro, nūquid † in ceſſione bonorum creditores vocari debeant, anteq̄ debitor ex carceribus relaxetur, & ad ceſſionis beneficium, vel ad dilationem quinquennalem admittatur? Bal. conſi. 301. Ad euidentiam. vol. 5. tenet, ꝙ ille qui cedit bonis, à carcere etiam inuitis creditoribus relaxari debet: vt not. in l. j. C. titu. no. non tñ ſine aliquali iudiciorum ordine talis relaxatio fieri debet, quia hi quorum intereſt, voca

2 ri debent. Nam † interdum aliquis eſt in carcere, & non conſtat ad cuius petitionem fuit carceratus, tunc generale proclama ſufficit: vt no. Bar. in l. ſi quis vxori. §. ſi fugituum. ff. de furt. vbi huius articuli theoricam & praticam ponit. Interdum conſtat ad cuius inſtantiam fuit carceratus, & tunc ille vel eius procurator citandus eſt: vt l. j. §. j. ff. de libe. agno. & l. cum qui res. C. de procura. & §. fi. cum concord. Inſti. de pœna teme. litig. Citatis ergo creditoribus, factaq; bonorum ceſſione dimittetur carce

3 ratus, ita concludit Bal. d. conſi. 300 n. Quid † ſi carceratus à Principe reſcriptum ceſſionis bonorum impetrauit cum mandato, ꝙ cedendo bonis à carceribus relaxetur, & à carcerum cuſtode fuit relaxatus, vel aufugit, anteq̄ iudex illum eſſe, vel nō eſſe ad bonorum ceſſionem admittendum decerneret, an carcerarius ad totum debitum, vel ad intereſſe creditorum teneatur? Dic ꝙ ſi notorium erat debitorem non eſſe ſoluendo, propter quod debeat ad bonorum ceſſionem admitti, tenebitur tātum ad creditorum intereſſe, vt pulchrè declarat Paris de Puteo in tract. Sindi. in verbo Carcer & carceratus. c. Licet dicatur. ſub

4 nu. 4. verſi. Si tñ carcerarius. An † autem creditores omnes citari debeant vel ſufficit ꝙ eorum aliquis tantum citetur? Per. lac' in ſua practi. tit. no. in ſecundo no. tenet non eſſe neceſſarium' quòd creditores omnes coram iudice vocentur, ſed ſufficit illos, qui inſtant, ſeu eos qui contra debitorem litigant, ſeu cum quibus pendet cauſa, vocari. pro hoc facit text. in l. 4. §. Sabinus. & ibi glo. ff. titu. no. vbi dicitur, ꝙ qui ad nonnullorum inſtantiam ceſſit, ab aliis creditoribus, quorum timore non ceſſerit, inquietari non poteſt, niſi vt bona doceat. & ita eſt de mente Saly. in d. l. j. col. j. verſi. Secundum dubium eſt. & tenet & ſequit Gui. Pa. conſi. 124. Circa materiam. col. fi. num. 9. uerſi. Nec ſunt

5 neceſſariò. Quod tamē intelligunt, ſi † debitum iſtorum agnoſcat debitor in iudicio, indicando eorum credita cum illorum citatorum creditis, iuxta ea quæ diximus ſupra in 5. q. princ. ſub nu. 4. cùm non præiudicet his, quorum debitum non agnouit.

6 l. pen. ff. titu. no. Et † prima ceſſio pro omnibus ſufficere debet, ſicut vna inuentarij confectio ſufficit pro omnibus creditorib. etiam ex poſtfacto apparentibus. l. fi. §. licentia. C. de iure delib. & hoc dicit ibi Salyc. eſſe uerum, niſi qui bonis ceſſit, de nouo bona acquiſiuiſſet, nam reſpectu illorum bonorum non præiudicat ceſſio illis, quorum reſpectu ceſſio facta non fuit, vt vidimus ſupra in 2. q. prin. nu. 7. 8. & 9.

SVMMARIVM.

1 *Creditores poſteriores an anterioribus præferātur, vel è contra in bonis poſt ceſſionem acquiſitis. & nu. 3. & 4.*

2 *Debitor qui ceſſit bonis à debito non liberatur.*

4 *Creditores primi vnam hypothecam habentes poſterioribus etiam duas hypothecas habentibus præferuntur.*

5 *Venditor habens generalem bonorum emptoris hypothecam an pro pretio rei venditæ conſequendo præferatur in re ipſa creditoribus anterioribus ſimiliter bona dicti emptoris generaliter obligata habentibus.*

6 *Creditor primus generalem bonorum hypothecam habens, & poſterior ſpecialem in vna re, poſteriori in dicta re habenti ſpecialem præfertur.*

7 *Pactum inter emptorem & venditorem factum, quòd res vendita ſit creditori ſpecialiter obligata valet in præiudicium anteriorum creditorum.*

8 *Hypotheca generalis cum iuramento an pro conſequendo pretio rei venditę in præiudicium anteriorum creditorum ſit ſufficiens.*

9 *Iuramentum vim ſpecialis expreſſionis habet.*

10 *Iuramentum non auget, nec ampliat principalem obligationem, ſed ſolum dat illi robur, & vinculum religionis addit.*

11 *Iuramentum ſemper habet tacitam conditionem, quam habet actus & promiſsio, cui adhæret, & non extenditur ad plus quam promiſsionis virtus extendatur.*

12 *Iuramentum nihil operatur in his quæ ſpecificari debent.*

13 *Iuramentum nihil operatur in præiudicium tertij, ſed ſolum iurantis.*

14 *Iuramentum quod habet vim caſus expreſsi quomodo procedat.*

15 *Iuramentum vim habet, vt ſolemnitatem ſuppleat, non autem vt conſenſum extendat.*

16 *Iuramenta in contractibus appoſita magis ex communi practica & conſuetudine notariorum præſtantur, quàm quòd contrahentes iurando ſciant, quid agant.*

17 *Hypotheca ſpecialis apponi debet in initio contractus ante traditionem, vel in actu traditionis & non in fine inſtrumenti.*

18 *Cautela pro venditore rem vendente, vt pro pretio conſequendo præferatur anterioribus creditoribus.*

19 *Pactum, quòd venditor retineat in ſe dominium rei venditæ, donec ſolutum fuerit pretium, valet.*

20 *Creditores primi conueniuntur debitorem, qui bonis ceſsit, in id quod facere poteſt, poſteriores verò inſolidum.*

21 *Ceſsio prima nouis creditoribus non præiudicat, & quo caſu præiudicet. Ceſsio eſt actus reiterabilis.*

22 *Vſufructuarius ſi operas ſuas in biennium pro viginti locauit, & conductor ceſsit bonis, finito vſufructu poſt annum dicta ceſsio prodeſt debitori aduerſus proprietarium nouum creditorem.*

CREDITORES POSTERIORES AN ANTERIORIBUS creditoribus præferantur in bonis poſt ceſſionem quæſitis.

QVAESTIO XI. Princip.

1 Vndecimò principaliter quęro, an † creditores poſteriores anterioribus præferri debeant, vel è ℨ, in bonis poſtea quæſitis per debitorem, qui ad ceſſionis bñficiū fuit admiſſus? Cy. & Alb. in l. ex ℨctu. in fi. C. de bo. auct. iudi. poſſi. decidunt, ꝙ poſteriores præferuntur, per text. in l. 3. in fi. ff. quod cum eo. Salyc. uerò ibi in 3. q concludit, quòd tam primi, quàm poſteriores concurrunt, niſi alter altero ex alia cauſa magis priuilegiatus eſſet. & ad d. l. 3. in fi. reſpondet, quòd ille debitor per capitis diminutionem liberatus erat: vt l. 2. ff. de capi. dimi. Sed per Prætoris beneficium, ne creditores abſq; eorum culpa perderent, reſtituitur in eum actio, ut teneatur in quan-

quantum facere poteſt, ideo in poſtea quæſitis ratio poſterioris habetur, & hoc eſt verum ſecũdum eum; quia reſtitutio illa fit ſpeciali beneficio, quod non datur in alterius præiudicium.
2 In caſu autem quæſtionis noſtræ † debitor, qui bonis ceſſit, à debito non liberatur, vt dicemus infra in 20. q. ſed de iure communi ad ſolidum remanet obligatus, quamuis propter ceſſionis beneficium poſtea conueniri non poſſit, niſi quatenus facere poteſt. d. l. ex contractu. & l. 4. in prin. & l. qui bonis. ff. tit. no. vnde poſterioris ratio contra priorem, qui de iure communi venit, haberi non debet. Pau. de Caſt. in d. l. ex contractu. in fi. tenet †
3 ꝙ anteriores poſterioribus præferuntur, ex quo debitor remanſit obligatus, & hanc opin. puto veriorem, & eo magis
4 cùm † primi tanquam anteriores hypothecam habẽtes poſterioribus præferri debeant, per regu. qui prior. de reg. iur. in 6. & l. quoties vtriuſque. cum vulg. ff. eo. titu. etiam ſi poſterior duas haberet hypothecas. & primus vnã tantum, niſi poſterioris hypotheca eſſet priuilegiata, iuxta l. licet. C. qui potio. in pigno. hab. vt tradit Neguſan. in tract. de pignori. in 2. memb. quintæ partis. col. pe. in prin. verſi. Sed ſi è conuerſo. ſub nu. 51. Sed † qd
5 ſi penes hunc debitorem res vltimo loco vendita reperiatur nondum ſoluto illius pretio, nũquid iſte poſterior creditor generalem bonorum huius debitoris hypothecã dñs pro pretio dictæ rei venditæ cõſequendo præferatur in re ipſa vendita anterioribus creditorib. hũtibus ſimiliter bona dicti debitoris generaliter obligata? & eſto ꝙ hypotheca gñalis non ſufficiat, vt anterioribus præferatur, an tamen cum iuſo ſufficiat? Et poſito etiam ꝙ hoc caſu non ſufficiat, ſed ſpecialis hypotheca requiratur, an talis hypotheca ſpecialis ſi appoſita fuit in fine inſtrumenti poſt dictæ rei venditæ traditionem ſufficiat, vel requiratur, ꝙ in initio ꝯctus apponatur, vt anterioribus creditorib. prę feratur? Et prima facie videbatur dicendum, poſteriorem creditorem gñalem hypothecam in re illa vendita habentẽ anterioribus creditoribus præferri, ꝓ ea quæ tradit Spec. in § j. nu. 13. verſ. Sed quid ſi primo. de oblig. & ſolutio. dicens ꝙ ſi primò qs obligauit mihi gñaliter omnia bona ſua, poſtea emit a te domum & pro eius pretio tibi obligauit etiam omnia ſua bona, ꝙ tu debes eſſe potior, & refert ita tenere Vbert. de Bobio, arg. l. licet. C. qui potio. in pigno. habe. quem etiam refert & ſequitur Alber. in l. obligatione generali. ff. de pignori. & cum hac opin. tranſit Veronen. in tract. cautela. in caute. 124. Vulgaris. num. 2. verſi. Si quis primò obligauit. & Cur. Iun. in add. ad Alex. in l. ſi cum dotem. § fi. ff. ſol. matr. Contrariam tñ opin. ꝙ immo non ſufficiat generalis hypotheca, ſed ſpecialis requiratur ſuper re vendita, tenet Ioan. Fab. in §. venditæ. verſi. Sed an ſaltem. Inſti. de rer. diui. idem tenet Neguſ. in d. tract. de pigno. in 2. memb. quintę par. in 2. fallen. nu. 18. verſi. Et etiam facit, per tex. in d. l. licet. qui tex. cùm de ſpeciali hypotheca loquatur, non eſt ad generalem extendendus, eandẽ opin. nouiſſimè ſecutus eſt Ioan. Cephal. conſ. 131. in prin. Et hæc opin. verior & probabilior eſt & tenenda vti communis. Nam ſi generalis hypotheca ſufficeret, ſequeretur, ꝙ vltimus creditor melioris eſſet ꝯdõnis cęteris anterioribus ſimiliter generalem hypothecam habentibus, quibus iam fuit quęſitum ius in omnibus bonis per dictum debitorem acquiſitis & acquirendis contra dictam reg. qui prior. & l. quoties vtriuſque. ſupra allegatis. cum ſimil. Quæ regula ꝓ-
6 cedit † etiam ſi primus creditor generalem bonorum obligationem haberet, & poſterior ſpecialem in vna re; quia etiam in illa re ſpecialiter obligata præfertur primus ratione generalis hypothecæ: vt eſt tex. in l. 2. ff. qui potio. in pigno. habe. & in l. ſi generaliter. & ibi no. Bal. & Saly. C eo. & Neguſan. vbi ſupra in 20. ampliatione. nu. 14. Sequeretur etiam, ꝙ non bene dixiſſet Saly. in l. pro debito. ſub nu. 3. C de bon. auct. iudi. poſſ. communiter approbatus, volẽs ꝙ expreſsè conueniri poteſt inter emptorem & venditorem, ꝙ res illa vẽdita ſpecialiter ſit ſibi obligata, vt vltimus creditor anterioribus præferatur: quod idem firmat in propoſito noſtro Curt. Iun. in prin. dictæ apoſtillæ ad Alex. in d. l. ſi cùm dotem. § fi. dicens. & limita niſi pacto expreſſo ſpecialiter prouiderit de hypotheca; quia tũc præfertur omnibus creditoribus etiam anterioribus. l. licet, & ibi nõ. Ang. C. qui potio. in pign. hab. & hoc idem tenet Saly. ex mente Iac. de Are. in d. l. licèt. nume. 4. & Alex. in d. l. ſi cum dotem. §. fin. ꝓpe fi. verſi. Nec etiam prædictis ob. quos referunt & ſequuntẽ Mod. Anconi. in tract. de mercatu. in rub. de Decoctorib. in vlt. par. ſub rub. qui potio. in bonis decocto. habean. ſub nu. 5. verſi. Nũc vnde diuerteram. Pro qua opin. adduco text. in l. in rebus. C. de jure dot. vbi dicitur, ꝙ mulier in hypotheca rerum per eam datarum inſolutum marito prefertur cæteris creditoribus etiam anterioribus, & hoc ſpeciali fauore dotis; ſi ergo ſpeciale eſt in illo caſu, ſequitur ꝙ in cæteris ius commune eſt in ꝯrium; & ita arguit etiam Ang. ibi dicens, Ā ttẽde ſingulariter, ſi ſpeciale eſt in muliere, quæ dedit dotem pro ęſtimata ea ęſtimatione, quæ emptionem facit, vt præferatur, ergo in cõtrarium eſt ius commune; & ibi adducit eſſe caſum rotundum in mercatore vendente alteri mercatori multas mercantias, & tradit, & habet fidem de precio, & dainde emptor ceſſit, & fugit, ꝙ etiam in illis mercantijs vltimo loco venditis repertis in domo dicti emptoris creditores ipſius emptoris anteriores in tempore, & hypothecam habentes præferuntur huic vltimo venditori, prout communiter concludunt Doct. in d. l. ſi cùm dotem. §. fin. ſol. matr. Concludo igitur, ꝙ ſi habita fuit fides de precio, & conſequenter translatum fuit dominium in emptorem dictæ rei vẽditæ, creditores anteriores præferuntur, & non venditor habẽs generalem hypothecam. l. procuratoris. §. ſi plures. verſi. Sed ſi dedi. ff. de tribu. actio. & ita communiter tradunt Doct. in d. l. ſi cùm dotem. §. fi. Quòd ſecus dicẽdum eſt, ſi dominium rei venditæ in emptorem non fuit translatum, eo enim caſu venditor cæteris creditoribus anterioribus præfertur: vt eſt tex. in d. verſ. Sed ſi dedi. & declarat Ang. in d. l. ſi cùm dotem. § fi. quem referunt & ſequuntur Mod. Anconi. in d. tract. in rub. de Decoctor. in 3. par. ſub nu. 30. verſic. Hinc ſubiungi poteſt. & nume. ſeq. tenet Saly. in d. l. pro debito. nu. 3. & Pau. de Caſt. in d. §. ſi plures. num. 3. & ita conſuluit Iaſ. conſi. 111. Magnificus. vol 4. Confirmantur prædicta per ea quæ tradit Neguſan. in d. tract. de pigu. in 4. q. quartæ par. princip. nu. 34. verſi. Tñ præmiſſis nõ obſtantibus. Vbi † valere voluit pactum inter emptorem & venditorem, ꝙ res ſibi vendita ſit ſpecialiter ſibi obligata etiã in pręiudicium anteriorum creditorum, ſi tale pactum valet, & poteſt anterioribus creditoribus præiudicare, ſequitur ꝙ generalis hypotheca non ſufficiat, alioquin fruſtratoria eſſet, & de uento
8 ſeruiret talis quæſtio. Nec † generalis etiam cum iuramento in
9 præiudicium anteriorum creditorum ſufficit. Quia † quamuis iuramentum vim ſpecialis & expreſſi conſenſus habeat, ut tradit Bal. in l. j. colum. fin. in 2. q. C. commoda. Alexan. conſi. 133. Super quæſtitis. num. 2. vol. 5. Cur. Sen. conſil. 75. Dñs Ludouicus col. 4. ſub num. 5. plenè per Mod. Vercellen. in repeti. l. 2. nu. 92. cum ſeq. verſi. Iuramentum enim vim habet. C. de reſcin. vẽdi. & Socin. Iunio. conſi. 50. Viſo. nume. 19. cum concord. ibi relatis. vol. 2. Nihilominus † in caſu noſtro iuramentũ non auget,
10 nec principalem obligationem ampliat, ſed ſolum dat illi robur. & religionis vinculum addit. Oldra. conſil. 238. Cùm mulier. Cur. Senio. d. conſi. 75. col. 5. nu. 9. verſi. Quia iuſm. Dec. conſi. 180. Viſa renunciatione. in fi. conſil. 408. In præſenti. nu. 10. & conſi. 493. Viſo tenore. col. pen. nu. 25. cũ ſeq. & Pariſ. conſi. 110. Promiſſio. col. 5. ad fi. nu. 36. vol. j. Et † iuramentum ſemper habet illam tacitam cõditionem, quam habet actus & promiſſio.
11 cui adhæret, & non extenditur ad plus, ꝙ promiſſionis virtus extendatur, vt dicit Ang. conſi. 315. Statuto cauetur. col. j. quem refert & ſequitur Deci. d. conſi 408. col. j. in fi. verſi. Vltimò non obſtat & d. conſi. 493. nu. 26. Præterea † iuramentum nihil operatur in his, quæ debent ſpecificari, vt habetur per Bal. & communiter Doc. in l. 4. §. quæſitum. in fi. ff. ſi quis cautio. Rnv. conſ. 6.
12 Super caſu. col. 2. in fi. nu. 8. vol. 2. Cur. Sen. d. cõſi. 75 ſub d. verſi. Quia iuramentum. Grat. conſi. 15. Magnificus. col. 2. nume. 13. vol. j. & Gram. in deciſ. 57. Iacobus Campanarius. col. 8. nu. 27. verſi. Nec obſtaret ex alio. dicens ꝙ licèt iuſm faciat actum valere omni meliori modo quo poteſt, nõ tñ operatur, vt extẽdi poſſit ad id, de quo ſpecialis mentio fieri debeat: Accedat † ꝙ
13 vbi de præiudicio tertij agitur (prout in caſu iſto ſi venditor iſte præferetur in anteriorum creditorum præiudicio) tunc iuſm nihil releuat, & nihil operatur in præiudicium tertij, ſed ſolum ipſius iurantis. c. quamuis. ibi, in alterius præiudicium. de pact. in 6. & tradit Barto. in l. Titia Seyo. §. imperator. de leg. 2. ſequitur Alex conſi. 55. Conſideratis. colum. pe. in fi. verſi. Nec prædictis obſtat. volum. j. & conſi. 38. Viſa petitione. col. 3. ſub nume. 10. volum. 3. Corn. cõſi. 224. Licèt claram. col. 2. nu. 4. verſi. Tamen his non obſtantibus. vol. 3. Soci. Iun. cõſi. 67. Pro dilucidatione. nu. 40. vol. j. dicens iuramentum in quocunq; caſu præſtitum, quod tendit in alterius, quàm iurãtis præiudicium, ſeruari non debet, & nihil operatur, aliàs iniquitatis vinculum diceretur, contra. c. quanto. cum ſimili. de iureiur. Socin. Sen. conſi. 77. In præſenti conſultatione. col. 6. in princ. verſic. Tertiò quòd non tẽdat. vol. j. Paul. de Caſt. in l. ſi tibi decem. §. filiafam. ſub nu. 4. ff. de pact. & conſi. 448. Tria ſunt. vol. 2. in nouis. & Pariſ. conſ. 72.
14 Videtur dicendum. col. 2. nu. 17. vol. j. Nec refragatur, † ꝙ iuramentum caſus expreſſi vim habeat, ſecundùm Bal. & Doc. vbi ſup. Quia illud dictum Bal. intelligitur & ꝓcedit reſpectu eius, ſuper quo præſtatur conſenſus, non autem in aliis: vt declarat Saly. in d. l. j. in vlt. colum. verſic. Quæro quid ſi in caſu. C. commoda. quem refert & ſequitur Alex. in apoſt. ad Bal. in d. l. j. in 2. q. & Iaſ. conſi. 173. Circa primum. colum. fi. verſi. Tertiò in contrarium. vol. 4. Parii. d. conſi. 110. col. 6. in princ. nume. 38. verſi. Et illud. & dicit Deci. conſil. 374. In caſu propoſito. in fi. Quòd
15 † iuramentum vim habet, vt ſolemnitatem ſuppleat, nõ autem vt conſenſum extendat. Cur. Senio. vbi ſupra, ſub nu. 8. & declarant Mod. Vercel. in d. l. 2. nu. 93. verſic. Iuramentum tñ. firmat Boeri. in deciſ. 3. Filia. col. 2. num. 8. verſi. Et ad iuramentum. in 1. par. & dicit Iaſ. d. conſi. 173. col. fi. in prin. verſi. Sed illam deciſionem. ꝙ Aret. in l. qui ſuperſtitis. col. 4. ad fi. ff. de acq. hæred. reprobat & melius illam Baldi deciſionem, & contra illam multa ibi congerit Iaſ. quæ breuitatis cauſa nõ refero; & inquit

Cur.

Source : BIU Cujas

Cur.Sen. d.consi.75.col.5.in princ.versi. Et sic simplex consensus.q illud dictum Bal.confunditur per doctrinam Doct.in d. l.4.§.quæsitum.communiter receptã.ff.si quis cautio. Amplius
36 dico † q talia iuramenta,quæ in contractibus præstantur, magis excommuni practica & consuetudine notoriorum apponuntur,quàm q iurando sciant contrahentes,quid agant,vt refert Socin.iun.consi.48.Viso puncto.col 8.in fi.num.39. vol.j. & consi.144.Prosequendo.col.5.num.37.ver. Attento maximè. co.vol.Ex quibus concludo, generalem hypothecam cum iuramento in præiudicium anteriorum creditorum non sufficere, sed specialis requiritur, vt diximus supra. Et † hæc specialis
37 hypotheca apponi debet in initio cõtractus ante traditionem, vel in ipso saltem actu traditionis rei venditæ,& non sufficit, q in fine instrumenti & post traditionem apponatur: Nam cùm in ipsum emptorem translatum esset dominium, vt l. quidam. ff.de in rem verso.& d.l.procuratoris.§.sed si plures.ver. sed etsi dedi.ff.de tribu. actio. & sic anterioribus creditoribus generalẽ hypothecam habentibus ius hypothecæ competens esset in d. re empta acquisitum, illis per aliquod pactum in fine contractum appositum præiudicari non potest. l. id quod nostrum. ff. de regu.iur. latè probant Mod. Fanen. in d. tracta. de pigno. in 4.q.quartæ par.princi.sub versi.Tamen præmissis non obstantibus.num.34.vsque ad versi.Vltimò dubitatur.vbi probabilibus rationibus & fundamentis probant, tale pactum & hypothecam in contractus initio, vel saltem in ipsa traditione apponi debere,respondendo ad omnia,quę in contrarium adduci possent, & ad ea etiam quæ per Mod. Vercel. adducta fuerunt in l. lecta sub num.17.not.& sub num.151.cum duobus sequen. ff.si cert.pet.quos Mod.Fanen.sequitur Ari.Pinel.in l.j.in tertia par. sub num.54.fol.409.C.de bo.mater.non obstantibus etiam per Mod.Anconi.allegatis in tracta. de mercatu. in rubr. de Decoctori.in vlti.par sub rubr.Qui potio.in bo.decoct. habe. num. 6. versi.Num tale pactum.Et prędictam opin.etiam tenet Alex.in d.l.si cum dotem.§. fi. prope fi. versi. Nec etiam prædictis ob.ff. sol.matr. Dicens q si venditor ad traditionem venit, non præfertur,nisi ab initio contractus actum sit,quòd pro pretio remaneat hypotheca, eam quoque approbant & sequuntur præfati Mod.Vercel.in repeti.l.2.in 36.q.num.148.versi. Trigesimasexta q.C de pact.inter empt.& vend.citans Mod.Fanen.vbi supra. Eandem opin.firmat & consulendo sequitur Pau.de Cast.consi.318.Considerandum est col.fi.num.4.vol.j.in nouis. Concludo igitur, opin. Mod. Fanen. & sequacium veriorem & de iure probabiliorem esse,& si in facto mihi contingeret,ita consulerem & secundùm illam iudicarem;prout aliàs consului, vt pa-
38 tet consil 50.In casu de quo quæritur.lib.j.Cautela † etiam erit, q venditor dictæ rei vt anterioribus creditoribus pro eius pretio consequendo præferatur, dictæ rei venditæ in venditionis contractu dominium per pactum expressum sibi retineat & re-
39 seruet,donec integrum pretium fuerit sibi solutum,quod † fieri potest & tale pactum valebit, vt in d.§. venditæ. Instit.de rer. diuisio & in d.l.procuratoris.§.pe.ff de tribu.actio.declarat Bal. in rubr.C.de contrahen.empt.in 13.q. tradit Fabia. de Monte in tract.de empt.& vend. in 7.q.principali.versi.Sequitur tertium sub nu.15.& Tiraq in tract. de vtroq; retract. in rubr. A vendu, vendidit.§.j.in gl.2.num.36.vers. Nec tamen omiserim. fol.17. Quam cautelam ponit Alberi.de Rosa. post Vber. de Bobio in d.l.obligatione generali.in fi. ff. de pignori refert & eam sequitur Veronen.d.caute.124.sub nu.2. versi. Ad tollendum tamẽ omne dubium.& in cautel. 135. Qui vult. col.fi.ibi. Et hoc erit vtile.& Negusan.in d.2.membro quintæ partis,sub nu.18. vers. Et etiam facit.vbi inquiunt, q ita communiter obseruatur, & bene. Sed huiusmodi pactum in principio instrumẽti apponẽdum est,dicendo,hoc modo A.sponte per se suos hæredes obligando reseruato imprimis sibi & in se dominio infrascriptarũ rerum, & salua & reseruata infrascripta speciali hypotheca & obligatione earundem rerum vsque ad integram solutionem & satisfactionem infrascripti illarum pretij & non aliter, nec alio modo,iure proprio & in perpetuum dedit, vendidit & tra-
40 didit N.præsenti &c. Redeundo vnde diuerteram,dico † q prę fati creditores in quæstione nostra differunt,quia primi debitorem,qui bonis cessit, conuenire non possunt,nisi in id quod facere potest,secundi verò insolidum.vt d.l.ex contractu.in prin. C.de bon.auctor.iudi.pos.à contrario sensu: vt etiam inquit ibi
41 Salyc.in 2.q. Nec † aduersus eos nouos creditores obstabit cessio præcedens:nisi de nouo cedat bonis, cùm hoc facere possit, ex quo ille actus reiterabilis est:vt per Saly.& Pau. de Cast. in d. l.ex contractu.in fi.& vidimus supra in 2.q.princ.sub num. 8. & 9.& in præcedenti q.num.6.vel nisi noui creditores causam ex
42 præcedenti contractu continuatam haberent, verbi gratia † si seruus fructuarius operas suas in biennium pro viginti locauit, conductor bonis cessit, deinde post annum finitus est vsusfructus, & sic proprietarius incępit nouus esse creditor; quia iuris ratio hoc expostulat: vt est tex. in l.si seruus communis Męuij. §.fi.ff.de stipul seruo. hoc enim casu dicta cessio debitori aduersus proprietarium proderit;quia non est cum eo de nouo contractum,sed persona duntaxat mutata, cui acquiritur & est idẽ contractus,de cuius executione agitur,vt tenet Bal.in d.l.ex cõtractu.ad fi.quem sequitur Alex. in apost.ad eundem Bal. in l.j. in 2.col.in prin.in verbo creditoribus.C.titu.no.

SVMMARIVM.

1 *Cessio bonorum facta per debitorem an ei prosit quò ad conditionalem creditorem,cuius conditio post cessionem euenit, vt in bonis postea quæsitis non conueniatur,nisi in quantum facere potest.distingue vt ibi.*

2 *Testator primus si legata conditionalia fecit, quorum dies post legata hæredis secundi testatoris euenit, legatarij primi testatoris legatarijs secundi testatoris præferuntur.*

CESSIO BONORVM AN DEBITORI PROSIT contra creditorem conditionalem.

QVAESTIO XII. quartæ q. Princ.

1 Duodecimò principaliter quæro, Quid † si inter primarios creditores quidam creditor conditionalis erat, & post debitoris cessionem sua extitit conditio,nunquid debitori quò ad eum cessio prosit, vt sic in postea quæsitis debitor ipse non conueniatur ab eo, nisi in quantum facere potest? Pet.quem sequitur Cy.& Alb.de Rosa. in l.ex contractu.C.de bo. aucto iudi. pos.determinat,q insolidum conuenietur; quia quò ad hunc conditionalem creditorem cessio sibi non prodest,& hac mouentur ratione;quia vbi cessit debitor ex contractu præambulo conuenitur deducto ne egeat,& hoc uerum est,quando cessio creditoribus proficit; qa penès se bona debitoris hñt,sed iste cõditionalis creditor nullum cõsequitur cõmodũ ex bonis cedentis,ex quo illa ad aliorum creditorum manus peruenerunt,ergo &c.Bal.uerò ibi putat esse distinguendum,an talis conditio inuito euenit debitore,& tunc conditio trahitur retro,& sic de bonis debitoris participabit creditor,& tunc in postea quęsitis cedẽti proderit cessio:Aut extitit eo uolente, & facto suo interueniente, & tunc non trahitur retro,nisi factum suum esset necessarium, nõ uoluntarium.l.j.& l.potior.& l. qui balneum.ff.qui potio. in pign. habe.Subdit Bald.prædicta procedere in contractibus,sed in legatis conditionalibus,in quibus conditio non trahitur retro. l. 1.§ ferui.ff.ad syllania.potius antiqua,quàm noua obligatio inspicitur,quę necessariam à sua causa consequentiam habet,argu.l.3.§.scio. ff. de minori.ideo minimè curandum est, utrum trahatur retro:quia in proposita quæstione nõ de legati acquisitione,sed de cessionis tractatur:ut probatur in l.j.C.de bo. au-
2 cto iudi. pos. Et † propterea exemplificat Bald. quòd si primus testator legata conditionalia fecit,quorum dies uenit post legata hæredis,dato quòd in legatis hæredis conditio existens non traheretur retro,uerbi gratia si Capitolium ascẽderit,uel si matrimonium contraxerit, uel alia similia, ubi naturales termini fictionem recipiunt, nihilominus legatarij defuncti testatoris legatariis hæredis præferuntur,& sic concludit,q tempus causæ,non causati tempus inspicitur.cum Bal.transeunt alij, Salyc. tamen cogitandum relinquit, maximè quare diuersum sit in contractibus.

SVMMARIVM.

1 *Executio instrumenti pendente lite super bonorum cessione contra debitorẽ committi non potest.*

2 *Cessio bonorum instrumentum non impugnat, sed executionem mutat & restringit.*

EXECVTIO AN COMMITTI POSSIT pendente lite super cessione bonorum.

QVAESTIO XIII. Princ.

1 Decimotertiò principaliter quæro, † creditor uigore statuti executionem instĩi contra Titium cõfitentẽ in iudicio debitum & petentem se ad cessionis beneficium admitti,petit,an lite pendente super dicta cessione instrumẽti execution committi poterit? Reperio fuisse decisum in curia Tholosana.q.28.Item fuit dubitatum si aliquis,q sic:nisi iudici constaret cedere nolentem nulla habere bona: ut no. in c. Odoardus. extra de solutio. Ego autem sic distinguendum putabam, aut iudicium petitæ cessionis cœptum fuit prius quàm instrumenti executio peteretur,aut post,Si prius,& tunc quia lite pẽdente nihil debet innouari.l.cùm aliquis.& ibi Bald.in 2.no.C. de iure delibe.& habetur in tit.C.& extra,ut lite penden.& per Vital.in tract.clausula.in rub.nil nouari lite penden.per executionem instrumenti petitam impediri non poterit, quin super dicta cessione procedatur.Si uerò post,& tunc aut ex iuris communis,aut municipalis dispositione proceditur,primò casu idẽ dicendum arbitror; cùm etiam in executione sententiæ debitor ad cessionis beneficium admittatur, ut uidimus supra in 2. q.princi.sub num.10.uersi.Scias tamen. Et ratio est; quia cessio bonorum,instrumentum non impugnat, sed executionẽ mutat,&

Source : BIU Cujas

tat,& reſtringit:ita dixit Galleſi.in tract. de oblig. in for. came. in 3. q. ſecundæ par. ad quartam partem obligatio. camera. ſub num.3.per not.per Canari in tracta de execu.inſtru.q. 28. num. 63.Secundo caſu aut ſtatutum diſponit,quòd contra inſtrumẽtum publicum nulla opponi poſſit exceptio,aut prohibet contra executionem inſtrumenti exceptionem opponi,primo caſu executio petita per exceptionem ceſſionis impeditor:vt tradit Barto.Alexan.& alii in l j.§. & parui. ff. quod vi aut clam. & Corne. conſi. 212. Placet.col j.volu.2.Vltimo verò caſu inſtrumenti executio non obſtante ceſſionis exceptione committi poterit,vt latè proſequitur Corne. dicto conſil. 212. per theoricam.Barto in l.ſi filius. ff. quod cum eo. & vidimus ſupra in 3. q.princi.ſub num. 4.verſic.Et prædicta in tantum. & firmat Canari.in d. 28.q.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Feriæ inductæ ob neceſſitatem hominum in cauſa ceſſionis bonorum non obſtant,quando cedere volens eſt carceratus.& nu.2.*

Cauſæ carceratorum tàm ciuiles, quàm criminales diebus feriatis expediuntur non tamen in honorem Dei, niſi quando contra inſignem latronem proceditur.

FERIAE OB NECESSITATEM hominum an obſtent in cauſa ceſſionis bonorum.

QVAESTIO XIIII. Princ.

1 Decimoquartò principaliter quæro, an † feriæ ob neceſſitatem hominum inductæ in cauſa ceſſionis bonorum obſtent? Reſpon.quòd non, vt voluit Bald conſi 301. Ad euidentiam,in fin. volu.5. vbi allegat text.in l fi.ff.de feri.ſed allegare voluit.l. penult. eod. titu. vbi eſt text.quòd carcerati pro cauſa ciuili,vel criminali etiam diebus feriatis expediuntur, non tamen in honorem Dei, niſi quando contra inſignem latronem procederetur, vt eſt text. in l.prouinciarum. C. eod titu. not.gloſ.in l.cuſtodias.ff.de publi.indi. Et prædicta intellige † quando cedere volens in carceribus reperitur vt expreſsè determinat Angel.in d.l.pen. quem ſequitur ibi Ias.circa fi.verſi.[Nota ſecundò. & idem firmat Bal. d.conſi.301.per totum.

SVMMARIVM.

1 *Debitor qui ceſſit bonis,ceſſionem reuocare poteſt,antequàm bona diſtrahãtur.& ſic pœnitere poteſt,dummodo creditoribus ſoluere paratus ſit.*

2 *Cedens bonis non deſinit eſſe dominus bonorum ſuorum ante eorum diſtractionem.*

3 *Ceſſio bonorum in fauorem debitorum introducta fuit.*

DEBITOR QVI CESSIT BONIS AN POENITERE poſſit, ante quàm bona vendantur.

QVAESTIO XV. Princ.

1 Decimoquintò principaliter quæro † nunquid debitor,qui ceſſit bonis, poſſit ceſſionem,antequàm bona diſtrahantur, reuocare,& ſic an pœnitere poſſit? Cyn in l.j.q.ſexta.C.titu.no. quem ſequitur Alberic.in rubr.eod.titu.in 2.colum.verſi.Item quæritur, vtrum.refert opiniones quorundam diſtinguentium, ipſe tamen indiſtinctè tenet,quòd pœnitere poſſit, pro hoc eſt text. & ibi not. Bart.& Angel.in l. 3.& in l.quem pœnitet.ff.titu.no. per gloſ. in l.penult.vbi etiam Barto.in penul.q.eod.titu.& facit text. & ibi no.Barto. Bald. Salyce.& Pau.de Caſtr.in l.2.C.eod.vbi dicunt, quòd qui bonis ceſſit, pœnitere poteſt, & bona illa re integra recuperare, quando vendita non erant, ſi tamen creditoribus ſoluere paratus ſit,ad quod ipſe tenetur, argum.tex.in c.in cauſis.& ibi plenè per gloſſ. extra de electio. Vnde inquit Bald. ibi, facere in argum.quòd qui rem pro derelicto habuit, re integra pœnitere poteſt; quia interim non eſt alicui quæſitum ius. Et Et ideo dicunt Doct.quòd volenti debitum ſoluere bonorum
2 ceſſio non præiudicat,ſi bona non ſunt vendita,† quia cedens bonis non deſinit eſſe bonorum ſuorum dominus ante illorũ diſtractionem:vt eſt tex.in d.l.3. & reperitur deciſum in Capel.
3 Tholoſ q.134.Item an cedens bonis. Et eſt ratio, † quia bonorum ceſſio in fauorem debitorũ introducta fuit,ergo & c.l.pen. C.de pact.ſequitur Are.in § fi.col.pen in princ.verſi. Quæro ſemel.& ibi Ias.in pen.col.verſi. An autem poſt ceſſionem. Inſti. de actio.quamuis contrarium teneat Bald.in l.fi.col. pen. verſi. Quæro ſi aliquis ſolemniter.C.titu.no.Et licèt quandam diſtinctionem ibi ponat in verſi.Circa autem articulum,in effectu tamen concludere videtur, quòd vbi actus non eſt conſumatus, & ſic res eſt integra,pœnitere poteſt, ſecus ſi actus eſſet ad perfectionem ductus & conſumatus; nam tunc pœnitere non poteſt,arg.tex.& quod ibi not.Bald. in l. ſi quis iuſiurandum. & ibi Saly.in fi.C.de iureiur.& hoc modo cum aliis Doct.concordabit,quòd ſi bona per creditores diſtracta non fuerint,aut eis ſolutum data,debitor pœnitere poteſt & creditoribus ſatisfacere:& ita tenet Hoſti.in ſumma tit.no.col.2.verſi. Sed nec creditores.& ita communiter tenent Doct.

SVMMARIVM.

1 *Litis conteſtatio an in cauſa ceſſionis bonorum requiratur.*

2 *Officium iudicis quando incidenter imploratur, litis conteſtatio non requiritur, ſecus eſt,vbi principaliter imploratur, etiam quòd cauſa ſit ſummaria.& nu.3.& 4.*

LITIS CONTESTATIO AN REQVIRATVR in cauſa ceſſionis bonorum.

QVAESTIO XVI. Princ.

1 Decimoſextò principaliter quæro, † nunquid in hac bonorum ceſſione litis conteſtatio requiratur? Reperio dominos de Rota,vt refert Aegid.in deciſ.197.Secundò in cauſa.tenere,q̃ in hac cauſa ceſſionis admittendæ,vel denegandæ de neceſſitate litis conteſtatio & terminorum Palatii ordinatio requiritur,& per eos adducebatur hæc ratio;quia licèt iudicis officium hic imploretur,non tamẽ principaliter,immò incidenter,allegabant tex.in c.fin.extra de offic. iudi. Sed hæc ratio concludit tàm contra dictum, quàm
2 contra tex.in d.c.fi.Nam † quando iudicis officium incidenter imploratur,litis conteſtatio non exigitur,vt in illo text.expreſsè dicitur,vbi verò principaliter imploratur,conteſtatio requiritur,& ita tenent omnes Doct.ibi.& eſt deciſio Rotæ.9. Si petatur. in additiõ. in nouis. Dicendum eſt igitur, q̃ hoc fuit impreſſorum vitio,cùm illa verba principaliter & incidẽter poſtponi debeant, & ſic dicere debemus, ratio eſt; quia licèt officium iudicis hic imploretur,non tamen incidenter,immo principaliter,& hoc caſu ratio benè concludet cum dicto,quòd de neceſſitate litis conteſtatio requiratur. Quidam verò ex dictis dominis Auditoribus contrarium tenebant,per not.per Cy in auth.ſi omnes.C.ſi minor ab hæredi.ſe abſti.ex eo quòd in hac cauſa nihil dari,vel fieri petitur à parte.& vbi nihil dari,vel auferri petitur,& ſummariè procedatur, litis conteſtatio non exigitur,vt no.per Imo.& alios in d.c.fin.& eſt deciſio Rotæ.54. Si petatur. in nouis. Nonnulli autem ex dictis dominis Auditoribus dicebant, q̃ quia iudicis officium cõtra certam perſonam, & ſic contra certos creditores hic imploratur,litis conteſtatio requiritur.Imo.Abba & Fely.in d.c.fi.dicunt, quòd vbi iudicis officium principaliter contra certam perſonam imploratur,& plenaria cauſæ cognitio requiritur,libellus dari, & litis conteſtatio fieri debet. Si verò incidenter imploratur, litis conteſta-
3 tio non requiritur,† in cauſa verò huius ceſſionis bonorum iudicis officium non incidenter,ſed principaliter imploratur, vt dictum eſt,ergo &c. Amplius dicit Spec.in § fi.verſi.Sed quæritur vtrum.in titu.de offic. omni. iudic.quem allegat Rota in d. deciſ.54. in fin. q̃ in omnibus cauſis in quibus iudicis officium imploratur,etiam in cognitione ſummaria litis conteſtatio requiritur. Alij verò tenebant in hac ceſſionis cauſa litis conteſtationem non requiri,cùm ſit cauſa miſerabilis,pro hoc adducebant tex.in auth. niſi breuiores. C. de ſenten.ex breuicu.reci.& cum hac vltima opi.tranſit Aegidi. ibi. Ego verò primam opinionem amplectendam cenſeo,cùm in hac cauſa plena requiratur cognitio,tàm ſuper debito nondum agnito,nec liquidato, vt vidimus ſupra in 2.q. prin. quàm etiam ſuper paupertate probanda, & creditorum electione in admittendo debitorem ad bonorum ceſſionem,vel quinquennalem dilationem,vt di
4 cemus infra in 22.& 26.q.princ.Et † propterea concludo ſecũdum Abb.in d.c.fi.circa fi. q̃ aut iudicis officium incidenter imploratur,& litis conteſtatio non eſt neceſſaria,nec libellus,aut principaliter imploratur, & tunc aut ſuper liquido, ita q̃ non eſt neceſſaria cauſæ cognitio,& litis conteſtatio fieri nõ debet, aut ſuper non liquido petitur,& tunc aut aduerſarius eſt certus & præſens,& litis conteſtatio fieri,& libellus offerri debet, aut aduerſarius eſt abſens & certus, & tunc ſi aliquid in præiudiciũ partis dari,vel fieri petitur,vt hic,cùm in præiudicium creditorum ad bonorum ceſſionem admitti petatur,vel quinquennalis dilationis terminum ſibi dari,iuxta tex.in l.j.& fi.C.tit.no.& tunc litis conteſtatio exigitur:vt no.in gl.in d.c.fi.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio ceſſionis bonorum litis conteſtationem & proceſſum impedit,ſi debitum eſt liquidum,vel debitor paratus eſt illud agnoſcere.*

2 *Ceſſio bonorum litis conteſtationem non impedit quò ad creditore poſt ceſſionem creatos.*

EXCEPTIO CESSIONIS BONORVM AN litis conteſtationem impediat.

QVAESTIO XVII. Princ.

1 Decimoſeptimò principaliter quæro, † nunquid ceſſionis bonorum exceptio litis conteſtationem impediat? Reſpon. ſi debitũ liquidum

Source : BIU Cujas

dum est,vel debitor extra iudiciũ illud agnoscere paratus est,litis contestationem & processum impediet.Bart.in l.pen.versi. Sed contra hoc oppono.& ibi Ange.ff.titu.no.& est tex.in l. ex contractu.& ibi no.Bart.& Saly.C.de bo.aucto. iudi. pos. Ang. in l.4.ff.titu.no.& cum eis transit Ias.in §.fi.col.pe. versic. Nunquid autem cessio bonorum.Insti.de actio.& vidimus supra in
2 2.q.prin.num.5.versic. Tu dic quòd leges contrariæ.Quod † intellige verum quò ad creditores ante cessionem creatos, secus est in creditoribus,qui post cessionem contraxerunt; quia illa cessionis exceptio quoad ad eos debitori non proderit,nec eis obstabit,vt est tex. à contrario sensu in d. l. ex contractu. & ibi Saly.in prin.in 2.q.& ita fuit determinatum in Capella Tholosa.q.136.Item fuit quęsitum.an exceptio cessionis bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Debitor qui bonis cessit pro bonis,quæ ante cessionem habebat,agere aut cõueniri non potest,sed in postea quæsitis sic.*
2 *Debitor si lite pendẽte super iniuriarum actione cedit bonis, iudicium super illa actione intentatum amplius prosequi non poterit.*
3 *Moratoriam obtinens sicut à creditoribus conueniri non potest, etiam contra alios agere non poterit.*
4 *Iudæi sicut ab alijs in die sabbati & in alijs eorum festiuitatibus conueniri non possunt,ita & alios ipsi conuenire nequeunt.*
5 *Legatus qui durante eius legatione ab aliquo conueniri non potest, nec alios conuenire, si alios conuenit, aduersus eos & alios se defendere compellitur.*
6 *Tutor nondum confecto, nec perfecto inuentario conueniri non potest, nec alios conuenire.*
7 *Hæres durante tempore ad conficiendum inuentarium à creditoribus & legatarijs conueniri non potest, si tamen alios inquietat, poterit ab alijs conueniri.*
8 *Debitor qui in fraudem creditorum cessit bonis,nõ potest postea contra suos debitores agere.*

DEBITOR QVI BONIS CESSIT, AN AGERE seu conueniri possit.

QVAESTIO XVIII. Princ.

1 Decimooctauò principaliter quero, † an debitor qui bonis cessit, agere, seu conueniri possit? Respon. ℣ pro bonis quæ ante cessionem habebat,neque agere, neque conueniri potest,secus est in postea quæsitis,vt est tex.in l.item si vnus.in princ.& ibi glo.ff. de arbi. Idem dixit per illum tex.Amanel. de claris aquis. in sing. incip. tex est.Vnde dixit ibi Bald.℣ actiones personales directæ, quæ penès cedentem remanent,inanes sunt,nec ab eo moueri,siue intentari possunt. Et proptetea per illum tex. in Capella Tho-
2 lo.concluśum fuit in q.249.Item fuit quęsitum.Si auctor.℣ † si super iniuriarum actione actor lite pendente cedat bonis, iudicium iniuriarum actione intentatum amplius prosequi nõ poterit;quia cessionis exceptio ei semper obstabit & etiam ipse poterit contra alios cessionem opponere,nisi circa bona post cessionem acquisita cõueniretur, aut ageret,vt etiam decisum reperitur in Capella Tholosa.q.136. Item fuit quæsitum.an exceptio cessionis:vt est tex.in l.4.in princ.& in fi.ff.titu.nost. & tradunt Mod.Anconit.in tracta.de mercatu. in materia decoctorum.in 3.par. nu.14.Idẽ † procedere dicas in Moratoriam obti-
3 nente,quę operattur,℣ sicut ille conueniri non potest,nec etiã contra alios agere valet,argumento titu. nost.ff. quod quisque iur.& tradit Firma.in suo repertorio,in verbo Moratoria.nu.2. vbi allegat Bar.in l.fi.C.sent. rescind. non poss. qui tamen nul-
4 lum de hoc facit verbum. Idẽ † dicendum est in Iudæis, vt est tex.in l.die sabbati.C.de iudę.& no.Bal. in l.quod fauore. col. 2. in fi.versi.Quintò oppo.nu.7. C.de legi.vbi disponitur ℣ in die sabbati & aliis festiuitatibus Iudæorum ipsi conueniri nõ possunt,nec etiam alios conuenire,per quem tex.inquit ibi Bar. ℣ si aliquis dies quò ad te feriatus est,vt conueniri non valeas,etiã
5 contra te feriatus esse debet,vt alios non cõuenias. Idem † etiã dicendum est in legatis,vt est bonus tex.in l.2.§. sed & si agant. ff.de iudi. vbi legati, qui ex priuilegio legis durante legatione conueniri non possunt,nec alios conuenire,si tamen agant, & alios conueniant, aduersus omnes se defendere compellũtur, vt tradit Staphil.in tract.de lite.gratiæ & iusti.fol.86.sub versic.
6 Tertiò motus proprius,in primis formis.Idem † dicas etiam in tutore, qui nondum confecto & perfecto inuentario cõueniri non potest,nec alios conuenire,vt est tex.in l.fi.§.fi. & ibi Doc. C.arbi.tute.Bar.in l.tutor qui repertorium.in princ. ff.de admi. tuto.& Corn.consi.207. Videtur prima.col.j.in fi.nu.4.vers.Itẽ peccat.vol.3.nisi in quatuor casibus,de quibus per Bar.in d.l.tutor qui repertorium.Saly.in l.tutores.C.de admin.tutor. & per
7 Boer.in decis.53.Insuper.num.5.Idem † dicendum est in hærede, qui durante tempore dato ad conficiendum inuentarium conueniri non potest à creditoribus,nec à legatariis:vt est tex. & ibi not.Bar.Ang.Pau.de Cast.Alex.& alii in l.fi.§. donec. C. de iure deliber.Si tamen alios inquietat, poterit ab alijs conueniri,vt tradit Vital.in tract.clausula.in rub. Nil nouari inuentarii confectione pendente.num.4.versi.Tertiò fallit.vbi inquit, ℣ si hæres alios inquietat durante dilatione conficiendi inuentarium,poterit ab aliis conueniri,nisi alios conueniret necessi-
8 tate compulsus. Adde etiam † ℣ qui in fraudem creditorum cessit bonis, non potest postea contra suos debitores agere, vt est text.in l.Imperatores.& ibi not. Alberic.de Rosa. ff. de cura.bon.dan.

SVMMARIVM.

1 *Creditores facta bonorum cessione propria auctoritate nõ possunt bona cessa occupare,& inter eos diuidere & appropriare.*
Bona si per debitorem creditori insolutum data fuerunt,ab eo aduocari non poterunt.
2 *Dominium in creditorem per dationem insolutum transfertur, si debitor est dominus,si verò non est,publiciana, & præscribendi causa transfertur.*
3 *Priuilegium prioritatis anterioribus creditoribus per dationem bonorũ insolutum non aufertur.*
4 *Creditores ex pacto & licentia per debitorem præstita bonorum possessionem insolutum datorum propria auctoritate ingredi possunt.*
5 *Licentia bonorum possessionem ingrediendi dari potest in testamento per defunctum.*
6 *Cedens bonis antequàm bona sint vendita,remanet dominus.*
7 *Creditores facta per debitorem bonorum cessione an in eorum tenntam mitti debeant.*
8 *Titulus de bonis auctoritate iudicis possidendis,quomodo procedat.*
Creditor missus in possessionem bonorum debitoris fit detentator & custos, donec in possessionem ex secundo decreto missus fuerit.
9 *Creditores facta per debitorem bonorum cessione instare debent bonis cessis curatorem dari.*
10 *Creditor bonis cessis datus bona vẽdit, creditoribus pro portione satisfacit, & contra cedentis debitores actiones vtiles exercet.*
11 *Curator bonis cessis datus quas actiones intentare debeat.*
12 *Curator ventris ad bona conseruanda & custodienda datus non intentat nisi perituras actiones.*
13 *Curator bonis cessis datus actiones etiam non perituras intentat.*
14 *Curator bonis cessis datus in quibus casibus ab alijs tutoribus & curatoribus differat.*
15 *Actio quæ datur curatori bonis cedentis non est priuilegiata, secus in tutoribus & alijs curatoribus.*
16 *Curator bonis cessis datus actione mandati conuenitur,alius autem actione negociorum gestorum vtili tenetur.*
17 *Curator bonis cessis datus de dolo & lata culpa tenetur, alius verò de leui.*
18 *Curator bonis cessis datus non iurat tempore interpositi decreti, alius autem sic.*
19 *Curator qui datur bonis cessis, non inuitus, sed volens datur, alius verò inuitus.*
Tutela sicut agnatis,qui succedere debent,sic & cura defertur.
20 *Tutor & curator in testamento datus si tutelam gessit, non cogitur postea inuitus curam assumere.*
21 *Curator bonis cessis datus agendo vel defendendo non cauet de rato, nec iudicatum solui,alius sic,si de eius cura non constaret, vel probabilis esset præsumptio,quòd curator non esset.*
22 *Curatores plures si bonis cessis dati sunt,etiam quòd vnus non attingat,insolidum conueniũtur,sicut ille qui attigerit,quod secus est in alijs tutoribus & curatoribus.*
Quod procedit si vnus ab aliquo conueniatur, qui actionem se habere contra defunctum,vel debitorem asserit,secus si ad reddendam administrationis rationem.
23 *Curator bonis cessis datus administrationis rationem reddere tenetur, non illi qui bonis cessit, sed illis quorum interest,nisi dolũ vel latam culpam in dictis bonis commiserit.*
24 *Curator adulto vsque ad 30. annos administrationis rationem reddere tenetur.*
25 *Curator bonis cessis datus si sine inquisitione datus est, inuentarium facere & fideiussorem dare tenetur.*
26 *Curator si bonis cessis non reperitur, qui hanc curam suscipiat, quid agendum sit.*

CREDITORES FACTA BONORVM CESSIONE an possint propria auctoritate bona cedentis occupare.

QVAESTIO XIX. Princ.

1 Decimononò principaliter quæro, facta † bonorum cessione an creditores bona debitores occupare & iure dominij retinere possint? Respon. ℣ cedenti nihil amoueri debet per iudicem, neque per alium, nec creditores ꝓpria auctoritate bona cessa occupare, nec inter eos diuidere & appropriare possunt. text. est in l. legis Iuliæ. vbi Bar.Bal.Ang.Saly.& Pau.de Cast.C.titu.no.immo si illa occupauerint, non obstante longi temporis præscriptione poterunt illa ab eis aduocari, nisi per debitorem ipsis creditoribus insolutũ data fuissent.vt ibi in fi.dicitur. tradit Hosti. in summa tit.no.col.j.versi.Sed nec creditores.& Bar.in d.l.legis Iuliæ.quẽ sequuntur

Source : BIU Cujas

2 ſequũtur omnes ibi. Nam iſto caſu debitor † in creditores dominium transfert, & ſi non eſt dominus, publicianam & præ-
3 ſcribendi cauſam, non † tamen per hanc traditionem prioritatis priuilegium anterioribus creditoribus aufertur, arg. l. fi. §. & ſi præfatam. C. de iure delibe. vt voluit Bald. & ſequitur Saly. in
4 d. l. legis Iuliæ. Et † poterunt creditores ex pacto & licentia eis per debitorem data poſſeſſionem dictorum bonorum in ſolutum datorum auctoritate propria ingredi, cum inter eos huiuſmodi pactum valeat: vt ibi per eũdem Bal. & Saly. & aliquibus locis ex municipali diſpoſitione etiam abſque pacto hoc face-
5 re poſſunt, vt in noſtro Ariminenſi ſtatuto, ſub rubr. de permiſſa ceſſione bonorum diſponitur. Quod † extendunt ijdem etiã in licentia per defunctum in eius teſtamento tradita. l. Titia cùm teſtamento. §. j. de lega. 2. vt etiam firmat Neguſan. in tracta. de pigno. in quarta parte, col. 10. num. 12. ver. Tertia conclu ſio eſt, per not. per Bar. in l. creditores. col. 3. in princ. in 2. q. prin. vbi etiam Sal. in 5. col. ver. Quæro tertiò. C. de pignori. cum alijs concord. per Io. Dilectum relatis in tracta. de arte teſtan. caute.
12. Legatarius etiam. nu. 4. verſi. Tertium remedium eſt. in rub.
6 de lega. Interim † ergo & antequam fuerint vendita bona, cedens remanet dominus. d. l. legis Iuliæ, & l. 3. ff. titu. no. & reperitur deciſum in Capel. Tholoſa. q. 134. Item an cedens. Facta
7 † igitur bonorum ceſſione refert Pet. Iaco. in ſua practica titu. noſt. in 5. not. ꝙ creditores in tenutam illorum bonorum poni debent, vt tangitur in rub. de bo. aucto. iud. poſ. Ego verò hoc non benè dictum arbitror, cùm in materia ab illo titulo differenti ſimus, ſi enim hoc verum eſſet, ſequeretur ꝙ neceſſe non eſſet, nec requireretur bonis cedentis curatorem dari, vt infra
8 dicetur. Præterea † titulus ille procedit, quando creditor in cõtumaciam debitoris ſe non defendentis mittitur in poſſeſſionem bonorum ſuorum ex primo decreto, vt declarat Pau. de Caſt. in rub. C. ſi ad verſ. vendi. pigno. & ſic creditor fit detentator, & illorum bonorum cuſtos, donec in poſſeſſionem ex ſecundo Decreto debitore latitãte fuerit miſſus, cuius virtute poſtea ad bonorum venditionem proſiliri poterit: vt eſt tex. in d. l. in venditione. §. j. ff. de bo. auctor. iudic. poſ. & declarat Spec. in §. Nunc dicamus. col. 5. verſ. Illud autem. in titu. de ſecun. decre.
9 Quod † eſt ſecus in caſu noſtro, cùm facta per debitorem bonorum ceſſione inſtare debeant creditores bonis ceſſis curatorem dari, vt eſt tex. in l. fi. ff. de cura. bon. dan. tradit Rofre. in tracta. libel. in rub. de offic. iudi. quo cura. datur bo. col. 3. verſi. Hac ceſſione facta, & firmat idem Pet. Iaco. in d. 5. not. verſ. Item dabitur curator. vbi allegat. d. l. fi de cura. bonis dan. & l. 2. C. quan.
fiſc. vel priua. & Aymo conſi. 213. Ad primum. cum concord. de quibus ibi per eum. volu. 2. Sequitur ergo, ꝙ non mittuntur creditores in poſſeſſionem bonorum dicti cedentis, niſi iure municipali permittente, vt in noſtro Ariminenſi ſtatuto. ſub dicta rubr. de permiſſa ceſſione bonorum. diſponitur. Sed dabi-
10 tur illis bonis curator. Qui † curator ea bona vendet, creditoribus pro portione ſatisfaciet: vt d. l. fi. & contra debitores cedentis vtiles actiones exercebit. l. de curatore. circa princ. ff. de cura. bonis dan. de cuius materia vide pulchrum conſi. Angel. conſi.
11 393. Mortuo debitore. vbi plenè loquitur. Quas † autem actiones curator ille intentare debeat gloſ. in d. l. de curatore. in verbo rata habebuntur dicit, ꝙ perituras intentabit, in non perituris verò ſe remittit ad l. creditore. in prin. ff. de bon. aucto. iudi.
12 poſſi. vbi Alb. de Roſ. diſtinguit. Aut † curator ad bona conſeruanda datur, aut vt creditoribus ſoluat. Primò caſu quando ad conſeruanda & cuſtodienda datur, vt eſt curator ventris, & ille non intentat, niſi perituras: vt in d. l. creditore. cum concord.
13 ibi traditis. † Secundo caſu quando ad bonorum diſtributionẽ datur, ſeu vt creditoribus ſoluat; vt quia bonis debitor ceſſit, & tunc etiam non perituras intentat: vt d. l. de curatore. & l. prætor. §. his verbis. ff. de bon. aucto. iudi. poſ. Vel, vt alii inquiunt, quod quaſi in idem recidit, ꝙ aut datur curator antequàm bonis debitor cedat, & tunc perituras tantum exercere poteſt: vt d. l. de curatore. & d. §. his verbis. Aut datur poſtquã bonis debitor ceſſit, & tunc cùm bona ceſſat vendere debeat, & inter creditores diſtribuere, etiam non perituras actiones intẽtat, vt dictum eſt. Pro hoc facit. l. Fulcinius. §. adeo. ff. ex quib. cau. in poſ. eatur. & tradit Spe. in §. cùm autem. col. 4. ver. Item curator ad litem.
14 in tit. de curato. Scias tamẽ † ꝙ iſte curator datus bonis cedẽtis
15 ab aliis tutoribus & curatoribus differt. Primò † quia actio, quę in hunc datur, priuilegiata non eſt, in alium verò ſic. l. idem pri-
16 uilegium. ff. de priuileg. credi Secundò. hic † actione mandati conuenitur. l. ſi mandauero. §. ſi procurator. ff. manda. Alius verò negociorum geſtorum vtili tenetur. l. curatores. C. de nego.
17 geſt. Tertiò † hic de dolo tãtum, & lata culpa tenetur. l. prætor. § eſt præterea & l. in venditione. § de eo tempore. ff. de bo. auct. iud. poſſ. Alius autem de leui. l. tutori. C. de neg. geſt. Quartò hic
18 † tempore interpoſiti decreti nõ iurat, ille verò ſic. §. fi. in auct.
19 vt hi qui obliga. hab. res mino. Quintò hic † non inuitus, ſed volens decernitur, niſi magna neceſſitate imminente, & tunc ex mandato iudicis. d. l. de curatore. §. quæritur. Alius verò inuitus creatur. §. quibus. Inſt. de ſatiſda. tut. gl. in d. §. quęritur. in verbo rata. & in verbo inuitum. & eſt ratio, quia ſicut agnatis, qui ſuccedere debent, tutela defertur. §. ex his autem. in auct. de hęredi. ab inteſta. veni. Bar. in auc. matri & auiæ. col. 2. in prin. ſub nu. 6. C. quando mul. tute. offi. fun. pot. Afflic. in deciſ. 281. Vtrũ auia. in prin. & eſt tex. in auct ſicut. C. de legi. tute. Sic & cur. l. fi. §. ſin autem teſtamentum. C. de cura. furio. tradit Spec. in d. §. cùm au
20 tem. col. j. ver. Sed nunquid mater. Niſi † talis in teſtamento tutor & curator datus fuiſſet, ſi enim tutela geſſit, inuitus poſtea curam ſuſcipere non cogitur. §. qui tutelam. Inſti. de excuſa. tu-
21 tor. & l. curator. C. eo. ti. Sextò † hic aẽgdo vel defendẽdo de rato non cauet, nec iudicatum ſolui. l. actor. ff. rem rat. hab. Alius ſic, ſi de eius cura non cõſtaret, vel probabilis eſſet preſumptio,
22 ꝙ curator non eſſet: vt not. per gl. in d. l. actor. Septimò † ſi plures curatores conſtituti, & bonis ceſſis dati ſunt, etiam ꝙ vnus non attingat, inſolidum conuenietur, ſicut ille qui attigerit. d. l. de curatore. §. ſi tres. ex quo volentes & ſpotanei cõſtituuntur, quod in aliis eſt ſecus. Cùm primò qui attigit, q̃ qui non attigit, conueniatur: vt no. in l. 2. C. de diuidẽ. tute. in l. tutores qui poſt ſententiam. §. curatores. ff. de admi. tuto. & arg. l. creditor. §. duobus. ff. mand. Intellige ſanè, ꝙ inſolidum conuenietur, ſi vnus ex curatoribus bonis datus ab aliquo conueniatur, qui contra defunctum, vel debitorem ſe actionem habere dicebat, ſi verò ad rationem reddendam cõueniatur; tunc qui primò geſſit, cõueniatur, quàm qui non adminiſtrauit, prout in tutoribus & curatoribus dicitur, & ita obſeruandum eſt ſecundùm Rofre. in d. tract. libel. in rub. de offi. iudi. quo cura. datur bo. in pe. col. ver.
23 Item quæritur ſi plures. nu. 8. Octauò hic † adminiſtrationis rationem non illi, qui bonis ceſſit, ſed aliis tãtũ, quorum intereſt, reddere tenetur. l. pe. ff. de cur. bo. dan. & no. l. ſi plures. eo. tit. niſi in dictis bonis aliquid dolo, vel lata culpa commiſerit. d. l. prætor. §. eſt præterea. voluit Rofre. in d. rub. de off. iud. quo cur. dat. bo. col. fi. ver. Quæſtio. ſed cui reddet rationem. & no. Pet. Iac.
24 in d. 5. no. ver. Item curator datus. Quod † eſt ſecus in alio curatore, qui adulto, cuius bona adminiſtrauit, rationẽ etiam poſt lõgum tempus annorum viginti, & vſq; ad annos triginta reddere tenetur. l. maximè. ibi not. ff. de adminiſtr. tut. l. tutores. vbi Doc. C. arbi. tute. & tradit Boer. in deciſ. 59. Tres aut quatuor. in
25 prin. Adde tamen † ꝙ hic curator datus bonis ceſſis inuẽtariũ facere tenetur: vt eſt tex. in l. j. §. fi. ff. de vẽt. in poſ. mitten. tradit Spec. in §. fi. colum. pen. ver. opponitur autem. in titu. de curat. & Ang. in auct. vt lice. ma. & auię. ad fi. principii, ver. Ibi fideiuſſione. vbi etiã tenet, ꝙ fideiuſſorem præſtare tenetur: vt l. fi. §. ſinautem teſtamento. C. de cura. furio. Intellige tamen eſſe verum, ſi ſine inquiſitione datus eſt; tunc enim ſatiſdat, ſecus ſi cũ inquiſitione datus eſt, & tunc non ſatiſdat ſecundum Spec. in
26 d. §. fi. col. pe. circa fi. ver. Curator autẽ. Sed † quid ſi poſt ceſſionem reperitur nemo, qui curam hanc ſuſcipiat, an de illis bonis inuentarium per aliquem fieri debeat, ne bona diſſipentur? Dic ꝙ bonum erit, vt iudex dictorum bonorum inuentariũ faciat, vel ꝙ ea ſequeſtrentur, vel penès aliquem ad creditorum inſtãtiam deponantur, nec debitor ex hoc cõqueri poterit, cùm ipſe, ex quo ceſſit bonis, hoc voluiſſe videatur, & ſic velle videtur, ꝙ creditorum ſecuritati prouideatur, taliter ꝙ eis de bonis per ipſum relaxatis ſatisfiat, & ſi quid de illis poſt creditorum ſatisfactionem ſuperfuerit, habebit cedẽs, ſi verò ad ſatisfactionem non erunt, creditores de bonis in poſterum per debitorem quærendis ſatisfient. l. ex contractu. C. de bon. aucto. iudi. poſſ. cum concord.

SVMMARIVM.

1 *Debitor an per bonorum ceſſionem à debito liberetur? & nu. 3.*
2 *Exceptio inuentarij ſententiam non perimit, aut elidit, quia eſt intentionis & facti exceptio, quæ contra ſententiam non venit.*

DEBITOR AN A DEBITO PER BONORVM ceſſionem liberetur.

QVAESTIO XX. Princ.

1 Vigeſimò principaliter quæro, an † debitor per bonorum ceſſionem à debito liberetur, ita ꝙ amplius inquietari nõ poſſit? Glo. j. in l. vbicunq;. ff. de fideiuſſ. tenet cedentem bonis ipſo iure à ciuili obligatione liberari, remanente tamen naturali, per tex. in §. fi. Inſti. de replica. Idem tenere videtur glo. in c. ſicut dignum. §. eos. in verbo habeant, extra de homi. quam gl. j. ſequitur Dyn. ibi per tex. in l. hæres à debitore. § ꝙ ſi ſtipulatur. ff. de fideiuſ. idem firmat Ray. de Forli. in l. j. C. titu. noſt. & ita tenet Nico. de Neapo. in §. fin. Inſti. de actio. Cyn in d. l. j. opinionem dictæ glo. tenere videtur, ꝙ tollatur ciuilis & naturalis remaneat, & ſi diceretur, ex ſola naturali agi poterit, reſpõdet ipſe hoc eſſe ob ciuilis obligationis reliquias, quæ cum illa naturali fuerat, cuius calore iuuatur, ſicut è contra ex ſola ciuili agitur, quæ calore naturalis iuuatur. cuius concomitantiam habuit, vt in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & ita eum refert Alberi. in rub. C. titu. no. in 2. col. in fi. verſic. Secundum beneficium eſt. &

Source : BIU Cujas

eſt.& ita tacito auctore reſpondet Bald.in d.§.fi.col fi.verſi.Vlterius quæro.Inſti. de actio. vbi etiam reſpondet ad l.ex cõtractu. C.de bo.aucto.iudi.poſſ.dum in ea dicitur, ꝙ cedens bonis ope exceptionis iuuatur,ſecũdum eum, de facti vel intentionis exceptione intelligi debet,prout inquit Ancha.conſi.6. Viſo the-
2 mate.col.2.poſt princ.verſi. Arbitratum eſt, † in exceptione inuentarii,quę ſententiam non perimit,aut elidit,ſed eſt intentionis & facti exceptio, quæ cõtra ſententiã non venit,vt pulchrè ſcribit Neguſ.in tract. de pigno.in quarto membro quintæ partis,nu.10.verſi.Secunda concluſio.Ang.verò in d.l.j.& in d.l.ex contractu.inquit debitorem nec ipſo iure,nec ope exceptionis liberari;quia ſi ad pinguiorẽ peruenerit fortunam,exigi poteſt, deducto ne egeat.d.l.ex contractu.& l.4.& l.qui bonis.& l.pe.ff.
3 titu.noſt.Contrarium † tamen tenet Bar.in d.l.j.in prin.& in d. l.j.ex contractu.dicens debitorem non ipſo iure, ſed exceptionis ope liberari,& ſequitut glo.in d.l.j.quam inquit eſſe veram, quicquid dicat Dy.in d.l.vbicunque. & hanc opi. probat per d. l.ex contractu.idem Bar.in d.l. qui bonis. tenet à ciuili obligatione non liberari:quia poſt ceſſionem conueniri poteſt,& ſic ciuilis obligatio non eſt ſublata,& hanc refert eſſe veritatem, quamuis contrarium no.in d.l.vbicunque. Eandem opi. tenet Alberic.in d.verſic. Secundum beneficium eſt, vbi allegat Dy. innuere,ꝙ vtraque tollatur,ex eo ꝙ ſi remaneret naturalis, cũ ea remaneret & fideiuſſoria,concludit tamen Alberi. ibi quòd utraque remanet & nõ liberatur cedens, niſi ope exceptionis; quia exceptio actionem præſupponit,& quia ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit,contra eum cum effectu agi poteſt. d.l.4. & d.l.qui bonis.idem firmat Bal.in d.l.j.in prin. dicens glo.in d. l.ubicunque.malè dicere.ſequitur Saly ibi in princ.dicens glo. in d.l.j. communiter teneri per Docto. tàm iuris ciuilis, quàm Cano.ut in c.Odoardus.ubi Imol.in 2.col.in princip.verſi.Vltimo not.extra de ſolutio.& pro ea adducit tex.in l.pen.in fi.C.titu.noſt.ubi ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, uult tex. ꝙ ab eo ad modum debiti pro creditorũ ſatisfactione euelli poſſit,& ſic uult Saly.quòd utroque iure cedens exigi ualeat, prout prius exigi poterat,unde datur intelligi, quòd ciuilis non eſt ſublata;quia ex ſola naturali actio non datur,& hoc confirmatur: quia bonorum ceſſio non tendit ad cõtradicendum actioni,nec obligationi,& propterea inquit tex.in d.l.j.quòd liberati non ſunt,& quòd nulla obligatione liberetur ſed exceptione tantum tutus ſit cedens bonis,tenent Bart. Ang.Imo.& Cuma.in d.l.ubicunque.idem tenet Bald.in l.cùm quis in ulti. colum.C.de iur.& fac.igno.& in l tàm mandatori.colum.2. C.de non nume pecu.Ange.in l.nemo carcerem. circa fi. C. de exacto tribu.lib.10.idem etiam firmant Ioan.Fab.Are.Ial. & communiter Docto.in d.§.fi.col.j.in j.nota.Inſtit. de actio. & ita tenet Rota in deciſ.567.Vtrum poſſit.col.2. uerſi. Tertius ſecundùm quorundam opinionem. in antiquis. dicens opinionem gl.in d.l.ubicunq;.ſibi non placere; quia nec ciuilis,nec naturalis tollitur, ſed eius effectus differtur, donec cedens ſatisfacere ualeat.

SVMMARIVM.

1 *Renunciari ceſſionis bonorum beneficio an poſſit.& nu.5.6.12.& 13.*
2 *Renunciari non poteſt iuri de futuro,niſi interuenerit pactum.*
3 *Carcer quamuis non ſit ſeruitus, eſt tamen vna quaſi ſpecies ſeruitutis. & nume.6.*
4 *Conſuetudo & ſtatutum,quòd quis pro debito ſoluendo obliget ſe ad carcerationem ſuæ perſonæ,valet & tenet.*
Statutum prohibens ceſſionem an valeat?
Pactum & ſtatutum paribus paſſibus ambulant.
Poteſtas & rector qui iurauit ſeruare ſtatuta, poteſt illa ex cauſa tranſgredi.
7 *Carceratio contra bonos mores eſſe non dicitur.*
8 *Maritus renunciare non poteſt beneficio quod habet, ne conueniatur vltra quàm facere poteſt.*
9 *Renunciatio beneficii ceſſionis valet accedente iuramento, niſi renunciantis mendicitas eſſet notoria.& nu.10.ſed contra nu.13.*
11 *Filius per pactum obligari non poteſt,vt à patre alimenta non petat.*
Pactum iuratum contra ius alimentorum non valet.
12 *Carcer non ad pœnam,ſed ad cuſtodiam tantum eſſe debet.*
14 *Pactum,quòd debitor ad carceres etiam publicos ſe obliget in inſtrumento, non valet.& nu.15.*
Debitor non eſt dominus membrorum ſuorum.ſub nu.15.
Pactum factum per maritum vxori deſtando & habitando certo loco, valet & ſeruandum eſt.ſub nu.15.
16 *Partes facere nequeunt,quin ſolemnitas & ordo ſeruari debeat.*
Proceſſus ab executione inchoari non poteſt,ſed requiritur quòd libellus, litis conteſtatio & ſententia præcedat.
Libellus & citatio in ciuilibus ad capturam præcedere debet.
17 *Pactum,per quod conuenit debitor,vt ſi in termino non ſoluerit, poſſit citatione & contumacia non præcedente excommunicari,non valet.*
18 *Pactum,vt creditori liceat auctoritate propria debitorem in termino nõ ſoluentem capere,non valet,etiam ſi iuratum ſit.*
19 *Pactum,quòd ſcriptor in compedibus detineri poſſit,non valet.*
Glo.in l.ſtipulatio.§ ſiue autem.ff.de no.ope.nunc.eſt cõmuniter approbata.
20 *Obſes per pactum obligari poteſt, quòd detineatur, & pactum ob generalẽ conſuetudinem valet.*
21 *Redemptus ab hoſtibus pro pecunia poteſt inuitus pro pecunia non reſtituta à redimente retineri.*
22 *Debitor fugitiuus per creditorem propria auctoritate capi poteſt.*
23 *Pactum,quòd debitor perſonaliter detineri non poſſit,valet & tenet.*

DEBITOR AN RENVNCIARE POSSIT beneficio ceſſionis bonorum.

QVAESTIO XXI. Princ.

1 Vigeſimoprimò principaliter quæro, † nunquid ceſſionis beneficio per debitorem renunciari poſſit, & ſic valeat pactum, quòd debitor non poſſit cedere bonis? Dyn.in l. alia. §.eleganter. ff.ſolu. matrim. tenet quòd non.idem tenet.ibi Ray.de Forli.Barto.& Imo.qui allegat authenticam.immo.C.de actio. & oblig. cum ibi no.per gloſſ.idem Bart.in l.fi.ff.titu.no.Bald.in §.fi.col. fi.ad fi.Inſti.de actio.Alber.de Roſa.examinat latè in rub.C.titu. no. in 3.col.in princi.verſic.Item quæritur, nunquid poſſit debitor renunciare.& tradit Didac.Couarruui.in 2.lib.varia.reſolu. c.j. nume.7.verſic.Quæritur deinde,Ange.in l.nemo carcerem.C. de exacto.tribu.lib.10.idem tenet & ſequitur Saly.in l.j. col. pe. in 9.q.C.titu.no.vbi varias doctorum opiniones adducit,vide-
2 licet aut eſt ſimplex renunciatio, & non valet, † quia eſt de iure futuro,cui renunciari non poteſt.l.is qui hæres. ff. de acquir. hæredi.l.ſi ita ſcriptum.§. j. de lega.2. & l.j.C.de pact.Quod autem ſit de iure futuro, probatur. Nam ius cedendi bonis non competit niſi facta condemnatione,vel debito in iudicio agnito.l.pen.ff.titu.no. Aut eſt pacto admixta,& tunc valet: vt d.l.j. C.de pact.Deci.conſi.31.Et pro tenui.col.2. verſi. Secundò non ob.vol.j. cum concord. de quibus per Pariſi. conſil.93. Finis & conuentio.in princi.conſi.94.Viſo inſtrumento. nume.28.& conſi.95.Eſt ferè.col.j.vol.3. Iſta opin. in primo membro non placuit Iacob.de Are.dicenti,ſimplicem renunciationem non præiudicare, quando in contractu, vel iuxta contractum facta eſt, vt in legibus ſupra allegatis. Sed vbi in contractu facta ſit, exempli gratia; quia tercentum mutuo, & acceptans ceſſionis bonorum beneficio renunciat, tunc valere debeat, tùm quia robur & efficaciam ex contractus cohærentia, veluti pactum nudum.aſſumit l.iuriſgentium.§.quinimmo.ff.de pact.tùm qa parti præſenti fit,ideo contra ceſſionem ſaltem per replicationem ei parere deber,argu.l.tale pactum. cum ſimi. ff. de pact. & ideo ipſe dixit,quòd ſiue per pactũ,ſiue ſimpliciter in ipſo contractu,vel iuxta illum facta ſit,valet,per l.ſi quis in conſcribendo C.eod.Sed vbi ex interuallo à contractu facta ſit, quòd non valeat',ſeu renuncianti non noceat. Non obſtat ſecundùm eũ tex.in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.eo. ibi enim pactum ex interuallo factum quò ad replicationem prodeſt; quia ibi per cõtrarium pactum eliſa eſt per exceptionem actio, quod non eſt in caſu noſtro,ideo inquit,ſi renunciatio condemnationis tempore fiat,quòd non nocet,quaſi ex interuallo facta. Dy. autem dixit,quòd ſiue ſimpliciter, ſiue per pactum in ꝯtractu, vel iuxta contractum fiat, non nocet. Primò quia carcer, qui ad cuſtodiam inuentus eſt.l.aut damnum.§. ſolent.ff. de pœnis. & c. quamuis.cum concord.ibi per glo.relatis, eod. titu. in 6. nunc erit ad pœnam per pactum inducendam; ſed quia pactum eſt contra bonos mores,& naturalem æquitatem,quia contra hu-
3 manitatem,igitur valere non debet.d. §.eleganter.Tertiò † qa inuitus in carcerem deducitur,vt perpetuò retineatur,ſed quãuis hæc non ſit ſeruitus, vt inquit gloſſ fi.in l.j. C. titu noſt. eſt tamẽ vna qua ſi ſeruitus & ſeruitutis ſpecies, ad quã ſe obligat. l.2.ff.de libe.exhib.Alex.conſi.133.Circa executionem. in principi.vol.6.ergo non eſt admittenda,argu.l.duobus.& l.obæs C. de actio.& oblig.Quartum addit Saly. quia creditor de duritia, quæ à iure reprobata eſt & contra bonos mores, redarguitur: vt l.ſeruus ea lege.ff. de ſer.export. & quia nihil agit, niſi vt effi ciatur debitor.igitur non eſt audiendus.l. in fundo. cum ſimili. ff.de rei vindica.Item quia liberi hominis caro & corium in cõ mercium incluſionis carcerum,ad petitionem & creditoris voluntatem per indirectum deduci videtur, contra. l. inter ſtipulantem.§.ſacram. ff.de verbo.obliga. Et hæc omnia votum captandæ mortis illius debitoris inducunt contra l.fi.C.de pact.& hanc opin.tenet Ricar.Malumbr.vt refert Cyn.in d l.j.in vlti.q. C.tit.no.qui etiam illam tanquam humaniorem ſequitur, hoc idem tenet Iaco. de Belui. in §. quod autem . in authentico de fideiuſſor. & hanc partem tanquam humaniorem amplectuntur communiter Cano.in c.Odoardus. de ſolutio.vt atteſtatur Ripa in l.obligatione.col.6.num.30.verſi Supereſt vt examinemus.ff.de pignori.idem firmat Anto.de Butr. in c. cùm contingat.col.4.de iureiu.Eandem opinionem ſequitur Pet.Iac. in ſua
4 practi.tit.no.col.pen.& fi.in decimo no.Niſi † in locis,vbi ꝯſuetudo viget,vel ſtatutum, ꝙ quis pro debito ſoluendo ſe ad ſuæ perſonæ carcerationem obligat;talis enim cõſuetudo & ſtatutum

tum valet & tenet,argum.l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur. & l. de quibus.ff.de legi,& c.j.de conſtitu. in 6. non tamen hoc caſu prohiberi poterit, quin bonis cedere valeat, ne in carcerē detrudatur,ſecundùm Bal.in l.j.col.2.in prin.verſi.Quæro ſi ſtatutum dicit.C.titu.noſt.& vidimus ſupra in 3.q.princ.num.4.verſic.Et prædicta in tantum ſunt vera.Quinimmo ſi extaret ſtatutum,prout extat Genuæ ac Piſtorii,bonorum ceſſionem prohibens, non valeret, ex quo perpetuam induceret ſeruitutem & contra bonos mores eſſet,vt eſt pactum, & ꝙ per pactum fieri non poteſt, non poteſt etiam per ſtatutum fieri. Cùm pactum & ſtatutum paribus paſſibus ambulent glo.eſt ordi.in rub.C.de decre.decur.lib.10.& declarat Euerard.in ſuo tract.de modo arguen.argum.89.De pacto ad ſtatutum quamuis Alber.Papien. quem refert & ſequitur Ange.in l.tale pactum.§.qui prouocauit.col.pen.verſi.Deinde quæro. ſub nume. 27.& 28.ff.de pact. teneat dictum ſtatutū valere,licèt duriſſimum ſit l.proſpexit.in prin.ff.qui & à quibus,maximè rectori,qui ſtatuta ſeruare iurauit,& ſecundùm Bald.in auth hodie.C.de iudi.debet ea tenaciter obſeruare & ab illorum forma non recedere,ſequitur Iaſ.in §.ex maleficiis.col.2.nu.15.Inſti.de actio.& Hypp.in ſing.244. Tuſcis illud.& in §.diligenter.nu.176.in ſua practi.crim.& Roland conſi.33.Viſis.col.pen.in fi.nu.20. & conſi.70. Quoniam. col.fi.num.27.volu.j.Hoc tamen intellige ſecundùm Veronē. in l.Quòd ſi nolit.§.quia aſſidua.col.3. verſi. Et adde quòd licèt. ff.de ędil.edic.quòd quamuis ſeruare ſtatuta iurauerit, ei tamen licitum eſt illa ex cauſa tranſgredi, cùm hoc faciat,vt multorū ſalus procuretur;& hoc caſu in ſindicatu non tenetur,vt declarat Amade.de Caſtel.in tract.de ſindica.in gl. Qui domini Sindici.ſub nu.243.verſi.Item non tenetur ſi ex cauſa trāſgreditur pœnam. Abſurdum eſt enim ſtatuta pro publica vtilitate facta contra publicam vtilitatem ſeruare.c.j.de iureiuran. in 6. quod idem per plura comprobat Grilland.in tract. de relaxatio. carcerato in 6.q.num.7.verſi.Tertiò ampliatur.vſque ad fi.vbi cōcludit,quòd etiam iudex periurium nō incurrit; quia omni iuramento ſemper intelligitur excepta legis aut ſuperioris auctoritas l.fi.ff.qui ſatiſd.cog.& allegat ita tenere Are. in l. & ſi ſeuerior,vbi etiam Saly.in 4.q.C.ex quib.cau.infa.irroge.& periurū non committitur ſine dolo.d.c.j.de iureiur.in 6.cum concord. per Amade. in d. tracta.de Sindi. relatis in d. gloſ. Qui domini Sindici.in 9.q.ſub num.244.vbi inquit,quòd iudex in ſindicatu non tenetur,ſi in leuibus de facto ſine proceſſu procedit omittendo ſtatuti formam,nec hoc caſu periurus dicitur, ſecus ſi in grauibus procederet,& dolo ſtatuti formam ſeruare omiſiſſet, eo enim caſu in ſindicatu tenetur, & eſt periurus,ſi culpa,non eſt periurus,ſed in ſindicatu parti ad intereſſe tenetur, adde tamen quòd iurans generaliter ſeruare ſtatuta,illicita ſtatuta,aut impoſſibilia, aut libertati eccleſiaſticæ contraria ſeruare non tenetur, vt eſt tex.in d.c.j.in fi.de iureiur.in 6.& no.glo.& Hoſt. in c.j. de his quæ fiunt à maio. par. capi. tale enim iuramentum generaliter præſtitum ſecundum ius commune interpretandum eſt,quòd iurans ſolum ſtatuta & cōſuetudines iuſtas, poſſibiles & honeſtas ſeruare tenetur:vt legitur & not.in c.ad noſtras.il 3.extra de iureiur.& in c.ſuper quibuſdam.de verb.ſign. & Amad.in d.tract.de ſindi.num.66.in gloſ.Item in eo,de eo,& ſuper eo.& per plura comprobat Grammati.in deciſ.36.Solon ex ſeptem.col.2.num. 2.cum multis ſeq.& firmat Tiraquel.in tract.de pœn.legum.in præfatio.num.23.ver. & hoc ſanè quod diximus.& num.33.verſi. Nec hinc longè abeſt. Supradictam opin.etiam ſequitur Are.in d.§ fi.in vlti.col. Inſtit.de actio. vbi allegat Raph.in d.§. eleganter. dicentem opinionem Bart. eſſe communem: Eandem etiam ſimpliciter ſequuntur Cardin. & Imo.in c.lator.col.4.in fi.verſi.Sed iuxta prædicta quæri poteſt. num.18.cum ſeq.& ibi Abb.nu.2.extra de pigno. & idem Imo. in d.c.Odoardus.col.2.in fi.nu.22.verſi. Sed iuxta prædicta quæri poteſt.& eam pluribus argumentis ſuſtinere conatur Pau.de Liaz.in ſua diſputa.incip.Primò quæritur vtrum.in 3.dubio.Idē tenet Maria.Soci.in c.ſi diligenti.col.2.ad fi.verſi.Quintò infertur,extra de foro cōp. & ita deciſum fuit in parlamento Delph. vt refert Gui.Pap.in deci.211.Debitor non poteſt.& nouiſſimè Berous in libro quæſtionum familiariū.q.133.Papa.col.fi. verſ. Suadentur præmiſſa.vbi addit,etiam ſi iuramētum interfuiſſet, à quo dicit recedi poſſe etiam non obtenta licentia, & abſolutione ſuperioris;quia ſi renunciatio non tenuit,etiam non ligauit iuramentum,vt in hoc caſu firmat Cald.conſi.7.An Epiſcopus poſſit.in rub.de iureiu.Hoc tamen vltimum non tenet Hēri.de Bouen.in repeti.auth.ſacramenta puberū.C.ſi aduer.vēdi. quem refert & ſequitur Gui.Pap.in deciſ.224. Item fuit dubitatum.ibi. Similiter etiam de cod. Idem firmat Capel. Tholoſ.q. 258.Item fuit quæſitum Socer & ſocrus. in ſocero & ſocru beneficium habentibus, vt non conueniantur vltra quàm facere poſſint;ſi in inſtrumento promiſſionis dotis dotem ſoluere iurauerunt,& conueniantur,de dicto beneficio excipere nō poſſunt,niſi prius abſolutionē à iuramēto obtinuerint, prout obtenta fuit in caſu Cald d.conſi.7. Et prædictam opinionem inquit Albe.in d.rub.C.ti.no.in vlti.col.ſub num.13.vidiſſe communiter approbari,& pluries de facto obtinuiſſe. Contrariam † opi.tenet Ang.& latè Roma.per multas rationes & fundamēta in d.§.eleganter.Idem conſuluit Fede.de Sen.conſ.60.Quod pactum.& idem tenet Imo.in d.c.cùm cōtingat.in j. & decimò membro principali.in 22.col.in fi.verſi.Item aduertere,quia p prędicta videtur poſſe inferri.ſub nu.32.cum duobus ſeq.& ſentit in c.ex reſcripto.col.j.in fi.verſ. An autem poſſit quis renunciare,extra de iureiu.Et hæc opi.verior uidetur ſecūdùm Alex. in d.§.eleganter,col.4.in prin.& Ripa in d.l.obligatione, num. 30.quam etiam tenet & ſequitur Fely.in d.c. ex reſcripto. col.3. ver.Et iſta inducuntur.num.9.& in d.c.ſi diligenti.col.j.ver.Tertium correlarium. Quia fauori pro ſe introducto quilibet renunciare poteſt.d l.ſiquis in conſcribendo.& l.pactum inter.ff. de pact.Item quia ſi per acceptationem quinquennalis dilationis tacitè ceſſionis beneficio debitor renunciare videtur.l.fi. cū ſua glo.C.tit.no.quanto magis expreſsè renunciare poteſt, arg. l.cum quid.cum concord.ibi citatis.ff.ſi cer.pet.Non ob. ſecundum eum † ad ſeruitutem,vel ad quādam eius ſpeciem ſe obligare videatur,vt dictum eſt ſupra: quia hoc non eſt verum, vt dicunt gl.& Doc.in d.l.j. poſtquam debitor lege permittēte caceratur. Nec eſt uerum † ꝙ ſit contra bonos mores;quia,ut inquit Bar.in l.Titio centum §.Titio centum relicta.ff. de condi. & demon.illud in carcere priuato procedit, ſecus ſi iudicis auctoritate; quia tunc contra bonos mores eſſe non dicitur, & ſi contra bonos mores eſſet carceratio,à l.inducta non fuiſſet,ut inquit Fel.in d.c.ex reſcripto.col.4.poſt Alex.in d.§.eleganter. col.4.uerſi.Nam ſi carceratio.Et † quamuis beneficio,ne maritus conueniatur ultra quàm facere poſſit, renunciare nequeat, illud eſt ſpeciale fauore perſonæ, cui reuerentia debetur, ut eſt tex.in d.§.eleganter.& in l.unica.§.cum autem in exactione.C. de rei uxo.actio.quod eſt in aliis ſecus ſecundum gl.& Alex. in d.§.eleganter.dicto uer.Nam ſi carceratio.& in l.ſi conuenerit. col.pe.in prin.uer.Vlterius quærit gl.ff. de re iudi. Eandem opi. ꝙ † tale pactum & renunciatio maximè accedente iuramento ualeat,tenet & ſequitur Maria.Soci.in trac.de citatio. decimoſeptimo articulo.col.4.nu.18.uer.Sed dicit Io.And. & ita fuiſſe deciſum reperio in Capella Tholoſa.q.61.Item fuit quæſitū, an ceſſioni bonor.& ita conſuluit Abb.conſi.42. In q.Dominici. in 2.par.ſequendo Feder.de Sen.d.conſi.60. Niſi † eſſet notoria & manifeſta mendicitas,ut ſi debitor creditoribus ſolidum ſolueret, mendicare cogeretur,quo caſu pactum etiam ſi eſſet iuramento firmatum,non teneret;quia contra ius alimentorum eſſe uideretur, cū per huiuſmodi pactum inſolidum teneretur, non deducto ne egeret,quod nō admittitur, † prout in filio dicitur,qui per pactum,ut à patre alimenta nō petat, obligari nō poteſt,allegat no.per Spec.in §.j.col. 3. uerſi. Sed pone quidam emancipauit.in tit,qui filij ſint legi.facit tex.in c. cum quidam. §.fi.& ibi not.Bal.& Fel.extra de iureiur.& idem Fel. tradit in d. c.ſi diligenti.col.2.in princ.uerſi.Tamen ſi calamitas.cum uerſ. ſeq.ubi habetur † ꝙ pactum iuratum contra ius alimentorum non ualet,nec tenet.Supradictam q.examinat latè Bal.in d. l.1. col.pe.uerſi.Qnærunt Doct. C. tit. noſt. & tandem ſupradictas opi.ad concordiam reducere conatur,uidelicet, Aut quæritur quātum ad carceris effectum,ut debitor ceſſioni bonorum renunciando carceres non aufugiat,& tunc renūciatio nō ualet; quia creditoris nō intereſt debitorem in carcere mori; Carcer enim nō ad pœnam,ſed ad cuſtodiam tātum eſſe debet. d. l. aut damnum.§.ſolēt.ff.de pœnis.l.uerum eſt.ff.de uerb.ſig.& l.j.& 2. C.de cuſto.reo.cum uulg. Aut quæritur quātum ad ceſſionis effectum,ut in bonis poſtea quæſitis teneatur ēt inſolidum non deducto,ne egeat,& hoc caſu pactum & renūciatio ualet; quia hoc turpitudinem nō cōtinet, unde ſecundum eum quicquid debitor de die in diem lucrabitur, creditori aſſignare cogetur, ſaluo tamē neceſſario uictu,qui laborātibus ſubtrahi nō poteſt, vel à petitione diurnarum operarum abſtinebit creditor.l. ſuo uictu.ff.de ope.libe.Cum hac cōcordia trāſit Raph. in d. §. eleganter.uidelicet ꝙ dicta renūciatio ualet, quoad hoc ut inſolidum ſoluere cogatur deducto ne egeat, nō autem ut in carcerem detrudi poſſit, & hoc aſſerit eſſe uerum, præſertim ſi iuramentum interueniſſet,ut etiam ſequitur Ripa in d.l.obligatione.ſub nu.33.uer.Tertiò declara.Eam quoq; cōcordiam ſequitur Are.in d.§.fi.in fi.& Gui.Pap.in d.deciſ.211. in prin. & Vital. in tract.clauſula.in rubr.An poſſit renūcia.benefi.ceſſ.bon.col. j.ad fi.uer.Tu cōſiderādo has opi.ubi plenè & latius q̄ alter hāc q.examinat,quamuis Alex.in d.§.eleganter.col.4. uerſi. Alii in hoc articulo.improbet eam. Et † ita ſecundum hāc concordiā & diſtinctionem determināt dñi de Rota in deciſ.567.Vtrum poſſit.in anti.ubi latè hunc articulum examinant & tādem cōcludunt ſecundùm ſupradictam diſtinctionem, quamuis Bal. non allegent,dictam renunciationem ampliantes quò ad effectum non euitandi carceres,non ualere ēt ſi iuramento firmata fuiſſet, ubi per carcerū intruſionē multa ſequi poſſent inconuenientia,de quibus ibi,ſed ubi ex aliqua humanitate fieret intruſio,iuxta d.l.nemo carcerem.C.de exacto.trib.lib.10.& ex ea creditoris commodum ſequi poſſet,ut ipſi exemplificant,talis renun-

renunciatio præiudicaret, & ſic cedẽdo ſe liberare non poſſet, quominus in carcerem detrudi poſſet, dum tamen ex eiuſmodi intruſione adeo ſibi non adimeretur libertas quominus poſſet eccleſiaſtica ſacramenta percipere & ſaluti animę ſuæ incũbentia facere, ne aliquod ſalutis æternæ præiudicium incurrere poſſet, nec nimia inhumanitas, vel crudelitas ſequi poſſet, eadem deciſio reperitur in recollectis Biſigneti in deciſ. 2. Vtrum poſſit renunciari ceſſioni bonorum, in tit. de iureiur. Et hanc cõcordiam ego etiam amplector veluti humaniorem & iuri ac æquitati conſonam, & eam quoq; tenet Rota in deciſ. 177. No. ℭ ſecundùm aliquos. & in deciſ. 211. No. ℭ quis mediãte. in anti. vbi etiam clerico loquitur, qui renunciare non poteſt beneficio, ne conueniatur vltra quàm facere poteſt. Eam etiam ſequitur Aufrer. in addi. ad Capel. Tholoſ. d. q. 61. Tenendo tamẽ primam opi. ℭ non valeat pactũ, ℭ debitor bonis cedere nequeat, fallit tamen in multis caſibus per Soci. relatis in tracta. fallen. in regula Pactũ ℭ debitor. vbi quatuordecim caſus cõgerit, quos ne traſplantare videar, ad ipſum re remitto, quamuis illos hoc opere multis in locis inuenies. Stante igitur ſupradicta concluſione ℭ renunciatio non valeat, nec pactum, caſu quo non eui taretur carcer, prout etiam noſtro Ariminenſi ſtatuto diſponitur ſub rub. de ceſſione bonorum. ℭ quilibet bonis cedere poſſit, etiam ſi per pactum, vel alio quocunq; modo, etiam cum ſacramento ſe obligaſſet, poſſe perſonaliter detineri, etiam ℭ cũ iuramento fuiſſet bonorum ceſſioni renunciatum, vt etiam ad aliud propoſitum allegauimus ſupra in 3. q. prin. ſub nu. 4. Infer
14 ri videtur, ℭ † etiam nõ valeat pactum, ℭ debitor obliget ſe in inſtrumẽto ad carceres: ita inquit Ang. in auth. vt nõ fiant pig. in fi. per tex. in l. ob æs. C. de act. & obl. Idem Ang Imo. Rom. & Alex. in d. §. eleganter. in 3. col. in prin. ver. Ex prædictis. Imo. in d. cùm contingat Bal. in d. l. Titio centum § Titio centum. il 2. de condi. & dem. vbi limitat non valere quò ad creditoris carceres & ſic priuati; quia contra bonos mores eſt, ſed bene valet quò quis ſe obligat ad carcerem iudicis, ſ. ℭ ſi non ſoluit, poſſit abſq; proceſſu vel condemnatione carcerari, & refert ita conſuluiſſe Dy. & hoc ponit Cy in l. j. C. de libe. homi. exhi. idẽ Bal. firmat hoc in d. §. eleganter vbi allegat in arg. tex. in fi. C. de decurio. lib. 10 qui tex. ſm Alex. nihil facit: quia in caſu ſpeciali loquitur, quando iudicis copia haberi non poteſt, ſicut dicitur in l. ait prætor §. ſi debitorem. ff. quæ in fraud. credito. Angel. in d. §. elegãter. refert dictum Bal. & illud in priuato carcere fatetur; quia nemo eſt ſuorum membrorum dominus. l. liber homo. ff. ad l. Aquil. Ad carcerem autẽ publicum ſimiliter fatetur illud verum; quia etiam ſine pacto debitor carcerari poteſt, ſi nõ ſoluit. l. j. C. tit. no. Sed inquit non poſſe ſe obligare, nec paciſci, vt auctoritate propria creditoris capi poſſit, & ad publicos carceres duci, niſi ſubſiſteret cauſa, per quam de iure communi propria auctoritate capere ſibi liceret, vt in fugitiuo cum pecunia, & copia iudicis tunc in promptu haberi non poſſet, iuribus ibi per eum allegatis. Sed Imo. & Roma. in d. § eleganter. & Imo. in
15 d. §. Titio centum il 2. ſimpliciter tenent, † ℭ ad carcerem etiã publicum debitor ſe obligare non poſſit, nec virtute dicti pacti debitor capi & carcerari poterit etiam per publicos officiales. Idem tenet Imo. in d. c. cùm contingat. & eſt communis opin. vt atteſtatur Fely. in d. c. ex reſcripto. col. 4. ver. Iſta etiam faciũt. Tùm quia debitor non eſt ſuorum membrorum dñs. d. l. liber homo. & quis ſe obligare non põt ad id quod eſt ſeruitutis ſpecies. d. §. Titio centum. il 2. niſi in pacto facto per maritum vxori de ſtando & habitãdo in certo loco; quia hoc pactum valet & ſeruandum eſt ſm Hoſt. in ſumma, de coniug. ſeruo. §. Et an conſenſus. col. fi. verſ. Argumentum habes. & ita tenent cõiter Doc. vt refert Abb. in c. 3. extra qui matri. accuſa. poſſ. & ita conſuluit & obtinuit Roma. vt ipſe atteſtatur in l. ſtipulationes nõ diuiduntur. col. 22. nu. 66. ver. Et per hæc anno iſto. ff. de verbo. obl ℚ quis maior pars Aduocatorum in curia contrarium tenerent, dicentes nõ valere tale pactum; quia eſt ſpecies ſeruitutis, vt etiam tenet Didac. Couar. in tract. de teſta. in 2. par. c. 7. nu. 5. in rub. de coniug. effec. ſed iuxta cõem opi. deciſum fuit, vt atteſtatur Capyci. in deciſ. 135. In cauſa Magnifici. & ita tenet Clauſi. in ſumma Ang. in verbo. vxor. in vlt. ver. & ita ℨſului, vt pa
16 tet conſi. 167. incip. Præſupponitur in facto. Tùm etiam † quia partes facere non poſſunt, quin ſolemnitas & iudiciorum ordo ſeruari debeat, vt per gl. in c. de cauſis. de off. deleg. no. in cle. ſæpe. in verbo neceſſario. de verb. ſig. in l. j. C. de execu. rei iudic. & habetur per ſcribẽtes in auth. offeratur. C. de lit. cõt. Sed de iure ab executione proceſſus inchoari non põt, ſed requiritur, ℭ libellus, litis conteſtatio & ſententia præcedat. d. l. j. de execu. rei iud. & in l. ſi cùm nulla. ff. de re iud. & ad capturã in ciuilibus citatio & libellus præcedere debet, vt probatur in l. conſentaneũ. & ibi Bar. & Doc. C. qũo & qñ iud. & tradit Bar. in l. ex eo. ff. ad l. Iul. pecul. & ita per has rationes tenuit Ang. in l. nemo poteſt. de leg. j. ad quem ſe refert Alex. Pro quibus adducunt Alex. & Fel. vbi ſupra ſolemne dictum Inno. & Hoſt. in c. P. & G. de offi. de
17 leg. tenentium † non valere conuentionem per quam debitor conuenit, ℭ ſi in termino non ſoluerit, excommunicari poſſit citatione & contumacia non præcedente, & ſic nõ ſeruata forma decretalis ſacro. extra de ſen. excom. Ex prædictis etiam infertur ſecundum Dy. Bar. & Alex. in d. §. eleganter. in 2. col. in prin. ver. Item allegatur. & Fel. in d. c. ex reſcripto col. 4. verſi. Si-
18 militer valet. non † valere pactum, ℭ creditori liceat auctoritate propria debitorem in termino non ſoluentem capere. Idẽ firmat Bal. in auth. immo, per gl. ibi. C. de actio. & oblig. Ang. in l. ſi vnus. §. pacta quæ turpem. ff. de pact. & in d. l. nemo carcerẽ. & Bal. in auth. ſacramenta puberum. col. j. C. ſi aduer. vendi. vbi ampliat etiam ſi ſit iuratum. Spec. tñ in §. j. col. antepe. ver. Item eſt beneficium. in tit. de renuncia. & concluſio. quẽ refert Abb.
19 in d. c. lator. ſub nu. 2. quem vide omnino † tenet hoc non procedere in ſcriptore, qui certo loco ſtare, & librum ſcribere promiſit; quia pactum valebit, ℭ in cõpedibus detineri poſſit, iuxta gl. in l. ſtipulatio. §. ſiue autẽ. & ibi Doc. ff. de no. ope. nuncia. Illa gl. tamẽ communiter reprobatur ſm Alex. in d. §. eleganter. in 2. col. circa fi. & Iaſ. in d. §. fi. col. 3. ver. Tertio fallit. ſub nu. 12. Inſti. de actio. Sed idem Alex. in d. l. ſtipulationes non diuidũtur. in pe. col. ſub nu. 29. allegat Imo. in c. 2. extra de pig. dicẽtem gl. illam communiter approbatam, quam etiam inquit Bald. in L nec patronis. in fi. C. de ope. liber. veram eſſe, & locum habere in ſcribente libros legales, non autem in ſcribente libros Boca-
20 cij, vel ſimiles. Item † fallit in Obſide ob generalem conſuetudinem, allegat tex. in d. c. ex reſcripto. & no. in l. diuus. ff. de iure
21 fiſci. & in l. obſides. ff. de teſta. Fallit † ẽt in eo, qui pecunia redẽptus fuit ab hoſtibus; quia ℘ eiuſmodi pecunia nõ reſtituta poteſt à redimente inuitus retineri, ſm Ang. in d. l. nemo carcerẽ.
22 per l. fi. C. de poſtli. reuer. Item † fallit in debitore fugitiuo ſm Bal. in d. c. ex reſcripto. Nam hoc fit lege permittente. d. l. ait prętor. §. ſi debitorem. ff. quæ in frau. cred. & ſubdit Bal. & Fel. in d. c. ex reſcripto. prior in 2. col. ver. Quęro vtrum teneat. alter in antepe. col. ver. Item fallit in eo. ſub nu. 12. ℭ † à cõtrario valet pactum, debitorem perſonaliter detineri non poſſe per l. ſi conuenerit. ff. de re iudi. & d. c. Odoardus. de ſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio bonorum per creditores quinquennalem dilationem debitori concedere volentes, impediri non poteſt. nu. 2. & nu. 4.*
Creditorum maior pars quinquennalem dilationem concedere nõ poterit inuita minori creditorum parte, debitorem cum iuramento obligatum habente. ibidem ſub num. j.
2 *Electio creditoribus datur à debitore ſi vult.*
3 *Alternatiua inter beneficia defert electionem beneficiato.*
5 *Regula. l. Lucio. de lega. 2. & l. quod in hęredem. §. eligere. de tribu. actio. quo modo procedat.*
7 *Maior pars creditorum quinquennales dilationes indulgere poteſt, etiam in præiudicium creditorum bona hypothecata habentium.*

CREDITORES AN IMPEDIRE POSSINT debitorem volentem cedere bonis per dationem quinquennalis dilationis, & quibus detur electio.

QVAESTIO XXII. Princ.

1 Vigeſimoſecundò principaliter quęro, Debitor † conuẽtus in iudicio debitum agnoſcens vult cedere bonis, creditores verò nolunt, ſed potius ei inducias ad ſoluendum quinquennales indulgere volũt, ad quam dilationem concedendam, vel ad componendum cum debitore cõmuni omnes creditores pro certa die & hora moneri debent, ℭ in certo loco debeant ſuper hoc conueniri; quia omnes in vnum conuenire debent, iuxta l. fi. C. tit. no. & tunc quod maior creditorum pars determinauerit, aliis præiudicat, nõ tantùm preſentibus, ſed ẽt abſentibus citatis, dũmodo tñ ſit maior pars ipſorum, iuxta l. maiorem. cum ibi nota. ff. de pact. & arg. eorũ, quæ no. per Fely. & Doc. in c. cùm oẽs. extra de cõſti. & per ea quæ tradit Laſ. poſt alios in l. & ſuum hęredem. §. hodie. quem legit cum l. iuriſgentiũ. col. 2. in prin. verſ. Videndùm eſt. ff. de pact. & Alex. cõſi. 205. Viſis his. in prin. vol. 2. vel niſi minor pars diſſentiẽs talem debitorem cum iuramẽto obligatum haberet, ea enim inuita & non conſentiente alij creditores quinquennalem dilationẽ concedere non poterũt, etiam ſi Principis reſcriptum interueniat: vt nouiſſimè conſuluit Roland. à Valle conſi. 31. Quia præſens. col. fi. nu. 15. vol. 2. An per hũc modũ ceſſionẽ impedire valeant? Videbatur dicen
2 dũ ℭ ſic, per tex. in d. l. fi. in prin. quę vult, ℭ † creditoribus detur electio. In contrarium eſt veritas; quia ab ipſo debitore creditoribus datur electio, ſi vult & non aliter, ſecundũ gl. Bar. & Ang. in d. l. fi. dicentes ℭ debitor creditoribus dicit, vel date mihi inducias, aut cedã bonis, & ideo creditoribus præferẽ debitor; qa tale beneficium ipſo iure à lege abſq; facto creditorum, immo contra eorum voluntatem ſibi conceditur: vt l. j. C. tit. no. & ſic bonorum ceſſionem impedire nequeunt, ita inquit Saly. in d. l. fi. ver. Quæro debitor cõuentus. quem ſequitur Are. in §. fi. col. 3. in fi. ver. Quęro debitor vult cedere bonis. Inſti. de act. Bal. verò in d. l. fi. poſt prin. ver. Quęro cui datur elect. vult † ℭ hæc electio

4 ſet. Si † verò alimenta alicui debentur, exempli gratia deſcendentibus, vel aſcendentibus, vel per tutorem pupillo, vel his, de quibus per Angel. in leg. Neſennius. §. fina. de re iudi. tunc pro alimentorum ſatisfactione proprietas, quæ patrimonium magis aggrauat, quæ minus ſit vtilis, venundari debet, ita dixit Ange. in dic. leg. qui bonis. & in leg. diuus. verſicu. In text. ibi neceſſaria. ff. de peti. hæredi. vbi refert ſe vnà cum Bald. apud Ariminum conſuluiſſe. & ita refert Alexand. conſilio 72. Viſo. colum. 2. numero 5. uerſicu. Et vbicunque debentur. volumine 5. & in leg. Imperator. in quarto nota. numero 5. ff. ad Trebelli. & ponit idem Alexand. in leg. maritum. in fin. ff. ſoluto matrimonio. dicens prædicta in primo caſu procedere in alimentis titulo lucratiuo debitis, ſecus in alimentis titulo oneroſo, ſeu a cauſa oneroſa procedente debitis, quod dictum ſequitur Deci. in l. diuus Pius. in vltima columna. ad fin. ff. de regulis iuris.

SVMMARIVM.

1 *Debitor poſt ceſsionem acquirens turrim magni valoris, an ad eius venditionem cogatur pro emptione alterius minoris precij, & in reſiduo pro creditorum ſatisfactione. & num. 3.*

2 *Ruſticus*

Source : BIU Cujas

2 *Rusticus quærens post cessionem bonorum domum magni valoris eam vendere tenetur, & humilem emere, & creditoribus dare residuum.*
3 *Doctor vel nobilis aut miles potest domum magni precij post cessionem bonorum, vel beneficium à iure concessum acquisitam pro se retinere.*

DEBITOR POST CESSIONEM acquirens turrim magni valoris an teneatur eam vendere, & domum minoris precij emere, & residuum creditoribus assignare.

QVAESTIO XXX. Princ.

1 TRigesimò principaliter quæro, † debitor post bonorũ cessionem turrim vna valoris mille quæsiuit, creditores instant, vt illa pro eorum crediti satisfactione vendatur, asserentes ꝙ ei tanquàm inopi domuncula minoris precij sufficere debet, debitor verò respõdet se velle eam pro sua habitatione retinere, nunquid ad illius venditionẽ cogi possit, vt aliam domum precij minoris emat, & superfluum tradat creditoribus? Bald. in leg. fina. columna penulti. versicu. Quæro quidam cessit. C. titu. no. allegat Bart. tenere ꝙ non. per leg. qui bonis. ff. eo. quia ei habitationem habere permittitur, ipse tamen tenet, arbitrio iudicis relinquẽdum esse; quia nec delicatus debitor, nec onerosus creditor audiri debet: vt l. si bene. ff. de vsur. facit text. in leg. si seruos. in fin. ff. de pigno. actio. cum ibi not. per glos. fin. & Afflict. in constitu. Regni incip. Omnes baiuli. Si tamen excessus non esset magnus, sed modicus, verbi gratia, si turris venderetur, & pro alterius habitationis emptione parum minus expenderetur, creditor in hoc audiri non debet, sed æquo animo ferre debet, vt eam pro eius habitatione
2 retineat. Si † verò rusticus, vel plebeus esset, qui humiles solẽt habitare casas, iniquum videretur ꝙ in damnum creditoris tur
3 rim pro habitatione, retineret, quod † tamen nobili, vel doctori, aut militi permitteretur, ideò arbitrarium iudicandum est: & cum Bald. transit Salice. in l. ex contractu. in quinta quæstio. C. de bono. auctoritate iudic. poss. Aliam similem quæstionẽ annectere potes, quam ponit Bald. in condemnato. in l. 2. in princip. versicu. Iuxta prædicta quæro. C. quod cum eo. & Alexand. in l. maritum. in vltima colum. versicu. Sed quid si maritus. ff. soluto matrimonio. & aliam similem ponit Deci. in auctenti. præterea. columna fina. versic. Quartò quæritur de quæstione. C. vnde vir & vxor. ad quos breuitatis gratia me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Debitor qui bonis cessit, si conuenitur in bonis post cessionem quæsitis an deducere debeat, quòd salua dignitate sua viuere possit? & num. 3.*
2 *Rusticus in bonis post cessionem quæsitis panem grossum, capas, alleum, & caseum pro alimentis habere debet.*
3 *Doctor, nobilis, vel miles in bonis post cessionem, & post beneficium à lege concessum acquisitis, deducit, quod salua dignitate viuere possit.*
4 *Dignitas viri non attenditur, si mulier ob eius paupertatem sibi succurrere non posset, secus si esset diues.*

IN BONIS POST CESSIONEM quæsitis an habeatur ratio dignitatis personæ debitoris?

QVAESTIO XXXI. Princ.

1 TRigesimoprimò principaliter quæro, † quia cedens in bonis nouissimè quæsitis conuenitur solum in quantum facere potest deducto ne egeat, an etiam deducatur tantum, quòd salua eius dignitate viuere possit? Iacob. de Areti. Bald. & Ange. in l. si maritus in id, soluto matrimonio ponentes in marito quæstionem, qui tantum conuenitur in eo quod facere potest deducto ne egeat, iuxta leg. maritum. eodem titu. tenent respectum aliquem ad dignitatem nõ haberi, sed solum id quod ad victum rantum sufficiat, retinere debet. Contrarium tenet Raph. & Imo. in dict. leg. si maritus in id. argumen. leg. nepos Proculo. ff. de verborum significatio vbi text. allegat in l. tutor secundum dignitatem. ff. de administrat. tuto. cum hac opinio. transit Alberi. de Rosa in dict. leg. si maritus in id. vbi vltra dic. leg. nepos Proculo. allegat tex. in leg. habitatio. ff. de vent. in possess. mitten. & l. penulti. & fi. ff. de in rem ver. idem tenet Bald. in lege 2. in princip. C. quod cum eo. vbi allegat in simili text. in leg. sed & si quid inædificauerit. § sufficienter. ff. de vsufruct. & l. cùm vnus. § alimentis. ff. de alimen. & cibaria lega. idem tenet Ange. & Imola in l. Nesennius. §. fina. in princip. ff. de re iudi. Eandem opinionem tenet Aretin. in §. appellantur. columna 4. versiculo. In eadem glo. ibi idem de donatore. Institu. de exceptio. & in §. Item si de dote. in vltima columna, versicu. Et aduertas, quòd in ista deductione. Institu. de actio. ad quem se remittit ibi Ias. numero 8. dicens, quòd in hac deductione ne egeat, personarum ratio & conditionis personæ haberi debet, vt si nobilis, miles, doctor, vel ru-
2 sticus est. Nam † si rusticus est, satis est, quòd ad alimenta panis grossus, cæpæ, allium, & caseus relinquatur, cùm tales rustici panem ex hordeo, fabis, milica, milio & similibus confectum comedere soleant, non autem ex puro frumento: vt not. glos. in lege seruis vrbanis. in 2. & 3. glos. ff. de legat. 3. & tradit Ripa in tracta. de peste. in rubri. de remed. ad conserua. vber. colum-
3 na octaua, in fin. numero 98. versicu. Nam solent rustici. Si † verò nobilis, vel doctor, aut miles esset, satis turpe foret, quòd solum ei consuleretur, ne mendicaret, & sic quòd duntaxat victum haberet, quòd non diceretur esse absque eius dignitatis dedecore. Sed Imola in dict. l. si maritus. has opiniones ad concordiam reducere conatur, videlicet, quòd si mulier est adeo inops, quòd sibi per talem deductionem succurrere non possit, viri dignitas non attenditur, secus si diues esset, & haberet vnde viuere posset: & hæc concordia placet Aretino in dicto §. Item si de dote. in fin. vbi in proposito bonum text. allegat in auctenti. præterea. C. vnde vir & vxor. & leg. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habitatio. vbi dicitur, quòd quis posse facere dicitur, quod considerata personæ conditione commodè potest. Eandem concordiam sequitur Alexand. in l. maritum. columna fina. versicu. Hæc concordia mihi placet. & illam amplectẽdam arbitror, cùm etiam ob mulieris inopiam maritus beneficio sibi a lege concesso gaudere non posset. vt dixi supra in 13. quæstio. quartæ quæstio. princip. & in decimoseptimo casu. 20. quæstio. quartæ quæstio. principa. numero 30.

SVMMARIVM.

1 *Deductio qualiter in bonis post cessionem quæsitis fieri debeat, & an aliud sit in Iuuene, aliud in Sene, & an pro vno anno, vel maiori tempore? & numero 4.*
2 *Debitor artifex in bonis post cessionem quæsitis sibi computat in deductione, quod ex artificio acquirit.*
3 *Doctor vel miles post beneficium sibi à lege concessum, sibi imputant in deductione ex bonis acquisitis id quod ex aduocatione & militia acquirunt.*
5 *Familia debitoris, quam ipse de necessitate educare oportet, attenditur in deductione bonorum post cessionem acquisitorum.*
6 *Priuilegium alicui concessum pro se, etiam ad ministros, sine quibus esse non potest, extenditur.*
7 *Quis ex alterius persona consequitur, quod ex persona sua consequi non potest.*
8 *Pater & filius vna & eadem persona censetur.*
Maritus & vxor vna & eadem caro sunt.

QVANTITAS REI ET TEMPORIS AN inspici debeat in deductione bonorum post cessionem acquisitorum tàm respectu personæ debitoris, quàm eius familiæ.

QVAESTIO XXXII. Princ.

1 TRigesimosecũdò † principaliter quero, Vidimus supra, quòd debitor cedens in quæsitis de nouo condemnatur in id quod facere potest, habita ratione ne egeat, iuxta l. in condemnatione. ff. de regulis iuris. & quod not. in leg. si maritus in id, per glos. & Doct. ff. soluto matrimonio. & in lege ex contractu. cum concord. C. de bon. auctorita. iudi. poss. Quomodo fiet ista deductio? Petr. de Bellaper. in §. fina. sub numero 6. versiculo. Ecce quid est de fortunis. Institu. de actio. dicit, quòd iudex personæ conditionem inspiciet, vtrum sit artifex, vel non, sed simplex sit, qui victum sibi quærere ignorat; tunc tantum sibi dimittet, quantum ad vitam sibi necessarium est, & si sit persona, quæ secundùm eius conditionem vinum biberet, & carnes comedere debet: vt leg. sed & si quis. ff. de vsufruct. inspiciet etiam personæ qualitatem, si sit Iuuenis, quia tunc diutius viuet, ideo sibi plus assignabit, alioquin si sit senex, non dimittet sibi tantum, sed seruabit formam leg. hæreditatum. in princip. ff. ad leg. falcid. Idem firmat ibi Ioann. Fab. dicens duo esse attendenda, scilicet rei & temporis qualitatem. Ad primum facultates & personæ conditio inspiciuntur.
2 Nam † si est persona, quæ operari possit, quæ officium seu artificium habeat, illud sibi computari debet, & sic illarum operarum fiet deductio: vt est glos. fin. in dicta l. si maritum in id. leg. si quis a liberis. §. sed si filius. cum glos. ff. de libe. agno. & leg. si quis argentum. § sed & si quis. & ibi glos. in verbo donante. C. de donatio. Inspicitur etiam si doctor, vel miles est, † Hi com-
3 putant in huiusmodi deductione quod ex eorum aduocatione & militia acquirunt. Inspicitur etiam, si est nobilis: in his enim cùm ipsi plus expendant & expendere habeant, maior habebitur ratio, quàm in rustico, vel similibus, vt in præceden-
4 ti quæstione diximus. Ad secundum, † non sufficit pro vno tantum anno deductionem fieri, sed attendi debet cuius sit etatis is, pro quo talis deductio fieri debet, & illo tunc simul & semel fiet, cõputatione facta iuxta dispositionẽ d. l hæreditatũ. in prin. & ita ꝑm legẽ ill lã iudicãdum est: vt voluit gl. j. in l. maritũ.

Source : BIU Cujas

ff. ſoluto matrimo. & ita tenent Dyn. Petr. de Bellaper. Ioann. Fab. Ioann. de Plat. Aretin. & Iaſo. in §. item ſi de dote. Inſtitu. de act. & Ang. in l. Neſennius §. fin. in princip. ff. de re iudicat.

5 An † autem quod dictum eſt circa principalis debitoris perſonam, idem etiam dicendum ſit circa eius filios & familiam, quos de neceſſitate educare oportet, & ſine quibus commodè iuxta eius qualitatem & conditionem viuere non poſſet? Videtur quòd ſic, per text. in dicta lege ſi quis a liberis. §. non tantum. cum gloſſ. ibi. de libe. agno. & leg. ſecunda. ff. de vſu & habita. & leg. ſi ſtipulatus fuero. de verborum obligatio. Contrarium tenet Ioann. Fab. quem ſequitur Ioann. de Plat. in dicto §. Item ſi de dote. Tu dic, quòd attenta concluſione, de qua ſupra, & in præcedenti quæſtio. habetur reſpectus ad debitoris qualitatem & conditionem, cum concordia ibi relata, concludendum eſt, quòd huic cedenti haberi debet conſideratio non ſolum de perſona ſua, ſed etiam de perſonis ſine quibus ſecundùm ſtatum ſuum viuere non poteſt: ita voluit Imo. in dicta lege Neſennius. §. fina. declarans dictum Angel. ibi. & hoc probatur ratione ſecundum Aretin. conſilio 17. conſideratis. columna pe-

6 nulti. verſicu. Tertiò quia ſi maritus. Quia † priuilegium alicui pro ſe conceſſum, etiam ad miniſtros, ſine quibus quis eſſe non poteſt, extenditur, leg. adminiſtrantes. §. j. vbi Bart. in prima lectura. & ibi Bald. ff. de excuſa. tuto. idem Bald. in leg. non ſolum. §. qui primipilum. eodem titulo. & in authenti. habita. C. ne fili. pro patre. Idem voluit Staphile. in tract. de lite. gratiæ & iuſtit. folio 154. verſicu. Prætereà hoc eſt priuilegium. in primis impreſ. per gloſ. in capitu. ſtudeat. 50. diſtinctio. dicens quòd ei, qui non conuenitur vltra quàm facere poteſt, tantum relinqui debet, vnde ipſe & ſui miniſtri eidem neceſſarii ſuſtentari poſſint: Faciunt tradita per Deciſ. in lege lecta. columna 5. verſicu. In gloſſ. in verbo de domo. ff. ſi certum petatur. & in lege in omnibus cauſis. numero 8. verſicu. Et licèt regulariter. ff. de regu. iur. & plures deciſiones congerit Iaſo. in lege ſi ſtipulatus fuero per te non fieri. ff. de verborum obligatio. & Felin. in capitulo ſecundo, ſub numero 3. verſicu. Tene iſtam concluſionem, extra de foro competenti. Quòd priuilegium alicui conceſſum etiam eius familiaribus competere dicitur, & habetur per Bart. in l. ſemper. §. immunitati. ff. de iure immuni. & facit text. quem ipſe Areti. allegat. in l. cæterum. ff. de vſu & habi. & pro hac opi-

7 nio. facit illa vulgata regula, quæ habet, Quòd † quis ex alterius perſona conſequitur, quod ex ſua perſona conſequi nō poteſt, vt eſt caſus pulcherrimus in capitu. auctoritate Martini. §. fina. de conceſ. præbend. libro 6. & in capitu. penulti. de præben. eo. lib. & habetur in l. ſi emancipati. & ibi plenè per Iaſ. cum multis ſimili. in ſecunda columna in fin. verſic. Nota tu diligenter. cum duabus ſequentib. C. de collatio. & per Marſi. in ſing. 180.

8 Plura & plura. Quod † etiam probatur ex eo: quia pater & filius vna & eadem perſona cenſetur. lege finali. C. de impube. & aliis ſubſtitut. Et maritus & vxor ſunt vna & eadem caro, iuxta text. in capitu. debitum. cum concord. extra de bigam.

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio an ceſſionario opponi poſsit per creditorem cedentis?*
2 *Exceptio compenſationis competens contra cedentem competit etiam contra ceſſionarium.*
3 *Creditor anterior poſteriori & contra quando præferatur.*

COMPENSATIO AN POSSIT per creditorem cedentis bonis contra alium creditorem, cui bona inſolutum data fuerunt, opponi.

QVAESTIO XXXIII. Princip.

1 TRigeſimotertiò principaliter † quæro, Si debitor, qui bonis ceſſit, vni ex eius creditoribus bona & debitorum nomina inſolutum dedit, iuxta leg. legis Iuliæ. in fin. vbi Barto. & omnes. C. titu. noſt. deinde creditor ille egit contra vnum ex debitoribus ſibi ceſſis, qui compenſationis exceptionem oppoſuit, aſſerens ſe eſſe in quadam partita illius cedentis creditorem an eiuſmodi cōpenſatio admitti debeat? Et hoc caſu diſtinguendum cenſeo. Aut debitor compenſationem opponens fuit a debitore, qui bonis ceſſit, in adiudicatione vocatus, aut non. Primo caſu ſi non comparuit, & in eius creditum petendo, vel in compenſando cum debito negligēs fuit, ob eius contumaciam & negligentiam etiam compenſationem opponere non poterit contra creditorem, cui debitorum nomina & bona cedentis inſolutum tradita fuerunt, cùm negligentia & ipſius contumacia alteri creditori ſolerti nocere non debeat, argument. text. in lege ſi non expedierit. §. j. verſic. Quid ergo. & ibi gloſ. in verbo noceat. ff. de bono. auctoritate iudi. poſſeſ. & cùm differentia eſſe debeat inter deſides & vigilantes. leg. vt perfectius. in princip. & leg. fina. in fin. C. de anna. except. & argument. eorum quæ diximus ſupra in 25. quæſtio. principali. ſub numero ſeptimo. Secundo caſu ſi compenſationem opponens non fuit in dolo, nec in culpa, ſed iuſtam habuit ignorantiæ cauſam ob citationem ſibi non factam, & tunc ſicut fuiſſet in adiudicatione facta creditori admiſſa debiti & crediti compenſatio, ita pariformiter aduerſus hunc ceſſionarium admitti debet. Quia † compenſationis exceptio, quæ cōtra cedentem competebat, eidem contra ceſſionarium compe

2 tit, vt eſt communis opinio tradita per Cyn. Bartol. & alios in lege eius quod. C. de compenſatio. Paul. de Caſtro conſilio 46. Super eo quod quæritur. & conſilio 181. Viſo puncto in cauſa quę vertitur Lucæ. columna ſecunda, numero ſecundo, volumine primo. in nouis. Alexand. conſilio 54. Circa id. columna fina. verſicu. Secundo principaliter volumine ſecundo, & Aretin. conſilio 16. Preſupponitur in facto. in finalibus verbis. Sed

3 in hoc aduertendum eſt, Aut † iſte creditor ceſſionarius ratione ſui crediti anterior, ſiue poſterior erat, ſi anterior, & tunc etiā quòd compenſationem opponens non fuiſſet in adiudicatione vocatus, in hac compenſationis exceptione tanquam poſterior creditor non audiretur, cùm prior in tempore potior ſit in iure. regu. qui prior. de regulis iuris in 6. & l. quoties vtriuſque. ff. eodem titulo, lege qui balneum. in principio. & lege potior. in principio. ff. qui potior. in pigno. habe. Aut erat in hypotheca poſterior, & compenſationem opponens ſine hypotheca anterior, & idem dicendum eſt, vt eſt text. & ibi nota. Barto. in lege creditor qui prior. §. ſi primus. ff. qui potio. in pigno. habe. & tradunt Mod. Fanen. in tracta. de pigno. in 2. membro quintæ partis. in princi. in j. ampliatione. Si verò cum hypotheca anterior erat, & tunc dic vt ſupra in prima diſtinctione dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Ceſsio bonorum poſt appellationem ab interlocutoria habente vim diffiniuę, an per modum attentatorum reuocari poſsit?*
2 *Attentata ante omnia reuocantur non diſcuſſo aliter appellationis articulo, & quæ dicantur attentata. & numero 4.*
3 *Ceſsio bonorum etiam poſt appellationem à diffinitiua fieri poteſt.*

CESSIO BONORVM AN PER modum attentatorum reuocari poſsit.

QVAESTIO XXXIIII. & vltima Princip.

1 VLtimò principaliter quæro, quid † ſi poſt appellationem ab interlocutoria vim diffinitiuę habente interpoſitam debitor ceſſit bonis, an huiuſmodi bonorum ceſſio per modum attentatorum poſſit, vel reuocari debeat? Gui. Pa. conſi. 124. Circa materiam. columna 3. in princip. verſicu. Ad ſecundum quæſitum. numero tertio, decidit, quòd ſi bonorum ceſſio ante inhibitionem facta fuit, reuocari non poterit, ſed differri debebit, donec de appellatione cognitum fuerit. allegat text. in capitu. non ſolum. § fina. de appellatio. in 6. tradunt domini de Rota in deciſ. 412. Si appellatur. in nouis. & Felyn. in capitu. ſuper quæſtionum. §. fin. extra de offic. delega. Tu dic, quòd etiam ſi poſt inhibitionem facta fuiſſet, & poſt appellationem a diffinitiua interpoſitam tanquàm quid attentatum reuocari non poterit. Quamuis regu-

2 la ſit, ante † omnia attentata etiam non diſcuſſo appellationis articulo reuocari: vt in dicto capitu. non ſolum in princi. & ibi

3 Cano. Tùm †, quia bonorum ceſſio etiam poſt appellationem a diffinitiua poteſt agnito debito in iudicio fieri, & eiuſmodi ceſſio valet iuxta declarationem per Aretin. traditam in §. fin. columna 3. ad fin. verſicu. Nec ob. dicta l. prima. Inſtitu. de actio. ſm quā ita fuit deciſum in ſacro conſilio Neap. vt atteſtat Aſflic. in deciſ. 296. Quidā debitor. in fi. & ita cōſuluit Rolā. a Valle cōſi. 7. Quoniam. col. 2. n. 8. ſub verſi. Secūdò reſpōdet. vol. 2. Tùm ēt quia talis ceſſio facta ſeruatis de iure ſeruādis dici non

4 poteſt eſſe de attentatis. Cum ceſſio † ſit de his quæ licitè fieri poſſunt, Et ea, quæ licita ſunt, attentata nō dicuntur; quia cùm pendente appellatione aliquid attentetur quod ſit licitū, prout in præſenti caſu, ex quo cedens facere poteſt quod de iure ſibi competit, illud tanquàm attentatum reuocari nō poteſt, cùm nihil innouari videatur ſecundum gloſſ. in dicto capit. non ſolum. §. fina. in gloſſ. magna. Faciunt dicta per Aufrer. in Capella. Tholoſa. quæſtio. 500. in verſicu. Et ideo attentata pendente appellatione. Præterea ſi debitor poſt appellationem fuit ad bonorum ceſſionem admiſſus, non eſt dubitandum, quòd ſi appellatus per cedentem fuerit citatus, vel in iudicio comparuerit, per quam comparitionem & agnitionem debiti in iudicio factam, appellatus ipſe nedum tacitè, ſed expreſsè huiuſmodi ceſſioni conſenſiſſe videtur, meritò de attentatis amplius opponi non poteſt, Cùm ſcienti & volenti non fiat fraus, neque injuria, regu. ſcienti. de regulis iur. in 6. cum vulga. traditis per Iaſ. in l. cum donatio. in princi. C. de tranſa. Pro quibus faciunt not. per Affli. in deciſ. 98. Pulchrum eſt dubium. in fi. vbi inquit, quòd attentatorum remedium ad partis inſtantiam locum nō habet,

Source : BIU Cujas

habet,quando de non iure petentis attentatorum reuocationem notoriè conſtat. Et ex his expedita redditur per me Matthæum Brunum Iuriſconſul. Ariminenſem hæc præſens ceſſio nis bonorum materia,in qua ſi quid boni reperitur,altiſſimo ac omnipontenti Deo laus,honor & gloria attribuatur. Si verò aliquid,quod legentis aures offendat, culpæ meæ aſcribatur, iuxta illud Auguſtini in 15.c.Soliloquiorum. dicentis. Si quid boni eſt,parui,vel magni,donum tuum eſt,& noſtrum,non,niſi malum,eſt.

DE INOPE DEBITORE

Ex Caſtelliana conſuetudine creditoribus addicendo.

PER GASPAREM BEATIVM.

Ante omnia, ipſa legis verba, viſum eſt hic annectere,vt ſi quid lector deſideret,habeat vnde facile petat.

SI algun home fuere metido en priſion por deuda que deua à aquel que le faze meter enla priſio de le complimiento de pan y de agua nueue dias, y el no ſea tenudo de darle, mas ſi no quiſiere,mas ſi el mas quiſiere auer de otra parte aya lo y ſi eneſte plazo pagar no pudiere, ni pudiere auer algun fiador ſi huuiere algũ meneſter recaudelo aquel aquien deue la deuda de guiſa que pueda vſar ſu meneſter,y delo que el ganare de le que coma y qne viſta guiſadamente, y lo demas recibalo en cuenta de ſu deuda, y ſi meneſter no ouiere,y aquel aquien deue la deuda le quiſiere tener mantengale aſſi como ſobre dicho es, y ſiruaſe del y el juez limite tiempo al deudor que à de ſeruir al acreedor.

SVMMARIVM.

1 *Debitor inops de iure ciuili liberatur cedendo bonis, & non amplius conuenitur,niſi venerit ad pinguiorem fortunam.*
2 *Ceſſio bonorum iure ciuili ſola voluntatis profeſſione fit, nõ adhibita alia ſolemnitate.*
3 *Iure Romano debitor nullo modo eſt adiudicandus creditori,neque ab eo retineri poteſt.*
4 *Obligatus ad factum liberatur ſoluendo intereſſe.*
5 *Debitor regulariter,etiam ſi ſoluendo non ſit,non poteſt cogi ſeruire creditori.*
6 *Ius ciuile non præſtat creditori ius ſuper debitorem ob debitam pecuniam.*
7 *Detinens debitorem in priuato carcere amittit debitum.*
8 *An autem hoſpes pro debito detineri poſſit.*
9 *Promiſſio & pactum expreſſum factum aduerſus ſtatum naturalem hominis non valet etiam iuratum.*
10 *Ruſtici & vaſalli non poſſunt facere inſtrumenta in præiudicium ſuæ libertatis.*
11 *Nemo poteſt ſe obligare cum iuramento ad ſeruitia perſonalia, niſi ſit libertus.*
12 *Si quis faciat aliquem hominem confiteri quòd eſt homo ſuus,& exigit ab eo iuramentum fidelitatis,non ex hoc fit eius dominus.*
13 *Pactum à me factum,per quod promitto non recedere à tali loco, eſt quædam ſpecies ſeruitutis.*
14 *Religio eſt quædam ſeruitus,& liber homo poteſt ſe obligare ad religionem, valetq; inſtrumentum,in quo ſe quis & ſuos ad ſeruitium perſonale obligat,authore Speculatore.*
15 *Speculatoris opinio diſcutitur.*
16 *Nemo poteſt locare operas ſuas alteri in perpetuum, & præcipue ſi ſit actum: & non poſſit ſeruire per ſubſtitutum,& ibi de opinione Paul. Caſt. in l. antiquitas.C.de vſufructu,& num.17.*
18 *Ad tempus facta locatio operarum valet & obligat.*
19 *Cadauer non poteſt detineri,etiam ſi non ſit,vnde diſſoluatur æs alienum,& creditor petens cadauer ſequeſtrari,vel loco debiti ſibi dari, cadit ab actione,& hæredibus defuncti erogare tenetur.*
20 *Creditor appellans,ne debitoris cadauer ſepeliatur,donec ſibi debitum ſoluatur,non auditur,etiam ſi debitum ſit plusquam liquidum, & inſtrumento guarentigio debeatur num.21. & 22.*
23 *Homo mortuus non eſt iam homo,& ideo cadauer retineri non poteſt actione perſonali.*
24 *Intellectus.cap.ex reſcripto. de iureiurand.deſcutitur, & ibi,an liber homo pro pignore dari,aut retineri poſſit,& num. 25.*
26 *Executio,ſi ſit facienda aduerſus debentem ex cauſa iudicati vel alia ſimili executionem merenti,debet prius fieri in bonis debitoris, & ante non poteſt capi eius perſona,& debitor habens bona non incarceratur.*
27 *Hodie quare debentes ex inſtrumento publico abſque citatione vel excuſſione in carcerem mittuntur,niſi præſtent fideiuſſionem, quod vulgò dicimus deſaneamiento.*
28 *Quamuis à captura non ſit incipiendum in debitore,ſed prius debeat in bonis fieri exequutio,tamen poteſt exequutor hodie capere debitorem, compellendo vt indicet bona,in quibus faciat exequutionem.*
29 *Debitor cui facta fuit exequutio in bonis,ſi non habet fideiuſſorem, quem vulgus appellat de ſaneamiento, ſi proferat teſtes citato creditore affirmantes illa bona eſſe debitoris, debet dimitti à carcere, tales tamen teſtes tenebuntur, ſicut fideiuſſores & nominatores.*
30 *De iure ciuili debitoris perſona non capitur, niſi ſit debitor ex cauſa iudicati, & ibi an debitor non ſeruato ordine captus, ſit dimittendus, ſi vere ſit debitor, & incarceratus pro debito falſo an poſſit detineri pro debito vero alieno.*
31 *Hodie iure regio ob debitum inſtrumento publico fit exequutio,dummodo inſtrumentum ſit liquidum habens clauſulam guarentigiam, & ibi de lege Madrid,anno 1534 & debitor capitur, & nume. 32.*
33 *De iure ciuili captura non poteſt fieri etiam in caſibus, in quibus executio admittitur,niſi prius exequutor oſtendat præceptum iudicis manu tabellionis ſignatum & à iudice ſubſcriptum.*
34 *Debitor captus dimittitur à carcere,ſi in fideiuſſorem det filium ſuum,dummodo ſit idoneus filius.*
35 *Non valet de iure ciuili pactum,quo debitor ſe aſtringit creditori, vt capiatur & incarceretur,ſi non ſoluat, & idem quòd propria authoritate capiatur per creditorem,& in carcerem intrudatur,num.36.*
37 *Ante condemnationem non capit iudex debitorem,& pactum contrarium initum inter creditorem & debitorem non valet.*
38 *Ordo pertinens ad cauſæ cognitionem,qui eſt inductus in fauorem iudicis etiã pacto creditoris & debitoris,omitti non poteſt,limitatur tamen, ſi debitor debeat ex inſtrumento guarentigio habente de iure regio exequutionem paratam,quia valet pactum. nume.39.*
40 *Exceptio nullitatis ſententiæ aut inſtrumenti guarentigij nõ impedit capturam debitoris, niſi nullitas conſtet ex ſententia vel inſtrumento.*
41 *Beneficio ceſſionis bonorum renuntiari non poteſt etiam per iuramentum. numero 42.*
43 *Debitorem poſſe capi & mitti in carcerem ob debitum æris alieni non eſſe contra bonos mores,ſecus verò priuatio beneficij ceſſionis bonorum, quãdo debitor caret bonis.*
44 *Conſtitutiones epiſcoporum, quòd debitores excommunicati etiam ſi bonis ceſſerint non tradantur eccleſiaſticæ ſepulturæ aduerſantur bonis moribus,& ibi de opinione Ioann. Fab.*
45 *Licet renuntiatio ceſſionis honorum etiam iurata non obliget,nec ſit ſeruanda: operatur tamen,vt debitor cedens ſi perueniat ad pinguiorem fortunam,poſſit conueniri etiam vltra quàm facere poſſit,nulla re ſibi relicta ad alimenta.*
46 *Debitor carens pecunijs ſatisfacit dando aliquid de bonis ſuis, & creditor compellitur accipere,ne debitor cogatur vili vendere & in carcere eſſe, etiam ſi ſe obligaſſet ad ſolutionem in pecunia numerata.*
47 *Debitor præbet curam ad pecuniam inueniendam,& non potens inuenire demum cauet de euictione pro re,quam in ſolutum dat, & tradit creditori inſtrumentum titulorum,& ibi de alijs.*
48 *Eccleſia ſi ſit debitrix & vtatur remedio authenti.hoc niſi debitor. non poteſt creditor eligere rem immobilem meliorem.*
49 Remedio autem hoc debitor renuntiari an poſſit.
50 *Debitor iurans in pecunia ſoluere,an iuuetur remedio hoc.*
51 *Etiam poſt capturam,& dum eſt in carcere vtitur debitor remedio hoc aduerſus Caſtellum.*
52 *Notabilis opinio ex hoc traditur in fauorem inopum debitorum, quando creditores ſunt diuites.*
53 *Pro pecunia data & mutuata debitori ad alimenta filiorum ſuorum agit creditor aduerſus filios debitoris & contra vxorem pro pecunia à marito mutuata, quam expendit in habendo vxorem.num. 54.*
55 *Iure Gallico debitor pro debito non poteſt incarcerari, niſi id promiſit & obligatus aut condemnatus.*
56 *Iure Hiſpanico & antiquiſſima conſuetudine, ceſſione bonorum facta,debitor inops traditur creditori, vt ſatisfaciat creditori tempore ſeruitij à iudice taxato iuxta ſummam debiti.*
57 *Roderici Xuarez laus & ibidem de opinione Accurſij & cæterorum de inope debitore tradendo creditoribus ad dilacerandum.l.12. tabularum, & num. 58 & 59.*
58 *Filij pro debitis parentum olim iure Romano detinebantur à creditoribus. Idem more Hebræorum.num. 61. & 62.*
59 *Scelus nefandum.C.Pub.in Lucium Papirium, quare à CC. Roman. & dictat lex vt bona debitorũ non autem eius corpora eſſent debitis obnoxia, & numero 63.*
60 *Theodoſij tempore debitor ceſſione bonorum liberabatur,deinde ad reſtitutionem quantitatis debitæ cogebatur ſuppliciorum acerbitate.*
61 *L.fin.C.de cap.& poſtlimi.reuer. declaratur.*
62 *Apud Romanos mos antiquus contra debitores inopes, qui ſoluendo non erant.*
63 *Debitor debens monaſterio & non habens vnde ſoluere,liberatur ingrediendo ipſum monaſterium.*

Source : BIU Cujas

64 *De iure regio adulter & adultera marito traduntur, vel vt eos occidat, aut pro ſuo arbitrio faciat, & eorum bona maritus occupat.*

65 *More abiſinorum homicida traditur propinquis interfecti, vt eorum arbitrio ſanguinis ſuæ iniuriam vendicent, vel homicidam vendant, vel tormentis enecent, & moræ Romano fur domino rei furatæ aliquando tradebatur, vt eius ſeruus eſſet.*

66 *Debitor non admittitur ad bonorum ceſſionem, niſi creditores inſtent.*

67 *Operæ debitoris addicti creditori extenuant ſortem principalem debiti, & ibi de intellectu. l. 2. C. de patri. qui fili. diſtraxe.*

68 *Iure regio licèt ceſſio debitoris inopis non liberet in totum, ſed teneatur, ſeruire creditori: extra iſtum tamen caſum ceſſat inducta in fauorem libertatis debitorum tam iure ciuili quàm regio correcta non ſunt.*

69 *An ſicut iure Hiſpanico beneficium ceſſionis bonorum eſt ſublatum, ita etiã forma ceſſionis iure ciuili inducta ſit ſublata.*

70 *Forma ceſſionis bonorum iure Romano & conſuetudines aliquarum regionum, & populorum circa eam.*

71 *Quare de iure Hispanico torques ferreus à creditore debitori ponitur, & q̃ denotetur, & numero 76.*

72 *Pœna clerici falſantis literas regias.*

73 *Meretrices cogi poſſunt portare cultum diuerſum à fœminis honeſtis.*

74 *Pœna de iure regio contra ſecundò nubentes viua prima vxore.*

DEBITOR INOPS
DE IVRE CIVILI

Compelli non poteſt ad præſtandum creditori operas, neque ipſi addici debet, quamuis ſoluendo non ſit, ſed cedendo bonis liberatur. At iure Hiſpanico ceſſio bonorum non liberat cedentem, ſed tradi debet creditori, vt operis artificialibus vel reuerentialibus creditum, perſoluat, & vnde hoc ſumpſerit originem.

Caput Primum.

1 

DEBITOR † inops (iure ciuili) cedendo bonis liberatur, ceſatq; deinceps moleſta debiti efflagitatio, neque amplius cõuenitur, niſi pinguiorem nactus fortunam, ita eſt lege Iulia conſtitutum, cuius meminit Diocletianus in l. legis Iuliæ. C. qui bon. ced. poſſ l. is qui bonis. ff. de ceſſ. bon. & probatur in Codice Theodoſiano titulo, qui ex lege Iulia bonis cedere poſſunt. & §. fin. inſtitu. de actio. Solaque ceſſione debitor effugit carceris tedium, & cum vel caſu, vel fortunæ iniquitate, vel (vt rectius loquar) arcano diuini numinis iudicio eis rebus careat, quas vulgus ſtupidum tanti facit; tamen hoc Sole, hac Luna, hac communi luce perfruitur carceris anguſtiis liberatus. l. j. in fine. C. qui bon. ced. poſſ. & ibi notant Bald. Salyc. & omnes doctores. l. 3. titu. fi. parte 5.

2 ¶Ceſſio † autem bonorum iure ciuili ſola voluntatis profeſſione fit non adhibita alia ſolemnitate. l. in omni ceſſione. C. q̃ bon. ced. poſſ. Spoliatusq; bonis per ceſſionem, libertate dono inæſtimabili gaudet nouęq; fortunæ conſilia agitans ſpem meliorem induit. Ita enim decuit Romanos viros libertatis aſſertores, vt qui regibus & principibus excuſſis ſibi viuere, nullius imperio ſubigi patiebantur. Viliſſime pecuniolæ mancipia ne fierent. Ne ve pecuniæ credite ratione cogerentur creditorib. ſeruire. Idem apud nos legitur in eis conſtitutionibus, quas q̃ in ſeptem partes ſint diſtributæ, ſeptem partitas appellamus in l. 3. & 4. titu. 15. parte 5. l. 2. titu. 21. parte j. Illæ enim leges per omnia referunt ius Romanum, licet apud nos non ꝑfus in vſu ſint.

3 ¶Neque † eĩ vllo modo debitor (vel extrema preſſus inopia) adiudicandus eſt creditori de iure Romano, neque ab eo prætextu non ſoluti debiti retineri poteſt. l. fi. ff. de lib. homi. exhib. authen. vt nulli iudicum. §. quia verò. auth. imo. & l. ob æs. C. de actio & obliga. vtrobique Dd. & in c. 2. de pigno. latè Ripa in l. obligatione generali. num 9. ff. de pigno. Regia. l. 2. titu. 21. parte j. cuius verba ſunt. Por el debdo que deuieſſe, non deue ſeruir nin ſer preſo de ninguno. Quinimmo, etiam ſi quis promiſerit operas, non poteſt retineri, vt eas præſtet: quoniam ſoluendo intereſſe liberatur. l. in ſtipulationibus. §. operarum. ff. de verborum obligatio. l. ſi quis ab alio. §. fi. ff. de re iudi. & ibi vide Iaſ. num. 4. Ripa in l. obligatione generali. num. 9. ff. de pigno. Saly. in l. antiquitas. num. 4. C. de vſufru. Soci. conſi. 99. num. 8. libro j. de qua re tex. & Dd. in l. 51. hi cõtra quos. C. de loca. Quod lector, intelligẽdum, ſi habet vnde ſoluat intereſſe: ſi eĩ inops eſſet, cogi poteſt etiam de iure ciuili ad præſtandum operas, neque cedendo bonis liberatur. Obligatus enim ad factum poſſibile non liberatur cedendo bonis: quoniam ratio, propter quã ceſſio liberat, eſt: quia debitor non habet vnde ſoluat. Cùm autem obligatus ſit ad factum, inopia nihil impedit, quominus illud præſtare poſſit, vt dictat ſenſus communis, ergo non liberatur cedendo. Ita docet Cyn. in l. j. C. de ceſ. Bart. in l. is qui bonis. §. j. ff. de ceſſio. bon. Faber in §. vlti. Inſtitu. de actio. & ibi. Iaſ. nu. 12. Bald in l. j. colum. 2. C. de ceſſ. bono. Cum aliis citatis per Iaſ. Beſſian. in conſue. Aluerniæ, titu. de ceſſio. colum. 3. Cyn. in d. l. j. C. qui bon. ced. poſſ. dummodo factum ſit poſſibile, vt intelligit Bald. d. l. j. colum. 2. Roder. in repe. l. 2. titu. de los gouiernos. colum. 4. in princi. Beſſian. in loco ſupra citato. Soci. regu. 46. Fallen. ſexta, Aufrer. deciſio. Tholo. 134.

4 ¶Obligatus † enim ad factum liberatur præſtando intereſſe, q̃ ſi intereſſe ſoluere non poteſt, non liberatur. l. in ſtipulationibus. §. fi ff. de verborum obligatio. Tenebitur tamen creditor præſtare victum ei, qui inops operis factum præſtare vult, argu. l. ſuo victu. ff. de oper. lib. ita docet Faber, & Iaſ. num. 12. in d. §. fi. inſtitu. de actio. Et hoc caſu procedit gloſa in l. ſtipulatio. §. ſiue autem. ff. de noui oper. nuntia. Quæ docet, ſcriptorem (quem latinè librarium dixeris) poſſe compedibus ligari, quouſq; præſter, quod ſcribere promiſit; eſt enim intelligenda, quando librarius non poteſt ſoluere intereſſe, ſi eſt electa induſtria perſonæ. Abb. c. 2. de pigno. colum. 2. Montal. in l. j titu. 15. parte 5. argu. l. inter artifices. ff. de ſolu. aliàs reprobatur communiter teſte Alex. in l. alia. §. eleganter. ff. ſoluto matrimo. ita declarãt eã gloſ Faber. Platea, & Iaſ. num. 12. verſic. & in iſtis terminis, in d. §. fi. inſti. de actio & q̃ ſit communiter reprobata, teſtatur Rip. in d. l. obligatione generali. num 9. Iaſ. vbi ſupra nume. 12. Illud nota, q̃ obligatus ad factum ex reſcripto Principis, qui id ſibi mandat, tenetur facere executiue, cogi poteſt etiam de iure ciuili. l. 52. incipit. Quales cartas deuen ſer cumplidas ſin pleyto. titu. 18. parte 3. notat Roder. in repe. l. poſt rem. in nono caſu, incipit item eſt alius. ff. de re iudi.

5 ¶Itaque † regulariter debitor etiam ſi ſoluendo non ſit, non poteſt cogi de iure ciuili ſeruire creditori. Quinimmo in caſu ſupradicto, etiam ſi quis cogatur præciſe factum præſtare, eſt: quoniam quivis ſe obligare, poteſt ad prẽſtationem operarum. l. qui operas. ff. loca. non tamen ex eo in eius perſonam creditor ius habet, vt probat gloſa & Felin. in c. ex reſcripto. de iureiurã. colum. penul. Nam habere ius reale ſuper perſonam debitoris, qui ſolum debitor eſt ratione pecuniæ, vel alterius rei creditæ, eſt ſpecies ſeruitutis: ſpecies autem ſeruitutis ſuper liberum hominem neque volente eo induci poteſt. l. nec ſi volueris. C. de libe. cauſ. Ideo creditor petens a *librario*, qui promiſit ſibi librũ deſcribere, vt præcisè ſibi *librum* deſcribat, quamuis ad id *libra*rius inops cogatur, ſi intereſſe ſoluere non poteſt; quia eſt debitor facti, non tamen ob id creditor habet ius ſuper eius perſonam, ſed ſolum actionem aduerſus eum, vt notat Ripa in d. l. obligatione generali. num. 9. ff. de pignor. Prẽterea qui promiſit factum cum iuramento, tenetur illud præciſe præſtare. gloſ. in l. ſi pecuniam. ff. de cond. ob cauſam. Deci. capitu. j. colum 13. de iudici. verſicu immo quia Barb. conſi. 36. colum. 20. verſicu. capio lib. 2. Gozad. conſi. 27. colum. 2. & conſi. 100. colum. fina. Alex. conſi. 37. colum. 5. lib. 2. num. 25. & eſt communis opinio teſte Roland. conſi. 6. num. 32.

6 ¶Non † enim ius ciuile ob debitam pecuniam ius creditori præſtat ſuper debitorem, neque permittit quemquam *liberum* hominem pignori aut hypothecæ dari pro pecunia: vt in auth. vt nulli iudicum. §. quia verò. l. qui filios. C. quæ res pign. oblig. poſ. & qui ſciens illum pignori accipit, relegandus eſt. l. fi. ff. quæ res pigno. oblig. poſſ. & amittit debitum, inſuperq̃ tantundẽ ſoluit, vt in d. §. quia verò. Immo neq; volens poteſt quis ſe pignori dare, vel locare: vt in l. ob æs. ſecundùm vnam lectionẽ. C. de actio. & obliga. docet Ripa in d. l. obligatione. num. 9. Neque obſtat, q̃ liber homo vendi poteſt, ſi patitur ſe vẽdi ad pretium participandum. §. ſerui. inſtitu. de iure perſo. id enim verũ, quãdo emptor ignorat eum eſſe liberum. l. liberis. §. ſi q̃s ſciẽs. ff. de lib. cauſ. l. non ideo. l. ſi miniſterium. C. eod. & concurrentibus aliis quorum mentio fit in dicto §. ſerui. & in l. ſeruorum. ff. de ſtatu homi. Et concurrentibus illis liber homo pignori dari poteſt. l. vſumfructum. ff. de libe. cauſ. non aliàs.

7 ¶Ratio † autem, propter quam debitor etiam inops non cogitur iure ciuili ſeruire creditori eſt: quoniam debitum ęſtimabile, libertas autem inæſtimabilis eſt. Neque afflicto ex inopia eſt danda afflictio. Neque eſt æquum, vt pecunia credita nõ ſolum deuoret facultates, ſed veluti cancer ſerpendo ad corpus etiam perueniat. Detinens autem debitorem in priuato carcere amittit debitum. l. extat. ff. quod metus cauſ. & l. fin. ff. eodem titu. An autem detentus a creditore poſſit illum prouocare ad ſingulare certamen, proponit & deſinit Bald. conſi. 247. nume. fin. libro 2.

8 ¶An † autem hoſpes ꝑ debito retineri poſſit, vide Aymõ. in Cõmẽtariis cõſuetudinũ Aluernię, ti. de executiõe. art. 62. ad fi.

¶Adeo

Source : BIU Cujas

¶Adeo autem debitor inops non cogitur creditori ſeruire, adeoque iuris prudentibus ſeruitus etiam imaginaria diſplicuit in homine ingenuo, vt promiſſio & pactum expreſſum factum aduerſus ſtatum naturalem hominis non valeat, etiam ſi ſit iuratum, argu. l. nec ſi volens. & l liberos. C. de libe. cauſa. vbi hoc notat Bald. & ſequitur Afflict. in conſtitu. Neapoli. in conſtitutione incipiente, quia frequenter. num. 2. verſicu. ſed in contra-
9 rium. Liber † enim homo non eſt in noſtro commercio, neq; in commercium adduci poteſt. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. & liberum corpus eſtimationem non recipit. l. fin. ff. de his qui deiece. vel effude Hinc Bald. in l. fi. C. de tranſactio. ſcribit, ꝙ non valet pactum hominis liberi, per quod ſe facit hominem alterius, argumento dictæ. l. nec ſi volens. de qua re vide Lucã Pen. in l. cum ſcimus. colum. 2. C. de agricol. & cenſi. Guido, qui contra ſentit deciſio. 314. Fab. in §. pe. inſtitu. de iure perſo. & ꝙ nõ ex hoc deſinit eſſe liber,

¶Rurſus idem Bald. in l. ſi qua pecunia. C. de oper. liber. do-
10 cet, ꝙ † ruſtici & vaſalli non poſſunt facere inſtrumẽta in præiudicium ſuæ libertatis, & ſequitur Afflict. in dicta conſtitutione. quia frequenter. nume. 2. verſic. bene facit.

¶Præterea Lucas Pen. in l. cùm ſcimus. colum. 2. verſic. quid
11 ergo. C. de agricol. & cen libro 11. docet † ꝙ nemo poteſt cum iuramento obligare ſe ad ſeruitia perſonalia, niſi ſit libertus. l. ſi quis ꝑ eo ff. de fideiuſſo. Nam opera liberi hominis ius non tribuit in perſonam. l. i. ff. de oper. ſer. nam in hoc caſu videtur Lucas loqui, quando ſcilicet opera præſtaretur tanquàm ab homine, ſuper quo ſtipulator habet ius reale.

12 ¶Hinc † ſi quis faciat aliquem hominem confiteri, ꝙ eſt homo ſuus, & exigit ab eo iuramentum fidelitatis, non ex hoc fit eius dominus, auctore Innocentio in capitu. dilectus. de capel'. Monach. quem refert & ſequitur Bald. in lege 2. columna 14. C. de ſerui. & aqua, quia non poterat ei tradere id, quod confitetur.

Hinc dimanat, quod ſcribit Dynus ĩ l. Titio cẽtum. § 2. ff. de
13 condi. & demonſtra. ꝙ † pactum à me factum, per quod ꝑmitto non recedere a tali loco, eſt quædã ſpecies ſeruitutis, de qua re meum ſenſum alibi proferam: vide Specul. titu. de locato. §. poſtquam. verſicu. ꝙ ſi quis.

14 ¶Hæc † omnia (meo iudicio) candidè interpretanda ſunt, quando ex promiſſione, vel pacto ſtatus hominis labefactaret: ita vt ſtipulator præſumeret ſuper ꝑmiſſionem habere ius reale, aliàs quiuis ſe obligare poteſt ad præſtationem operarum. l. qui operas. ff. loca. & docui ſupra num. 5. verſic. itaque. facit tex. in cap. grandi de ſupplen. negli. præla. lib 6. verſi. fidelitate iuramento ſiue pacto. Et valet inſtrumẽtum, in quo liber homo ſe & ſuos deſcendentes obligat ad certum ſeuitium perſonale in perpetuum, ſi credimus Specul. titu. de feud. §. quoniam. verſic. j. vbi re in vtramque partem argumentis librata definit, ꝙ ex iſta promiſſione de præſtando ſeruitium perſonale nõ fit promiſſor ſeruus, & ꝙ ſtipulator in reliquis tenetur eum conſeruare in ſua libertate. Citat. d. cap. grandi. & l. cùm ſcimus. C. de agricol. & cenſi. lib. 11. & ꝙ homo liber poteſt ſe obligare ad religionem, vt patet ex titu. de regularibus, non obſtante ꝙ religio eſt quædam ſeruitus. c. multos. 54. diſtĩctione, & homo poteſt conditionem ſuam grauare pactionibus. § pen Inſtit. de iure. perſo. & huius opinionis eſt Albe. in l. fin. in fine. C. de patrib. qui fili. diſtraxe. Sed de hac Speculatoris opinione dubitat Affl. in conſtitu. Siciliæ, incipiente quia frequenter. col. 1. & 2.

15 ¶Equidem † de hac Speculatoris opinione, vt nihil temere affirmare velim, ita mihi prorſus diſplicet, obligationem patris obligãtis ſe & ſuos deſcendentes ad certũ ſeruitiũ perſonale ligare deſcendẽtes: neq; enim pater meus ſuis pactis conditionẽ meam deteriorẽ facere poteſt l. tranſactione matris. C. de trãſactio. neque pater meus poteſt me obligare, vt Titio ſeruitia præſtem: cùm neq; ipſi patri filius debeat operas artificiales, auctore Bald. in Authen. ex teſtamento. num. 8 C. de collatio. Iaſ. in l. illud. colum. pen. C. eodem titu. Arnoldus Ferron. in conſuetudinibus Burdegal. titu. j. § j. colum pen. Quod eſt veriſſimum de iure ciuili, vt ſcilicet filius non teneatur exhibere patri operas artificiales, vt latè pro mea mediocritate ſcripſi in tractatu de decima tutori Hiſpanico iure præſtanda, cap. 2. nume. 12. & 13. verſic. deinde filius. Quanto minus pater poterit obligare filiũ vt operas extraneo præſtet. Præſertim in perpetuum tam ipſe quàm eius deſcendentes. Simile quiddam ſcribit Guido deciſio. 315. ſed iuxta præmiſſa. verſicu. ſed quid. Et notat expreſsè Antonius Nicellus in tractatu de concordia gloſarum, capitu. 80. & dicit hoc caſu loqui gloſam in l. poſcenti. C. de lib. cauſa. & non valere pro filio.

16 ¶Præterea † ꝙ attinet ad ipſum promiſſorem, durum videtur: nam quando quis ſe obligat in perpetuum ad certum ſeruitium perſonale, videtur obligationem non valere; quoniam nemo poteſt locare operas ſuas in perpetuum, iuxta gloſ. in l. poſt certi. C. de libe. cauſ. argum. l. 3. ff. de lib. homi. exhi. & l. Titio cẽtum. §. Titio. 2. ff. de condi. & demonſtr. præſertim ſi actum ſit, vt non poſſit ſeruire per ſubſtitutum, ſed ꝙ præſtet ſeruitium per ſuam perſonam: quia videtur induci ſeruitus, vt ſignificat Paulus in l. antiquitas. nu. 4. C. de vſufru. & ibi. Bal. quo caſu hãc pronũtiat communem opinionem Boer. in tractatu de auctoritate magni conſilij (ſi eius eſt) nu. 34. Salyc. in l. antiquitas. nu. 4. dũ ſupponit eo caſu hanc obligationẽ valere: quia promiſſor ſeruire poteſt per ſubſtitutum, vel ſoluere intereſſe, ſi operas ꝑſtare nolit. Quamuis aduerſus hoc facit, quod Paul. ibi. nu. 4. dicit, quòd quis poteſt locare operas ſuas in perpetuum, quando actum eſt, vt ſeruiat per ſubſtitutum, vel quando inops eſt, & nõ habet vnde viuat, & ſic ſupponit, quòd valet, etiam ſi nõ poſſit ſoluere intereſſe. Sed certè hæc opinio Pauli durior eſt, quàm Chriſtiana charitas patiatur, niſi locator pecuniam tantam receperit, ex qua ſemper debitor ſit creditoris; tunc enim ex hac Hiſpanię conſtitutione, quam enarramus, poterit cogi creditori ſeruire. Aliàs ſi pecuniæ acceptæ ſatisfeciſſet, vel ſolũ obligat⁹ eſſet ex promiſſione nulla accepta pecunia neſcio an cogendus eſſet perpetuò ſeruire. Nam ſi ſpontanea animi liberalitate nulla accepta pecunia promiſit, donationem contulit in ſtipulatorem & mitiſſime agendum eſt cum donatario. Vt in l. inter eos. § is quoque. ff. de re iud. Si verò pecuniam accepit & ei ſatisfecit dimitti debet: ſi verò non ſatisfecit & habet facultates ſoluat intereſſe & liberabitur. Si verò non habet vnde ſoluat intereſſe, & pro parua pecunia promiſit perpetuò pręſtare operas, & tot operas præſtitit, quæ æquiualent ſummæ, non eſt cogendus præſtare operas in perpetuum per ſuam perſonam: iuuabitur enim æquitate, & cum locati contractus ſit bonæ fidei, vti poterit remedio. l. 2. C. de reſcind. vendi. & ſi elapſum ſit quadrienium lege regia præfinitum, poterit etiam poſtea petere contractus reſciſſionem tanquam enormiſſimè læſus, ſi pro parua ſumma promiſit operas in perpetuum, eritq; iudex prõptiſſimus ad pronuntiandum læſionem eſſe enormiſſimam, ſi conſideret libertatem eſſe ineſtimabilem & obligationem prę ſtãdi operas in perpetuum eſſe duriſſimam: quid enim hic differt à ſeruo. Si rem non ſubtilitate iuris, ſed re ipſa eſtimare velimus. Serui conditio non ideo miſera eſt, quòd teſtari nõ poteſt: de qua enim re teſtetur vtiliter, ſi nihil habet? Nihil autem habere commune ſibi eſt cum pluribus, vera ſerui miſeria eſt, perpetuò ſeruire, & non poſſe facere voluntatem ſuam, qui autem promiſit perpetuò ſeruire Petro, & ei operas præſtare magis animo diſcruciabitur: cùm meminerit ſe ingenuum nõ ſeruũ natum eſſe. Itaque licèt ſupponamus hunc non fieri ſeruum, & creditorem non habere ius in re ſuper eius perſonam, ſplendida verba ſunt, & niſi ita diſtinguatur, iniquitas ſumma eſt inter Chriſtianos non admittenda. Et re vera fit aduerſus diſpoſitionem textus in l. nec ſi volens. C. de liber. cauſ. Nec tamẽ ſtatim dimittendus, vbi ſatisfecit pecuniæ, ſed faciẽdum ne perpetuò ſeruiat, puta vt ſenecture, vel longo temporis curſu liberetur, neque ad extremum vſque vitæ dum operas pręſtet, ſed res iuxta negotij qualitatem tranſigatur. Neque obſtat, quòd quis pacto poteſt fieri adſcriptitius in perpetuum. l. cum ſcimus. §. 1. C. de agri. & cenſ. quoniam illa peculiaris materia eſt, & neſcio an apud nos ſint in vſu adſcriptiti. Excutiant rem eruditi.

17 Illud † non prętereundum, quòd Boerius in conſuetudinibus Bituricen. tit. 1. col. 3. verſi. contra hanc Pronuntiat generaliter locationem operarum in petpetuum non valere. Et Faber vir doctiſſimus in §. pe. inſti. de iure perſo. nu. 7. docet, quòd indiſtincte valet locatio operarum in perpetuum: quoniam etiã ſi ſit electa induſtria perſonę, poterit ſeruire per ſubſtitutum, ne amittat libertatem, & ſequitur Guid. deciſione 314. Sed vtere noſtra diſtinctione, ſi placet.

18 Ad † tempus tamen bene poteſt locare quiuis operas ſuas, vt notant omnes in locis ſupracitatis. Et Fab. §. pen. nu. 7. inſti. de iure perſona. Et inoleuit generalis conſuetudo, vt homines liberi ſe obligent ad tempus ad ſeruitia præſtanda, vel ad ſeruiendum & operandum, vt certo tempore aliqua mecanica arte imbuantur & inſtruantur. Et talis conſuetudo vbiq; terrarum ſeruatur teſte Boerio in conſue. Bituri. titu. 1. §. 1. col. 3. ver. contra hanc. Et ꝑfectò mihi videtur inuiolabiliter obſeruanda, ne reſpublica impleatur erronibus & ocioſis, niſi ex aliqua cauſa, puta ſi propter ſęuitiam, vel peſſimum exemplum videatur pactũ reſcindendum, puta ſi iuuenis edocendus videat dominum & magiſtrum artis obambulantem ſemper cum ſcortis, aliena furantem, blaſphemantem in Deum, vel ſimile quippiam facientem: nam tunc veluti læſus reſtituetur, licèt à patre pactum factum ſit, ſi modo eſt minor, argu. l. etiam ſi à patre. ff. de mino. vt ſuo loco dicam. Reperio tamen, ꝙ quidam recentior nomine Beſſian. in conſuetu. Aluerniæ, ti. de ceſſione dicit, ꝙ promittẽs operas per duos, vel tres annos non poteſt præciſe cogi ad factum, ſed liberatur præſtando intereſſe, citat Bart. in l. antiquitas. C. de vſuf. ſed mihi ſuperiora magis placent. Nam & filiofamilias licet abſque patris conſenſu paciſci cum ſartore, vel alio quouis artifice, vt ſibi ſeruiat per aliquot annos, quod aduerſus Odofredum docet Alb. in l. veluti. nu. 26. ff. de iuſti. & iur. & ibi Iaſ. nu. 16. Claud. nu. 8. in l. 1. §. ius naturale. ff. eod. titu. Zaſi. nu. 3. & nouiſſimè Antoni⁹ Padilla multis fortunæ, & naturæ ornamentis

mentis illuſtris in l. fratris. num. 11. C. de tranſact. neque iniquũ eſt, vt impleatur pactum, niſi læſio allegetur, & ætas veniam ꝓmereatur. Neque pater conqueri poteſt: nã filius iure ciuili non debet operas artificiales patri, vt latè dixi in tractatu de decima tutori iur. Hiſpa. præſt. c. 2. num. 13. neque obſtat, ꝙ in hoc Padilla contra ſentit. d. num. 11. nam Boer. & Ange. quos citat nihil tale dicunt.

19 ¶ Præterea † adeo debitor retineri non poteſt a creditore, vt neque eius cadauer detineri poſſit. Etiam ſi non ſit vnde æs alienum diſſoluatur. Quare creditor petens cadauer ſequeſtrari, vel loco debiti ſibi dari, cadit ab actione, & tantundem hęredibus defuncti erogare tenetur. l. cum ſit iniuſtum. & auth. item qui domum. C. de ſepul. viola. & vtrobique Dd. Ripa in l. obligatione generali. num. 34. verſicu. viſo. ff. de pigno. Abb. in cap. ex parte. de ſepult. Fely. in c. ſicut Iudæi. colum. j. de Iudæ. Boerius deciſio. 287. l. 3. titu. 9. parte 7. l. fina. titu. 13. parte j. l. 11. titu. 16. lib. 3. Ordina. Bertachinus de Epiſcopo. §. videamus. num. 4. Couar. varia. reſolu. lib. 2. cap. j. num. 10. Ripa in tractatu de peſte. titu. de præſeruatiuis remediis. nu. 101. l. ſunt perſonæ. §. nam propter. l. ne corpora. ff. de religio & ſumptibus fune.

20 ¶ Quinimmo † creditor appellans, ne debitoris cadauer ſepeliatur, audiendus non eſt: cum propter charitatem, tum ꝙ præſentanea corporis putrefactio exigit rem cito perfici & abſolui, quo caſu appellatio recipienda non eſt. l. fin. ff. de appellatio. recipi. & nominatim de debitore mortuo ſepeliendo non obſtante creditoris appellatione diſponitur in l. 11. titu. 16. lib. 3. ordina. gloſ. & Dd. in c. ex parte. in j. de ſepul. Specul. titu. de appellationibus. §. in quibus. verſicu. 8. Hippo. ſing. 199. Benedic. c. Ray. verbo mortuo itaque teſtatore. num. 56. de teſtamẽ. Fely. c. ſicut Iudæi. col. j. de Iudæ. Bertach. in tracta. de Epiſco. §. videmus. numero 14.

21 ¶ Quod † inuiolabiliter obſeruandum, etiam ſi debitum ſit pluſquam liquidum, & etiam ſi ex inſtrumento guarẽtigio debeatur: quoniam diſpoſitio. l. cum ſit iniuſtum. C. de ſepul. viol. eſt generalis, & loquitur in caſu, in quo non ambigitur de debito. Nam ſi ambiguum eſſet, deberetur, necne etiam in viuentis perſonam executio fieri non poſſet, etiam ſi deberet ex cõtractu guarentigio, vt ſtatim dicam. Huius opinionis ſunt Fely. in d. c. ſicut Iudæi. colum. j. de Iudæ. Rodericus in repe. l. poſt rem. in quinta ampliatione ad legem regiam ff. de re iudi. Couarru. variarum. lib. 2. c. j. num. 10. Grammaticus deciſio. 82. Benedict. d. c. Ray. verb. mortuo itaque. num. 56. de teſta. Caſtellus in l. 30. Tauri, verbo gaſtos. Et tanquam vnus ex his qui hanc opinionem probant citatur Hippo. ſingu. 199. prope finem, ſed ille nihil definit, tantum remittit lectorem ad ea quæ ſcripſit in l. fin. num. 64. ff. de quæſtio. ibi autem rem contra confinit, poſſe ſcilicet cadauer debitoris detineri. Si debeat ex contractu guarẽtigio, & ante eum ita docuit Angelus propter hanc opinionẽ eo auſpicatiſſimo nomine prorſus indignus, in authẽ. vt defuncti ſeu funera corũ. collat. j. Et Segura qui & aliàs libenter iudicio labi ſolet, in repetitione. l. ſi ex legati cauſa. num. 73. ff. de verborum obligatio. Et Carualal regius ſenator in repetitione. l. j. colum. . ff. de verborum obliga. Præpo. in c. prærerea. 51. diſtin. & Bartholomæus Belenzinus in additionibus in c. ex parte. de ſepul. Sed aduerſus eos eſt magis communis & longe veriſſima opinio: nam quam illi tuentur dęmone potius eſt digna quàm homine, & apud inferios etiam neſcio an locũ habitura, ſi inibi moris eſſet cadauera ſepeliri. Et quidnam obſecro habet cõtractus guarentigius? An ꝙ debitum reddit liquidum vtique ſi liquidum non eſſet, etiam in viuentis perſonam executio fieri non poſſet, vti late docet Roderi. in l. poſt rem. in princi. declarationis ad leg. reg. colum. penul. & 4. limitatione ad legem regiam. ff. de re iudicat. l. 5. titulo 8. libro tertio. Ordina. vt ergo leges aliquid concedant æquitati oportet, vt etiam ſi debitum ſit liquidum, ſepultura mortui non prohibeatur. Deinde hoc probatur: quoniam neque aduerſus hæredes, vel propinquos defuncti non poteſt peti executio intra nouem dies à morte defuncti: vt in authen. vt cum de appellat. cognoſ. §. meminimus. l. 2. §. pen. ff. de in ius vocã. Roder. in repe. l. poſt rem. in declaratione legis regiæ, limitatione 9. ff. de re iudi. Si tamen hæredes eſſent ſuſpecti, ꝙ fugient, vel abſcondent bona, cogũtur ſatiſdare. l. 13. titu. 9. parte 7.

22 ¶ Præterea † diſpoſitio. l. cum ſit iniuſtum, non eſt prodita ex eo, ꝙ debitum non ſit liquidum: nam ſi ambigi poſſet, deberetur nec ne, qui vis etiam ſceleratiſſimus idem ſtatueret. Tantum prodita videtur: quoniam demoniacum exemplum eſt, ꝓhibere debitoris ſepulturam, omnemq; hominis ſenſum videtur exuiſſe, qui tale quidpiam attentarit. Deinde cum lex dicat, cadauer pro debito non detinendum, certè expreſſius debitor eſt, qui ex contractu guarentigio debet, & ſic in eo magis quadrant verba legis. Videmus etiam atrociſſima delicta condonari aliquibus, puta furioſis, quoniam afflicto non eſt danda afflictio, vt dicam infra. & vltimum terribilium paſſo, ſcilicet mortem non condonabitur pecuniola, vt ſaltem ſepultus quieſcat.

23 ¶ Præterea † ſi cadauer retinere placet ex obligatione perſonali, homo mortuus iam non eſt homo. l. in actionibus. ff. de in litem iurãdã. Abeſt ſcilicet anima potiſſima & præcipua pars hominis. Si ergo obligatus abeſt, cur cauder retinere placet. Nam debitor poſt mortem non dicitur debitor. Dyn. & Imol. l. qui Rom. §. Auger. Soci. conſ. 293. nu. 4. li. 2. Equidem demiror talem opinionem in Chriſtiana pectora deſcendiſſe. Cum longe lateque deſideat à doctrina & charitate Chriſti, eamque ne barbari quidem & vecordiſſimi Scithæ amplecterentur. Legimus Eccleſiaſtici 7. Mortuo non prohibeas gratiam, hoc eſt gratis ſepulturam exhibe, & non ſolum volunt quidam non exhiberi gratis, verum concedunt poſſe cadauer retineri, opinio turpis & portentoſa, cuius Angelum & Seguram meritò diſpuderet, qui ſi viuerent, eſſet quod conſpectum hominum pudore vitabundi diffugerent. Nam Hippolytum aſſuetum torquendis, necandisque noxiis non ita valde demiror. Sed homines erant. Certè Laurentius Campegius Cardinalis miſſus à Clemente Pontifice ad componendas Germaniæ res nimium turbatas communicato conſilium cum Ferdinando Cæſaris fratre libellum edidit pium & eruditum ad cohibendos abuſus & eccleſiaſticam diſciplinam reformandam, inter alia autem hæc verba lego. de ſepultura quoque ac adminiſtratione ſacramentorum alijsque ſpiritualibus paciſci aut aliquid ab inuito exigere nemo poſſit aut debeat. Et propter eiuſmodi à parrochianis neglecta cuiquam non liceat aliquod ſacrorum denegare, neque propter debita quempiam ab Eccleſiaſtica ſepultura ꝓhibere. Annibal Romani nominis dirus hoſtis Pauli Emilij, & M. Marcelli corpora non eſt paſſus inhumata iacere, ſed honorificè ea tradidit ſepulturæ, quo nomine illũ maximè laudat Valerius Max. lib. 5. c. 1. Sic & Iehu rex Iſrael, Iezabelen hoſtem ſuam iuſſit ſepeliri. Quo nomine in die iudicij excuſabitur, qui debitoris cadauer retinere tentat, nõne audiet à Chriſto domino illud Matthæi. c. 18. Serue nequam omne debitum remiſi tibi: quoniam rogaſti me, nonne ergo oportuit te miſereri cõſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum & tradetur tortoribus quouſque reddat vniuerſum debitum. Clamamus omnes quotidie ad dominum, dimitte nobis debita noſtra. Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et non ſolum non remittimus debitum. Verum ſepulturam negare volumus, ſi debet ex contractu guarentigio. Sed de his hactenus.

24 Redeundo † ad argumentum huius legis, adeo omnibus iurisprudentibus iniquum videtur, liberum hominem detineri, vel cogi ſeruire pro pecunia credita, vti magnopere torqueant ſe ſe ſuper intellectu text. in c. ex reſcripto. de iureiu. vbi videtur probari, hominem liberum poſſe pro pecunia debita obſidem dari, & quaſi pignus conſtitui. Sed reſponde tripliciter. primò quòd ibi non loquitur, quando ipſe qui datur obſes debebat ꝓ ſe. Sed datur obſes, quòd partes, inter quas pactum fuit factum, ſeruabunt pactum, & tunc obſes non retinetur loco pignoris pro debito, nec ille cui traditur habet ius reale ſuper eum ſed tantum retinetur, vt creditor debitor ſeruent conuentionem inter ſe factam non vero ratione pecuniæ: ita intelligit gl. in d. c. ex reſcripto. & eam ſequuti Hẽri. & Card. & Fel. col. 2. Bal. ĩ l. 2. C. de pñi. qui fili. diſtra. Citãt. l. obſides. ff. de teſt. Sed mihi hæc ſolutio non placet: quoniã in Auth. vt nulli iudi. §. quia verò. nõ ideo prohibetur, ne homo liber pignori detur pro debito, ꝙ creditor habeat ſuper eum ius reale. Sed quoniam res eſt peſſimi exempli: vt liber homo pro pecuniola detineatur. Neque ſolum loquitur, quando datur pignori, ſed etiam quãdo datur,

18 vt detineatur, & ſic non nititur tex. in eo, quòd ius reale conſtituitur ſuper debitorem, vt patet ex glo. & doctoribus in auth. imo. C. de actio. & oblig. ex Rip. in l. obligatione. nu. 9. ff. de pig. Ideo alij rectius ſentientes intelligunt eum textum, quando liber homo detinetur. Vt pax ſit inter homines, & fauore pacis admittitur, vt liber homo detineatur, ita intelligit. d. c. ex reſcripto. gl. ibi in vltima ſolutione, & eam probãt ibi Abb. & Imo. Rip. in obligatione. nu. 12. ff. de pigno. Imol. & Are. in l. obſides. ff. de teſta. Couarru. variarum lib. 2. c. 1. nu. 1. col. 3. Bald. in l. obẽs. C. de act. & oblig. col. 2. qui intellectus in ſe verus eſt, & probatur iure regio in l. 13. tit. 13. par. 5. cuius verba ſunt. Home libre puede ſer dado en rehenes por razon de paz que firmaſsẽ algunos entre ſi, o por tregua, o por otra coſa ſemejante. Nota hæc vltima verba, o por otra coſa ſemejante. Ex quibus deducitur, hominem liberum non poſſe obſidem dari niſi fauore pacis, vel ex alia ſimili cauſa.

25 Hic † intellectus verus eſt in ſe. Sed diuinat ad d. c. ex reſcripto. immo verò parum quadrat themati in eo propoſito: nam ibi agitur de pacto facto inter Abbatem cuiuſdam monaſterij & quendam Petrum, inter quos etiam ſi conuentio ſeruata nõ fuiſſet, potius oriretur diſſidiũ quàm bellum: quid enim bellũ cum monachis? Et quid bellum inter priuatos? Et obſides dãtur ſolum ab hoſtibus populi Romani, & contra gl. in l. 2. C. de patrib. qui fili. diſtra. notatur in c. cum pridem. 23. q. 8. ſcribit Ale. in l. alia. §. eleganter. ff. ſol. mat. ideo parum quadrat ſolutio glo ſæ & Doctorum, quòd ibi fit fauore pacis, potius dicerent fauore concordiæ, & ne oriantur lites. Verus & planus intellectus

eius

Source : BIU Cujas

eius tex.meo iudicio est,q̃ ideo ibi liber homo retinetur: quoniam iurauit.Id enim communi opinione receptum est, vt nõ solum pro conuentione pacis seruanda (quæ ciuilis & digna causa est) Sed etiam pro pecunia debita possit quis etiam inuitus detineri,si iurauit.Ita notant Imo.& Fely.ĩ d.c.ex rescripto. Benedict.c.Raynu.verb.testam.3.num.26.de testam.& pronũtiat esse communem Didacus Couarr.morimus & literis ornatissimus variarum lib.2.c.j.num j.ad finem,& sequitur Faber in §.pen.ad finem,institu.de iure persona.Guido Papæ decisi.Delphinali.61.Boer.decisione Burdegal.349.num.7.ad finem, vbi dicit,ita Parisijs iudicatum Antonius Petrutius in repetitione. l.j.num.196.ff.de iureiuran.qui citat Specu.titu.de renuntiatione & conclusione,colũ.11.versicu.item est beneficium. Quod autem iuraueritnt illi,qui in d.c.ex rescripto dati fuerunt obsides,patet ex tota capitis serie,& hic mihi, videtur intellectus aptus literæ & argumento eius textus. Fateor tamen secundùm intellectum ad d.c.ex rescripto.verum esse in se, quem adiuuat dispositio legis regiæ:nam non solum pro pace, sed etiam pro induciis permittit obsidem dari,induciæ autem etiam fiunt inter priuatos.

26 ¶ Præterea † adeo libertas grata iureconsultis, adeoq; fouẽda visa est,vt si facienda sit executio aduersus debẽtem ex causa iudicati,vel ex aliqua simili causa, quæ executionem mereatur,non potest capi persona debitoris,nisi prius facta excussione in eius bonis:quia carcer est pœna quò ad corpus detenti. Bald.in l.5.§ tutor.& ibi Bolognin.in 2.interpreta. ff.de suspec. tutor.Ange.consi.213.Boeriùs in repetitione.l.consentaneum. num.155.C.quomodo & quando iudex,corpore autem nemo debet luere,si habet bona,vt dico c.11.num.2.& ita q̃ excutienda bona,antequam debitor capiatur;docet glosa singularis in l. 3.§.tutores.ff.de susp.tuto.& tuto.& probatur in l.a diuo Pio.§. in vendit ff.de re iudi.Vbi prius excutienda mobilia & immobilia quam deueniatur ad iura,& actiones,ita intelligenda.l.4.ti. 15.parte 5.facit l.3.titu.21 8.tit.2.parte 3.Notat Abb.in c.2.per textum ibi.de pigno.& pronunciat communem Felyn.in c.q̃ ad consultationem,colum.7.num.10.de re iu.post Abb.colũ.5. Ripa in l.obligatione.nu.20.ff.de pigno.versicu.præmissa.Aret. in l.maritum.§.eleganter.num.7.ff.soluto matrimo.Alexan.& Ias.in d.l.a diuo Pio.§.in venditione. Hipp.sing.3.Barto.in l.nemo carcerem.num.4.C.de exacto.trib. Paul.l.4.§.prætor ait.ff. de re iudica.Alexand.consi.159.num.9.colum.fin.libro 2.vers. quod vltra Anania.consi.21. Marianus Soc.in tracta.de citatione,artic,20.num.61.Ange.in l.debitoribus.ff.de re iudi. Barto. & Bald.in l.j.C.qui bono.cede.poss.Couarr. variarum, lib.2.c.j. num.2.Boerius decisi.349.num.7.& num.8.dicit faciendam legitimam excussionem, etiam si debitor iurauerit & se obligauerit ad carcerem.Bald.in l.fin.ff.de in ius vocan.& in tract. de carceribus in 5.quæstione tertiæ principalis.Bald.Imo. & Rom. in l.si filiofamilias.2.ff.soluto matri.Ange.& Ias.in §. cum quoque.Institu.de actio.Roma.consi.120.circa primum. colum.2. & consi.241.& cons.320.Parpal.in l.2.num.78.ff.soluto matrimonio.Boer.in repe.l.consentaneum in 5.& 6.conclusione.C. quomodo & quando iudex, & in consuetudinibus Bituricen. titu.de iurisdictione omnium iudicũ.§. 13.colum.2.ad finem. Imo.in c.Odoardus.colum.5. de solutio. Franciscus Marcus in decisio. Delphinali. 150. Martinus Lauden.in tract.de officio duorum.q.104.Debitor enim habens bona non incarceratur, vt per Abb.cap.lator.num.1.de pigno.& in cap.peruenit. num. 3.de fideiusso.licet contra Paul.l.j.C.qui adm.ad bonor.poss.& Albe.in rub.C.eodem titu.& in l obæs.C.de actio.& obliga.vbi dicit ita de facto seruari. Neque solum sunt prius excutienda bona ipsius debitoris,verum etiam fideiussoris:nam habens fideiussorem videtur esse soluendo.l.si plures.§.præterea si quæratur.ff.de fideiusso.ita docet Alexand.in additione ad Bart.in l.a diuo Pio.§.in venditione.Aretin.in l. maritum.§.eleganter. num.7.ad fin.ff.soluto matrim.Hippoly.singu.3.Roma. consil. 320.Ripa in l.obligatione.num.25.ff.de pigno. Anto. Petrutius in repe.l.j.num.197.ff.de iureiurand.Sed hoc de fideiussore nõ seruat practica,vt scilicet fideiussor sit prius excutiendus, quàm debitor capi possit. Sed tamen omissa practica & regni consuetudine,quod dixi, fideiussorem excutiendum antequam debitor capiatur,intelligitur si renũtiauit auth. presente.C. de fide. aliàs cum antequam fideiussor conueniatur, debeat excuti in rebus & persona debitoris principalis,videtur,q̃ capi possit,antequam fideiussor excutiatur,ita nouiter declarat Aym. in cõsue.Aluer.titu.de execu.articu.59. num.3.quod an sit verum, dico infra.capitu.5.de fideiussor.num.36.

27 ¶ Sed quærat aliquis † quomodo quotidie videmus debentes ex instrumento publico absque citatione,vel excussione prahi in carcerem,nisi præstent fideiussorem de euictione, vulgò dictum de saneamiento. Hic dupliciter respondeo, vel q̃ inualuit vsus,vt persona & bona simul capiantur,vt inquit Moder.ad Alexand.consi.159.colum.fin.litera a.lib.2. Nam vt aliqui sentiunt,cum agitur ex causa iudicati persona & bona possunt capi simul: vt tradit Ias.in l.nulli.colum.3.C.de iudi.& in l. 1.in prin.col.7.& in §.1.col.1.ff.si quis ius dicen. non obtempe. Sed quòd etiam hoc casu bona sint prius excutienda, sentiunt cum Bar.in l.3.§.tutores.ff.de suspec.tuto.plures quos citat Felyn.in c.quod ad consulationem.colum.7.de re iudi. Sed cum Ias.tenet Paul.l.j. C.qui bon. ced. poss.& Alb.in rub.C. eo. titu. & in l.ob ęs.C.de act.& oblig.vbi dicit ita seruati.Vel (quòd magis crediderim) respondeo, quòd executor ignorans an bona quæ debitor offert sua sint vel non,nolens periculo esse obnoxius,si incautè credat sua esse, ptrahit debitorem in carcerem, nisi præstet fideiussorem, qui se obliget bona quæ debitor nominat,vt ibi executio,& excussio fiat sua esse, & valere summã pro qua executio fit. Offerens enim fideiussorem dicitur esse soluendo,& habere bona,vt statim dicam,ideo oblato fideiussore de euictione:quoniam iam constat,debitorem esse soluẽdo,non pertrahitur in carcerem. Ideo practicam dãdi fideiussorem hunc probat Couarru.variarum,lib.2.c.1.nu.2. Auendanius in dictionario in verbo almoneda. ver.item in ista materia.Bal.in l.fi.§ & si prętatã.col.2.ver.interim.C. de iure delibe.

28 Quamuis † enim non sit incipiendum à captura,sed prius debeat fieri executio, potest tamen executor capere debitorem compellendo,vt indicet bona in quibus faciat executionem, auctore Puteo de sindicatu.verbo.executio.col.3.qui citat glo. in l.pe.ff.de cessio.bono.notat Felyn.in c.quod ad consultationem.col.7.de re iudica.& licèt debitor nominet bona, respondere potest executor,mihi non liquet,q̃ ista tua sunt,neque volo,vt mihi hinc lis moueatur, ideo pertrahit illum ĩ carcerem, nisi det fideiussorem,quod etiam scribit Maranta in suo Speculo,tit.de executione sententiæ,num.23.

29 Ex † quo deducitur, q̃ si debitor nõ habẽs fideiussorem,de sanamiento proferat citato creditore testes, affirmantes bona quæ nominauit sua esse, quòd debet dimitti & solui è carcere etiam nõ dato fideiussore de saneamiẽto. Testes tamẽ tenebũtur de periculo veluti nominatores & fideiussores, ita scribit Auendanius in dictionario verbo almoneda, versiculo nã potest,& est opinio iuri & æquitati conformis. Non enim ex alio debitor dimittitur cum fideiussore de saneamiento,nisi quia dato fideiussore cõstat illum habere vnde soluat. Vt patet ex verbis,quibus moris est, dictum fideiussorem se obligare, ergo si aliàs legitime constet,captum debitorem bona habere, ex quibus soluat,ęquum est, vt dimittatur, præsertim cum testes, qui affirmant bona,quæ debitor nominat propria eius esse, loco fideiussorum sint.l.cum ostendimus.§.fi.ff.de fideiussor.tuto. Ita confirmatur iure practica quæ apud nos in vsu est.Quamuis vti dixi nu.26.plures dicunt,q̃ cum agitur ex causa iudicati,persona & bona possunt simul capi.Pro quo facit, q̃ si feci debitorẽ in carcerem detrudi,possum petere me mittti in possessionem bonorum suorum,neque vnum remedium aliud impedit auctore Bar.in l.consentaneum.col.fin.C.quomo.& quan.iu.Bar. & DD.in c.dilectis.de appel.Bal.in l.ignorare. C. de resti. mili. Anchar.in c.1.de eo,qui mit.in posse.causa rei seru.Hippol.singu.398.in repe.l.vnius.§.custodiæ.col.pen.ff.de quæstio. Et rursus si feci executionem in eius bonis, possum redire ad remedium executiuum aduersus eius personam,donec integraliter, satis fiat,auctore Ang.in l.nemo carcerem.in prin.C.de exact. tribu.lib.10.& in l.qui restituere.ff.de rei vendica. Sed an principalis & fideiussor simul capi possint,vide Hipp.sing.398. Cassa.in consue.Burgun.Rub.§.1.nu.15.sic licèt sit clericus, qui sit in carcere pro debito ex delicto, potest etiam excõmunicari. Bal.& Philipp.Perusin.in c.dilectis.de appella.

30 Rursus † & illud indicat,quantum ciuiles constitutiones fauerint libertati debitorem,quòd nemo potest conijci in carcerem,nisi debeat ex causa iudicati,regia.l.4.titu.15.part. 5.l.1.& ibi gl.fina C.de cessio.bono.gl.in rubrica.ff.eod.titu. & in l. fin. C.eod.tit.scribit Bar.in l.cum eo.ff.ad leg.Iuli.pecu.Ang.& Pau. in d.l.1.C.qui bon ced.poss.Bal.consi.90.lib.5.Rodericus in l.2. titulo de los gouiernos.col.1.lib.iij Fori. Ripa in l. obligatione generali.nu.25.ver.& si citatus.ff.de pigno. debet enim citatio ĩtia precedere,sententia inquam quæ transiuerit in rem iudicatam,ad hoc vt debitor capi possit.l.consentaneum,& ibi notat Bar.C.quomodo,& quando iudex.Bar.in l.fina. ff. ad leg. Iulia. pecul.Roman.consi.214.ista captura.Neque enim est incipiendum ab executione. Debita ergo summa probanda & sentẽtia declaranda antequam ad capturam perueniatur:nam quod ante capturam non est deductum,nec probatum, non potest postea deduci ad illam iustificãdam:nam iniuriarum nulla est cõfirmatio.l.si cum nulla.ff.de re iudica.ita notat Bal. consil.318. ista captura.lib.4 Ripa in d.l.obligatione.nu.25.ff.de re iud. Romanus consi.241.spectabilis domini.col.2.Decius cons.75.protenui.col.1.ver.& ideo. Nec obstat, quòd eruditi dicent, quòd debitor captus non seruato ordine non est dimittendus,si vere est debitor.l.fin.§.fin.ff.quod met.caus.Bal.in c.tuæ.in fine,vt lite non contes.& in cap.conquerente.de resti.spolia.Pau.consi. 472.in causa capturæ Iacobi.lib.1.ad finem,Arius in l.60.Tauri nu.11.Ale.l.si cum nulla.nu.8.ff.de re iud.Cuius farinæ est,quòd coniectus in carcerem pro debito falso põt retineri pro alieno

vero

Source : BIU Cujas

vero debito, vt in dict. l. fina. §. fin. ff. quod metus cauſa. l. 2. & ibi Barto. C. de exact. tribu. libro 10. Barto. in l. 2. §. qui exhibendi. ff. de cuſto. reo, & ſimile quiddam definit Bart. in diſputatione, incipiente Lapus, Arius in loco ſupracitato. Hic reſponde, ꝙ hi doctores loquuntur, quando omiſſum fuit aliquid, quod pertinet ad ordinem, vel ſolemnitatem, vt in ſimili intelligit Alexā. in l. ſi cum nulla, nume. 8. ff. de re iudi. Vel ſecundò reſponde, ꝙ etiam ſi poſtea probetur de vero debito, nō ideo minus iudex, qui illum capi iuſſit, deſinit eſſe culpa & caſtigatione dignus, & captura tenet non ex vi præcepti, ex quo primo fuit captus, ſed ex ſecundo præcepto, ex quo iubetur retineri probato iam vero debito ex lata ſententia, quæ in rem iudicatam tranſierit, vel ex inſtrumento guarentigio, itaque captura durat ex ſecundo præcepto non ex primo, vt in caſu ſimili ſcribit Alexand. in l. j. colum. 2. C. de Carbo. ædicto. Bart. in l. creditores. in 5. quæſtione principali. C. de pignor.

31 ¶ Itaque † debitor non capiendus niſi ex cauſa iudicati, etiā ſi debeat ex inſtrumento publico. Neque enim publicum inſtrumētum executionem meretur de iure ciuili. l. minor viginti quinque annis cui fideicommiſſum. ff. de minor. & ibi notant Barto. & Bald. Ang. in l. ſi cum dotem. §. eodem autem tempore & ibi. Alexand. colum. 3. ff. ſoluto matrimon. Ange. in l. cum antea. C. de arbitr. & in l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. de re iudi. latè Rode. in repe. l. poſt rem. declaratione legis regiæ, colum. 5. ver. & vt videas. ff. de re iudi. Tamen iure regio, ſi quis debeat ex inſtrumento publico. Executio fit aduerſus eius bona, & niſi det fideiuſſorem de euictione bonorum, quę nominat, vt in eis fiat executio, pertrahitur in carcerem, vt ſupra dixi. Dummodo inſtrumenta ſint liquida, vt latè probat Rodericus in dicta l. poſt rem in declaratione legis regiæ. l. 4. & 5. titu. 8. libro 3. Ordina. l. 64. Tauri. Et dummodo inſtrumenta habeant clauſulam guarentigiam, aliàs etiam iure regio non ſunt mandanda executioni, vt apparet ex l. vltima condita in conuentu Madritenſi, anno 1534. vbi lex facit mentionem de exequendis contractibus guarentigiis, & non eſt recedēdum a verbis legis. Ita docet Roder. in d. l. poſt rem in declaratione legis regiæ, colum. 13. Segura in repe l. ſi ex legati cauſa. num. 78. ff. de verborum obliga. & ita eſſe in praxi receptum teſtatur. Couarru. variarum reſol. lib. 2. capitu. 11. num. 3. verſicu. illud ſanè. Atque item executio iure regio fit in bonis & perſona debitoris, ſi agnoſcat ſingrapham ſua manu deſcriptam, qua pecuniam dare promittit, vt in ea lege Madritenſi eſt conſtitutum; nam confitens in iudicio ſe debere, executione cogitur ad ſolutionem. l. proinde. §. notandū. ff. ad leg. Aquil. l. poſt rem. vbi latè Roder. in 3. notabili. ff. de re iudi. l. debitoribus. ff. de re iudi. l. vna. C. de confe. Priuata enim ſcriptura agnita a parte eandem habet auctoritatem, quam ſi eſſet a tabellione confecta. l. 119. titu. 18. parte 3.

32 ¶ Iure † tamen regio conuentus ratione debiti, ſi debitum confitat per ſcripturam etiam non habentem clauſulam guarentigiam, vel per probationem ſummariam capi poteſt, ſi nō habet bona immobilia, vel ſi non det fideiuſſorem, regia. l. Tauri. 66. l. 2. & 4. titu. 3. lib. 2. Fori. l. 7. titu. 8. lib. 2. l. ſciendum. in prin. ff. qui ſatiſd. cogan. ꝙ ſi conueniatur pro ſumma minori quam centum moropetinis, ſufficit cautio iuratoria, ſi fideiuſſorem non inueniat. l. 41. titu. 2. parte 3.

33 ¶ Præterea † iure ciuili adeo debitor non poteſt detineri a creditore, neque a iudice, vt captura in caſibus, in quibus executio admittitur, non poſſit fieri, niſi executor oſtendat præceptum iudicis tabellionis manu ſignatum & a iudice ſubſcriptū. l. 2. titu. 29. parte 7. l. 7. & 8. & 10. titu. 14. libro 2. Ordin. ſcribit Bal. in l. conſentaneum. quæſtio. 8. C. quomodo & quando. iud. citat. l. neminem. C. de exhib. reis. notat Iaſ. in l. cum proponas. j. C. de pact. Bald. in c. cum parati. colum. 2. de appella.

34 ¶ Rurſus † illud non prætereundum, quòd captus eſt dimittendus, etiam ſi det in fideiuſſorem filium, ſi modo is ſit idoneus. Bald. in lege ſi ex alio. C. quod cum eo. Bald. conſilio 90. libro quinto. Licèt enim in ſatiſdatione de iudicio ſiſtendo admittatur filius, vel conſanguineus, licet nō ſit ſatis idoneus facultatibus, textus in leg. prima & ſecunda, & tertia. ff. in ius voca. vt eant. notat Barto. in l. ſciendum. in fine princip. ff. qui ſatiſda. cogan. Alexand. in l. fideiuſſor. ff. eodem titulo, hoc non habet locum, quando fideiuſſor datur pro ſecuritate ſolutionis: nam debet eſſe idoneus. Ita Bartholom. & Bald. in dict. l. j. ff. in ius vocati vt eant. & ibi Ange. Roderic. in leg. 2. titulo de los emplazamientos. §. nunc opportune. columna 4. verſic. & aduerte. Ratio autem quare captus ex cauſa iudicati eſt admittendus ſi det fideiuſſorem eſt. Quoniam præſtans fideiuſſorem videtur eſſe ſoluendo, ſi fideiuſſor idoneus eſt. l. ſi plures. §. præterea ff. de fideiuſſor. Et ibi nota. Barto. Paul. Imola, & Ange. Si enim fideiuſſor de euictione idoneus non ſit, debitor captus non eſt dimittendus è carcere: quoniam ratio quare dato fideiuſſore dimittitur eſt: quoniam cenſetur eſſe ſoluendo: quoniā ſaltem fideiuſſor ſoluet, & qui eſt ſoluendo, non poteſt capi: vt ſupra dixi, cum autem fideiuſſor ſoluendo non ſit, minime poterit ſoluere, & ideo debitor principalis non videtur eſſe ſoluendo. Et ſic capi. poteſt & non dimittetur etiam dato fideiuſſore. Nota tamen, quòd vt quis damnatus per ſententiam dimittatur dato fideiuſſore, debet eſſe fideiuſſor de ſoluendo, neque ſufficit de iudicio ſiſtendo. Bartol. in l. neque impuberes. ff. de in ius vocan. Bald. in l. fin. §. ſi præfatam. alias. §. in computatione. C. de iur. delib. Caſtel. l. 66. Tauri. Verbo. arrogar. col. 3. Roman. ſingulari. 142. vnus vult fideiubere, citat text. in l. ſi pecuniæ. in fine. ff. vt in poſſe. lega. & in l. his conſequenter. ad fin. ff. fami. ercis. Bartol. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iud. Ang. & Alex. qui rem limitant in l. de die. verſi. planè. ff. qui ſatiſdare cogan. Roman. Alex. & Iaſ. in d. l. neque impuberes. §. fin. Boer. deciſi. 314. nu. 5. ratio eſt: quoniam cum ſit damnatus per ſententiam, iam iudicium eſt finitum. Deinde cum ſit damnatus ſoluere, fidiuſſio de iudicio ſiſtendo aliud cōtinet, quàm ſolutionem.

35 Deinde † vt ad rem redeamus, adeo ingratum fuit iureconſultis debitorem à creditore capi, vt pactum de ea re expreſſe factum inter debitorem & creditorem, vt ſcilicet poſſit eum capere & in priuatum carcerem deducere, non valeat. l. nō eſt ſingulis. ff. de reg. iur. notant Barto. & DD. præcipue Aretin. in l. alia. § elegāter. ff. ſol. mat. Bart. & DD. in l. Titio centū. §. Titio centū. ff. de condi. & dem. Angel. in l. ſi vnus. §. pacta, quæ turpē. per illum tex. ff. de pact. Ripa in l. obligatione. num. 22. ff. de pig. Couarru. variar. libr. 2. cap. 1. num. 7. Vazquius in tractatu de ſucceſſio. creatione, libro 3. §. 22. limita. 18. num. 81. Angel. Aretin. & Hanibal in repet. l. nemo poteſt. nu. 138. ff. de leg. 1. & ibi Rip. num. 19. licèt contra arguetur. Crot. ibi. Cui reſpondet Vazquius d. tract. libr. 1. §. 6. nu. 33. Quod omni vacat ambiguitate: quoniam captura perſonæ & incarceratio ſunt meri imperij. Auth. de exhibendis reis. §. ſi verò. l. 1. C. de priua. carce. pacta autem priuatorum dare non poſſunt, quæ meri imperij ſunt. l. priuatorum. C. de iuriſd. omni. iud. Neque in carcere priuato poteſt detinere, niſi pater, maritus & dominus, glo. Fab. & DD. in l. 1. C. de priua. carcer.

36 Quinimmo † nō valet pactum, vt creditor poſſit propria auctoritate capere debitorem, & illum in publicum carcerem deducere: quoniam cum captura ſit meri imperij, pacta priuatorum id dare non poſſunt, ita aduerſus Bar. qui contra ſenſit, docent Angel. Alexan & cæteri in l. alia. §. eleganter. ff. ſol. matri. Angel in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. Rip. in d. l. obligatione. num. 23. ff. de pign. qui citat Socyn. conſil. 100. libr. 1. Sed non reperio Socinum tale quid piam ibi dicere, citat etiam Bal. conſil. 285. lib. j. num. 9. Qui id nominatim ſcribit, & quòd ordo iuris non poteſt tolli pactis priuatorum. c. de cauſis. de offic. deleg. auth differatur. C. de lit conteſt. Præſertim quia hoc è re publica eſt: quid enim oriri poteſt ex talibus pactis, niſi diſſenſiones & rixæ, quæ rempublicam magnopere labefactant, & hanc opinionem ſequitur Areti. in d. l. nemo poteſt. Crotus ibi. numer. 8. Vazquius in tracta. de reſolutio. vlti. volun. lib. 1. §. 6. num. 34. Pactum tamen, vt debitorem capiam propria auctoritate operatur, vt iudex nuntium mittere poſſit, etiam ſi debitor non ſit ſuſpectus, vide Pute. de ſindicatu. §. captura. numero 7.

37 ¶ Præterea de iure ciuili ea videtur verior opinio, vt non valeat pactum inter debitorem & creditorem, vt debitor, qui condemnatus non eſt, capi poſſit per iudicem: quoniam (vt dixi) iuris ordo pactis priuatorum interrumpi non poteſt. Iuris autem ordo eſt, vt debitor non capiatur, niſi præmiſſa citatione. l. conſentaneum. & ibi Bartol. C. quomodo & quando iud. Bartol. in l. fina. ff. ad leg. Iul. pecul. Roman. conſilio 214. iſta captura. Rip. in d. l. obligatione. numer 25. & poſt citationem probanda eſt ſumma & cauſa debiti. Et debitor eſt condemnandus, & poſt condemnationē, quæ in rem iudicatam tranſierit, capi poteſt. l. 1. & ibi Bald. C. qui bon. ced. poſſ. Et antequam capiatur, debet fieri executio in eius bonis, vt dixi ſupra nume. 26. & in bonis fideiuſſoris, vt tradit Ripa in d. l. obligatione. numero 25.

38 ¶ Hic † autem ordo, qui pertinet ad cauſę cognitionem nō poteſt omitti, etiam ſi partes contra paciſcantur: quia eſt introductus fauore iudicis, vt recte iudicet auctoritate Bart. in auth. offeratur. C de lit. conteſt. gloſſ. & Dd. in capitu. j. de libelli obla ti. Qua potiſſimum ratione hanc opinionem probant Roma. Paul. & Areti. qui teſtatur hanc communem in l. alia. §. eleganter. ff. ſol. mat. & ibi Alexand. Bartol. in l. Titio centum. §. Titio centum. ſi. de condi. & demonſt. Bal. & Ange. in l. nemo poteſt: ff. de leg. j. & eſt verior opinio auctore Ripa in d. l. obligatione. nu. 27. ff. de pigno. verſic. defendendo. Couarru. variarum reſo. cap. j. num. 7. Licèt contra ſentiant Angel. & Platea in l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. Aretin. in d. l. nemo poteſt. colum. j. Bald. in d. §. Titio centum. Carceratio enim actus eſt turpis & ignominioſus, auctore Nouello de dote. 6. part. priuilegio 42. columna ſecunda. Immo cenſetur iniuria, quę non poteſt aboleri auctore Paul. & Iaſ. num. 22. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. quare ęquum eſt, rem maturæ conſiderare.

39 ¶ Licèt † autem tale pactum non valeat, tamen ſi debitor debeat

beat ex instrumento guarētigio, quod iure regio habet executionem paratam, conuentio valet, auctore Paul.dicto §. Titio centum. Ripa in dic.leg.obligatione. numero 28.& debitor capi potest,vt dixi numero 31.nam censetur debere ex causa iudicati,vt in instrumento expresse dicitur. Et debens ex causa iudicati capitur,si non habet bona,vt supra dixi.

¶Illud tamen non prætereundum, quòd licet non ualeat tale pactum,valebit de ea re consuetudo.leg.missi opinatores.C. de exactio. tribu. valebit inquam consuetudo, vt debitor capi possit a iudice, etiam si non debeat ex instrumento guarentigio,neque ex causa iudicati,ita intelligendum,quod scribit Ripa in dic.leg.obligatione.numero 29.versiculo cæterum. Guido Papa quæstione 61. Capell.Tholosana decisio 61.Petrus Iacob.in sua practica, titu.de cessio.bon. Moder. in tractatu de vsur.quæstio.36.Couar.vbi supra numero 7. Rursus illud non prætereundum,quòd debitor detentus in carcere potius æquiparatur obsidi,quàm pignori,ita Bald.consilio 90.numero tertio,libro 5.qui citat notata in leg.obæs.C.de actio.& obligatio. Vnde infert,quòd licet pignus possit retineri ob chirographariam pecuniam, pro qua pignus obligatum non est. Tamen qui se obligauit ad pœnam carceris pro vna causa, non potest in carcerem coniici,pro qua talem obligationem nō fecit. An autem debitor,qui iure nostro Hispanico addicitur creditori, sit loco obsidis,an verò loco pignoris,dicam infra suo loco.

40 ¶An † autem exceptio nullitatis opposita aduersus sententiã impediat capturam personæ, etiam si requirit altiorem indaginem. Paul.quòd sic in leg.4.§. condemnatum.ff.de re iudica.& ibi Alexand.columna fina.quoniam captura est iniuria irretractabilis,vt videtur sentire Bald.in leg.vna.C.de in integrum restitutio.postulata nil noui fieri. Sed certe immo est iniuria retractabilis,& reparabilis, ideo exceptio nullitatis non impedit capturam debitoris, si debeat ex sententia, vel instrumento,ita Ias.§.condemnatum.numero 24.& ita seruat stilus, licèt contra scribat Alexand.consilio 17.columna 2. ad finem. libro j.Sed intelligendum, quando nullitas constat ex ipso instrumento,vt dixi in tractatu de non meliorandis filiabus.cap. penulti.numero 23.& ita intelligendum, quod scribit Rodericus in leg.2.titu.de los gouiernos.quæstio.4.nam videtur sequi doctrinam Pauli in dicto §. condemnatum. Sed facere eluderetur vis sententiæ,si eius sententiam admittimus.

41 ¶Rursus † humana libertas adeo iureconsultis cura fuit, vt frequentiori eruditorũ calculo receptum sit,non posse renuntiari beneficio cessionis bonorum; quoniam tale pactum est aduersus humanitatem,quam ali inter homines oportet. Præterea est aduersus hominis libertatem, nisi enim cedere possit, perpetuò in carcere miser iacebit. Non valet autem pactum, per quod quis se perpetuo carceri mancipat:quoniam esset perpetua & misera seruitus: nam esse in carcere & esse apud hostes æquiparantur.leg.prima.titu.29.parte secunda. Et non est in manu hominis se seruituti subiicere,præsertim seruituti tam fœder. tamq; inter Christianos non admittendæ.leg.nec si.C. de lib.causa.leg.secunda.ff.de liber.homi.exhibi.leg.Titio centum.§.Titio centum.ff.de condi.& demonstratio.leg.4.titu.31. parte secunda,minor enim videtur miseria serui, quàm eius, qui in carcere perpetuo futurus est,si animi ægritudo & anxie- 43
tas respiciantur. Et quòd tales renuntiatio non valeat, docent Abb.& communiter Canonistæ in capitu. Odoardus.de solutio.Cyn.quæstio.6.Bald.& Salyc.numero 9.in leg.prima.C.qui bonorum ced.poss.Barto.Imola,Rapha.Comensis,& Alber.in leg.alia.§.elegãter.ff.soluto matrimonio.& dicit esse communem Alber.in Rubri.C.qui bon.ced.poss.columna fin.Alexan. consilio 37.viso.numero 6.& ibi Moder.in additione litera B. libro secundo.Faber.§.fin.institu.de actio.numero 7.versi.consueuit,& ibi Ias.qui se remittit, numero 30.Zasi. nu.Moder.in tract.de vsur.quæstio.36.an.finem, & est verior & magis communis opinio,vt testatur Couarr.varia.libro 2.capitu.j.numero 7.Guido Papæ decisione 211.debitor non potest.Beroius quæstione 133.numero j. Capella Tholosana, quæstio.61. Ioannes Paponius in consuetudines Burbonias, titulo de cession.§.72. ad finem,Bessian. in consuetudinibus Aluerniæ titulo descessions,articu.4.versiculo & vtrum. Et hæc est opinio receptior & humanæ societati congruentior. Scio quòd contra scribunt Roman.Ange.& Alexand.numero 11.in leg.alia.§. eleganter. ff.soluto matrimonio.Federic.consilio 60. Rota antiqua. 565. Felin.capitu.ex rescripto.numero 11.de iureiurand.& in capitu. si diligenti.columna 2.de foro competen.quorum opinionem exacto iure veriorem censet Ripa in dicta leg. obligatione. nu- 30.ff.de pigno.vbi ponit limitationes ei, qui velit eam amplecti,vt scilicet non procedat, quando est periculum, ne debitor moriatur in carcere.Sed & eandem opinionem,scilicet cauendum,ne vnquam debitor moriatur in carcere valens eam effugere,notat Boer.deci.349.Aufrer.deci.Tholo.61. Adhuc mihi prima sententia placet tam ex rationib. supra productis, quàm 45
etiam ex textu, quem propugnatores aduersæ partis pro se citant in leg.fina.C.qui bon.ced.poss.vbi Imperator scribit, opinionem humaniorem semper eligendam. Deinde ille textus in d.l.fin.quod est vnicum fundamentum contra sentientium, dum dicit,quòd ille qui accipit inducias quinquennales, non potest bonis cedere,nō probat eorum opinionem: quid enim mirum,si accepto vno beneficio, scilicet inducijs ad quærendã pecuniam priuor alio,scilicet cessione.At hic ex verbulis & stultis promissionibus & renuntiationibus de non cedēdo priuamus hominem libertate & non beneficio,vel alio remedio concesso. Præterea Aufrer.in additione Capellæ Tholosanæ. 61.dicit talem renuntiationem non seruandam, quando paupertas & fames est notoria,idem dicit Fede.cons.60. Anton.& Imol.in capitulo cum contingat.Alexand.in l.alia.§.eleganter. numero 12.ff.sol.matri.vbi dicit,hoc procedere,etiam si renuntiatio fuerit iurata, si est periculum mortis. Adeo autem cessioni bonorum renuntiari non potest, vt neque iuramentum super ea re intorpositum seruandum sit, vti iudicatum scribit Guido decisio.211.debitor. columna secunda, versiculo sed his. Moder.in tractatu de vsur. quæst. 36. ad fina. Abba.ante eos in capitulo secundo,columna secunda,de pigno.Paponius in d.§. 72.quibus pro sua humanitate accedit Couarru.variarum,libr. secundo,capitulo 1.numero 7.versicul. ego iudicem,præsertim si inopia debitotis sit inculpata non crimine neque luxu contracta,& Beroius decisio.133.numero 5.Rursus Aufrer.in additione Capellæ Tholosanę.61.dicit,quòd si inopia &fames esset notoria,admittendus est ad cessionem non obstante iuramento:quoniam seruare illud est aduersus ius naturale,& quòd tale iuramentum non sit seuandum, scribit Vazquius in tract.de succe.Crea.libro.3.§.22.limita.18. numero 80. Huic opinioni libenter accedo,licèt contra scribat Imola in capitulo cum cõtingat.numero 83.de iureiur.Capellæ Tholosæ. 61. Rip. in d. l. obligatione numero 33.versiculo 3.Marian.Socin. in tract. de cita.articu.17.numero 18.Federicus consilio 60.Moti quoniam non est aduersus bonos mores hominem in carcere detineri ob ęs alienum. Mihi satis videtur esse aduersus bonos mores, quod est aduersus charitatem & aduersus affectum humanitatis insitum pectoribus hominum. Hominem Christianum non posse vllo effugio euadere carcerem, vt proximo prosit, vel regi seruiat, vel meliorem fortunam aucupetur. Non est admittendum in republica bene constituta. Et res est exempli abhorrentis ab omni humanitate. Quę vtilitas est creditoris,quòd debitor carceris miseria & sordibus tantum non enectus perpetuò suspiret. Respondebis apparebit aliquis qui pro eo soluat. Quid si non appareat: nam iam olim refrixit charitas, & rara est & tenuis hominum benignitas in egenos, præsertim si magnam summam debeant. Iudices oportet in republica excitare exempla misericordię & charitatis non tyrannicę immanitatis & Scithicę feritatis. Postremò quid nostri exagerant iuramentum hoc in negotio? Christus qui charitas est, qui mitissimus est, qui Matthęi capitulo 18. insectatur creditorem,quòd non audjit debitorem dicentem,patientiam habe in me & omnia reddam tibi? non remittet ipse libentissime iuramentum debitori,qui renuntiauit beneficio cessionis: cum videat illum egenum & miserum, vnumq; ex eorum nu. de quibus dicit Ioannis,cap.Quod huic dedisti,mihi dedisti.

¶ Prętерea † obijciunt nostri, non est aduersus bonos mores hominem ratione ęris alieni esse in carcere,fateor, sed non posse euadere carcerem, cum bonis careat, & ad cessionem non admittatur,est aduersus bonos mores, vt ex Euangelicis & apostolicis traditionibus manifestè deducitur, neque iuris decreta ad alendam humanitatem inuenta sunt, nisi difficillime abolenda, & qñ ex ꝯctu iurato insurgit iniquitas iuramenti,vis tenuis est,vt in capitulo debitores.de iureiur.c.significante.de pigno.Bartol.in l. si quis pro eo. numero 10. ff.de fideiu. Alcia.in capitulo cum contingat.numero 112.numer. 176. vbi Abba.numero v.de iureiuran.solum ualeret hoc pactum, quãdo debitor dolum,vel imposturam cõmisisset.Moder.in tract. de vsur.quęst.361.ad fi.Sed illud non est ex vi pacti, sed quia iure constitutum est,ne debitor,qui dolum commisit, admittat ad cessionem bonorum,vt dico c.16.de nobili.nu.19.

44 ¶ Illud † uidetur memoria dignum,quòd Fab.in §.fin.nu.7. insti.de actio.insectatur Episcopos facientes constitutiones, ꝙ debitores excommunicati non tradantur ecclesiasticę sepultu rę,etiam si bonis cesserint,dicitque tales constitutiones esse aduersus bonos mores,& quòd cum Pontifex remedium cessionis admiserit in capitulo Odoardus.de solutio.non potest ab inferiore tolli.c.indultum.de re.iur.in 6.cuius opinionem sequitur Bessianus in consuetudines Aluernię.titu.de cessio.articulo 4.& est opinio uera,& tales Episcopi tanti nominis honore sunt indigni.Quinimmo cessio bonorum & eius effectus non potest tolli à legato de latere,immo ne ab ipso quidem pontifice,nisi ex causa iusta, ut notat Boerius quęst.133. numero 2. de qua re uide capitulo 2.

¶ Rursus † illud non prętereundum,quòd etiam si pactum de non cedendo bonis non sit seruandum,etiam si sit iuratum tamen tale pactum operabitur,ut debitor cedens, si perueniat

ad

Source : BIU Cujas

ad pinguiorem fortunam conueniatur, non in quantum facere poteſt, vt l. is qui bonis. ff. de ceſſio. bonorum ſed inſolidum nulla re ſibi ad alimenta retenta, ita docet Bald. in leg. j. C. qui bono. cede. poſſ. Ripa in dict. l. obligatione. numero 33. verſic. vltimo. Guido deciſione 211. Aufrerius in additione Capell. Tholoſanæ. quæſtio. 61. Quod mihi probabile & verum videtur, & ſequitur Rapha. in l. alia. §. eleganter. ff. ſoluto matrim.

¶ Deinde vide quanta æquitate iuris ciuilis conditores velint cum debitore inope agi, vt ſi poſt ceſſionem aliqua bona adquirat, non poſſit exigi in pluſquam facere poſſit. §. fina. inſtitu. de actio. leg. is qui bonis. ff. de ceſſio. bonorum quod an ſtante lege regia, & iure Hiſpanico admittatur, dicam infra ſuo loco.

46 ¶ Rurſus † adeo mitiſſime lex vult agi cum debitore, vt effugiat carcerem, vt licèt de iure aliud pro alio ſolui non poſſit, vt in leg 2. §. mutui datio. ff. ſi certum petatur: tamen ſi debitor nō poſſit ſoluere pecuniam, & non inueniat emptorem rerum ſuarum, poteſt dare aliquid de bonis ſuis inſolutum, & creditor illud accipere tenetur, ne debitor cogatur vili vendere, & in carcere eſſe, text. eſt authenti. hoc niſi. C. de ſolu. & ibi notant Dd. Bald. in l. ordo. nume. 15. C. de execu. re. iudica. Deci. Ripa num. 25. poſt Iaſ. in l. 2. §. mutui datio. ff. ſi certum petat. Capella Tholoſo. quæſtio. 68. Affict. dec. 358. Rom. ſingu. 815. tu habes. Barto. in authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccleſi. Capicius deciſi. 42. numero 5. leg. 2. titulo de los gouiernos. libro 3. Fori. Alcia. Parergon libro 10. capitu. 23. Facit. l. a diuo Pio. §. ſi pignora. ff. de re iud. l. 6. titulo 27. parte 3. vbi ſi pignora emptorem non inueniant, creditor debet audiri volens ea habere inſolutum, vide Dd. ibi & Guido. Papæ ſingulari 941. incip. ſi debitor. Quare creditores ne cogantur capere rē inſolutum ſubijciunt aliquem emptorem, qui paruum pretium offerat: nā beneficium. d. authen. hoc niſi. non habet locum, ſi reperitur emptor. Et quòd teneatur accipere rem inſolutum, ſi deficit pecunia, intellige, ſi debitor non reperiat emptorem, vt in dict. authen. hoc niſi. in fine, & in authē. de fideiuſſ. §. quòd autem, & quòd teneatur accipere rem inſolutum eſt verum. Etiam ſi debitor promiſerit ſoluere in pecunia numerata ſecundùm Cyn. in dict. authenti. hoc niſi. & notat Ripa in dicto §. mutui datio. numero 25. Practici Papienſes in libello actionis hypothecariæ, verſic. exceptionem ſolutionis.

47 ¶ Debitor † tamen probare tenetur, ſe diligenter curaſſe pecuniam inuenire ad ſolutionem, & quòd non potuit reperire, & debet cauere de euictione creditori pro re, quam illi inſolutum dat. Hæc omnia probantur in authent. de fideiuſ. §. quòd autem, vnde deſumpta eſt authenti. hoc niſi. & debet tradere creditori inſtrumenta titulorum, argumen. l. Titius. ff. de actio. empt. notat Roma. in d. §. mutui datio. & ibi Ripa numero 25. Item creditor poteſt bona meliora accipere, textus eſt in d. authent. hoc niſi, & in §. quòd autem. & poteſt eligere mobilia capere, vt §. quòd autem. Notandum tamen, quòd pro paruo debito non poteſt creditor accipere rem meliorem pluris valentem, ſi alia proportionabilior offeratur, ita docent æquiſſime Imol. & Alexan. in l. a diuo Pio. § in venditione. ff. de re iudi. Salyc. in dict. authen. hoc niſi. ad finem. Alexand. in dict. §. mutui datio, & ibi Ripa numero 26.

48 ¶ Præterea † ſi eccleſia eſſet debitrix, & non poſſet in pecunia, vel in bonis mobilibus ſoluere, creditor non poſſet eligere rem immobilem meliorem, textus eſt in authent. hoc ius porrectum: in fine. C. de ſacroſanct. eccleſi. & ibi Barto. & alii. & in authen. de alimen. & emphyteu. §. ſi verò. gloſa: Barto. Alexand. Iaſ. Decius, & Ripa nume. 27. in dict. l. 2. §. mutui datio. ff. ſi certum petatur. Roma. ſingulari. 815. tu habes. Aufrerius in additione Capellæ Tholoſanæ. 68. Meminiſſe tamen oportet, Eccleſiam hoc caſu poſſe dare in ſolutum immobilia, ſi mobilia non habet, vt in dictis iuribus probatur, & notant Fulgo. Deci. & Ripa numero 27. in d. l. 2. §. mutui datio. Rurſus notandum erraſſe Caſtellum in l. 20. Tauri. uerbo. en dineros, verſicu. Item fallit in creditore, & ibi quia inuitus, vbi dicit ſpeciale eſſe in eccleſia, vt creditor rogatur accipere rem inſolutum.

49 ¶ Adeo † autem hoc remedium æquum & fauore dignum viſum eſt, vt non poſſit renuntiari beneficio authenti. hoc niſi, vt ſcilicet debitor non potens ſoluere in pecunia, neque vendere poſſeſſiones ſuas, non liberetur offerēdo creditori rem in ſolutum. Ita docuit Iacobus Beluiſius in authenti. de fideiuſ. §. fi. Alexand. conſi. 37. viſo & opportune diſcuſſo. num. 6. verſic. 3. videtur, libro 2. quoniam talis renuntiatio videtur continere quid turpe & inhumanum: quoniam renuntiando dict. authen. hoc niſi. videtur paciſci, quòd iniuriam patiatur, hoc eſt, quòd poſſit detrudi in carcerem, & quòd creditor ei ſit acerbus & durus. §. fina. in authen. de fideiuſſ. ideo valere non debet. leg. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. l. ſi vnus. §. pacta, quæ turpem. ff. de pact. l. alia. §. eleganter. ff. ſoluto matrimonio. & faciunt, quæ ſupra dixi, quòd non ualet pactum, vt nō liceat cedere bonis. Cynus reliquit rem indiſcuſſam. Reperio tamen, quòd Salyce. in dict. authenti. hoc niſi dicit, quòd poteſt renuntiari, & Ripa in d. §. mutui datio. nu. 28. ver. cęterū, nulla facta mētione de Alex. in d. loco, ſcribit auth. hoc niſi. non procedere, ſi debitor renuntiauit beneficio illius authenticæ, citat Alex. in l. alia. §. elegāter. ff. ſol. mat. quem nō reperio tale quidpiam ſcribere, tātum ſentit, quòd poteſt renuntiari ceſſioni bonorum. Mihi verior videtur opinio Salyceti, & Ripę, quòd ſcilicet poſſit renuntiari. d. authētice hoc niſi. argumento. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis. quoniam nihil continet turpe tale pactum: non enim debitor tempore quo ſe obligat ſcit iam, quòd ſibi defutura eſt pecunia ad ſolutionem, & quòd non debet habere mobilia, neque inuenire emptorem immobilium, & ſic non eſt verum, quod Alexand. dicit, quòd videtur paciſci, vt iniuriam patiatur. Præterea ſi habet poſſeſſiones, liberabitur à carcere: aliquādo enim inueniet emptorem, non enim tempora ſemper acerba & infelicia ſunt, ſed eſt omnium rerum viciſſitudo, aliàs cito ſolueren tur humanarum rerum compages. Si commercia & emptiones & venditiones prę inopia contrahi non poſſent, & vt omnia deſint effugiet carcerem cedendo bonis, vt expreſſe dicit text' originalis in Auth. de fideiuſſo. §. quòd autem. verſicul. ſi enim. Et ſic poſſe renuntiari. d. auth. hoc niſi. docet Aufrer. in additio. Capel. Tholoſ. 68. Neque obſtat, ſi quis obijciat, quòd Aufrer. dicit, renuntiationem non valere, ſi per ſtatutum municipale debitor non admittatur ad ceſſionem bonorum; quia tunc ſi valeret, perpetuò remaneret debitor in carcere cum facta renūtiatione non poſſet dare bona inſolutum. Quare dicet quiſpiā, quòd cum iure regio beneficium ceſſionis bonorum ſit ſublatum, vt dixi. capitu. 2. Quòd renuntiatio auth. hoc niſi. non valeat. Sed reſponde, quòd nō ita eſt ſublatum, ut debitor debeat perpetuò manere in carcere. Immo liberatur à carcere dando ſe in ſeruitium creditori, aliàs non valeret lex tollens beneficium ceſſionis bonorum, vt docui capitulo ſecundo. In ſumma veriſſimum cenſeo, beneficium auth. hoc niſi. poſſe de iure ciuili renuntiari; quia liberabitur debitor cedendo bonis. At iure regio cum non liberetur cedendo bonis, ſed debeat ſeruire, certe ſeruitium impeditur, vbicunque debitor dat rem, vel pignus creditori, vel fideiuſſorem. l. ſecunda, titul. de los gouiernos, libro Fori. Quod iure regio (citra diſpoſitionem iuris ciuilis) admittitur ad euitandum ſeruiendi onus. Quod intelligēdum non quoad hoc, vt debitor renuntians non poſſit conijci & detineri in carcere: nam quo ad id etiam iure regio valet renuntiatio: nam coniectus in carcerem quæret pecuniam, vel rem mobilem, vt ſoluatur è carcere, at ſi res veniat ad periculū addictionis, debitorque niſi poſſit dare in ſolutum ſit tradendus in ſeruitium, & tunc poterit rem in ſolutum dare liberabiturque, etiam ſi renuntiauit diſpoſitioni authen. hoc niſi.

50 ¶ Deinde † non procedit dicta auth. hoc niſi. ſi debitor iuraſſet ſoluere in pecunia numerata & non in alia re aduerſus voluntatem creditoris. Ita Rip. in d. §. mutui datio. numero 28. verſiculo item. qui citat Alex. conſi. 35. viſo. libro 2. quia iuramentum habet vim ſpecialis renuntiationis, capitulo ex reſcripto, ubi gloſa de iureiuran. & (vt dixi) ſi ſpecialiter. d. authentice renuntietur, non poteſt debitor vti eius beneficio. Addit tamen prudenter Ripa, quòd ſi poſt renuntiationem, uel iuramentum ſuperuenit caſus inopinatus auferens debitori potentiam ſoluendi in pecunia, & potentiam vendendi bona, ſua debitor non obſtante iuramento ſatifaciet, dando bona inſolutum: quia iuramentum intelligitur, rebus ſic ſe habentibus, capitulo cum inter. de renuncia. Imol. & Iaſo. in l. quod Seruius ff. de condi. ob cauſam. Et iuramentum ſolum habet vim ſpecialis renuntiationis quoad cogitata, capitulo veniens de iureiuran. Iaſ. in l. ſi mihi & tibi. §. fi. ff. de leg. j. facit. l. fiſtulas. ff. de contrah. emp. Facit, quod ſcripſi in tractatu de non melio. filia. dotis ratio. cap. 4 num.

51 ¶ Illud † non omittendum, quòd authen. hoc niſi. & eius beneficium ſeruandum, etiam ſi debitor iam ſit in carcere: nam vt liberetur ab ea creditor, cogitur recipere de bonis ſuis inſolutum, iuxta Auth. de fideiuſſori. §. fina. ita ſignificat Bald. in l. ordo. colum. fi. numero 15. C. de executio. rei iudi. Aufrerius in additione Capellæ Tholoſanę. 68. iuncta deciſio. capellę. Et hoc etiam caſu fallit regula. l. 2. §. mutui datio. ff. ſi cert. pet. facit l. 2. titu. de los gouiernos. li. 3. For. An autem dare poſſit in ſolutum nomina debitorum, vide Bal. conſi. 363. lib. 5. Sed hic pauliſper lector ſubſiſte, reperio enim, quòd Caſtellus in l. 20. Tauri. verbo. en dineros, verſicu. Item creditor. Scribit, creditorem non cogi accipere rem in ſolutum, niſi debitor ſit incarceratus, allęgat Bald. in l. ordo. C. de exec. re. iudica. qui nihil huiuſmodi ſignificare voluit. Deinde allegat auth. hoc niſi. & Authen. de fideiuſſo. §. quòd autē, ſed certe Caſtellus, meo iudicio, hac in re à ſcopo prorſus aberrat: nam tex. in §. quòd autem. ſatis probat contrarium: dicit enim textus, quòd vt rigor in debitores minor ſit, & clementia eos ſubleuet, iudex iubeat dari in ſolutum rem immobilem creditori. De iure autem ciuili, antequā debitor capiatur, ſunt res eius vendendę, vel addicendę creditori. l. à Diuo Pio. §. in venditione. & §. ſi pignora. ff. de re iudi. & dixi ſupra numero 26. Ergo diſpoſitio. §. quòd autē procedit

dit ante carcerem. Deinde equius est hoc admitti, & hanc esse veram opinionem significat Aufrerius in dict. additione Capellæ Tholosanæ. 68. qui post decisionem Capellæ, quæ docet creditorem, si desit pecunia, debere accipere rem in solutum, dicit per modum extensionis idem, quando debitor iam est incarceratur. Rursus Castellus dicit hæc verba, quod tamen limita: nisi sit debitor ex contractu guarentigiato. Omitto, quòd rem non probarit ratione, vel auctoritate, non miror, forsan aliis erat negotiis distentus. Sed quid senserit, scire cupiam. Nam si vult, vt debens ex contractu guarentigio non possit dare rem in solutum, vt effugiat carcerem, toto cœlo aberrat. Quid enim habet contractus guarentigius, quòd debitum reddit liquidum? Vtique si liquidum nõ esset, iudex non iuberet, in dicto §. quòd autem. rem dari insolutum, ergo ibi res erat iudicata, vel confessio partis: nihilominus tamen iubet lex, vt iudex cogat creditorem accipere rem insolutum. Sed magis arbitror Castellum sensisse, vt si debitor iam sit incarceratus, & debeat ex contractu guarentigio, non liberetur dando rem insolutum, forte imitatus opinionem eorum, quibus placet sepulturam mortui posse prohiberi, si debeat ex contractu guarentigio, quorum memini numero 21. Sed si hoc sensit, etiam longissime fallitur: ille enim, qui debet ex contractu guarentigio, siue sit coniectus in carcerem, siue non. Dignior est misericordia, quàm qui non debet ex contractu guarentigio, nimirum magis præmitur & probationis luce & executionis rigore, textus autem in §. quòd autem. æditus fuit ad subleuandum miseriam debitorum, vt ex eius tenore elicitur. Deinde si mouetur, quòd contractus guarentigius habet vim rei iudicatæ, certè in §. quòd autem. debitor debebat ex re iudicata, aliàs non diceret lex, vt iudex daret rem insolutum. Nam quoad executionem iudicis manus cessat, quousque adsit sententia, quæ transeat in rem iudicatam, vt dixi nume. 31. Sed ad decreta debitoribus fauentia redeamus, reperio.

52 ¶Quòd † Scotus in quarto sententiarum, distinctio. 15. scribit, quòd si debitor non præmitur vltima inopia, sed tamen si restituat, patietur magnam iacturam rerum suarum, puta, quòd erit sibi inutilis ars, ex qua alit se & familiam suam; quoniam forsan oportet vendere instrumenta & libros vel capitale, cum quo lucratur victum, & hoc casu dicit, quòd nõ tenetur statim restituere, si creditor diues est, & congruenter viuere potest, etiam si sibi debitum non restituatur, & sufficiet, quòd debitor quolibet anno soluat particulam summæ, ita Ioannes de Neapoli in quodlibeto 9. quæstione 22. & sequitur Lupus in Rubr. de donatio. inter virum & vxorem. §. 65. limitabis, numero 50. versicu. & cogitabis. Debet tamen debitor, si vult tutus esse in conscientia, viuere parce, id solum expendẽs, quod ad victum, non quod ad splendorem necessarium est. Vt quamprimum satisfaciat: neque enim de alieno quis viuere potest iuxta familiæ & status sui dignitatem, auctore Ricardus in 4. sentẽtiarum, distinctio. 15. artic. 5. & ibi Petrus de Palude, & Gabriel questio. 2. columna 2. in princip. versiculo. Sed vtrum sit necessarium. Archiepiscopus Florentinus in secunda parte titu. secundo, capitu. 8. columna 5. Ecce habes nouam indulgentiam concessam his, quos egestas præmit.

53 ¶Rursus † & in fauorem eorum qui soluendo non sunt, illud videtur inductum, vt si pauper, qui soluendo non est, pecuniã mutuò accipiat, & ex ea alat filios, creditor aduersus filios, creditor aduersus filios agere possit, qui habent fortè res maternas, vel aliàs diuites sunt, hoc est prudentissime propositum a Barto. in leg. his solis. ff. de condit. indebit. qui licet relinquat cogitandum, probant Ange. & Ias. Idem Ias. & Deci. in leg. si cum seruum. ff. si certum petatur. Roma. sing. 213. pater pauper. Cremensis singulari 37. tu mutuasti. Lupus in repe. rubricæ, de donatio. inter virum, & vxorem. §. 66. illud autem. nu. 6. versicu. & si fortè. Cępola cautela 246. quid si pater.

54 ¶Quare † creditor cautus faciat scribi in instrumẽto, quòd mutuat pecuniam patri ad alendum filios vel vxorem; erit eñ vtile, argumentum leg. fina. ff. de exer. Nam & vxor tenetur pro mutuo accepto a marito, qui soluendo non est, si modo maritus pecuniam expendit in alendo vxorem auctore Platea in leg. vxorem. C. de decurio. libro 19. Cremen. dicto singulari. 37. Ludus. dicto §. 66. numero 5. versicu. & si fortè. Quamuis enim filii, vel vxor locupletiores ex mutuo facti non sint; tamen certè locupletiores sunt eius occasione, cum sua fortè ad alimẽta non alienarint, quòd nisi pater vel maritus mutuum accepissent tenerentur facere, ne egestate perirent, ergo conueniri possunt, argumento. lege secunda. §. primo. ff. ad leg. Rhod. de iactu. Facit. leg. finali. ff. de eod. per quem fact. erit. leg. ei qui. ad finem. C. quod cum eo. Adde, quòd tales filij tenebuntur, etiam si repudient hæreditatem egeni patris, vt scribit Cremen. dict. sing. 37. & hanc opinionem sequitur Bald. in leg. fina. C. ad Macedo. Facit glos. in dict. leg. his solis. ff. de condi. indebit. & quod ibi nota. Barto. scilicet quòd si ille, cui solutum est indebitum, non est soluendo, potest repetitione agi aduersus eum, cui pecunia profecit, si causam lucratiuam habeat vide doctores ibi. Et quòd ad mulierem attinet, non obstat leg. 61. Tauri. vbi dicitur, vxorem obligantem se pro marito non teneri, etiam si pecuniam sit conuersa in eius vtilitatem, ergo cũ expressa obligatio non sufficiat, vt mulier teneatur pro marito, etiam si debitum sit conuersum in eius vtilitatem, videtur, quòd multo minus tenebitur, quando non se obligauit, sed tãtum allegatur, quòd debitum fuit conuersum in eius vtilitatem. Sed respondeo, quòd hic loquimur, quando maritus non est soluendo, quo casu vxor siue obligauerit se pro eo siue non, potest conueniri non tam ex vi fideiussionis, quàm ex eo, quòd maritus non est soluendo, & debitum fuit conuersum in ipsius vxoris vtilitatem, & ita intelligenda. d. regia. le. 61. Ex his appareret, quòd in fauorem egeni debitoris non solum soluitur aliud pro alio, vt dixi supra, numero 46. verum etiam vnus tenetur pro alio.

¶Rursus adeo de iure ciuili debitor non efficitur seruus, vt debens etiam ex delicto non efficiatur seruus pœnæ. authent. de nuptiis. §. quòd autem, & in authen. sed hodie. C. de donatio. inter virum & vxorem gloss. in leg. si quis mihi bona. §. seruus municipum, & ibi Ias. nume. 11. ff. de acqui. hæredit.

55 ¶Præterea † Galli adeo benigne tractant debitores, vt nemo pro debito ciuili carcerari possit, nisi ad id sit expresse obligatus, vel condemnatus, vti memoriæ prodit Faber in §. fin. col. pen. versitem quæritur, institu. de actio. Boer. decisi. 349. num. 7. ad finem. Aufrer. in additio. Capellæ Tholosanæ 61. Rursus & apud eos peculiaris quidam & valde benignus mos exigendi debita videtur esse: nam si debitor est inops, exactio non fit nisi post funus, vt indicat Ioannes Girardus iureconsultus & poeta non insulsus his versiculis, quibus & Galliæ morem indicat, & priscum legis duodecim tabularum rigorem damnat.

Heus principes duodecim
Tabulæ inopem crudeliter
Quæ debitorem dilecant
Aut iura mores publici
Quæ carceribus illum misere
Et opprimunt & enecant
Nimis mihi nimis displicent
Qui Gallum habuit mos bonus
Idem & vetus probabitur
Nimis mihi cuiq; & bono
Quo creditores debita
Petant sibi post funera.

56 ¶† Arbitror hæc vltima duo carmina per iocum apposita, significando scilicet morem Galliæ, quo inops debitor non conijcitur in carcerem. ideo dicit, vt creditores sibi debita petant post funera: quid enim si debitor ditiores amicos æris alieni reliquit hæredes, vti Argiropilus in extremo vitæ actu iocatus fecit.

¶Sed quantum & veteres & recentiores iureconsulti ciuilesq; constitutiones inopi debitori indulgent, tantum Hispani in eos peracerbe grassantur: non enim admittunt cessionem bonorum, neque permittunt debitorem, ociosum facta cessione euagari. Immo & lege & consuetudine antiquissima statutum est, vt debitor inops tradatur creditori, vt operis satisfaciat creditæ summæ, tempore seruitii iuxta debiti quantitatem a iudice taxando. Ita statuitur in hac lege, cuius enarrationem scribimus, & in leg. secunda, titulo de los gouiernos. libro 3. Fori, & in l. 12. titulo de las deudas. libro 4. Fori. ibi. Sean entregados del cuerpo. Et in l. fina. eiusdem tituli ibi. Et si los bienes no cumplierensea apoderado del cuerpo del deudor, assi como manda la ley. Hæc constitutio ante annos mille prodita videtur: nam inter Gothorum leges, libro quinto, titulo de los peños y de las deudas, ita lego. Si algun home es culpado de muchas deudas, o de muchas culpas, aquel home que primeramente gelo demandare, a aquel deue primero fazer paga, è si vuiere muchos demandadores, de consuno deue fazer paga a cada vno segundo que deue, et si non sea sieruo de todos, y el juez deue saber a quien deuia mas, o menos, y assi faga paga a cada vno, & si nõ ouiere onde pague a los otros deudores, deue ser sieruo de aquellos por la deuda.

¶Hactenus lex in cuius subscriptione legitur. El Rey don Cyndo hizo esta ley.

¶Rursus lex 2. titulo 4. inquit. El que entrare en la casa por fuerça, o robare alguna cosa, peche lo que robo en diez duplos, & si non ouiere onde lo peche, sea sieruo de aquel a quien fizo el furto.

¶Idem in debentibus ex delicto definitur in pluribus legibus eius libri, vti dicam infra suo loco, capite de debitore ex delicto. Euidem mirum videri potest, Hispanos natura vehemẽtes decretum tam rigidum admisisse durasseq; eius obseruationem in hunc vsque diem: cum princeps quidam iusserit omnes Hispanos esse liberos auctore Iustino, libro 44. Sed fortè ab incolis

Source : BIU Cujas

incolis Græcis vel Romanis id mutuati ſunt. Primùm enim Athenienſes, quorum imperium Romano antiquius fuit, debitorem inopem creditori adiudicabant, ſi pro pecunia corpus obligaſſet, quæ lex a Solone viro philoſopho abolita fuit: inſtituit enim excuſſionem oneris iniqui, quo tenuiores a potentioribus præmebantur, immenſumque fœnus ad mediocritatem reduxit, ſanxitque, ne cui liceret ob vſuras ius in corpus habere, vt auctor eſt Plutarchus in eius vita, & in libro de vitanda vſura, ne omnes ciues vſuris præſſi in ſeruitutem redigerentur, vti ſcribit. Moder. in tractatu de vſuris. quæſtio. 36. numero 271. Couarru. variar. libro ſecundo, capitulo primo, columna ſecunda, quæ lex in vrbe Roman. aliquando obſeruata fuit, nimirum illuc tranſlatis legibus duodecim tabularum: petierunt enim Romani a Græcis leges, quibus ciuitas fundaretur, vt auctor eſt Pomponius in lege ſecunda. §. exactis. ff. de origin. iuris. Inter leges autem duodecim tabularum hæc vna erat, qua non ſolum debitor adiudicabatur creditori, verum etiam vendebatur, vt ex pretio creditori ſatisfieret, ſi autẽ plures habebat creditores, diſſecabatur ab eis. Immite prorſus & pluſquam belluinæ feritatis exemplum, vt vnum omnium animantium, quę ſub Luna ſunt multo pręſtantiſſimum omnium terribilium maximum incurrat, ſcilicet mortem pecuniolæ ratione, quam abieciſſe & contempſiſſe apud ethnicos etiã pulchrius fuit quàm poſſediſſe. Verba legis hæc ſunt.

¶In debitorem manus iniectio eſto, in ius ducito, ni iudicatum facit in vinculis ſexaginta dies habeto. Inter eos dies trinis nundinis continuis ad prætorem in comitium producito, quantæque pecuniæ iudicatus erit prædicato. Tertiis autem nundinis ſi interea pactus non ſit, capitis pœnas dato, aut trans Tyberim peregre venumto, & ſi plures forent, quibus reus eſt iudicatus tertiis nũdinis parteis ſecanto, ſi plus minusve ſecuerunt, ſine fraude eſto.

¶Hactenus verba legis duodecim tabularum relata a Modern. Germ. Rubrica 8. Ex quibus nota illa capitis pœnas dato, quæ ſignificant inopem debitorem amittere libertatem aut transtiberim venumire, hoc eſt, aut vendi, vt ei ex pretio ſatisfieret, aut diſſecari, ſi plures habet creditores. Huius legis meminit Fabius inſtitutionum, libro ſeptimo, capitulo quarto. Gellius noctium Athicarum, libro primo, capitulo vigeſimo. Tertullianus in Apologetico, capitulo quarto. Cælius lectionum antiquarum, libro ſeptimo, capitulo vigeſimo. Et è noſtris Azo in ſumma C. qui bonis ced. poſſ. gloſſ. in leg. prima. & in leg. finali. C. eodem titulo. Salycet. in leg. j. C. eodem titulo. Iaſ. in §. fina. nu. inſtitu. de actio. Alciat. in leg. aliud eſt fraus. numero vigeſimo. ff. de verborum ſignificatio. Zaſius in §. fin. num. Inſtitu. de actio. & in leg. ſecunda, in verbo curias. ff. de orig. iur. Spiegel in Lexico iuris ciuilis, in verbo addictus, Couarru. Varia. lib. 2. cap. j. col. 2.

57 ¶Sed † Rodericus Suarez, qui patrum noſtrorum memoria eruditi nominis auctoritate merito floruit, ſcribit falſum eſſe, quod Accurſius & cæteri ſcripſere, debitorem inopem lege duodecim tabularum tradi creditoribus dilacerandum. Ita ſcribit in leg. ſecund. titulo de los gouiernos. columna prima. Sed parcendum viro multis egregiis dotibus inſigni, vixit infœlici ſeculo, quo bonæ literæ apud Hiſpanos in pretio non erant, vtinamque plures veteris inſcitiæ patroni tot dotibus ignorantiam bonarum literarum penſarent, quod Rodericus penſabat, quanta erat in eo viro non vulgaris eruditio, quanta ſedulitas, quanta grauitas, quam erat appoſitus ad docendum, quàm nihil temere diffinit.

¶Nunc quidam tantum ſibi magni videntur, quòd omnis politioris literaturæ rudes corporis & animi ſordib fœdi ſunt, vt craſſi craſſa Minerua gaudent, atque hincque maximorum iureconſultorum nomen apud imperitos adepti, mirum quã exultant, quòd ſtultiſſimi & pecunioſiſſimi ſunt.

58 ¶Sed † qua ratione tanta pœnæ crudelitas fuerit denuntiata, explicat Cecilius iureconſultus apud Gellium dicto capitulo vigeſimo. ſcilicet, vt homines ſocordiam excutientes laborarent, metuque tanti ſupplicii nemo debita ſibi pecunia fraudaretur. vnde neminem vnquam a creditoribus diſſecatum ibidem Gellius refert his verbis introducendo Cæcilium loquentem. Nihil profectò (inquit Cæcilius) immitius, nihil immanius niſi, vt re ipſa apparet, eo conſilio tãta immanitas pœnæ denuntiata eſt, ne ad eam vnquam peruenireturr, addici nãque nunc atque vinciri multos videmus: quia vinculorum pœnam deterrimi homines contemnunt, diſſectum eſſe antiquitus neminem equidem neque legi, nec audiui.

59 ¶Si quidem † non tollit humanum genus crudelem iſtam lanienam, vnde tanquam rationi repugnantem moribus repudiatam fuiſſe quòd attinet ad diſſecandum creditorem ſcribit Fabius inſtitutionum, libro tertio, capitulo octauo, dicens legem duodecim tabularum non eſſe natura laudabilem, quatenus permittit debitorem diſſecari.

¶Idem ſcribit Tertullianus in Apologetico, capitu. quarto. Sed quatenus permittit, debitorem iudicatum tradi creditori, vt ei ſeruiat, lex multis annis obſeruata fuit apud Romanos, vt apparet ex Gellio dicto capitulo vigeſimo, & ex Cicerone in oratione pro Flacco, qui de Heraclide quodam loquens inquit. Cum iudicatum non faceret addictus Hermippo, & ab hoc ductus eſt. Rurſus ex Liuio Decad. libro ſecundo. Ciuitas (inquit Liuius) ſecum ipſa diſcors inteſtino inter patres plebemque flagrabat odio, maximè propter nexos ob æs alienum. Fremebant ſe foris pro libertate & imperio dimicantes domi a ciuibus captos & oppreſſos eſſe. Et paulò inferius inducit quendam addictum (ita enim voco debitorem inopem creditori traditum) quiritantem apud populum de ſęuitia creditoris, cui addictus erat, aiebat (inquit) ſe æs alienum feciſſe, id cumulatum vſuris, primò ſe agro paterno auitoque exuiſſe, deinde fortunis aliis, poſtremò velut tabem peruenisse ad corpus, ductum ſe ab creditore non in ſeruitium, ſed in ergaſtulũ & carnificinam.

¶Rurſus idem Liuius paulo inferius inquit. Appius quàm aſperrime poterat ius de creditis pecuniis dicere, deinceps & qui ante nexi fuerant, creditoribus tradebantur, & nectebantur alij.

60 ¶Quinimmo † & filii debitorum ſolebant apud Romanos a creditoribus detineri, vt conſtat ex Liuio Decad. prima libro ſecundo. vbi flagrãte inter plebem & patres odio ꝓpter nexos ob æs alienum Seruilius Conſul concionatus ad plebem pro concordia edicto prodito cauit. Ne quis ciuem Romanum vinctum aut clauſum teneret quominus ei nominis edendi apud conſules poteſtas fieret, aut liberos nepotesve eius moraretur. Quod etiam memoriæ prodit Dionyſius & Cælius lect. antiquarum, libro 7. cap. 20.

61 ¶Sed † tandem Romani rigidum hoc decretum elationi gentis minime conueniens abiecere, & poſt plures plebis ſuper hac re magnas ſeditiones cum Lucius Papyrius ob æs alienum traditus fuiſſet. C. Publio, iſque eum ad libidinem perlicere tẽtaſſet, miniſque & precibus nihil proficeret, nudari eum & verberari iuſſit, commoti autem conſules ob libidinem & crudelitatem fœneratoris legem ediderunt, vt pecuniæ creditæ bona debitorum non verò corpora eſſent obnoxia, eoque anno L. Papirio Mugilano, & C. Pætilio Conſulibus Romanis velut aliud initium libertatis factum eſt. Debitores enim nexi fuerunt ſoluti, cautumque ne in poſterum necterentur, vt auctor eſt Liuius Decad prima, libro octauo. Hos enim debitores qui ob inopiam creditoribus addicebantur, Romani appellabant nexos & nexu vinctos & addictos: vt patet ex Liuio in locis ſupracitatis, & ex Budęo titulo de in diem addictione. Fabius libro ſeptimo, capitu. quarto. Alciat. in leg. aliud eſt fraus. nume. 27. ff. de verborum ſignificatione. Couarruuias variarum, libr. ſecundo, capitulo primo, columna ſecunda. Moderni in tractatu de vſuris. quæſtione 36. Zaſius in l. ſecunda, in verbo curias. ff. de orig. iur. Spiegel in lexico, verbo addictus.

¶Neque mirum ſi Romani rigidum id decretum abiecere, nam & Perſarum Barbari Reges indignè ferunt, quempiam è ſuis ſeruire, vt auctor eſt Lampridius in Alexandro.

62 ¶Sed † & apud Hebræos tempore Eliſei prophetæ moris fuiſſe videtur, creditorem ducere in ſeruitium filios debitoris, vt probatur Regum 4. capitu. Vbi mulier quædam de vxoribus prophetarum clamabat ad Eliſeum, dicens. Seruus tuus vir meus mortuus eſt, & ecce creditor venit, vt tollat filios meos ad ſeruiendum ſibi.

¶Quo forſan alludit Euangelica parabola, quæ legitur Matthæi capit. 18. Vbi ſeruator noſter cœleſtis doctrinæ theſauros reſerans, & viam ſalutis docens. Inquit, aſſimilatum eſt regnũ cœlorum homini regi qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis, & cum cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnus qui debebat decem millia, cum autem non haberet vnde redderet, Iuſſit eum dominus eius venundari & vxorem eius & filios. Nota quòd venditur debitor & eius filii. Et paulò poſt. egreſſus autem ſeruus ille inuenit vnum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios & tenens ſuffocabat eum dicens, redde qđ debes. & paulò infra & iratus dominus tradidit eum tortorib. quoadusque redderet debitum.

¶Scio hanc eſſe parabolam cœleſtis doctrinæ miſteria continentem. Sed tamen parabolæ litera ſemper continet rem aptam & communi hominum tractatui conuenientem, intus autem diuina ſapientia latet. Rurſus in Eccleſiaſtico legimus. Debitor eſt ſeruus creditoris, quamuis id ad animi anxietatem videtur referendum: nam ſicut oculi ancillæ in manibus dominæ, ita debitor ad conſpectum creditoris contabeſcit. Mirandum autem apud Hebræos rem adeo rigidam fuiſſe in vſu cũ Exod. 22. legamus. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes. Quæ vltima verba Hebræi ita legunt, nec inferes ei morſum. Rurſus Deuteronomij 23. iuxta tranſlationem Tigurinam legitur. Ne morſum inferas fratri tuo fœnore pecuniæ, alienum

mordebis

mordebis fęnore, fratrem autem tuum non mordebis, vt felicitet & fortunet te dominus. Qui autem conueniebat, vt qui prohibebatur fęnus accipere à fratre, posset illum in seuitium accipere ratione æris alieni, qui pernicioſior morſus.

63 ¶Quamuis † autem capere debitorem inopem à Romanis lege lata ſublatum fuerit. L. Papirio Mugilano, & C. Petilio Conſulibus: non tamē videtur in totum ab vſu receſſiſſe, cum apud Ciceronem in oratione pro Flacco legamus. Cum iudicatum non faceret addictus. Hermippo & ab hoc ductus eſt. Cicero autem multis annis poſt Conſules. L. Papirium. & C. Petilium vixit, rurſus Gellius qui aliquot ſeculis poſt Ciceronem floruit, Traiani ſcilicet, & Adriani tempore ſcribit Noctium Atticarum lib. 20. c. 1. Addici nunc atque vinciri multos videmus: quia vinculorum pœnam deterrimi homines cōtemnunt. Quinimmo & Theodoſij Cæſaris ſeculo debitores qui ſoluendo non erant cruciabantur acerbe, vt probatur in Codice Theodoſiano. l. j. C. qui ex lege Iulia bonis cedere poſſunt, vbi hæc verba legimus. Ne quis debitor bonorum faciens ceſſionem liberum à repetitione pleniſſimum nomen effugiat: ſed ad redhibitionem debitæ quantitatis congrua atq; digniſſima ſuppliciorum accerbitate feratur.

64 ¶Notanda † hic ſunt duo, primò, quòd tempore Theodoſij debitor non liberabatur cedendo bonis, deinde quòd ad reſtitutionem debitæ quantitatis cogebatur ſuppliciorum acerbitate, vt etiam probatur in l. fin. C. qui bonis cedere poſſunt, vbi lege illa opus fuit ad ſemouendum cruciatum, qui debitoribus irrogabatur. Supplicio autem ſubijci durius eſt, quàm creditori tradi: quanto enim facilius & minus probroſum eſt ſeruire, quàm cruciari? Impetrauit autē Theodoſius anno ab vrbe condita milleſimo, centeſimo, trigeſimo octauo, vt auctor eſt Paulus Diaconus.

65 Præterea † in ipſo Iuſtiniani. C. in l. fi. C. de capti. & poſtlim. reuer. videmus conſtitutum, vt debitor inops qui debet: quia ab hoſtibus redemptus fuit, ſeruiat ſi ſoluendo non ſit. Inquit lex. Decet redemptos aut datū pro ſe pretium emptoribus reſtituere, aut laboris obſequio, vel operæ quinquennij vicem referre beneficii: Ecce laboris obſequio perſolui creditori debitum, quanquam illi lex ſolum ſeruanda in debētibus ex cauſa redemptionis: vt ſi ſoluendo non ſint, ſatisfaciant creditori ſeruiendo, non verò de iure ciuili practicanda in debētibus ex alia cauſa quam redemptionis, aliàs cogimur fateri titu. de ceſſione bonorum correctum eſſe per illam legem, neq; ceſſionē bonorum liberare inopem debitorem, quouſq; ad pinguiorē perueniat fortunam, quod eſt abſurdū, neq; iure ciuili debitor inops ſeruire tenetur creditori, ſed cedendo bonis liberatur, vt dixi num. 5. niſi in caſu. d. l. fi. C. de capt. & poſtlim. reuer. ſcilicet quando quis debet ex cauſa redemptionis. Quod & iure digeſtorum erat diſpoſitum, licèt tempus quinquennii, quod lex Codicis præfinit, non eſſet præfinitum, ita probatur ex Vlpiano in l. 3. ff. de libe. homi. exhib. verſi. ſi eum. Inquit Vlpianus. Si quis eum quem ab hoſtibus redemit retineat, in ea cauſa eſt, vt interdicto nō teneatur: nō enim dolo malo facit, planè ſi offertur pretium, interdictum locū habet. De qua re infra ſuo loco.

¶ Præterea inter Nouellas Iuſtiniani Grecas, quas Latinè vertit Holoander, extat nouella. 135. titulo ne quis cogatur bonis cedere, quæ in vulgato Authenticorum Codice non habetur, in ea autem agitur de ceſſione bonorum à debitore facta, & hæc verba lego. Potius quàm cum inopiæ iugo ad mortem vſque præmi opprobrio ignominiæ. Sic Alexander Seuerus laudatiſſimus Princeps cum audiſſet aniculam à milite iniuriis affectam exautorauit eum militia & in ſeruum aniculæ dedit, vt eam paſceret: nam erat Faber carpentarius, vt auctor eſt Lampridius in Alexandro.

66 ¶Quinimmo † & apud Romanos, ſunt qui dicāt debitores qui ſoluendo non erant, è ſublimi loco, altero tātum pede ſubnixos pendere ſolitos, vt venderētur, vt videtur probari ex Suetonio in Claudio. Poſtremo (inquit) etiam ſeſtertium octogies pro introitu noui ſacerdotii coactus impendere ad eas rei famiIiaris anguſtias decidit: vt cum obligatam ærario fidem liberare non poſſet, lege prædicatoria vænalis pependerit ſub ædicto prætorum. Rurſus idem in Domitiano. c. 9. Reos qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependiſſent. Quaſi non poſſe pedem vtrumq; ſolo figere, argumentum eſſet nihil prędiorum, atque fortunarum illis ſupereſſe. Sed nihil tale apud Romanos vſpiam in vſu fuit, ideo hęc loca aliter interpretatur Alciatus ſummæ eruditionis vir doctiſſimus Parergon. lib. 10. cap. 23. quòd ſcilicet fiſci debitores, qui pecunia ſatisfacere nō poterant dicebantur pēdere apud ærarium, donec eorū bona vęnirent, cognoſcereturq;, an ex bonis ſatisfieri poſſet: nam licebat, ne in carcere detruderentur, bona inſolutum dare, vt in auth. hoc niſi. C. de ſolutio. & dixi nu. 46. Ideo aūt Suetonius in Claudio dixit in vacuū pependit l. prædiatoria ſub edicto prætorum: qm̄ cum Cladius octogies ſeſtertiū deberet, quæ faciūt ſummam noſtrorū aureorum CC. milliū, vexatus fuit diu à p̄fectis ærarii, qui prædia eius vendebant, ſed eorum diligētia inutilis fuit: qm̄ ex prædiis non potuit tanta pecunia redigi. Hoc appellat Suetonius in vacuū pendere, hoc eſt inutiliter vexari l. prædiatoria hoc eſt l. quæ iubebat prædia dari inſolutum. Hęc Alciatus, cuius interpretatio, quod attinet ad legem p̄diatoriā, non vſquequaq; apta vī. Primum prædia poſſe dari inſolutum, fuit primùm conſtitutum Iuſtiniano, vt in auth. de fideiuſ. §. q̄ aūt. Iuſtinianus aūt multis ſeculis poſt Claudiū vixit. Præterea nō vī ibi actum de dando p̄dia inſolutum, ſed de vēdendo ea, vt ex Suetonio apparet, q̄q̄ reſponderi pōt, q̄ prædia non poterant dari inſolutum, niſi appareret, nullum reperiri emptorem, vt in Auth. de fideiuſſo. §. q̄ aūt. ideo vęnalia propoſita ſunt: vt appareret emptor, aut darētur inſolutū. Sed adhuc obſtat, q̄ facultas dādi prædia inſolutū nō erat eo ſeculo agnita vſq; ad Iuſtiniani tpa. Solereq; debitores vēdi tpe Neronis indicat Tacitus lib. 14. vbi Tacitus dolet, q̄ Nero vt plures fędaret nobilium poſteros egeſtate vęnales in ſcęnā produxit, nota illa verba egeſtate vęnales. Et rigorē quo debitor vēdebant̄, credo eſſe verū ſenſum eius loci, quē Alc. interpretatur, qui hī. c. 9. apud Suetonium in Claudio: nā ibi Suetonius agit de periculis & ꝓtumeliis, q̄bus Claudius obnoxius fuit. At dare p̄dia inſolutū nō eſt ꝓtumelia. Idē probat̄ ex Suetonio in Domitiano. c. 9. ibi diſcrimini. Idem probari vī in l. 15. tit. de las deudas, li 3. Fori. ibi. Rueguele que no le liſie, y entreguele el deudor. Sed fortè ibi loquitur de caſtigatione, qua creditor p̄t vti in debitorē fugientē, vt infra dico c. Tñ hæc Suetonii loca interpretat̄ Rhua exactæ diligentiæ & multæ eruditionis Grāmaticus, q̄ Numantinā iuuentutē inſtituendo illuſtrē noīs famam adeptus eſt. Hic ſua eruditi Grāmatici gloria non ꝓtentus ex aliena inſcitia nouā laudē q̄ſiuit, ediditq; in Gueuarā epiſtolas, in quarum tertia hęc loca ita interpretat, vt cū Alciato per oīa ſentiat. Sed certè illa verba, pendere apud ęrariū, vñr referenda ad ꝓtumeliam & animi anxietatem, qua debitor inops torqueī, donec ſoluat. Quo alludere vī, q̄ idem Suetonius ſcribit in Othone, c. 5. Nō diſſimulabat (inquit) niſi Principem ſe ſtare non poſſe, nihilq; referre ab hoſte in acie an in foro ſub creditoribus caderet. Quanq̄ hic locus non leue indicium pręſtat, debitores Othonis ſeculo acerbiſſimè ſolere tractari à creditoribus, q̄ non mirū cū fieret tpe Theodoſij, qui Chriſtianus erat, & multo poſt imperauit. Itaq; hæc Hiſpaniæ conſtitutio, qua debitor inops addicit̄ creditori, vel ex Athenienſium, vel ex Romanorū inſtitutis ad nos dimanauit. Quinimo illud ,,puerbiū vulgi ſermone iactatū. Orico, o pinjado. Significare vī morē aliquē priſcū, quo debitor inops apud nos cruciabat̄ verbū. n. Pinjado à pungendo vī dictū. Idē ſignificat ,,puerbiū illud. Traſquilen me en concejio y no lo ſepā en mi caſa. Quanq̄ illa pęna debēti ex delicto forſan īponebat̄. Rurſus nō omittendū, q̄ illud ,,puerbiū. Al que no tiene, el Rey le haze franco. Significat inopē immunē eſſe à ſolutione tributi, nō verò à ſolōne pecuniæ creditæ, vt alibi dixi, & ,,pbat̄ ex hac lege. Ergo Hiſpani, neq; fędā illā barbariē, & plusq̄ Scithicā immanitatem, qua debitor à creditoribus diſſecabat̄, amplecti voluerūt, neq; rurſus eis placuit iuris ciuilis ꝓſtō, qua debitor cedendo bonis liberat̄, quouſq; meliorem nanciſcat̄ fortunam. Rurſus neq; eis placuit debitorē ſuppliciis & cruciatib. cogi ad ſolutionem, vt tpe Theodoſij fiebat. Sed rōnem elegerūt, qua neq; debitor ꝑpetuò ſit in carcere, neq; creditor ſua pecunia fraudet̄, ſemotoq; oī cruciatu illud admiſerunt, vt inops debitor tradatur creditori, vt arte ſua ſi forte aliqua mechanica aut lucroſa arte inſtructus, vel obſequio laboris q̄titati debiti ſatisfaciat, cuius rei exemplū in debitore inope in Iuſtiniani codice ꝓtinetur in d. l. fi. C. de capti. & poſtli. reuer. Illudq; etiā exemplū videri pōt, q̄ ſeruus damnū dans traditur pro noxa damnum paſſo, vt in toto tit. ff. de noxalibus actionibus.

67 ¶Sic † etiam debens monaſterio & non hñs vnde ſoluat liberatur ingrediendo ipſum monaſterium auctore Bal. per tex. ibi in l. 2. ff. de capi. diminu. quod iudicat eſſe mirabile Marcus Mantua ſingulari. 30. incipiente, aliquis eſt debitor. Sic Abb. in c. cum I. & A. nu. 27. de re iudic. ſcribit, vt monachus inops honeſto labore rem paret quo debitori ſatisfaciat. Idem in c. j. col. pe. de obliga. ad ratio. Præterea in aliquibus regionibus moris eſt, vt debitor ſeruiat creditori, de ſimili enim ſtatuto mentionem faciant. Oldr. conſi. 54. Abb. in c. inter alia. n. 22. de immu. eccle. Aufrer. in additio. Capellę Toloſa. nu. 422. col. 2. ver. Sed & in multis locis. Alberic. in j. part. ſtatu. q. 39. & in rubr. C. de his qui ad eccleſiam confugi.

68 ¶†Rurſus iure regio adulter & adultera tradūtur marito, vt vel eos occidat, vel ſeruet pro arbitrio, maritusque bona omnia eorum occupat. l. j. titu. 7. lib. 4. For. l. 81. & 82. Tauri. Lupus in repet. rubr. de donatio. inter vir. & vxo. §. 20. habes alium. colum. j. Couarru. ſuper 4. ſecunda part. cap. 8. §. 7. nume. 17. verſi. cæterum. l. ſecunda. titu. 15. lib. 8. Ordin. declarant Caſtell. & Cifontanus in dicta l. 82. Tauri, & latiùs Auendanius in dictionario verbo adulterio. In quibus locis tractatur, an maritus lucretur bona, ſi habeat filios adultera, & occiſa à marito fuerit. Sic apud Longobardos moris erat, vt offendens traderetur offenſo, vt ſcribunt Barto. & Angel. in l. prima. §. vſque adeo. ff. de in-

Source : BIU Cujas

iu. Vt vel eum verberaret, vel vulneraret, quod etiam ſcribit Neuizan. in ſua incondita Sylua, fol. 13. colum. 3. quæ omnia ex diametro aduerſantur iuri communi, vt ſcribit Boer. deciſio. 262. nume. 4.

69 ¶Sic † apud Abiſſinos moris eſt, homicidam tradere propin quis interfecti, vt pro arbitrio ſanguinis ſui iniuriam vindicēt, qui ſi auariores ſunt, illum mercatoribus vendunt, vel exquiſitis tormentis enecant, vt eſt auctor Paulus Iouius hiſtoriarum lib. 18. Præterea apud Romanos aliquando moris fuit tradere furem domino rei furatæ, vt ei ſeruus eſſet, Auctore Gellio Noctium Attica. lib. 11. c. vltimo. Alexander ab Alexandro Genialium, lib. 6. c. 19. quod & apud nos olim fuit obſeruarum, vt ſupra iure Gothico probaui ex l. 2. titu. 4. in volumine legum Gothicarum, quod appellamus fuero juzgo.

70 ¶Præterea † ſtante diſpoſitione iuris ciuilis, ſi creditor promiſiſſet non conijcere in carcerem debitorem, hoc caſu debitor etiam inops non poteſt cedere bonis, immo tenetur, prout dietim lucratus fuerit, ſatisfacere creditori, neque admittitur ad ceſſionem, ita docet Bald. in l. prima, colum. 3. C. qui bono. cede. poſſ. de cuius traditione licèt dubitet Salycet. ibi. colum. quarta, tamen eam tuetur & probat Rodericus in repetitione. l. ſecunda, titulo de los gouiernos, colum. 4. verſic. vnum tamen tene menti.

70 ¶Quoniam † debitor non admittitur ad ceſſionem, niſi creditores inſtent, vt dicam infra ſuo loco, ſi ergo creditor promiſit non coniicere debitorem in carcerem, ceſſat carceris iniuria, ad quam euitandam admiſſa fuit ceſſio de iure ciuili. Itaque hæc lex corrigit ius commune in hoc, quòd etiam inuito creditore debitor ſuis operis & obſequio poteſt ei ſatisfacere, quod an ſit verum, infra ſuo loco dicam. Illud tamen eſt verum, quòd qui non poteſt debitorem conijcere in carcerem, non poteſt illum cogere ad ceſſionem bonorum, vt dico c. 3. nu. 2. Si ergo creditor non vult debitorem conijcere in carcerem, poteſt iure actionis auferre ab eo bona, quæ quotidie lucratur, & Baldi opinio veriſſima eſt.

¶ Notandum autem, ideo iure Hiſpanico æs alienum ſolui operis & obſequio: quoniam opera loco pecuniæ habetur, & aliquando plus confert quàm pecunia. l. ſi non fuerint. ff. pro ſocio. l. ſocietatem. §. ſi in coeunda. ff. eod. titu. l. j. C. cod. titu. Martinus Silimanus in tractatu de feudis. q. j. nume. 4. Alexand. conſi. 99. nume. 5. lib. 2. & latè rem tractaui in meo tractatu, de decima tutori Hiſpanico iure præſtanda. cap. 2. nume. 16. verſic. redeundo.

71 ¶Rurſus † non eſt omittendum, quòd licèt operæ filij venditi à patre propter neceſſitatem non extenuent ſortem emptori debitam, vt ſcilicet illum dimittat: cum ſors redita fuerit, vt in l. 2. C. de patrib. qui fili. diſtraxere. Tamen operæ debitoris addicti creditori extenuant ſortem, vt in hac lege probatur. Rationem differentiæ reddit Roder. in l. 2. titu. de los gouiernos. colum. 4. verſiculo, & notabis, quòd ſcilicet cum filius venditur, emptor poſſidet titulo emptionis, at debitor inops addicitur creditori loco pignoris, fructus autem pignoris extenuant ſortem. l. j. C. de diſtract. pigno Cui rei non obſtat, quod dixi ſupra nume. 39. verſi. Rurſus illud, quòd debitor detentus in carcere potius æquiparatur obſidi, quàm pignori: illud enim verum in detento in carcere, hic loquimur in debitore tradito creditori iuxta formam huius legis, qui pro pignore videtur eſſe, donec ſolnat, vt expreſſe probatur in l. ab hoſtibus. C. de capti. & poſtlimi. reuer. ibi. Ab hoſtibus redempti quoad exſoluatur pretium magis in cauſa pignoris conſtituti, quàm in ſeruilem conditionem detruſi videtur. Et dicam latè infra cap. 5. nume. 34. Sed quod attinet ad l. 2. C. de patrib. qui fili. diſtra. Reſponde, quòd ibi operæ non extenuant ſortem: quoniam præſtantur domino, hic autem præſtantur creditori, & præſtantur expreſſe, vt debitæ quantitati ſatisfiat, & opera eſt loco pretij, vt ſupra dixi.

72 ¶Finem † faciam, ſi prius lectorem monuero, quòd licèt iure noſtro regio cēſſio non liberet debitorem, vt in practica & theorica eſt receptum, teſte Roderico in l. 2. titu. de los gouiernos. colum. 3. lib. 3. Fori. Antonius Gometius in l. 79. Tauri. colum. 2. Tamen extra hunc caſum, ſcilicet, quòd debitor inops tenetur ſeruire creditori, cætera omnia inducta in fauorem libertatis debitorum tam iure ciuili, quàm etiam regio correcta non ſunt, & omnino ſunt ſeruanda cum declarationibus ſupra dictis. Hæc iſti lex & cæteræ leges regiæ, quæ de hac materia loquuntur, ſolùm dicunt, debitorem inopem teneri ſeruire creditori, & hoc ſolum caſu, quo debitor eſt inops, lex corrigit, & in eo tantum corrigit, vt ſeruiat creditori, non vero vt pignori dari poſſit extraneo aduerſus iuris ciuilis diſpoſitionem: ſolùm enim voluit lex ſatisfieri ei, cui debitor eſt: non tamen poteſt apprehendere eum propria creditor auctoritate, ſed auctoritate iudicis.

73 ¶ Nūc tractemus † an ſicut beneficium ceſſionis bonorum iure Hiſpanico eſt ſublatum, ita ēt forma cedēdi iure ciuili inducta ſublata ſit. Licèt enim leges regiæ, præcipue pragmaticæ recentiores hanc addictionem, qua debitor inops traditur creditori, appellent ceſſionem bonorum, iure regio eſt ſublatum. Olim enim debitor his tribus verbis liber manebat, donec meliorem experiretur fortunam, cedo bonis, at iure regio non ſolùm ſpoliatur bonis, verum etiam traditur creditoribus, vt ad inſtar ſerui operas præſtando debitæ quantitati ſatisfaciat.

74 ¶Ergo † de forma ceſſionis, quę iure Romano in vſu erat dicamus. Et quidem ceſſio ſola voluntatis profeſſione fiebat nō adhibita alia ſolemnitate, vt in l. in omni ceſſione. C. qui bon. cede. poſſ. & per nuncium, vel epiſtolam fieri poterat. l. fin. ff. de ceſſio. bono. & ſolum præſtabat iuratoriam cautionem de ſoluendo, ſi ad pinguiorem fortunam peruenifſet. gloſſa, Hoſtien. Henri. colum. 3. & ibi Ioan. And & alii in cap. Odoardus. de ſolu. At moribus multarum gentium forma eſt immutata, etiam apud eos, apud quos bonorum ceſſio liberat debitorem: nam forma probroſa eſt, & ignominiæ plena. Romæ enim debitor aſcendit leonem marmoreum, & dicit cedo bonis, vt refert Cyn. in l. j. quæſtio. 5. C. qui bon. cede. poſſ. Rurſus Angel. in l. fi. ff. de ceſſ. bono. ſcribit. Quòd in aliquibus Italiæ regionibus debitor nudus cedit bonis percutiendo natibus lapidem, quam formam Ludugni ſeruari teſtatur Guido deciſione 343. Beſſian. in conſue. Aluerniæ, titu de ceſſion. articu. 4. colum. penu. Guido conſi. 124. num. 7. Zaſi. in l. j. & in l. 3. ff. de ceſſio. bono. Et de proboſa forma ceſſionis meminit Bart. in l. fi. ff. de ceſſio. bono. dicens quòd Franciſcus Accurſius repreſentabat in cathredra modum cum de bonorum ceſſione tractabat. Puteus de ſindicatu. §. licet. num. 10. Iaſi. in §. fin. num. 28. Inſti. de actio. Vbi dicit, quòd forma cedendi bonis percutiendo lapidem viget Ticini & in vniuerſa Italia. Et Petrus Iacobus titu. de ceſſio. bono. ſcribit, quòd in aliquibus regionibus debitor in tunica abſque pallio præeuntibus tubis ducitur in forum, & inclinatis brachiis ſcinditur ſibilum. Bart. quę dicit eſſe laudanda, vt aliis ſint exemplo, & dicit. Quòd ideo forma ceſſionis eſt tam probroſa, vt debitores à tam pudendo actu retrahantur, velintque magis omni ope pecuniam ad ſolutionem quærere, quàm talem aſtante populo pati ignominiam. Hæc eſt forma ceſſionis, quæ apud alias nationes eſt in vſu. At apud nos debitor inops, cuius bona vendita ad ſolutionem non ſufficiunt, traditur creditori, vt ei ſeruiat: antea tamen iniicitur ei torques forreus, quem collo circum portare tenetur ita, vt omnibus ſit conſpicuus, & ab omnibus videatur, quòd ſi eum velo, vel aliàs contegat, retrahitur in carcerem, neque ab ea liberatur, etiam ſi velit huius legis beneficio vti, & creditori ſeruire, ita definitum extat in pragmatica 79. in volumine antiquarum pragmaticarum. Hoc enim habet commune cum ceſſione bonorum, hæc addictio debitoris, qua Hiſpani vtimur, quòd ſcilicet ea mediante debitor liberatur à carcere, eiusque pedorem & ſquallorem effugit, ſuaque induſtria vtens libertatem ſibi ſenſim recuperat.

75 ¶Torques † autem ferreus ei imponitur, vt metu tātę ignominiæ, qua præclare ſeruorum miſeriam ſuperat, deterreatur à tali actu omnique niſu & ipſi & cognati & amici pecuniam quærant, qua creditori ſatisfiat, vel abſconditam proferant, vt ſupra dixi numero. Vel imponitur in pœnam, qua profecto dignus eſt qui facultates luxu, vel profuſione attriuit; rem enim familiarem delabi ſinere & turpe & flagitioſum eſt, teſte Cicerone lib. 2. Offic. Vel imponitur & prohibetur velari torques, nequis eum tali per ignorantiam cōtrahat, vel ſuam rem ei cōmittat, vel ne aufugiat, vt capite ſequenti dicam. Vel *vt intelligat* debitor & omnes, quòd non eſt prorſus liber, ſed conditioni cuidam ſubiectus. Sed euoluenti mihi Aragonias conſtitutiones occurrit lex quædam titulo de ceſſione bonorum, quæ ſignificat, torquem imponi cedenti, nequis cum eo contrahat, verba legis hæc ſunt. Con la ſolemnidad de uida con la cadena al cuello, & de alli auant ſe guaden contratar con el tal cedient.

76 ¶Sic † apud Italos ferro candenti fures in facie notantur auctore Gandino titulo, de pœnis reorum, nume. 59. Iſernia in ærario verbo furtum. Quinimo veteri lege Aelia Sentia ſi quiſquam diu ſeruitutem ſeruierat & ſupplicium ex delicto dediſſet, ex quo ſtigmata inuſta fronti accepiſſet, libertus dedititius vocabatur, quod notat Politianus Miſcellaneorum libro primo. capit. 84.

77 ¶Sic † clericus falſans literas regias poſt degradationē verbalem nota in fronte inuritur & in exilium mittitur, vt in cap. ad audientiam. de falſis, vt ibi latè ſcribit Anania, & quid in laico vtente falſis literis, ſcribūt Faber & Saly. in l. maiorem. C. de falſis. Boerius deciſione 82. nu. 3.

78 ¶Sic † meretrices cogi poſſunt portare cultū diuerſum ab aliis fęminis. l. mimæ. & ibi Bald. Salyc. & Pau. C. de epiſco. audi. Apud Cumęos ſi qua mulier in adulterio deprehendebatur, deducebatur in forum, & ſaxo impoſita omnibus deridenda propinabatur, lapis autem veluti impurus & abominandus vitabatur auctore Plutarcho in problematis. c. 115. Tiraquel. lege connub. 13. nu. 2.

¶Sic

Source : BIU Cujas

79 ¶Sic etiam ſtigmate notatur iure noſtro regio, qui viuente vxore aliam ſuperinducit. Et nota pro aliquibus delictis imponitur, vt in l. ſi quis in metallum. C. de pœnis. ſic etiam mediatrices, quæ malis artibus puellas ad libidinem pelliciunt, mitellatę in ſcalario ſugeſtu irridentis turbæ petulantium perferunt.

¶Notare autem debitorem, qui ob inopiam creditori addicitur, exemplum antiquiſſimum eſt; nam inter Gothorum leges, qui Hiſpaniarum Imperium per annos plures tenuere, vna eſt huiuſmodi. Si mugeres ouieren de eſtar preſas por deudo, ſi el deudor ſe quiſiere aſſegurar o fiar en la muger que algo le diere por eſta razõ eche le ſu ſeñal e ande la villa por ſu preſa.

SVMMARIVM.

1 *An diſpoſitio huius legis valida ſit, & an ſit iuſta & æqua, & ex qua ratione prodita fuit.*
2 *Iure regio an beneficium ceſſionis bonorum ſit ſublatum. & nu. 2.*
3 *Ceſſio bonorum continet defenſionem, & ideo à Rom. Pontif. in terris eccleſiæ tolli non poteſt.*
4 *Ceſſio bonorum fundatur iure naturali.*
5 *Quod per pactum fieri non poteſt, nec per ſtatutum conceditur fieri, & numero 28.*
6 *Pactum per quod beneficio ceſſionis bonorum renunciatur non tenet.*
Statutum dans formam ceſſioni bonorum, percutiendo natibus lapidem, vt turpe non tenet, & nu. 8.
9 *Pactum per quod ſe carceri perpetuò quis mancipat non tenet.*
10 *Chriſtiani à Chriſtianis capti in bello inter ſe inito non efficiuntur captiui, nume. 30.*
11 *Diſpoſitio huius legis antiquiſſima conſuetudine confirmata.*
12 *Beneficium ceſſionis bonorum an tolli poſſit per legem, & numero 25. 26.*
13 *Valet conſuetudo, per quam inops non liberatur ceſſione, ſed quod teneatur ſeruire.*
14 *Theod. tempore ceſſio bonorum non erat in vſu.*
15 *Debitor qui ſua culpa bona amiſit, an patiatur contumelioſam ceſſionem bonorum. & nu. 29.*
16 *Debitor inops ex cauſa redemptionis tenetur ſeruire creditori de iure ciuili.*
17 *Plures perſonæ de iure ciuili, quæ licèt eſſent liberæ, erant tamen ſeruilis cõditionis. & nu. 18. 19. 20. 21. & 22.*
Idem etiam apud Gallos vſus quæſtuandi.
24 *Ad ſcriptitius qualiter conſtituatur.*
25 *Iura dicentia beneficium ceſſionis bonorum poſſe tolli per regem aut conſuetudinem, limitantur, & nu. 26.*
27 *Per ceſſionem bonorum debitor inops liberatur à carcere, nec amplius in iudicio, vel extra à creditore conuenitur, niſi ad pinguiorem fortunam peruenerit.*
28 *Conſuetudo tradendi debitorem inopem creditori an iuſta & æqua ſit, & qua ratione inducta, & nu. 38. & 39.*
31 *Paupertas patienter tolerata martyrium.*
32 *Paupertas proprie ſumpta non refertur ad animum, ſed ad eam, quæ prouenit ex fortuna rerum, & ibi plura de paupertate.*
33 *Egere durum eſt, & debere durius, non autem eſſe ſoluendo duriſſimum.*
34 *Hominem liberum venalem creditoribus addici ob inopiam probroſum & turpe eſſe & infame.*
35 *Debitor inops creditori addictus dicitur pati pœnam corporalem. & nume. 36. & 37.*
40 *Æquum debita reddi, iniquum quem quam ſua pecunia fraudari.*
41 *Debitor inops præſtando operas creditori dicitur ſoluere.*
42 *Operis ſatisfacere humanum, & nu. 43.*
44 *Labor eſt laudabilis res.*
45 *Reipublicæ conuenit ſeueritate legis pigros & inertes excitare.*
46 *Profuſionem lege lata cohibere.*
47 *Contumelia dignus qui facultates ſuas conſumpſit.*

AN DISPOSITIO HVIVS LEGIS VALIda ſit, & an ſit iuſta & æqua, & qua ratione prodita fuerit. Cap. II.

1 Quæro deinde † an diſpoſitio huius l. valida ſit, & an ſit iuſta & æqua, & qua ratione fuerit prodita. De valore prius dicamus. Videtur legem hanc validam non eſſe: quoniam tollit remedium ceſſionis bonorum. Olim enim debitor liberabatur cedendo bonis, at iure noſtro regio ſpoliatur bonis, & traditur in ſeruitium creditori. Eſſe autem beneficium ceſſionis ſublatum ex hac lege eſt pluſquã manifeſtum: nam vbi primùm debitor cedebat bonis, nihil aduerſus eum amplius petere poterat creditor, quouſque feliciorem experiretur fortunam, & hoc erat beneficium ceſſionis bonorum, at iure noſtro debitor ſpoliatus bonis tenetur ad inſtar ſerui ſatisfacere creditori operas ei præſtando.

2 ¶Rurſus † eſſe apud nos ſublatum beneficium ceſſionis bonorum ſcribit eſſe in praxi, & in theorica receptiſſimum Rodericus in l. ſecũda. titulo de los gouiernos, colum. 3. Neque quiſquam obijciat, quòd quædam conſtitutiones regiæ præcipuè pragmaticæ recentiores appellant ceſſionem bonorum hanc addictionem, qua debitor inops traditur creditori: nam vt dixi cap. j. nume. 74. Ea eſt in propria locutio, & hoc ſolum hęc addictio debitoris habet commune cum beneficio ceſſionis, ꝙ per eam debitor effugit carcerem.

3 ¶Suppoſito † quòd beneficium ceſſionis tollitur hac lege. Succedit doctrina quorundam Doctorum, quibus beneficium ceſſionis adeo pium & æquum videtur, vt dicant id non poſſe tolli à Pontifice etiam in prouincijs, quæ iure dominij ad Eccleſiam pertinent. Niſi ex cauſa iuſtiſſima. Ita ſcribit Beroius deciſione 133. nume. 2. Quoniam cum ceſſio bonorum fundata ſit in iure naturali; quia defenſionem continet, & ſit vltimum pauperum refugium, etiam à Pontifice niſi ex cauſa iuſtiſſima tolli non poteſt, nam vbi aliquid fundatur in iure naturali ſeu in ratione naturali. Pontifex illud tollere non poteſt, niſi ex iuſta cauſa, quæ in dubio non præſumitur, niſi exprimatur, vt notat Abb. in cap. per tuas. colum. 11. de arbi. Fely. in cap. ad audientiam. 2. col. 5. de reſcrip.

4 ¶Quod † autem beneficium ceſſionis bonorum oriatur ex naturali ratione & pietate probatur in l. fin. C. qui bono. cede. poſſ. Item quòd beneficium ceſſionis bonorum non poſſit cõtraria conſuetudine tolli. Probat Faber in §. cum eo quoque. nume. 7. ver. & hac. inſti. de actio. quoniam conſuetudo tollens ceſſionem eſt contra bonos mores. Idem docet Saly. l. j. col. 2. in 5. oppoſi. C. qui bon. ced. poſſ.

5 ¶Præterea † quod non poteſt fieri per pactum non poteſt fieri per ſtatutum, gloſſa celebris in rubrica. C de decretis decurionum. laſ. in l. non ſolùm. §. morte. nume. 42. ff. de noui ope. nuncia. laſ. in l. de quibus. nume. 57. ff. de legib. Bald. l. j. nume. 19. C. de ſumma Trinita. & eſt communiter approbata, teſte Alexand. in l. lex Cornelia. colum. 2. ff. de vulga. & pupil. & in l. ex facto. colum. 2. ff. eod. titu. & in rubr. ff. ſol. mat. col. fi. Fely. in c. 2. nu. 2. & ibi Decius nu. 4. de conſti.

6 ¶De † iure autem non valet pactum, per quod quis renunciat beneficio ceſſionis bonorum auctore Cyno quæſt. 6. Bald. & Salyceto nume. 9. in l. j. C. qui bon. cede. poſſ. Barto. Imola, Raphael Cum. & Albericus in l. alia §. eleganter. ff. ſoluto matrimo. Alexand. conſi. 37. num. 6. lib. 2. Abb. & Doctores in cap. Odoardus. de ſolutio. Faber. §. finali, nume. 7. Inſtitut. de actio. Guido deciſio. 211. & eſt verior & magis communis opinio: vt latè dixi c. j. nu. 41. ver. rurſus humana. Ergo cũ per pactum tolli non poſſit, non poterit tolli per legem.

7 ¶Deinde † non valere hanc legem probatur: quoniam ſtatutum, vt cedens bonis percutiat natibus lapidem, non valet, neque eſt ſeruãdum: quoniam res eſt turpis exempli, & parum honeſta, & ex conſequenti aduerſus bonos mores, ergo nõ ſeruanda. Præſertim ꝙ irridendum propinare proximum ſua miſeria ſatis afflictum, neque eſt Chriſtianum, neque imprudenti republica admittendum. Quæ vtilitas eſt creditori, quòd debitor ſibilis ſubſannetur à petulanti turba, aut quæ eſt prudentia, aut grauitas iudicis talia admittentis: cum à Chriſto habeamus qui dixerit fratri ſuo Racha, reus erit iudicio.

¶Quare tale ſtatutum tanquam probroſum & inhoneſtum non valere ſcribit Cynus, & Bal. in l. ſi. C. qui bon. ced. poſſunt. Albe. in prima parte ſtatutorum, quæſt. 38. Salyce in l. in omni. C. de ceſſio. bono. laſ. in §. fina. nume. 29. inſtitut. de actio. & ibi Zaſius nu. Imola & Doctores in cap. Odoardus. de ſolu. Ioan. Baptiſta Sanſeuerinus in repetitio. l. omnes populi. nume. 57. ff. de iuſti. & iur.

8 ¶Cum † ergo non valeat ſtatutum: vt debitor inops natibus percutiat lapidem, quanto minus valere debet hæc lex, quæ nõ ſolùm conuellit & deturpat formam ceſſionis, ſed ipſum beneficium ceſſionis prorſus euertit? Idque probroſe. Primò probroſum eſt ſeruire. Deinde ignominioſum eſt torquem ferreum collo circum geſtare ita vt omnibus ſit conſpicuus. Quot paraſangis hæc ignominia ſuperat ignominiam cedendi bonis impactis ad lapidem natibus, ſiue conſideres qualitatem, ſiue ſubſtantiam, ſiue durationem? Impingere nates ad lapidem iocus videtur, ſi ad hanc veram miſeriam & ignominiam conferatur. Nam ille rubore tãtum ſuffunditur idque momento, hic veram miſeriam & ignominiam patitur, idq; per longum tempus, quouſq; ſcilicet ſeruiendo ſatisfaciat creditori. Idq; ignominioſè addito ſcilicet torque ferreo.

9 ¶Præterea † non valet pactum, per quod quis ſe perpetuò mancipat carceri: quoniam eſt ſpecies ſeruitutis, & nemo poteſt ſe priuare libertate. l. nec ſi. C. de libe. cauſa. l. incredibile. C. de pœnis. l. 2. ff. de liber. homin. exhib. l. Titio centum. §. Titio centum. ff. de conditioni. & demonſtrationi. l. 4. titulo 31. parte ſecunda, notant Cynus, Bald. & Salycet. in l. prima. C. qui bono. cede. poſſunt. & omnes citati cap. 1. nume. 41. verſiculo rurſus humana.

¶Ille autem qui ob inopiam traditur creditori, dicitur eſſe

Source : BIU Cujas

eius captiuus, vt patet in conſtitutione Gothica, quam citaui c. j. ad finem ibi, Ande por ſu preſa. Et dico infra cap. quinto. Et probatur in l. 34. inter leges quas vocant ſtili. Inquit lex loquẽs de hac addictione. El fiador no ſera dado por preſo por la deuda que hizo, maguer los ſus bienes no cumplan à pagar el deudo. Nota illa verba por preſo. Facit. l. 2. tit. 21. parti. prima.

¶ Ratio autem, quare non valet pactum, vt debitor nõ poſſit cedere bonis, eſt: quoniam nullum reſtat remedium, vt effugiat carcerem: cum autem ille, qui traditur creditori, non effugiat carcerem, ſed dicatur captus, ſeu captiuus creditoris, videtur diſpoſitionem huius legis non valere, præſertim cum ſumma debita tanta eſſe poſſit, vt etiam ſeruiendo per totam vitam non effugiat poteſtatem creditoris, neque veram conſequatur libertatem.

10 ¶ Dinde † cum inter Chriſtianos capti in bello non efficiantur ſerui, ſi ſint eiuſdem religionis, quantumuis bellũ atrox & cruentum ſit, & quantumuis ſanguinis ſit effuſum, vt notãt omnes doctores in l. j. ff. de acquir. poſſ. mirandum id apud nos pecuniæ dari, quod vulneribus & cædibus negatur.

11 ¶ Sed † verius eſt, diſpoſitionem huius legis valere. Primò: quia à Principe lata, & pluſquam mille annorum conſuetudine confirmata, vt apparet ex dictis cap. j. num. 56. verſiculo, ſed quantum. Princeps autem eſt legitimus conditor legis & conſuetudo inducit legem.

12 ¶ Deinde † valere hanc legem probatur: quoniam beneficium ceſſionis bonorum poteſt tolli per legem, vel ſtatutum, vt notat Alexand. in l. alia. §. eleganter. nume. 13. verſi. per ſtatutum, ff. ſolu. matri. Vbi dicit hoc eſſe manifeſtum, & citat. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. l. de quibus. ff. de legi. cap. j. de conſtitu. in 6. Idem ſupponit Aufret. in additione deciſionis Tholoſanæ. 68. Quæ opinio mihi placet, quando beneficium ceſſionis ita iollitur, vt debitor non remaneat in carcere, ſed poſſit effugere eam, tradendo ſe in ſeruitium creditori, vt iure Hiſpanico conſtituitur. Nam hoc caſu ceſſant omnia argumẽta, quæ ex aduerſo adduci poſſunt. Et de iure licitum eſt, vt homo homini operas præſter. l. qui operas. ff. loca. Et cum id ſponte & liberaliter promittere poſſimus, non eſt iniquum, vt ratione pecuniæ debitæ eas præſtemus.

13 ¶ Præterea † valere conſuetudinem, vt debitor inops non liberetur ceſſione, ſed teneatur ſeruire. Apparet quoniam plures eruditiſſimi viri mentionem faciunt ſtatutorum, vt debitor inops ſeruiat creditori, neque tamen improbãt ea. Sed ſupponunt valere, ex quorum numero ſunt Oldrad. conſil. 54. an fugiens. Abb. in cap. inter alia. num. 22. de immu. eccle. Auſter. in additione Capellæ Tholoſanæ. 422. col. 2. ver. ſed & in multis locis. Alber. in j. parte ſtatutorum. quæſtio. 39. & in Rubr. C. de his qui ad Eccleſi. confugi. Et liber homo propter neceſſitatem vẽditur, & pignori datur à patre. l. 2. C. de patrib. qui filios diſtraxere, ergo multo magis ſeruiet pro ſe ipſo, & pro inopia, quam ipſemet patitur ſublata re aliena.

14 ¶ Præterea † beneficium ceſſionis bonorum tempore Theodoſij Cæſaris non erat in vſu, debitorq; non operis, vt apud nos, ſed acerbis ſupplicijs cogebatur ęs alienum perſoluere, ita probatur in l. j. C. qui ex lege Iulia. bonis cedere poſſunt, in Codice Theodoſiano. Cuius legis verba retuli c. j. nu. 63.

15 ¶ Deinde, † q̃ ad torquem ferreum & cætera contumelioſa attinet, videmus permitti contumelioſam ceſſionem bonorũ, ſi quis ſua culpa bona amiſſerit, vt probatur in Nouella Iuſtiniani. 135. ibi. Ad mortem vſque prçmi opprobrio ignominiç: contumelioſa enim ceſſio permittitur non obſcęna, vel impudica, vt eſt ea quæ fit in pactis ad lapidem natibus.

16 ¶ Deinde † in iure ciuili, quo vniuerſus ferè orbis Chriſtianus vtitur, extat conſtitutio Iuſtiniani, qua cauetur, debitorem inopem debentem ex cauſa redemptionis teneri ſeruire creditori, textus eſt in l. fina. C. de capti. & poſtlimi. reuerſ. Decet redemptos aut datum pro ſe pretium emptoribus reſtituere, aut laboris obſequio, vel operæ quinquennij vicẽ referre beneficij.

¶ Idẽ probatur in l. 3. ff. de libe. homi. exhib. l. ſi quis ingenuã. ff. de capti. Nullus tamen exortus (vt arbitror) eſt qui earum legum decretum dixerit non valere.

17 ¶ Rurſus † in aliis multis iuris ciuilis locis ſimilia plura repe riuntur, quibus apparet, permiſſum eſſe homines liberos etiam non debentes pecuniam (quæ neruus eſt, vel potius ſubſidium vitæ) q̃ditionẽ ſortiri ſeruili maximè q̃uenientẽ. Primùm ſcimus fuiſſe parabolanos, quorũ mẽtio fit in l. parabolani, & ĩ l. placet. C. de epiſco. & cleri. hi autem homines erant famulitio eccleſiarum vel hoſpitalium deputati & quaſi adſcripti glebę: nam ſicut adſcriptitijs non licebat per omnẽ vitam ab agrorũ cultura recedere, ita his non licebat diſcedere ab ægrorum ſeruitio: vt ex Græco iuris ciuilis interprete docet Alciatus Diſpũctionum libro quarto, capite nono. Quamuis Accurſius ridicule omnino dixerit, parabolanos eſſe medicos, ideo parabolanos dictos, q̃ multas habent parabolas.

18 ¶ Rurſus † erant domeſtici conditioni ſubditi, quorum mẽtio fit in l. præſenti. §. cum autem. C. de his qui ad eccleſi confugi. Quanquam domeſticus principis dicebatur cõſcius arcanorum principis, teſte Procopio Perſi. belli. 2.

19 ¶ Erant † & clientes qui patronis ſuis obſequia fideliter præſtare tenebantur: nihilominus tamen erant homines liberi. Et clientum naturam explicat Dionyſius Halicar. libro ſecundo, ab vrbe condita. & è noſtris Budęus in l. Herẽnius. ff. de euictio. Zaſi. in l. 2. in verbo curias. ff. de origi. iuris. Moder. in conſuetu. Pariſi. titu. j. in princ. num. 7. & num. 11. vbi officia patronorum & clientum explicat.

20 ¶ Erant † & adſcriptitij, quibus per omnem vitam non licebat ab agrorum cultura recedere. c. iudicatũ. & ibi Abb. de immuni. eccleſia. Qui autem ſint coloni originarij explicant Moder. 3. claſſe. actionum, actione 9. Eiuſdem ferè ſortis erant coloni glebæ adſcripti, eiusq; naturæ, vt ſerui dicantur in l. quemadmodum. & in l. diutius. C. de agricol. & cenſi. & ſi fugiunt, dicuntur facere furtum ſui. l. cum ſatis. in princ. C. eod. titulo, quãuis re vera non ſunt ſerui, ſed habent aliqua communia cum ſeruis, vt in c. 2. de Iudę. Immo ſunt ingenui, ſed conditionatæ ſeruitutis, l. vniça. C. de colon. Thracen. ibi. Licet cõditione videantur ingenui, ſerui tamen terræ ipſius cui nati ſunt exiſtimãtur. l. 2. C. in quib. cauſ. colo. ibi. Penè eſt, vt quadam dediti ſeruitute videantur. Quinimmo cenſentur quid immobile, & pars fundi. l. quemadmodum. & l. cum ſatis. in princi. C. de agricol. & cenſi. l. ſi quis inquilinos. in princ. ff. de leg. j. De his conditionatæ ſeruitutis hominibus loquitur. l. preſenti. §. cum autem. C. de his. qui ad eccle. confu. ibi. Sanè ſi ſeruus. aut colonus, aut libertus, aut adſcriptitius, aut familiaris & huiuſmodi aliqua perſona conditioni ſubiecta ſe ipſum furatus fugerit &c.

21 ¶ Erant † & cenſiti & inquilini: cenſiti ab adſcriptitiis in eo differebant, q̃ licèt eos in eodem fundo inhęrendi teneat ſeruitus: non tamen idem debent tributum: quoniam adſcriptitij & orignarii ſalarium certum non debent, at cenſiti aut medietatem, aut tertiam, aut quartam, aut aliam fructuum partem debent. Abb. & Hoſt. c. iudi. de immu. eccleſi. quæ autem differentiam ſit inter Colonum adſcriptitium & cenſitum, vide glo. j. in l. 2. C. in quibus cau. colo. cenſi. dom. accu. poſt. lib. 11. Ang. in princ. inſti. de iure perſona. Rurſus inquilini licèt ad colẽdum agrum perpetuò tenęantur tamen id per alios exequi poſſunt & aliò migrare ſi libeat, quanquam verius videtur, dominum ius habere eos domum reuocãdi. l. omnes omnino inquilinos fugitiuos. C. de agricol. & cenſi. lib. 11. Et an cenſiti poſſint teſtari, & cuius naturæ ſint, vide l. 2. in quib. cauſ. colo. lib. 11. l. 3. C. de appari. mag. mili. lib. 12. & l. omnes omnino. C. de agricol. & cenſi. lib. 11. & l. quicunque. C. de re milita. l. fi. C. in quib. cau. colo. l. quemadmodũ. l. ne diutius. C. de agricol. & cen. tradit Caſſan. in conſuetudinibus Burgund. rubri. 9. nume. 7. Et qualiter quis poſſit fieri adſcriptitius & an debeat interuenire ſcriptura, & quid debeat promittere, vide. l. cum ſcimus. §. j. C. de agricol. & cenſi. ſcribit Caſſan. d. loco. num. 4.

22 ¶ Erant † & coloni perpetui quorum mẽtionem facit. l. vna. C. de mendican. valid. lib. 11. qui etiam erant cõditioni ſubiecti, vt in d. §. cum aũt. l. præſenti. C. de his qui ad eccleſ. confug. & l. quemadmodum. & l. ne diutius. C. de agricol. & cenſi. Colonorum autem multa ſunt genera, quæ enumerant Accur. Plate. Rebuf. & Lucas Pẽna in rub. C. de agrico. & cẽſi. Cęlius Rhodiginus Antiqua. lectio. lib. 4. c. vlti. Couar. in repe. c. quamuis pactum. 2. parte. §. j. num. 2. Erant & obęrati qui & ipſi adſtricti ali cui conditioni videntur fuiſſe. Cæſar in commentariis. Adduxit Cæſar ſecum clientes & obęratos ſuos. Sed quia de hac re nihil habeo ſatis compertum, nihil temere affirmare auſim.

23 ¶ Deinde † hodie apud Gallos ſunt plures homines conditionatæ ſeruitutis, qui dominis multa ſunt obligati præſtare ſeruitia. Vulgus eos Quæſtaudos vocat, & ad ſeruorum naturam proximè accedunt, eorumque meminit Arnoldus Ferron. in conſuetud. Burdegal. titulo de præſcriptio. §. 17. in prin. Sunt & alii dicti Maimortes, quorum naturam explicat Caſſaneus in conſuetudinib. Burg. titu. des mains mortes. Moder. in conſue. Pariſ. tit. j. §. 2. glo. 3. num. 3. Cyn. & Alber. in auth. epiſcopalis dignitas. C. de Epiſco. & cleri. Guid. deciſio. 36. Cyn. in l. voluntariæ. in fin. C. de excuſa. tuto. Moder. in conſuetu. Pariſi. titu. j. §. 41. nume. 55.

24 ¶ Hæc † autem vtilia ſunt ad intelligẽdum naturam & obligationem eorum, qui quoad nos dicuntur ſolariegos, q̃rũ magnus eſt in Hiſpania numerus. Rurſus hæc protuli ad probãdum valorem noſtræ legis, & vt liqueat in corpore iuris ciuilis plures reperiri homines conditionatæ ſeruitutis, quare non mirandum. Conſuetudine apud nos receptum eſſe, hominem inopem addici creditori. Cum enim conditionata ſeruitus admittatur ex obligatione, qua quis ſe facit ſponte adſcriptitiũ alterius multo magis ex obligatione qua dẽt pecuniã rẽ trãſigendę vitæ neceſſariã. Adſcriptius. n. q̃ſtituitur, qui q̃fecto publico inſtr̃o promittit dño ſoli, q̃ nũquam à ſolo recedet. l. cũ ſcimus. §. j. & l. colonos nunq̃. C. de agrico. & cẽſi. Poſtea debet interuenire alia ſcriptura, in qua profiteatur ſe adſcriptitiũ eſſe. d. l. cũ ſcimus. §. j. Caſſan. in conſue. Burgun. rub. 9. nu. 4. Sed notandũ,

quòd

Source : BIU Cujas

ꝙ illa peculiaris. quædam hominum & contractus & materiæ natura est. Ideo non licebit arguere hoc modo, quiuis se potest facere adscriptitium, ergo quiuis se potest obligare ad præstandum operas perpetuò. Vt dixi c.j.nu.17.& 18.

25 ¶Itaq;† vt ad rem redeamus, hæc lex valida est. Non obstāt ex aduerso prolata. Primò non obstat, ꝙ cessio bonorum à rege, vel consuetudine tolli non pōt. Id enim verum, qñ debitor remaneret in carcere, neq; haberet remedium, quo possit ab ea liberari. At iure nostro debitor dicens volo seruire creditori. Taxet iudex tempus pro modo debitæ summæ, statim soluendus est è carcere, vt in pragmatica 79. in volumine antiquarū pragmaticarum. Adeo vt etiam si creditor dicat nolo, vt mihi seruiat: nihilominus sit eximendus è carcere. Quāuis enim debitor non sit addicendus creditori inuito, intelligitur dummodo patiatur debitorem solui è carcere, vt dico c.11.nu.8.

26 ¶Itaq;† hæc addictio, qua inops debitor traditur creditori, liberat eum à carcere etiā inuito debitore. Cum aūt liberetur à carcere, certè hæc addictio idem beneficium præstat, quod beneficium cessionis bonorum: nam per cessionem bonorum quis de iure ciuili liberatur à carcere. l.j. C. qui bon. cede. poss. & hoc est beneficium cessionis bonorum.

27 ¶Fateor† tñ beneficium cessionis bonorum plenius esse: qa non solum liberat à carcere, sed etiam præstat, ne debitor in iudicio, vel extra conueniatur, nisi pinguiorem fortunam nactus fuerit. l.is qui bonis. ff. de cessio.bon. l.j. C. de cessio.bon. Cū ergo iure nostro debitor inops carcerem effugiat, cessant argumenta, quibus quidā probare contendunt, beneficium cessionis nō posse tolli consuetudine: hic enim liberatur à carcere. Et Saly. in l.j.col.2.in 5.oppositione. C. qui bon.ced.poss. qui dicit, ꝙ beneficium cessionis per statutum tolli non pōt, loquitur qñ statutum iubet debitorem poni in carcere, & ꝙ nō possit ab ea liberari, nisi soluat, etiam si cedat bonis. At hic liberatur à carcere, etiam si non soluat.

28 ¶Non† obstat secūdum argumentum, quòd non valet pactum, per quod quis renunciat beneficio cessionis, & quòd non potest fieri per statutum quod non potest fieri per pactum. Argumentum enim quo nititur opinio docentium non valere id pactum est: qm̄ debitor nullum habebit remediū ad effugiendum carcerem, remedium inquam legitimum & ordinarium. Hoc autem argm̄ hic non quadrat: qm̄ debitor eximitur è vinculis, & soluitur è carcere, & addicitur creditori haud aliter, quam per cessionem bonorum liberabatur à carcere, & ita valere hāc legem pronuntiat Rodericus in l.2.tit.de los gouiernos.col.7.ver.his non obstantibus.

29 ¶Præterea† nō obstat tertium argm̄: qm̄ lex præscribens, vt debitor inops seruiat creditori, valida est. l.fi. C. de capti. & postli.reuer. Neq; hic ratio doctorum accōmodari potest: qm̄ impingere natibus lapidem, res impudica & inhonesta est, & creditori infrugifera. At debitorem tradi creditori, vt ei seruiat, nō est res obscęna: nam operas præstare non est obscęnum, sed honestissimum. Non obstat, ꝙ debitori injcitur torques ferreus: qm̄ id durum, rigidum, seuerum & asperum est, nō verò obscęnum, vel parum honestum, & contumelioſa cessio admittitur non obscęna, ne inficiat oculos & mentem.

30 ¶Nō obstat, ꝙ† inter Christianos nemo fit ex bello seruus: qm̄ debitor non fit seruus, vt suo loco dicam. Nō obstat, ꝙ dicitur captiuus creditoris: qm̄ id exagerandæ rei gratia dr̄, & (vt est notissimum) liberatur à carcere & vinculis per hāc addictionem. Ex his discedo ab opinione Alex. in l.alia.§.eleganter.nu.13.ff.sol.mat. vbi dicit cum Ang. in l.is qui bonis.ff.de cessio.bo. Valere statutum, ne debitor soluatur è carcere, nisi præcisè soluat, & ꝙ hoc casu non est admittendus ad cessionē, sed certè si statutum id sensit, est impium, & non valet, vt dixi nu.12. ideo rationem quæret iudex, qua debitor laborando extra carcerē soluat, vt apud nos in vsu est. Et uide quæ dico infra c.5. de fideiussore, versi. his aliqualiter. nu.41.

31 ¶Nunc† videamus, an consuetudo tradēdi debitorem creditori sit iusta & æqua, & qua ratione fuerit introducta. Vr̄ esse iniqua, hoc est nimis seuera & rigida. Qm̄ nō est danda afflictio afflicto. l.oratio.ff. de sponsalib. nam priuato oībus bonis mors est solatium. l.quisquis.§.filiis. C. ad l.Iul.maiesta. & maior pœna est priuatio oīum bonorū, q̄ pœna mortis auctore. Bal. in l. certa. in fi. C. de iure fisci. li.10. priuatus enim bonis vr̄ priuatus sanguine, vt inquit Saly. in l.admonendi. col.pen. ver. quæro, an sit consideranda. ff. de iureiur. Pecunia enim (iuxta Hesyodum) est anima miseris mortalibus. Paupertasq; est martyrium, si patienter toleretur auctore Chrysostomo. Et pauperes vbiq; miseros appellamus. Miseria enim summa est, esse mendicum, auctore Bal. in l.fi. C. qui bon.ced.pos. Quare remedium cessionis bonorum miserabile appellatur in d.l.fi. Et Esdras lib.4.c.15. pauperta tem ingentia mala enumerat. immittat (inquit) tibi mala viduitatem, paupertatem & famē. Et dominus Malachiæ c.2. minitatur se egestatem improbis daturum. Pluresq; probant sententiam, quam ad Cyrnum quidam scripsit in hunc sensum.

In mare fluctiuagum ne, te præmat asperat ægestas.
Desili, & à celsis corrue Cyrne iugis.

32 Hæc† non de paupertate ex animi sententia, sed de paupertate ex fortuna intelligenda sunt. Veritas enim ipsa dixit. Beati pauperes: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. & Seneca Ethnicus. Beatissima, inquit, res est paupertas.

¶Quòd si miseria summa est esse mendicum, longè miserrimum est non solum extrema egestate præmi, sed etiam proprij corporis potestatem non habere, tradiq; creditori, vt operis satisfacias creditæ summæ, vt ingenuus natus domini supercilium & insolentiam videas. Legimus Prouerb. 22. mutuum recipiens seruus est fęnerātis. Et debitor est quodammodo seruus creditoris. gl. in l.3. C. de noua. rursus dibitor dicitur infęlix, vt in auth. de fideiussoribus. §. cognoscunt. col.j. Hæc non prorsus immerito, carere enim bonis tolerabile est etiam ei, qui rei est cupidissimus, at debere & soluendo non esse, est longè durissimum. Quibusdam enim maximis viris paupertas gratissima fuit, illud enim habemus ex Seneca Nullū maius lucrum q̄ carere his quæ possides. At debere molestum est. Et ingratissimū, ꝙ si soluendo etiam nō sis, est quo te miserum & miserrimum appelles, nisi iuxta Christianę disciplinæ veritatē agnoscas manum dñi, qui nonnunquā occidendo viuificat, verè iuxta Chrysostomi dictum beneuolus mactator. Omnia enim facit ad salutem animæ nostræ, siue vulnera infligat, siue blandis foueat: corripit enim omnem filium, quem diligit.

33 ¶Durissima† ergo est dispositio huius legis. Egere enim durum, debere durius, non esse soluendo durissimum. Quid si supra has ęrumnas accedat corporis etiam ptātem nō habere, & & addici creditori, an quicquam videtur posse esse durius? Nā præter contumeliam, laborem & ignominiam videtur saltem ad tempus libertatem amittere: quamuis enim seruus non fiat (vt suo loco dicam) certè animi sui consilium sequi non pōt. Et videtur captus detineri à creditore, vt supra dixi, & probatur in l.præses. C. de cap. & postli.reuer. ibi. Ne vlterius in seruitute iugo detinearis.

34 ¶Hoīem† autem ingenuum egestate proferri venalem, vel huic, vel illi creditori addicendum, etiam si per iocum fiat probrosum & turpe est. Quare Tacitus lib.14. magnopere dolet, ꝙ Nero ratus dedecus amoliri, si plures fędasset nobiliū familiarum posteros egestate vęnales in scęnā produxit. Præterea debitor, q torque ferreo indutus addicitur creditori, est infamis; nam cessio probrosa etiam si prętet liberationem, irrogat infamiam, vt per Cyn & Pau. in l.nullus. C. quib. ex cas. infa. irrog. & dico c.3.nu.6. quanto magis ad dictio, quæ non præstat liberationem, sed seruiendi necessitatem irrogat & insuper infamiā.

35 ¶Tāta† autem est miseria debitoris, qui creditori addicitur, vt non immerito censeri possit pati pęnam corporalē: manus enim vñr admoueri ei, cui torques ferreus collo circum iniicit. Et si pęna corporalis habetur hoīem publicè per vrbem iumēto impositum circumferre, idq; per horulę momentum, quāto magis addictio censebitur pęna corporalis: cum tanto superet & eam contumeliam duratione, qualitate & circunstantijs: ille eñ ignominiosè deducitur p vrbē, quia deliquit, hic qa debet.

36 ¶Præterea† esse pęnam corporalem probatur: qm̄ eruditorum iudicio cessio ignominiosa, quæ fit impactis ad lapidē natibus, censetur pęna corporalis. Ita scribit Pet. Iaco. tit. de cessione bon. col.2. in sua praxi. Paris Puteus de sindicatu. § quia. nu.10. Cardinalis Florentinus consi.94. in prin. Gui. Papæ decisione Delphinali.343. cuius sensum explicat additio litera D. Tiraquel. in repeti. l.si vnquam. in verbo. bona, nu.6. C. de reuo. don. Ioan. Paponius in consuetudines Borbonias, tit. de cessione bonorum. §.72. prope finē. Qui omnes scribunt, cessionē ignominiosam loco pęnæ corporalis haberi, atq; ideo debitorem perpetuò liberari, neq; posse conueniri, etiam si pinguiorem nācisçatur fortunam, de qua re suo loco inferius dicam.

37 ¶Et† ꝙ addici creditori sit pęna corporalis, vr̄ probari in lege duodecim tabularum, quam retuli c.j.nu.56. nam vbi loquitur de addicendo inopem debitorem dreditori. Sic inquit. Tertiis autem nundinis si interea pactus non sit capitis pœnas dato. Nota hæc vltima verba. Quanquam arbitror verbum capitis referri ad capitis diminutionē: nam addictos vr̄ capite minui, & fieri seruus creditoris: nam qui in imaginariam quandā seruitutem deducitur, dicitur capitis diminutionem pati. l.liberos. §.emancipato. ff. de capi.dimi. Ideo cū tractaī de mācipādo hominem liberum creditori, dicitur tractari de causa capitali auctore Afflic. in constitutio. Siciliæ. incip. prosequentes, nu.6. & nu.26. Zasi consi.19.nu.19.lib.2.

38 ¶Ex† his apparet decretum huius legis rigidum & durissimum esse: cum pro pecunia męstissimo debitori pœnam corporalem imponat: si enim pœna corporalis censetur ignominiosè cedere, etiamsi creditoris manus effugias, quanto magis quādo prętet ignominiā in manus creditoris ferreo stigmate notatus traderis, idq; forsan per longum tempus. Ideo decretū huius legis æquitate molliendum & prudentia limitandum, & quoad saluo iure fieri pōt curandum nobis est, vt redeamus ad meliora, s.ad cònstitutionem ciuilem, qua debitor inops libera

Source : BIU Cujas

tur cedendo bonis, qđ in pluribus limitationibus infra dicēdis libentiſſimè faciēdum cum ratione & ſcripto iure innitantur.

39 ¶Vt † tñ fateor decretū huius legis durum eſſe, ita nego eſſe inhumanū, vel abſq; rōne proditum. Primò creditor æquiſſimo iure creditum petit forſan per tela per ignes quæſitū. Deinde hæc vox, redde quod debes, æquiſſima eſt, & ius gentiū p̄ ſe fert auctore Seneca lib. 3. de beneficijs, quare nō eſt impiū, neq; inhumanum debitorem operis ſuis creditum perſoluere, nihil enim tam cōgruum eſt humanæ fidei, q̄ ea, quæ inter hoīes placuerunt, ſeruari l. j. ff. de pac. ſeruari autem pacta, & credita quoquomodo perſolui efficiet, vt plures ſint, qui pecuniā fratri ad ſubueniendam neceſſitatē mutuò dent, ne auita p̄dia vendere cogatur, ꝙ aureos decem ad ſuccurrendum neceſſitati non inueniat. Expeditq; reipublicæ plures eſſe fęneratores, vt inquit Bal. in l. j col. 3. C. de ſum. Trin. & fide Cathol. & conſi. 453. lib. j. & in c. j. col. j. de iureiur. Moder. in tract. de vſuris, nu. 77. Debitorum enim perfidia deterret hoīes à mutuando: qm̄ fidem ſolutione non præſtant, quod ſerio & grauiter damnatur. Eccleſiaſtici, c. 29. his verbis. Multi quaſi inuentionē (hoc eſt quaſi rem nullius quæ inuentione fit occupantis) ęſtimauerunt fęnus & præſtiterunt moleſtiam his qui ſe adiuuerunt. Donec accipiāt, oſculantur manus dantis, & in promiſſionibus humiliant vocē ſuam. Et in tpe redditionis poſtulabit tempus, & loquent̄ verba tædij, & murmurationum, & tp̄s cauſabitur. Si aūt potuerit reddere, aduerſabitur, ſolidi vix reddet dimidium, & reputabit illud quaſi inuētionem. Sin aūt fraudabit illum pecunia ſua & poſſidebit illum inimicū gratis, & conuitia & maledicta reddet illi, & pro honore & beneficio reddet illi contumeliam. Multi nō cā nequitiæ non fęnerati ſunt, ſed fraudari gratis timuerūt.

40 ¶Itaq; † non eſt æquum, quem q̄ fraudari pecunia ſua, & ad alendā inter hoīes fidem æquum eſt, debitū reddi: ſi eīn crediti certa ſit ſolutio, plures erunt, qui ꝓhant, plures qui mutuò dēt. Et in ſacris literis, vt monemur, mutuare proximo indigēti, ita debitor monetur, reddere tpe cōſtituto. Eccleſiaſtici 29. Sic lego. Mutua proximo tuo cū indiguerit, & tu quoq; debitor redde tpe conſtituto, ſerua promiſſum, neq; agas dolo cum eo, & inuenies omni tpe qui ſubueniāt tibi. Sic Cicero off. li. 2. inquit. Nullā eſſe rē, q̄ vehementius rēpublicam ꝓtineat q̄ fides. Sed fidē eſſe nullam poſſe, niſi ſit neceſſaria ſolutio rerū creditarū.

41 ¶Deinde † pecuniæ creditæ ſatisfacere ſeruiendo obſcęnū non eſt, neq; inhoneſtum. Et habemus textum expreſſum præſcribentem, vt debitor inops ſoluat præſtando operas. l. fi. C. de capti. & poſt li. reuer. quan q̄ illa lex ſolum practicāda in ſua ſpecie, ſ. in debēte ex cauſa redemptionis: cum enim beneficio creditoris deſierit hoſtibus ſeruire, æquum eſt, vt redemptus reponat beneficium ſeruiendo redemptori, ſi aliàs ſoluendo nō ſit.

42 ¶Præterea † ſatisfacere operis, nō eſt ab humanitate alienū: quiuis enim poteſt locare operas ſuas l. qui operas. ff. loca. & cū poſſit eas ſponte locare, ęquum eſt, vt etiam inuitus eas pręſtet, vt ſatisfaciat creditori.

43 ¶Deinde † cum debitor ſit inops, neceſſariò laborare debet, vt victum paret: cum autem creditor teneatur alere debitorē, qui ſibi addicitur certè non eſt iniquum, vt auferat, quod reliquum eſt: cum ipſi præſtet alimenta, & qđ ſupereſt deducto ne egeat, poſſit ab eo auferre, hoc eſt, quod ſupereſt deductis alimentis quotidianis. l. is qui bonis. ff. de ceſſio. bono.

44 ¶Pręterea † lex hęc ignauiam excutit & laborē docet, labor aūt laudabilis eſt. Parmeno Alexandrū laudans appellabat eū hoīem ſtrenuum & nonnunquam ceſſantem. Et Cicero de natura deorum lib. 2 inquit. Qui nihil agit, eſſe mihi oīno non vr. Et iuxta Euripydis ſnīam, laborem ſubire oportet eos qui ſibi ſęliciter eſſe volunt. Deus enim ocioſis nō adeſt. Oīs enim laus in actione conſiſtit. Et labor eſt glorię pater, ſic Xenofon libro de republica Lacedęmoniorum inquit. Permulta ab ocioſis & abſurda patrari ſolent, & ocio ſoluti tumentes imbecilliq; reduntur. Rurſus vt teſtatur Heſyodus. Illi pariter indignātur & dij & hoīes, quiſquis ocioſus vixerit fucis abſque aculeo ſimilis qui apum opes ſine labore comedūt. Rurſus Menāder Poeta inquit Homo ſanus ocioſus multo miſerior eſt, q̄ febricitans: comedit enim bis tm̄ inutiliter. Deniq; Euripydes rem ad viuū ex preſſit hac ſnīa. Idē eſt ocioſus & malus ciuis. rurſus Auſonius, inquit. Sanus piger multo eſt nequior febriciente: potat enim duplū, dapesq; duplices deuorat. Et illud veriſſimè ſcripſit Catullus. Ocium & reges prius & beatas perdidit vrbes. nam vt Cato aiebat, homines nihil agendo male agere diſcunt. Quid igit̄ impiū imponit hæc lex debitori. Ab Heſyodo illud habemus. Non eſt probrum operari, ſed eſt ceſſatio probrum.

45 ¶Rurſus † oportuit excitari ſeueritate legis, pigros quoſdā molli ocio indulgentes, qbus nō ſufficit parabola Solomonis p̄ponētis formicæ exēplū, neq; dm̄i verba, q̄ reprehēdit ocioſos in foro ſtantes & virgines dormitātes. Oportuit (inquam) excitari ocioſum aleatorem & gulæ mancipiū de alieno comeſſantem, vt diſcat ſobrietatem & laboris exercitium, intelligatq; nō fortunarum tm̄, verum & capitis (hoc eſt ſtatus) cām agi: nō. n. ſufficit dicere cedo bonis, ſed tradetur auaro creditori, vt laboris obſequio creditori ſatisfaciat. Quidam. n. vt Tranquillus de impuro Nerone ſcribit, diuitiarum fructum nō aliū exiſtimāt, q̄ profuſionem, appellātq; ſordidos ac parcos eos, quibus rō impenſarum conſtat, prælautos verò atq; magnificos eos qui abuntt̄ ac perdunt. Quare non eſt iniqua appellanda hæc lex, q̄ vigilantē & inſolicitum reddit creditorem, ne placidus obdormiſcat, quouſq; malū creditoris nomen aboleat. Eſtq; è republica inertiā & ingluuiem p̄ditiſſimorum hoīum cohiberi legis ſeueritate. Nam Ezechielis 26. c. legimus. Ecce hęc fuit iniquitas Sodomæ, ſuperbia, ſaturitas & abundantia & ociū. Plutarchus ꝓfert Ariſtidē cum Catone accuſat atterentes p̄prias facultates. paupertas (inquit) nulli turpitudini ꝓiungit̄, ꝙ ſi negligētiæ, intemperātiæ, luxus, impudētiæ ſpeciem p̄ ſe fert, probro ac vituperatione non vacat. Rurſus Tacitus lib. 2. hyſtoriæ Aug. Tyberium laudat, ꝙ prodigos & ob flagitia pauperes à Senatu mouit. Et Tranquillus in Galba. Tyberiū ſcribit p̄hibuiſſe, ne Sergius Galba Proconſul fieret, ꝙ facultates ſuas atriuiſſet. Et Spartianus in Adriano memoriæ p̄dit, Adrianū iuſſiſſe decoctores bonorū ſuorū catamidiari in Amphytheatro, hoc eſt riſus gratia publicitus exhiberi. Cic. off. li. 2. Hñda eſt (inquit rō rei familiaris, quā quidē delabi ſinere flagitioſum eſt. Et eos q ad egeſtatem veniſſent, ſolere cēſoria virgula notari, indicat Suetonius in Claudio c. 9. Et Plautus in Truculento, piaculū (inquit) eſt miſereri nos hoīum rem ſuam male gerentiū. Et ex Strabone lib. 11. diſcimus apud Nabatheos publicā imponi mulctam ei qui opes ſuas imminuiſſet. Nam & Cato dicebat. viduarū eſſe non hoīum facultates extenuatas relinquere. Vt auctor eſt Volaterranus Antropologiæ lib. 14. Et lege Roſchia decoctoribus certus erat locus ꝓſtitutus, neq; in quatuordecim ordinibus ſedere poterāt, vt indicat Cicero Philippica 2. Rurſus Laertius ī Democrito ſcribit, ꝙ apud Abderitas, q facultates p̄prias amittebat, carebat paterno ſepulchro. Et inter Solonis leges hæc vna erat. q p̄monij vorſurā fecerit, is ignobilis obſcurusq; eſto. Iā verò illud notū, ꝙ Areopagitæ facultatū ſuarū p̄fuſores publicè mulctabant, auctore Athenęo li. 4. Præterea vt liquet ex oratione Aeſchinis aduerſus Timarchū, ex Græcorū inſtitutis decoctoribus & profuſoribus non licebat publicè ꝓcionari, neq; cum populo agere. Rurſus Marcus Tullius Off. lib. 3. inducit Hecaton Rhodium diſſerentē, ſapiētis, neq;. n. ſolū diuites eſſe nobis volumus, ſed liberis, p̄pinquis, amicis maximeq; reipublicę. Quare textus in Auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. § j. dicit, reipublicæ intereſſe ciues habere locupletes.

¶Rurſus libro octauo Apothematum referens Auctor illorum, Alphonſi Aragonum & Neapolis regis egregie dicta, inquit. Eques q̄dam ingens patrimonium p luxum abſorbuerat, atq; inſup magnam æris alieni vim ꝓxerat p hoc intercedentibus q̄buſdam apud Alphonſum Aragoniæ regem, ne ſaltem, q̄ debebat, corpore luere cogeret̄, Alphonſus rm̄dit, ſi tantā pecuniam, vel in ſui regis obſequiū, vel patriæ cōmodis, vel ſubleuā dis amicis impendiſſet, audirē nūc: qm̄ tātas opes impēdit corpore, par eſt vt luat corpore. Quæ res īdicat apud Neapolitanos moris fortaſis eē, vt debitor īops corpore debitā pecuniā luat.

46 ¶Oportuit † ergo profuſionē lege lata cohiberi: abſtinebūt enim hoīes à p̄fuſione, & debitores à luxu, ſi intelligāt ſe inferuitiū creditori dandos, ſi non hēant vnde ſoluāt. Recuſabū tq; totis viribus fęnus accipere, vt. n. cholerici, q purgari nolūt, colecta in dies maiori bile, grauiter diſcruciant, ſic q ſinunt fęnus accreſcere: cū adeſt dies, grauiter capite laborant. Et ſicuti ignis inualeſcēs alia poſt alia corripit, ſic vſura. Et vt equus ſemel accepto freno ſeſſorem alium poſt alium admittit, ſic qui ſemel inciderit in æs alienum, nunquam explicatur.

¶Ergo hæc lex fidē vinculū humanę ſocietatis vinculū ꝓfirmat, debitorē à luxu & īertia abſterret, ſimulq; creditori ꝓſulit.

¶Qđ aūt attinet ad torquē ferreū, certè ea ꝓtumelia non eſt indignus, q facultates proprias attriuit, ſed mihi videtur imponi, ne quis cum eos contrahat, ideo in pragmatica. 79. iubetur, ne velo torquē contegat. Ne forte & ipſe magis debeat, & contrahens decipiatur, ſimulq; ipſe amittat pecuniā, & debitor nūquam ad libertatem perueniat, ſi nouis quotidie debitis implicetur. Vel imponitur, vt metu tantæ ignominiæ omni ope pecuniā debitor quærat, vel ab ſcōditam proferat. Summum ergo ius continet hæc lex, nā & vnicuiq; tribuit, quod ſuum rem ſuam male gerentium punit, ſimulq; fidem quæ vnicè rempublicam continet confirmat docet & aſtruit. Hæc de valore & ratione legis.

SVMMARIVM.

1 *Maritus non cogitur ab vxore ſubire ceſſionem bonorum.*
2 *Qui vltra quàm facere poteſt non conuenitur in carcerem non detruditur.*
3 *Perſonæ priuilegiatæ, ne conueniantur niſi in quantum facere poſſunt, liberè ſunt à ceſſione bonorum. & nu. 8.*
4 *Per matrimonium ſuperueniens ceſſat operarum obligatio & præſtatio.*
5 *Etiam per pactum non poteſt renunciari reuerentiæ, quam vxor marito præſtare tenetur.*

6 *Vxor*

Source : BIU Cujas

6 *Vxor non vtitur contra maritum actione infamiam irrogante.*
Et pater filium non retinet ob debitum etiam accusatum ex redemptione ab hostibus.
9 *Mater non potest petere filium incarcerari pro dote, quam teneretur præstare vt hæres patris adita hæreditate, si non esset soluendo.*
10 *Vxori cum alijs creditoribus concurrenti maritus addicitur sine torque ferreo. num. 14.*
11 *Causa status inter maritum & vxorem agitari potest.*
12 *Vxor si matrimonio constante petat ob inopiam viri dotem sibi restitui, maritus repellitur à beneficio, ne conueniatur vltra quam facere possit, maximè si mulier non habet vnde se alat. & nu. 13.*
14 *Actio de dolo & interdictum de vi illata vtpote infamiam irrogantia, non dantur contra patrem aut patronum: datur tamen filio aut liberto actio in factum.*
15 *Iudex ex causa pœnam à lege impositam, etiam si ob crimen sit imposita, potest temperare.*
16 *Reuerentia, quam vxor marito tenetur præstare, non debet esse damnosa ipsi marito.*
17 *Vxor ad operas obsequiales & seruiles cogitur, si dos non sit competens ad alendum maritum & familiam.*
18 *Pro redemptione mariti captiui obligatur vxor, in limitationem auth. si qua mulier.*
19 *Vincula & carcer duriora sunt captiuitate.*
20 *Rigor legis remittendus aduersus eum, qui vxorem, vel liberos habet.*
21 *Vxoris ius verius, solidius, melius, & præstantius cæteris creditoribus.*
22 *Mulier detenta à creditore ob pecuniam redemptionis eius est liberta, donec soluat.*
23 *Præstare operas ad alendum vxorem & liberos non infame, sed honorificũ & honestissimum.*
Filius à patre non retinetur ob pecuniam redemptionis: quia præsumitur matrem donasse.
Casus in quo maritus otiosus & iners vxori addictus per iudicem possit compelli laborare vxoremq́, & filios alere.
Pater debitor filiis in dote matris filio non adiicitur.

An maritus non habens vnde vxori soluat dotem, sit ei addicendus, iuxta dispositionem huius legis, & liberandus à potestate aliorum creditorum. Cap. III.

1 Est† quotidiana & difficilis quæstio, vtrũ vxori petenti cõstante matrimonio dotem ob inopiam mariti sit maritus addicendus, vt operis p. soluat dotem. Hæc quæstio duo habet capita, aut enim vxor p. tendit se dotis nomine præferendam cæteris creditoribus petẽ tibus maritum sibi addici, non autem vxori, aut ipsa sola nullo alio existente creditore petit maritum sibi addici, vt operis persoluat dotem.

¶ *Primo casu videtur maritum non vxori, sed cæteris creditoribus addicendum:* qm̃ vxor non potest cogere maritum eã bonorum cessionẽ subire, quæ iure ciuili introducta est. Licèt sit facilis minimeq; onerosa, si conferatur ad hanc addictionẽ, quæ apud nos in vsu est. Iure enim ciuili debitor inops dicẽs, cedo bonis, effugit carcerem & creditoris ius illudit. A quo neq; in iudicio, neque extra conueniri amplius potest, nisi pinguiorem nanciscatur fortunam, ac ne tunc quidem conuenitur, nisi in quantum facere potest, vt dixi. c. j. num. 45. & c. 2. nu. 27. versi. fateor tamen. Quòd autem maritus non compellatur cedere bonis, probatur: quoniam nõ tenetur in plus quàm facere possit. l. maritum. ff. de re iud. l. alia. §. eleganter. ff. sol. matr.

2 ¶ Et† qui non tenentur in plusquã facere possunt, non possunt conijci in carcerem. gl. in l. liber captus. C. de capti. & postli. reuer. quam ibi sequitur Bal. in fi. Areti. in l. maritum. §. elegãter. col. 2. nu. 6. ad finẽ. ff. sol. mat. Alex. l. Centurio. nu. 25. ff. solu. mat. Et qui non pñt conijci in carcerem, non tenentur cedere bonis; qm̃ cessio bonorum inuenta est ad effugiẽdũ carcerem. l. j. C. qui bon. ced. poss. Sali. l. j. nu. 7. post Bal. C. de cessi. bo. Faber. §. fi. nu. 9. Insti. de act. Soc. reg. 46. fall. 12. Bar. in l. si filiofamilias. in 2. nu. 8. ff. sol. matri. col. 2.

3 ¶ Et† q̃ qui non tenentur in plus quã facere pñt non teneãtur cedere bonis, probatur in l. is qui bonis. ff. de cessio. bo. Rursus, q̃ maritus non teneat cedere bonis, probat expresse regia. l. j. tit. 15. par. 5. cuius verba sunt. Deue el deudor desamparar los bienes à quien deue algodiziendo como non ha de q̃ faga pagamiẽto, & entonce el judgador deue tomar todos los bienes del deudor q̃ desamparo lo suyo si non los paños de lino que vistiere y no le deue otra cosa ninguna de xar, fueras ende si tal deudor como este fuesse padre o si fuesse ome que deuiesse algo à su muger.

Cũ ergo maritus inops nõ cogat oĩa bona vxori dimittere, q̃tominus cogẽ illi operas p̃stare & seruire p̃sertim torq; indutus ferreo. Cur in seruilem quodammodo fortunam redigetur socius diuinæ atq; humanæ domus, & in seruitutem vxoris dabitur, qui caput vxoris est.

¶ Præterea hæc opinio ꝓbat ex Bal. in l. j. nu. 8. col. 4. C. q̃ bo. ced. poss. vbi docet, q̃ licèt debitores possint ad vnguẽ excuti. (his enim verbis ille vtitur) & licèt possint quodãmodo crucia ri, id non poterit facere vxor aduersus maritũ sibi debentẽ, q̃ satis aptũ est ad definitionẽ huius qõnis; nam hæc addictio vr̃ esse pœna corporalis, vt dixi. c. 2. nu. 35. cum seq. Deinde hæc opinio suadet efficacissimè ex textu expresso, qui nuncupatim in hac specie loquit in l. si is qui te. C. de capti. & postli. reuer. iũcta l. fi. C. eo. tit. Inquit lex illa, q̃ licèt regulariter redemptus ab hostibus mea pecunia teneatur mihi seruire, si nõ habet, vnde soluat: id tñ non admittitur, si interueniat matrimoniũ; matrimonium eñ soluit obligationem p̃standi operas pro debito, inqt lex. Si is qui te ab hostibus captam cõmercio redemit sibi matrimonio cõiunxit dignitate nuptiarũ & voto futuræ iustæ sobolis vinculo pignoris tibi remisso reddi tibi natales pristinos rõnis est. Nota illa verba. Vinculo pignoris tibi remisso dignitate nuptiarũ. Debitor enim seruiens creditori ob inopiã dr̃ esse apud illum rõne pignoris, vt in l. ab hostibus. C. de cap. & postli. reuer. attamen illud vinculũ pignoris tollitur dignitate nuptiarũ. Nihil arbitror efficacius citari posse. Quinimmo ille textus loquitur in casu magis dubio, s. qñ nuptiæ superueniunt, postq̃ vnus ex coniugibus seruire inceperat. Cum aũt addictio iam facta & operæ iam præstari cœptæ soluantur superueniente matrimonio, multo magis impediẽtur, qñ matrimoniũ adest ante addictionem, argumento. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

4 ¶ Et† q̃ matrimonium superueniens faciat debitum operarum censeri remissum, notant Dyn. & Albe. in l. sicut. ff. de ope. liber. Bal. & Saly. in l. 2. C. de captiuis, regia. l. 2. tit. 29. par. 2.

5 ¶ Rursus† nullus q̃ vel summis labris ius ciuile attigit ignorat, quantã reuerẽtiã ius velit vxorem deferre marito: nã neq; pactum expressum põt huic reuerentiæ derogare. l. alia. §. elegãter. ff. sol. mat. etiam si sit iuratum: nam est aduersus bonos mores, quam opinionẽ dicit cõem Alcia. in c. cũ contingat. nu. 64. Couar. in c. q̃uis pactum. in prin. 2. partis, de pact. lib. 6. quæ opinio mihi placet magis, quã qd̃ scribit Vasquius in trac. de succe. creatione, par. j. lib. 3. §. 28. nu. 18. vt latius dico c. de patre, nume.

¶ Quis non legit illud Caij iureconsulti in l. 2. ff. rerũ amota. Nam in honorẽ (inquit) matrimonii turpis actio aduersus vxorem datur. Cui non est in prõptu Gordiani Cęsaris decretũ in l. aduersus. C. de crimine expilatæ hæredi. Inquit lex. Aduersus vxorẽ quæ socia rei humanæ atq; diuinæ suscipitur, expilatæ hę reditatis crimen hærede mariti intendere non pñt. Nota ẽt cõiugis hæredẽ honorem hr̃e præcedẽti matrimonio, ẽt si crimẽ admissum sit, quanto magis honos habebitur matrimonio prę senti duranti & consistenti nullo præsertim cõmisso crimine.

6 ¶ Præterea† vxor actione infamiã irrogante non vtitur aduersus maritum. l. 2. & ibi gl. ff. rerũ amotarũ. Cessio aũt ignominiosa irrogat infamiã, auctore Cyn. Bal. & Pau. in l. debitores. C. qui bus ex causis infa. irrogetur. Zasi. in l. j. & in l. 3. ff. de cessio. bon. quinimmo faciẽs cessi onẽ ignominiosam dr̃ pati pœnã corporalem, vt latè ꝓbaui. c. 2. nu. 35. & docet Cardinalis cõs. 94. col j. Pute. de sindic. §. licèt. nu. 10. Guid. Pap. dec. 343. Tiraq. in l. si vnquam. in verbo bona. nu. 6. de reuoc. dona. Nihil aũt p̃t esse magis ignominiosum, quã torque ferreo indutũ debitorem tradi creditori ad seruitium: cũ ingenuus sit natus & educatus, & certè addictio verè est, & dici debet pœna corporalis, vt docui c. 2. nu. 35. & 36. Ergo cũ ignominiosa actio aduersus maritũ nõ admittat, quis infamẽ seruiendi necessitatẽ q̃ pœna corporalis est, dicat ei irrogandã? Cum multo magis ignominiosum sit pati miserã seruitutẽ quàm audire verba parũ honesta. q̃bus rerum amotarũ, vel expilatæ hæreditatis crimẽ intentatur: & tñ neq; ea verba inanem tñ & forsan meritum sonum hñtia nõ admittunt. Legimus Gen. c. 3. verba dñi dicentis mulieri. Sub viri ptãte eris, & ipse dñabitur tui. Et Paulus ad Ephe. c. 6. Vir (inquit) caput est mulieris. Rursus Petrus Apostolus in epistola Canonica. c. j. præcipit mulieres subditas esse viris. Quis diuinã institutionẽ & naturę legẽ subuertet? Quis patiet fieri pedẽ, aut si q̃d pede est abiectius, eũ q̃ ex diuina institutione dominus & caput.

¶ Prętera hæc qõ expresse & in ꝓpria specie definitur in l. 2. C. de capti. & postli. reuersis, vbi textus obligationem seruiendi impositam à iure ei, qui ab hostibus redẽptus est. l. fi. C. eo. ti. dicit solui matrimonio. Inquit lex. Proinde si ab hostibus redemptam habere in matrimonio cœpisti, nihil est, quod de statu eius debeas pertimescere.

7 ¶ Sic† mater non p̃t filiũ retinere rõne debiti, ẽt si illũ ab hostibus redemerit. tex. est in l. liber captus. C. de cap. & postli. reuer. Inter maritũ & vxorem maior & expressior vr̃ esse amor, quàm inter matrem & filium. Sic enim Poeta quidam cecinit:

Omnis amor magnus, sed aperte in coniuge maior.

¶ De qua re differit Tiraquel. in l. si vnquam. in principio. Et in verbo libertis. num. 101.

¶ Rursus de hac re, s. q̃ matrimoniũ soluat obligõnẽ, qua debitor inops tenet seruire, est tex. expressus in d. l. 2. & ibi no. Bal.
8 & Sal. C. de capt. & postli reuer. ¶ His† accedit, q̃ dispositio huius legis nõ est exercẽda aduersus eos, q̃ non tenet vltra, q̃ facere possint: illi eñ non p̃nt personaliter capi pro debito. gl. in l. liber captus. C. de capti. & postli. reuer. & ibi notat Bal. in fine,

Source : BIU Cujas

ſcribit Aretin. in l. alia. §. eleganter. quem legit cũ l. maritum. ff. ſolu. matri. col. 2. Alex. in l. Centurio. num. 25. ff. de vulg. & pup. Cum autem non poſſint perſonaliter capi, non addicentur creditori: nam addictus videtur captus detineri, vt dixi cap. 2. num. 9. & cap. j. nume. 39. Et ita diſpoſitionem huius legis non exercendam aduerſus eos, qui non tenentur vltra quàm facere poſſunt, notat Rodericus in repetitione. l. 2. titu. de los gouiernos. quæſtio. 5. col. 3. verſi. hanc legem limita. Nam neque ceſſionẽ bonorum iure ciuili introductã (quæ facilis eſt & minimè onerosa) non tenentur ſubire, qui non tenentur vltra, quàm facere poſſunt, vt dixi hoc ipſo capite num. j.

9 ¶ Sic † Bal. in d. l. liber captus. infert, ꝙ ſi filius adiuit hæreditatem paternam, & non eſt ſoluendo, mater non poteſt filium petere carcerari pro dote: quoniam ad reſtitutionem dotis filius matri non tenetur, niſi in quantum facere poteſt. l. etiam. ff. ſolu. matri. Quod refert & probat Roder. d. quæſt. 5. colum. 3. verſi. quam legem, de qua re vide, quę ſcripſi cap. de patre. Cum ergo filius, cui mater reuerentiam non debet, non poſſit conijci in carcerem pro dote, multo minus maritus.

¶ Poſtremò ne auctoritate deficiamur, huius opinionis eſt Auendanius reſponſorum cap. 8. vbi docet, maritum non eſſe addicendum vxori, neq; aduerſus eum vtẽdum eſſe diſpoſitione huius legis, non tamen quidquam protulit ex ſupraſcriptis, ne forte putet lector nos aliena compilare.

10 ¶ Sed † in propoſita ſpecie, ſcilicet quando vxor concurrit cum creditoribus contendentibus maritum ſibi non vxori addicendum, ego potius diuerſam opinionem probarem, neque dubitarem vſpiam maritum vxori tradere veluti potiori creditori pro dote, vel pro alia re, in qua iure vel tẽpore potior eſt. Moueor ex generali diſpoſitione huius legis & ex pragmatica. 79. in volumine antiquarum pragmaticarum, vbi decretũ extat, debitorem prius addicendum creditori, qui iure, vel tẽpore potior eſt, vxor autem pro dote habet priuilegium prelationis, vt in §. fuerat. Inſtitu. de actio. & in l. aſſiduis. C. qui poti. in pigno. habeantur.

11 ¶ Præterea † moueor ex textu ſingulari in l. cui neceſſitas. ff. de libe. cauſa. Vbi probatur, ꝙ inter maritum & vxorẽ põt agitari quæſtio ſtatus, & alter alterũ petere põt. redigi, & declarari eſſe conditionatæ cuidam ſeruituti obnoxium. Qua re nihil videtur eſſe poſſe magis probroſum. Nam vt notat glo. in d. l. cui neceſſitas. actio quæ ibi conceditur agitari inter virum & vxorem cõuellit prorſus honorem vxoris, & tñ actio tam inuidioſa, tam infamis admittitur inter virum & vxorem matrimonio conſtante. Verba legis hæc ſunt. Maritus vxori eidemq; libertæ ſtatus quæſtionem inferre nõ prohibetur. Ecce dignitas matrimonij non impedit inter virum & vxorem agitari quæſtionẽ, quæ totum matrimonij honorem deturpat. Cauſa autem, qua vxor petit maritum ſibi addici, nõ eſt ita grauis, atq; illa de qua agitur in d. l. cui neceſſitas. Debitor enim creditori addictus nõ deſinit eſſe ingenuus, vt dico capite an addictus fiat ſeruus. Itẽ illa ipſa conditio quam ex addictione ſortitur non durat, niſi quouſq; debito ſatisfaciat, vt in l. 2. & in l. ſi is qui re. C. de cap. & poſtlimi. reuer. & dicam infra in dicto loco. At cauſa ſtatus, de qua agitur in d. l. cui neceſſitas. afficit coniugem labe perpetua dignitatem ſtatus labefactante.

12 ¶ Deinde moueor † qñ beneficio ne conueniatur vltra, q̃ facere põt, non gaudet maritus, qñ vxor matrimonio conſtante petit ob viri inopiam dotẽ ſibi reſtitui: hoc enim caſu maritus inſolidum exigitur, neq; reuerẽtia vlla ab vxore præſtatur: qñ vxor ex dote tenetur ipſum alere. Ita docuit gl. in l. vbi adhuc. C. de iure doti. in verbo ad ſuſtẽtationẽ, col. 3. ver. 10. quæritur. Bal. in l. ſi quis crediderit. ff. de pact. Paul. Imo. Roma. Alex. nu. 6. Iaſ. nu. 111. in l. ſi conſtante. ff. ſol. matr. vbi Iaſ. teſtatur hanc eſſe cõem opinionem. Bal. in l. præſes. C. de ſerui. & aqua. Campe. de dote. 3. par. q. 62. Lupus qui & ipſe teſtatur hanc eſſe cõem in repetitione. c. per veſtras §. 37. ampliatione decimaſexta, de donatio. inter vir. & vxor. Collectar. ibi. ver. ſed nunquid exiget.

¶ Hæc cõis opinio duo præſtat. Primũ conuellit argumentũ diuerſæ partis, ꝙ cum maritus non poſſit cõueniri pro dote vltra, q̃ facere poſſit, non põt coniici pro dote in carcerẽ neq; eſt addicendus creditori. Iã eñ vides, ꝙ maritus, qui conſtãte matrimonio conuenitur ob inopiam, vt reſtitnat vxori dotẽ, non habet beneficium, ne conueniat ultra, q̃ facere põt. Secundò hęc cõis opinio cõuellit illud argm̃, ꝙ tradere maritum uxori pro debito eſt aduerſus reuerentiã, quã uxor diuino & humano iure marito debet. Vides eñ, ꝙ beneficium, ne maritus cõueniat ultra, quã facere põt, qđ marito conceditur ob reuerentiã quã ei ex uxori debet, ut in l. alia. §. eleganter. ff. ſol. mat. denegat, qñ maritus ab uxore ob inopiam cõuenitur matrimonio ꝛſtante.

13 ¶ Item hoc eſſet multo manifeſtius, ſi mulier põter dotẽ, quã à marito petit, non hꝫ et, unde ſe aleret: hoc eñ caſu maritus nõ gaudet priuilegio illo ꝛceſſo ob reuerentiã, ne. ſ. cõueniatur in plus q̃ facere põt: qñ ordinata charitas incipit à ſe ipſo. l. preſes. C. de ſerui. & aqua. & in pari cã mulier præfertur. l. aſſiduis. C. ꝙ potior. in pig. habean. l. uerũ. § fi. ff. de mino. Ita docuit Iacobus Rauena in l. ſi maritus. ff. ſol. mat. Bar. in l. maritum. col. fi. nu. 4. uer. quæro quid ſi maritus. ff. eo. tit. ubi Alex. col. fi. uer. in quãtũ teſtatur hãc eſſe magis cõem opinionẽ Guil. Cug. & Bald. in l. ſi quis crediderit. ff. de pact. Bal. in l. 2. C. quod cũ eo. & hoc eſt neceſſariũ, qñ matrimoniũ diſſolueretur ante copulam per ſuſceptionem ſacri ordinis, uel aliàs, ut declarat Bal. in d. l. ſi quis crediderit. ff. de pact. nã ſi matrimoniũ durat, & uxor ob inopiã uiri repetit ab eo dotẽ, iã dixi, ꝙ caret hoc bñficio marit⁹, ſ. nu. 2.

14 ¶ Præterea † maritũ uxori potius, q̃ cæteris creditoribus addicẽdũ, probat efficaciſſimo argõ; qm̃ licèt actio de dolo, & interdictum de ui illata, non dent ꝑ patrem neq; patronum: qñ infamiã irrogant. &, ſunt aduerſus reuerentiam eis debitam. & ideo cauetur, ut filii & liberti, ne bona ſua amittant, agãt actione in factum. & omittant illa, quæ actionẽ de dolo inuidioſam reddunt, ne ꝑp reuerentiam patri & patrono debitã ſua amittant, ut cauetur in l. 3. C. de obſequi. & in l. non debet. ff. de dolo, & in l. j. §. hoc interdictũ. ff. de ui & ui arma. Ita iniquiſſimũ eſt, ut uxor ꝑp reuerentiam marito debitã amittat ſuã dotẽ & mariti operis defraudet, quibus honeſtiſſimè & abſq; ullo dedecore maritus poterit & illam & filios cões alere, & forſitan maius dedecus effugeret, ne forte uxor inopia oppreſſa & calamitate uiri cõſtituti in ptãte creditoris audacior facta ſucceſſorẽ quẽrat marimonii. Hoc mihi vꝫ argñ ſolidum, quod nemini prudenti diſplicebit. Quare ad imitationem eius, quod in filio & liberto diſpoſitum uidemus, iudex maritũ addicet uxori: non tñ ei imponet torquem ferreũ. Vt enim uxor non eſt priuãda ſua dote ob reuerentiam marito debitã, ita eo modo ſuũ eſt ei tribuendum, ut mariti capitis & dñi ſui honos non deturpetur: ſicuti filius & libertus à patre, & patrono ſua ſorſan per uim, uel dolũ ablata repetũt: nõ tñ utunt actione de dolo, ſed ea actione q̃ ad repetitionẽ rei ſufficit. Itaq; omiſſis infamib. ſua repetunt.

15 ¶ Sed † reclamabit quiſpiã, lex iubet, torquẽ ferreũ iniici, definitq; ſub pęna amiſſionis crediti, ne creditor illũ auferat à collo debitoris, qũo iudex poterit addicere maritum vxori, neq; tñ ferreum torquem iniiciet aduerſus legem. Hic facilis eſt rñſio: iudex enim põt ex cauſa pęnam à lege impoſitam temperare, ẽt ſi ob crimen impoſita ſit, ut in l. quid ergo. §. pęna grauior. ff. de his qui notan. infam. ct ibi notat gl. Docẽt Bar. & Albe. in l. & ſi ſeuerior. C. quib. ex cau. infa. irroge. gl. in §. notãdum. 2. q. 3. Archid. in c. qui bona. col. 6. uer. & hæc uera. 17. q. j. gl. & Bar. in l. hodie. ff. de pę. Abb. in c. de cauſis. in fi. de off. deleg. & ibi Deci. col. pe. Fely. in c. inquiſitionis. col. 5. ſuper gl. in uerbo alioquin, de accuſa. Bar. in l. fi. ff. de recepta. Deinde iniiciat torques ferreus, ſed reclamante uxore & proteſtante, quòd id facit, ne perueniat in manus cæterorum creditorum.

16 ¶ Præterea † reuerentia quã uxor marito debet, nõ debet eſſe marito dãnoſa, ne quod in ipſius fauorem introductũ eſt, in eius dãnum detorqueat. Quid quæſo marito magis ignominioſum tradi ignoto creditori, an dulciſſimæ coniugi, cũ qua diuina & humana oĩa habet cõia, à qua diuelli maximè lugubre & triſtiſſimum reputat. Cui queſo magis ignominioſum præſtare operas uxori, ut ſeſe uxorẽ & filios alat, an creditori? Aut quis probrum reputat maritum laborare, ut uxorẽ & filios alat, cũ id ſit uerũ & perpetuum officiũ à natura marito iniunctum. A quo præſtat accipere alimenta, à creditore ſemper ſæuũ aliqd ſubmurmurante, ab uxore. Equidem arbitror hæc ita manifeſta eſſe, ut qui dubitarit, oẽm hoĩs ſenſum iure dici poſſit exuiſſe. itaq; reuerentiã quã propugnatores aduerſæ partis obijciũt, eſt irreuerentia & volentes conſeruare inane reuerẽtiæ nomẽ, detrudunt maritum in profundũ miſeriæ & ignominię, & vxorẽ dote ſua priuant: cũ melius cæteris creditoribus ius habeat, filiosq; orbant patre & alimentis & vxorẽ priuãt marito & ius prælationis à lege vxori conceſſum ſubuertunt: & marito pro reuerentia ignominiã irrogant: & vera miſeria onerant. Immo vxor, quę non oĩ ope peteret marito ſibi addici, impudica fęmina haberet, tñ abeſt, vt aduerſus honorẽ mariti videatur facere. Quid ꝓbri eſt maritũ operari vxori: cũ ab Heſiodo hẽamus.

¶ Non eſt probrum operari, ſed eſt ceſſatio probrum. Et beatus Paulus dicit, qui non laborat, non mãducet. Rurſus maritus ẽt anteq̃ addicatur vxori, tenetur eã & filios alere ſub pęna pęccati mortalis. Præterea non eſt probrum, maritum operas præſtare vxori: cũ ex lucratis ex operis & ipſe & vxor & cões liberi ali debeant. gl. in l. vbi adhuc. Vxor enim tenetur alere maritũ, qui ſibi addicitur: id enim oẽs creditores tenent præſtare addictis. l. 2. titu. de los gouiernos. li. 3. fori, & dicã infra ſuo loco. Rurſus quid probri eſt, maritum præſtare operas vxori: cũ vxor viciſſim marito operas præſtet. gl. in l. ſi vxorẽ. C. de cõdi. inſer. & in §. j. inſt. de S. C. Tertul. & ibi notat Ang. q citat text. in l. ſicut. ff. de ope. libe. Bar. ĩ l. j. §. j. ff. de iniur. Imo. Bar. & Pau. in l. rei iudicatæ. cũ lege ſequenti. ff. ſolu. matrim. Quod intelligendum in operis obſequialibus non in artificialibus: nam uxor non tenetur operas artificiales præſtare viro, & ſi quid ex eis lucretur, ſibi ſoli lucratur.

7 ¶ Si † tñ vxoris dos nõ ſit cõpetẽs, ita vt ex ea ali poſſit maritus vxor & familia, certe vxor cogit ad opas obſequales & ſeruiles:

vt

vt prudenter ſcribit Abb.in c.literas.col.fi.de reſti.ſpolia.Lupus in c.per veſtras.§.20.& tenēdo.nu.3. ver. ex iſtis infertur, de dona.inter vir.& vxor.Cum autem loquamur in caſu, in quo maritus ob inopiam petitur addici creditori, vel vxori, vt operis ſoluat dotem, manifeſtum eſt, ꝙ cum dos ſit ſoluenda operis mariti,ꝙ vxor dote non poterit alere maritum, filios & familiam:cum dos ob inopiam viri quotidianis operis ſit ſoluēda, & tunc cum ipſa teneatur ad operas ſeruiles, idque culpa mariti,qui ſuam dotem amiſit, non eſt incōueniens, vt ipſe maritus vxori,hoc eſt ſibi ipſi,& liberis,hoc eſt viſcerib. ſuis operas prēſtet.Neque obijciat quiſpiam,ꝙ maritus addictus vxori: vt operis ſoluat dotem, non poterit cogere vxorem ad præſtandum operas artificiales vel ſeruiles:id enim mihi verum non videt, ius enim mariti in vxorē à natura & diuina inſtitutione dimanat,neq; interrumpitur niſi morte, quæ matrimoniū dirimit, neq; calamitas & inopia id etiam auferre debent:eſſet.n.aduerſus bonos mores,argum.l.alia.§.eleganter.ff.ſol.matr.

18 Præterea † adeo pium videtur maritum à captiuitate creditorum eripere,vt vxor poſſit ſe obligare pro redemptione mariti captiui,licèt peculiariter prohibita ſit obligare ſe pro marito,vt auth.ſi qua mulier.C.ad Velle.ita nominatim docuit Bal. conſi.5.conſiderata cauſa.lib.5.Tiraquel. poſt leges connubiales,glo.6.nu.75.Et mulier ſi ſoluerit pro marito,qui ex vinculis cauſam dicit ratum id erit,per l.quanuis.cum ſeq.ff. ſol.mat. l.maritus.§.manente.ff.de iure dot.l.ſi pro aliquo.§.j. ff.ad Velleyan.Liberare autem maritum à carcere, vel à poteſtate creditorum nō minorem fauorem meretur, neque minus laudabile eſt, q̃ redimere eum è poteſtate hoſtium.

19 Duriora † enim ſunt vincula, & durior eſt carcer, quàm captiuitas aliquo reſpectu, vt ſuo loco infra dicam ca. num.& durius eſt à fratre ratione pecuniæ detineri quàm ab hoſte impio ratione belli.

His accedit, ꝙ Iuriſconſultus,prudenter ſcripſit, ſummū ius ſumma iniuria eſt.Vxor potius ius habet pro dote & rem ſuam petit,ſtolidiſſimum eſt priuare eam re ſua & marito ſuo cum magna iactura filiorum,& inſuper ſeparare maritum ab vxore aduerſus legem,cui non placet dura ſeparatio.

20 Præterea † rigor legis remittendus aduerſus eum,qui vxorem, vel liberos habet,textus eſt in l.j.§.ſi liberos.ff. de portio.quæ liber.damna.ſcribit Barba.in l.cum acutiſſimi.col.28.verſi.ſed vt quiſque. C.de fideicom.Roman.in l.ſi verò.§.de viro. in 49.fallentia,verſi.9.ff.ſol.matr.Bal.in c.naturales.ſi de feudo.fuer.cōttouer.Lucas Pen.in l.j.C.de deſertor.Hoſtien.Io.And.& Abb. per gloſam in c.quia circa. de eo, qui duxit in matrimo. quam pollu.per adult.

Hinc,illud Fabij inſtitutionum lib.6.Quare illa in iudicium per chariſſima pignora vtiq; & ſi reo ſunt liberi, coniux vtilis erit.Deinde legimus,hominem bonis exutum & infamē pronunciatum.Miſericordia liberorum fuiſſe bonis & famæ reſtitutum, vti Lucianus Sophiſta in Toxari narrat de Menacrate quodam Maſilienſi,qui cum eſſet à ſexcentis viris condemnatus facultatibus exutus,ac deinde infamis pronunciatus, miſeratio nepotis fecit,vt iudices ei & mulctam remitterēt & famæ reſtituerent.Quo nomine & Sergium Galbam liberatum teſtatur Fabius inſtitutionum lib.2.his verbis.Liberatum ita Sergiū Galbam miſeratione ſola, qua non ſuos modo liberos paruulos in concionem produxerat,ſed Galbæ etiam Sulpitij filium ſuis ipſius manibus circumtulerat elapſum eſſe, cum aliorum monumentis tum Catonis oratione teſtatum eſt.

21 † Relinquatur ergo maritus vxori & iiberis:cū vxor verum ſolidum & melius ius habeat,quam quiſquam alius ex creditoribus;cum iura noſtra generalem legis diſpoſitionē remittant, vt pater liberos poſſit educare, vt eſt expreſſum in l.ſemper.§. demonſtratur.ff.de iure immun. Inquit lex. Demonſtratur ex reſcripto diui Pertinacis:namque Saluidio Candido in hęc verba reſcripſit.Non eſt irrationabile,vt cōcedamus filiorum educationi, remitti tibi munera. Ecce lex relinquit patrem,neque illū munere perſonali grauare vult, vt poſſit educare liberos.

Poſtremò,vel illud nos in hanc ſententiam adducet, ꝙ iure noſtro cognati propinquiores præferūtur in licitatione & venditione rerum cognati ſui.Vxor autem marito coniunctiſſima eſt:ſunt enim duo in carne vna, & melius cæteris creditoribus ius habet.

Non obſtant ex aduerſo prolata.Non obſtat primum argumentum:quoniā quando maritus matrimonio conſtante conuenitur ab vxore ob inopiam, vt ſibi reſtituat dotem, non habet beneficium, ne conueniatur vltra, quàm facere poteſt, immo inſolidum exigi poteſt, vt dixi nu.12.

Non obſtat, ꝙ non poteſt conijci in carcerem:non eñ vxor conijcit in carcerem,ſed eximit illum è carcere in quam cōiectus eſt à creditoribus:nam ſi nulli eſſent creditores,certe vxor maritum non poteſt conijcere in carcerem, neque vllo modo petere,vt ſibi addicatur maritus ad ſoluendam operis dotem.

Non obſtat, ꝙ vxor debet reuerentiam marito: non enim cōuellit, vel deturbat honorem mariti præſtare operas, vt alat vxorem & liberos,immo & turpis & infamis eſſet, ſi id non faceret.Neque hic de conijciēdo maritum in carcerem agimus, ſed vt eximatur ab ea & reiectis creditoribus tradatur vxori abſq; torque ferreo,quatenus per vxorem licet addita proteſtatione cum omni verborum honore & ciuilitate.

Non obſtat tex.in l.ſi is qui te.cum ſimilibus.C. de captiu. & poſt limi. reuer. ibi enim creditor ducens vxorem debitricem ſuam cenſetur ei donare,& re mittere ſummā,pro qua eam redemit ab hoſtibus, & lex præſumit, ꝙ propter dignitatem nuptiarum,vt liberi ingenui ſint,& non nati ex liberta,maritus ei remittit vinculum pignoris, & ius obſequia præſtandi.

22 Nam † mulier detenta à creditore ob pecuniam inſumptam in eius redemptionem eſt eius liberta, quouſque ſoluat pretiū. l.ſi liberum captū.C.de captiuis. At in caſu, de quo loquimur, ceſſat hæc ratio: nam matrimonium inter ingenuos virum & vxorem contractum eſt,& poſt contractum matrimoniū maritus petitur addici vxori.Item hic ceſſat præſumptio donationis in qua ſe fundat.l.ſi is qui te. cum vxor diſerte & expreſſe petat dotem ſuam, nollens eam donare, vel remittere. Item hic præceſſit matrimonium, antequam vxor petat maritum ſibi addici,at in l.ſi is qui te.matrimonium ſequitur. Et matrimonium in caſu illius legis inducit præſumptionem donationis, vt vxor, quam maritus detinebat ratione debiti, deſinat eſſe liberta,& ex conſequenti filii ingenui ſint. Quid autem oportet præſumptionem hic adducere,cum mulier præſumptionē donationis tollat,dicēs ſolue mihi meam dotem, vel exhibe operas pro ea.Vtique in claris non eſt locus coniecturis, præſertim cum in caſu,de quo loquimur matrimonium præceſſerit & filij ingenui ſint,& ſic ceſſat illa ratio,quæ redditur ī l. ſi is qui te. his verbis.Propter dignitatem nuptiarum & voto futuræ iuſte ſobolis vinculo pignoris tibi remiſſo. Hic enim nuptiæ fuerūt ſatis dignę:quia in caſu de quo loquimur, matrimonium contractum fuit,antequam maritus addiceretur vxori. Item ceſſat ratio voti & deſiderij paterni;vt ſoboles ſit legitima: nam creditor addictus debitori nō efficitur eius libertus, vt dico infra.

Præterea cum conſtat de volūtate mariti & vxoris ius libertinitatis non tollitur ex matrimonio, cum ſcilicet conſtat, ꝙ noluerunt ex matrimonio ius remittere, vt expreſſe probatur in l.cui neceſſitas.ff.de libe.cauſa.

Deinde reſpondeo,ꝙ in d.l.ſi is qui te. ſoluto vinculo ex matrimonio & remiſſo ob dignitatem matrimonij debito. Vxor remanet in poteſtate mariti,& ipſi operas præſtat, ſi nō tanquā debitrix, certe tanquam vxor:ut notant gl. Dinus,& Alber.in l.ſicut.ff.de ope.liber.Bal.in l.libertę.col.j.C.de oper.liber.At in caſu noſtro ſi matrimonium efficeret, ne vxor poſſet ratione dotis retinere maritum, nullas operas vtiles alimentis vxoris maritus præſtabit, & creditoribus addicetur.

Denique (vt dixi) in caſu.d.l.ſi is qui te.matrimonium,quod ſuperuenit,facit videri remiſſum vinculum pignoris. Hic matrimonium iam erat contractum, & ſic iam præceſſerat cauſa, quæ inducit præſumptionem donationis. Et cum matrimonium eſt ꝯctū,non poteſt vxor remittere marito dotem, etiāſi expreſſe id facere vellet.l.3.§.ſciendum.l.ſi ſponſus.§.ſi maritus. l.cum hic.§.ſi inter verſi.planè.ff.de dona. inter virum & vxor. Remiſſio enim eſt donatio.l.ſi quis delegauerit.ff.de nouat.l.ſicut.§.an paciſci.ff.quib.modis pignus vel hypot.ſolui. no.Bal. in l.ſi mulier.ff.de leg.3.Bar.in l.ſi.ff.quæ in fraud.credi.

Itaque.d.l.ſi is qui te.& omnes ſimiles nihil faciunt aduerſus hanc opinionem: quoniam hic non ideo matrimoniū eſt minus dignum:quoniam ante addictionem pręceſſit.Et addictus non fit libertus. Item hic remiſſio dotis non pręſumitur ex matrimonio præcedente. Aliàs nulla mulier poſſet petere dotem ſuam,ſi matrimonium induceret pręſumptionem remiſſionis dotis.Item hic expreſſe vxor dicit,ſe nolle remittere,& expreſſa remiſſio non valeret:eſt enim prohibita remiſſio inter virū & uxorem: quia eſt donatio.

23 Rurſus non obſtat † ꝙ uxor non utitur aduerſus maritum actione,quæ infamat.Reſpondeo enim,ꝙ non ideo amittit ius ſuum,ut ſupra in filio & liberto dixi,num.6.præter ea præſtare operas nō eſt infame, immo eſt honorificum & honeſtiſſimū laborare ad alendam uxorem & liberos. Et hoc eſt uerum & præcipuum officium mariti, præſertim ꝙ maritus tradēdus eſt uxori abſq; torque ferreo honeſte & ciuiliter, ut docui. nu.14.

Non obſt.ꝙ de iure diuino uir caput eſt mulieris,& ꝙ diuina inſtitutio non eſt inuertenda ob pecuniam; maritus enim non ꝙ laboret deſinit eſſe caput mulieris: uerum enim mariti officium eſt laborare ad alendam uxorem & liberos, neq; tñ ideo minus deſinit eſſe caput uxoris, immo eo ipſo ꝙ uxorē ex ſuo labore alit.Eſt uerum eius caput,id ei præſtans,quod caput cæteris membris præſtat.Non obſtat.l.2.C. de capti.reſpondeo.n. idem,quod reſpondi ad l.ſi is qui te.ſupra nu.22.

24 † Nō obſtat.l.liber captus.C.de capti.& poſtli.reuerſis,ubi filius ratione debiti non poteſt retineri à matre,etiamſi illum ab hoſtibus redemerit,quo caſu licita eſt retentio l.ſi. C. de captiuis.Rñdeo enim id ex eo:quoniam lex præſumit,quòd redimit

illum

Source : BIU Cujas

illum ab hoſtibus ad diſcutiendam triſtitiam non ad repetendam pecuniam, & ꝙ habuit animum donandi, hic autem loquimur, quando vxor non vult donare, ſed petit dotem ſuam.

Non obſtat, ꝙ qui non tenentur vltra, q̃ facere poſſunt, non ſunt addicendi creditoribus, neque in eis ſeruanda diſpoſitio huius legis. Reſpondeo enim, maritum conuentum matrimonio conſtante ab vxore ob inopiam iuxta formam l. ſi cõſtante ff. ſolu. matr. non gaudere beneficio, ne conueniatur vltraq̃ facere poteſt: quoniam alendus eſt ab vxore ex dote, quam ab eo repetit, vt dixi nu. 12.

Non obſtat, ꝙ mater nõ poteſt ratione dotis conijcere filiũ in carcerem, reſpondeo enim idem eſſe in marito, ꝙ non põt conijci in carcerem: tñ hic non tractamus de conijciendo maritum in carcerem, ſed vt eximatur ab ea, & tradatur vxori. Nõ obſtat, ꝙ diſpoſitio huius legis non eſt ſeruanda aduerſus eos, qui in carcerem duci non poſſunt. Reſpõdeo enim id verum. Tamen hic vxor non conijcit maritum in carcerem, ſed conijctum in carcerem vult ab ea eximere, petendo vt ſibi addicat. & non cęteris creditoribus, qui illum in carcerem coniecerũt.

Hæc opinio propugnatricem habet ęquitatem potentiſſimã in iudicijs patronam. Hanc ego prorſus eligerem: nã ſummum ius ſumma iniuria.

Nunc videamus, quid in ſecunda quæſtionis parte ſentiẽdũ. Scilicet quando mulier ſola, nullis alijs exiſtentibus creditoribus, petit maritum ſibi addici, an rectè petat. Hoc thema eiſdẽ argumentis tractare licebit, quib. ſuperius tractauimus. Et ſummo iure maritus hoc caſu vxori addicendus non eſt: qm̃ cum eo nomine in carcerem conijci non poſſit: nam licèt loquamur ſupra in caſu in quo maritus eſt in carcere, intelligo quòd illum coniecerunt cæteri creditores, non autem vxor: non eim̃ poteſt, vt ſupra dixi. Item cum hoc caſu obſtet reuerentia marito debita, neq; eximatur è manibus creditoris petitione vxoris, & maritus reclamet. Videtur vxorem non audiendam, neq; lata ſententia pronuntiandum: vt maritus vxori ſeruiat ratione dotis per certũ tempus. Hoc ſummum ius & publicæ honeſtatis iuſtitia dictant. Niſi maritus gulæ mancipium ſit ſomnoque & inertię indulgens, qui non curet vxorem, & filios operis ſuis alere. Hoc enim caſu iudex veluti alter morum cenſor non patietur illum otioſum eſſe in pernitiem vxoris & filiorum, quos omni iure alere tenetur: cumq; adſit color diſpoſitionis huius legis, quæ iubet in opem debitorẽ operis ſatisfacere creditori, iubebit ſeuere marito, vt laboret & vxorem & filios alat: nam id omni iure facere tenetur, & pium cũ primis eſt. Hæc opinio mihi placet: nam errones & ocioſos ad bonam aliquam frugẽ reducere pium ſanctum & Chriſtianum eſt, reipublicęq; maxime conuenit. Hoc autem eo temperamento faciet iudex: ut torques ferreus ne nominetur quidem, & maritalis reuerentia & amor ſit incolumis, potiusq; iudex ſimilis ſit ſancto paſtori gregem ſuum puriter & Criſtiana, grauitate adminiſtranti quã rigido iudici inopem debitorem creditori addicenti, cẽſorque videatur potiusq̃ iudex, & ſanctus Theologus quam grauis iureconſultus, conſilium magis præſtans quam imperio cogens. Quanq̃ & hoc quoq; adeſſe oportet iuxta negotij qualitatẽ & mariti naturam. Si enim opifex ſit, vel ex infima fęce plebis ſolitus locare operas ſuas, coget eum ocioſum nõ eſſe, ſed vxori & liberis operari: hoc enim honeſtiſſimũ eſt, & lex punit ocioſos vagantes. Si tñ honeſtus quiſpiam vir ſit, non ſolitus locare operas ſuas, non coget cũ ſeruiles operas præſtare, vt alat vxorem: cum iuxta vulgi iudiciũ (quod homines maximè formidant) ſummum dedecus ſit viro honeſto ſeruiles operas præſtare. Quid ergo vagabitur ocioſus? haudquaq̃, ſed iudex adhibita in conſilium prudentia rogabit eum in familiam ſe dare nobilis alicuius viri, à quo ratione obſequij & clientelæ pecuniam aliquam corradat, qua alat vxorem, quod non faciet tam ex vi obligationis, qua eſt obſtrictus vxori, quam ex vi charitatis vtens potius conſilio quam imperio. Quo temperamento & mariti honor eſt incolumis: neq; enim labefactatur ab vxore, & ruſus vxor alitur à marito: vt iure cõſtitutũ eſt, ocioſiq; & errones cohibentur.

26 Sed † an pater tradendus ſit filiis pro dote matris? Certe non tradendus filius enim non poteſt conijcere patrem in carcerẽ: qm̃ non poteſt exigere eum in plus, quam facere poſſit: vt in l. iunt qui in id. ff. de re iudi. Et hæc lex non eſt exercenda aduerſus eos, qui non tenentur in plus, q̃ facere poſſunt, vt dixi nu. 2. ſed vide quæ dicam infra ſuo loco. c. 17. nu. 33. & 43. Sed an maritus, cui vxor dotem promiſſam debet, poſſit vxorẽ titulo dotis eximere è carcere, vbi ad petitionem aliorum creditorũ eſt ratione debiti deſcendentis ex delicto, vt dico. c. 15. nu. 20. & certe maritus præfertur veluti potior creditor, & ei traditur ex ſupradictis. Vt finem faciam, debitor inops vxorem habẽs non oportet vt ſupplex petat inducias à creditoribus, ſed profiteatur in iudicio oblato libello ſe velle tradi creditoribus: & cum vxor pro dote potior iure ſit regulariter, effugiet manus creditorum, neque ab eis cõueniri poterit, niſi pinguiorem adeptus fortunam, niſi credirores offerant vxori dotem: nam veniet ad ſecundum creditorem, qui iure vel tempore potior fuerit. Sed illud perpetuo notandum, ꝙ licèt de iure ciuili vxor matrimonio conſtante poſſit repetere dotem ob inopiam viri, etiam ſi paupertas proueniat abſque culpa viri: ut notat Bar. in l. ſi conſtante. col. 4. & Alex. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. col. j. ff. ſol. matr. id non admittitur de iure regio, immo inopia debet eſſe culpoſa, ita videtur probari. in l. 29. titu. 11. par. 4.

SVMMARIVM.

1 *Hoſtium vis connumeratur inter caſus fortuitos.*
2 *Debitor per vim ſpoliatus bonis, non liberatur à creditoribus.*
3 *Pęna debet habere ſuum authorem.*
4 *Debitor per exceptionem oppoſitam, quòd à tertio fuit ſpoliatus, non liberatur à creditoribus.*
5 *Debitor qui caſu fortuito fortunas ſuas amiſit, ſi ſit inops, creditori non adijcitur, & nu. 6. & 9.*
7 *Nouellæ Iuſtiniani vim habent legis, & in cauſarum diffinitionibus ſeruandæ. nume. 8.*
10 *Amittendi facultates abſque culpa ſua eſt eis ſucurrendum.*
11 *Paupertas culpabiliter & ex malitia pauperis perueniens eſt nociua.*
12 *Debitor ſpeciei liberatur ſpecie perempta.*
13 *Debitor generis aut ſpeciei conſtitutus in mora. non liberatur ſpecie perempta.*
14 *Renunciare caſui, vel eius exceptione non iuuari, ſunt paria.*
15 *Diſpoſitio prag. huius prodita non ſolum ad ſucurrendum creditori pro debito, verum etiam, vt ſocordia & pigritia debitoris puniatur.*
16 *Debitorem tradi creditori torque ferreo indutum eſt pęna corporalis.*
17 *Pęna corporalis non imponenda ei, qui caſu delinquit.*
18 *Secundum opinionem theologorum debitor abſque culpa ſua inops effectus liber eſt à ſolutione.*
19 *Cum tractatur de addicendo debitore in ope creditori, prius diſcutitur, an debitor ſit liber, vel non.*
20 *Habere etiam in modico ſeruilem conditionem maximum detrimentum.*
21 *Cauſæ libertatis ſemper fauendum, & pro ea iudicandum.*
22 *In criminalibus iudex debet eſſe pronior ad abſoluendum.*
23 *Debitor ſi poſt amiſionem caſu fortuito fortunarum ſuarum ęs alienum contrahat addicitur creditori ratione dicti ęris alieni, ſi ſoluendo non ſit.*
24 *Filiusfamilias conuenitur, in quantum facere poteſt ſolum pro his, quæ contraxit, dum eſſet in patria poteſtate.*
25 *Reſponſiones ad oppoſita.*
26 *In amiſſione bonorum caſu fortuito, vt debitor liberetur, requiritur, vt amiſſio non fuerit ex ſupina negligentia.*
27 *Debitor nimia caliditate negotia ſua adminiſtrans potius reprehendendus quàm laudandus.*
28 *Præſtat potius eſſe nimis calidum, & ſubtilem debitorem in negotiando, quàm nimium craſſum, licèt tamen vtrumq; ſit culpa dignum.*

An debitor, qui caſu fortuito amiſſit omnes fortunas ſuas, ſit eximendus à diſpoſitione legis. Et quid ſi non caſu fortuito: ſed tamen abſque culpa ſua amiſit omnes facultates. Capit. IIII.

1 Occurrit † inſignis quæſtio, cuius tractatus maxime pius eſt. Vtrum debitor qui caſu fortuito amiſit omnes fortunas ſuas, ſit addicẽdus creditori iuxta decretum huius legis. Illud admonitum lectorem vellim, de hac re eſſe textum expreſſum limitantem decretum huius legis. Videtur debitorem hunc creditori tradendum ex textu, cui videtur non poſſe reſponderi, in l. ſi. C. de capti. & poſt lim. reuer. vbi præcipitur: vt redẽptus ab hoſtibus meis nummis ſi non habet, vnde mihi ſatisfaciat, teneatur mihi ſeruire per certum tempus. Ecce textus loquitur in eo, qui bonis & libertate ſpoliatus eſt ab hoſtibus, hoſtium autẽ vis inter caſus fortuitos connumeratur: vt in l. ex conducto. §. vis maior. ff. loca. l. 3. §. nautę. ff. nautæ. caupo. & ſtabul. §. idem. Inſt. qb. modis re contrahitur obliga. nihilominus tamen licèt caſu fortuito ſpoliatus fuerit bonis, iubetur ſeruire creditori. ergo & in noſtro caſu illud generaliter definiẽdum: ut debitor inops tradatur creditori, etiamſi bona caſu fortuito amiſerit.

2 His † congruit textus inſignis in l. ſi te bonis. C. de iure delib. vbi debitor per uim ſpoliatus bonis non liberatur à creditoribus. Inquit lex. Si te bonis patris immiſcuiſti, neque inopia patris te excuſat, neque vix fratris portionem tuam eripientis arcere te de exactione creditorum qui te cõueniunt poteſt. Ergo non eſt bona ea exceptio, per uim fui ſpoliatus à creditoribus, & ibi notant doctores.

Accedit receptiſſima regula, ꝙ non ex eo ꝙ quis me affecerit iniuria, ego poſſum alium iniuria afficere, hoc eſt crediti ſolutionem recuſare. dic. l. ſi te bonis. & ibi notant Paul. Iaſ. & alij. Textus in l. ſi. C. de act. emp. l. ſi filia. C. famil. ercis.

3 † Deinde pœna ei ſolũ imponenda, qui deliquit, neque pęna ex aliena culpa me comprehendere debet. l. ſancimus. C. de pęn. Ergo nõ ex eo ꝙ prædones (peſſimum hominum genus) debitorem meum ſpoliarint ego mea pecunia carere debeo, & alieni facinoris pœnas dare.

His

Source : BIU Cujas

4 † His congruit, ꝙ de iure debitor cõuentus à creditore non poteſt opponere exceptionẽ, ꝙ fuit bonis ſuis ſpoliatus à tertio. Nam exceptio ſpoliationis non liberat conuentum, c.frequens.de reſtitu.ſpolia.in 6.vbi notant Domi.Frãcus,& Geminianus,ſcribit Paul.Alexand.& Iaſ.in d.l.ſi te bonis. Affli.deciſ. 150.nume.8.

Suadetur hæc opinio ex textu, qui videtur expreſſus in l.incendium.C.ſi cer.pet.cuius verba ſunt. Incendium ære alieno non exuit debitorem. Si ergo debitor non liberatur, certe ſi inops eſt,ꝓſoluere debet operis:vt in hac lege diffinitur, cuius diſpoſitio cum ſit generalis generaliter debet practicari & intelligi, vt in l.de precio.ff.de publiciana.

5 †Mihi contraria ſentẽtia & verior videtur & ęquior, immo debitor inops,q facultates ſuas caſu fortuito amiſit,nõ eſt addicendus creditori, neq; hoc caſu practicãda eſt diſpoſitio huius legis,ſed debitor ſoluendus eſt è vinculis nullo ſeruitio præſtito creditori,neq; vllis inducijs petitis. Moueor ex textu expreſſo & ſingulari in Nouella.135.cui titulus eſt.Nequis cogatur bonis cedere. Quam legimus inter Iuſtiniani Nouellas, quas pridem Haloander è Greco ſermone in Latinum vertit.Diſponitur autem ibi,vt is qui non luxuria,neq; deſidia,ſed caſu,vel fortunę infelicitate amiſſit fortunas ſuas,non cogatur eam ceſſionem bonorum ſubire,quæ præter bonorum amiſſionem, paupertatem & omnium rerum inopiam,irrogat etiam contumeliam. Sed præſtat ipſius conſtitutionis verba ſubijcere nõ enim omnibus ad manum eſt. Zoſarius quiſpiam ex Miſſijs oriũdus porrectis precibus cum lachrimis nos edocuit,ꝙ cum pecuniarum publicarum & priuatarum nomine conueniretur à clariſſimo prouinciæ præſide cum contumelia & quidem ſola.Neq; enim credidit de ijs pecunijs libellos perſecutionis rerum ſuarum oblatum iri.Id quod iniuſtiſſimum habetur, & inter ea capitula quæ cum primis adferũt moleſtiam. Vbi enim locorum iuſtum eſt,vt is qui in vniuerſum ex accidenti non ſupina negligentia res ſuas amiſiſſe traditus eſſet,denuo per vim ad ignominioſam vitam tranſponatur.Et paulo poſt inquit. Sancimus,vt nemini liceat magiſtratuum rei cauſa ceſſionis bonorum neceſſitatẽ inferre alicui eorum, qui de prædictis cauſis iudicium ſuſtinẽt. Aut huiuſmodi contumelijs vti ac ꝑtextibus. Proinde quaſi dum corporis ſupplicium ipſi remittitur,maluerit rerum ſuarum amiſſionem capeſſere potius, q̃ cum inopiæ iugo ad mortem vſque premi,opprobrio ignominiæ.

Hactenus nouellæ conſtitutionis verba recenſui. Ex cuius auctoritate Tiraquell. in l.ſi vnquam. verbo, bona. nu.5.docet eos qui non ſuprema negligentia, aut luxu, ſed caſu fortuito lapſi facultatibus eſſent,non debere cogi eam ceſſionem bonorum ſubire,quæ cum ignominia fit. Idẽ docet Iacobus Spiegel in *Lexico iuris ciuilis verbo ceſſio*. Et eius cõſtitutionis meminit Frãciſcus Balduinus in præfatione commentarioli in quaſdam nouellas conſtitutiones,quæ in libro authenticorum nõ habentur.

6 Præterea † hæc opinio efficaciſſime ſuadetur ex textu in l.j.C.qui bonis ex lege Iulia cedere poſſint,in Codice Theodoſiano,vbi id eſt definitum:vt nullus ratione debitę quãtitatis cogatur contumelioſam ceſſionem bonorũ ſubire, ſi modo fortunas ſuas caſu fortuito amiſſit.Inquit lex. Ne quis omnino fiſci debitor vel alienæ rei retentator ac debitor bonorum faciẽs ceſſionem liberum à repetitione pleniſſimum nomẽ effugiat: ſed ad redhibitionem debitæ quantitatis congrua atq; digniſſima ſuppliciorũ acerbitate feratur. Niſi forte propriorum dilapidationem bonorum aut latrocinijs abrogatam, aut fortaſſe naufragio incendioq; conflatam, vel quolibet maioris impetus infortunio atque diſpendio docuerit afflictam.

Sed obijcis, iſta legis vim non habent. Fateor Theodoſiani Codicis leges non eſſe citandas ad definitionem cauſarum, ut iuxta earum decreta lites diiudicentur,vt in l.j.C.de iuſtin.Codice confir.Tamen legem correctam vel contraria conſuetudine abolitam permiſſum eſt proferre ad cognitionẽ antiquitatis & in ſimilitudine caſus ĩ ea propoſitæ. Quod Couarruuias nuſquam non ſobrius & grauis fecit Varia.reſolu.lib.3.cap.14.nu.4.vbi citat legem eius voluminis ad explicationem legum ciuilium,quæ in vſu ſunt. Sic Tiraquell. in rep. l. ſi vnquam. in verbo.bona.numero 5.citat.d.l.j.C.qui ex lege Iulia.bon. cede. poſſ. in Codice Theodoſiano, idem fecit Spiegel in dic.lęxico verbo, ceſſio.

Præterea nouella conſtitutio. 135. ex cuius auctoritate rem definiuimus, habet prorſus vim legis. Obijcis, non eſt in volumine Authenticorum. Fateor, ſed eſt inter nouellas Iuſtiniani Græcas, ex quibus ſordidus authenticorum liber dimanauit interprete quodam vtriuſq; linguę ignaro.Nouellæ enim Iuſtiniani Greece conſcriptæ fuere,quod eſt pluſquam manifeſtum, & teſtatur Alcia.lib.4.de verb. ſignifica. Extatq; adhuc Græcus codex quanquam multis in locis mutilus ac deprauatus.Librũ autem authenticorum eſſe è Græco in latinum translatũ indicat ſermo totus vbiq; vitio interpretis tenebricoſus difficilis & parum explicatus. Quod non ſentiet niſi qui fuerit pluſquam ferreus. Et quæ Græce habentur vera ſunt authentica. Quare Ludouicus Luſitanus in præfatione commentariorum tituli de rebus dubijs, teſtatur Bartholomeum Socinum pollicitum fuiſſe ſcholiis ſe nouam trãslationem illuſtraturum,ſed exemplaria greca,quæ Florentiæ habebantur, fuiſſe mutila.Nouãq; verſionem eſſe in ſcholis prælegendam,niſi ſtultorum iudicio res literaria gereretur,memini me audiſſe ab Orocio: vt vir ille egregia & erudita ſemper appetebat.

7 Porrò† Nouellas à Iuſtiniano ęditas habere vim legis & ſeruandas in definitionibus cauſarum decernit ipſe Iuſtinianus in l.vna.C.de emenda.Codicis.verb.hoc etenim dubium, vbi præcipit nouellas conſtitutiones à ſe conſcribendas pro qualitate rei emergentis habere vim legis,& ſeruari debere in definitionibus cauſarum.Quod etiam præſcribit in l.j.C. de Iuſtinia. codice compo ver.ſi quæ verò.vbi pragmaticas & alias conſtitutiones à ſe conſcribendas iubet vim legis habere, dum tñ non aduerſentur legibus Codicis. Nouella autem conſtitutio.135. non aduerſatur legibus Codicis,immo congruit rationi, iuri & ęquitati: vt ſtatim dicam.

8 Itaque † vera Authentica ſunt, quæ Græce habentur,& illæ ſunt vere nouellæ,quibus Iuſtinianus vim legis tribuit.Seruandeq; omnino ſunt,etiam ſi vitio interpretis nonnullæ nõ contineantur in vulgato Authenticorum Codice. Nouum enim eſſet,interpretem hominem priuatum abrogaſſe Iuſtiniani nouellas, quas non traſtulit: vel quia noluit, vel non vacauit, uel non intellexit,uel quia forſan eius codex Grecus mancus erat. Et ita ſeruandas nouellas conſtitutiones, etiam ſi in Latino libro Authenticorum non habeantur, contendit Viglius in pęmio inſtitutionum Theophili, dicens illa eſſe vera Authentica.Eandem cauſam agit Frãciſcus Balduinus in præfatione cõmentarij in quaſdam nouellas cõſtitutiones.Sic Couarr.nouellam.160.qua codices latini carent citat in ſuæ ſententiæ comprobationem,Variar.reſolu.lib.3.cap.7.num.2.ver.quintò hęc pars inſtruitur.Moder.de vſuris.q.75.nu.586.Rurſus Gratianus ex nouellis conſtitutionibus quædam refert, quæ in vulgato Authenticorum libro non habentur. Sit exemplum textus in c.non licet.19.q 3.vbi ex Nouella Græca decernitur, monachatum purgare vitium ingratitudinis, nullus tamen reiecit eius textus auctoritatem, ꝙ in vulgato Authenticorum codice nõ legatur,præter vnum Alciatum,qui ſuſpicione parũ ęqua colligit.Gratianum illa è capite ſuo confinxiſſe,neq; tale quidquã reperiri in Græco nouellarum codice.Itaq; probaſſet, ſi pnoſſet Græcos fontes legem illam continere,quod nouiſſime fœlicius docuit Couarruuias animi pietate, quam non adulanter admirari licet.cum veteribus Chriſtianæ religionis patrib.comparandus.Cõmuniter tñ vtriuſque iuris doctores etiã antequã Couarr. doceret. d.c.non licet. contineri inter Græcas Nouellas,admittebant eius diſpoſitionem eo ſolum nomine, ꝙ titulus indicaret deſumptum ex Græcis fontibus. Ita Iaſ. in l.filius à patre.§. filios. ff. de liber. & poſthu.& in auth.non liceat.C.de libe.præte.vel exhęre.nu.4.

Stat ergo immobile fundamentum textus in d.nouella.135. quæ diſponit,ceſſionem bonorum,quæ cũ ignominia fit, uel contumelioſa eſt,non eſſe imponendam ei,qui non luxu,neq; deſidia,ſed caſu fortuito facultates amiſſit. Diſpoſitio autẽ noſtræ legis ignominioſa eſt inopi debitori & eum in ultimã miſeriam detrudit,ut dixi c.2.nu.34. & 35. cũ aliis. Cũ autẽ ceſſio bonorum non ſit imponenda ei, qui facultates caſũ amiſſit, ſi modo ceſſio ſit ignominioſa, quantominus imponetur obligatio ſeruiendi creditori impoſito torq; ferreo.Nam hoc ſcilicet addici creditori beneficium ceſſionis prorſus tollit & oẽm miſeriam & ignominiam ſuperat,ut docui capite ſecundo nu. Itaq; hic maior ratio uiget admittẽdi diſpoſitionem nouellæ. 135.Nam ibi non tollitur beneficium ceſſionis bonorum, ſed liberatur debitor, ne cogat uti beneficio ceſſionis, ſi ceſſio fiat contumelioſe. At iure noſtro regio beneficium ceſſionis eſt prorſus ſublatum,& inops debitor traditur creditori.Quod eſt miſerrimum,ergo hæc tanta miſeria non irroganda ei, q caſu facultates amiſſit. Multo enim durius eſt tolli beneficium ceſſionis,& irrogari miſerum laborem cum ignominia, quam uti beneficio ceſſionis,neq; contumelioſe eſt conueniendus, qui caſu, puta bello facultates omnes amiſſit, non inſolidum, ſed quatenus facere poteſt:cum idem ſtatuatur cum eo, qui p ceſſionẽ uoluntarie ſpoliatus fuit bonis,ut non teneatur in poſtea adquiſitis.Niſi quatenus facere poſſit.§. fi.inſti.de actio. Ita hac ratione docet Faber in d.§.fi.& ibi Platea & Iaſ.ibi.num.7.dicit eſſe mirabilem doctrinam,licèt dicat cogitandum.Sed eãdem opinionem probat Grammaticus Voto. 85. Hęc in practica doctrina maxime utilitatis eſt,& res quæ frequenter contingit, & ſi probamus hanc opinionem,certe qui caſu facultates amiſ ſit, non eſt detinendus in carcere:nam qui non tenetur ultra, q̃ facere poſſit,non poteſt ob ęs alienum conijci in carcerem, ut probaui.c.3.nu.2. & num.8. Neque obſtat. l.incendium.C.ſi cer.petat.& quæ dixi nu.4.quoniam hoc intelligendum quãdo caſus fortuitus abſumpſit omnia bona. item non tollitur debitum,

Source : BIU Cujas

tum, ſed ſuſpenditur executio & limi. Equidem an hæc opinio ſit vera de iure ciuili nō, definio. Primò quoniam Zaſius col. 2. in d. §. fi. reprobat opinionem Fabri. Deinde præterea quæ ipſe adducit, obſtat Fabro. d. Nouella. 135. vbi ſolùm prohibetur imponi ignominioſa ceſſio ei, qui omnes ſuas facultates amiſſit. At ceſſio, de qua in iure ciuili, non eſt ignominioſa: vt dixi ſup. Iure tñ noſtro regio opinio Fabri eſt veriſſima: qñ quæ apud nos appellatur ceſſio, eſt pluſquam ignominioſa.

9 Præterea † hæc opinio ſuadetur: quoniam beneficium ceſſionis bonorum iure ciuili introductum non tenetur ſubire, qui caſu, puta bello facultates amiſſit, vt pie ſcribit Faber in §. fi. inſti. de actio. Scio contra ſentire Zaſi. ibi col. 2. poſt Iaſ. nu. Sed opinio Fabri ſuadet noſtram ſententiam, quæ expreſſa legis diſpoſitione nititur: ſed opinio Fabri non videtur vera, nam nouella. 135. eum qui omnia bona caſu amiſit ſolum liberat à ceſſione contumelioſa non alium.

10 †His accedit ꝙ ſubueniēdum eſt ei qui abſque culpa facultates amiſſit, iuxta gloſam in c. quæ in Eccleſiarum. verbo, ad inopiā. de conſti. glo. in c. ex parte. verb. prodigalitatis. de conſuetudi. Et inculpata paupertas excuſat, auctore Bal. d. c. quæ in Eccleſiarum. colum. j.

11 Ea † enim paupertas nocet, quæ culpabiliter ſeu malitioſe prouenit, auctore Bald. in c. ſedes. col. 2. verſi. ſed nunquid, de reſcrip. Iaſ. in auth. res quæ. col. 6. verſi. tene communem. C. commu. de leg. Crotus in rep. l. frater à fratre. col. vlti. ff. de condi. indebi. Loazes in repe. l. filiusfamilias. §. diui. num. 164. ff. de leg. j. Bar. in l. etiam. §. licet. ff. ſol. matr. Hipol. ſing. 104. pater tenetur. Felin. c. quę in Eccleſiarum. col. 24. ver. & in quantū. de cōſtitu.

12 Rurſus probatur † quoniam ſi debitor erat ſpeciei, perempta ſpecie liberatur, vt in l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. obl. & in l. qđ te mihi. ff. cer. pet. Et hoc caſu noſtra opinio vacat ꝓrſus omni dubio, & idem ſi debebat genus reſpectu ſpeciei iuxta communem doctorum ſententiam in d. l. quod te mihi.

13 †Si tñ debebat genus vel ſpeciem, & conſtitutus erat in mora, quo caſu perempta ſpecie non liberatur, vt tradūt doctores in d. l. quod te mihi. Adhuc noſtra ſententia probatur iure. Qm̃ paria ſunt renuntiare caſui fortuito, vel nō iuuari de iure exceptione caſus fortuiti. Exemplum ſubiiciam. Debitor generis puta pecuniæ non liberatur caſu fortuito, vt in l. incendium. C. ſi cer. pet. Item qui liberatur, ſi ei renuntiet, vt in l. ſed & ſiquis. §. quæſitum. ff. de in ius vocan.

14 Itaq; † paria ſunt renuntiare caſui, vel non iuuari exceptione caſus. Scimus tamen, ꝙ renuntians caſui iuuatur eo, ſi ſit magnus, & magna iactura afficiat rem debitoris l. ex conducto. ff. loca. notāt doctores præcipuè Iaſ. in l. Titius. ff. de libe. & poſth. & in l. ſed & ſiquis. §. quæſitum. ff. ſiquis cautio. Ergo etiam ſi caſus nō liberet debitorem generis, vel debitorem ſpeciei in mora conſtitutum. Tamen caſus magnus omnes fortunas debitoris deuorans debet liberare eum, vt non addicatur creditori: quoniā caſus magnus excuſat eos, qui aliàs caſu non iuuantur. Adſtruit hanc ſententiam, quod ſcribit Couarru. Varia. lib. 2. c. j. nu. 7. col. 10. ver. ego iudicem, vbi in ea eſt ſententia: ut licèt debitor renuntians beneficio ceſſionis cum iuramēto, non ſit admittendus ad beneficium ceſſionis, id non habeat locum, ſi ad inopiam redigatur abſq; culpa ſua: tunc enim beneficio ceſſionis ad conſequendam libertatem vti poteſt. Ecce ꝙ carens beneficio ceſſionis habet illud, ſi abſq; culpa ſua perueniat ad paupertatem. Ergo etiam ſi hæc tollat beneficium ceſſionis, vt dixi. c. 2. nu. 2. Concedēdum eſt eis, qui abſq; culpa ſua paupertatem patiuntur, neq; addicendi ſunt creditoribus, ſed liberabuntur dicendo cedo bonis.

15 His ſufragatur † ꝙ hæc lex non ſolum videtur prodita, vt creditor ex ſeruitio debitoris creditum cōſequatur, verùm etiam vt pigritia & ſocordia debitoris puniatur. Flagitioſum em̃ reputatur, rem amitere, vt dixi. c. 2. nume. 39. Hoc liquet: qm̃ non ſolùm lex iubet debitorem ſeruire creditori, verùm etiam vt debitori inijciatur torques ferreus, & ꝙ creditor non poſſit illi tollere torquem ſub pœna amiſſionis crediti, vt in pragmatica. 79. Quid prodeſt torques creditori quam illi vtilitatē adfert quò ad recuperandum creditum, profecto nullam. In quē ergo vſum inijcitur torques ferreus debitori, niſi in pœnam, qua nō videtur indignus, qui patrimonij ſui vorſuram fecit. Hac autem pęna indignus eſt debitor, qui non luxu, neque malitia ſed fatali caſu, cui humana induſtria reſiſtere nequit, facultates ſuas amiſit: non enim eſt danda afflictio afflicto. l. oratio. ff. de ſpōſal. Rurſus in hac ipſa ſpecie, cuius veritatem prolatis vtrinq; argumentis perquirimus, audi iuditium. Alfonſi Aragonum & Neapolis regis, quod ille vir ſummus refert Apopthegmatū lib. 8. in hæc verba. Eques quidam magnū patrimonium per luxum ac libidinem abſorbuerat, atq; inſuper magna æris alieni vim contraxerat. pro hoc intercedentibus quibuſdā apud Alphonſum Aragoniæ Regem ne ſaltem quæ debebat corpore luere cogeretur. Alphonſus reſpondit, ſi tantam pecuniam vel ī ſui Regis obſequium, vel patriæ commodis, vel ſubleuandis amicis impediſſet, audirem: nunc quoniam tantas opes impendit corpori, par eſt vt luat corpore. Ecce flagitioſam paupertatem libidine, luxu, & profuſione contractam Alphonſus punitam voluit, non eam quæ caſu fortuito abſq; hominis vitio prouenit. Et iniquum eſſe addicere creditori eum, qui caſu fortuito bona amiſit, ſignificat nominatim Titus Liuius Decad. 1. lib. 2.

16 His accedit † ꝙ debitorem torque ferreo indutum tradi creditori, habetur pro pęna corporali: vt docui. c. 2. nu. 35. Nā ceſſio ignominioſa hr̃ ꝓ pœna corporali, ex ſententia Tiraquelli in l. ſi vnquam. verbo bona nu. 6. C. de reuo. donatio notat Petrus Iacobus in ſua praxi titulo de ceſſione bonorum. col. 2. Puteus de Sindicatu. §. quia. nu. 10. Cardinalis Floren. conſi. 94. in prin. Ioannes Paponius in conſuetudines Borbonias, titulo de ceſſione bonorum. §. 72. prope finem. Guido Papæ deciſione. 343. & probaui c. 2. nu. 36. verſi. tanta autem.

17 Pęna † autem corporalis nō imponitur ei, qui caſu deliquit. l. j. §. diuus. ff. ad leg. Corn. de ſicca. l. abſentem. §. fi. l. Metrodotū. l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. ſcribit Ioan. And. in regula ꝓ poſſeſſore. col. 2. de reg. iur. in 6. Decius in c. cognoſcentes. col. 5. de cōſtitu. Bar. in l. j. §. j. ff. ſi quis teſtam. liber eſſe iuſſus fuer. Bald. & Iaſ. col. 5. in l. in actionib. ff. de in litem iuran. Paul. Salyc. & Alex. in l. etſi ſeuerior. C. quib. ex cauſ. infam. irroge. Alex. conſi. 109. viſis. col. 4. lib. j. & conſil. 140. col. 2. lib. 2. Cum ergo in delictis puniendis parcatur caſu damnum danti, ne corporaliter puniatur. Quanto magis parcendum ei, qui non tōne criminis ſed æris alieni petitur corporaliter puniri, hoc eſt libertate ferè priuari, & ferreo torque deturpari, & in profundū ignominiæ & miſeriæ traduci. Caſus apud omnes prudentes legitimę excuſationis nomen habet. Sic enim Marcus Tullius lib. 2. Rhetoricæ veteris poſtquam dixit eſſe duas partes conceſſionis, purgationem ſcilicet & deprecationem, ſubiungit. Purgatio eſt per quam eius qui accuſatur nō factum ipſum ſed voluntas defenditur, & habet partes tres, imprudentiam, caſum, neceſſitatem.

Rurſus Cicero libr. 2. de oratore inducit Antonium in hæc verba diſerentem. Iure autē omnia defendamus, quæ ſunt eius generis, quæ aut oportuerit, aut licuerit, aut neceſſe fuerit, aut caſu facta eſſe videantur.

Quinimmo & apud cælites tutus eſt qui caſu damnum dat, iuxta gloſam in c. presbyterum. de homici. notant Abb. Feli. & Anania. ibi. Innoc. in c. ſicut dignum. colum. fi. de homi. Abb. & Felin. col. 11. Decius in 2. lect. col. 5. in c. j. de cōſtitu. Rom. ſing. 105. Corſetus in ſingularibus, verbo Forum.

18 Vnde † Theologi debitorem abſque culpa ad inopiam redactum, & ideo creditori non ſoluētem ſcribunt abſolutum eſſe apud Chriſtum, quorum princeps mihi videtur magnus Baſilius eloquētia, doctrina & pietate inter veteres Theologos pręſtantiſſimus, in regula monachorum, cuius verba refert Alcia. in l. placet. C. de ſacroſ. eccleſi.

Suffragatur huic ſentētiæ, quod prudenter ſcribit Bal. in l. fi. C. qui bon. cede. poſſ. ſcilicet ꝙ ceſſionis priſcis ſęculis obſeruata, qua debitor cruciabatur, practicāda eſt ſolum aduerſus eos, qui malitioſe facultates proprias abſumunt. Ergo addictio, quę vim habet pœnæ corporalis non exercebitur aduerſus debitorem, qui caſu fortunas amiſſit.

19 His congruit, † ꝙ cum tractamus de addicendo inopē debitorem creditori, tractamus de cauſa ſtatus, an ſcilicet debitor ſit prorſus liber, an verò ſit homo alterius. Nam appellatione rerum noſtrarum, non ſerui tantum noſtri, ſed & cæteri homines nobis aliqua ratione ſubditi veniunt, vt no. Barba. conſ. 26. ſapienter ſcripſit. col. 4. ver. ſed & ſi quis opponat. lib. 2. Guliel. Cugneus, Cyn. & Bal. in l. j ff. de ſtatu homi. Bal. in l. omnia. §. fi. per illum textum. ff. de leg. 2. Alcia. in l. rei. in glo. j. & iterum in l. ſeq. verbo rei. ff. de verb. ſignifi. Textus in c. auctoritate, ibi. Aut ſuorum hominum liberorum, de priui. in 6. Zaſius ꝯſi. 19. lib. 2. Ideo cum tractamus de mancipando liberum hominem alicui homini, vel monaſterio: quoniam horum hominū cōditio ad ſeruilem conditionem accedit, negotium nō aliter temperandum, quam ſi de libertate hominis tractaretur, ita Zaſius. d. conſi. 19. nu. 16. lib. 2.

20 Nam † habere vel in modico conditionem ſeruilem inter maxima detrimenta numerari conueniet: quoniam mortis ciuilis habet veſtigia, & libertas ineſtimabilis eſt: ita Zaſi. vbi ſup. Ideo cauſa iſthæc magna eſt, grauis & ardua, neq; aliter penſitanda, quàm ſi de irrogando pœnam corporalem tractaretur, vel de cauſa libertatis.

21 In † cauſa autem libertatis iudex libertati fauere debet, & in ambiguo pro ea pronunciandum. l. quotiens dubia. l. lege Iul. ff. de manumi. Et in caſu quo tractatur de mancipando hominem monaſterio, in dubio abſoluēdus eſt, auctore Zaſio d. ꝯſil. 19. col. fi. lib. 2. Item cum tractatur, vel in modico de ſtatu hominis, negotium expedendum ac ſi de cauſa criminali tractaretur, auctore Zaſi. qui ferè in noſtro caſu loquitur. d. conſi. 19. num. 19. lib. 2. Et Philippus Deci. conſi. 133. ſcribit, ideo cauſam matrimonij ęquiparari cauſis criminalibus: quoniam de ſtatu hominis agitur. Citat gloſam communiter receptam in c. mulieri.

Source : BIU Cujas

lieri.de iureiur.Anton.in c.fi.de fideiuſ.Bart. Alex. & Iaſ.in l.3. ff.de iureiur.In criminalibus autem iudex pronior ad abſoluẽdum,cunctabundus ad condemnandum eſſe debet. l.reſpicien dum.ff.de pęnis.l.Arrianus.ff.de verb.oblig.

23 † Aelius Spartianus de Adriano Cęſare ita ſcribit. Eos quos pauperes innocẽtes vidit,ſponte ditauit.Et Lampridius memo riæ prodit, Alexandrum Seuerum eos quos pauperes non per ingluuiem, neq; per luxuriam vidit multis commodis auxiſſe. Ex quo liquet,in culpatam paupertatem eſſe fauore dignam,& miſeratione potius eſſe dignam,quam opprobrio. Illud igitur in his cauſis iudicem ante omnia diſpicere oportet, num debitor facultates ebrietatibus & comeſſationibus atriuerit, an fata li caſu paupertatem contraxerit. Abſoluendus nimirum hoc caſu non creditori addicendus.Tantum tenebitur bonis cedere iuxta formam iuris ciuilis, corpus autem liberum erit. Hæc opinio vel ex eo probanda eſt,quam temperat huius legis rigo rem,& chriſtianæ manſuetudini cõuenit.Quis enim ęquo animo ferat,hominem ingenuum,& (q̃ magis eſt) chriſtianũ immunem ab omni culpa omni malitia (quod attinet ad amiſſio nem bonorũm) vacantem tradi in ſeruitium creditori:qa bona ſua fatali caſu amiſſerit.

23 Hanc † ergo opinionem probo.Limitanda tñ eſt, niſi poſtq̃ bona caſu fortuito amiſſit, ęs alienum contrahat:nam ratione ęris alieni contracti poſtq̃ amiſſit bona caſu fortuito rectè addicetur creditori,ſi ſoluendo non ſit, nec præcedẽs caſus illum liberabit.Cum enim poſt bona amiſſa obligatio orta fuerit, nõ poterit ea exceptione ſeſe iuuare,q̃ caſu facultates amiſerit: & ita eſt limitanda diſpoſitio nouellæ.135. Hoc probatur in l.fin. C. de capti. & poſtli. reuer. vbi redemptus poſtq̃ fuit captus ab hoſtibus,tenetur ſeruitio ſatisfacere redemptori,non obſtante q̃ vis hoſtium eſt caſus fortuitus:quoniã obligatio oritur poſt caſum fortuitum, ſcilicet cum ab hoſtibus redimitur. Rurſus 27 hæc limitatio probatur ex Iaſ.in §.fi.num.4.Inſti.de actio.& ex Zaſio ibi col.j. qui notant, q̃ etiamſi cedens bonis non poſſit conueniri à creditoribus, niſi in quãtum facere poteſt, etiamſi perueniat ad pinguiorem fortunã, hoc intelligitur quoad creditores, qui erant ante ceſſionem. At ſi poſt ceſſionem nouos ſortiatur creditores,certe ab illis poteſt inſolidum exigi.Eiuſdẽ opinionis eſt Faber ibi. col.j. argumento l.3. à contrario ſenſu. C.de bo.aucto.iudi.poſſiden.

24 Et argumento eius quod dicitur † q̃ filiusfamilias ſolũ conuenitur,in quantum facere poteſt pro his,quæ contraxit,dum eſſet in patria poteſtate,in caſibus poſitis in l.2.ff.quod cum eo. At pro his quæ contraxit ſolutus à patria poteſtate,tenetur inſolidum.l.3.ff.quod cum eo.Et ſequuntur Platea,& Ang.Aret. opinionem Fabri in d.§.fi.Inſti.de actio. Et q̃ debeat addici creditori,qui æs alienum fecit,poſtq̃ caſu fortuito bona amiſſit, probatur expreſſe ex Liuio Deca. 1.libr. 2. Rurſus limita hanc opinionem in eo,qui debet ex delicto, argu.eorum quæ dico. c.de debitore ex delicto.

25 Non † obſtãt ex aduerſo prolata aduerſus principalem con cluſionem.Primò non obſtat.l.fi.C.de capti.reſpondẽ enim ibi debitum ꝯctum poſt bona caſu fortuito amiſſa, Vel reſponde, q̃ non conſtat, q̃ ille, qui redemptus fuit ab hoſtibus in caſu. d.l.fin. habuerit bona & q̃ illa amiſſerit incurſu hoſtium.Non obſtat.l.ſi te bonis C.de iure delib.qñ ibi non fuit vis hoſtium, & ſic caſus fortuitus, ſed vis fratris.Item ibi non amiſſit omnia bona ſed partem, & ſic tenetur ſatisfacere creditoribus, ne ex alieno delicto ipſi creditum ſuum amittant.

Non obſtat,q̃ non ex eo q̃ quis me affecerit iniuria,ego poſſum alium iniuria afficere, hoc eſt crediti ſolutionem recuſare.Reſpondeo,id verum,ſi ſoluendo ſim, q̃ ſi non ſim ſoluendo,non facio tibi iniuriam,denegando ſolutionem:non enim commode poſſum ſoluere.Neque ęquitas patitur, vt caſu fortuito priuatus bonis corpore etiam laborem. Non obſtat, q̃ creditor non debet puniri ob alienum delictum,non enim creditor punitur,ſed debitori indulgetur, cum ſoluendo non ſit. Non obſtat,q̃ debitor conuentus à creditore non poteſt oppo nere exceptionem,q̃ fuit ſpoliatus à tertio.Hic.n.ſolum opponit,q̃ fuit ſpoliatus à tertio,ſed q̃ fuit ſpoliatus ab hoſtibus, vel fatali caſu,nõ vna re tantum ſed omnibus bonis,& q̃ nihil habet,ex quo ſoluat,& q̃ non debet ſoluere ſeruiendo:cum abſq; culpa ſua paupertatem caſu contraxerit.Non obſt.l.incendiũ, C.ſi cer.peta. Fateor enim, q̃ debitor generis non liberatur caſu,ſed hactenus liberatur,vt ſi omnia ſua caſu amiſerit,non cogatur ſoluere ſeruiẽdo:ſed ſolutio differt, & obligatio ſuſpenditur,quouſq; pinguiorem nanciſcatur fortunam.Itaq; non liberatur ab obligatione,ſed vis obligationis ſilet: quoniam bona amiſſit abſq; culpa ſua,& non habet vnde ſoluat.His ita definitis illud excutiendum reſtat,an ad hoc vt debitor liberetur à diſpoſitione huius legis requiratur,vt caſu fortuito bona amiſerit,an verò ſufficiat amiſiſſe bona abſque culpa ſua. Mouet quæſtionem,q̃ Tiraquellus & Spiegel,qui docent ignominioſam ceſſionem non imponendam ei, qui caſu bona amiſſit,loquuntur de amittente bona per caſum fortuitum. Præterea.l.j. C.de his qui ex lege Iulia bo.ced.poſſ. in codice Theodoſiano, loquitur de amittente bona caſu fortuito: ſed certe ſi debitor amiſſit bona ex cauſa quæ oſtendit illum eſſe inculpatiſſimum & innocentiſſimum,& ſuper hoc conſtet, illum fuiſſe diligentiſſimum patrẽ familias,certe etiam hoc caſu non vtar diſpoſitione huius legis. Moueor ex d.nouella 135. cuius verba ſunt. Vbi enim locorum iuſtum eſt,vt is qui in vniuerſum non ſupina negligentia ex accidẽti res ſuas amiſiſſe traditus eſſet,denuo per vim ad ignominioſam vitam tranſponatur.Sãcimus, vt nemini liceat magiſtratuum rei cauſa ceſſionis bonorum neceſſitatem inferre alicui eorum,qui de prædictis cauſis iudicium ſuſtinent,aut huiuſmodi contumeliis vti ac prætextibus.

26 Nota † illa verba non ſupina negligentia. Non enim requirit lex,vt bona ſint amiſſa caſu fortuito, ſed vt non ſint amiſſa ſupina negligentia.Neq; obſtant illa verba,ex accidenti,qm̃ ex accidenti dr̃ amiſiſſe bona qui cum diligentiſſimus fuerit,bona amiſſit non obſtante diligentia.Sed an hæc opinio ſit vera, penes doctos eſto iudicium,certe ſi debitor vir optime fidei eſſet diligens,ſedulus ad rem attẽtus,nunquam ceſſator, nunquã aleator. Et arcano diuini numinis iudicio bona amiſiſſet, me inferendis calculis non haberet aduerſum. Quid enim differt à caſu fortuito ſi exacta diligentia vſus mihi mea diligentia non profuit? Nullaq; eſt vel in re,vel in perſona mea res, quæ luxus profuſionis,vel negligentiæ ſpeciem præ ſe ferat. Deinde in his cauſis iudex pronior eſſe debet ad abſoluendum, præſertim in ambiguis,vt docui nume.22.Præterea huic opinioni ſuffragantur omnes rationes ſupra relatæ,ſcilicet q̃ inculpata paupertas meretur veniam.Præterea facit,q̃ licèt lata culpa nõ ſit dolus, ęquiparatur dolo: ita innocentia ſumma diligẽtia & fide comprobata ſi homini non profuit,dicendum eſt caſum fortuitum obfuiſſe.

27 Non † tamen illud omiſerim,q̃ debitor nimia calliditate negotia ſua adminiſtrans reprehenſionem potius meretur quam laudem & diligentis cognomine carere debet. Nimia enim calliditas pernicioſa eſt, vt inquit Bald. in l. ſed hæc nimium. ff.de excu.tuto.

Magis tamen reprobatur nimis craſus in negotiando quam nimis callidus & ſubtilis, licèt vtrunq; culpoſum ſit,ita docent Iaſ.in l.cum ſtipulari ſumus.§.ſequitur.in 3.notabi. ff. de verbo. oblig.Anto.Bauer.in repe.l.cum filio.col.2.ff.de leg.j.

SVMMARIVM.

1 *Inter Hebręos erat mos tradere debitorem creditori in ſeruitium.*
2 *Fideiuſſor dicitur debitor.*
3 *Fideiuſſor dicitur eſſe reus.*
4 *Iure regio corrigitur auth.præſente.ideoq; hodie fideiuſſor conueniri poteſt, etiam non excuſſo principali.*
5 *Contra fideiuſſorem de iudicato ſoluendo mandatur ſentẽtia executioni aduerſus eum etiam ſine nouo proceſſu, limitatur num.6.*
7 *Fideiuſſor ſimpliciter obligatus de iudicato ſoluendo non tenetur in cauſa appellationis.*
8 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti cum pęna & præfinitione termini, ſi in termino reum non exhibeat,poterit pro pœna in eum fieri exequutio & pro principali debito.*
9 *Fideiuſſor contractus ſi in contractu ſe obliget ſicut principalis adhibita clauſula guarentigia, poterit aduerſus eum fieri exequutio virtute inſtrumenti.*
10 *Fideiuſſor ratione quantitatis debitæ ex fideiuſſione poteſt incarcerari.*
11 *Fideiuſſor ſimpliciter obligatus videtur obligare ſe in omnem cauſam prouenientẽ ratione debiti principalis, maxime ſi ſit ex natura contractus.*
12 *Statuto poteſt fieri, vt quis vſque ad pęnam infamiæ pro alio obligetur etiam ſine pacto de eo.*
13 *Pro debito fideiuſſionis prouenientis ex lege fideiuſſor inops hodie de iure regio creditori non addicitur,& nu.34.*
14 *Fideiuſſor nunquàm videtur obligare ſe ad pęnam, & pactum contrarium initum non valet.*
15 *Addici creditori pro debito habetur pro pęna corporali.*
16 *Statutum infamiam irrogans illi,qui pro alio ſe obligat non valet.*
17 *Fideiuſſor ad incognita nunquàm videtur ſe obligaſſe.*
18 *In pęna quæ imponitur ratione contumaciæ rei, ex qua augetur condemnatio, fideiuſſor nunquàm videtur ſe obligaſſe.*
19 *Fideiuſſor nunquam cenſetur cogitaſſe neque obligaſſe ſe ad ſeruiendum,limita in eximente reum è manibus apparitorum nu.20.*
20 *Admonens debitorem fugere, quando creditor machinabatur eum capere, tenetur creditori ad ſolutionem debiti,ſi debitor fugit,& creditor ob fugam debitum perdiderit.*
21 *Fideiuſſor ad quem pecunia peruerunt pro quo fideiuſſit addicitur creditori.*
22 *Peioris conditionis dicitur eſſe fideiuſſor,ad quem pecunia peruenit, quàm fideiuſſor, ad quem non peruenit.*
23 *Fideiuſſor qui accepta pecunia fideiuſſit,dicitur egiſſe proprium negotium, ideo creditori addicitur & excutitur.*
24 *Pro fideiuſſione licet fideiuſſori à reo pecuniam accipere & ibi de opinione Moder.& nu.6 & 27.*

25 Fi-

Source : BIU Cujas

25 *Fideiuſſor propria authoritate poteſt ſoluere creditori de bonis debitoris pro quo fideiuſſit.*
26 *Caſus in quo pro mutuo liceat pecuniam accipere authore Moder.*
27 *Iura, ad frequentiora debere adaptari.*
28 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti liberatur à iudicato ſoluendo ſi reum ſiſtat, & fideiuſſio lata ſententia expirat.*
29 *Fori leges non habent vim legum, niſi quatenus de earum vſu & obſeruantia conſtet.*
34 *Debitorem addictum retinet creditor loco pignoris.*
35 *Opera debitoris ſuccedit loco pecuniæ debitæ, & aliquando plus quam pecunia iudicatur.*
36 *Fideiuſſor non poteſt conueniri iure nec in perſona ante excuſſionem principalis debitoris, ſi non fuerat renunciatum, auth. præſente.*
37 *Bonis excuſſis dicit legitime facta excuſſio.*
38 *Debitor dicitur non eſſe ſoluendo, quando ab eo exactio difficilis eſt.*
39 *Captura principalis non liberat fideiuſſorem, ideo vtrunque capi poſſe, authore Bal.*
40 *Si notorium ſit, principalem non eſſe ſoluẽdo, conueniri poteſt fideiuſſor non excuſſo prius principalis.*
41 *Ceſſio bonorum debitoris non eſt ſolutio, ſed remedium effugiendi carcerem.*
42 *Debitor etiam inops ſi habet fideiuſſorem in obligatione dicitur eſſe ſoluendo, & ideo in carcerem non poteſt mitti.*
43 *Quando agitur ex ſumma vel inſtrumento guarentigio, debitor principalis ducitur in carcerem, etiam ſi fideiuſſor ſoluendo ſit.*
44 *Operæ debitoris donec fuerint præſtitæ, non dicuntur eſſe in eius bonis.*
45 *Debitor & fideiuſſor inopes ſimul ſeruiunt & addicuntur creditori, vt eorum operæ abreuient ſolutionem.*
46 *Fideiuſſio rei, quæ à principali non poteſt exigi, dicitur eſſe indemnitatis, & in ea etiam renunciato beneficio excuſſionis prius debet excuti principalis.*
47 *Exceptiones quæ competunt principali debitori competunt etiam eius fideiuſſori.*

An debitor ex cauſa fideiuſſionis ſit addicendus creditori, ſi bonis careat. Et an in caſibus, in quibus fideiuſſor addici poteſt, addicantur ſimul ipſe & principalis, ſi vterque inops ſit. Cap. V.

1 Eſt† quæſtio quæ frequenter accidere poteſt, an debens quia fideiuſſit pro amico ſit addicendus creditori, ſi ſoluendo non ſit. Videtur addicẽdum eſſe ex verbis Solomonis ſapientiæ gloria incliti, qui prouerb. cap. 6. monens filium ne inconſulte fideiubeat inquit. Fili mi ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs ſermonibus. Fac ergo quod dico fili mi, & temetipſum libera: quia incidiſti in manus ꝓximi tui. Hæc Solomonis verba efficacius ſuadent hanc ſententiam: quoniam apud Hebrẽos moris erat, debitorem in ſeruitium tradere creditori, vt docui. c. j. nume. 61. Quare illa Solomonis verba. Incidiſti in manus proximi tui. huc videntur alludere, vt fideiuſſor ſit tradendus in manus creditoris.

2 Rurſus† cum hæc lex iubeat, vt debens aliquod debitum addicatur creditori, ſi ſoluendo non ſit, certe fideiuſſor dicitur debitor: vt in l. & magis. verſi. debebo. ff. de ſolut. Vbi lex loquens de fideiuſſore appellat eum debitorem. Idem probatur in l. ſi ſeruum. §. nunc videamus. ff. de verb. obliga. & in l. ſi fideiuſſor. in princ. ff. de leg. j. vbi textus dicit, fideiuſſorẽ debere. Facit. l. ſi res aliena. in fi. ff. ad Trebell. l. j. ff. de ſolu. l. cum alter. C. de fideiuſſo. Et ꝙ fideiuſſor veniat appellatione debitoris, notant Guillielmus Cugneus. Bar. Bal. Ang & Iaſ. in l. j. ff. ſi cer. pet. & ibi Alex. teſtatur, hanc eſſe magis communem opinionem. Idẽ teſtatur Bologninus in repetitione rubricæ. ff. ſi cer. peta. num. 19. Franciſcus Marcus deciſione 340. col. 3. nu. 10. Raph. Cõmen. in l. ſi ſeruum. §. nunc videamus. ff. de verb. oblig. Ang. in l. ſtipulationum aliæ. §. ſtipulatio. ff. de verb. oblig. Alb. in prima parte ſtatutorum. q. 193. Bal. & Ang. in l. blanditus. C. de fideiuſſo. Bal. in l. fideiuſſor. nu. 5. ff de fideiuſſ. Ang. in §. nunc tranſeamus. nu. 7. inſti. de actio. Fideiuſſor enim dicitur eſſe reus iuxta gloſam in l. ſtichum. §. quod vulgò. vbi Ang. ff. de ſolut. Et reus idem eſt, ꝙ debitor. l. poteſt accipi. ff. de fideiuſſo.

3 Cũ† ergo fideiuſſor veniat appellatione debitoris, ſequitur, ꝙ debens ex cauſa fideiuſſionis addicendus eſt creditori, ſi ſoluendo non ſit. Non ignoro eſſe aliquos eruditi nominis viros, qui ſentiunt appellatione debitoris non venire fideiuſſorem, è quorum numero eſt Decius in dic. l. j. ſi cer. pet. Sed aduerſus eum, eſt magis communis opinio, quæ verior eſt, niſi mens ſtatuti, vel prudens ratio dictent aliter iudicandum in fideiuſſore, quàm in debitore. Quis enim neget, fideiuſſorem debere. Si debet, ergo eſt debitor. Agnoſco tñ, ꝙ ſtante diſpoſitione auth. præſente. C. de fideiuſſo. fideiuſſor dicitur debitor. Sed non debitor principalis: cum non poſſit cõueniri niſi excuſſo reo principali. Itaq; quæſtionem hanc, vtrum fideiuſſor veniat appellatione debitoris, definire oportet ex natura rei, de qua agitur, & ex ratione ſtatuti. Sit exemplum, diſponit ſtatutum, ꝙ nullus, qui ſit debitor, poſſit ꝓducere vectigalia publica. Certe fideiuſſor conducere poterit: cum ſi ſoluat debitum ex fideiuſſione poſſit repetere à principali, & ſic debitum ex cauſa fideiuſſionis non facit eum minus idoneum. Ita notant Cyn. & Bald. in l. j. ff. ſi cer. pet. Bologninus in repetitione rubricæ. ff. ſi cert. peta. nu. 20. Itaq; cum hæc res venerit in quæſtionem, non oportet vrgere ex ſcriptis iuris locis, ſed ex ratione & mente ſtatuti. Dicit noſtra lex regia, vt debens, qui ſoluendo non eſt, addicatur creditori, certe fideiuſſor debet, & ideo addicendus videtur creditori, ſi ſoluendo non ſit. Ratio enim huius legis eſt, ne credẽs pecuniam ſuam remaneat defraudatus. Vt docui. c. 2. nu. 40. Ille autem qui accipit fideiuſſorem, vt credat pecuniam ſuã, certe creditum non daret, niſi fideiuſſor accederet, & ſic pecuniam credit fideiuſſori. Præterea illud apud propugnatores aduerſę partis conuenit, vt fideiuſſor, qui nõ habet beneficium excuſſionis, veniat appellatione debitoris, cum ſe obliget eodẽ ordine, quo principalis. Et ita concordat diuerſas noſtrorum opiniones Iacobus Niger in rep. l. j. nu. 88. ff. ſi cer. peta.

4 Iure† autem noſtro regio fideiuſſor conueniri poteſt non excuſſo principali, & eſt correcta auth. præſente. C. de fideiuſ. p l. 3. tit. 18. lib. 5. fori, ſcribit Lupus in repet. c. per veſtras. §. 18. ex quibus omnibus. nu. 10. verſic. ex his apparet. fol. 66. & Rodericus in repetitione. l. 2. titu. de los emplazamientos. §. quæritur vlterius. col. fin. verſi. hæc omnia. De cuius legis intellectu dico infra nu. 31. nam iure legum ſeptem partitarum principalis primò excutiendus. l. 9. tit. 12. part. 5. Ergo apud nos haud dubie fideiuſſor venit appellatione debitoris. Sed ne quid diſſimulem: cum res pendeat ab hoc, vtrum fideiuſſor veniat appellatione debitoris vel nõ. Res ex mente ſtatuti varie definiẽda eſt iuxta rei naturam. Generaliter autem illud in theorica definiri põt. Fideiuſſor debitor eſt, tamen non eſt debitor principalis, niſi careat beneficio excuſſionis: tunc enim habetur quaſi debitor principalis, præſertim ſi repetere à principali non poſſit, vel qa fideiuſſit animo donandi, vel quia principalis inops eſt. Si tñ repetere poſſit à principali, & principalis habet vnde ſoluat. Certè etiam ſi fideiuſſor non habeat beneficium excuſſionis: dicẽt debitor minus principalis, hoc eſt minus damnoſe obligatus, eum quidquid ſoluerit, repetere poſſit cum effectu à principali. Iuxta quam diſtinctionem fideiuſſor debitoris inopis à quo fideiuſſor repetere nõ poteſt, verè & realiter eſt debitor, & verbis huius legis videtur comprehendi. Et ex conſequenti addicendus eſt creditori, ſi non habeat vnde ſoluat.

5 Præterea† ꝙ fideiuſſor addicendus ſit creditori, probatur: qm̃ aduerſus illum peti poteſt executio. Nam ſi fideiuſſit de iudicato ſoluendo, ſententia mãdatur executioni aduerſus eum ſine nouo proceſſu. l. j. ff. iudi. ſol. l. fin. §. at cum antiquitas. C. de vſur. rei iudi. l. ſi remunerandi gratia. §. Maurus. ff. manda. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. l. cum quis. §. de peculio. ff. de ſolutio. Notat glo. in d. l. fi. C. de vſur. rei iud. & in c. j. de iniur. lib. 6. Scribunt Odofr. in l. 2. C. de vſur. rei iudi. Guido de Suza. & Guilielmus Cugneus, quos citat Bal. eandẽ opinionem ſequutus in l. 2. §. in fideiuſſorem. ff. qui ſatiſda. cogan. Bar. in l. j. ff. iudi. ſolui. Bal. in l. ſi remunerandi gratia. §. Maurus. Paulus. ff. manda. & in l. fi. §. & cum antiquitas. C. de vſur. rei iudi. & ibi Cyn. Bart. & Ang. & eſt communis opinio teſte Roderico in repetitione. l. 2. titu. de los emplazamientos. §. ſed pone quæſtionem. col. 3. ver. ſed quia hodie. Faber, Albe. & Pau. in d. l. fi. §. fi. Alber. Ang. & Paul. in d. l. j. ff. iudi. ſolui. Faber in §. fi. inſti. de ſatiſda. Spec. de executione ſententiæ. §. ſequitur. ver. ꝙ ſi ſententia lata eſt. Bar. & Alber. in l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos. ff. de fideiuſſ. Soc. cõſi. 91. nu. 13. lib. 4. Boer. deciſ. 277. col. 3. nu. 3. Alber. in l. 2. §. fi. col. fi. ff. qui ſatiſda. cogan. Ioan. And. in c. j. de iniur. & damno dato, lib. 6. in glo. 2. Intellige autem, ꝙ fit executio in bonis debitorũ de iudicato ſoluendo nulla facta excuſſione in bonis principalis & abſque eo, quòd conſtet, ꝙ non eſt ſoluendo, ita docet Boer. d. deciſione. 277. nu. 3.

6 Sed† eius opinio vera non eſt, niſi in fideiuſſore cauſę crimi nalis: hic enim nõ gaudet beneficio excuſſionis. l. ſi quis reum. ff. de cuſto. reo. Bald. Roman. & Alex. in l. 2. §. ſiquis ex his. ff. qui ſatiſd. cogan. Si tñ quis in cauſa ciuili fideiubeat de iudicato ſoluendo, pleriq; autumant, illum habere beneficium excuſſionis. Ita Bal. in l. fi. §. etcum antiquitas. C. de vſur. rei iudica. & ibi. Sali. & ſequi. Alex. in additione ad Bar. in rubrica. ff. iud. ſolui, & Roder. in l. 2. titu. de los emplazamiẽtos. §. quæritur vlterius. col. fi. ver. Quid in fideiuſſore. Et Iacobi. in l. fideiuſſor. §. ſiquis. his numero 6. & in §. in fideiuſſorem. nu. 3. ff. qui ſatiſda. cog. & in l. & poſt rem. §. fideiuſſor. in 2. lect. nu. 4. ff. de tranſact.

7 Rurſus† intellige, ꝙ fideiuſſor ſimpliciter obligatus de iudicato ſoluendo non tenetur in cauſa appellationis, vt in l. cum apud Sempronium. ff iudi. ſolui. & in l. non à iudice. §. ſiquis alio. ff. de iud. & ibi notãt Alber. & Iacobin. à Sancto Georgio. Notant Bar. Paul. & Ang. in d. l. cum apud Sempronium. Salyc. Alex. Aretin. & Iaſ. in fi. & Iacobinus nu. 4. in l. 2. C. de procurat. Ang. in §. ſed hodie. col. 2. inſti. de ſatiſda. Hippoli. in rubr. ff. de fideiuſſ. nu. 108. Roderi. in repet. l. 2. titu. de los emplazamiẽtos.

§. ſed

Source : BIU Cujas

§.ſed pone.col.11.verſic.ideo caute. Sed certe hæc opinio eſt ſatis inſipida.ideo ſi nomen iudicis non ſit expreſſum in cautione,& ſimpliciter ſit cautum,& iudex appellationis confirmet primam ſententiam,videtur eadem cum prima,& ſic fideiuſſorem teneri ad iudicatum in cauſa appellationis,ne ſit in poteſtate rei liberare ſuos fideiuſſores. l.ne in poteſtate. ff. de arbi. Ita docet Guilielmus Cugneus in l.Iulia.ff.qui ſatiſda. cogan. Alb. in d.l.cum apud.& in l.2.C.de procu. & ibi ſequitur Iacobinus nu.13.Et ita ſenſit Martinus Sillimanus,& iudicauit Rota,teſte Paul. in d. l.cum apud. Docet Faber. in l.alia. inſti.de ſatiſda.Et ita fuiſſe iudicatum teſtatur Boer.deciſ.315.& quoad ſecūdam. col.2.Sed aduertat,qui accipit cautionem vt fideiuſſor, ſi ea ſit eius mens & voluntas, promittat ſoluere iudicatum in omnibus inſtantijs. Ne incidat in periculum. d.legis cum apud Sempronium. Ad rem igitur, ſi fideiuſſor debitor eſt, & executio aduerſus eum peti poteſt,etiam nulla facta excuſſione in bonis principalis,ſi fideiubeat de iudicato ſoluendo in cauſa criminali,certe videtur,ꝙ poſſit addici creditori, quæ eſt vera & magis rigida executio.

8 Rurſus † ſi fideiuſſit aliquem iudicio ſiſtere, & promiſit in iudicio certam pœnam,& præfixit terminum,certe poſt termi num ſi non exhibeat reum poteſt executio aduerſus eum fieri. l.ſancimus. C. de fideiuſſo.notat Bar.in l.j.ff.iudi. ſolui Rodericus in repe. l.2. titulo de los emplazamientos. §. ſed pone quæſtionem.col.3.ver. Tu adde.

9 Præterea † ſi fideiuſſit pro aliquo in contractu, & in ꝯctu ſe obligat executione, ſicut debitor principalis addita clauſula guarentigia. Certè executio poteſt fieri aduerſus eum virtute inſtrumenti,vt ſcribit Rod.in repet. l.poſt rem.in declaratione legis Regiæ,in prima quæſtione, incipiente viſum eſt ſup. col.j. Aliàs inſtrumentum,in quo ſe obligat principalis, vel ſentētia lata aduerſus principalem non ſunt mandanda executioni aduerſus fideiuſſorem:vt in l.grege.§.ſi à debitore.ff.de fideiuſſ.& in l.à ſententia.in prin.ff.de appellat.& in l.præſenti.§.adijcientes.C.de his qui ad Eccleſ.confu. Bal.in l.duobus.§. id igitur. ff. de iureiur.& in d.l.grege.§.ſi cum defenſore. Spec. titu. de executione ſententiæ.§.ſequitur. ver.Sed nunquid ſententia. Roder.in d. §. viſum. & in repe. l.2.titulo delos emplazamientos. Et eſt communis teſte Alex.conſi.131.in cauſa.nu.7. lib.2.

10 Deinde † ꝙ fideiuſſor, qui ſoluendo non eſt, ſit addicendus creditori,probatur.Quoniam fideiuſſor conijci poteſt in carcerem ratione quantitatis debitæ ex fideiuſſione, ita notant oēs in c.j.de iudi.in 6.Rebuffus in tract.de literis obligatorijs, art.5. in glo.9.nu.8.Hæc autem addictio,qua debitor creditori traditur,carcer quidam eſt: vt docui.c.2.nu.9.Item eſt vnicum remedium,vt debitor eximatur à publico carcere; cum autē fideiuſſor in carcerem detrudi poſſit, ęquum eſt, vt eximatur ab ea, dum traditur creditori.

11 Rurſus † ſuadetur hæc opinio: quoniam fideiuſſor ſimpliciter obligatus,videtur obligare ſe in omnem cauſam, quæ rōne debiti principalis prouenit,preſertim ſi prouenit ex natura cōtractus.l.ſiquis pro eo.§.ſi nummos.in fi.ff.de fideiuſſ.l.amiſſi.§. fideiuſſores.ff.eo.tit.Notant vtrobiq; Bart. Pau. Ang.& Imola, glo.& text.in l.quæro.ff.loca.& in l.centum Capuę. ff.de eo qđ cer.loco.& vtrobiq;.DD.Alex.conſi.34.nu.5.lib.2.Pau.Angel. Bar.& Iaſ.in l.nummis.ff.de in lit.iuran.Bald.in l.ſi prædium.C. de ędil.edict.Florian.in l.ait lex.col.j.nu.2.ff.ad leg.Aquil.Obligatio autem ſeruiendi creditori prouenit ex natura ꝯctus,nam obligatus mihi dare centum,ſi nō habeat vnde ſoluat, tenetur mihi ſeruire ex generali diſpoſitione huius legis,& receptiſſima Hiſpaniæ conſuetudine. Cum ergo ſeruitium veniat ex natura contractus, videtur fideiuſſorem, ſi ſoluendo non ſit, eſſe addicendum creditori.

12 His congruit,ꝙ ſtatuto fieri poteſt,vt quis obligetur pro alio vſque ad pœnam infamiæ,etiā ſi de ea re nullum pactum initū ſit,ita docet Alex.in l. ſępenumero.ff.de re iu. Fely. in additionibus ad Abbatem ſuper decretalibus,col.fi.Salyc.in rub.C res inter alios acta.Cū ergo obligatio vnius pro altero extendatur vſq; ād id,vt cenſeatur obligatus ſubire pęnam, quæ infamiam irrogat,etiam ſi infamia ęquiparetur morti,iuxta glo.in l.iuſta. C.de manum.vindict.videtur fideiuſſorem cogendum eſſe ſubire diſpoſitionem huius legis: cum debitor ſit, & in omnem cauſam videatur obligatus.

13 Sed his † non obſtantibus fideiuſſor, qui ſoluendo non eſt, addicendus creditori pro cauſa fideiuſſionis,ſi fideiuſſio prouenit ex lege, vt in caſu.l.2.ff.ad municip.& ſimilibus, & hoc caſu deficit ex prudenti & ęquiſſima cauſa decretum huius legis.De hac re eſt textus expreſſus in l.134.inter leges quas vocant ſtili, verba eius hæc ſunt. Es a ſaber que el fiador no ſera dado por preſo porla deuda que hizo,maguer los ſus bienes no cumplan a pagar el deudo,ſaluo ſino obligo ſu perſona y bienes. Ille autem qui fideiuſſor cenſetur ex diſpoſitione legis non obligauit perſonam ſuam & bona, ergo non addicendus: ita enim ſignificat lex à ꝯrio ſenſu. Videtur hæc lex prodita ad declarationē legis fori.2.titulo de los gouiernos.lib.3.vbi præcipitur, vt debitor inops ſeruiat creditori.Leges enim contentæ in libro,ꝙ vocamus Stili,plerunq; declarant leges fori regij:continentur eīn in libro,quæ talem habet inſcriptionem. Leyes del eſtilo y declaracion de las leyes del fuero. Nota ergo illa verba. El fiador no ſera dado por preſo,maguer los ſus bienes no cumplan a pagar el deudo. Illa verba no ſera dado por preſo.Significant nō eſſe creditori addicēdum:vt manifeſte ex vi & energia verborum probatur,& ex quadam lege,quæ continetur in volumine ordinationum Regis Ferdinandi,qui Hiſpalim Sarracenis ademit:in eo enim volumine eſt.l.incipiēs,ſi el ome.quæ inter alia hæc verba continet. Maguer que ſe vaya con furto grande y aunque abra la puerta no le mataran por ello ni le tajaran la mano ni las orejas mas darſelo han por preſo por ſieruo y ſiruaſe del haſta que ſea quito, lo quel leuo furtado è deſpues entreguelo al que ouiere de auer las ſetenas.Vides hanc legem appellare preſo debitorem,qui addicitur creditori:nā etiam debitor ex delicto addicitur creditori, vt dico inf. c.11. Quinimmo ipſa.l.134.Stili.continetur in eo volumine conſtitutionum regis Ferdinandi.l.incipiente.Es à ſaber. Rurſus ꝙ in ea lege verbum preſo,ſignificet addictum, probatur ex lege Gothica contenta in libro vulgo dicto fuero juzgo,quæ ſic inquit. Si mugeres onieren de eſtar preſas por debda,ſi el debdor ſe quiſiere aſſegurar o fiar en la muger que algo le diere por eſta razō,echele ſu ſeñal è ande la villa por ſu preſa.

Rurſus hoc probatur expreſſius in l.2.tit.21.par.j.cuius verba ſunt. Por el deudo que deuieſſe non deue ſeruir nin ſer preſo de ninguno. Hæc lex refert iuris ciuilis diſpoſitionē,quo inops debitor non eſt addicendus creditori,idq; exprimit per illa verba,ni ſer preſo de ninguno.Addictus enim dicebatur preſo del acreedor. Idem probatur in l.12.titulo, de las deudas lib.4.fori ibi.ſean entregados del cuerpo. Et in l.fi.eo.titu.ibi.E ſi los bienes no cumplieren ſea apoderado del cuerpo. Sic ille qui detinetur à creditore in ſeruitium:quia redemit illum ab hoſtibus, quod de iure ciuili licet,vt dixi. c.1.num.65.dī detineri in iugo ſeruitutis, vt in l.præſes. ibi. Ne vlterius in ſeruitutis iugo detinearis.C.de capti & poſtlim.reuer.

Deinde ꝙ verba illa legis ſtili.No ſera dado por preſo,ſignifi cent non eſſe addicendum creditori,probatur efficaciſſime ex ipſis verbis legis,quę iterum repetere libet.Inquit lex.Es a ſaber que el fiador no ſera dado por preſo por la deuda que hizo maguer los ſus bienes no cumplan à pagar el debdo.Nota hęc vltima verba.Maguer los ſus bienes no cumplan à pagar el debdo. Si enim bona non ſufficiunt ſoluendo debito, fideiuſſor rectè capi poterit,& in carcerem pertrahi, vt dixi ſupra nu. Itaq; illa verba No ſera dado por preſo maguer los ſus bienes no cumplan à pagar al debdo, non ſignificant, vt non poſſit deduci in carcerem:ſi enim debet, & non eſt ſoluendo, de iure pertrahi poteſt in carcerem, vt probaui. Si ergo non ſignificant fideiuſſorem, non poſſe pertrahi in carcerem, quid ſignificant, niſi poſſe dari in captiuitatem creditori.

Rurſus nota illa verba. No ſera dado por preſo, non enim inquit lex, no ſera preſo. Sed no ſera dado por preſo. Quis pōt dare por preſo,niſi iudex,ergo iubet,ne iudex addicat fideiuſſorem creditori. Ideo enim lex noſtra addictum appellat preſo, quoniam videtur dari in captiuitatem.l.2.ff.de lib.homi.exhib.

Præterea vis verborum hoc ſatis ſignificat. Aliud enim eſt no ſer preſo,aliud noſter dado por preſo,qui enim in carcerem deducitur, non dicitur ſer dado por preſo, ſed qui iudicis decreto datur in ſeruitium creditori.

Sed vt cerebroſis ſatisfaciamus. Quid volūt vt ſignificēt illa verba no ſera dado por preſo. reſpondebunt ne deducatur in carcerem.Sed hoc prorſus falſum: quis enim vnquam docuit, fideiuſſorem bonis carentem non poſſe pertrahi in carcerem. Sed fingamus id ſignificare,adhuc noſtra ſententia aſſeritur:ille enim qui non poteſt ob debitum deduci in carcerem, nō eſt addicendus creditori,vt docui.c.3. nu.2. Et docet Rodericus in l.2.titulo de los gouiernos.Quinimmo neq; tenetur eam bonorum ceſſionem ſubire,quam præſcribunt iura ciuilia, licèt facilis ſit,minimeq; oneroſa,ſi ad addictionem conferatur, ita docet Bal.in l.j.C.de ceſſi.bono.Soci.in regula 46.Fallen. 12.cum aliis citatis à me in dictis locis.Sed quia ꝺriam ſententiam, ſcilicet ꝙ fideiuſſor,qui obligauit perſonam,ſit addicendus creditori,videtur expreſſe probare ipſa lex ſtili. 134. ſupra allegata, quæ in fine dicit, ›Saluo ſino obligare ſu perſona y bienes. Viſum eſt aliqua proponere nihil affirmans, ſed iudicium relinquens lectori:qm̄ hæc opinio, vt fideiuſſor inops nō addicatur creditori ex cauſa fideiuſſionis eſt ęquiſſima.Ergo eam robore rationum & argumētorum communiamus: nam lex ſtili non habet vim, niſi quatenus eſt conſuetudine approbata. Primò Solomon monens, nequis inconſulte fideiubeat, proponēsq; damna,quæ ex fideiuſſione imminent,nūquam retulit,fideiuſſorem in ſeruitium dandum creditori, licèt id apud Hebræos ob non ſolutum creditum in vſu eſſet. Tantum inquit Prouerbiorum.c.27.Noli eſſe cum his qui defigunt manus ſuas & qui vades ſe offerunt pro alienis debitis. Et Tigurina ęditio hic ſic habet.

Source : BIU Cujas

habet. Ne ſis inter eos qui ſtipulata manu fideiubent & pro debito obſtringunt. Cur enim committeres, vt ſi ſoluendo non eſſes lectus tuus ſub te auferretur. Hæc tantum pericula denunciat Solomon non addictionem. Deinde lex ſtili loquitur de fideiuſſore, qui obligauit perſonam ſuam & bona, vt poſſit addici. Ergo non practicabitur in fideiuſſore, qui non obligauit perſonam ſuam & bona, ſed eſt fideiuſſor ex lege, de quo genere fideiuſſorum loquitur. l. 2. ff. ad municipa. niſi ex delicto lex
14 reputet eum fideiuſſorem, vt dico infra nume. 20. Deinde † de iure fideiuſſor nunquam videtur ſe obligare ad pęnam corporalem, neque illam ſubire cogitur, immo de ea re pactum expreſſe factum nō valeret: neq; enim admittitur fideiuſſor pro eo qui pati debet pœnam corporalem. gloſa celebris in c. cum homo. 23. q. 5. Bal. in l. j. col. 2. num. 3. C. ne filius pro patre. & in l. ad commentarienſem, col. fi. & ibi Saly. C. de cuſto. reo. Alex. in l. ſępè. nu. 9. ff. de re iudi. Fely. in c. contingit. j. de ſent. excommu. & in c. paſtoralis §. quia verò. nu. 15. de offi. deleg. & in l. cū veniſſet. nu. 4. de teſti. & in c. cognoſcentes. col. 2. de conſtitu. & in c. legebatur. col. 2. de maior. & obe. Iaſ. in l. de quib. nu. 57. ff. de legib & in l. j. nu. 9. ff. de in litem iuran. & in l. non impoſſibile. nu. 2. ff. de pact. Hippol. in rep. Rubr. de fideiuſſor nu. 206. Et in practica criminali, verſi. quoad aliam particulam, pag. 5. Franciſcus Marcus deciſ. 183. nū. 3. Roma. ſing. 129. tu ſcis. Et ꝓbatur iure regio in l. 16. tit. j. par. 7. & in l. 10. tit. 29. par. 7. & in l. 3. tit. 8. lib. 2. fori, vbi dicitur, ꝙ fideiuſſor non patietur pęnam corporalem imponendam ei, pro quo fideiuſſit, vt latè per omnes doctores in locis ſupra citatis, & per Caſſan. in conſuetudinib. Burgun. Rub. j. §. 5. nu 169. Facit. l. 5. titu. 11. lib. j. fori.

15 Cùm † autem addici creditori habeatur pro pœna corporali, vt latè probaui. c 2. nu. 34. nam ſola ceſſio probroſa licèt prę-
ſtet liberationem debitori, hꝝ pro pœna corporali, & creditor, 20
ad cuius petitionem probroſam ceſſionem debitor ſubijt, non poteſt amplius cōuenire debitorem, licèt ad pinguiorem perueniat fortunam, vt dico c. 2. nu. 27. Cùm igitur addici creditori torque ferreo indutum habeatur pro pœna corporali, planè ſequitur, fideiuſſorem non debere illam ſubire.

16 His † congruit, ꝙ de iure non valet ſtatutum, quo infamia irrogatur illi, qui pro alio ſe obligat, auctore Saly. in rub. C ne filius pro patre. Iaſ. in l. de quibus. nu. 57. ff. de legi. Et cum per ſtatutum hoc fieri non poſſit, non poterit fieri per pactum, iuxta gloſam in rubr. C. de decretis decurio. Iaſ. in l. de quibus, nu. 57. ff. de legi. & in §. quædam. col. 6. & in §. actiones autem de pecu
lio. nu. 38. Inſti. de actio. & in l. non ſolùm. § morte, nu. 38. ff. de noui oper. nuntia. Fely. in c. 2. & ibi Decius nu. 4. de conſti. cum aliis congeſtis. c. 2. nu. 5. Ergo fideiuſſio pro alio non extendēda adhoc, vt pro eo ſubeat infamiā. Addici autē creditori torque ferreo deforme infame eſt & ignominioſum, & infamiā irrogat: nā ceſſio bonorum, quæ ignominioſè fit, irrogat infamiā, auctore Cyn. & Paulo in l. nullus. C. quib. ex cauſis infam. irrog. Zaſi. in l. j. ff. de ceſſio. bono. Addici autē cū torque ferreo ignominioſum eſt & magis infame & miſerabile, q̄ ceſſio ignominioſa: nam ceſſio ignominioſa ſaltem præſtat liberationē. At addictio præter ignominiam irrogat neceſſitatem ſeruiendi.

17 His † ſuffragatur argumētum Achilleum, quod apud bonos viros hanc ſentētiam prorſus euincet. Nam fideiuſſor nunquā vꝝ obligatus ad incogitata, vt i docent Bar. Paul. Ang. & Imo. in l. ſi in pignore. ff. de fideiuſſ. Ego autem haud facile credam, fideiuſſorem pro alio ſe obligantē cogitare ſe torque illigatum ferreo, omnibus fortunis exutum in ſeruitutem quandam miſerrimam tradendum creditori. Immo ſi id ſomniaret, à fideiu bendo longiſſime abeſſet. Ergo cum de hac re veriſimiliter nō cogitarit (quis enim pro alieno negotio vult & bonis & hono re & libertate ignominioſè priuari) obligatio ad hæc nō extenditur, & cum obligatio ad hæc non extendatur, ab addictione & ſeruiendi neceſſitate liber eſt.

18 Adiuuat † hanc opinionem iuris regula, qua cauetur, fideiuſ ſorem nunquam videri obligatum in pœnam, quæ imponitur ratione contumaciæ rei, ex qua augetur condemnatio, ita docet gloſ. & Bart. in l. quæro. ff. loca. Iaſ. qui rem latè tractat in l. j. per tex. ibi. ff. de in litem iuran. & ibi Bar. Pau. Fulg. & Alex. poſt Albe. Boe. deciſ. 314. col. 2. Ang. Aretin. in tract. maleficiorum in gloſa, pro quibus Antonius fideiuſſor. verſi. quęro, an fideiuſ ſor. Platea & Iaſ. nu. 9. in § quadrupli. Inſti. de actio. niſi ſm eum fideiuſſio fuiſſet plena in omnem caſum. Debitori autem, qui addicitur creditori, pęna imponitur: quorſum enim attinet hominem liberum portare torquem ferreum, quem ne creditor quidem ipſe auferre ab eo poteſt, niſi velit amittere creditum: vt in pragmatica 79. niſi vt puniatur ſocordia debitoris, qui facultates ſuas amiſit, quod flagitioſum reputatur: vt docui c. 2. nu 44. & 45. cap. 3.

19 Et † ꝙ fideiuſſor nō cenſeatur cogitaſſe, neq; ſe obligaſſe ad ſeruiendum, probat textus vulgatus, & ad hāc ſpeciem inſignis in l. obligatione generali. ff. de pignor. Inquit lex. Obligatione generali ea non continebuntur, quæ veriſimile eſt quenquam ſpecialiter obligaturum non fuiſſe, vt puta ſuppellex & veſtis relinquenda eſt debitori, & ex manicipiis, quæ in eo vſu habebat, ut certum ſit eum pignori daturū non fuiſſe. Ecce lex prudentiſſime & ciuiliter interpretatur obligationem omniū bonorum. Ita etiam nos eodem exemplo & ex eadem veriſimilitudine interpretemur generalem obligationem perſonalem, qua quis ſe pro alieno negotio fideiubendo adſtringit. Vt non cenſeatur ſe obligaſſe ad ſeruiendum creditori, neq; ad ſubeundum decretum huius legis. Deinde pœnam huius legis nō meretur, qui tantum tenetur ex eo, quod ex lege pro amico vꝝ fideiuſſiſſe abſq; eo, ꝙ aliquid ad illum perueniat. Hāc opinionē probo tanquam ęquiorem, grauiorem & veriorem de iure, & hic vnus eſt caſus, in quo debitor inops eximendus eſt è carcere facta bonorum ceſſione, quam ius ciuile præſcribit, ſcilicet dicendo cedo bonis, non autem eſt addicendus creditori, neq; oportet: vt ab eo ſuppliciter inducias petat. Non obſtant ex aduerſo prolata. Nō obſtat, quod retuli ex Solomone Prouerb. 6. nam incidere in manus proximi dꝝ, qui ei eſt obligatus: nam illius benignitate eget, ne rigida ſeueritate exigat creditum. Nō obſtat, ꝙ fideiuſſor debitor eſt, & ꝙ poteſt fieri aduerſus eum executio, & ꝙ ex ea deducetur in carcerem. Fateor hæc omnia vera eſſe, ſed tñ non addicetur creditori fideiuſſor ex lege, ſi ſoluendo non ſit: qñ non vꝝ ad id ſe obligaſſe, immo ſoluendus eſt è carcere, cedendo bonis iuxta formam iuris ciuilis. Non obſtat, ꝙ fideiuſſor vꝝ ſe obligare in omnem cauſam quæ rōne debiti principalis prouenit, preſertim ſi prouenit ex natura cōtractus. Reſpondeo, ꝙ videtur ſe obligare ad omnem cauſam, ſcilicet cogitatam, non autem ad incogitata, & non eſt veriſimile cogitaſſe ſe ferreo torque omnibus fortunis exutū & honore ſpoliatum ignominioſè tradendum creditori, præſertim ꝙ loquor de fideiuſſore ex lege.

20 Sed † limitanda hæc opinio eſt, qñ quis ideo cēſetur fideiuſſor, ꝙ debitorem, qui in carcerem ducebatur, vi exemit è manibus apparitorum: hic enim addicetur: qñ debet ex delicto, & delictum pęnam meretur. Sed cenſetur obligatus ex impudenti maleficio, quod rigidam caſtigationem meretur, & tenetur, ac ſi fideiuſſiſſet pro debitore, quem è manibus apparitoris exemit. l. quoties. C. de exact. tribu. lib. 10. & ibi notāt doctores, ſcribit Bald. in l. addictos. C. de epiſc. audi. Ang. Aret. in §. pœnales. Inſti. de actio. DD. in l. j. ff. ne quis eum qui in ius voca eſt vi eximat. Hippol. ſing. 137. in iure. Bar. Ange. Bald. & Paul. & in l. ſed eximendi. per illum textum cum l. ſeq. ff. ne quis eum quī ius
21 vocan. Quinimmo † ille qui monuit debitorem, vt fugeret: qñ creditor machinabatur eum capere, & in carcerem ꝑ iudicem perducere, tenetur ſoluere creditori debitum, ſi debitor fugit, & creditor ſuum debitum perdidit, ita docent Rayn. & Saly. in l. fin. per illum textum. C. de oper. liber. & per l. quoties. C. de exact. tribu. lib. 10. Iaſ. in l. hoc edictum. §. quod prætor. nu. 7. ff. ne quis eum qui in ius vocatus eſt. Et licèt Bal. teneat ꝛrium in d. l. fi. hanc opinionem probat Anch. conſil. 341. Viſo themate. in fi. Bal. in c. dilectus. col. 4. de appell. & ibi Card. Alex. Anania conſi. 55. & Hippol. ſing. 137. & in rep. rub. ff. de fideiuſſ. col. 7. in prin. Arius in l. 64. Taur. nu. 10. Barba. conſil. 75. col. 3. & 4. lib. 4. Et quando occultans debitorem meū teneatur de debito, vide Caccialup. in tracta. de debitore ſuſpect. & fugitiuo q. 10. nu. 1. Ergo qui cenſetur fideiuſſor: quia exemit debitorem è manib. apparitoris, addicetur creditori, hic enim pœnam propter violentiam meretur. Et licèt qui non habet bona, debeat luere corpore, ſi debeat ex delicto, ſtatutū eſt iure regio: vt ſi negotium contineat rei reſtitutionem, teneatur ſeruiendo ſatisfacere ei, cui res debetur, vt dico infra.

22 Deinde † limitanda hæc opinio in eo fideiuſſore, ad quē pecunia, pro qua fideiuſſit, peruenit; tunc enim cum nō teneatur ex ſpontanea & liberali obligatione, ſed ex obligatione extorta pecunia, ęquiſſimum eſt: vt omni iure cogatur ad crediti ſatisfactionem.

23 Moueor † qm̄ fideiuſſor, ad quem pecunia peruenit, eſt peioris conditionis, quam fideiuſſor, ad quem pecunia non peruenit, argumento gloſæ in l. vnde quæritur. ff. commod. & eius qđ notant Angel. Aret. in §. ſi plures. Inſti. de fideiuſ. Bart. in l. 2. §. ubi duo. ff. de duobus reis. & in l. duos reos. ff. eod. titu. & in authent. hoc ita. verſi. ſeptimò quæro. C. de duob. reis. Scilicet quòd fideiuſſor, ad quem pecunia peruenit, eſt excutiendus ante alios fideiuſſores, veluti reus principalis, notat Guilielmus Cugneus in l. ſed Iulianus. §. idem ait, ſi duos. ff. ad Maced. per illum textum cum gloſa, gloſa in authen. de fideiuſſor. §. primo, colum. j. Bart. in l. in duobus. §. vbi duo rei. num. 15. ff. de fideiuſſ. Florian. in l. nullus. per gloſam ibi. ff. de teſtib. Hippoli. in rep. Rubr. de fideiuſſoribus. nume. 65. & 371. Iaſ. in l. huiuſmodi. nume. 2. ff. de leg. j. Lupus in repe. c. per veſtras. in 5. notabili. num. 10. colum. 6. ver. Per quem. Boer. deciſ. 255. nume. 5. Rom. conſil. 114. num. 1. Anania conſi. 33. nu. 7. Hippoli. ſing. 2. Paul. in l. vnde quæritur. ff. de peculio. Hæc opinio eſt ęquiſſima: hic enim non conuenitur ſolum: quia fideiuſſit, ſed quia pecunia ad eius manus peruenit, quo caſu ęquitas dictat, vt non minus rigidè exigatur, quàm ipſe principalis.

Idem

Source : BIU Cujas

24 Idem † dicendum in eo, qui accepto pretio fideiuſſit ex rationibus ſupradictis: ceſſat enim iniquitas, ꝙ addicitur, qui liberalitate animi ſe obligauit pro alieno negocio: hic enim ſuum egit negotium: cum ſe obligauit accepta pecunia, & res principalis debitoris ad eum peruenit. Quare non eſt iniquum hunc ad viuum excuti; non enim hic meretur miſericordiam, quam fideiuſſor, qui pro alieno negotio gratis fideiubet, dignus eſt.

Receptum eſt enim, vt liceat reo fideiuſſori dare pecuniam, vt pro eo fideiubeat, vt in l. hoc iure. §. Labeo. ff. de donat. l. ſi remunerandi. §. Maurus. ff. mand. Bart. & Paul. in d. §. Labeo Angelus Clauaſius in ſua ſumma, verbo fideiuſſor. ad finem. Laurentius Rodulphus in tractatu de vſuris, par. tertia, quæſt. tertia, qui tamen dicit, tutius eſſe à lucro pro fideiuſſione abſtinere, cum quo tranſit Antoninus par. ſecunda, titu. primo, c. 7. §. 45. Lupus in c. per veſtras. 6. notabili. §. 9. numero decimo, Decius conſi. 7. nu. j. Conradus de contractibus. q. 40. conclu. 4. Medina de contractibus, capite de vſura reſtituenda, col. 8. & eſt cõmunis opinio teſte Moder. in tractatu de vſuris. q. 31. num. 251. Conarru. Varia. reſolu. lib. 3. c. 2. nu. 6.

25 Sed † Moder. iniquum & impium cenſet fideiuſſorem pecuniam pro fideiuſſione accipere, niſi ſit periculum, ne ipſe creditori ſoluat: tunc enim pro indemnitate licitum cenſet pecuniã accipere: quoniam tunc nõ accipitur pro officio fideiuſſionis, ſed pro indemnitate: & cum eo ſentit Couarr. in d. loco. ver. ſic & ipſe.

26 Mouetur † Moder. quoniam cum creditor gratis mutuans pecuniam ſuam, & ea ex mutuo carens, nihil poſſit pro mutuo exigere, multo minus poterit fideiuſſor, qui nihil dat: nihilque præſtat præter cõſenſum, quo ſe obligat. Qua ratione Couarr. communem opinionem non admittit, quando debitor, pro quo fideiubetur, talis eſt, vt nihil immineat periculi fideiuſſori. Nam cum creditor pro officio mutui nihil poſſit exigere à creditore, multo minus poterit fideiuſſor ꝓ officio fideiuſſionis, immo multo minus: quia minus officij impendit, q̃ qui rem ꝓpriam mutuò dat. Equidem Moder. opinio ad Chriſtianã ęquitatem maxime accedit: tamen commerciorum frequentiam interdicit & interrupit. Deinde reſpõſum quod reddit ad l. hoc iure. §. Labeo. ff. de dona non euacuat eius vim. Nam dicit Moder. ꝙ licèt lex dicat, ꝙ non eſt donatio merces, quæ datur: quia pro te ſatisdedit, non ideo lex videtur approbare mercedem, quæ datur pro ſatisdatione. Certè hoc reſponſum mihi non placet: iureconſultus enim volens docere, non eſſe donationem, quod ob cauſam datur, non eſt veriſimile, quod poſuerit exemplum cauſæ turpis & illicitę, & cętera exempla, quæ ibi ponit, ſunt honeſtiſſima, puta do mercedem: quia mihi adfuiſti, vel q̃ re tua, vel gratia tua, vel opera tua vſus ſum. Addit tertium, vel quia pro me ſatisdediſti. Itaq; dare pretium, quia pro me ſatisdediſti, a iureconſulto ponitur inter cauſas honeſtas.

Præterea illud argumentum, quod adfert, ſi creditor nihil poteſt exigere vltra ſortem, etiam ſi ſuam pecuniam dat, ergo neque fideiuſſor, qui nil dat. Eludi poteſt hac ratione: quoniam minus incommodum eſt amittere, quod habeas, quàm ſoluere, quod non habeas, hoc eſt minus incommodum eſt creditori nõ ſolui ſibi ſuam pecuniam, quàm fideiuſſori ſoluere, quod fortaſſe non habet, vel tempore ſolutionis non habebit. Qm̃ tñ opinio Moder. ſincerior videtur inſpecto iure Pontificio, quo lucra iniqua cohibentur, illud addere vilium eſt cui, communi opinioni prorſus ſtabo, quando debitor eius naturæ eſt, vt fideiuſſor ſe periculo exponat: nam ratione periculi, cui quis ſe exponit, admittitur lucrum, quod aliàs improbatur, vt in nautico fęnore videmus, quod à bonis viris non improbatur, ut in l. in naue Saupheli. ff. locati, not. Lup. poſt alios in rep. c. per veſtras. 6. notabili. §. nono. nu. 12. Butrig. in l. prima. C. de nauti. fę nore. Moder. in tractatu de vſuris. quæſt. tertia. Couarru. d. lib. 3. c. 2. nu. 5. Bal. in l. j. col. 4. C. de ſumma Trini. Sanctus Thomas in tractatu de vſuris. q. 9. Caietanus in ſumma verbo vſura exterior, verſic. duodecimus caſus.

Deinde communi opinioni ſtabo, quando etiamſi fideiuſſor ſe non expoſuit periculo tempore, quo fideiuſſit: quia debitor idoneus erat, re vera periculum patitur inſpecto tempore, quod poſtea eſt ſubſecutum, quo debitor peioris conditionis factus eſt. Tunc enim ad euitandum damnum potius, quàm ad capiendum lucrum admittendus eſt ad pecuniam, quam debitor ei promiſit, argumento eius quod diximus ſupra nume. 25. ver. ſed Moder. Quod confirmatur: quoniã vel eo nomine hoc permittendum fideiuſſori, vt habeat aliquam rem debitoris, quam creditori offerat, ne ſibi rem ſuam auferat, quod in iure permiſſum eſt.

28 Licitum † eſt enim fideiuſſori propria auctoritate ſoluere de bonis debitoris, pro quo fideiuſſit, vt in l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. ff. manda. ibi. ex ſubſtantia debitoris ſoluere. & ibi notat Bartol. & in Auth. qua in prouincia C. vbi de crimini agi opor. Ang. in l. Plautius. ff. de procur. Bal. in auth. ſi captiui. C. de Epiſco. & cleri. Rodericus in l. 2. titulo de los emplazamiẽtos. §. ſed pone quæſtionem. col. 9. verſi. Et non ſolum. Lup. in rep. rub. de donat. §. 22. ſi autem pater. col. 2. nu. 9. ver. per quem. Felyn c. olim. col. 4. de accuſ. præſertim ſi fideiuſſor ſoluendo non ſit, vt notat Bal. in d. auth. ſi captiui. & cęteri.

Præterea ſequar communem opinionem, quando debitor, pro quo fideiuſſi, magnam quantitatem lucratur ex contractu, pro quo fideiuſſi: hoc enim caſu non eſt aduerſus ęquitatem, vt mihi fideiuſſori ſalua maneat pecunia data pro fideiuſſione.

29 Moueor † ex eo, quod ſcribit ipſe Moder. in d. tract. de vſuris. nu. 10. ꝙ licèt non ſit licitum pecuniam accipere pro mutuo, tñ ſi debitor cui pecuniam mutuò do magnam quãtitatem lucratur cum mea pecunia, dicit ꝙ rata manet ſtipulatio, qua caui, vt mihi aliquid ſupra ſortem redderetur, quoniam ego beneficium contuli in debitorem mutuando pecuniam abſque qua lucrum illud non paraſſet, & debitor abſque damno ſuo rependit acceptum beneficium ex lucro, quod adquiſiuit.

Sequar rurſus communem opinionem, quando licèt debitor idoneus ſit, negotium pro quo fideiubeo tale eſt, vt euẽtus ſit incertus & periculoſus, ita vt debitor licèt idoneus ſit ad ſoluendum per duos annos non poſſit ſoluere per annos decem, ſi res ex animi ſententia non ſuccedat. Moueor: qm̃ fideiuſſor rõne dubij euentus, qui adeſt ex natura rei, meretur & licite accipit pretium, vt ſupra cum Moder. & Couarruuias dixi.

30 Sed † obijciet quiſpiam, ſemper eſt periculum: qm̃ res humanæ Euripi in morem ſurſum deorſum quæ voluuntur, inſtabiles ſunt & caducæ, & ſi nunc non eſt periculum: quoniam debitor idoneus eſt, tempore forſan fiet inidoneus, vel fortunarum iacturam patietur, & etiam ſi eam non patiatur, ſufficit periculum, quod omnibus humanis rebus imminet. Sed reſponde, ꝙ ad ea quæ frequentius accidunt iura adaptantur, neque triſtis euentus eſt expectandus, niſi debitor ſe obijciat rei ex natura ſua periculoſę, puta ſi conducat portoria, nam huius redditus fęlicitas ex incertiſſimo euentu pendet, & infęlicitas vel fęlicitas, quia proxima & veriſimilis iure optimo conſideratur. At non debemus conſiderare domum ruituram, pecuniam ad furibus ſurripiendam, pecora à latronibus enecanda, & ſimiles caſus, à quibus mortalium nullus cum non ſit tutus, nemo dicetur idoneus niſi ad probabilem humanarũ rerum ſpeciem reſpiciamus. Illum tamen longo indice notandum, ꝙ in caſibus, in quibus dixi, fideiuſſorem eſſe addicendum creditori, quæ aliquibus videtur regula generaliter admittenda, intelligitur niſi quantitas, cuius ratione petitur addici, debeatur a reo principali non ratione contractus, pro quo fideiuſſum eſt, ſed rõne alicuius contumaciæ commiſſæ à debitore circa illud negotiũ: non enim obligatio fideiuſſoris ad id extenditur, neque pro eo cenſetur obligatus. l. fi. ff. de fideiuſſ. l. fideiuſſores magiſtratuũ. in principio. ff. de fideiuſſo. & ibi notant Bar. Paulus, Angel. & Imola, Alex. conſi. 34. colum. j. lib. 2. Facit textus in l. libertus. ad finem ff. ad municip. notant Bar. Paul. Ang. Fulg. Alex. & Iaſ. in l. j. ff. de in litem iura.

31 Item † limita in fideiuſſore de iudicio ſiſti, nã ſi reum ſiſtat, non tenetur ſoluere iudicatum, neque fideiuſſio vim hẽt poſt ſententiam l. Græce. §. & poſt litem. ff. de fideiuſſi. & ibi notant Bar. Paul. Ang. & Imola, idem Bart. Pau. Alex & Iaſ. in l. rem in iudicium. ff. de in litem iuran. textus in l. j. in princ. ff. ſi ex noxa. cauſ. aga. iuncta gloſa parua in verbo iudicium. Bart. in l. j. in fi. C. de fideiuſſ. glo. Angel. & doctores in l. 2. §. in fideiuſſorem. ff. qui ſatiſda. cogan. Bal. in l. qui crimen. in 3. quæſt. C. qui accuſa. non poſſ. & in additionibus ad Specu. titulo de reo, in prin. Roder. in l. 2. titulo de los emplazamientos. §. ſed pone. col. 10. ver. conſidera vlterius. Si tamen non ſiſtat reum in iudicio, tenetur ad intereſſe, & an illud cogatur ſoluere executiuè, vide Bart in l. j. ff. iudi. ſolui, textum in l. 2. §. in fideiuſſorem. ff. qui ſatiſda. cogan. & ibi Ang. Fulg. Paul. & Alex. Roderi. d. §. ſe depone, & an teneatur ſoluere totũ, quod actor in libello petijt, an verò qđ re vera debetur, certè non ſufficit, ꝙ actor dicat tantum petiit, ſed ſolum tenebitur fideiuſſor ad id, quod re vera debetur. l. 2. §. in fideiuſſorem. ff. qui ſatiſda. cogan. & ibi glo. Bar. & Angel. Roderi. in l. 2. titulo de los emplazamientos. §. nunc opportune. in fi. verſ. quæro vlterius. Sed eſt quæſtio elegantiſſima, quid ſi fideiuſſi pro aliquo, qui ſoluendo non eſt, & creditores petunt, vt ego qui diues ſum ſoluam. At ego ea exceptione me tueor, ꝙ debitor eſt prius excutiendus, excuſſionem autem voco non eam ſolum, quæ fit in facultatib. verũ etiam eã, quę fit in perſona debitoris, contendoq; debitorem prius eſſe tradẽdum creditori, & ꝙ ſi operis nõ perſoluat: quia moriatur, vel fugiat, tunc dicetur verè facta excuſſio, & ego conueniri potero. Supponendum autem, ꝙ (vt eſt manifeſti iuris) fideiuſſor non põt conueniri, niſi excuſſo vel abſente reo principali, vt in auth. prę ſente. C. de fideiuſſo. auth. hoc ſi debitor. C. de pigno. regia. l. 9. titu. 12. part. 5. niſi in caſibus quos excipit & congerit Socin. regula 134. deciſio. Tholoſana 130. & Petrus Duenas, qui rem ſatis diligẽter & copioſè exequitur in regula 335. Neque obſtat, ꝙ iure regio videtur fideiuſſorem conueniri poſſe nõ excuſſo principali: vt in l. 3. titulo 18. libr. 3. fori, notat Rodericus in l. 2. tit. de los emplazamiẽtos. §. quæritur vlterius. col. fi. Lupus in c.

Source : BIU Cujas

per veſtras. §. 18. ex quibus omnibus, numero decimo. Nam illa lex fori apud nos, ſcilicet in hac vrbe & ſenatu Granatenſi in vſu non eſt, & non habet vim vllam, niſi apud eos, apud quos ſeruatur, qui forte ſunt.

32 Nam † leges fori non habent vim legum, niſi quatenus ſunt moribus receptæ, vt in l. j. Tauri. ſcribit Roder. in proœmio fori. Et ita dictã legem fori non ſeruandã niſi apud eos, apud quos morib. eſt approbata, notat Petrus Duenas. d. reg. 335. limit. 18.

His ita definitis videtur fideiuſſorem rectè excipere, & quòd prius debitor principali eſt addicendus creditori, & operis ſoluere, quam ad fideiuſſorem perueniatur.

33 Moueor † quoniam ex diſpoſitione huius legis ſatisfactio debiti non ſolum facienda ex bonis, verum etiam ex operis & ſeruitio perſonali, ex quo ſequitur, ꝙ cum debitor principalis operis ſuis ſatisfacere poſſit & debeat, quòd fideiuſſor, qui eſt obligatus in ſubſidium, non poſſit conueniri: cum principalis ſoluere poſſit.

34 Rurſus moueor † qm̃ debitor addictus creditori vr̃ eſſe apud eum loco pignoris, vt expreſſe probatur in l. ab hoſtibus. C. de capti. & poſtlimi. reuer. ibi. Ab hoſtibus redempti quoad exſoluatur pretium magis in cauſa pignoris conſtituti q̃ in ſeruilem conditionem detruſi videntur. Notat Roder. in l. 2. titulo, de los gouiernos, colum. 4. verſi. & notabis. De iure autem ſi creditor habeat pignus, non poteſt conuenire fideiuſſorem, quouſque videatur, an pignus ſatisfactioni ſufficiat, ita docet Cardinal. in c. peruenit. de fideiuſſ. Ex generali diſpoſitione auth. præſente, qua cauetur, non poſſe conueniri fideiuſſorem, niſi excuſſis bonis principalis: pignus autem creditori datum in bonis debitoris cõputatur, & debitoris eſt. Ergo excuſſio prius in eo facienda, & ſi non inueniatur emptor, eſt creditori adiudicandũ, arg. l. fi. de iur. dom. impe. ita docet poſt Cardinalem Ioannes Imola in d. c. peruenit. dicens hanc opinionem veriorem eſſe, & ſequitur Vitalis Cambanus in tractatu clauſularum, clauſula fin. nu. 2. Barba. in d. c. peruenit. nu. 9. Petrus Duenas regula. 335. numero 5. Cum ergo creditor habens debitorem in ſua poteſtate dicatur habere pignus, certè non poteſt cõuenire fideiuſſorem. Sed pignus prius excuti debet. Præterea non poſſe conueniri fideiuſſorem, donec operæ debitoris excutiãtur, probatur: quoniam fideiuſſor offerrens operas debitoris videtur abſoluendus: offerrens enim operas videtur offerre pecuniam.

35 Nam † opera eſt loco pecuniæ, immo aliq̃ plus confert, q̃ pecunia. l. ſi nõ fuerint. l. ſocietatem. §. ſi in coeunda. ff. pro ſoc. notat Alex. cõſi. 99. nu. 5. lib. 2. & dixi latè in tractatu de decima tutori Hiſpanico iure præſtanda, c. 2. nu. 16. verſi. ſed redeundo. Et licèt operę ſint debitoris, permiſſum eſt fideiuſſori ſoluere de bonis debitoris. l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. ff. manda. & dixi ſupra hoc ipſo capite, verſiculo deinde communi.

36 Deinde † ꝙ fideiuſſor non poſſit cõueniri, donec fiat excuſſio in operis debitoris, & videatur, an ex eis creditori ſatisfaciat, probatur: qm̃ fideiuſſor, qui non renuntiauit auth. præſente. nõ poteſt conueniri, donec debitor principalis ſit excuſſus non ſolum in re, verum etiam in perſona, & antequam perſona excutiatur, non dicitur perfectè facta excuſſio in perſona debitoris, ita docuit Aymo. in conſuetudine Aluerniæ titulo, de executione, arti. 59. nu. 3. verſi. & circa illud. de cuius opinione memini. c. j. nu. 26. ver. neque ſolum. & declaro infra nu. ſeq. Contraria tm̃ ſententia verior eſt, immo verò vbi primum ex facultatibus debitoris non poteſt ſatisfieri creditori, fideiuſſor conueniri poteſt. Moueor: quoniam excuſſio non eſt facienda in perſona debitoris, ſed tantum in bonis excuſſis legitime dicitur excuſſio facta: ita docent Fulg. & Pau. in l. ſi ego. ff. ſi cer. pet. Alex. ibi expreſſe. nu. 8. verſi. & ꝙ bene verum eſt. Laſ. ibi nu. 11. Alex. in l. decem. nu. 9. col. 2. & nu. 14. ff. de verb. oblig. Et eſt text in l. j. C. de decurio. l. 10. ibi. Sed non ante niſi tuis proprijs rebus excuſſis, nota illa verba rebus excuſſis, notat Iacob. in tractatu de ceſſione bonorum. licèt hoc reſpondere quiſpiam poſſit eſſe verum de iure ciuili, quo debitor ad ſeruitium vel operas non cogebatur.

37 Rurſus † hæc opinio probatur efficaci ratione: quoniam debitor traditus creditori nõ ſtatim ſoluiſſe dicitur, ſed paulatim lapſu temporis ſoluit, & demum tranſacto omni tempore a iudice præfixo ſolutio facta videtur ex operarum temporali præſtatione. Cum ergo debitor addictus creditori non ſtatim dicatur ſoluiſſe, niſi demum præſtitis operis per tempus à iudice præfixum, certè fideiuſſor conueniri poteſt, non obſtante ea exceptione, ꝙ debitor ſeruiendo ſatisfaciet: non enim ſoluiſſe dicitur, vbi primum incipit ſeruire, ſed quouſque tranſit omne tempus, nec operæ in futurum præſtandæ in bonis ſuis ſunt, quouſque eas præſtiterit.

38 His † accedit ꝙ eruditi prudenter tradunt, debitorem dici non eſſe ſoluendo, quando exactio difficilis eſt, ita notant Laſ. & Alex. poſt Paul. in l. fin. ff. ſi cert. peta. & in l. decem. ff. de verb. obliga. Laſ. & Gomeſius in §. item ſi quis in fraudẽ. Inſti. de act. Ille autem qui ſoluere non poteſt niſi ex operis, non ſolum dicetur difficilis in exigendo, verùm etiam dicetur impoſſibile eſſe, vt ab eo ſtatim exigatur: cum enim pro debito iubeatur ſeruire per certum temporis ſpatium, & ſeruitium habeatur pro ſolutione, certe non poteſt vno momento ſeruire per totum illud ſpatium: non enim duo anni vno die tranſire poſſunt, repugnat enim natura.

39 Confirmatur † hæc ratio ex mirabili doctrina Baldi in c. contingit. col. 6. de dolo & contum. vbi docet, ꝙ captura principalis non liberat fideiuſſorem: nam licèt ſit deuentum ad capturam, nõ ideo eſt ſatisfactum, ideo vterque capi poteſt, & cuius doctrinam ſequitur Hippoly. ſingulari. 398. incip. dixi tibi. Allegant. l. hæres à debitore. §. ꝙ ſi ſeruus. ff. de fideiuſſo. & ibi Bar. Quamuis ergo principalis ſit in poteſtate creditoris, uel poſſit eſſe: quia non eſt ſoluendo, non ideo minus fideiuſſor conueniri poterit: qm̃ eſſe in poteſtate creditoris non eſt ſoluiſſe.

40 His † congruit, ꝙ fideiuſſor etiam non excuſſo principali conueniri poteſt, quando notorium eſt, principalem non eſſe ſoluendo: ita docuit Bart. in l. fin. prope finem. ff. ſi cer. peta. gloſa in l. decem. in glo. fin. ff. de verbo. obligatio. & in d. l. fi. verbo. ſed ſi cum Seio. Ang. in l. niſi. ff. de pact. Alexand. & Laſ. num. 11. in d. l. fin. Claudi. ibi. numero quarto. Felynus in c. cum olim. numero vndecimo, de re iudica. Barba. in c. peruenit. nume. quinto, de fideiuſſo. Laſ. l. 1 §. item ſi quis in fraudem. nume. 69. Inſti. de actio. Corneus conſi. quadrageſimo ſexto, numero decimotertio, libro ſecundo. Et dicit eſſe communem idem Corn. conſi. 151. numero quinto, libro quarto. Hippoly. in Rub. de fideiuſſor. numero decimo Gratus conſi. 87. numero vigeſimotertio. Notorium autem eſt, ꝙ cum debitor principalis addicitur creditori. Addicitur: quia ſoluendo non eſt, & licèt poſſit ſoluere operis non ſtatim dicitur ſoluiſſe, ſed demum præſtitis operis per omne tempus a iudice præfixum.

41 His aliqualiter ſuffragatur, ꝙ † cedere bonis, non eſt ſoluere, immo eſt remedium: vt non ſoluens effugiat carcerem, ut in l. prima. C. qui bonis cede. poſſ. notat Ang. in l. nemo carcerem. col. pe. C. de exact. tribu. Vbi tradit, ꝙ ſi dictat ſtatutum, vt contra inſtrumentum non poſſit opponi niſi exceptio ſolutionis, vel ꝙ debitor non ſoluatur è carcere, niſi ſoluat, ꝙ cedere bonis non eſt ſoluere, & ſequitur Aretinus in l. maritum. § eleganter. ff. ſol. matr. col. fi. ver. & hanc. & ibi. Alexand. nume. 13. poſt Ang. ibi, & in his quanquam verius credo, ꝙ etiam ſtante dicto ſtatuto debitor liberatur à carcere cedendo bonis: nam ſtatutum debet interpretari ſecundum ius commune. l. fin. §. in computatione. C. de iure delibe. Ius autem commune, ne homines detineãtur in carcere, iubet ſolui eos facta ceſſione, etiã ſi hoc non habeatur pro ſolutione. Ita Bal. in l. prima. C. q bon. ced. poſ. Quanquã non videtur loqui hoc caſu, ſed tenet Anch. in repe. c. canonum. verſi. decurrunt aliquæ quæſtiones de conſtitu. Barba. in c. Odoardus. licèt Pau. in d. §. eleganter. dicat, ꝙ Florentiæ vidit irrideri doctrinam Baldi. Præterea illud eſt expeditum, ꝙ nunquam permittendum eſt, vt debitor moriatur in carcere, etiamſi ſupponeremus, poſſe tolli beneficium ceſſionis bonorum, ita Ripa in l. obligatione generali. Non enim valet ſtatutum, per quod tollitur remedium ceſſionis bonorũ, niſi ſimul detur aliquod remedium ad effugiendum carcerem, vt dixi c. 2. nume. 25. quare male Rod. ſequitur Ang. in l. ſecũda, colum. tertia, tit. de los gouiernos. lib. 3. fori, ſed vide, quæ dixi, cap. ſecundo, numero trigeſimooctauo, ver. ſed non obſtat, ꝙ inter chriſtianos. Sed ad rem addictio debitoris in poteſtatem creditoris nõ eſt ſolutio. Ideo fideiuſſor eius qui addicitur creditori non liberatur, ſed conueniri poteſt: ſicuti dicimus in fideiuſſore eius, qui cedit bonis, quòd non eſt liberatus, ut in l. hæres a debitore. §. quòd ſi ſtipulator. ff. de fideiuſſ. & ibi notant DD. notat Guido deciſione 211. numero tertio, textus in §. fin. Inſti. de replicatio. Quanquam reſponderi poteſt, quòd ceſſio bonorum introducta iure ciuili & facta a debitore non liberat fideiuſſorem: quoniam iure ciuili debitor facta ceſſione nõ tenetur ſeruire, neque ſoluere operis. At iure regio debitor addictus cogitur ſoluere ſeruiendo: ſed huic argumento iam ſatisfactum eſt ſupra aliis argumentis ſupra relatis. Poſtremò quòd fideiuſſor poſſit cõueniri, etiam ſi principalis debitor addictus ſit creditori, probatur: quoniam excuſſio cenſetur facta, quando debitor principalis bonis ceſſit, & fideiuſſor conueniri poteſt, quoniam iam conſtat, ꝙ principalis non eſt ſoluendo. Ita docent Raph. Comen. in l. decem. ff. de verbo. oblig. ar. Cyn. in auth. hoc ſi debitor. C. de pigno. Aufre. in additione Capellę, Tholoſanæ. 196. Claudius in d. l. decem. numero decimo. Et paupertas dicitur probata, vbi primùm quis ceſſit bonis: vt definiunt communiter Canoniſtæ in cap. Odoardus. per illum textum. ff. de ſolut. Laſ. in l. ſi conſtante. numero 148. ff. ſol. mat. Pariſ. conſilio octuageſimo, numero quadrageſimooctauo, libro primo. Sed reſponderi poteſt, vt ſupra proxime, ꝙ illud eſt de iure ciuili, quo debitor facta ceſſione non cogitur ſoluere ſeruiendo, & quòd iure regio cogitur ſoluere ſeruiendo. Sed iam ſupra huic argumento reſpondi, ꝙ non ſtatim, ꝙ addicitur creditori, videtur ſoluiſſe. Sed lapſo tempore præfinito à iudice iuxta debiti quantitatem.

Vltimò

Source : BIU Cujas

42 Vltimò comprobari potest hæc opinio † quoniam debitor habens fideiussorem non potest addici creditori: habens enim fideiussorem videtur esse soluendo. l. si plures. §. præterea ff. de fideiusso. & ibi no. Bar. Paul. & Ang. quòd si est soluendo, non potest addici creditori: nam solùm inops, qui soluendo nõ est, addicitur, & satisfacit seruiendo, vt in hac lege & similibus expresse probatur, non verò debitor, qui est soluẽdo. Quod comprobatur: quoniam debitor habens fideiussorem nõ põt duci in carcerem, si fideiussor soluendo sit. ideo iure cauetur, debitorem nõ posse duci in carcerẽ, nisi excussis bonis tam suis quàm fideiussoris: quoniam si fideiussor soluendo est, debitor videtur esse soluendo, & debitor nõ potest duci in carcerem, nisi facta excussione bonorum suorum, & fideiussoris: vt tradit Alex. in additione ad Bar. in l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. Aretin. in l. maritum. §. eleganter. nu. 7. ad finem. ff. sol. mat. Hippol. sing. 3. Roma. consi. 320. Ripa in l. obligatione. nu. 25. ff. de pigno. Antonius Petrucius in rep. l. j. nu. 197. ff. de iureiur. qui oẽs dicunt, ꝙ antequàm debitor ducatur in carcerem, sunt excutienda bona sua & bona fideiussoris. Quòd si antequàm excutiantur bona fideiussoris, nõ potest duci in carcerem, multo minus poterit addici creditori; nam qui non potest duci in carcerem, non potest addici creditori, vt probaui. c. 3. nu. secundo. Ex quo sequitur, ꝙ fideiussor excuti potest non obstante quòd excipiat, ꝙ debitor etiamsi sit inops poterit satisfacere seruiendo: nam debitor addici non potest, donec fideiussor soluendo est. Sed ne lector labatur imprudens, hoc argumentum nõ est adeo efficax, vt prima fronte apparet: potest enim debitor addici creditori, etiamsi fideiussor eius soluendo sit. Si modo creditor nolit agere aduersus fideiussorem sed aduersus ipsum debitorem. Potest enim creditor eligere, an agat aduersus debitorem, an verò aduersus fideiussorem. l. reos principales. C. de fideiuss. Neque obstat, si quis obiiciat, hoc verum quoad hoc, vt
43 possit recuperare debitum ex bonis debitoris, non verò quoad hoc, vt possit capere ipsum debitorem, si fideiussor est soluendo, & nondum fuit excussus. Sed respondeo, ꝙ practica non seruat, vt debitor capi non possit nisi fideiussore excusso, ita notat Cass. in consil. Burg. Rub. 5. §. 2. nume. 13. Hippoly. in practica crimi. §. attingam. nume. 56. Immo vbicunq; agitur ex sentẽtia, vel instrumento, ex quo quis possit duci in carcerem, debitor ducitur, etiamsi fideiussor soluendo sit. Immo etiam si ipse debitor soluendo sit: nisi statim de eo doceat dãdo fideiussorem de euictione, inualuit enim vsus: ut persona & bona simul capiantur: vt docui c. primo, nume. 27. versiculo sed quæret aliqs. Illud pro perfecta declaratione huius articuli non omittendũ, ꝙ cum de veritate huius articuli agitur semota recepta praxi & regni consuetudine, cui est hac in re de capiendo debitore standum, vt per Paul. l. j. C. qui bon. ced. poss. & docui c. j. Cum inquã tractatur, an debitor capi possit non excusso fideiussore, intelligendum est, quòd de iure communi non potest capi nisi fideiussore excusso. Sed quæret quispiam, an hoc verum, etiamsi fideiussor non renuntiauerit, auth. præsente Et reperio, quòd Aimo. in consuetud. Aluerniæ, titulo de executione, artic. 59. nume. tertio, versiculo & circa illud, docet quòd tunc debitor non potest capi, nisi excusso fideiussore, quando fideiussor renuntiauit. Auth. præsente. sed si non renuntiauit, dicit debitorẽ capi posse, etiam non excusso fideiussore: quoniam tunc cum debitor sit primò excutiendus, debet excuti primò in bonis, deinde in persona, antequam fideiussor conueniri possit: quo-
45 niam excussio non dicitur perfectè facta aduersus debitorem, nisi persona eius capiatur. Et dicit, ꝙ hæc est sua noua declaratio. Sed certè, etiam si fideiussor nõ renuntiauerit auth. presente. excuti potest & debet, antequam debitor capiatur. Primò: qa excussio est legitime facta, cum excussa sunt bona, etiam si persona excussa nõ sit: vt docui supra hoc ipso capite numero 36. Deinde quia capere debitorem non est res, quæ parit pecuniã, & ideo nõ ideo minus dicetur debitor excussus, ꝙ captus non sit: nam qui est captus, non ideo dicitur soluisse, vt dixi sup. numero 39. præsertim iure ciuili, quo debitor inops non traditur in seruitium creditori, sed cedendo bonis liberatur. Rursus neque iure regio captus dicitur soluisse, immo neq; addictus: quoniam non statim ꝙ addicitur soluit, sed labẽte tempore & recursu operarum quotidiano. Et cum excussio vel solutio est difficilis, vel impossibilis, excussio habetur pro facta: vt dixi numero trigesimooctauo, hic autem impossibilis est: operę enim futuræ decem sequentibus annis præstandæ non sunt in bonis nostris, neque præstitum dicitur, quod in posterum præstãdum
46 est. Sed ad rem, ea opinio verissima est, vt fideiussor teneatur soluere non obstante exceptione, ꝙ debitor etiam si sit inops, poterit soluere operis. Non obstant ex aduerso prolata. Non obstat, ꝙ debitor potest satisfacere operis: potest enim, sed in futurum & labente temporis spatio, non verò statim, vt res exigit, & quando exactio est difficilis, vel impossibilis pro tempore præsenti debitor dicitur non soluendo & ad fideiussorem peruenire potest, vt dixi numero trigesimooctauo. Non obstat, ꝙ debitor est apud creditorem loco pignoris, & quòd quando creditor habet pignus, sufficiat satisfactioni. Primò enim hæc conclusio non caret difficultate: nam glosa in Auth. de fideiussoribus. §. si quis igitur. verbo sumat, colum. prima, docet, creditorem posse agere aduersus fideiussorẽ, etiamsi habeat pignus, cuius sententiam probat Dynus, si pignus incontinenti & facile vendi non potest, & sequitur Bald. in l. inter eos. §. creditor. ff. de fideiuss. Anchar. in c. peruenit. eo. titulo. Cyn. in auth. præsente. de fideiuss. Debitor autem constitutus in potestate creditoris, non est pignus eius generis, vt facile ex natura sua vendi possit. Immo vendi nõ potest, de qua re vide quæ dicam ca. nu. Itaq; debitor est loco pignoris apud creditorem, sed tamẽ non est propriè pignus ex his, quæ dantur ad cautionem: vt scilicet vendantur, si debitum solutum non sit, sed ideo dicitur esse loco pignoris: quoniam soluto debito effugit manus creditoris. Aliàs mihi placet opinio dicentium, pignus si eius naturæ sit, vt vendi possit, debere vendi, vel creditori adiudicari ęstimatione a iudice facta, iuxta l. fin. C. de iur. domi. impe. Antequam ad fideiussorem peruenire possit, si non renuntiauit dispositioni auth. præsente.

44 Non obstat etiam, ꝙ fideiussor potest soluere de bonis debitoris, & ꝙ operæ sunt bona debitoris. Nam operæ non sunt in bonis debitoris, neque pretium habent, quousq; præstitæ sint: præstatio autem facienda est in futurum, futura autem nõ sunt præsentia: neque enim supponere debemus, debitorem addicendum creditori pro duobus argenteis, & quòd sic vno die satisfacere poterit.

Non obstat etiam, quòd fideiussor, qui nõ renuntiauit auth. præsente. non potest conueniri, donec principalis sit excussus in bonis & in persona. Verior enim opinio est, executionem solum faciendam in bonis, vt dixi numero trigesimosexto, & vt verior sit opinio, ꝙ etiam est facienda in persona, quid prodest ad solutionem capere debitorem, si soluendo non est: captura enim non habet vim solutionis, vt dixi numero trigesimosexto, quamuis fateor, debitorem captum diligentius perquirere pecuniam. Deinde in casu, in quo loquimur, iam debitor forsan captus & addictus fuerat, & tamen creditor vult exigere à fideiussore diuite, quod ei licet, etiamsi ceperit aduersus debitorem agere, & illum habeat in carcere: nam captura non habet vim solutionis, vt dixi supra nume. trigesimonono. & infra nume. quartodecimo. ver. Rursus confirmatur. Nũc tractemus, quid si creditor videns debitorem & fideiussorem inopes esse, petit ambos sibi tradi ad seruitium, an rectè petat. Nam fideiussor excipit, excussionem prius faciendam in operis debitoris, quàm in suis, & quòd cum operæ suæ non sint statim in bonis suis, sed in futurum sint præstandę sicut operæ debitoris, quòd in pari causa prius est facienda excussio in bonis debitoris. Hanc quæstionem intellige in casibus, in quibus fideiussor potest addici creditori, & in ops est, de quibus supra. Omissa disputatione verius est, vtrumq; simul tradẽdum creditori: nam cum debitor nõ dicatur satisfeciisse, vbi primum addicitur, sed lapso tempore, per quod iubetur seruire, certè cum nondum eius addictione satisfactum sit creditori, poterit creditor petere, vt fideiussor etiam sibi addicatur: quia principalis soluendo non est, neque considerandæ sunt operæ futurę, quas nondum præstitit, neque fortasse præstabit impediente morte, uel alio casu. Confirmatur hæc opinio ex omnibus argumentis relatis supra à nu. 36. vsque ad nume. 41.

45 Rursus † confirmatur: quoniam cum non satisfactum sit creditori ex eo, ꝙ debitor ei addictus est, fideiussor compellendus est ad solutionem, si non habeat vnde soluat: seruiet creditori simul cum principali, vt vtriusque operæ iunctæ breuiorẽ præstent solutionem. Sic Bal. in c. contingit. colum. sexta, de dolo & contu. scribit, ꝙ captura rei principalis nõ liberat fideiussorem, immo vterque potest simul capi. Citat. l. hæres a debitore. §. ꝙ si seruus. & ibi Bart. ff. de fideiusso. qui dicit, ꝙ licèt sit deuentum ad capturam: non tamen est satisfactum. Et idem dicit è contra, ꝙ si est captus fideiussor, potest etiam capi reus principalis, nec iuuatur reus principalis ex eo, ꝙ fideiussor appellauerit a captura, vt in l. creditor. in princ. & ibi glos ff. manda. & vtr unq; retulit inter singularia Hippoly. singu. 398. De qua re vide Paul. in l. inter eos. §. creditor. ff. de fideiuss. & Hippoly. in repe. Rubr. de fideiuss. quæst. quinquagesimanona, & in practica causarum criminalium. §. attingam. nume. quinquagesimoquinto. Cassa. in consuet. Burg. Rubr. quinta, §. secundo, verbo des rentes. nume. 13. ad finem.

46 Ex † superioribus infertur, ꝙ si fideiubeo ꝙ eo, quod a principali debitore exigi non poterit, qui dicitur fideiussor indemnitatis, possum conueniri, vbi primũ bona debitoris sunt excussa, & reperiuntur non esse soluendo, absq; eo ꝙ expectetur, ꝙ debitor satisfaciat seruiendo creditori. Et natura huius fideiussoris indemnitatis est, quòd etiam si renuntiauerit beneficio excussionis, non potest conueniri, nisi principali debitore excusso: quia obligatio est cõditionalis pro eo, quod a principali exigi non possit, textus est in l. fin. secundùm vnam lectionem. ff. si cer. peta. & ibi notat Ang. & oẽs DD. textus iuncta glosa in

Source : BIU Cujas

verbo. planè. in l. 2. C. de fideiuſſ. tuto. & ibi notat Saly. Bar. in l. j. C. de cõue. fiſci debitor. Saly. in l. j. in fi. C. quod cum eo, Roder. in repe. l. 2. titu. de los emplazamientos. §. quæritur vlterius. colum. 3. verſic. conſidera eleganter. Vltimò cum iure noſtro regio pœna corporalis imponatur debitori, qui ſoluendo nõ eſt: nam pœna corporalis reputatur addici creditori, vt dixi cap. 2. nu. 36. & c. 3. nume. 6. Videtur ꝙ fideiuſſor rarò interuenire deberet, præſertim in caſibus, in quibus diximus, fideiuſſorẽ addici poſſe creditori. Deinde non omittendum, ꝙ nõ deſunt, qui dicant, fideiubentem peccare mortaliter. Citant illud Prouerbiorum. c. 20. Tolle veſtimentum eius, qui fideiuſſor extitit alieni, & pro extraneo aufer pignus ab eo. Rurſus allegant, ꝙ qui fideiubet, confidit in hominem, & in carnem & ſanguinem inſtabilem, & nimiũ tribuit ſibi pollicẽdo, quæ ambigua ſunt, & ex euentu incerto dependent. Quid dicturi ſi iuxta generalem diſpoſitionem huius legis crederẽt fideiuſſorem inopem addicendum eſſe creditori? Huius opinionis fuit Pellicanus, q neſcio magis miſere an ſtulte ab eccleſiæ Catholicæ conſortio diſceſſit ſpirituq; ſuperbiæ & vanitatis nouarum opinionum auctor fuit, quem tanquam huius opinionis auctorem citat & accuſat Moder. in tractatu de vſuris. quæſt. 32. num. 253. Sed veriſſimum eſt, fideiuſſionem opus eſſe charitatis, qua proximo ſubuenitur. Verba enim Solomonis ad œconomicam & politicam moralis Philoſophiæ partem pertinent, neque obligant veluti lex diuina, neque credendum eſt, Solomonem dehortari ab officijs charitatis, ſed a fideiuſſione inconſulta: nam Beatus Paulus in Epiſtola ad Philemonẽ fideiubet pro Oneſimo, & Eccleſiaſtici. c. 29. legimus. Vir bonus fideiubet ꝓximo ſuo, & poſtea ſequentib. verbis deterret ab inconſulta fideiuſſione.

47 Poſtremò † illud non omittendum, ꝙ etiam ſi fideiuſſor acceperit pecuniam pro fideiuſſione, & ſoluendo nõ ſit, non eſt addicendus creditori in omnibus caſibus, in quibus principalis addici non poteſt. Nam exceptiones competentes principali competunt fideiuſſori, & vbi principalis capi nõ poteſt, fideiuſſor capiendus non eſt: vt notant Ang. & Imola in l. Stichum. §. quod vulg. ff. ſol. matr. Are. in l. maritum. §. eleganter. col. 2 nume. 4. ver. & de hoc dicam. ff. ſol. matr. Franciſcus Marcus in deciſio. Delphinali noua 340. col. 2. nu. 6. niſi forte exceptio perſonalis ſit, puta ne debitor conueniatur in plus, q̃ facere poſſit: nam hæc non tranſit ad fideiuſſorem. l. & fideiuſſori. ff. de re iudicata. An autem fideiuſſor obligans bona ſua ſed non perſonam poſſit duci in carcerem, vide infra c. de debitore rõne rei, ſed fideiuſſori minoris non prodeſt reſtitutio, quæ minori conceditur. l. j. C. de fideiuſſo. mino. l. in cauſę j. ff. de mino. l. 25. tit. 4. par. 3. Bar. & Alex in d. l. 2. & ĩ l. Marcellus. ff. de fideiuſſ. latè Curtius Iunior in l. poſt aditam. nu. 5. C. de impub. & aliis, Mauritius in tractatu de reſtitutione in integ. c. 14. Hippoly. in rub. de fideiuſſo. nume. 267. Herculanus in l. & ſi fideiuſſor. ff. de re iudi. Niſi dolus aduerſarij interueniſſet. glo. in d. l. 2. Iacobinus in l. j. nume. 7. C. de fideiuſſ. mino.

SVMMARIVM.

1 *Generalis diſpoſitio generaliter debet intelligi.*
Obligatio perſonalis defuncti in hæredem tranſit.
More Romano debitor ex cauſa hæreditaria creditori addicebatur.
2 *Perſona hæredis obligationis naturam non mutat.*
3 *Lex vel ſtatutum loquens in debitore ad eius hæredem extenditur, etiam vt executio in eius bonis & perſona poſſit fieri, limitatur ſeu declaratur. numero 5.*
4 *Ille dicitur debitor, a quo eo etiam inuito debitum poteſt extorqueri.*
6 *Filijs a creditoribus pro paternis debitis non poteſt fieri executio, niſi prius probetur, illos ſe hæreditati prius immiſcuiſſe.*
7 *Lex. 8. nu. 4. lib. 6. ordinat. ſeruanda eſt in hærede debitoris fiſci.*
8 *Præmium debere eſſe par labori.*
9 *Aduerſus debitorem ſcriptum mandatur inſtrumentum executioni & non contra non ſcriptum, niſi hæres fuerit debitoris.*
10 *Licentia capiendi debitorem propria authoritate non ex lege ſed ex pacto, an extendatur ad hæredem debitoris, & nu. 11. & 13.*
11 *Qualitas obligationis non immutatur ex perſona hæredis.*
12 *Pactum perſonale ad hæredem non extenditur.*
14 *Captura eſt meri imperij.*
15 *Intra nouẽ dies a morte defuncti hæres non põt exequutari, nec inquietari.*
16 *Hæres tenetur ſolùm, quatenus eſt in inuentario.*
17 *Hæredis perſona oſtendens inuentarium & offerens bona in eo contenta non capitur pro debito defuncti.*
18 *Hæres debitoris pro debitis defuncti capitur, & vltra vires hæreditarias, ſi abſcondit bona contenta in inuentario.*
19 *Addictio debitoris creditori pœna eſt corporalis.*
20 *Inuentarium non tenetur hæres facere, quando non ſunt bona, quæ in eo deſcribantur.*
21 *Hæres eius qui bonis ceſſit, ſi non facit inuentarium, tenetur vltra vires hæreditarias. & nu. 22.*
23 *Cedere bonis non tenetur, quouſque perueniat ad pinguiorem fortunam, & ibi de opinione Bal. in l. fi. ff. de ceſſione bono.*
24 *Debitor in acquiſitis poſt bonorum ceſſionem conuenitur ſolum in quantum facere poteſt. & nu. 25.*
26 *Contra hæredem non conficientem inuentarium eſt præſumptio contra eum iuris & de iure, quòd occultauit bona. & nu. 18.*
27 *Lex loquens de operis ab aliquo præſtandis cum ſit odioſa, non extenditur ad hæredes, & in operibus obſequialibus.*
28 *Addictus debitor creditori dicitur pati pœnam corporalem.*

An debitor non ex proprio contractu ſed ex cauſa hæreditaria ſit addicendus creditori, ſi ſoluendo non ſit. Cap. VI.

1 Occurrit elegans quæſtio, cuius æquitas poſtulat examen † vtrum debitor non ex proprio cõtractu, ſed quia ſucceſſit debitori, debeat ſeruire creditori, ſi ſoluendo non ſit. Videtur ꝙ debeat creditori ſeruire ex generali diſpoſitione huius legis, quæ generalis cum ſit, generaliter dẽt intelligi: vt in l. de precio. ff. de publi. Deinde quoniam actiones ab hæredibus & contra hæredes dantur, vt in l. vna. C. vt actiones ab hæredibus cõtra hæred. incip. Et obligatio perſonalis tranſit a defuncto in hæredem. §. hæres. inſt. de oblig. quæ ex quaſi contractu. Præterea Romanorum ſeculo, quo maxime apud eos virtus & grauitas floruere, debitor ex cã hæreditaria addictus fuit creditori, ita enim memoriæ prodit Liuius Decadis primæ libro octauo his verbis. Cui cũ ſe Caius Publius ob æs alienum paternum nexum dediſſet. Ecce ob æs alienum a patre ſ̃ctum filius fuit nexu vinctus: debitores enim qui ſoluendo non erant, Romani creditoribus addicebant, & nexos & nexu vinctos & addictos appellabãt: vt docui. c. j. n. 60.

2 Deinde † hæredem eſſe addicendum probatur: qm̃ perſona hæredis non mutat obligationis naturam, vt in l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig. Qualitas autem omnis obligationis ea eſt, vt aut ſit ei ſatisfaciendum ſolutione præſenti, vel ſeruitio, ſi obligatus aliter ſoluere non poſſit: vt in hac lege præſcribitur. Cum ergo hæc ſit obligationis natura, non debet mutari ex perſona hæredis, in quẽ tranſit, ſed addicendus creditori eſt, ſi ſoluendo nõ ſit, aliàs mutabitur natura obligationis ex perſona hæredis.

3 Præterea probatur † quoniam lex, vel ſtatutum loquens in debitore, extenditur ad eius hæredem etiam quoad hoc, vt executio in eius perſonam & bonis fieri poſſit & in carcerem duci, argum. l. poſtulante. ff. ad Trebell. vbi ita notant Bart. Angel. Imola, Alex. nu. 6. & Pau. & recentiores. Roderi. in l. poſt rem. in 1. extẽſione ad leg. regi. ff. de re iudi. Ang. in l. j. nu. 4. ff. de his qui in teſta. delen. Ang. Alex. & laſ. nu. 33. in l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatisda. cogan. laſ. §. fuerat. nu. 61. Inſti. de actio. & ibi Gomeſius. nu. 14. Cannarius in tract. de execu. inſtrum. nu. 66. Soc. ꝓſ. 293. præſens cõſultatio. col. 2. nu. j. lib. 2. Alex. ꝓſi. 18. nu. 16. col. fi. lib. 5. & cõſi. 188. num. 2. lib. 2. & ꝓſ. 96. nu. 3. lib. 4. Ang. & Alex. in l. in ratione. 1. §. ſi filio. ff. ad l. Falc. & eſt cõis, vti teſtatur Gomeſius vbi ſupra, & Ferdinandus Vaſquius magni noſtri lureconſultus, qui pridem magna auctoritate in ſacro concilio Tridẽtino inuictiſſimi regis noſtri legatus interfuit, in tractatu de ſucceſſionum creatione parte j. lib. j. §. 6. nu. 39. Boer. deciſ. 10. nu. 2. Caſſan. in conſuetudinib. Burgundiæ, Rubr. 7. §. 13. verbo par benefice, nu. 13. & rubr. 11. titulo des cenſes, verſiculo contra le principal. nume. 2. Petrus Pechius in tract. de iur. ſiſtendi. c. 10. nu. 4. Capicius deciſ. 70. nu. j. Roma. in l. alia. §. eleganter. ff. ſol. matr. Ang. in l. creditores. C. de pig. argum. l. hæredem. ff. de reg. iur.

4 Mouẽtur † vltra ſupradicta: qm̃ debitor dicitur ille, a quo inuito debitum extorqueri poteſt. l. debitor. ff. de verb. ſig. ab hærede autem inuito exigi poteſt, ergo ſtatutum loquens de debitore, haud dubie comprehendet eius hæredem, & executari & in carcerem detrudi poterit haud aliter, quàm debitor ipſe, qui debitum contraxit. facit l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. Deinde clauſula guarentigia non ponitur ratione debitoris ſed fauore creditoris, vt citius recuperet debitum, ergo etiam ſi agat cõtra hæredem executari poteſt.

5 Quod † tñ intelligunt omnes, dummodo prius hæres citeẽ, & liquidetur, ꝙ eſt hæres: nam cum ipſe debitum non cõtraxerit, & tantum teneatur: quia hæres eſt, debet hæc qualitas prius conſtare, argum. l. oratione. §. j. ff. de feri. Vbi probatur, ꝙ hæredi eſt danda noua dilatio, licèt data fuerit defuncto, & quòd ſit liquidandum, ꝙ eſt hæres, notat Bald. in l. per diuerſas. q. 10. C. manda. Angel. in l. creditores. col. 5. C. de pignor. & in l. ex contractu. per bonum textum ibi. ff. de re iudi. vbi loquitur de executione ex ſententia Paul. col. j. Alex. col. 2. in l. poſtulante. ff. ad Treb. Alex. conſi. 188. viſo proceſſu. col. 2. verſi. ſed oporteat, libro 2. & ꝓſi. 96. num. 3. lib. 4. Aretin. conſi. 32. col. j. Felyn. in c. ex ratione. col. 2. de appellatio. Faber in l fi. C. de execu. rei iudica. Barba. conſi. 15. lib. j. Hippoly. ſig. 26. Saly. c. in l. per diuerſas. q. 14. C. manda. Soc. conſi. 103. lib. 3. Alcia. in l. 2. §. ex his. num. 9. ff. de verb. obligat. Roderi. in d. l. poſt rem. in prima extenſione ad legem regiam. col. 2. verſiculo hanc tamen. ff. de re iudi. Boerius deciſione decima, numero ſecundo. Capicius deciſione 70. numero primo. Socin. conſi. 120. numero decimo octauo, libro j.

Bald.

Source : BIU Cujas

Bal.in rep.l.tale pactum.§.qui prouocauit. quæſt.decima. ff. de pact.Imola in l.intra.ff.de re iudi.Ratio eſt:quia hæredi nō conſtat ſe debere.neque iudici ꝙ ſit hæres. Facit,quod ſcribit Innocent.in c.quia V.de iudic. Quod quando ius executiuum reſpectu rei poteſt fieri aduerſus ſingularem ſucceſſorem alienantis prius quàm exerceatur ius executiuum. Debet citari poſſeſſor, & conſtare ꝙ habuit cauſam ab eo, aduerſus quem poſſit fieri executio,quòd citauit Alex.conſi.188.colum.ſecunda, libro ſecundo.Roder.in d.loco.colum.tertia,vbi dicit,ꝙ ad hoc vt executio citius fiat, optimum eſt petere excutionem aduerſus Titium hæredem Sempronij,& offerre probationem incontinẽti,quòd ſit hæres.

6 Præterea, † quòd ſit liquidandum,quòd eſt hæres,probatur: quoniam licèt dicatur,ſi filius,ergo hæres, tamen filius non poteſt conueniri à creditoribus hæreditatis, niſi probent illum ſe immiſcuiſſe hæreditati.l.ei qui ſe.ff.de acqui.hęre.gl.in l.ſi cum dotem.§.tranſgrediamur.& ibi.DD. ff.ſol. mat.glo.in l.neceſſarijs.& ibi Bar.ff.de acquir. hæred. Bald. & Imola in l.ſi filius qui patri.ff.de vulg.& ibi Aretin.colum.prima.Bald.in l.ſecunda.C. ne filius pro patre. Abbas. c.quod nobis.qui filij ſint legi.& eſt communis,teſte Iaſ.in d.l.ei qui ſe.colum.prima, verſic.ſed prima.ff.de acquir.hæred.

7 Adeo† autem hæres debitoris capi poteſt,vt cum iure regio ſtatutum ſit,vt debitor fiſci detrudatur in carcerem, donec ſoluat,etiam ſi nominet bona in quibus fiat executio, & etiã ſi det fideiuſſorem de euictione, fideiuſſorẽ ſcilicet, quòd bona ſunt ſua,& valent ſummam, pro qua fit executio, vt ſtatuitur in l.8. titu.quarto,libro ſexto, ordinatio. hæc conſtitutio ſeruanda eſt etiam in hærede debitoris fiſci:nam detrudendus eſt in carcerem,etiamſi offerat idoneum fideiuſſorem,ita rectè definit Vaſquius in d.tract.de ſucceſſionum creatione, part. prima, libro primo.§.37.Cuius opinio pręter ſuperiora probatur:quoniam ratio,quare debitor fiſci detruditur in carcerem, etiamſi det fideiuſſorem de euictione, eſt fauor fiſci, non autem debitoris. Cùm autem, qui petit excutionem aduerſus hæredem, ſi fiſcus eodem iure aduerſus hæredem gaudebit,quo gaudet, & aduerſum debitorem,qui debitum contraxit: nam ex perſona hæredis,qui ſuccedit debitori,non perditur priuilegium competens aduerſus debitorem, etiam ſi hæres ſit priuilegiatus:vt ſcribit Roder.in l.poſt rem.in prima amplia. ad leg. regiam. colum.4. verſi prædicta. ff. de re iudi. optima.l.67. titu.ſexto.part.prima. l.ſecunda.§.ex his.ff.de verbo.obligat. Rurſus comprobat hanc ſententiã,ꝙ in caſibus in quibus debitor poteſt ex legis diſpoſitione capi a creditore propria auctoritate,quos enumerat Crotus in rep.l.nemo poteſt.ff.de leg.primo,nume.octauo, eadem auctoritate,& licentia poteſt, vbi aduerſus eius hæredẽ auctore Bartol.& DD.in d.l.poſtulante.per textum ibi. ff.ad Trebell. Abb.in c.fin. colum.prima, de arbit. notat Crotus in d. l.nemo poteſt. nu.nono. Vaſquius dicit communem in loco ſupra citato.nume.trigeſimoſexto,verſi.ſtant ergo,text.l.ſecunda.§.ex his.ff.de verbo.obliga.& quia hæres & defunctus vna & eadem perſona reputantur, & lex loquens de debitore comprehendit hæredem.l.non erit.§.dato.ff.de iureiur. Ergo cum ex hac lege permittatur creditori habere in ſua poteſtate debitorem inopem,eodem modo poterit habere eius hæredem, ſi ſoluendo non ſit.Rurſus adeo in hæredem etiam executio rigide fieri poteſt,vt ſi ſtatuto caueatur, vt condemnatus, aduerſus quem fit executio,teneatur ſoluere decimam iudici, certè ſi fit executio contra hæredem,tenetur ſoluere decimam ſicut debitor.ita docuit prouidenter Vaſquius d.§.ſexto,numero quinquageſimoſecundo,verſiculo ſed hæc doctrina aduerſus Bald in l. prima, verſiculo pone ſtatutum.C.de execu.rei iudica.Deci.in l.hæredem.nume.ſecundo.ff.de regu.iuris, quibus adde Socin. conſil. 293.numero ſecundo,verſi.confirmatur. libro ſecundo. Alex. l. poſtulante. numero ſeptimo. Vnde infert Vaſquius, ꝙ cum iure regio decima detur in aliquibus regionibus alguazelo executanti debitorem, quòd eadem decima dabitur: cum executionem facit aduerſus hæredem . Mihi hæc illatio magnopere placet: nam decima datur alguazelo propter laborem executionis,eundem autem laborem ſuſtinet,cum executat hęredẽ, quem cum executat debitorem:cum autem labor par ſit, par debet eſſe præmium,præſertim cum hæres ſit debitor, & lex regia prima,ſecunda,tertia,& quarta,& l.fin.titu.fi.lib.quinto,ordin.& l.22.titulo de los alguazil libr.quinto, ordina. Loquitur de executione,quæ fit in bonis debitoris, & hæres non ſoluens elapſo termino culpa dignus eſt.

8 Quod † autem attinet ad deciſionem Bal,in l.2.C.de execu. rei iudi. ſupra relatam, quam ſequuntur Decius & Socinus, & Alex.fundamentum earum eſt, ꝙ ſtatutum loquitur de condemnato, & hæres non fuit condemnatus: ſed eſt hæres condemnati. ſed certè niſi mens ſtatuti aliud dictaret, ego potius Vaſquij iudicium probarem, ſi decima datur iudici propter laborem executionis:cum enim par ſit labor, cum executat hæredem, par debet eſſe præmium. Immo eſt maior labor: cum executat hæredem: nam ipſum condemnatum poſſet executare abſque alia liquidatione: quia continetur in proceſſu, & ſententia condemnatoria loquitur cum eo. At cum eſt executandus hæres,debet liquidare,quòd eſt hæres,& alia dicta ſupra nu.decimoquarto. Item in caſu ſtatuti ſupra dicti decima non videtur dari iudici propter condemnationem ſed propter executionem,& ſic licèt hæres non fuerit condemnatus,ſufficit ꝙ executio fit aduerſus eum.

9 Præterea † adeo iuri conforme eſt, hæredem eodem modo cogi ad ſolutionem, quo defunctũ, vt etiamſi ſtatutum dicat: vt inſtrumentum mandetur executioni aduerſus debitorẽ ſcriptum in inſtrumento,adhuc executandus eſt hæres;nam hæres & defunctus eadem perſona reputantur,vt in Auth.de iureiur. à moriente præſtito.§. primo. & ex mente & vniformi ratione ſtatuti hæres comprehenditur,vt in l.non erit.§.dato.ff.de iureiuran.Ita docent Pau.Imola.Ang.& Alex. in l.poſtulante.ff.ad Trebell.Alex.conſi.18.nume.16.col.pen.lib.Socin.conſi.293. colum.2. lib.ſecundo. Caſſan. in conſuet.Burgun.Rub.7.§.13. titulo des ſucceſſions. verbo par benefice,nume.14.Decius in l.hæredem.nume.quarto.ff.de reg.iur.Bald.in l.prima.C.quorũ lega.per textum ibi iuncta gloſa in verbo hæredi ſcripto. Vaſquius dicit commuuem ubi ſupra num.42.Et eſt bonus textus in lege ex contractu.ff.de re iudi. vbi ius exequendi trãſit aduerſus hæredem:quia licèt non ſit litigatum cum eo, non reputatur noua perſona:quia hæres & defunctus eadem perſona cenſentur,& hoc apud nos eſt manifeſtius: quia ſemper debitores promittunt pro ſe & pro ſuis hæredibus,vt notat Rodericus in repetitione. l.poſt rem. in prima ampliatione ad legem regiã. col.2.ff.de re iudicata.

10 Deinde † adeo hæres capi poteſt,ſicut defunctus: vt etiam ſi debitor defunctus capi poſſet propria auctoritate non ex lege, ſed ex pacto,certe vis pacti extenditur ad hæredem, & capi poteſt ſicut defunctus,non minus,quàm ſi captura illa proueniret ex lege vel ſtatuto.Ita nouiſſime docuit Vaſquius.d.parte.lib.j. §.ſexto, numero trigeſimoſexto, verſi. vnde in iudicando, vbi dicit, quòd ita conſuleret & iudicaret.

11 Monetur: quoniam hęres & defunctus vna & eadem perſona cenſentur. Et ſtatuta in debitoribus extenduntur ad eorum hæredes,vt apparet ex ſuperioribus.l poſtulante. ff.ad Trebell. in verbo hæredi ſcripto.l.ſecunda.§.ex his.ff.de verbo.obligat. vbi probatur, ꝙ qualitas obligationis non immutatur ex perſona hæredis. Deinde adducit, ꝙ non eſt maior ratio in hęrede debitoris,qui capi poteſt ex lege, vel ſtatuto, quàm in hærede eius,qui capi poteſt ex pacto. Contrariam tamen ſententiam, immo ꝙ non poſſit capi hæres eius, qui non ex lege ſed ex pacto capi poteſt,probat Bar.in l.ſi deceſſerit.ff.qui ſatiſda.cogan. & ibi Paul. Alexand.& Iaſ.colum.3. numero 15. verſic. quinto modo.Bal.& Alex.in l.poſtulante.ff.adTrebel.Ang.in l.prima. C.qui bon.ced.poſſ.Alex.conſi.decimooctauo,nume.16.lib.5. & fatetur eſſe communem Vaſquius d.nume.36. verſicu. ſtant ergo duæ communes.Caſſan.in conſuetudin. Burgun. Rubr.7. §.13.titulo des ſucceſſions. verbo par benefice,nume.14.verſiculo contrarium. Mouentur ex textu in dic. l.ſi deceſſerit. & quoniam pactum, vt debitor capi poſſit, videtur perſonale,& licentia vt ſeſe capiant, non debet ligare hæredes. l.vna. §. ne autem.C.de eadu.tollen.

12 Mihi † videtur diſtinguendum, aut enim debitor qui paciſcitur in inſtrumento vt poſſit capi,non poterat capi de iure cõmuni; quia prohibitum eſt quenquam capi pro debito niſi ex cauſa iudicati,dixi.cap.primo nume.57.& Certè licèt ipſe aliter paciſcatur,hoc non debet extendi ad hæredem: quoniam hoc pactum eſt perſonale,& licèt perſona aduerſus iuris diſpoſitionem patiatur, ſe capi, hoc cum perſonale ſit, non tranſit ad hæredes: nemo enim ab eis abſtulit beneficium iure communi debitoribus conceſſum.

His accedit, ꝙ pactum, vt debitor capiatur non ſeruato iuris ordine,non valet: ut docui.c.j.nu.38.neque enim iuris ordo pactis priuatorum ſubuerti poteſt, vt ibi dico.

13 Prætetea Vaſquius loquitur † quando pactum factum fuit non ſolum vt debitor capiatur, verùm etiam : vt capiatur propria creditoris auctoritate, hoc autem pactum nõ valet etiam quoad perſonam paciſcentis, etiamſi ſit iuratum, quoniam captura eſt meri imperij, & quæ ſunt meri imperij, non poſſunt dari pactis priuatorum,qua ratione tale pactũ non valere poſt alios docui,c.j. nu.36. & vnus ex his qui hanc opinionem probant,etiam ſi pactum ſit iuratum, eſt ipſe Vaſquius in loco quẽ citaui d.c.primo,num.35.adducit enim prudenter, ꝙ ex tali pacto, ſi validum eſſet, oriretur ſeditio & rixa. Inter Chriſtianos autem pace & concordia nihil debet eſſe cõmẽdabilius.Quare cum pactum hoc ſit odioſum,& in ipſo debitore ſe obligãte reprobatum,veriſſimum eſt,tale pactũ non ligare hæredem, ſiue pactum fiat, vt capi debitor poſſit propria auctoritate, ſiue vt ducatur in carcerem.Neq; obſtat,ſi quis obijciat,redde rõnem differentiæ,quare ſi debitor capi poteſt ex lege,poteſt capi eius hæres,& non quando debitor ex pacto ſolùm capi poteſt non ex lege Mihi magna videtur eſſe ratio differentiæ;nam cum ex

Source : BIU Cujas

lege conceditur captura debitoris,hæres non grauatur: nam ſi capiatur,patitur quod omnes debitores patiuntur: ipſe autem debitor eſt.At cum capitur ex pacto defuncti, & quæri poteſt, ſe aduerſus iuris diſpoſitionem capi, neq; obſtare pactum debitoris:quoniam id perſonale fuit,& licèt debitor renunciauerit ſuo iuri, id non tollit ius ipſi hæredi & omnibus debitoribus conceſſum ex lege, ne capiantur non facta excuſſione & non conſtito de debito. Si tamen debitor qui fecit pactum vt caperetur promiſit, rem iure ſtatutario vel communi conceſſam, & tunc hæres capi poterit non ex vi pacti,ſed ex vi legis,ſit exẽplum.Titus promittit in inſtrumento guarentigio ſe ſoluturũ centum intra decem menſes & ꝙ ſi non ſoluat elapſo termino conijciatur in carcerem,niſi det fideiuſſorem de euictione, certe etiam hæres conijci poterit:quoniam lex regia dictat, vt omnis debens ex inſtrumento guarentigio conijciatur in carcerem,niſi fideiuſſorẽ dederit,& potius capitur ex lege, quàm ex pacto,ſi non det fideiuſſorem. Cum ergo hæres detrudatur in carcerem,& pœna carceris habeat locum aduerſus eũ,multo magis habebit locum diſpoſitio huius legis, quæ a carcere liberat. Quid tamen ſi ſtatutum loquitur in perſonam, puta vt executio fiat aduerſus eum,qui contraxit, an poſſit fieri aduerſus hæredem in caſibus,in quibus de iure cõmuni captura non admittitur.Angel.quòd non in dicta l.poſtulante. Socin. conſi. 120.numero decimooctauo,libro primo. Bar. in d.l.ſi deceſſerit. Sed redeundo ad principalem quæſtionem.Equidem contraria ſententia ſua etiam habet fundamenta,quę bonũ virum nonnũquam ambigere facient.Ergo omiſſa diſputatione, quę videntur manifeſtiora breuiter diſtinguendo proponam. Diſtingue igitur,aut hæres ſuccedit debitori nõdum addicto creditori, aut ſuccedit debitori, qui iam creditori addictus & traditus fuerat.

15 Primò caſu †illud eſt expeditum, ꝙ hæres intra nouem dies a morte defuncti non poteſt executari, neq; inquietari,& per conſequens neque addictio eius peti poteſt,textus eſt in Auth. vt cum de appellatione cognoſcitur.§. meminimus. colum.§. regia.l.13.titu.nono,par.ſeptima.Facit textus in l.ſecunda.§ pe. ff.de in ius vocan.Et cum textus.in d.§.meminimus.dicat, hæredes propinquos,affines & fideiuſſores defuncti non inquietandos,vetat haud dubie executionem, quæ nullus eſt inquietandi modus vehementior. Ita Bartolus in l.fina. §. donec. C.de iure deliberandi. notat Rodericus in repetitione ad l. poſt rem. in nona limitatione ad legem regiam. ff. de re iudica. Et vide eundem in dicta repetitione, in quinta ampliatione ad legem regiam.

Poſt ñouem autem dies diſtinguendum, eſt aut enim debitor mortuus bona relinquit, aut non: Primo caſu, aut hæres fecit inuentarium, & abſque dubio diſpoſitio huius legis non habet locum aduerſus eum,ſi facultates defuncti non ſufficiũt ad ſolutionem.

16 Quoniam † hæres non tenetur,niſi quatenus eſt in inuentario.l.fin.§ primo. C. de iure deliber. & ſic cum ſupra id deficiat obligatio aduerſus eum,nullo iure capi poteſt: quoniam obligatus non eſt,ita docet Salyc.in l.fin.§.in computatione.nu.22. ad finem de iure deliber.& Alex.in d.l.fin.§.& ſi præfatam.numero vndecimo,colum.pen.& ibi.laſ.num.duodecimo. Alex. in l.poſtulante.colum ſecunda.nume.4.ff.ad Trebel.Bal.conſi. 380.lib.2.Socin.conſi.120.nume.18.lib.j.Bart.in d.§ in computatione.nume.octauo,prope finem.Imola in d.l.poſtulante.& in l.4.§.ſi prætor.ff.de dam.infec.Beroyus quæſt. 57. col.2. & 3. Bald.ead.l.§.& ſi prefatam.colum.2.numero tertio.Quæ nota: quoniam plures ex his dicunt ſimpliciter inſtrumentum non poſſe executari aduerſus hæredem qui fecit inuentarium.

17 Intelligendum †enim vt non poſſit executari capiendo vel detinendo perſonam poſtquam oſtendit inuẽtarium, & offert bona ibi cõtenta,vel conſtat ex eo debitum eſſe vltra vires hęreditarias,ne ſtatutum ſibi abſq; cauſa ſit nociuum, & auferat ab eo plus quàm ex hæreditate conſecutus eſt. Et ita intelligit expreſſe Salyc. di.nume.vigeſimoſecundo,ad finem,vt ſcilicet non poſſit executari vltra vires hæreditarias, & omnes ita ſentiunt:vt apparet ex gloſa & ratione,quam citant, ſcilicet ꝙ ſtatutum intelligi debet iuxta ius commune,quando aliter intellectum pareret damnum tertio,& auferret ab eo ius ſuũ. Quare dicunt doctores, ꝙ ſi dictet ſtatutum, vt inſtrumentũ,quod poteſt executari aduerſus debitorem poſſit executari aduerſus hæredem,intelligitur,niſi hæres fecerit inuẽtarium,& vires hæreditatis non patiantur.Non tamen negant,quin poſſit executari, & duci in carcerem, quouſque oſtendat inuentariũ.Nam ſi illud oſtendat,& offerat bona,relaxandus eſt è carcere,vt notat Baldus in dicto §.& ſi præfatam.nume.tertio. & ibi. Corne. ſecus ſi abſcondit.Socin.in d.conſilio 120.nume.decimooctauo. libro primo, ſi non oſtendat, capietur ex ſua contumacia. Bald.dicto numero tertio.Beroy.quęſt.57.colum.3.quouſque oſtendat, idem ſi abſcondit bona contenta in inuentario:reperio tamen quod Beroyus d. quæſt.quinquageſimaſeptima,contendit ſimpliciter via ordinaria agendum aduerſus hæredem, qui fecit inuentarium, non verò executiuè: Citat doctores in d.lege fina.C.de iure deliberandi. Sed certè lapſus memoria videtur:nam doctores dicunt, quòd non poteſt executari,quando fecit inuentarium, & bona non ſufficiunt. Et ita intellexit Soci. d.conſilio 120,numero decimooctauo, libro primo.Bal. in d §.& ſi præfatam.poſt Saly.d.nume.vigeſimoſecũdo.Aliàs rariſſime fiet executio aduerſus hæredem: cum rariſſimi ſint, qui inuentarium non conficiant, & præſertim fiet executio: cum in termino decem dierum, quod datur, vt executatus ſe opponat executioni, poſſit debitor oſtendere inuentariũ, pro quo eſt præſumptio,& probare bona hæreditaria nõ ſufficere: & reperio, quòd Ferdinandus Vaſquius in prima parte de ſucceſſio.creatio.lib.primo.§.ſexto,num.quadrageſimoſexto,ſcribit,ſe in vſu forenſi ſępiſſime reſpondiſſe in caſu magis dubio, ſcilicet quando debitum, pro quo hæres conuenitur, debetur fiſco;nam in fiſco id priuilegium eſt,vt quiuis debitor aliàs immunis à carcere,debet ſtare in carcere, vt dico. c.de nobili. dicit tamen Vaſquius, ꝙ hæres debitoris fiſcalis ſi fecit inuentarium,non debet eſſe in vinculis,dum liquidantur vires hæreditatis.Itaque non negat executiue procedendum:ſed negat hęredem oſtendentem inuentarium detinendũ in vinculis, neq; capiendum,ſi offerat bona:nam ſolum eſt debitor reſpectu illorum bonorum, & ſi ea offerat, etiam ſi non offerat pecuniã, non poteſt capi:quia ſatisfacit offerendo ipſas res hæreditarias, vt in d.l.fin.§.etſi præfatam.Et ꝙ non ſit capienda perſona,notat Salyc.in d.l.fi.nume.vigeſimotertio. Bald.§. & ſi præfatam. numero tertio,& ibi.Cornel.Alex.in l.poſtulante.nume.quarto.Beroy.quæſt.57.nume.fi.Socin conſi.120.numero decimooctauo,libro primo.Quod confirmatur:quoniam hæres faciẽs inuentarium videtur reſpectu creditorum eſſe quidam depoſitarius,qui reddendo bona liberatur,& improprie eſt hæres, vt notat Caſſan.in conſi.Burg.Rub.10.§. primo, verbo. ſon heritage,num.primo. Facit, quod dico infra de actione iurium debente.ver.quod confirmatur.num.5.Sed ad rem, cum debitor non teneatur vltra vires hæreditarias,non eſt, ꝙ pro debito ſupra vires hæreditarias petatur addici creditori:cum debitor ſupra vires hęreditarias non ſit. Quinimmo non ſolum poſt factum inuentarium,verùm neque intra tempus conficiendi inuentarij hæres executari poteſt,neque conueniri,neq; vllo modo inquietari,textus eſt in l.fi.§.donec.C.de iure delibe. Immo neque ſententia aduerſus defunctum lata poteſt intra dictum tempus aduerſus hæredem executioni mandari, vt ibi probat textus,quem Bar.notat ibi, & dicit, ꝙ ex eius diſpoſitione practicatur quotidie,ꝙ executio inſtrumenti non fit aduerſus hæredem intra tempus cõficiendi inuentarium: quod Rodericus dicit eſſe perpetua memoria dignum ĩ repetitione. l.poſt rem. in prima ampliatione:ad legem regiam.colum.quarta,verſiculo aduerte tamen. Et dicit id procedere, etiam ſi hæreditas ſit locupletiſſima,ex ſententia Baldi,qui dictum.§.donec.extẽdit etiam in hunc caſum:quoniam lex id videtur concedere propter occupationes hæredis. Et ꝙ hæres neque executari,neque conueniri poſſit intra tempus conficiendi inuentarij. Et quòd inſtrumenta non ſint intra illud tempus executioni mandanda,notat Iaſ. in d.l.fin.§. donec. Boerius deciſione decima, numero tertio.Rebuffus in regias conſtitutiones,fol.194. numero 74.Caſſan.in conſuetudinibus Burgundiæ. Rubr.7. §.13. in verbo par benefice,numero decimotertio,vbi dicit, hoc quotidie practicari. Vitalis Camban. in tractatu clauſularum, in clauſula nil nouari cõfectione inuentarij pendẽte,col.j Immo hæc exceptio,ꝙ hæres eſt intra tempus cõficiendi inuentariũ, impedit litis ingreſſum, vt notatur in deciſione Tholoſana. 321. & intellige vt ibi in additione, & vide Caſſa. vbi ſupra numero 11.verv.quæ autem.in fi.laſ.in l.fi.§.licentia. nume. ſeptimo,col.fi.C.de iure deliberandi.

18 Ex his apparet,hæredem † non capiendum,neq; inquietandum.Et per conſequens non addicendum intra tempus conficiendi inuentarij,neque poſt confectum inuentarium, ſi bona hæreditaria nõ ſufficiant: non enim in plus tenetus:neque pro debitis defuncti poteſt duci in carcerem, niſi fortè abſcondat bona contenta in inuentario:tunc enim ex propria culpa capi poterit,vt notant Bald.in l.fin.§.& ſi præfatam. nume.tertio,& ibi quoq; Corneus.C.de iure delibe.quod comprobatur ex his quæ dico c.de nobili. nu.6.& nu.126.& c.de debitore rõne rei, nu.10.Sed veniamus ad ſecundum caput primi membri diſtinctionis,ſcilicet quando defunctus bona reliquit, & hæres non fecit inuentatium, an tunc ſit addicendus creditori, ſi non ſit ſoluendo.Et diſtinguendum eſt, aut enim defunctus obligatus erat ad aliquod factum perſonale perſonæ cohærens, & certe ratione facti non præſtiti hæres non poteſt conijci in carcerem, vt notant Bart.& Ang & Iaſ.numero 13. in l.ſi deceſſerit. per textum ibi.ff.qui ſatisda.cogan.Si autem defunctus non ad factum ſed ad pecuniam, vel quid ſimile præſtandum obligatus erat;& certè hæres ſi non confecit inuentariũ, & ſoluendo non eſt:debet addici creditori,etiam ſi excedãtur vires hæreditariæ ex oĩbus iuribus allegatis ſupra in fauorẽ partis affirmatiuæ:

Source : BIU Cujas

tiuæ: nam hæres pro debito defuncti capi & in carcerem deduci potest, & si non fecit inuentarium, præsumitur surripuisse bona defuncti, & tenetur vltra vires hæreditarias. ut in Auth. de heredibus & falcidia. §. sancimus. & non admittitur ad cessionem bonorum, vt notat Bald. in l. j. nu. 5. C. qui bon. cede. poss. & in l. fi. C. de iure delib. Ias. in §. fi. num. 8. insti. de actio. Socin. regula 46. fallentia 10. gl. in l. prima. C. de cessio. bono. Malitiosus enim debitor non liberatur cedendo bonis l. fin. §. fi. quæ in fraud. credi. & ibi Bald. & Angel. & dicam infra capite de malitioso debitore. Hic ergo hæres addicetur creditori † nam & de 19
iure cõmuni sibi denegatur beneficium cessionis bonorum, satis autem denegatur, dum adijcitur creditori, & satis videtur puniri eius culpa: nam addictio habetur pro pœna corporali, vt dixi c. 2. & 3. & debitor ex delicto tradendus est creditori, si soluendo non sit: vt dico infra capite de debitore ex delicto. Item quãuis doctores dicant, huic non concedendum beneficium cessionis, sed quòd debet esse in carcere. Loquuntur de iure cõmuni, quo non admittebatur, debitorem seruire creditori. At cum hoc admittatur iure regio, & traditus in seruitium censeatur captus, satis dici potest esse in carcere: cum sit in potestate creditoris, & sequatur eius voluntatẽ, ideo dimitti debet è carcere: item licèt maius crimen commississet, esset addicẽdus creditori, vt reficeret damnum, non verò detinendus in carcere. Quinimmo iure ciuili cũ denegatur beneficium cessionis, non intelligitur, ꝙ debitor debet mori in carcere, vt docet Ripa in 22
l. obligatione. nu. 30. ff. de pignori. Sed illud non omittendum, ꝙ si hæres, qui non confecit inuentarium, vir sit vitæ sanctimonia præstans, non tenetur vltra vires hæreditarias: quia cessat suspicio, quòd surripuit bona, ita Socin. in tracta. fallentia. reg. 170. facit. c. cum ex iniuncto. de noui oper. nuncia. Sed contra sentit Barba. in rubr. ff. de acquir. hæred. & in rep. c. Raynaldus. col. 53. limita. 12. de testa. Deinde rem tetigit Tiraquel. de mode. pẽn. cap. 51. nume. 113. & in medio relinquit. Ego nihil definio, tantum virtuti plurimũ tribuo. Nunc tractemus de secunda parte distinctionis, scilicet quando defunctus nulla reliquit 23
bona, & heredem instituit: nam hoc etiam inopi licet, ut in l. hęreditas. ff. de pet. hæredi. & hæres inuentarium non confecit, & soluendo non est. An sit addicendus creditori: nam si inuentarium fecisset, res esset satis manifesta. Profectò durissimũ videtur, vt hæres, qui ne obulum quidem accepit à defuncto, non solum cogatur propria bona vendere ad soluẽdum debita defuncti, verùm etiam: vt eius persona ratione debiti alieni cogatur seruire: cum ne in nummum quidem vnum successerit defuncto, qui debitum contraxit, & pecuniam in suos vsus cõuertit. Hæc res palam est absurda & ex diametro pugnat cum ęquitate, ideo non admittenda: plura enim reijciunt eruditi, non ꝙ aduersentur iuri scripto, sed ꝙ absurda sunt & ab ęquitate aliena. l. nam absurdum. ff. de bonis liberto. Rursus præstat hic ęquitatis argumentum, quod docui cap. præcedenti, fideiussorem inopem obligatum pro debito alieno non esse addicendũ creditori: hic autẽ loquimur de hærede obligato pro debito alieno sicuti fideiussor, & cum loquamur in casu, in quo nulla pecunia ad eum ex hæreditate peruenit. Aequissimum est, vt iudicemus quod in fideiussore ex eadem ratione. Præterea facit, qđ pluribus argumentis docui. cap. quarto, ꝙ ille, qui absq; culpa sua amittit bona, non est addicendus creditori: hic autem loquimur in hærede, qui nihil ex hæreditate consecutus amissit, & consumpsit omnes fortunas suas in soluendo credita defuncti, cui in nihil successit præter inane hæredis nomen, soluit autem: quia non fecit inuentarium.

20 Neque † obijciat quisquam, quòd non feciſſe inuentarium, est culpa; quoniam cum nihil est, quòd in inuentarium redigatur, inuentarium faciendum non est: cuius enim rei fiat inuentarium, si nihil est. Sic dicimus, quòd licèt tutor sub grauibus pœnis teneatur facere inuentarium, vt in l. tutor qui repertorium. ff. de adminiſt. tuto. Id non habet locum, quando maior esset expensa conficiendi inuentarium, quàm res in inuentarium redigenda. Ita docet Bartol. in l. mediterraneæ. C. de ann. & tribut. lib. 11. & dixi in tractatu meo de decim. tutoris. cap. 2. nume. 48.

21 Ex † quo infero, quòd licèt hæres non conficiens inuentarium teneatur vltra vires hæreditarias; vt in l. fin. §. sin verò post quam. C. de iure deliber. & teneatur creditoribus satisfacere insolidum, id non habet locum, quando nihil erat, ꝙ in inuentarium redigeretur, neque defunctus quidquam reliquit præter ęs alienum. Cuius enim rei fiat inuentarium: cum nihil sit, & non entis non sint qualitates, vt in l. eius qui in prouincia. ff. si cer. peta. Quæ opinio ęquissima videtur, & probatur, quoniam l. fin. §. & si præfatam dicit, quòd non conficiens inuentarium tenetur vltra vires hæreditarias, ergo supponit, ꝙ aliquę erant vires hæreditariæ. Neque obstat, quòd Alexand. ibi numero 4. Ias. nume. secundo, dicunt, quòd hæres eius, qui cessit bonis, tenetur vltra vires hæreditarias, si non facit inuentarium. Nam ei qui cedit bonis vestes relinquuntur, quæ ad hæredes transeunt, & si sic sunt aliquę vires hæreditariæ, vel intelligẽdi sunt, quando debitor post cessionem bona adquisiuit, vide infra numero seq. numero vigesimoquarto, vbi dico eorum opinionem esse falsam. His ita definitis, quid iudicandum in secunda parte quæstionis principalis, Scilicet an hæres eius qui iam erat in creditoris potestate teneatur seruire pro eo, si aliàs soluendo ex proprijs bonis non sit & inuentarium non confecit. Supponendum autem, quòd is, qui nulla relinquit bona, potest testari, & hæredem instituere. l. hæreditas. ff. de peti. hæredi. nam testamentum est declaratio eius, quod quis post mortem suam fieri vult, plurima autem sunt quæ hominem significare oportet in vltimo vitæ actu, etiã si nulla relinquat bona. His suppositis, vt res exemplo sit dilucidior, finge debitorem addictum esse creditori, vt seruiat per quadriennium, mortuus autem est post biennium instituto hærede, qui inuentarium non confecit, creditor autem petit, vt hæres, qui etiam inops est, seruiat per reliquum biennium, quid iuris. Mouet quæstionem, quòd cum debitor iussus sit seruire per quadriennium, vt satisfaciat creditæ summæ. & solum per biennium seruierit, mortuus est, antequam debito satisfaceret, & tempore mortis debitor erat, si ergo erat debitor, videtur obligationem seruiẽdi pro reliquo biennio transire ad hæredem; nam actiones ab hæredibus & ꝫ hæredes incipiunt, vt in l. vna. C. vt actiones ab hæredibus & ꝫ hæredes incipiunt, & defunctus adhuc debebat pecuniam & in locum eius operas & seruitium.

22 Sed † tamen in hac specie ego iudicarem, hæredem non teneri seruire creditori. Primò: quoniam hæres eius, qui bonis cessit, etiamsi non faciat inuentarium, non tenetur vltra vires hæreditarias, auctore Alexand. in l. fin. §. & si præfatam. colum. prima, nume. quarto, versiculo alius est casus. C. de iure deliber. Bald. in l. fina. ff. de cessio. bono. Sed hoc argumentum tutum non est. Primò quoniam dubium est, an hæres debitoris, qui bonis cessit, teneatur vltra vires hæreditarias, & quòd teneatur vltra vires hæreditarias, probat Ias. in d. §. & si præfatam. num. 2. versic. secundò limita, & ibi Alex. num. 4.

23 Mouetur † quoniam ratio, ex qua Bald. in d. l. fin. ff. de cessio. bono. docet, hæredem eius, qui bonis cessit, non teneri vltra vires hæreditarias est; quoniam hæres subrogatur in locum defuncti, defunctus autem non tenebatur: quia qui cedit bonis non tenetur, quousque pinguiorem nanciscatur fortunam. §. fin. insti. de actionibus, ergo neque hæres tenebitur, argumẽto. l. sciendum. ff. de in integ. resti. etiam si non fecerit inuentariũ. Sed hæc ratio scrupulum habet, ꝙ huiusmodi priuilegium non transit ad hæredem, sed est mere personale l. sciendum. ff. de re iud. l. maritum. cum lege sequenti. ff. solu. matrim. Qua ratione aduersus Baldum pronuntiant Alexand. & Ias. in locis supracitatis. sed respondẽ, quòd illę leges loquuntur in his, qui non tenentur vltra, quàm facere possunt: debitor autem, qui post cessionem aliqua adquirit, non tenetur vltra, quàm facere potest. l. is qui bonis. ff. de cessio. bono. Si tamen nihil adquirit, nullo modo cõueniri potest, & vis obligationis silet: cum autem debitor conueniri non possit, & obligatio sit suspensa, certè cum eadem qualitate transit aduersus hæredem, ergo hæres non tenetur. Quare opinio Baldi non videtur aliena a veritate, & cõfirmatur: quoniam hæres non conficiens inuentarium, ideo tenetur vltra vires hęreditarias: quoniam est aduersus eum prę sumptio iuris & de iure, quòd res surripuit, & quòd non fecit inuentarium, ne furtum suum detegeretur: hic autem loquimur in hærede eius, qui bonis cessit, cessisse autem bonis probatio efficax est, quæ euincit cedentem bonis carere, vt notant Canonistæ in c. Odoardus. per illum textum, de solutio. Ias. in l. si constante. numero 148. ff. solu. matrimon. Parisius consilio octuagesimo, numero 48. libro primo. Raphael Comensis in l. decem. ff. de verborum obligatio. & ibi. Claudius numero decimo. Aufrerius in additione capellæ Tholosanæ 196. Sed huic argumento respondẽri potest, quòd licèt bonis cessisse sit efficax probatio, quòd cedens caret bonis, intelligitur pro tempore, quo cedit: nam potest post cessionem benigniorẽ experiri fortunam. Nam si nõ acquisisset noua bona, opinio Baldi est verior, vt infra dicam, præsertim si cessit bonis in fauorem creditoris, qui agit aduersus hæredem: nam tunc cum ex eius confessione constet fuisse inopem, audiendus est hæres, dicens defunctum nulla reliquisse bona. Etiam si non fecerit inuentarium, neque ei obstat præsumptio, quæ est aduersus non conficientem inuentarium: quoniam ea tollitur partis confessione, vt infra dico nu. 26. Sed adhuc opinio Baldi videtur confirmari ex ratione, quam ipse adducit, scilicet.

24 Quoniam † de acquisitis post cessionem non tenetur debitor satisfacere, nisi in quantum facere potest. l. is qui bonis. ff. de cessio. bono. ergo neque hæres eius, argumento. l. sciendum. ff. de in integ. restitu. sed huic argumento respondent Alex. & Ias. in dic. §. & si præfatam. ꝙ priuilegium, ne quis conueniatur vltra, q̃ facere possit, non transit ad hæredem, sed est personale. l. maritum. cum l. seq. ff. solu. matrimo. l. sciẽdum. ff. de re iudi. Deinde respondẽri potest, quòd debitori, qui bonis cessit, conceditur id priuilegium.

Source : BIU Cujas

25 Quoniam † fortunæ acerbitatem expertus eſt, cum bonis ceſſit, & ſi quod poſtea adquirit, aufertur illi à creditoribus in ſolidum non deducto quod ad alimenta eſt neceſſarium. Adigeretur ad mortem & vitam cõſeruare nullo modo poſſet. Ideo de poſtea adquiſitis non tenetur ſatis facere, niſi in quantum facere poteſt. Hæc autem æquitas nõ viget in perſonam hæredis: nam neque miſerabile ceſſionis bonorũ remedium paſſus eſt: neq; eget forſan alimentis: nam ſi non de hæreditate, forte ex ſua re dives eſt, ideo licèt defunctus non poſſet cõueniri in plus quam facere poſſet, ipſe conueniri poſſe vr, ſi inuẽtarium non confecit. Sed certè quidquid de iure ciuili verius ſit: & etiam ſi opinio Baldi verior eſſet, vt eſt re vera, qñ debitor nihil adquiſiuit poſt ceſſionem, nihil facit ad noſtrum caſum: nam iure noſtro Hiſpanico debitor non liberatur ceſſione bonorum, neq; ceſſionis bonorum beneficium apud nos in vſu eſt. Ideo non licet ita arguere debitor, qui ceſſit bonis, non tenebat, ergo neq; eius hæres; namq; apud nos debitor, qui ſoluendo non eſt, tenetur ſeruire creditori, & operis, vel ſeruitio ſatisfacere, ideo argumentum poteſt in ꝓrium retorqueri debitor inops non liberatur cedendo bonis, ergo neq; eius hæres. Ideo omiſſo hoc telo, quæramus aliud, quo hæredẽ inopem a creditore defendamus.

26 Illud † autem occurrit, ꝙ hæres non conficiens inuẽtarium ideo tenetur vltra vires hæreditarias, quoniam aduerſus eũ eſt præſumptio iuris & de iure, ꝙ occultauerit bona, vt in auth. de hæredibus & falcidia. §. ſancimus. hæc autem præſumptio tollitur confeſſione partis. glo. & DD. in auth. ſed iam neceſſe. C. de donatio. ante. nup. quare ſi creditoris, vel legatarij confiteãtur, defunctum nulla alia reliquiſſe bona, quàm ea, quę hęres dicit. certè hæres non tenetur vltra vires hæreditarias, etiam ſi inuentarium non confecerit. Ita notat Bal. in l. filium quem habentẽ. col. ante pe. C. famil. erciſ. Alex. in d. l. fi. §. & ſi præfatam. col. j. nu 3. Iaſ nu. 2. C. de iure delib. Paul in l. in ratione. j §. quod vulgò. ff. ad leg. Falcid. Cępola cautela 22. & ſequenti. Creditor autem cui debitor defunctus additus fuit, cum petijt a iudice, vt illum ſibi addiceret, haud dubie contendit illum inopem eſſe, neque habere bona: nam ſi bona haberet, vtiq; ſibi non traderetur; cum autẽ ipſe in iudicio affirmauerit, illum inopem eſſe, & hoc titulo illum habeat in poteſtate ſua, certe cum hæres dicit, defunctus nulla bona relinquit, dicit idem quod creditor dixerat, cum petijt debitorem ſibi addici. Neq; obijciat quiſpiã, forſan poſt addictionem aliquid adquiſiuit. Nam ſi opifex erat, quotidianum quæſtum redit creditori. Si opifex non erat, ſed tantũ creditori obſequiales operas præſtabat, certe ex his operis pecuniam, nullã quærit, ſed tantùm ſatisfacit paulatim ſummæ quam creditori debet. His congruit, ꝙ ſupra docui nu. 20. ꝙ tunc demum non conficiens inuentarium conuenitur vltra vires hæreditarias, quando in hæreditate remanſerunt aliqua bona, certè ſi nulla remanſerunt; nam tunc non eſt res, de qua fieri poſſit inuentarium, vide quę ibi dixi.

27 Deinde † hæc opinio ꝓbatur efficaciter; qñ lex faciens mentionem de operis ab aliquo præſtãdis, cum ſit odioſa, nõ extenditur ad eius hæredes. Ita docent Alex. & Iaſ. nu. 8. in l. venia. C. de in ius vocan. Specul. titulo de fendis. nu. 15. Afflictus in cõſtitutione Siciliæ incipiente, probationũ defectum. nu. 18. Quinimmo neq; operas obſequiales, quæ leues & faciles ſunt, non tenetur hæres pſæſtare. l. hæres ff. de obſequiis a liberis & libertis patrono præſtandis. l. non ſolùm. §. quanq̃. ff. de iniur. notant Alber. & Raynerius in d. l. hæres. Azo in ſumma. C. de libertis & eorum liberis. col. j. & 2. gloſ. in l. fin. C. eod. titu. Ludouicus Gomeſius in §. pœnales. nume. 34. Inſti. de actio. Quod fallit in operis libertorum: nam & hæredes eorum illas præſtare tenentur. l. 1. §. quæ onerandę. in fi. ff. quar. rer. actio. nõ det. l. qui libertinus. §. poſthumus. ff. de oper. liberto. Cõfirmatur hæc opinio: quoniam addictus creditori infamis efficitur, & dicitur pati pœnam corporalem, vt docui. c. 2. nume. 35. & cap. 3. nume. ſexto, pœna autem corporalis. Immo neque pœnales actiones ad hęredem tranſeunt l. ſi verò. §. fin. ad finem. ff. de his qui deiece. vel effuder. l. j. & per totum. C. ſi reus vel accuſator mortuus fuerit. Sed reclamabit aliquis, nonne ſupra docuiſti, hæredem non conficientem inuentarium addicendum eſſe creditori. Fateor: ſed hic alius eſt caſus, ſcilicet quando hæres inſtituitur à debitore iam propter inopiam tradito in poteſtatem creditoris, ſupra autem diſſeruimus de hærede debitoris, qui creditori addictus non erat, an ſi ad inopiam perueniat, ſit addicendus creditori, ſicuti creditor, cui ſucceſſit, addiceretur, ſi ſoluere non poſſet. Sed an exceptio inuentarii poſſit per hæredem opponi poſt ſententiam, vide latè Alexand. in l. ex diuerſo. §. ſi in iudicio. ff. ſol. matri.

SVMMARIVM.

1 *Libertus etiam ſenex tenetur operas patrono præſtare.*
2 *Valet argumentum de operis libertorum ad operas ſeruorum.*
3 *Afflictio non eſt danda afflicto.*
4 *Senectutis ratione liberatur quis ab obligatione ſeruiendi & operarum præſtatione, etiam ſi teneatur ad ea ratione delicti commiſſi.*
5 *Damnatus in metallum patitur capitis diminutionem.*
6 *Capite minuitur, qui in imaginariam aliquam ſeruitutem adducitur.*
7 *Damnatus in metallum fit ſeruus pœnę, & debet operas ratione delicti commiſſi, cuius punitio ad reipublicæ vtilitatem ſpectat, ſenes monachi ex regula beati Benedicti non coguntur regulæ præcepta ſeruare.*
8 *Iure regio ſenectus excuſat a muneribus perſonalibus, & ibi de aliis excuſationibus.*
9 *Senectus eſt quædam nobilitas.*
10 *Debitor infirmus creditori non addicendus, neque ei ſeruire tenetur.*
11 *Senectus ægritudo eſt.*
12 *Senex ſemper videtur eſſe in morte.*
13 *Senex delinquens miſericordiam meretur.*
14 *Perſona ſenis honoranda.*
14 *Debitor inops creditori addictus poſt addictionem ſenex effectus liberatur diſpoſitione huius legis.*

An debitor ſenectæ ratione excuſetur, vt non ſit addicendus creditori. Cap. VII.

1 Eſt † quotidiana, quæſtio, quid iudicãdũ ſit in debitore ſene, an ſcilicet addicendus ſit creditori, ſi ſoluendo non ſit. Præſtat argumentum quæſtioni diſpoſitio generalis huius legis, tum decretum textus in l. eius. ff. de oper. liber. iuncta lege præcedente, vbi iuriſconſultus tractans de operis pręſtandis ſcribit, eas etiam a ſene exigi poſſe. Cum ergo libertus, de quo lex illa loquitur, non excuſetur ab operarum præſtatione prætextu ſenectutis. Idem iudicandum videtur in noſtro caſu: nam cum libertus operas pręſtet patrono ratione beneficij accepti, debitor verò ratione pecuniæ rei tranſigendę humanæ vitæ neceſſariæ.

2 Præſertim, † ꝙ valet argumentum de operis libertorum ad operas ſeruorum, auctore Bart. in l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condict. indebi. & in l. pro hærede. §. ſi quid tamen. ff. de acq. hæredi. notat Zaſius, qui tamen videtur ambigere, ſingularium reſponſorum libro primo, capite 3. Debitor autem creditori addictus videtur quodammodo ſeruus eius eſſe, vt dico ca. 1. & ſupra cap. ſecundo. Neque obſtat, ſi quis dicat, fateor ſenem cogendum operas præſtare iuxta textum in d. l. eius. ſed id admittendum, ſi opifex ſit, vel mechanicum aliquod artificium calleat: tunc enim propriè dicetur præſtare operas, ſi tamen nullũ calleat artificium, non eſt cogendus ſeruire creditori. Sed nõde ꝙ paria habentur ſeruire, vel operas præſtare: vt probat textus inſignis in l. ſi quem ſeruum. ff. de ſtatuliber. *cuius hæc ſunt verba* Nihil intereſt, vtro modo caueas ſi ſeruierit, an ſi triẽnio operas dederit. Deinde facilior eſt opera obſequialis, quàm opera artificialis, minusq; oneroſa. Rurſus ſenem creditori addicendum probatur: quoniam licèt de iure ętas ingraueſcens pręſtet immunitatem à muneribus perſonalibus, vt infra dico, hoc nõ admittendum cum alterius iniuria. l. 2. §. ſi quid a principe. ff. ne quid in loco publico. l. nec auus. C. de emancipa. libero. Iniuria autem eſſet creditoris, ſi propter debitoris ſenectam ſua pecunia fraudaretur.

3 Sed † in ſene deuexæ iam ętatis homine, carioſa ſenecta confracto, ego nõ ſeruabo diſpoſitionem huius legis, quamuis maximam ſummam debeat. Moueor primò: quoniam ęquiſſima ratione ſenex in carcerem duci nõ poteſt, vti exiſtimat Caccialupus in tractatu, de debitore ſuſpecto & fugitiuo. quęſt. quinta, colum. ſecunda, adducens, quòd nõ eſt danda afflictio afflicto, vt in l. oratio. ff. de ſponſa. lib cuius opinio ſuadetur ex pluribus, quæ ſtatim dicam: ille autem qui in carcerem duci non poteſt, non eſt addicendus creditori, vt docui c. 3. numero ſecundo, & dico infra.

4 Rurſus † ſenem non eſſe addicendum creditori probatur efficaciter ex textu in l. in metallum. ff. de pœnis. Vbi probatur, ꝙ obligatus ſeruire & operas præſtare, etiam ſi teneatur eas præſtare ratione commiſſi delicti liberatur ſenectutis rõne. Inquit lex. In metallum damnati ſi valetudine aut ętatis infirmitate inutiles operi faciendo deprehendantur ex reſcripto diui Pij, à præſide dimitti poterunt. Nota ętatis infirmitatem (hoc eſt ſenectutem) liberare: ab operarum præſtatione, etiamſi eas præſtare teneatur rõne delicti. Loquitur enim lex de homine libero in metallum damnato, qui non tantum operas Cæſari præſtare tenetur, verùm etiam eius ſeruus fiebat iure digeſtorũ. vt in l. in metallum. ff. de iure fiſci. l. fruſtra. C. de ſent. paſſis. Docẽt Bar. Paul. Alex. & Iaſ. in l. ſi quis mihi bona. §. ſeruus municipũ. ff. de acquir. hæredi. nihilominus tamen ętatis imbecillitas liberationem præſtat. Deinde ꝙ d. l. in metallum, expreſſe adiuuet noſtram ſententiam probatur.

5 Quoniam † damnatus in metallũ capitis diminutionẽ patit. l. in metallum. ff. de iure fiſci. l. fi. ff. de capi. diminu. Debitor autẽ creditori addictus capitis diminutionẽ patitur, vt in lege duodecim tabularum, quæ de hac re loquitur, expreſſe definitur;

nam

nam (vt dixi) cap.j.nu.56.cum lex 12.tabularum præcipit, vt debitor non ſoluens addicatur creditori, rem ſignificat his verbis. Ni iudicatum facit, capitis pœnas dato. Et ita interpretatur Zaſius in l.j.ver.vlt.ff.de ceſſio.bon.

6 ¶Quod etiam probatur. Quoniam † capite minui dicitur, q̃ in imaginariam aliquam ſeruitutem adducitur, vt in l. liberos. §.emancipato.ff.de capi.dimi.cuius verba ſunt. Emancipato filio capitis diminutio manifeſte accidit: cum nemo emancipari poſſit niſi in imaginariam ſeruilem cauſam deductus. Ille autem qui traditur in ſeruitium creditori, in imaginariam quandam ſeruitutem deductus videtur: vt in l.præſes. & in l.ſi liberũ captum, & in l.ſi is qui te.iuncta lege.finali.C.de captiu. & poſtlim. reuerſ. Ex quo vides. l. in metallum. loqui in noſtro caſu, immo in caſu magis dubio.

7 ¶Quoniam † damnatus in metallum fit ſeruus pœnæ, & debet operas ratione delicti, cuius punitio ad publicã ſpectat vtilitatem. l. congruit. ff. de offi. præſid. His accedit textus in l. interdum. ff. de oper. liber. Inquit lex. Nam dum languet libertus patrono opere pereunt. Idem probatur in l. liberta. ff. de ope. libe. Inquit lex. Liberta operas, ſi maior eſt quinquaginta annis, dare patrono non cogitur. Idem probatur in l. nec audiendus. ff. eo. titu. Et quòd ſenectus ab operarum præſtatione liberationẽ præſtet. notat Azo in ſumma. C. de oper. liberto. colum. 2. & in ſumma. C. de vſufru. §. ſequitur. gl. in l. liberta. ff. de operis liberto. Alb. in Rubrica. ff. de operis libertorum, col. 2. & magis proximè ad noſtrum caſum docet Zaſius ſingularium reſponſorũ lib. j. c. 3. num. 34. Sic Diuus Benedictus in regula monachorum. cap. 37. iubet ne ſenes cogantur regulæ præcepta obſeruare, his verbis. Natura quodammodo trahitur ad miſericordiam ſenũ & infantium, vnde diſtrictione regulæ non teneantur.

8 ¶ Sic † iure regio ſenectus excuſat à muneribus perſonalibus generaliter omnibus indictis. l. 17. titu. 4. lib. 4. ordina. & ꝓbatur in l. 3. §. quamuis. & §. præſes. ff. de muneri. & honorib. l. munerum. §. hi quoq;. verſ. ſi. camelelaſia. ibi. Solo corporis miniſterio obligẽtur, nec vlla excuſatione liberantur niſi ſola læſi & inutilis corporis infirmitate. Seniores eĩn à multis munerib. excuſantur. l. 2. §. fi. ff. de decurio. l. & qui originem. §. quamuis. & §. circa frumenti. ff. de mun. & hono. l. fi. C. qui ætate ſe excuſ. lib. 10. l. j. C. de his qui morbo vel ætate. l. excuſantur. ff. de excuſa. tuto. l. maiores. l. ſemper. ff. de iure immuni. §. item maior. Inſti. de excuſa. tuto. Sic ſenes à longis itineribus quos cæteri neceſſariò obire tenentur immunes ſunt. c. magnæ. de voto, vbi votum trãſmarinum aliàs irremiſſibile remittitur propter ætatem. Facit tex. in c. quamuis. de ſent. excom. c. placuit. 18. diſtinctione, vbi epiſcopus excuſatur ob ætatem, ne ad ſinodum perſonaliter accedat.

9 ¶Deinde † q̃ debitor ſenex non ſit addicendus creditori ꝓbatur; quoniam debitor nobilis, etiamſi ſoluendo non ſit, non eſt addicendus creditori, vt dico c. 16. per totum. Senectus autẽ nobilitas quædam eſt l. prouidendum. C. de poſtul. in princ. ibi. meritum nobiliſſimos fecit, aut vetuſtas. Vnde ſenes gaudent priuilegio conceſſo egregijs perſonis, in l. ad egregias. ff. de iureiur. vt notat gloſ. ibi. per textum in Auth. de hæredibus & falcidia. §. hinc nobis & ſequuntur omnes DD. in d. l. ad egregias. quamuis Ang. ibi ſcribat, q̃ hoc non ſeruatur de conſuetudine. Sed DD. opinionem ſequitur Anto. in c. quoniam frequenter. in princ. vt lite non conteſti. Vbi dicit, quòd hoc caſu ſenex iudicandus eſt, qui attigit annum ſeptuageſimum ſecundum, vt probatur in cap. ſi qui teſtium. & ibi glo. & DD. de teſtibus. nota. Barba. conſi. 20. col. 3. lib. 2. Et certè communis neceſſariò ſeruanda, ſi ſenex imbecillus ſit.

10 ¶Rurſus † hæc opinio probatur: quoniã debitor infirmus non eſt creditori addicendus, neque tenetur ei ſeruire. l. cum hæres. §. Stichus. ff. de ſtatulibe. l. in metallum. ff. de pœnis. l. prętor. ff. de excuſ. mun. c. j. de clerico ęgrotan. in 6. & dico infra.

11 ¶Senectus † autem ęgritudo eſt. l. ciuitatibus. ff. de leg. j. c. magnæ. de voto, vbi ita docet Abb. idem Abb. in c. quoniam. col. 6. vt lite non conteſtata. vbi ſcribit, legem loquentem in ægro practicandam in ſene: vt etiam ſcribit Archid. in c. nihil. 7. q. 1. Gomeſius in regula cancellariæ de infirmis reſignantibus. q. 7. Nam ſenectus & grauis ægritudo æquiparantur. c. j. de clerico ægrotan. in 6. Ancha. conſi. 279. quæſtio proponitur. Hinc Terentianum illud. Ipſa ſenectus ægritudo eſt. Et Ariſtoteles. lib. 5. de generatione animalium. Senectutem per ſe ipſam morbum eſſe naturalem docet, quam (vt inquit Horatius) multa circunſtant incommoda.

¶Neque ſenex ſolum cenſetur ægrotare, verumetiam ſemper videtur eſſe in morte. l. is qui. ff. de fideicom. liberta. notant recentiores in l. ſenium. C. qui teſtam. facer. poſſ. Gomeſius in regula cancellariæ de infirmis reſignantibus. q. 7. Cataldinus in tractatu de tranſlatione concilii Baſilienſis, col. 3. Corpus autẽ mortui non poteſt retineri pro debito. l. cum ſit iniuſtum. C. de ſepul. viola. & docui. c. j. num. 19. ergo neq; ſenex, qui uti Beroaldus ex Græcorum prouerbio refert, homo eſt & non eſt. Et doctiſſimus ille E. referens Senectutis incommoda inquit.

Denique totum hominem paulatim ſurripit ipſi.
Neque de priore tandem.
Præterquam nomen titulumq́ue relinquit inanem.
Cuiuſmodi tuemur
Paſſim, marmoreis inſculpta uocabula luſtris.
Vtrum hoc ſenecta queſo
An mors lenta magis dicenda eſt.

¶His ſuffragatur text. inſignis in l. arboribus. §. de illo. ff. de uſufr. ibi ægrotante ſeruo uel infante cuius operæ nullæ ſunt, uel defectæ ſenectutis homine. Ecce ſenectutem ingraueſcentem non poſſe ullas operas præſtare. His accedit prudens ratio ſcilicet, q̃ debitor adducitur creditori, ut operis artificialibus uel obſequialibus ſatisfaciat creditæ ſummæ, debitor autem ſenio confractus nullas poteſt præſtare operas, ut in d. §. de illo. l. arboribus. ff. de uſufru. l. in metallum. ff. de pœn. l. munerum. §. camelelaſia. ff. de mune. & honorib. Senectus enim furtim ſurripit hominem. E potat corporis ſuccos, animi uigorem hebetat, uires conuellit, alacritatem aufert, auctorem uitæ igniculũ decerpit, & huius nutricium liquorem, uitaleis adimit flatus cum ſanguine corpus denique, ut ille inquit, totum hominem paulatim ſurripit ipſi.

Neque de priore tandem
Præterquam nomen titulumq́; relinquit inanem.

Cum ergo ſenis carioſa ætate confracti nullæ poſſint eſſe operæ, nullus eſt eius uſus etiamſi creditori addicatur, ergo nõ addicẽdus. Huic opinioni ſuffragatur, quod ſcribit Bal. in l. vna. num. 27. C. de confe. Zaſius in tractatu feudorum, par. 8 nu. 68. Poſtremò ſenem eximendum à duro huius legis decreto probatur: quoniam addictio hæc qua debitor traditur creditori, cẽ ſetur pœna corporalis, vt dixi. c. 2. num. 35. & c. 3. num. 6. Senex
13 † autem etiamſi crimen committat, miſericordiam promeretur, & ſenectuti ingraueſcenti venia daẽ. l. ſi quis in graui. §. ignoſcitur. ff. ad Sillania. gl. in l. ferè in omnibus. ff. de regu. iuris. & in c. tanta nequitia. 86. diſtinctione. ibi. Tuis equidem canis parcimus. c. tãta. j. q. 7. c. tempora. 26. q. 7. glo. Bar. & DD. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infam. Gandinus in tractatu maleficiorum, titu. de pœnis. col. 15. verſicu. item in ſene, Bal. in c. j. de maiori. & obedi. Platea in l. fi. C. qui ætate ſe excuſant. Quare ſenex decrepitus non eſt torquendus, ita argu. d. §. ignoſcitur. notat Gandinus in Rubrica de queſtio. Hippoly. in l. edictum. & in §. expedita. Brunus in tractatu iudiciorum. 4. c. prin. col. 28. Carrerius in practica criminali. in prin. nu. 180. ver ſic. item excipitur ſenex decrepitus. Senectus enim eſt probabilis cauſa diſpenſandi. gloſ. in clemen. j. §. pen. verbo neceſſitate. de priuileg.

Deferamus ergo hunc honorem ſenectuti: nanque vt Ouidius teſtatur.
Magna fuit ſemper capitis reuerentia cani.

Et Caliſtratus iurecõſultus in l. ſemper. ff. de iure immuni. inquit. Semper apud maiores noſtros ſenectus venerabilis fuit. Hoc autem Hiſpani diligẽtius facere debemus: quoniam, vt eſt auctor Philoſtratus in vita Apollonii, poſt initiũ libri quinti, apud Gades templum erat ſenectuti dicatum, quod ætatem rerum magiſtram maximè, vt Aelianus inquit, venerarẽtur. Rurſus † concilium Carthaginẽſe quartum. c. 84. præcipit pauperes
14 & ſenex præ cęteris honorari. Item Leuitici 19. legimus. Corã cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis. Et beatus Paulus 1. ad Timotheum 5. iubet iuuenes honorare ſeniores vt parentes.

Iudex ergo qui carcere recluſum detinet ſenẽ, repetat illud Vergilianum. 2. Aeneidos. Dauni miſerere ſenectæ.

Vltimò hæc opinio probatur: quoniam hæc lex non eſt practicãda aduerſus debitores pueros, vt dico c. ſequẽti. Senex aũt longęuus in infantiam quaſi reuoluitur, vt auctor eſt Ariſtoteles libro Orbicularium quæſtionum. 17. c. 3. Vnde Plautus in mercatore inquit.

Senex cum extemplo eſt iam nec ſentit, nec ſapit,
Aiunt, ſolere eum repueraſcere.

Vnde illud eſt vulgi ſermone iactatum bis pueri ſenes. Et ex Catone illud habemus.

Cum ſapias animo noli irridere ſenectam.
Nam quicunque ſenex, ſenſus puerilis in illo eſt.

¶Quod refert gl. in l. ſenectus. C. de don. Odofredus & Bal. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infamia.

15 Illud † autem addendum, q̃ non ſolũ exiſtimandus à diſpoſitione huius legis qui ſenex eſt tẽpore quo traditur creditori, verumẽt qui poſtq̃ traditus fuit ad carioſam ſenectã peruenit: nam in hac ſpecie loquitur. l. in metallum. ff. de pœ. & maiori fauore dignus eſt qui per aliquot annos operas præſtitit, q̃ qui à principio fauore carioſæ ſenectutis à diſpõne huius legis exẽptus fuit. Prętereа hic quadrant omnes rationes ſupra relatę, & notat expreſſe gloſſa in l. liberta. ff. de oper. liber. Alber. in Rubrica. ff. de oper. liber. col. 2.

16 ¶Quot † aũt annos quis agere debeat, vt eximatur à diſpõne huius legis, vĩ deduci ex l. 3. ff. de mun. & hon. & ex his quę dixi

ſupra

Source : BIU Cujas

ſupra nu. 9. citando Ant. in c. qm̃ frequenter. in prin. vt lite non conteſtata. Sed meo iudicio res hæc nō tam ex ſenecta, hoc eſt ex annorum numero, q̃ ex ſenio vr̃ definienda, videmus enim ſenes virium robore validos, & rurſus videmus ſexagenarium vix pedibus ſubſiſtentem, ideo res hæc arbitrio iudicis vr̃ committenda: vt ex ſtatu, natura & diſpoſitione debitoris illum vel liberet, vel ſubiiciat diſpoſitioni huius legis. Non obſtāt ex aduerſo prolata, non obſtat ꝙ à liberto ſene exiguntur operæ: id enim verum, niſi valde ſenex ſit. l. liberta. ff. de oper. liber. & docui ſupra verſi. his accedit tex. nu. 12. Deinde nō obſtat, ꝙ fauor debitus ſeni non debet lædere creditorem, non enim lædit, cū ſenecta tanta eſt, vt operæ ſenis, ei vſui eſſe non poſſunt. Præterea condonet ſenectuti ſeruitium, vt condonat ægritudini velit nolit, & vt condonat morti, in qua ſenex ſemper eſſe dicitur. Hæc opinio eſt Chriſtiana & in hominum commercium admittenda: nihil enim nobis antiquius eſſe debet, quàm quod charitatem ſapit. Et iuxta vetus prouerbium. Homo homini Deus, non carnifex.

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris ætas non excuſat ab operarum præſtatione.*
Lex loquens generaliter minoris perſonam comprehendit.
2 *Impubes in carcerem detrudi non poteſt.*
3 *Impubes non cedit bonis.*
4 *Bonorum ceſſio dicitur eſſe alienatio.*
5 *Aetas excuſat ab operarum præſtatione.*
6 *Statuta exorbitantia minores non comprehendunt, & nu. 3.*
7 *Pupilli vt pote quibus rerum ſuarum adminiſtratio non eſt cōceſſa, ſunt immunes à pœnis impoſitis negligentibus & res ſuas male curantibus.*
8 *Minor in delictis excuſatur à pœna etiam in delictis, quorum punitio expedit reipublicæ.*
9 *Indulgentia ratione ætatis de delicto commiſſo per minorem ſemel conceſſa durat, ſi poſtea adoleuerit, & in ſimili. nu. 10. & 11.*
12 *Minor 25. annis pro pecuniario debito an capiatur. & nu. 13.*
14 *Captura dicitur iniuria irreparabilis, & nu. 15.*
16 *Geſta ab adulto curatorē habēte ſine tutoris auctoritate ſunt nulla ipſo iure.*
17 *Adultus aut impubes doli capax dolo vel malitia bona cōſumentes ſi fiant inopes, creditori addicuntur.*
18 *Debitor ob dolū in rebus ꝑprijs amittit priuilegiū, ne capiatur à creditorib.*
19 *Captioſa paupertas potius nocet quàm excuſat.*
20 *Ratione doli amittitur priuilegium, ne quis conuenitur vltra, quàm facere poſſit.*
21 *Minor cuius malitia ætatem ſupplet maioribus connumerandus.*

An diſpoſitio huius legis exercēda ſit in debitores minores, & quid ſi poſtea adoleſcant. Cap. VIII.

1 Præterea quæro † vtrum minor ſit æris alieni ratione addicēdus creditori. De pupillo prius, de adulto poſtea dicemus. Videtur, pupillum inopem creditori addicendum ex textu in l. vt iuriſiurandi. §. dabitur. ff. de oper. liber. cuius verba ſunt. Dabitur in impuberem cum adoleuerit operarum actio, ſed & interdiu quādiu impubes eſt, nam huius quoq; eſt miniſterium, ſi forte miniculator ſit. Vides pupillarem ętatē non excuſare ab operarū præſtatione. Sic Bar. in l. fi. C. qui ætate vel profeſſi. ſe excuſ. ſcribit, minores eas perſonalia munera ſubire debere, quę ſine vitæ periculo ſuſcipi pñt. Debitor autem eas tm̃ operas creditori præſtare tenetur, quę abſq; vitę periculo præſtari pñt. l. hę demū. ff. de ope. liber. notat Saly. in l. 2. C. de capti. & poſtli. reuer. Ripa in l. obligatione generali. nu. 8. ff. de pig. Zaſi. lib. j. reſp. c. ;. & dico infra. His accedit, ꝙ lex generaliter loquens comprehēdit perſonam minoris. c. conſtitutus. de in integ. reſti. notāt DD. in l. ſi ſine. §. Lucius. ff. de adm. tut. Bal. ī l. fi. C. de in integ. reſti. Ang. in l. ſi plures ff. de pact. Ang. cōſ. 160. Albe. in 2. par. ſtatu. q. 369. Soci. cōſ. 123. col. 2. li. 3. Alex. cōſ. 49. col. 3. lib. j. & cōſ. 119. nu. 35. & ꝙſ. 254. li. 6. Lex aūt iſta generaliter præcipit, debitorē inopē ſeruire creditori, ergo cōprehendit minor, argō. l. de pretio. ff. de publicia. Præterea creditor efficax ius habet aduerſus pupillū & pro credito vendit eius bona abſq; ſolēnitate requiſita in venditione rerum minoris. l. ſi pupillorū. §. j. ff. de rebus corū. notat Bart. in l. Papin. §. ſed nec impuberis. nu. 3. ver. probatur. ff. de inoff. teſta. Guido deciſione Delphinali. 30. nu. 6. quia tunc creditor non uēdit nomine pupilli, ſed iure ſuo & virtute obligationis quā aduerſus pupillum & eius bona habet.

2 ¶ Sed verius eſt † pupillum debentem non eſſe addicēdum creditori, ētſi ſoluendo non ſit. Primò: qm̃ impubes non p̃t detrudi in carcerem, argō l. neq; impuberis. ff. de in ius voc. vbi notāt Bar. Bal. Rom. Pau. Alex. Iaſ. & Iacobinus. Baptiſta Sanſeuer. in tract. de debito. ſuſp. & fugi. in 5. q. prin. Spe. ti. de cōtuma. §. fi. Ang. in l. nemo carcerē. C. de exacto. tribu. li. 10. Rom. cōſi. 120. col. 2. nu. 3. cum ſequen. Boer. in repe. l. cōſentaneum. nu. 165. C. qūo, & quā. iud. Et dicit Iacobinus in d. l. neq; impuberes. ꝙ minor vigintiquinque annis non pōt pro debito pecuniario cōijci in carcerem. Caſtel. in l. 66. Tauri. verbo de ſe arroygar. col. fi. notat Bal. in l. j. nu. 20. C. qui bon. ced. poſſ. Vbi dicit, ꝙ pupillus non pōt carcerari: qm̃ ſatis eſt, ꝙ ex debito paterno patitur fm decretum, & ex proprio primum, & ſequitur ibi. Saly. col. pen. q. 11. & ibi etiam dicit Bal. ꝙ minor vigintiquinque annis nō poteſt pro debito pecuniario coniici in carcerem, & ſequitur Iaſ. in l. 4. nu. 24. ff. de re iud. vbi dicit hoc fm Ang. ideo eſſe: quia captura eſt iniuria irretractabilis, ſed mihi videtur hoc indulgeri ætati. præterea adducit Ang. alia. l. 4. §. cōdemnatum. de qua re infra dicam nu. 12. ver. nunc tractemus. Hoc ſuppoſito manifeſtum eſt, ꝙ minor non eſt addicendus creditori, qui in carcerē duci non poteſt, non eſt addicēdus creditori, vt probaui. c. 3. nu. 2. & c. 4. & dico infra capite de nobilitate.

¶ Præterea hanc opinionem nominatim probat Rodericus in repetitione. l. 2. titulo de los gouiernos, li. 2. fori, col. fi. verſ. limita ſextò, vbi dicit, ꝙ lex illa præſcribens, vt debitor inops teneatur ſeruire creditori (id enim diſponit d. l. 2. de los gouiernos) non eſt practicanda aduerſus impuberes: quia non poteſt carcerari.

3 ¶ Adducit etiā, ꝙ † impubes non poteſt cedere bonis, & cū citat Bal. in l. fi. nu. 20. C. de ceſſio. bon. non recitat ex vero eius verba, quamuis hæc opinio, vt pupillus nō poſſit cedere bonis, probatur à Saly. in d. l. fi. col. pe. q. 11. nu. 11. & probat Iaſ. §. fi. col. 2. Inſt. de act. qm̃ ſatis eſt, ꝙ ex debito paterno patitur fm decretum, ex propro primum tm̃, de qua re vide Barbat. in c. Raynutius. de teſta. in ſua Ioānina. citat Iaſ. in d. § fi. col. 2. Ang. in l. neque impuberes. ff. de in ius voc. ſed Ang ibi de hac re ne verbū quidem. Sed Soc. regula. 46. fallentia decimatertia, dicit, ꝙ minor cum non poſſit incarcerari, non poteſt cedere bonis: quia ceſſat ratio, propter quam conceditur beneficium ceſſionis, ſcilicet, vt debitor effugiat carcerem. l. j. C. de ceſſ. bo. Sed ego rem hanc, vt ſcilicet debitor impubes non poſſit addici creditori ex ea ratione amplector, ꝙ impubes non eſt detrudēdus in carcerem aliàs ſi hoc deficeret, non me magnopere moueret, ꝙ nō poteſt cedere bonis: illud enim ideo poteſt.

4 ¶ Quoniam † ceſſio bonorum eſt alienatio bonorum, & ex proprio contractu non patitur, niſi primum decretum, & ex paterno ſecundum: hic aūt loquimur qñ nulla bona habet, & ſic non de alienādo, ſed petitur, vt ſoluat operis: nam opera eſt loco pretii, vt dixi c. 2. Tūc enim, niſi ratio ſupradicta aduerſaretur, non eſſet iniquum, vt ſeruiret creditori: neq; enim ſi petat creditor ſuum debitum, recuſare poteſt ſolutionē ex eo ꝙ impubes eſt rimmo creditores vēdunt eius bona, ſi minor. l. fi. ff. de priui. cred. & vēdunt nō ſeruata ſolemnitate, quæ in alienatione rerum minoris ſeruari ſolet, vt dixi ſupra nu. j. Cum tamē incarcerari nō poſſit, & operæ nō ſint bona præſentia, ſed futura, æquum eſt, vt nō addicatur creeitori: debetur enim venia ętati.

5 ¶ Comprobatur hæc opinio † quoniam ętas excuſat ab operarum præſtatione. l. cæterùm. ff. de rei vendi. l. ſemper. ad finē. ff. de iure immuni. ſcribit Azo. in rub. C. de oper. liber. col. 2.

¶ Deinde ſi infans eſt infantiæ proximus, in quem vſum eſt addicendus creditori: cum eius nullæ ſint operæ. l. arboribus. §. de illo. ff. de vſufruct. ibi, Aegrotante ſeruo vel infante eius operæ nullæ ſunt.

¶ His ſuffragatur textus in l. quicunq;. C. de ſeruis fugitiuis, vbi fit ſermo de quodam caſu, in quo qui non poteſt ſoluere, luit corpore, dicit tamen textus, quòd minor non debet eam corporalem pœnam ſubire. Is autem, qui creditori addicitur, dicitur pati pœnam corporalem, ergo ab ea immunis debet eſſe minor.

¶ His accedit, ꝙ ſi aliqua lex punit aliquid, quod de iure cōi non punitur, non comprehendit minorem, licèt generaliter loquatur. ita probatur in c. 2. de delict. puerorum, ſcribit Roma. ſing. 816. tu audiſti titulum, aliàs eſt ſingulare vltimum. Bal. in l. ſi ex cauſa. §. fi. ff. de minorib. Cremenſis ſing. 30. vbi tradūt, ꝙ ſi ex ſtatuto extrahens oleum è tali regione puniatur, non comprehenditur pupillus. Et doctrinam Romani ſequitur Moder. in tractatu de uſuris. q. 13. Cum autem debitorem addici creditori ſit aduerſus ius cōmune, ut docui. c j. nu. 6. certe licèt lex generaliter loquatur in debitore, non comprehenditur pupillus.

6 ¶ His congruit † ꝙ hæc lex eſt odioſa & exorbitans, ſtatuta autem odioſa uel exorbitantia minores non comprehendunt, ut tradit Bar. in l. etiam. ff. de minorib. Bal. in l. j. C. quando impera. inter pupi. Hippoly. ſingulari. 481. Vbi tradit, ꝙ licèt ſtatuto caueatur, ut filia dotata non ſuccedat ſtātibus maſculis, tale ſtatutum non habet locum in filia infante, citat Bal. in l. ſi plures. col. 10. uerſi. iuxta prædicta formatur talis quæſtio. C. de condi. inſer. Ancha. in repetitione. c. canonum ſtatuta col. 89. ver. pone ſtatuto cauet, de conſti. Alex. conſ. 162. uiſis his. col. j. lib. 6. de qua re alibi diſſeram. Cum ergo diſpoſitio huius legis ſit odioſa & exorbitans, ut dixi c. primo, & ca. 2. per totum, certe non comprehendit pupillum. Confirmatur hæc opinio ex traditis ſupra q. 4. ubi docui, diſpoſitionem huius legis non habere locum aduerſus eum, qui abſque culpa ſua ex accidenti amiſſit bona, impubes autem culpa uacat: tum quia lubricum eſt eius ætatis conſilium: tum quoniam adminiſtratio rerum ſuarum ad tutorem pertinēt, & pupillus neque adminiſtrat, neque adminiſtrare

Source : BIU Cujas

miniſtrare poteſt. unde ſi facultates eius pereant, ipſi nihil im-
7 putari poteſt. Vnde † pupillus immunis eſt à pœnis impoſitis negligentibus,& res ſuas malè curãtibus: quoniam rei ſuæ adminiſtratio ſibi conceſſa non eſt,ita dicit textus in l.j.§.fi. C. de annali except.Ergo pupillus, qui propter iacturam rei ſuæ ſoluere non poteſt, miſericordiã meretꝰ propter inculpatam paupertatem.Nam ſi non ex contractu tutoris,vel patris,ſed ex ſuo teneretur,vtique abſoluendus eſſet:cum contractus non valeret, & ex conſequenti debitor non eſſet. l. prædiorum. C. de prædi.mino.

¶ Suffragatur huic ſententiæ quod Moder. tradit in tracta-
de vſuris.q.13.col.2.quòd ſi ex contractu inito per tutorem ali- 12
qua pęna irroganda ſit minori,certè minor excuſatur,dicendo ego non feci hunc contractum ſed tutor. Sic Aelius Spartianus de Hadriano Cæſare illud prodit memoriæ,quòd decoctores bonorum ſuorum iubebat catamidiari (hoc eſt exhibilandos & irridendos exhibere) in amphitheatro, ſi ſuæ actoritatis eſſent, hoc eſt ſi eſſent ſuæ poteſtatis. habens autem tutorem vel curatorem ſui iuris non eſt. Rurſus Liuius Decadis primæ libro 8.ſignificat ætatem debitoris miſericordiam promereri, ne creditoris nexu detineatur. Inquit Liuius. Lucius Papirius is fuit, cui cum ſe. C. Publius ob æs alienum paternum nexum dediſſet, quæ ætas formaque miſericordiam elicere poterat ad libidinem & contumeliam animum accenderunt &c.

Rurſus quòd impubes, etiamſi conſumptis bonis ſoluendo non ſit,non ſit addicendus creditori,ſed inopia & decoctio bonorum veniam promereantur,indicat Cicero in oratione pro 13
Cęlio,vbi inter alia huic tractatui apta hęc ſubiicit.Nolo cuiuſquam fortis atque illuſtris viri ne minimum quidem erratum cum maxima laude coniungere,quòd ſi facere vellem, multi à me ſummi atque ornatiſſimi viri prædicarentur, quorum partim nimia libertas in adoleſcentia,partim profuſa luxuries magnitudo æris alieni ſumptus libidines nominarentur,quæ multis poſt ea virtutibus obtecta adoleſcentię qui vellet excuſatione defenderet.

Cæterùm ad euincendam hanc opinionem vel illud ſufficeret,quòd in delictis, quorum punitio publicam ſpectat vtilitatem,impunitas datur teneræ ætatis ratione.l.auxilium.§. in delictis.ff.de minorib.l.ſi ex cauſa.§. nunc in minoribus. ff. de mino.l.j.§.impubes.ff.ad ſillania.l.ferè in omnibus.& ibi gloſſa.ff. de reg.iur. c. 2. de delict. puero. & ibi Anania.& Abbas.Gandinus in tractatu maleficiorum,titulo de pœnis col.15. in paruis. Bald.in l.quicunque.col.4.C.de ſeru. fugiti. Hippoly. in l. j. col. 11.ff.ad leg. Cornel. de Sicar. Ergo & hic impubes excuſandus: cum etiamſi crimen commiſiſſet, excuſaretur. Conſonat huic ſententiæ, quod Diuus Benedictus in regula monachorum.c. 37. præcipit, ne infantes cogantur regulæ præcepta obſeruare. Eius verba hæc ſunt.Natura quodammodo trahitur ad miſericordiam ſenum & infantium,vnde diſtrictione regulę non teneantur. Ergo impubes immunis eſt à diſpoſitione huius legis. Non obſtant ex aduerſo prolata.Primò non obſtat. l. vt iuriuſiurandi. §. dabitur. ff. de oper.liberto.vbi in impuberem datur operarum actio.& dum eſt impubes præſtat quas ætas ferre poteſt,& poſtea quæ viro congruunt.Sed illud verum: cum operas obligatus eſt præſtare,ibi enim ſupponit textus,impuberem legitimè obligatum patrono fuiſſe ad præſtandũ operas,quod qualiter fiat explicat Zaſius Reſponſorum libro primo, cap. 3. in noſtro autem caſu impubes neque ex pacto, neque ex lege obligatus eſt operas præſtare.Ille enim,qui non poteſt conijci in carcerem, non tenetur ſeruire creditori, etiam ſi ſoluendo non ſit,vt docui.c.3.ſupra nu.9.Rurſus non obſtat,quòd lex generaliter loquens comprehendit minorem:id enim verum niſi in odioſis,vel exorbitantibus,vel in his, quæ aduerſus diſpoſitionem iuris communis puniuntur,vt dixi nu.5.& nu.6.

Nõ obſtat, quòd creditores habent ius efficax aduerſus impuberem:id enim verum quoad bona,ſed non quoad capiendam perſonam: vt dixi nu. j. Amplia ſingulariter hanc limitationem:adeo enim verum eſt,impuberem eximẽdum à diſpoſitione huius legis,vt ſemel facta liberatione ratione ætatis, nõ ſit,poſtquam adoleuerit,addicendus creditori.

¶ Moueor † quoniam cum minori non vindicanti necem patris parcatur, ne lege ſtatutas pœnas patiatur: certe etiamſi poſtea adoleuerit,indulgentia prima ætatis ratione conceſſa illum excuſat,ita notat gloſſa in l.j.in verbo vlciſcatur.C. in quibus cauſis in integ.reſti.non eſt neceſſa.& ibi notant Bald. Ange.& Saly. Alber.& Bald.in l.minoribus.poſt gloſſam ibi. C.de his quibus vt indig.Idem diſpoſitum eſt in matre non petente tutorem filiis,excuſatur enim, ſi erat minor tempore quo petere debuit,neque ei obeſt,quòd poſtea virilem ætatem ingreſſa ceſſat etiam tutorem petere: ſufficit enim quòd eo tempore quo peti debuit minoris ætatis ratione excuſata fuit. Ita notat Bal.in l.2.C.ſi aduer.delict.Specul.titu.de integ.reſti.j.par.§. quis autem.verſi.ſed quid ſi ipſa,& ibi Bald.in additione. Ang. Saly. Pau.& Fulg.in l.2.C.ſi aduerſus delict.

10 ¶ Sic † filius non redimens patrem à poteſtate hoſtium excuſatur ætatis ratione, neque ſibi poſtea nocet: cum maior factus eo nomine conuenitur,ita notat Bald. in authen. ſi captiui,C.de epiſco.& clericis.& in l. qui contra. col. 2. C. de inceſt. nupt.Ange.in l.j.C.in quib.cauſ. in integ. reſti. non eſt neceſſa. Pau.& Iaſ.in l.ſciendum.§.fi.ille notabili.j.hic col.j.Roma.ſing. 221.Fulg.conſi.52.Faciunt quæ dico.c.de mulcta.

11 ¶ Sic † cum minor ætas excuſet in criminibus, non eſt minor cum adoleuerit ex eo crimine plectendus,auctore Hypolyto in l. j. §.infans.colum.2.ff.ad lega. Corn.de Sicar. & in l. de minore. in principio. colum. fin. verſiculo. & an minor. ff. de quæſtio.

12 ¶ Nunc tractemus † an pubes minor vigintiquinque annis ſit creditori addicendus.Mouet quęſtionem,quòd qui non poteſt pro debito in carcerem duci, non eſt addicendus creditori,vt docui cap.3. nume. 2. Minor autem vigintiquinque annis non poteſt pro pecuniario debito duci in carcerem, auctore Bald.in l.j.nume.20.C.de ceſſio.bono.& ibi Salyc. num.11.Bal. in tract.de carcere.q.4.Ange.in l.nemo carcerem.C.de exacto. tribu.lib.10.Roderi.in l.2.q.4.titulo de los gouiernos. colum.j. Aret.§.fi.colum.fi.Inſtit.de action. Roman. Alexan. colum. fi. & Iacobinus in l.neque impuberes.ff.de in ius vocan.Roman. conſi.120.Iaſ.in l.4.§.condemnatum,nume.24.ff. de re iudicata.Caſſan.in conſuetudi.Burgundiæ.Rub.5.§.j.verbo ſon principal,nume.14.Et quòd minor non poteſt capi, ſcribit generaliter Socin.regula 46. fallentia 13. & in dicta l.neque impuberes.colum.1.

13 ¶ Deinde facit † quòd cum ſtatutum punit aliquid,quod de iure communi non punitur, non comprehendit perſonam minoris,vt dixi ſupra num.5.Præterea facit,quòd ſtatuta odioſa vel exorbitantia non comprehendunt minores, vt dixi nume.6.Rurſus adduci poſſunt aliqua alia producta ſupra in fauorem impuberis.Et illud negare nemo poteſt,quin pubes agens annum decimum quintum, vel decimumſeptimum ſit dignus miſericordia:cum in delictis mitiſſimè agatur cum his,qui hãc agunt ætatem. Præterea ſi minor debet ex contractu paterno & hæreditatem eius adiuit cum beneficio inuentarii haud dubie non addicendus creditori, licèt ſoluendo non ſit, vt docui c.6.dummodo exhibeat bona in inuentario contenta, vel eorum rationem reddat. Quod ſi tenetur ex contractu proprio inito à curatore,certe videtur dignus venia: cum res non eius culpa fuerit amiſſa, neque enim ipſe adminiſtrabat,vel ſui iuris erat,his autem Adrianus Cæſar parcebat, alioqui decoctorum grauiſſimus hoſtis, vt docui ſupra nume. 6. & qui abſque culpa ſua amittit bona,non addicendus creditori,vt docui ſupra cap. 4.qui autem curatorem habet,non videtur eſſe poſſe in culpa: non enim contrahit,non emit,non vendit, & omnia ab eo facta nulla ſunt,ſi curator non interueniat.l. ſi curatorem habẽs. C.de in integ.reſti.

¶ Ex aduerſo tamen,immo quòd adultus ſit addicendus creditori,ſentit Rodericus in repetitione.l.2.titulo. de los gouiernos,prope finem dicens, quòd licèt pupillus non poſſit cedere bonis,adultus poteſt auctoritate & decreto iudicis;quia eſt alienatio vniuerſorum,& per conſequens valebit carceratio, & ſic addicetur creditori,ſed iudice non auctorante dicit, quòd non carcerabitur,neque valebit ceſſio.Hæc mutuo ſumpſit ex Bald. in d.l.j.nume. 20. C. qui bonis cedere poſſ. & ex Saly.nume. 11. idem ſcribit Alber.in Rub.C.qui bon.cede.poſſ. & gloſſa in l. j. titulo 15. litera.D. par. 5. Quanquam fateor reſponderi poſſe, hos omnes dicere, quòd adultus poteſt cedere bonis, non tamen dicunt,quòd cogitur:licèt id videantur innuere, dum dicunt,quòd poteſt carcerari,quanquam hoc ſolum dicit Rodericus in loco ſupracitato. Reperio tamen quòd Iaſ. in l. neque impuberes,colum.j.& 2.docet adultum poſſe conijci in carcerem pro debito pecuniario, licèt poſt nume. 4. ſignificet reſtitui poſſe,idem ſignificat Bart.in tractatu de carceribus.q.4.colum.2. nume. 6. dum dicit,pupillum doli capacem poſſe capi, expreſſius in l.placet l.2.nume.51. C. de ſacroſan. eccleſijs, vbi dicit,minorem poſſe capi;quia lex generaliter loquẽs ligat minores.l.ſi ſine hærede.§.Lucius.ff. de admi. tuto. Et quòd adultus capi poſſit,ſignificat Rodericus in loco ſupracitato,quòd ſi capi poteſt,ceſſat fundamentũ, quo contraria ſentẽtia nititur. Hic autem locus, an ſcilicet adultus capi poſſit pro debito pecuniario,non eſt ſatis excuſſus à doctoribus, affirmantes enim & negantes omnes rem tractant defunctoriè, & quaſi furtim ſurripiunt ſeſe. Quòd adultus capi non poſſit, probant Angel. Alexand. Roman. Caſſan. Iacobinus & Iaſ. & cæteri relati. Et quòd ſi iudex non vult auctorare ceſſionem, quòd minor vigintiquinque annis non poſſit capi, ſcribit Bald. nume. 20. in dicta l.j.C.qui bono. cede. poſſ.& ibi Salyc. nume. 11. ergo aliquo caſu poteſt capi. Adducit Angel. in l.nemo carcerem. in comprabationem huius ſententiæ, quòd adultus non poteſt eſſe contumax textus iuncta gloſſa in l.minor etiamſi quaſi contumax.ff.de mino.l.qui ſolidum.§.etiam, & ibi Barto. ff. de leg.2.carcer autem non irrogatur niſi ob contumaciam. l. nemo carcerem.

¶ Rur-

Source : BIU Cujas

¶ Rursus Ias. in l. 4. §. condemnatum. nume. 24. ff. de re iudi.
14 allegat † quòd captura est iniuria irreparabilis, quod fuit fundamentum Ange. in l. nemo carcerem. & refert Rodericus in l. 2. titulo de los gouiernos. q. 4. col. j. non est ita retractabile præiudicium capturæ sicut primi & secundi decreti, quod aduersus minorem interponi potest. Mihi saluo semper eruditorum iudicio videtur non satis iure probari, minorem vigintiquinque annis capi non posse, & mirandum est DD. ita generaliter loqui. Primò textus præcipuus quo probatur, minorem capi non posse, est. l. neque impuberes. ff. de in ius vocan. Tamen vides legem loqui de impubere, ergo in pubere secus est: valet enim argumentum à contrario sensu. Deinde si ratio, qua quis pro debito conijcitur in carcerem est contumacia saltem de iure communi, quo oportebat prius fieri excussionem bonorum, vt dixi. Et cum bona non sufficiunt, debitor conijcitur in carcerem: vt bona abscondita proferat. certè minor vigintiquinque annis potest esse contumax: nam est doli capax, & sic patitur secundum decretum, vt in l. si minor vigintiquinque annis. ff. de bono. auctori. iudi. possi. At secundum decretum non interponitur nisi adsit contumacia. l. Fulcinius. §. j. ff. de bon. auctori. iudi. possiden. Sic Bald. in l. vna. C. de confe. versiculo iuxta hoc quæro, an adultus dicit, quòd si statuto caueatur, vt contumax habeatur pro confesso & poni in banno, tale statutū potest practicari in adulto & ex contumacia potest banniri, quod refert Ias. in l. neque impuberes, nume. 3. ff. de in ius vocan. qui citat 15
eiusdem opinionis Guidonem Suza. & Ioannem Andre. in additionibus ad Specul. titulo de primo & secundo decreto. §. restat. versiculo, sed pone pupilli, cum ver. sed, in additio mag. Fateor tamen his omnibus responderi posse, quòd minor vigintiquinque annis restitui potest aduersus cōtumaciam. l. minor 16
etiamsi quasi contumax. ff. de minorib. notat Ias. in d. l. neque impuberes. nume. 4. qui citat Angelum & Speculum titulo de contumacia. §. fina. Sic Bald. in tractatu de carceribus. q. 4. dicit, quòd minor captus potest restitui aduersus capturā, quod sequitur Ias. in d. l. neque impuberes. nume. 4. Item res eius non tam venditur ex contumacia, quam quia non defenditur. l. si minor. l. fi. ff. de priuileg. credito. Quare dici potest, quod docto res cum dicunt, minorem vigintiquinque annis non posse capi pro debito, intelligendi sunt de debito procedente ex contumacia; quia restitui posse videtur, & non potest esse contumax, qui sua non administrat. l. j. ff. de min. Sed replicari potest, quòd restituetur: cum ostenderit se læsum, & etiamsi soluit, nō læditur, dic quòd qui captus est: quia non soluit, non est captus ob solam contumaciam, sed quia mihi non soluit, quod est meum, itaque hæc plus est, quàm contumacia. Neque quadrat hoc casu. l. minor etiam si quasi contumax. ff. de minor. Quia non loquimur, quando debitum procedit ex contumacia, sed ex pristina obligatione contracta ante contumaciam, quo casu non læditur, si cogatur soluere, quod alienum est. Deinde adultus etiam habens rem suam in potestate curatoris videtur capiendus: quia qui capitur, non tam capitur in pœnam cessationis in soluendo, quàm vt prompte & diligenter quærat pecuniam ad soluendum, quod diligentissimè faciet curator, si videat minorem suum in vinculis. Præterea nego, debitorem nō soluentem capi ex contumacia simpliciter, sed ex contumacia in non soluendo, quòd si hanc contumaciam potest habere minor vigintiquinque annis, præsertim si est filiusfamilias emancipatus, qui sua possidet, certè capi potest, neque clamare debet se læsum: non enim læditur, qui vtitur iure communi. Rursus si pro debito capitur vir quinquagenarius, cui ætas conciliat reuerentiam, cur non capietur iuuenis vigesimum agēs annum, 18
qui pro ætatis calore profusus & efrons est. Certè si aliquo casu æquitatem habet opinio doctorum, est cum adultus non est sui iuris, sed habet curatorem, vel est in potestate patris, & nihil possidet, sed omnibus pater fruitur: tunc enim cum ipse rem suam gerere non possit, restitui potest aliquo colore aduersus legem dictantem, vt debitor non soluens coniiciatur in carcerem. Neque enim cessator videri potest, qui nihil omnino gerere potest. l. j. C. de anna. exceptio. cui opinioni concinit, quòd Marian. Socin. de dilatio. super rubri. articu. 5. quæst. 20. dicit, ꝙ si minor non habet bona, opinio est maximè dubia dicere, ꝙ non potest capi, & quòd si ex statuto minor administret sua, vt in filio iam marito Galli & Hispani obseruamus. Item si filius esset mercator, dicit, quòd capi potest: nam cum rem suam gerat, iam culpa in non soluendo sibi imputari potest. Idem si possidet immobilia, & non dat ea. insolutum cum decreto iu- 19
dicis, & auctoritate sua compellatur, & in his duobus casibus limitat communem Baptista Sanse. in tracta. de debi. susp. q. 5. Boer. in repetit. l. consentaneum. nume. 161. C. quomodo & quando iudi. Denique quòd debitor non soluens coniiciatur in carcerem, si debet ex re iudicata, est regula generalis, ab hac non reperitur exemptus minor, ergo vtatur iure communi, præsertim cum l. neque impuberes. solum loquatur de impube 20
ribus, & significet secus esset in puberibus. Cæterùm quidquid de iure communi verius sit, certè mihi videtur eum qui non habet curatorem vel sua administrat capi posse. Et hoc iure vti mur, & apud nos consuetudine receptum est, vt adultus pro debito capi possit. Habet autem hæc consuetudo nostra peculiarem rationem, scilicet quòd apud nos debitor non solum conijcitur in carcerem, vt tædio carceris soluat & contumacia pœna cohibeatur, verum etiam, vt si soluendo non sit, tradatur in seruitium creditori. Ego non solum in vsum puniendæ contumaciæ & eruendæ pecuniæ coniicitur apud nos debitor in carcerem, sed vt si soluendo non sit, rem seruitio & operis refundat. Adultus autem si debitor sit, non est iniquum, vt soluat, & vt ad hoc, vt soluat, vt seruiat creditori: si enim non parcimus quinquagenario, cum saltem propter ætatem debetur reuerentia. Cur parcemus iuueni agenti annum vigesimum, qui robore corporis valet ad seruitium maximè apto. Si non parcimus ei, qui liberos habet, cur parcemus ei, qui ab omni cura solutus est. Et cuius calorem coerceri oportet, dū eum cessare & otiosum esse non sinimus.

¶ Deinde non obstat, quòd captura est iniuria irreparabilis: quoniam id falsum, vt scribit Ias in l. 4. §. condemnatum. num. 24. ff. de re iudica. Iniuria quæ æstimatur iuxta vulgarem hominum opinionem, apud nos autem captura non est iniuria irreparabilis, immo nobiles capiuntur, quousque ostendant se nobiles, vt dico cap. 16. nume. 125. neque tamen ideo eorum nobilitas dicitur immutata.

¶ Intelligo † autem adultum tradi posse creditori, quando 15
debet ex contractu valido, quod neque ipso iure, neque restitutionis remedio rescindi possit, alioqui si rescindatur, iam obligationis vinculum cessat, & debitor non est, quòd si nō est debitor, quo iure eum creditor in seruitium petere potest.

In summa † ego adultum inopem creditori tradam, mitissimè tamen rem geram, si adultus curatorem habeat, qui rem amiserit, vel si annum agat decimumquintum, vel decimumseptimum. Primo enim casu nulla culpa minori imputari potest: cum adultus absque curatore nihil agere possit, & omnia ab eo gesta sint ipso iure nulla. l. si curatorem habens. C. de in integrum restitu. Regia. l. 5. titu. 11. parte 5. quare cum bona absque vlla eius culpa sint amissa, & industria sua non potuerit sibi esse vtilis: cum rem administrare non posset, videtur rigorem huius legis non exercendum aduersus minorem vigintiquinque annis, argumento eorum quæ docui cap. 4. nu. 5. & faciunt quę ex Mariano, Sanseuer & Boer. dixi.

Si tamen adultus curatorem non habeat, rem suam gerat: nam adultus non accipit inuitus curatorem. §. item inuiti. Instituti. decur. Certè si decimumquintum, vel decimumsextum ętatis annum agat videtur mitissimè cum illo agendum: nam & in delictis huic ætati parcitur, saltem quoad minuendam pœnam, vt est manifesti iuris, & notant doctores in locis citatis supra numero octauo.

¶ Illud tamen non omiserim, quòd tam adultus, quàm impubes dolicapax addicentur creditori, si ex eorum dolo, vel malitia bona sua perierunt, puta si occiderunt boues, equos vel mulos suos, vel vestes ruperunt, pecuniam proiecerunt: hoc enim casu impubes ex malitia & dolo capi potest, vt notat Bald. in tractatu de carceribus. q. 4. argum. l. fi. C. de custod. reorum. § in summa & ibi. Aretin. de obligat. quæ ex delict. nascun. Neque eis dabitur restitutio aduersus delictum, vel aduersus damnum dolo datum. l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de minoribus, & qui dolosè facit, ne sit soluendo, potest extra ordinem puniri. Boer. in repe. l. consentaneum. nu. 159. C. quomodo & quando iudex.

¶ Quare † debitor dolum cōmittens in rebus propriis caret 18
priuilegio sibi aduersus creditores concesso, ne illum possint in carcerē ducere. l. fi. §. fi. ff. quæ in fraud. cred. quem ad hoc notant Bald. & Angel. ibi. Bald. l. j. colum. 2. versic. quęro. & ibi. Ange. C. qui bon. ced. possunt, & in l. is qui bonis prima. & ibi quoque Zasius. ff. de cessio. bono. Bald. l. j. colum. 4. versic. in ea glossa. ff. de iure doti. Dynus & Platea colum. j. in §. item si quis in fraudem. Institu. de actio. Baldus l. j. q. 5. C. si quid in fraud. patro. & in §. fi. & ibi. Faber, & Zasius, Institu. de actionib. Barbatius in capite quæ in ecclesiarum. colum. 5. de constitu. Vitalis Cambanus in tractatu clausularum, titulo an possit renunciari beneficio cessionis, char. penultima, versic. Secundo quia renunciatio. Nouell. in tractatu de dote, in 7. parte principali, priuilegio 14. Socin. in tractatu Fallentiarum, regula 46. fallen. 5. & regula 47. fallentia prima.

¶ Idque † generaliter verum est, vt captiosa paupertas non 19
excusetur, sed noceat, vt scribit Bald. in cap. sedes. colum. 2. de rescript. Ias. in authen. res quæ. colum. 25. versi. tene communem. C. commu. de lega. Crotus in l. frater à fratre. colum. fi. ff. de condit. indebi. Loazes in repeti. l. filiusfamilias. §. diui. nume. 164. ff. de lega. j. Barto. in l. etiam. §. licèt. ff. de solu. matrimo. Felyn. & Deci. in cap. quæ in ecclesiarum. de constitu. Facit textus in l.
20 bona. & in l. penult. ff. de iure doti. Vbi † ex dolo perditur beneficium, ne quis conueniatur vltra, quam facere possit, quod procedit, etiam si dolus intendatur aduersus tertium auctore

Bald.

Source : BIU Cujas

Bald.in cap.quæ in eccleſiarum, colum. 3. verſicu.quæro nunquid,de conſtitu.

¶Sic in criminibus pupillus doli capax punitur.l. impunitas. C. de pęn. l.ſi quis te reum. C.ad leg.Cornel.de Sica.cap.ſi quis cuiuſlibet. 21.q.5.

21 ¶Neque obijciat quiſpiam † quòd lex puniens,quod de iure communi non eſt punibile,non comprehendit minores,vt dixi num. 5.Reſpondeo enim,quòd minor,cuius malitia ſupplet ætatem maioribus annumeratur.Item reſpondeo, dolum efficere:vt quis amittat priuilegium ſibi de iure competens.l. pen. ff.de iurc doti.Iaſ.Faber & Zaſi. in §.fina. inſti. de actio. Bald. & Angel. in l. fina. §. fina. ff. quæ in fraud. credito. Sibi ergo imputet, qui ſua malitia corrumpit beneficium ſibi de iure conceſſum.

¶Sic licèt nobilitas excuſet à diſpoſitione huius legis, non excuſat,ſi paupertas malitioſa ſit,vel captioſa,vt in l. 111.condita apud Segouienſes anno à partu virginis 1532. de qua re infra dico cap. 16.num. 19.

SVMMARIVM.

1 *Furor eſt infirmitas corporis & animi.*
2 *Furioſus habetur pro mortuo,& num. 3.*
4 *In criminalibus executio fit in bonis furioſi,& parcitur eius perſonæ.*
5 *Damnum à furioſo datum iudicatur ac ſi foret à quadrupede.*
6 *Committens delictum dum eſt ſanæ mentis. Si poſtea furorem incidat, parcitur ei.*
7 *Etiam ſi propria culpa quis in furorem incidat, puta medicamina accipiendo,non addicitur ſuo creditori.*
Etiam ſi debitum deſcendat ex delicto.
8 *Si furor ſuperueniat debitori, poſtquam eſt addictus creditori, eximitur à manibus creditoris,ſicuti ratione ſenectutis.*
9 *Furioſus ſententia iudicis abſolutus an ſi redeat ad ſanam mentem, poſſit à creditoribus peti ad ſeruitium.*
10 *Minor excuſatus ſemel à pœna ratione delicti commiſſi non punitur ob id, etiam effectus maior.*
11 *Mutus,ſurdus & furioſus æquiparantur.*
12 *Ardor illiciti amoris an excuſet à delicto commiſſo.*
13 *Vnum vitium aliud non excuſat.*
Libido vitium & blanda malorum peſtis.
14 *Inopia vitio prodigalitatis contracta eſt indigna miſeratione.*

Vtrum furor excuſet à diſpoſitione huius legis, & quid ſi debitor ſit mutus & ſurdus. Cap. IX.

Rurſus quæro,an furor excuſet à diſpoſitione huius legis. Hæc quęſtio duo habet capita. Primum,vtrum debitor incidēs in furorem ſit addicendus creditori iuxta diſpoſitionem huius legis.Secundum,vtrum furor ſuperueniens poſt addictionem eximat debitorem à poteſtate creditoris. Et quid ſi furor deſinat,an ſit reuoluendus in poteſtatem creditoris. Quò ad primum illud mihi manifeſtum videtur,decretum huius legis nō exercendum aduerſus furioſum.

1 ¶ Primò † negari non poteſt, furorem infirmitatem eſſe nō ſolum corporis, verum etiam animi. vnde furioſos maleſanos & inſanos appellamus, & quòd furioſus cenſeatur eſſe ęger, probatur in l.j.& in l.cōſilio.ff.de cura.furio. Diſpoſitio autem huius legis non exercenda aduerſus debitores, qui valetudine infirma ſunt.l.in metallum.ff.de pœnis.l.cum hæres.§.Stichus. ff.de ſtatulib.l.munerum.§.Camelelaſia.ff.de mune.& hono.& dico ſupra capit.7.nu.4.

¶Vnde leges loquentes de ſeruitio ab aliquo præſtando nō habent locum in furioſo,auctore Bald.in l.vna.nume.27. C.de confeſſ.Zaſius in tractatu de feudis,parte 8.nume. 68. Bald.in l. finali.colum.j.C.de ſuis & legiti. hæredibus. Lex autem iſta loquitur de ſeruitio à debitore inope præſtando, ergo non practicanda in furioſo.Quid enim furioſus mentis inops agere poterit creditori vtile?Et cum tradi debitorem creditori ſit vt operis refundat creditum, quomodo hoc poterit facere furioſus, cuius nullæ operæ vtiles ſunt?Quare cum hic deficiat res, quā lex affectam voluit deficit eius mens,& ex conſequenti deficit eius diſpoſitio.c.cum ceſſante.de appella.

2 ¶ Rurſus † furioſus habetur pro mortuo. l. qui ad certum.ff. loca.l.bonorum.ff.rem rat.habe. gloſſa in l. ſi quis alium. ff. de acquiren.hæredi.ſcribit Bald.in l.humanitatis.fallentia.4. C. de impub.& aliis.Imo.Aretin.& Iaſ.in l.ex facto.ff.de vulga. & pupil.Mortuus autem retineri non poteſt ratione ſummę debitę, etiam ſi debeat ex contractu publico,vt dixi c.j.num.21. verſic. quod inuiolabiliter.

3 ¶ Præterea † cum furioſus mortuis annumeretur, mortuo non eſt infligenda pœna corporalis.l.defuncti.ff.de publi. iudi. vbi notant Bart.& Imola.Cyn.in l.2.C.qui teſta.facer. poſſ.addictio autem, qua debitor traditur creditori torque indutus ferreo cenſetur pœna corporalis: vt docui c.2.nu.36.& c.3.nu.6.

4 ¶Deinde † cum in criminibus ſolum fiat executio in bonis furioſi & parcatur perſonæ, vt notant Bald.& Alexand.in l.furioſum.C.qui teſtam.facer.poſſ.Et cum generaliter in criminibus parcatur furioſo,vt in l.Diuus.ff.de offic. præſi. & ibi notāt Barto. & Bald. textus in l.infans. ff.ad leg.Corne.de Sica.l.illud. §.ſanè.ff.de iniur.c.indicas.3.q.9.gloſſ.& DD. in l. ſi quis in tantam.C.vnde vi.multo magis ei parcetur, quando non debet ex crimine,ſed ex credito.

5 Præterea † ſi furioſus ſua omnia combuſſerit,adhuc creditori addicendus non eſt:quoniam res caſu fortuito cenſetur prouenisſe.l.fin.§.fin.ff.de admini.tuto.l.ſed & ſi quamcunque. §.j. ff.ad leg.Aquil.

¶Vbi probatur, damnum à furioſo datum non aliter iudicandum,quam ſi quadrupes illud dederit, vel regula ceciderit. Ille autem qui caſu fortuito amittit facultates, non eſt addicendus creditori,vt docui c.4.nu.6.& ſequentibus.

6 ¶Sed dicet quiſpiam † hoc verum, quando furioſus ipſe furore correptus bona ſua aſſumpſit, iſtud quidem haud nego: ſed tamen idem ſentiendum, quando debitor poſt amiſſas facultates incidit in furorem, vt probatur ex argumentis ſupra propoſitis & comprobatur: quoniam etiamſi aliquis in ſana mente crimen commiſerit, parcitur ei,ſi incidat in furorem. l. Diuus.ff.de offic.præſid.notant Bald.Alexand.& Iaſ.in l.furioſum.C.qui teſtam.face.poſſ.Aretin.in l.humanitatis.colum.antepe.verſic.circa aliud.C.de impub. & aliis. Imola in l. ex facto. & ibi Aretin.colum.15.verſi.ſi verò.ff.de vulga.Florian.l.ſed & ſi.§.iniuriam.colum.2.ff.ad leg.Aquil.Angel.Aretin. in tractatu maleficiorum,in verbo ſcienter & doloſè.Cępola cautela 8. Iaſ.in l.patre furioſo.colum.antep.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni Iur.Loazes in repe.l.filiusfamilias.§.diui.char. pen. verſic.ex quibus.ff.de leg.j.Hippoly.in l.j.col.7.verſ.ſed prædicta poſſent. ff.ad leg.Cornel. de Sica. hæc eſt opinio æquiſſima & communis, à qua non eſt recedendum, auctore Iaſ. in dicta l. ex facto. Cum ergo furor excuſet furioſum à pœna merita propter crimen, multo magis à pœna & ſeruitio debito ob non ſolutam pecuniam.

7 ¶Quinimmo † etiamſi debitor medicamina acceperit, vt mentis alienationem pateretur,adhuc non eſt addicendus creditori: quoniam alienata mente nullas operas præſtare poteſt vtiles creditori. Vnde deficit ratio & mens huius legis, quæ illud præcipuè intēdit,vt pecunia ſalua ſit creditori ex operis debitoris:debitor autem furioſus nullas operas vtiles præſtare poteſt.Quanquam in puniendis delictis non videtur parcendum ei,qui mentis alienationem affectauit,vt pœnam effugeret, vti cenſet Lapus in clemen.j.de homicid. & ſanctus Bonauentura in 2.ſententiarum,diſtinctione 22.q.3. Marianus Socynus in c. ad audiētiam.3.q.5.q.j.Alexandet Hallenſis in 3.par.ſummæ.q. 41.membro 4.artic.2.ante finem.

¶Pręterea adeo debitor furioſus non eſt addicendus creditori, vt etiamſi debeat pecuniam ex delicto non ſit ei addicendus:quoniam etiam in delictis eis parcitur, quod eſt notatu dignum:quoniam etiamſi aliqui eximantur à diſpoſitione huius legis,non eximuntur quando debent ex delicto, vt dico capite de debitore nobili & de fœmina debitrice.

¶ His ita definitis, quid iudicandum, quando debitor efficitur furioſus,poſtquam eſt in poteſtate creditoris,an ſit eximendus ab eius manibus.Et certè eximendus eſt:nā furor ægritudo eſt & ęgritudo ſuperueniēs liberat debitorē à ptāte creditoris, cui præſtat operas.l.in metallū.ff.de pęnis.Rurſus ſenectus liberat debitorem à poteſtate creditoris,etiam ſi ſuperueniat,poſtquam debitor creditori traditus fuit,gloſſa in l.liber.ff.de ope. liber.Alber.in rubrica.ff.de oper.liber.colum.2.textus qui in ſimili,& efficaci ſpecie loquitur in l.ſi is qui te.C.de capti.& poſtlim.reuer.& dixi ſupra capite de ſene.num. 15. Deinde cum furor ſufficiat ad hoc, vt quis nullo modo creditori addicatur, quanto magis ad hoc vt poſtquam ei multo tempore operas dedit & plurimum laboris exhauſit,liberetur ab eius poteſtate. Rurſus hic quadrant omnes rationes allegatæ ſupra in fauorē primæ partis. Sed eſt quæſtionis, quid ſi debitor furioſus poſtquam iudicis ſentētia abſoluitur,redeat ad ſanam mentem, an tunc poſſit à creditoribus peti ad ſeruitium. Diſtingue, aut eīn furioſus correptus inſania facultates proprias aſſumpſit,& certè etiamſi poſt redeat ad ſanam mentem, non eſt creditori addicendus: quoniam fortuito videtur res ſuas amiſiſſe. l. ſed & ſi quamcunque iniuriam.§.j.ff.ad leg.Aquil.vbi etiam ſi furioſus in re aliena damnum det, non tenetur. Et qui caſu fortuito rerum ſuarum iacturam fecit,non eſt addicendus creditori,vt dixi c.4.num.6.cum ſequentib.Si tamen poſt aſſumptas facultates incidat in furorem, certè non ſolum videtur excuſandus p tempore furoris, verum etiam ſi poſt ad ſanam mētem redeat, perpetuò excuſatur,ſi ſemel furoris ratione excuſatus fuit,argumento eius quod notat gloſſa in l. j. in verbo vlciſcitur. C. in quib.cauſ.in integr.reſtitu.non eſt neceſſaria, vbi Bald. Salyce.

10 Ange.& Paul. notant † quòd cum minori non vindicanti necem patris ſui parcatur, ne lege ſtatutas pœnas patiatur, certè ſemel

ſemel excuſatus ætatis ratione non poteſt eo nomine condemnari, licèt poſtea vir factus non vindicet patris necem, de qua re dixi cap. præcedenti, num. 9. vbi probaui, minorem ſemel excuſatum ætatis ratione, quominus creditori addicatur, non eſſe addicendum, licèt poſt ad robur virile peruenerit. Notãdum autem, glo. & DD. in d. l. j. loqui in caſu multo magis dubio: minor enim, qui tempore minoris ætatis patris necem non vindicauit, maior factus potuit negligentiam ſarcire: nihilominus tamen ſufficit ſemel ætatis ratione fuiſſe excuſatum, neque obeſt, ſi negligentia tempore virilis ætatis duret. Idem in matre, quæ ſi non petat filiis tutores, excuſatur, ſi minor eſt, neque ei obeſt, ſi poſtea maior facta tutorem petere adhuc ceſſet. At in noſtro caſu eſt multo maior ratio, vt ſemel abſolutus non tradatur creditori, licèt ætas, vel furor ceſſet: nam ſemel amiſſæ facultates recuperari non poſſunt. Quare cum minorem, vel furioſum liberet à poteſtate creditoris æquitas iure ſubnixa, idem ſentiendum, etiamſi furore ceſſante debitor redeat ad ſanam mentem: nam ſufficit ſemel furoris ratione fuiſſe abſolutum. Præſertim cum ſatis ſuo furore punitus dicatur. l. Diuus. ff. de offic. præſid. Sic Decius in l. in negocijs. ff. de reg. iur. ſcribit, ꝙ ſemel liberatus furoris miſericordia non eſt amplius eo nomine conueniendus, etiamſi ad ſanam mentem redeat, quam ſententiam dicit probare gloſſam in c. ſi quis inſaniens. in parte ſed hoc forte. 15. q. j.

11 Sed † quid ſentiendum in debitore muto & ſurdo à natiuitate, an eſt addicendus creditori. Hæc res pẽdet ab eo, vtrum mutus & ſurdus ſimul æquiparetur furioſo. & Iaſ. poſt alios in l. mutum. colum. j. ff. de acqui. hæredi. & in l. diſcretis. C. qui teſtam. facer. poſſ. ſcribit, ꝙ mutus & ſurdus ſimul æquiparatur furioſo: videtur enim impoſſibile non carere ſenſu eum, qui neque fari, neque audire poteſt, ergo idem hic iudicandum, quod in debitore furioſo, præſertim cum ipſi nulla culpa imputari poſſit: cum ſua non adminiſtret, neque contrahere poſſit. Facit, quod ſcribit Bald. in l. vna. num. 27. C. de confe. Zaſius in tractatu feudorum. parte. 8. num. 68. Si tamen debitor non à natiuitate, ſed ex accidenti mutus & ſurdus factus eſſet: hic enim nõ videtur excuſandus, cum intellectum habeat, viribus polleat & artifex, vel opifex forte ſit, quanquam cum hoc mihi videtur iudicem mitiſſimè agere debere, dum breuiſſimum tempus ſtatuit quo ſeruiendo ſatisfaciat debito. Tenetur enim quiuis Chriſtianus miſericordiam exhibere fratri ſuo & eleemoſynam elargiri, in nullum autem videtur rectius collocari, quàm in eum qui & debitor eſt & inops & mutus & ſurdus.

12 ¶Sed ſcire oportet, quid ſentiendum ſit in hoc caſu. Iuuenis quidã puellæ amore correptus aſſumpſit omnes fortunas ſuas, dum ei gratificari ſtudet, magnamque æris alieni vim contraxit. petit creditor, eũ ſibi addici, quæro quid iuris. Non eſt ociosa hæc quæſtio: nam debitor ſplendidiſſimum habet aduocatum, nimirum Oldradum, qui conſi. 210. col. 2. verſi. tertia conſideratio. excuſat hominem, qui vt potiretur fœmina, quam miſere deperibat, ad demoniacas artes confugit, quod reputatur crimen grauiſſimum: vt in c. j. de ſortilegiis. Adducit Oldradus, quòd immodicus amoris affectus homines adigit ad inſaniam: vt ſcribit Ariſtoteles 7. Ethicorum. cap. 2. quòd ſi amans inſanus eſt, ſatis ſuo furore punitur: vtimur enim miſericordia cũ furioſis. Quod autem amantes furioſi cenſeantur & ſint, ſignificat Vergilius lib. 4. Aeneidos.

Ardet amans Dido trahitque per oſſa furorem.

Et alibi in eodem libro.

Quid vota furentem. Quid delubra iuuant.

Idem ſignificat Plato in Phædro. Et veneris affectum furorem vocat textus in c. cum iuuentute. de præſumpt. & in Auth. quibus modis natural. effici. legitimi. §. illud. Et Cicero Tuſculanarum lib. 4. Maximè inquit admonendus eſt, quãtus ſit furor amoris, omnibus enim ex animi perturbationibus eſt profecto nulla vehementior. Idem ſcribit Bald. in l. precibus. col. 6. verſi. quid ergo ſi petiit. C. de impub. & aliis. Curtius ſenior conſi. 67. col. 3. ver. tranſeo ad ſecundum. Cum ergo criminibus amoris vehementia perpetratis indulgeatur, videtur inopi debitori indulgendum, qui non ex delicto, ſed ratione creditæ ſummæ petitur creditori addici.

13 ¶Sed † verius eſt hunc creditori tradendum: ſublato enim ocio dediſcet cupidinis artes. Deinde moueor ex eo quod Bal. notat in l. furioſum. C. qui teſtam. facc. poſſ. ꝙ vnum vitium nõ excuſat aliud. Libidini autem indulgere vitium eſt, & blanda quædam peſtis malorum confertiſſimum agmen ſecum trahens. Nam vt doctiſſimus quidã vir ſcribit. Libido famam poſſeſſionem longè precioſiſſimam eripit, nullius enim vitij rumor ſpurcius olet quàm libidinis, patrimonium exhaurit, corporis ſimul & vires & ſpeciem interimit, valetudinem vehemẽter lædit, morbos innumerabiles parit, eosque fœdos iuuẽtæ florem ante diem deuenuſtat, turpem ſenectam accelerat, ingenij vigorem tollit, mentis aciem hebetat, & quaſi pecuniam mentem inſerit. Ab omnibus honeſtis ſtudijs ſemel auocat, hominemque, quantus eſt, totum cœno immergit, vt iam nihil niſi ſordidum, humile, ſpurcum libeat cogitare, & quod hominis erat proprium eripit rationis vſum, inſanam atque infamem adoleſcentiam odioſam ac turpem miſeramque ſenectam facit. Ergo tali vitio parcendum non eſt. In quem rectius exerceri poteſt diſpoſitio huius legis quàm in eum qui luxu & libidine & ſua & aliena profudit. Si tradimus creditori eum, qui abſque graui culpa facultates ꝓprias amiſit, Cur parcamus ei, qui ſcelere & morum obſcenitate ſua amiſit, non eo ſolum nomine plectendus, quòd facultates ſuas atriuit: verùm etiam, quòd inguini ſeruiens & gulæ, rerum naufragium paſſus eſt. Non excuſamus eum, qui eleemoſynis alienam pecuniam aſſumpſit: quoniam furari non licet etiam aduenientibus egenis, & patrocinabimur ei qui dũ litat Veneri & Baccho facultatum ſuarũ iacturam fecit. At inquis. Venereus affectus vehementiſſimus eſt, cui vix humanus animus reſiſtere poteſt: hominis enim animum adigit nonnunquam ad inſaniam. Haud nego, ſed eum furorem homo ſibi propria culpa aſciſcit. Nam licèt ex peccato primi parentis in nos tranſierit procliuitas ad peccandum, hanc mitigat gratia Dei peccatum abolens, ita vt vinci poſſit, ſi velimus & precibus & benefactis nobis reddiderimus Chriſtum propitium, iuxta illud Eccleſiaſtici cap. 15. Deus ab initio conſtituit hominem & reliquit illum in manu conſilii ſui, adiecit mandata & præcepta ſua, appoſuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit dabitur illi. Scribit Ariſtoteles Politi. lib. 2. cap. 19. Pithacum Mithilenenſem vnum è ſeptem Græciæ ſapientibus legem edidiſſe: vt ebrius damnum dans grauius puniatur, quàm ſi ſobrius illud dediſſet: quoniam in ſua poteſtate fuit non inebriari. Sic DD. ſcribũt, quòd ſi quis ſumptis medicamentis ſibi furorem adſciuerit, non excuſatur furore, vt docui ſupra nume. 7. & licèt in debitore furorem ſibi adſciſcente dixerim non addicendum creditori: quia eius operæ nullæ vtilitatis ſunt, tamen furor ex amore proueniens non tantus eſt: vt tollat vtilitatem operarum nequitia, quæ potius eſt & ocium, quod labore cito euaneſcet iuxta illud Ouidianũ.

Ocia ſi tollas periere cupidinis artes.

Ex his apparet inſanũ omnino eſſe dubitare, an debitor inops ex prodigalitate ſit addicendus creditori. Contendet enim quiſpiam quod non. Quoniam prodigus & furioſus æquiparantur. l. Fulcinius. §. adeo. ff. quib. ex cau. in poſſe. eatur notãt. DD. in l. ſi cui bonis. ff de verbo. obliga. Sed veriſſimum eſt, in nullum rectius exerceri diſpoſitionem huius legis quàm in eum, qui inopiam ex prodigalitate contraxit. Scribit enim Plautus in Truculento. Stultum eſſe miſereri hominum rem ſuam male gerentium, vt late dixi c. 2.

14 ¶Deinde † inopia prodigalitatis vitio contracta non eſt miſeratione digna, gloſſa in c. ex parte. in verbo prodigalitatis, de conſuetudi. notat Bald in c. quæ in eccleſiarum. col. j. de conſtitu. Iaſ. in auth. res quæ. col. 6. verſi. tene communem. C. commu. de lega. cum aliis citatis ſupra num. 4. Poſtremò Bald. in l. furioſum. C. qui teſta. facer. poſſ. dicit, quòd omnis lex, quæ intendit punire vitia, comprehendit prodigos non autem furioſos. Nõ enim vnum vitium debet excuſare aliud. Idem notat Bart. in l. is cui bonis. col. fin. ff. de verbo. obliga. Cum autem prodigalitas vitium ſit, nemo excuſatur vitio prodigalitatis, neque hoc caſu allegare poteſt, quòd prodigus & furioſus æquiparentur. Vltimò cum huius legis decretum exerceatur aduerſus debitorem, qui abſque graui culpa facultates proprias amiſit, quanto magis exercebitur aduerſus eum, qui ſuo vitio eas amiſit, quæ res omnibus prudentibus viſa eſt caſtigatione digna, vt latè dixi c. 2. per totum.

SVMMARIVM.

1 *More Athenienſium debitores ſolum obligatione perſonali creditoribus addicebantur.*
2 *Lex in debitore loquens non comprehendit obligatum actione reali & non perſonali.*
3 *Actio realis auctore Bal. nullam ſupponit obligationem.*
4 *In legato creditorum non veniunt debita actione reali, & ideo in legatis verba ſunt propriè intelligenda.*
5 *Non ducitur in carcerem ob pecuniam debitam, niſi qui perſonaliter eſt obligatus.*
6 *Qui dicantur creditores.*
7 *Is à quo inuito res poteſt auferri, dicitur debitor, & de eo nu. 8.*
9 *Dolo deſinens poſſidere rem hypothecatam, capitur.*
10 *Deſiſtens doloſè à poſſeſſione rei: nihilominus habetur pro poſſeſſore.*
11 *Intellectas ad l. ſtili. 134.*

An debitor aduerſus quem non habeo actionem perſonalem, ſed realem: quia hypothecauit rem ſuam, vel poſſedit rem meam, ſit addicendus creditori, ſi ſoluendo non ſit. Cap. X.

Præterea quæro, quid ſi aliquis mihi tenetur nõ actione perſonali, ſed quia poſſidet

sidet rem meam:vel quia res suas,sed non personam obligauit, an si soluendo non sit,debeat mihi addici. Videtur non addicē-
1 dum:quoniam † apud Athenienses, apud quos moris fuit, debitorem inopem addicere creditori, hi solum addicebantur, qui oppignoratis corporibus mutuum accipiebant: vt auctor est Rhodiginus antiquarum lectionum lib.7.c.4.& Plutarchus in libro de Politicis ad Traianum. Ergo obbligatio personalis requiritur, aliàs quomodo addicendus, qui obligatus non est.
2 Comprobatur hæc opinio:† quoniam lex loquens in debitore non comprehendit obligatum actione reali,& non personali: talis enim non venit appellatione debitoris.l. Aurelius. §. Męuia.ff.de libe.lega.l.vno.§.j.ff.de acceptilatio.§. j. Instit. de actio. notat Bal.l.fi.nu.5.ver.quæro nunquid.C de bon.auctori. iudi. possiden.& in l.fi.nu.11.C. quib.ex cau.maio. Alex.in l. debitor. ff.ad Trebel. Iaſ.in §.j in prin.nu.98.per textum. ibi insti. de act. & in §.omnium.num.2.& ibi Gomesius nume.13.eodem titulo. Iaſ.in l.tale pactum.ff.de pact.Bal consi.485.lib j. & est communis auctore Alex.in l.j.num.50.ff.si cer.peta. Iaſ.in l.sub prætextu.2.col.2.C.de transact.Gomesius.§.supereſt. num. 67. Insti.de actio.Bal.in l.cum necessitatem.C.de fideicom. Cor. cōs. 238.lit.R.lib.4.Gozadin. in repeti.l.2.C.de pact.inter empto.& vendi.num.120.
3 ¶Rursus Bal.in l.si certis annis.C.de pact.dicit ꝙ † actio realis nullam supponit obligationem cum autem nulla adsit obligatio debitor non erit.
4 ¶Hic † si quis legauit omnia sua credita, non veniunt, quæ sibi actione reali debentur: quia in legatis verba sunt propriè intelligenda.l.nō aliter.ff.de leg.3.notat Ludouicus Gozadinus in repe.d.l.2.C.de pact inter empto.& vendi.nu.120.

Sic si creditor legat liberationem debitoribus suis non continentur,qui proprias eius res possident,aduersus quos agendū est rei vendicatione.l. Aurelius.§. Męuia.ff.de libe. lega. ita docet Bal.in l.cum fideicommissum.C.de fideicōmis. Petrus Stella in repetitione.l.repetitio.num.20.ff.de condict. indebi. quia actio realis non præsupponit veram obligationem. Sic si quis hypothecauit rem suam pro alio,& statutum dictet, vt debitor capi possit ad instantiam creditoris.Certè ille qui solum hypothecauit rem suam pro alio non potest capi: quia contra eum nulla est personalis actio,sed hypothecaria,quæ est realis,& sic ille cui res est hypothecata non potest dici creditor: nam titulus de pignoribus alius est à titulo de rebus creditis. Ita his rationibus definit Saly.in l.j.ff.si cer pet.qui loqui in eo,qui hypothecauit bona sua pro alio,vel passus est hypothecari. Sic qui obligatus est ratione oneris realis liberatur relinquēdo ipsam rem oneratam.c.de terris.de Iudę. licèt in consequentiam videatur obligata persona,vt notat ibi.Abb.nu.4.
5 ¶His accedit † ꝙ ille qui non est personaliter obligatus, nō potest duci in carcerem,vt notat Iaſ.in l.4.§.si actor.nu.25.ff.de re iudicata.qui autem non potest coniici in carcerē, nō est addicēdus creditori, vt docui c.3.nu.2. & c.4. Quinimmo si actio personalis sit limitata,puta si quis non teneatur vltra,quàm facere possit,non est addicendus creditori, etiam si soluendo nō sit,vt docet Rodericus in l.2.titulo de los gouiernos,col.4. vers. 5.Et dico infra c.17.Item actio personalis limitata non præstat ius capiendi debitorem,vt dixi supra c.6.de hærede conficiente inuentarium, quanto magis quādo nulla est personalis obligatio. Quod confirmatur ex Saly.in l.j.nu.7.ver.& est ratio. C. qui bon.cede.poss.vbi dicit,ꝙ ideo debitor tributi non potest capi: quia *tributa* imponuntur rebus,vel personæ propter res.l.indictiones.C.de anno.& tribu.quare cum semper sit res,vnde solui possit,*no*luit lex,vt incarcerentur: sed vt honestè detineantur sub custodia.l. nemo. C. de exact.trib.lib.10. Ex his videtur non esse ambigendum,quin is qui tenetur actione reali & non personali non sit addicendus creditori.

¶Contraria tamen sententia fortissimis rationibus defendi pōt. Primò illud est manifestum, debitorem inopem ideo addici creditori, vt operis satisfaciat debito, cui pecunia satisfacere non potest. Si autem tu mihi teneris: quia possides rem meam mobilem,vel immobilem,haud dubie si eam abscōdis,vel cōsumis,idemq; si eam non restituis mihi,addicendus es:rem eñ meam possides & eo omnino mihi teneris, hoc autem debitū efficacius videtur, q̄ si obligationem soluendi decem non prę-stares. Præterea ei,qui rem meam non restituit mihi,si habet facultatem rei restituendæ,non conceditur beneficium cessionis bonorum:vt notatur in l.vnica.C.de alien.iud.mut.causa facta, & in c.examinata.de iudi.& l.officium.ff. de rei vendi. Montal. in l.j.ti.15.par.5. & dico infra. c. de practica. Rursus hæc opinio probatur:qñ qui rem meam mihi non restituit,haud dubie debitor meus est, & ego creditor dici possum, & inspecto cōmuni vsu loquendi eos,qui res nostras nobis non restituunt,appellamus debitores nostros, & credimus verius & expressius esse debitores, quam eos, qui ex obligatione personali nulla forte re accepta nobis dare vel facere promiserunt.
6 Quare plures eruditi nominis viri in ea sunt sententia † vt is, qui rem meā possidet,debitor meus dici possit, & debeat: cum enim rem meam mihi restituere debeat, haud dubie debitor meus est.Quod comprobatur ex l.creditores.ff. de verbo. signi. cuius verba sunt.Creditores accipiendos esse constat eos, quibus debetur ex quacunq; actione vel persecutione. Nota illud verbum persecutione, nam persecutio est actio in rem. l. actio in personam.ff.de actionib. & obliga. nihilominus tamē habēs
7 persecutionem dicitur creditor.Item † ille à quo inuito res auferri potest,dicitur debitor.l.debitor.ff.de verb.significa.notant omnes in l.j.ff.si cer.peta. Qua ratione eum qui actionem in rē habet rectè dici creditorem probat Alciatus in l. creditores. ff. de verb.significa. Iacobus Niger in repetitione.l.j.num. 91. ff. si cer.peta. Petrus Stella in repetitione.l. repetitio. ff. de condict. indebi.num.21.Quare Faber,& Ang.in §.j.Insti de actio.dicūt, ꝙ illa actionis definitio, actio est ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur, comprehendit etiam eum qui actione reali conueniri potest.Et ibi Iaſ.& Gomesius notāt,ꝙ large sumpto vocabulo hoc nomen debitor comprehendit eum, qui actione reali conueniri potest,quod ante eos scripsit Bal.in l.2.nu.2. C.quod cum eo.

¶Rursus hæc opinio probatur solida ratione:quoniam non soluens nō addicitur creditori:quia proprie vel improprie habita exacta vocabuli ratione debitor est:quia non soluit quod debet, ꝙ si possidens rem meam eam mihi non restituit, certè non soluit,quod debet,ergo addicendus est,vt seruiendo satisfaciat rei,quam assumpsit,vel contriuit habita ratione pretij. Et certè vt hac in re meum proferam sensum,si lex Hispanicè scripta faciat mentionem debitoris, vel eorum qui nobis debent; quia res nostras tyrānicè per vim,dolum, vel furtum, vel aliàs iniustum titulum possident: quia cōmunis vsus loquendi apud nos admittit,vt hi dicantur debitores, & ita eos vulgo appellamus.Hoc intelligo,nisi mens,vel argumentum legis aliud suadeat.Cum enim dico decem millia aureorum debent mihi debitores mei:quia meas sericas telas centum habent, Paulus cētum,Petrus centum, hos omnes propriè & cōiter appellamus debitores nostros:quia res nostras nobis restituere tenētur, lex autem Hispanicè scripta intelligenda est iuxta cōem vsum loquendi vt notat Bar.in l.si quis fialibus.ff.de testa.tutela.
8 ¶Doctores † autem nostri cum dicūt, appellatione debitoris non continetur,qui solum tenetur actione reali, inspiciunt proprietatem verbi debitor,& quid iuxta proprietatem Romani sermonis significet.Qua ratione si quis Hispanica lingua leget omnia sua credita mihi,videtur ꝙ iuxta communem vsum loquendi veniunt ea quæ sibi actione reali debentur.Sit exemplum.Mando à Pedro todo lo que me deuen, y quiero que sea suyo.Certè qui testator apud aliquos habet triticum,oleum,vel aliqua immobilia,quæ ad se iure dominij pertinēt, licèt ab alijs possideantur,ad legatarium pertinent ex mente testatoris, quæ interpretanda est iuxta communem vsum loquendi non iuxta proprietatē Romani sermonis:sed de his iudicēt eruditi. Dum tamen fateantur per omnia menti testatoris obsequēdum esse. Redeundo ad propositam quæstionē, ꝙ obligatus actione reali si rem non restituat, sit addicēdus creditori,probatur:qñ stāte dispositione legis vt debitor ꝓpria auctoritate possit sibi ius dicere in eo quod est sibi debitum,vt disponit. l. ait prætor. § si debitorem.ff.quæ in fraud.credito.idem est in eo quod est suū: qñ eadem est ratio. Ita docet Alex. consi. 63. & si celeberrimè doctor.nu.2.versi.vnde tex.lib.3.qñ licèt qui potest conueniri actione reali,non sit propriè debitor obligatus,vt in l.pe.C. qđ cum eo tamē large sumpto vocabulo est debitor, vt notat Bal. in l.fi C.de compensa Hæc Alexander, cuius sentētiam probat Iacobus Niger in repe.l.j.nu.91.ff.sol.matr. Itaq; Alexander dicit,ꝙ qui tenetur actione reali,est debitor,sed nō debitor obligatus,quod est cādide intelligendum, ꝙ scilicet nō est debitor ex obligatione per suam promissionem contracta, sed est debitor:quia iure diuino & humano tenetur rem alienam restituere,licèt verbis non promiserit.His accedit, ꝙ hypothecans pro alio rem suam, potest ratione huius hypothecæ capi ad instantiam creditoris,cui eam hypothecauit,si dictet statutum,vt debitor possit capi ad instantiam creditoris,ita aduersus Saly. opinionem docet Bologninus in repe.rubricæ.ff.si cer.pet. nu. 24. ver.sed iudicio meo.& Iacobus Niger in repetitione.l.j. nu.86. ff.eo.tit. Adducunt,ꝙ cum ab eo,qui rem hypothecauit, possit exigi,debitor dicendus est, & ꝙ qui hypothecam acceptauit, videtur sequutus fidem eius,qui hypothecauit rem. Ergo dicēdus est creditor,ꝙ si est creditor,quadrant verba statuti dictantis,vt creditor possit facere capi debitorem. Hæc Bolognini & Nigri opinio meo animo nūquam satisfecit, potiusq; probatē opinionē Saly.relatam supra. Moueor:qñ qui hypothecat pro alio rem suam,& non obligat personam suam,solum est debitor respectu rei,quam hypothecat,& non vltra,& nisi eā abscōdat,sed exhibeat,certè capi non pōt ad instar eius, quod dixi c. 16.nu.18.Quòd hęres,qui confecit inuentarium,non pōt personaliter capi pro debitis defuncti, licèt regulariter hæres debitoris capi possit.& ratio est:qñ cum fecerit inuentarium, non tenetur vltra vires hæreditarias,neq; vltra bona contēta in in-

uentario,

Source : BIU Cujas

uentario, & ſic eſt debitor reſpectu illorum bonorum contentorum in inuentario, ideo capi nõ poteſt, niſi ea abſcondat, vt ibi dixi. Itaq; ſi pro Paulo hypothecaui rẽ meam Hieronymo, certè Hieronymus hypothecaria vti poteſt aduerſus rem hypothecatam: ſed me capere non poteſt, quum obligatus non ſum, vt dixi ſupra num. 4.

9 ¶Et † ſolum me capere poſſet, ſi rem dolo deſinerem põſſidere; & tunc non me caperet ex hypotheca, ſed ex dolo. l. pro poſſeſſore. ff. de regu. iuris. l. pe. ff. de dolo. Quod eſt manifeſtius iure regio: quoniam nemo ex inſtrumento capi poteſt, niſi adſit clauſula guarentigia, qua obligatus dat poteſtatem omnibus iudicibus vt illum capiant, vt dixi c. j. Et licèt ex re iudicata cõueniatur, defendi poteſt, ne capiatur, ſi rem obligauit, non perſonam, vt ſupra dixi, quod videtur expreſſe probari in l. 134. Stili. Neque obſtat argumẽtum Bolognini & Nigri: quoniam creditor ſolum videtur ſecutus fidem hypothecantis reſpectu rei hypothecatæ: eam enim ſolum obligauit non perſonam. Neq; obſtat, q̃ ab eo exigi poteſt: quoniam exigi poteſt res hypothecata non tamen eius perſonam exactionem vel carceris moleſtiam patitur.

¶Quid ergo ſentiendum in principali quæſtione, & diſtingue, aut enim res, quam mihi reſtituere teneris, extat, & eã poſſides, & non eſt tractandum de addictione: quia ex vi rei iudicatę cogeris illam reſtituere. Aut non poſſides eam, & agendum eſt aduerſus poſſeſſorem. l. in rem. ff. de rei vendicatio. l. 1. C. de aliena. iudicij.

10 ¶Si † tamen rem non poſſides, ſed dolo deſiiſti poſſidere, & haberis pro poſſeſſore. l. pro poſſeſſore. ff. de regu. iur. & ex dolo teneris. l. pe. ff. de dolo. Et ſi ſoluendo non es, merito traderis in ſeruitium creditori. Quòd ſi rem conſumpſiſti, atriuiſti, corrupiſti, vel abſcondiſti, & ex dolo tuo addicendus es creditori: qa ex dolo perſona tua obligata eſt, & ſic perſona ſeruire debet tãquam obligata, ita probatur ex Bal. in l. fi. §. & ſi prẽfatam. nu. 3. & ibi Corne. C. de iure delibe. Vbi ſcribunt, q̃ licèt hæres conficiens inuentarium non poſſit capi pro debitis defuncti: quia ſolum eſt debitor reſpectu bonorum contentorum in inuẽtario, hoc eſt verum, niſi abſcondat, ea vel ſit in mora ea exhibẽdi: quia tunc ex proprio pacto capi poteſt. Vt dixi ſupra, & com probatur ex his quæ dico c. 10. de nobili. nu. 7. & nu. 19. & c. 17. de clerico. à nu. 11. & quoniam qui non indicat ſua bona, ſed ea abſcondit, capitur ex contumacia, licèt aliàs capi non poſſet. Bart. l pen. ff. de ceſſio. bon. & dico dicto cap. 16. nume. 19. nam dolo æquiparatur talis contumacia. l. ſi plures. ff. de admi. tuto. Boer. in repeti. l. conſentaneum. nume. 160. C. quomodo & quando iudex.

11 ¶Ex hac † diſtinctione liquet reſponſum ad omnia allegata in fauorem partis negatiuæ. Et iuxta hanc diſtinctionem intelligi debet. l. 134. Stili. cuius verba ſunt, es à ſaber quæ el fiador notſera dado por preſo maguer los ſus bienes no cumplã à pagar el debdo ſaluo ſino obligo ſu perſona y bienes. Nota hæc vltima, ex quibus nominatim probatur, q̃ ad hoc vt quis ſi ſoluendo non ſit addicatur creditori, requiritur vt perſona ſua ſit obligata ſimul cum bonis, de cuius legis intellectu dixi late c. 5. nu. 13. Sed certè qui rem alienam non reſtituit ex dolo, vel ſine dolo, vbi primum non reſtituit, tenetur ad intereſſe, & ſic iam perſona ſua eſt obligata ad ſolutionem eius, quod intereſt, & q̃ detinens rem meam non liberetur cedendo bonis, probatur in l. j. C. qui ex l. Iulia. bonis cedere poſſ. in C. Theodoſiano, cuius legis verba retuli ſupra c. j. nu. 65.

SVMMARIVM.

1 *Si debitum ex delicto deſcendat non admittitur ceſſio bonorum.*
2 *Debitor ex delicto non habens in bonis, vnde ſoluat, pœnam luit in corpore, etiam ſi ſit clericus. & nu. 3.*
4 *Debitor ex delicto habens vnde ſoluat, volens corpore luere pecuniariam pœnam non auditur, ſed ſoluit pecuniam.*
5 *Gratia delinquenti conceſſa à principe, non faciente mentionem de delicto cenſetur ſurreptitia.*
6 *Afflicto non danda afflictio, & quomodo intelligatur.*
7 *Aliud pro alio inuito creditore non poteſt ſolui.*
8 *Pœna irrogata debitori per ſtatutum ſi intra tempus limitatum nõ ſoluat, ceſſat, ſi creditor, cui pecunia applicatur pœnam non petat.*
9 *Debitor creditori non addicendus, quando creditor patitur eum è carcere ſolui.*
10 *Regula quòd in bonis non habens luat in corpore, procedit in perſona vili, non autem ſecus.*
11 *Fur addictus creditori portat torquem ferreum.*
12 *Debitor ex delicto an veniat appellatione debitoris.*
13 *Creditor à credito dictus.*

An debitor ex delicto addicendus ſit creditori, ſi ſoluẽdo non ſit, an verò corpore luere debeat. Cap. XI.

Quæro deinde, an debitor ex delicto ſit addicẽdus creditori ſi ſoluendo nõ ſit, vt ſeruiẽdo ſatisfaciat debito. Videtur hoc caſu deficere diſpo-
1 ſitionem huius legis † nam ceſſio bonorum non admittitur, ſi debitum proueniat ex delicto. l. ſi ex parte. §. quãquam. ff. quod cum eo. l. ſi rerum amotarum. ff. de re iudi. Capella Tholoſana. 466. & ibi Aufre. in additione, glo. in regula peccatum. de reg. iur. in 6. & in c. ſi res. 14. q. 6. notat Saly. in l. j. C. qui bon. ced. poſſ. Gomeſius in §. item ſi quis in fraudem. nu. 42. inſt. de actio. DD. in c. Odoardus. de ſolut. Iaſ. & Faber in §. fi. nu. Inſti. eo. tit. Zaſius in l. fi. col. fi. ff. de ceſſio. bon. Fely. in c. ad liberandũ. col. 2. de Iudę. Iaſ. in l. ſi quis id quod. nu. 28. ff. de iuriſd. om. iud. Alb. in rub. C. qui bon. cede. poſſ. Bar. in l. j. §. fi. ff. de pę. per tex. ibi. Bar. Ang. Platea, & Rebuf. in l. nemo carcerem. C. de exacto. tribu. lib. 10. Boer. deciſ. 349. nu. 8. Soc. regula. 46. fallentia 3. Orozius eruditi ingenij virtute inſignis in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. om. iudi.

2 ¶Quoniam † debitor ex delicto ſi nõ habet in bonis debet luere corpore. c. j. §. homicidium. in fi. verſ. qui verò ad prædictã pęnam. de pace tenenda & iuramento firmanda. l. j. ff. de pęn. l. quicunq;. C. de ſeru. fugiti. l. fi. ff. de in ius voc. docet late Iaſ. in §. pęnales. nu. 43. inſti. de actio. Bal. in l. quicunq;. C. de ſerui. fugiti. Pau. in l. vlt. per tex. ibi. ff. de in ius voc. Iaſ. in d. l. ſi quis id quod. nu. 28. Fel. in c. ad liberandum. de Iudę. Hæc vt ſcilicet debẽs ex delicto non admittatur ad ceſſionem, intelligenda ſunt iuxta diſtinctiones DD. in d. locis, & in c. Odoardus. de ſolut. & in c. finem litibus. de dolo & contum. Vbi diſtinguũt, an pęna appli cetur fiſco, an parti, & an in pęnam, an verò pro expenſis, & dãnis, quę nõ refero: quoniam cum iure noſtro ceſſio bonorum ſit ſublata, & ſuccedat obligatio ſeruiendi, quæ habetur pro pęna corporali, ſemper non habens in bonis luet ſeruiendo: quia hoc eſt pati pœnam corporalem. Sed redeundo ad rem. Faber in §. fin. colum. 2. verſic. quid ſi ex delicto. inſti. de actio. ſcribit, quòd ſi quis agat actione iniuriarum, & in concluſione petat imponi pœnam pecuniariam, quòd ſi reus condemnatus ad ſolutionem pecuniæ velit vti beneficio ceſſionis bonorum: quia laborat inopia, quòd non eſt audiendus, immo pœna pecuniaria eſt corporali pœna luenda, & idem ſcribit ibi Platea & Bal. q. 2. & Aret. colum. . verſic. quæro an non tantum. & Iaſ. col. 3. verſi. quartò ſupradicto. Hæc regula magnam habet rationem, qui enim debet ex delicto, iniquum eſt, vt liberetur eodem modo, quo liberatur, qui debet ex contractu. Nam debens ex delicto pœnam meretur, & indignum eſt, vt iuuetur beneficio ceſſionis bonorum: delinquens enim pœna dignus eſt non beneficio.

3 ¶Adeo † autem non habens bona debet luere corpore ſi ex delicto debitor ſit, vt etiam ſi debitor ſit clericus, debeat corpore luere, vt ſignificant Innocen. & Barba. in c. Odoardus. de ſolutio. & in cap. finem litibus. de dolo & contuma. per textum ibi in fine, & per cap. ſi res. 14. quæſt. 6. & ibi Archidiaconus, textus cum gloſſ. in cap. quia presbyteri. verſiculo caſtigari. 5. q. 6. cap. epiſcopus. §. libertus. 12. q. 2. & in Authen. de ſanctiſſimis Epiſcopis. §. Reuerendiſſimis. colum. 9. & in authen. presbyteri. C. de Epiſc. & Clerici. Boer. deciſ. 349. num. 11. & num. 8. Iudex enim Eccleſiaſticus poteſt ſuos flagellis afficere vſque ad ſanguinis effuſionem excluſiue. ca. in Archiepiſcopatu. de rapton & ibi notant Abb. & Anania. Notandum tamen, quòd licèt in caſu permiſſo clericus fuerit condemnatus ad pęnam per iudicem ſecularem: tamen ſi ſoluendo non ſit, pœna corpotalis ſibi infligẽda eſt non à ſeculari iudice, ſed ab eccleſiaſtico. c. grauis. de pœn. cap. dilectus. de appella. notat Dominicus in cap. ſi clericos. de ſenten. excommu. lib. 6. & in c. j. de clericis coniugatis. eod. libro. Boerius dict. deciſione 349. colum. pen. verſic. ſed hæc detentio, nume. 11. Quinimmo ſi condemnatus poſſit ſoluere omnem pœnã præter vnum denarium, nihilominus debet corpore luere, auctore Bald. in l. cum ſit. C. de ſepul. viola. Alexand. in l. ſi quis id quod. colum. j. Felyn. in cap. ad liberandum. colum. 2. de Iudę. quæ res quoniam eſt dubia excutietur infra cap. de debitore modicæ ſummæ. num 9.

4 ¶Meminiſſe tamen oporter, † quòd ſi debitor ex delicto velit potius fuſtibus caſtigari, quàm pecuniam, in qua damnatur ſoluere, non eſt audiendus, ſi habet bona. Nam regula, quæ admittit pecuniam corpore lui, intelligitur, ſi quis non habeat bona, & ita dicimus, qui non habet in bonis, luit corpore, vt probatur in locis citatis: & in l. finali. ff. de in ius vocan. ibi, ſi inopia dignoſcitur laborare. Et nominatim ita docet Bal. in l. quicunque. colum. pen. verſic. Sed quid eſt ſi ſoluendo. C. de ſeruis fugi. & ibi eum ſequitur Pau. & probat Alexand. in l. fina. ff. de in ius vocan. & ibi Angel. & Aretin. colum. fin. immo iudex non debet eum audire, ſed bona ſua vendere. l. pollicitationes. ff. de pollicita.

5 ¶Adeo † autem debitum ex delicto eſt ſeuere exigendum, vt ſi princeps alicui concedat, vt intra quinquennium nõ poſſit inquietari à ſuis creditoribus. Certè hac gratia vti non poterit quoad debita, quæ debet ex delicto: quoniam ſi princeps gratiam concedat delinquenti, qui non fecit mentionem de delicto, gratia cenſetur ſurreptitia: quoniam ſi ſciret eum deliquiſſe, non ita facile conceſſiſſet. c. poſtulaſti. in verbo non ita

de

Source : BIU Cujas

de leui,de reſcript. Ita notant Guilielmus Cugneus,& Cyn.in leg.ſed ſi ex parte.§.quanquam. per illum textum.ff.quod cum eo.Ripa in leg prima.numero 97.ff.ſi certum petatur. Roman. ſingu.170.Martinus Laudenſis in tractatu de priuileg.& reſcrip. §.14 Bald.& Albe.in dict.leg.ſed ſi ex parte.§ interdum. Alexã. in leg prima,columna penulti.ff.ſi certum petatur. & iſta opinio fuit per Curiam Pariſienſem approbata,teſte Boerio deciſione 349.numero octauo.columna nona.verſic.nec per conſequens,de cuius doctrinæ veritate dico infra capite de induciis & literis moratoriis.

¶Non tamen omittendum,quòd ſunt, qui dicant, quòd regula ſupradicta,quòd non habens in bonis,luit corpore,neque liberatur cedendo bonis,intelligitur quando mulcta eſt applicanda fiſco,non autem quando applicatur parti. Ita docet Ioannes Paponius in conſuetudines Aluerniæ titulo des ſucceſſions.columna prima.citat Boer.deciſ.349.numero octauo. ſed certè Boer.nihil huiuſmodi dicit,& contrarium ſatis ſignificat ipſe Boerius,dum ſequitur Fabrum Plateam,Baldum & Aretinum in §.fina.de actio.docentes, quòd ſi quis agat actione iniuriarum,& concludat petendo pecuniam condemnatus non poteſt cedere bonis, ſed pœna pecuniaria conuertenda eſt in corporalem.

Quod probant iura & doctores allegati in fauorem regulæ generalis, quòd debitor ex delicto non liberatur cedendo bonis, ſed debet luere corpore. Probat etiam ratio ſupra adſignata,quòd ſcilicet eſt indignum, vt debens ex delicto,quod meretur caſtigationem, liberetur cedendo bonis:cũ pœna pecuniaria ſibi imponatur in caſtigationem delicti. Et ita aduerſus Paponium & Rupellanum lib. quarto. forenſium Inſtitutionum, habemus auctoritatem omnium ferè doctorum, & ipſum iuſtitiæ,prudentiæ & rationis robus. Et Boerius, quem citant, loquitur de iure Gallico non ciuili. dict. deciſ. 309.columna tertia.numero quinto. Et præſertim hoc eſt manifeſtum iure noſtro regio,vt infrà patebit:nam etiam ad ſatisfaciendum pœnæ applicandæ parti debet quis ſeruire. Sed audio te lector dicentem, quid ſentis in propoſita quæſtione, vtrum debens ex delicto ſi laboret inopia ſatisfaciat ſeruiendo creditori,an verò debeat corpore luere. Et diſtinguendum,aut enim reo imponitur pœna corporalis, & etiam pœna pecuniaria: vt in reo furti, qui condemnatur ad pœnam corporalem & ad reſtitutionem rei furatæ. Et certe ſi reus paſſus eſt pœnam corporalem, non debet pro precio rei puniri in perſona, ſed ſatisfaciet ſeruiendo creditori. Ita iure regio eſt conſtitutum in pragmatica condita apud Pintiam & apud Arandam anno, cuius verba ſunt. Declaramos y mandamos que agora, y de aqui adelante quando algunos fueren condemnados por hurtos, y ſe executare en ſus perſonas la pena corporal y no tuuieren de que pagar, los intereſſes, haziendo ceſſion de bienes los admitays y entregueis a los acreedores aunque la dicha deuda decienda de delicto ſegun y como a lugar en las otras deudas. Nota illa verba. y ſe executare en ſus perſonas la pena corporal. Hoc enim lex prius videtur requirere: vt liberetur ſeruiendo creditori. Pro quo facit, † quod afflictio non eſt danda afflicto, quod tamen limita, quando reus hoſtis eſſet eius, cui pecunia applicatur, vel illum iniuria affeciſſet:tunc enim non eſt tradendus creditori, ne illum occidat, vt dixi ſupra capitu. ſecundo. numero duodeſimotertio. Sed ſi crimen atrox ſit relegabitur in regias triremes, vt ex mercede ſatisfaciat.

Si autem delinquenti non imponitur pœna corporalis,ſed pœna pecuniaria tantum applicanda parti in ſatisfactionem delicti. Et certè ſi crimen commiſit, non videtur a republica, vt liberetur ſeruiendo creditori, niſi pecunia applicetur creditori pro damno accepto. Tunc enim ne careat, re ſua,videtur admittendum, vt ſi ipſe poſtulet, tradatur ei, ſi crimen id admittat,aliàs ſi crimen iudici videatur atrox, relegabit reum in regias triremes, vel iubebit tali operi vacare, ex quo & puniatur & refundat ex ſtipendio damnum illatum. In hanc diſtinctionem nos lector protrudit diſpoſitio dictæ pragmaticæ.

Sed certè rectè intellecta dicta pragmatica non requirit, vt reus paſſus ſit pœnam corporalem ad hoc vt liberari poſſit ſeruiendo creditori. Sed ideo requirit, vt pœna corporalis ſit executata, & ſi daretur ad ſeruiendum, non poſſet poſtea facile executari,& ſic delicta remanerent impunita. Et vt ingenuè proferam, quod ſentio, id generaliter videtur verius, vt reus damnatus pecuniam ſoluere ſatisfaciat ſeruiendo parti,cui pecunia applicatur, niſi ſit eius hoſtis, vel crimen requirat, vt operas det in loco, vbi magis torqueatur: nam his duobus caſibus operabitur in regiis triremibus,vel in alio ſimili loco, vel opere publico. Moueor: quoniam aut pars vult ſeuere punitum reum,aut non,& ſi vult ſeuere punitum reum, magis punitur ſoluendo pecuniam ſeruiendo per longum tempus addito torque ferreo, quàm ſi eam ſolueret repreſentata ſtatim pecunia: nam & ignominia & miſeria maior eſt, & pœna magis diuturna & cruciatus acerbior, ſi per longum tempus addito torque ferreo ſeruiat, & ex ſudore proprio pecuniam ignominioſe paret. Itaque ſi inſpicimus voluntatem partis volentis, vt reus ſeuerè puniatur, hic magis ſeuere punitur.

Si inſpicimus publicam vtilitatem: nam intereſt reipublicæ delicta puniri, ſic magis punitur parando pecuniam ſeruiendo, quàm eam repreſentando. Si autem pars non vult ſeuere puniri reum,accipiat quod facere poteſt, & cum pecuniam offerre non poſſit, contentus ſit ſeruitio. Sed obijcis, quid ſi enorme crimen commiſit,an tunc ſatis eſt ſeruire creditori. Reſpondeo, ſi graue crimen commiſit, ne damnet eum iudex ſoluere pecuniam. Sed exilium pati, vel coertionem corporalem perferre, quòd ſi tantum damnat pecuniam parti, vel fiſco ſoluere, iam ſignificat pecuniæ ſolutionem ſufficere pro pœna, quòd ſi ſufficit, magis punitur ſoluendo pecuniam operis quàm ſoluendo eam ære momento repreſentato.

Et ſi conſtito de rei inopia qualitas criminis, uel perſonarum exigat, vt non det operas creditori, ſed acerbius tractetur,& iam dixi, quòd pro negotij qualitate poteſt reum relegare in regias triremes, vt vel remigem agat, vel militem, vt ex mercede, quæ pro operis ſoluit, ſatisfaciat creditori, vel poteſt iubere, ut aliis vacet operis pro prudentia iudicis excogitandis. Et quòd cum crimen eſt atrox, non ſit addicendus creditori, ſed relegandus in regias triremes, docet Couar. variarum, libro ſecundo capitulo primo. Hoc autem obſeruandum videtur, ſi reus damnetur dare pecuniam ratione damni parti illati, ſiue ratione iniuriæ, lege ſecunda, titulo de los que acuſan los malfechores, in volumine legum Gothicarum. Inquit lex. Peche el iuez trezientos ſueldos alos parientes del muerto en el tormento por ſu mal ſeſo y ſi no ouiere onde los pague ſea ſieruo de los parientes del muerto. Quod probatur ratione: nam cum iudex iubet pro ea ſolui pecuniam iam ſupponit iniuriam expiari pecunia, magis autem torquetur, qui reponit pecuniam ſeruiendo quàm ſoluendo. Sed obiicis, vera ſunt hæc, tamen pars, cui pecunia, applicatur, non tantum percipit vtilitatis ex ſeruitio, quantum ſi pecunia ſtatim ſibi repreſentaretur. Sed reſpondeo, quid ſi impoſſibile eſt, pecuniam repreſentari: quia reus inopia laborat. Dices,tapulet, ſed quid inde tibi vtilitatis.

Præterea obſtat ſententia, quæ iubet ſolui pecuniam non irrogari pœnam. Obiicis, non ſoluit, immo ſoluit: quia cum ſit inops, ſufficit quòd ſoluat eo modo, quo creditoribus ex cauſa ciuili ſoluitur, ſcilicet ſeruitio: nam hoc pro ſolutione habetur. Dicis, intereſt reipublicæ delicta puniri: reſpondeo iam iudex declarauit delictum expiari ſoluta pecunia, & magis expiatur:cum ſoluitur ſeruitia,quàm cum ſoluitur pecunia.

Sic Alfonſus Caſtrius monachus eruditus. libro ſecundo. de poteſtate legis pœnalis, capitulo duodecimo. &c. tertiodecimo. notat, quòd iudex ob crimen damna ſoluere decem intra decem dies, & quòd ſi non ſoluat, flagelletur, certè etiam ſi poſt decem dies non repreſentetur pecunia, iudex poterit præcipere, vt pro eiſdem decem fiat in eius bonis executio: quia cum damnauit ea ſoluere, ſatis oſtendit eis expiari delictum, hoc Corne. ante docuit conſilio quinto. libro tertio,& ſequitur Couarr.vari. reſolut.libro ſecundo, capitulo nono,numero octauo. Dicis, non dat mihi meam pecuniam, crucietur. Sed hoc iracundi animi conſilium eſt, & iudicis ſententia obſtat & præſtat, immo neceſſe eſt vti miſericordia, pro qua nobis ſeruator noſter miſericordiam ſuam promittit dicens. Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Itaque ſi animus iudicis volentis punire delictum, uel partis uolentis reum cruciari, inſpicitur, magis cruciatur reus, qui ſoluit ſeruitio, quàm qui ſoluit pecunia.

Si conſideratur animus partis uolentis conſequi pecuniam. Quis auctoritatem ei tribuit, vt ius dicat,& vel hoc concedat, uel neget, uel pœnam augeat, vel minuat: cum iudex non ſit. Sed obiicis, animus iudicis fuit ditare partem, vel damnum, quod accepit reſarcire, quare ſi hoc eſt impoſſibile ſtatim fieri, fuſtibus caſtigetur, ſed quæ hinc vtilitas parti. Sed dicis, punitur grauius. Reſpondeo iam iudex pro maxima pœna damnauit ſoluere pecuniam, & ſoluere ſeruitio durius eſt,quàm ſoluere pecunia.

Et hæc addictio, qua debitor reponit pecuniam, habetur pro pœna corporali, & re vera eſt pœna corporalis, vt probaui capitulo ſecundo,numero 36. & capitulo tertio, numero ſexto. neque enim vllo caſu admittimus, vt liberetur cedendo bonis, ſed vt iuxta hanc legem ſeruiat creditori: hæc autem lex tollit beneficium ceſſionis bonorum, vt dixi capitulo ſecundo,numero ſecun. Idem ſentio in damnato ſoluere fiſco:nam ſi liberabitur ſeruiendo regi, vt miles vel ut artifex pro qualitate criminis ex rationibus ſupra allegatis. Sed

Source : BIU Cujas

obiicis,quid ſi pars non vult vt ſibi ſeruiat, neque vt relegetur Oranum, uel in regias, triremes, ut ex mercede ſibi ſoluatur, ſed ut ſit in carcere,quouſq; repreſentet pecuniã,an rectepetat.

7 Videtur recte petere † quoniam regula,ut qui nõ habet in bonis,luat corpore,intelligitur,ſi pars,cui pęna fuit applicata hoc petat,aliàs ſi uult expectare,donec dãnatus ſoluẽdo ſit,debet remanere ĩ carcere,ut ĩ l.fi.ibi,ex querela patroni ff de ĩ ius uocã. & notat Bal.in l.q; ſi minor §.ſi ſeruus. quẽ legit cũ principio legis.ff.de mino.nãi ñ uita parte aliud pro alio ſolui nõ poteſt.l. 2.ff.ſi cer. pet. & huius opinionis auctor fuit Innocẽ. & poſt eũ Abbas in cap.Odoardus.col.2.de ſolut.& ibi etiam notat Ioan. And Cępola cautela 16 Puteus in tractatu de ſindicatu, in verbo pœna.Bal.per textum ibi in l.ſi ff de in ius vocan. Purpuratus in l.imperium.nu.3 4.ff.de iuriſd ict. omni. iudi. Iacobinus in d.l.ſi.ff.de in ius vocan. & ibi Paul. & omnes ita tenent teſte Boerio.deciſione.349.nu.8.col.7.verſi.ſecundò ſi is. Alex. in l. ſi nu.5.ff.de in ius vocan.Alexãd in ſi quis id quod.col.2.ff.de Iurisd.omni.iudi.Iaſ.ibi n.28 & in §.pęnales n.46.Inſti.de actio. Felyn.in c.ad liberandum.ver.tertiò limita.de iude.Socin.regula.46.fallen.17.

8 ¶ Quibus conſonat,quòd † ſtante ſtatuto vt debitor nõ ſoluens intra certum tempus incurrat pęnam,certe elapſo tempore pęna non eſt irroganda debitori.Si creditor, cui pecunia eſt applicanda,nolit pęnam peti, ita docuit Bar. in l. cum duobus. §.idem reſpondit.ff.pro ſocio.& ibi.Bal.ſequitur Cremen.ſing. 102.Aretin.con.89.Paul.in auth ſi captiui.C.de epiſco.& cleri. Alex.in l.quanuis nu.15.ff.ſolu.matrimo. & ibi Paul. qui loquitur in eo,qui detinetur in carcere ex eo q̃ non ſoluit, & ſic loquitur in noſtro caſu.

¶ His maximè cõgruit, quòd diſpoſitio huius legis non eſt ſeruanda,ſi creditor nolit debitorem ſibi ſatisfacere ſeruitio, ſed expectare vt meliorem fortunam nanciſcatur:vt in l.2.titulo de los gouiernos ibi ſi quiſiere,libr.2.fori. & dico late infra. Sed tamen his nõ obſtantibus certe creditor, cui pęna applicatur,non eſt audiendus, ſi nolit reum ſibi tradi in ſeruitium,ſed vt ſit in carcere.Moueor tribus argumẽtis. Primò auctoritate Paul.in l.ſi.ff de in ius vocan.vbi ſcribit,quòd licèt verum ſit,q̃ reus non habens in bonis non debet luere corpore,ſi perſona, cui pęna eſt applicanda,id non vult.Id intelligitur,ſi modò patitur reũ eximi è carcere.Secũdo moueor:quoniã ſi aliter iudicemus,præcludimus viam humanæ libertati conſeruandæ cõceſſam quę neque pactis neque iuramentis tolli poteſt, vt dixi c.j nu.45.Tertiò moueor : quoniã aliàs debitor eſſet perpetuò in carcere,ſi ſoluendo non eſſet,quod Barbarum exemplũ eſt à iure reprobatũ,vt in l.incredibile.C de pęn. Quartò moueor auctoritate Ripę in l.obligationc generali.nu.30.verſic. primò vt non procedat ff.de pigno. Vbi licèt in ea ſit ſententia vt ualeat pactum:vt debitor carceratus non poſſit cedere bonis, de quo dixi.cap.j.num 4. id limitat, niſi immineat periculum, ne debitor moriatur in carcere:nam tunc Iudex ex officio poteſt debitorem ſoluere è carcere:quia vita morituri debet pręuale re cuicumque cauſæ pecuniariæ.c.non ſatis.86.diſtinctione, & dixi.cap.j.num.4. vbi alios citaui.Quintò moueor:quoniam licèt debitor non ſit addicendus creditori inuito. Id limitandum, dummodo creditor patiatur debitorem ſolui è carcere. Sexto:quia ad hoc vt debitor eximatur è carcere,admiſſum eſt, vt ſoluat aliud pro alio,etiam inuito creditore,vt in auth. hoc niſi.C.de ſolutio.& dixi capitulo j. numero 46. Et ſic non obſtat,quod tradit Bal.in d.l.quod ſi minor. quòd aliud pro alio inuito creditore ſoui non poteſt : id enim verum, niſi debitor ſit inops,vt prolixe dixi in loco ſupracitato.

10 Illud † prętermiſſum,nolui, quod ea regula : vt qui non habet in bonis,luat corpore,habet locum in perſona vili,non in ea,quæ vilis non eſt:nam minima corporalis pęna excederet omnem pęnam pecuniariam.l.in ſeruorum.ff.de pęn.Et in perſona honeſta & graui notat Platea in l.nemo. nu.2. C. de exac. tribu.lib.decimo.l.j.& 2.ff.de pęn.Felyn.in cap.ad liberandum. columna j.de iude.late Bologni.in repeti.auth.habita.colũ. 12. uerſicu.& ſtante. C.ne fili.pro patre.laſ.in auth. ad hęc. in fine. C.de iude.quare ea regula ſolum in perſona uili ſeruanda non in nobili.Bar l.j.§.fi.ff.de pę.Saly.in l.& ſi ſeuerior.columna 2. uerſic.oppono undecimò C.ex quib.cauſ.infam irroge. Sentit Puteus in tractatu de ſindicatu,in uerbo iudex. uerſicu. iudex; qui in criminibus, & in uerbo pęna capitulo licèt dicatur.in princ Gandinus in tractatu maleficio titulo,utrum pœna poſſit augeri,in fine.Alexand.& Iaſ.in l.ſi quis id quod. ff. de iuriſdict.omni iudic.Aretin.& Iaſ. in §. pœnales, numero 44. inſti. de actio Lup.in rub.de don.§ 9 Couar. uari. libro ſecundo cap. 9.numero 4.Hęc doctrina generaliter intellecta uera non eſt. Id enim niſi perſona nobilis crimen atrox comiſſiſſet, ex quo nobilitatem prorſus amitteret & omni dignitate ſpoliatus teterrimo ſupplicio dignus eſſet. Et quæſtioni ſubijciendus eſſet, & quod attinet ad rem, de qua agimus, ſcilicet ad materiam noſtræ legis,non eſt inconueniens,ut perſona honeſta & nõ uilis rei egetur Oranum in Mauritania,ut militię adſcriptus ex ſtipendio ſatisfaciat ſummæ in quam condemnatur, neque hoc ei eſt dedecus,licèt nobiliſſimi generis ſit:nam licèt ſeruire creditori cenſeatur pœna corporalis,vt dixi.capitulo ſecundo,non eſt ignominoſa,neque corpus ignominioſe cruciatur, præſertim hoc caſu, quo dicimus, nobilem non tradendum creditori, ſed militiæ vel aliæ honeſtæ occupationi addicendũ,quę non eſt,neque dici debet pœna corporalis,vt dictat ſenſus communis. Præterea Gomeſius in §.item ſi quis in fraudem.num.42 inſti.de actio.diſſentit a doctoribus docẽtibus in nobili non admittendam eam regulam, qui non habet ĩ bonis luat corpore.Certe communis videtur æquior, niſi pœna corporalis,quæ in defectum bonorum imponitur nobili talis ſit, vt laborem potius irroget,quàm cruciatum,ita vt luere ſit pœna,hoc eſt impoſitum in pœnam non ſit pœna,quæ vel cruciet corpus, vel perſonam oneret contumelia.

11 Sed illud † quæri ſolet,an debitor ex delicto, puta fur, qui traditur,damnum paſſo debeat portare torquem ferreum, & certe iudicatum fuit:vt illud portet,maiore enim ſupplicio & pœna dignus eſt,qui debet ex delicto, quàm qui debet ex contractu.Et cum qui debet ex contractu teneatur portare torquem ferreum,idem iudicãdum in debitore ex delicto Item hic quadrant omnes rationes,quibus.c.2.num.47.dixi,torquem ferreũ imponi debitori,ſcilicet ne quis cum eo contrahat, agnoſcens addictum eſſe creditori,vel ne aufugiat,vel vt metu tantę ignominiæ pecuniam quærat,vel abſconditam proferat: hic autem maiore contumelia dignus eſt, quàm qui debet ex contractu.

Item illud dictat prudentia,vt debitor ex delicto longioribus & magis diuturnis operis grauetur, quàm debitor ex contractu.Nam cauſa eſt odioſa & fauore indigna,& expedit reipublicæ delicta puniri,ideo eo temperamento debet iudex, vt & creditor,cui pecuniam applicat,eam recipiat,& reus ſentiat iusdicentis ſeueritatem.Et reatus pœnam.

12 Rurſus † illud non omittendum, quòd an debitor ex delicto dicatur debitor,& cui debet dicatur creditor,tractãt Bar.Alex. Iaſ.Decius,& cæteri in l.j.ff.ſi certum petatur. & communis eſt, quòd non venit appellatione creditoris,vt teſtatur Ripa in d.l. j.num.94.Sed mihi meus ſtatuti & communis vſus loquendi videntur conſiderandi.Et res de qua tractatur, licèt Ripa ſimpliciter teneat aduerſus communem d.nu.94.docens, quòd venit appellatione creditoris. Moueor quoniam DD. rem definiunt ex vi verbi latini creditum, & cum hic creditor non ſequutus ſit fidem eius, qui ex delicto debet, dicunt non eſſe creditorẽ. Sed quid hæc ad legẽ vernacula lingua conſcriptam in qua non eſt hæc verborum vis, neque proprietas. & mihi ridiculum videtur, ſi lex Hiſpanica lingua conſcripta faciat mentionem creditoris verbo Hiſpanico acreedor definire, qui ſint creditores ex proprietate verbi latini creditor,inſtructo hoc ſillogiſmo,creditor dicitur a credito:quia credidit rem ſuam alienæ fidei.Ergo qui non credidit rem ſuã alienæ fidei,non eſt creditor, & hinc inferre,& ſerio definire incidentia negotia circa legem vulgari lingua conſcriptam, quæ intelligenda eſt iuxta vulgatum vſum loquendi,certe is dicetur creditor, quem communis vſus appellat creditorem licèt ethimologia latina verbi creditum,& creditor,non ſatis quadrẽt. neque enim hic curandum de proprietate Romani ſermonis : ſed de vulgato ſenſu,quo Hiſpanica verba & cerdones & opifices interpretantur: verba enim legis vulgari lingua conſcriptæ interpretanda ſunt iuxta vulgatum vſum loquendi,vt inquit Bart.in l.ſi quis finalibus.ff.de teſtamẽt.tutel.An autem ſtatuto diſponente,vt creditor poſſit conijcere debitorem ſuum in carcerem,poſſit cõijci,qui debet ex delicto, & dicatur creditor ille, cui ex delicto debet,vide Barto & omnes in l.j.ff.ſi certum petatur.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Pro minima re,vt pro uno datur actio furti, & pœnam ſtatuti etiam ob vnius nummi non ſolutionem practicari.*
2 *Cum aliquid faciendum reſtat,videtur nihil factum.*
3 *Ob non ſolutionem penſionem reincidere in commiſſum.*
4 *Etiam pro vno nummo non ſoluto poteſt res vendita retineri à venditore.*
5 *Si ex forma ſtatuti delinquens certa ſumma ſoluta non veniat puniendus,punitur tamen,ſi in ſolutione vel vnus nummus deficiat.*
6 *Initium eſt expectandum.*
7 *Debitorem modicæ ſummæ non detrudi in carcerem.*
8 *Actio de dolo non datur pro modica ſumma.*
9 *Quelibet pœna corporalis ſuperat magnam pœnam pecuniariam.*
10 *Propter modicum defectum quis non punitur.*
11 *Relinquitur arbitrio iudicis,quæ ſit modica ſumma, & idem quod ſit pretium magnum.& num.12.*
13 *Debitor aduocati ex cauſa aduocationis aduocato non addicitur.*
14 *Aduocatus tenetur pauperi gratis patrocinari, etiamſi contrarium iurraſſet.*
15 *Aduocatus aliquid à paupere pro patrocinio ſumens peccat.*

Source : BIU Cujas

16 *Sub pœna peccati tenemur proximum egenum eleemoſinis iuuare authore Thoma.*

17 *Decima apparitori non ſoluitur, quando nec pecunia ſoluitur pro executione, quam fecit.*

18 *Tutor non habet decimam de fructibus, qui pupillo non ſoluuntur.*

19 *Iudex in cauſis miſerabilium perſonarum ſportulas nō debet habere, etiamſi pauper ſponte offerat. & num. 20.*

21 *Viſitans eccleſias à clericis pauperibus procurationem non exigit.*

22 *Notarius nihil accipit à pauperibus pro inſtrumentis.*

An debitor modicæ quantitatis ſit addicendus creditori. Et an quis pro pecunia, quam debet aduocato: quia patrocinium ei præſtitit, ſit ei addicendus, ſi ſoluendo non ſit, & quid in eo qui debet alguazelo expenſas.

CAP. XII.

QVAERO deinde † vtrum debitor modicæ ſummæ ſit addicendus creditori, ſi ſoluendo non ſit. Videtur addicendum eſſe, ex l. ſi ꝓprietarius. ff. de dam. infec. Vbi probatur, etiam pro minima quantitate agi poſſe. Actio autem tunc verè habet effectum, quando per executionem in perſona ad effectum perducitur. Et quòd poſſit agi etiam pro minima re, probat gloſa. in § gallinarum. Inſtitu. de rer. diuiſ. quæ docet pro vno ouo dari actionem furti, licèt inuidioſa ſit & odioſa. Suadetur hæc ſententia; quoniam ſi ex ſtatuto pœna ſit imponenda ei, qui non ſoluerit, ſtatutum practicabitur, etiam ſi vnus nummus non ſoluatur: quoniam nō ſoluitur ſumma debita ita ſeuere admodum, docet Bald. in leg. cum ſit. C. de ſepul. viola. ex leg. 5. §. ſi ſortem. ff. de verborum obligatio. Alexand. in l. ſi quis id quod. columna ſecunda, num. quinto ff. de iuriſdictio. omnium iudic. Felyn. in capitu. ad liberandum numero 4. de iude. Laſ. in l. ſecunda. nume. 56. C. de iure emphyteu. Alexand. conſi. 105. numero 19. libro 3. Laſ. in auth. qui rem. columna 5. verſicu. venio ad primam. C. de ſacroſanct. eccleſi. Purpur. in l. imperium. num. 335. ff. de iur. omnium iudi. Alexand. in l. ſi ſeruus plurium. in fin. ff. ſi quis cautio. & Gomeſius in §. pœnales. numero 18. inſtitu. de actio vbi dicit hanc communem.

2 Quia † nihil videtur factum, cum aliquid reſtat faciendum. l. pen. in fine. C. de his quibus vt indign. capitu. j. de baptiſmo. Et dicit Gomeſius in dicto §. pœnales. nu. 19. quòd licèt hæc opinio ſit dura. eſt communis, & ab ea in iudicando & conſulendo non eſt recedendum. Cum ergo pœna corporalis imponatur pro modica ſumma, videtur quòd debitor modicæ ſummæ eſt addicendus creditori.

3 ¶Suadetur hæc opinio † quoniam cum de iure res incidat in commiſſum, ſi non ſoluatur canon, idem dicendum, quando non eſt ſolutus vnus nummus ex canone debito: quoniam nihil videtur factum: cūm aliquid reſtat faciendum. l. pen. in fine. ff. de his quibus vt indign. Ita docet Bald. in leg. cum allegas. num. 13. C. de vſur. & in Rubrica. C. de contrahen. emptio. numero 11. Laſ. in leg 2. numero 55. C de iure emphy. & in authē. qui rem nume. 16. C. de ſacroſanct eccleſi. Cum ergo propter paruam ſummam non ſolutam res addicatur creditori, videtur quòd etiam debitor eſt addicendus: nam valet argumentū de re ad perſonam. l. miles ita. ff. de teſta. mili.

4 ¶His accedit, quòd † res vendita poteſt retineri pro vno nūmo non ſoluto. gloſ. in l. res bona fide. ff. de contrahen. empt. Bald. in l. fina C. commod & in rubric. C. de contrahen. emp. numero x. Alexand. & Laſ. in l. quinta. §. fin. columna fin. ff. de verborum obligatio. Laſ. in authen. qui rem. num. 16. C. de ſacroſan. eccleſi. Alexand. conſi. 105. numero 19. libro tertio. Bald. in l. pro hæreditariis. columna 2. C. de hæredita. actio.

5 ¶Rurſus † ſi ex forma ſtatuti delinquens non ſit puniendus, ſi certam ſummam ſoluerit, puniendus eſt, ſi vel vnus tantùm nummus deficiat. Vti ſcribunt Ange. in l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. columna 3. ff ſi quis cautio. Ange. & Imola in leg. in executione. § penulti. ff. de verborum obligatio. Cyn. & Bald. in additione ad Specul. itu. de appellationibus. & in l. ædem. C. loca. Fabianus Monteſabinus in tractatu de emptio. & vendi. colum. 40. Bertachinus in tractatu Gabellarum, colum. 81. Panthaleon in repetitione. l. 2. columna 13. C. de reſcin. vendi. Laſ. in authenti. qui rem. columna 6. C. de ſacroſanctis eccleſijs, & in l. fina. ff. in ius vocati vt eant. & in l. qui ſine ff. de condi. ob cauſ. colum. fin.

¶Vltimò hæc ſententia comprobari poteſt ex pluribus, quę circa minima tradiderunt Bald. in l. eum qui. §. in popularibus. columna prima. ff. de iureiuran. Alexand. ſi ſeruus. §. ſi plurium. columna 2. ff. ſi quis cautio. Ange. in l. qui hæredi. & in leg. Meuius. ff de condi. & demonſtratio. Bald. in capitu. illud. de præſcrip. Laſ. in authent. qui rem. num. 16. cum ſequentibus. C. de ſacroſanctis eccleſiis. Brunus in tractatu de ſtatuto excludente fœminas, articulo 12. quæſtio. 9.

¶Mihi in hac quæſtione videtur diſtinguendum, aut enim debitor traditus creditori, vt ei ſeruiat per quinquēnium, operas dedit per quadriennium & decem menſes, & petit eximi è poteſtate creditoris: quoniam iam modicū debet, & certè non eſt eximendus a poteſtate creditoris.

6 Quoniam † initium eſt ſpectandum, & initio quantitas erat magna, & pro magna fuit legitimè addictus, & ita intelligendum, quod ſcribunt doctores in locis ſupra citatis: inſpiciendum enim, quod principaliter fuit actum. Si tamen nondum eſſet creditori addictus, & allegaret pro minima ſumma neminem creditori addicendum. Et certè me non haberet aduerſum ſed fauentem, ſiue tota ſumma debita ſit modica, ſiue per
7 ſolutionem reſidui modica reddita fuerit. Moueor † quoniam qui debet modicam ſummam, non poteſt pro debito tali cōijci in carcerem: nam de modicis non curat prætor. l. ſcio. ff. de in integ. reſtitu. & huic comprobandæ opinioni eſt textus aptus in leg. diuus Veſpaſianus. §. fina. ff. de iure patro. & docet Bald. in authenti. ſed iam neceſſe. C. de donatio. ante nupt. Laſ. in §. primo. numero 69. Inſtitu de actio. Ioannes Baptiſta Sanſeuerinus in tractatu de debitore ſuſpecto & fugitiuo, in tertia quæſtio principali. numero tertio. Bald. in l. quicunque. columna penulti C. de ſeru. fugiti. Boer. deciſ. 349. numero ſexto. & num. octauo. verſicu. & facit Iacobinus in leg. ſi ab arbitro. numero ſeptimo. ff. qui ſatiſda. cogantur. Florian. in leg. alienationes. in fin. ff. famil. erciſc. Roma. ſing. 97 dic mihi. Debitor autem, qui in carcerem duci non poteſt, non eſt addicendus creditori, vt dixi capitu. 3. numero 2.

¶His ſuffragatur text. inſignis licèt vulgatus in l. ſi oleum. §.
8 fin. ff. de lo. vbi probatur, quòd † actio de dolo non datur pro modica ſumma. Inquit lex. Neque enim hæc actio paſſim indulgenda eſt: nam ecce in primis ſi modica ſumma ſit dari nō bet. Ergo cū actio de dolo nō detur ꝓ modica ſumma: quia eſt odioſa & inuidioſis verbis proponitur. Quāto minus pro modica ſumma homo liber addicetur creditori, & quaſi in ſeruitutem dabitur indutus torque ferreo, quo præclare ſeruorum miſeriam ſuperat, & ī profundum ignominiæ & calamitatis detruditur, vt dixi capitu. ſecundo numero 34. Adeo enim durum eſt, addici creditori, vt debitor addictus cēſeatur pati pœnam corporalem, vt probaui capitu. ſecundo, numero 36. & c. 3. numero ſexto. Confer opprobrium obueniens conuento actione de dolo, hoc eſt audienti inania verbula parum honeſta cum approbrio addicti debitoris. Sic pro paruo debito nemo poteſt iurari vel nominari vt ſuſpectus, auctore Bald. in authenti. ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nupt. Roman. ſingu. 97. Laſ. in leg ſciendum. num. 12. ff. qui ſatiſdat cog. Cępol. in leg. j. §. ſed ſciendum. num. 63. ff. de ædili. edict. Roma. conſi. 320. hæc iſtorum. columna j. verſicu. 3. Et in ſimili vide Bald. in authenti. præterea. C. vnde vir & vxor. Ex his apparet verius eſſe, quòd etiamſi pœna ratione delicti imponatur, in caſu quo condemnatus certam pecuniam non ſoluat, talis pœna non imponenda, ſi pecunia ſit modica: quia quælibet pœna corporalis ſuperat magnam pœnam pecuniariam. l. in ſeruorum ff. de pœn. Ita magis pie docet Laſ. in §. pœnales. nu. 51. inſtitu. de actio. & in lege. ſi quis id quòd. numero 28. ff. de iuriſdictio. omnium iudi. & in leg. j. § fin. columna prima. ff. de verborum obligatio. Franciſcus Curtius in additionibus ad Alexand. in dicta leg. ſi quis id quod. Boerius deciſ. 346. numero octauo. verſicu. tamen iſtud.

Hæc opinio videtur probari ex textu & gloſa in capitulo ſuam. de pœn. Vbi qui ſoluit maiorem partem pecuniæ, liberatur a pœna totali, & certè hæc opinio eſt æqua, & videtur amplectenda, præſertim ſi debens magnam ſummam ſoluat maiorem partem, & reliquum quid deſit. Nam habenda eſt ratio, quòd punitur ſoluendo tantam ſummam, & quòd hic viget maior ratio probandi hanc opinionem, quàm in caſu, quo tota pœna eſt modica, & ex ea nihil ſoluere poteſt: & tamē adhuc eo caſu vera eſt.

¶His accedit, quòd † propter modicum defectum non eſt quis puniendus, auctore Bald. in authenti. ingreſſi. numero 19. C. de ſacroſanct eccleſi. idem Bald. in leg. quicunque. numero ſexto. C. de ſer. fugiti. & ibi dicit, quòd pro minima pœna pecuniaria ei qui ſoluendo non eſt imponenda pœna corporalis, argumento textus in lege illicitas. § finali. ff. de offic. præſi. Bal. in leg. quicunque. columna 2 C. de ſer. fug. Laſ. in §. pœnales. numero 80. inſtitu. de actio. Boer. deciſ. 349. numero 7. Quæ opinio pia eſt & Chriſtiana: ſi enim delictum magnum fuiſſet, vel caſtigatione dignum, non minima ſed magna pœna imponeretur, ergo ſi delictum fuit leue, æquum eſt, vt propter culpam leuem nemo Chriſtianus luat corpore, ſi in bonis non habeat. Ita enim ſuadet leuitas criminis: leue enim fuiſſe oportet, pro quo minima pœna imponitur, dictat etiam humanitas & imitatio diuinæ miſericordiæ, ad quam diuinis literis reuocamur.

Nam corpus hoīs Chriſtiani nō eſt torquendū, neq; flagellādū, niſi ex cauſa graui: magna enim eſt defenſio eſſe Chriſtianū regni cœleſtis cohæredem & membrum Chriſti capitis noſtri.

Source : BIU Cujas

Quæ opinio mihi etiã videtur veriſſima, quando quantitas magna eſſet ſoluenda pro pœna, & modicum quid ſolui non poſſet: non enim pro modica ſumma corpore luere debet. Tũ ga modica eſt, tum quia ſoluendo magnam ſummẽ (præter modicum quod reſtat (ſatis punitus fuit; dorius enim eſt ſpoliati magna quantitate, quam habes, & modicum quid ſolueret nõ poſſe, quàm modicum debere & non habere vnde ſoluas. Magis enim acerbũ nobis eſt ſpoliari his, quæ habemus, quàm carere his, quæ nunquam habuimus, præſertim ſi modica ſint. Cõfirmatur hoc efficaciſſimè: quoniam proximum egẽtem tenemur eleemoſinis iuuare, vt ex beato Thoma & cæteris ſacri & humani iuris profeſſoribus probo infra num x. Nullus autem caſus poteſt excogitari, in quo magis neceſſarium ſit proximũ ſubleuari, quam hic, de quo loquimur, cum non ſolùm egeat, verùm etiam debeat & in libertatis & corporis periculum veniat. Remittit ergo creditor modicam ſummam, vel iudex æq & boni cuſtos faciat diuinum præceptum præſtari, & modicã ſummam eleemoſinæ nomine remitti, abſoluatq; debitorem, ne vel corpore pœnas luat, vel creditori ĩ ſeruitium addicatur. Ex his infertur, quòd regula tradita ſupra num 6. quòd pro modica ſumma debitor non eſt detinendus in carcere, procedit ẽt ſi modicam ſummam debeat ex delicto. Nam licet delictum pœnam mereatur, leue fuiſſe oportet, pro quo modica ſumma erogari iubetur, & ſi fuit graue, ſasis expiatum fuit ſoluta ſumma a lege vel iudice impoſita, & licet modicum quid de ſit, nõ eſt pro eo vir Chriſtianus carcere præmendus.

¶Cum ergo pecunia debita ratione delicti non exigatur, vſque ad inflictionẽ pœnæ corporalis, ſi ſumma parua ſit. Quãto minus infligetur pœna corporalis debitori inopia laborãti, qui modicam ſummam non ex delicto, ſed ex contractu debet: addictio enim, qua debitor inops traditur creditori, habet vim pœnæ corporalis, vt dixi cap. 2. num. 36. cap. 3. num. 6. Poſſem hanc opinionem, vt receptioribus quibuſdam moris eſt, communire pluribus quæ Dd. in variis locis circa minima tradunt. Ego apta tantum produxi, mallens pauca bona, quam multa qualiacunque referre, quòd ſi auidus magus quam elegans lector velit plura circa minima videre, amplectatur Corſeti tractatũ de minimis, & euoluat quæ refert Brunus in tractatu de ſtatuto excludente fœminas, articulo 9. quæſtio. 12. Iaſ. in authen. qui rem C. de ſacroſanct. eccleſi.

¶Non obſtant ex aduerſo prolata: nam falſum eſt pro vno quo dari actionem furti, & ita Zaſius lib. 2. reſpon. cap. 26. reprobat poſt alios gloſam in §. gallinarum. Rurſus non obſtant cætera argumenta: quoniam partim ſunt falſa, partim nõ obſtãt, vt ex ſuperioribus apparet.

11 ¶Quæ † autem dicatur modica ſumma, eſt in arbitrio prudentis iudicis, auctore Bald. in l. vna. num. 4. verſicu. quæ autem ſit magna. C. de confeſ. & conſi. 181. primò quæro. columna j. libro 3. Collectat. in cap. cæterùm. in principio, de donat. Alexã. conſi. 131. in cauſa vertente coram prætore. columna fina. verſicu. nimis autem libro j. Notat Corſetus in tracta. de minimis. columna 3. verſicu. 16.

12 ¶Sic † relinquitur arbitrio iudicis, quod ſit pretium magnũ vel paruum, iuxta gloſam in §. pretium. inſti. de emptio. & vendi. Cepola in tractatu de ſimulatione contractus, charta penult. verſicu. ſexta & vltima. Barba. conſi. 51. lib. j. Bertran conſi. 339. num. 3. libro j. & conſi. 236. num. 3. libro 2. & conſi. 77. nume. 4. Item quod dicatur paruum ſeu magnum, relinquitur arbitrio iudicis, vti opinatur Bald. in leg. j. C. ſi aduer. vendi. pign. Ioann. Andr. Barba. Imola, Collect. in cap. fin. colum. fin. de dona. Saly. in l. fin. in j. oppoſitione, verſicu ſed adhuc ſtat. C. de contrahen. emptio. Imola in cap. quintauallis. columna 24. de iureiu Alex. in l. ſi arbitratu. colum. fin. ff. de verborum obliga. & conſil. 102. colum. 3. libro 2. Barba. in capit. propter ſterilitatem. de loca. & conſi. 21. colum. penul. libro 2. Corn. conſi. 9. colum. 3. lib. j. Decius conſi. 180. viſa renuntiatione. colum. j. Butrius in cap. cum dilecti. columna 1 . de empt. & vendi.

13 ¶Sed † an debents mihi: quia aduocatus eius fui, debeat mihi addici, ſi ſoluendo non ſit, & certè non addicendus. Textus eſt expreſſus in l. 20 Stili. Inquit lex. El abogado por ſu ſalario ſi aquel que a de dar ſalario no ha bienes de que lo pague no ſe lo dara por preſo. vaya el aiuda que le hizo por amor de dios. Nota verba no ſe lo dara por preſo quæ ſignificant, nõ eſſe addicendum creditori, vt efficaciter probaui ſupra capite de fideiuſſore num. 3. Leges enim antiquæ huius regni debitorẽ addictum appellant preſo, nam videtur eſſe in carcere: cum voluntatem creditoris ſequatur, vt dixi in d. loco.

14 ¶Confirmatur hæc opinio † quoniam aduocatus tenẽ proximum egenum gratis patrocinio iuuare, vt pie & erudite ſcribit Beatus Thomas. 2. quæſtio. 71. articu. j Sotus de iuſti. & iure. lib. 3. quæſtio. 8. artic 4. Alexander Halenſis. 3. parte ſummæ q. 48 membro j. Antoninus j. parte, titu. 6. cap. 2. §. j Gabriel Biel. in 4. diſtinctio. 15. quæſt. 6. concluſione 9. dubio 4. Ang. in ſumma verbo aduocatus, verſicu. 11. Et ita ſanxit Benedictus. XII. Romanus Pontifex in conſtitutione incip. decens & neceſſarium æſtimamus. vt teſtatur Ioann. And. ad Specul. titu. de aduocato. §. j. verſic. item quòd non habet. Et e noſtris ſcribit Albe. in proœmio. C. columna 4. num. 18. Bal. in l. furioſi. per illum textum in verbo gratis. C. de nupt. & in l. ſi ad excludẽdam. poſt medium. C. de iureiurand. qui ſcribit, aduocatum non debere in cauſis pauperum ſeruare iuramentum, quo promiſit, nunquam gratis patrocinium præſtare. Et † aduocatus aliquid accipiens a paupere peccat, vt opinatur Albe. in l. vnica. columna fina. C. de ſuffrag. & in l. nec quicquam. §. fin. ff. de offic. proconſ. & Iaſ. in ea. l. §. vbi decretum. colum. 2. Idem Iaſ. in §. tripli. colũ. penulti. Inſtitu. de actio. Hoſtien. Abb. & Fel. in capitu. ſi pro debilitate. colum fin. paulo ante fin. de offi. deleg. Aufre. in additione Capell. Tholoſanæ. quæſtio. 481. Cacialupus in tractatu de aduocatis. quæſtio. 3. Sed mirum eſt, quàm hæc non cogitẽt togati vultures, quibus præclara occaſio de merendi CHRISTVM ſemper adeſt, ſi pauperibus ſuis faueant, dominus illis inſerat cor nouum: nam vt nunc ſunt eorum mores, nõ video, quare non debeant audire illa præclara, quib. eos onerat Apuleius libro decimo Metamorp.

¶His accedit, quòd † ſub pœna peccati tenemur proximum egenum eleemoſinis iuuare, vti probat Sanctus Thomas 2. 2. q. 32. arti. 5. & quodlibeto 8. articu. 12. Caietanus in Opuſculo de præcepto eleemoſinæ. Abbas in capitu. ſi verò. colum. 4. de iureiurand. Archidiaconus in capitu. j. prima diſtin. Archiepiſcopus Florentinus in ſecunda parte, titu. j. capitu. 24. in fine. Lupus in repetitione capitu. per veſtras. §. 12. Tertiò propter. verſicu. & facit. num. 3 de donatio. inter virum & vxorem.

¶Ergo cliens non addicetur aduocato, etiam ſi non poſſit ei ſoluere ſalarium: ſed aduocatus lubenter id remittet centuplum in hoc mundo accepturus & poſt mortem vitam æternam. Quod intelligo verum, ſiue cliens a principio fuerit pauper, ſiue poſt amiſſis facultatibus ad inopiã peruenerit. Hoc cũ caſu videtur loqui. leg. Stili. Et hic vigẽt & clamant omnes rationes ſupra allegatæ, magis enim diſcruciatur animo, qui dues olim nunc paupertate præmitur, quàm qui ſemper pauper nunquam benignæ fortunæ indulgentiam ſenſit. Ideo ille magis miſeratione dignus, & faciunt ad comprobationem huius ſententiæ, quæ dico infra num. ſequenti. Sed quid ſi apparitor, quem alguazelum vulgò vocamus, petat captũ debitorem ſibi addici: quia non ſoluit decimam ſibi ratione executionis debitam iuxta morem aliquarum Hiſpaniæ vrbium, an rectè petat, ſi debitor ſoluendo non ſit.

Reperio † quòd Auendanius in ſuo libro de exequẽdis mãdatis, capitu. 13. num. 4. ſcribit, quòd decima non eſt ſoluẽda apparitori, quando non ſoluitur pecunia, pro qua fit executio, vnde infert, quòd ſi debitor coniicitur in carcerem, & cedit bonis, decima non eſt danda apparitori, ex notatis per Puteum in tractatu de ſindicatu, verbo expenſæ, & quia lex regia iubens, vt decima detur apparitori, loquitur de decima pecuniæ, quæ ſoluitur, hic autem debitor: quia non ſoluit, traditur creditori. Mihi videtur diſtinguendum, aut enim debitor non habet vnde ſoluat pecuniam, pro qua facta fuit executio. & certè verum videtur, vt apparitori decimam dare non debeat. Nam hoc verbum decima, eſt relatiuum ad quantitatem pecunię quæ ſoluitur, vt ſcilicet iuxta eam deducatur decima: cum autem nihil ſoluatur, certè ex eo quod non ſoluitur, non eſt deducenda decima.

18 Sic † pupillus non ſoluit tutori decimam de fructibus, qui ſoluuntur. Vt pluribus argumentis probaui in tractatu de decima tutori Hiſpanico iure præſtanda capitu. 27. numero 9 Sic
19 † iudices in cauſis miſerabilium perſonarum non debent habere ſportulas argumento, textus in Authen. de iudicibus. § ne autem. ita docet Bald. in authent generaliter. columna j. C. de Epiſcop & clerici. Henri. in capitu. cum ab omni columna j. de vita & honeſta clerico. Cardin. in clementi ſtatutum. in j oppoſi. de electio. licèt nutet. Sed eſt textus expreſſus in Authenti de manda. princip. §. ſit tibi quoque, notat gloſa in capitu. cum inſtantia. in verbo, peregrinari, de cenſibus. Et probat textus in capitu. ſtatutum. § inſuper. de reſcript. in 6. vbi probatur, quòd iudex non debet a paupere expenſas accipere, etiam ſi peregrè proficiſcatur, & ibi notat gloſa. Et ampliant DD. etiamſi pauper ſponte offerat expenſas: ita ibi notant Archidiac. Domini. & Ioann. Andre. argumento textus in leg. j. C. de ſalg. hoſpi nõ præbend libro duodecimo. textus in lege finalu. §. vt autem. ibi vel ſpontanea voluntate offerentibus. C. de re milita. libro deduodecimo. & in capitu. Romana §. penultim. ibi. qualitercunque offeratur. & in capitu. exigit. ibi, etiam a volente recipere, de cenſib. libro 6. gloſa in l. inuitus. & ibi Barto. & Decius. ff. de regu. iuris Bald. in authenti. ſed hodie. C. de epiſcop. & clericis. Ancha. conſi. 71. de titulis. columna. 4. verſicu. ſupereſt videre. Fel. in capitu. cum M. Ferrarienſis. columna 12. verſic. & in propoſito, de conſtitu. & in capitu j. in fine de ſimo. Hippoly. in l. conſtitutum. columna prima ff. de ſicca.

21 Sic † laborans in viſitando eccleſias non debet a clericis pauperibus procurationem exigere iuxta gloſam in capitulo inſtantia.

Source : BIU Cujas

instantia.in verbo prẽgrauari de censib. Citat textum in c. placuit.1.quæst.2.vbi probatur, quòd a pauperibus nil salarij nomine exigendum.

¶ Hostien.& Ioã.And.in cap.procurationes, de censib.DD.
22 in c.cum Apostolus.eo titulo.Sic † notarius pro instrumento nihil accipere debet paupere.l.tam dementis in fine,iuncta glosa.C.de episco.audi.Roma.in rep.l.si verò.§.de viro.in 25. fallẽ. ver.6.ff.sol.mat.Ias.in §.tripli.colum.pe.inst.de actio.& in l. nec quicquam.§.vbi decretum.col.2.ff.de off.procõsu.Alex.in l.argẽtarius.in prin.col.fi.ff.de edẽ.Decius in c.j.col.26 ver.restringitur,de proba.His aũt omnibus salariũ datur pro labore administrationis,sicut alguazelo:cum autem ipsi salarium non auferant a paupere,idẽ in alguazelo dicendum.Vt si debitor nõ habeat vnde soluat,nõ possit petere, vt sibi addicatur ratione pecuniæ debitę ob executionem.Neque obstat,si quis obijciat,seruitiũ habetur loco pecunię,ergo de seruitio vel eius valore debet prẽstare decimam.Sed certe hoc est summum ius persequi & inspecta ęquitate & communi vsu loquendi. Verius est hũc nõ esse soluẽdo,& ea ratione scilicet: quia non est soluẽdo addicitur creditori,cum autem non sit soluendo,non debet decimam alguazelo.Et licet operę habeantur loco precii,non sunt prẽsentes,neque faciunt,vt in prẽsenti debitor inops videatur habere bona:nam & incertum est,an in posterum sit victurus.

Si tamen debitor haberet vnde solueret debitum, pro quo fit executio,& non haberet.vnde solueret decimam alguazelo. Certe ille,ad cuius petitionem facta fuit executio, recuperabit integre suum debitum tanquã antiquius,neque alguazelus poterit inde extrahere suam decimam:qnia creditor, ad cuius petitionẽ facta fuit executio, nil sibi debet, & lege regia cauetur, ne alguazelus possit salarium executionis accipere, quousque satisfactum sit creditori,vt probatur in pragmatica.57.versicu lo.Otro si que no lleue.Qua ratione in nullo ex his casibus debitor addicendus,& generaliter ratione expensarum nemo est detinendus in carcere,si soluendo non sit,vt rescripto nostrorum principum ęquissime definitum est,& sic seruatur & iudicatur in hoc regio senatu Granatensi,neque seruatur.l.99.stili. Quis autem de iure communi debeat soluere alguazelo, vide Plateam in l.cum sępe.versi.vltimo.C.de eroga.milita.annonę.

SUMMARIUM.

1 ¶ *Collegia & monasteria & ciuitates, possunt bonis cedere. nu.2.*
3 *Pro debito publico bona publica & communia capi debent, & non bona priuatorum.*
4 *Iure regio senatus ciuitatis distribuit collectam inter ciues vsque ad octo aureos & non plus etiam ex causa maxima & egestatis.*
5 *Non soluentes collectam post tempus constitutum possunt capi.*
6 *Ciuitatem castigari & pœnam pati posse.*
7 *Multitudini licèt parcendum sit, tamen rectores & primarij sunt puniendi.*
8 *Ob ingratitudinem contra donantem commissam Abbas & conuentus a monasterio expelluntur,& donatio non reuocatur.*
9 *Pro debito vniuersatis non capiunt singuli.*
10 *Ciuitas in personalibus pœnis non punitur.*
11 *In delictis multitudini partitur.*
12 *Debitor ciuitatis aut vniuersitatis si soluendo non sit,addicitur creditori.*
13 *Municipium & respublica potest habere seruos.*
14 *Seruus potest esse tabellio.*
15 *Debitores fisci nisi realiter soluant capiuntur,licèt dent fideiussores.*
16 *Debitor fisci non vtitur remedio cessionis bonorum.*
17 *Pauper contumax an cedat bonis.*
18 *Debitor collectarum si sit inops,potest vti cessione bonorum.*
19 *Contumax in non obediendo superiori dicitur committere crimen.*
20 *Inter fiscum & priuatum non inducenda differentia nisi a iure expressis,fiscus vtitur iure communi.*
21 *Fiscus in exigenda credita sua melioris conditionis quàm priuatus, & ibi de opinione Ferdin.Minchaque.*
22 *Quodcumque instrumentum habet executionẽ aduersus debitores fiscales. Ad hoc vt executiue procedatur,dummodo sit liquidum. nume. 22. & quomodo & quando possit executari. nu.25.*
23 *Fiscus etiam ante diem exigit.*
24 *Debitor ciuitatis quando debeat soluere.*
25 *Exactor creditorum non cedit bonis.*

An dispositio huius legis exercenda sit in vniuersitatem debentem,vel in hominem debentem ciuitati, vel vniuersitati.

CAP. xiij.

Quæro deinde, an dispositio huius legis habeat locum in ciuitate vel vniuersitate debẽte, an omnes de collegio, vel vniuersitate, vel aliqui ex eis, puta rectores vel primarij administratores sint creditoribus addicendi.

1 Videtur addicendos esse † quoniam collegia & monasteria & quælibet vniuersitates possunt cedere bonis: vt in Authent.vt determinatus sit numerus clericorum.§. inuestigantes. notat Albe in Rubrica.C.de cessio.bonorum.Zasius in § fin.colum. penulti.instit.de actio.& ibi Nicolaus Neapolitanus.Ange.& Iasnum.10.vbi dicit, quòd vniuersitas fabrorum & similium potest cedere. Hanc autem addictionem ,qua debitor inops creditori,vulgò appellamus cessionem bonorum,licèt præponere,vt docui cap.2.numero 2.& ita eam appellant leges regię.
2 His accedit † quòd ciuitas debere potest.lege ciuitas. & ibi omnes Dd.ff.si certum petatur.& in l.4.§.actor.ff.de re iudi l.13.titu.2.par. 3.Et si ciuitas,vel vniuersitas pecuniam publicam, vel bona publica habeat, quę nostri vocant bursam communem, ea primo.excutienda sunt,vt ex eis satisfiat creditoribus.leg.j.§. quòd si nemo ff.quod cuiusq; vniuer.nomi.Et si vniuersitas nõ habeat rem communem,compellentur, qui sunt de vniuersitate,distribuere collectam,vti censet glosa in d.l.j.§.quòd si ne-
3 mo.& ibi notant Barto.Bald.Ange.& Paul. Non † enim debẽt capi bona priuatorum pro debito publico, sed bona publica & communia,regia.leg.13.titu.2.par.3.notat Paul.in dict.l.j.§. quòd si nemo. Ideo deficientib. bonis ciuitatis communibus, ex quibus solui possit, ciuitas potest ratione necessitatis imponere collectam:vt notant Dd.in d.§.quòd si nemo.qui citant glosam in Authent.quibus modis natura effici. sui.§.si quis igitur & ibi notat Ange.Specula. titulo de senten. execu.§ sequitur versicu.quid si vniuersitas. Bald.in l. etiam. C. de execu. rei iudi.Barto.in l.4.§.actor.ff. de re iudicat scribit, quòd pro tali causa non poterunt capi aliqui insolidum, sed pro parte: quia non est debitum proprium sed vniuersitatis.l.in tantum.§ vniuersitatis.ff.de rer.diui.l.sicut.§.j.ff. quod cuiusq; vniuer. nomi.
4 Apud † nos iure regio nullus senatus vllius ciuitatis huius regni potest distribuere inter ciues collectã, quæ excedat aureos octo,etiamsi egeant,& causam habeant necessariam,sed recurrendum est ad principem.l.16.& l.17.titu.j.libro 7.ordination. Quod recte & prudenter est constitutum, aliàs breui concide-
5 rent florentissimæ quæquæ vrbes si in potestate iudicis & decurionum esset imponere ciuibus collectam pro necessitate,quid enim non machinarẽtur illi? Et illi quibus imponitur collecta possunt capi,si non soluant post tempus constitutũ.l.j.ff.de mune.& hono. Et si aliquis non possit pro sua parte soluere collectam,cæteri de vniuersitate tenebuntur.l.j.C.de omni agro deserto.libro 11.Ang.Imola.Paul.& Alexand.in d.l.4.§.actor.ff. re iudi.Bart.Dd.in l.ab omnibus.ff.de leg.j.
6 Deinde† ciuitas castigari potest,& pœnam pati l.aut facta §. fin.ff.de pœn.l.metum.§.animaduertẽdum.ff.quod metus causa.Et quando patiatur versionis & aratri pœnam,vide l.si vsusfructus ciuitatis.ff.quibus modis vsus amittat. Budæum ibi,& Rodiginum lectio.antiq.libro 14.cap.5.His congruit, quòd rectores capi possunt pro debito ciuitatis authore Bal.in l.etiam. num.19.C.de execu.rei iud.addici autem creditori instar est capturæ,vt dixi.cap.2.num. 9.
7 Præterea, † licèt multitudini sit parcendum:tamen primarij & rectores puniendi sunt.l.quoniam. C.ad leg. Iul.de vi.l.siue. C.de exacto. & excusat.lib 12.& ibi notat Luc.Penna colum. 2. in fine versicu.& nota.Innoc.in c.sanè.de tempori. ordi. Abb. in cap.clericos.de cohabi. cleri. & muli. Bald in sua margarita. in verbo multitudo,& consi. 397. colum 2. libro 3.
8 Sic † si Abbas & monachi sint ingrati delinquẽdo aduersus donatorem.Abbas cum conuentu expellitur è monasterio, & tamen donatio non reuocatur,& sic punitur persona, sed nõ ecclesia,glosa finalis in c.de hoc,de simo.& ibi sequit Anania. col.pen.Fel.c.nouit.col.8.ve udi.Domini.in c.j.§.ad hæc.de relig.domib.lib.6.Lupus in repetitione rubricæ de donatio.inter virum & vxorem.§.66.illud autem.nu.23.versic.immo plus.

¶ Quare videtur dicẽdum, vt saltem ex debito,quod ciuitas contraxit ex delicto ciues & capi & addici possint,vt dixi supra capitulo de debitore ex delicto.Sed tamen his non obstantibus contraria sententia probanda videtur.

¶ Primò quoniam debitum vniuersitatis vel ciuitatis nõ afficit singulos ciues, ideo vniuersitas tenetur non singuli ciues: non enim est debitum proprium sed vniuersitatis.l. intãtum.§. vniuersitatis.ff de rer.diuis.l.sicut.§.j.ff.quod cuiusq; vniuersi.nomi.Bar.in l.4.§.actor.nu.7.ff.de re iudi.ibi Alex.& Ias.nu.23.Bartho.in l.ciuitas.nu.9.ff.si cert.peta.Bal.in l.j.§. ꝙ si nemo. col.2. ff.qđ cuiusq; vniuer.nomi.Marti.Lauden.in tract.de fisco.q.79.
9 ¶ Vbi dicit † ꝙ ꝑ debito vniuersitatis singuli capiunt. Ang. in l.j.§.quibus.ff.quod cuiusq; vniuersi. nomi. Raphael in l.cõtinuus.§.cum quis.ff.de verborum obligat.Franciscus Marcus. decisione.805.columna j.& 2 Sic Bald. in l. etiam. columna 3. versicu.sed nunquid Abbatissa.C.de executio. rei iudica. dicit, quòd licèt mulier iure Codicis posset coniici in carcerem pro debito:tamen Abbatissa pro debitis monasterii non potest personaliter capi ab Episcopo,argumento cap. Odoardus.de solutio. & sequit Rodericus in repetitione l.2.titulo de los gouiernos.quæstione 5.columna 4.versiculo adde etiam.

Source : BIU Cujas

¶Ergo cum pro debito ciuitatis ſinguli ciues capi non poſſint, ceſſat hoc caſu diſpoſitio huius legis, quæ minimè eſt exercenda aduerſus eos, qui in carcerem duci non poſſunt, vt dixi cap. 3. numero 2.

¶Præterea, cum hęc lex loquatur circa perſonas debitorum, 14
non eſt exercenda aduerſus ciuitatem, vel vniuerſitatem: lex enim loquens in perſonis non habet locum in ciuitate, auctore Bald. in Rubri. C. ad Trebellian. laſ. in l. ſi quis maior. num. 10. C. de tranſactio. Bald. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure.

¶Rurſus cum aduerſus ſingulos ciues diſpoſitio huius legis exerceri non poſſit manifeſtum eſt, quòd aduerſus ciuitatem exerceri non poterit. Ciues enim faciunt ciuitatem, & cum ſinguli creditoribus addicendi non ſint, certè neque ciuitas addicetur: nam ciuibus ipſis ciuitas conſtat.

¶Deinde ciuitas eſt nomen iuris, in quam diſpoſitio huius legis exerceri non poteſt, vt patet ex Barto. in l. aut facta. §. finali. numero ſexto, columna penultim. ff. de pœniten. Vbi ſcribit, quòd licet regulariter ciuitas puniri poſſit, id non eſt poſſibile in pœnis perſonalibus, puta ſi imponatur pœna capitis, ideo illa pœna commutanda in aliam. Ita etiam diſpoſitio huius legis dictans, vt debitor inops addicatur creditori non poteſt vllo modo exerceri aduerſus ciuitatem, vel vniuerſitatem debentem: non enim ciuitas vel vniuerſitas creditoribus tradi poſſunt. Hoc dictat ipſe ſenſus communis, & ſatis probatur in leg. ſemper. §. quibuſdam. ff. de iure immu. vbi probatur, collegia & vniuerſitates immunes eſſe a laboribus perſonalibus. 16

11 ¶Poſtremò facit, quòd † etiã in delictis parcitur multitudi- 16
in capi. vt conſtitueretur. 50. diſtinctione, capitu. ordinationes. in fine. cap. ipſa pietas. cap. non poteſt. Et ibi gloſa. capitu. quiſque. 23. quæſtio. quarta, capit. denique. & ibi gloſa quarta, diſtinctio. capitu. comeſſationes. 44. diſtinctio. Textus optimus in capitu. quoties a populis. j. quæſtio. 7. capitu. ſanè. de tempo. ordin. Ex quo verſiculus ille dimanauit.

Ob populum multum crimen pertranſit inultum.

¶Idem probatur in capitulo fina. de tranſactio. gloſa in leg. aut facta. §. fina. ff. de pœn. Angel. in leg. penultima. ff. ad legem 17
Cornel. de Sica. Innocen. in capitu. dilectus. ad finem de ſimo. Lucas Penna in leg. ſiue. columna 3. C. de exactio. & execu. libr. 12. Imol. in capitu. primo, columna 4. de officio delega. Hippo. in leg. prima. §. ſi in rixa. columna octaua. verſiculo vlterius adde. ff. de ſicar. Abb. in capitu. dilectus. de ſimo. Addicto autẽ, qua debitor inops traditur creditori, habet vim pœnæ corporalis, vt dixi c. 2. num. 36. & c. 3. num. 6.

Non obſtant, quæ ex aduerſo ſtare videntur. Non obſtat, quòd ciuitas & vniuerſitas debere poſſunt: nõ enim ſufficit debere ad hoc, vt habeat locum diſpoſitio huius legis niſi is qui debet, capax natura ſit, vt in eum decretum huius legis exerceatur. Sit exemplum, omnis homicida ex lege capite punitur: tamen ciuitas non punitur capite, qm̃ capitis pœnã ſubire nõ põt.

Non obſtat, quòd ciuitas poteſt cedere bonis; nam addictio, de qua agimus, non eſt ceſſio, immo tollit prorſus hæc lex beneficium ceſſionis bonorum iure ciuili inductum. Non enim ſufficit dicere, cedo bonis, vt debitor moleſtari amplius non poſſit, immo eius perſona capitur, & in ſeruitium traditur. Huius autem addictionis exercitium non eſt practicandum aduerſus ciuitatem, vel vniuerſitatem, ſolum cogi poterunt cedere bonis iuxta formam iuris Romani, vt ſupra probaui.

Non obſtat, quod retuli ex Bald. in l. etiam. numero 19. C. de execu. rei iudi. nam ipſe Baldus, qui dicit, rectorem ciuitatis capi poſſe pro debito ciuitatis, negat perſonam rectoris obligatam eſſe, ſed ideo capi, vt ſolutio citius & facilius fiat. Cum autem loquamur in caſu, quo ciuitas nulla bona habet, ceſſat fundamẽtũ, pp qđ rector ciuitatis capi poteſt, neq; ſufficit quẽ capi poſſe, niſi etiam ſit debitor ad hoc, vt creditorib. addici poſſit.

In ſumma ſi ciuitas caſu bona amiſſit, non tenetur vllo modo pati addictionem, etiam ſi eius capax eſſet: quoniam diſpoſitio huius legis non eſt exercenda aduerſus debitorem, qui caſu bona amiſſit, vt probaui capitu. 4. per totum. Si autem bona ciuitatis abſumpta ſunt culpa rectorum, vel decurionum, vel alterius cuiuſuis, qui inops eſt, & hoc caſu ciuitas cedet actiones creditori ſuo, creditor autem debitorem ciuitatis ſibi vendicabit, & operas & obſequia ſibi præſtare coget. Si autem pro debito ciuitatis aliqui ciues obligati eſſent, an ſi neque ciuitas, neque ipſi ſoluendo ſint, debeant addici creditoribus, vide quæ dixi ſupra cap. de debente ex cauſa fideiuſſionis.

12 ¶Quid † autem dicendum in debitore ciuitatis, vel vniuerſitatis, ſi ſoluendo non ſit, an eſt addicendus creditori? Et certè addicendus eſt, vt ſeruiendo creditum teponat. Ita definitum extat in leg. 78. in volumine antiquarum pragmaticarum cuius verba ſunt. Por qualeſquier deudas que deua a qualeſquier concejos, o vniuerſidades, dende luego aya de traer vna argolla de hierro al cuello tan gorda como vn dedo. Idem in debito fiſco. Non enim fiſcus peioris debet eſſe cõditionis, quàm creditor priuatus, immo eſt priuilegiatus.

13 ¶Neque † præpoſterum eſt, vt debitor ciuitatis addicatur ciuitati: nam municipium, vel reſpublica poſſunt habere, ſeruos, vt in Rubrica & toto titulo. C. de ſeruis reipublic. manumi. leg. prima. C. de ſolut. & libera. debito. ciui. libro 11. neque cõmoda eſt interpretatio eorũ, q dicũt, ſeruos publicos eſſe tabelliones.

¶Nam † ſeruus non poteſt eſſe tabellio. leg generali. C. de tabula. libro decimo, gloſa in leg. ſecunda. ff. de adopt. & in leg. ſecunda. C. eodem titulo. neque tabellio, qui ingenuus eſſe debet, oportet vt manumittatur: & tamen eſt titulus in iure, cuius inſcriptio eſt, de ſeruis reipublicæ manumittendis. Et quòd hi re vera fuerint ſerui, notant Platea & Penna in dict. leg. prima. C. de ſolu. & libera. debito. ciui. libro 11. Sic Valerius Maximus libro ſecundo, capitu. quinto, vbi de Mario inquit. Miſſus ad eum occidendum in priuata domo Minturnis clauſum ſeruus publicus natione Cimber.

Idem dicendum in fiſci debitore ſi ſoluendo non ſit: non enim fiſcus debet eſſe peioris conditionis, immo in multis eſt priuilegiatus. Sed contra facit, quòd debitores fiſci nõ effugiũt carcerem, etiamſi dent fideiuſſorem de euictione, vulgò dictum de ſaneamiento, licet cæteri debitores in carcerem duci non poſſint, ſi dent fideiuſſorem, vt dixi. capit. primo. num. 26.

16 † Quòd autem fiſci debitores ſint capiendi, niſi realiter ſoluerint, etiamſi dent fideiuſſorem, probatur in leg. 8. titulo quarto, libro ſexto, ordinatio. leg. 130. in libro continente leges alcaualarum: licet enim habens fideiuſſorem dicatur eſſe ſoluendo. leg. ſi plures. §. præterea. ff. de fideiuſſo. tamen in fiſco, vt non capiaris, non ſufficit eſſe ſoluendo, ſed oportet vt ſoluas.

¶Confirmatur hæc opinio † quoniam debitor fiſci non poteſt cedere bonis, neque vti beneficio ceſſionis bonorum, ſi debitor ſit ratione collectarum. l. propter honorem. C. qui bonis cede. poſſ. & ibi hoc notat Bald. Vel ſi ſit contumax, citant. l. nemo. C. de exactio. tribu. libro decimo, notat Cyn. in leg. prima. quæſtione prima. C. qui bon. cede. poſſ. Barto. in leg. cum eo. numero quarto. ff. ad leg. Iuliam pecula. Martin. Lauden. in tractatu de fiſco, quæſtione 73. & Franciſcus Lucan. in tractatu de fiſco, in princip. num. 46.

17 ¶Nam † ſi non ſit contumax, poteſt cedere, ſi ſit pauper. leg. ſecunda, & tertia. C. qui bon. ced poſſ. vn inquit Barto. in dicta l. cum eo. Platea. l. nemo carcerem, de exacto. tribu. Rurſus Ancon. in §. fina. numero 3. Inſtitu. de actio. dicit, quòd ſi debitor fiſci debet ex delicto, non poteſt cedere: quia ſi ſoluendo non eſt, debet luere corpore, ne delicta remaneant impunita. leg. quicunque. C. de ſer. fugi. aut eſt debitor fiſci ratione tributi, & dicit quod non debet carcerari, ſed honeſtè ſub cuſtodia detineri. leg. nemo carcerem. C. de exact. tribu. vt promptius ſoluat, aut eſt debitor propter collectas. Et non poteſt cedere bonis. l. propter honorem. C. qui bon. cede. poſſ. Pręterea Socin. regu. 46. fall. 8. dicit, quòd debitor fiſci non poteſt cedere bonis, & dicit eſſe caſum in leg. ſecunda. C. de exactio. tribu. leg. ſacrilegii. §. fina. in fine. ff. ad Iulia. pecul. Niſi in caſu, quo paupertas excuſat, citat Bal. in leg. prima. in fin. 3. colum. & ibi. Cyn. in tertia quæſtio. C. de ceſſ. bonorum. Sed certè. l. ſecunda, quam citat, non probat debitorem fiſci non poſſe cedere, immo lex illa, ſub leuat debentes fiſco tributa, & licet iubeat, vt detineantur ſub honeſta cuſtodia, non negat, quin poſſint cedere: nam ceſſione liberantur a carcere, qui in ea ſunt. l. prima. C. qui bon. cede. poſſ. Rurſus Guido deciſione 211. numero 3. quòd debitor fiſci nõ poteſt cedere, & quòd ita ſeruatur in Delphinatu. Idem ſcribit ſimpliciter Beſian. in conſuetu. Aluer. titulo des ceſiõs, articul 2. columna penulti. Deinde Aufrerius in additione quæſtionis Tholoſanæ. 28. & 134. refert varias opiniones, vel potius diſtinctiones adeo confuſe, vt vix agnoſcas quid probet. Mihi videtur, quòd debitor fiſci poteſt cedere bonis in caſibus, in q̃bus debitor priuati poteſt. Nam fiſcus vtitur iure communi, niſi in caſibus in iure expreſſis, gloſa in lege. j. C. de petit. hæredi. Nulla eſt autem lex, quæ dicat, debitorem fiſci non poſſe cedere bonis in caſibus, in quibus debitor priuari poteſt. Nam debitor ex delicto etiam ſi debeat priuato, non liberatur cedẽdo bonis, vt dixi capit. 11. Et lex ſacrilegii. §. fin. ff. ad leg. Iuliam. peculatus. loquitur in debitore ex delicto: nam peculatus delictum eſt.

¶Item ſi debet ratione tributi, videtur, quòd etiam poſſit cedere bonis, & liberari ſi ſoluendo nõ eſt. Primò: quia inops nõ debet tributum: vt eſt notiſſimi iuris. Deinde: quia licet propter tributum non ſit quis detinendus in carcere: vt in d. l. nemo. C. de exact. trib. Lupus in repeti. Rubricæ de dona. in prin. nu. 12. verſic. ex quo infert, hoc nõ ſeruatur apud nos, & conſuetudo hac in re ſeruanda. Lupus d. nu. 12. lege miſſi. C. de exact. tribu. Et licet ſolum detineretur ſub honeſta cuſtodia, vt in dicta lege nemo, adhuc carcer eſt, licet non durus ſed honeſtus: & cum ſit carcer, oportet ad effugiendum carcerem vti beneficio ceſſionis: non enim minus quis compedibus detinetur, quòd detineatur compedibus aureis. Et cum capto in carcere concedatur eam effugere beneficio ceſſionis, multo magis id concedendum ei, cui plus honoris habetur.

Nam carcer non eſt ſolum locus ſqualidus, tenebris horridus, & pedore, moleſtus ſed locus quantumuis amęnus, ſi eum exire

exire nō possis. Nā verus carcer est non posse facere, quod velis.

18 ¶Item † licet quis debeat propter collectas, si soluendo non sit, debet liberari cedendo bonis. Nam lege propter honorem. C. q bon. cede. poss. quam oēs citant, loquitur de eo, qui per cessionem, relinquit de industria bona, ne cogatur munus impositum suscipere, vel collectam soluere, & hanc esse legis mentem manifeste perspiciet quisquis legem attente legerit. Ibi enim malitia punitur, quod generale est in omnibus debitoribus malitiam committentibus, vt dico capitu. de nobili. Postremò ne auctoritate deficiamur, huius opinionis est Salycet. vir doctus pariter & ingeniosus in leg. prima. numero septimo, versicu. aut est debitor fisci. C. qui bon. ced. poss vbi dicit, quòd licet debitor fisci fuerit contumax, potest cedere bonis. §. item si quis. institu. pro socio, quod probo.

19 ¶Nam † licet contumacia in non obediendo superiori iudicari possit crimen: tamen contumacia in nō soluendo fisco, quod illi debeo, non est crimen corpore luendum, sed culpa, vel potius mora. Non enim rex ipse dicit, redde mihi, quod debes, sed obscurus quispiam priuatus, & etiam si rex ipse diceret, non est crimen ei non soluere: non enim maiestatem regiam lædit, qui regi non soluit, nisi per seditionem rem eius occupet, vel solutionem deneget. Contemptis seditiose iusdicentis imperiis. Hæc autem omnia intellige in eo, qui habens bona non soluit collectam, vel tributum, sed vult, se eximere cedendo bonis. Et liberari tempestiue ab omni molestia. Et in hoc casu intelligendi sunt doctores; nam si iis quibus imponitur collecta, vel tributum essent inopes, non deberent collectam, neque tributum. Bald. in leg. etiam. columna finali. C. de execu. rei iudica. Roland. consilio 66. numero libro & dico capitu. 18. de debitore, q vasallus. nume. 9. Sed quid iudicandum hac in re, quod attinet ad nostram legem. Et quidem sicut debitores priuatorum & reipublicæ nō eludunt iudicij vim cedendo bonis, sed traduntur creditoribus ad seruitium, idem in fisci debitoribus dicendum.

20 ¶Primò † quia inter fiscum & priuatum non inducenda differentia, nisi vbi est in iure expressum; nam fiscus vtitur iure communi. Deinde quia fiscus solet esse melioris & nunquam peioris conditionis quàm priuatus in exigendo credita sua.

¶Præterea in debitore fisci est peculiaris ratio: nam ei etiam de iure ciuili denegant beneficium cessionis bonorum tot eruditi nominis viti relati numero 16. Quanto magis denegabitur iure regio, quo beneficium cessionis bonorum generaliter est sublatum: non enim apud nos sufficit dicere, cedo bonis, sed debitor in seruitium traditur creditori. Sic intelligendum, quod scribit vir doctissimus Ferdinandus Vasquius in tractatu de successionum creatione. prima parte libro primo. §. sexto. numero 49. versiculo vnde in vsu forensi, vbi scribit, in vsu forensi sæpissime responderi, quòd debitores fiscales qui iure Hispanico vinculis continentur, donec debitum persoluant, adeo vt eis non prosit dare fideiussorem, sunt eximendi è vinculis, si bonis cesserint nō aliter, quàm si soluissent, & quòd ita debet intelligi lex regia. octauo, titulo quarto. libro sexto. Ordina. & leg. 130. inter leges Alcaualarum. Quæ loquuntur de exactione debitorum Fiscalium. Mouetur: quoniam stante statuto, quòd debitor possit in carcerem detrudi, liberatur a carcere cedendo bonis. leg. prima. C. qui bon. ced. poss. & ibi notat Bald. Alexan. in leg. postulante. numero septimo. ff. ad Trebellian. Hæc verba Vasquij intelligenda sunt de ea cessione, quam nostri vulgò appellant cessionem bonorum, cum reuera nihil minus contineat, quàm beneficium cessionis bonorum.

¶Nam vt iam sæpius est repetitum, beneficiū cessionis bonorum id de iure præstat, quòd debitor effugit carcerem & potestatem creditoris & vim iudicij, dicendo cedo bonis. At ea quam nostri inepte vocant cessionem bonorum non liberat liberat debitorem, immo debitor traditur in seruitium creditori, & soluit operis & personali labore, quod pecunia non potest soluere, tantùm in eo similis est beneficio cessionis, quòd per eam debitor liberatur a carcere, sed tamen detruditur in potestatem creditoris, quod carcer, vel potius seruitus quædam existimari potest.

¶Itaque Vasquius loquitur de ea quam nostri vulgò vocāt cessionem bonorum, scilicet de addictione per quam debitor traditur in seruitium creditori, aliàs non liberatur apud nos, quinimmo neque de iure communi, si probamus tot eruditorum sententiam. Eodem modo intelligendum, quòd scribit Cifontanus in leg. 79. Tauri. columna prima. in principio. C. intellige hæc, nisi exigatur ab eo collecta, vel tributum: nam si est inops, non tenetur id soluere, vt dixi. Quòd autem debitor fiscalis sit addicendus fisco intelligitur operis fiscalibus, puta operis ad regem pertinentibus, & si debeat ex delicto, relegabitur in regias trirremes, si qualitas criminis id exposcat, vt gratis per certum tempus remigem vel militem præstet. Vt dixi capitu. de debitore ex delicto. Est autem optimo iure definitū, debitorem fiscalem posse cedere & addici.

¶Nam capi & in carcerem detrudi potest, & ita seruat consuetudo, & notat Salyce. in leg. prima. num. septimo. C. qui bo. ced. poss. Guido decis. 214. Roder. in rep. l. post rem. in septimo casu, versicu. addas alium casum. ff. de re iudica. Bald. in leg. prima, columna quarta. C. de hæredi. vel actio. vendi. Adeo autem capitur, vt non prosit ei dare fideiussorem, & nominare bona, nisi re ipsa soluat, vt supra dixi, & bona debitoris fiscalis citissime venduntur, vt in dicta l. octaua, titu. 4. libro 6. Ordina. l. 130. inter leges alcaualarum.

21 ¶Quinimmo † etiam de iure communi, quo instrumenta non habent executionem paratam, vt dixi capitu. primo, num. 31. quodcunque instrumentum habet executionem paratam aduersus debitores fiscales, & aduersus eos proceditur executiue. leg. missi opinatores. C. de exacto. tribu. libro decimo. Bald. & Salyce. leg. prima. C. de codicil. ex l. Facit textus in authen. de manda. princip. § coges. Imo. in actionibus fiscalibus proceditur de facto: vt inquit Bald. in l. prima, colum. quarta. C. de hære. vel actio. vendi. Et incarcerantur debitores, vt inquit Bald. & Rodericus in repe. l. post rem. in 7. casu. versiculo addas alium. ff. de re iudi.

¶Quamuis (vti supra dixi) incarceratio moribus potius, quàm iure introducta est aduersus debentes fisco tributa. leg. nemo. C. de exactio. tribu. Quamuis, vt dixi supra numero 17. etiam de iure ciuili carcere præmebantur licèt honesto, & nō ita molesto vti carcer. Vnde scribit Andreas Barulus in dicta l. missi opinatores. quòd si princeps committat alicui, vt exigat debita fiscalia cum omni coactione, quòd poterit coniicere in carcerem debitores fiscales, si in loco sit consuetudo, & sequitur Lupus in repe. Rubric. de dona. in princip. numero 12. vers. ex quo infert.

22 ¶Intelligendum autem † quòd debitores fiscales executari possunt etiam de iure ciuili ex quolibet instrumento; quando debitum est liquidum, vel tale quod probabiliter negari non potest, vt in dicta authent. de manda. princip. §. coges. Bald. & Saly. in dicta l. prima. C. de condic. ex lege. Roder. in dict. 7. casu. Martinus Lauden. in tractatu de fisco, quæstione 145. qui citat. l. hi qui C. de conue. fisci debi.

23 ¶Quinimmo † fiscus aliquando exigit ante diem. leg. j. C. de condict. ex leg. & ibi. Dd. Martin. Lauden. in tractatu de fisco. quæstio. 246. Franciscus Lucan. in tractatu de fisco. num. 9. intellige: vt per Dd. in d. l. j.

24 ¶Debitor † autem ciuitatis quomodo soluere debeat, vide l. cautiones. C. solu. & libera. Et debitor ciuitatis non soluens an possit in ea honorem habere, vide Plate. in l. non prius. C. de debitor. ciuita. & an possit in ea esse officialis, vide Pute. in tracta. de sindica §. officium. num. 7.

25 ¶† Item fisci debitor quomodo & quādo possit executari de iure communi, vide Lucam Pennam in l. j. C. de cap. pign. debi. fisci.

¶Item an exactor tributorum possit cedere bonis, & liberetur cedendo iuxta formam iuris ciuilis, scilicet dicendo cedo bonis. Boerius quòd non decisione 309. colum. 9. versicu. nec profecto, quare operis satis facere dēt iuxta decretū huius legis.

SVMMARIVM.

1 *Per matrimonium contractum inter creditorem & debitorem aut è conuerso debitum censetur remissum.*
2 *Obligatio præstando operas finitur matrimonio contracto, & nume. 12.*
3 *Filius & filia per matrimonium liberantur patria potestate.*
4 *Matrimonium liberat minorem à potestate curatoris.*
5 *Ius patroni nuptijs libertæ interrumpitur.*
6 *Debitor aut debitrix liberati per matrimonium contractum cum creditore vel creditrice an soluto matrimonio redeant in potestatem hæredum. & numero 9.*
7 *Vidua durante viduitate adhuc dicitur esse in matrimonio.*
8 ¶*Causa quæ secum produxit effectum, talis effectus non cessat, licet postea cesset causa.*
10 *Quas operas marito teneatur vxor præstare.*
11 *Res facile ad suam naturam reuertitur.*
13 *Acquisita ex matrimonio vt lucrentur, requiritur necessariò, vt matrimonium teneat.*
14 *Matrimonium debitorum non præiudicat creditoribus, si non consentiant.*
15 *Debitrix inops addicta creditori an liberetur, si fiat concubina creditoris.*
16 *Ancilla libera fit ex complexu domini.*

An matrimonium contractum debitore constituto in potesta te creditoris liberet illum ab eius potestate.

CAP. XIIII.

1 Quæro deinde † an matrimonium contractum a debitore constituto in potestate creditoris liberet illū ab eius potestate. Hæc quæstio tria habet capita. Aut. n. creditor seu creditrix nupserunt debitori vel debitrici sibi traditis

Source : BIU Cujas

(nam in aliquibus caſibus etiam fœminæ ſunt addicendæ creditoribus,) & hoc caſu ceſſat diſpoſitio huius legis, & vinculū pignoris cenſetur remiſſum,textus eſt expreſſus, qui in hac ipſa ſpecie loquitur,in l.ſi is qui te.C.de capti.& poſtli.reuer. Vbi ſi aliqua mulier mihi tenetur ſeruire,donec operis ſoluat preciū, quod pro eius libertate hoſtibus dedi,vt in l.fin.C.eod.tit. Hæc obligatio ſeruiendi pro debito finitur,ſi matrimonium cōtrahatur inter creditorem & debitricem. Verba legis hæc ſunt. Si is qui te ab hoſtibus captam commercio redemit, & ſibi matrimonio coniunxit dignitate nuptiarum & voto futuræ iuſtæ ſobolis vinculo pignoris tibi remiſſo reddi tibi natales priſtinos rationis eſt. Idem probatur in l.2.C.eod. titulo, & ibi hoc notant Bald.& Saly. Rurſus hæc opinio probatur in l. ſi quis ingenuum.ff.de capti.& poſtlimi.reuer.cuius verba ſunt.Exinde intelligi oportet,remiſſum debitum & vinculū pignoris, ex quo de ea ſuſcipere liberos optauerat.

2 ¶Et quòd † obligatio præſtādi operas finiatur matrimonio, probatur in l.libertæ.C.de oper. liber. cuius verba ſunt. libertæ tuæ ducendo eam in vxorem dignitatem auxiſti, & ideo nō eſt cogenda operas tibi præſtare.Idem probatur in l.2. C.de obſeq. & ibi.notant Bald. Salyc.& Albe.Sic Bald.in l. 2.C.de capti.per illum textum notat, ſponſalia contracta inter debitorē & creditricem inducere donationem quantitatis debitæ,quòd ſi debitum cenſetur donatum,certè ceſſat vinculum pignoris. Sic aſcriptitius,q dicitur eſſe in poteſtate domini ſui,vt in l.ne diutius C.de agricol.& cenſi.libro 11.& qui ei tenetur operas præſtare iuxta verba Barto.in fin.C.eodem titulo, liberatur per cōtractum matrimonii,vt in authen.de nupt.§.adſcriptitio.col.4. textus in l.fin.C.de agricol.& cenſi.De qua re infra dicam.

3 ¶Sic † matrimonium liberat filium & filiam a poteſtate patris,vt in l.17.Tauri.& antequam hoc iure regio diſponeretur: ſunt plures eruditi,qui dicunt,idem eſſe de iure canonico,vt dixi in meo tractatu,de ſolutione patriæ poteſtatis ex matrimonio, capite primo.

4 ¶Item † matrimonium liberat minorem a poteſtate curatoris;vt in l.207.Stili,quamuis aliter erat diſpoſitum de iure communi:vt in l.de his.C.de adminiſtra. tuto De qua re dixi in dicto tractatu.

5 ¶Item † ius patroni interrumpitur nuptiis libertæ.l ſicut.ff. de oper.liber.& ibi hoc notant Alberi.idem notant Oldra.Bal. & Saly.in l.libertæ tuæ.C.de oper liber. Quæ iura ſunt notanda: quoniam loquuntur in matrimonio contracto cum tertia perſona.

6 ¶Adeo † autem debitor ſeu debitrix ex matrimonio cū creditore vel creditrice contracto liberantur ab eorum poteſtate, vt ſoluto matrimonio in poteſtatem hæredum creditorū non redeant,forte enim matrimonium ſolutum fuit abſque liberis. Sed certè hæc res non eſt perinde manifeſta, & in contrarium facit,quòd filius liberatus a poteſtate patris ex matrimonio reincidit in eam matrimonio finito.Huius ſententiæ auctor fuit. Neapodanus quidam,quem veluti authorem huius ſententiæ citat Afflic.in conſtitutio.Siciliæ incipiente,proſequentes. in 2. q.colum.4.num.12.verſic.ſed quamuis.& eandem opinionem probat Caſſaneus in conſuetudinibus Burgun.titu.Des droytz apartenans,verbo en puyſance de ſon mari.§.& ad dictum nu. 22.verſicu.ſed quòd per tranſitum. Ioannes Boſqueus in tractatu de nuptiis,libro 2.col.antepe. Thomas Grammaticus deciſione 84.Hæc ſententia nominatim probari videtur in l.planè. ff.de oper.liber.Vbi poſtquam dicitur, matrimonium ſoluere neceſſitatem præſtandi operas, textus ſubiicit hæc verba. Planè cum nupta eſſe deſierit, operas peti poſſe omnes conſentiunt. Et ita ſcribit Albe.in l.ſicut.ff.de oper.liber. Oldra.Cinus. Bald.& Salyc.in l.libertæ.C.de oper.liber.Sed contraria ſententia verior eſt. immo ſemel ex matrimonio finita obligatione ſeruiendi non reuiuiſcit matrimonio ſoluto. Huius ſententiæ auctor eſt Oldradus,quem citat & ſequitur Bald.in l.libertæ.C. de oper.liber.Inqt Baldus,quòd hæc tacita remiſſio debiti, quæ inducitur ex matrimonio,perpetua eſt, neque obligatio reuiuiſcit matrimonio ſoluto.Actio enim ſemel extincta non reuiuiſcit,vt in l.qui res.§.aream.ff.de ſolu.Confirmatur hæc opinio:quoniam patria poteſtas ſoluta ex matrimonio non redintegratur matrimonio ſoluto,vt rectius docet Maſſuerius ī ſua praxi.Titulo de dote & matrimonio,verſicu. Item de conſuetudine.Afflictus in conſtitutione Siciliæ incipiente,proſequentes.in 2.quæſtio.colum.4.num.12.Tiraquellus libro de iure maritali,in gloſa 3.in principio,Boerius deciſione 197.columna 2. nume.3.de qua re prolixo ſermone diſſerui in tractatu de ſolutione patriæ poteſtatis ex matrimonio.

7 ¶Et comprobatur † quoniam vidua adhuc dicitur eſſe in matrimonio.l.fina.C.de bon.mater.notat Ioann.Andr.in c.his qui.de Sepul.libro 6.Bal.in l.qui iure.C.de infir.pœn.Tiraquell. in tractatu de nobilitate quæſtio.17.nume.5.

8 ¶Item † quando cauſa iam produxit effectum, effectus non ceſſat,etiam ſi cauſa ceſſet,ita notat laſ.in l.inter ſtipulantem. §.ſacramen.in 4.notabili.ff.de verborum obligatio.Imola in c. fin.de offi.delegat. Antonius in c.ſanè.de renuntian. Cyn.in l. generaliter.C.de epiſcop.& cleric.Barto.in l.2.§.fin.ff.de donatio.& in l.pluribus.§.& ſi placeat.ff.de verborum obligatio.Decius in l.j.num.76.ff.ſi certum petatur.& in c quæ in eccleſiarū. colum.7.de conſtitu.Ergo cum matrimonium increditricem & debitorem contractum induxerit remiſſionem debiti,hic effectus ex matrimonio productus non ceſſat ſoluto matrimonio.Non obſtat,quod ſcripſit Neapodanus:quoniam toto (qđ aiunt) cęlo aberrat.

9 ¶Non obſtat.l.planè, † quoniam ille textus non loquitur, quando matrimonium fuit contractum inter libertā & ipſum patronū, ſed quando liberta nupſit tertio,quo caſu ſoluto matrimonio reuiuiſcit obligatio præſtandi operas. Meminiſſe oportet,q licet debitrix liberetur per matrimonium cum creditore ab obligatione præſtandi operas. Intelligitur de operis, quas probat veluti debitrix, non tamen liberabitur ab operis, quas tenetur præſtare veluti vxor.Ita docet gloſa in l.ſicut.ff.de oper.liberto.Bald.in l.libertæ.colum.j.C.de oper liber.

10 ¶Quas † autē operas teneatur vxor præſtare marito, explicat Bald.in l.ſi vxor.C.de condi.inſer.Ange.in §.j.Inſtit.ad Tertull.Bald.in l.aſſiduis.columna 2.C.qui potio.in pignor. habeā. Abb.in c.illud.colum.6.de præſump.& in c.litteris.de teſtibus. & in c.mulieres. de ſententia excommunicat.

¶Tractemus de ſecūdo huius quæſtionis capite, an debitor, vel debitrix nubentes ex voluntate creditoris liberentur ab eorum poteſtate.Et q liberentur,probatur in authent.ad hoc.C. de lati liber.tollen. Vbi ſeruus domini voluntate ducens vxorem liberatur a ſeruitute,quanto magis perſona libera liberabitur ab obligatione ſeruiendi.

11 ¶Cum † res facile reuertatur ad ſuam naturam.l.ſi vnus.§ pactus ne peteret.ff.de pact.Idem probatur in l.ſicut.ff.de oper.liber.cuius verba ſunt.Sicut patronus ita etiam patroni filius,qui nuptiis conſenſit, operarum exactionem amiſit,& ibi notant Dynus & Albe.Idem probat.l.ſi libertus ita & l.ſi duorum.ff.de oper.liber.& in l.libertæ.C.de obſeq. Inquit lex. Libertæ quæ voluntate patroni nuptæ ſunt non coguntur officium patronis ſuis præſtare.Idem probat.l quod ex liberta.C.de oper.liber. & vtrobique ſerbunt Bald.& Salyc.Sic ante editam l.48. Tauri,qua filius ex matrimonio recuperat aduentitia. Si pater conſentiebat matrimonio filij,amittebat vſumfructū,quem in bonis filii habebat,ita notat Boer.deciſ.197.colum.fina.qui citat Alexand.in additione ad Barto.in l. placet.ff.de adqui. hæredi. Lup.in repetitione.c.per veſtras §.22.verſicu.ſed quamuis iura ciuilia,cum præcedentibus.Ita etiam creditor conſentiens nuptiis perſonæ ſibi ſubdite ratione debiti amittit ius quod ſuper illū habet ex diſpoſitione huius legis. *Hæc opinio quatuor recipit limitationes.Prima eſt q creditor ex matrimonio, cui cō ſentit,amittit operas futuras non præteritas*, textus eſt in l.ſi libertus ita iurauerit.ff.de oper.liber.Inquit lex. In libertam quæ voluntate patroni nupſit præteritarum ante nuptias operarum actio datur.Scilicet quoniam ante nuptias ceſſant rationes quibus poſt nuptias deſinit teneri ad præſtationem operarum.

12 ¶Sic † ſi lex,vel ſtatutum liberat aliquem a præſtatione alicuius rei ratione matrimonij,intelligitur quoad futurum non quoad præteritum,ita probant Faber,& Salyce.in authenti. ingreſſi.C.de ſacroſanct.eccleſi.Abb.in c.in præſentia.nume.64. de proba.Rodericus in quæſtione maioratus.colum.penul.Lupus in Rubrica de dona.inter virum & vxorem.§.42.colum.fi. De qua re dixi in d. tractatu de ſolutione patriæ poteſtatis ex matrimonio.Secundò limitatur, ſi matrimonium ſit inualidū a principio,vel ex poſt facto detegatur inualidum fuiſſe, textus in l.ſicut.ff.de oper.liber.Inquit lex.Si autem nuptiæ,quibus patronus conſenſit,nullas habeant vires, operas exigere patronus non prohibetur.

¶Hoc † generale eſt in omnibus qui matrimonij ratione a-
13 liquid lucrantur,vt non conſequātur lucrum,ſi matrimonium non valeat. Ita notat Roman.in l.in inſulam. §.vſurar.ff.ſolu. matrimo.Barto.Imo.Roma.& Alexand.in l.ſi ante nuptias.ff. eod.titulo.Bald.Ange.& Saly.in l.j.C.de condict.ob cau.Ange. in authen.de nupt.§.adſcriptitio.colū.4.Aretin.in l.ſi ante nuptias.colum.3.ff.ſoluto matrimonio.Barba.in c. ex literis.colū. fin.de pigno.& conſi.46.libro 2.Bal.conſi.184.libro 3.Paul.Roman.& Alexand.in l.ſi cum dotem.§.fin.ff. ſoluto matrimon. Bald Barba.Felyn.in c.iurauit.de proba. Hippol. ſing.129.

14 ¶Tertiò limita † quoad creditores, qui non conſenſerunt matrimonio:illis enim non præiudicat textus in l.ſi duorum.ff. de oper.liber.Et faciunt quæ dixi in tractatu,de non meliorandis filiabus dotis ratione, capitu.10.nume.81. Vbi probaui, meliorationem filiæ factam ratione dotis præiudicare fratribus, qui conſenſerunt,non verò aliis,qui non conſenſerunt.

¶Quartò limita ſoluto matrimonio: nam quando debitor ex conſenſu creditoris ducit vxorem,obligatio ſeruiendi videtur reuiuiſcere ſoluto matrimonio.l.planè.ff.de oper.liber.Notant Bald.& Oldra.in l.libertæ colum.j.C.de oper.liberto.Albe. in l.ſicut.ff.eodem titulo,gloſa in l.quod ex liberta.C.eod. titul.

Neque

Source : BIU Cujas

Neque obſtat,quod dixi ſupra num.1.quoniam ibi.quando debitor vel debitrix nubunt creditori vel creditrici. Quanquam (vt quod ſentio loquar) res non caret ſcrupulo, eruditis iudicium & examen relinquo. Finem faciam,ſi lectorem monuero,ita demum debitricem nubentem conſentiente creditore liberari,ſi modò creditor ſit maſculus,ſecus ſi fœmina: tunc em etiamſi conſentiant matrimonio debitoris vel debitricis minime liberantur a neceſſitate præſtandi operas. Textus eſt in l.ſicut.ff.de oper.liber.cuius verba ſunt. Patronæ quæ libertæ nuptiis conſenſit operarum exactio non denegatur:quia ei neque ab ea quę nupta eſt indecore præſtantur.

¶Sed reclamauit aliquis hęc iura loqui in libertis,verum eſt tamen qui eſt in poteſtate creditoris, donec ſeruitio reponat creditum,cenſetur eſſe libertus:vt expreſsè probatur in l.ſi liberum captum.C.de capti.iuncta.l.fin.C.eodem titulo. De qua re quia eſt dubia,vide quæ dico infra cap.an addictus fiat ſeruus. Et quanquam libertus non ſit,iura loquentia de operis libertorum extendit Bartolus ad eos, qui nobis ex conductione operas dant,in l.ſi non ſortem.§.libertus.ff.de condict.indebi. & in l.pro hærede.§.quid tamen.ff.de acquiren.hæredita. Item operas libertorum & libertos ipſos.Aequiparat clientib. Spiegel. in lexico iuris ciuilis in verbo operæ.Ex his infertur, q̃ debitor maſculus ducens vxorem conſentiente creditore, in cuius poteſtate eſt,non liberatur ab eius poteſtate,hoc eſt ab obligatione prestandi operas,textus eſt expreſſus in l.ſi quis hac lege.§. etiam.ff.de oper.liber.& ibi gloſa notat magnam eſſe differentiam inter maſculum & fœminam. Fœmina enim nubens cõſentiente creditore ideo non cogitur patrono vel creditori ſeruire:quoniam cum iam ſit nupta, ſi ſit in poteſtate creditoris, ſuſpicio eſt aduerſus eam parum honeſta, quæ maritum illius maximè grauat.

15 ¶Sed eſt quęſtionis † an liberatio præſtandi operas concedatur debitrici,ſi ſit concubina creditoris, cui addicta eſt. Mouet quæſtionem.l.ſi is qui te.C.de cap. vbi ex dignitate nuptiarum & voto futurę iuſtæ ſobolis,hoc eſt,vt filij ſint legitimi,lex dicit remitti vinculum,quo debitrix eſt apud creditorem,ergo concubinatus non ſufficit. Contraria tamen ſententia probatur in l.ſi quis ingenuam.ff.de capti.& poſtlim.reuer. Vbi textus loquitur,quãdo debitricem mihi retineo ratione ſummæ debitæ,ſcribit tamen iureconſultus debitricem liberari ſi ſit concubina. Sic ancilla fit libera ex complexu domini.§.eadem lege. inſtitu. quibus ex cauſ. manumi. non licet.

SUMMARIUM.

1 *Iure Gothorum fœminæ debitrices creditoribus addicebantur.*
2 *Mulier poteſt cedere bonis.*
3 *Fœmina ob debitum ciuile non incarceratur.*
4 *Etiam ſi debeat fiſco, & num.5.vbi de opinione Menchaque.*
6 *Licet cuilibet,ſi velit,alteri operas ſuas præſtare.*
7 *Pro pœna pecuniaria deſcendente ex delicto mulier capitur ex conſuetudine.*
8 *Etiam ſi det curatoriam cautionem mulier in communibus capitur pro debito pecuniario.*
9 *Priuilegiatus a iure ne cedat bonis,ſi tamen dolum committat, cogitur bonis cedere.*
10 *Debens ex delicto conuenitur,etiamſi priuilegium habeat à principe, ne intra certum tempus conueniatur.*
11 *Maritus committens dolum amittit priuilegium reuerentiale quod habet aduerſus vxorem.*
12 *Aduerſus fœminas in delictis vtimur iure communi ſi detegatur dolum commiſiſſe.*
13 *Fœmina ſolum poteſt eſſe tutrix filiorum.*
14 *Reuerentiale ius renuntiatione non tollitur.*
15 *Mulier poteſt renuntiare ſuo priuilegio.*
16 *Quilibet poteſt renuntiare ſuo prinilegio.*
17 *Meretrix pro delicto ciuili capi poteſt,niſi ſit nupta. & nume.* 18.
19 *Nupta de adulterio non accuſatur.*
20 *Vxor tenetur marito operas præſtare.*
21 *Viuente marito non fit executio pro debito vxoris in bonis dotalibus, niſi debitum ſit ante matrimonium & num.* 23.
22 *Vir pro vxore non tenetur.*
24 *Pro debito procedente ex redemptione cogitur mulier creditori redemptori ſeruire.*
25 *Debitrix addicta creditori, ſi creditor eam proſtituat, liberatur à poteſtate creditoris, & num.*34.
26 *Fœmina cuius pudicitia periclitatur licitè & impunè à carcere fugit.*
27 *Dominus feudi amittit feudum, ſi per laſciuiam comprimas filias vaſallorum.*
28 *Fructuarius malè ſe gerens amittit ius obuentionis, & poteſt priuari & prohiberi,ne vtatur vſufructu.*
29 *Malus tutor amittit ius decimæ.*
30 *Pater abutens patria poteſtate adminiſtrationem amittit idem ſi cogeret filium aut filiam ad peccandum, & nume.*31.
32 *Dominus amittit pactum de ſeruitio famuli,ſi ſeruitio abutatur.*
33 *Mulier in caupona poſita vt miniſtret, iudicatur proſtituta.*
35 *Pactus fœminæ addictæ creditori liber eſt.*

An diſpoſitio huius legis exercenda ſit aduerſus fœminam debitricem,& quid ſi debeat fiſco vel ex delicto. CAP. 15.

1 QVero deinde † an diſpoſitio huius legis exercenda ſit. aduerſus fœminam. Videtur exercenda, ita enim lego inter leges Gothicas.Si mugeres ouieren de eſtar preſas por debdo ſi el debdor ſe quiſiere fiar o aſſegurar en la muger que algo le diere por eſta razon quel eche ſu ſenal e que ande la villa por ſu preſa.Nota fœminas ratione debitæ ſummæ addici creditoribus iure Gothico.Conſuetudo autem,qua apud nos debitor inops traditur creditori etiam Gothorum ſeculo vigebat,vt probaui.c.2.nu.9. Præterea hęc opinio nominatim probatur in l.ſi quis ingenuam. ff. de capti. & in l.ſi is qui te.& in l.fœdiſſimę.per locum a.ſpeciali.C. eo.titu. vbi mulier ratione debiti detinetur a creditore.

2 ¶ Rurſus hæc opinio probatur † quoniam mulier poteſt cedere bonis.l.pe.C.qui bon.ced.poſſ.Iaſ.in §.fi.nu.10. Inſti.de actio.Hæc autem addictio, qua inops debitor traditur creditori, vocatur apud nos bonorum ceſſio : quia per addictionem debitor ſoluitur e carcere.Sed verius eſt,fœminam non eſſe addicendam creditori.Primò ex l.3.in prin.verſiculo corporalia.ff. de mune.& hon.inquit ex.Corporalia munera fęminis ipſe ſexus denegat.Secundò probatur † quoniam fœmina ob debitũ
3 ciuile in carcerem duci non poteſt.l.1.C.vt omnes iudices, textus in l.62.Tauri Diſpoſitio autem huius legis non eſt exercenda aduerſus debitores,qui in carcerem duci non poſſunt, vt dixi c.3.nu.2.& c.4.Notat Rodericus in repetitione.l.2.tit. de los gouiernos.q.5.col.3.verſi.ſecundo,lib.2.fori.Vbi dicit,quòd fęmina non eſt addicenda creditori : quoniam vbi debitor eſt conijciendus in carcerem:quia nõ ſatiſdat,vt in l.1.C.de exhib. reis,id nõ admittitur in muliere:nam ob eam cauſam non eſt in carcerem ducenda,vt in auth.nouo iure.C.de cuſto.reo.Bal. in l.nemo deinceps.C.de epiſ. audi. Debitor autem inops ideo addicitur creditori : quia nõ ſatiſdat:nam ſatiſdans non eſt addicendus.l.2.titulo de los gouiernos.Et quòd hęc lex non practicãda aduerſus mulierem,notat Antonius Gome.in l.62.Tauri col.1.His cõgruit textus in l.quiſquis.§.ad filias.C. ad leg. Iul. maie.inquit lex. Mitior enim circa eas debet eſſe ſentẽtia quæ pro infirmitate ſexus eſt.Et generaliter in delictis mitiusagitur cum fœminis.l.ſacrilegij pœnam.C.ad leg.Iul.pecul.l.ſi adulterium §.ſtuprum.& §.fratres.& §.inceſtum.ff.ad leg.Iul. de adulte.c.indignantur.32.q.6.c.ſicut dignum.de homi.ſcribit Bal. in l.quicunque.colum.3.ver.& in ſumma. C.de ſeru. fugi. quanto magis quando nõ ex delicto,ſed ex contractu aduerſus eã agit.

4 Amplianda hęc opinio eſt † etiã ſi mulier debeat fiſco:nam etiam pro debito fiſcali mulier capi non poteſt. Textus eſt expreſſus in auth.ſed hodie.in prin.C.de officio diuerſo.iudi.& in authenti.hodie.C.de cuſto.reor. Boerius deciſ.349. columna.3 nu.5.verſi.& maxime,& colũ.pen.& omnes DD.vbiq;, Cifontanus in l.62.Tauri.Saly.in l.1.nu.6.C.qui bo ced.poſſ.Bart.in l. nemo carcerem.nu.C.de exact. tribu. dicit, quòd mulier etiam pro debito publico in carcere detineri non poteſt. Cum ergo pro debito fiſcali capi non poſſit,non eſt fiſco addicenda, vt dixi cap.3.nu.2.& cap.4.reperio tamen Ferdinandum Vaſquium virum doctiſſimũ in tractatu de ſucceſſionum creatione,par.j. lib.j.§.6.nu.38.accuratè & anxiè diſputare,an mulier,quę ſuccedit debitori fiſcali,ſit detinenda in vinculis,ſicut detineretur debitor maſculus,cui ſuccedit.Adducit,quòd mulier non poteſt capi pro debito non deſcendente ex delicto.Rurſus ex aduerſo adducit,quòd fiſcus id habet priuilegium,vt eius debitores ſint detinendi in vinculis,donec debitum perſoluant.Vnde priuilegium mulieris pugnat cum priuilegio fiſci,quare definit,quòd cum priuilegiatus non debeat gaudere priuilegio aduerſus priuilegiatum,quòd ea opinio eſt ſequenda,per quam reducimur ad ius commune, & quòd ideo cum de iure communi nemo ſit capiendus,ſi habet bona,ex quibus ſoluat,vt dixi.c.1. nu. 26. Quòd vel priuilegium mulieris,vel fiſci vincat, ſecundum caſus contingẽtiam,vt ſcilicet is vtatur priuilegio, qui habet pro ſe ius commune,ideo ſi mulier ea habet bona,quæ etiam ſi vẽdantur,nõ ſufficiant ad ſoluendum fiſco,& hoc caſu dicit,mulierem detinendam in vinculis,niſi velit bonis cedere, ſin autẽ ex mulieris bonis venditis fiſco ſatisfieri poſſit, & hoc caſu dicit fœminam non detinendam in vinculis.Et quòd iuxta hanc interpretationem nemo aduerſus alterum vtitur, priuilegio, ſed vterque vtitur iure communi. Addit tamen, quòd hodie iure regio mulier etiam pro debito fiſcali capi non poteſt, citat.l.62.Tauri. Quæ de debito fiſcali nullam mentionem facit,& l.2.ti.10.lib.5.ordina.& l.4.titu.12.lib.5.ordina.

¶ Equidem † etiam de iure communi hac interpretatione & temperamẽto opus non eſt:nam & de iure communi fœmina pro debito fiſcali capi non poteſt,vt in auth.ſed hodie. C.de offic.diuer.iudi.& in authen.hodie.C.de cuſto. reor. Ex quorũ diſpoſitione generaliter verum eſt, fœminam pro debito fiſcali capi non poſſe.Etiam antequam hoc iure regio eſſet definitum.

Source: BIU Cujas

tum. Et ipſe Vaſquius memoria lapſus videtur, quod ſibi cũ doctiſſimis quibusq; viris commune eſt. Nam Homerus quãdoq; dormitauit. Præterea dum dicit, fœminam poſſe cedere bonis, verum dicit de iure communi, vt in l. pe. C. qui bon. ced. poſſ. De iure enim digeſtorum & codicis mulier capi poterat: vt notat Bal. in l. 1. colum. 2. verſicu. quæro cum ciuitatibus, & ibi Salycet. ver. quæro nunc quartò. Boer. deciſ. 349. colum. pe. C. qui bo. ce. poſſ. Abb. in c. ad petronem. de accuſa. Iaſ. in l. neque impuberes colum. 1. verſicu. aduerte ſi teneas. ff. de in ius vocan. Horum fundamẽtum eſt. d. l. pe. C. qui bo. ce. poſſe. vbi mulieri permittitur cedere bonis: ceſſio autem bonorum inuenta eſt ad effugiendum carcerem. l. 1. C. qui bon. ced. poſ. Ergo mulier poterat conijci in carcerem, & ꝙ poſſit conijci in carcerẽ, ſi nõ vult cedere, ſcribit Bal. in l. 1. nu. 13. C. qui bon. ce. poſſ. cuius opinio videtur vera de iure codicis, quo mulier capi poterat. De iure verò Authenticorum cum mulier pro debito priuato vel fiſcali capi non poſſit, vt ſupra dixi, videtur ꝙ poſſit cogi cedere bonis, nam qui non poteſt conijci in carcerem, non poteſt cogi cedere bonis etiam iuxta formam iuris ciuilis, vt dixi. c. 3. nu. 2. Itaquæ ſi Vaſquius loquitur de ceſſione inuenta a iure ciuili, mulier poteſt cedere bonis, ſi velit, non tamen cogitur: quia eo nomine neque nomine debiti in carcerem duci poteſt Iure Authenticorum, vt notat Salyc. in d. l. pen. C. qui bon. ced. poſſ. Si autem loquitur de addictione, certe mulier recuſans nõ eſt addicenda creditori neque cogenda ſeruire ex ſupradictis.

¶ Si † autem velit ſeruire, cuilibet liberum eſt operas prẽſtare, ſi velit l. qui operas. ff. loca. 6 Meminiſſe tñ oportet, ꝙ mulier debens ex delicto addicetur creditori, ſi ſoluendo non ſit in caſibus, in quibus cap. 11. dixi, debitorem ex delicto addicendum creditori. Moueor: quoniam pro debitis deſcendentibus ex delicto mulier capi poteſt ſaltem iure regio: vt in l. 62. Tauri, & ita ſeruat conſuetudo teſte Alex. in additione ad Bald. in auth. hodie. C. de cuſto. reorum.

7 ¶ Nam † licèt de iure ciuili mulier non poſſit capi pro crimine, niſi ſit graue, ſed audiatur dato fideiuſſore, vel data iuratoria cautione, ſi fideiuſſorem non habeat, vt in d. auth. hodie. C. de cuſto. reo. & ibi notat Cy. Bald. in l. conſentaneum. & ibi Boerius in repet. fol. 28. verſic. nunc expediamus. C. quomodo, & quan. iud. Barba. in c. lator poſt princ. verſicu. adde primò, de pigno. Albe. in l ſed & is in fine. ff. de in ius vocã. Tñ cõſuetudi ne receptũ eſt, vt mulier capi poſſit pro pœna pecuniaria deſcẽdente ex delicto; & ita ſeruatur apud Gallos teſte Boerio. d. deciſ. 349. col. pe. quæ cõſuetudo eſt generalis, auctore Bal. in l. 1. verſic. in ea gloſa ibi. aucten. generaliter. nu. 2. col. 1. ff. qui ſatiſda. cogan. vbi dicit ſeruanda ſtatuta locorum.

8 ¶ Et quòd † mulier in criminibus non auditur ex conſuetudine cum iuratoria cautione, docent Imola, & Barba. in d. c. lator. Rurſus, quòd mulier debens ex delicto ſit addicenda creditori, probatur expreſſe in l. capitalium. §. & vt generaliter. ff. de pẽn. Vbi probatur, ꝙ mulier poteſt damnari ad opus metallicũ hoc eſt ad ſeruiendum in eruendo metalla. Rurſus quod ratione debiti deſcendentis ex delicto mulier ſit addicenda creditori probatur.

¶ Quoniam † qui ex priuilegio a iure conceſſo nõ cogũtur cedere bonis, cogũtur ſi dolum committunt, textus in l. fi. §. fi. ff. quæ in fraud. credi. & ibi notãt Bal. & Ang. Bal. in l. 1. col. 2. C. bon. ce. poſſ. Ang & Zaſius in l. is qui bonis. ff. de ceſſio. bono. & in l. 1. col. 4. verſic. in ea gloſa ibi, maritus. C. de iure dot. Bart. in l. alia. §. eleganter. col. fi. ff. ſol. matri. Bal. in l. 1. nu. 8. C. qui bon. ced poſſ. & dico cap. 16. nu. 7. & 19.

10 ¶ Sic † ſi aliquis ex priuilegio principis non poſſit conueniri intra certum tempus, poteſt conueniri & cogi ad ſolutionẽ, 17 ſi debet ex delicto; nam debitum ex delicto eſt odioſum & rigidè exigẽdum, ita docuerunt Guilielmus, Cugneus & Cyn. Bal. & Albe. in l. ſed ſi ex parte §. quanquam. per illum textum, & §. interdum. ff. quod cum eo. Alex. in l. 1. col. pe. & ibi Ripa nu. 97. ff. ſi cert. pet. Martinus Lauden. in tractatu de priuil. & reſcrip. §. 14. Roman. ſing. 170. & dico infra c. 5. nu. 27. Ergo licet mulieri concedatur, ne propter debitum addicatur creditori, id non procedit in debito deſcendente ex delicto.

11 ¶ Sic † maritus committens dolum non gaudet priuilegio reuerẽtiali, quod habet aduerſus vxorem, vt ſentit Aretin. in l. alia. §. eleganter. col. 2. in prin. ff ſol. matri. Facit. l. pen. ff. de iur. dotium. Ergo licet fẽmineo ſexui hic habeatur libonos, non gaudebit eo, ſi delictum commiſſit.

12 ¶ Poſtremò facit † ꝙ licèt in delictis mitius agendum ſit cũ fẽminis: quia prẽſumitur eas erraſſe ignorantia: tamẽ ſi dolus detegatur, vtũtur iure cõi, neq; cũ eis mitius agit̃, vt ſcribit Bal. in l. q̃ ⁊. C. de inceſ. nup. in prima lectione, & in l. error facti. col. 3. in prima quæſtione. C. de iuris & fact. ignor. Vltimò facit, ꝙ nobilis eſt addicẽdus creditori pro pecunia debita ex delicto, vt dico c. ſequẽti. Deinde mulier addici põt & debet creditori, ſi debet ratione adminiſtratę tutelæ: quoniã cũ renũtiet Velleiano, & omni legũ auxilio: cũ aſſumit tutelã, videt̃ ꝙ poteſt capi: quia cẽſetur renũtiaſſe priuilegio legis, quę ſibi ⁊cedit, ne capiat̃, ita docuit Bar. ĩ auth. matri & auię. C. qñ muli. tute. offi. fũ. poſ. Ego hũc locũ ꝓlixe tractaui ĩ meo tractatu de decima tutori Hiſpanico iure præſtãda, c. 4. n. 46. & nu. 78. nihil occurrit addendum, tantum in ea adhuc ſum ſententia, quam ibi probaui.

13 ¶ Scilicet, † ꝙ mulier etiam ratione tutelæ capi non poteſt. Nam fœmina non poteſt eſſe tutrix, niſi filiorum: vt in d. authẽ. matri & auiæ. Filius autem & nepos debent matri & auiæ reuerentiam. Et ius reuerentiale remitti non poteſt: nam eſt aduerſus ſanctam naturæ legem, vt filius ex pacto vel renuntiatione facta a patre poſſit illum male tractare & naturæ legem interrumpere.

14 ¶ Ideo † ius reuerentiale non tollitur renuntiatione, vt in l. alia. §. eleganter. ff. ſoluto matrimonio. Idem filius vel nepos nõ poſſunt matrem vel auiam coniicere in carcerem ex eo, quòd in aſſumptione tutelæ renuntiauerint omni legum auxilio, vt ibi dixi, adducens alia plura. Item occurrit addẽdum, quòd Rodericus in l. 2. titulo de los gouiernos. q. 5. colum. 4. verſic. ſecũdus caſus, & verſicu. additio, videtur pro grauitate ingenij ſui eã ꝓbare ſententiam, quòd mulier nõ poteſt capi, etiam ſi debitũ deſcendat ex adminiſtratione tutelæ. Mouetur ex l. 62. Tauri ibi, muger por ninguna deuda no pueda ſer preſa. notat illam vniuerſalem por ninguna deuda, ſed meo iudicio nõ ſatis aptè adducit illam legem. Nam doctores qui affirmant, mulierẽ capi poſſe ex debito ratione adminiſtratæ tutelæ, non mouentur ex eo, ꝙ debitum procedit ex tutela: ſed quoniam ĩ aſſumptione tutelæ mulier renuntiat omni legum auxilio, vt dixi in dict. tractatu de decima tutoris. capitu. 4. num. 46. ideo nihil faciunt ad rem illa verba legis Taurinæ por ninguna deuda, quoniam non ex qualitate debiti, ſed ex renuntiatione cenſent doctores fœminam hoc caſu capi poſſe. Tertium occurrit addendum, 15 quod verũ videtur † fœminam poſſe ex pacto duci in carcerẽ pro debito, ex pacto inquam, per quod renuntiauit priuilegio legis, per quam capi non poteſt.

¶ Liberum eſt enim mulieri renũtiare priuilegio ſuo. l. ſi qs in conſcribendo. C. de pact. Et ꝙ mulier poſſit renuntiare priuilegio, ne carceretur, probant omnes doctores, qui ſentiunt, fœminam poſſe capi pro adminiſtratione tutelæ: quoniam cum eam ſuſcipit, renuntiat omni legum auxilio, & hæc generalis renuntiatio videtur illis ſufficere, vt mulier capi poſſit.

16 ¶ Quia † quilibet poteſt renuntiare priuilegio ſibi competẽti. Quæris, qui ſint iſti huius opinionis auctores. Ego eos bona fide retuli in d. tractatu de decima tutoris. capitu. 4. nume. 45 & quamuis diſceſſi ab eorum opinione in hoc, ꝙ mulier nõ poteſt capi pro adminiſtratione tutelæ. Quia nulla mulier poteſt eſſe tutrix, niſi mater, vel auia, & his debetur reuerentia, & ius reuerentiale non poteſt remitti, tamen eorum ratio & generalis doctrina, ſcilicet ꝙ mulier poteſt renuntiare priuilegio, ne capiatur, mihi placet. Ex rationibus & argumentis ab eis adductis. Et quia cum ex debito ex delicto mulier capi poſſit, multo magis ex debito ex contractu ea conditione inito, vt mulier capi poſſit. Non obſtat textus, qui contrarium probare videtur, in cap. 2. §. fin. ibi. etiam ſi voluntas accederet earundem, de iudi. in 6. Quoniam loquitur in monialib. quæ non poſſunt per ſe ipſas venire ad iudicium, etiam ſi velint: quoniam eſt aduerſus profeſſionem clauſuræ. Et vide quæ dico infra capite ſequẽti, ſed fateor abſurdum videri & aduerſus fœminarum pudicitiam & publicam honeſtatem, ſed ſi hoc ſufficeret, etiam propter delictum non coniicerentur in carcerem, ideo mihi placet, ꝙ renuntiatio valet. Item mulier capi poterit, ſi bona occultauit: nam dolus eſt delictum, vide quæ dico capitu. ſequenti, numero 19.

¶ Rurſus, vt ad rem redeamus † mulier capi poteſt, ſi eſt meretrix, vel luxurioſe viuit: quoniam luxuria eſt indigna fauore, textus in authent. de reſtitu. & ea quæ parit. §. fin colum. 4. cuius argumento ita docet Bald. in l. conſentaneum. num. 46. C. quomodo & quando iudex & ibi. Barba. & Alexand. in additione. Idem Alexand. in additione ad Bar. in authen. matri & auiæ. C. C. quando mul. tutel. offic. fung. pote. Petrus & Cyn. in authen. hodie. C. de cuſto. reor. Roderi. in repe. l. 2. titulo de los gouiernos q. 5. colum. 3. verſicu. ſecundò limita. Platea in l. nemo carcerem. colum. 6. ante finem. C. de exactio. tribu. Boerius deciſ. 349. columna penul. verſicu. reſpectu. Lupus in repeti. cap. per veſtras. §. 21. columna 8. nu. 22. de donatio. inter virum & vxorem. Lupus, Cifontanus & Antonius Gomeſius in l. 62. Tauri, vbi de hac re eſt textus expreſſus. Et hoc caſu mulier addici poteſt creditori, ſi ſoluendo non ſit: quoniam capi poteſt, & ſic ceſſat fundamẽtum, quo fœmina honeſta defenditur. Et quòd hoc caſu fœmina ſit addicenda creditori, notat Rodericus in d. 5. quæſt. colum. 3. verſicu. 2. limita. Antonius Gomeſius in l. 62. Tauri. num. 1. Quæ opinio & de iure vra eſt, & prudentiæ conuenit: vt ſaltem luxurioſa ſeruiendo occupata molitiem & libidinem (non alia ex re magis quàm ex ocio prouenientem) dediſcat & caſtitatem amplectatur.

18 Limitandum † tamen hoc in luxurioſa quæ nupta eſt. Primò: quoniam hoc caſu luxurioſa capi non poteſt: non enim

in

in opprobrium mariti tacẽtis vel diſſimulantis luxuria cõiugis propalanda eſt,quam neceſſarium eſt probare, ad hoc vt capi poſſit. Comprobaẽ hoc ex textu in l.ſi vxor.§. Diuus Seuerus. ff.ad leg.Ealci. Vbi probatur† ꝙ meretrix nupta nõ põt accuſari de adulterio:& ſic licèt meretrix poſſit capi,meretrix vxorata nõ poteſt,Vti docet in ſimili Ioã. And.in additio.ad ſpecul.ti. de iniuſtijs,in prima additione,& ſpecie notat Alex. in additione ad Bar.in Auth.matri & auiæ.C. quando mul.tutel.offi. fun. pot.Roma.in l.ſi verò.§.de viro.in 2.fallentia.ff.ſol.matr.Alex. in l.plerique.ff.de in ius vocan.Ang.in tractatu de maleficijs,in ver.fama publica,in materia capturę.Lupus.in repe.cap.per veſtras.§.21.colum.8.numer.22.de dona.inter vir.& vxor.Barba. in c.paſtoralis.colum.6.verſ.ſed ego quæro.de iudi.Cifontanus & Gomeſius in l.62.Tauri. Rodericus in repet.l.2. titulo de los gouiernos.q.5.col.3.verſic. ſecundò limita. Faciunt quæ dixi in tractatu de decima tutori Hiſpanico iure præſtanda.c.14.col.fi. Vbi docui,quòd etiamſi fęminæ luxurioſæ viuenti eſſet dãdus curator,vt plures ſentiũt,id nõ ꝓcedit,qñ fœmina eſſet nupta.

¶ Confirmatur hæc opinio† quoniam vxor tenetur marito operas præſtare,vt notatur per Bal.& omnes in l.ſi vxorem.C. de condi.inſer.Et dixi late in meo tractatu de ſolutione patriæ poteſtatis ex matrimonio.Et in meo tractatu de decima tutori Hiſpanico iure pręſtanda.c.2.nu.12.dico infra. c. de nobili. nu. 11.quem vide.Cum autem debitum mariti ſit antiquius,præferetur maritus cęteris creditoribus vxorem ad ſeruitium petentibus,argumẽto.c.qui prior. de reg.iur.in 6. Et hæc opinio eſſet ęquior,ſi maritus inops eſſet:tunc enim vxor tenetur ei pręſtare operas artificiales ad parandum victum familię,vt dico. ca. 16.de nobili.lit. nu. 13. Quod cõfirmatur † quòniam aduerſus bona dotalia viuente marito non fiet executio pro debito vxoris.l.fi.§.ſi à ſocero. ff. quę in fraud. credito. textus in l. quamq̃. & ibi Alex. & omnes.ff.ſol.matri.gloſa in l.quinque legibus. in gloſa magna,in fine.ff.de bo.damna.Guido deciſione 447.pone vxor.qm̃ dos eſt viri.l.ĩ reb⁹.ver.iure naturali. C.de iure dot.

¶ Vir† autem non tenetur pro vxore, vt in rubr. C. ne vxor pro marito.Operę autẽ præſertim obſequiales debentur marito.† Et quaſi dotales cenſentur. Si tamen vxor ante matrimonium debitum contraxiſſet,executio in dote fieri poteſt, ne in manu fœminę ſit nubendo eludere creditores. l. mulier. ff. de iur.doti.Guido deciſ.447.Nam licèt mulier dederit omnia bona ſua in dotem,bona dicuntur deducto ære alieno.l.ſubſignatum.§.bona.ff.de verbo.ſignifica.

¶ Rurſus † mulier,quę ſoluendo nõ eſt,debet ſeruire creditori,ſi debitũ proceſſit, ex eo ꝙ creditor illam redemit ab hoſtibus ſuis nummis.Hoc enim caſu creditor poteſt illam retinere,donec pecunia,vel operis ſatisfaciat precio quod pro eius libertate hoſtibus dedit. Ita eſt expreſſe definitũ in l.ſi quis ingenuam.ff.de capti.& poſtli.reuer.& in l.fędiſſimę.per locum a ſpeciali.Et in l.ſi is qui te. iuncta l.fi.C.eodem titulo. Et hoc caſu etiam de iure ciuili debitor inops tenetur ſeruire creditori, ſi ſoluendo non ſit,vt ſcripſi.c.1.nu.65.& ſic non obſtant hę leges principali cõcluſioni ſupra traditę, quòd fœmina non debet ſeruire creditori.Id enim fallit, quando debet ex cauſa redemptionis:eo enim caſu etiam de iure ciuili,quo nemo debitor ſeruiebat,tenetur ſeruire.Sed obijciet quiſpiam, fœminam redemptam ab hoſtibus poſſe à redemptore detineri de iure digeſtorũ & codicis,quo fœmina pro debito capi poterat,nõ autem iure Authenticorum,quo fœmina pro debito capi nõ poteſt.Sed adhuc verum eſt, fœminam poſſe detineri ab eo, qui eam redemit etiam iure Digeſtorum;non enim permittitur redemptori detinere fœminã:quia pro debito capi põt.Nã de iure Digeſtorũ,& codicis debitor,ꝙ ſoluẽdo nõ eſt, capi põt. Et tamẽ nõ poteſt detineri à creditore,neq; teneẽ ei ſeruire. Ergo detẽtio, vel ſeruitiũ nõ procedunt de iure ciuili ex eo, ꝙ quis capi poſſit,ſed ꝓp magnũ beneficiũ,qđ redẽptor cõfert in redẽptũ maſculũ,vel fœminã. Nã vt cũ hoſtibus ſeruiret, nõ eſt abſurdũ,vel iniquũ vt ſeruiat ei,ꝙ tãto collato bñficio eos a dura ſeruitute liberauit,& inęſtinabili libertatis dono gaudere facit. Præſertĩ ꝙ hoc ſolũ eſt,donec ſoluãt pretiũ redẽptori. Ex quo notabiliter infer.ꝙ ſi ſeruę meę libertatẽ dedi,vt ſoluat aureos centum,certe ſi nõ ſoluat,nõ ideo eſt pręmẽda carcere, immo ſeruãda lex,quę vetat fœminã capi pro ęre alieno.Neq; obſtat, ꝙ de iure ciuili fęmina redẽpta poterat ratione precij redemptionis detineri a creditore;quoniã hic nõ eſt redẽpta ab hoſtibus.Deinde ẽt hodie volo dari creditori in ſeruitiũ. Sed nego detinẽdã in carcere:nã detẽtio qua fœmina redẽpta poteſt detineri de iure ciuili in ſeruitiũ,nõ naſcitur ex eo, ꝙ quis poſſit carcerari.¶ An autẽ id admittẽdũ,qñ ſolui ꝓ debitrice fęmina cõſtituta in poteſtate creditoris & illã ab eius exemi dicã ĩfra. Mouet enim qõnẽ,ꝙ cõſtituta in poteſtate creditoris dicit eſſe ĩ carcere.l.2.ff.de libe.homi.exhib.& dixi.c.1.Ex ſupradictis apparet nõ obſtare quę protuli nu.j.ad probãdũ,ꝙ fęmina eſt addicẽda creditori. Lex eñ Gothorũ nõ eſt ĩ vſu,neq; hẽt vim legis & iure ciuili & noua regia ꝓſtitutione Tauri.62. Fęmina ex nullo ꝯctu põt capi.Nõ tñ ex gñalitate verborũ legis Tauri.62. Ibi por ninguna deuda,corrigitur.l.ſi quis ingeniam.de qua ſupra.Quia hic non tractamus de carcere ſed de ſeruitio.

¶Meminiſſe tamen oportet,† quòd in omnibus caſibus, in quibus dixi,fœminam eſſe addicendam creditori, liberatur ab eius poteſtate,ſi creditor illam proſtituat, vel aliàs turpi quæſtui ſupponat,& ius debiti perit. Textus eſt expreſſus, qui nominatim in hac ſpecie loquitur in l.fœdiſſimæ.C.de capti.& poſtlimi.reuer.cuius verba.quoniã ad bonos mores pertinent ſubnectere placuit,inquit lex.Cum igitur filiam tuam ab hoſtibus captam ac proſtitutam ab ea quæ eam redemerat ad te confugiſſe proponas,præſes prouinciæ ſi filiæ tuæ ſupradictam iniuriam ab ea qua ſciebat ingenuam eſſe inflictam cognouerit, cũ huiuſmodi perſona indigna ſit,pretium recipere propter odiũ deteſtabilis quæſtus etiam ſi pretium compenſatum nõ eſt,aduerſus flagitioſæ mulieris turpitudinem tutam eã defenſamq; præſtabis. Hæc lex loquitur in fœmina,quæ tenetur ſeruire: qa fuit redempta ab hoſtibus,& non habet, vnde reſundat pretiũ redemptori: vt dixi ſupra num.24.& tamen dicitur,ꝙ liberatur ab eius poteſtate,ſi proſtituatur. Idem probatur ferè in ſpecie in l.fin.C.de ſpectacul.lib.11.ibi.Lænones patres & dominos q ſuis filiabus & ancillis peccandi neceſſitatem imponunt,poteſtatis iure frui non valeant,neve quid eis ita poſſit adquiri. Sed ancillis filiabusq; conductisve propter paupertatem perſonis iudicium licet implorato ſuffragio omni miſeriarum neceſſitate abſolui. Nota legem illam loqui, quando fœmina propter paupertatem cogitur ſeruire, liberatur tamen, ſi turpi quęſtui ſupponatur. Idem probatur in l.ſi lænones.C.de epiſcop. audi. His aptiſſime annecti poſſunt, quæ ſcribit prudenter Vlpianus in l.eleganter.§.fin.ff.de pigno.actio.in hæc verba. Si proſtituit ancillam,vel aliud improbatum facere coegit pignus,illud ancillæ ſoluitur.Nota hæc verba vltima:quoniam debitor,qui eſt in poteſtate creditoris,cenſetur eſſe apud illum loco pignoris, vt docui.c.j.num.71.pignus autem ancillæ ſoluitur, ſi dominus eam proſtituit.

¶Sic † Bald.in l.j.num.11.verſi.ſed pone. C. de ædil.ædicto. ſcribit,ꝙ fœmina,cuius pudicitia periclitatur, poteſt aufugere a carcere,neque in ea detinenda eſt.Sic Paulus in l.eleganter.§. fin.per illum textum.ff.de pignor. actio.notat, ꝙ ſi quis habeat feudi nomine aliquod oppidum,priuatur feudo,ſi eiuium filias per laſciuiam comprimat,citat.l.j.C.de iure emphy. Vbi emphyteuta amittit rem, ſi ea male vtatur.

¶Sic † fructuarius,qui non fruitur arbitrio viri boni,ſed male ſe gerit,non percipit obuentiones,nec fructus,& poteſt prohiberi vti frui.l.item ſi fundi.in princip.ff.de vſufruct.l.hoc amplius.§.fin.ff.de dam. infect.

¶Facit † l.cognouimus.C.de mãci.& colo.l.eos.C.de aquæductu.lib.11.Ang.Paul.& Iaſ.in authenti. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſi.

¶Sic † malus tutor amittit ius percipiendi decimam,vt pluribus argumentis probaui in tractatu de decima tutoris.capitu. 13.per totum.

¶Sic † pater abutens poteſtate ſibi a lege commiſſa ſuper filium amittit adminiſtrationem perſonæ filii.l.fin.cum gloſa.ff. ſi quis a paren.fuer.manumi.Sic curator abutens officio ſuo & non defendens minorem amittit adminiſtrationem.l.fina.§.j. ff.de admi. tutor.

¶Sic † ſi pater cogeret filium ad peccandum,vel filiam coge ret peccare in corpus ſuum, amitteret adminiſtrationem, quã habet ſuper eorum perſonas.l.ſi lenones.C. de epiſcop. audi.l. fina.C.de ſpectacul.lib.12.notat Lupus in repetitione.cap.per veſtras.§.17.fol.65.num.4.de donatio.inter virum & vxorem. Sic Diuus Hieronymus ad Oceanum ſcribens, epitaphium Fabiolæ,excuſat eam ꝙ maritũ relinquerit his verbis.Quod ſecũdum ſortita matrimonium prius reliquerit non laudabo.conuerſam niſi prius ream abſoluero. Tãta prior maritus vitia habuiſſe narratur,vt ne ſcortum quidem & vile mãcipium ea ſuſtinere poſſet.Hactenus Hieronymus. Hæc autem limitatio huius legis vera etiam eſt in maſculo creditori tradito: nam ſi turpi quæſtui ſupponatur,vel inhoneſta patiatur, creditor ius ſuũ amittet ex omnibus ſupradictis.

¶Item † infertur,ꝙ ſi quis filium vel filiam in ſeruitium tradat (inopia forſan oppreſſus) vel vt filius diſcat opificiũ, quod non obſtante pacto & conſuetudine generali ſeruãdi talia pacta,de quo dixi.cap.j.nume.60. non eſt pactum ſeruandum, ſi dominus talium ſeruitio abutatur, vt ex ſupradictis manifeſte deducitur.

¶Sed † an videatur proſtitui,quæ ĩ caupona ponitur, vt miniſtret.Bald.& Salyc.ꝙ ſic in l.fin.C.ſi mancip.ita væneat,ne ꝓſtitu.per textum ibi.Sed certe ille textus id non probat & meo iudicio falſum eſt.Non enim lex dicit,ꝙ quæ ponitur in caupona videtur proſtitui,ſed ꝙ ſi ſerua venit ſub conditione,ne proſtituatur,ꝙ non debet proſtitui ſub ſpecie miniſtrandi in caupona,ne conuentio eludatur per fraudem, itaque lex loquitur de ea,quæ re vera proſtituitur ſub ſpecie miniſtrandi in caupona,nõ tamen dicit,quod cenſetur proſtituta ex eo ꝙ ĩ caupona miniſtret,

Source : BIU Cujas

miniſtret, ſed præſtat ipſa legis verba ſubiicere, inqnit lex. Eã quæ ita venit, ne corpore quæſtum faceret, nec in caupona ſub ſpecie miniſtrandi proſtitui, ne fraus legi dictæ fiant oportet. Poſtremò non omittendum, q̃ in caſibus, in quibus mulier patitur decretum huius legis, operabitur iuxta ſexus fœminei fragilitatem: non enim ædem delicatæ fœminæ operæ imponendæ ſunt, quæ viris robuſtis imponuntur, vt in l. penulti. C. de his qui num. libe. lib. 10. l. eius. in fine. ff. de ope. liber.

34 ¶ Præterea † illud eſt memoria dignum, quòd etiam ſi fœmina, antequam traderetur creditori, corpore quæſtum faceret, non poteſt creditor eam cogere, vt eadem turpitudine quæſtũ faciat. l. hæ demum. verſic. ſi meretrix. ff. de oper. liberto. Sed an mater proſtituens filiam propter inopiam & famen excuſetur, dicam infra ca. an pater poſſit vendere filiũ, vt effugiat manus creditoris, cui addictus eſt.

35 ¶ Illud autem eſt manifeſtum, quòd † fœmina pariẽs in poteſtate creditoris parit liberum. l. capitalium. §. & vt generaliter. verſic. Diuus. ff. de pœn. Vbi probatur, quòd mulier damnata in metallicum opus liberum parit, Neque enim debitor creditori addictus efficitur ſeruus.

SUMMARIUM.

1 *Paupertas appellatur vilitas, & ignobilitas & vtilitas idem ſunt.*
2 *Nobilitas paupertate an amittatur, & nu. 17.*
3 *Pauper nobilis ludibrio eſt, & nume. 18.*
5 *Nobilis exercendo artem vilem amittit nobilitatem, & 32. 33. 34. 35.*
6 *Princeps per priuilegium nunquam cenſetur velle præiudicare alicui.*
7 *Nobilis ob æs alienum in carcerem non detruditur.*
8 *Debitor nobilis non conuenitur, niſi inquantum facere poteſt, & ſibi relinquitur tantum, quantum ſatis eſt ad vitam tranſigendam, & num. 9.*
10 *Iure regio non ſolùm non capiuntur pro debito perſonæ nobilium, ſed nec eorum arma, & equi, & domus.*
11 *Nobiles ſunt liberi a præſtatione operarum, & ideo vxor nobilis libera à lauatione pedum & à parando cibos & ſimilia, & num. 12. & 13.*
14 *De iure regio vxor adquirit ſibi & non marito, quæ adquirit ex operis artificialibus.*
15 *In impoſitione pœnarum habetur ratio nobilitatis, & num. 29.*
16 *Nobilis non torquetur.*
19 *Nobilis, qui ficta inopia bona abſcondit, amittit priuilegium nobilitatis, & ideo ducitur in carcerem, & num. 21.*
20 *Abſcondentes bona & fingentes inopiam velut latrones puniendi. Etiam ſi non fugiant, & num. 21.*
22 *Falliti cedendo bonis non effugiunt capturam perſonarum.*
23 *Nobilis qui malitioſe bona atriuit, ne creditoribus ſatisfaciat, poteſt capi.*
24 *Debitores, qui ex cauſa à carcere excuſant: nihilominus iudex eos capere poteſt, ſi viderit eos doloſe fuiſſe verſatos.*
25 *Paupertas captioſe prouenies non excuſat.*
26 *Mulier pro debito deſcendente ex delicto capi poteſt.*
27 *Nobilis licet ex delicto capi poſſit, non tamen ea facilitate, neque rigoroſitate ſicut plebeius, & nume. 28.*
30 *Limitatio regulæ, qui non habet in bonis luat in corpore.*
31 *Nobilis officium eſt, militando religionem & plebem defendere.*
35 *An per monachatum amittatur nobilitas.*
36 *Conſuetudo inſpicienda.*
37 *Facit conſuetudo quem ignobilem, aut nobilem.*
38 *Renuntiatio nobilitatis à nobili an teneat, & num. 47. & 54.*
39 *Clerici negociatores amittunt immunitatem & libertatem.*
40 *Generalis renuntiatio legum an præiudicet.*
41 *Priuilegium egregiarum perſonarum, ne cogantur coram iudice perſonaliter comparere, poteſt ab eis renuntiari, num. 61. & 62.*
42 *Valet pactum inter creditores & debitores, vt debitor gaudeat priuilegio nobilitatis.*
43 *Differentia nobilitatis à genere, & nobilitatis à priuilegio.*
44 *Nobilis proprio vocabulo. dicitur fijodalgo. i. nobilis ſanguine, & n. 48. 49.*
45 *Aliquando nobilis appellatur ille, qui eſt diues.*
46 *Fijodalgo ſignificat, ideſt Gothi filium.*
50 *Hæreditas patris naturali iure pertinet ad filium.*
51 *Nec pacto, nec renuntiatione poſſunt tolli, quæ ſunt naturalia.*
52 *Hæreditas eſt ius, quod propter ſanguinem defertur.*
53 *Priuilegia propter ſanguinem conceſſa pacto tolli poſſunt.*
55 *Beneficio ceſſionis bonorum an per pactum renuntietur.*
56 *Nemo eſt dominus membrorum ſuorum.*
57 *Pactum inter debitorem & creditorem vt debitor inuitus detineatur, non tenet.*
58 *Mater tutrix non capitur à filio etiam pacto expreſſo, vt capiatur.*
59 *Nobilibus maior honor quam plebeis deferendus.*
60 *Oportet in republica omnia eſſe politice diſpoſita, & vt plebei & opifices cedant nobilibus.*
61 *Intellectus legis ad egregias.*
62 *Monialium priuilegium, ad iudicium venire cogantur, eſt ratione clauſuræ.*
63 *Gerent vicem regis omni honore etiam à nobiliſſimis afficitur.*
64 *Intellectus. c. ſi diligenti. de foro competen.*
65 *Præcipua vtilitatis pars republicæ conſiſtit in religione.*
66 *Ratione propriæ renuntiationis nobilem in carcerem detrudi, & ex ordinis indignitate non fit iniuria ordini nobilium.*
67 *Intellectus l. fin. C. de pactis pign.*
68 *Quælibet moleſtia perſonalis durior rerum amiſſione. & num. 7.*
69 *Pactum legis Commiſſoriæ non ſolum aſperum, ſed impium & iniquum.*
71 *Intellectus l. ſi quando. §. generaliter. C. de inoffic. teſtam.*
72 *Intellectus l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.*
73 *Intellectus l. patre. §. quæ onerandæ. ff. quar. rer. act. non det.*
74 *Emancipare cogitur pater filium, quem contra pietatem tractat.*
75 *Intellectus l. libertas C. de obſequijs.*
76 *Intellectus l. fina. C. de non numerata pecunia.*
77 *Nobilis per conductionem regij vectigalis amittit priuilegium, & ibi de l. 4. titu. 2. lib. 4. ordin. & num. 78.*
79 *Sacerdos artem turpem exercens coertionem, & fori amiſſionem meretur.*
80 *Mercatura, aut exercitium artis viliſſimæ non tollit nobilitatem.*
81 *Nobilis conductor regij vectigalis ſolum amittit priuilegium, ne poſſit in carcerem conijci.*
82 *Immunitas Fidalguiæ priuilegium eſt perſonale, & ideo non renuntiatur. & num. 87. & 88.*
83 *Donatio priuilegio ne conueniatur vltra quàm facere poſſit, non poteſt renuntiare.*
84 *Militibus prohibetur conductio, ne impediatur exercitium militare.*
85 *More Romanorum milites in otio & negotio ſemper in armis erant.*
86 *Aliud eſt eſſe nobilem, aliud eſſe militem: & Fidalgus eſt nobilis, ſed non miles.*
89 *Carcer eſt cauſa præuia ad addicendum debitorem creditori.*
90 *Beneficio Velleiani aut minoris ætatis renuntiare non eſt fœmine aut minori dedecoroſum, etiamſi principes ſint.*
91 *Renuntiatio nobilitatis cum iuramento valet & tenet.*
92 *Iuramentum eſt ſeruandum, quando ſeruari poteſt abſque interitu ſalutis æternæ.*
93 *Debitor facti licet liberetur præſtando intereſſe, ſecus ſi iurabit factum: quoniam ad id compellitur.*
94 *Dolus excludit priuilegium nobilitatis.*
95 *Aſſertio nobilis, quòd ſit ignobilis, non ſuffragatur creditori.*
96 *Nobilis, qui tempore contractus negauit ſe eſſe nobilem, an poſſit in carcerem duci.*
97 *Valet renuntiatio nobilitatis ab eo, qui eſt nobilis ratione priuilegij. & numero 98.*
99 *Nobiles ex priuilegio à rege conceſſo ne ob æs alienum capiantur, idq; fuit, vt ex reditibus militarent, non poteſt priuilegio renuntiare.*
100 *Immunitas eccleſiaſtica nec ſeruo, nec alijs obſequium præſtare obligatis prodeſt.*
101 *Menti contrahentium & voluntati expreſſæ aut tacitæ eſt ſtandum.*
102 *Pecunia principis peculiari celeritate exigitur.*
103 *Nobilis in renuntiatione generali de omni legum auxilio non cenſetur renuntiaſſe priuilegijs nobilitatis: ideo quæ ex tali renuntiatione non poteſt in carcerem duci.*
104 *Dux aut comes ſi renuntiet nobilitati, & obliget perſonam ſuam, an ob debitum poſſit in carcerem detrudi.*
105 *Habentibus iuriſdictionem eſt honor deferendus.*
106 *Ob æs alienum licitum eſt fructus rerum primogenij vendere pro tempore vitæ poſſeſſoris.*
107 *Nobiles exteri & non naturales an gaudeant prærogatiuis & priuilegijs naturalium.*
108 *Nobilis in vna prouincia nõ eſt neceſſariò habendus nobilis in alia. & n. 115.*
109 *Iure regio in regno Caſtellæ exteri beneficia, neque dignitates habere non poſſunt, & 116.*
Fidalguia, quæ eſt nobilitas ſanguinis, acquiritur p̃ſcriptione immemoriali.
110 *Nobilitas ſanguinis non datur à natura.*
111 *Præſcriptio ſolum nocet his, aduerſus quod eſt præſcriptum.*
112 *Priuilegia fidalgorum ſunt conceſſa fidalguis totius Hiſpaniæ, & nu. 117.*
113 *Fidalgui Hiſpani deſcendunt ab eiſdem parentibus, videlicet à Gothorum gente.*
114 *Immemorialis probatio referenda ad tempus, quòd eſt magis vtile ei, qui p̃bat & allegat. & 118.*
119 *L. 3. & 5. titu. 2. lib. 4. ordini. diſponens, ob æs alienum executionem non debere fieri in armis, domo, aut equis fidalguia ſit recepta, necne, & nu. 121.*
120 *Nobilitas non debet eſſe occaſio: vt quis rem ſuam perdat.*
122 *Nobilis captus ob æs alienum, vt ſoluatur e vinculis, an ſufficiat, quòd ſummariè probet nobilitatem, an verò neceſſariò debeat conſtare per ſentẽtiam de nobilitate, & num 124. & 125.*
123 *Si ad impediendam executionem allegetur ius perſonæ. Sufficit quaſi poſſeſſio illius iuris.*
126 *Clericus abſcondens bona poteſt duci in carcerem pro ære alieno.*
127 *Doctor pro ære alieno an in carcerem poſſit detrudi & creditori addici, & an debeat legere & docere. & num. 128. et nu. 132. & 133, & 136. 146.*
129 *Defenditur Bartolus ab impugnatiionibus Guidonis Papæ, & num. 130.*
131 *Profeſſor dicitur, qui publice ſcientiam aliquam prælegit.*
134 *Doctor etiam non legens non eſt cogendus hoſpites ſuſcipere.*
135 *Lex continens priuilegium aduerſus ius commune cenſetur nominaſſe omnes perſonas priuilegiatas.*
137 *Conſuetudine ſeruatur, vt doctor etiam non legens non capiatur.*
138 *Idem de iure ciuili.*
139 *Iure regio Bartholi opinio approbata.*
140 *Profeſſio ſine gradu an ſufficiat.*

Source : BIU Cujas

141 *Doctor legens vel non legens si dolum committat, aut corrumpat, seu abscõdat bona, amittit priuilegium.*
142 *Idem si de industria legeret: vt euitaret capturã ob debitũ æris alieni.* 143.
143 *De inani titulo nen curatur, puta de doctore circulari.*
144 *Doctor legens est immunis in propria patria ab omnibus muneribus realibus, & personalibus, Authore Paulo de Castro, & ibi de eius opinione.*
145 *Defendẽs se sub prætextu doctoratus, aut pfessionis: cũ neutrũ sit, explodit.*
147 *Aduocatus an pro ære alieno sit capiendus, & creditori addicendus.*
148 *Requisitum in bono & perfecto aduocato.*
149 *Aduocati non minus censentur vtiles reipublicæ quàm milites.*
150 *Aduocati militibus æquiparantur.*
151 *Aduocatus gaudet priuilegiis l. medicos C. de profess. & medi.*
152 *Aduocatus est immunis a solutione munerum & tributorum.*
153 *Aduocatus an possit renuntiare priuilegio aduocationis, & eo renuntiato an possit capi ob æs alienum.*
154 *Vir excellenti virtute prẽditus an creditori addicatur.*
155 *Virtus nobilitati anteponenda, & num.* 168.
156 *In criminibus habetur ratio eximiæ virtutis eius, qui delinquit, & cum eo mitius agitur.* & 173.
157 *Assertioni boni viri est credendum.*
158 *Boni viri licèt facultatibus non polleant, pollent tamen fide, & ideo tam patrimonio, quàm fide æstimantur.*
159 *Pauper ꝓbatę vitæ & si non possideat ĩmobilia, dr̃ idoneus fideiussor.* 169.
160 *Cum bonis viris ferè semper dispensatur. & nu.* 170.
161 *Propter excellentiam hominis receditur ab omni iure. & nu.* 171.
162 *Creditor inuitus non cogitur parcere bono viro.*
163 *Nõ cogit̃ quis facere beneficiũ, neq; ꝓp personã est recedẽ..ũ a legis decreto.*
164 *Non est quis licèt idoneus ante legitimam ætatem ordinandus.*
165 *Quãdo de simplici iustitia tractatur, nõ est curandũ de meritis personarũ.*
166 *Virtus excellentis viri in causa graui non operatur in alterius præiudiciũ.*
167 *De generali præsumptione ꝙ quis sit bonus, non curatur, si agitur de prẽiudicio tertij.*
168 *Prohibitus torqueri an possit in carcerem detrudi.*

An dispositio huius legis exercenda sit aduersus debitorem inopem, si nobilis sit, vel aduocatus, vel aliàs eruditione seu nobilium vel primariorum ciuium cognatione prẽstans. Et quid si nobilis renũtiet nobilitati, quam Hidalguiam vocamus, vel aduocatus priuilegio aduocatis concesso. Cap. 16.

1 QVæro deinde † an nobilis, quem Hispanicè Hidalgum vocamus, sit addicendus creditori, si debet, & soluendo non sit. Mouet quæstionem textus in l. 2. C quãdo & quibus quar. pars debea. Vbi paupertas appellatur vilitas, ignobilitas autem & vilitas idem sunt, vt in auth. prẽsides. in prin. C de epis. audi. l. ingenuæ. C. de murileg. lib. 11. Scribit Lucas Penna in l. j. col. 2 in prin. C. de cõdi. in publi horre. li. 10. Quare ꝙ nobilitas amittatur paupertate, significat Bar. in l. 1. in fine, & ibi Platea col. j. C. de digni. li. 10. Socin. con. 246. eleganter. col. 2. ver. prima ratio. Cẽpol. in tractatu nobilitatis, col. 7. ver. & ideo si. Aflict. in cõstitutio. Siciliæ incip. intẽtionis. ĩ 6. notabili col. 9. Quòd si paupertate amittit̃ nobilitas, vel saltem nobilitatis priuilegia, certe licèt nobilis in carcerẽ duci nõ possit, & ad operas cogẽdus nõ sit, vt statim dicã, id nõ ꝓcedit ĩ nobili, qui soluẽdo nõ est. ¶ Nã † qui soluẽdo nõ est, pauper est, &
2 paupertate amittitur nobilitas. Rursus licet verius sit, nobilitatẽ nõ amitti paupertate, vt statim dicam. Tamẽ negari nõ potest, quin sicut fides sine operibus mortua est, ita etã nobilitas absq; diuitijs si nõ mortua certè ĩter mortua, vel ĩterrupta, vel obscurata dici põt, vel saltẽ est mãca & murila, vt notat Bonus Curti-
3 lius in tract. de nobilitate col. 2. ver. tertius & vltimus. Et † pauper nobilis laudibrio est, vt experiẽtia quotidiana docet, & scribit Iacobin⁹ Sãcto Georgi⁹ in tractatu feudorũ, char. 29. Aflict. ĩ cõstitutio. q̃ plurimũ col. 2. ver. quid autẽ si dominus. Deinde ꝙ dedecus irrogat̃ nobili, si militãdo aduersus Mauros, vel Turcas ex stipẽdio satisfaciat creditori iã qđ ei ñ tradat̃: Rursus hęc opinio verior, vel certè minus inuidiosa videt̃, qñ nobilis diues natus & educatus pr̃imonij vorsurã fecit. Solon eñ huiusmodi legẽ edidit. Qui patrimonij vorsurã fecerit, is ignobilis obscurusq; esto: vt auctor est Laert⁹ ĩ eius vita. Præterea Cicero Philippica secũda, his verbis ĩuehit̃ in Antoniũ. Tenes ne memoria prętextatum te decoxisse. Patris (inquies) ista culpa est, cõcedo. Etenim est pietatis plena defensio. Illud tamẽ audaciæ tuę qđ sedisti ĩ quatuordecim ordinibus, cũ esset lege Roscia decoctoribus certus locus cõstitutus. Apud Abderitas, qui facultates ꝓprias amittebat, nõ poterat sepulchrũ habere cũ patre: sed pę nę nomine carebat paterno sepulchro, vt memorię ꝓdit Laertius in Democrito. Et apud Stobęum sermone 68. ex traductione Ges. sic legimus.

¶ Scisne quòd nobiles quidem mortalium.
Dum pauperes sunt, non amplius clari existant.

4 His ꝓgruit, ꝙ † nobilis si inops est, nõ põt nobiliter viuere. Nobilis aũt, q nõ viuit nobiliter, nõ gaudet priuilegijs nobilitatis, vt auctor est Isernia in cõstitu. Siciliæ ĩcipiẽte vt dignitatũ.
5 post glo. ibi, & seq̃t Aflict. ibi ĩ j. notabili. Vñ † q vilẽ artẽ vel opificiũ exercet, nobilitatẽ ꝓdit: vt ĩ l. nobiliores. & ibi. notat Bal. C. de commer. & merca. l. ne quis. C. de dignita libro 12. Bart. in l. j. ad finem. & ibi. Plat. colum. j. C. de digni. Soci. cons. 246. elegãter. colum. 2. versic. prima ratio. lib. 2. Fel. in c. super eo. 2. colum. 2. de testibus. Corse. in repet. c. grandi. col. 12. de supplen. neglig. prælato. lib. 6. Latè Tiraquel. in tractatu de nobilitate. c. 33. & c. 27. Facit l. 2. C. negotia. ne milit. l. milites. 2. cum l sequen. C. de re milit. Platea in l. ne quis. C. de dignita lib. 12. Cifontanus in l. 79. Tauri. col. 2. versi septimò fallit. Aimo. consi. 163. Cassan. consi. 64. viso processũ. num. 35. & dico infra, vbi dico, quid apud nos hac in re iudicetur.

6 ¶ Deinde † princeps nunquam per priuilegiũ censetur velle præiudicare alicui l. nec auus. C. de emancipa. libe. Ergo licèt princeps te nobilẽ fecerit (omnis enim nobilitas ciuilis a principe descendit) & licèt nobilibus tribuerit, ne pro debito ciuili possint in carcere coniici. Certè id non debet esse damnosum creditori, qui non vult nobilem coniicere in carcerem, sed vt sibi ex operis quotidianis satisfaciat. Et ita in proprio casu sentit Barba. in addi. ad Bal. in l. si vxor. C. de condi. inser. Rursus nobilitas amittitur ex delicto, vel saltem nobilitatis priuilegium. l. j. C. vbi sena. vel clarissi. l. senatoris filia. & ibi Bal ff. de ritu nup. & dico infra, rem autem familiarem delabi sinere flagitiosum, est, vt dixi cap. 2. Et apud antiquos puniebatur. Vt ibi dixi. Deinde per ingluuiem & tupitudinem amittere bona, fœdum & infame est, nobilitas autem amittitur turpitudine vitæ. l. si qua. & ibi Bald. C. de secun. nupt. Bald. in l. cum antiquioribus. in princ. quæstio. 8. C. de iure delibe. Lucas Penna in l. mulieres. colum. 5. versicu. vltim. nota. C. de dignita. libro 12. Postremò illud prudentem maximè mouebit, quòd plures nobiles paupertate à fortuna male mulctati mechanicas artes exercent. Cur ergo q vltro calcearium vel sutoriam exercet, non exercebit eã, si pecuniam debeat, & soluendo non sit, & rem alienam data solutionis fide acceperit. Vltimò eo seculo quo apud Romanos moris erat debitorem inopem creditori addicere, addicebatur nobilis, si soluendo non erat: vt liquet ex Liuio Decadis j. libro 2. & ex Suetonio in Othone. c. 5. Quid verius distingue, aut nobilis re vera absque dolo nocendi creditori amisit bona sua. Aut dolo abscondit ea, cum re vera ea non amisserit, Aut amisit ea, sed debet ex delicto, vel mechanicam artem exercet. Primo casu nobilis nõ est addicendus creditori: quoniam qui ob debitum in carcerem duci non potest, non est addicendus creditori: vt docui. cap. 3. num. 2. & cap. 4.

7 ¶ Nobilis † autem ob æs alienum in carcerem detrudi non potest, argumento. l medicos. C. de profe. & medi. l. miles. ff. de re iudi. Ex cuius decreto ita docuit Iasibi. colum. 2. Alexan. in l. Centurio. num. 25. ff. de vulga. & pupilla. Bal. in l. j pr ope finem. C. qui bon. ced poss. Qui tantum dicunt, quòd milites nostri tẽporis non possunt carcerari, sicut milites temporis antiqui: non tamen habent beneficium, ne conueniantur vltra quàm facere possunt, neque id habet nobilis, vel hidalgus. Ripa libro 2. respon. cap. 20. Ioannes Baptista Senseuerinus in tractatu de debitore suspecto & fugitiuo, in 5. quæstio. principali. quæst. 5 Guillilmus Cugneus in l. pen. ff. quibus ex caus. maio. Facit textus in l. medicos. C. de professo. & medicis. Et hanc opinionem ferè communem esse de iure communi testatur doctissimus Ferdinandus Vasquius in tractatu de succession. creatio. j. par. lib. 3. §. 22. num. 75. Quamuis (vt ingenuè loquar) de iure ciuili nulla est lex, quæ nobili immunitatem a carcere ob æs alienum tribuat, sed apud nos id est lege regia definitum in l. 4. & 5. titul 2. lib. 4. ordina. l. 79. inter constitutiones Taurinenses. Ergo nobilis, qui per horulæ spatium non debet ob debitum esse in carcere. Multo minus ob debitum addicetur creditori, quòd carceris immo seruituris species quædam est, & obligationem seruiendi secum trahit, forsan in longum tempus.

8 ¶ Quinimmo † si debitor nobilis miles sit, non potest conueniri vltra quam facere possit. l. miles. ff. de re iudi. Ille autem qui non potest conueniri vltra quàm facere possit, non potest conijci in carcerem: vt probaui cap. 9. num. 2. & in milite notat Bald. in l. j. nume. 21. C qui bon. cede. poss. Iasi. in d. l. miles. num. 10. Immo habenda est ratio, ne miles egeat habita ratione nobilitatis: licèt enim rustico satis esset cepis vesci, certè illi nobili, qui co nueniri non potest vltra, quàm facere possit, scilicet militi (nam Fidalgus vltra quam facere potest conuenitur) tan-
9 tum: † relinquendum, quantum satis est ad transigendum vitã habita prudenter & humaniter ratione nobilitatis. Ita docuit Cẽpolla in tractatu nobilitatis, in 22. priuilegio. Iasi in §. item si de dote. columna secunda, institu. de actio. Hippol. in rep. Rubr. de probatio. colum. 5. Corse. in repe. c. grandi. char. penu.. de supplen. negli. præla. Nobili enim similis est vel vnus ex his, qui nõ conueniuntur vltra, quàm facere possint, videtur relinquendum: vt possit viuere habita ratione nobilitatis, neque cogatur miserorum & pauperum cibis vesci. capit. non cogantur. 41. distinctio. Bald. in l. 2. in principio. ff. quod eum eo, qui citat textum in leg. sed si quid mędificauerit. §. sufficienter. ff. de vsufru. & in leg. cum vnus § alimentis ff. de alimen & ciba. lega. Ang. & Imol. in leg. Neiennius. §. fin. ff. de re iudi. Imola, Rapha. & Alex.

Source : BIU Cujas

Alex.in l.ſi maritus.ff.ſol.mat.Qui citāt gloſam in l.nepos Proculo.in verbo dignitate.ff.de verbo ſignifi. & l.tutor ſecūdum dignitatem.ff.de admi.tuto.Aretin.con.17.col.pe.De qua re vide quæ dico infra c.de patre debitore,& de cæteris, qui nō ꝙue niūtur vltra quàm facere poſſunt.Nam hæc opinio vt cōſonat miſericordiæ,ita non eſt aliena à prudētia. Nobilis enim inter diuitias educatus magis diſcruciat animo:cum ad egeſtatem venit, quam ruſticus ab incunabulis inter rei familiaris anguſtias natus & educatus.Neque oportet eum,qui olim felix fuit, & iuris fauore in plus,quàm facere poteſt, cōueniri nō poteſt. Ita præmere,vt ad vitæ deſperationem adducatur, ideo ciuilis & prudens eſt opinio ſupradicta. Hoc tamen non admittendum in eis nobilibus quos vernacula lingua appellamus,hidalgos; non enim ſunt milites,nec gaudēt militum priuilegio: vt ſtatim dicam,notat Cuman & alij in d.l.miles. Zaſius in tracta. ſubſti.col.630 Couar.varia.lib.2.c.j.nu.4. ſtandū enim regulæ, niſi reperiatur correcta.

10 ¶ Præterea † iure regio ita clementer agendum eſt cum nobili, vt executio non poſſit fieri non ſolum in ſua perſona capiendo eum,verum neque in ſuis armis,vel equis, vel domo.l. 3.& 4.& 5.titulo 2.lib.4.ordinationū l.23.& l.12.tit.1.lib.4.ordina.Quanto minus eius perſona tradetur in ſeruitium.Sic, licèt de iure,qui non habet in bonis luit corpore,vt l.j. ff.de pœn.Id nō procedit in nobili ,auctore Felyn.in c.ad liberandum.de iudæ.Gomeſi.in §.item ſi quis in fraudem.nu.42.inſtitu. de actio. cum aliis citatis cap.de debitore ex delicto.

11 ¶ His conſonat,quòd † qui generaliter tenētur operas præſtare,liberantur ſi nobiles ſint.Puta vxor tenetur operas obſequiales marito præſtare,tenetur ſcilicet lauare pedes & caput, parare cibos & ſimilia, vt puta lectum facere & coquinariam exercere.Notāt Dd.in l.ſi vxorem.C.de condi.inſer.Et nominatim loā.Andr.in c.litteras.in verbo incertis,de reſti.ſpolia. Benedictus Capra con.72.col.4.verſic. circa quod. Id tamen non procedit in muliere nobili,argumento.l.interdum.ff. de oper. liber.cuius argumento ita docet Abb.in d.c.litteras.col. pe. Felyn.in capitulo illud.colum.4.de præſump Decius conſil. 202. vt præſens conſultario.colum. 4. verſic. Nec obſtat,quòd talia. Corſetus in tractatu de poteſtate & excellentia regia.q.30. in fine.Lupus in rubr.de donat.inter vir.& vxor.char. 29. & folio 17.colum.ſecunda.

12 ¶ Et generaliter † quòd vxor nobilis non teneatur operari viro,ſcribunt Petrus,Cynus,Bald.& Salyc.in l.ſi vxorem. C. de condi.inſer.Tiraquell.in l.cōnubiali.j.nu.26.Ergo licèt generaliter debitor inops debeat operas creditori, id non procedit in debitore nobili.Sed ne quid diſſimulem,non eſt prætermittēdum,quòd præcedentem cōcluſionem,ſcilicet quòd vxor nobilis non tenetur operari viro , carpit Barbatius in additio. ad Bald.in l.ſi vxorem.C.de condi.inſer.col.ſecunda . Quoniam creditoris conditio non debet fieri deterior propter nobilitatem debitoris.De iure autem vxor tenetur operas præſtare marito,& ei ſeruire.capit hæc imago. 33. quæſt. 5 l.ſicut.ff.de oper. liber.l.ſed ſi vir ex lana.ff.de donatio.inter vir. & vxor. Neque aliter reperitur cautum in vxore nobili.Hæc Barbatij ratio mihi nō ſatisfacit,quamuis ſupra eam adduxerim aduerſus debitorem nobilē nu.j.ſed moueor:quoniam falſum,eſt nobilitatē debitores non facere deteriorem conditionem creditoris : vt liquet ex ſupradictis numero 8. Et licèt non reperiatur expreſſe cautum in iure,quòd vxor nobilis non teneatur ſeruire marito . Satis videtur , quòd generaliter definitum eſt, ne nobilibus imponantur onera turpia.Exemptique ſunt ab his quæ dedecus adferre poſſunt, ideo non poſſunt conijci in carcerem, quod multo minus eſt,quàm ſeruire, vel operas præſtare. Hæc quoad Barbatij rationem:opinio tamen eius mihi valde Chriſtiana ac proinde veriſſima videtur,ſi modo maritus non ſit re lauta vel opulenta,ſed egeſtare præmatur.Ita quòd famulas nō habeat,quæ coquinariam exerceant,lectum ſternant, & ſimilia faciant: tunc enim ea præſtare tenetur vxor, quantumuis nobiliſſima.Primò ex ſacris literis. Ad mulierem enim dixit dominus. Sub viri poteſtate eris,& ipſe dominabitur tui. Et beatus Petrus in epiſt. cano. capitulo primo, iubet fœminas ſubditas eſſe viris. Secundò moueor ex textu in l. interdum. ff. de oper.liber.in illis verbis , quæ doctores contra ſentientes proferunt pro ſe. Inquit lex. Sed ſi liberta quę operas promiſit ad eam dignitatem perueniat, vt inconueniens ſit præſtare patrono operas,ipſo iure hæ intercident. Nota illa verba Ad eam dignitatem perueniat,vt inconueniens ſit præſtare patrono operas. Nam quæ maritum habet adeo egenum , vt egeat eius operis , certe non peruenit ad eam dignitatem , vt inconueniens ſit eam præſtare operas. Immo eſt cōuenientiſſimum, ſanctum, prudens , & iuſtiſſimum, vt eas præſtet, licèt nobiliſſima ſit.

¶ Niſi forte placeat;virum aduerſus ſexus naturam, domum verrere, cibos parare , lectos ſternere , vel vocare vicinas , quæ hoc faciant , quod vxori longe turpiſſimum eſt , neque bonis vel honeſtis fœminis annumerari poteſt , quæ domeſticum officium detrectat.His congruit,quòd vxor nobilis,quæ nubit ignobili , qui ferè ſemper inopes ſunt , amittit nobilitatem , & ſic ſi vir egeſtate præmatur , non eſt, quòd vxor oſtentet nobilitatem.Et in totum mihi æquiſſimum videtur: vt cum coniugati duo ſint in carne vna,alter alterius onera portent.Et quod vxor putet ſibi tributum, quidquid ſeruiendo marito tribuit. Si tamen maritus opes haberet ſufficientes iuxta regionis morem,non videtur mihi præpoſtera opinio docentium, vxorem nobilem non teneri coquinariam exercere. Si tamen operæ pertinerent ad fouendam perſonam ipſius mariti, vt eſt lauare caput & ſimilia & non rectè vxoris, certè & officiū implet,quæ eas detrectat,quòd nobilis ſit. Aut enim maritus eſt nobilis,& ex officio ipſa nihil honoris ſui amittit, aut eſt ignobilis,& ipſa quoque efficitur ignobilis.Et ſiue vxor nobilis ſit, ſiue ignobilis,certè iuxta diuinam inſtitutionem & naturæ legem vir caput eſt mulieris. Non omittendum, quòd qui tenent ſimpliciter, vxorem nobilem non teneri operam præſtare,admittant,niſi mariti valetudo id exgat, vel cauſa honorandorum hoſpitum,ita Lupus in repe Rubri.de dona fol.17.Bonus Curtil.in tractatu nobili.38.priuilegio.An autem vxor teneatur operas artificiales marito præſtare, dixi in meo tractatu de decima tutori Hiſpanico iure præſtanda.cap.2. nume.12.

14 ¶ Vnum tantum addendum † quòd licèt de iure regio vxor adquirat ſibi non marito,quæ adquirit ex operis artificialibus, vt ibi dixi. tamen iure regio videtur, quòd dimidium talium operarum pertineat ad maritum:cū generaliter omnia adquiſita cōſtante matrimonio diuidantur inter virum & vxorem, ita docuit Lupus in Rubrica de donatio. inter virum & vxor. §.62.numero 9.verſicu.hodie tamen,folio 38. Poſtremò quòd nobilis non ſit addicendus creditori,& quòd hoc caſu deficiat diſpoſitio huius legis,notant Rodericus in repe.l.2.titu. de los gouiernos.quæſtione 5.columna 6. Antonius Gome. in l.79. Tauri.columna 2.Et comprobatur:quoniam debitor addictus creditori dicitur pati pœnam corporalem,vt dixi cap.3,nume. 2.cap.4.In † imponendis autem pœnis habetur ratio nobilitatis:vt pœna mitior ſit,vel certè magis honeſta.l.noſtris.§.ſed ēt. ff.de pœn.l.ſacrilegi pœnam.ff.ad leg. Iul. pecul.l. Pedius.ff. de incen.ruin.naufra.l.fina.ff.de ſepul.viola.gloſ. in leg.3 § j. ff. de re mili.& ibi notat Barto.& in l.capitalium.§.ſerui.ff. de pœn. Abb.in c.paſtoralis.in princi.de offic.deleg.Saly.in l.2.C vt nemo priuatus,Textus in capitu.qui contra 24. quæſtio.j. Albe.in l.illicitas.§.qui vniuerſas.ff.de offic præſi.gloſa in leg. aut damnum.ff.de pœn.l.24.titu.21.par.2. Quare † neque torqueri poteſt.l.4.& 5.titulo 21 libro 4.ordin.& in d.l.24. Niſi fuerit accuſatus de proditione,vt in d.l.24.Grammaticus voto 32.Hipoly. in l.edictum.ff.de quæſtio.Bald & Fel. in capitu. cum quidam. columna 3.quos citat & ſequitur Coua.vari.l.2.capitu.9.nume. 4.Qui tamen notat,quòd nobilis etiam proditionis reus decapitatur in Hiſpania,& non ſuſpenditur:bene tamen torquetur, vti dixi,& quòd in Hiſpania nobilis reus læſæ maieſtatis non ſuſpendatur furca,ſed decapitetur,eſt veriſſimum.Sicuti vidimus in ducibus ſeditioſorum plebeiorum , qui aduerſus Carolum regem arma ſumpſerunt:abſciſis enim ceruicibus iacuerunt in foro,laqueo tamen pœnas non dederant nobilitatis ergò. Sed in Gallia in proditoribus non ſeruatur, immo altiori pendent furca.Non obſtant ex aduerſo prolata.

17 Primò † non obſtat,quod paupertate amittitur nobilitas,id enim falſum & apud nos prouerbij vice illud vſurpatur la probeza no es vileza, & expreſsè probatur in leg. humilem. C. de inceſ. nupt.

¶ Et ita quòd nobilitas non amittatur paupertate ſignificat Barto.in l.j.colum.3.C.de dignita. Ioann. Blan.in ſumma feudo.titulo quibus modis feud.amitta.§.erunt etiam. quæſtio 21. Ioann.Rayn.in capitu.j.§.firmiter.char.10.in paruis,verſi. quæro quid de ſumptibus titulo de prohibi.feudi aliena.per Fede.& in tractatu nobititalis,column.5.Petrus Bellapertica in l.humilem.C.de inceſ.nupt.late Tiraquel.de nobilitate.capitu.25.nu. 18 5.cum ſequentibus.Quinimmo † paupertas non reddit hominem vilē auctore Bald.in l.humilem.C.de inceſ. nupt. Calcan. conſi.8.in cauſa.columna 7.verſicu.& ex ſupradictis. Non obſtat,quòd nobilis pauper habetur contemptui; id enim nō lex, ſed præpoſterum hominum iudicium facit. Et boni viri odio & contemptui habentur,neque tamen ideo virtus ſuas deſinit habere vires.Deinde non obſtat, quòd non eſt dedecus nobili militare aduerſus Turcas,& ex ſtipendio ſatisfacere creditori, iam quòd ei propter nobilitatem non tradatur ad ſeruitium. Fateor,non eſt nobili dedecus militare aduerſus impios pro dignitate Chriſtiani nominus,imo eſt longe honorificū.Sed nos non liberamus potiſſimum eum a debitore: quia eſt ignominia ei ſeruire,ſed quia lege liberatur ab ea obligatione propter priuilegium nobilitati conceſſum:quia non admittitur, vt nobilis ſit in carcere ob æs alienum.Non obſtat,ꝙ ex lege Solonis qui patrimonij vorſurā facit amittit nobilitatem ; ea enim lex admittetur quoad hoc,vt eius auctoritas minor ſit apud bonos & graues,qui deteſtabuntur hominē, qui luxu,vel profuſione,

vel

Source : BIU Cujas

vel alea patrimonium amiſſit. Rurſus non obſtat, quòd nobilis non viuens nobiliter, non gaudet priuilegiis nobilitatis: ſtatim enim dicam, ꝙ nobilis exercens vilem artem ſit addicēdus creditori. Non obſtat, ꝙ priuilegium principis non debet operari in præiudicium tertij. Neq; enim ꝙ debitor nobilis ſit, & in carcerem, vel ſeruitium duci non poſſit, ideo creditor amittet ius ſuum, ſolùm limitatur vis obligationis, vt ex ea nobilis in carcerem duci non poſſit. Deinde cum antequam contractus fieret, iure conſtitutum ſit, ne nobilis pro debito capiatur. Certè creditor, qui non debuit ignorare ius, videtur cum contrahit, ea conditione & qualitate contrahere, ne creditorem ob debitum poſſit perducere in carcerem. Non obſtat, ꝙ rem familiarem delabi ſinere flagitioſum eſt, & quòd nobilitatis priuilegiū amittitur ex delicto. Qm̄ amittere bona, etiāſi per ingluuiē & luxū ea amittas, culpa eſt, non crimen, qđ iure pœna puniat.

19 ¶Si tamen † nobilis ficta inopia abſcondat bona, certè duci poteſt in carcerem, & priuilegio nobilitatis non gaudet: tum quia ex delicto amittitur nobilitatis priuilegium: vt dico infra: tum quia iure regio hoc nominatim definitum extat in l.3.cōdita in Conuentu Segouienſi anno a partu virginis 1532. cuius verba ſunt. Suplicamos a V.M quæ el mercader que ſe alçare de aqui adelante no pueda gozar ni goze de la hidalguia. Quibus princeps reſpōdit. A eſto vos reſpondemos que mādamos
20 que de aqui adelante ſe haga aſſi. Quinimmo † qui abſcondunt bona & fingunt inopiam, ſunt veluti latrones puniendi, vt in l.
21 5. titu. 8. libro 5. ordinatio. Quod habet locum † etiam ſi debitor non aufugiat, ſed præſens ſit: vt in conuentu Madritenſi recte & optime definitum fuit anno 1528. petitione 24. itaq; nobilis abſcondens bona, eſt carcere reprimendus. De qua re dico infra hoc cap. & hanc opinionem ſequitur Oldra. in tractatu de nobilitate, in ;. par. prin. c. 10. col. antep. & pen. & facit qđ dixi c. 16. de hęrede, nu. 18. & c de debitore ratione rei, nu. 10. Ex crimine aūt & delicto nobilis duci p̄t in carcerē: vt ſtatim dicam.

22 ¶Sic † licèt iure ciuili generaliter conceſſum ſit debitorib. vt effugiant carcerem cedendo bonis. Id non admittēdum in decoctoribus (quos fallitos vocant) auctore Bald conſil. 400. colum. 2 lib j. delictum enim pœnam meretur. Præterea licèt ceſſio bonorum liberet cedentem a carceribus. Id non procedit, ſi alienauit bona ſua in fraudem. Textus eſt ſecundum primum intellectum, quem ibi approbat Barto. in l. fi. §. fi. ff. quę in fraud. credi. Barto. in l. alia. §. eleganter. in fi. ff. ſol. matri. Soc. regu. 46. & 47. cum fallentiis. Platea in l. j. in fi. C. de iure fiſc. Barb. in c. quæ in eccleſiarum. colum. 5. de conſti. Gome. in §. Item ſi quis in fraudem. num. 43. inſtitu. de actio. Lupus in rep. c. per veſtras. §. 24. an auus. colum. 4. num. 7. de donat. inter vir. & vxorē. Sic maritus, qui malitioſè diſſipauit bona amittit beneficium, ne conueniatur vltra, quam facere poſſit. l. etiam. §. licet. ff. ſolu. matrimo. & ibi DD ſic in cæteris dolum committentibus probatur in l. ſed hoc ita. §. fi. ff. de re iud.

23 ¶Præterea † ſi nobilis malitioſè cōtriuiſſet, vel fraudulenter alienaſſet bona ſua, ne creditorius ſuū conſequatur, certè non excuſabitur nobilitatis priuilegio, ſed capi pōt, argumento. l. pe. ff. de iure doti. Vbi debitor habens priuilegium, ne conueniat vltra, quā facere poteſt, nō vtiť eo, ſi dolū cōmittat. Dolus eñ eſt delictū. & ꝙ debito ex delicto nobilis capi p̄t, vt ſtatim dicā.

24 ¶Præterea † illud eſt ab eruditis receptum, vt debitores, qui ex aliqua cauſa excuſantur a pœna carceris, non excuſentur, ſi iudex videat eos doloſe fuiſſe verſatos, vel malitioſe alienaſſe bona. l. fi. ff. de in ius vocan gloſa. Bald. & Ange. in l. fin. ff. de his quæ in fraud. credito. Dynus, Platea & Iaſo. in §. item ſi quis in fraudem. inſtitu. de actio. & ibi Gome num. 24. Iaſ. in l. ſi idem cum eodem. colum. 5. ff. de iuriſd. omnium iudi. Bal. in l. j. col. fi. C. qui bon. cede. poſſ. Ang in l. is, qui bonis. & ibi Zaſi. ff. de ceſſio. bono. Platea in l. j. de iure fiſci. libro 10. Bald. in l. j. in 5. quæſt. C. ſi quid in fraud. patro. & conſi. 400. in libris theſaurariæ. col. 2. lib. 5. in c. quæ in eccleſiarum. colum. 5. de conſti. Soc. regula 46. fal. 5. & reg. 47 fal. j. Vitalis Camban. ī tractatu clauſularum, tit. an poſſit renuntiari beneficio ceſſionis bonorum. Nouellus in tractatu de do. 7. parte, priuileg. 14. Moder. in tracta de vſu. q. 36. in fi. Capel. Tholoſana. 460. & ibi. Aufre. in additione.

25 ¶Paupertas enim captioſe proueniens non excuſat eos, qui aliàs excuſarentur, auctore Bald. in c. ſedes. colum. 2. de reſcrip. & in c. quæ in eccleſiarum. colum. j. de conſtitu. Iaſ. in authent. res quæ. col. 6. verſic. tene communem. C. commu de lega. Crotus in l. frater a fratre. ad finem. ff. de condict. indebi. Loazes in repe. l. filiusfamilias. §. Diui. num. 164 ff. de leg. j. Sic licet mulier pro debito capi non poſſit: tamen pro debito proueniente ex delicto capi poteſt, vt dixi. c. præcendenti, num. 7.

26 ¶Itaque † nobilis abſcondens bona capiendus eſt, vt infra. Dolus etiam exiſti mari debet, ſi nobilis induxit creditorem ad contrahendum, affirmans ſe nobilem non eſſe. De qua re vide quæ dico infra. Reſtat tertius caſus, ſcilicet an nobilis debens ex delicto ſit addicendus creditori in caſibus, in quibus ſupra c. 11, de debitore ex delicto docui, debitorē ex delicto eſſe addicendum creditori. Mouet quæſtionem, ꝙ etiamſi de iure non habens in bonis, luat corpore, id non procedit in nobili, vt docui ſup. 10. cap. de debitore ex delicto. num. 2. Qui eſt caſus magis fortis: quoniam debens ex delicto magis eſt cogēdus & adſtringendus, quàm debens ex contractu. Cum autem debens ex delicto non luat corpore, ſi eſt nobilis, quanto magis debens ex contractu, excuſabitur nobilitate, ne addicatur creditori, quæ addictio habet vim pœnę corporalis: vt dixi cap. 3. num. 2. & c. 4. Mouet etiam quæſtionem, ꝙ nobilis pro delicto non debet eſſe in carcere, vt tradit Lucas Penna in l. mulieres. colu. 5. ver. 8. C. de digni. libro 12. Qui autem non poteſt eſſe in carcere, nō eſt creditori addicendus, vt docui cap. 3. num. 2.

27 ¶Sed ex diuerſo vrget, quòd † nobilis poteſt capi ex debito deſcendente ex delicto, vt in l. 79. Tauri. ſicut in fœmina docui ſupra c. 15. num. 7. quod poteſt capi ex debito deſcendente ex delicto. Id enim generale eſt, ꝙ nobilis ex delicto capi poteſt, licet non ſit ea facilitate capiendus, qua plebeius. Neque eo rigore præmendus, neque eodem in carcere detinendus, quo plebeius, regia l. 4. titu. 29 par. 7. c. quiſquis. 2. q. 8. & ibi notat Archidia. Bald. in l. 2. colum. 2. C. de exhib. reis. Aretin. in l. ſi quis poſt accuſationem. colum. fi. ff. de teſta. Cum autem magis ſit iuſtū detineri in carcere hominem, de cuius delicto conſtat, & propter quod iam eſt condemnatus, quàm eum, de cuius delicto non conſtat per ſententiam, quę facit rem notoriam. Sic iuſtiſſimum eſt, nobilem detineri propter pecuniam, quam per ſententiam debet ex delicto: delictum enim expiatur pecunia, & ſic captus pro pecunia, quam debet ex delicto, videtur captus pro ipſo delicto, & hæc eſt ratio Taurinæ legis 79. Illud tamen admonere viſum eſt, ꝙ hoc argumentum protuli ad probandum, hic deficere præcipuum fundamentum, quo ſupra docui, nobilem non eſſe addicendum creditori, ſcilicet ꝙ non poteſt ob debitum in carcerem duci: nam ſi debet ex delicto, poteſt ob debitum duci in carcerem. Quanquam agnoſco, hoc argumentum, quod attinet ad noſtram legem, valere negatiue: nō tamen affirmatiue, hoc ſcilicet modo. Qui non poteſt ob debitum duci in carcerē, non eſt creditori addicendus, quod docui cap. 3. num. 2. Non tamen eſt bona collectio, poteſt duci in carcerem, ergo poteſt addici creditori. Nam plures poſſunt ob debitū capi, qui non ſunt addicendi creditori: vt ex toto hoc opere manifeſte colligitur. Deinde, ꝙ debens ex delicto debeat ſeruire, etiam ſi nobilis ſit, probatur: quoniam ſunt aliqua crimina, ex quibus ſi non nobilitas certè priuilegia nobilitatis amittuntur, vt dixi ſupra num. 19. & declarat Lucas Penna in l. mulieres. col. 5. C. de digni. libro 12. Tiraquel. de nobilitate, cap. 24. numero 2. & 5. l. 24. titu. 21. partita 2. Vbi ex proditione amittitur priuilegium nobilitatis. Gramma voto 3. Deinde quòd nobilis debeat ſeruire, ſi debet ex delicto, probatur: quoniam fœmina immunis eſt a diſpoſitione huius legis. Tamen ſi debet ex delicto & ſoluendo non eſt tenetur ſeruire, vt dixi capite præcedenti num. 7.

28 Poſtremò † quòd nobilis debeat ſeruire, ſi debet ex delicto, ſcribit Antonius Gomeſius in l. 79. Tauri num. 2. verſicu. hodie tamen. & nume. 3. verſicu. Et licet. Hoc enim caſu videtur, quòd nobilis non excuſetur a diſpoſitione huius legis. Nam propter delictum nobilis puniendus. Et ſeuere adſtringendus eſt. Videtur tamen, quòd iudex ratione nobilitatis nō iubebit nobilem ſeruire ei, cui pecuniam ex delicto deber. Sed iubebit, vt triremibus regiis militet, vel in opere ſimili, vt ex ſtipendio ſatisfiat creditori: vt docui c. 11. de debitore ex delicto, nume. 6. Neque enim qui me delicto offendit, commodè poteſt mihi ſeruire: cum eum forſan vel videre nolim, vel male tractaturus ſim, vt dixi in dict. cap. 11. num. 6. neque eſt æquū, neque admittendum, male tractare debitorem, immo qui male tractat debitorem ſibi addictum amittit debitum, vt dixi. c. 14.

29 Deinde † nō ſolum hac cauſa, vbi ex debita pecunia agitur, verum etiam vbi pœna imponitur ratione delicti, habetur ratio nobilitatis: neque enim eodem modo puniendus nobilis, quo plebeius, etiamſi idem delictum commiſerint. Nobili enim nō imponitur, vel irrogatur pœna ig nominioſa, auctore Bald. in Rubric. de offic. delega. Platea in l. omnes. C. de delato. Ange. auth. ſed nouo iure. in fine. C. de ſeru. fugi. Facit l. moris. §. ſed ēt. ff. pęn. gloſa in leg. 3. in verbo. torquentur. ff. de re mili. Bartol. ibi. Alex. in additione ad Bar. in l. capitalium §. ſerui. ff. de pœn. Bald. in l. data. C. de his qui accu. non poſſ. Bald. Abb. & Fel. in c. cum quidam. de iureiur. Abb. in c. paſtoralis. de offi. delega. Lucas Penna in l. quamuis. C. de decurio. Rom. in l. ſi verò. §. de viro. in 4. fallentia. ff. ſol. matr. Anania in c. fi. de col. detegen. Quare nobilis etiam ex delic. non damnandus vt in triremib. remigem agat, vti in ſenatu Neapolitano iudicatum teſtatur Grām. deciſione 32. Couar. vari. reſol. lib. 2. c. 9. nu. 4. verſ. quinto Non

30 obſtat † quod ex aduerſo protuli, ſcilicet ꝙ regula, qui non habet in bonis, luat corpore, non habet locum in nobili. Id enim verum eſt, quando imponenda eſt pœna in defectum bonorū: hic autem non eſt imponenda pœna, quæ cruciet nobilem, ſed ad ſcribet militiæ vel alicui alij honeſtæ occupationi, & ex ſtipēdio ſoluetur creditori, cui ex delicto debet, vt docui c. de debitore ex delicto. ſupra vbi latius reſpondi huic argu. Eum locū

lector

lector conſulat, ſi plenius rem hanc placeat cognoſcere. Quamuis enim hęc addictio habet vim pœnę corporalis, intelligitur: cum debitor addicit creditori torq; indutus ferreo. Hic autē nō eſt addicendus creditori, ſed adſcribēdus militiæ nauali, vel terreſtri; neq; in debitor inops ſemp tenet ſeruire creditori, immo ſi opifex, vel artifex ſit artē ſuā exercendo paulatim ex lucro ſatisfacit creditori, & hoc ſatis eſt abſq; eo, q̄ ei ſeruiat. l. 2. titu. de los gouernos, li. 3. fori, officiū aūt nobilis eſt militādo religionē & plebē defendere. Præterea † etiā ſi hoc nō eſſet nobilis, p̄- 31
prium officium iudex pōt ex cā moderari diſpoſitionē legis. Si enim quis condemnatus fuit centū Petro dare: quia colaphū ei impegit, certè ſi ſoluere centū nō pōt, non debet ſeruire Petro: ꝙa forſan ipſum interficeret, vt late docuit c. de debitore ex delicto. Reſtat excutiendus tertius caſus, ſcilicet an nobilis, q̄ artē vilem exercet, puta ſi ſit Faber ferrarius, debeat, ſi ſoluēdo non eſt, addici creditori: vt exercendo artē & lucrum faciēdo, reponat creditum. Mouet quæſtionē, q̄ nobilis, q̄ non viuit nobiliter, non gaudet priuilegiis nobilitatis, vt ſupra nu. 5. nobilis autē, q̄ artem ferrariā, vel carpētariam exercet, nō viuit nobiliter. 32
¶ Deinde † q̄ vilem artem, vel officium exercet, amittit nobilitatem, vt dixi ſupra nu. 5. & è noſtris Hiſpanis docet Ciſontanus in l. 79. Tauri colum. 2. verſic. 7. fallit Auendanius in ſuo dictionario, & videtur expreſsè iure regio definitum ī l. 4. & 9. titu. j. lib. 4. ordinationū. Et probatur iure cōi in Auth. de teſtib. §. j. verſ. ſancimus. ibi, artifices ignobiles, & dixi ſupra, & docet Tiraq. in tractatu de nobilitate c. 33. & c. 27. Neq; obſtat, ſi quis dicat, nobilitatem eſſe ius ſanguinis, & ideo non amitti, etiamſi nobilis exerceat artem vilem.
¶ Reſpondeo enim † nō extingui nobilitatē, ſed interrumpi; vnde ſi nobilis deſinat exercere artem vilem, recuperat nobilitatem, vel nobilitatis priuilegia: hæc enim ſolum videntur amiſſa, argumento. l. ingenuum. cum gloſa. C. de ingen. & manu. vt docet Guido Papæ deciſio. 196. col. fin. & deciſio. 217. Ex textu in c. fi. de vita & honeſta. cleri. & in Clem. j. de vita & honeſta. clerico. Maſſuerius titulo de talliis, ſeu collectis. §. item illi qui ſunt nobiles. Caſſan. conſi. 64. viſo proceſſu num. 35. 33

¶ Deinde vrget efficax ratio, ſcilicet q̄ plures nobiles præ rei familiaris anguſtia mechanicas artes exercent. Cur ergo, q̄ vltro carcearem exercebit, non exercebit eam, vt ſoluat, quod debet: cum non dimittatur peccatum, niſi ſoluas, quod a fratre accepiſti. Et vtra obſecro magis iuſta cā exercendi calcearia voluntas, an obligatio ſoluendi, q̄d iure diuino & humano debes. Deinde niſi hoc admittamus, nobilitas vī eſſe fucus ad rapiendū aliena, q̄d Deo ingratū eſt. Vltimò ſi nobilē, qui calcearium exercet, pōt creditor cogere, vt ſibi ſoluat, q̄d quotidie lucrat, cur hoc iudiciario ordine nō iubebit iudex. Sed reſpōdebis primùm, verū eſſe, qñ nobilis ſponte ſua laborat, & ſuam artē exercet, neque tamen ad id cogendum eſſe a iudice: id enim præſtat priuilegium nobilitatis. Ex aduerſo vrget, q̄d conſuetudine in hac Bethice regione receptum eſt, vt nobilis, quem Hidalgū vocamus, non amittat nobilitatem, neq; nobilitatis priuilegia. Etiāſi vilem artem exerceat, & cum in iudiciis diſputatur, an q̄s ſit nobilis ſanguine, certè ſi opifex probet ſe nobilem, creditur vere nobilis eſſe: nā cū egeat, & nobilitatē probet, creditur non fauore, neq; diuitiis nobilitatē adquiſiſſe, vel teſtes ſubornaſſe, ſed q̄ vere gñe nobilis ſit. Deinde Bal. in l. fin. in fine. C. de ſerui. repu. manu. p̄ illū textū docet, q̄ licèt q̄s gerat vile officium, nō ideo perdit ſtatus ſui beneficium. Et huius opin. eſt Cal. conſi. 8. in cauſa pendēte. Vbi dicit, q̄ licèt mercatura ſit ars vilis, vt ſtatim dicam, non amittitur nobilitas generis p̄ eius exercitiū. Et licet eius opinionē improbet Tiraq. in trac. de nobil. c. 33. num. 18. qñ mercatura cenſetur ars vilis, & ex eius exercitio amittit nobilitas teſte. Fabro in l. falſo. C. de diuer. reſcrip. Ant. in Rubr. ne cleri. uel mona. Afflict. in cōſti. Sicil. inci. intērionis. col. 9. in 6. notabili, Lucas Pēna ī l. fi col. 3. C. de fun. limi. li. 11. Vbi dicit, q̄ nobiles mercaturā exercētes fiūt plebei, & debēt ſoluere tributa. Nihilominus tñ licèt mercatura apud nos vilior cenſeat, quā apud oēs nationes, hidalguia nō amittit ex mercaturæ exercitio, neq; hidalguiæ priuilegia, vt in l. 3. cōdita apud Segouiā anno 1532. cuius uerba retuli. Et illa pragmatica p̄bat hidalguiā, q̄ ex gñe deſcendit, non amitti, etiāſi hidalgus exerceat vilē artem; hidalguia enim non orta eſt in perſona hidalgui, ſed deſcendit a maioribus haud aliter, quam domus, vel prædium. l. 2. tit. 21. par. 2. Ideo peculiaris q̄dā nobilitas differēs a nobilitatē militis uel doctoris, quib. nobilitas p̄p̄ p̄priā virtutē cōcedit, & ita q̄ hidalguia nō amittatur ex exercitio artis vilis, notat Auēdan. in dictionario, uerbo cauallero, vnico uerbo.
¶ Sic licèt q̄dā ſcribāt, † q̄ p̄ monachatū amittit nobilitas. Abb. c. dudū. j. 4. notab. de elect. Frā. in c. fi in prin. de off. dele. ī 6. Fel. c. ſup literis. col. 7. in 2. regula, de reſcri. Laſ. in l. 2. col. 3. C. ſi q̄s ius, uel uti. pub. Decius in auth. ingreſſi. col. j. C. de ſacro. eccle. & ibi. Bologn. in primis interpretationib. de quo late Tiraq. de de nobi. c. 26. tñ nobilitas sāguinis nō p̄dit ex monachatu. Bal. c. cū ī magiſtrū. poſt. med. de elec Rom. fin. 37. Tiraq. vbi s. nu. 5. Ripa in c. ad aures colum. 5. & ibi. Beroius num. 24. de reſcript. Cagnol. in l. cum quædam puella. n. 17. Boerius deciſ. 260. n. 30. 34

¶ His congruit † quòd cum tractatur, an exercitium artis vilis faciat amitti nobilitatem, inſpicienda eſt conſuetudo, & quid de ea re iudicet populus. Nobilitas enim nihil aliud videtur eſſe, quàm opinio ſi eā virtute & rebus pręclare geſtis mētiaris. Itaque † quòd hac in re inſpicienda ſit conſuetudo, docet Alciatus in l. mercis. ff. de verbo. ſignifica. Tiraquell. in tractatu de nobilitate. c. 27. nu. fi. ubi propoſita quæſtione, an amittat nobilitatem, qui exercet artem uilem per alium, definiunt inſpiciendam eſſe conſuetudinem. 35 36

¶ Conſuetudo † enim facit nobilem vel *i*gnobilem, & qui hic nobilis eſt, alibi ignobilis reputatur, mutato ſcilicet iure mutatione regionum & morum, ita probatur in l. fin. §. j. ff. de mune. & honori. & docet Bar. in l. j. col. 7. verſi. examinemus iſta verba, & iterum col. 9. verſic. tertiò ex prędictis, & col. pe. & ibi. Plat. col. ij. verſi. ex his infertur. C. de digni. lib. 12. Bal. conſ. 387. col. 2. lib. j. Paul. conſi. 125. dubitatur primò. in 4. dubio, libro 2. Raine. in tracta. de nobilitate, in 4. q. in prin. Socin. con. 246. col. j. lib. 2. Decius in c. nouit. col. 6. de iudi. Ruinus con. 66. num. 23. lib. 3. Ripa libro 2. reſpon. cap. 26. 37

¶ Deinde iniquum videtur, & parū cōgruens miſericordiæ, vt detur afflictio afflicto, cur ergo, qui prę ĩopia maiorū ſuorū dignitatem in domo ſua amiſſam luget, noua miſeria enecabitur, ſi & priuilegia nobilitatis ſibi à maioribus per manus tradita uideat interrupta, & ſe ad ſolutionem tributorum cogi ad incremētum egeſtatis & diminutionem honoris, quæ ſibi amiſſis facultatibus tantum ex omni maiorum ſubſtantia reliquus erat. Cur nobilis paupertatem (durum telum) patiens eo etiam onere grauandus vt ad lucrum, creditoris artem vilē exerceat. Cum forſtem militiam, vel alias vberiores fortunæ ſpes ſequi velit omiſſo opificio. An etiam ſpoliandus priuilegio nobilitatis, quo ſibi & ſuis (quondam diuitijs florentibus) cōceſſum generali lege fuit, ne ducerentur in carcerem, ac per conſequens ne cogerentur eam ceſſionem bonorum ſubire, quam præſcribunt iura ciuilia, etiamſi facilis ſit minimeque onerosa.

Equidem quod attinet ad ſoluendum principi tributa, arbitror nobilem, qui exercet officium vile, non eſſe ſpoliandum ſuo priuilegio, quo immunis eſt à tributis, ex rationibus ſupradictis. Ne ſcilicet duplici miſeria grauetur, honoremque & pecuniam ſentiat amiſſam. Idē ſentio, quod ad materiam noſtrę legis attinet; nam licèt ſponte ſua exerceat officium vile, durum & aduerſus priuilegia nobilitatis eſt cogere illum, vt illud exerceat ad vtilitatem creditoris: cum minor ignominia ſit eſſe in carcere pro debito, & id non amittatur, ſiue ſit ſoluēdo ſiue nō. In hāc ſentētiā me ſatis proclinatū adducit Chriſtiana charitas, & q̄ rigor huius legis quò ad ſaluo iure fieri poteſt excludēdus eſt & limitādus, vix enim habet Hiſpania duriorē cōſtitutionē: nā rigoris plena ſeuitiæ & inhumanitati proxima eſt. Et noſtris ſufficit eſſe iuris cōmunis correctoriā, vt reſtringi debeat. Cum tamē princeps, vel ſtatutum faceret mentionem nobilium, per hoc verbum nobilis, in materia, in qua deſignarentur, qui perſonæ dignitate præſtant, & nominis auctoritate præcellūt. Certè meo iudicio nō venit fidalgus, ſi opifex ſit, uel aliàs ualde egenus. Idē ſi princeps loquatur per hæc verba los caualleros, ita enim interpretatur communis vſus loquēdi, dicimus enim. Pedro no es cauallero ſi no vn hidalgo pobre. Sed eſt quæſtionis, quid ſi nobilis in contractu renuntiauit nobilitati, vel priuilegijs nobilitatis, an pro debito capi poſſit, & in carcerem duci, nō ſecus à plebeius. Didacus Couarru. eruditionis laude & vitæ integritate venerabilis in repe. c. quamuis pactum. in 2. parte, nu. 5. ver. hinc ſane, de pact. in 6. ſentit, renūtiationē valere, & nobilē ex ea capi poſſe, ſcribitque ita fuiſſe iudicatum in Granatēſi ſenatu à viris vtriuſque iuriscōſultiſſimis, & hāc opinionē obtinuiſſe notat Oroſcius ſenator in Lege. ius agnationis. col. j. ff. de pact. Gregorius in l. 34. tit. fi. par. 7. ver. de ſangre, & aliquādo in Pintiano ſenatu ita iudicatum ſcribit Otalora ī tract. de nobil. 2. p. §. 9. nu. 8. qui rem indefinitam reliquit.

¶ Cōtrariā tamē ſentētiā † immo q̄ renūtiatio nō valeat, & q̄ ex ea nobilis capi nō poteſt probat Antonius Gomeſius antiquę ſimplicitatis & aurei pectoris vir ītegerrimus in l. 79. col. 2. n. 3. ver. & in tñ, & ibi Ciſontanus col. j. q. a nemo eſt domin' mēbrorum ſuorū, & Auēdanius in dictionario verbo cauallero, col. pe. & Didacus Peretius in l. j. ti. 2. li. 4 ordina. & Ferdinandus Vaſquius optimorū ſtudiorū laude & generis nobilitate illuſtris in tractatu de ſucceſſionū creatione. Prima parte, li. 3. §. 22. num. 75. verſi. huic ergo priuilegio, vbi rem latiſſime tractat Quamuis idem ipſe in eo tractatu. j. parte, li. j §. 6. nu. 34. in fine, verſi. cōtra hæc facit. Dicit, q̄ iure regio quis poteſt priuilegijs ſuę libertatis & nobilitatis renūtiare tacite nedū expreſſe, vt in l. 4. ti. 2. lib. 4. ordinatio ibi porque en tal caſo el miſmo quebrāta ſu libertad. Adducit etiā, q̄ iure regio clerici miſcētes ſe mercimonijs laicorū amittunt ſuam immunitatem & libertatem, vt l. 3. in quaterno Alcaualarum. 38

¶ Hæc Vaſquius d. §. 6. n. 34. † Sed rem diligētius tractauit. §. 22. & videtur ibi mutaſſe ſentētiā: nā dicit ſe procliuiorem eſſe 39
in

in eam ſententiam,vt renũciatio nobilitatis nõ valeat, ac proinde ꝙ eius virtute Hidalgus capi non poſſit. Nec partes erunt omnium argumẽta bona fide referre,& quid mihi probabilius videatur paucis explicare. Vt autem hoc cõmodius & breuius fiat,illud ſtatim præfari viſum eſt, me vnum eſſe ex eorum numero,quibus placet,poſſe nobilem renũciare nobilitati, & virtute renunciationis poſſe capi. Primò ex l.4.titu.2.lib.4.ordinatio. Vbi textus poſtquam dicit, nobilem poſſe in carcerem duci,ſi cõduxit regia vectigalia,ſubiicit generalem rationem,por que el miſmo quebranta ſu libertad, ergo permiſſum eſt ei ſuæ immunitati renunciare. Secundò ſi hoc poteſt facere tacitè cõducendo regia vectigalia,vt ibi dicitur, & patiendo ſe ſcribi in catalogo plebeiorum,& ſoluẽdo principi tributa:vt in pragmatica,vt notat Vaſquius de ſucce.§.5. num. 23. vt Oralora in tractatu de nobilitate.2.p. num.7. vt latè dixi in tractatu de Hiſpaniæ nobilitate,quanto magis hoc licebit, quando diſerte & expreſſe renunciat nobilitati,hoc eſt priuilegiis nobilitatis, ita ꝙ ſi non renunciaret contrahens, abſtineret à contractu. An eſt decipiendus is, cum quo nobilis contrahit. Tertiò moueor: quoniam fœmina habet priuilegium, ne pro debito capi poſſit,& tamen ſi renunciet legum auxilio & priuilegiis ſibi à iure conceſſis,ſatis eſt, vt capi poſſit pro debito: vt ſentiunt omnes doctores,quos citaui,cap.de fœmina debitrice,num.15. Quamuis mihi videtur,ꝙ generalis legum renunciatio non ſufficiat, vt fœmina pro debito capi poſſit:illa enim generalis renunciatio videtur ſe referre ad remedium ſenatuſconſulti Velleiani, aliàs cum tabelliones in omnibus contractibus factis à fœmina addant ex more generalem renunciationem omnium legum, & quòd fœmina non vult eis vti, certè omnes fœminæ poſſent capi pro debito,quod eſt pernicioſum & abſurdum,& ab ipſis minimè cogitatum:ſi enim tabellio declaret, ꝙ ex tali renunciatione ſunt ducendæ in carcerem,haud dubiè quæ honeſtæ & pudicæ ſunt,recuſarent contractum,neque renunciatio extenditur ad incogitata.l.tres fratres.ff. de pact. Neq; actus agentium operantur vltra intentionem eorum, neque verba ex more poſita ſi aliquid rigidum aut inſolens inducãt, aliquid operantur apud bonos & graues viros:vt per Abb.in c.cum cõtingat.num.23 & 24.de iureiur.qui æquiſſimè & prudentiſſimè loquitur. Et quòd generalis legum renunciatio & iurium, quæ in fauorem fœminarum aliquid diſponunt, non tollat remedium fœminis conceſſum,ne in carcerem ducantur, ſignificat Couar.in repe.c.quamuis pactum. in initio ſecundæ partis, nu. 7.verſi.ſed tamen. Licet poſtea ſubiiciat, hoc non eſſe ſatis tutum:ſed mihi veriſſimum videtur,neque vſpiam vidi, aut audiui fœminam coniectam in carcerem ex tali renunciatione.

Nam nemo videtur renunciare ſuo priuilegio. Ripa reſp. li. 2.c.19. Præterea ꝙ priuilegium, ne nobilis ducatur in carcerẽ, poſſit ab eo renunciari,probatur:quoniam diſpoſitio.l.ad egregias.ff.de iureiur.

Qua cauetur † ne egregiæ perſonæ cogantur ad iudicem accedere,poteſt ab eis renunciari ex regula generali dictãte,quòd quilibet poteſt fauori ſuo renunciare, ita probatur in l.quamuis.verſi.inuitus.ff.de in ius vocan.iuncta l.vni.C.eo.titu. Ita docet Cynus in l.nec honore.C.de epiſc.& cler. Iaſ.in d.l.ad egregias.num.j & ibi Roman.Felyn.in c.ſi diligenti.num.24. de foro compe. Ludouicus Gomeſius in c.2.nume.51.de iudic.lib.6. Ang.in l.alia.§.eleganter.ff.ſol.matri.

Deinde † vt plebeius poteſt cũ creditore paciſci: vt gaudeat priuilegijs nobilis.l. ſi quis crediderit.ff.de pac. Ita & nobilis poteſt paciſci,ne ſuis priuilegiis gaudeat. Poſtremò,vt ex ſuperioribus liquet,nobilis poteſt eſſe Faber Lignarius & Faber Ferrarius,poteſt pati ſe vendi ad pretium participãdum,& fit ſeruus mentis ex conſenſu ſuo,vt dixi c.j. num.71. Item poteſt ſe cõducere ad quaſcunque operas viliſſimas,licèt hoc incongruum ſit nobilitati & maiorum ſuorum gloria indignum & cognatis probroſum. Cur ergo, qui hoc vltro nulla iuſta cauſa ſuadente facere poteſt,non poterit accipiendo pecuniam mutuãtis (hoc eſt ſubſidium humanæ vitæ) obligare ſe ad eius ſolutionem renunciando priuilegium generaliter nobilibus conceſſum, ne in carcerem ducantur. Quid obſecro eſt Hidalgo magis dedecoroſum facere,vt repurget viam publicam, an eſſe in carcere, donec det fideiuſſorem de ſoluendo, quod à fratre accepit, & forſan luxu vel alea perdidit, & ita accepit: vt mutuans pecuniam nõ eſſet daturus, niſi nobilitatis priuilegio renunciaſſet. Ecce vides pactum expreſſum nobilitati & toti nobilis familię in fame valere,neque reijci,quòd ſit aduerſus nobilitatis dignitatem. An obſecro, Hidalgus ſi velit non poterit ex pacto obligare ſe ad ſeruiendum proprio famulo. Hęc inculco:quoniam Vaſquius ipſe & Auendanius reſpondent ad l.4.titulo 2. lib. 4. ordina. Hidalgum poſſe tacitè renũciare priuilegiis Hidalguię: non tamen expreſſè, quorum opinionem ſatis refellit ipſa lex 4.in ratione generali,quam ſubiicit ibi, Ca el miſmo quebranta ſu libertad. Deinde durius & magis nociuum eſt Fidalgo & eius liberis ſe ſcribi in Catalogo plebeiorum & ſoluere principi tributum. Quam eſſe in carcere donec det ſi deiuſſorem,vel ſoluat. Primum enim ipſam nobilitatis radicem obſcurat, & deinceps dubiam reddit,deinde rem Hidalgui tributi nomine aufert. At qui eſt in carcere ex propria renunciatione, non obſcurat dignitatem familiæ ſuæ:quoniã pactum expreſſum apertè ſignificat id factum ex renunciatione & non ex ignobilitate. Deinde †aliud eſt nobilitas quàm nobilitatis priuilegia,item prius fuerũt nobiles quàm nobilium priuilegia, quæ paulatim creuerunt. Sit exemplum,nobiles apud exteros ſoluunt principi tributa, apud Hiſpanos non ſoluunt: & tamen omnes ſunt nobiles. Item apud Hiſpanos prius fuerunt nobiles, quos Hidalgos appellamus,poſtea Fernandus Comes Caſtellæ trecentis eorum immunitatem à tributis per tres annuos menſes cõceſſit,vt auctor eſt Rodericus Toletanus. Itaque nobilitas priuilegia nobilitatis præceſſit,quæ paulatim aucta ſunt. Et præſertim Hidalguia præceſſit priuilegia Hidalguis conceſſa:non eñ abſurdum eſt ſuſpicari Fidalgũ, vel vt Hiſpanicè dicimus,hiio dalgo ſignificare Gothi filium, quaſi hi qui erant filii Gothorum tempore quo Hiſpania à Mauris occupata fuit, & Gothorum Imperium funditus concidit, maximè eſſent in omnium oculis,& nobiliſſimi haberẽtur,quaſi filii eorum, qui Hiſpaniæ Imperium proximè tenuerant. Quod ipſa vis nominis ſatis ſignificat. Primum enim hoc nomen fijo, ſignificat & refert ſe ad patrem, cuius ille eſt filius, quaſi ex patre velit mutuari, vel oſtentare nobilitatem. Sic vt dicimus. Pedro es hijo del Rey. Et in diuinis libris legimus Filij Cam, Filij Sen & ſimilia, vt ex relatione ad patrem filius agnoſcatur vel nobilitetur.

Vnde nos †cum aliquem ſignificamus eſſe nobilem ex antiquiſſimo loquendi vſu,dicimus es hijo dalgo, ergo ad patrem referimus hanc nobilitatem, dicimus enim es hijo ſignificamuſque eſſe Gothi filium, licèt hoc iam obliuio deleuerit, & tot ſeculorum calamitas,qua Hiſpania punicis armis occupata ſeruitutem paſſa eſt per annos plus ſeptingentos, vnde mirra bonarum artium ignoratio & antiquitatis obliuio. Non hoc eſt capitis mei ſomnium. Nam Laurentius Padillia Rondenſis Archidiaconus diligens potius quàm felix noſtrorum rerum indagator,narrare mihi ſolet,vidiſſe ſe in bibliotheca Malacẽſis eccleſiæ venerandæ antiquitatis volumen, vbi quotieſcunque Fidalgui mentio fiebat, non his literis erat ſcriptum Fijo dalgo. Sed Fijo dalgod,addita.d.in fine quaſi Gothi filius aperte deſignaretur. Ego librum non vidi (neque enim falſa obtrudã) Sed Laurentius Sacerdos erat nobilis multæ ætatis ſenex. Et etiam regius hiſtoriographus appellari volebat, quare non eſt fide indignus. Sed mihi vnus pro multis ſufficit Rodericus Archieſcopus Toletanus non ſpernendus noſtrarum rerum ſcriptor,qui lib.4.c.j. & c.4. Scribens quod eſt apud nos receptiſſimum à maioribusque per manus traditum, & in generali Hiſpaniæ hiſtoria legitur,quòd occupata à Mauris Hiſpania Fidalgui cum Pelagio ex Gothorum gente nobiliſſimo ſe receperunt in montuoſa Aſturicæ loca, quæ vulgo appellamus las aſturias de Ouiedo.his verbis ea Rodericus ſignificat. Pelagius cum reliquiis Gothorum ſeſe recepit. Ecce quòd eos quos hiſtoria generalis & communis conſuetudo appellat Fijos dalgo Rodericus appellat reliquias Gothorum, quaſi Fidalgui filii Gothorum ſint,cui rei indicium maximum præſtat,quod receptiſſimum eſt apud nos,& quaſi prouerbium vulgi ſermone iactatur que no es hidalgo el que no tiene ſolar en montañas. Qui eſt locus, quo reliquiæ Gothorum fugerunt. Sic cum aliquem ſignificamus eſſe nobiliſſimum,dicimus viene de los godos,certè probabile eſt,Pelagium & eius ſucceſſores,qui à Gothis deſcendebant,eos reputaſſe nobiliſſimos auxiſſeque honoribus, qui ſuæ gentis eſſent,reliquiasque Gothorum fuiſſe eo tẽpore nobiliſſimos cum regem ex Gothica ſtirpe elegerint, nimirum Pelagium. Illi autem qui tunc nobiliſſimi erant in noſtris annalibus,appellantur los Hidalgos. Neque mihi fit veriſſimile,ꝙ Geneſius Sepulueda de bonis literis,& Philoſophię ſtudiis optimè meritus ſcribit. Fidalgum corrupto vocabulo Italicum ſignificare,immunemq; eſſe,ſicuti immunes erant à tributis,qui in Hiſpania Italici iuris cenſebantur,quales erant Pacẽſes,Emeritenſes,Valentini & Barcinonẽſes, quorum meminit Iuriſconſultus in l.in Luſitania.ff.de cenſib. Nam hoc tolerabile vtcunq; eſſet,niſi nomen Fidalgot, decurtatum eſſet, & niſi pro Fidalgo feruida pronunciatione Fidalgum diceremus, ſicuti dicimus, hi de puta,hi de ruyn Si enim Fidalgo nomen integrum eſſet,forte admitti poſſet, vt nomen Italicus tranſiſſet in Fidalgus,& tamen Fidalgus ſignificat Fijo dalgo. Et ad patrẽ aliquem ſe refert. Deinde cum hoc nomen Fidalgo ab ipſis Gothorum tpibus ad nos videatur deriuatũ (præſertim ab eo tempore quo reliquiæ Hiſpanicarum gentium in Aſturicam Maurorum metu compreſſæ,qui Gothorum filii erãt,quaſi nobiliſſimi,quod pridẽ Hiſpanię Imperiũ tenuiſſent) notabant & colebantur eo nomine,ꝙ eſſent Gothorum filii. Tunc autem nullam arbitror fuiſſe inter eos memoriam Italici, neq; Romani nominis. Et ſi euoluas veteres,eius temporis annales nullum in nobilium nominibus inuenies veſtigium Romanæ,vel Italicę gentis. Immo omnes prę ſe ferunt nomẽ Gothicum, Sueuum

Source : BIU Cujas

Vandalicum, vel Alanicum. Hæ enim omnes gentes concidẽte Romano Imperio in Hiſpaniam penetrantes pulſis indigenis ſedes ibi beatiores fixerãt. Sed fingamus hoc verbum Fidalgo eo ſeculo natum, quo Gothorũ Imperium in Hiſpania florebat. An eſt credendum, Gothos Italici nominis diros hoſtes, Hiſpaniæ nobilitatem odioſo ſibi nomine deſignaſſe, eosque cenſuiſſe nobiliſſimos, qui Italici iuris eſſent, quos ipſi pro maximis hoſtibus ducerent: cum plerique eorum Romani ſanguinis cẽſeretur, nimirum in Coloniis Romanis nati. Quinimmo Gothi pro gentis ferocitate & inſito Romani nominis odio, illud videntur lege cauiſſe, ne Gothici & Romani nominis gentes matrimonio iungerentur, & ne matrimonium valeret inter Gothum hominem & Romanam fœminam, neque èconuerſo, reddebaturque in lege ratio, quòd ſcilicet maxima eſſet diſparitas inter Gothos & Romanos, nimirum Romani (Italicæ gentis principes) viliſſimi apud Gothos habebãtur, ideo inter eos prohibebatur matrimonium, etiam ſi iam olim vtraq; gens ad coruſcantem Euangelij lucem Chriſti religionem induiſſet. Hanc autem legem aliquando inter Gothos latam indicat legum Gothicarum volumen. Deinde ſi Fidalgui erant Italici, cur deleto Gothorum Imperio elegerũt regem ex Gothica ſtirpe ſibi inimiciſſima, quæ Italicæ & Romanæ genti in Hiſpania exitium pepererat. Equidem niſi in re obſcuriſſima temerarium videri poſſet, ſententiam ferre me præſertim plus quàm tenuiſſimæ eruditionis hominem, minimè dubitarem affirmare, noſtram opinionem cæteris omnibus eſſe veriſimiliorem, magisque probabilem.

Sunt qui dicant, fijo dalgo. hominem diuitem ſignificare, vt Alphonſus Rex in ſeptem partitis conſtitutionibus ſignificat. Nam rem familiarem veteres Hiſpani appellabant algo. Vt ex hiſtoriis & antiquis conſtitutionibus apparet. Et beatus Paulus appellans à ſententia volensque exterrere iudicem allegauit ſe eſſe aliquid, hoc eſt nobilem & vetus Poeta dixit.

Aude aliquit breuibus giaris & carcere dignum, ſi vis eſſe aliquid.

Et vulgò, qui ſe non omnino ſpernendum ſignificare vult, dicit, yo algo ſoy. Sed primum non placet: cur enim ſi in nomine algo, ſignificaret diuitias, & ex diuitiis orietur nobilitas: nã potius nobilis diceretur. padre de algo quam hijo dalgo, deinde cur qui diuitijs florentiſſimi ſunt, ante annos octingentos appellantur los ricos omes y no los hijos dalgo, immo plus eſt ſer rico ome que hijo dalgo. nam, ricos omes, vocabantur comites. l. 10. tit. 25. par. 4. l. 23. tit. 6. par. j. l. 5. tit. 26. parti. 6. Sed huic argumento doctiſſimus quidam mihi reſpondit rico ome appellari ditiſſimum ac proinde eſſe nobiliſſimum, at fijo dalgo appellari, qui minoris pretij erat: quoniam non tantas poſſidebat diuitias. Sed hac ſanè via innumeri ac ꝑpe infiniti eſſet nobiles: quoniam nemo non habebat aliquid. Deinde ſecũdum non placet: ſi enim algo, ſignificaret quem nobilem eſſe, quor ſum additur fijo, niſi dicas ſignificare eſſe filium nobilis, qui aliquid fuerit in republica, quaſi ex parte augeatur nobilitas tanquam vetuſtior & à maioribus proueniens. Cui rei indicium præſtat quod ex contrario cum aliquem ignobilem volumus ſignificare dicimus. no es nada quaſi algo. ſignificet nobilitatẽ.

46 Sed certè probabilius eſt. Fijo dalgo. Gothi filium ſignificare: nam ex Gothorum ſanguine deſcendentes apud nobiliſſimi reputantur, & nulla eſt in Hiſpania nobilitas, quæ maior cẽſeatur quam Fidalgum eſſe. Quanquam hoc ſanè nomine rideamur ab exteris, Italisq; præſertim, qui Gothos gentem omniũ viliſſimam fuiſſe cenſent, quod ab eis præter Romani Imperij faſtigium bonæ literæ & omnes honeſtæ diſciplinæ interitus ſui cauſam & originem ſumpſerint: vt nihil dicam de veterum ingeniorum monumentis, quæ Gothorum omnia vaſtãtium rabie perierũt. Sed negari non poteſt, Gothorum res maximè fuiſſe illuſtres belloq; præſertim, Primi enim omnium hominum de victore gentium populo triumpharunt. Vnum obſtat, ſcilicet ꝙ inter leges Gothicas vna eſt, quæ de deligendo rege loquens inquit. El Rey deue ſer de la gente de los Godos y Fidalgo. Quaſi non ſit ſatis eſſe de gente Gothorum, vt quis ſit Fidalgus: neq; enim poſſibile eſt, omnes Gothos fuiſſe nobiles, ſicut neq; Romanos, quod indicat Flauius Vopiſcus in Bonoſo Fœmina, (inquit) ſingularis exempli & familię nobilis gẽtis Gothicæ. Sed reſponde, ꝙ leges Gothicę Latinè primò conſcriptæ ſunt, & poſt liber traductus fuit in Hiſpanicam linguã. Quare licèt in volumine Hiſpanica lingua conſcripto, quod appellamus. fuerojuzgo. dicat. Fidalgo. non ſequitur, ꝙ verbum latinum id ſignificet.

Quod autem leges Gothicę Latinè primò cõſcriptę fuerint, nemo ex eruditioribus negat, & volumen Latinũ habebat Frãciſcus Mendocius Cardinalis Burgenſis ſtudiorum & ſtudioſorum omnium fautor egregius. Deinde licèt tempore quo Gothorum Imperiũ in Hiſpania vigebat, nõ omnes Gothi eſſent nobiles: tamen deleta in Hiſpania Gothorum potentia. Quiuis ex ea gẽte, quæ pridem regni Imperium tenuerat, nobiliſſimus habebatur. Quare ſi quis hodie probare poſſet, ſe ex Gothorũ gente deſcendere, non dubito, quin ei à noſtris maximus haberetur honos. Eam enim opinionem apud nos iam olim vulgus imbibit, vt à Gothis deſcendẽtes omnium hominum nobiliſſimi cenſeantur. Sed de his latius diſſerui in meo tractatu de Hiſpaniæ nobilitate.

47 Nunc ad id vnde digreſſi ſumus reuertamur. Et quidem † ꝙ Fidalguia renunciari poſſit, probatur expreſſe & lege & cõſuetudine Hiſpaniæ: nam in vetuſto volumine, quod appellamus tabulas Alphõſi, ſeu forum Alphõſi, quod editũ fuerit ab Alphonſo rege huius nominis decimo hęc verba legimus. Qualquier ome Fidalgo que es tenudo de yr à las batallas ſi ende q̃ ſiere dexar la ſu Hidalguia lo puede hazer en eſta guiſa. Vaya ala ygreja y diga alos omes buenos del cõcejo que ende quiere dexar la ſu Hidalguia y los omes buenos tomẽ ende en las manos tres varas de auellano y paſſe tres vegadas por debaxo dellas y diga aſſi Villanos dexo mi Fidalguia y tomo vueſtra villania. y fecho eſto no vaia mas adelante à las nueſtras batallas cõ nuſco y no de deuẽgue mas nueſtros ſollos. Quæ verba vltima ad ſolidos referũtur: verus enim Fidalgus dicitur de deuengar 500. ſueldos. Deinde hac noſtra tẽpeſtate in oppido, quod vulgò dicitur. Melgar de herramental Incolæ non ferunt Fidalgũ quenquam viuere, niſi renunciet Fidalguiæ. Renunciatio autẽ fędo actu & turpi ſtratagemate fit. Erigimur ſcilicet ingens ſtercoris cumulus arreptamq; lanceam Fidalgus in ſterquilinium contorquet adito elogio. Yo renuntio la Hidalguia. Neq; hæc renunciatio à Senatoribus huius grauiſſimi prætorii improbatur licèt Barbaricum ſtratagema non placeat.

Deinde quod ad honorem Fidalgorum pertinet, illud conſiderandum, ꝙ ea quæ ſpontanea animi volũtate quis ſubit nõ coactus, ſed volens, ſibi minimè ſunt dedecoroſa: *obijcit enim*, hoc propria volũtate patior nõ legis decreto, nec generis ignobilitate, non cõciuis, ſed ego ipſe mihi iſtud peperi. Nõ obſtat
48 † quod ex aduerſo adduci poteſt. Primò non obſtat, ꝙ contra iudicat ſenatus Pintianus: vt narrare nobis ſolet Petrus Deça ſenatus Granatenſis præſes meritiſſimus, ſtemmatis quidem illuſtris, ſed multo animi ornamentis illuſtrior. Qm̃ non eſt exemplis iudicandum, & aliter ſentit ſenatus Granatẽſis, qui Pintiano neq; auctoritate, neque doctorum virorum præſtantia vlla ex parte cedit. Deinde nõ obſtat, ꝙ Fidalguia eſt ius ſanguinis. l. 2. §. quæ omnia. C. de vete. iur. enucle. l. ſtemmata. ff. de gradib. Ius autem ſanguinis nõ tollitur pacto vel renunciatione. lege ius agnationis. ff. de pact.

49 Nam reſponde † ꝙ nobilitas nõ eſt ſanguinis, ſed ſanguinis priuilegium & qualitas. Quamuis enim Fidalguia à progenitoribus deſcendat: tm̃ Fidalguia nõ fuit eis à natura data (vt datur cognatio & filiatio) Sed data illi fuit à Principe. Et ſic Fidalguia nõ eſt res naturalis, hoc eſt nõ eſt res, quam *ipſa* rerum natura inuenit, & ſanguini hominis infudit. Sed eſt priuilegium principis, quod ad poſteros tranſit haud aliter, quam domus, vel p̃dium, nõ tamẽ ꝙ domus, vel prædium tranſeat ad filios meos: quia ex meo ſanguine progeniti ſunt, ideo appellari p̃nt ius sãguinis, ſed ius quod ad filios tranſit propter ſanguinem.

50 Deinde † hæreditas patris naturali iure pertinet ad filium. l. ſcripto. ff. vnde libe. l. fi. C. quor. bon. vnde ſophiſta quiſpiã poſſit deducere, ergo cum naturali iure pertineat ad filium, non poteſt renunciari à filio.

51 Qm̃ † quæ naturalia ſunt, pacto vel renunciatione tolli non poſſunt. l. abdicatio. C. de patri. pote. Cõtrarium tamẽ iure definitur: nam poteſt filius hæreditati paternæ renũciare. l. qñ. §. & generaliter. C. de inoff. teſta. c. quamuis pactum. de pact. *in 6.*

52 Qm̃ † hęreditas eſt ius, quod de fertur propter ſanguinẽ: non tm̃ eſt ius ſanguinis. de quo loquitur. l. ius agnationis. ff. de pact. Nam lex illa intelligenda de iuribus ab ipſa natura inuentis. Puta nõ valebit pactũ inter patrẽ & filiũ, ꝙ filius nõ ſit filius non enim ideo minus deſinet eſſe filius, valebit tamen pactum, ne filius gaudeat iure & priuilegio filiis conceſſo, vt ſuccedant patri in portione legitima, & ſic valebit pactum, ne Fidalgus gaudeat priuilegio nobilitatis.

53 Item † natura inuenit: vt pater diligat filiũ, cognatus cognatũ, valebit ne pactum, ꝙ hoc à natura inductum ius interrũpat, vtiq; non valebit: qm̃ iura ſanguinis tolli pactis non p̃nt. Priuilegia tm̃ conceſſa ꝑꝑ ſanguinem pacto tolli p̃nt: vt iam demonſtraui, & notat gl. in §. quod aũt. ver. cognationis. inſt. de capi. dimi. Dec. in l. iura ſanguinis. col. j. ff. de reg. iur. Roma. cõſi. 82. Bal. in l. j. §. ius naturale. ff. de iuſti. & iure. Couarru. in rep. c. quamuis pactum. in initio ſecundæ partis, nu. 5. de pact. in *6.*

54 Ex quo ſequitur, † ꝙ licèt quis cẽſeatur Fidalgus: qa eſt filius, & nepos Fidalgui, non interrumpitur ius ſanguinis, hoc eſt eſſe filiũ illorum hominum ex eo, ꝙ renũtiet priuilegio, quod propter illos. (hoc eſt propter ſanguinem) ſibi conceditur.

Præterea reſpõdeo, ꝙ hic non credimus Fidalgum deſinere eſſe Fidalgum ex renunciatione Fidalguiæ. Sed ꝙ ex renunciatione non gaudet priuilegijs Fidalgis conceſſis: vt probat. l. 4. titu. 2. lib. 4. ordina. ibi. el ſe quebranto ſu libertad. non autem dicit. el ſe quito ſu hidalguia. Sicuti filius renunciatione hęreditatis

Source : BIU Cujas

tatis paternæ non desinit esse filius, tamen non gaudet iure filiis concesso. Itaque Fidalgus, qui ob debitum capitur, non desinit esse Fidalgus, tamen non gaudet in ea solum re priuilegio Fidalgi. Et aliud est nobilitas, aliud nobilitatis priuilegium: vt supra dixi. Deinde non obstat, quòd beneficium cessionis bonorum pacto vel renunciatione tolli non potest, vt docui capitulo primo, num. 41.

55 Quia † nemo potest se perpetuò obligare ad carcerem, ergo sic Fidalgus licèt renunciet Fidalguiæ, effugiet carcerem. Sed respondeo primùm, verum quando debitor, qui cessioni renunciat, non habet vllum remedium ordinarium ad effugiendum carcerem, secus si habeat alioquod aliud ordinarium remediũ à lege inductũ, vt est cedere bonis, vel seruire creditori, vel operas in eius vtilitatem præstare, vt latè docui cap. 2. num. 28. versic. non obstat secundum. Vnde videmus, quòd beneficium cessionis bonorum à iure inductum est lege Hispanica sublatum: quoniam licèt doctores sentiant; quòd non valet lex, vel consuetudo, per quam tollitur cessionis bonorum beneficiũ, Intelligendi sunt, quando beneficium cessionis ita tollitur, vt debitor, qui soluendo non est, nõ habeat aliud remedium, quo effugiat carcerem: vt late dixi cap. 2. nume. 9. versi. Itaque vt ad rem. Ergo cum Fidalgus cedẽdo bonis more nostro, hoc est patiendo se tradi creditori, possit effugere cercerem, cessat ratio, propter quam doctores dicunt, quòd beneficium cessionis bonorum pacto vel renunciatione tolli non potest. Alioqui cum tam in plebeio, quàm in nobili verum sit, quòd non potest pacto priuare se beneficio cessionis bonorum. Sequeretur, quòd neque nobilis, neque plebeius propter debitum capi posset, ita ꝙ nõ effugiat carcerem cedẽdo bonis iuxta cessionem Romanam: contrarium tamen est iure Hispanico inductum. Deinde nihil ad rem quod adfert Cifontanus in l. 79. Tauri col. j. versi. 4.

56 dubitatur scilicèt † ꝙ nemo est dominus membrorum suorũ, & ꝙ ideo Fidalgus cum nõ sit dominus membrorum suorum, non potest se obligare ad carcerem: cum nemo possit obligare quæ sua non sunt. l. pe. C. de reb. alie. non alie. Quoniam hac ratione etiam plebeius non posset ex obligatione duci in carcerem: non enim magis est dominus membrorum suorum q̃ Fidalgus: nã generaliter loquitur. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. Hic notandum, ꝙ Gregorius in l. 34. titu. fi. p. 7. verbo de sangre dicit, ꝙ licèt nobilis possit renunciare priuilegio nobilitatis & conijci in carcerem: tamen quòd non potest renunciare nobilitati quoad hoc, vt torqueatur. Puto eius sententiam veram, licèt Otalora eam fugillet in tracta. de nobil. p. 2. §. 9. num. 8. dicẽs non esse maiorem rationem in vno casu quàm in alio, sed videtur esse disparem rationem: nam cũ Fidalgus cõiicitur in carcerem, non torquetur, neque laniantur eius membra. At cum torquetur corporis cõpages dissoluitur, & nemo est dominus membrorum suorum. Neque obstat ꝙ plebeius torquetur, & etiam non est dominus membrorum suorum. Nam plebeius subditus est legi imponẽti torturam. At nobilis liber est ab ea, & sic eius membra magis libera sunt, neque potest ea subijcere per pactum cum infamia familiæ suæ. At puto generalem renunciationem nobilitatis non tollere priuilegium, ne torquea tur; verba enim obligationis non extenduntur ad incogitata: vt in renunciatione fœminæ dixi num. 4. Sed ad rem redeundo & respondendo argumentis, quæ videntur probare, nobilem

57 non posse renunciare priuilegio nobilitatis. Nõ obstat † ꝙ nõ valet pactum inter debitorem & creditorem vt debitor inuitus detineri possit pro debito, vt dixi c. j. num. 42. Id enim verũ, vt non possit detineri, à debitore in carcere priuato, nõ autem vt non possit coniici in carcerem publicum. De iure enim permissum est, debitorem facta bonorum excussione capere, vt do cui c. j. nu. 26. Prẽterea non obstat, ꝙ fœmina, quæ in assumptione tutelæ renunciat omni legum auxilio: nihilominus capi nõ potest. etiamsi renunciatio deberet operari: vt censeretur renũciasse legi, quæ vetat fœminam capi, vt late dixi cap. præcedenti, & in tractatu de decima tutori Hispanico iure præstanda capit. 4. num. 78.

58 Id enim ideo admittitur: quoniam nulla fœmina potest esse tutrix, nisi mater, vel auia, vt in auth. matri & auiæ. C. quando mul. tut. offi. fung. potest. Matrem autem capi à filio etiamsi expresse in contractu consensisset se carceri mancipari, esset exẽplum execrabile aduersus sanctam naturæ legem, quæ omnes homines quantumuis Barbaros docet venerari patrem & matrem. Hoc autem naturale ius non interrumpitur, neque tollitur renunciatione, vt in l. alia § eleganter. ff. sol. mat. Vbi Alex. nu. 6. verb. habeo, scribit quòd pater, patronus & alii enumerati in l. sunt qui putant, ff. de re iudi. Non possunt renunciare beneficio, ne conueniantur vltra quàm facere possunt, quod inter alia præstat, ne in carcerem ducantur, vt dixi c. 3. nu. 2. At capi Fidalgum non est aduersus sanctam naturæ legem, neq; aduersus bonos mores, cũ ad obsequia vilissima se obligare possit. Quod multo magis dedecorosum est sui ordinis hominibus, quàm duci in carcerem.

Præterea priuilegia conceduntur Fidalguis, nõ tam propter dignitatem, quàm propter fidem animi sinceram, l. 10. ordina. ibi. Por la gran libertad que dios puſos en ellos mãdamos que les sean guardadas sus franquezas y libertades.

59 Præterea non obstat, ꝙ † nobilibus maior deferẽdus honos quàm plebeiis. c. de multa. de præben. Et quòd honor reuerentiam præmittit. l. honori. ff. de oper. liber. & quod iuri reuerẽtię causa conceſſo, renũciare nemo potest. l. fi. C. de bon. liber. Iaſ. in l. ſi. quis in conſcribendo. col. 5. C. de pact. Decius in l. venia. col. fi. C. de in ius vocan. Vnde eruditissimi viri sentiũt, ꝙ egregiæ personæ non possunt renunciare priuilegio. l. ad egregias. ff. de iureiur. Ita docet Cyn. in l. nec honorem. C. de epiſc. & cleri. Albe. & Alex. in d. l. ad egregias. Gomesius in c. 2. nu. 45. de iudi. in 6. Rom. sing. 169. ex textu in c. 2. ad finem de iudi. in 6. Vbi definitum extat non posse moniales renunciare priuilegio sibi à iure conceſſo, ne teneantur ad iudicem ire ad ferendum testimonium. Hæc argumenta non vrgent, primò l. fi. C. de bon. liber. Solum dicit, quòd non censetur remissum ius reuerentiale. Deinde. l. alia. §. eleganter. ff. ſolu. matr. dicit, ius reuerentiale pacto non tolli: loquitur tamen de reuerentia, quam iure naturæ vxor debet marito, & filius patri, quam pacto velle interrumpere esset summè Barbaricum: esset enim interrumpere præceptũ Dei priuatis pactionibus, reuerẽtia autem quæ nobili debetur, non procedit ex iure naturali.

Sed ex quadam ordinis congruentia: oportet enim in republica omnia esse politicè disposita, & vt plebeij & opifices in quibusdam cedant nobilibus. Et vt nobilis (qui vt plurimum diues est) si à fortuna bonis spolietur, non sentiat vsque ad carcerem fortunæ iniquitatem; cum etiam inops vtilis esse possit reipublicæ. Neque quisquam, qui sensũ non careat, dicet reuerentiam, quæ Fidalgo debetur, esse similem reuerentiæ, quę debetur patri. Debetur quidẽ senibus honos & reuerentia, eamq; natura ipsa docet. Tamen potest creditor iuuenis coniicere in carcerem debitorem senem præsertim, ꝙ nobiles nonnunquã ab inuitis plebeis per tyrannidem honorem extorquent. Neq; plebeius, vel Fidalgus, qui petit pecuniam, tantum honorem debet Fidalgo debitori, quantum patri, aliàs non posset eum conuenire in plus, quàm facere potest, sicut neque patrẽ, quod

61 est falsum. Nõ obstat, † quòd beneficium l. ad egregias. ff. de iureiur. quod reuerentiæ vel dignitatis causa conceditur nobilibus, non potest renunciari: quoniam verius est renunciari posse, & posse nobilem vel ex pacto, & renũciatione expressa. l. ad egregias. vel ex renunciatione tacita venire ad iudicem ad ferẽdum testimonium, auctore Cyno in l. nec honorem. C. de obseq. Felin. in c. ſi diligenti. num. 24. de fo. compe. Iaſ. in l. ad egregias. num. 1. Gomesius in c. 2. num. fi. de iudi. in 6. vt apertissimè probatur in d. c. 2. vbi probatur personas ibi contentas non esse cogendas venire ad iudicem inuitas ad ferendum testimonium, ergo si velint venire poterunt. Quod etiam probatur in l. quamuis. versi. inuitus. ff. de in ius vocan. iuncta. l. vna. C. eod. titul. Deinde † quod attinet ad moniales, ideo ad iudicem ve-

62 nire non coguntur: quoniam illarum plerẽque clausuram vouent, iniquumq́ue esset, fœminas religiosas, quarum conuersatio in cœlis esse debet, misceri hominum, turbis, & fori clamoribus. Et licèt quidam sentiant beneficio. l. ad egregias. posse renunciari in vno quopiam casu. Mihi tamen verissimum videtur, posse hominem quantumuis nobilissimum promittere se generaliter, quotienscunque opus fuerit, ad iudicem accessurũ ad ferendum testimonium, quod pro sua prudentia probat. Didacus Couarruuias in d. relectione, c. quamuis pactum. in initio 2. partis. num. 8. versi. quinimmo. Neque enim video probabilem dubitandi causam, quominus vir quatũuis nobilissimus possit generaliter renunciare se accessurum ad iudicẽ qui principis sui vices gerens publicam tranquilitatem tuetur. Quid. n. hic fit, quod non maximè sit honorificum?

63 Nam † regis vices gerẽs omni honore etiam à nobilissimis afficitur, Et nobilis nobilitatis priuilegio modestè renuncians eat ad iudicem, vt hoc sit exemplum, accedere volens omni laude propter Christianã modestiam prosequẽdus est, & Christiana autem virtus omnes mundi inanes honores vera gloria & bonorum virorum æstimatione longissimè superat.

64 Præterea † non obstat nostræ opinioni textus in c. ſi diligenti. de foro comp. vbi probatur, clericum non posse etiam cum iuramento renunciare priuilegio fori Ecclesiastici. Et redditur ratio: quoniam id priuilegium concessum fuit ordini sacerdotali & status Ecclesiastici dignitati. Ex quo videtur inferri, nobilem non posse renunciare priuilegio nobilibus conceſſo, ne in carcerem pro ære alieno trahantur: quoniam id ordini nobilium uidetur conceſſum.

65 Sed respondeo † quòd cum præcipua pars publicæ utilitatis consistat in religione, & in his quæ religionem concernũt: ut in l. ueluti. ff. de iusti. & iure. Certè ad publicam utilitatem spectat: ut sacerdotes religionis sacri ministri, & diuinæ legis interpretes uerè religiosi sint, prophanisque turbis & fori clamoribus non misceantur. Vt notat Fely. in dicto c. ſi diligenti. num. 24. Couar. in repe. c. quamuis pactum. in initio 2. partis. colum. pen.

Source : BIU Cujas

pen. Beatus Paulus inquit. Seruus Dei non litiget. Quare cum hoc prophani non ſeruent, & ſacerdotes à litibus non abſtineant, Saltem illud videtur omnino concedendum ſacerdotalis ordinis dignitati, vt ſuum habeāt ſacerdotes peculiarem & quaſi ſacrum iudicem, neque in foro publico prophani videāt ſacerdotem litigantem: cum iuxta verbum diuinum, arma ſacerdotum preces & lacrimæ ſint. Habent iure optimo ſacerdotes ſuum peculiarem iudicem, qui lites inter eos paterna charitate componat & definiat, hoc autem rectiſſimè dicitur ſpectare ad publicam vtilitatem: cum ad religionem ſpectet. At non eſt aduerſus publicam vtilitatem, vt nobilis detrudatur in carcerem, alioqui nūquam nobilis carcere præmeretur vlla ex cauſa. Neque obſtat, ſi quis dicat, quòd nobiles militiæ aſſueti regnum ab hoſtium iniuria pugnaci manu defendunt. Nā hac ſanè via neque plebeii (qui multo plures militant in tanta exercitus multitudine) poſſent ob æs alienum detrudi in carcerem.

66 Neque † vlla fit iniuria ordini nobilium ex eo, quòd vnus nobilis ex propria renunciatione non verò ex ordinis indignitate detrudatur in carcerem: nam ſi velit etiā poteſt eſſe faber ferrarius, neque hoc prohibetur, etiamſi videatur eſſe aduerſus nobilium dignitatem.

Præterea nō obſtant duodecim argumēta quæ protulit Ferdinandus Vaſquius. d. lib. 3. § 22. num. 75. Primò † non obſtat. l.
67 ſi. C. de pact. pigno. vbi pactum legis commiſſoriæ prohibetur à lege: quia aſperum, qua ratione ei legi nō poſſe renūciari ſcribit Bar. & DD. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. Vnde infert Vaſquius, quòd cum eſſe in carcere ſit duriſſimum, quòd Fidalgus non poterit renunciare priuilegio, ne ducatur in carcerem. Sed reſpondeo, quòd eſſe in carcere non minus durum eſt Fidalgo,
68 quàm plebeis, nam l. in ſeruorum. ff. de pœnis. Quæ dicit † quòd quælibet moleſtia perſonalis durior eſt, quam rerum amiſſio, nō magis loquitur in Fidalgo, quàm in plebeio: vterque enim ex oſſibus & molliſſima carne compoſitus eſt. Deinde quid ſi is qui non eſt Fidalgus, mercator eſt vmbræ & molli ocio aſſuetus, an huic non longè durior eſt carcer quàm Fidalgo. Vtique eſt: attamen in carcerem ducitur pro ære alieno non obſtante argumento legis finalis. C. de pactis pignorum. Deinde quid ſi plebeius tenuiſſima valetudine vtitur, an ideo non poterit duci in carcerem, ꝙ corpus delicatum acerbius feret carceris moleſtiam, quis hoc affirmare auſit.

69 Deinde † pactum legis commiſſoriæ non ideo ſolum reiicitur: quia aſperum eſt, ſed quia eſt impium, & iniquum, & prorſus iniuſtum cumque ſumma fraude contractum, vt dicitur in d. l. fi. ibi. quoniam inter alias captiones præcipuè cōmiſſoriæ pignorum legis creſcit aſperitas.

Quare æquiſſimum eſt, vt renunciatio eius legis nō ſufficiat ad hoc vt dans pignus cum pacto legis commiſſoriæ amittat rem ſuam probili precio. Eſſet enim æquiſſimū, ſicut eſſet iniquum: vt promittēs vſuras cogeretur ad earum ſolutionem ex eo, quòd renunciet legi vetanti vſuras.

Rurſus adfert Vaſquius textum in capitulo. ſi diligenti. de foro competent. Et quòd cum ibi. renunciatio iurata non tollat priuilegium fori. Multo magis ſimplex renunciatio non tollet priuilegium, ne nobilis in carcerem ducatur; cū amiſſio priuilegii huius ſit nobili longè calamitoſior, quàm clerico amiſſio fori: cum carcer æquiparetur captiuitati.

70 Sed reſponde † quòd hac ſanè ratione neque nobilis renuncians ſuo priuilegio cum iuramento non poſſet conici in carcerem: contrarium tamen docet ipſe Vaſquius vt infra dicam.

Deinde reſponde, quòd ideo in capitulo ſi diligenti. renunciatio fori non valet: quia tolleretur ſua iuriſdictio pontifici & iudici Eccleſiaſtico, & læderetur puritas & dignitas ſacerdotalis, ſi clericus diuinę cōtemplationi deſtinatus miſceretur prophani fori clamoribus. vt dixi numero 39. At non læditur religio nec publica vtilitas (quæ in religione præcipue conſiſtit) ex eo quòd nobilis pro ære alieno deuorato ducatur in carcerem.

71 Deinde † adducit. l. ſi quando §. & generaliter. C. de inoffic. teſta. ibi. quam pactionibus adſtringendos. iunctis illis verbis, minimè prægrauari. Ergo cum ibi pactū improbetur: quia plus æquo renuncians adſtringitur. Ita & hic renunciatio improbanda: quia Fidalgus arctiſſimè adſtringetur, & carceris moleſtia grauabitur. Sed reſponde, quòd l. ſi quando. loquitur in patre, qui aduerſus naturæ legem, qua docetur diligere filium, ei grauiſſimam legem iniquis pactis imponit, hoc autem optimo iure improbatur, vt dixi, verſic. præterea non obſtat, quòd fœmina & violator legis naturæ pactis vim allegare aduerſus filium non poteſt, quem pro iure ſuo videtur ad quiduis faciēdum impellere poſſe. Deinde hic non fit pactum: vt cōiiciatur in carcerem, ſed quòd in defectum nō ſolutæ pecuniæ cogatur ſpreto nobilitatis priuilegio.

72 Præterea † adducit. l. vt vim. ff. de iuſtitia & iure. ibi. & cum cognationem quandam inter nos natura conſtituerit, hominem homini ī diari nefas eſt. Et quòd tollere homini libertatem eſt ei inſidiari. Sed hoc non magis quadrat Fidalgo, quàm plebeio: vtrique enim inſidiari nefas eſt: nihilominus tamen admiſſum eſt, vt plebeius ex pacto poſſit conici in carcerem publicum. Deinde hic non fit pactum, vt Fidalgus coniiciatur in carcerem, ſed vt ſoluat rem alienam, & ꝙ non ſoluendo carcere cogatur ad reponendum alienum.

73 Quintò † adfert. l. prima, § quæ onerandæ. ff. quar. rerum act. non det. ibi. Semperque ſit metu exactionis ſubiectus, propter quod quiduis ſuſtineat patrono præcipiente. Et quòd cum hęc ſubiectio non tolleretur fauore patroni, qui libertatem (donum inæſtimabile) dedit liberto, multo minus tolerandum in Fidalgo, qui nullum beneficium accepit. Sed reſponde, quòd immo accepit plus quàm beneficium, ſcilicet pecuniam, quæ ad tranſigendam miſeram huius caducæ vitæ fragilitatem non minus confert quàm ſanguis. Deinde reſponde, quòd lex illa loquitur, quando libertus cupiditate conſequendi libertatem duriſſima promiſit domino, vt eum manumitteret, & dominus voluit illum metu exactionis ſemper habere ſubiectum, ideo duriſſima impoſuit. At hic Fidalgus liber erat, neque metu renunciationis erit ſubiectus: cum ſolutione liberetur, ſoluere autem quod debes ſanctiſſimum eſt, neque dimittitur peccatum, niſi reponas, quod à fratre accepiſti. Neque obſtat, ſiquis obiiciat, quòd. §. quæ onerandæ. habet etiam locum, quando accepta iam libertate libertus oneroſa promiſit, id enim verum non eſt, niſi conſtet libertum metu ſolo vel nimia patroni reuerentia ita ſe ſubieciſſe, vt pœnali ſtipulationi ſe ſubiiceret: vt ibi probatur expreſſe. At hic Fidalgus neque metu, neque patroni reuerentia, ſe ſubmiſit, neque creditor patronus eſt, immo neque creditor, quo vſque contractus ſit abſolutus, perfectus & celebratus.

74 Rurſus allegat † quòd pater contra pietatem tractans filium cogitur illum emancipare. l. fina. ff. ſi quis à par. fuer. manu. Et quòd cum aſperitas patris non toleretur, in filios, qui patribus tantum debent. Multo minus tolerabitur hæc aſperitas ab eo, cui nihil debemus. Sed hoc argumentū parum habet roboris: nam hac ratione nullus neque nobilis, neque ignobilis pateretur carcerem pro ære alieno: Nam. l fina. non minus loquitur in nobili quàm in plebeio. Deinde hic non coniicitur, quis in carcerem directè, neque ſimpliciter, ſed in defectum alieni æris non ſoluti.

75 Præterea † adfert. l. libertos. C. de obſequen. ibi. cum nobis cordi eſt, ingenuis magis hominibus, quàm libertis rempublicam frequentari. Sed hac ratione nullus ignobilis pateretur carcerem. Nam & ignobiles ingenui ſunt, & ingenuis hominibus præſtat rempublicam frequentari. Deinde notat eam legem ibi neque vincula perpeti & ibi. potius obſequium quàm ſeruile miniſterium. Sed quid hoc ad rem, de qua agimus, alioqui ex eo textu nullus patietur vincula pro ære alieno, quod eſt ſimpliciter falſum. Deinde illa lex in alio caſu loquitur, ſcilicet in liberto, qui operas non promiſit. Et dicit textus, quòd cum operas non promiſerit, non eſt pro eis coniiciendus in vincula. Quid hoc ad noſtrum tractatum, vbi nobilis promittens ſolutionem rei, quam accepit, renunciat priuilegiis Fidalguiæ, aliàs rem non accepturus.

76 Rurſus † profert l. fin. C. de non numerata pecunia. quæ nihil meo iudicio euincit; nam licèt confeſſio iurata de numerata pecunia non impediat exceptionem non numeratæ pecuniæ: quia mutua pecunia egentes facile ſeſe ad quiduis obligant. Tamen hic Fidalgus pecuniam accipit, quòd ſi non accipiat, renunciatio Fidalguiæ nihil nocebit, & exceptione non numeratæ pecuniæ tutus erit, iuxta. l. fi.

Poſtremò allegat, quòd ſi nobilis poſſet priuilegio Hidalguiæ renunciare, iam olim tabelliones eam clauſulam ſuis ſcripturis adieciſſent. Sed hæc coniectura ad iuris & iuſtitiæ lucem parum facit. Nam quotidie tabelliones nouas addunt clauſulas & renunciationes maioribus noſtris inauditas, vt patet conferenti inſtrumentum emptionis factum ante centum annos cum his quæ hodie fiunt, non tamen inde infertur, quòd nouæ clauſulæ non habent firmitatis robur. Deinde Vaſquius. Non euacuat vim. l. quarta titulo ſecundo libro quarto, ordi-
77 nationum dicens † quòd nobilis per conductionem regij vectigalis amittit priuilegium nobilitatis. Tamen quòd id expreſſe facere non poſſet: ſicuti videmus in clerico, qui expreſſe non poteſt abdicare à ſe priuilegium fori ſacerdoralis. Tacite tamen bene poteſt, videlicet exercendo artem turpem. c. vniuerſitatis. de ſenten. excommun. iuncto. capit. primo, de cleric. coniuga. in ſexto, Alexand conſi. 8. numero 2. lib. primo. Quare dicit, quòd nobilis conducendo regia vel vectigalia amittit priuilegium nobilitatis, non tamen id expreſſe facere poſſet. Deinde adducit, quòd cum nobilis amittit priuilegium nobilitatis ex conductione regij vectigalis, vel clericus priuilegium fori, potius videntur eis adimi tā quam indignis quàm amittere ea ex remiſſione. Sed certè l. 4. nō tam vrget, dū diſponit, ꝙ nobilis conducens regia vectigalia pōt capi q̄ in ratione generali quam ſtatim ſubiicit. ibi, porque el miſmo quebranta ſu libertad. Nam de iure cum ratio eſt generalior lege extēdit

vltra

Source : BIU Cujas

vltra casum legis l.j.§.sexum.& ibi Bar.ff.de postu.Bald.in l. generali.C de episc & cleri. Iaſ.in auth quas actiones.nu. 17. C. de sacr.eccles.Rursus non potest videri adimi.in d.l.4.priuilegium ob indignitatem:non enim adimitur. Sed dicit, ꝙ non gaudet priuilegio nobilitatis.

78 Non † enim cõducere regia vectigalia res est indigna ea indignitate quæ pœnam, hoc est priuilegii amissionem promereatur, sed nobilis non gaudeat priuilegio fauore census regij.

79 Et quod adfert de sacerdote dissimile est:nam † Sacerdotẽ exercere artem turpem,puta histrionicam,res est indigna,quę coercionem & amissionem fori meretur. At nobilem conducere regia vectigalia non est res indigna, hoc est impia, criminosa, vel turpis.sed forsan est minus honorifica, quàm nobilem deceat. Alioqui conductor regii vectigalis amitteret omnia priuilegia nobilitatis,sed non amittit.

80 Nam † neq; mercatura,neq; exercitium artis vilissimæ tollit Fidalgo priuilegium nobilitatis, licèt harum rerum exercitiũ multo vilius sit, quàm conducere regia vectigalia. Vt dixi nu. 34.Cur ergo tollat conductio regii vectigalis Ea ratione, ꝙ est res indigua:cum res sit minus indigna, hoc est minus dedecorosa,quam exercitium mercaturæ,aut artis vilis.

81 Certè † nobilis conductor regij vectigalis non amittit priuilegium nobilitatis,nisi solum quoad hoc,vt possit duci in carcerem.Vt in d.l.probatur,quod non ob aliud statuitur, nisi vt regius census ad defensionem communis patriæ necessarius incolumis sit,non autem ob indignitatem, alioqui omnia priuilegia nobilitatis amitteret. Et ꝙ illud non disponatur ob indignitatem conductionis,probatur:quoniam vbicunq; quis debet pecuniam regi,ex quacunq; causa debeat, non gaudet priuilegio nobilitatis,vt in d.l.4. Non omittendum, ꝙ Celsus verbo Hidalgo, versi. 7. inquit, hidalgum conducentem regia vectigalia amittere priuilegium immunitatis à carcere ex ratione,quam reddit in verbo arrendador, ver. 7. Scilicet quoniam iure regio prohibitum est que el cauallero non cõducat regia vectigalia.l.6. titu.j. lib.6 ordi.Sederrat:quoniam:ibi cauallero, significat hominem potẽtem,à quo nõ facile exigeretur regiũ vectigal.Alioqui si ob trãsgressionem illius legis Fidalgus amitteret priuilegium,nõ amitteret illud cõducẽdo redditus ecclesiæ vel gimnasij Salmanticẽsis. Vtrumque enim prohibetur al cauallero in d.l.6. manifestum autem est,ꝙ si cõducat redditus gimnasij Salmãticensis, ꝙ nõ ideo amisso priuilegio nobilitatis poterit ratione redditus conijci in carcerem. Cum de ea re non sit lex,neque inducẽda sit priuatio,nisi in casibus à iure expressis:vt in Authen. de non eligen.secun.nuben.§.cum igitur. Bald.in authen.ex testamento.nume.5 C. secun. nupt. Iaſ. in l. in cum quidam ff.de liber. & posthu.& in l.quod te. colum. antepenult.ff.si cert.peta.& in l.2.nu.39 ff. de vulg.& in l.ab hostibus.ff.sol.mat.Nõ videtur prætereũdum,ne quis labatur imprudẽs quod disposita.d.l.6. nõ descendũt à dispositione leg.milites.C.loca.Nam ibi de militibus Romanis,qui semper in armis erãt,ideo prohibebãtur esse cõductores etiam ruris, ne omisso armorum vsu fierent agricolæ. At quid hoc al cauallero. alioqui etiam non poterit conducere rus, sicut miles non poterat, quod est falsum. Cauallero in dicta l. 6. significat virum nobilem diuitiarum splendore potentem, quod receptus vsus loquendi satis probat.

Hactenus aliena argumenta retuli,& profecto mirum videri potest,quòd qui hanc tuentur opinionem, nõ adduxerint il-

82 lud, quod magis vrget, Scilicet † ꝙ miles (cui iure conceditur priuilegium ne teneatur vltra quam facere potest) l miles.ff.de re iudi. Quod inter alia præstat ne pro ære alieno in carcerem ducatur,vt dixi.c. 3.nu. 2. non potest suo priuilegio renunciare, ita docuit Iacobus Ra.in l.si crediderit.ff.de pact. quod putat verum Alex.in l.alia.§.eleganter.nu.16.ver.in milite.ff. sol. matr. Iaſ.in l.miles.col.j.ff.de re iudi.Butrius consi.41.satis puto.Quoniam id priuilegium competit personæ. Ergo cum immunitas à carcere competat personæ Fidalgui,videtur quòd ei non possit renunciari.

83 Deinde † donator non potest renunciare suo priuilegio, ne conueniatur vltra q̃ facere potest,quod docuit Iacobus Ray.in loco supra citato.Quoniam non minus est priuilegiatus donator,quam maritus.l.& exhęredatum. ff.de re iudi. & idem videtur tacitè sensisse Imola in l.ex diuerso §. fi.ff.solu. matri. dum docet,ꝙ maritus & donator prosunt etiam latæ sententiæ opponere suum priuilegium, licèt alii habẽtes idem priuilegium non possent,& subiicit ratione:quoniam cum expresse possint suo priuilegio renunciare,multo minus tacitè,omittendo oppositionem exceptionis,argu.l. qui ad certũ.ff.locati.& l.si spõsus. §. si maritus. ff. de donatio. inter virum & vxor. Sed certè idem dicendum in aliis idem priuilegium habentibus : quoniã hæc exceptio moderatur sententiam,& non cõuellit eam.Neque repugnat eius decreto,ideo generaliter opponi potest,etiã post sententiam.l.Nesennius.ff.de re iudi.Doctores in d.l.ex diuerso § fi Alex.in d.§.eleganter.

Hæc argumenta me non cogunt à sententia discedere,si cuiusque rei vera ratio expendatur.Primò donatorem non posse suo priuilegio renunciare,falsum est docet Alexan. in d.§. eleganter.num.16.versic.reperio.& Barto.in §.eleganter.col.j qa priuilegium non datur personæ,sed contractui.Deinde ꝙ attinet ad militem, puto non posse suo priuilegio renunciare, nẽ ducatur in carcerem: quoniam si posset duci in carcerem, Respublica à qua alitur & quæ eius opera defenditur periclitaretur.Hęc ratio colligitur ex l.milites C.locati.Vbi postquam lex dixit,militem non posse conducere,neque fideiubere pro conductore,subiicit rationẽ. Ne omisso armorũ vsu ad opus ruresstre se conferant & vicinis graues præsumptione militaris cinguli existant. Armis autem non priuatis negocijs occupentur: vt numeris & signis suis iugiter inhærentes rempublicã à qua aluntur ab omni bellorum necessitate defendant.

84 Ergo † cum miles prohibeatur conducere: quia esset impedimentum militaris exercitij, vt significat Alexand.in leg miles ita.& Gabriel Sarai.in aditione ad Mathesilanum singu.61. Certè menti legis videtur conforme, ne possit renũciare beneficio, ne conueniatur vltra q̃ facere possit. Quoniam si valeret renunciatio,posset duci in carcerem,deinde spoliaretur facultatibus ad alimenta necessariis,si deberet regi ex alia causa q̃ cõductionis Et tamen vbicunque debet regi,non gaudet priuilegio,vt supra.Item si ideo esset,ꝙ si careret alimentis, nõ posset militare:nam absque alimẽtis non viuitur,quod intellige,iuxta leg 6. titulo 5 parti. 3.Sed quid hoc ad temporarios milites nostri regni : nam de his, qui equestri militiæ apud Neapolim dant operam aliud sentio,vt per Zasium in tracta. Substitutionum.col.630.leg.29.tit.14.partita 5.Alex.l. Cẽturio.nu. 23.leg. 6.titu. 9.partita 3. Deinde quid hoc ad Fidalgos, qui non militant more Romanorum militum.

Illi enim in bello & pace in ocio & in negocio semper in armis erant.Et à republica dato stipẽdio alebantur, eisq; propter vsum armorum tribuebatur priuilegium,nõ verò propter nobilitatem. Alioqui omnes nobiles Romani gaudebant militari priuilegio, quod est ridiculum : aliud enim est militia, aliud nobilitas.

86 Ergo † cum aliud sit esse militem,aliud esse Fidalgum, Fidalgus enim est nobilis,sed non est miles,certè nõ sequitur, miles non p̃t renunciare suo priuilegio, ergo neq; Fidalgus. Alioqui neq; Fidalgus poterit rẽ ꝺducere:qm̃ miles nõ p̃t, vt in d.l.milites.quod est simpliciter falsum.Deinde sequeretur,ꝙ Fidalgus, vel nobilis non teneretur in plus,quàm facere posset quod est falsum.Deinde in eis est dispar ratio : nam Fidalguia est priuilegium, à maioribus iure sanguinis deriuatum, miles non iure sanguinis, sed propter militare exercitium, reipublicæ bellorum,tempore vtilem. Armatur priuilegio, cui posse renũciare esset rempublicam prodere, nimirum periclitaretur suis defensoribus orbata.

Non obstat si quis inepte argutus exageret rationem Alexãdri dict.nu.16.Et Iasonis in leg miles.colum. j ff. de re.iudicat.

87 Vbi dicit,† quòd miles nõ potest suo priuileg o renunciare: qa priuilegium competit personæ,vnde videtur, ꝙ idem in Fidalgo:quia competit personæ. Respondeo, quòd priuilegium militare non datur personę simpliciter,sed militari exercitio,quod liquidò cõstat : quia miles nõ militans non gaudet priuilegio, nisi sit in seruitio regis,leg pe.C.de testa.mili. & Bar. & Doctores in leg.miles.ff.de re iudi.leg. 29.titulo 14.patita 5.leg.6.titulo 5.patita 3.leg. 31. titulo 14. partita 5. leg.15.titulo j.partita j. Quare verba Alexandri & Iasonis cãdidè sunt interpretanda, nõ inepte exagerãda; nam priuilegium militare competit personæ propter exercitium militare. Quod deferere non potest, sed nõ simpliciter propter personam. At priuilegium Fidalgui non datur propter personam,neque propter exercitium personæ, sed quoniam descendunt à maioribus eo priuilegio ornatis.Itaque est ius, quod competit propter sanguinem non propter personam. Immo ius & priuilegium datum propter personam & propter eruditionem, vel professionem sciẽtiæ, potest renunciari,vt iure regio probatur in l.8.in finalibus verbis.titulo finali,parti.secunda.

88 Priuilegium † autem militare seruandum in militibus diui Ioannis,qui perpetuò reipublicæ militant:vt per Zasium in tractatu substitu. colum 630. & in militibus qui hodie.Neapoli. regi militant,vt per Zasium,vbi supra,late Alexand.in l.centurio.nume.23. ff. de vulg. An autem miles debeat esse armatus, vt gaudeat priuilegio militari, vide lib. 4. ordinatio. titulo. de los caualleros.Auendan.in dictionario verbo cauallero. Et an milites nostri temporis gaudeant priuilegio militari, vide Ripam in l.centurio.ff.de Vulga.Afflic.in constitu. Sic. rubrica 9. lib.primo,numero 28.DD.in l.miles. ff. de re iudica. & in l.prima.C.de iur.& fact.ignoran.Iason.in l. miles. ff. de re iudica. & ibi.Alexand.doctores in l.centurio.ibi Alexand.numero vigesimotertio, & melius numero vigesimoquarto. Qui referunt alios, & tractant, an milites vacantes ocio & mercaturæ & non armis possint torqueri, vel pro ære alieno capi. Sed ego, cum loquantur aduersus legem, certè si non militent, eos

Source : BIU Cujas

non excuſabo: niſi aliud admittat conſuetudo. Redeundo ad quæſtionem, quod nobilis non poſſit renunciare priuilegio nobilitatis. Illud aliquem mouere poſſet, quòd ſi hoc admittatur, breui tabelliones in addendis nouis clauſulis vſq; ad iniquitatẽ curioſi hãc nouam clauſulam perpetuò inſerent ſcripturis ſuis, priuilegiumq; hoc recta ratione nobilitati conceſſum in ęternum exulabit. Quod autem hoc priuilegium quo ob æs alienũ nobiles non detruduntur in carcerem, non ſit iniquum patet: quoniã maximè diſcedit à rigidiſſima diſpoſitione huius legis.

89 Carcer † enim videtur eſſe cauſa prævia ad addicẽdum inopem debitorem creditori, quod duriſſimum eſt & pœnæ corporali prorſus par Sed hoc argumentum me trahit in eam ſententiam: nam hac tanè ratione ſtatuendum eſſet, ne fęminæ renunciare poſſent Velleiano. Et ne minores priuilegio minoribus conceſſo iureiurando renunciarẽt: qiñ tabelliones in omnibus ſcripturis à fęminis factis addunt renunciationem Velleiani, atq; itẽ minoris ætatis beneficia addito iureiurãdo inania prorſus efficiunt. Hæc autem beneficia rectiſſima naturæ ratione ſubſiſtunt (oportet enim fęminarum & minorum imbecilli ingenio ſuccurri) Nihilominus tamẽ res æquiſſima, naturæ cõformis & tot legibus conſtituta tollitur renunciatione, quæ tã familiaris eſt tabellionibus: vt nulla magis, atq; adeo bonus tabellio non haberetur, qui eã non adderet. Credoq; prorſus ideo hactenus non inſeri nobilitatis renũciationem: quoniam probroſum quiddam continet, videturque cõtrahenti male ominari. Quare illi qui ſunt ferociori ingenio renunciationem indigniſſimè ferent, niſi de ea re pactum cum contrahente factum fuiſſet.

90 Nam † renunciare minoris ætatis & Velleiani beneficio nõ eſt dedecoroſum fœminæ neq; minori, etiam ſi principes ſint. ideo tabellio ſponte ſua etiam à parte non admonitus addit renunciationem. At renunciare nobilitati, neſcio quid continet quod fidalgum cõtrahentem & pręmit & deprimit, triſtemq; euentum pollicetur. ideo tabellio renunciationem nunquam audebit addere. Niſi à partibus admonitus, aliqui oportet eum parare manus, ꝙ videatur ad duriores conditiones virum nobilem inſolentibus clauſulis adigere. Quod omnibus nobilibus mouebit, itaq; non eſt periculum, ne hæc clauſula addatur ex more omnibus ſcripturis; nullus enim tabellio tale quidpiã audebit facere. Niſi differte à partibus admonitus, & vix ipſa pars audebit dicere nobili, vt renunciet nobilitatem. Denũciat enim ei carcerem, & quòd non erit ſoluendo. Oportetque qui tale quidpiam petierit, eſſe probe loricatum. Mihi hæc opinio verior videtur.

91 Eſt autem res manifeſtior † cum nobilis iurat renunciationem, nam & ipſe Vaſquius qui rem tot telis tot argumentis cõmuniuit, dicit renunciationem indubitanter valere. Si adſit iuramentum, ita docet in tractatu de ſucceſſio. j. parti. lib. 3. §. 28. limitatione 32. nu. 19. ver. & ſic hanc partem.

92 Quoniam † iuramentum ſeruandum, vbicunq; ſeruari põt abſq; interitu ſalutis æternæ. c. cum contingat. de iureiur. Confirmatur hæc opinio: quoniam beneficium auth. hoc niſi. C. de ſolu. inductum in fauorem debitorum. Non poteſt renunciari, vti ſcripſerunt nonnulli, quos retuli capite j. nu. 49. ver. adeo autem hoc remedium, Tamen addito iuramento renunciatio valida eſt, auctore Ripa in l. 2. §. mutui datio. nu. 28. verſi. item, de qua dixi d. c. j. nu. 50.

93 Quod confirmatur † quoniam licèt debitor facti liberetur præſtando intereſſe, non liberatur offerendo intereſſe, ſi factũ iureiurando promiſit, vt docui capitulo j. nume. 6. verſic. præterea qui promiſit.

Rurſus hæc opinio eſſet magis expedita, ſi nobilis tempore contractus, vel tempore, quo de eo incũdo agebatur. Affirmauit ſe nobilem non eſſe; tunc enim renunciatio facta ex abundantia valida erit, dolusq; nocebit nobili ita, vt renunciationẽ impugnare non poſſit. Decipit enim contrahentem, qui contractu abſtineret, niſi crederet eum nobilem non eſſe. Dolo autem alterius nemo prægrauari debet. c. nemo debet, de reg. iur. in 6. Et hoc caſu non ex ſola renunciatione, ſed ex affimatione inductus ſum ad contrahendum, & dolus ei nocere debet non minus, quàm renunciatio.

94 Quinimmo † etiam ſi non renunciaret priuilegio nobilitatis, videtur ꝙ ſolus dolus excludet eum, ſi alleget priuilegiũ nobilitatis. Minor enim, qui ſe maiorem aſſerit, nõ reſtituitur. l. 2. codice ſi minor ſe maio. dixe. & fęmina ſi mulans ſe virum non iuuatur Velleia. l. fęminæ. C. ad Velleia. l. ſi. decipienti. ff. eo. tit. & filiusfamilias aſſerens ſe ſui iuris eſſe, non iuuatur Macedoniano. l. eum qui. ff. ad Macedo. DD. l. j. C. eo. tit. Sic mulier aſſerens rem, quæ venditur, non eſſe dotalem, nõ poteſt alienationem impugnare. Vti ſcripſi in tractatu de non meliorandis dotis nomine filiabus. cap. 30. nume. verſic. ſic mulier. vbi alia ſimilia protuli.

95 Illud † tamen oportet animaduerſum, ꝙ aſſeueratio nobilis dicẽtis ſe ignobilem eſſe, non ſuffragabitur creditori, ſi ſciebat aſſeuerationem falſam eſſe, & contrahentem eſſe nobilẽ: tunc enim non decipitur, & ſibi ipſe præcipitium parat. Hæc limitatio ſuadetur: quoniam non fit fraus ſciẽti. i. cum donationis. C. tranſactio. Quare filiusfamilias mutuum accipiens aſſeuerãdo ſe ſui iuris eſſe, poteſt nihilominus vti beneficio Macedoniani, ſi creditor ſciebat illud eſſe falſum, quod prudenter docuit Dynus conſi. incip. iure municipali cauetur. Alex. conſi. 122. col. 2. libro 6. & alii quos citaui dict. c. 30. nume. 12. verſicu. quod tamen limitandum.

Facit quod ſcribit Antonius Gomeſius in l. 79. Tauri. nu. 4.

96 † ꝙ nobilis tempore contractus negans ſe nobilem poteſt duci in carcerem, arg. l. qui cum ſe. ff. de re iudica. quod limitat, niſi mutuans ſciebat negationem eſſe falſam. Addit tamen, ꝙ nobilis negans per ignorantiam ſe nobilem eſſe, nõ amitteret priuilegium nobilitatis, arg. c. j. §. vaſallus. el j. ſi de feu. defuncti fuerit conten. inter domi. & agna. & ibi. Bal. Cõfirmatur: quoniam hic non eſt dolus, neq; renunciatio tacita, neq; expreſſa, nemo enim videtur renunciare iuri, quod neſcit ſibi competere. l. mater decedens. C. de inoffi. teſtamen. Nam pœna negantis ceſſat ceſſante dolo. Iaſ. lege j. num. 15. C. de tranſactio. Aluaro. & Prępo. in d. §. vaſallus. Iacobinus ſancti Georgij in tractatu feudorum, verbo, dictiq; vaſalli promiſſe. nõ commi. felon. col. 8. ver. vndecima cauſa. Zaſius in epito. feudo. par. 10. conſi. lu. 7. Ang. & Raph. Com. in l. ſed hoc ita. §. quod autem. ff. de re iudi.

Rurſus † renũciatio nobilitatis facta ab eo, qui nobilis eſt ex

97 priuilegio, non vero iure ſanguinis, nõ poterit vllo modo impugnari. Hic enim res eſt manifeſtior quàm in eo qui nobilis eſt iure ſanguinis. Hic enim non quadrant illa argumenta, quæ pertinaciter indoctis & arroganter pertinacibus placent, non poſſe ſcilicet renunciari ius ſanguinis & cætera quæ vulgò proferuntur. Prętera hic nõ eſt nobilis, ſed habet priuilegia nobilitãtis priuilegio aũt ſuo qlibet renũciare pt. l. pe. C. de pactis. Neq; eñ pecunia emi pt virtus, vel generoſitas vera, vt inquit Euripides apud Stobeum ſermone 85. & in Prouerbium apud nos abit. El Rey no puede hazer hidalgo. Deinde neq; abſurdum, neque in iniquum eſt, vt priuilegium nobilitatis adeptus data forſan pecunia illo careat. Accepta pecuuia à creditore ea conditione, vt non gaudeat priuilegio nobilitatis. Poſtremò res venalis non maiorum rectè factis, ſed opibus parta non eſt eius dignitatis, vt abſurdum ſit renũciationem eius admitti: cum tota hæc nobilitas non alias habeat radices, quàm crumenã egẽti principi oblatam. Satis eſt, ꝙ hic gaudeat priuilegiis nobilitatis, ſed iniquum & ſtultum eſt iudicare, ꝙ volens non poſſit eã renunciare, cum res de facili redeat ad ſuam naturam. Idem ſentio de his, qui muneris ratione nobilium priuilegiis gaudẽt, puta monetarij & ſimiles. Illud tamẽ longo indice notandum, ꝙ ſi quis à Principe habeat priuilegium nobilitatis quoad hoc, vt ob æs alienum nõ coniiciatur in carcerem. Certè ſi princeps id conceſſit: vt ex peditius ſibi militaret, non poterit ei priuilegio renunciare, neque renunciatio valebit. Ne princeps cuius nomen prius eſt ſpoliatum ſuo milite quem ad regni defenſionem parauit, quod intelligo pro tempore ad bellum neceſſario non vero, cum abſoluto tempore belli domi ſedet. li. 6. titu. 5. par. 6. Sit exemplum. Philippus Rex Catholicus ſalubri conſilio vt ducum ſuorũ rapinas auerteret, militiam nauale inſtituit datoque in pace & bello ſtipendio milites conduxit. Vt primo ſtatim miteſcente verè claſſis ad maritimæ oræ præſidium educatur. Illudque priuilegij non ſine conceſſit, ne ob æs alienum in carcerem ducantur, finge militem huic priuilegio renunciaſſe, an poterit duci in carcerem? Certè tempore quo bellica expeditio facienda eſt non poterit, ne princeps careat obſequio ſibi debito, cuius obligatio antiquior eſt quàm nomen creditoris. Hæc opinio probatur in l. milites. C. loca. Vbi miles conducens prædium non obligatur, nec reſpublica eius opera careat. Rurſus probatur: quoniam ratio, quare antiquitus milites non conueniebantur vltra, quàm facere poſſent, erat, ne præ inopia cogerentur deſerere militiam: vt per Alex. in l. miles ita. ff. de re iud. ergo creditorum conſenſus ſufficere non debet. Rurſus probatur in l. præſenti. §. ſanè. C. de his qui ad eccleſias confugiunt.

100 Vbi † immunitas eccleſiaſtica non prodeſt ſeruo neque alio obſequium præſtare obligato, ne dominus eius obſequio fraudetur. Sic licèt quis ex ſuo facto amittat priuilegiũ nobilitatis, tenetur tamen ſubire onus nobilitati impoſitum, quatenus ſeparabilia ſunt. Bar. l. j. col. pe. ver. ex quo infero. C. de dig. li. 12. Facit. l. 3. §. fi. ff. de interd. & releg. notant Pla. & Ang. in d. l. j. Fely. & Deci. in c. intelleximus. de iudi. Ripa in l. fi. q. 50. C. de reuoc. donatio. Iaſ. in rubri. ff. de iuſtitia & iure. verſicu. quintò facit. colum. fina. Angel. Aretin. in tractatu malefic. verbo. Sempronium. colum. fina. Si tamen debitor deſtinato conſilio vt priorum creditorum manus effugeret huic militiæ ſe adſcripſit, certè affectata militia ei prodeſſe non debet. Textus eſt expreſſus in lege ſi quis decurio. C. de decurio. ibi. Si quis decurio aut ſubiectus curiæ auſus fuerit vllam affectare militiam nulla temporis præſcriptione muniatur. Idem probatur in l. ſi maritus. 2. §. legis. ff. ad leg. Iulia. de adulte. ibi. Cæterùm ſi

euitandi

Source : BIU Cujas

euitandi criminis sui causa id egit: vt reipublicæ causa abesset, nihil illi commentum hoc proficiat. Optimus textus in l. semper. § Diuus quoque Pius ff. de iure immu. ibi illud excutiatur, an effugiendorum munerum causa imaginem nauicularii induat. Sic si quis in fraudem ingrediatur religionē, vel suscipiat sacros ordines, non potest opponere priuilegium sacerdotale. Bal. in auth. causa quæ sit cum monacho col. j. C. de episc. & cleri. Bar. in l. j. col 3. ff. de pę. Abb. in c. j. col. pe. de obli. ad ratiocin. Sic corrumpens consanguineam: vt Pontifex procliuior sit ad dispensandum, vt cum ea contrahat matrimonium, indignus est dispensatione. Sed vidi quæstionem hanc apud Senatores huius grauissimi prætorij agitari, quidam nobilis à Paulo centū mutuatus ꝓmisit soluere ac si esset pecunia regis, his verbis apud nos maximè vsitatis. Prometto de pagar los como marauedis y auer de su Magestad. Quærebatur, an videretur renūtiasse priuilegio nobilitatis; nam nobilis debens regi nō potest aduersus eum opponere priuilegium nobilitatis, vt in carcerē non ducatur, si non soluat.

101 Equidem † si tacitè vel expresse constet de voluntate & mēte contrahentium ei stabo. Nam contractus ex conuentione legem accipit, & in contractibus mens contrahentium spectanda & per omnia seruanda. l. fi C. quæ res pig. obliga. poss. & in l. sed Celsus. § si fundus ff. de contrah. emp glo. pe. in l. si in vendi tione. ff. com. præ & in l. ita stipulatus. magna, cum gl. in ver. ex sententia. ff. de verb. oblig Iaſ. in l. 3. col. 2. C. de lib. præte. vel exhære. Si autem de voluntate non constet, nihilque proferatur hæc verba in instrumento descripta, profecto non credam voluisse renunciare priuilegio nobilitatis, sed retulisse se ad breuem soluendi diem.

102 Nam † princeps pecuniam suam peculiari celeritate exigit. Neque omittendum est, vt ex verbis generalibus congruum sensum iuxta superiorem interpretationem habentibus inducatur tanti priuilegii amissio: hic enim nullum est verbum renunciationis priuilegii nisi per relationem ad aliud scilicet ad regiam pecuniam, & quòd regia pecunia seuere nullo obstāte priuilegio exigitur. Hæc autem verborum inductio sufficere non debet: nam renunciatio vt noceat, debet esse specialis, expressa & diserta: vt prudentissimè scribit Abbas post alios in c. cum contingat. nu. 23 & 24. de iureiur. Et nemo videtur renunciare suo priuilegio Ripa respon. lib. 2. c. 19. nu. 26.

103 Rursus illud maximè notandum † quòd licet nobilis in contractu renunciet generaliter omni legum auxilio. Non ideo cēsendus renunciasse priuilegijs nobilitatis, neque ex tali renūciatione poterit duci in carcerem, renunciatio enim debet esse specialis, neque extenditur ad incogitata, vt dixi supra. Neque obstat, quòd fœmina renuncians omni legum auxilio in assumptione tutelæ potest capi: quia videtur renunciasse priuilegio fœminis concesso, ne capiantur, vt notant plures citati nu. 57. Quoniam ea opinio falsa est & perniciosa, vt dixi nu. 40.

104 Sed † quid si quispiam nobilissimus puta dux vel comes renunciet nobilitati & obliget personam suam. Quæro, an æris alieni ratione duci possit in carcerem. Videtur posse: quoniam verius. Primò quoniam duces & comites sunt mēbra regni, quibus respublica defenditur, & regis comitatus ornatur. l. 6. tit 9. p. 2. Quare cum creati sint: vt regnum defendant, regisque curas adiuuent, vt ibi dicitur. Videtur quòd etiam si renuncient, respublica non debet eorum opera carere, arg. l. milites C. loca. & eorumque dixi supra. Deinde scandalum & absurdissimū quiddam continet, comitem vel ducem capi ob æs alienum, non minus autem improbanda, quæ absurda sunt, quàm quæ legi nominatim aduersantur. l. nam absurdum. ff. de bon. liber. Præterea dedecorosum est tori reipublicæ. Principes viros carceris squallore ex priuata renūciatione premi. Esset enim sublatis canibus rempublicam exponere lupis, hoc est hostibus. Quanquam nonnulli istorum plusquam hostes sunt reipublicæ, nimirum praua educatio ex diuitiarum affluentia & fortunæ indulgentia contracta, prorumpit in fastum plusquam tyrānicum, quare veris animi bonis carentes, sua citò absumunt, deuorantes aliena, titulo nobilitatis rapta defendunt. Eoque impudentiæ res processit, vt male feriati quidam magnificum cum primis & illustre putent, præmi multo ære alieno, ꝙ sibi cum regibus & monarchis commune sit. Nihilominus tamen auctoritas qua in republica præcellunt, induxit morem, vt etiā si centum auri myriades debeant, relinquatur eis, quantum satis est ad alimenta cum dignitate, vt dico c. seq. Hic mos iure nō probatur, sed consuetudine nō absurda defenditur. Si enim res definitur, quòd nobiles sunt, certè nobilis iure regio solùm gaudet priuilegio, ne ducatur in carcerē, at non relinquuntur ei alimenta, neque gaudet beneficio, ne conueniatur in plisquàm facere possit, vt supra dixi, neque enim est lex, quæ hoc dicat. Quòd si definitur ex eo, quòd miles non potest conueniri in plusquam facere possit, l. miles. ff. de re iudi. certè hi milites non sunt; alius enim est nobilis, alius miles. Præterea non militant, sed in regali ocio degunt, & miles, qui non militat, non gaudet priuilegio militari: vt docui supra. Itaq; hęc res potius cōsuetudine perpetuò recepta, q̄ iure defenditᵉ. Neq; mihi displicet deferri illustribus viris, prętertim si vt splendore generis ita & animi bonis illustres sint, si quæ rem non scortis, non alea, non luxu, non comessationibus contriuerunt. Quid tamē si non alēdis egenis, neq; elocandis virginibus, neq; regiis obsequiis sua assumpserunt, & aliena deuorarunt. Sed fęde profusi soluendo non sunt. Certè me haberent iudicem parum ęquū: neq; enim fauendum luxui, gulæ, aut fastui suspirante creditore, qui forte suis malis nominibus satisfacere non potest. Certè non ex hoc nimirum non præmerem carcere principem virum, neq; alimenta negarem, sed alimenta iuxta familiæ dignitatē non cōcederem, sed rem strictè moderarem. Argumēto eius quod de filio prodigente legitimam scripsi in tractatu de non meliorādis filiabus, c. 16. nu 19. & eorum quæ dixi c. 2. nu. 46. Sed enim aduertendū, ꝙ hic mos tantum admittendus in viris vitæ splendore & illustris familiæ dignitate præcellētibus, neq; sufficeret descendere ex Mendocia familia. Etiam si genus referre possis ad ipsum familiæ conditorem, sed oportet illustris vitæ splēdore florere vel floruisse. In qua re statuēda oportet elucere iudicis prudentiam, sed ei non licebit arbitrari: cum nobilis oppidi alicuius principatu cū iurisdictione potitur à Principe cōcessa.

105 Huic † enim alimenta ex generali consuetudine relinqui solent. His enim certius deferēdus honos: eam enim habet vim iurisdictio oppidi concessa à principe. Vt etiam si ignobilis sit is, cui conceditur, nobilis deinceps cēsendus sit, vti opinatur Bar. in l. j. col fi. ver. ciuitas. C. de digni. li. 12. Isernia c j § persona, circa med. per quos fiat inuesti. Guido sing. 486. & decisione 385. Castan. consi. 64. col. 2. late Tiraq. de nobilitate. c. 7. Reliquos tamen fructus, qui deductis iustis alimentis supersunt accipient creditores. Cum enim ferè omnes illustres viri bona habeant, alienari prohibita & perpetuò fideicommisso subiecta nō possunt bona vendi ob æs alienum. Sed tantum fructus rerum venduntur, vel creditoribus adiudicantur.

106 Permissum † est enim rerum primogenij fructus ob æs alienum vēdere pro tempore vitæ possessoris. Vt scribit Bal. in authen. ei qui iurat. nu. 60. ver. Quæro, nunquid in rebus prohibitis C. de bon. auctо. iudi. possiden. arg. l. peto. § prædiū. ff. de leg. 2. & arg l fi § sin autem. commu. de leg. vbi vide Bal. in §. sed qa. & ibi Saly. ver. sed quia. Barb. in rub. de reb. eccle. non alie. fol. 5. col. 3. Bal. in c. j. col. 3. ver. quæro nunquid, de prohibi. feu. aliena. Lup. in rep rub. de donat. ir t. virum. & vxor. §. 12. aduertēdum tamen, nu. 3. ver. secus. & §. 52 vnde lucra. nu. 10. ver. & hinc est. & in rep. c. per vestras. §. 38. ampliabis. nu. 7. versi. & inde est. De qua re prolixe scripsi in meo tractatu de Primogenijs Hispanię.

107 Sed † an hic honos deferendus nobilibus, si exteri sint & nō Castellani. Nimirum Castellano regno contributæ sunt Bethica, Oretania, Carpentania, & ferè omnis Lusitania, exigua dedu cta parte, qua rex Portugalię potitur rectaq; in Septentrionem Cantabriam complectitur bonam citerioris Hispaniæ partem. Deniq; à mari mediterraneo vsq; ad Cātabricum Oceanum, quidquid terrarum in Hispania patet, iacet, Castellani regni esse censetur. Catera quæ sub Hispaniæ nomine veniunt in Aragoniæ, Portugaliæ & Nauarræ regna concesserunt. Et vnumquodq; horum regnorum suis legibus viuit. Est autem Castellana lege concessum, ne in carcerem ducatur nobilis. Quæro, quid si hoc iure vti vult nobilis Nauarrus, aut apud Aragonios natus, qui citerioris Hispanię vrbes incolit, vel in Lusitania natus est ad vltimum Occidentem, an vti possit priuilegiis nobilibus apud Castellam concessis. Hæc est quotidiana quęstio.

108 Non enim qui est nobilis in vna prouincia, est necessariò habendus nobilis in alia. Vti notat Bar. in l. j. col 7. ver. examinemus, & col. 9. versi. tertiò expeditis, & col. pe. & ibi Platea. col. 2. versic. & ex his infertur. C. de dignita. lib. 12. Paul. consi. 125. in 4. dubio, lib. 2. Bald. consi. 387. colum. j. lib. j. Solet enim nobilitatis opinio variari ex varietate regionum, ubique suis uigentibus moribus, ut scribit Decius in cap. nouit. de iudic. Bald. in cap. cum ab. Ecclesiarum. colum. secunda, uersic. unde si statutum. de offic. ordi. Cui rei adstipulatur, quod scribit Aristoteles lib. j. Politi. c. 4.

109 Deinde † exteri non possunt habere beneficia, neq; dignitates in regno Castellano, ut in l. 18. titu. 3. lib. j. ordina. Tertiò facit: quoniam hidalguia, quæ est nobilitas sanguinis, acquiritur præscriptione immemoriali, auctore Ripa Respon. lib. 2. c. 26. colum. 4. uersic. non obstat, quòd dominus, citat Roman. in singu. 289. Ioan. Andr. in c. Abbates. de priuilegi. in 6. Barto. in l. si publicanus. §. in omnibus. ff. de publican. & uectigalib. Innocen. in capitu. bonæ. secun. colum. secunda, in uerbo requisitus, de postula. præla. Bald. in cap. primo, ad fin. de constitu. Aretin. in l. more. colum. 2. ff. de acquiren. hæred. & iure regio est constitutum.

110 Nobilitas † eñ sanguinis nō datur à natura: oēs enim homines natura sunt æquales, ideo nemo præsumitur nobilis, nisi ꝓbet se nobilē, auctore Bal. l nō ignorat. col. j. C. de his q acc. nō pos. Soc. ꝑs. 49 col. j. li. 2. Rip. d. c. 26. col j. Corse. l c. grādi. col. 12.

Source : BIU Cujas

de ſupplen. negli. præl. Quòd ſi nobilitas acquiritur præſcriptione, quomodo aduerſus Caſtellanum regem potuit præſcribere Luſitanus qui ei nō ſubeſt, vel Aragonius, aut Nauarrus; cum non ita pridem ſuis peculiaribus regibus parerent.

111 ¶ Præſcriptio † enim ſolum nocet his, aduerſus quos eſt præſcriptum. Alex. conſ. 161. ibi. col. 6. lib. 5. Balbus in tracta. de præſcrip. 2. p. col. 2. ver. & ſi quæratur, & præſcriptio naſcitur ex ſciẽtia & patiẽtia. Deniq; ꝙ ſolum Caſtellani, qui ſunt vaſalli regis Caſtellæ gaudeãt hoc priuilegio, ſignificat l. 24. tit. 21. par. 2. ibi. al Rey cuyo natural o vaſallo fueſſe. Sed his non obſtãtibus certè exterus nobilis, apud Luſitanos, vel Aragonios, vel vbiuis terrarum, dum tamen in Hiſpania natus non eſt ob æs alienũ prẽmendus carcere, neque ad ſolutionem tributorum cogendus.

112 ¶ Nam † priuilegia, quibus Fidalgui gaudent, non ſunt conceſſa Fidalguis Caſtellanis, ſed Fidalguis totius Hiſpaniæ, Luſitani autem & Aragonij & Nauarri Hiſpani ſunt, ita probatur in l. 2. tit. 2. lib. 4. ordinatio, inquit lex. Queriendo guardar la franqueza que han los fijos dalgo de Caſtilla y de las Eſpañas. Neq; obſtat. ꝙ in aliquibus codicibus deficit Y. Qñ ſunt corrupti, & in omnibus codicibus ordinationum antiquis legitur Y. Rurſus probatur hæc opinio in l. 1. tit. 4. par. 7. ibi. tuuieron por mejor los Fidalgos de Eſpaña. Præterea probatur in principio tit. 3. par. 7. ibi. rieptanſe los hombres fijos dalgo ſegun coſtũbre de Eſpaña. Deinde ita legimus in l. 1. tit. 2. li 4. ordina ibi. El emperador Don Alonſo Otorgo que los fijos dalgo de Eſpañ. Poſtremò in pragmaticis fol. 187. & in pluribus legibus Stili legimus. Hidalgo de deuengar quinientos ſueldos ſegun fuero de Eſpaña. Ex quo infertur, hos nobiles, qui Fidalgui appellantur diſſeminatos eſſe per totam Hiſpaniam, & l. 2. tit. 2. lib. 4. ordina. dicit, vt ſeruentur immunitates non ſolum Fidalguis Caſtellanis, ſed Fidalguis Hiſpaniam, ſcilicet incolentibus vlteriorem & citeriorem, & licèt ea lex ſit cõdita à Caſtellano rege, potuit Rex Caſtellanus immunitate donare Fidalgos, qui extra Caſtellam ſunt, ſed verba eius legis videntur omnino hic inſerenda. Eſtablecemos y mãdamos queriendo guardar la franqueza que han los fiios dalgo de Caſtilla y de las Eſpañas que les ſeã guardadas todas ſus libertades, franquezas y eſenciones.

113 ¶ Præterea † Fidalgui, qui ſunt in vniuerſa Hiſpania, omnes deſcendunt ab eiſdem parentibus, nimirum à Gothorum gente, & ab his qui cum Pelagio Maurorum impetum fugiẽtes ſe ſe receperunt in Aſturicam: neq; enim legimus Gallos, aut Italos aut Germanos ſubſidio veniſſe Hiſpanis, vt Barbarorũ iugum excuterent, & ſi qui venerunt, pauci erant, & in patriã redierunt. Sed reliquiæ Gothorum, quæ cum Pelagio euaſerunt poſt annos ſeptingentos pulſis Barbaris Hiſpaniam receperũt.

114 ¶ Prærerea † cum Hidalguia probetur probando immemorialem, certè immemorialis referenda ad tempus, quod eſt magis vtile ei, qui eam allegat, hæc eſt opinio cõis, quam pluribus probat Alex. conſi. 6. num. 5. lib. 1 Io. And. & DD in c. cum Apoſtolicam. de his quæ fiunt à præla. laſ. conſi. 156. col. 1. lib. 2. Iacobinus Sancto Georgius in tractatu feudorum, in verbo cũ mero & mixto Imperio in fi. Balbus in tractatu præſcriptionum, in 1. p. 5. partis princi. q. 7. col. fi. Aufrerius in deciſione Tholoſana 439. Iuxta quam opinionem Hidalgus, qui immemorialem probauit, poteſt dicere, ꝙ cum Rodericus Rex Gothorũ & cęteri eius gentis Principes fuerint reges totius Hiſpaniæ, & poſtea Ferdinandus magnus pater regis Sancij fuerit non ſolùm Rex Caſtellæ, verum etiam Nauarræ & Aragonum, ac prẽterea reges Caſtellæ fuerint reges Portugaliæ, & ſupremam in eo regno iuriſdictionem tenuerint, ſequitur, ꝙ Fidalgus, qui probat immemorialem, poteſt etiam, ſi ſit Nauarrus, vel Aragonius dicere, progenitores mei præſcripſeruut aduerſus regem Caſtellę tempore, quo Rex Caſtellæ erat Rex totius Hiſpaniæ, & licèt poſtea regna fuerint diuiſa, hoc mihi nocere non debet, vt in l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. & in l. 2. tit. 2. lib. 4. ordi. Vbi cautum extat, ꝙ etiam ſi rex alienet oppidum, ſemper Fidalgui ſeruandæ ſunt ſuæ immunitates & priuilegia.

115 ¶ Non obſtant ex aduerſo prolata. Primò nõ obſtat † ꝙ nobilis in vna prouincia non eſt nobilis in alia: non enim ita ſimpliciter loquuntur DD. Sed dicunt, ꝙ cum varij ſint gentium mores nonnunquam, qui apud Italos habetur nobilis, non habetur nobilis apud Gallos. Nimirum mercatores in aliquibus Italiæ regionibus non habẽtur ignobiles, & apud Hiſpanos habentur ignobiles, nimirum mos regionis tribuit, vel admit nobilitatem. At Fidalgui nobiles habentur nõ ſolum Caſtellę, verùm etiam Luſitaniæ, Aragoniæ & Nauarræ, deniq; per vniuerſam Hiſpaniam hęc vera & ſolida nobilitas habetur.

116 ¶ Non obſtat † ꝙ exteri non poſſunt hñe dignitates & beneficia apud nos. Qñ Fidalgui Luſitani & cæteri qui in vniuerſa Hiſpania ſunt, poſſunt probata immemoriali dicere ſe præſcripſiſſe: cum Caſtellanus princeps rex erat totius Hiſpaniæ, & ꝙ diuiſio regnorum ſibi præiudicare nõ debet. Præterea d. l. regia intelligenda de beneficiis Eccleſiaſticis, & de dignitatibus habentibus iuriſdictionem. Deinde reſponde, ꝙ rex Caſtellæ voluit vt Fidalguis totius Hiſpaniæ ſeruaretur ſua immunitas: vt probatur in d. l. 2. Itaq; Fidalgui totius Hiſpaniæ à carcere & à tributis Caſtellæ immunes ſunt, oĩbusq; honoribus Fidalguis conceſſis gaudere debent. Non obſtat. l. 24. tit. 21. partita ſecunda, quoniam ibi. illa verba. Al Rey cuyo natural vaſallo fueſe. Signficat, ꝙ non committitur crimen læſæ maieſtatis, niſi à ſubdito vel vaſallo, vt ibi. probat textus.

117 ¶ Sed † quid ſi nobilis Italus ſit, vel Gallus, qui licèt præſcripſerint nobilitatem, præſcriptio non nocet, niſi Principi ſuo, aduerſus quem præſcripſit, vt probaui ſupra. Sed adhuc Italus & Gallus poteſt dicere ſe præſcripſiſſe aduerſus Romanos Cæſares, qui totius Europæ, Aſiæ, & Africæ Imperium tenuerunt, & ex conſequenti Hiſpaniæ vtriuſque domini fuere.

118 ¶ Et † ꝙ nobilis probata immemoriali põt referre eam ad tempus ſibi magis vtile. Scilicet ad tempus Romanorum Cęſarum: nobilitas enim ab antiquiſſimo tempore fuit inter homines, vt probat Dionyſius Halycarnaſſeus lib. 2. Antiquitatũ Romanorum, & probatur Deuteronomij capite j. Sed obſtat, ꝙ reges Hiſpaniæ tam Gothi q̃ recentiores nõ ſunt ſucceſſores Romanorum Cæſarum, ſed bello ſibi regnum pararunt. Hæc quæſtio altiorem indaginem expoſtulat, meumq; ſenſum aperui in meo tractatu de Hiſpaniæ nobilitate. Nunc ea opinio videtur probabilior: vt nobilis apud Italos locum habeat inter nobiles in Hiſpania immuniſq; ſit à carcere, ſed non à tributis: nã apud Italos nõ omnes nobiles immunes ſunt à tributis, immo neq; apud Gallos. Cur ergò quod Principi ſuo pendent, non pendẽt Hiſpaniæ regi, præſertim cum tributum, quod ipſi non ſoluũt, ſoluturi ſint agricolæ & viduę. Hoc limitarem, niſi exterus nobilis eſſet Hiſpanicæ ſtirpis: tunc enim ei ſuffragabitur maiorum pręſcriptio.

119 ¶ Illud nõ prætereundum, dicit lex tertia & quinta, tit. 2. lib. 4. ordinationum. Quòd † non poteſt fieri executio in domo, neque in equis, vel armis Fidalgui, quęro, an hęc lex ſeruetur moribus, quæ ſit recepta. Equidem quod ad domũ attinet, nunquam vidi, vel audiui eam ſeruari. Sed tantum quoad equos & arma. Sed eſt quæſtionis, quid ſi facta executione liquet, Fidalgum non alia hñe bona, q̃ arma vel equos. Quæro, an hi capi & pro ęre alieno vendi poſſint, & magis eſt vt vẽdi poſſint ex tex. in l. ſtipendia. C. de exec. rei iudi. & ex notatis per Rober. in Speculo aureo, titu. de executione, nu. 55. & ex l. 3. tit. 27. partita 3. ibi. E non deuẽ entregar por razon de debda ſobre que fue dado luizio en cauallos ni en armas de caualleros ni en bueyes de arada cuyos quier que ſean fallando otros bienes del vencido en que ſe pueda complir el iuizio. Nota hæc vltima verba ibi. fallando otros bienes. Ex quibus à contrario ſenſu elicitur, ꝙ ſi alia non reperiantur bona executio fieri põt in armis, vel equis Fidalgui. Sed reſpondent quidam, ꝙ lex illa non loquitur in Fidalgo, ſed in milite. Sed reſponde, ꝙ immo in milite maior erat ratio, cur ſtatueretur, ne arma, vel equi eius venirent. Etiamſi aliunde ſolui non poſſet. Nam miles militat & in expeditione bellica occupatus ſemper eſt in armis ad regni pſidiũ, puniẽdus niſi arma habeat, quare ęquum videbatur, vt eius arma & equi vendi non poſſent. Etiamſi alia non haberet bona, nihilominus tamen aliter ſtatuitur in d. l. Multo magis idẽ admittẽdum in Hidalgo, qui domi in pace quieſcit, neq; ſemper militat, vt miles, qui eſt in bello. Deniq; tantam æquitatem prę ſe fert hæc vox, redde quod debes, vt optimo iure ſi aliunde ſolui non poſſit priuilegium Hidalgui, ſilere debeat.

120 ¶ Neq; † enim nobilitas debet eſſe occaſio, vt quis rem alienam rapiat, & creditor ſuam perdat. Tantum miniſtri iudicum æquum eſt, vt ex domo viri nobilis neq; equum, neq; arma extrahant in principio excutionis, ꝙ ſi appareat aliter ſoluendo non eſſe, ſatisfaciendum ex quibuſcunq; rebus ei, qui pecuniã ſuam petit, & hanc opinionem probat Auendanius in dictionario, verbo. cauallero. Quę eſſent manifeſtiſſima, & cum rigore exercẽda, ſi nobilis de induſtria plures equos emiſſet. Vt maiorem ſummam nobilitatis titulo retineret, vel bona abſconderet, argumento eius quod dixi ſupra de eo qui de induſtria militiæ nomen dat.

121 ¶ Præterea † quòd equi & arma Hidalgui vendi poſſent, ſi non ſint alia bona, probatur; quoniam. l. quarta, & quinta, titulo ſecundo, libro 4. ordinationum. Solùm dicit, quòd in veſtibus, equis & armis Hidalgui non poteſt fieri executio: executionem autem vulgò appellamus primum rigoris actum, quo apparitor exequendo præceptum iudicis extrahit è domo debitoris res quas inuenit. Sententia autem qua iudex præcipit ſolutionem venditis bonis fieri non appellatur apud nos vernacula lingua executio, ſed ſententia, & poſt ſententiam fit venditio. Et iuxta hanc interpretationem certè ęquiſſimum videtur, vt non exiſtentibus aliis rebus executio vlterius procedat, & equi & arma Hidalgui capiantur & vendantur. Priuilegium autem Fidalgui vel militis ſilet, ſi debet regi. l. 4. tit. 2. lib. 4 ordi. l. 23. & lib. 2. tit. 1 lib. 4. ordin.

122 ¶ Sed † quid ſi debitor captus allegat ſe nobilem eſſe, & quod non eſt ob æs alienum præmẽdus carcere. Quæro, an ſufficiat, ꝙ ſummariè probet ſe Hidalgum, vt ſoluatur è vinculis.

Mouet

Source : BIU Cujas

Mouet quæſtionem, ꝙ per negationē efficitur res dubia, & ꝙ lege Henrici regis conſtitutū eſt: vt nobilis, cuius nobilitas non apparet per ſententiam, quæ in rem iudicatam tranſierit, tenea tur tributa ſoluere. Quare videtur neceſſarium, ad hoc vt nobi lis gaudeat priuilegijs nobilitatis, ꝙ nobilitas appareat per ſententiam, quæ in rem iudicatam tranſierit Sed diſtingue: aut eīn nobilis habet pro ſe ſententiam in poſſeſſione & proprietate, Et tranſiuit in rem iudicatam, & res eſt pluſquam manifeſta. Aut ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, eſt ſolum in poſ ſeſſione, ſed nō in proprietate, & hoc etiam eſt manifeſtiſſimū. Inutilis enim eſſet res iudicata in poſſeſſione, immo etiam inu tilis eſſet ipſa poſſeſſio, immo poſſeſſionem non haberet, ſi in hoc caſu, & ſimilibus res iudicata ſibi nō ſuffragaretur, etiamſi pendeat iudicium proprietatis. ſic Bald. in l. non ignorat. col. 3. & 4. docet, ꝙ ſi exiſtēs in poſſeſſione clericatus petat rem, quæ eſt pleni præiudicij, Puta decimas, quaſi poſſeſſio non ſufficit, niſi oſtendatur titulus. Si pars aduerſa alleget illum non eſſe clericum, ſi tamen quaſi poſſeſſio allegetur ad defenſionem, vel ad rem, quæ nō eſt pleni præiudicij: & tunc quaſi poſſeſſio ſufficiet, etſi non oſtendat titulum.

123 Sed † res efficacius probatur ex Bald. ibi col. 4. verſi. in tertio caſu. Vt ſcribit, ꝙ ſi ius perſonæ allegetur ad impediendā execu tionem: quaſi poſſeſſio illius iuris ſufficit, ad illā impediendam & ad conſequendam priuilegium. Puta ſi aliquis damnatus ad pœnam laquei alleget ſe clericum, & petat ſe remitti ad ſuum iudicem, certè ſola quaſi poſſeſſio clericatus ſufficiet. Sic quaſi poſſeſſio alicuius qualitatis ſufficit, quādo tractatur de ea non principaliter, neque ad plenum eius præiudicium, ſed incidenter, auctore Bald. in l. eam quam. col. 3. verſi. ſed nunquid. C. de fideicom. & in l. non ignorat. col. 3. C. de his qui accu. non poſſ. Et hanc opinionem probat Otalora in tractatu de nobilitate, in 2. parte. 3. partis princip. c. 10.

124 Si tamen † nobilis non haberet cōfirmatam poſſeſſionem, per ſententiamq́ue tranſierit in rem iudicatam. Et non pēdet lis ſuper eius nobilitate, ſed videns ſe captum allegat priuilegiū nobilitatis, prolatisque teſtibus docet ſe nobilem, an hoc ſatis ſit, ſi creditor id neget. Hic non quadrat pragmatica regis Hen rici: nam loquitur, cum mouetur principaliter lis ſuper nobilita te: hic autem venit incidenter. Deinde Baldus in l. non igno rat. col. 5. dicit, quaſi poſſeſſionem militiæ non ſufficere, vt alle gans ſe militem remittatur ad militum magiſtrum. Præterea facit, ꝙ innumeri ſe falſo nobilitatis titulo vendltant, prævali diq; diuitijs vel amicis, quiduis, platis teſtibus probabunt, quare ſi hæc aperiatur ianua, pauci pro ęre alieno conſtringentur car cere, vel pro crimine torquebuntur. Cum infinitus ſit nume rus plebeiorum, qui in patria in catalogo nobilium ſunt deſcri pti: num nemo non ſciat eos eſſe ignobiles, & hæc poſſeſſio ſufficere non debet: cum vbique terrarum adulatione vel me tu extorqueatur.

125 Quare † libenter eam ſententiam probo, vt ſi captus certo ſit illuſtris, vel aliàs nobiliſſimo genere prognatus, ſoluatur è vinculis. Vbi primum de parentibus & genere docet, niſi cre ditor neget non eſſe ex eo patre ortum. Moueor: quoniam no torium & ſentētia ęquiparantur, & ſuper filiatione proceditur ſummariè. Quòd ſi nobilitas poſſet aliquo modo eſſe dubia: quoniam nō omnis populus credit eum nobilem Certè iudex, qui debitorem exemit è carcere, reus eſt peccati, & facit credi torem rem ſuam perdere, & peſſime agit, & ita ſentit Otalora. d. c. 10. col. j. Sed eſt illud perpetuò notandum, ꝙ ſi probaretur, virum quantumuis nobilem & illuſtrem abſcondiſſe bona. Certè etiamſi eius nobilitas eſſet pluſquam manifeſta & re iu dicata confirmata, capi poteſt: tunc enim non capitur ex defe ctu nobilitatis, ſed ex dolo. Quo caſu nobilitas non prodeſt: vt dixi hoc ipſo capite nume. 96. & c. 10. de debitore obligato ra tione rei, num. 10 & probaui cap. 6. de hęrede nume. 26. Vbi de bitor qui fecit inuentarium conueniri poteſt vltra vires hæreditarias, & in carcerem detrudi, ſi probetur abſcondiſſe bona. Licèt ſi hoc non probaretur, aliter eſt ſtatuendum. Facit etiam, ꝙ licèt qui obligauit bona ſua pro alio, non poſſit capi, ſi non obligauit perſonam. Id fallit, ſi probetur illum abſcondiſſe bo na, vel aliàs dolum commiſiſſe, vt docui hoc c. nu. 6.

126 Item licèt † clericus pro ęre alieno non poſſit duci in carce rem, fallit ſi exportauit & abſcondit bona. Vt ſcribit Sanſeue rinus in tractatu de debitore ſuſp. & fugitiuo, q. 6. quintæ quęſt. princip. Couarru. varia. reſol. lib. 2. cap. j. nume. 9. Idem ſentio ſi malitioſe corrupit, vel contriuit bona ſua, vt in fortioribus ter minis probatur in l. etiam. §. licet. ff. ſol. matr. & ibi doctores. Po ſtremò illud addendum, ꝙ ſi in quæſtionem veniat, an quis ſit nobilis, ille qui creditori traditus fuit, non præſumetur eſſe no bilis. Eaq; re probata videt probatus actus quidā poſitiuus igno bilitatis, ſed non ſtatim cenſeri debet notoriè ignobilis, quid. n. ſi ex delicto iuſſus eſt operis ſatisfacere creditori. Quid ſi non oppoſuit priuilegium nobilitatis. Quid ſi abſentibus teſtib. rem probare non potuit, in dubio tamen ignobilis præſumetur.

127 Sed diſputat quotidie † an doctor poſſit pro ęre alieno capi, & an ſit addicendus creditori? Certè ꝙ doctor non legens poſ ſit ęris alieni ratione capi, docet Bar. in l. medicos. C. de ꝓfeſſo. & medi. in fine. Et ibi Platea & Rebuffus. Paul. in proęmio. C. nu. 9. Quanquam ſolum dicit, ꝙ eſt immunis a muneribus rea libus, & perſonalibus, & in non legentibus reliquit cogitandū. Sed opinionem Bar. ſequitur Ialſ. in §. pęnales. nu. 80. inſt. de act. Maranta in practica fol. 660. nume 56. in formis minoribus, & in doctore, qui exercitio eſt doctor, hoc admiſſit Alex. ī l. Cen turio. nu. 17. ff de vulg. Pro qua opinione facit textus in d. l. me dicos. ibi profeſſores. Profeſſores enim dicuntur, qui publicè legunt, vt in proęmio ff. in fine. & probatur ex Plinio Epiſt. 76. Deinde faciunt illa verba doctores legum: non enim eo tem pore cogniti erant hi, quos appellamus doctores; quoniam eis pileus & annulus ſolemni cerimonia oblata tamen prius pecu nia traduntur. Sed qui iuuentutem docebant, ita probatur in l. vnica. C. de emenda. codi. ibi. & Beritenſium doctorem Doro theum. Dicitur enim Beritenſium doctor: quoniam apud Bery tenſes iura pręlegebat: nō enim vt dicimus doctor Theologiæ & medicinæ & reliquarum ſcientiarum, dicimus etiam doctor Berytenſium eſt. Sed locus prælegendo iuri deſtinatus, vt dici tur in proęmio. ff. §. hæc autem. Idem probatur in l. j. C. de iuſti. codi. confir. ibi iuris doctor in hac alma vrbe Theophylus. No ta ꝙ dicitur doctor nō ſimpliciter, neque ocioſe ad ſignifican dum inanis ſuperbiæ titulum. Sed dicitur doctor iuris in hac alma vrbe. quoniam in ea vrbe prælegebat. Idē efficacius col ligitur ex Aelio Lampridio in vita Alexādri Seueri, vbi de his, quos Alexander audiſſet loquens inquit. Romæ grammaticos Scaurinum Scaurini filium doctorem celeberrimum. Nota, quòd grammaticum appellat doctorem, titulus autem docto ralis non datur grammatico, ſed dicitur doctor: quia publicè docebat. Sic Hieronymum & Auguſtinum appellamus do ctores eccleſiæ: quoniam docendo & ſcribendo eccleſiam ſuis ſcriptis illuſtrarunt.

128 Ex † quo deducitur quòd nomen doctor, cuius fit mētio in d. l. medicos. non ſignificat titularem doctorem, ſed docētem. Quare qui doctoris titulo vult effugere, ne ob ęs alienum duca tur in carcerem, debet docere, quod ipſa vis verbi ſatis ſignifi cat. Ridiculumq́; videtur proferre diſpoſitionem. d. l. medicos. ad defenſionem doctorum noſtri temporis. Cū tempore quo ea lex condita fuit, doctores dicerentur, qui docebāt, neq; alij cogniti eſſent. Immo ipſa lex non dicit ſolū doctores, ſed addit doctores legum, hoc eſt profeſſores. Hoc liquidius probatur ex fine eius legis ibi, multos inſtituant. quaſi ratione inſtitutionis detur priuilegium. Comprobatur Bartoli opinio ex. l. ſi duas. in fi. ibi. qui publice iuuenibus proſunt. ff. de excuſa. tuto. Datur. n. priuilegium ob vtilitatem iuuentutis, quæ docetur non ad au gendam pœnam doctoris.

129 Quare † non rectè accuſat Bartolum Guido Pap. in deciſ. 88. & deciſ. 388. Vbi aduerſus Bartolum profert quatuor argumen ta. Primò, ꝙ l. medicos. loquitur indiſtinctè in doctoribus: ſed errat. Nam ſi ibi lex vellet denotare hos, qui nunc appellantur doctores, titulo magis, quàm re, non enarraret tot ſcientiarum profeſſores medicinæ, ferè omnium ſcientiarum profeſſores ſunt doctores. At lex ſecus fecit, immo poſtquàm nominauit medicos & grammaticos & archiatros addidit & alios profeſ ſores literarum & doctores legum. Hoc eſt, qui docent leges: nam eo ſeculo titularij doctores noſtri temporis cogniti non erant, immo neque Bacalarij, vt teſtatur Alciatus. Alioqui ſi ea lex non requireret, vt ibi contenti actu profiterentur, certè me dicus etiamſi neq; legat, neque doctor ſit, gaudebit priuilegijs ibi contentis. Nam lex cum fecit mentionem medici, non addi dit doctorem quare ergo Guido & cæteri, qui cum eo ſentiūt, requirunt, vt medicus ſit doctor.

130 Certè vera ratio † quare in medico requirimus vt publicè iuuenibus medicinam profiteatur eſt: quoniā lex id ſignificat ibi. & alios profeſſores literarum. Nam verbum alios, ad ſimi les eſt referendum, & verbum profeſſores, eos ſignificat, quos appellamus lectores, eſt manifeſtiſſimū eis, qui vel ſummis la bris bonas literas attigerunt. Et liquet ex Plinio libr. 3. c. 53. & Epiſt. 76. Rurſus Guido adducit, ꝙ ſi imperator aliud ſenſiſſet, exponeret mētem ſuam: ſed certè ſatis exprimit, cum dicit do ctores, quod verbum docentes ſignificat. Tertio adducit, quòd pro opinione Bartoli nulla eſt lex, ſed & hoc ridiculum: nam ipſum verbum doctores, opinionem Bartoli probat. Quartò adducit, ꝙ doctoribus aduocantibus conceditur idem priuile gium, ſed errat: quoniam aduocato non conceditur priuile gium, ꝙ doctor ſit. Sed quoniam exercet officium aduocatio nis, aliàs non ſufficeret eſſe aduocatum, ſed ꝙ vera ſit doctrina Bartoli, probatur ex textu ſingulari in l. fi. C. de profeſſo. & me di. vbi textus dicit, ꝙ medici & grammatici & philoſophiæ præ ceptores præter priuilegia ſibi conceſſa in l. medicos. & in aliis legibus eius tituli non ſunt cogendi hoſpites ſuſciper e, dum tā ſint ꝓfeſſores. Sed verba legis ſubijcere præſtat inquit lex. Hæc autē profeſſoribus memoratis eorūq́; liberis deferēda mādamus. Nota illud nomē. profeſſoribus. quod oēm tollit ambiguitatem.

Nam

Source : BIU Cujas

131 Nam † profeſſor dicitur, qui publice ſcientiam aliquam præ legit, & priuilegia data in l. medicos declarat. l. fi. dari: quia ſunt profeſſores, non quia ſunt profeſſores doctores, loquor ex his quos noſtrum ſeculum vocat doctores. Denique ꝙ in d. l. medicos. verbum doctor ſignificet docentem, & non doctorali titulo inſignitum, probatur in l. magiſtros. C. eo. titulo, cuius verba ſunt. Magiſtros ſtudiorum doctoresq; excellere oportet moribus primo, deinde facundia: ſed quia ſingulis ciuitatibus adeſſe ipſe non poſſum, iubeo quiſquis docere vult, non repente nec temere profiliat ad hoc munus eſt. Sed iudicio ordinis probatus decretum curialium mereatur.

132 Nota † doctores dici eos, qui docēt, nec de aliis ſenſiſſe l. medicos. quod dupliciter probatur in d. l. magiſtros. primò: quoniam poſtquam dixit doctores, facit mentionem de eis, qui docent cum facundia. Deinde quoniam dicit, vt doctores non legant abſque facultate decurionum, ergo illi doctores non erāt ſimiles his, quos hodie doctores vocamus. Nam hi illud habēt priuilegium, quod vnum in actu doctorali ſtatim ſibi concedi tur, vt propria auctoritate non habita ab aliquo facultate docere poſſint, ergo de his non loquitur. l. medicos. Reperio tamē, ꝙ Matheſilanus ſingulari 59. ſcribit generaliter, ꝙ doctor non poteſt ob ęs alienum capi, ſed non aperit, an debeat legere vel non, & cum citet. l. medicos. videtur intelligendus de doctore legente: nam id ſignificant verba legis, eodem modo loquitur. Roder. in l. 2. titulo de los gouiernos. §. quinto, ver. 3.

133 Præterea † Guido Pap. in locis ſupra citatis intelligit dictā l. medicos. etiam in doctore non legente. Et dicit, ꝙ iuxta eam etiam non legens non debet ſoluere tributa. Præterea Ancha. in clem. 2. de magis. dicit generaliter, ꝙ doctor non poteſt capi. Neque diſtinguit inter legentem & non legentem, idem fecit Laſ. in l. miles. nu. 10. ff. de re iudi. & rem tractat Hippoly. in practica verbo attingam. n. 69. Aretinus autem conſi. 95. reſpondeo breuiter. col. j. in prin. nō videtur probare opinionem Bar-

134 toli requirentis, vt doctor actu. legat. Quāquam † vt ex eius verbis liquet nihil aſſeuerat tantum ſe refert ad conſuetudinem dicens ſeruari, ꝙ ſimplex doctor non poteſt capi. Maxime ſi ſit aduocatus, quod ego non nego, immo eſt verum, ſi ſit aduocatus, & ſic vir ille non profert ſententiam ſuam aduerſus Bartolum Ripa verò in l. j. nu. 133. ff. ſol. matr dicit, ꝙ doctor etiā non legens non eſt cogendus ſuſcipere hoſpites. Allegat aduerſus Barrorum. ꝙ ſi l. medicos vellet, vt doctor deberet legere, ſatis ei fuiſſet eximere profeſſores literarum, cū ergo addiderit doctores legum. Neceſſario cenſetur exemiſſe doctores nō legentes, aliàs illa verba & doctores legum ſuperflua eſſent. Deinde allegat. l. fi. in fi. ff. de mune. & honori. Poſtremo adducit, quòd medici etiam non legentes habent illa priuilegia, vt in rub. de profe. & medi. Ergo etiam doctores legum. Sed certè rubrica nihil aliud continet, quàm hæc verba de profeſſoribus & medicis. quid hinc colligit Ripa. Deinde quod arguit verba illa. doctores legum eſſe ſuperflua, ſi intelligatur de actu legēte, cum ſufficeret dixiſſe. profeſſores literarum.

135 Certè † cum lex illa contineat priuilegium aduerſus ius cōmune, oportuit nominare omnes perſonas priuilegiatas, neq; ſuperflua dici debent, quæ ad maiorē declarationem adijciuntur. Deinde interrogare velim Ripam, cur in medico requirit: vt profiteatur medicinam, cum lex non dixerit doctorem medicinæ, ſed tantum medicum, & cur hoc nō requiritur in legū doctore. Cum lex dixerit, doctorem legum, hoc eſt docentem leges. At in medico nihil tale dixit: nihilominus tñ requiritur, vt legat, cum poſitus ſit ante illa verba. & alios profeſſores literarum. Nam dictio aliud, eſt repetitiua ſimilium, quāquam Ripa negat neceſſarium eſſe, vt medicus doceat.

136 Poſtremò † non obſtat l. fi. §. fi. ff. de mune & hono. Quoniā videtur intelligenda de docentibus & legētibus, vt in l. in duas. §. fi. ff. de excuſa. tuto. vbi textus expreſſus, & in l. 2. C. de profe. & medi. ibi. Oratione Diui Pij liberalium ſtudiorum profeſſores non etiam calculatores continentur. Nota illa verba profeſſores, hoc eſt publicitus prælegentes, & ꝙ ita ſit intelligēda. d. l. fi. §. fi. probatur: quoniam facit mentionem Pij (neque enim arbitror eſſe cognomen Veſpaſiani) reſcriptum autem Pij ſolum fauet profeſſoribus, vt in d. l. 2. Sed nouiſſime aduerſus Bartolū pronuntiant eſſe magis communem opinionem recētiorum Alciatus in l. j. nu. 47. ff. ſol. matr. Cagnolus in proęmio. ff. vete. §. nos verò. nu. 255. Parpallius in l. placet. nu. 108 & 112. C. de ſacroſ. eccleſ. Sanſeuerinus in tract. de debitore ſuſp. & fugi. q. 5. prin. ver. 4. quæro. Rolan. conſi. 66. nu. 37. lib. j. Quibus videt ſufficere, vt quis ſit doctor ad hoc, vt gaudeat priuilegio. d. l. medicos. etiamſi non legat. Equidem de Parpallio, Cagnolo & Rolando nihil dicam, exiſtimo tamen Alciatum pro ſua puriori eruditione & exacta cognitione linguarum diſceſſurū ab his, qui dictam l. medicos intellegunt loqui etiam in doctore non legente. Cum eo tempore, quo lex illa condita fuit, non alij dicerētur doctores, niſi qui legebant. Neque enim erant orta nomina hæc ſolemnia doctorum & licentiatorum nomina non profeſſione vel eruditione, ſed pecunia quæſita: nemo enim offert pecuniam cui non detur doctoris titulus. At non omnes eruditionem habent ad prælegendum publice, quare rectius dicuntur doctores. Qui doctrinæ validis præſidijs ſuffulti docent, quàm qui annulo & pileo accepto doctoralis dignitatis codicillos oſtendunt, & nihil ſunt minus quàm doctores.

137 Sed † ad Alciatum redeo is nu. 47. dicit conſuetudinem ſeruare: vt doctor non capiatur, etiam ſi non legat. Adducit, quòd cum in aduocato non requiratur, vt legat, idem dicendum in doctore. Sed dic, ꝙ aduocato datur priuilegium: quoniam aduocationis officium laudabile eſt, & fauore dignum, neque minus cenſentur prodeſſe reipublicæ quàm milites, At doctor, qui neque legit, neque aduocationis officium exercet, inutilis reipublicæ eius eruditio eſſe videtur. Quare non eſt tanto fauore, neque priuilegio dignus. Neque ſic licet arguere, huic datur priuilegium, & non legit, ergo & doctori, etiamſi non legat. Alioqui proferret quis hoc argumētum monetariis datur priuilegium & non legunt, ergo in doctore. Et medico non requiratur vt legat, etiam non debet requiri in iuris doctore. Sed hac ſane via cum. l. medicos. nō requirat, vt medicus doctor ſit, cur omnes noſtri requirunt, vt medicus ſit doctor: lex enim ſolum dixit medicos, & quia addidit doctores legum. Dicunt non intelligendo verba, ꝙ etiam medicus debet eſſe doctor: cum eo ſeculo nulli fuerint huiuſmodi doctores, qui ſolēni dato epulo oblataq; pecunia doctores appellantur. Deinde falſum eſt, non requiri vt medicus legat, immo requiritur: vt in ea lege probatur, ſi quidē poſtquam dixit medicos, ſubiecit & alios literarum profeſſores, & relatiuum aliud, eſt repetitiuum ſimiliū. Præterea id probatur in l. fi. & in l. 2. eo. titulo, vt ſupra latè probaui. Poſtremò ſi lex illa dat priuilegium ob titulum doctoralem non ob profeſſionem, quo modo non requirit: vt medici & archyatri & grammatici & cæteri literarum profeſſores ſint doctores. Sed de his hæc dixiſſe ſufficiat, nunc quid ſentiam accipe.

138 Et † certè de iure ciuili ne per ſomnium quidem requirebatur vt medicus aut ioreconſultus eſſent doctores titularij. Sed vt profiterentur, & ita veriſſimum credo, ꝙ de iure ciuili medici & iureconſulti, & philoſophi & cæteri profitentes honeſta ſtudia non poſſunt duci in carcerem, & gaudent priuilegiis. d. l. medicos. ſi autem non profiteantur, hoc eſt publicitus diſciplinas doceant. Nō prodeſt quidquam titulus doctoralis: quoniā non eſt lex, quæ tale quidquam definiat. Tantum veteres doctores ſuam agentes cauſam promiſcuè aſſerunt, ꝙ titulus doctoralis ſufficit, vt quis gaudeat priuilegiis. dic. l. medicos. Quæ opinio ſi admitteretur in tanta doctorum multitudine, cum titulus minimo paretur, præſertim apud Italos, innumeri eſſent immunes, qui accepto titulo & ſtudium & libros abiecerunt.

139 Iure † autem noſtro regio approbata videtur opinio Bartoli, vt non gaudeat dictis priuilegijs niſi is, qui profitetur: ita ſignificat. l 8. tit. 31. par. 3. ibi Otorgaron priuilegio alos maeſtros de las, eſcuelas & ibi. que mueſtran los ſaberes en los ſtudios. Et ita ibi notat Gregorius, & ita vidi iudicari in hoc regio ſenatu Granatenſi. Neque lex regia requirit, vt ſit doctor, & verbum maeſtros ſignificat docentes.

140 Sed obijciet quiſpiam, ꝙ † non ſufficit profeſſio, niſi quis gradum comprobatæ dignitatis accipiat in Gymnaſio Salmanticenſi vel Pintiano, correcta. l. 8. in fi. titu. fi. par. 2 & d. l. medicos. & quod dicit Guido, deciſ. 88. & 388. Paul. in proęmio. C. nu. 9. & ita videtur definitum in pragmatica 126. cōdita anno 1534. Sed lex illa ſolum loquitur de immunitate tributorū, qua non gaudent niſi hi, quorum eruditio cōceſſo titulo approbata eſt, in illis gymnaſijs: cætera tamen priuilegia profeſſoribus à iure conceſſa non ſunt correcta. Neque enim eſt diſcedēdum à verbis & peculiari decreto eius legis, & ſolum in eo caſu in quo loquitur admittenda eſt correctio. Quæ ſemper fugiēda vbicūq; poſſibile eſt. Leges enim ſunt vel eſſe debent tanto conſilio proditæ. Vt nunquam credendum ſit eſſe ꝙ abrogetur, quare in tributis ſolum intelligo, ꝙ corrigit dictam l. 8. in fin. titu. fin. par. 2. & d. l. medicos.

141 Sed illud palam, eſt ꝙ † ſi doctor legens, vel non legens dolū commiſiſſet in contrahendo, vel abſcondendo, vel corrūpendo bona, vel ex delicto deberet. Poſſet duci in carcerem ex his, quæ docui nume. 6. & nu. 19.

142 Rurſus † ſi doctor de induſtria publice prælegeret, ne in carcerem ob contractum ęs alienum ducatur. Certè hoc illi prodeſſe non debet, vt dixi ſupra.

143 Poſtremò † ſi doctor indoctus quiſpiam circulator ſit, non curandum de inani titulo doctoratus, neq; de opinione, quam tot eruditi probant aduerſus Bartolum. Nam doctor indoctus non gaudet priuilegijs doctoralibus, auctore Cardi. in clem. 2. in 1. q. de magiſtris. Et is qui ſcholia adiecit Guidoni, deciſ. 88. Item non curandum de communi opinione, quando quis ex reſcripto conſequutus eſſet titulum doctoralem, arg. l. ſi ita qs. §. fi. ff. de leg. 2 notat Guido. deciſ. 88. col. 3. & deciſ. 388. num. 7. Faber in §. fi. inſti. de iure natu. genti. & ciuili.

144 Vltimò † illud non prętereundū quod Pau. in prima ꝓſtitu. C. nu. 9.

Source : BIU Cujas

C.nu.9. dicit, ꝙ quilibet doctor legens eſt immunis in propria patria ab omnib.oneribus realibus & perſonalibus,quali extra patriam immunis non ſit. Sed certè ſi Paulus id ſenſit (neque enim ſuſpicor tantum virum id ſenſiſſe) errauit. Nam & extra patriam non poteſt vllo munere reali vel perſonali prẹmi, nec in carcerem duci, vt in d.l.medicos. ibi. Rebus quas in ciuitatibus ſuis poſſident.& ibi.& neque in prouincijs hoſpites recipere,nec vllo fungi munere, nec ad iudicium deduci, nec eximi, vel exhiberi, vel iniuriam pati.

Idem probatur in l.j.ff.C.de profe.& medi. ibi. Nec eorũ domus vbicunque poſitæ militem ſeu iudicem ſuſcipiatur.

145 Is † autem qui ſe defendit ſub prẹtextu,ꝙ doctor ſit, vel profeſſor:cum neutrum ſit verum,explodendus eſt. l. qui ſub prætextu. C.de ſacroſ.eccle.l.quidam ignauiæ.C.de decurio. lib.10. Alex.in l.Centurio.nu.17.ff.de vulg.

146 Ex his apparet † doctorem legentem,vel quemlibet aliũ honeſtiſſimorum ſtudiorum profeſſorem, non eſſe pro ære alieno addicendos creditori.Illa enim certiſſima regula eſt, ꝙ qui non poteſt duci in carcerem, non eſt addicendus creditori: vt probaui.c.3.num. 2.Meminiſſe tamen oportet, ꝙ d.l.medicos. non ſeruatur in profeſſoribus grammatices.

147 Sed † quid ſentiendum in aduocato, an eſt pro ẹre alieno capiendus,& addicendus creditori? Certè aduocatus, præſertim indocti quidam rabulæ canibus quàm hominibus propriores, per fas & nefas lucellum parantes, in digni videntur omni fauore;patrocinium enim non ẹquitate ſed pecunia metiuntur. Quare Apuleius, lib.10.Metamor.appellat eos capita viliſſima, forenſia pecora,ac togatos vultures.Et Seneca Iuridici (inquit) velut canes acerrimi,non niſi oblato cibo mãſueſcunt.Et Columella in præfatione conqueritur latrocinium aduocatorum pro nocentibus, ac innocentibus aduocantium permitti intra mœnia & in ipſo foro.Et quidem (vt iam teſtatus ſum) aduocati,qui huiuſmodi ſunt moribus, latronibus publicis nocentiores exiſtimandi ſunt.Impunè enim & cum imperitiæ plebis laude in medio foro latrocinantur.

148 Si † tamen aduocatus vir ſit, grauis moribus Chriſtianis, aduocatum præſtans non calumniatorem.Dignus eſt omni fauore:veritatem enim diligenter ſcrutatur, iuris decreta cõquirit, iudicis autem vellicat, ingenium acuit, antiquorum lucubrationes ad eruendam veritatem diligenter euoluit. Deniq; aſſiduis lucubrationibus cliẽtis ſui honorem,rem, vitam & poſteros defendit. Non proferens ſomnia, non ſophiſmata, non verba detorta,ſed veritatem ipſam, prudentiæ & eloquentiæ lumine relucentem. Vixq; arbitror bono aduocato patrem gratiam referri poſſe.Hunc ego libenter & à diſpoſitione huius legis & à carcere eximam & inter viros nobiliſſimos collocabo. Hos enim,quos eruditio & virtus commendant,rectè & prudenter appellat nobiliſſimos Gratianus Cæſar in l.prouidendum C.de poſtul.ibi,Quos meritum aut vetuſtas nobiliſſimos fecerit. Et depoſito etiam officio dicuntur clariſſimi.l.j C. de aduo. diuer. iud.quare torqueri non poſſunt.Bar.l.j.§. eſt & alius. ff. ſi quis a par.fue.manu.Alex.in l.centurio.Rode. in l. 2. titulo de los gouiernos.§.quintò quæritur.col.4.

149 Neq;† minus vtiles reipublicæ cenſentur quàm milites,ideo & ipſi militare dicuntur in l. aduocati. C. de ad.diuer.iudicio. Neque minus prouident humano generi,q̃ ſi prælijs atq; vulneribus patrem parentes, quæ ſaluarent,vt in d.l.dicitur.

150 Quare† eos ẹquiparari militibus ſcribit Bal.ibi.& ꝙ gaudent priuilegio militari in hoc,ꝙ non poſſint capi,neq; torqueri,ſicut milites,notat gloſ. in l.miles. ff. de re iudi.& ibi.Alex.& Iaſ. nu.8.& nu.9.teſtatur hanc eſſe communem ſententiam gloſſa in l.j.§.eſt & alius.in verbo cẹperit.ff.ſi quis à paren.fuer.manumi.& ibi Bar.Cyn.& Saly.in l.j.C.de iur.& fact.igno. Alexan.in d.l.miles Raph.conſil.21 in fi.Aduocatorum enim exercitium videtur eſſe literata militia.l.proximos.C.de proxim.ſacro.ſcrinior.lib.12.Et ꝙ aduocatus non poteſt ob ẹs alienum capi,ſcribit Alex.in l.Centurio.nu.25.ff.de vulg.Roderi.in l.2.titulo de los gouiernos.§.quæritur.col.4.verſi.tertiò limita.

151 Et † ꝙ gaudet priuilegiis textus in l.medicos. C. de profe. & medi.notat Guido Pap. d.deciſ. 88. & deciſ.388. Ripa,& Alcia. nu.47.in l.j.ff.ſol.matr.Aretin.conſi.95.col j.Reſpondeo breuiter.Vbi dicit ita ſeruari conſuetudine,& ita iudicatur in hoc regio ſenatu,& eſt moribus receptum. Vt neq; in libris aduocati poſſit fieri executio:ſunt enim veluti arma, & ſicut arma militis non capiuntur,ita neque libri aduocati,qui literariam militiam exercet. Et ꝙ aduocatus nõ capiatur ob ẹs alienum,& eſt opinio prudens ceſſante dolo vel opinione fraudis in abſcondendis bonis, ut in nobili dixi. Famq; inuiolabiter obſeruarẽ, niſi aduocatus rabula ſit circumforaneus aduocati nomine indignus, vt in doctore indocto docui.num. 143. & in aduocato ſcribit,qui ſcholia addidit Guidoni Papæ,deciſ.88.

152 Quod † tamen attinet ad tributa, certe Guido in dictis locis pronuntiat aduocatum immunem eſſe à ſolutione tributorũ, ex l.medicos.& eius opinionem ſequitur Marcus Mãtua obſeruationũ lib.2.c.17.char.j.Tiraquel.in tracta. de nobilitate. c.29. num.14.Sed conſuetudo non admittit apud nos,vt aduocatus immunis ſit à ſolutione regiorũ tributorum: erit tñ immunis à muneribus perſonalibus, vt in l. ſancimus. C. de aduo. diuer. iudi.l.8.titu.fin.partita.2.hoc enim non arbitror eſſe conſuetudine abolitum.Notandum tñ, ꝙ conſuetudo apud nos nõ admittit, vt aduocatus non exigatur in plus quàm facere poſſit. Item aduocatus non gaudet priuilegio militari in his quæ militibus propter iuris ignorantiam conceduntur,ita Paul. Alex.& Iaſ.in d.l.miles ita.Sed fuit aliquando in hoc regio ſenatu ma-

153 xime controuerſum, an aduocatus in ꝯctu † renuntians priuilegio aduocationis,poſſit capi ob ẹs alienum,& an valeat priuilegij huius renunciatio, ac tandem cum itum eſſet in varias ſententias,id obtinuit:vt renunciatio non valeret. Sed qñque (vt Liuius inquit) maior pars vincit meliorem.Scio doctis plurimum deferendum honoris, vnusq; ſum ex eorum numero, quibus maxime placet ſtudioſos perpetuis extolli honoribus. Sed falſum reputo aduocatum non poſſe renuntiare ſuo priuilegio,de qua re (vt omittam tot argumenta relata in quæſtione de nobili) eſt textus expreſſus in l.8. titu. fi par.2.Vbi lex de priuilegiis eruditorum loquẽs inquit. No ſon tenidos de yr en hueſte,nin en caualgada,ſinſu plazer. Nota hæc verba vltima, ex quibus a contrario ſenſu elicitur,ꝙ ſi velint,poſſunt ſuo priuilegio renuntiare. Meminiſſe tamen oportet,ꝙ licèt gloſ. & DD.in d.l.miles.tribuant aduocato priuilegia militum.Id non habet locum quoad hoc,vt in adquiſitis non cõueniatur vltra, quàm facere poſſit,neque id admiſit conſuetudo,neque ſeruaretur, vt inquit Paulus in d.l.miles.

154 Sed † quid ſi debitor vir ſit excellenti virtute præditus, an hic addicendus creditori? Mouet quæſtionem,ꝙ excellens virtus eſt vera & ſolida nobilitas.c.nos qui.40.diſt. & ibi. Domi.& Cardin.Alexandrin.c.pe.de præben.& ibi. Hoſtien. Ioan.And. Anton.& Imo.Hoſtien.in ſumma tit.de reſtitu.§. quis inſtitui. circa prin.Ioan.And.& Collectar.in c.j.de dona. Dyn. Abb. & Ang.in l.ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum §.ſi quis ita. ff. de verbor. obligat. Alber.in rubr. ff. de ſenato.Angel.& Platea in l.j.C.de condi.in publi.horre.lib.10.

155 Et † quidquid ſit,certè omnes admittunt, virtutem nobilitati anteponendam.Bald.c.pen.in fi.de probatio citat textum in l.pronunciatio.§.matremfamilias.in fi.ff.de ver.ſignif & ibi.Felyn.ante fi Latè Tiraquell.de nobilitate c.4.num.16.Ergo cum nobilis immunis ſit a diſpoſitione huius legis. Idem videtur dicendum in viro,cuius virtus omnibus conſpicua ſuo exemplo alios allicit ad bene viuendum.

156 Deinde † cum in criminibus habeatur ratio eximiæ virtutis eius,qui deliquit:vt clementius cum eo agatur,vt in l.non oẽs. in prin.ff.de re mili.Alex.conſi.121.viſo proceſſu. col.2. verſic. concurrit.lib.7. Couar. varia. reſol. lib.2.c.9.nu.7.ad fi.& nu.8. Multo magis idem dicendum in non ſoluente ẹs alienum, vt habeatur ratio virtutis eius:cum ceſſatio ſolutionis poſſit vacare culpa, at delictum non poteſt committi abſque malitia, & vehementior debet eſſe iudex in puniendis criminibus, quàm in exigendis debitis,& nihilominus in puniendis criminib.habetur virtutis & anteactæ vitæ ratio. Vt notatur in l.quid ergo. §.pẹna grauior.ff.de hit qui notan.infam. Bal in l.data.col j.qui ac.non poſſ.ſic mitius agitur cum ſimoniaco, quem ante actæ vitæ probitas commendat.c.eos qui. 1.q.7. Abb.in c.niſi ſpeciali.per textum ibi.de offi.deleg.Barb.in l.Titius.col.9. ff.de verb. oblig.In ſenatu & apud populum,apud principem, & vbicũq; iuris clementia eſt,habere locum deprecationem,in qua plurimum valent ex ipſo qui reus eſt, hæc tria in vita præcedente, ſi innocens, ſi bene meritus, ſi ſpes in futurum innocenter victuri. Rurſus Quintilianus auus declamatione 310. inquit in fine, quòd qualecunque crimen poteſt donari meritis, donari virtuti.

157 Sic† aſſertioni boni viri ſtandum,iuxta gloſſam celebrem in l.Titio fundus.ff.de cõdi & demonſtra.& ibi Bar.Paul.& Ang. Bar.in l.nõ ſolum.§.morte.col.19.ff.de noui oper. nuncia. Bal. in l.indicia.q.4.C.de rei vendica. Abb.col.j.& Felyn. col.3.in c.cum contingat.de reſcrip.

158 Deinde † boni viri,& ſi non polleant facultatibus, pollent fide, plerunque autem homines ẹſtimantur idonei non tam patrimonio,quàm fide, vt in l.ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum.§.ſi. ff.de verbo.obliga.

159 Quare Paulus ibi docet† ꝙ pauper & ſi nõ poſſideat immobilia, eſt idoneus fideiuſſor,ſi eſt ſtir probatæ fidei ſolitus ſeruare promiſſa. Cuius opinionem probat Hippoly.in l.j.§.ad quæſtionem.col.3.ff de quæſtio.Alex.in l.2.verſi.item limita.ff.qui ſatiſda.cog.& ibi Iaſ.fallen.3. ſic Bald. in l.precibus. col.6. C. de impub.& ali.dicit illum eſſe idoneũ,quem virtus probat. Ergo ſi debitor vir bonus eſt,ſemp dicetur idoneus,ꝙ ſi eſt idoneus, non eſt addicendus creditori, neque conijciẽdus in carcerem.

160 Sic ferè ſemper diſpenſatur cum bonis viris, vt in c.Lugdunenſis.9.q.2. & in c.tali.1. q.7. c.ordinationes. 9.q.1.c.ſi qui a ſimoniacis.1.q.1.c innotuit.de electio. & ibi Abb.in 7. notabili, textus in c.de monachis. 77.diſtinctione.Sic propter excellentiam

tiam hominis receditur ab omni iure, ita Bal. in l. ſed & reprobari §. amplius. ff. de excu. tuto. ibi maximè diſciplinatus. Roma. Alex. & Iaſ. in l. cum quid. ff. ſi cer. peta. Barba. in proœmio clementi. verbo ſalutem, col. 11. ver. octauò. Iaſ. in l. j. col. 2. ff. de leg. Felyn. in rub. de maio. & obed. col. 3.

162 Veruntamen vt fateor † mitiſſime & honorificè agendum cum bonis viris, ita nego creditorem inuitum cogendum parcere bono viro ſibi debenti, licèt ęquum eſſet & maxime Chriſtianum cum eo mitiſſime agere, iuxta dñi verbũ Matth. c. 18.

163 Non † enim quis cogitur facere beneficium, neque propter perſonam eſt recedendum à legis decreto niſi cum magna & probabili cauſa. c. miramur. 61. diſt. ibi. Nõ enim in cuiuſquam perſona prætermittendum eſt, quod inſtitutis generalibus continetur. Et ibi gloſa notat, non eſſe recedendum a iure communi propter perſonam. Quare † nemo eſt ante ętatem legitimam presbyter ordinandus, etiam ſi ſit valde idoneus. ca. 1. 78. diſt. & Bal. per textum ibi in c. j. in vltimo notabili, vt lite pendente dicit, ꝙ propter vitæ meritum non eſt diſcedendum à diſpoſitione iuris communis, idem tradit Barba. conſi. 18. præclare. col. 10. lib. 2. Iaſ. in l. qui iuriſdictioni. col. fi. ver. pro iſta limitatione. ff. de iuriſdi. omn. iudi. Decius in c. poſtremo. in fi. de appella. & in c. at ſi clerici. col. 4. de iudi.

164

165 Nam † vbi tractatur de ſimplici iuſtitia, non curamus de meritis perſonarum. Bal. c. ſedes. paulò ante fi. de reſcrip. arg. l. cum pater. §. rogo. ff. de leg. 2. c. mulier. verbo ſancta. 23. diſt. Iic vitiũ illegitimationis non ſuppletur probitate, vel virtute illegitimi, immo prorſus neceſſaria eſt diſpenſatio. Rom. conſil. 216. electio dicti domini. col. 2. ver. cæterum. arg. c. innotuit. de elect.

166 Prætereа † viri excellens uirtus, vel ſanctimonia non operatur in alterius præiudicium, quando eſt cauſa grauis, vel magni momenti. Bald. in l. vna. colum. tertia, in ſecunda oppoſi. verſi. quid ergo eſt, de præſump.

Et rem affirmat Decius in c. cauſam quæ. in fi. de offic. deleg.

167 vbi dicit † ꝙ quando tractatur de præiudicio tertij, non curatur de generali præſumptione, qua quis præſumitur bonus. Abb. in c. cum in iure. in prin. de offi. deleg. Sic habemus verbũ domini dicẽtis, Ne reſpexeris in faciem pauperis, licèt alioqui pauperes tantum nobis cõmendarit, vt dixerit, quod huic dediſti, mihi dediſti. Quare ſi bonus vir ęre alieno præmatur, nõ ſoluam eum è vinculis inuito creditore, ſed rogabo, interpellabo creditorem, pecuniam ab his quibus charitas cordi eſt efflagitabo, vt vir optimus exemplo & optimis vitæ actionibus reipublicę proſit. Neq; ſi iudex ſim, aliter cum eo agam, quam ſi frater ſit, non tamen ſpoliabo creditorem actione ſua. Nam excellẽs virtus rapit in amorem & admirationem ſui, ſed non rapit ab inuicto actionem ſuam, neque eſt lege cautum, vt quis teneatur dare, vel remittere creditum ei, qui excellentis virtutis nomine clarus eſt.

168 Non obſtat † ꝙ virtus eſt vera nobilitas, fateor, eſt apud cęlites: ſed tamen craſſum vulgus, cui humanę leges ſunt præcipuè conſcriptæ, virtutem vel ſpernit, vel paruo in precio habet. Bonos viros laudamus tantum, ſed tamen non ornamus peculiaribus honoribus, neque defendimus peculiaribus priuilegiis, præſertim vt non cogatur debito ſatisfacere. Deinde vir chriſtianæ integritatis non debet recuſare ſatisfactionem ęris alieni. Cum non dimittatur peccatum, niſi reſtituatur ablatum: ſatisfactio autẽ deficiente pecunia debet fieri operis & obſequio, vt in hac l. dicitur. Rurſus non obſtat, ꝙ in criminibus habetur ratio eximiæ virtutis, id enim quoad hoc vt pęna mitior ſit, vel honeſtior, ſed non quoad hoc, vt delicta remaneant impunita. Et ſic iudex quãtum poterit aget mitiſſime cum debitore, qui vitæ probitate excellit: nam & in præfinitione temporis & in omnibus ei fauebit, quantum patietur ęquitas.

169 Deinde non obſtat † ꝙ vir bonus ſemper cenſetur eſſe idoneus. Fateor eſt idoneus fide, ſed non facultatibus, quare vir bonus & optimæ fidei non cenſetur idoneus, ſi eſt pauper. Alex. in l. 2. ff. qui ſatiſ. cog. Areti. & Iaſ. in l. ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum. §. fi. ff. de verb. oblig. Tiraquel. de moderan. pę. c. 51. num. 43. quæ opinio veriſſima eſt, quando non fides ſed quantitas patrimonij ſpectatur.

170 Prætereą non obſtat, † ꝙ diſpenſatur cum bonis viris: quoniam cum requiratur diſpenſatio, ſatis ſignificatur fieri aduerſus diſpoſitionem iuris communis. Quare ad diſpenſandum & derogandum diſpoſitioni legis requiritur auctoritas principis, qui ſolus poteſt vti clauſula non obſtante. gloſ. in c. fi. in verbo figura. de hære. in 6. Ioan. And. & DD. in c. fi. de offi. archi. Alex. in l. Centurio. nu. 32. ff de vulg. verſi. & ſubdit. Quanquã fateor, ꝙ in his, quæ in arbitrio iudicis conſiſtunt, poteſt iudex diſpenſare cum bonis viris, peculiari fauore eos proſequẽdo, eximendoque virtutem ab his, quæ moleſtiam vel dedecus adferunt. Non tamen poterit ratione virtutis debitoris mei efficere, vt ego amittam creditum & pecuniam, quam illi mutuaui, ut dixi ſupra.

171 Poſtremò non obſtat † ꝙ propter virtutem hominis receditur ab omni iure: contra enim ſentiunt hi, quos citaui. Et ſanè receditur ab omni iure in his, quæ propter fidem exiguntur: habetur enim magna fides bono viro, & in his quæ arbitraria ſunt, & reſpiciunt honorem, vel contumeliam. Sed non receditur à iure in his, quæ reſpiciunt præiudicium tertij: non enim bonus vir liberandus, niſi reſtituat, quod accepit, tantum repręſentata virtute ſua poterit rogare creditorem, vt cum eo mitiſſime & honeſtiſſime agat quantum clementia & ęquitas patiuntur, aliàs bonus vir non eſt, qui ſatisfactionem recuſat. Paulus ille magnus propugnator eccleſiæ ille in quam electum organum Chriſti, & diuinis aſſuetus eloquijs conſuebat coria, ne cuiquam eſſet grauis, & ne ab vllo quidquam acciperet, quid facturus ne cuiquam ſuam rem adimeret. Et Paulinus Nolanæ vrbis epiſcopus vir ſanctitate & doctrina clarus Hieronymi preconio in ſeruitium ſe dedidit Barbaro viro, vt filium viduæ à captiuitate liberaret, vt auctor eſt Paulus Diaconus in vita Marti ani Cæſaris. Iraq; ſanctiſſimi viri etiam non debentes, ſeſe in ſeruitium tradiderunt, vt alienis debitis ſatisfacerent. Illud tñ non omittendum, ꝙ iudex in taxatione temporis, quo debitorem ſeruire iuſſerit, reſpiciet perſonã debitoris. Nam ſi vir bonus ſit, aut excellenti aliqua arte præditus, vel primariorum ciuium cognatione clarus, vel olim diues, ſeu nobilis, vitæ ſplendore florens. Dolebit hominis vicem operasq; & tempus moderatiſſime taxabit, curabitq; huiuſmodi debitores in famulitium nobiliſſimi alicuius viri dare, vel alicui ſimili exercitio mancipare, vt ex ſtipendio ſatisfaciat creditori, arg. eorum quæ dixi ſupra: & quoniã aliter vir primarius, aliter plebeius eſt ducendus in carcerem. l. 4. titu. 29. parti. 7. Bar. & Alex. ibi. in additione in l. 2. § torquentur. ff. de re mili. Addici aut creditori durius eſt, quam in carcerem duci. Idem ſentio in caſibus, in quib. nobilis non gaudet priuilegio nobilitatis Idem in eo qui olim fuit poſitus in dignitate, nam & hi depoſita dignitate de iure ciuili torqueri non poſſunt l. nihil. in fi. C. de quæſt. l. fi. ff. de decurio. Salyc. in l. Diuo Marco. C. de quæſt. Plat. in rub. C. de decur. lib. 12. Bal. in l. de quæſtionis. C. eodem titu. Carrerius in practica nu. 180. verſi. & ampliant. Quanquam hoc non ſeruatur, teſte Gandino & Odofre. in loco citato per Carrerium. Prohibitus autem torqueri an poſſit in carcerem duci, tradit Platea in l. nemo. nu. fi. C. de exact. tribu. Sed res iuxta priuilegij cauſam videtur definienda.

Et quod dixi de eo qui in aliquo artificio excellit, probatur ab omnibus ex l. ad beſtias. ff. de pęn. Quæ licet id non probet, eſt opinio vera etiam in criminibus, ut per Oldr. & Alber. ibi Alcia. Parerg libr. 2. c. 28. Roma. ſing. 725. Couarr. Variar. lib. 2. c. 9. nu. 6. Iaſ. in l. lex eſt. col. 2. ff. de legi. Cępola caut. 2. Hippoly. in practica. §. expedita. num. 42. & in §. opportunè. col. 2. Carre. in tracta. de homicid. §. 7. nume. 72. Cępo. in l. mercis. nume. 15. ff. de verb. ſign. Alex. in l. maritum. ff. ſol. matr. Bal. in l. ſi qui crediderit. in 2. lect. ff. de pact.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos non addicitur creditori, neque in carcerem mittitur, niſi ex delicto debeat. & nume. 6.*

2 *Priuilegia militum ne pro debito ciuili incarcerentur, ad ſacerdotes extenduntur, ne religionem deſerant. & nu. 3.*

4 *Clericus an gaudeat priuilegio, ne conueniatur vltra, quàm facere poſſit.*

5 *Clericus non poteſt renuntiare priuilegio, ne conueniatur vltra, quàm facere poſſit, etiam cum iuramento. & nu. 8.*

7 *Ex debito ex inſtrumento non liquido non ſolum clericus, ſed nec laicus capi poteſt.*

9 *Clericus ſacerdos non cedit bonis, neque ob debitum excommunicatur, ſed ſatisfacit promiſſione iurata de ſoluendo dum ad pinguiorem fortunam peruenerit.*

10 *Qui capi non poteſt, non compellitur ad ceſſionem bonorum.*

11 *Curia Pariſienſis capit clericum pro debito ciuili.*

12 *Clericus ſuſpectus de fuga, aut occultans bona capi poteſt pro debito ciuili.*

13 *Dolus eſt delictum.*

14 *Clericus in quibus caſibus luit in corpore patitur pęnam de manu iudicis eccleſiaſtici: licèt iure permittente per iudicem ſecularem fuiſſe damnatus.*

15 *Iure regio hodie clericus ratione conductionis regij vectigalis in carcerem etiam regiam duci & capi poteſt, & ibi de l. 118. ſtili.*

16 *Clericus degradatus quia falſauit literas vel ſigillum Romani Pontificis poteſt capi & incarcerari pro alieno debito.*

17 *Quibus caſibus degradatus amittat priuilegium clericale.*

18 *Executio facienda in bonis clerici ad imitationem executionis quæ fit in bonis militis.*

19 *Stipendium ſacerdotis dicuntur fructus & redditus ſacerdotij.*

20 *Clericus minorum ordinum cogitur ad ſolutionem ęris alieni, veluti laicus.*

21 *Clericus inops qualiter cogitur ſoluere penſionem beneficij.*

22 *Ob debitum ante ſuſceptionem ſacrorum ordinum qualiter conueniatur clericus inops, & an gaudeat priuilegio ſacerdotali.*

23 *Seruus ſine licentia domini ordinatus deponitur, & domino reſtituitur.*

24 *Debitor inops creditori addictus ſi interim ordinetur, & dominus creditor contradicat, an debeat degradari, & creditori reſtitui, & an audiatur, ſi velit*

Source : BIU Cujas

si velit seruire per substitutum.
25 *Collegia & monasteria possunt bonis cedere.*
26 *Scholastici debitores si inopes sint, an capi & creditoribus addici debeant.*
27 *Monachus pro debito ciuili nec capitur, nec in carcerem ducitur.*
28 *Debitor, qui in fraudem creditorum ingreditur monasterium, non debet recipi ad monachatum.*
29 *Qui debet monasterio si ipsum ingrediatur liberatur à debito.*
30 *Monacho si mutuum soluatur, vel depositum, liberatur debitor.*
31 *Per baptismum an baptizatus effugiat manus creditoris.*
32 *Baptismus in foro iudiciali nihil remittit.*
33 *Ascendentes socer & mulier & ij qui non conueniuntur in plus, quàm facere possunt, non possunt capi. nu. 34. & 57.*
35 *Istud priuilegium minime posse renuntiari etiam cum iuramẽto, & nu. 36. idem in marito, nu. 37. & nu. 38.*
39 *Pater spiritualis an gaudeat priuilegio contra filium spiritualem, ne conueniatur vltra, quàm facere possit.*
40 *Filius spiritualis tenetur præstare alimenta patri spirituali inopi.*
41 *Patri spirituali eadem reuerentia debetur, quæ patri carnali.*
42 *Pater spiritualis non potest vocari in ius sine venia.*
43 *Patre capto à creditoribus, si filij eius petant sibi addici ob dotem matris, an pater sit filijs addicendus, & an filij præferantur alijs creditoribus, & nume. 44.*
45 *Beneficium, ne conueniatur quis vltra, quàm facere possit, an transeat ad hæredem patris spiritualis.*
46 *Hæres extraneus vxoris matrimonio soluto an teneatur istud beneficium deferre marito testatricis. & nu. 55.*
47 *Liberi a parentibus an in carcerem conijciantur pro debitis.*
48 *De iure ciuili potest filius exigi in plus, quàm facere potest.*
49 *Mariti priuilegium transit ad omnes de sobole.*
50 *Priuilegium mariti ne conueniatur vltra, quàm facere possit, competit ei, siue debeat ex causa dotis, siue ex qualibet alia causa. & nu. 54.*
51 *Filij & descendentes an huic priuilegio possint renuntiare.*
52 *Pater non tenetur semper alere filium.*
53 *Quando cadat obligatio inter patrem & filium, remissiue.*
56 *Casus in quibus maritus ab vxore conueniri potest in plus, quàm facere possit.*
58 *Socer decipiens generum amittit priuilegium, ne conueniatur, vltra quàm facere possit, & an id procedat constante, solutove matrimonio. numero 56.*
60 *Priuilegium soceri, ne conueniatur vltra quàm facere possit, an habeat locum extra causam dotis.*
61 *Socer an renuntiet priuilegio, ne conueniatur vltra quàm facere possit, & quid cum iuramento. nu. 62.*
63 *Socius an conueniatur vltra, quàm facere possit.*
64 *Donans an vtatur eodem priuilegio, & an possit renuntiare huic priuilegio. nume. 65.*
66 *Dotans extraneam an conueniatur vltra, quàm facere possit.*
57 *Habentes istud priuilegium non solum non capiuntur, sed eis sunt relinquenda alimenta.*
68 *Alimenta relinquenda uxta personæ qualitatem.*
69 *Habenda est ratio, ne nobilis cogatur viuere solus, denique & pro ministris alimenta relinquenda.*
70 *Patrono alimenta præstanda secundum eius qualitatem & dignitatem.*
71 *Mendicitas secundùm qualitatem personarum est consideranda.*
72 *Frater primogenitus tenetur alere fratres secundogenitos secundùm dignitatem eorum & facultates maioratus.*
73 *Ista an procedant in eo, qui cessit bonis, si postea bona acquirat.*
74 *Debitor qui bonis cessit & fuit sibi relicta turris aut domus. An creditores petentes vendi domum, aut turrim dicentes sufficere debitori domum paruulam, sint audiendi.*
75 *Et quid in alijs debitoribus habentibus domum pulcherrimam, in qua habitant, quibus competit beneficium, ne conueniatur vltra, quàm facere possint, an cogantur creditoribus vendere domum.*
76 *Cum alimenta sunt præstanda, non debent vendi possessiones, sed ex redditibus earum sunt danda.*
77 *Priuilegiati, ne conueniantur vltra, quàm facere possint, an opponãt hanc exceptionem post sententiam.*
78 *Et si soluerint in solidum an possint repetere.*
79 *Filiusfamilias an pro debito in carcerem mittatur.*
80 *Frater an fratrem debitorem ob æs alienum an in carcerem detrudat. numero 86.*
81 *Frater fratrem capere non potest, authore Bald.*
82 *Frater redimens fratrem ab hostibus præsumitur fecisse pietatis intuitu, & non animo repetendi, & nu. 87. & 88.*
83 *Frater potest habere in seruitium fratrem suum.*
84 *A fratre potest conueniri frater vltra, quàm facere possit.*
85 *Priuilegium, nequis conueniatur vltra, quàm facere possit, datur solum inter ascendentes & descendentes.*
89 *Stante statuto, ne frater ob æs alienum capiatur, an eius hæres possit capi.*

Clericus maiorum vel minorum ordinũ an possit capi, vel addici creditori. Et quid si post addictionem, vel contractum æs alienum fit clericus, vel monachus. Et an capi possit pater, vel mater, patronus, socer, filius & similes, & an possint renuntiare suo priuilegio. Et an frater capi & addici possit pro ære alieno, quod fratri debet. Cap. XVII.

Sacerdotes nostri temporis, qui non oĩno vacant cęlestium contemplationi, non minus rem curant quàm prophani. Quare & de his quoque dicendum, an capi & addici creditori possint. Hic distingue, aut sacerdos iam consecratus æs alienum contrahit, aut postquam contraxit æs alienum sacris ordinibus initiatur.

1 Primò casu distingue † aut sacerdos est sacris ordinibus maioribus initiatus, & hic non est addicendus creditori, immo neque ducendus in carcerem pro ære alieno, nisi ex delicto debeat, vel sit suspectus de fuga, vel bona abscondat. Primo: quoniam clericus pro debito mere ciuili non potest duci in carcerem, vt asseuerat Antonius Butrius consi. 41. satis puto. in fine, regia l. 118. stili à contrario sensu. Quanquam fateor ei legi posse responderi. Vt solum sit specialis in hoc, ꝙ clericus conductor regij vectigalis ducatur in carcerem prophanum & nõ in ecclesiasticum in eo casu, quo conducit regia vectigalia, & nõ in alio. Tamen ꝙ clericus non possit ob æs alienum capi iure regio, refert Celsus in indice regiarum cõstitutionum verbo desaraygar. nu. 25. Castel. l. 66. Tauri. n. 110. col. 10. ver. ex quo infero, ꝙ pro ciuili. Notat Ioan. And. per tex ibi in c. si clericos. de senten. excom. lib. 6. dicit communem Roder. in l. 2. titulo de los gouiernos. q. 5. col. 6. versi. idem dicendum scribit Mathesila. notabili. 60. Nota ꝙ clerici, per tex. in c. nuper. & in c. vt famæ. de senten. excommu. Quanquam Mathesila. mihi videtur errare, dum asserit, non posse capi clericos in sacris minoribus constitutos, vt statim dicam. Hanc tamen opinionem, ꝙ clericus ob æs alienum capi non possit, etiam si inops sit, probat idẽ Mathesil. in l. consentaneum. col. 2. ver. prędicta omnia fallunt. C. quomo. & quan. iud. Nicol. Mil. in reper ver. clericus. versi. 6. DD. in c. dilectis. de appella. post glo. ibi. Innoc. in c. vt famæ. in glo. in verb. prælatorum, de sentẽtia excommu. Philip. Decius post Perusinum in d. c. dilectis. in 1. notab. Calder. in c. j. de offi. ord. Non desunt, qui contra sentiant, sed hæc opinio vera est, & moribus recepta propter dignitatẽ ordinis sacerdotalis cui fauere (vbi fraus abest) est è re christiana. Multo enim magis dignus est fauore sacerdos egenus, religionis & diuini verbi minister, q̃ miles, rapinis, cędibus & stupris, confundens oĩa.

2 Quare † optimo iure priuilegium concessum militi in l. miles ita. ff. de re iudi. extẽditur ad sacerdotem non solum quoad hoc, vt non possit ęris alieni ratione capi, verùm etiam quò ad hoc, ut non possit exigi in plus, quam facere possit, hoc est, vt ei relinquatur necessaria sustẽtatio. Ita rectè & ęquissime docuit Accur. in l. miles ita. ff. de re iudi. & ibi. Bar. & Ias. num. 11. Ang. Imol. Alex. & Rip. nu. 7. testantur hanc esse cõmunem sententiam. Couar. varia. resol. lib. 2. c. j. nu. 9. Stafileus de literis gratiæ & iustitiæ. fol. 154. col. 2. Gigas in tractatu de pensionibus. q. 35. Collectarius in c. Odoardus. de solutio. Rebuf. in auth. habita. priui. 112. C. ne fili. pro patr. Ioan. Baptista Sanseuer. in tracta. de debito. susp. & fugi. q. 6. quintæ q. principal. Gomes. in compendio vtriusque signaturæ, col. fi. Hippoly in practica criminali, verbo attingam. nu. 69. Castellus. l. 66. Tauri. in verbo. de se arraygar. col. 11. versi. in tantum non compellitur. Capella Tholosana 245. & ibi Aufrer. in additione. Lup in rep. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 39. idẽ est fol. 22. nu. 3. qui alios citat. Ancha. in c. si propter. col. 6. de rescrip. lib. 6. Adducunt omnes textum in cap. Odoardus. de solu. vbi hoc significat Abb. col. 3. Imol. & Anchar. Felyn. in c. cum ex officij. de præscrip. col. 2. circa prin. Adducitur efficax ratio, scilicet quoniam militi conceditur id priuilegium, ne deserat militiam.

3 Ergo † idem concedendum clerico, ne deserat religionis ministerium, neque arbitror quẽquam adeo esse impium, qui neget, non esse plus honoris deferendum sacerdoti, quàm militi vel nobili. At hi non ducuntur in carcerem, neque tenentur vltra, quam facere possint. Ergo neque sacerdos, neque eũ in republica Christiana admittendum, vt sacerdos christianus omnibus facultatibus exutus cogatur mẽdicare inter Christianos, quod neque impij admiratione religionis permoti vllo modo paterẽtur. Cum ergo sacerdos sacris maioribus initiatus non possit duci in carcerem, neque exigi vltra, quàm facere possit, sequitur ꝙ non est addicẽdus creditori, quod est plus, quam duci in carcerem, & conueniri in plus quàm facere possit. Et nominatim ꝙ nõ debet seruire creditori, notat Castell. in l. 66. Tauri. ver. de se arraygar. col. 11. versi. hinc etiam dico. His congruit, ꝙ qui non potest duci in carcerem, non est addicendus creditori: vt docui c. 3. nu. 2. & c. 4. Deinde si clericus tempore contractus erat pauper, sibi imputet, qui cum eo cõtraxit. cap. quemadmodum. de iureiur. & arg. c. propter sterilitatem. Ibi, non imminebat. de loca. Castell. l. 66. verbo. arraygar. versi. secundo casu. & dico simile c. de fugitiuo.

4 Non † omittendum, ꝙ Mathesilan. sing. 61. nota ꝙ clerici. scribit, ꝙ clericus non gaudet priuilegio militari quoad hoc, vt non

Source : BIU Cujas

non conueniatur, vltra, quàm facere poſſit, & idem ſignificat Paul. in d l. miles ita. in fine prin. Sed certè Paulus rem non aſſeuerat, tantum refert opinionem Canoniſtarum, quorũ nonnulli dicunt, ꝙ clericus tenetur cedere bonis, quæ quæſtio, inqt Paulus, eſſet ſuperflua, ſi non tenerentur vltra, quàm facere poſſint. Hæc Paulus, qui potius alienam refert, quam mentẽ ſuam. Sed quidquid ſenſerit, opinio eſt ęquiſſima & prudentiſſima, vt ſacerdos non teneatur in plus, quàm facere poſſit & diuerſa opinio abſurda eſt, & prorſus aliena à dignitate & grauitate Chriſtianæ religionis.

5 Quinimmo in ea ſum ſententia † vt ſacerdos non poſſit renuntiare priuilegio ne conueniatur vltra, quàm facere poſſit, auctore Butrio conſilio 41. Quoniam id conceditur ſacerdotali dignitati, cuius cõſeruatio ſpectat ad publicam vtilitatem: cum ad religionem ſpectet, vt docui c. præcedenti. num. 74. Et cum ibi. nu. 83. dixerim, militem non poſſe renuntiare priuilegio militari; quoniam deſereret militiam. Ita & hic ne deſerat religionis miniſterium & augmentum. Et ne vir deſtinatus cęleſtium contemplationi in carcerem vel in prophani cuiuſpiã vile miniſterium detrudatur. Neque obſtat, ꝙ B. Paulus cõſuebat calceos, & laborabat propriis manibus: id enim ſponte faciebat nõ coactus, & quiuis ſacerdos miniſter verbi diuini magnus & clarus habebitur & in hoc mundo & in regno Chriſti, ſi Pauli generoſam mentem imitatus doceret gratis euangeliũ, nihil interim à quoquam accipiens, ſed ſibi ſuo labore victum parans. Non obſtat, ꝙ Paulinus Nolanæ vrbis epiſcopus, etiãſi nihil præter mutuam charitatem deberet, ſeſe tradidit in ſeruitium barbaro, vt proximum à captiuitate liberaret: quoniam id ſponte fecit, & non agnitus, & vbi fuit primũ agnitus in patriam dimiſſus paſſus eſt redire, etiamſi cum Barbara gẽte ageret vt narrat Paulus Diaconus in Martiano his verbis. Inter has procellas vir piiſſimus Paulinus Nolanę vrbis epiſcopus, poſtq̃ quidquid habere potuit, in captiuorum redemptionem expendit, nouiſſime cum nihil aliud niſi ipſe ſibi ſolum modo ſupereſſet, pro cuiuſdam viduæ filio maternas non valens ferre pijs viſceribus lacrimas, cum eadem ad Africam proficiſcens ſeſe barbaro viro vice vicaria in ſeruitium tradidit, cuius ſanctitas cum apud eãdem barbaram gentem Dei nutu cognita fuiſſet, demum cum omnibus ſuis ciuibus ad vrbẽ propriam remeauit. Opus præclarum diſcipulo Chriſti dignum omnibus libris & literis celebrandum, quo liquido conſtat, ꝙ Chriſtiana virtus a bonis laudem promeretur, à malis extorquet.

6 Ideoq; mihi placet † ſacerdotem non exigi in plus, quàm facere poſſit neque capi, vt vehementer admiret, Lodouicum Gomeſium in compendio vtriuſque ſignaturæ col. fi. docuiſſe, clericum inopem, qui tribus ſententijs conformibus fuerit ſoluere damnatus. Non poſſe allegare beneficium clericis conceſſum ex diſpoſitione. d. c. Odoardus. Atque idem faciendum cenſet, ſi addito iureiurando ſolutionem promiſit. Sed eius opinionem reijcit Couar. uaria. reſolu. lib. 2. c. j. nu. 9. verſi. quoties verò. Adducens ꝙ nulla reddi poteſt iuſta huius opinionis cã. Equidem meo iudicio Gomeſius non rectè ſenſit. Quid enim habent tres ſententiæ conformes, niſi ꝙ efficaci vehementia executioni ſunt mandandæ, & ꝙ debitum reddunt liquidum.

7 † Quòd ſi liquidum non eſſet, certe neque clericus, neque profanus, neque quiuis abiectiſſimus capi poſſet, vt dixi c. j. nu. 31. Vt ergo aliquid concedatur clerico, oportet vt etiam ſi liquidiſſimum ſit, non præmatur carcere religionis ſacræ miniſter. Deinde mandentur executioni tres ſententiæ, ſed quatenus de iure licet, alioqui etiam aliena diſtrahentur ex tribus ſentẽtijs, quod eſt abſurdiſſimum. Vbi nam reperitur, ꝙ damnatus ſoluere tribus ſententijs conformibus non poſſit opponere priuilegium nobilitatis. Quinimmo omnis exceptio, quæ non perimit, ſed moderatur ſententiæ effectum, poteſt opponi, etiã poſt ſententiam definitiuam, latè Iaſ. in l. j. C. de iur. & fa. igno. DD. in l. Neſennius. ff. de re iudi.

8 Idem ſentio † quando clericus iurauit: nam poteſt opponere beneficium c. Odoardus. quoniam iuramentum id præſtat, præciſe quis cogitur licèt aliàs non cogeretur: vt dixi c. j. nu. 6. Id tamen intelligendum, quando res, vel factum eſt poſſibile, vt dixi c. j. nu. 6. Quid tamẽ ſi clerico ſolutio preſens eſt impoſſibilis præ inopia, certè ſufficiet cautio iuratoria de ſoluendo, vbi ad pinguiorem fortunã peruenerit, vt in capitulo Odoardus. Nam iuramentum intelligitur iuxta ſubiectam materiam, vt in l. fi. C. de non nume. pecu. Neque quiſquam dicet, ꝙ priuilegium Fidalgi, ne ducatur in carcerem, ceſſat, ſi Fidalgus iurauit ſoluere; nemo enim iuris remedium amittit, niſi expreſſe & diſerte ei renuntiet, vt per Abba. c. cum contingat. de iureiur. & docui c. præced. nu. 91.

9 Poſtremò † ꝙ ſacerdos pro debito non capiendus, neq; addicendus probatur: quoniam non tenetur eam bonorum ceſſionem ſubire, quam præſcribunt iura ciuilia, etiam facilis ſit, minimeq; onerosa. Neque poteſt ob debitum excommunicari, ſi ſoluere præ inopia non poſſit. Tantum tenetur iureiurando promittere ſe, vbi ad pinguiorem fortunam peruenerit creditori ſatisfacturum. Ita probatur in d. c. Odoardus. & licèt gloſa, & Ioan. And. & Henri. & Hoſti. doceant, clericum teneri cedere bonis, contra rectius ſcripſerunt Abb. Imol. & Anchar. & eſt magis communis opinio doctorum ibi, teſte Couarr. d. c. 2. nu. 9. Lupus in rep. rub. de donat. int. vir. & vxo. §. 39. idem eſt dicendum. nume. 3. fol. 22. Hæc communis opinio humanior eſt grauior & indubitanter vera, ſi ceſſio fit ignominioſe. Nam ceſſio ignominioſa, quod ad corpus attinet, & vulgi opinionem moleſtior eſt quàm excommunicatio. Tamen in eo textu præcipitur, ne clericus inops excommunicetur. Quanquam excõmunicatio videbatur vnicum remedium ad cogendum ad ceſſionem, nihilominus pręcipitur, ne excommunicetur, ergo non tenetur cedere.

10 Præterea probatur † quoniam clericus ęris alieni ratione capi non poteſt, vt dixi nume. 1. at qui non poteſt capi, nõ poteſt cogi cedere bonis: ut docui c. 3. num. 2. Ergo cum clericus non teneatur ſubire ceſſionem bonorum, quam præſcribunt iura ciuilia, licèt facilis ſit, minimeq; onerosa, multo minus addicetur creditori, quod eſt, nõ poſſe liberari, cedendo bonis, ſed ſpoliatum bonis ſeruire creditori. Nam, vt ſupra dixi, iure Hiſpani co ſublatum eſt beneficium ceſſionis bonorum; non eñ cedendo bonis liberatur debitor à manibus creditoris, immo ei traditur in ſeruitium tantum prodeſt addictio quoad effugiendũ carcerem. Deinde quòd clericus non capiendus, neq; addicendus probatur: quoniam ſacerdotiũ nobilitat. Hoſti. Ioan. And. Abb. Ancha & Cardi. Flor. in cap. eo libentius. de ſer. non ordi. Corſe. in repe. c. grandi. colum. 13. de ſupplen. neglig. pręla. in 6. Alcia. in c. cum non ab homine. col. 6 de iudi. nobilis autẽ neq; capitur, neq; addicitur, vt dixi capite, de nobilit.

11 Illud † tamen videtur reprehendendum, ꝙ Pariſienſis curia facit capi clericum pro debito ciuili, quod mihi videtur a recta ratione alienum. Sed rem narrat Caſſa. in conſue. Burg. rub. 5. §. 2. nu. 14. verſi. additio. Ego capi clericum ob ęs alienum tunc probabo, cũ ſubſit ſuſpicio, ꝙ vult fugere, & exportare res ſuas: tunc enim ex dolo capi poterit, vt notat Couar. varia. lib. 2. c. j. nu. 9. verſi. Sed et. Baptiſta Sanſeuer. in tract. de debito. ſuſp. & fugi. q. 6. quintę q. principalis, & dico. c. de ſuſpecto. Adeo autẽ capi poterit, donec ſoluat, vt illum poſſit capere ipſe creditor, dummodo illum tradat proprio iudici, vt notant præfati doctores.

12 Quinimmo † etiamſi non eſſet ſuſpectus de fuga, ſufficeret probare, ꝙ occultat bona: nam ex dolo (qui eſt delictum) capi poſſet, argumento eorum quæ dixi c. præcedenti. nu. 6. & n. 19. & nu. 126. & eorum quæ dixi c. de hærede, nu. 18. & c. de debitore, cuius perſona non eſt obligata. nu. 10.

13 Et com probatur † quoniam dolus eſt *delictum*, & abſcondere bona ad defraudandum creditorem eſt res impiiſſima, ſeueriſſima coercione digna. Clericus autem non ſolum ex delicto, verum ex pecunia debita ratione delicti poteſt capi, vel qa contrectauit depoſitum: ut in c. j. de depo. & ibi. DD. ſcribit Matheſila. ſing. 60. nota ꝙ clerici. latè Hippoly. in practica crimin. §. attingam. nu. 70. & ſignificat Butri. conſ. 41. Dum dicit, quòd pro debito mere ciuili clericus non poteſt capi, ergo ſecus qñ deſcendit ex delicto. Boer. expreſſe deciſ. 349. nu. 11. verſicu. ſed quoad clericum. Vbi dicit, ꝙ clericus poteſt ſicut laicus detineri in carcerem, & ſi non poſſit ſoluere, pœnam impoſitam pro delicto luet corpore, arg. c. finem litibus in fine. de dol. & cõtu. & ibi. Abb. notat, idem Abb. in c. Odoardus. in reſponſione ad d. c. finem. & probatur. in c. ſi res. 14. q. 6. in glo. ver. caſtigari. & in Auth. de ſanctiſſi. epiſ. § reuerendiſſimus. quod procedit, etiã ſi pecunia, quam ſoluere debet, ſit interęſſe ex parte actoris, & ſolum pœna ex parte ſua, ita Abbas in d. c. finem. Boer. vbi ſup. Secus vbi pecunia, quam clericus ſoluere debet: non eſt pœna ex parte ſua: nam tunc ſi inops eſt, ſpectatur donec ad pinguiorem veniat fortunam, iuxta capitulum Odoardus.

14 Clericus † autem in caſibus, in quibus capitur, & in caſibus in quibus deficientibus bonis luit corpore, debet hæc pati de manu iudicis eccleſiaſtici. Licèt iure permittente fuerit per iudicem ſecularem damnatus ad pœnam, c. dilectis. de appell. c. grauis. de pęn. Ioannes Anania. & Domi. in c. ſi clericos. de ſenten. excommu. & Domi. c. j. de cleri. coniu. lib 6. Nam iudex eccleſiaſticus poteſt clericum flagellare vſque ad ſanguinis effuſionẽ excluſiue, cap. in Archiepiſcopatu. & ibi. Abbas & Anania. de raptor. Sic etiam fœmina & nobilis capiuntur pro debito deſcendente ex delicto, vt dixi capitulo 15. numero ſexto, & cap. 16. nume. 26.

15 Meminiſſe † tamen oportet, ꝙ extat apud nos regia l. ſtili. 118. præſcribens, vt clericus conductor regij vectigalis non ſolùm ducatur in carcerẽ, verùm vt ducatur in carcerẽ regiam. Quare lege regia admonentur clerici, ne conducant regia vectigalia. l. 4. & l. 45. titu. 6. partita. j. Sciendum tamen, ꝙ Caſtellus in l. 66. tauri. verbo de ſe arraygar. col. 9. uerſiculo, niſi dicas. Intelligit eam legem in clerico coniugato, ſed errat: quod enim eſſet priuilegium reditus regij, ſi clericus coniugatus ducatur in carcerem regiam. Deinde dicit, ꝙ illa lex Stili hodie non

ſeruabitur:

Source : BIU Cujas

ſeruabitur: quoniã per l.56.in libello alcaualarum clerici phibentur conducere regia vectigalia. Et fideiubere pro conductoribus, ſed reſponde, quid ſi de facto cõducit, vel fideiubet, vtiq; ſeruabitur lex Stili. Nota tamen, ꝙ etiamſi clericatus ſuſceptus in fraudẽ debitoris nõ ſuffragetur clerico. Certè ſuffragabitur quoad hoc, ne patiatur pœnam corporalem, niſi prius degradatus. Baldus in authentica cauſa, quæ fit. col.j.nu.j. C.de epiſcopis & cleri. Abbas d.c.j.de obli.ad ratio. Bartolus.l.j.col.3.ff.de pęn. quod nota: quoniam addici creditori eſt pœna corporalis, vt dixi capite j. Item hoc nota ad eos, qui exportando facultates alienas fugiunt; nam ſi fiant clerici non puniendi, veluti latrones niſi degradati.

16 Rurſus † clericus degradatus: quoniam falſauit litteras, vel ſigillum Romani Pontificis & capi poteſt, & cogi ad ſolutionem ęris alieni. Eodem modo quo laici capiuntur, amittit eĩ priuilegium clericale. cap.ad falſariorum. de crimine falſi, regia.l.60 titu.ſexto, partita prima, melius in capit. nouimus. de verbo.ſignificatione.

17 Quando † autem degradatus amittat priuilegium clericale, vide doctores in dictis locis. Abbas in c.vno, de oblig. ad ratio. col.3. latè DD. in c.cum non ab homine. de iudi. Quid autem de clerico, qui non vtitur cultu ſacerdotali. Sed profano, vide l.prima, & l.13.& l.14.titu.3. lib.j. ordina & Alexand. latè diſtinguentem conſi.61.lib.4.

18 Executio † autem in bonis clerici facienda, ad imitationem executionis, quæ fit in bonis militis, in cuius ſtipendio non fit executio, niſi in ſubſidium. l.ſtipendium. C. de execu. rei iudi. Cuius diſpoſitionem gloſſa ibi extendit ad executionem, quæ fit in bonis clerici & eã ſequitur Bal.ibi.& Lupus in repe. rubr. de donatio. §.39. idem eſt nume.4. Vbi licèt dicat, ꝙ ſtipendia clericorum non capienda pro executione ſententiæ, ſicut nec ſtipendia militum, intelligendus eſt niſi in ſubſidium; nam in ſubſidium ſtipendium militis capitur. Et ita intelligenda lex 22.titu.6.par.j.

19 Stipendium † autem ſacerdotis intelligo, fructus, vel redditus ſacerdotij, quos deficientibus aliis bonis, ex quibus ſatisfiat creditor, faciendo executionem conſequetur. Dum tamen ſi clericus aliunde viuere non poteſt, fructus iuxta quantitatẽ debitam adiudicentur creditoribus relicta clerico congrua ex eis portione, ex qua viuat, argu.c.peruenit.de fideiuſſo.notat Conarru.varia.reſol.lib.2.c.j.nu.9.& ita practicari in aula Romana refert Collectarius in d.c.Odoardus. Rebuf.in auth.habita.priuilegio 112.C.ne fil.pro patre. Aufrerius in additione Capellæ Tholoſanæ. 245. Neque enim clericus conueniendus vltra, quàm facere poſſit, neque excommunicandus, ſi inopia laboret, vt in d.c.Odoardus.

20 Si tamen † clericus non eſſet ſacris maioribus initiatus vel altari, vel eccleſiæ proprio miniſterio ſeruiret, Sed tantum minoribus eſſet ordinibus initiatus, & hic iudicandus & cogẽdus ad ſolutionem veluti laicus ceſſante priuilegio clericis cõceſſo. Ita docet Couarr.varia.reſolu.lib.2.c.j.nume.9.verſi.propter quorum. Cuius opinioni libenter accedo ex eius ratione, ſcilicet quoniam tantus eſt numerus eorum, qui primis minoribus ſacris ſunt initiati, vt oporteat clericale priuilegiũ ita interpretari. Sic doctori nõ legenti negaui priuilegium, ne capiatur ob æs alienum: quoniam magna eſt corũ multitudo. ita c. pręced. nume.131. Præterea his non debetur vlla reuerẽtia ſicuti ſacerdotibus, & laici omnino reputantur, & licèt contra ſcripſerit Matheſilan.ſing.60. Errat & non ſeruatur, niſi intelligas eum in diacono & ſubdiacono c.a multis.de ęta. & quali. c.pen. de ſer.non ordinan. Nam hi clerici reputantur, cæteri autem communiter habentur laici, etiamſi habeant beneficium, & eis poſſunt ſuccedere. Io.And.in reg.ſine culpa.in Mercu.col.5.ver.ad primum. Cardi.ibi verſi.pone ſuſcepit. Et Butri.col.fi.ver.qui dicit clericus. latè Tellus in l.Taurin.35.qui alios citat.

21 Qualiter † autem cogendus clericus inops, qui non poteſt ſoluere penſionem. Et an poſſit priuari beneficio, cuius ratione penſionem ſoluit, tradit Gomeſius in regula de annali poſſeſſore, quæſtione 35. Couarr.dicto capitulo primo, nume.nono, verſi.quoties.

22 Sed † quid ſi quis ęs alienum contraxit, antequam ſacros ordines acciperet, Puta quidam cum laicus eſſet, à me centũ mutuò accepit, quæro, an ſi poſt ſacerdos fiat, gaudeat priuilegio ſacerdotali, ita vt neque capi, neque addici creditori debeat. Diſtingue, aut creditor nondum in ſeruitium acceperat debitorẽ, neque eum in carcerem coniecerat. Et certè ſi fiat clericus, gaudet priuilegijs ſacerdotalibus, & debet conueniri apud iudicem eccleſiaſticum non apud profanum. Ita probat pluribus argumentis Ioannes Andreas & Abbas, qui latè diſtinguit col.2.& tertia, in c.vnico, de obliga.ad ratiocinia. Alex.optime in l.cum quædam puella.nu.3.ff.de iuriſdic. omni. iudi. quia non ſolum mutatur forus, ſed ſtatus. Bal.in auth.cauſam col.j.C.de epiſco. & cleri. Bar.in l.j.col.3.ff.de pęn. Qui limitat, niſi in fraudem ſuſcipiat ſacros ordines, arg.l.maritus.§.legis.ff.de adul. & eorum quæ dixi c.præced.& notat Bal.in auth. cauſa quæ fit cum monacho.col.1.C.de epiſ.& cleri.nu.142. Si tñ cum creditor illum in carcerem coniecíſſet, vel in ſeruitium accepiſſet, fiat clericus. Certè clericatus videtur in fraudem ſuſceptus, neque clerico ſuffragatur, ita liquet ex diſtinctione Ioannis Andr.& Abb. in d.c.j.& ex Bar.in l.j.col.3.ff.de pęn. Et circa hanc diſtinctionem vide DD.omnes in c.propoſuiſti.de foro cõp. & in l cum quædam puella.ff.de iuriſd.omni.iudi. Oldra.conſi.4. Alber. in 3.parte ſtatuto. q.41. Felyn. in c.fi. col.8.de conſti. Rebuf.in l.ſi diuina domus. C.de exacto.tribu.lib.10. Feder.Senenſ.conſi.97. non eſt fundamẽtum. Barth.Brix.q.32. aliquis litigabat. Cępol. cõſilio 11.colum.tertia, verſi. Item de delicto, & cautela 9. Plat. in l.non tibi. C.de incol.in quibus locis traditur de eo qui poſt delictum fit clericus.

23 Facit † ꝙ ſeruus ſine licentia domini ordinatus deponitur, & domino reſtituitur. c.2.de ſer.nõ ordin. Et ſacerdotium non liberat à conditione ſeruili. Caſſan. in conſue. Burgun. rub.9. §.10.nume.56. Ideo ſi creditor traditus ſit creditori, non liberabitur per ſacerdotium, immo neq; ordinari debet c.primo, de ſer.non ordi. Moder.in conſue.Pariſ.titu.j.§.41.nu.55.in fi.

24 Et † an hic ordinatus domino creditore contradicente debeat degradari & reddi domino, an verò audiatur, ſi velit ſeruire per ſubſtitutũ, longa rixa eſt inter noſtros, vide Anton.col:2. Abb.colum.2.in c.de ſeruorum.de ſeru. non ordi. & in c.fi.eo. tit. Bal.Paul.Salyc.& alios in l.ſi ſeruus. C.de epiſ.& cleri. Afflic. in conſti. Sicilię.incip.aſcriptitios.col.3.in prin.& vide l.3.C.de agri.& municipi.& ea quæ dicam infra c.an per ſubſtitutũ. Sed de hac re videnda regia.l.6.tit.22.par.4.

25 Illud addendum † ꝙ collegia & monaſteria & eccleſiæ poſſunt cedere bonis, ut in Auth. vt determi. ſit nume. clerico. §. inueſtigantes. Nicolaus Neapolit.Ang.& Iaſ.nu.10.& Iaſo.col. pen.in §.fin.Inſti.de actio. Alber.in rub.C.de ceſſio.bono. Non tamen ſinguli de eccleſia patientur ad dictionem ob debitum eccleſiæ, vt dixi c.4.de vniuerſitate.nu.8.

26 His definitis † dicamus de ſcholaſticis an ſi debeant capi poſſint & creditoribus tradi. De hac re nullum agerem verbum, niſi priuilegium, ne conueniantur vltra, quàm facere poſſunt, eis conceſſiſſet Rebuffus in auth. habita. priui.112. C.ne fil.pro pat. Videtur Rebuffus laboraſſe: ut quam plurima benigne ſtudioſis tribueret, dignoſque ab eis omnem referri gratiam, ſi legislator non iuris interpres eſſet. Nullibi enim tale quidpiam definitum extat. Neque apud nos vſpiam fuit obſeruatum. Rebuffiq; ſententiam reijcit Couarr.varia.reſol.lib.2. c.j.num.9. dicens, ꝙ nunquam vidit opinionem hanc Salmanticæ ſeruari. Equidem inutilis fuiſſet noſtrorum cõcertatio, qui litigant, an doctor non legens ſit immunis a carcere, ſi iuuenculus primis adhuc labris attingẽs grauiora ſtudia nõ ſolum immunis eſt à carcere, verùm etiã non poteſt exigi in plus, quam facere poſſit. Quod neque aduocato, neque doctori legenti conceditur, neq; enim l.medicos. id ſibi tribuit, & licèt argutari quis poſſit ex priuilegio. l.miles. ff.de re. iud. quod extenditur ad aduocatum, certè conſuetudo vix introducit, vt aduocatus & doctor legens immunes ſint à carcere. Quare ſi quis muſaret de priuilegio, ne exigatur in plus, quàm facere poſſet, cauſa prorſus caderet, & cum ſibilo exploderetur: ita enim dictat conſuetudo optima legum interpres. Ergo cum hoc non conceditur doctori neque aduocato, cur concedatur ſcholaſtico. De doctore & aduocato dixi c.ſupra proximo.

27 Nunc † de monacho dicamus, & quidem monachus non poteſt ob debitum ciuile capi, nec in carcere detineri auctore Bal. in auth.cauſa quæ fit cum monacho.col.2.nu.3. verſi.quartum conſiderandum. C.de epiſc.& cleri. Abb. in c.cum I.& A. nu.27.de re iudi. Roderi.in l.2. titu. de los gouiernos. in quinta quæſtione, col.6.verſi.idem dicendum in monacho. Quare in monacho ceſſat prorſus diſpoſitio huius legis vt ibi. Rodericus

28 notat † Illud notandum, quod ſi quis in fraudem creditorum ingrediatur monaſterium, non eſt recipiẽdus ad monachatũ. Quoniam non ducitur bono ſpiritu, ſed vt defraudet creditores & ocio indulgeat, ita docet Inno.in c.vnico. deobligat. ad ratio.& ibi.Abb.col.pen.verſi.tertia fuit. Ibi dicit concludẽdo: ſi tamen ingrediatur in fraudem monaſterium, ipſum monaſterium ſatisfacere debet creditoribus, quatenus ex bonis monachi ad ſe peruenit.c.ſi qua.19.q.2.§.fi.inſti.de adqui. per arroga. notat Baldus in d.Auth.cauſa quæ fit cum monacho. col.2. nume.3.verſic. quartum. C.de epiſ.& cleri. Abb.in d.c.vno.col. penult. ubi tractat, an ſint deducendæ expenſæ neceſſariæ ad alendum monachum.

Hæc procedunt, quando debitor ingreditur religionem, antequam creditor illum capiat, vel executionem aduerſus illum faciat. Nam ſi poſt hęc ingrediatur monaſterium, idem dicendum, quod dixi in clerico, qui poſt capturam ſuſcipit ſacros ordines, ita Abb.in d.cap. vno. col.4.verſi.quæ dicta ſunt, de obliga.ad ratiocin.

29 Illud eſt memoria dignum † quòd ſi quis debitor monaſterij præ inopia non poſſit ſoluere, liberatur, ſi ingrediatur ipſum monaſterium. Bald. per textum ibi in l.ſecunda.ff.de cap.dimi.

Marcus

Source : BIU Cujas

Marcus Mantua ſing. 3. & dixi cap. primo, nume. 67.

30 Rurſus illud notandum † ꝙ ſi monachus mutuat vel depo-
nit pecuniam, ſi ei reſtituatur abſque facultate Abbatis, debitor
vel depoſitarius liberantur. Bar. in l. ſi vnus. 1. reſp. ff. de pac. Bar.
Bal. & Saly. in l. filius. C. de pact. Bar. in l. eum qui. §. qui ſibi. ff. de
verb. oblig. Quod limitandum, niſi in contractu factum Abba
tis vel alterius ſuperioris requiratur. Bar. in d. §. qui ſibi. Deciſio
Tholoſana. 122. An autem ſacerdos poſſit locare operas ſuas,
vide Anan. in c ſuam nobis. nu. 8. de ſymonia.

31 Sed † quid ſi infidelis ſacrum baptiſmum recipiat, an ex hoc
effugiat manus creditoris? Videtur effugere, quoniam baptiza-
tus effugit pœnam criminis. 26. diſtin. per totum. c. quod autem.
32. q. 1. c. 2. in fine, de conſe. diſt. quarta, gl. fi. 49. diſtin. in ſumma
glo fi. in d. c. quod autem. Anton. Imola & Felyn. in c. de his. de
accuſa. Tho. Ferratius cautela 24. verſi. ſi vis ipſam mortẽ. Barb.
in clem. 1. col. pen. de ſumma trini. Ergo multo magis effugiet
manus creditoris, & pœnam imminentem ex non ſoluta pecu
nia. Contraria tamen ſententia vera eſt: quoniam baptiſmus
reſpicit animam, cum per id quis reddatur membrum Chriſti.
c. quia paſſus. de pœn. diſt. 2. ideo abſolutio, quæ procedit ex ba-
ptiſmo, intelligitur quoad animam.

32 Quare † baptiſmus nihil remittit in foro iudiciali. glo. in ca-
pit. admonere. in verbo pœnitentia. 32. q. 2. glo. Innoc. & Hoſti.
col. fi. & Ioan. And. Anton. & Abb. in c. gaudemus. per text. ibi.
de diuor. Anania qui hanc teſtatur communem poſt Marian.
& Aretin. in c. de his. de accuſa. Card. in Clem. 1. §. ſanè. q. 14. de
vſur. Lucas Penna in l. ſi apparitor. col. pen. C. de cohor. lib. 12.
Deci. in c. quæ in Eccleſiarum. col. 8. ver. tertiò de conſti. Alex.
Halenſis in 4. parte ſuæ ſummæ. q. 20. membro. 1. arti. 2. Vbi di-
cit, ꝙ in baptiſmo omnis culpa deletur quoad animam. Sãctus
Thomas in tertia parte ſummæ, quæſt. 68. artic. primo, quæſt. 1.
Antoni. Florenti in 1. part. 3. partis principalis ſummæ, titu. 14.
cap. decimotertio, poſt prin. vbi dicit, ꝙ per baptiſmum remitti
tur omnis pœna debita Dei iudicio, ſed non ea quæ debetur in
iudicio hominum.

33 Nunc breuiter de parentibus dicamus & certe neque pater,
neque matet, neque auus, neque auia, neque ſocer, neque mu-
lier, neque patronus, & omnes perſonæ quæ non tenentur in
plus quàm facere poſſunt. Quales ſunt ſocij & donatores, non
poſſunt conijci in carcerem a filiis, neque a ſociis, vel donata-
riis. Tantum enim abeſt vt eorum perſona capi poſſit, vt neq;
bona inſolidum exigantur. Tantum exiguntur quatenus face-
re poſſint, hoc eſt ita, vt remaneat eis, vnde vitam trãſigere poſ
ſint. l. parentes. ff. ſol. mat. l. ſunt qui in id. l. inter eos. in fine. ff. de
re iudi. l. rei iudicatæ. §. fina. cum duabus legibus ſequentibus. ff.
ſol. matri. l. prima, titu. 15. par. quinta. l. in condemnatione. ff. de
reg. iur. Sed quoniam huius rei tractatus eſt quotidianus de ſin
gulis peculiariter dicamus.

34 Parentes † vtriuſque ſexus & omnes aſcendentes nõ poſſunt
à deſcẽdentibus ob ꝙs alienum conijci in carcerem. Quoniam
obſtat reuerentia naturæ inducta & diuino præcepto confirma
ta. Nam qui a parentibus poſt Deum accepit donum ineſtima-
bile, vt eſſet, non debet eos conijcere in carcerem, neque impie
exigere, ſed tantum quatenus facere poſſunt. Quare neque eos
conijcit in carcerem: nam generaliter qui non tenetur in plus,
quàm facere poſſit, non eſt præmendus carcere. gloſ. in l. liber
captus. C. de capti. & ibi notat Bal. in fine. Are. in l. alia. §. elegan
ter. quem legit cum l. maritum. ff. ſol. matri. col. 2. Alex. in l. Cen
turio. nu. 5. ff. de vulg. Item qui non tenentur in plus, q̃ facere
poſſunt, non tenentur cedere bonis, vt dixi latè ca. 3. de vxore.
numero tertio.

35 Priuilegium † autem hoc, quo parentes non poſſunt exigi
in plus, quàm facere poſſunt, non poteſt ab eis renuntiari, ſcili-
cet nec maritus: quoniam maiorem reuerentiam debet filius
patri quàm vxor marito: maritus autem non poteſt iſtud priui
legium remittere: quoniã eſt aduerſus bonos mores, nimirum
aduerſus reuerentiam, quam lege diuina & naturali vxor ma-
rito, & filius patri debet. l. alia. §. eleganter. ff. ſol. mat. Ita in patre
renuntiante ꝙ non valeat renunciatio, ſcribit Specu. in titu. de
renuncia. & concluſ. §. j. verſi. item quod beneficium. Io. Andr.
in c. Odoardus. de ſolutio. Alex. in l. alia. § eleganter. num. 16. ff.
ſol. matri. Videretur enim reſpublica barbarica, ſi ob priuato-
rum pactiones interrumperetur ſancta naturæ lex, quod eſt
abominandum & abſurdiſſimum.

36 Quinimmo † etiamſi parentes renuntiarent huic priuilegio
cum iuramento, adhuc non poſſent exigi in plus, quàm facere
poſſint. Sed relinquenda eis alimenta primò: quoniam filii ipſi
tenerentur eos alere, ſi viderent eos in egeſtate conſtitutos. l. fi.
§. ipſum autem. C. de bon. quæ libe. l. ſi quis a liberis. ff. de liber.
agnoſ. in prin. Et circuitus eſt euitandus. Secundò: quoniã tale
pactum, ꝙ filius poſſit in carcerem ducere patrem eſt abomi-
nandum & prorſus execrabile. Et filius, qui tale quidpiam pe-
tit, impius eſt, & bipendum nequiſſimus, neque vlla res magis
impia videtur conſpici poſſe in republica, quàm ſi hoc tolera-
retur. Quare tale iuramentum aduerſus bonos mores non eſt
vllo modo ſeruandum. c. non. eſt obligatorium. de reg. iur. in 6

37 Ita in † marito iuramento addito renunciante ſuo priuile-
gio, docet Bar. in d. §. eleganter. col. 2. nu. 9. & ſequuntur doctо-
res ibi. & teſtatur eſſe communem ſententiam Couarr. in repe.
c. quamuis pactum. in prin. 2. par. & Alciat. in c. cum contingat.
nu. 69. de iureiur. Sed nouiſſime vir doctiſſimus Ferdinandus
Vaſquius. in tracta. de ſucce. creatio. lib. 3. §. 28. verſi. teneo. Do-
cet iuramentum mariti renũciantis ſuo priuilegio in fauorem
vxorum validum eſſe. Adducit, quod in l. ſi quando. §. illud. C.
de inoffic. teſta. dicitur ꝙ non valet pactum, per quod filius re-
nũtiat hæreditati paternæ, & ꝙ illud eſt: quoniam tale pactum
eſt aduerſus bonos mores. ꝙ nihilominus tale pactum valet, ſi
ſit iuratum. cap. quamuis. de pact. in 6. Deinde dicit, ꝙ textus in
c. non eſt obligatorium loquitur, quando iuramentum eſt ad-
uerſus bonos mores ſtabilitos iure diuino vel naturali vel ca-
nonico, vt patet ex diſpoſitione. d. c. quamuis pactum. vbi pa-
ctum de nõ ſuccedendo valet, licèt reputetur aduerſus bonos
mores. Deinde adducit, ꝙ cum hoc iuramentum ſeruari poſſit
abſque diſpendio ſalutis ęternę, & abſque præiudicio cuiuſquã.
Et nemo ex eo inuitetur ad delinquendum, quod ſeruandum
omnino eſt. Ego communem opinionem probo: quoniã vxo
rem reuereri maritum non aliter quàm dominum, uel patrem
ſuum: inſtitutio eſt diuina, Pau. ad Ephe. c. 5. inquit, vir caput eſt
mulieris. Et Petrus Apoſtolus in epiſtola canonica. c. j. præcipit,
mulieres ſubditas eſſe viris. Quare pactum, vel iuramentum
aduerſus hanc iure diuino & humano inductam reuerentiam
eſt aduerſus bonos mores iure diuino & naturali inductos.
Quare nõ eſt obligatorium aduerſus bonos mores præſtitum
iuramentum; nam hoc vel maxime eſt aduerſus bonos mores
iure diuino inductos. Quare quadrat regula c. non eſt obliga-
torium. iuxta interpretationem ipſius Vaſquij, qui dicit, requiri
vt ſit aduerſus bonos mores iure diuino, naturali, vel canoni-
38 co ſtabilitos. Nam hic ea omnia quadrant. Ex † quo apparet
Vaſquium non rectè reſpondere ad d. c. non eſt obligatorium.
Non obſtat ꝙ non eſt in præiudicium tertij: quoniam ſufficit,
ꝙ iuramentum ſit aduerſus bonos mores ad hoc vt nõ valeat,
vt in d. c. nõ eſt obligatorium. Deinde nõ obſtat, ꝙ valet pactũ
iuratum de non ſuccedendo, licèt ſit aduerſus bonos mores.
Quoniam eſt aduerſus bonos mores iure ciuili inductos, ſed
nõ aduerſus ſanctam naturæ legem & diuinam inſtitutionem.
Ex his credo, ꝙ patet non tenetur in plus quàm facere poteſt,
etiam ſi ſuo priuilegio renuntiet cum iuramẽto. Qm̃ tale ira-
mẽtum eſt aduerſus bonos mores iure naturali & diuino indu
ctos, quo filius iubetur reuereri patrem. Honora (inquit dñs)
Patrem tuum & matrem, & eris lõgeuus ſuper terram. Et Paul.
inquit Filij obedite parentibus veſtris in domino regia. l. 3. titu.
24. par. 4. Ergo aduerſus hanc reuerentiam præſtitum iuramen
tum non ſeruandum. Quod enim exemplum execrabilius eſſe
poſſet, quàm filium ſpoliare patrẽ omnibus bonis nulla re ad
alimenta relicta, & illum conijcere in carcerem. Illud tamẽ eſt
maximè expeditum, ꝙ etiam ſi maritus, vel pater iuraſſent debi
tum ſoluere, nõ ex hoc videtur renũtiaſſe iuri reuerẽtiali. Primò: quia ius reuerẽtiale nũquam ex generali renũciatione vi-
detur remiſſum. l. fi. C. de bo. liber. Deinde quoniam renuncia-
tio non nocet, niſi in his, quæ expreſſe & diſerte ſunt renuncia
ta, vt dixi. c præced. nu. 103.

39 Sed eſt quæſtionis † an pater ſpiritualis gaudeat priuilegio,
ne à filio ſpirituali cõueniatur vltra, q̃ facere poſſit. Mouet quæ
ſtionẽ, ꝙ patri ſpirituali nõ videtur deberi tãta reuerẽtia, quan
ta carnali. Cum filius ſpiritualis poſſit vocare illum in ius ſine
venia, quod in filio naturali nõ admittitur. Ita in filio ſpirituali
docet Faber in §. pœnales. verſic. & in eum. inſti. de actio. Rurſus
iura loquentia in filiis nõ verificãtur in ſpiritualibus. Anton. in
c. trãſmiſſę. qui fil. ſint leg. Capra cõſi. 148. lib. 2. Bald. in auth. niſi
rogati. C. ad Trebellia. Nicolaus Vbaldius in tract. de ſucce. ab
inteſt. char. 3. verſi. ſeptima & vltima. Decius cõſil. 399. Cotta in
memoriali inci. Filius ſpiritualis, Campe. in trac. de ſtatu. exclu.
fœmi. q. 40. Alex. cõſ. 125. col. 2. lib. 4. Georgius Natta in c. quãuis
pactum. in 3. q. 4. quæſtionis principalis. de pact. in 6. Sed q̃ria
ſentẽtia ęquior eſt, & bonitati Chriſtianæ cõgruentior. Immo
pater ſpiritualis neque eſt capiẽdus, neque addicẽdus filio ſpiri-
tuali & (ꝙ magis eſt) non eſt ab eo exigendus, in plus, q̃ facere
poſſit. Ita docet Faber in §. ſunt præterea. verſi. Sed & ſi qs inſti.
de actio. Angel. & Platea ibi col. 2. Tiraquell. in l. ſi vnquam. in
verbo, ſuſceperit liberos. nu. 27. C. de reuo. donatio.

40 Rurſus † quorſum à patre ſpirituali filius auferat neceſſaria
ad alimenta: cum ſi patiatur inopiam, teneatur filius eũ alere
non aliter, q̃ patrem naturalem. Ita Francus in c. j. de cogna. ſpi-
ritu. lib. 6. Nicolaus Vbaldius in tract. de ſucce. ab inteſt. char. 3.
in paruis, verſic. ſeptima & vltima ſpecies. Bal. quamuis ambi-
gue, in auth. niſi rogati. C. ad Trebell. Barba. in c. Raynutius. co-
lum. 39. verſi. & adduco, de teſt. Curtius in tracta. de teſtib. con-
cluſione 30. ad finem. Cotta in memoriali, incip. commater. Fa
ber. in l. j. C. de alend. liber. Et hãc opinionem probat vir doctiſ-
ſimus. Guilielmus Budęus in libro de Philologya, qui ſcribit

priſcis

Source : BIU Cujas

priſcis ſeculis honorariam quãdam actionem proditam fuiſſe: vt pater ſpiritualis alat filium myſticum, quem è ſacro fonte leuauit. Ex his apparet, patrem ſpiritualem non poſſe à filio ſpirituali conijci in carcerem ob ęs alienum: nam qui non tenetur vltra, q̃ facere poteſt, non poteſt conijci in carcerem, nec tenet̃ cedere bonis, vt dixi ſupra numero 34. & cap. 3. numero 2. His ſuffragatur.

41 Quò † patri ſpirituali non minor debetur reuerentia, quàm carnali. glo in c. Pictacium. 30. q. 3. Barba. in l. 2. col. 7. ff. de verb. oblig. & in l. cum acutiſſimi. colum. 114. C. de fideicom. Nam cognatio ſpiritualis non minus efficax eſt, quàm carnalis. gloſ. in c. qui dormit. 27. q. 2.

42 Vnde † & pater ſpiritualis non poteſt vocari in ius ſine venia, ita docet Guilielmus Cugneus. Paul. Rom. Alex. & Iaſi. l. generaliter. ff. de in ius voc. Ang. & Fulg. in l. adoptiuum. ff. eo. titu. Aretin. in §. pœnales. inſti. de actio. Iaſi. ibi col. 10. verſ. nunquid ergo Zaſius ibi. col. 2. Gome. col. 11. verſi. & omnia prædicta. Si enim verum eſt (vt eſt re vera) quod ſcripſit Ariſtoteles, parentibus ꝙ magiſtris parem gratiam referre non poſſe. Certè oĩa maxima beneficia debentur patri ſpirituali, qui prima, religionis ſemina in tenero infantis pectuſculo inſerit.

43 Sed eſt quæſtio maxime difficilis † quid ſi pater conijcitur in carcerem à creditoribus, & creditores petunt, vt ſibi addicatur, opponunt ſeſe filii forſan egeni, & impuberes, petuntque ſeſe præferri ratione dotis maternæ, & vt pater ſibi addicatur tanq̃ potioribus, iure pro dote materna, & ꝙ non addicatur creditoribus. Hanc quæſtionem eiſdem argumentis tractare licet, qbus ſupra c. 3. tractaui, an vxor petens maritum ſibi addici ſit præferenda cæteris creditoribus. Nam hic eadem obſtat reuerentia & idem priuilegium, ſcilicet ꝙ pater non poteſt conueniri a filiis in plus, q̃ facere poſſit. Certè ibi definiui, vxorem concurrẽtem cum creditoribus eſſe præferendam. Et idem hic libentiſſime definirem, niſi ꝙ ignoro, quomodo reſponderi poſſit argumento, ꝙ pater non poteſt conueniri à filiis in plus, q̃ facere poſſit. Et ſic diſpar eſt ratio creditorum & filiorum: nam filius non habet ius ad exigendum a patre, niſi quatenus facere põt, ſcilicet relinquendo ei alimenta. Et vltra hoc non habet actionem, at creditor poteſt accipere omnia bona & conijcere patrem in carcerem, & petere vt ſibi tradatur in ſeruitium. Et rectè petit, quare cum agitur de addictione, filius nõ videtur audiendus: quia eius actio non extenditur ad id. Sed replicabis, ẽt vxor non poteſt conuenire maritum, niſi in quantum facere poteſt l. maritum. ff ſol. mat. & tamen docuiſti. c. 3. præferendã cæteris creditoribus, & maritum ſibi non creditoribus addicendum. Sed reſponde, ꝙ cum vxor viuo marito petit, ſe præferri pro dote, & vt maritus, qui ad inopiam peruenit, ſibi illam reſtituat, exigit a marito ſpreto priuilegio, ne conueniatur vltra, q̃ facere poteſt, nam hoc caſu maritus illo nõ gaudet, iuxta communem opinionem relatam ibi nu. 12. Hoc autem in filiis deficit, quare in eis licet ſatis proclinatus non poſſum iuxta iuris regulas idem definire: cum eorum actio adeo limitata ſit.

44 Vnus † tamen eſt caſus perpetua memoria dignus, in quo filius prę̃ferretur creditoribus, & patrem ab eorum manibus libe rabit. Scilicet qñ filius eſt valde inops, & nõ habet, vnde ſe alat: hoc enim caſu poteſt patrem rigidè excutere, & pater non hẽt priuilegium, ne conueniatur vltra, quam facere poſſit. Qm̃ ordinata charitas incipit à ſe ipſo. l. prę̃ſes. C. de ſer. & aqua, & quia præferendus qui tractat de damno euitando l. verum. §. fi. ff. de minor. & magis fauendũ eſt repetenti. l. matrem. ff. ad Velleia. l. quĩ filium. §. Sabinus. ff. eo. titu. Quibus rationibus in filio petente dotem matris ita definit Bald. in l. ſiquis crediderit, in prima lectio. in fi. ff. de pac. & in vxore inope, ꝙ repetat ad viuum, & maritus nullo gaudeat priuilegio. Notant Baldus & Guilielmus ibi. Bartolus in l. maritum. nume. quarto, & ibi Alexand. col finali, teſtatur hanc communem. ff. ſol. matri. Iaſ. in §. item ſi de dote. nume. 10. de actio. & ibi Faber, & Ang. Iaco. & Ray. in l. ſi maritus. ff. eo. titu. Cur ergo filius poſſit patrem ad viuum exigere certe ſi pro dote matris vel pro alia re habet potius ius, quàm cæteri creditores, poterit petere patrẽ ſibi addici, & obtinebit. Nam tradendus primò eſt ei, qui potius ius habet & melius eſt, vt operis ſuis alat ſe & liberos pignora chariſſima reponendo debitum, quam vt ſeruiat creditori, & hic nulla eſt ignominia, Quia hoc eſt officium patris, & filius proteſtabitur, ſe, quatenus de iure licet, non petere, neque velle: vt pater portet torquem ferreũ. Hic adde alias fortiſſimas rationes adductas. Et hoc caſu pater coniectus in carcerem ad petitionem creditorum ſoluetur è vinculis, ſi dicat, ſe velle cedere bonis: ut noſtri Hiſpani præpoſtere dicunt, & tradi potiori creditori. Nam cum filius ſit potior, tradetur ei, donec operis ſatisfaciat doti, & ſic effugiet carcerẽ. Neq; obſtat, ꝙ filius nõ põt conijcere patrẽ in carcerẽ. fateor, ſed hic filius nõ conijcit patrẽ in carcerẽ: ſed liberat eum à carcere, in quam coniectus fuit à cæteris creditoribus. Nam ſi filius non concurreret cum aliis creditoribus, nõ eſſet audiendus petens patrem ſibi addici. Nam non poteſt patrem conijcere in carcerem, vt dixi num. 43. & qui non poteſt conijci in carcerem, non patitur diſpoſitionem huius legis, vt docui c. 3. num. 2. Hæc opinio ęquiſſima eſt, ſanctiſſima & valde pia. Duriſſimum enim eſt, patrem ſeruire, vt reponat debitum extranei, & non vt reponat debitum filii inopis forſan infantis, qui potius ius habet pro dote matris, an non melius eſt, vt ſoluat filio potiori creditori. Nam minus dedecoroſum laborare, vt alas filium, quàm vt alas dominum extraneum. Nam melius tractabitur à filio, quàm ab extraneo, nõ debet filio potius, quàm extraneo.

45 Sed † an ad hæredem patris ſpiritualis tranſeat beneficium, ne conueniatur vltra, q̃ facere poteſt. Certè non tranſit: quoniã hoc beneficium perſonale eſt, & ad hæredem non tranſit. l. maritum. cum l. ſeq. ff. ſol. matr. l. & ſi fideiuſſor. ff. ſol. matr. vbi ꝙ non tranſit ad fideiuſſorem. Item non tranſit ad hæredes mariti, vt in d. l. maritum. & in d. l. & ſi fideiuſſor intellige hoc de hærede mariti, de hæredibus extraneis non de filiis: nam hi gaudent eodem priuilegio, ut in l. etiam. & ibi Alex. ff. ſol. matri. & in l. aſſiduus. C. qui potio. in pign. habe. glo. in d. l. maritum. & ibi Bart. colum. fi. nume. 5.

46 An † autem hæres vxoris extraneus teneatur idem priuilegium deferre marito, etiam ſi matrimonium ſit ſolutum, vide Aretin. in d. l. alia. §. eleganter. & ibi DD. Generaliter tamen ſi perſona, quæ agit, ſit mater, non poteſt conuenire filios eiuſdẽ matrimonij in plus, quàm facere poteſt. Nam filius à parentib. non poteſt conueniri in plus, q̃ facere poſſit. Si tñ maritus hẽat filios ex alio matrimonio, & vxor aduerſus eos agat, nõ habẽt priuilegium patris. l. etiam. & ibi. Alex. & DD. ff. ſol. matr.

47 Nunc tractemus de liberis † an in carcerem pro ære alieno conijci poſſint a parentibus. Et quidem non poſſunt: filius eñ non poteſt conueniri a patre vel matre in plus, q̃ facere poſſit. Et idem in omnibus deſcendentibus probatur in l. j. tit. 15. partita. 5. Vnde cum non teneantur in plus, q̃ facere poſſunt, non poſſunt a parentibus conijci in carcerem, vt in filio nõ ſoluente matri dotem notat Baldus in l. liber captus. in fi. C. de capti. Rodericus in l. 2. titulo de los gouiernos. col. 3. verſic. quã legẽ. Et licèt hi loquantur, qñ filius conuenitur à matre pro dote, idem intelligendum in cæteris cauſis, ex quibus matri vel patri debeãt. Nam regula. l. j. titu. 15. partita 5. eſt generalis immo eſt expreſſum ĩ d. l. ibi. Si fueſſe fijo o algunos de los otros deſcendieſſen que ouieſſe algo a dar a alguno de aquellos de quien deſcendieſſen. Nam aſcendentibus maſculis non eſt reſtituenda dos, quæ non conuenit maſculis, ut dixi in tracta. de non melior. filia. capite 16. nu. 9.

Hoc eſt lector notatu & memoria dignum: quoniam de iure ciuili videtur eſſe de mente doctorum. 48 † Quòd filius poteſt ab aſcendentibus exigi in plus q̃ facere poſſit, niſi ſit in cauſa dotis, immo & in cauſa dotis, dicunt, ꝙ nepos & pronepos põt conueniri in plus, q̃ facere poſſit. Quoniam priuilegium mariti, ne conueniatur vltra quam facere poſſit, tranſit ſecundum eos ſolum ad filios eiuſdem matrimonii vt in d. l. etiam. ff. ſol. mat. regia. 32. tit. 11. par. 4. ibi ſu madre. & eſt communis teſte Alex. in l. ſed hoc ita. §. quod autem. nu. 7. ff. de re iudi. Bart in l. j. C. de priu. dot. Bal. in rubr. eod. titu. Cyn. Bar & Bal. in l. aſſiduis. C. qui potio. in pig. habe Nepotes autem non ſunt ex eodem matrimonio, qua ratione iſtam ſentẽtiam probat Ang. in d. l. etiam. & cum eo tranſeunt Imol. Paul. & Rom. teſte Alex. ibi. num. 1. & nume. tertio, verſi. ſed pro concordia qui eandem ſentẽtiam probat. & Iaſ. in l. ſi cum procuratore. nume. 9. ff. de re iudi. eſt eiuſdem opinionis.

49 Sed certè eorum opinio eſt prorſus falſa † quoniam mariti priuilegium tranſit ad omnes de ſobole, auctore Bar. in l. ſi cum procuratore. ff. de re iudi per textum in auth. ſi qnid. C. q̃ potio. in pig habe. & quamuis hanc Bartoli opinionẽ reprobẽt Alex. & Iaſ. approbantes dictum Angeli. Certè opinio Bartoli proba tur iure regio: qñ nullus deſcendens poteſt ab aſcendẽte conueniri in plus, q̃ facere poſſit. Non ſolùm pro dote, verum neq; pro alia qualibet cauſa, quod eſt notabile, nõ ſolùm pro doctrina Bartoli, quæ loquitur in exactione dotis, in qua eſt in deſcẽdentibus peculiaris ratio, ſcilicet ꝙ priuilegium, quod competit patri & filiis tranſit ad nepotes. Sed eſt illa lex multo magis notanda: qñ generaliter extra cauſam dotis diſponit, ꝙ deſcendentes non poſſunt exigi in ſolidum ab aſcendentibus, quod videtur ſumpliſſe originem ex eo, quod etiam de iure ciuili.

50 Priuilegium † ne maritus conueniatur inſolidum competit ei, ſiue debeat ex cauſa dotis, ſiue ex alia qualibet cauſa, ut in l. non tantum. ff. de re iud. Ergo cum marito eidemq; patri etiã extra cãm dotis cõpetat hoc priuilegium, vĩ ꝙ debet trãſire ad deſcendentes. Arg. d. l. etiam. & arg. l. liberorũ. ff. de verb. ſignif. Sed adhuc lex regia eſt inſignis: qm̃. d. l. nõ tm̃ loq̃t, qñ ⁊ctus, ex quo debitũ naſcitur, ⁊ctum fuit inter maritum & vxorem. At lex regia ex quacunq; cauſa debitum oriatur inter aſcendẽtem & deſcendentes. Etiam ſi non oriatur ex ⁊ctu facto à parẽtibus deſcendentium, non datur exactio vltra id, quod deſcendens facere poteſt, & etiam eſt notabilis: quoniam Rodericus ſolum loquitur in exactione dotis, quam mater exigit à filio.

Source : BIU Cujas

51 Sed † an deſcendens filius, vel nepos poſſit huic priuilegio renuntiare, videtur poſſe. Quoniam aſcendens non debet reuerentiam deſcendenti, & ſic ceſſat diſpoſitio. l. alia. §. eleganter. ff. ſolu. matri. Et ſuccedit regula, ℘ quilibet poteſt renuntiare ſuo priuilegio. l. pen. C. de pact. Non obſtat, ℘ videtur res inhumana filium exigi à patre in plus, q̃ facere poſſit. Quoniam etiã vr̃ inhumanum: ut pater poſſideat omnes res, quæ ad filiũ pertinẽt, atq; etiam dotem, quam vxor filio dat: nihilominus tamẽ admittebatur de iure ciuili. l. 1. C. de bon. quæ libe. & dixi latè in trac. de ſolutio. patri poteſt ex matrimonio. c. j. Deinde lex ita confidit de patre, vt ſemper videatur facere, ℘ filio melius & vtilius eſt, vt latè dixi in trac. de nõ melior. dotis rõ. filiabus. c. j.

52 nu. 11. Neque obſtat † ℘ pater tenetur alere filium, & ℘ ita rõne euitandi circuitus expediat, ne exigat in ſolidum a filio, cui alimenta poſt ſolidam exactionem dare tenetur. Non enim pater ſemper filium alere tenetur, quid enim ſi egregius eſt artifex, q̃ opificio ſibi victum egregie parat; tunc enim nõ tenetur eum alere l. ſi quis a liberis. in fi. princ. ff. de liber. agnoſ. immo etiam ceſſat priuilegium eorum, qui non tenẽtur vltra, q̃ facere poſſunt. l. maritus in id. ff. ſol. matr. & ibi DD. glo. in l. ſi quis argentum §. ſed & ſi quis. C. de dona. Alex. in maritum. col. 2. verſicu. quintodecimò. ff. ſol. matri. Deinde quid ſi ei vtilius eſt dare filio alimenta domi ex re ſua, q̃ relinquere ei alimenta extra domum ſuam. Poſtremò etiã ſi pater filium immodice præmat, ſemper boni viri credunt patrem aliquid filio (forſan profuſo) vtiliſſimum machinari.

53 Quando † autem cadat obligatio inter patrem & filium, vide doctores in l. frater à fratre. ff. de condi. indebi. l. prima, titulo decimoquinto, l. prima, titu. quinto, & l. vndecima, titu. vigeſimo,

54 parte ſecunda. Nunc de vxore dicamus. Et † quidem non conuenit virum in plus, quàm facere poſſit, ſiue agat actione de dote, ſiue alia. l. nõ tantũm. ff. de re iud. §. item ſi de dote. Inſt. de actio. l. prima, titu. 15. par. 5. l. ex diuerſo. ff. ſolut. matr. declarat Alex. in l. non tantum. nu. 8. ff. de re iudi. Quare non poteſt illum pro debito conijcere in carcerem, dixi c. 3. nu. 2. An autẽ cum vxor agit aduerſus maritum petendo cõſtante matrimonio dotem propter inopiam viri, vir gaudeat priuilegio, ne exi-

55 gatur in plus, quàm facere poſſit, dixi d. c. 3. nu. 12. An † autẽ maritus habeat hoc priuilegiũ, etiamſi extraneus quippiã agat ℘ dote vxoris. vide l. ſi prior. & ibi gloſam & Bar. ff. ſol. matr. text. in l. Neſennius. ff. de re iud. & l. ſi extraneus. ff. de iure doti. Alex.

56 in l. maritũ. in duodecima fallẽtia. col. j. ff. ſol. mat. Deniq; † vide Bar. & Alex. in d. l. maritum. vbi proponũt viginti limitationes, in quibus maritus conuenitur ab vxore in plus, quàm facere poſſit, vide eos & Iaſ. in d. §. item ſi de dote. Non. n. eſt animus antiquorum dictare ferre, niſi ſit addendum aliquid luce vel copia commendabile, & ibi vide quid ſi ſit artifex, vel opifex. An autem vxor, ſi maritus conijciatur in carcerem ab aliis creditoribus, poſſit petere ſe præferri, & vt maritus ſibi tradatur in ſeruitium dixi latiſſime. c. 3. ſupra. Sciendum autem, ℘ ſicut maritus

57 non poteſt cõueniri ab vxore in plus, quàm facere poſſit. † Ita neque vxor poteſt in plus cõueniri à marito. l. nõ tantum. in fi. ff. de re iudi. l. j. titu. 15. partita quinta, quod ęquitas ſatis ſuadet. Nunc de ſocero dicamus: & quidem ſi cõſtãte matrimonio gener ab eo petit dotẽ, non tenetur in plus, q̃ facere poteſt. l. ſicut. cum l. ſeq. ff. de re iud. de quo vide l. penul. ff. de iure doti. Quod procedit, etiamſi ſoluto matrimonio nurus exigat dotem a ſocero, patre mariti ſui. l. rei iudicatæ. in fi. ff. ſol. matr. De qua re legendi doctores in dictis locis, qui rem declarãt, & latius tradũt Iaſ. Plat. Ang. & Zaſius in §. item ſi de dote. Inſti. de actio. Illud tamẽ eſt plus q̃ notum, & memoria dignum, ℘ ſi ſocer dotem promiſſerit, ſciens eam præſtare non poſſe. Quòd tenebitur in plus, q̃ facere poſſit, textus celebris in l. pen. ff. de iure doti. Vr̃ enim decepiſſe generũ, & dolus vel malitia ſoceri faciunt amitti hoc priuilegium d. l. pen. Et in cæteris, qui habent idem priuilegium, probatur in l. ſed hoc ita. §. fi. ff. de re iudi. l. etiam. §. licet. ff. ſol. matri.

58 Sed eſt animaduertẽdum, † ℘ ſi ſocer decipiat generum, nocebit ei quoad hoc, vt ipſe ſocer exigatur ĩ ſolidum omiſſo priuilegio, nõ tñ nocebit filiis, vel filiabus ſuis. Ex quo elicitur, ℘ ſi ſocer promiſſit filiæ dotem, in qua reſultat melioratio aduerſus legem. 101. condita in conuentu Madritenſi anno 1534. Certè etiam ſi pater deceperit generum, non ideo melioratio rata erit, neque cæteri filii vel filiæ præiudicabuntur in legitima. Non enim quis alterius dolo prægrauari debet. cap. nemo debet. de regul. iur. in ſexto, neque propter delictum patris filii debent puniri. Hanc ſententiam multis argumentis probaui in meo tractatu, de non meliorandis dotis ratione filiabus. ca. trigeſimoſecundo, numero decimotertio, verſi. illud tamen. Sic licèt conſenſus filiorum illis præiudicet, & faciat valere conſtitutionem dotis, ex qua reſultat melioratio, intelligitur quòd

59 præiudicat his, qui conſenſerunt, non aliis, ut dixi in dicto tractatu, capite decimo, num. octuageſimonono, verſi. notãdum. Ex quo elicitur, quòd dolus patris debet ſibi ſolum nocere ita vt exigatur in ſolidum, non tamen præiudicabit filiis ita, ut melioratio rata maneat.

Meminiſſe tamẽ oportet † ℘ an gener ſoluto matrimonio poſſit indiſtinctè exigere ſocerum in ſolidum, etiamſi dolũ nõ commiſerit. Item an ſi commiſerit dolum, poſſit exigi in ſolidum matrimonio conſtante. An verò debeat expectari, vt matrimonium ſoluatur, longa eſt rixa inter noſtros, vide Bartol. Ang. Alex. & Iaſ. nume. 4. in l. ſicut. ff. de re iudi. Alex. latè rem excutiẽtem ibidem, & in l. rei iudicatæ. in prin. nu. 9. ff. ſol. matr. glo. Bar & DD. in l. ex diuerſo. ff. eo. tit. Iaſ. & DD. in §. item ſi de dote. Inſti. de actio.

60 Item † an extra cauſam dotis habeat hoc priuilegium ſocer mariti, & ſocer mulieris vniformiter, vide Alex. & Iaſ. poſt alios in d. l. ſicut. Alex in l. rei iudicatæ. col. pen. ff. ſolu. matr. Et an ſit differentia inter eos, vide Alex. in d. l. ſicut. col. pen. & ibi Iaſ. Ex his liquet, ℘ ſocer non poteſt conijci in carcerem in caſibus, in quibus gaudet priuilegio, ne conueniatur vltra, q̃ facere poſſit, vt dixi. Socer tamen, quando dos non ſufficit, niſi pro alimẽtis matrimonii, poteſt exigi in ſolidũ. Cyn. & Saly. in l. vbi adhuc. Salyc. in §. ita tamen. col. 2. verſic. iuxta. & ibi Fab. C. de iur. doti. Camp. de dote. tertia par. quæſt. ſexageſimaſexta, & in vxore & filiis dicam. infra.

61 Sed † an ſocer renuntiare poſſit ſuo priuilegio, certè nõ magis videtur poſſe quàm pater: ſocer enim parentis loco hr̃. l. qa. ff. ſol. matr. Ideo non minus punitur gener occidens ſocerum, quàm filius occidens patrem. l. 12. titu. 8. par. 7. immo nõ ſolum parens, ſed dñs optimo iure appellatur. Quare cum natura dictante parentis locum obtineat, videtur ℘ ſicut pater non põt renuntiare, ita neq; ſocer poſſit. Hæc opinio ciuilis eſt, prudẽs, ęqua & rectę rationi congruentiſſima; abſurdum enim eſt, ſocerum, hoc eſt alterum parẽtem, qui filiam, hoc eſt viſcera ſua genero copulauit duci ab eo in carcerem, & ad mortem ſublatis alimentis adigi. Nam hi, quibus propter reuerẽtiam hoc priuilegium conceditur, eius generis ſunt, vt etiam ſi ipſi uelint, non ſatisfiat publicæ honeſtati, ſi minus honorifice tractentur. Hoc ſi ſocer malitia vacet: nam ſi accederet malitia exigerem ab eo inſolidum etiam conſtante matrimonio reiecta opinione eorum, qui diſpoſitionem. l. penultimæ. ff. de iure doti. interpretantur non habere locum niſi ſoluto matrimonio inter filiam & generum, ut per Alexandrum & Iaſon. in locis ſupracitatis. Quod mihi duriſſimum videtur, quid enim prodeſt exigere in ſolidum: cum matrimonium iam eſt ſolutum, ceſſatque forſan præcipuum onus ſuſtinendi onera matrimonij, ſcilicet vxor.

62 Illud tamen ſimpliciter verum eſt, † ℘ ex generali legum renunciatione vel iuramento non videbitur ſocer ſuo priuilegio renuntiaſſe. Ex his quę dixi in patre. Item illud eſt verum, quòd fideiuſſor ſoceri non poterit opponere eius priuilegium. lege verum. ff. pro ſoci. l. Et ſi fideiuſſor. ff. de re iudi. Quod verum in fideiuſſoribus omnium qui idẽ habent priuilegium, vt ibi probatur.

63 Sed de ſociis nunc dicamus † & quidem ſocius, ſiue ſit omnium bonorum, ſiue vnius rei, ſocium non conuenit in plus, q̃ facere poſſit pro re procedente ex cauſa ſocietatis. l. 15. titu. 10. part. 5. Caſtell. l. 66. Tau. verbo araygar. l. ſunt qui in id. ff. de re iudi. §. ſed & ſi quis cum parente. inſti. de actio. optimus textus in l. verum. ff. pro ſoc. l. j. titu. 15. par. 5.

64 Idem † in eo, qui ex cauſa donationis cõuenitur. l. inter eos. ff. de re iudi §. ſed & ſi quis cum parente. inſti. de actio. l. prima, titu. 15. part. quinta.

65 Cum † autem hoc procedat in ſociis vnius rei certę, colonus partiarius non poteſt a domino fundi coniici in carcerem ratione partis non ſolutę, immo neque exigitur *in plus*, q̃ facere poſſit. Ita nominatim Fulgo. in l. ſi merces. §. vis maior. ff. loca. Petrus Vbal. in tract. ſocietatis part. 11. col. 12. Caſtellus in d. loco. Sed illud in his peculiare, ℘ poſſunt ſuo priuilegio renuntiare: quoniam non conceditur propter reuerentiam inhęrentem perſonæ, ſed propter qualitatem cõtractus: nam ſocij omnium bonorum reputantur fratres. l. verum. ff. pro ſocio. Item exigi in plus, quàm facere poſsit eum, qui ex cauſa donationis conuenitur, eſſet ſummæ ingratitudinis, & impietatis, ℘ ſi ipſi renuntiarent ſuo priuilegio, nihil eſt abſurdũ, nihil eſt iniquũ, ℘ renunciationem minus validam reddat. Nam cõtra bonos mores non eſt, vt poſsimus facere ꝯctum, prout nobis placuerit. l. ſi conuenerit. ff. de re iudi. Ita his rationibus definit Bart. in l. alia. §. eleganter. colum. prima. ff. ſol. matri. Alexan. ibi. colum. pen. num. 16. verſi. reperio, & dixi c. præced. Cum autem ſocius non poſsit pro cauſa ſocietatis conueniri in plus, quàm facere poſsit, certè non poterit capi, etiam ſi non det fideiuſſorem, neq; poſsideat immobilia. Caſtellus in l. ſexageſimaſexta Tauri verbo de ſe araygar. col. fin.

66 Sed † quid ſi dotaui extraneam, an conueniri tantum debeã in id quod facere poſſum. Certè nõ, textus eſt expreſſus in l. pe. ff. de iure doti. Neque obſtat, ℘ vr̃ eſſe mera donatio, ut dixi in meo tract. de non melior. filia. cap. 9. numero 67. Et quòd donans non tenetur in plus, quàm facere poſsit: quoniam quoad

maritum

Source : BIU Cujas

maritum non est mera donatio, immo cēsetur habere dotem titulo oneroso ad sustinenda onera matrimonij. l. pro onerib. C. de iure doti. Bartolus. Alexander post glosam in l. Męuia. ff. sol. matr. Baldus. Roma. & Alexander in l. si donaturus. ff. de cō dic. ob causam. Et dixi in meo tractatu, de non melior. filia. capit. 32. col. j. numer. j. & nume. 8. & cap. 9. nume. 66. Cyn. Barto. Baldus & Salyc. & Paulus in l. vna. C. de inoffi. dotib. Bart. Bald. & Salycetus in l. fi. in prin. C. de iure doti. Socius autem hēt hoc priuilegium, siue sit socius omnium bonorum, siue vnius rei. lege verum. ff. pro socio. Item quiuis habet hoc priuilegium, ne conueniatur vltra, quàm facere possit, si de ea re pactum fecit. l. si quis crediderit. ff. de pactis.

67 Ex his apparet qui habeant hoc priuilehium† sciendū autē, eos omnes non solum non esse addicendos creditori, neq; detinendos in vinculis, vt dixi supra, & c. 3. nume. 2.

Verùm etiam eis relinquenda alimenta, quibus vitā transigant. l. inter eos. in fi. ff. de re iudi. l. j. titu. 15. par. 5. l. in condemnatione ff. de reg. iur.

68 Alimenta† autem iuxta personæ qualitatem relinquenda, alia enim assignanda nobili, alia ignobili, alia diuiti, alia rustico duris laboribus assueto. Aliis enim cibis vtitur nobilis, aliis rusticus, & aliter conseruatur dignitas patris vel soceri nobilis, aliter dignitas rustici. Itaque vt satis fiat menti legis, quæ rectissima ratione noluit hos exigi in plus, q̄ facere possint. Ne scilicet dura patiantur ab his, a quibus naturæ lege, vel beneficij, vel cō tractus ratione debent expectare gratiam, vel indulgentiam, decernitur ne ad horum petitionem seuere præmantur. Durissima autem paterentur, si relictis tantum alimētis naturę necessariis cogerentur dignitatis suæ præ inopia iacturam facere. Qua ratione verissimum est hoc verbum facere posse, ęstimandum iuxta cuiusq; dignitatem, arg. textus & glo. in verbo dignitate, in l. Nepos Proculo. ff. de verb. signif. l. tutor fm dignitatē. ff. de admi. tutorum. glo. in l. seruis. Vrbanis. in verbo, ex libellis, & in verbo cibariis. ff. de leg. 3. Nominatim Cępola in ttactatu de imperatore milites deligen. in 22. priuileg. nobilitatis, Bald. in rub. C. qui bon. ced. poss. Ang. & Imola in l. Nesennius. § fi. ff. de re iudi. Paulus Citadin. tract. de iure patrona. in 6. parte q. 7. Iaſ. qui nominatim loquitur in §. Item si de dote. Insti. de actio. Hippoly. in repet. rub. de probatio. col. 5. Corsetus in repe. cap. grandi. char. pen. de supplen. negli. præla. Afflict. in consti. Siciliæ incip. qualitas personæ, col. 2. Aret. Imol. Raph. & Alex. in l. si maritus. in id. ff. sol. matri. Alex. in l. maritum. col. fi. ver. pro intellectu. ff. eo. tit. Dyn. Ang. Aretin. & Iaſ. in d. §. item si de dote. Aret. consi. 17. consideratis. col. pen. in 5. dubio.

69 Immo habenda ratione† nobilis cogatur solus viuere. Imo. Alex. Aretin. & Cępola in locis supracitatis. Abb. in c. cū adeo. de rescrip. Aretin. consi. 17. circa fin. dicit, socero relinquendū, quo se & ministros alat. Neq; obstat regia. l. fi. titu. 11. partita 4. ibi. le finque alguna cosa de que biua. Ex qua calumniator pōt arguere paruum quidam relinquendum. Nam lex dicit alguna cosa quod parum videtur significare: nam verbum aliquid, significat particulam. Sed certè non nego aliquid relinquendū, sed iuxta dignitatem: nam quod rustico est multum, nobili est parum, & sic secundum qualitatem cuiusq; erit particula.

70 Sic† patrono alimenta præstanda iuxta ipsius dignitatem. l. j. §. mulier. & ibi glosi. & l. habitatio. §. §. seruis. ff. de ven. in pos. mit. glo. in c. episcopis. in verbo victu. 10. q. 2. glos. in c. nobis. in verbo. modeste. & ibi notat Anton. de iure patro. Nominatim Rochus in tract. de iure patro. in verbo & vtile. in 3. q. j. q. principalis, Paul. Citad. in eodē tract. in 6. par. q. 7. art. 4. & Cæsar Lambertinus in eodem tractatu in 3. articu. q. princ. lib. 3. Et in simili Spec. titul. qui fil. sint legi. §. j. col. fin. versi. in summa. Bal. in c. ad aures. de rescrip. Abb. & Felyn. colum. 20. in c. cum omnes. in glo. pen. de constitu.

71 Nam† mendicitas est considerandа iuxta qualitatem personarum. Zenzel. in Extraua. execrabilis. versi. vnde inter cætera. in verbo qui mendicant. Neq; arbitror quenquam sanę mentis negaturum alimenta relinquenda patri, auo & ascendentibus & vxori & patrono & donatori iuxta dignitatē. Aliàs quis honos habetur, si tantum das, ne fame pereāt: tunc enim vitæ succurris nō honorificè, sed in fame & misere: vita autē & honor ęquiparantur. glo. in l. iusta. C. de ma. vim.

72 Sic† frater primogenitus tenetur fm dignitatem & facultates alere secundogenitos, si ipse in primogeniū succedat. Host. Ioan. And. & Abb. in c. licet. de voto, arg. l. j. ff. de tut. & ratio. distrah. Abb. consil. 12. col. 5. ver. septimum dubium. lib. j. Guido decis. 476. Card. Alex. in c. per venerabilē. §. quod autē. col. 30. versi. postremò ad eandem materiam, qui filii sint legiti. Socin. consi. 47. col. 2. lib. 3.

Francus in rubr. de testa. char. antepe. versic. 25. prohibentur, lib. 6. Iacobinus Sanctogeorgius in l. cum antiquioribus. col. fi. q. 8. C. de iur. deliber. De qua re vide quæ in filio dixi in meo tracta. de non melio. filiab. c. 8. nu. 30.

73 Sed† an hoc habeat locum in eo, qui non tenetur vltra, q̄ facere possit: quia cessit bonis. Nam & hic non potest vltra cōue niri in postea adquisitis. l. qui bonis. ff. de cessi. bon. certè & hic quoque vī habenda ratio qualitatis. Sed magis strictè: nam alimenta, quæ debentur miserationis causa, non debentur fm dignitatem. Iacobus Arena & Bal. in l. si maritus. ff sol. mat. Lupus in rep. rub. de don. §. 65. limitabis tertiò. n. 51 versi. ad quorū ꝯfirmationem. An autem facere possit non ęstimandum ex qualitate rei, quam adquisiuit, sed ex quantitate, vt in d. l. probatur.

74 Quid† autem si post quam cessit bonis, ei fuit relicta turris, quæ aureos mille valet. Creditores petunt eam vendi, dicentes sibi tanquam pauperi paruulam domunculam sufficere, ipse verò recusat allegans se ad habitationem velle eam turrim retinere, quid iuris. Certè Bartolus iuris peritissimus defendit debitorem, asg. d. l. qui bonis. Sed Bal. ibi col. 3. ver. quidam cessit, ꝯ sentit, adducens iniquum esse, vt debitor rusticus eam turrim habitet in damnum creditoris. Si tī debitor esset nobilis, dicit admittendum, ideoque rem esse in arbitrio iudicis. Sicut. n. alii sunt cibi viri nobilis, alij viri rustici: alter enim nisi delicatos cibos comedat, periclitatur de vita, alter nisi crassa edulia proponas, non bene valet, glosa in l. seruis vrbanis. in verbo ex libellis. ff. de leg. 3. Cępola, & Paul. Citad. in locis supra citatis, & Iaſ. in §. item si de dote. textus in §. crimen. ante fi. 25. distin. vbi peccat venialiter, qui pauperibus delitiosa cibaria præparat. Cyn. & Bal. in auth ad hæc. C. de vsur. Ita etiam alia est domus viri nobilis, alia viri rustici. Qua ratione ego Baldi sententiam probo, vt iudex ex personæ qualitate rem statuat.

75 Sed est quæstio† quid si aliqua ex personis, quæ non tenetur vltra, quàm facere possit, habet pulcherrimā domum, & nihil aliud ex quo soluat æs alienum, quæro, an domū cogatur vendere, vt ex ea ęri alieno satisfaciat, & ex residuo se ipsum alat. Equidem ꝙ nō cogitur domum vendere, docet Ange. ī l. j. C. de lega. vbi testatur, se ita consuluisse. Decius, qui loquitur in donatore, in l. Diuus Pius. nu. 9. per textum supra allegatum in l. q bonis. ff. de cessio. bono. Sed ꝯria sn̄a vera est, arg. l. qui potest facere. ff. de reg. iur. nu. 9. & ita docet Imola in l. maritus qui id. ff. sol. matr. Cuman. in l. qui bonis. Alex. consi. 27. col. fi. lib. 5. ver. item habebat. Iaſ. in §. sed & si quis. nu. 11. insti. de actio. Paulus Montepicus in l. Titia cum testamento. §. Titia cum nuberet. col. 113. ver. 61. quæro. ff. de leg. 2. Tellius in l. 10. Tauri. num. 14. ver. respectu. col. 2. ver. vel est, qn̄. l. q bonis. loquitur de bonis adquisitis post cessionem, in quibus magis fauetur debitori q̄ creditori. Cum eo ipso ꝙ debitor fecit cessionem, lex etiamsi abiectissimus sit, concedat ei priuilegium, ne teneatur vltra, q̄ facere possit. Quoniam priuatus fuit omnibus adquisitis ante cessionem, omnibus tantum linea indumenta sibi relinquunt. l. j. tit. 15. par. 5. l. pe. & ibi notatur. ff. de cessio. bon. quæ ratio cessat in nostro casu. Hanc eandem opinionem tenet Ang. in d. l. si maritus ī id. Nicolaus Neapolitanus & Bal. in l. 2. C. qd̄ cum eo. Bal. in l. quod nomine. in fi. & in l. fin. C. qui bon. ced. poss. Alex. in l. maritū. col. fi. versi. sed quid si maritus. ff. solu. matri.

76 Neque obstat† ꝙ cum danda sunt alimēta, nō sunt vendēdæ possessiones, sed ex redditibus alimenta præstanda. Bar. in l. pe. ff. de alim. & ciba. leg. Et dixi latè in meo tractatu de decima tutoris. c. 10. nu. 3. & 4. quoniam illud & regula Bar. in l. qui bonis. nō est simpliciter, neq; gn̄aliter vera, ut ibi tradit Zasi. col. fina. post Cuma. Idem Zasi. in trac. qualiter maritus cōdemnetur ad dotem 4. pagi. quem inserit in l. maritum. cum l. seq. ff. solu. mat. Quoniam illud, quando alimenta debentur ex legato, vel donatione, secus vbi debentur ex titulo oneroso, seu procedente à causa onerosa. Scilicet à debito, quod contraxit: nam vt illud dissoluat & sibi alimenta retineat, cogitur domum vendere. Arg. d. l. qui facere potest. ita respondet Alexan. in d. l. maritum. col. fi. Et mihi videtur prudens & ęquissima opinio: sufficit eī, vt creditor cogatur relinquere alimenta iuxta dignitatē. Neque est cogendus propter iniquissimas nostrorum distinctiones pecunia etiam sua fraudari, si quidem negent illum non posse cogere debitores domum vendere. Nam ita intelligenda doctrina Bart. in d. l. qui bonis. & vide multa quæ congerit Tellius in l. 10. Tauri. nu. 14. Nam hic alia versatur ęquitas, & alia prorsus est ratio, q̄ in alimentis: nam pater cogitur solum alere filium iuxta quātitatem redituum, nec cogitur vendere possessiones, Aymon consilio 219. numero nono, libro secūdo. Secus quando tractamus de satisfaciendo creditori, qui debitori rem vel pecuniā suam dedit. Facit, quod scribit Tellius in d. loco versic. Respectu. Quòd si ille, cui danda sunt alimenta, puta frater habeat domum magni precij, sed nullius, vel non sufficientis vtilitatis ad alimenta. Quòd cogitur domum vendere, & ex ea sibi parare victum: Cum obligatio alimentorum cesset, ubi primum quis se operis suis potest alere, vt dixi nō obstante quòd operæ non censeantur fructus, vt dixi in tractatu de decima tuto. Ergo licèt venditio domus non sit fructus, cogetur vendere.

77 An† autem non solum maritus, & parens, verùm etiam cæteri alii, qui non possunt conueniri vltra, quàm facere possunt, possint opponere hanc exceptionem post sentētiam, vide latè Bar. Imol. & Alex. col. j. & 2. in l. ex diuerso. §. si in iudicio. ff. sol. matri. & in l. Nesennius. ff. de re iudica.

Source : BIU Cujas

78 An † autem poſſint repetere, ſi ſoluant inſolidum hi, quibus hoc beneficium competit. Vide l. quod nomine. ff. de condic. indebi. & ibi Iaſ. & in l. ad egregias. ff. de iureiur. Bar. & Alexan. col. fi. in l. & ex diuerſo. §. fi. ff. de re iudi. Fely. in c. ſi diligẽti. col. 6. ver. quartum correlarium, de foro compe. Gomeſ. in §. pœnales. nu. 30. Inſti. de actio. verſi. & hoc etiam procedit.

79 Quid † autem de filiofamilias maiore, an poſſit pro debito mitti in carcerem, certè ſic, & latè dicam c. 20. de redempto. Bartolus per illum tex. in l. pen. C. de ceſſ. bon. vide Hippoly. in practica criminali verbo. attingam. nu. 69. Caſſan. in conſuet. Burgun. Rub. 5. §. . . nu. 14. verſi. additio. Neq; obſtat, ꝙ pater poteſt allegare ſibi tradendum: quia ſibi ex legis diſpoſitione debet operas, antequam creditori deberet pecuniam. Sed certè filius non debet patri operas artificiales, neque poteſt ad eas cogi, vt dixi in tract. de decima tuto. c. 2. nu. 1. vide, quæ dicam latè c. 26. de redempto.

80 Nunc † tractemus de fratre, an poſſit ob æs alienum detrudere fratrem in carcerem, & facere vt ſibi ſeruiat, ſi ſoluẽdo non ſit. Mouet quæſtionem, quod ſcribit Bal. conſi. 418. lib. j.

81 Quòd † frater non poteſt capere fratrem. Rurſus vrget. l. verum. ff pro ſoci. Vbi inter ſocios non datur actio in plus quàm facere poſſint. Quoniam videtur eſſe inter eos quædam fraternitas ꝙ ſi haberi pro fratribus ſufficit, multo magis ſufficiet vera & naturalis fraternitas ad hoc, vt frater non conueniatur in plus, quàm facere poſſit. quod nominatim docet Faber. & Ang. in §. item ſi quis cum parente. Inſti. de actio. & vide Iaſ. ibi. & in l. ſunt qui in id. nu. 4. col. j. ff. de re iudi. qui refert Beſſutium hãc opinionem probantem. Quòd ſi non poteſt conueniri in plus, quàm facere poſſit, certè probata fraternitate videtur ſoluendus è vinculis, vt dixi c. 3. nu. 2. & c. 4.

82 His accedit † ꝙ frater redimens ab hoſtibus fratrem egenũ, vī facere pietatis intuitu, & non animo repetendi. Bal. in l. liber captus. nu. 4 verſi. quid de fratre. C. de capti. & in auth. ſi captiui. in fi. C. de epiſcopis & cleri. Hoc præſertim vī verum, qñ debitum proceſſiſſet ex operis: nam opera inter fratres cẽſetur gratuita. Bal. in c. j. circa medium verſi. & hæc eſt nobilis. titu. de be
83 nefi. fratr. Sed verius eſt † fratrem non ſoluentem poſſe ad petitionem fratris detineri in vinculis. adq; etiam ei eſſe addicendum ad ſeruitium potius, quàm cæteris creditoribus.

Primò: quoniam frater poteſt habere in ſeruum fratrẽ ſuũ. l. ſi minor. ff. de manumi. vindicta. l. fi. C. commu. de manumiſſ. l. ſi ex liberta. C. de lib. cau. Quanto magis poterit illum habere in parte ſua non tanquam ſeruum, ſed tãquam debitorem, operis debitum reponentem.

84 Deinde falſum eſt † fratrem non poſſe conueniri vltra, q̃ facere poſſit. glo. in d. l. verum. ff. pro ſocio. & ibi. Bar. & Bal. Nicolaus Neapolitanus in § item ſi quis cum parente. Inſti. de actio. Caſtellus in l. 66. Tauri. in ver. de ſer. arraygar in fi. col. verſi. ſed quæro, dicitur hic. Zaſi. in §. ſed & ſi quis. nu. 3. eo. ti. qui teſtatur hãc ſnĩam eſſe veriorem; qm̃ enumeratæ ſunt perſonæ, quibus id priuilegium cõpetit, in l. ſunt qui. cum ſeq. ff. de re iud. neque inter eas eſt frater, quod ſequitur Petrus Vbald. in tract. de ſocietate, in 15. par. col. 2. Et quanquam noſtri inter ſe rixentur, diſtinguentes inter fratrem ex vno latere & fratrem vtrinque coniunctum, vt refert Iaſ. in d. §. ſed & ſi quis. Tamẽ iure regio videtur expeditum, ꝙ fratri nõ datur hoc priuilegium, ita probari videtur in l. j. titu. 15. parti. 5. ibi Fueras ende ſi tal debdor como eſte fueſſe padre o abuelo, o alguno delos otros aſcẽdiẽtes que ouieſſen de dar algo a alguno de aquellos que deſcendieſen dellos, o ſi fueſſe fijo o alguno delos deſcendientes que ouieſſe algo a dar a alguno, de aquellos de quien deſcendieſſe. Nota hoc priuilegium ſolum dari inter aſcendentes & deſcen
85 dentes, frater autem non deſcendit à fratre. Quare † apud nos non eſt ambigendum, quin frater poſſit in ſolidum exigere à fratre, atq; illum in carcerem ducere, & in ſeruitium accipere, ſtandum eſt enim regulæ. Quinimmo neque de iure cõi: quoniam Alex. nu. 5. & Paul col. 2. in l. poſtulante. ff. ad Treb. faciũt mentionem, quid ſi eſſet ſtatutum, ne frater poſſit capere fratrem, quaſi de iure cõi ſecus ſit. Quòd ſi frater de iure cõi poteſt capere fratrem, ſtulte aſſerunt citati nu. 81. ꝙ frater nõ exigitur à fratre in plus q̃ facere poſſit. Nã ſi hoc haberet, haberet multo magis, quàm non duci in carcerem, & ꝙ frater non habeat id priuilegium, tractat Caſtell. in l. 66. Tauri in verbo de ſe aray gar, col. fin. verſic. ſed quæro dicitur. Quod intelligendum, niſi fratres ſint ſocii, vt per Petrum de Vbald. in d. tracta. de ſocieta te. 15. par. colum. 2. Caſtell. vbi ſupra: nam ſocietas ſola ſufficit, vt ſupra dixi.

86 Neque † obſtat Bal. d. conſi. 418. quoniam loquitur de fratre capiente fratrem propria auctoritate. Rurſus non obſtat. l. verum. quoniam inter ſocios eſt communicatio facultatum, (præter fraternam amicitiam) & hæc communicatio facultatum deficit inter fratres. Non obſtat opinio Fabri, quoniã falſa eſt.

87 Non obſtat † ꝙ frater vī donare: quoniam frater non vī donare fratri operas, neque pecuniam: vt latiſſime dixi in meo tractatu de decima tutoris, capite 5. col. 2. nu. 5. cum ſequentibus.

88 Non obſtat † qđ tradit Bal. in l. liber captus. quoniam ibi eſt peculiaris caſus, in quo frater vī expẽdere pro fratre animo donandi, ſcilicet quando illum egentem & facultatibus deſtitutũ redemit ab hoſtibus, ſicut etiam dicimus, ꝙ frater dotans ſororem videtur facere animo donandi, vt prolixe tradidi in meo tractatu de non melior. filiabus. c. 12. nu. 10.

89 Sed eſt quæſtionis † an hæres fratris capi poſſet, ſi ſtatutum dictaret, ne frater ob ęs alienum caperetur. & certè Alexand. in l. poſtulante. nu. 5. ff. ad Trebell. dicit, ꝙ tunc neque hæres fratris capi poſſet. Sed aduerſus Alex. rectius pronunciat Vaſquius, hæredem capi poſſe, in tract. de ſucceſſio. lib. j. §. 6. nu. 44. Nam nulla alia poteſt eſſe ratio huius ſtatuti, quam fraterna pietas, quæ ceſſat quoad hæredem fratris. Certè opinioni Vaſquij libenter accedo ex eius ratione, & comprobatur efficaciter: qm̃ licèt lex cõcedat, ne maritus exigatur vltra, quàm facere poſſit. Id non admittitur in eius hærede, vt dixi nu. 45. immo neq; in filio, niſi ſit filius natus ex eodem matrimonio, vt dixi nu. 48. Et certè Alex. in d. l. poſtulante. nu. 5. & Paul. ibi. qui prius quæſtionẽ tetigit, non aſſeuerant rẽ, tm̃ enuntiãt, quid alii dixerint, & remittunt ſe ad notata per gloſam & Bar. in l. poſt diuortiũ.

SVMMARIVM.

1 *Per ſententiam adquiritur ius fiſco, cui mulcta applicatur, & iudex eodem die ſententiam mutare non poteſt.*
2 *Iudex ob inopiam condemnati eximit debitorem a neceſsitate ſeruiendi, & remittere poteſt mulctam.*
3 *Mulcta parti applicata pro ſuo intereſſe non poteſt à iudice remitti.*
4 *Pœnam fiſco applicatam non poteſt iudex remittere.*
5 *Ante ſententiam & ex iuſta cauſa iudex pœnam poteſt minuere.*
6 *Mulcta ſemel remiſſa ob paupertatem, etiam ſi debitor mulctæ perueniat ad pinguiorem fortunam, exigi non poteſt.*
7 *Clericus valetudinis cauſa excuſatus à recitatione horarum, ſi poſtea conualeſcat, non tenetur reſarcire.*
8 *Iudex poteſt remunerare capientes latrones ex mulctis ad fiſcũ pertinẽtib.*
9 *Inopes non ſoluunt tributa, nec collectas, ſed ſolum tributa perſonalia.*
10 *Tributa quæ inopes nõ ſoluunt, an eorum ſolutio pertineat ad alios diuites.*
11 *Vaſalli licèt pluries iniqua vel iniuſta ſeruitia præſtiterint, non coguntur inuiti ad eorum præſtationem.*
12 *Subditi etiam clerici poſſunt cogi ire ad bellum in repentino periculo.*
13 *In timore publico & improuiſo, tenetur eccleſia principi contribuere.*
14 *Pro reparatione mœnium an teneantur ſubditi contribuere.*

An iudex poſſit eximere à neceſſitate ſeruiendi eum, qui debitor eſt ratione mulctæ, vel eum qui debet ratione tributi. Cap. XVIII.

1 Quæro deinde, † quid ſi debitum procedit ex mulcta à iudice impoſita, an talem debitorem præinopia ſoluere non valentem iudex eximere poſſit à neceſſitate ſeruiendi. Mouet quæſtionem, ꝙ per ſententiam adquiritur ius fiſco, cui mulcta applicatur. ita vt iudex etiam eodem die ſnĩam ſuam mutare non poſſit. l. Paulus. ff. de re iudi. l. Iulianus verum debitorem. ff. de condi. indebi.

2 Verius tamen eſt † iudicem ob inopiam damnati poſſe eximere debitorem à neceſſitate ſeruiẽdi, & remittere ei mulctã. l. illicitas. §. fi. ff. de offi. præfi. glo. fi. in c. ſicut dignum. de homi. & in c. ſi res. 14. q. 6. & in l. in mulctis. ff. de appell. c. cum olim. 2. de appella. Bal. in c. at ſi clerici. col. 4 verſi. quæro nunquid epiſcopus. de iudi. Qui citat textum in l. eos. C. de modo mulct. notat Bart. Paul. & Roma. & Iaſ. col. fi. in l. j. in fine. ff. ſi quis ius dicen. non obtempe. & in l. illicitas. §. fin. ff. de offi præſid. & in l. iudex poſteaquam. ff. de re iudi. Iaſ. in l. ſi quis id quod. col. 3. verſicu. quartò limita. ff. de iuriſ. om. iudi. Et ibi Oroſcius. Abb. in c. niſi. de offi. deleg. Fely. in c. qualiter & quando, in 2. §. fi. col. 7. verſic. quinta cauſa, de accuſa. Ang. Aretin. in tract. maleficio. in verbo quia iudex videns, ꝙ inquiſiti non comparent. col. 8. verſi. quæro an continuatum. Fab. in l. fi. C. de modo mulct. textus in c. cum tu. de vſur. Nam inanis eſt actio, quam inopia debitoris excludit, & ſic fiſcus conueniri non poteſt, cum ſua nihil interſit: neque enim ſunt bona, ex quibus mulctam exigat. Hoc tamen verum eſt in mulcta fiſco applicata, quæ per iudicem poteſt ob paupertatem remitti.

3 Secus ſi mulcta eſſet applicata parti pro ſuo intereſſe: illa. n. remitti non põt. Bal. in l. reſcripta. in fi. C. de precib. impe. offerglo. & DD. in l. venia. C. de in ius voc. Lucas Penna in l. prædia. col. 18. verſi. 26. C. de loc. prædio. ciuil. Alb. in l. quicunq. col. 2. verſi. præterea hic & col. fi. in prin. verſi. item oppono, ꝙ remitti. C. de ſeru. fugi. Barba. conſi. 11. col. antepe. verſi. capio nunc.

4 Secus † ſi nõ ſit mulcta, ſed pœna, nã nõ põt ꝑ iudicẽ remitti, vt notãt DD. ĩ dictis locis. Pœna. n. eſt, quæ imponit a l. mucta, quæ ad arbitriũ iudicãtis ex ꝯtumacia, vel ex alia ſimili cã imponit, vt notãt in l. ſi qua pœna. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris.

5 Iudex † tm̃ ante ſnĩam bñ põt ex iuſta cã minuere pœnã. Bar. in d. l. illicitas. §. fi. Fely. in d. c. qualiter & qñ. Iaſ. in l. ſi quis id qđ. latè Tiraquel. de moder. pœ. in prin. vbi innumera citat loca.

6 Mulcta † autẽ ſemel remiſſa ob paupertatẽ dãnati, non põt ab eo amplius exigi, etiamſi perueniat ad pinguiorẽ fortunã, vt probatur

Source : BIU Cujas

probatur in d.l.illicitas.§.fi.& ibi glo.Bar.Ang.& DD. notant, præcipue Bolognin.in ſecundis interpretationibus,tex.in l.ſed vnius.§ ſi ante.ff.de iniur. & ibi. Ang & Alber.Guilielmus Gugneus & Bal.in l.fi.ff.de in ius vocan.Bal.in l.ſi acceptam.q.24. C.de vſur. Paul.Rom.& Iaſ.col.6.poſt medi.verſi.tertiò collige, in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.omni.iud.Barba.in c. Odoardus. col.3.verſi.nota ꝙ exceptio,de ſolut. Felyn. in c.ad liberādum. col.2.verſi.ſed declara iſtam regulam, de Iude. Facit qđ ſcripſi. c.8.de impubere.ꝙ ſi minoris ętatis ratione quis ſemel ab addi ctione excuſatus fuerit, non poteſt in ſeruitium peti,etiamſi po ſtea ad robur virile perueniat.

7 Sic † qui valetudinis ratione excuſatur à recitandis horis,nō tenetur reſarcire,etiamſi poſtea conualeſcat, vt probat Lupus in rub.de donatio fol.45 col.5.verſ.ad cuius.Ceſſante tñ inopia damnati iudex mulctam fiſco applicatam non debet in alium vſum conuertere.l.precibus §.prouidentibus.& ibi notant Bar. & Lucas Pēna C.de cano largi.lib.10 l duos.in fi.C.de ſuſcep.& archa.eo.lib.Poteſt tamen mulctam ad fiſcum pertinentem do nare cauſa remunerationis l.Diuus.ibi, vel ſi quid fortiter.ff.de damna.l.in mulctarū.C.de mod.mulct. Rom.in repe. l. ſi verò. §.de viro.in 48.fallentia.ff ſol.matri.

8 Vnde † iudex poteſt ex mulctis ad fiſcum pertinentibus re munerare eū,qui latronem,vel alium reipublicæ pernicioſum cępit,vt ſcribit Bar.poſt Guilielmum Cug.in l j.in fi. prin. ff.de iuſ.& iur.Bar.in l.illud.C.de præb.ſala.lib.10. Bal.in l.programma.col.2.verſi.pone,ꝙ pręſes.C.commi.vel epiſ.Barba.in trac. de præſtan. Cardin.in 1.par.q.3.col.6.

Quid tñ,ſi quis debet ex eo,ꝙ eſt vaſallus,an ſit addicendus creditori, vī ꝙ non. Quoniam debens tributum non debet in carcerem conijci,vt docui.c.13.nu.6.Qui autem ob ęs alienum non poteſt conijci in carcerem, non eſt addicendus creditori.vt docui c.3.nu.2.Deinde † qui eſt inops,non tenetur ſoluere 9 tributū,neque collectam, niſi tributum ſit perſonale.l.cura. §.inopes.ff.de mune.& hono.Bal.in l etiam.col.fi. C. de execu. rei iudi.Rolan.conſi.66.Decius c.j.nume.215.de proba.Bald. Yſernia.c.j.nu.55.qui ſunt regal.vbi tractat,quid ſi inops artifex ſit,an teneatur ſoluere tributum. Nam collecta pro modo facultatum imponenda. Salyc.in l leges.C qui bon.cede. poſſ.& imponitur perſonæ propter rem.Bal.in l vna.nu.14. C. de ſententiis.Quibus rationibus manifeſtum eſt eum qui debet tributum,vel collectam non eſſe ea ratione addicendum creditori, ſi inops ſit.Quare cum apud nos deducitur in quæſtionem, an quis ſit nobilis, qui impungat eius nobilitatem,facit articulū, ꝙ ſi non ſoluit tributa,non fuit ex nobilitate ſed ex inopia. Illud enim in prouerbium apud nos abiit. alque no tiene el rey lo haze franco. Quod intelligendum,qñ regi debetur tributū: ſi tamen debitum ex alia cauſa procederet,tunc inopia non liberaret debitorem regis,vel fiſci,ideo enim liberatur debēs tributum;quoniam inops nunquam fuit obligatus ad tributum. At ſi inops obligatur iam ſemel radicata obligatione,certè ſeruire regi tenetur ſicut priuato,vt docui c.13.nu. 0. Et ita ſunt intelligenda,quæ ibi dixi, vbi latè tradidi, quomodo exigendi ſint debitores fiſcales.

10 An † autem tributum quod inopes non poſſunt præſtare, pertineat ad reliquos,qui facultatibus valent, vide Bart. diſtinguentem in l ſemel C de Apoch.lib.10.Et in l.2. C.de oper.publi.Latè Mauriciū qui alios citat in repe.l.j.quo loco mul.mun. ſub.ſole.lib.10.fol.284.doctores in l.ſicut. per textum ibi. ff qđ cuiusq; vniuer.nomi.Tributū tamen perſonale tenebitur prę ſtare vaſallus,etiamſi inops ſit, quare cum moris ſit in aliquib. Hiſpaniæ regionibus vt vaſalli,qui prædia ab antiquiſſimo tempore a veteribus dñis acceperunt, certas quaſdam operas dñis ſuis præſtare teneantur. Certè non excuſabuntur paupertate. l.cura.§.inopes. ff. de muneri.& honori. Si tamen dominus ratione huius obligationis iniquas operas vel iniuſta ſeruitia exigat, certè vaſalli poterunt appellare regis ęquitatem,ne inique grauentur:vt tradit Aluaro.poſt Spec.in c.j.col.5. apud quē vel quos controuer.feudi. Quo caſu dominus nō poteſt eſſe iudex, ſed ad regia tribunalia recurrendum.Spec.tit.de feudis. §.nunc dicamus.verſi.cæterùm.Bal.in c.j.col.fin.de capi.qui cur.vendi. Oldr.conſi.234.factum tale eſt.

11 Quinimmo † licet pluries iniqua vel iniuſta ſeruitia præſtiterint,nō ſunt cogendi ad eorum præſtationem,quia præſumuntur metu extorta.Bal.in titu.de pace Conſtantiæ. in verbo pactiones.Quibus congruit,quod ſcribit Io.And.in c.præſenti.in nouella,de offi.ordina.in 6.& in c.cum ſingula,de præben.eod. lib.glo.Ioan.And.& alii in c.cum Apoſtolus.de cenſib.eo.lib.

12 An † autem ſubditi in repentino quodam periculo poſſint cogi ire ad bellum,vide Abb.in c.ſicut in fide.de iureiur.quo caſu etiam clerici tenentur ad cuſtodiam murorum.c.peruenit & ibi dd.de immu.eccleſ.Bar.in l.ſi.C.de curſu publi.lib.12.Iaſ.in l.placet col.3.C.de ſacroſ.eccleſ.

13 Et † an in timore publico & improuiſo eccleſia teneat̄ principi contribuere,vide in c.ſicut.de iureiur. latè Lucas Penna in l.2.& 3.C.quibus mun.vel præſtatio.nemi.ſe excuſa.liceat.li.10. latè Benedict.in c.Raynu.verbo & vxorem nomine Adelaſiā, num.1036.Afflict. qui limitat & declarat in præſa.conſti. Sicil. q.17.Caſſan.in conſue.Burg.rub.j.§.4.nu.23.

14 An † autem ſubditi teneantur contribuere pro reparatione męnium,vide Rebuffum ī l.j.C.de ciuib.vrb.Alex. Guidonem Papæ,ꝙſi.11.qui citat l.turres.& l.oēs prouinciarū.C.de ope.publi.& ſing.564.Iaſ.in l.diuortio.§.impendia.ff.ſol.matr. Ang in d.l.turres.vide eos:nam aliter Rebuffus aliter cæteri ſentiunt.

SVMMARIVM.

1 *Aegritudo ſoluit obligationem preſtandi operas imp ſitas ex delicto, licèt delictorum caſtigatio ad publicam vtilitatem ſpectet.*
2 *Licèt iure regio debitor inops creditori addicatur, vt ſeruiat, ſi tamen morbo perpetuo laboret debitor,nullas tenetur præſtare operas.*
3 *Famulo ægrotanti an debeatur ſalarium, & nume.4.*
5 *Operas præſtare aut ſeruire paria ſunt.*
6 *Debitor morboſus à carcere liberatus an ſi conualeſcat, poſsit iterum capi. & numero 15.*
7 *Sententia diffinitiua,qua debitor ab addictione creditori liberatur,ſi tranſiuit in rem iudicatam, non poteſt reuocari.*
8 *Mulier inops, cui defertur quarta pars iuxta authen.præterea, non amittit eam, licèt poſtea fiat dines.*
9 *Beneficiū ratione dignitatis conceſſum non amittitur finita dignitate.*
10 *Filius per deportationem liberatus a patria poteſtate non reincidit in eam, Etiam ſi reſtituatur in patriam,ceſſet quæ deportatio,quæ illum a patria poteſtate eximebat.*
11 *Conceſſum propter laborem finitur eius priuilegium labore finito.*
12 *Excuſatus ratione minoris ętatis non tenetur factus minor. & n.17. & 18.*
13 *Lex potius fauet reo, quàm accuſatori.*
14 *Ceſſante cauſa abſolutionis,ceſſat abſolutio.*
16 *Excuſatus ſemel ratione numeri liberorum non amittit priuilegium, etiam ſi poſt hoc filij moriantur.*
19 *Laborans morbo inſanabili ſoluitur e carcere, Etiam non dato fideiuſſore.*

An debitor ſit liberandus a diſpoſitione huius legis,ſi aduerſa valetudine præmatur: & an debitor morbi ratione poſſit eximi è carcere abſque fideiuſſore. Cap. XIX.

Solent carceris ſordes præter moleſtiam aduerſam valetudinem gignere.Quare non infrequenter dubitari ſolet,vtrum parcendum ſit debitori perpetuo forſan morbo affligo.Et certè parcendum eſt,text. eſt inſignis in l.in metallum.ff.de pęn. vbi probatur, quod ille qui ratione delicti cogitur operas dare,excuſatur, ſi præmatur aduerſa valetudine.

1 Cum † ergo ęgritudo ſoluat obligationem præſtādi operas impoſitas ex delicto (licèt delictorum caſtigatio ſpectet ad publicam vtilitatem l.congruit.ff.de offi. præſid.) Quanto magis præſtabit,ne debens operas ratione ęris alieni, cogatur eas prę ſtare,ſi ęger ſit.Deinde hic adferre licet argumēta, qbus ſenem decrepitū defendi.ca.7.nu.4.nā ſenecta morbus eſt inſanabilis. His congruit textus expreſſus in l.libertus.qui poſt.ff.de ope.libertorum, inquit lex. Libertus qui poſt indictionē operarum valetudine impeditur quo minus operas præſtet, non tenetur: neque.n.videri poteſt per eum ſtare,quominus operas præſtet. Idem probatur in l.interdum.ff.de oper.liber,ibi.Nam dū languet libertus,patrono operæ pereunt. Idem probatur in l.operæ.ff.de vſufru.leg. ibi. Quare ſi poſt operas præſtitas ęger eſſe ſeruus cęperit,legatario peribunt. His ſuffragatur. l.munerum. §.Camelelaſia.ff.de mune.& honoribus ibi. Corporis miniſterio obligentur,ne vlla excuſatione liberari, niſi læſi & inutilis corporis infirmitate.His congruit.l.prætor.ff.de vaca. mun ibi. Prætor eos quos intelligit operā dare non poſſe, pollicetur ſe excuſaturū,forte ꝙ in perpetuū quis operas dare non pōt ꝙ in eam valetudinē incidit, vt munera ſubire nō poſſit.Idē probat̄ in l.7.titu.4.lib.4.ordinatio.Poſtremò hāc ſnīam probat Alciatus in l.age.C.de trāſ.Expreſſius Zaſius lib.j.ſing. reſp. c.3.nu.33. & nu.37.Facit tex.in l cū hæres.§.ſtichus.ff.de ſtatulib.& faciūt plura quæ dixi c.9.de ſene.nu.9.Poſtremò,pbat̄: qñ iure regio debitor inops addicitur creditori,vt operis reponat creditum.

2 Si † autem debitor morbo perpetuo laborat, certè nullas operas præſtare poteſt,ut in d.l.operæ.ff.de vſuf.leg.cum aliis ſupra allegatis. Ergo hoc caſu ceſſat mens huius legis,quæ noluit torquere debitorem, ſed conſulere creditori. Vltimò probatur: quoniam nunquam debitor ita deſtituendus omni remedio, vt ſit periculum, ne moriatur in carcere, ut dixi c.j. quod declara vt infra.

3 Quid † tñ ſi debitor traditus creditori,ut operis,uel obſequio ei ſatisfaciat,incidit in morbū tēporaliū. Quæro, an tempus, quo ęgrotat computādum ſit in tempus ſeruitii à iudice pręfixum.Mouet quæſtionem, ꝙ famulo ęgrotanti nō debetur ſalarium.Bar.in l.ſi vno.§.item cum quidā.nu.8.ff.loca.& in l operæ.nu.j.ff.de vſuf.lega.Bal.in l.liberti libertæq;.nu.16.C.de oper. liber.DD.in l.arborib.§.de illo.ff.de vſuf.Alex. in l.ſi cū dotē §. ſin autem in ſęuiſſimo.col.2.in princ.ff.ſol.mat.Debitor autem creditori addictus famulus quidam eſt, qui creditori ſeruiēdo

Source : BIU Cujas

ab eo aufert ſalariũ quod debitor illi ſoluit, dum illud computat in ſummam ſibi debitam: nam qui compenſat, ſoluit. Sed ℨria ſnĩa verior, Immo tẽpus ęgritudinis cõputandũ in tẽpus præfixum. l. cũ hæres. §. ſtichus. ff. de ſtatulibe. cuius verba ſunt.

4 Sed † ſi quibuſdam diebus aut valetudo, aut alia iuſta cauſa impedimento fuerit, quominus ſeruiat, & hi anno imputandi ſunt: ſeruire enim nobis intelliguntur hi, quos ęgros curamus, quos cupientes nobis ſeruire, propter aduerſam valetudinem impediũtur. Hæc lex nominatim vr̃ loqui in noſtro caſu: nam loquitur de iuſſo ſeruire per certum tempus, vt eo elapſo conſequatur libertatem, docet autem tempus ęgritudinis computandum in ſpatium præfixum. Neque obſtat, ſi quis obiiciat, legem illam loqui de obligato ſeruire, & ꝙ debitor ſi eſt artifex tenetur operis artificialibus, hoc eſt ſuo opificio ſatisfacere.

5 Sed reſponde † ꝙ paria cenſentur ſeruire, vel operas præſtare. l. ſi quem ſeruum. ff. de ſtatulib. ibi. Nihil intereſt vtro modo caueas, ſi ſeruierit, an ſi operas dederit. Deinde ſeruitiũ eſt opera obſequialis, ut dicam. c. de operis. Neque obſtat, ꝙ diſpoſitio. l. cum hæres. §. Stichus. prodita eſt fauore libertatis. Nam cum tractamus de eruendo debitorem à manibus creditoris tracta tur veriſſime de cauſa libertatis. Cum tractemus de liberando hominem, qui natus eſt ingenuus, à manibus creditoris ꝙ illo vtitur, veluti ſeruo. Quod docet Zaſius conſi. 19. in cauſa concernente monaſterium. nu. 19. lib. 2. Matth. Afflict. in conſtitu. Sicil. incip. proſequentes. nu. 25. & nume. 6. Felyn. in c. edoceri. col. 2. verſi. primò declara, de reſcrip. Præterea tempus ęgritudi 11
nis computandum probatur in l. hę operæ. §. ſi patroni. ff. de oper. liber. ibi. Si patroni plures ĩ diuerſas regiones diſceſſerint, & liberto ſimul operas indixerint, poteſt dici diem operarum cedere, ſed libertum non obligari: quia non per eum, ſed per patronos ſtet, quominus operę dentur, ſicut accidit: cum ęgrotanti ſeruo operæ indicuntur.

Idem probatur in l. libertus, qui poſt. ff. de oper. liber. ibi. libertus, qui valetudinem impeditur, quominus operas præſtet, 12
non tenetur: neque enim poteſt videri per eum ſtare, quominus operas præſtet. Hoc probatur efficacius in l. operæ. ff. de vſuf. lega. cuius verba retuli ſupra. Neque aduerſatur, quod dixi de famulo, aliud enim eſt, quando verſatur libertatis fauor, vt probatur in d. l. cum hæres. §. ſtichus.

6 Sed † quid ſi debitor excuſatus fuerit à diſpoſitione huius legis, & ſolutus e carcere nõ dato fideiuſſore: quia perpetuo morbo grauatur medicorum iudicio, & poſtea vt ſunt mira indulgentis naturæ opera conualeſcit, quæro, an iterum capi poſſit, & in ſeruitium peti & certè quanquam multa vtrinq; proferri poſſint, humanius eſt, vt ſi creditor iam petijſſet illum in ſeruitiũ & cõteſtata ſuper hoc lite, iudex debitorem a rigore huius legis abſoluat, & e vinculis eximat, non poſſit amplius conueniri, etiamſi conualeſcat, niſi pinguiorem nactus fuerit fortunã. Primò: qĩn in debitore, qui furoris ratione eximitur & poſt venit ad ſanam mentem, Et in minore qui ętatis imbecillitatẽ allegat & poſt fit maior, ita definiui & pluribus probaui c. 8. nume. 9. & capite 9. num. 9. furor autem morbus eſt. Deinde in eo qui ratione inopiæ ſoluitur è vinculis, licèt non poſſit ſoluere mulctam. Quòd licèt poſt adquirat, nõ tenetur ſoluere, docui c. præced. nu. 6. Præterea clericus, qui propter ęgritudinem non recitat horas, non tenetur reſarcire, licèt poſt conualeſcat, vt ibi dixi num. 7. Rurſus licèt ceſſante cauſa ceſſet effectus, fallit, niſi cauſam iam ſuum fuerit ſortita effectum. l. fi. ff. vnde liber. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig. & ibi Iaſ. in quarto notabili, Imola in c. fi. per textum ibi. de offic. deleg. Anton. in cap. ſanè. de renuncia. Cyn. in l. generaliter. col. 2. de epiſcopis & clericis. & ibi. Baldus col. 3. Bart. in l. 2. §. fi. ff. de dona. Decius in l. j. nu. 79. ff. de offi. eius, & conſil. 31. col. fin. & in c. quæ in eccleſiarum. col. 7. de conſtitu.

Deinde ſententia definitiua, quæ tranſiuit in rem iudicatam, qua debitor abſoluitur decreto huius legis, reuocari non põt. l. Paulus. ff. de re iudi. His aptiſſime congruit. Quòd ſiquis excu- 13
ſetur a muneribus propter morbum, de quo nulla ſpes erat, ꝙ ſanitatem admitteret, certè hæc excuſatio illi perpetuò proderit in ea tutela, etiamſi præter ſpem conualeſcat, l. penult. ff. de vaca. mune. notat Bart. per eum textum in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. verſic. ſi autẽ tantus, ibi. vt ſanitatis nulla ſpes ſuperſit. & ibi. Paul. circa medium. verſic. & per hoc determinat, & ibi Alex. col. 2. verſi. in textu ibi, nulla ſpes. ff. ſol. matri.

8 Sic † mulier, cui ob paupertatem defertur quarta pars, iuxta auth. prętерea. C. vnde vir & vxor. non amittit eam, licèt poſtea fiat diues: quia ſufficit qualitatem adfuiſſe tempore mortis mariti, autore Decio in auth. præterea. in fi. C. vnde vir & vxor. & conſi. 24. mulier cui propter inopiam. colum. prima.

9 Sic † beneficium conceſſum propter dignitatem nõ finitur finita dignitate. l. eos qui. C. de excu. mune. lib. 10. & ibi Platea notat. Bar. Ang. & Platea in l. maximarum. per textum ibi. C. de excu. mune. Platea in l. eos qui. C. de fabricen. lib. 11. l. iubemus. 14
& ibi Platea. C. de proxi. ſacro. ſcriniorum. lib. 12. Fe. in c. quę in eccleſiarum. col. 32. fallentia 5. verſi. & hinc eſt. de conſtit. Dyn. Ioan. And. & Francus in d. c. decet conceſſum. de reg. iur. lib. 6. Hippoly. ſing. 107. & ſingulari 179. col. 2. Sic liberatio contingens liberto ratione matrimonij contracti cum domina ſua, uel contra, non finitur ſoluto matrimonio ex ſnĩa Bal. & Oldr. in l. libertę. C. de ope. liber. de qua re latiſſime dixi c. 14. nu 6.

10 Sic † filius liberatus a poteſtate patris, per deportationẽ non reincidit in eius poteſtatem, etiamſi reſtituatur in patriam, ceſſetq; deportatio, quæ illũ à patria poteſtate eximebat. l. in inſulam. C. de ſententiam paſſis. Et liberatus à patria poteſtate per dignitatem non reincidit in eam dignitate finita. glo. in Auth. conſtitutio quæ de dignitatibus. §. j. verſi. ſic generaliter, in verbo præſtet. glo. in auth. ſed epiſcopalis dignitas. C. de epiſcopis & cleri. Platea in l. fin. C. de conſuli. lib. 12. Dynus, quem nemo citat, in regula decet. de reg. iur. lib. 6.

Hæc opinio eſt conformis humanitati, neque alio nomine mihi magis placet, quàm ꝙ eximit hominem à diſpoſitione huius duriſſimæ legis. Libenter tamen ſuaſerim iudici ne ſimpliciter abſoluat debitorem propter morbum, de cuius ſanitate, nulla eſt ſpes, ſed vt addãt verbum, donec ęgritudo durauerit, vt hac clauſula nouarum litium occaſionem dirimat. Neq; enim negare poſſum aut debeo, hanc opinionem, quam tot argumentis probaui, habere neſcio quid iniquitatis. Satis enim videtur concedi humanitati, ſi debitor propter inſanabilem morbum ſoluatur è carcere, neque videtur concedendum, vt ſi conualeſcat, non reponat creditum.

11 Nam † quando aliquid conceditur propter laborem, finito labore finitur priuilegium. l. geometræ. ff. de excu. tuto. l. idem Vlpianus. l. athletæ § j. ff. de excu. tuto. l. Titia Seio. §. vſuras. & ibi glo. ff. de leg. 2. Alex. Aretin. & Iaſ. in l. filius a patre. ff. j. ff. de libe. & poſthu. Dyn. & Francus in c. decet. de reg. iur. in 6. Ange. in l. minoribus. C. de his quib. vt indig. Roma. in l. ſi verò. §. de viro. fallentia 27. ff. ſol. matr. Aretin. conſi. 83. & in l. diuortio. §. fi. col. fi. ff. ſol matri.

12 Sic † licèt filius minor, qui non redemit patrem, excuſetur imbecillitate ętatis, nec priuetur patris hæreditate, auth. ſi captiu. C. de epiſco. & cleri. Certè licèt ſemel fuerit excuſatns ratione ętatis non ſufficiet, ſi factus maior non redemit patrem, auctore Bal. in d. auth. ſi captiui, poſt medium, in ver. ſecunda queſtio eſt: & in l. qui contra. col. j. ver. ibi quos omnes. C. de inceſt. nup. & in l. precibus. col. 3. ver. quid ergo, ſi tempore primo. C. de impube. & aliis ſubſti. Vbi dicit hanc communem. Ang. in l. j. C. de in quib. cauſis in integ. reſti. non eſt neceſſa. Fulgo. conſil. 52. in 2. dubio. Paul. in l. ſciendum. §. fi. in 1. notabili, & ibi Alex. col. j. Iaſ. nu. 11. ff. qui ſatiſda. cogan. Roma. ſing. 22 tu habes, qui allegat l. qui cum maior. poſt principium. ff. de bon. liber. & in l. 3. §. ſcio. ff. de mino. Neque obſtat, quod dixi c. 8. de minore nu. 9. ver. moueor: quoniam quod minore qui nõ vindicauit necem patris ſemel excuſato ratione ętatis, perpetuò excuſatur, licèt poſtea fiat maior & ceſſet. Atque item mater non petens filio tutorem excuſatur ętate, & licèt poſtea fiat maior & ceſſet, cenſetur perpetuò excuſata, vt ibi dixi. Illud enim peculiarem haber rationem: quia matre non petente filio tutorem, lex ſtatim ei prouidet. Quare mater liberata eſt ab onere petendi: ſufficit enim prouidentia legis, & iam diligentia matris præuenta eſt à iure, arg. l. cauſam. §. puella. ff. de manumiſ. At in filio minore non redimente patrem ſecus eſt: quia obſequium, quod filius debet patri, habet in ſe actum ſucceſſiuũ: ſemper enim eſt obligatus, ergo ſic in debitore dicendum, ꝙ licèt morbi ratione fuerit è vinculis ſolutus, & a diſpoſitione huius legis liberatus, ꝙ ſi poſtea conualeſcat, non ſit perpetuo liber. Quia obligatio, qua eſt adſtrictus creditori, durat perpetuò, donec ſoluat, quare cũ reualuerit, & beneficio legis ſeruatus fuerit, videtur, ꝙ ſanus & robuſtus teneatur creditum reponere. Neq; obſtat, quod dixi c. nono, de furioſo. nu. nono, ꝙ furioſo ſemel excuſato a pœna criminis cẽſetur perpetuò excuſatus, licèt ad ſanam mentem redeat, illud enim.

Quoniã † lex difficillime ſuccurrit ad accuſandum, & libenter fauet reo, quare minori non dat lex reſtitutionem ad accuſandum, neque ad exagerandum delicta aliena: ut in l. auxiliũ. ff. de mino. Non obſtat, ꝙ clericus, qui non recitauit horas ꝓp ęgritudinem, non tenetur illa reſarcire factus ſanus: quoniam alius eſt noſter caſus, in quo de reſtitutione rei alienæ tractatur. Vbi non dimittitur peccatũ niſi reſtituas, quod debes. At Deus parcit clerico propter ægritudinem non oranti: gaudet enim Deus hilare datore. Non obſtat, quod dixi in debitore mulctę: quoniam ille non adeo debitor eſt, ac ſi deberet priuato pecuniam, quam ab eo accepit, quod patet. Quoniam primo caſu iudex remittere poteſt debitum ex mulcta, at non poteſt remittere debitum priuato. Non obſtat, ꝙ ſententia definitiua non poteſt reuocari: hic. n. ſeruatur mẽs ſnĩæ, quæ ratione ęgritudinis liberat debitorem. Ergo ea ceſſante ſilet mens ſnĩæ, & ceſſante cauſa ſententiæ, ceſſat ſententia. l. ſi a te. ff. de excep. rei iudi. Vbi notat Socin. ex ea lege in primo notabili † ꝙ ceſſante 14
cauſa abſolutionis ceſſat abſolutio, quod etiam probatur ex l. 2. & ex l. ſi mater. §. eandem. ff. eo. titu.

Non

Source : BIU Cujas

15 Non obſtat † ꝙ ſemel excuſatus a muneribus ratione morbi cēſetur perpetuò excuſatus. Illud enim qm̃ in locum illius ſurrogatur alius ex ciuibus, & ſic ſatisfit neceſſitati publicæ. At in noſtro caſu non ſatisfit creditori, etiam ſi debitor ſemel liberet̃ ratione morbi, & ſic diſpar ratio eſt. Cætera argumenta non vrgent: hic enim tractamus de dando creditori, quod ſuū eſt. Quid verius, dic aperte. Equidem prima opinio ꝙuior eſt, ſed ſecūda vr̃ verior, & comprobatur fortiſſima rōne. Scilicet qm̃ debitor inſanabilis morbi rōne liberatus a carcere nō cēſetur liberatus, ſi poſtea conualeſcat & ꝫhat noua debita, ſicut dixi c. 4. nu. 23. de eo qui liberatus a creditoribus: quia caſu amiſſit facultates, ꝫhit noua debita: nō. n. illi ſuffragabitur prior caſus.

16 Et ſicut dicimus † ꝙ ſemel liberato ratione numeri liberorum proderit liberatio, etiamſi filij moriantur. Socin. & Ial in l. ſciendum §. fina. ff. qui ſatiſd. cogan. Deci. in authen. præterea. col. fi. C. vnde vir & vxor. Ripa in l. ex facto. col. 3. verſi. præmiſſa. ff. de vulg. Id tm̃ intelligendum liberatum perpetuò a tutela, quæ iam ceſſerat viuentibus liberis: nō tm̃ ad eas, quæ poſt mortem liberorum ſuperuenerunt. Francus in regula decet. de reg. iur. in 6. Bar. in l. 2. §. non ſolum. ff. de excu. tut. & alios refert Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa. in 4. limitatione. nu. 14. ergo ſic dicendum, ꝙ cum liberatio ratione morbi inſanabilis nō poſſit, ſi debitor poſtea cōualeſcat & ꝫhat noua debita. Qđ idē multo maiori ratione dicendum quoad priora debita, vt ſi conualeſcat, teneatur eis ſatisfacere: cū illa maiori fauore digna ſint, & in eis mitiſſime cum eo actum ſit, dum ratione morbi liberatur a carcere. Præterea cum is iuxta ius Romanum liberatur, cedendo poſſit conueniri, vbi pinguiorem nanciſcitur fortunam, Idem dicendum in eo qui liberatur ratione morbi, vt poſſit conueniri vbi primum fauente Chriſto cōualeſcit. Excutiāt eruditi. res eſt ambigua inſpectis noſtrorū traditionibus. Si tm̃ veritatem & iuſtitiæ prudens robur apprehendamus & nō inanes noſtrorum traditiones, qui ex ſimilibus prorſus diſſimilib. pleraq; definiūt. Certè verius & rectius videtur, vt debitor vbi conualuerit, ſatisfaciat creditę ſummæ; cum enim eximitur a carcere, non eximitur: quia ſoluit, ſed quia ęgrotat, ergo cū ęgritudo non habeatur pro ſolutione, ſequitur ꝙ ceſſante ęgritudine poteſt cogi ad ſatisfactionem.

Neque obſtat ſi quis mihi obijciat cur. c. 8. de minore. nu. 9.
17 docuiſti † minorem ſemel ętatis ratione liberatū perpetuò remanere liberū, etiamſi poſt ad robur virile perueniat. Illud. n. qm̃ minor, qui cum ſui iuris non eſſet, debitum non ꝫxit, vr̃ omni fauore dignus. Neq; ſibi, qui ſua non poſſidet, obijci poteſt, cur tua amiſiſti, & præſertim hoc ęquiſſimum, ſi debitū deſcendet à patre: quæ. n. culpa minori imputari pōt, vt ibi dixi, & c. 6. de hærede. nu. 23. Certè ſi in ęgro hanc opinionem nō probamus, vt. ſ. ſanus reponat creditum, certè erit occaſio, vt mille fraudes excogitentur, medicis ad conſpectū pecuniæ nihil nō iurantibus, & ſemel eluſo carcere, debitor triūphabit impunè.

18 Poſtremò obijciet̃ mihi † cur c. 9. de furioſo. nu. 6. docuiſti, debitorē, ſi ſuperueniat furor, liberandū à carcere, & à diſpoſitione huius legis, neq; reuocandū in carcerem, etiamſi conualeſcat a furore. Illud enim: quoniam furioſus, qui redijt ad ſanā mentem, facile redit ad furorem, ſi prematur operis & labore, & curādū ne ob pecuniolā homo obnoxius ſit tāto periculo, quo miſer caret intellectu & iudicio potiſſima hominis dote.

19 Quòd † autem laborās morbo inſanabili ſit ſoluēdus è carcere. Et iam non dato fideiuſſore dictat humanitas & Chriſtianæ charitatis zelus. Deinde probatur: qm̃ ſenex decrepitus nō pręmendus carcere, vt dixi c. 7. nu. 3. durior autem ęgritudo eſt morbus inſanabilis q̃ ſenecta. Poſtremò ſi traditus i ſeruitium creditori, liberatur ab obligatione ſeruiendi ꝑꝑ morbū inſanabilē, vt dixi nu. 6. & probat. l. in metallum. ff. de pœn. Multo magis non tradetur a principio, arg. l. patre furioſo. ff. de his q̃ ſunt ſui vel alie. iur. Sed nota, ꝙ de morbo inſanabili ꝑ ſnīam definitiuam non per interlocutoriam pronuntiandū, audito pleniſſime creditore qui ſua pecunia priuatur. Nam obl'o ſeruiendi ſuccedit in locum pecuniæ, & cū tractetur, an debitor debeat ſeruire, vel non, vr̃ tractari, an ei ſoluendum, vel nō ſoluendū.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio ad carceres non valet, niſi in vim conſuetudinis.*
2 *Non eſt admittendum homo vt liber ſit in perpetua ſeruitute.*
3 *Redemptus ab hoſtibus an debeat præſtare operas redemptori tanto tempore, donec pretio redemptionis ſatisfiat, an verò ſeruiendo per quinquennium liberetur, & ibi de intellectu. l. fina. C. de capt. & poſtli. reuer. & numero quarto.*
5 *Obligatio, qua quis adſtringitur ponere beneficium, non parit actionem.*
6 *Pater tenetur ſoluere redemptori pretium, quod ſoluit pro redęptione filij.*
7 *Amplia, etiam ſi filius mortem obierit antequam ad domum acceſſerit.*
8 *Donatio facta redemptori non reuocatur ingratitudinis prætextu.*
9 *Pater viuens & valens tenetur adſignare filio detento in carcere pro delicto legitimam. & nu. 10.*
11 *Filia dotata debet ali à marito & non a patre.*
12 *Pro mutuo quod filius emancipatus contraxit non tenetur pater.*
13 *Viuente patre filius non eſt dominus, nec habet quidquam in bonis patris.*
14 *Licèt ad effugiendum carcerem licita ſit alienatio rei ſubiectæ reſtitutioni, id negatur, ſi debitum ſit ex delicto.*
15 *Filius debet patri operis obſequiales, & non artificiales.*
19 *Filius familias ob æs alienum capi & executari poteſt.*

An debitor ſit addicendus creditori, ſi obligatus ſit ad ſoluendum redditum perpetuum, quod quotannis recurrit, ita vt nunquam ſuis operis in perpetuum etiam per totam vitam ſatisfacere poſſit, ſed miſer & ſeruiens expirare debeat.

Capit. XX.

Modernus Pariſ. præſtātis ingenij & varię eruditionis vir ī tractatu de vſuris. q. 36. nu. 271. Præſtat argumētum ad limitandum duriſſimā diſpoſitionem huius legis in caſu quotidiano, Scilicet cum debitor inops debet; reditum perpetuum magnæ quantitatis, cui ſatisfacere per omnem vitam ſuis operis eſt impoſſibile, cum quotānis redeat. Quærit ibi Moder. ille, quid ſi debitor obligat ſe ad ſolutionem redditus nō ſolum perſonaliter & ſub generali hipotheca, ſed etiam obligat corpus ad carceres publicos. Et dicit obligationem carceris non valere: quia eſſet perpetua quædam & præciſa ſeruitus, ad quam liber homo ſeſe obligare nō poteſt, ut dixi c j. nu. 17. Deinde adducit, ꝙ obligatio ad carceres non valet niſi in vim conſuetudinis, vt notatur in l. ob ęs. C. de actio. & oblig Et ꝙ conſuetudo non admittit, ſut quis capiatur, niſi in debitis momentaneis, vbi vna ſolutione obligationis nexus euaneſcit. Et ꝙ ideo non debet extendi ad obligationes perpetuas, & ſucceſſiuas; quoniā eſt maius præiudiciū. Præterea adducit, ꝙ Solon, qui immenſum fęnus ad mediocritatem reduxit, lege prodita cauit, ne ęs ob vſuras ius in corpus debitoris haberet. Vt memorię prodit Plutarchus in eius vita. Quibus rationibus videtur dicendum, iudicem in hac ſpecie rationem excogitare debere, qua inops debitor non pereat in poteſtate creditoris. Addictus enim creditori videtur detineri captus, vt dixi c. 2. nu. 9. Et videtur eſſe eius ſeruus.

2 Admittendum † autem nō eſt: ut homo liber ſit in perpetua ſeruitute. Eſt autem manifeſtum, ꝙ debitor ſeruiet per omnem vitam creditori, ſi debet redditum perpetuum magnæ quantitatis, cui annuæ operę pares eſſe non poſſunt. Comprobāt hæc opinio: qm̃ nemo poteſt locare operas ſuas in perpetuum, ut dixi c. j. nu. 17. quod autem non poteſt fieri per pactum, nō poteſt fieri per ſtatutum, vt dixi c. 2. nu. 9. Sed hanc opinionem ꝓbare non eſt animus. Primò: quia eſſet melioris cōditionis, qui debet viginti aureorū millia, & forſan ea turpiter prodegit, q̃ qui debet aureos decem. Deinde cum proſpiciatur creditori, cui debentur aurei decem, cur non proſpicietur ei, cui debētur aureorum decem millia cum magna ſua iactura. Certè ſtolidiſſimum eſſet illi proſpicere, hunc deſtituere. Præſertim qđ maiori coertione dignus eſt, & magis infamis, qui plurimum ęris alieni contraxit, q̃ qui modicum. Poſtremò qui ingentem ſummam debet, rectius dicendus creditor, quam qui debet modicum quiddam, & in eo rectius quadrant verba legis. Vltimò nō inepte ſuſpicari licet, eum qui maximam ſummam debet, rem exportaſſe, vel abſcondiſſe eluſis creditoribus, quare hic magis præmendus, q̃ debitor mediocris ſummæ. Nō obſtat, ꝙ eſſe in carcere per omnem vitam nō eſt admittendum: quia eſſet pręciſa quædam ſeruitus. Quoniam hic per addictionem liberamus debitorem a carcere, vt operis ſatisfaciat creditori, neque traditus creditori videtur eſſe eius ſeruus.

Non obſtat, ꝙ carcer pro debito non patiēdus, qñ debitum habet tractum ſucceſſiuum. Quoniam nego id eſſe verum: quamuis enim debitum habeat tractum ſucceſſiuum, pōt contingere, ut aliquis extraneus ſoluat pro debitore, & recurrens quotannis reditum extinguat. Deinde cum carcer admittatur pro his, quæ momento ſolui poſſunt, quanto magis pro his, quæ perpetuò augentur & creſcunt, cū creditor habeat iuſtiorem cauſam vrgendi, & debitor ſoluendi. Neque alicubi inuenio, qui regulam generalem ita reſtringat, tantum carcerē non admitto. Quando nullum eſt remedium illam effugiendi niſi ſolutione, ita ꝙ non admittitur ceſſio bonorum, quod nōnullę gentes præpoſterè & impiè ſtatuerunt. Præterea nego carcerem pro ęre alieno inductum conſuetudine, Immo id videtur iure ſtatutum: vt ceſſans in ſolutione præmatur carcere, vt dixi c. primo ſupra. Non obſtat, ꝙ nemo poteſt locare operas ſuas in perpetuum: quoniam hic non locat operas in perpetuū, ſed momento liberatur, ſi ſoluat. Et numinis prouidentia maxime apparet in rebus iam cōploratis & ab humana ope deſtitutis. Quare quotidie videmus inopem ad maximum dignitatis & opulentiæ locum euectum. Eſt enim mira rerum humanarum varietas & forſan, de repente apparebit, qui pro debitore ſoluat, vel Chriſtus emoliet creditoris animum.

3 His ita definitis † videamus quid in hac ſpecie iudicandum. Paulus, Hieronymū ab hoſtibus aureis trecentis redemit, reuerſusq; ī patriā petit a Hieronymo, vt ſibi aureos trecētos ſoluat, & cū inops ſit, petit vt ſibi tradatur in ſeruitium per tantum tempus, ꝙ poſſit debitum reponere, puta per annos octo, vel decem iuxta debitoris induſtriam arbitrio iudicis. Opponit

Source : BIU Cujas

Hieronymus, ꝙ etiamſi Paulus pro eius libertate aureos mille hoſtibus ſoluiſſet, non eſt cogendus ei operas præſtare per longius tempus q̃ per quinquennium: quoniam hoc eſt lege præfinitum, citatq; textum expreſſum in l. fin. C. de capti. & poſtlim. reuer. vbi hæc verba legimus. Decet redemptos aut datum per ſe pretium emptoribus reſtituere, aut laboris obſequio & operæ quinquennij vicem referre beneficij.

4 Quid iuris † certè verius videtur, Hieronymum cogendum ſeruire per tempus congruẽs ei pretio quod pro eius libertate hoſtibus eſt ſolutum. Moueor, quoniam d. l. fi. loquitur de iure ciuili, quo debitor liberatur cedendo bonis, neq; cogitur ſeruire creditori, etiamſi ſoluendo non ſit, vt dixi c. j. nu. j. At cũ iure Hiſpanico omnis debitor cogatur ſeruire, ſi ſoluendo non ſit, certè aptius & rectius cogendus, qui debet ex cauſa redẽptionis q̃ alius. Nam adeo iuſta ea cauſa viſa fuit, ut ex ea ſola debitor inops de iure ciuili cogatur ſeruire, vt dixi ca. j. nu. 65. Cum ergo ea cauſa ſeruitio digna viſa fuerit eo tẽpore, quo pro debito nemo ſeruiebat, certè hodie quando apud nos lex eſt generalis, vt debitor inops ſeruiat per tempus a iudice taxandum, efficacius & vehementius lex exercenda in eum, qui etiã iure ciuili viſus eſt dignus, qui ſeruiret. Nam hic, qui tantum beneficium accepit, nimirũ libertatis munus, durius cogendus, quàm qui ex alia cauſa debet, ideo non per quinquennium, ſed per tempus a iudice taxandum ſeruire debet. Sed certè durum vr̃ recedere a taxatione legis, præſertim cum ſuſpicari liceat illud taxari tam ſtrictè: quoniam captus redit omnibus fortunis ſpoliatus. Et vt qui diu fuit miſer, numinis indulgẽtia lęretur, quæ opinio ęquior eſt. Sed eſt quæſtionis, quid ſi Paulus pro libertate Hieronymi hoſtibus dedit aureos decem, an Hieronymus cogẽdus ſeruire per quinquẽnium iuxta præfinitionem. d. l. fi. qui redemptum ſi ſoluendo nõ ſit iubet redẽptori ſeruire per quinquẽnium. Et certè hoc caſu ſeruanda vr̃ præfinitio. d. l. fin. qm̃ non rõne pretij abſolute ſed rõne beneficij in redemptum collati iubet vt redemptori ſeruiat; nam ſi redemptus deberet ex alia cauſa, quam redemptionis, non poſſet cogi ad ſeruitiũ: vnde manifeſte infertur, ꝙ diſpoſitio d. l. fi. non eſt nata ſimpliciter ex precio dato, ſed ex precio dato pro redẽptione beneficio ineſtimabili, quo quis patriæ parentibus & libertati reſtituitur. vnde licèt pretium ſit exiguum, videtur ꝙ debet ſeruire per tempus taxatum à lege. Sed obſtat, ꝙ lex ipſa dicit, ꝙ vbi primum redemptus ſoluit pretium redemptori, eſt liber, neq; detineri poteſt ratione collati beneficij. 10 11

Vnde infertur † ꝙ lex non vult operis penſari beneficium,
4 niſi quouſque reponat pretium, & ꝙ ſi reponit pretium, non tenetur ſeruire: cum autem hodie generale ſit creditum ſolui operis, videtur ꝙ ſi operæ vnius anni ęquiualeant pretio dato pro redemptione, ꝙ nõ tenetur ſeruire per quinquẽniũ, iuxta taxationem. d. l. fi. Nõ obſtat, ꝙ diſpoſitio. l. fi. nõ eſt nata ſimpliciter ex precio dato ſed ex redẽptionis maximo beneficio. Nam id beneficium nõ parit actionem in plus, q̃ vt redemptus teneatur ſoluere pretium, quod pro eius libertate hoſtibus eſt datum, vt in d. l. probatur. 12

5 Neq; obligatio, qua quis adſtringitur reponere beneficium, parit actionẽ: vt notatur in l. ſed & ſi lege. §. ſcire. ff. de peti. hęredi. Iaſ. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. Sed illud notãdũ, adeo redemptori deberi pretium redẽptionis: vt pater teneatur ſoluere redemptori pretium, quod ſoluit, vt eius filium liberaret ab hoſtium captiuitate. 13

6 Quoniam † pater ſaltem neceſſitate cauſatiua tenetur filiũ redimere a captiuitate, ne priuetur eius hæreditate. auth. ſi captiui. C de epiſ. & cleri. ergo redemptor gerit negotium patris, & ſic pater tenetur illud approbare & ſoluere. l. ſoluendo. ff. de neg geſt. l. nam & Seruius. ff. eo. tit. Melior textus in l. quamuis. ff. ſol. matr. cum l. ſeq. & ita nominatim docet Paul. conſi. 443. viſo puncto ſupradicto dico. num. j lib. j.

Quod ampliat, etiam ſi filius mortem obierit, anteq̃ domũ acceſſerit: nam ſufficit negotium initio vtiliter geſtum, licet poſtea euentus non ſit ex animi ſentẽtia. l. ſed an vltro. §. j. ff. de neg. geſt. Deinde nõ prætereundũ, ꝙ ſi ei qui me a vinculis vel a poteſtate hoſtiũ liberauit, ſummam immẽſam donem, certè nõ poſſum ob ingratitudinem reuocare donationem: qm̃ donatio remuneratoria nõ cẽſet donatio, vt dixi in meo tract. de nõ melio. filia dotis ratio. c. 17. nu. 14. & nominatim in redemptio a vinculis vel ab hoſtibus notat Bal. in c. j. § fi. quæ fuit pri. cauſa benefi. amitten. & in c. j. col. 3. an mutus, vel ſurd. Iacobinus. S. Georgius in in tract. feudorũ, fol. 34. col. fi. Lupus in rep. rub. de dona. §. 50. limita ſecundò nu. 7. fol. 29. arg. l. ſi pater. §. 1. ff. de dona. Non prætereundum, ꝙ traditio Pauli. d. conſil. 443. (ſcilicet ꝙ pater tenetur ſoluere pretium, quod quis ſoluit pro redemptione filii ſui) confirmatur efficaciſſime. 14

9 Qm̃ † pater viuens & valẽs tenetur in vita ſua aſſignare filio legitimã, ſi detinet in carcere pro delicto, & multo magis ſi pro debito ciuili: ſi. n. pro dote dãda & pro alimẽtis, multo magis ꝑ vita filii cõſeruãda & pro libertate. Nã carcer perpetua & ſeruitus morti comparãtur. l. intercidit. ff. de ꝙdi. & demõſt. l. ſeruitutem. ff. de reg. iur. facit text. in auth. ſi captiui. C. de epiſ. & cler. & hunc caſum audiſſe ſe a Cancellario Franciæ teſtatur Benedict. in repe. Raynutius. in verbo in eodem teſtamento. nu. 215. de teſta. & ſequitur Berengarius Fernãdus in repet. l. in quartã, nume. 136. verſi. 5 etiam. ff. ad l Falc. Hæc Benedicti, & Berengarij opinio ſummam ęquitatem præſefert: ſi. n. filio de iure ciuili cogor dare donationem ꝑ nuptias in vita, vt dixi in tract. de nõ melio. filiab. c. 8. nu. 24. in fine, multo magis videor cogendus dare, vt eximatur a carcere, & liberetur à poteſtate creditoris, quæ ſeruitus & captiuitas quædam eſt. Maiuſq; beneficiũ confert in filium eruendo eum à carcere, q̃ dãdo donationem ꝑ nuptias, magisq; in hoc paternam pietatẽ exercet. Sed vereor, ne tãtę ęquitatis opinio vera ſit, arbitrorq; in iudiciis locũ nõ habituram. Primò, ſi hanc apperiamus ianuam, quo euadet, quo non penetrabit iuuenum profuſio, quis erit ſumptib. modus, quid nõ machinabũtur fęneratores. Itaq; maximum hinc periculum impendet iuuenilisq; licẽtia optimo iure coercẽda fouetur, cumq; patris damno, peſſimoq; exẽplo alitur. Deinde cum de iure pater non teneatur pro filio, vt in rubr. C. ne filius pro patre, cur auferetur a patre res ſua, quam forſan ad vltimos nauigãs Indos magnis ſudoribus parauit. Cur damnum irrogabitur cæteris fratribus, dum pate. neque negotiari, neq; augere rem poteſt, cum portione q̃ cogitur tradere filio ob ęs alienum capto. Itaq; hic maxima ſubeſt iniquitas. Præterea nulla eſt lex, quæ iubeat patrem dare ĩ vita ſua legitimam filio ob debitum ciuile capto. Atque adeo nulla eſt prudens ratio, nulla publica vtilitasq́ue hoc admittere cogat.

Poſtremò † hic longe alia ratio eſt, q̃ in dãdis alimẽtis, dote, vel donatione ꝑ nuptias. Nam niſi pater det alimẽta, filius fame peribit, & niſi det dotem, vel donationẽ ꝑ nuptias, filia nõ inueniet maritũ, neq; filius vxorẽ. Quod aduerſus naturalem ęquitatem & aduerſus publicam vtilitatẽ eſſe vr̃ l. 1. ff. ſol. matr. Deinde eſt aduerſus votum patris, qui iuxta a natura inſitã procliuitatem cupit per nepotes memoriam nominis ſui in poſteritatem propagari, & libenter & vltro dotẽ dat. Quare & ęquũ & reipublicæ vtile eſt, patrem cogi alere & dotem vel donationem dare filiis, præſertim ꝙ dos ſuccedit loco alimentorum.

Et † filia dotata a marito eſt alẽda nõ a patre, vt dixi in tract. de nõ melio. filia, & pater tũc alimẽta debita potius q̃ donationem vr̃ dare. Rurſus cũ filio dat donõnem ꝑ nuptias, potius lucratur, q̃ expẽdit de iure ciuili, ſi quidem eo iure etiã vſusfructus dotisq; filiofamilias datur pertinet ad patrem. l. 1. & 2. C. de bon. quæ libe. & dixi in meo tract de ſolutione patriæ poteſtatis ex matrimonio. c. 1. Quid hoc ad iniquam impẽſam, qua Benedictus & Berẽgarius onerãt patrem, ſi quidem iniquiſſimum reputo obligare patrem ad ęs alienum, quod filius forſan alea, luxu, vel ſcortis ꝟxit. deindè ſi Berengarii & Benedicti opinio eſſet vera, non tractarent DD. an valeat ſtatutũ, vt pater cogat̃ in vita ſoluere ꝑ filio ꝙdẽnato ob delictũ, vti tractant in c. 2. de delic. puero. vbi Anania. Alex. in l. lex Corn. nu. 8. ff. de vulg.

Vltimò † eſt textus expreſſus in l. 1. C. ne filius pro patre. dictãs patrẽ nõ teneri pro mutuo, qđ filius eius emãcipatus ꝟxit. Nã ſi eſſet in poteſtate, defenditur ſenatuſcõſulto Macedoniano, qũo autem verum eſſet, patrem nõ teneri pro debitis filii, ſi per cuniculos & obliquas machinationes cogitur pro eo ſoluere, dando ei legitimam in vita iuxta debitam ſummam.

Neque quidquam ſuffragatur filio † ꝙ eſt dñs in vita patris, & ꝙ legitima eſt ſibi debita: nam viuẽte patre dñs nõ eſt, neq; quid q̃ ſibi efficaciter debetur. l. 1. §. ſi impuberi. ff. de colla. bon. & dixi ĩ trac. de nõ melio. filia. Illa. n. eſt cõis opinio, ꝙ pater nõ cogitur ĩ vita filio ſuo aſſignare legitimã: quia nõ dẽt eam niſi poſt mortẽ. Imo. & Alex. in l. lex Corn. ff. de vulg. Fabia. in repet. auth nouiſſima. ĩ 7. q. prin. C. de inoffi. teſta Rurſus nõ adiuuat Berengarii, & Benedicti opinionem ęquitas, quæ prima ſtatim fronte legentibus occurrit, ꝙ ſcilicet ęquiſſimum eſt filium a carcere liberare. Primò enim, ſi filius debet ex delicto, dignus eſt punitione, & indignus fauore.

Quare † iure cõſtitutũ eſt, vt licèt ad effugiẽdũ carcerẽ poſſit quis alienare rem reſtitutioni ſubiectam. Id negatur, ſi debitũ, ꝑ qđ detinetur in carcere, ꝓcedit ex delicto. Admitterẽ tñ opinionẽ Berengarii, ſi in defectum ſolutionis filius eſſet occidẽdus, vel mutilãdus, vel ꝑpetuo carcere præmẽdus. Quia tunc tãta verſatur ęquitas, quãta in alimẽtis, ſecus ſi alia ꝑ œna imponẽda. Deinde ſi filius detinetur ob debitũ ex cã ciuili, nõ oportet Berẽgariũ repręſentare carcerem, eſſe captiuitatẽ & ſeruitutẽ, cũ eã cedẽdo bonis poſſit effugere. l. pe. C. qui. bon. ced. poſſ. vbi hæc aptiſſima verba lego. Cũ & ſi nihil in ſuo cẽſu habeãt: tñ ne patiãtur iniuriã, dẽt bonorũ ceſſio admitti. Certè ſi de iure pater ꝑ obliquum teneretur ſoluere pro filio dãdo ei ſuã legitimã, non diceret lex, vt filius cederet bonis: cũ ceſſio fiat, cũ ſolui nõ põt, ne in defectũ ſolutionis detrudãtur in carcerẽ. l. 1. C. q. bo. ced. poſſ. Præterea text. in auth. ſi captiui. in fi. C. de epis & cleri. licè loquatur de redimẽdo filiũ a poteſtate hoſtiũ, nõ dicit, ꝙ pater tenet̃ redimere filium aſſignando ei ſuã legitimã in vita, ſed ꝙ ſi eum non redimit,

Source : BIU Cujas

mit,priuat eius hæreditate,itaq; amissionē hæreditatis, hoc est amissionē lucri lex denuntiat,non amissionē propriæ rei, dum cogitur filio tradere rem suam,hoc est legitimam,quam in vita non debet. An autem dispositio auth. si captiui. seruetur in Gallia,vide Rebuf.in procæ.regi.consti.gl.5.num.38. Præterea, vt ad nostram consuetudinem veniamus,quid piaculi est, si filius effugiat carcerem tradendo se in seruitium creditori, An oportet:vt sit ociosus,an oportet:vt iterum indulgens inguini
35 & gulæ nouum æs alienum contrahat. Neque obstat † ꝙ antiquius est debitum, quo patri debet operas: nam filius patri debet operas obsequiales non artificiles vt dixi in tracta. de decima tuto.c.2.num 12. & illæ operæ obsequiales debentur ex con gruentia non ex pecunia.Sed obiicis, quid si est aduersus honorem filii,certè nihil,ꝙ pater filij amantissimus admittit,dici potest aduersus honorem,vel vtilitatem filij. Quare desinant stulte curiosi patrem filij sui iudicem esse, nullum inueniet æquiorem iudicem, nullum commodis suis magis fauentem. Ex his apparet traditionem Pauli dic.consi.443. esse dubiam. Sed certè mihi placet,& quotiescunque filius esset occidendus,vel perpetuò carcere prẹmendus,nisi soluеret,probarem opinionem Berẽgarii & Benedicti, vt pater teneretur in vita dare eis suam legitimam pro modo debitæ quantitatis.Deinde ex superioribus cõstat,filiumfamilias(nisi debeat ex mutuo) & generaliter filiũ emancipatũ cogendos esse subire dispositionẽ huius legis.
36 Nam † licèt filiumfamilias nõ posse ob æs alienum capi, nec executari asseueret.Accursius in l.3.§.sed vtrum.& in l.ꝙ si minor.§.si seruus.in verbo condemnabitur. ff.de mino.contraria sententia vera & communis est,quam probat Bar. & DD. per textum ibi in l.pe.C.qui bon. ced. poss. nam si non posset capi, non esset necessaria cessio bonorum,vt dixi c.3 num.2.Bald.in tracta.de carcere q.2.nu.6 Bar.in l.si filio.nu.2.nu.8.ff.sol.matri. Aretin.in §.fi.col.3.Insti.de actio.& ibi Ias.col.2.Boer.in repe.l. consentaneum.nu.165.C.quomo.& quan.iud.Hippo.in practica crimina.verbo,attingam.nu.69.Cassan. in cõsue. Burg. rub. §.2.nu.14.ver.additio.Parisius cons.94.nu.41. lib.j.Bal.in l.si ex alio.C.quod cum eo.Ioan.Baptista Sãseuerinus in tracta. de debitore susp & fugi.in 5.q.prin.vers.quartò quæro.nu.8.qui dicit, Accursium rectè loqui, si intelligatur in minori. Nec requiritur consensus patris.Bald.in tracta.de carcere q.3.Bar.l. fi. §. j. ff. de verb.obl.Ancha.consi.72.Boer.d loco.nu. 166. & hoc esset indubitabile,si filius esset mercator.

CONSTANTII ROGERII.

De remedijs possessorijs.

SVMMARIVM.

1 *Possessio quibus modis amittatur.*
2 *Quo interdicto in spoliantem agatur.*
3 *Remedium Legis cum quærebatur,quale sit.*
4 *Lex dicta cum quærebatur. in quibus pẹnalis sit.*
5 *Qei vendicatio an sufficiat,quando agitur tantum de probatione dominij.*
6 *Possessor bonæfidei quo legis remedio iuuetur,si à possessione ceciderit.*
7 *Remedia possessoria quibus dentur.*
8 *Cadenti à possessione an nulla detur actio possessoria.*
9 *Actio in factum, vel officium Iudicis an competat priuatis possessione casu fortuito.*
10 *Principalis debitor prius discutiendus est,antequam fideiussor.*
11 *Remedia adipiscendæ possessionis quæ sint.*
12 *Interdictum quorum bonorum quibus competat.*
13 *Differentiæ quid sit inter interdictum quorum bonorum & remedium legis fin.de edict.d ui Adria.toll.*
14 *Saluianum interdictum quibus detur.*
15 *Retinendæ possessionis remedia.*

DO Tractatus nostri, de remedijs possessoriis,introitu,præmitto ꝙ magnum est commodum possidẽtis per nota.in §.cõmodum.insti. de interdic. Idcirco cũ ad ea quę sunt frugi humanę naturę cęcitas per fas & nefas satagat aspirare.Cõtra illud Cassiodori,li.5.Epistolarum pulchrũ est commodum. fœda neglexisse lucrũ. Ideò tam pro possessione recuperanda, quàm adipiscenda,necnon retinenda fiunt quotidie iurgia,rixæ, lites, & contentiones. Præsertim quia duo insolidum non possunt possidere l.3.§ ex contrario.ff.de acquiren.possess.quod declara:vt ibi dixi. Et ideò succedit illud Ciceronis, nã qcquid eiusmodi est,in quo non possunt plures excellere,in eo plerũque tanta difficultas fit. Vt difficile sit seruare sanctam societatem. Id declarat temeritas Iulii Cæsaris, quæ ferè omnia iura humana peruertit ob eum quem sibi opinionis obtinere principatum credebat, & male: quia scriptum est Deuteronomij 27.cap.Maledictus qui transfert terminos proximi sui. & in c. 19.Non assumes nec transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua. Videamus igitur primò de remediis recuperandæ possessionis, deinde de remedijs adipiscendæ,& postremo de remediis retinendæ: & quia ad hoc vt comperat remedium recuperandæ oportet amissam esse pos-
1 sessionẽ. Videamus breuiter † aliquos modos singulares amittendæ possessionis.Nam aliquãdo amittitur per egressum possessionis:quod declara,vt notabiliter habetur per glos. in l. j. in princi.in glo in verbo naturaliter.in fine.& ibi dixi ff.de acqui. possess.Aliquando amittitur negligentia.l.si de eo § si fortè.eo. titu.Aliquando amittitur mortui illatione l. qui vniuersas. §.j. eo.tit.Item & iussu iudicis & ex 2.decreto.l.si finita.§ Iulianus. cum ibi notatis.ff.de dam.infect Item obliuione. l. peregrè. in principio. ff. de acquirend. possessio. Item per inundationem aquarum.l.3.§. Labeo.cod. titu. Item & propter vanum timorem amittitur possessio,de quo dixi in l.3.§.in amittenda præallega.Item per nunciationem noui operis. l de pupillo.§ meminisse. l. prima, §. in operis. ff. de nouis operis nunciatio.
Videamus ergo quando possessio fuit amissa per violentiam, vel culpam aduersarii de modis recuperandi. Et primò debes
2 scire, quòd per edictum † vnde vi. fuit prouisum contra spolantem, vel mandantem,aut ratum habentem.l. prima. §. deiecisse.ff.de vi & vi ar & §.sed si cum quis.quòd remedium etiã datur soli detentatori: vt eadem l. §. si deijcitur. Sed quia per hoc non erat prouisum contra ingredientem non dolosè, sed ex temeritate auctorita. rescripti, vel sententiæ. Ideò prouisum fuit remedio. l. meminerint. C. vnde vi. contra tales cuius substantiam posui in l. iuste. ff. de acquirend. possess. dic vt ibi.sed adhuc, per hoc non erat prouisum contra dolosè occupantem possessionem absentis vacantem: quo casu dominus solus habebat rei vendicationem, & sic oportebat eum probare de dominio.Ideò ad auocandum talem possessionem occu
3 patam proditum fuit † remedium.l. cum quærebatur. C. vnde vi,quæ processit,etiam si sola naturalis vacans fuerit occupata; cum absens retinuisset ciuilem animo, & erit perutile remedium nõ potenti probare possessionem tempore possessionis, seu ingressus illius. Quia intentando remedium.l. cum quærebatur, sufficit probare ante possediſſe: licet tunc non possideret secundum Barto.ibi & Butri. in cap. sæpè. de restitu. spolia. Subiicit tamen, Butri. illam l. communiter intelligi in re vacante non possessa corpore animo, & hoc etiam ibi tenet glo. Item competit contra scientem, cuius erat res vacans, vel etiam credentem esse suam,ex iniustis rationibus:quia tunc est etiam dolus præsumptus:vt in dicta constitutione ibi, ridiculũ omnium &c.Ita tenet Bartol.ibidem Hostien. & Butrius in dicto cap.sæpè.Cęterùm,quia si iustis rationibus fuit motus,& sic cessabat dolus contra occupantem talem rem vacantem, non erat proditum remedium: ideò prouisum fuit per remedium. l.inuasor. C.vnde vi.quæ tamen.l.non est pęnalis,sed solum pu-
4 uidet de restitutione possessionis.Sed † l.cum quærebatur.est pęnalis & in iis duobus differunt istæ duæ constitutiones secũdũ Bartolum ibi.Et attende quia intentans remedium l.cum quærebatur.debet probare se dominum illius rei vacantis,vt ibi dicit Bart.& ibi glo.innuit secundùm eum, & hoc idem tenetur probare intentans remedium.l. inuasor. Et sic intentantes ista remedia habebunt duo probare, scilicet se dominos & possessionem vacantem.Ideo videretur vtilius intentare † simpliciter rei vendicationem, vbi sufficerẽt probare de dominio. Sed dic,secundùm Bar. ibi, ꝙ fuerunt vtilia dicta remedia. Quia in his possessoriis proceditur magis summariè, nec requiruntur probationes ita liquidæ secundùm Bar in dict.l.inuasor.Sed qa per prẹmissa non erat prouisum contra eum,qui ab initio non propria voluntate, sed auctoritate domini ingressus est, qui ex post facto non vult restituere. Ideo contra eos fuit proditum remedium.l.si quis conductionis.tit.C.locari.quę est singularis secundùm Bartolum ibi,in quo remedio non potest cõuentus obiicere de dominio etiam proprio.De quo posset obiicere, si conueniretur actione locati, secundùm Bartolum ibi & Butr. in dicto c.sæpe.Et contra eosdem ingredientes auctoritate domini, & postea non restituentes est etiam proditum remediũ. l.non ab re. C. vnde vi. quia si in ea restituenda fuerint contumaces vsq; ad sententiam, tenebuntur nedum ad restitutionẽ rei,sed etiam vltra ad æstimationem ipsius:vt vult.l.conductores.C locati.Et dicit gl.in dict.l.nõ ab re.quod practicabitur cõditionaliter hoc modo. peto talem mihi condemnari ad restitutionem rei,& si fuerit contumax vsq; ad sententiam peto cõdemnari ad ęstimationem ipsius rei, vnà cum ipsa re,quam practicam ibi multum commendat dicens facere ad multa. Cæterùm, quia ex præmissis solum prouisum erat contra temeritatem ingredientium, uel mandantium, aut ratum habentium, non autem contra successores contra quos oportebat probare de

re de dominio. Nec erat proditum remedium possessorium, ideo fuit promulgata decretalis sæpe.de restit. spolia.quæ prouidet contra scienter succedentes expilatoribus, contra quos non competit interdum unde ui.l.cum à te.infra de ui & ui ar. Et prædicta constitutio fundatur super peccato scienter succedentis. Ideo seruaretur etiam in foro ciuili, secũdùm Butrium & Panor ibi & est de mente Barto. in dicta l. cum à te.dicentis quòd licèt interdicto non possit agi, poterit tamen agi condictione ex illa decretali. Attende tamen: quia in dubio non præsumitur scienter succedere secundùm Goffred. Io. And. Butri. & Panor. in dict. cap. sæpe. licèt Hostien. ibi aliter dixerit nisi secundùm Panormi. inuasio fuisset notoria capit. j de postul. prela. vel succedens esset consanguineus inuasoris, argumen. in c. constitutus. de testibus, vel esset vicinus cap. quosdam. cum sequenti extra de præsump. & cap. 2. de renunc. lib. 6. & l. dolum. C. de dolo. & procedit nedum in scienter succedente raptori: sed etiam in quocunque alio qui sciuerit vitium rapinæ, licèt per mille manus iuisset secundùm Innocen. & Panormi. ibi, & dabitur etiam malæfidei possessori aliàs non violento contra mediatum, & immediatum possessorem secundùm Innocen. & Panormi. ibidem. Sed quia per hoc non erat prouisum contra ementem, seu causam habentem bona fide à vitioso possessore, ideo contra talem subuentum fuit per constitutionem re integranda 3. q. j. secundum Bart. Cum. & Innocen. vt dixi in l. rem quæ nobis. de acquiren. posses. vbi hunc tractatum pono, & volunt etiam Glos. & Innocen. in dicto capitulo sæpe. Licèt Panor. in cap. cum ad sedem. eod. titu. dixerit illam constitutionem non competere pro rebus Laicorum, quòd est falsum, vt dixi, vbi supra. Cæterùm quia adhuc per præmissa non erat prouisum bonæfidei possessori, qui ceciderat sine violentia alicuius à possessione aduersus eum qui etiam eandem possessionem
6 occupauerat bona fide † Ideo hoc casu prouisum fuit remedio legis si colonus. C. de agri. & censi. lib. 11. vt eleganter voluit Innocen in dict. cap. sæpe. quod tamen non placet ibi Panor. nec Bartol. hic, videlicet in l. rem quę nobis. Quia tunc esset contra. l. siue autem. §. si duobus. supra de publicia. Sed Ange. in l. fin. §. sed cum in sententia. C. de furtis. Respondet, quòd loquitur in petitorio, quæ responsio non est tuta: quia eadem est ratio in possesso. vnde vtrum in casu præmisso competat aliquod remedium patebit ex infra dicendis. Prosequor igitur vlterius. Et
7 quia præmissa † remedia dantur possessoribus spoliatis seu priuatis possessione sua, non autem simplicibus detentatoribus: vt pote colonis, commodatariis, depositariis, & similibus detentatoribus, quibus non erat succursum per aliquod præditorum remediorum. Ideo domino eorum absente succursum fuit remedio. l. j. C. si per vim, vel alio modo, vt possint recuperare rẽ nomine domini per condictionem illius. l. licèt non habeant aliud mandatum, & nedum possessionem absentium possunt detentatores præmissi remedio. l. prædictæ recuperare, sed etiã alii propinqui parentes, vel amici, aut liberti, vel serui quantuncunque nullum habeant mandatum, & hoc etiam licèt ipsi nõ fuerint expulsi: quia sufficit absentem fuisse spoliatum, vt concludunt glo. Barto. & Docto. in dicta l. j. quod est bene notandum. Cæterùm quia etiam per prædictum remedium non erat prouisum ipsis detentatoribus expulsis volentibus experiri & nomine proprio. Idcirco tunc fuit istis prouisum per officium iudicis & actionem in factum: vt vult glo. in l. fin. §. cum in secundam. & ibi Bartol. C. de furtis. qui dicit, hoc esse notandum, & idem tenet glo. in l. & ideo. §. fi. de condi. furt. & Bald. in l. 2. C. de furt. & Cu. in l. stipulatio ista. §. hi qui. & ibi dixi. ff. de verb.
8 obliga. dicens quòd licèt † cadenti de tenuta non detur aliqua actio possessoria. Dabitur tamen pro recuperatione officium iudicis, licèt Iac. de Ra. Marti. Cy. & Iacob. Butr. vt refert Salyc. in dicto §. cum in secundam. ac etiam ipse Saly. aliter dixerint. Sed pro prima opinione adduco rationem: quia vbicunque æquum est alicui subueniri, cui rigor iuris nõ tribuit actionem, tunc succurritur sibi per officium iudicis. l. quantus in fine supra de annu lega & l. seruos. de ali. & ciba. legatis, & l. planè. supra de peti. hæredi. & l. si & me. supra si cer. peta. ergo in casu præmisso saltem ex æquitate debet subueniri per officium iudicis.
9 † Sed quia ista remedia non competunt priuatis possessione p casum fortuitum: vtpote per inundationem aquarum. Idcirco contra eos qui postea talem possessionem amissam occuparũt, proditum est prioribus possessoribus remedium restitutionis in integrum, vt notatur in l. 3. § Labeo. & ibi dixi supra eod. titul. Cæterùm quia aliquando contingit aliquem amittere possessionem ex facto suo, vtpote quando quis nunciat nouum opus simplici verbo. l. j. §. in operis. & l. de pupillo. §. meminisse. ff. de oper. no. nuncia. Idcirco, tunc dubitatum fuit, an competeret aliquod remedium possessorium pro recuperanda ista possessione, & videbatur quòd non, ex quo meo facto amisi nunciando simplici verbo. Sed in contrarium est veritas; quia tu faciendo nouum opus, dedisti causam, & impulisti me ad annunciandum, ideo talis possessio in te translata per nunciationem meam dicitur violenta. Et ideo mihi pro recuperatione competit interdictum vnde vi, & volunt Dy. & Bartol. in dicto §. meminisse. & ibi dixi. Ex hoc infero, quòd cum sit talis possessio violenta, poterit incontinenti talis possessio recuperari. l. 3. §. eum qui. ff. de vi, & vi ar. Item infero, quòd nuncians statim facta nunciatione, poterit antequàm diuertat ad extraneos actus propria auctoritate recuperare istam possessionem amissam, vt etiam voluerunt Dy. & Bartol. in dicto §. meminisse. vbi latius dico. Do tamẽ tibi pulchram cautelam, per quam iste possessor poterit facere, quòd non erit violentus, videlicet satisdando statim facta nunciatione de opere demoliendo, per quam satisdationem efficitur verus, & non violẽtus possessor. l. si alius. §. idem Iulianus. ff. quod vi, aut clam. Ideo sis cautus in practica. Sed quia per prædicta remedia non erat prouisum aduersus malignitatem colonorum, & inquilinorum, & aliorum possidentium nomine alieno, ex quorum facto, seu malignitate dominus priuatur possessione. Ideo domino ad recuperandum talem possessionem fuit proditum remedium l. fi. C. de acquiren. posses. Nam si isti possidentes nomine alieno tradãt alteri possessionem, vel deiiciantur, dominus amittit possessionem, sed eam potest recuperare à possidentibus cõdictione ex illa. l. fi. Cæterùm si dereliquisset possessionem. Possidens nomine alieno, vel proditorie. constituisset se nomine alterius possidere, certè per hoc non priuaretur dominus possessione secundùm glos. Bartol. & Docto. in dicta l. fi. cuius intellectum latissimè prosequor in l. peregrè §. quibus. ff. de acquiren. possessio. Et dic ut ibi, & est ualdè singulare remedium propter ea quæ dixi in l. exitus. ff. de acquirend. possessio. Nam tu scis, quòd non
10 potest deueniri ad extraneos possessores, uel contra fideiussores, nisi prius sit facta discussio bonorum † & debitoris principalis. authen. hoc si debitor. C. de pigno. authen. præsente. C. de fideiuss. Sed pone quòd debitor pro obseruatione contractus obligauerit bona sua prout fit, & constituerit se illa tenere nomine creditoris, & postea reperiantur penès extraneos. Certè poterit creditor recuperare possessionem illorum bonorum sibi obligatorum absque aliqua excussione principalis debitoris condictione ex dicta l. fina. & ita reperio eleganter dixisse Angel. in dicta l. exitus. Quòd nunquàm exeat memoriam. Sis ergo cautus ut semper in hypotheca generali facias apponi constitutum.

EXPEDITIS nunc remedijs recuperandæ possessionis.
11 Videamus de remedijs adipiscendæ. † Et dic quòd remedia adipiscendæ sunt ista, uidelicet interdictum quorum bon. & interdictum Saluianum, & constitutio. l. fin. C. de edic. di. Adria. tollen. & interdictum quorum leg.

De interdicto quorũ bonorum & saluiano habes text. in §. adipiscendæ. & sequenti, instit. de interdict. de interdicto quorum lega. est text. in l. j. in princip. ff. quorum leg. de edicto diui Adriani, constat est lege fina. C. de edict. diui Adria.

Et scire oportet, quòd interdictum quorum bonorum non
12 tantum competit † hæredi ab intestato, sed etiam uenienti ex testamento de iu. prætorio uel ciuili. l. 2. & ibi Salyc. C. quorum bono. & uult Bartol. in dict. l. fi. C. de edict. diui Adria. tollen. Et competit pro omnibus rebus, quæ erant in bonis defuncti, & sic siue per eum essent tempore mortis possessæ siue non. Quia res in bonis dicitur, etiam si postea possessa non sit: ut l. rem in bonis. ff. de acquirend. re. do. dummodo pro eis habeamus actionem, uel exceptionem ut ibi. Ita Bartol. in l. j. circa finem. C. quorum bonorum, per l. 2. §. hac actione. infra ui. bo. ra.
13 & per l. j. in princip. ff. quorum bonorum. Ex quo nota, † quòd istud interdictum differt à remedio. l. fi. de edict. diui Adria. & à petitione hæreditatis: quia illa. l. fin. habet locum non tantum pro rebus quę erant in bonis defuncti. Sed etiam quæ erant possessæ per defunctum tempore eius mortis, ut dicta. l. fin. in glos. in uerbo fuerant, & ibi per Docto. Et idem in petitione hæreditatis. Quia satis est, quòd probet detentionem, uel possessionem defuncti: ut l. non tantum. in princip. & ibi glos. & Docto. supra de petitio. hæredita. Item in alio discrepat à petitione hæreditatis: quia hoc interdictum non datur contra debitores hęreditarios, secus in petitione hæreditatis: ut habetur in l. 2. & ibi glos. ff. eod. Et ex his apparet, quid sit probandum respectu rerum in hoc interdicto. Et quia supra dixi, quòd hoc interdictũ habet locum etiam ex testamento, uidetur superfluum remedium dictæ l. fin. C. de edic. diui Adria. quod habet tantummodo locum ex testamento, quod non est uerum secundùm Docto. quia intentans remedium dict. l. fi. si testamentum esset in aliqua parte uiciatum non posset ueritas comprobari, nisi per eandem scripturam, dict. l. fi. quia fit missio ex notorio quod resultat ex inspectione dicti testamenti, ut dict. l. fin. Cæterum in isto interdicto, ac etiam in petitione hæreditatis posset, si testamentum esset uitiosum, ueritas comprobari per alias probationes: ut l. si unus. cum ibi no. C de testamen. Ita dicit Bartol. in dicta l. fin. Et si uis practicam concipiendi libellum in interdicto quorum bonorum poteris sic dicere. Ago contra Titium possidentem talem hæreditatem, & bona ipsius hæreditatis pro hærede, uel pro possessore, uel qui detinet talem rem hæreditariam

Source : BIU Cujas

riam illius tempore eius uitæ, & mortis, cuius ego sum hæres, ex testamento uel ab intestato, prout casus accidet, cuius hæreditatem adiui. Sed quia hæres debet constitui possessor bonorum defuncti, peto per vos & officium vestrum me in possessione hæreditatis, vel talium bonorum constitui, vel possessionem earum, vel talis rei mihi tradi, & dictum detentatorē condemnari, ad mihi tradendum dictarum rerum possessionem. Si autem quæsieris practicam dict. l. fi. dic quod concipietur libellus hoc modo.

DICO quòd Titius me hæredem instituit in tali suo testamento, quod coram vobis exhibeo, & produco in publicā formam manu talis notarii publici, non abolitum, nec in aliqua sui parte vituperatum, dico etiam, quod tempore eius vitæ, & mortis tenebat, & possidebat multa bona & inter cætera talem rem, & talem, Quare peto per vos, & officium vestrum me mitti & induci in corporalem possessionem dictorum bonorum, & omnium aliorum quæ tempore mortis dicti Titii per ipsum tenebantur & possidebantur. Et si quispiam comparuerit contradicens, peto ipsum condemnari ad admittendum id quod detinet de rebus prædictis, vt supra tētis & possessis per dictum Titium. Saluianum etiam interdictum, quod (vt dixi) etiā adi-
14 piscendæ possessionis est, datur super rebus † coloni, quæ sunt obligatæ domino pro mercede fundi, vel pro damno si quod intulit. §. interdictum quoque. cum glo. insti. de interdictis. Interdictum quorum legatorum, datur aduersus legatarios, qui occuparunt propria auctoritate res sibi legatas sine voluntate hæredis: vt l. j in princip. ff. quorum lega. Præseruatur tamen ipsi legatario actio ad petendum legata vt ibidem, licèt istud re-
15 cipiat plura contraria, de quibus ibi. Vltimò † videamus de remediis retinendæ possessionis, quod datur per interdictum, vti possidetis, in rebus immobilibus, quæ interdicta dantur, quando duo contēdunt se eandem rem mobilem, vel immobilem possidere, & declara vt in §. retinendæ. instit. de interdic. Et propter hanc possessionem vltro citroque prætensam fiunt quotidie scandala, quibus prudentes Iudices possunt obuiare secundùm quòd dixi in Rubrica. ff. de acquir. possessio. Quia poterit iudex ex officio cogere partes, vt vnus alteri porrigat libellum, vel etiam sine libello poterit hoc expedire, assumendo probationes. Ita di Spec. in tit. possessorii, & petitorii, spoliationisque cogno. §. j. circa finem, vbi ponit alia pulchra consilia, & optimas cautelas. Et adde Bald. in l. ordinarii. C. de rei vendica. post Iac. de Ar. & Butrig. in l. incerti. C. de incer. & Innocen. in c. in præsentia de probatio. quòd vbi duo contendunt se possidere, potest quilibet ipsorum implorare officium iudicis, quatenus alteri inhibeatur, ne accedat ad possessionem. l. fi. supra de offici. procu. Cęsa. quo facto iudex summatim cognoscet absque alio libello, & absque ordine iudiciario, quis eorum sit in possessione, & demum alteri inhibebit ingressum possessionis, donec cognitum sit in ordinario iudicio; quia ista summaria cognitio non præiudicabit ordinario iudicio etiam super possessione. l. pen. cum ibi no. supra de his qui sunt sui, vel alie. iuris. faciunt nota. in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. Et si in illa summaria cognitione non poterit informare iudex quis sit in possessione. Tunc debet sequestrare possessionem, seu fructus, ne partes veniant ad arma, per l. cuius. §. fi. cum sequen. quę incipit æquissimum. supra de vsufructu. Vbi etiam vide Bartol. & vtinam hæc benè seruarent iudices; quia non orirentur tot scādala, quot in dies videmus. Et sic sum expeditus de hoc Tracta. paruulo.

ACHILLIS PERSONALIS MIRANDVLANI,

De adipiscenda possessione, iuxta l. fin. C. de edicto D. Adr. toll.

1 DEFVNCTO Testatore plura hęredi remedia in testamēto eius vniuersaliter instituto, pro testatoris hæreditate cōsequenda, eiusque iura competunt, interq; † cætera imprimis sese illud offert famigerabile possessionis remedium adipiscendæ à iure ciuili proueniens, quod est remedium l. fi. C. de edicto D. Adr. toll. vt dicit glo. in §. restitutoria, in verbo bonorum possessori, Insti. de interd. Aret. in §. quadrupli. num. 25. Inst. de act. Zuccard. in d. l. fi. num. 385. quare primò igitur tractabo dictum remedium tanquam magis practicabile, deinde alia duo particulariter remedia, quæ hæredi quoq; sunt perutilia, vt successiuè ex infradicēdis in eis tractatibus ordinariè liquidò patebit.

Et tu hæredis procurator primò aduertas, vt id scias remediū practicare, dignoscereque, quando hæredi competat, & cui,
2 cum multis in casibus † ab interdicto quorum bonorū differt, & vt videre possis in quibus differat, vide per te glo. in d. l. fin. in verbo, legitimo, & ibi Docto. & maximè. Ias. nume. 28. in tertia quæstione, & Zuccard. ibi post omnes alios nume. 385. & Aret. in §. quadrupli, num. 26. versic. ex quo nota, Insti. de act. Rip. in Rub. ff. quorum bon. num. 2. Pract. Pap. in forma libel. quo pet. hæred. ex testa. in gl. coram vobis, nu. 2. Ruyn. consi. 28. lib. 5. &
3 benè omnia † notabis, vt secundùm casus occurrentiam scias discernere, quod remedium, qualeq; pro hærede proponendū sit, vt etiam dicit Rip. in Rub. ff. quorum bon. nu. 3.

Et inter cæteras differentias ponitur hæc, nam quorum bonorum hæredi tam ex testamento, quàm ab intestato succedēti datur, vt in dicto tractato suo plenè dicam, † at remediū huius. l. fi. venientibus ab intestato non cōpetit, ex testamento autem tantùm sic, Bal. in l. j. col. j versi. & prodest. ff. de pet. hæred. Ias. in d. l. fi. num. 23. nu. 28. ver. 8. & ibi etiam Dec. nu. 29. ver. alia quæstio, & ibi quoq; Zuccard. nu. 306. Rip. in Rubr. ff. quorum bon. nu. 2 ver. 8. Pract. Pap. in forma libel. quo pet. hær. ex testa. in glo. coram vobis, nu. 2. in fi. Marant. in tract. de ord. iud. in 4. par. 7. dist. num. 12. & hæc est communis, vt refert sequendo Gozad. consi. 50. nu. 25. D. meus Soc. Iun. consi. 75. nu. 2. lib. j. Crau. consi. 173. num. 10. Roland. consj. nu. 5. lib. j. D. quoq; meus Cęphal. consi. 4. nu. 34. lib. j. ratioq; est in promptu, nam in tali remedio possessorio iudex per notorii modum procedit, quod notorium per testamenti exhibitionem inducitur, non aboliti, nec cancellati, non autem notoriū fieri potest per id, ꝙ quis
6 allegat defuncto proximiorē esse, cū hoc sit facti, & iudex † faciliter errare potest, Io. And. in addi. Spec. in titu. de testa. § fin. nu. 3. Pract. Pap. in forma libelli quo petitur hære. ex testa. in gl.
7 in omnib. nu. 2. quare † igitur si filius ab intestato suo patri succedat, non hoc sibi competit remedium d. l. fin. secundùm crebriorem Doct. opinionem, vt dixi, per iudicis autem officium tunc fauorabiliter imploratum in possessionē immittitur, Ias. in d. l. fi. nu. 23. Paris. consi. 22. nu. 67. lib. j. & consi. 60. nu. j. lib. 3. D. meus Soc. Iun. consi. 75. nu. 17. lib. j. Marant. in tracta. de ord. iud. in 4. part. dist. 7. num. 13. quod de æquitate verum esse censeo, si non aliud eidem remedium competat, Rolan. consi. j. nu. 54. & pluribus seq. lib. j.

8 † Cautusq; semper sit hæredis procurator, ꝙ mortuo testatore, antequam defuncti possessio à tertio præoccupetur, vt statim omnium incontinentiq; bonorum possessionem per testatorem tempore eius mortis detentatorum apprehendat, ꝙ propria tunc equidem auctoritate facere potest. l. cum hæredes. ff. de acquir. poss. Bar. in d. l. fi. nu. 16. Bal. nu. 3. Dec. nu. 4. & Zuccar. nu. 107 C. de edicto D. Adr. toll. Alex. in l. à Diuo Pio. §. si super rebus, nu. 27. in fi. ff. de re iud. Rip. in rubrica. ff. quorum bon. nume. 2. ver. quinta, Plot. in l. si quando, nu. 85. & 93. C. vnde vi. Durant. in tract. de art. testa. tit. 2. cau. 20. nu. 2. Calcan. consi. 67. col. 2. in fi. Paris. consi. 54. nu. j. & seq. lib. 3. & consi. 37. nu. 22. eod. lib.
9 D. meus Soc. Iun. consi. 75. nu. 10. lib. j. cum hæres † nō leue cōmodum ex possessione apprehensa consequitur. §. commodū, Inst. de interd. Durant. in d. loco allegato vt supra nu. 2. Cag. in l. in pari, nu. 3. ff. de regulis iuris.

10 † Et si hæres in eā peruenerit, illamq; apprehendiderit, in illa à iudicè quoq; defendetur, si alius tertius ipsum hæredem in ea possessione sic apprehensa deinde molestare vellet, Dec. in d. l. fi. nu. 5. in fi. & ibi etiam Zuccard. nu. 102. Plot. in d. l. si quando, nu. 84. Paris. consi. 41. nu. 35. lib. 1. Syl. nup. lib. j. in verbo, Non est nubendum, nu. 81. & hoc iudicis officio spectat, possessorē in sua possessione defendere, vt ff. ne vis fiat ei, qui in poss. per totum. Pract. Pap. in forma libel. quo pet. hær. ex testa. in gl. missumq;, Cast. cons. 3. nu. 1. in fi. lib. 2. Grām. cons. 64. in ciuil. Dec. & uccard. vt supra, faciendo ipsi tertio pęnale præceptum in ea illum molestanti, vt ne ille ipsum hæredem in futurū in d. possessione molestet, ad illamq; non accedat, cum reserua tñ iuriū ipsius tertii, agendi in possessorio vel petitorio, si aliquod ius ei-
11 dem in dictis bonis habeat, & † cōpetat, habita prius informatione per iudicem summariissimè sineq; libello, de ipsius hęredis possessione, videlicet hæredem, & non tertium in possessione esse, Dec. in l. fi. nu. 7. C. de edicto D. Adr. toll. & ibi etiā Zuccard. nu. 111. Plot. in l. si quando, nu. 84. Cast. d. consi. 3. Cur. Sen. cons. 60. nu. 1. Paris. cons. 41. nu. 35. lib j. Gramm. consi. 64. in ciuil. D. meus Soc. Iun. consi. 77. nu. 2. lib. j. dummodo iudex hanc informationem citata parte suscipiat, Zuccard. in d. l. fi. nu. 112. quamuis non quoq; de graui præiudicio tractatur, Mars. in l. de vnoquoq;, nu. 31. ff. de re iudi. ꝙ ego hanc existimo opinionem esse veram, nisi periculum in mora sit, nam tunc iudex absque partium citatione hanc suscipiet informationem, repertoque hærede de præsenti in possessione esse, tertio præcipiet, vt supra dixi, Alex. in l. de vnoquoq;, nu. 8. & etiam ibi Mars. nu. 49 ff. de re iud. Dec. in l. si pacto quo pęnam, nu. 5. & seq. C. de pact. Zuccar. in l. fi. nu. 110. C. de edicto D. Adriani toll. Marant. in tract. de ord. iud. in 6. part. in primo membro iudicii, in verbo, De citatione, nume. 15.

12 † Si autem defuncti bonorum possessio non sit vacans, à tertio

tio autem præoccupata ſit,& tunc dico,ꝙ hæres nõ propria illã auctoritate apprehendere poterit,ratioq; in promptu eſt, nam poſſeſſor non ſua remouetur poſſeſſione,niſi eo citato,etiam ſi iniuſtus,& prædo eſſet,c.licèt Epiſcopus, de præb.in.6.& ita cõmuniter commemorati patres,vt ſupra tenent.

13 † Et hæc quoq; concluſio procedit exiſtente ſtatuto poſſeſſionem in hæredem continuante,nã ſi poſſeſſio ab aliquo poſt defuncti mortem prẽoccupata eſſet,non ab illa ſua remouetur poſſeſſione,niſi eo prius citato,Dec.in d.l.fi.nu.5.& ibi etiã Curt.Iun.col.pen.& Zuccard.nu.94.& nu.104. C. de edicto D. Adr.toll.Plot.in l.ſi quando,num 87.C.vnde vi Imol.conſi 16. num.4.Alex conſi.83.nu. 0. verſi. ſi ergo, lib.2.Soc.conſi.49. num.3.lib.3.Cur.Iun.conſi.127.nu.7 alias ſi hæres contrarium efficeret,ſibi quoque male conſuleret,Zuccard.in dicta l.fi.nume.108.& ſeq.

14 † Sed ego hanc ſentio concluſionem eſſe veram, ſi ſtatutũ ſimpliciter loquatur, poſſeſſionem in hæredem continuando, nam ſi poſſeſſio bonorum defuncti poſt teſtatoris obitum ab aliquo tertio ſuo proprio nomine,& non hæredis apprehenſa fuiſſet,non tunc poſſeſſio in hæredem ſtatuti miniſterio ob tertij impedimentum tranſlata,continuataq; cenſetur, vt in terminis huius ſtatuti tradit Iaſ.in l.ſi ſorori,col.2.in princip. C.de iure delibe.& conſi.147.lib.2 & conſi.148.lib.4. & hæc eſt communis Docto.opinio, vt per Ripam in l.j.nume.37.ff.de acquiren.poſſeſſ.

15 † Si vero ſtatutum expreſsè poſſeſſionem in hæredem continuaret ſcriptum immediatè,ſiue hæres hereditatem adiuerit, ſiue non,aliisq; prohiberet,vt ne illam occuparent, & ſi apprehendiderint,nullius ſit momenti, ꝓcederetq; ipſi propria hæredi auctoritate eam accipiendi,tunc reor,ꝙ ſi abſq; violentia hęres bonorum defuncti poſſeſſionem propria apprehendiderit auctoritate,etiam ſi à tertio poſt teſtatoris obitum prẽoccupata fuiſſet,nõ illam reſtituere teneretur, tum quia illa facultas ꝓpria auctoritate ingrediendi à ſtatuto cõceſſa ita operatur,Rip. in c.ſæpe,nu.86.in fi.de reſti.ſpol.Zuccard.in l.fi.num. 90.C de edicto D.Adr.toll.Dec.conſi 191.col.pen.verſi ſeptimò, Pariſ. conſ.j nu.175 lib.j Crau.conſi 302.col.pen circa medium,tum & quia ſi ſtatutum vult,ꝙ poſſeſſio bonorum defuncti per tertium occupata nullius momenti ſit,ergo perinde habetur,ac ſi
16 vacans eſſet,ſed † quando eſt vacans,hæres illam propria auctoritate apprehendere poteſt,l cum hæredes.ff.de acquir.poſſeſſ.& vt ſupra dixi, ergo & hoc in caſu illam hæres propria accipere potuit auctoritate,abſq; eo, ꝙ illam ita captam reſtituat, Pariſ. conſi 41.num 8.& ſeq.lib.j.dummodo hæres ſtatim poſtquam ſciuerit,illam ab alio fuiſſe occupatam apprehendat,ſecus ſi id faceret ex interuallo,Plot.in d.l.ſi quando,nu.91.& ſeq.

17 † Sed tu hanc tempera concluſionem eſſe veram,quãdo ſtatutum hæredi concederet auctoritatem propria auctoritate in bonorum poſſeſſionem hęreditariorum ingrediendi abſq; eo, ꝙ in ſtatuto fuiſſet dictum per vim,ſecus ſi per vim, in ſtatuto fuiſſet adiectum,tunc & quoq; per vim ingredi,apprehẽdereq; eam poterit,Rip.in d.c.ſæpe,nu.87.Pariſ.conſi.41.nu 39.& ſeq. lib.j.& quomodo hæc cõcluſio procedat,& intelligatur, infra melius declarabo ſub illa quæſtione, an qñ poſſeſſio nulliter fuit data,ſit confirmanda,ſi nouiter eſſet danda ob notorietatẽ iurium ipſius ingreſſi, nam ibi plenè hunc diſcutio articulum, ad quem locum me remitto,ne idem repetam.

18 † Et exiſtente dicto ſtatuto, quæro ſi dictum remediũ adipiſcendæ,vel potius recuperandæ,hęredi competat,tu declara,vt dicam in tract.interd.quorum bonorum, vbi plenè hunc articulum examinabo,ad quem locum pariter me reiicio.

19 †Et quamuis hæres regulariter poſſeſſionem oĩum defuncti bonorum propria apprehendere auctoritate poſſit,d.l.cum hęredes,tñ ſi hæres vrbanius procedere vellet,in eamq; iudicis auctoritate ingredi, antequam in illam apprehẽdẽdo ab alio prẽueniatur,iuxta conſtitutionem l.fi.C.de edicto D.Adria.tol. & tunc equidem quoq; ei permittitur, & in vtroq; modo, vt ſibi erit,& q̃ citius facere poterit,ſibi eſt ꝓuiſum,Rip.in rub.ff.quorum bon.nu.2.in 5.differentia,Plot.in l.ſi qñ,nu.93.C.vnde vi.
94 ¶ Et hæres qui petit † litteras ſubſidiales alteri iudici ſcribere, debet inſtare, vt ſcribaꝛ, ſe hr̃dem, vel eius procuratorẽ, in bonorum poſſeſſionem talis teſtatoris prædefuncti tempore eius mortis penes defunctum repertorum immitti, etiã contra violenter reſiſtentem, aliàs ille iudex, qui ſcribitur, id minimè facere poterit, Zuccar. in d. l. fi. nu. 144. & iudex requiſitus ad ſcribendum dictas litteras, non illas denegare poterit, & ſi illas denegauerit, ad eius ſuperiorem recurritur, Alex. in l. a diuo Pio. §. j. nu. 14. & ibi etiã Iaſ. nu. 1. & nu. 19. ff. de re iud. Zuccar. in d. l. fi. ſub nu. 244 quia nõ ſcribendo partẽ grauaret, & a tali grauamine appellare, vel ad ſuperiorem per modũ querelæ recurrere poteſt, Cagno. in l. cum quædam puella, nu. 33. ff. de iuriſdict. omn. iudi.

95 Et iudex, in cuius † territorio ſita ſunt bona, non executionẽ ſine litteris primi iudicis faciet, Alex. poſt Doc. in d. l. cũ quædam puella, nu. 15. & ibi etiam Iaſ nu. 18. Dec. nu. 17. in fi. & Cag. nu. 33. verſ. quartò colligitur, Zuccard. in d. l. fin. num. 240. alias executio erit nulla, Crau. conſ. 134. num. 22. & ſeq.

96 Quæ concluſio in ſententia † arbitri non ſibi locum vendicet, quæ ſine litteris alibi ad iudicis tm̃ imploratione executioni demandatur, Iaſ. in l. a diuo Pio. §. j. nu. 21. & ſeq. ff. de re iud.

97 Et quamuis iudex † per alterius iudicis litteras requiſitus executionẽ vni nuncio curiæ ſuæ committere poterit nõ partibus quoque auditis, non tamen hanc executionẽ effectualiter cõmittere debet, niſi ſuper ſnĩa exequenda prius natura conſideratione habita, & videre prius acta, & ad ſuæ conſcientiæ cõfirmationem iudicare debet, an dicta ſentẽtia ſit iuſta, vel iniqua, & exequenda ſit, vel nõ. Oldr. conſ. 227. nu. 2. circa medium. Iaſ. in d. §. j. nu. 1. Cagno. in l. cum quædam puella, nu. 33. verſ. quintò colligiꝛ, ff. de iuriſ. om. iu. Calca. cõſi. 119. nu. 6. ver. nec videaꝛ.

98 Immo, ſi mero executori opponatur, † ꝙ ſnĩa ex iuriſdictionis, vel citationis defectu nulla ſit, tunc & eo caſu ſnĩam nullã pronunciare poterit, & conſequenter executionem non mereri, Soc. conſi. 83. nu. 14. lib. 4. Calca. conſ. 118. nu. 3. in fi. & præſertim qñ hæc nullitas oppoſita in actis appareat, notorijſſimaq; ſit; nam tunc ſuperſedere debet, & ſuper illam iudicare tenetur. l. ſi prætor. §. j. ff. de iud. Bald. in l. ab executione, nu. 7. C. quor. appell. non recip. Fel. in c. decætero, nu. 4. de re iud. & in c. paſtoralis. §. quia verò, nu. 17. verſ. executor merus. de off. deleg Zuccar. in d. l. fi. nu. 242. Imo. conſ. 127. in fi. Rom. conſ. 51. Anchar. conſ. 382. nu. 8. & ſeq. Soc. conſ. 83. nu. 23. lib. 4. Calca. conſ. 118. nu. 3. in fi. ſecus verò erit, ſi nullitas allegata non ſit notorijſſima; qa hoc in caſu non pronuntiare debet, ſed tantùm ſuperſedere, nullitatisq; cauſam iudici ſcribenti remittere, qui ſuper hanc nullitatem iudicare habeat, Bald. conſ. 341. num. 6. libro 4. Soc. conſ. 59. num. 4. lib. j. Zuccard. in d. l. fi. num. 241.

Ego autem non hanc approbo concluſionem indiſtinctè veram eſſe, niſi ſuper nullitate allegata a iudice, qui primò ſentẽtiauit, & ſcripſit, non iam iudicatũ fuiſſet; nã tunc non amplius iudicare poterit, nec iudex cui ſcribitur ſuperſedere debet, nec remittere habet, ſed illam omnino exeq tenetur. Abb. in c. decætero, nu. 5. verſ. 3. membro, de re iud. Fel. in c. paſtoralis. §. quia verò, num. 17. verſ. executor merus, de offic. de leg. Zuccard. in d. l. fi. num. 242. in fin. Calcan. conſ. 118. num. 4. in fine.

99 Quam cõcluſionem † quoque cenſeo eſſe veram, qñ executio ſm ius cõe petita ſit, non autem ſm ciuitatis ſtatuta iudicantis. Fel. in c. poſtulaſti, nu. 11. verſ. 2. intelligentia, de foro compe. Alexand. in d. l. a diuo Pio. §. j. num. 6. circa med. ibi quoque Iaſ. num. 6. & ſeq. ff. de re iud. idem Iaſ. in l. cum quædam puella, nu. 20. ff. de iuriſdict. omnium iud. rationibus ibi per eos allegatis.

100 Vel & niſi ille, qui ſcribit, † illi ſuperior ſit, cui ſcribit, quamuis ille cui ſcribitur, ſententiam videat nullam, & notoriè iniquam eſſe, tamen illam omnino exequi tenetur, per text. clarũ in c. paſtolalis. §. quia verò, de offic. deleg.

101 Quæ concluſio † procul dubio in criminalibus nõ procedit, quando de corporali pœna tractatur; nã tunc merus executor ſententiam iniuſtam cõtra propriam eius conſcientiã nõ exequi debet. Abb. in d. c. decætero, n. 5. & Fel. ibi nu. 5. Iaſ. in §. ſi minus, nu. 16. Inſt. de act. Zuccar. in d. l. fi. nu. 243. Marſ. ſing. 349. in fi. & ratio in prõptu eſt; nã ſi per executorem ſententia iniqua exequeretur in criminalib. vbi de pœna corporali tractatur, dãnum eidem irreparabile faceret, meritò ſi ex abrupto nõ illam exequi tenetur. Iaſ. in d. §. ſi minus, num. 16. Marſ. ſing. 349.

102 Immo ſi fuiſſem ille executor, † vel ille cui per ſuperiorem ſcribitur, & in cauſa ciuili quoque eſſem, ſi mihi conſtaret, ſententiam eſſe iniuſtam, potius officio meo renunciarem, quàm ꝙ illam contra meam propriam conſcientiam exequi voluiſſem, prout edocet Iaſ. in l. ſiue noſtrã, nu. 8. ff. de in lit. iur. Marſ. in pract. crimin. §. opportunè, nu. 11. aliàs animam meam perderem, & ad gehennam ædificarem, ſi ſuperioris metu contra veritatem ſententiam notoriè iniuſtam exequeret. c. quiſquis. 11. q. 3. c. litteras, de reſti. ſpol. & ſi eſſem iudex eccleſiaſticus, & cõtra meam propriam conſcientiam iudicarem, exequererq;, per annum ab officio ſuſpenſus remanerem, & ad æſtimationem rei partis grauatæ vltra aliàs pœnas tenerer. c. cum æterni, de re iud. in 6 cle. j. §. verum, de hæret. & ideo cum ius publicè reddidi, & caſus iſte mihi contingit, volui potius me ab officio iudicandi abſtinere, quàm contra propriam meam conſcientiam iudicare. quare hortor omnes iudices, qui iudicant, & exequũtur, ꝙ ita faciant, & obſeruent, & hoc dictum ad aures ligent, de eoq; non ſint immemores, & ſi aliter fecerint, iram Dei ſuprà ſe ꝓuocauerint. c. quiſqs. 11. q. 3. cũ veritatẽ omnino ſm philoſophũ in j. Ethic. præhonorare tenemur, quæ cũ non defenditur, opprimitur. c. error. 83. diſtin. & de hoc hactenus ſatis dictũ ſit.

103 ¶ Hæres producens teſtamentum, † non abolitum, nec cancellatum, neque in aliqua ſua ſubſtantiali parte vituperatum, in poſſeſſionem immittitur, omniũ bonorũ tẽpore mortis teſtatoris penes eum exiſtentium, ſiue illa bona fuerĩt a defuncto in dicto tempore tantum tenta, etiam ſi fuiſſent ſibi depoſitata, vel commodata, per tex. in l. & non tantum. ff. de pet. hære. cum id remedium d. l. fi. ab hæreditatis petitione nõ in hoc differat, gl. eſt in d. l. fi in verb. fuerunt. & ibi etiam Bar. col. pe. ver. aut allegat, Sal. nu. 18. Ang. nu. 5. Iaſ. nu. 4. in fi. & Zuccar. nu. 308. Aret. in §. quadrupli, nu. 26. verſ. ex quo nota, Inſt. de act. Pract. Pap. in form. libel. quo pet. hære. ex teſta. in gl. poſſidebat, nu. 3. Plot. in l. ſi quando, nu. 110. C. vnd. vi. Deci. conſ. 84. nu. 1. & conſ. 588. nu. 8. & ſeq. & conſ. 218. nu. 1. Calc. conſ. 67. num. 9. Ruin. conſ. 107. num. 1. libro 4. Curt. Iun. conſ. 30. num. 11. Pariſ. conſi. 41. nume. 1. & conſi. 22. num. 64. lib. j. D. meus Soc. Iun. conſ. 77. nu. 1. lib. j.

104 Quæ † concluſio quoque ampliatur ꝓcedere, ſi fœmina hæres vniuerſalis inſtituta ſit, bonaq; ſint feudalia, in quorũ poſſeſſionem regulariter immittitur, ſaluo & reſeruato agnato agendi ordinariè in poſſeſſorio, vel petitorio. Ioan. And. in add. Spec. in tit. de teſta. §. pen. nu. 39. Alex. in d. l. fi. nu. 30. & ibi etiã Iaſ. num. 26. Zucc. nu. 92. verſ. mihi magis placet. Dec. conſ. 424. nu. 10. & ſeq. & conſ. 588. nu. 9. & ſeq. Curt. Iun. conſ. 21. ſub nu. 9. & ſeq. & conſ. 30. nu. 10. & conſ. 41. nu. 5. & in tract. ſuo feud. in 3. par. nu. 23. Pariſ. conſ. 22. nu. 64. & conſ. 41. nu. 2. lib. j. D. meus Soc. Iun. conſ. 75. nu. 26. & ſeq. & conſ. 77. nume. 1. lib. j. Afflict. deciſ 119. n. 4. deciſ. Pedemonta. 26. nu. 14. Plot. in l. ſi qñ, nu. 110. vnde vi. clariſſimus D. Ceph. qui fuit præceptor quoq; & ꝓmotor meus honorandiſſimus, conſ 30. nu. 15. & conſ. 258. nu. 2. & col. pen. in fi. Rol. conſ. 1. nu. 48. & pluribus ſeq. lib. j. & hoc eſt, tũ quia poſſeſſio teſtatoris in bonis feudalib. ĩ hæredẽ continuat, & hæc eſt magna limitatio ad l. cũ hæredes. ff. de acqu. poſſ. q̃ eſt menti tenenda, vt tradit D. meus Ceph. conſ. 30. num. 9. & ſeq. deciſ. Pedemon. 26. nu. 14. tum & quia hæres quoque beneficio huius l. fi. C. de edict. D. Hadr. tol. Domino præfertur. Zuccard. poſt Doct. in d l. fi. num. 92. verſ. mihi magis placet, & de dominio deindeĩ petitorio a iudice reſeruato, vt ſuprà diſputabitur D. meus Cephal. conſ. 30. num. 15. & ſeq. Rolan. d. conſ. 1. nu. 48.

105 Et ſic agnati † regulariter non ſunt legitimi contradictores ad impediendum hæredẽ in poſſeſſionẽ immitti. c. 2. ſi de feud. fuer. controuerſ. inter dom. & agna. Deci. conſ. 488. nu. 11. Curt. Iun. conſi. 30. nu. 10. Pariſ. conſi. 41. nu. 2. & ſeq. lib. j. D. meus Soc. Iun. conſi. 75. nu. 28. lib. j. Roland. conſi. 1. num. 48. libro j.

106 Quæ cõcluſio etiam † ampliatur, ſi filia nõ ſit hæres vniuerſalis in teſtamento paterno inſtituta, & quamuis eo in caſu remediũ d. l. fi. non illi cõpetat, vt in principio dixi, tamẽ ſi in inueſtitura comprehenſa ſit, & illam producat abolitã, nec cancellatam, dico ꝙ illius virtute in poſſeſſionẽ feudorũ mittiꝛ vel ex iudicis officio implorato, Rolã. d conſ. 1. nu. 60. vel remedio ordinario, ideſt, quorum bonorum, D. meus Cephal. conſi. 30. numero 16. & ſequenti.

107 Et hęc opinio etiã † procedit, quãdo feudum ſit fortilitium, nam fideiuſſione de reſtituendo per hanc filiã agnato præſtita, ſi & quatenus agnatus in feudo ius haberet, tunc talis exceptio nõ impediret, hanc filiã in poſſeſſionẽ feudi immitti, deciſ. Pedemõtani 26. nu. 12. & præſertim ſi ambo ſub vno & eodẽ Principe ſint, Pariſ. conſ. 22. nu. 100, & ſeq. lib. j. deciſ. Pedemontana 26. nu. 18. Roland. conſi. 1. ſub num. 76. & pluribus ſeq. lib. j cum agnatus regulariter nõ ꝺictor legitimus ſit, ad impediẽdũ filiã in poſſeſſionẽ horũ feudaliũ immitti, ẽt ſi incõtinẽti ius ſuũ ꝓbare ſe offerat, D. meus Ceph. cõſ. 30. n. 14. & ſeq. & nu. 19. & ſi in hanc poſſeſſionem immittatur, quanto fortius in ea conſeruatur, ſi in poſſeſſione reperiatur, D. meus Ceph. conſil. 30. nu. 17.

108 Quam concluſionem † limita pluribus modis non procedere, & primò dico, quòd quando agnatus de facto admiſſus ſit, ad probandum eius quaſi dominium ſine aliqua contradictione, & factis probationibus ſuum quaſi dominium reſpiciẽtibus, tunc agnatus hęredi præferetur, niſi ſaltem tacitè contradictum ſit, vtputa quando contra hæredem de quaſi dominio ſit oppoſitum, & hæres replicaret, petita per eum omnino fieri debere, etiam ſi oppoſita contra eum vera eſſent, tũc hæres ob tacitam contradictionem agnato præfertur, aliàs ſi non contradixiſſet, ſecus erit, Zuccard. in dict. l. fin. num. 353. & ſequenti.

109 ¶ Vel & ſecunda dicta † regula limitatur non procedere, quando agnatus incontinenti ſe offerat paratum exceptionem probare, quæ non altiorem requirat indaginem,

Source : BIU Cujas

bona eſſe feudalia & ad maſculos quoque ſolos tranſitoria eſſe, reor, ꝙ hoc in caſu filia hæres in bonorum poſſeſſionem feudalium non mittatur, tãquam ius quaſi dominij notorium ſit, ad ſe non ſpectare, Rip. in l. hoc interdictum. num. 12. quor. bonorum. & in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 101. ff. de acq. poſſ. Zuccard. in d. l. fin. nu. 437. verſ. & prædicta, Plot. in l. ſi quãdo num. 3. C. vnd. vi. Curt. Iun. conſ. 21. nu. 10. Pariſ. conſ. 22. nu. 99. lib. j. D. meus Soc. Iun. conſ. 74. num. 2. lib. j. & D. quoq; meus Cephal. conſ. 4. num. 16. & pluribus ſeq. & maximè ſi fœmina nihil veriſimiliter allegaret, per qđ docere poſſit, ſe feudi capacem eſſe, deciſ. Pedemontana. 26. num. 21. verſ. ex præmiſſis, & ratio eſt in promptu; quoniam agnati intereſt, ꝙ poſſeſſio vacans non repleatur, cùm facilius poſſeſſionem poſſit vacãtem conſequi, quàm ꝙ per hæredem repleatur, Zuccard in d. l. fi. nu. 331. verſ. iſtam ampliationem, & ſaltem licentia debet ſuſpẽdi, donec ſecum ſummariè de iuribus ſuis diſcutiatur, non quò ad libellum qui ſibi offeratur, Zuccard. in d. l. fi. num. 352. ſecus verò erit, ſi inueſtitura intricata ſit, & altiorem requirat indaginẽ, tunc proculdubio filia hęres in poſſeſſionem immittitur, deciſ. Pedemontana. 26. num. 21. verſ. aut verò.

110 Vel & agnatus eſt † legitimus contradictor, ſi poſſideat, & ſtatim ius ſuum probare offerat, D. meus Soc. Iun. conſ. 74. num. 2. li. j. dec. Pedemontana. 26. ſub num. 21. & ſeq. vbi aſſerit in dicto Senatu ita fuiſſe iudicatum, vel & quoq; ſi litem mouiſſet, aliàs ſi non poſſideret, vel ſtatim ius ſuum probare non potuiſſet, vel litẽ nõ mouiſſet, his caſi. agnatus nõ legitimus ꝺictor erit, & nõ hãc impediet immiſſionẽ fieri, Pariſ. conſ. 22. n. 99. li. j.

111 Agnatusq; incontinenti † probare cenſetur, ſi in inueſtitura ſit nominatus, Roland. conſ. 1. num. 30. libro j. deciſ. Pedemontana. 26. nu. 16. ſecus autem erit ſi in inueſtitura nõ nominatur, geneologiaq; illius neceſſaria ſit probanda, quæ equidem nõ facilè ſit, niſi per teſtium multitudinẽ, meritò ſi hoc in caſu agnatus ad hanc probationem non admittatur, altiorem indaginẽ requirentem, ius autem ſuum agendi ordinariè in poſſeſſorio, vel petitorio reſeruatur ſi aliquod ius in feudo competat, Zuccard. in d. l. fin. nu. 399. circa medium. & nu. 75. & 437. Dec. conſ. 424. nu 19. Grãma deciſ. 58. nu. 13. D. meus Soc. Iun. conſ. 75. nu. 18. & ſeq. lib. j. & D. quoque meus Cephal. conſ. 30. nu. 14 & ſeq. & num. 19. Roland. conſ. 1. num. 71. & ſeq. lib. j. deciſ. Pedemontana 26. & 16. num. 21. verſ. ex præmiſſis.

113 Ego autem ſublimito † omnes limitationes prędictas, & dico, illas eſſe veras, ſi agnatus defuncto proximior ſit, qui in feudo ſuccedat, nam tunc admittitur ad probandum ſtatim exceptionem quaſi dominij vt s̃. ſecus verò erit, ſi nõ proximior ſit, neque in feudo poſt teſtatoris mortem ſuccedat, licet ſit agnatus, non propter id ad ita excipiendum admittitur, laſ. in prælud. feud. num. 43. & ſeq. Alexand. conſ. 91. num. 13. lib. j. Durant. in tract. de art. teſta. titu. 11. caut. 20. num. 4.

114 Vel & ſi agnatus † poſſideret, ad inſtãtiamq; filiæ hæredis interrogatus ſit, an feudũ poſſideat, & negatiuè reſpondeat, tunc in pœnam illius non ad hanc probationem admittitur, etiam ſi incontinenti ſe eam probare offerat, gloſ. eſt in l. fin. ff. de rei vend. quæ a Rip. poſt laſ. eſt recepta in l. naturaliter. §. nihil cõmune. num. 162. ff. de acquirenda poſſ.

115 Vel & ſi filia † hæres allegaret inueſtituram pro ſe, aut conſuetudinem, aut aliud veriſimile extare, & probaret, tunc quoque filia in poſſeſſionem feudi immittitur, ſaluo iure agendi agnato ordinariè in poſſeſſorio vel petitorio, ſi aliquod ius ſibi in d. feudo cõpetat, Plot in l. ſi quãdo. nu. 111. C. vnd. vi. Rolãd. conſ. 1 nu. 67. li. j. deciſ. Pedemõtana 26. ſub n. 14. & 21. & hæc eſt cõis Doct. opi. vt p D. meũ Soc. Iun. conſ. 75. nu. 26. & ſeq. li. j. ſed ego cenſeo hãc opin. eſſe verã, ſi filia allegaret, & ꝓbaret inueſtiturã ꝓ ſe, vel conſuetudinẽ, & ꝙ filia in feudo admittat̃, Rolã. d. conſ. 1. nu. 70. nã nõ ſufficit allegare poſſe eſſe, ꝙ fuerit ad ſucceděd̃ũ in feudũ habilitata, cũ illa allegatio (abſq; ꝓbatiõe) nõ ſibi ꝓdeſt, Zucc. ĩ l. fi. n. 437. ver. & p̃dicta, C. de edic. Diu. Had. tol.

116 ¶ Et non ſolum † hæres in rerũ corporaliũ poſſeſſionem, verum & quoq; incorporalium immittitur, dũmodo incorporales corporalib. cohęreant, Bar. in l. interdicto. & ibi quoq; Rip. nu. 2. ff. quorum bono. Sal. in l. fin. nu. 21. in fin. & ibi etiam Zuccard nu. 3. & ſeq. C. de edict. Diu. Hadr. tol. vbi dicit hanc eſſe cõmunem Doct. opinionem, cumq; hæc iura incorporalia poſſideantur, ꝓ illisq; interdictũ vti poſſidetis etiam competat, Rui. conſ. 67. nu 4. & conſ. 106. nu. 11. li. 5. Pariſ. conſ. 112. nu. 65. li. j. & qũo ĩ his incorporalib. miſſio ĩ poſſeſſionẽ fiat, vide Sal. in auct. & qui iurat, nu. 55. C. de bon. auct. iud. poſſi. vbi dat modũ & formã. Rom. conſ. 482. nu. 2 & remiſſiuè Zuccar. in d. l. fin. nu. 315.

117 Sed ꝓ p̃ſtationib. † actionibusq; tm̃ perſonalib. q̃ a re ſint ſeparatę, & nõ rei inhęreãt, dico, ꝙ ꝓ illis tm̃ hoc remediũ d. l. fin. nõ cõpetit, cũ illæ nõ poſſideant, Rip. & Zucc. & alij Doct. p̃allegati in locis ꝓximè allegatis vt s̃. & vt dicã ĩ trac. quor. bon. vbi hũc articulũ ſatis fuſius tracto, ad quẽ locũ me reijcio, ne idẽ repetã: bene aũt fateor, qd ſi in his p̃ſtationib. tm̃ perſonalib. hæres iniuſtè violẽterq; eis priuat⁹ ſit, eo ĩ caſu certus dat̃ mod⁹ ꝓ quẽ hĩs reſtituĩ, Abb. ĩ c. querelã, n. 2. de elec. Zucc. ĩ d. l. fi. n. 312.

118 ¶ Et remedium huius † l. fi. non tantum hæredi pro rebus vniuerſalibus, ſed & quoque pro particularibus competit: nam cũ quis hæres aliqua bona hęreditaria poſſideat, & alia non, dico, ꝙ pro illis quæ poſſidet, petere poteſt, ſe in illis cõfirmari, & pro illis quæ nõ poſſidet, ſe in poſſeſſionem immitti, Alex. in d. l. fi. nu. 31. & ibi etiam Iaſ. nu. 11. Dec. nu. 44. & Zuccard. nu. 178. vbi dicit, hanc eſſe crebriorem Doct. opinionem, quam ibi à nonnullis impugnationibus defendit, vt videri poteſt in fonte ibi per eum. hancq; concluſionem approbat Guid. Papa q. 132. nu. 4. Rui. conſ. 28. nu. j. lib. 5. Pariſ. conſ. 60. n. 2. & ſeq. lib. 3. D. meus Soc. Iun. conſ. 97. nu. 47. lib. 2. ſed an quando cõfirmari debeat, tractabo plenè infra in illo articulo, an poſſeſſio nulla ſit confirmanda, ad quem locum me reijcio.

119 ¶ Et ad hoc vt † hæres ſcriptus in horum bonorum poſſeſſionem vt ſupra mittatur, neceſſe eſt, ꝙ teſtamẽtum producat nõ abolitum, nec cancellatum, neq; in aliqua ſubſtantiali parte vituperatum, per tex. in d. l. fi. & ibi Scribentes communiter. & neceſſe eſt, ꝙ vitiũ nõ in teſtamento legibile, viſibileq; ſit: nam ſi aliqua exceptio, vtputa nullitatis, vel falſitatis, vel ꝙ teſtator manifeſtus vſurarius fuerit, opponatur, illamq; ſe in continenti offerat probaturum, non admittitur, ex eo, quia vitium in teſtamento nõ viſibile, neq; legibile eſt, & hoc in iudicio ſummario procedit: nam omnis exceptio altiorem requirens indaginem reijcitur, l. 2. C. de edict. Diu. Hadr. tol. & ibi ſcribentes.

120 ¶ Et hæc concluſio † quoque procedit, ſi vna dictarum exceptionum opponatur, antequam hæres hæreditatem adiuerit, Alex. in d. l. 2. nu. 4. & ibi etiam Iaſ. nu. 3. Dec. conſi. 84. col. 2. ver. ad iſta breuiter, Rip. lib. 1. reſponſ. c. 1. nu. 82. Durant. in tract. de art. ti. 11. caut. 20. nu. 5.

121 Et hac ratione † videmus, ꝙ ſi excipiens negat hæredem eſſe filium, non propter hoc impedit, hanc immiſſionem fieri, Ale. in l. j nu. 3. in fi. C. de edict. Diui Had. tol. Pariſ. ꝙſ. 60. n. 8. li. 3. & ſi filius à patre ĩ teſtamẽto prætĕrit⁹ ſit, & alius inſtitutus, ſi inſtitutus hæres petat, ſe ĩ bonorũ poſſeſſionẽ vt ſuprà immitti, & fili⁹ teſtamẽtũ excipiat, eẽ nullũ, ꝙ omninò erit nullũ, etiã ſi nullitas ab eo nõ dicat̃. Dec. in l. poſthumus, n. 9. C. de bon. poſſ. cõtra tabul. Crau. cõſ. 242. num. 4. tamen per hanc exceptionẽ, non hæc immiſſio fieri impeditur, ſi ſtatim quoq; offerat ſe illã probare, ex quo vitium in teſtamento nõ legitur, altioremq; requirit indaginem, meritò ſi hęc exceptio in hoc iudicio ſummario reijciatur. d. l. 2. & id vltimæ volũtatis fauore, quæ ex liquido cõſtat. d. l. fin. & ibi Zuccar. poſt Scribẽtes n. 280. Cag. in l. ĩ pari, n. 8. in fi. ff. de reg. iur. niſi in teſtamẽto filius prætĕritus pro filio nominatus ſit; quoniã tũc, abſq; alia teſtiũ probatione, prætĕritio ex teſtamẽti ĩſpectione probatur, vitiumq; viſibile, legibileque in teſtamẽto reperiẽ, meritò ſi prætĕritionis exceptio ĩ hoc vltimo caſu ſtatim ita probata hãc impediat immiſſionẽ fieri. Bar. in d. l. fi. nu. 2. ver. venio ad ꝓria. & ibi etiã Dec. nu. 36. & nu. 43. Cur. Iun. nu. 3. & Zuccard. n. 75. & n. 274. & ſeq. Ale. in l. j. nu. 3. ĩ fi & ibi ẽt laſ. ver. tertiã rationẽ. C. de edicto D. Had. tol. Dec. cõſil. 84. col. pe. ver. ad iſta breuiter. & ꝙſi 467. n. 12 in fi. & ſeq. & cõſi. 424. n. 19. Cur. Iun. cõſi. 31. nu. 9. D. meus Soc. Iun. cõſ. 75. n. 18. in fin. & ſeq. lib. j. & vt infrà in materia legitimi contradictoris plenè tangam.

122 ¶ Et ſi vitiũ in teſtamẽto viſibile ſit, qđ oculata fide cõſtat, & hæres teſtibus illud purgare, & teſtamẽtũ coadiuuare vellet, vt hãc cõſequat̃ immiſſionẽ, an audiat̃, pleriq; ĩdiſtinctè cẽſuere ꝙ nõ, Fely. in c. ex litteris, col. fi. ver. nota ſextò, de fide inſtr. Zuccard. in d. l. fi. nu. 277. & ſeq. ſed tu declara hũc articulum, vt in ſubſequenti articulo infra dicam; rationibus ibi dicendis.

123 Et aduerte, ꝙ † raſura & cãcellatio in ſubſtãtiali parte debet eſſe, aliàs non hanc fieri immiſſionem impedit, tex. eſt clarus in d. l. fi. ibi. nec ex quacũque ſuæ formæ parte vitiatum; & ibi Bar. nu. 3. Bal. num. 17. in fi. Sal. c. nu. 9. in fi. Ang. nu. 2. Alex nu. 17. & Iaſ. nu. 19. ver. iſtam regulam. Bal. in l j. col. 2. ver. ſi autem notarius, ff. de his, quæ in teſtam. delen. Lanfr. in c. quoniam contra, in verbo inſtrumentorum productiones, nu. 49. de probat. Ale. conſi. 233. nu. 6. lib. 6. Aqua opinione diſſentit Bar. in l. vnus, nu. j. C. de teſta. vbi dicit, cancellationem ſufficere eſſe, in quacunq; teſtamenti parte, non quoque ſubſtantiali, ad impediẽdum hãc immiſſionẽ in hoc iudicio ſummario fieri, quæ eius doctrina à Fely. fuit ſecuta in cap. ex litteris, num. 15. de fid. inſtr. & à Dec. in d. l. fi. num. 37. per tex. in d. l. fi. ibi ex quacunque ſui parte vitiatum; ergo vitiatio, quæ reperitur, vel in ſubſtantiali parte, vel non, teſtamentum reddit nullum, quæ ſuſpicio hac poſſeſſionis immiſſionem fieri impedit, vt ibi per Decium.

Zuccard. autem in d. l. fi. numero 283. reprobat Bartol. in d. ſi vnus, numero 1. & ſuos ſequaces, & bene & iuridic (meo quidem iudicio) & hoc per text. in d. l. fin. qui non ſimpliciter dicit, in quacunque parte: at ſubijciendo dicit, ſui formæ parte vitiatum; ergo vitiatio in ſubſtantiali parte requiritur, quæ pro forma ipſius teſtamenti, eſſentiaque ſit, aliàs raſura parte in alia non ſubſtantiali exiſtens non hanc immiſſionem fieri impedit; quare igitur Barto. in d. l. ſi vnus, cõiter eſt reprobatus, vt tradit Alexand. poſt Doct. ibi in d. l. ſi vnus, n. 6. & Iaſ. num. 6.

qui

Source : BIU Cujas

qui post Fulg dicit, Bart.ibi inaduertenter, lapsuq; linguæ fuisse locutum, quam cõclusionem puto esse veram: nam si vitiatio, & rasura non in substantiali parte sit, testamentum non suspectum reddit, Alex.consi.233.nume.6.lib.6.& cons.175.num.2. lib.7.& ibi Addit. Paris.cons.28.nu.37.& nu.44.lib 2.Crauet.cõsil.134.nu.27.meritò si dicta vitiatio in hoc iudicio tam summario non hanc immissionem fieri impediat. Alexã. cons.104. num 2.lib.7.& Doct communiter præallegati vt suprà.

124 † Et si diceretur, ꝙ vitium in præfatione testamenti illud vitiat ex eo; qa ab ipso ꝓœmio causa finalis colligat̃ l.fi ff.de hꝛd. instit.& cã finali cessante, ipsa quoq; testamẽti dispositio cessat. l.adigere.§.quãuis.ff de iur.patr.c.cũ cessante, de appel.igit̃ &c.

Sed ego huic argumento respondeo, & dico illud esse verũ, si dubietas aliqua ex verbis substantialibus ipsius testamenti oriretur: nam tunc declarationem ab ipso proœmio reciperet: & si in hoc casu proœmium sit vitiatum, pars substantialis quoq; vitiata censeretur, & per consequens illa vitiatio hanc immissionem ī hoc iudicio tam summario fieri impediat, quod equidem non ita erit, si dubietas non ex verbis substantialib. oriret̃, Zuccard in d.l.fi.nu.283.in fi.C.de edicto D.Hadr. toll. immo si vitiatio non in testamenti solennitate reperiatur, sed in vno tã tũ capitulo penitus separato sit, non propter huiusmodi vitiationem testamentum redditur falsum, nisi capitula connexitatem habeant, tex.est clarus in l.etiam § j.& ibi Bal.& scribẽtes. ff.de minor. glos.est in l.si ex falsis, in verbo firmis, C.de transactio. Fel.in c.ex literis, num 15.vers.not.septimò, de fide instru. Lanf.in c.qĩn ꝓtra, in verbo Instr. ꝓduct.n.49.de ꝓbat. Ias.in l.si ex falsis, nu.9.ver.limita, C.de transa. Zucc.in d.l.fi.n.284.& seq.

125 Et hac ratione videmus, † ꝙ cum vna partita libri sit falsa, cæteræ non præsumuntur falsæ, nisi connexitatem habeant: secus verò erit, si diuiduæ & separatæ reperiant̃, & econtra, si vna sit vera, cæteræ non præsumuntur verę, aliàs facile materia delinquendi daretur, cum quis plures partitas veras scribere potuisset, & inter illas vnam falsam inserere, quæ de iure non permittitur, D.meus Cephal:cons.85.sub num.33.& sequẽ. immo malitiis hominum semper est obuiandum. l. ꝙuenire. ff. de pac. dot. igitur &c.& propterea cum vitium in vno capitulo penitus separato, & connexitatem cum alio non habente, nõ aliud vitiat, d.§.j. Abb.in c.2.nu.10.vers.sed nunc vltra alios.& ibi etiã Fel.nu.25 & Dec.nu.20.de fide instru. Ias. in rep.l. admonendi, nu.129 & ibi etiã Rip.n.125.ff.de iureiur. Paris.cons.47.nu.10.& cons.90.nu.25.li.j Crau.in tract.de antiq.tẽp.in j.par.num.253.

126 Et si plures sint hæredes instituti, & † nomen vnius sit cãcellatum, in cæteris non cancellatis testamentum remanet firmũ, aliisque cohæredibus hæreditas applicatur, Crau.cons.228 sub num .& cancellatio hæc alios cohæredes in possessionẽ mittendos esse non impedit, Zuccard in d.l.fin.num.285.

Et quando capitula connexa, vel separata dicantur, vide Ias. in d.l.admonendi, numero 130.Dec.in capit.2.num.21.de fide instrum.Gramma.decis.103.num.155.& sequen.

127 † At ego arbitror hanc Zuccardi opinionem aliorumq; doctorum præallegatorum vt suprà veram esse, existente tantum cancellatione ante publicationem testamenti emanata: secus verò erit, si testamenti falsitas in vno capitulo substantiali verificaretur: nam dico, ꝙ tunc testamentum in totum vitiaretur, si capitula quoque separata essent. secundùm receptiorem Doctorum opin. vt per D.meum Soc.Iun.cons.40.num.16.ver.vel etiam, lib.2.& cons.132.num.7.& sequen.lib.3.

Immo capitula non separata dici possunt sed cõnexa, & cor respectiua, cum in eodem testamento descripta reperiantur, & propterea si falsitas in vno instrumenti capitulo sit, totum instrumentum vitiatur, Gramma.decis.103.num.256.& sequen.

Et prout hoc quoque casu de libro dicitur, qui sit in vna partita falsus, in cæteris falsus censetur, cum ob falsificationem dictæ partitæ in cæteris fides scribentis detrahitur, D. meus Soc. Iun.cons.132.num.11.lib.3.bene autem fateor, ꝙ si vna partita libri sit vera, cæteræ non præsumuntur veræ, ne materia fabricandi falsum concedatur, sed non sic est, quando vna sit falsa; quia cæteræ præsumuntur falsæ.

128 Item & pariter de teste, † qui sit in vno capitulo falsus, in cæteris quoque capitulis separatis connexitatemq; in se non habentibus falsus præsumitur, Abb.in c.ex literis, colum.fin.versi. vltimo, & ibi quoque Fel.num.15.vers.nota septimò, de fid.instrum. Bald.in l.fin.num.18.C.de edict.D.Hadr.toll. Corn.cons. 232.num.8.lib.j.Deci.cons.105.nu.5.verf.similiter testis, Bru. Ast.cons.20.nu.22.Rui.cons.158.num.29.libr.5. Paris.cons.24. num.20.& seq.lib.3.Gramma.cons.141.num.16.in ciuil.D.meus Soc.Iun.cons.132.num.10.lib.3.Crauet.cons.9 num.10.

129 † Quæ conclusio ampliatur, si testis in vno etiam minimo falsus sit, in totum falsus redditur, Paris.cons.104.nu.141.& cõsi. 107.num.58.lib.j.Crau.cons.40.num.10.& seq.etiam (vt dixi) si capitula sint separata, secundùm receptissimam doc.opinionem, vt per D.meum Soc.Iun.cons.40.num.14.in fin.& seq.& cons.41.num.13.& seq.libro 2.& cons.132.num.10.libro 3.& id propter iuramentum, quod est indiuiduum, Cagnol.in l.diem functo, num.209.ff.de off.assess. Soc.cons.56.num.13.libr.4.& cons.136.num.9.lib.j.vbi dicit, hanc esse communem doct.opinionem, Mars.cons.31.num.35.& seq.hancq; communem opinionem affirmat Paris cons.88 num.82.libro 3.& consi.53.nu. 19.& seq.lib.4.D.meus Soc Iun.cons.40.num.10.& seq.libro 2. Crau.cons.9.num.10.etiam si super articulo impertinenti falsus & periurus sit,& per verbum quoque credit, deponat; quia tunc in nihilo sibi creditur, Crau.cons.6.num.19.

130 ¶Et si diceretur, ꝙ † si probatio super capitulo impertinenti emanata sit, reijcitur,& si tanquam impertinens reijciatur; ergo non aduersario nociua est, meritò testes de falso non puniũ tur, Barto.in l.damus,& ibi Bald.& cæteri Scribentes. C.de fals. Lanfr.in c.quoniam contra, in verbo Testiũ depositiones, nu. 35.de probat. Soc.cons.60.num.4.lib.4 Mar.cons.105.num.11. Rub.con.16.num.5.Gramma.not.36.num.4.& sequ.& decis.2. nu.28.& hæc est communis, vt per Plotum in l.si quando, nu. 722.C.vnde vi. immo nec eo casu deieraſſe censetur, nam illa eorum attestatio super impertinenti non consecutiua, nec fides eorum qualificata est, tanquam prorsus impertinens, Sal.in l.si ex falsis, num.13.C.de transact. Soc.dicto cons.60.num.4.immo & quoque falsitas, quæ negotium principale non tãgat, nõ facit, ꝙ testes reprobentur,& aduocati, ita quotidie exclamant, Ias.in d.l. si ex falsis, num.9.vers.limita, Lanfr. in cap.quoniam contra, in verbo Instr.product.num.49.de probat. Dec. in l.2.§. creditum, num.7.ff.si certum petatur.& cons.162.num.10.Grãma.cons.23.num.8.& sequent.& decis.103.num.144.minimeq; puniuntur, si extra articulum falsum deponant, cum illorũ depositio non nociua sit, Barto.in l.si quis legata, colu.fi.ff.de fals. Castr.cons.290.num.4.circa medium, libro j. Alexã.cons.90.nu. 7.libro 3.Gramma.cons.53.num.7.in ciuil.

131 † Sed ego ad hanc conclusionem respondeo, sustinendo alteram opinionem, illamque declarando, vt infrà; & dico, non hanc valere consequentiam, nemini testes nocent, illiq; de falso non puniuntur, ergo falsum non dixerunt, & illorum dicta penitus,& in totum non annullantur, nam hæc sunt penitus diuersa, vt infrà patebit. nam videmus, ꝙ testes varij non probãt, nullaq; eisdem fides adhibetur. l. qui varia. ff. de testi. l. eos. ff. de fals. etiam si ad concordiam testes reduci possint, quoniam illorum reductio permittitur quò ad euitandum falsum, non quò ad probationis validitatem, Fel.in c.ex literis, num.4.de fide instrumentorum. Addit. ad lecturam Abb.in c. cum contingat, de off.deleg. Dec.in l.secunda.§.creditum autem, num.9.in fi.ff. si certum petatur.& in l.fin.nume.37.vers.sed ista opinio, C de edict.D.Hadr.toll. Alex.cons.94. num. 2. libro 6. D. meus Soc. Iun.cons.37.num.57.lib.2.Addit.ad tract.præsump.D.Alci.reg. 2.præsump.28.num.10.Berous quæstio.suis fam. quæst.84.nu.5. ergo ex his patet, non hanc valere consequentiam, testes variãtes de falso non puniuntur, ergo illorum depositio in totum non annihilatur, si in accessorijs solum quoque falsum deponant, D.meus Soc.Iun.cons.41.num.9.& sequen.libro 2.

132 † Immo testes circa accessoria variantes, licet ordinariè nõ de falso puniantur, tamen extraordinariè, iudicisq; arbitrio sic, Ias. in l.si ex falsis, num. 10.vers.circa hoc, C.de transact. & in l. 2.sub num.16.C.de bon.poss.secundùm tab.Plot.in l. si quãdo, num.718.C.vnde vi.Menoch.in titu.de arbitr.iud. lib.2.centu. 2.casu.309.num.7.si igitur extraordinariè puniuntur, sequitur vtique, quòd illa depositio in accessorijs emanata a iudice in aliqua consideratione habetur,& si ita sit, quanto fortiùs illorũ depositio in totum annnllatur, attento ꝙ magis promptiora sunt ad annullandũ dicta testiũ, q̃ ad eos puniendũ, vt ſ. terigi.

Et hæc conclusio ꝓculdubio procedit, cũ ꝟrietas ex eodẽ teste deprehendatur, nã tũc testis, qui est sibi ipsi varius, nõ ꝓbat, si ad cõcordiam quoque reduci posset, Alex.cons.94.nu.2.lib. 6.& cons.29.num.9.lib.7.Paris.cons.24.num.20.& seq.libro 3.

Et præsertim qñ ꝟtrarietas sit certa,& manifesta, secus si præsumpta, vel apparẽs sit, Alex.cons.190.nu.1.lib.7.Ias.in d.l.si ex falsis, nu.11.ver.3.limita, Rip.ī l.j.nu.34.circa mediũ.ff.si cert pet. sed secus fortè erit, si plures testes sibi adinuicẽ cõtrariãtes sint; & ꝟtrarietas ab ipso teste nõ eliciat̃, sed a plurib aliis testib. nam hoc in secũdo vltimo casu ad ꝟcordiã reducunt̃, si fieri potest, Ruinus ꝟsi.149.nu.29.lib.5.aliàs rarò testiũ concordia locum haberet, Dec.in l.2.§.creditum.num 9.in fin.ff.si certum petat.

133 † Vel & testes sup accessoriis, vel sup impertinẽtib. falsum deponẽtes in totũ illorũ depositio vitiat̃, cũ veritatẽ nõ tã sup negotio prĩcipali, q̃ sup accessoriis quoq; & sup tota cã, dicere iurauerint, Lanf in c.qĩn cõtra, in verbo Testiũ depositiones, nu. 85.& seq de ꝓbatio.& ob id iuramẽti ĩdiuiduitatẽ, ſm receptissimã doc.ꝟclusionẽ, vt per dñm meũ Soc. Iun. ꝟs.41.nu.13.li.2. nisi ratificatio sup articulo penitus ad cãm impertinenti facta sit, secus verò est, si ad cãm aliqualiter tãgat; qĩn hoc vltimo casu depositio eorũ in totũ vitiat̃, Sal.in d.l.si ex falsis, nu.13. Ias.in l.2.nu.16.in fin.C.de bono poss.ſm tab.Soc.cons.60.nu. 4. lib. 4.secus ergo erit, si simpliciter veritatẽ deponere iurassent, Lãfr.in d.c.quoniam contra, in verbo Testiũ depositiones, nu.85.

134 Et si sumus in dubio, an testes † simpliciter, vel super totam

Source : BIU Cujas

cauſam veritatem dicere iurauerint, dico, quòd præſumuntur, ꝙ ſimpliciter iurauerint, ſecundùm veriorem & crebriorē Doctorum opinionem, vt per Lanfr. in dicto capit. quoniam contra, in verbo Teſtium depoſitiones, num. 86.

Sed quò ad propoſitum noſtrum ex his perſpiciaciſſimè cōſtat, ꝙ ſicuti teſtes, qui ſuper negotium principale, & ſuper totam cauſam veritatē dicere iurauerint, ſi ſunt diſcordes, & quoque in acceſſoriis depoſitiones illorum annullantur ob iuramenti indiuiduitatem, a fortiori hoc in præſenti caſu noſtro dici debet, ſi falſitas in vno ſubſtantiali capitulo, etiam penitus ab alio ſeparato, oculatè reperiatur, & ſic ob hanc falſitatem totū teſtamentum vitiatur, taliter ꝙ hæres in poſſeſſionem non hoc in iudicio quoque ſummario immittitur; quoniam fides notarij ob dictam falſitatem diminuitur, Dominus meus Soc. Iun. cōſ. 132. num. 7. & ſequen. lib. 3. tum & quoque quia teſtamentum ſua requiſita nō haberet, meritò ſi hæres eo in caſu in poſſeſſionem immitti impediatur, iuribus rationibus & auctoritatibus præallegatis vt ſuprà.

135 ¶Sed ego quæro, † quando raſura, ſiue interlineatio, quæ in aliqua ſubſtantiali parte teſtamenti reperiatur, & ita bene correcta ſit, quòd ex manu eiuſdem notarij facta videatur, an ob illam interlineationem hæres in poſſeſſionem immitti impediatur. Circa hunc articulum varij vario modo loquuti fuere Doctores, & multi hanc partem affirmatiuam tenuerunt, ꝙ ob dictam interlineationem, ita bene deletam manu eiuſdem notarij, hæres in poſſeſſionem in hoc iudicio ſummario nō fieri impeditur, hancq; opinionem in primis tenuit gloſ. in l. fin. in verbo, prima figura, C. de edic. Diu. Had. toll. quam ibi ſequitur Bar. num. 3. Ang. num. 3. Alex. num. 18. & idem Alex. conſ. 14. & ſeq. lib. 6. & conſ. 104. num. 6. lib. 7. Pariſ. conſ. 28. num. 45. & ſequen. lib. 2. & maximè cum ex præcedentibus & ſubſequentibus deprehendatur, ſcripturam debere ſtare prout in raſura, & interlineatione continetur; nam tunc non eſt nociua, neq; ſuſpicionem inducit, Alexan. conſi. 233. num. 17. lib. 6. Menoch. in tit. de arbitr. iud. lib. 6. centur. 2. caſu 187. num. 41. & colligendo id ex præcedentibus, & ſubſequentibus, ſatis ex teſtamento conſtare dicitur, & verificatur id, quod habetur in d. l. fin. videlicet, teſtamentum per oculatam inſpectionem non vitiationem habere, meritò ſi hæres in poſſeſſionem virtute dictæ interlineationis non immitti impeditur, Dec. in l. fin. num. 37. verſ. quartò limitatur, C. de edict. Diu. Hadr. toll. Pariſ. conſ. 28. num. 46. lib. 2.

136 Et præſertim, † ſi notarius ſit mortuus, Curt. Iun. conſ. 162. quæ ratio quoque viget, ſi notarius ſit viuus, & hoc eſt: quia illa cancellatio tempore conditi teſtamenti, & ex teſtatoris uoluntate facta præſumitur, Lanfr. in c. quoniam contra, in verbo, inſtrumentorum productiones, num. 49. in fin. de probat. Alexā. d. conſ. 14. num. 16. & d. conſ. 104. num. 6. Corn. conſ. 118. col. 2. in princip. lib. 4. Pariſ. conſi. 28. num. 45. lib. 2. Rub. conſ. 95. num. 4. & hoc quoque: quia in fine teſtamenti eſt clauſula, actū &c. quæ teſtamenti publicationem, perfectionemq; denotat, Curt. Iun. conſ. 162. colum. 2. verſ. confirmatur.

137 Accedenteq; huic quoque † opinioni alia ratione, nam uidemus quotidie, ꝙ notarij dum teſtamentū conficiunt, & ſcribunt, & antequam illud legant, & publicent, has multoties faciunt interlineationes, & additiones, & hoc euenit; quia teſtatores notario committere ſolent, ꝙ talem, & talem clauſulam interlineent, & facta interlineatione dictarum clauſularum, aliam clauſulam alterius tenoris & ſubſtantiæ addant, quę rema nere habeat, iuxta intelligentiam, & teſtatoris voluntatē, & ita per notarium exequitur, & omnino fit, & ideo hac ratione quā doque neceſſariæ ſunt interlineationes cācellationesq;, & additiones in prothocollis, quæ ſępiſſimè reperiuntur, non tamē ex his aliqua arguitur ſuſpicio, vt in terminis tradit Corn. conſ. 118. num. 1. in fin. lib. 4. Pariſ. d. conſ. 28. num. 21. & ſeq. Iulius Clarus in tract. ſuis, in §. teſtamentum. quæſtio. 6. verſ. aliquando & 4. in fin. meritò ſi interlineationes, & cancellationes in teſtamē to originali repertæ non impediant hæredem in hoc iudicio ſummario immitti.

138 Alij autem contrarium cenſuere, † ꝙ immo ob hanc interlineationem & cancellationem factam hæres non in poſſeſſionem immittitur in hoc iudicio tam ſummario, etiam ſi interlineatio manu eiuſdem notarij facta ſit, nam illi non creditur, ex quo uariauit, l. qui varia. ff. de teſti. Bald. in l. fin. num. 17. C. de edict. Diu. Hadr. toll. & præſertim, ſi per literarum comparationem apoſtillatio probatur, tū quia comparitio literarum non plenam facit probationem, l. comparitiones C. de fide inſtrum. Sal. in d. l. fin. num. 11. tum & quia quoque teſtamentum nō ocu latam habet probationem, iuxta requiſita, d. l. fin. meritò, ſi hæ interlineationes, additionesq; impediant, in hoc iudicio ſummario hæredem in poſſeſſionem immitti, ſecus verò erit in ordinario iudicio, Dec. in l. fina. num. 37. verſicu. 2. concluſio, & ibi quoque Zuccard. num. 288. & ſequen.

139 Et plerique † hanc exiſtimauere opinionem eſſe veram, ſi apoſtilla in dubium refricatur, an eiuſdem notarij manu ſit, ſecus ſi non in dubium refricaī; quoniam hoc vltimo caſu tempore teſtamenti ſcripta præſumitur, meritò, ſi hæres eo quoque in caſu in poſſeſſionem immittatur, Zuccard. in d. l. fi. nu. 289. Crau. conſi. 88. nu. 2. & nu. 4.

Quam opinionem non arbitror indiſtinctè eſſe veram, nam non ſequitur per litterarum comparationem probatur, ſcripturam manu eiuſdem notarij eſſe, ergo dicta ſcriptura eſt publica, eidemq; tanquam publicæ credatur, & ꝙ eodem tempore fuerit confecta, nam non notarius impeditur ſcripturas priuatas conficere, diuerſoque in tempore, ergo per comparationem tantum abſque alijs requiſitis ſolēnitatibus & qualitatibus non ſcripturis notarij tanquàm publicis fides adhibetur, Rub. conſ. 94. nu. 2. Crau. conſ. 216. nu. 16. igitur.

140 Et ideo alij autem hanc † Zuccardi ſuorumq; ſequaciū opinionem declarauere eſſe veram, ſi in fine, & in corpore inſtrumenti notarius fidem feciſſet, dictam interlineationem apoſtillationemq; manu ſua tempore conditi teſtamenti, iuſſuq; ac teſtatoris voluntate fuiſſe poſitam, & ſcriptam, & tunc apoſtillationi in locū interlineationis ſurrogatę crederetur; quia omnia ſua requiſita haberet. ſecus verò erit, ſi in margine hanc fidem faceret. nā ſi ſine die & Conſule erit, non præſumeretur illam tempore conditi teſtamenti fuiſſe deſcriptam, & per conſequens ipſi notario in hoc crederetur. hæc fuit principalis opinio Io. And. in addit. Specul. in tit. de inſtr. edit. §. oſtenſo, num. 15. incipiente, dixit Rolandinus, quam ſecutus fuit Abb. in c. ex litteris. nu. 3. ver. habes, & ibi quoque Fely. nu. 10. ver. quinta declaratio, de fid. inſtr. Bal. in l. j. col. 2. in fi. ff. de his quæ in teſta. delent. Alex. in l. ſi vnus, nu. 8. & etiam Iaſ. ibi n. 9. C. de teſta. Dec. in c. r. nu. 13. circa medium, de fid. inſtr. Cagnol. in l. ſi librarius. nu. 55. & 75. ff. de reg. iur. Anch. conſ. 242. nu. 1. & cōſ. 431. Alex. ℨſ. 59. n. 5. & ibi addit. li. 2. Curt. Iu. cōſil. 145. n. 17. in fi. Marſ. ſin. 466. Durāt. in tract de art teſta. ti. 10. caut. 6. n. 2. & ſeq. Crau. ℨſ. 216. n. 2. & n. 5. Alci. ī tract. præſump. regula 3. præſump. 13. n. 21.

141 Plerique autem dixere, † ꝙ etiam quando fides hæc in margine à notario in eodemq; teſtamento fieret, probaret, Alex. ſibimet contrarius cōſi. 59. nu. 5. lib. 2. & eodem die indictioneque facta cenſeretur, Cagnol. in d. l. ſi librarius. nu. 25. & prout de inſtrumento in filia ſine die indictione & Imperatoris nomine reperto, dicitur nam hæc omnia cenſentur repetita, cum plures contractuum rogitus in eodem libro deſcripti reperiantur, & in princip. libri indictio, & Imperatoris nomen tantum deſcribatur, abſque eo, ꝙ in ſingulis inſtrumentis reperiatur; quia hæc omnia in ſingulis inſtrumentis repetita cenſentur, D. meus Soc. Iun. conſ. 102. no. 2. lib. 3. ita & in propoſito noſtro dici poteſt, ꝙ cum interlineatio, apoſtillatioq; in prothocollo teſtamenti in margine ſit ab eodem notario facta, adiectaq;, ita quoq; ſub eodem die & indictione celebrata cenſetur, & ideo probat: ſecus verò erit ſi in diuerſo teſtamēto facta fuiſſet, Ale. conſ. 59. nu. 5. lib. 2. Crau. con. 216. num. 8. & ſub nu. 14. vel ex diuerſis atramentis; nā tūc ℨſtaret ex interuallo fuiſſe factam, & adiectam. quam additionē notarius ſine ſuperioris auctoritate non efficere potuit, & propterea dicta apoſtilla non probaret, Crauet. cōſi. 134. nu. 27. dominus meus Cephal. cōſil. 287. num. 27. & ſeq. ſecus verò erit, ſi eodē teſtō apoſtilla fuiſſet adiecta, & cū eodē atramento ſcripta. nam tunc probaret Menoch. in tit. de arbi. iudi. lib. 2. centur. 2. caſus 187. num. 35. & Doct. vt ſuprà.

142 Quam cōcluſionē alij † exiſtimauere eſſe verā quò ad ipſius notarij abſolutionē, ſi ℨ notariū criminaliter agatur, nō aūt ꝙ dicta apoſtilla ſine die, & Cōſule, notarijq; ſigno appoſita, probare habeat, & hæc eſt cōmunis Doct. opinio, vt per Ruinū ℨſ. 68. n. 4. in fi. & ſeq. lib. 4. nā cū de falſo ciuiliter agatur, videlicet, vt inſtrumēto nō fides adhibeatur, falſitatis ſuſpicio pro falſitate habetur, Curt. Sen. cōſi. 55. nu. 16. Crau. ℨſil. 134. n. 26. & n. 39. Marſ. in rub. de fal. nu. 19. Grām. ℨſil. 66. nu. 10. in ciuil. Pariſ. ℨſi. 162. nu. 34. li. 4. Dominus meus Soc. Iun. ℨſi. 132. nu. 12. li. 3. Curt. Iun. ℨſil. 64. Alciatus in tractatu præſumpt. regula 3. præſumpt. 13. nu. 10. Et error cū in teſtamēti ſolēnitate ſit, teſtamētū arguit nullū, & de falſo ſuſpectū quò ad probationem, nō aūt quo ad notarij punitionē, Felyn. in c. ex litteris, nu. 4. de fide inſtr. & vt ſuprà aliàs tetigi, & ita etiā eſt intelligēdus Rip. in l. admonēdi, nu. 144. ff. de iureiur. vbi dicit, ꝙ ex abraſione falſitas præſumatū, eſt intelligēdus quò ad probationē ciuiliter, non autem quò ad notarij punitionem, ſi criminaliter agatur, rationibus & auctoritatibus præallegatis. Ego autē pro mera huius articuli veritate ſic cēſeo diſtinguēdū eſſe. Primò dico, ꝙ aut ℨſtat apoſtillā, interlineationemq; manu eiuſdē notarij eſſe, notariumque in fine inſtrumenti fidem feciſſe, qualiter ipſe notarius dictā clauſulam interlineauit, loco illius apoſtillam iuſſu, teſtatoriſq; volūtate ſurrogauit, meritò ſi hæres in poſſeſſionē immitteretur non obſtante interlineatione, & apoſtillatione: quia notarius de his omnib⁹ & ſingulis tēpore ℨditi teſtamēti rogatus cēſeī, & in hoc caſu benè ꝓcedit opinio Io. And. in addit. ad Spec. in ti. de inſtrum. edit. num. 15. incipiēte, Dixit Rolādinus, & ſuorum ſequacium, ita tradit Dec. poſt Bartolum & alios Scribentes in l. finali; nume. 37. verſ. tertiò fallit, & ibi etiam Zuccard. num. 291. C. de edicto D. Hadr. toll. Durant. in tract. de art. teſta.

tit.

Source : BIU Cujas

tit.10.caut j nū.2.& seq.& alij commemorati patres vt suprà dixi,& in summa omnes doct.vnanimiter ita sentiunt:nam si cæteri præallegati vt suprà volunt,ꝙ cum apostilla in margine sine notarij subscriptione neq; fides illius in testamenti fine reperiatur,probat si eiusdē manu notarij scripta sit,& appareat,ergo & a fortiori illi oēs doctores vnanimiter (nemine discrepāte) annuūt.in prædicto primo casu interlineationē,apostillāq; in locum illius surrogatam plenam fidē facere, non hācq; immissionē impedire posse; qm̄ testm̄ (vt dixi) sua requisita haberet,& qui contrarium probare voluerit,si probatio requirat altiorem indaginem non admittitur.l.2.C.de edicto D.Hadr.tol.

Difficultas ergo est,qñ interlineatio in testamento sit,& apostilla sine notarij fide in fine instrumenti reperiatur; tamen cōstat illam manu eiusdē notarij scriptā fuisse,an probet,taliter ꝙ ꝓp illam interlineationem hæres non impediatur in possessionē immitti.ego autem distinguo,& dico, ꝙ aut notarius & testes testamentarij sunt viui,ex quib.veritas rei faciliter haberi potest,& antequam testamenti copia a notario sibi tradita sit, hæres faciat iudici instantiam,ꝙ ꝓ rei veritate testes testamentarios examinet,perquirat,& cognoscat,an interlineatio, apostillatioq; tēpore cōditi testamenti testatoris iussu, voluntateq; facta,adiectaq; fuerit,& si reperiat per depositiones dictorum testium clausulam interlineatam,& aliam in locum illius fuisse testatoris iussu & voluntate surrogatam;tunc iudex ad instātiam partis interloquendo pronūciabit,& declarabit dictæ interlineationi,& apostillationi esse adhibendam fidē : qa notarium inuenit dictā clausulā interlineassē,& aliā loco illius surrogasse voluntate testatoris tēpore conditi testamenti,& notarium de prædictis omnib.fuisse rogatū,& tunc ꝓculdubio interlineatio & apostillatio non impediret hæredem in hoc iudicio summario ī possessionem immitti, & in his terminis verificari pōt opinio gl.in l.fi in verbo Prima figura,& Bartoli,& suorum sequacium in prima opinione præallegatorum, C.de edicto diui Hadr.toll.nā sufficit,per testes,vel per scripturam probari notarium de prædictis omnibus & singulis tempore conditi testamēti fuisse rogatū,Rub.consi.94.nu.2.Crau.cons.216.nu.7.hancq; opinionem annuit Curt.Iun. cons.162.nume.4.

143 Nec prædictæ † conclusioni obstare videtur illud,qđ a Iacobo Butr allegatur in auct.si quis in aliquo,C.de eden.videlicet; ꝙ qū iudicium est summarium,& oculata fide procedatur, ꝙ tunc vitium visibile per testes non adminiculari possit,quod in nostro equidem præsenti articulo erit, si interlineatio & apostilla in dubium refricatur,an testamenti tempore conditi testatoris iussu & voluntate fuerit facta & scripta,vt dicit Zuccar. in d.l.fin.num.277.& sequen.& 289.

Sed ego censeo, veritatem omnino in contrariū esse in hoc præsenti articulo nostro,nō obstāte argumento in cōtrariū allegato,arguendo hoc modo; nā nulli dubium est, ꝙ testm̄ nūcupatiuū corā testib.confectum,a notarioq; in scriptis nondū redactum,si hæres coram iudice instat,testes testamētarios pro testamenti veritate & probatione examinari,& vt iudex lite nō cōtestata,ad perpetuā rei memoriā eos examinat, citata parte, quod equidē facere potest,Fel.in c.sicut,nu.4.de re iud.& publicatis testib.si iudex testatorē inueniat, suū vltimum condidisse testm̄ nuncupatiuum, illudq; a notario nondum ī scriptis fuisse redactum,iudex tunc notario cōmittere poterit, ꝙ illud in scriptis redigat l.publicati,& ibi Alex.nu.7.& etiam Ias.nu.4.C. de testa.D.meus Soc.Iun. cons.102.nu.5.lib.3.virtute dicti testamenti nuncupatiui hæredi cōpetit remediū huius.l.fin.vt dicit expresse gl.ibi,in verbo Depositionib.C.de edicto D.Hadr. tol.quæ a doctorib.ibi cōiter recipīt,& vt dicā plenè infrà, vbi tracto illū articulū,an uirtute dicti testamēti nūcupatiui coram testib.confecti remedium d.l.fi.hęredi comperat,nec ne,ad quē locū me reijcio; si ergo hæres virtute dicti testamenti nuncupatiui,per testesq; probari,deinde iudicis licentia,ac præcepto in scriptis a notario redacti,in bonorum possessionem testatoris repertorum penes eum tempore illius mortis immittitur; cur ergo denegare velimus,hæredem non posse per notarium & ꝓ testes testamentarios ꝓbare,interlineationes,apostillationesq; fuisse factas,& adiectas,testamēti tēpore conditi, testatoris iussu,& voluntate,si totius testamēti ꝓbatio per testes probari, & adminiculari possit,& testamento hoc modo probato, hæres illius respectu in possessionē immittitur,iuxta d.l.fin.a fortiori ergo immitti debet,si illa pars tm̄,quę in dubium refricatur per

144 testes probatur,† quod argm̄ a fortiori in iure est ualidū, auct. multo magis,C.de sacrosanct.eccl.& illud argm̄,ꝙ est de toto quo ad totum,idem est de parte quò ad partē.l.quæ de tota.ff.de rei vend.ergo sufficit constare,etiā per testes testamentarios,notarium rogatum a testatore fuisse,interlineare dictā clausulam,& aliam loco illius surrogare,ad immittendum hæredem in possessionē,vt suprà dixi,Rub.cons.94.nu.2 Crau.cons.216.nu.7.

Et si alio modo intelligeret,lequeret id absurdū & inconueniens,ꝙ de raro,vel fortè nunq̄ hrs in possessionē immitteret, vt s̄.cū sæpissimè contingat,ꝙ notarij in cōficiendis testamētis interlineāt,mutant,variant,& apostillāt testatoris præcepto & voluntate,vel fortè,qa notarius scribēs testm̄ nō bene intellexerat testatorē,vel testator nō bene intentionē suā notario declarauerat,& tēpore publicationis illius multoties testōr asserit,nō ita uelle,& minus,uel plus fuisse scriptū,q̄ ab eo dictum, vel fortè mutat ꝓpositū,& dicit, se uelle sic,& sic; & ideo hac rōne interlineationes solēt sæpissimè euenire in conficiēdis testamentis,& loco clausulæ interlineatæ aliā clausulā surrogare; cū igit ita solitū sit fieri,vt etiā tradit Cor.ꝯsi.118.nu.1. in fin. lib.4.necessariò cogimur fateri,hrdē immittendū in possessionē esse,nō obstāte interlineatione & apostillatione in testamēto inserta,per testes adminiculata,ꝙ tēpore cōditi testamēti facta & scripta sit,aliàs nascereť hoc absurdū,& incōueniēs,ꝙ de raro hrs ī possessionē immitteret in hoc iudicio summario, cū ferè oīa testamenta cū his interlineationib.& apostillis cōficiū tur,vnde ad euitandū hanc absurditatē, quæ omnino est euitāda.l.nā absurdū.ff.de bonis libert.ī uitis dentib. fateri debemus, hæredem in hoc iudicio summario in possessionē immittendū esse,iuxta d.l.fin.constito per testes interlineationem apostillam fuisse iussu & uoluntate testatoris factam.

Et sicuti testamentum totum nuncupatiuum coram testib. sine notario confectum per testes probari potest, eoque probato, in scriptisq; a notario iudicis auctoritate redacto, coramq; deinde iudice competenti producto, illius virtute hæres in hoc iudicio summario in possessionem immittitur, vt præsupponunt omnes doctores communiter præallegati vt suprà; cur ergo denegare velimus, ꝙ testamenti pars per testes non adminiculari possit, si totum testamentum per testes adiuuatur? quapropter necessariò cogimur dicere, testamẽtum illa in parte vitiata per testes adminiculari posse.

Et præsertim, si illa adminiculatio fiat, antequam illud testamentum in iudicio producatur; nam hærede attestationum testium adminiculationem in scriptis examinatorum producente, simul cum eodem testamento, testamentum proculdubio oculatam probationem ex eius inspectione apparentem haberet, iuxta terminum d. l. fin. immo & concludẽtem, ergo hæres in possessionem virtute dicti testamenti immittitur, vt aliàs suprà concludendo dixi.

Præterea adduco aliud bonum simile, nam sicut hæres hæredis, qui non in testamẽto sit nominatus, vel substitutus, q quoque in eo non sit specificatus, se hæredem primi hæredis, probare poterit, vel substitutum esse, & ita in hoc testamentum per testes adminiculatur, Barto. in d. l. fin. num. 10. & sequ. qui communiter est receptus, vt ibi per Ias. num. 7. versic. sed licèt, & ibi etiam Dec. num. 23. vers. moderni, & Zuccard. num. 192. & vt infrà dicam, & circa huius liquidationis probationem summariè proceditur, Zuccard. in d. l. fi. num. 175. sed sic est, cur ergo ex rationis identitate denegare velimus testamentum in illa interlineationis, apostillationisq; parte nõ p tests adminiculari posse, qđ argumẽtum ex rationis idẽtitate est validum. l. à Titio. ff. de ver. oblig. l. fi. C. ad leg. Falcid. & c. cõstitutionũ, de reg. iur. in 6. cum vulgaribus. & tãto fortius ne notarij simplicitas hæredi nocere habeat, ꝙ minimè facere potest, vt dixi; ergo ex his cõcludo testamẽtũ per testes adminiculari posse, ergo & id nũcupatiuum coram testibus cõfectum, & in scriptis à notario testibus prius examinatis de iussu iudicis redactum, probat, secũdùm crebriorẽ Doct. cõclusionẽ; sic ergo obiectio Cur. Iun. in contrarium allegata ex his penitus remanet euacuata.

170 ¶ Et nõnulli cẽsuere, ꝙ† productio testamẽti nõ tãtum sufficiat ad mittẽdum hæredem in possessionem, nisi hęres probet testatorem saltem per famam, vel per iuramentum, vel aliqualiter fuisse defunctum, cum per exhibitionem testamenti tãtũ nõ testatoris mors probatur, nam varijs ex causis cõtingere potest, testamentum penès hæredem extitisse, Alex. in d. l. fi. n. 9. & ibi etiam Dec. nu. 28. in fi. Pract. Pap. in for. libel. quo pet. hær. ex test. in gl. in verbo Possidebat, nu. j. & seq. & qui allegat testatorem fuisse mortuum, eius mortem probare debet, decis. Pedẽ. 108. nu. 5. Alij autem sentientes in contrarium existimauere, ꝙ testamenti productio sufficiat, absque eo, ꝙ probetur, testatorem vitam cum morte mutasse; nam hæredis iuramentum in hoc iudicio summario, executiuoq; nõ est necessarium, Bar. in d. l. fi. n. 11. & ibi etiam Ias. nu. 13. & seq. & Curt. iun. ibi nu. 54. dicit opinionem Bar. esse, communem, cum qua ipse transit, & illam quoq; sequitur Are. in §. quadrupli, n. 30. in fi. & in §. actionum, nu. 195. inst. de act. Alex. cõsi. 101. nu. 9. li. 5. Ruin. cons. 28. n. 2. circa medium, libr. 5. Durant. in tract. de art. testa. titu. 11. caut. 20. numero 5.

Zuccard. autẽ in d. l. fi. n. 199. & seq. arguit pro & cõtra, tamẽ ibi nu. 203. in illa opinione residere videtur, ꝙ quãdo notarius à iudice cum causæ cognitione testamẽtum hæredi exhibere coactus fuisset, & illud in publicam formam releuare, eidemq; tradere, si eo in casu hæres produceret testamẽtum, nõ testatoris mortẽ probare tenetur, cum per testamẽti tãtũ exhibitionẽ illius mors probatur, tex. est perspicuus in l. 2. §. si dubitetur. ff. quemad. testam. aper & hoc in casu vult, vt loquatur Bart. in d. l. fi. num. 11. & sui sequaces, sed vltra casum prædictum sentit ibi Zucc. nu. 204. ꝙ mors testatoris vltra testamenti exhibitionem in hoc iudicio executiuo per hæredis iuramentum probatur, & allegat Dec. in d. l. fi. nu. 28.

Ego autem in tanta Doctorum varietate sic reor, (pro mera huius articuli veritate) distinguẽdũ esse, & dico, ꝙ aut sumus in iudicio possessorio momẽtaneo, nõ existẽte possessore, vel existẽte, & nõ legitimo cõtradictore, vel existẽte cõtradictore legitimo, si nõ vtiq; possessor extaret; tũc proculdubio hæres p testamẽti tãtum exhibitionem nõ aboliti, neq; in aliqua illius parte substãtiali vituperati, in possessionem immittitur, absque eo, ꝙ testatoris mors alio modo probetur, cum testamẽtũ quò ad hãc immissionem ex sola illius inspectione executionem mereatur, nõ aliam probationẽ requirẽs, nisi testamẽti exhibitionem nõ vituperati, neq; cãcellati, nõ possessore existẽte, iuxta l. fin. C. de edicto D. Hadr. toll. & ibi Bal. nu. 13. ver. nota, ita annuit Rip. in rub. ff. quo. bon. n. 2. ver. quarta differẽtia; nam vbi nõ est cõtradictor, iudex facilis debet esse ad immittẽdum hæredem in possessionem, Bal. in d. l. fi. n. 13. ver. quintò nota, Cag. in l. in pari, nu. 4. prope fi. ff. de reg. iu. cum dictam immissionem iudex absq; tertij præiudicio facere debet, Zuccard. in d. l. fi. nu. 267. ver. & idem est, ergo in dicto casu tractatur de nullius præiudicio, & de momẽtanea possessione, quę in nulla habetur cõsideratione, Dec. in l. fi. n. 34. C. de pact. Gram. cõsi. 2. n. 3. & seq. in ciuil. & vt aliàs dixi, meritò si hoc in casu, nõ probatio mortis testatoris sit necessaria, nisi illa, quæ per testamẽtum fit, & ideo Dec. cõsi. 218. nu. j. dicit, ꝙ hæres producẽs testamẽtũ nõ abolitum, neq; cãcellatum, suam habet intẽtionẽ fundatã, cuius virtute in possessionẽ immittitur; ergo sentit ibi Dec. ꝙ testamẽti tãtum exhibitio sufficit absque eo, ꝙ testatoris mors probetur, ita & quoq; magis expresè affirmãt idem Dec. cõsi. 84. nu. j. & cõsi. 475. nu. 4. Curt. Iun. consi. 92. nu. j. Rip. in rub. ff. quo. bonor. nu. 2. ver. quarta differẽtia, & in his terminis loquũtur Ias. & sui sequaces in l. fi. n. 13. & seq. C. de edicto D. Hadr. toll.

Nec obstat, ꝙ Corn. cõsi. 10. nu. 4. ver. his tamen, lib. j. dicat, ꝙ cum de alterius successione agatur, mors sit plenè probãda, præsertimq; si defunctus in ciuitate, patriaq; sua mortuus sit, hancque opinionem sequitur Dominus meus Soc. Iun. consil. 26. n. 10. libro secundo.

Ego autem huic obiectioni dupliciter respondeo, & dico, ꝙ Corn. & Soc. Iun. ibi loquuntur, quando de successione ab intestato tractatur, nam tunc hæres in possessionem non immittitur, iuxta l. fin. C. de edicto D Hadr. toll. quæ l. hæredi ab intestato succedenti non competit, Scribentes communiter in d. l. fi. & vt supra in principio huius tract. dixi, sed quando hæres testamentarius sit, tunc ob testamenti notorietatem, illiusque fauore, & priuilegio hæres summariè, & executiuè in possessionem immittitur, ergo de casu Corn. Socinique Iun. tanquam ex diuerso non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minoribus.

Vel

Vel & ſecundò reſpondeo,& dico,ꝙ argumentum Corn. & Soc.Iun. vendicet ſibi locum,cum per viam peritorij de alicuius hæreditate tractatur; nam tunc ordinariè proceditur, & de graui præiudicio tractatur,meritò ſi plena mortis probatio requiratur,Aretin.in §.actionum,num.105. Inſt. de actio. Lanfr. in cap.quoniam contra,in verbo,Teſtium depoſ.nume.185. & ſequen.de prob. Alexand.conſi.25.num.4.& ſeq.libro 4. Boer. deciſ.288.Crau.in tract.de antiq.temp.in j.par.num.264.

Et licèt plerique cenſuere,ꝙ immo etiam quando per viam poſſeſſorij ordinariè,plenarieq; agatur,tunc mors ſit plenè pro banda,Cagn.in l.in pari,num.8.ff.de regu.iur. tamen ego puto, ſemiplenam probationem ſufficere,& præſertim ī iſto iudicio poſſeſſorio,in quo non de toto præiudicio ipſius poſſeſſionis tractatur,quamuis communis Doctorum opin. ſit in contrarium,vt dicam in tract.quor.bon. ad quem locum me reijcio. ſed quicquid ſit,ſatis mihi eſt,ꝙ hic non de poſſeſſione ordinariè diſcutitur,ſed executiuè,& ſummariè hæres in poſſeſſionē immittitur,non contradictore, poſſeſſoreq; aliquo exiſtente, ergo penitus ſumus extra difficultates Corn. & Domini mei Soc. Iun.

Nec quicquam releuat dicere,ꝙ conſtare debet bona per teſtatorem ſuæ mortis tempore detenta fuiſſe, iuxta d.l.fi.ſed ſic eſt,ergo per teſtamenti tantum exhibitionem hæres in poſſeſſionem non immittitur, ergo mors quoque vltra teſtamēti exhibitionem probanda eſt.

Nam huic obiectioni dupliciter reſpondeo,& dico,ꝙ hæres ab onere probandi releuatur; nam hæres procurando nuntio præcipi,vt ipſum hæredem in bonorum poſſeſſionem detenta torum tempore mortis teſtatoris immittat, deinde nuntius referat,ſe hæredem immiſiſſe in poſſeſſionem talium bonorum per teſtatorem tempore eius mortis detentatorū, deſignando bona per latera,confiniaq;,& tunc non hæredi erit neceſſe aliter liquidare, ꝙ illa bona per teſtatorem tempore eius mortis poſſeſſa,vel detenta fuerint; quia nuntio referenti eo modo vt ſuprà creditur.l.j.§ cura,de offi.præfect.præt.l.2.& ibi Sal.C.ne vxo.pro marit.& qui cōtrarium voluerit dicere probare tenetur,Dec.in l.fin.nume.17.& ibi etiam Zuccard.num.122.C.de edicto D. Hadr. toll.

Et hæc opinio ſibi locum propriè vendicet,ſecundum hanc primam diſtinctionem noſtram, cum non extat aliquis poſſeſſor,& contradictor, qui ante dictam immiſſionem in iudicio coram iudice comparuerit,& dixerit, ſe in poſſeſſione talium bonorū eſſe,& in eis meliora,potioraq; iura habere, quare inſtetit,ꝙ alius in dictam poſſeſſionem eo non citato non immittatur,aliàs ſi ſecus factum fuerit, de nullitate, inualiditateq; dictæ immiſſionis proteſtatur,& tunc eo in caſu dicta poſſeſſionis immiſſio per nuncium emanata erit nulla, neque ipſe ad ꝓbandum contrarium,de eo, ꝙ nuncius ad hæredis fauorem retulit,arctabitur, Zuccard.in leg. fi.numero 123.C.de edicto D. Hadr.toll.ergo ſentit expreſsè Zuccard.ibi,ꝙ nō exiſtente poſſeſſore,& contradictore,qui non proteſtatus prius fuit, abſque dubio hæres in poſſeſſionem bonorum per teſtatorem tempore eius mortis detentatorū, per nuncium vt ſuprà immittitur, non teſtatoris morte probata, cum nuncio hoc in caſu credatur,vt ibi per Zuccard.

Vel & ſecundò dico quò ad hanc immiſſionem, hæres non ꝓbare tenetur, bona tempore eius mortis per teſtatorem fuiſſe detenta,ſed ſufficit probare, teſtatorem tempore eius vitæ dicta bona poſſediſſe; nam tunc vſque ad eius mortem cōtinuaſſe præſumitur niſi contrarium probetur,Zuccard.in l.fin.num. 202.& ſequen.C.de edicto D.Had.toll.Gramma. conſilio 135. num.5.& ſeq.in ciuil.Ioan.de An.conſi.64.num.3.ſi hæres cōtinuationis poſſeſſionem allegaret,Dec.in l.2.nu.67.C.de edē. Alexand.conſi.238.num.11.lib.6.Alcia.in tract.præſump.regula 2.præſumpt.20.num.2.& 5.& hæc eſt crebrior doct. opinio, vt per Dominus meus Soc.Iun.conſi. 146. num.8.lib.j.

Quam concluſionem exiſtimo eſſe verā,ſi non alius in poſſeſſione reperiatur, vel non aliquis exiſtat contradictor: nam poſſeſſore & contradictore non exiſtente,hæres probando, ꝙ defunctus ſemel poſſedit,ſuam habet fundatam intentionem, Alciat.in d.tract.regula ſecunda,præſump.21.nume.5.in fin.& prout in ſimili dicitur de ſubſtituto in pupillari ætate, qui non tenetur probare inſtitutum in pupillari ætate mortuum fuiſſe, Dec.in cap.in præſentia,numero 50.verſi. prædictis,de probat. Alciat.in dicto tract.regula 2.præſump.14.num.7.ſed ego id vltimum (quod de ſubſtituto dicitur) non ita indiſtinctè affirmare audeo,niſi eſſet poſſeſſor & reus, nam tunc eo poſſidente ei fauendum erit.§.commodum,Inſti.de interdict.deciſ.Pedemō tana 108.numero 18.& ibi quoque Purpur.in ſequenti conſilio poſt dictam deciſionem inſerto,numero 4. aliàs ſecus erit, ſi actor,vel non poſſeſſor erit,Ripa in l.ex facto.§.ſi quis autē, numero vndecimo,ff.ad Trebellianum. ita ergo & in propoſito noſtro dico, ꝙ cum alius non poſſideat, neque contradictor exiſtat,& probatur teſtatorem (dum vixit) ſemel poſſediſſe, meritò ſi poſſeſſio in ipſum teſtatorem vſque ad eius mortem continuata præſumitur; ergo probatio mortis teſtatoris in iſto caſu non erit neceſſaria fieri,ſed tunc per teſtamenti exhibitionem probatur.

171 Si † autem alius eſſet poſſeſſor,qui negaret ea, quæ de hæredis intentione ſint (quod equidem facere poteſt) vt tūc dico, ꝙ hęres qualitates d.l.fin.requiſitas probare tenetur, videlicet teſtatorem tempore eius mortis talia, & talia bona poſſediſſe, vel detinuiſſe,Dec.in l. fin.nume. 40.ver.ſecundò limitatur, & ibi etiam uccard.numero 325.& 336.C.de eden. D. Hadrian. toll.ergo hoc in caſu mors vltra teſtamēti exhibitionem eſt ꝓbanda; quia non ſufficit probare defunctum tempore eius vitæ talia,& talia bona poſſediſſe,ad hoc vt quoque tempore eius mortis poſſediſſe cenſeatur,cum alius in poſſeſſione de præſenti ſit,meritò ſi poſſeſſio in defunctum non continuata præſumitur,Rubri.in l.naturaliter.§.nihil commune,num.31.verſic.ſed replicari.ff.de acquirenda poſſeſ.

Neque hæredi vniuerſali ſufficit continuationem poſſeſſionis allegare,cui non creditur aſſerēti teſtatorem tempore eius vitæ poſſediſſe,& in poſſeſſione vſque ad eius mortem continuaſſe,ſi alius in poſſeſſione de præſenti inueniatur, Alciat.in tract.præſump.regula 2.præſumpt.21.num. 5.

Accedente quoque ratione; quia qui ſemel poſſedit, hodie præſumitur poſſidere, quādo ipſemet huiuſmodi continuationem ad ſuum tantum commodum allegat, ſecus verò erit, ſi vnus alius hanc poſſeſſionis cōtinuationem allegaret ad fauorem alterius.Soc.conſi.13.num.15.ver.confirmatur,libro 4.Alci.in tract.præſump.regula 2.præſump.21.nume.9.ſed ſic eſt,teſtator non eſt ille,qui ad ſuum commodum poſſeſſionis continuationem allegat, hæres autem eius tantum eſt, ergo non cōtinuatio præſumitur, ergo hoc in caſu mors neceſſariò (vltra teſtamenti exhibitionem) eſt probanda.

Ego bene autē arbitror hoc in caſu, ſufficere teſtatoris mortem per hæredis iuramentum,vel per famam,vel aliqualiter ꝓbari,nam non hic ordinariè de poſſeſſionis præiudicio plenarieq; tractatur,ſed de momentanea poſſeſſione in nulla conſideratione habita,vt aliàs tetigi, & immiſſio poſſeſſionis ſummariè & executiuè ſineq; tertij præiudicio fit, meritò ſi nō tam exquiſita requiratur probatio,Cagnol in l. in pari, ſecundùm crebriorem Doct.opinionem,vt per deciſ.Pedemontanam 99. num.37.& in his terminis vendicet ſibi locum opinio Alexan. & ſuorum ſequacium in d.l.fin.& iudex ex officio ſuo qualitates inquirere requiſitas habebit a dict.l.fin.Zuccard.in dict. leg. fina. numero 336.

Et in his terminis quo ad hanc probationē bene faceret text. in l.2.§.ſi dubitetur.ff.quemadmo.teſta.aper.inductus a Zuccardo in d.l.fin num.203.nam ſi notarius a iudice cum cauſæ cognitione coactus erit,teſtamentum releuare,& illud hæredi dare,& proceſſus coactionis in præſenti iudicio ſimul cum teſtamento in publicam formam releuato producatur, tunc teſtatoris mors præſumptiuè probatur, & licet acta inter alios acta non aliis præiudicent,vt habetur in toto titu.capitu.res inter alios acta,& teſtibus in alio iudicio inter aliàs perſonas examinatis non credatur,tamen cum ſint mortui eiſdem præſumptiuè creditur,Rip.in l.admonend.num.203.ff.de iureir. & in l.2. num.36.C.de eden.ſi mors teſtium probatur, ſecus verò erit ſi teſtes viuerent; nam tunc non probarēt, & hæredi imputatur, cur teſtes adhuc viuentes non reexaminauerit,l.fina.C.de teſti. Barto.in l admonendi.num.45.ff.de iureiur. & ibi etiam laſ.in j.lect.num.98.& in 2.lect.nu.242.& ibi quoque Rip. num.202. Soc.in tract.fal.regula 229.in vlt.fal.Iaſ.in l.2.num.20. & ſeq.C. de ed.Marſ.ſing.435.ſed quò ad caſum noſtrum ſufficit,ꝙ teſtatoris mors preſumptiuè probetur,ꝙ erit, ſi proceſſus coactionis producatur,vt dixi,ex quo executiuè proceditur,& de momentanea poſſeſſione in nulla conſideratione habita tractaī, meritò ſi in hoc caſu ſufficiat productio teſtamenti ſimul cū dicto proceſſu abſque alio modo teſtatoris mors probatur,& in his terminis bene loquitur Zuccard. in d.l.fin.nu.103.vbi inducit text.in d.§ ſi dubitetur,vt dixi.

Si verò legitimus contradictor, qui poſſeſſor eſſet,& ſimilē titulum allegaret,cuius virtute ordinariè,& plenariè de iuribus vtriuſque cum cauſæ cognitione ī poſſeſſoria diſcutitur,& tūc dico,ꝙ per ſolam teſtamenti exhibitionem nō teſtatoris mors probatur,ſed requiritur,ꝙ teſtatoris mors exquiſitè probetur, Bald.in l.fin.num.13.verſ.ſeptimò nota,C.de edict.diu.Had.tol. ratioq; in promptu eſt; quia diſcuſſa hincinde cauſa poſſeſſio habenti potiora iura datur.Bald.in d.l.fin.num.12. Cagnol. in l. in pari.num.4.in fin.& ſequen.ff.de regu.iur.meritò ſi eo in caſu probatio mortis teſtatoris exquiſita requiratur.

Et exquiſitè dicitur probari,ſi ſaltē ſemiplene probatur,quæ ſemiplena probatio ſufficit,etiam ſi ordinarie agatur,per rationes & auctoritates per me allegandas in tract.quorum bon.ad quem locum me reijcio, ne idem repetam.

Verùm quicquid ſit,ſatis mihi eſt, ꝙ ſi ordinariè agatur, & cum cauſæ cognitione, exiſtente legitimo contradictore neceſſaria ſit ꝓbatio mortis teſtatoris, quæ fieri debet vltra teſtamenti

menti exhibitionem,& plene, si tenueris opinionem Cagnol. in d.l.in pari.nu. 4. in fi.& seq. vel semiplene. si meam sequeris opinionem dei iure veriorem,vt dicam in subsequēti tractatu.

172 Et † tria in hoc iudicio adipiscēdæ agēdo ordinarie ab hærede sunt probanda,& primò,ꝙ testamentum sit solenne,& non in aliqua substantiali parte uituperatum, quæ probatio ꝑ ocula tam testamenti inspectionē apparētē sit,d.l.fi.2.ꝙ res in quibus petitur fieri immissio,ī bonis testatoris tempore eius mortis fuerint,& sic in determinato tempore,aliàs succūberet,Castr.cons. 454.nu.1.lib.1.in nouis,quod censeo esse uerū,si possessor legitimusq; ꝺictor extaret, nam tunc continuatio possessionis nō præsumitur,ꝑbando defunctum tpe eius uitæ possedisse, existē te possessore de præsenti,& legitimo contradictore,& ideo necesse est, quòd hæres probet, testatorem tempore eius mortis possedisse,uel detinuisse dicta bona,Alexan.cons.4. nu.16.in fi. lib.2.scribentes cōiter in d.l.fi.post gl.ibi in uerbo, fuerūt,cōiter receptam.tertiò requiritur,quòd testatoris mors probetur,quæ non præsumitur,nisi probetur, & quòd prædicta tria sint necessariò probanda,tradit Pract.Pap in form.lib.quo pet.hæred. ex testa.in gl.in uerbo possidebat,nu.1.

172 †Et quàmuis non deficiāt,qui credunt, quòd hæres quoque hæreditatis æditionem probare teneatur,Paris.cons.41. in prin. lib.1.D.meus Soc.Iun cons.75.num.10.lib.1.& saltem apparentem,Bal.in l.fi.nu.16.C.de edict.Diu.Had.tol.tñ ego ab opinione ualde dissentio? quia hæres exhibendo testamentum & petēdo se in bonorum possessionem testatoris prædefuncti immitti,censetur hæreditatem illius adire,cū hæreditatis aditio quoque animo fit,l.gerit,l.pro hærede,ff.de acquir.hæred. & ibi scribentes,quæ hæreditatis aditio sufficit,ita fieri,glo. est in d.l.fi.in verbo legitimo,vers.item differt,& ibi Bar.num.19.& Zuccard. nu.168.& seq.Alex.in l. 2.nu. 4.& ib etiam Ias.nu.13.C.de edict. Diu.Had.tol.Aret.in §.quadrupli,nu.28 inst.de act.Corn cons. 172.nu.5.& seq.lib.2.nisi sit minor uel mulier,qui sine certa solennitate non adire potest, & tunc reor, quòd ex illo actu non hæreditatis aditio præsumatur, nisi probetur, ergo hoc in casu ultra testamenti exhibitionem aditio est probanda, Zuccard. in d.l.fi.nu.169.in fi.

Vel & quoque hæres aditionem hæreditatis probare tenet, quando quis ante dictam licentiam,uel iussum, de immittēdo in possessionem compareat,& probet,titulum ab alio in in uita defuncti acquisisse, & possessionem acquisitam à seipso uel ab alio habuisse; nam ad hoc vt dicta possessio dicatur vitiosa, distinguitur,an occupata fuerit, non adita hæreditate, & tunc nō uitiosa erit,aliàs secus est, ergo hoc ī casu hæres hæreditatis aditionem probare tenetur, Zuccard.in d.l.fi.nu.348.in fi.

174 Et † id quoque arbitror esse dicendum, quando hæres hæredis petat se in bonorum possessionem immitti, cui hoc remedium d.l.fi.competit,ut infra dicam, nam tunc ultra testamenti exhibitionem probare tenetur,primum hæredem primi testatoris hæreditatem adiuisse, & se hæredem primi hæredis esse, aliàs his requisitis non probatis nō in hanc immittitur possessionem; nam per testamenti tantum exhibitionem hæ qualitates d.l.fi.requisitæ non probantur, quę oīno sunt probāndę, ut remedium d.l.fi. hęredi hŕdis competat,Bar.in l.fi.nu.11. Bal.nu. 38.Ias.nu.7.in fi.C. de edict. Diu. Had. Aret.in §.quadrupli.nu. 28.inst.de act.Dec.cons.588.nu.11.in fi. & similes personę semp aliquid exrinsecus ultra testamenti exhibitionem probare debent,prout est substitutus,fideicommissarius,fiscus, & similes, Aret.in d.§.quadrupli.num 28.vers.sed tamen,Bart.in d.l. fi.nu. 10.Ias. nu.7. in fi.& Zuccard. nu.174.& nu.185.D.meus Soc.Iun. cōsil.97.nu.45.lib.2.& ut infra suis locis plene dicam.

Et ad liquidationem harum qualitatum summariè procedi-tur, Zuccard.in d.l.fi.nu.175.& seq.prout quoq; fit,de omnibus emergentibus ante litem contestatam oppositis, Specu.in titu. de posit.in §.quinto.num.2. Lanfr.in c.quoniam contra, in verbo testium,depositiones,nu.51.de probat.Ang. cōs.161.num.2. Soc.in tract.fallent.regula.404.in 2.fal.

175 Et iudicium quantumcunque summarium sit, per personas litigātes legitime fundari debet,Alex. post Bar. & Sali.in l.2.nu. 5.& ibi etiam Ias.nu.4.C.de edict.Diu.Hadr. tol. & idem Alex. cons.59.nu.2.lib.2.& ibi est addit.Ias.in rub. C. qui admitti, nu. 1.& seq.Bal.in l.fi.nu.42.vers.octauò,Dec.nu. 47. & Zuccard.nu. 253.C.de edict.Diu.Hadr.tol.Castr. cons.429. nu.2.lib.1.in nouis. Vant.in tract.de nullit. in titu. ex defectu inhabil. seu mand.cōpar.nu. 3.Roland.consi.46.nu.2.& seq.lib.2.

Et requiritur,quòd personę legitimatio tempore actus,& nō ex post fiat,& superueniat. Vant. in loco proxime allegato nu. 3.& ideo si immissio possessionis fulminanter concedatur, & fiat,non auditis quoque partium iuribus,sed eo die quo fuit petita,fuit & quoque concessa,& facta,& sic sine causæ cognitione,non ualet,D.meus.Soc.Iun.cōs.92.nu.1.li.1.& perinde habet, ac si non facta fuisset,Gram.cons.136.num.2.in ciuil.at ego id vltimū cē seo uerùm esse, si possessor, & legitimus contradictor extaret,qui non sua priuatur possessione, nisi eo citato, c.licèt eps de pręben.in 6.secus uerò erit,si possessio esset uacans, quia tunc immissio fieri potest sine citatione,& conceditur,Barto.in d.l.fi.nu.16.& post oēs scribentes Zuccar. ibi.nu.266. & ut infra plenius dicam,si non alius legitimus contradictor extat, qui sit citandus,l.de uno quoque. & ibi scribētes.ff.de re iud. sed quicquid sit,in omni casu concludo,ꝙ hæres primi hæredis, substitutus,fideicommissarius,fiscus,& similes personæ,per solam testamenti exhibitionem non in bonorum possessionem testatoris prædefuncti immittuntur, nisi prius & ante omnia eorū personas liquident,vt supra dixi.

176 ¶ Et quæro† an remedium d. l. fi. hæredi conditionali ante conditionis euentum competat, præsuppositā illa conclusione pro uera,ꝙ hęres sub conditione institui potest, Cagnol. in l.actus legitimi.num.18.ff.de reg.iur. Vinc. de Herculanis inter cons.D.mei Soc.Iun.cons.87.nu.8.li.j.& plerique dixere,ꝙ sic, nam sicuti hæres conditionalis ante conditionis euētum possessionem agnoscere potest,l.si sub condition.ff.de bon. poss. secundùm tabul.multo fortius id remedium eidem competere debet,Ias.in l.j.ver.gl.propter hoc,C.de edict.Diu. Hadr. tol.

Fortificatur hæc conclusio, nam dictus hæres possessionem propria auctoritate,& de facto capere potest,tex. est cum gl. in l.inter omnes.ff.qui satisd. cogā. & ille ius suum non tunc perdit,Socin.in d.l.inter omnes.nu.12 & ibi etiam Ias.nu.10.sed sic est,ergo multo magis sibi licitum est,auctoritate iudicis possessionem bonorum defuncti capere, ergo dictum remedium ei competit.

Et tanto fortius,cum dictum remedium sit fauorabile,hæredique prouidet,vt ille in bonorū defuncti possessionem iuxta testatoris uoluntatem immittatur.l.vel negare. ff. quemad. testam.aper.si igitur fauorabile est, in fauorabilibus extensio fit; ergo ad hæredem conditionalem,& sic quoque ad im propriū extenditur,Alex.in l.j.nu.11.in fin.C.de testam.Rip. in l. si constante,nu.86.ff.sol.matr.Zuccard.in l.fin.nu.167.ver.pro opinione mea,C.de edicto D.Hadr.toll.ergo remedium in dicto hæredi quoque conditionali competit.

Præterea tex.in d.l.fin.nō aperit,ꝙ hæres sit purus,vel conditionalis,sed simpliciter rātum dicit, ꝙ si quis institutus ex asse, vel ex parte testamentum ostenderit non cancellatum: ecce igitur,ꝙ d.l.fi loquitur simpliciter,& generaliter de hærede,ergo & generaliter intelligi debet.l.de pretio.ff.de public.& cum nō distinguat,nec nos dististinguere debemus.l.3.in fi.ff. de off. præsid.l.j.§ generaliter.ff.de leg præst.c.dilectissimis,& ibi gl.in verbo,coniuges,12.q.j.cum simil.& cum ita sit,ergo d.l.fi.intelligitur,ibi quoque loqui de hærede cōditionali,ergo hæres conditionalis in possessionem immittitur,iuxta d.l.fi.

Et præsertim cum d.immissio à iudice absque tertij præiudicio conceditur,prout iudex illam omnino ita concedere debet,Zuccard.post Scribentes communiter in d.l.fi.nume. 267. vers.& idem est.

Alij autem præmissis non obstantibus contrarium censuere,& intrepidè dixere,ꝙ tale remedium d.l.fi.hæredi conditionali ante conditionis euentū non competat, quorum opinio mihi quoque magis placet;quia conditio nihil ponit in esse.l.si quis sub conditione.ff. si quis omis. causa testam. & cum ita sit iudici notorium,illū ante conditionis euentum non esse hæredem,meritò si dictum remediū hæredi conditionali non competat;quia tantum hæredi datur,ita hanc approbat, & defendit opinionem Zuccard.in d.l.fi.nu.224.& ibi ad contraria respondet,vt in fonte videri pōt, ad quē breuitatis causa me remitto.

Et quamuis Alex.in d.l.fi.nu.14.se remittat ad dicta per eum in l.j.nu.3.C de edicto D.Hadr.toll.& ibi Alex. prima facie velit,tale remedium eidem competere, tamē cum se remittit in fin.ad dicta per Specul.in ti.de testam.§.sequitur,nu.37.& Spec. ibi dicat,id remedium d.hæredi non competere,ergo Alexan. hāc quoque opinionem sentire videtur,cum intelligi debet secundùm auctoritatem Spec.allegatam,iuxta doctrinam Bart. in l.non solum.§.liberationis.ff.de liber.leg. & licèt Zuccard.in d.l.fi.nu.224.alleget Alexandrum pro parte contrariā,tamē in hoc mihi videtur illum errasse,cum potius pro hac faciat opinione,quàm econtra.

Et ita tenēdo non obstat,ꝙ hæres conditionalis bonorum possessionē agnoscere possit.l.si sub conditione.ff.de bon.poss. secundùm tabul.tamen dico,ꝙ propter hoc talis agnitio non effectum possidendi ipsi bonorum possessori tribuit,sed ius tantum administrandi.§.quos autem,Inst de bon.poss. & ibi Aret. nu.7.& nu.10.& ibi quoque Porcius nu.14.& Ias.ibi in addit.sua, nu.7.idem Ias.in l.j.§.de illo,nu.22.ff.ad Treb.Zuccard.in l.fin. num.224.in fin.& seq.C.de edicto D.Hadr.toll.D.Rimin. Iun. in §.item vobis,nume. 60. Inst. per quas pers.nob.acquir.ergo non sequitur, hæres conditionalis ante conditionis euentum bonorum possessionem agnoscere potest,ergo remedium d.l. fi.eidem competit,nam hæc remedia sunt diuersa, vt ex supradictis patet;ergo non est licita argumentatio de uno ad aliud, tanquam ex diuerso.l.Papinianus exuli.ff.de min.cū similibus.

Nec refert dicere, quòd dictus hæres possessionem propria capiendi auctoritate habet;ergo remedium d.l.fin.ei competit

nam

Source : BIU Cujas

nam hæc conſequentia non valet, cum in hoc remedio nõ iudici permittitur, hæredem in poſſeſſionem ponere, niſi per exhibitionem teſtamenti, & per oculatam eius inſpectionem ſibi conſtaret, illum eſſe hæredem, vt perſpicuè dicit text. in dict. l. ſi. quod equidem in caſu noſtro non conſtare poteſt, ſi conditionalis hæres ſit, non purificata eius conditione, quæ conditio nihil ponit in eſſe, dict. l. ſi quis ſub cõditione. l. cedere diem. ff. de verborum ſignifica. & ſuſpendit illum eſſe hæredem, cũ ſit conditio de futuro, Iaſ. in l. conditio in præteritum, num. 1. ff. de verborum oblig. ſi hæres igitur ſuſpendatur, ob conditionem (ſub qua fuit inſtitutus) non adimpletam, meritò remedium dict. l. fin. eidem non competit, cum primum ceſſat requiſitũ, de quo in d. l. fin. videlicet, ſe non eſſe hæredem tempore petitionis immiſſionis, ergo effectus d. l. fi. ceſſat. l. adigere. §. quamuis, de iur. patr. capitu. cum ceſſante, de appellat. ita arguit Dec. conſi. 629. numero 1. Cagnol. in l. in omnibus, num. 30. & ſeq. ff. de reg. iur.

Bene autem fateor, quòd ſi dictus hæres bonorum poſſeſſionem agnoſcere voluerit, poterit petere, ſe aſſociari ab vno nũcio curiæ iudicis, & propria auctoritate poſſeſſionem apprehẽdet, quæ aſſociatio a iudice non denegatur: ſecus verò erit, ſi peteret ſe in poſſeſſionem a iudice immitti, quod equidem iudex id minimè facere poteſt, & ratio eſt in prõptu; quia iudex ſuos iuris terminos ſeruare tenetur, Sal. in l. creditores, num. 29. verſ. pro cuius, C. de pignor. Iaſ. in l. 2. num. 113. C. de iu. emphyt. Zuccard. in d. l. fin. num. 158. vdrſicu. ego aliter, Afflict. deciſ. 326. ſeruando igitur terminos iuris, de iure hæredem in poſſeſſionem immittere non poteſt, niſi per exhibitionem teſtamenti, per qđ conſtat, illum eſſe hæredem, ſed ſic eſt, hæres conditionalis ante conditionis euentum non eſt hæres, cum conditio nihil ponat in eſſe, dict. l. ſi quis ſub conditione, dict. l. cedere diem. ergo iudex hunc hęredem conditionalem non in poſſeſſionem immittere poteſt, ſecundùm d. l. fin.

Vel & ſi hæres conditionalis peteret ſe in poſſeſſionem immitti pro agnoſcenda bonorum poſſeſſione, non immittitur virtute d. l. fin. ſed in ſua materia agere debet ordinariè, præter caſum d. l. fin. Dec. in dict. l. fin. numero 24. & ibi quoque Zuccard. numero 158.

Nec valet dicere, quòd hoc remediũ ſit fauorabile, ergo ad hæredem conditionalem extẽditur: nam dico, quòd cenſetur fauorabile, quando teſtamenti executio iuxta teſtatoris voluntatem fit. l. uel negare. ff. quemadmo. teſtamen. aper. ſi igitur ita ſit, & teſtator noluit illum eſſe ſuum hæredem, niſi prius adimpleta & uerificata conditione, & ſi ante conditionis euentum in poſſeſſionem immitteretur, de directo contra teſtatoris voluntatem fieret, & hoc in caſu dictum remedium non erit fauorabile, ergo ad hæredem conditionalem non extenditur, meritò ſi hæres conditionalis ante conditionis euentum in poſſeſſionem non immittitur, iuxta dict. l. fin. ſic ergo aſſumptum argumenti contra partem aduerſam retorquetur: nam ſicuti pro poſitum in propoſito operatur, ita & oppoſitum in oppoſito. l. fin. §. ſi filius, & ibi Barto. ff. de leg. 3 & contrariorum contrariis eadem eſt diſciplina, Iaſon in Rubrica. ff. de acquirenda poſſeſſ. numero 10. & ſequen.

Et hac ratione euacuatur illud, quod vltra Doct. pro parte contraria adduxeram, videlicet, d. l. fin. generaliter de hærede loqui, ergo generaliter eſt intelligenda, ergo in hunc hæredem conditionalem verificatur, & ideo in poſſeſſionem immittitur, iuxta dict. l. fina.

At ego reſpondeo, & dico, negando hæredẽ conditionalem (pendente adhuc conditione) vllo modo hæredem teſtatoris dici poſſe; quia conditio nihil ponit in eſſe. l. ſi quis ſub conditione dandorum decem. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſtam. Pariſ. conſilio 19. num. 45. libro 2. D. meus Soc. Iun. conſ. 82. num. 18. lib. j. & conditio de ſua natura inſtitutionis effectum ſuſpendit. l. cedere diem. ff. de verborum ſigni. Cagno. in l. in omnibus, nu. 25. ff. de regu. iur. Pariſ. conſ. 19. num. 45. & pluribus ſequen. libro 2. D. meus Soc. Iun. conſ. 1. num. 33. libro j. nedum quando eſt expreſſa, ſed & quoque tacita, Dec. conſ. 2. nu. 4. D. Riminald. Iun. in §. item vobis, num. 68. Inſti. per quas perſo. nob. acqui. & ideo ſequitur concluſio clara, quòd ea, quæ in conditione ponũtur, non in diſpoſitione ſunt, d. l. ſi quis ſub cõditione, D. meus Soc. Iun. conſi. 177. num. 7. libro 2. & ponere in conditione non eſt ex teſtamento vocare, non conditione adimpleta, Dominus meus Soc. Iun. conſ. 177. num. 28. lib. 2. & conſ. 65. nu. 60. lib. j.

Et hac ratione ad hæreditatem ſub conditione vocatus nunquam hæreditatem conſequi poteſt, niſi prius conditionẽ adimpleat, Pariſ. conſ. 19. nu. 47. & ſequen. libro 2. & regulare eſt, quòd in qualibet conditionali diſpoſitione, quis ex ea agere, & excipere non poteſt, niſi conditio prius extet, d. l. cedere diem. l. pecuniam. ff. ſi certum petatur, conditioneq; igitur nõ impleta inſtitutio conditionalis nõ locum habet; quia ceſſante cauſa, ceſſat effectus, Cagnol. in d. l. in omnibus, nu. 30. & ſeq. Dec. conſi. 629. nu. 1. & ideo ſi ante diem agit, malè agit, Cagno. in d. l. in omnib. nu. 19. & ante diem dicitur agere, cum conditio nõ ſit impleta. l. pecunia, in fi. ff. ſi cer. pet. defectusq; conditionis nõ facit quem priuari, ſed effectum operatur, vt pro non inſtituto habeatur, d. l. pecunia. ibi perinde eſt. Pariſ. d. conſ. 19. nu. 51. ſi ergo conditio ante conditionis euentum nihil in eſſe ponat, inſtitutionemq; ſuſpendat, & vocatus conditionaliter non ex teſtamento vocatus cenſetur, non impleta conditione, & agens ante conditionis euentum agere non poteſt, & ſi egerit, malè egerit, & pro non inſtituto habeatur: ſequitur igitur ex his concluſio clara, hæredem conditionalem ante conditionis euentũ non poſſe petere, ſe in poſſeſſionem immitti, iuxta d. l. fi. cũ oĩa requiſita d. l. fin. in hærede conditionali non uerificentur, cum non ſit hæres, & pro non inſtituto habeatur, ergo remedium d. l. fin. eidem nullo modo competit.

Et quando lex loquit̃ præſupponendo aliquid, diſpoſitio legis nõ ſibi locũ uendicat, niſi præſuppoſitũ uerificetur, Dec. cõſil. 259. nu. 6. ſed ſic eſt, d. l. fi. præſupponit: vt hĩs in teſtamẽto ſit ſcriptus, & inſtitutus, iſte cum ſit conditionalis, ante conditionis euentũ pro non inſtituto habetur, d. l. pecunia, ergo d. l. fi. in iſto hærede conditionali non verificatur, & eidem non competit; quia non entis nullæ ſint qualitates. l. eius qui. ff. ſi cer. pet. & ita limitat d. l. de pretio, Soc. in tract fallen. reg. 229. in j. fall.

Et pleriq; cenſuere, hanc concluſionem ꝓcedere poſſe, quãdo conditio de futuro ſit; nã illa poteſt eſſe, & non eſſe, & illa propriè conditio eſt, Iaſ. in l. cum ad præſens, nu. 4. ff. ſi cert. peta. Rip. in l. Stichum q̃ meus erit, nu. 1. ff. de leg. j. D. meus Soc. Iun. conſ. 1. nu. 32. & ſeq. lib. j. meritò ſi tunc ante conditionis euentum nulla obligatio, neque actio ſit nata, & ſucceſſiuè remediũ dict. l. fin. eidem non competit.

Si verò conditio præſens tempus reſpiciat, quæ nõ eſt ꝓpriè conditio, neque ortum actionis, & obligationis impedit, & pro pura habetur. l. cum ad præſens. ff. ſi cert. pet. Iaſ. in l. conditio in præteritum, nu. 1. ff. de verb. obl. Cag. in d. l. in omnib. nu. 24. merito ſi huic hæredi conditionali remediũ d. l. fi. cõpetat, ſed ego reor, hanc cõcluſionem eſſe ueram, ſi cõditio liquidatur, & ꝓbatur q̃ adimpleta fuerit, prout omnino facere debet, quando aliquid conditionale in iudicio deducatur, Dec. conſ. 585. nu. 1. & conſ. 629. nu. 2. Cag. in d. l. in oĩb nu. 33. quæ cõcluſio ꝓcedit, ſiue cõditio de futuro ſit, ſiue de præſenti; nam in omni caſu requirit̃ liquidatio cõditionis, licet vna ſit ꝓpriè, alia impropriè, & ideo concluſio cõiter a Doctorib. eſt ꝓpoſita, q̃ hæredi cõditionali ante conditionis euentũ remediũ d. l fi. non cõpetat, niſi prius conditione adimpleta, & uerificata, Corn. conſ. 172. col. 5. lib. 2. Scribentes communiter in d. l. fin. & in locis vt ſuprà ꝓallegatis; nam verificata conditione illa inſtitutio pro pura habetur, Dec. conſ. 613. columna 2. in princip.

177 ¶ Et † non tantum hæredi puro uerum quoque hæredi hæredis hoc remedium. l. fi. C. de edicto D. Hadr. toll. cõpetit, Bart. in d. l. fi. nu. 11. Bald. nu. 38. Iaſ. nu. 7. ꝓpe fi. Dec. nu. 29. & Zuccard. nu. 191. & ſeq. Aret. in §. quadrupli, nu. 28. circa medium, Inſtitu. de actio. Iaſon in l. qui liberis, §. hæc verba, num. decimotertio, ff. de vulga. & pupilla. ſubſt. Dec. conſ. 588. num. 11. in fin.

Et remedium id ĩ hoc a petitione hæreditatis nõ differt, quæ & quoque hæredi hæredis competit, Afflict. deciſ. 374. nu. 3. & ratio eſt in promptu, quoniam hæres hæredis eſt primi teſtatoris hæres. l. fi. C. de hæred. inſtit. l. in annalib. C. de legat. Alexand. conſ. 98. nu. 10. lib. 2. D. meus Soc. Iun. conſ. 34. nu. 16. verſ. vel etiam, lib. 3. & nedum hæres hæredis, ſed vlteriores quoque teſtatoris hæredes ſunt. l. hæredis appellatio. ff. de verborum ſign.

Et quamuis non propriè ſint hĩdes, ſed ſub lata ſignificatione veniant, hoc nihil refert, cum ad eos extendatur, ex quo id remedium eſt fauorabile, Zuccard. in dict. l. fin. num. 192. verſic. quod dictum, & num. 167. verſ. tertiò pro opinione mea.

Sed contra hãc cõem Doct. concluſionẽ valde urget. l. fin. C. de edicto D. Hadr. toll. quæ loquit̃ in hærede ſcripto, vt colligit̃ ex illo uerbo d. l. ibi oſtenderit, & ex rubri. & ex l. 2. C. de edicto D. Hadr. tol. ſed ſic eſt, hĩs hęredis non eſt ſcriptus, neq; appellatione hæredis uenit. l. cum filio. l. qui liberis. §. hæc uerba, ff. de vulga. & pupillar. ſubſtitu. meritò ſi remedium dict. leg. fin. hæredi hæredis non competat.

His autẽ non obſtantib. non recedas a cõi Doct. cõcluſione, nam etſi tex. in l. fi. C. de edicto D. Hadriani tollẽdo, de hærede ſcripto loquatur; tamen uẽdicet ſibi locum in hęrede hæredis, qui ſub iſto hĩde ſcripto comprehenditur, facit tex. in l. j. iuncta cum gl. in verbo ſcripto, C. quorũ legat. & ibi not. Bal. num. 3. & ſeq. & Sal. ibi quoq; nu. 1. facit etiam d. l. j. iuncta. l. j. §. hoc interdictum, ff. quorũ legat. Iaſ. in l. fi. nu. 3. uerſ. 4. C. de hæred. inſtitu. idem Iaſ. in l. fi. nu. 12. Dec. nu. 24. & Zuccard. nume. 189. verſ. pro qua, & num. 192. verſ. qua ratione, C. de edicto D. Hadr. toll.

Nec dictæ opinioni obſtat tex. in d. §. hęc verba, qm̃ ille text. loquitur, quãdo hĩs ex perſona ſua venire vult, ſed Bart. loquit̃, quando hęres hęredis ex primi hæredis perſona venit, cui tunc hoc beneficium. l. fin. C. de edicto D. Hadr. toll. competit; nam id remedium adipiſcendæ ad hæredes eſt tranſmiſſibile, dicto §. hoc interdictum, Zuccard. in l. fin. nume. 196. C. de edicto D. Hadr. tollen. ſi eſt tranſmiſſibile, & ad hæredes tranſeat; ergo omnes hæredes in infinitum ſub hæredis appellatione cõprehenduntur,

Source : BIU Cujas

henduntur,& veniunt,aliàs ſecus erit,Iaſin l.Gallus.§. etiam ſi parẽte,nu.36.verſ vltimò quærit,ff.de liberis & poſthum. ergo hoc remedium hæredi hæredis, qui ex perſona primi hæredis venit,competit.hanc ſolutionem affert Iaſ in dicto §. hæc verba,nu.13.Curt Iunior in l.fi.nu 53 ſecutam à Zuccardo ibi, nu. 193 C.de edicto D.Hadriani tollẽ ſubdẽs ibi Zuccard.ꝙ hæc ſolutio quo ad articulum præſentem noſtrum quadrat, ſed quo ad terminos d.§ hęc verba,nõ procedit,per tex. in l. in annalibus, C.de legat.vbi hęres hæredis ex perſona ſua in legato annuo Titio & hæredibus præſtando venit.ecce igitur, ꝙ prima ſolutio quo ad d.§ hæc verba,non eſt bona,neque eidẽ ꝙuenit.

Doctores autem maximoperè ſuper ſolutione dicti contrarij & harum legum laborauerũt pluresq; attulerũt ſolutiones, & nõnulli dixere,ꝙ d.§ hęc verba,procedit;quia ibi loquitur in diſpoſitione hominis,in qua hæres hæredis nõ venit, ſed ſecus eſt in diſpoſitione legis,in qua hęres hæredis venit,l.j. C. quor. legat.& ibi gl.& ſcribentes,cui opinioni adhęret Dec.in d. l. fi. nu. 29 C.de edict Diu.Hadr.tol & ibi etiam Curt. nu. 57. à qua opinione ego diſſentio,per tex.l fi.C.de hęred.inſt.& per d.l. in annalibus,quæ iura in materia teſtamentaria,quæ eſt hominis, loquuntur,& tamen hæres hæredis venit,ergo dicta ſolutio eſt falſa,& à veritate deuiat,& prædictam diſtinctionem expreſſe reprobat Iaſ in d.§.hęc verba,Zuccard.in l.fi.num.193. verſ. cui ſolutioni,C de edict.Diu.Had.tol.Cagnol.in l. qui ſucceſſionẽ, nu.11.verſ.quintò lim.ff.de reg.iur.

Alij verò alio modo diſtinxere,& dixere,ꝙ d.§. hæc verba, procedit,quia ibi cenſetur teſtatorem affectionem erga ſubſtitutum geſſiſſe,quæ contra ſubſtituti hæredem non habita dici poteſt,meritò ſi hæres hæredis in d.ſubſtitutione non comprehenditur,Alex.in l.cum filio nu. 2.ver.& eſt ratio.ff. de vulg. & pup.ſubſt.ſi nulla autem affectio magis veriſimiliter in hęrede ſcripto quàm in non ſcripto conſiderari poteſt, tunc hæres hæredis ſub hæredis appellatione venit,Alciat.in l hæredis appellatio,colum.i.verſi.ſed & ſi,ff.de verborum ſignificat.Cagn. in l.qui per ſucceſſionem . numero 6.ff.de regul.iur.& affectionem habere cenſetur,qñ teſtator mentionem de hærede facit ſi facit mẽtionẽ de ſuo, tũc nõ de hærede hæredis intelligitur; ſi de hęrede autem extraneo mẽtionẽ faceret, tũc hæredis appellatione omnes in infinitum comprehẽdũtur per l. ĩ annalibus.C.de legat.& per l.fi.C.de hæred.inſt.& ratio eſt in hoc 2.caſu,nam teſtator nõ primos magis quàm alios cognoſcebat, ꝙ nõ ſic eſt,quãdo de proprijs hæredibus mẽtionẽ facit; nam eo in caſu de primis tantùm hæredib.intelligitur,ad quos teſtator tãtum affectionem habuit,& in hoc 2.caſu loquitur,d.§.hæc autem verba,ita tradit Iaſ in d.§ hæc autem verba nu.6 Alci.in d. l.hæredis appellatio,col.2 in princ.Cagno. in d.l.qui per ſucceſſionem.col.j.ver.quinto lim.

Zuccard autem in d.l.fi.nu.193 in fi.C.de edict.Diu.Had.tol. videtur inter dentes hanc diſtinctionem approbare, tãdem ibi n.195.ver.ſed nec iſta,dicit,ꝙ hæc diſtinctio nõ ſine dubitatione trãſit,per tex.in l.ſi peculium § hæredi,& ꝑ l.ſeruus ſi hæredi. ff.de ſtatu liber.in quibus iuribus ꝓbatur, ꝙ iuſſus dare hæredi, ſatisfit,dãdo hæredi hæredis, & cũ teſtator inſſit hærẽdi debere dari ob eius affectionẽ,qua proſequebatur,inſtituẽdo ẽt eũ, vt ibi perZuccard. Mihi autẽ proculdubio nõ placet illa opinio,ꝙ tex.in d.§.hæc aũt verba,ſibi locũ vẽdicet,qñ de hærede mãtio fit,& ſic de filio ſuo,ſecꝰ eſt,ſi de extraneo:nã tũc ĩ hoc ſecũdo caſu ĩ iñitũ oẽs hæredes cõprehẽdũtur,& neſcio videre, vnde hæc diſtinctio eliciatur,niſi ex doctorũ capricio,& ſic ſine lege ergo erubeſcimus,l.illã C.de collat.cũ ſim.nã equidẽ tex. ĩ d. §. hęc aũt verba,nõ aperit,ꝙ hr̃des ſcripti ſint filij, ſed dicit, quiſquis mihi hæres filio meo ſubſtituo.qui d.§.hæc autẽ verba, cũ generaliter loquatur,generaliter intelligi debet, l. de pretio.ff. de public.cũ ſim.ſi igitur ita intelligatur,ergo in hærede extraneo verificari poteſt,prout etiam tex.in d. §. hęc autem verba, prę ſupponere videtur,vbi vult,ꝙ nec pater,nec dominus ad dictam ſubſtitutionem admittatur, ergo expreſsè ſentit, quòd hæres ſit alterius filius,vel ſeruus alienus,ergo non eſt ſuus, ſed extraneus,& tamen d.§.hæc autem,non vult,quòd hæres hæredis ad dictam ſubſtitutionem veniat,ex quo ex teſtatoris iudicio nõ venit,ergo patet,quòd quando etiã ſit extraneus, hæres hæredis non venit,ergo diſtinctio præallegata non eſt bona, ſed penitus falſa.

Et ſicuti tex.in l.fi.C.de hæred.inſt.in hærede extraneo loqtur,& hæres hæredis ſub antiqua regula venit,& tex.in d §. hæc autem verba,in hærede etiam extraneo loquitur, & tamen hæres hæredis nõ venit,ergo hæc iura remanẽt penitus diſcrepantia,& ꝟria. Zuccard.verò ĩ l.fi.nu.195.verſi.qua de re C. de edict. Diu.Had.tol.ſolutionẽ harum legum affert,& dicit,ꝙ hæredis appellatione hęres hęredis regulariter venit.& in his terminis loquitur Bar.& cõmuniter Doct.in l.fi. C. de edict. Diu. Hadr. tol.ſed in paucis equidem ſpeciebus appellatione hęredis proximus tantum hęres venit,vt puta in ſubſtitutione impuberis facta per hęc verba, quiſquis mihi hęres erit, prout loquitur tex.in d.§.hæc autem verba.

Et hanc ſolutionem expreſsè affert tex.l.ſciendum.ff.de verb. ſigni.& d.l.ſciendum,ſpecialitatis rationem aſſignat,& dicit, ꝙ hæres hæredis eſt incertus,quaſi ꝙ d.l.ſciẽdum, declarare velit, tex.in d.§.hæc autem verba,dum dicit,ꝙ non ex teſtatoris iudicio venit,nam cum ſit incertus, teſtatoris iudicium pupillarem ſubſtitutionem facientis,ſuper eo cadere non potuit, tandem Zuccard.ibi dicit,ꝙ ſuper hac ſolutione cogitetur.

Ego autem quoque dico, ꝙ hæc diſtinctio non dubitatione caret;quia d.l.in annalib hæredes in infinitum comprehendũtur,& tamen legata ibi certæ perſonæ relicta erant,& quoque eius hæredibus,& ſic generaliter & incertis,& tamen hæres hęredis in infinitum venit,ergo non ſequitur, mentio de hærede generaliter fit,& ſic de incerto hęrede,ergo propter hoc hęres hęredis non venit,immo non obſtãte dicta generalitate, & incertitudine hæres hæredis venit,l.in annalibus C de legat. ergo d.l.in annalibus,videtur contraria d.l.ſciendum, & ſic quando putamus Scyllam euitare, in Caribdim incidimus.

Sed tu has leges ita contrarias hoc modo declarare poteris, ſi hanc Zuccardi ſolutionẽ tenere volueris,& dicere, ꝙ d.l.ſciẽdum,procedit,quia illa generalitas,videlicet quiſquis mihi hæres erit,certis in perſonis non verificari poteſt, merito ſi eo in caſu hæres hæredis non venit,ex quo teſtatoris iudicium ad incertas perſonas non extenditur,d.l.ſciendum, & ibi Alci.

Sed in d.l.in annalibus,non illa tantum legata certæ perſonę relicta erant,ſed eius quoque hæredib. & ſic in numero plurali,taliter ꝙ ex teſtatoris iudicio omnes hæredes in infinitum veniunt.vt ibi in d.l.in annalibus,dicitur, vbi Alexan. & cæteri ſcribentes,Barto.in l.j.colum.pen.ff.de conſt.princip. Plot. in l. ſi quando.num. 847.C.vnd.vi.meritò ſi hæredis appellatione, eo in caſu omnes hæredes in infinitum comprehenduntur.

Sed Crau.conſ.155.nu.6 dicit declarando id dictum,hocq́ue reſtringendo,ꝙ ſi teſtator filiam & eius hęredes vocaret,& tũc hęredis appellatione omnes eius deſcendentes tantum in infinitum veniunt,ſed ſi teſtator diceret,& quoſcũque hæredes, & tunc omnes etiam extranei hæredes propter illam vniuerſalitatem comprehenduntur, vt ibi per Crau.

Solutio autem harum legum non mihi equidem difficilis videtur,ſi rationes dictarum legum rectè inſpiciantur, prout quilibet prudens iuriſconſultus facere debet,cum legum ratio illarum anima ſit,a qua tota illarũ uis dependet,l.a Titio.ff.de verbo.oblig.cum ſim.quare pro enucleatione dictarum legum dico ſic,ꝙ in tex.l.cum filio,& in l.qui liberis.§.hæc autem verba. ff.de vulg.& pupilla.ſubſt.hæres hæredis ad ſubſtitutionem nõ admittebatur; qa teſtator filio ſuo impuberi ſubſtituerat,& dixerat,quiſquis ſibi hęres erit,ergo vt quis ad ſubſtitutionẽ vocetur,neceſſe eſt,ꝙ conditio prius ĩ illum verificetur,videlicet ꝙ ex teſtamento iuxta teſtatoris voluntatẽ hæres ſit, l.cedere diẽ. ff.de verb.ſign.quæ in teſtamenti interpretatione primum locum obtinet,l.in conditionibus,in princip.ff.de condi & dem. & totum facit,l.ex facto.la ſecunda.§ rerum autem italicarum, ff.de hæred.inſt.l.ſi mihi & tibi.§.fin.ff.de leg.j.ſi teſtatoris volũtas in teſtamentis prænalet & teſtator velit, ꝙ quiſquis ſibi hæres erit,ad ſubſtitutionem admittatur, hęres hęredis nõ in prædicto caſu erit teſtatoris hæres,non verificata in j.hærede cõditione,nec addictam ſubſtitutionem ex teſtatoris iudicio vocatur, meritò ſi ad dictam ſubſtitutionem non admittitur, vt in dictis iuribus expreſse dicitur.

At in d.l.in annalibus, hęres hęredis in infinitum ex teſtatoris iudicio venit; quia dicta legata, & fideicommiſſa certæ perſonæ non tantum erant relicta,ſed quoque hæredibus hęredis, & ſic ergo hæredes hæredis ex teſtatoris iudicio veniunt, vt in d.l.in annalibus,legitur,& ibi ſcribentes:ſi verò dicta legata certæ perſonę fuiſſent relicta,& non fuiſſet adiectum:& eius hęredibus:& tunc hæredes hęredis nõ ex teſtatoris iudicio venirẽt, meritò ſi ad dicta legata & fideicommiſſa non admitterentur.

Similiter.l.fin.C.de hæred.inſt.ibi.hæres heredis ex teſtatoris iudicio venit;nam legitur ibi teſtatorem Sempronium ſibi inſtituiſſe,ſi ipſe teſtator hęres Plocij extiterit, at niſi mediãte ſua perſona Sempronius ex iudicio teſtatoris ad Plocij hæreditatẽ ſuccedere non poteſt,neceſſe eſt ergo, ꝙ Sempronius tãquam hæres Plocij mediante teſtatoris perſona ad hæreditatem Plocij veniat,cum non alio modo ex teſtatoris iudicio venire poteſt,vt in d.l.fin.dicitur,ecce ergo,ꝙ hęres hęredis in inſtitutionibus,legatis,fideicommiſſisq; non venit,niſi ex teſtatoris iudicio veniat,ergo & prædictæ leges non ſunt ad inuicem contrariæ,& diſcrepantes,immo comformes ſunt, ſi ratio illarum recte reſpiciatur,cum oẽs ſemper ad idem tendant, vt ſ.deduxi.

Non obſtat tex.l.ſi peculium.§.hæredi.& l.ſeruus ſi hr̃di.ff.de ſtat.liber.nã ibi per ſolutionẽ non tm̃ hæredi factam, at hęredi hæredis primo hærede defuncto,ille ſeruus liber effectus fuit, & liberatur,prout etiam dicit Cagnol.in l. qui per ſucceſſionẽ, nu.5.ff.de reg.iur.& ibi non tam ſuæ libertatis fauore procedit, ſed & tum quoque ex teſtatoris voluntate, videlicet ꝙ ſolutio non ſolum hæredi,ſed hæredi hęredis fieri poſſit, vt colligitur in d.§.hæredi,ibi in illo verſ.ſed ſi hoc ſenſit teſtator, etiam in

legatario

Source : BIU Cujas

legatario idem dicēdum eſt ergo præſupponit d.§.hæredi, ꝙ ſolutio ex teſtatoris voluntate a manumiſſo fieri poſſit, non tantum hæredi hæredis, & ita eſt etiam intelligēda d.l.ſeruus ſi hæredi, cùm vna lex ab alia declarationē recipiat, l. non eſt nouū. ff. de legi. ergo ſemper per dicta oīa iura præallegata comproba tur, ꝙ hęres hęredis non venit, niſi ex teſtatoris iudicio veniat, vt in dictis iuribus præallegatis expreſsè dicitur.

Nec dictis iurib. obſtat, l. hæredis appellatio. ff. de verb. oblig. nam illa lex, impropriè & ſub lata ſignificatione intelligitur, videlicet ꝙ hæredis appellatione omnes hęredes veniant, vt in d. l. hęredis appellatio, dicitur, ſed dico, ꝙ hæredes impropriè veniunt, ſi in fauorabilib. caſib. ſimus, vt eſt præſens remedium. l. fi. C de edicto D. Hadr. toll. vt aliàs ſuprà tetigi. meritò, ſi tunc ſub hæredis appellatione hæres hęredis veniat; nam quando legis diſpoſitio eſt fauorabilis, eſt amplianda ad caſum, qui ſub lata verborum ſignificatione comprehendi poteſt, iuxta regulā odia reſtringi, fauoresq; ampliari conuenit, in 6. Corn. cōſ. 172. colum. 5. in prin. li. 2. attēto, ꝙ id remediū ad hęredes eſt tranſmiſſibile, Zuccard. in l. fin. nume. 196. C. de edicto D. Hadriani toll. ergo hæres hæredis non ex ſua perſona veniens, ſed tanquā hæres primi hæredis teſtatoris, & ſic tunc etiam propriè venit, licet mediante perſona primi hęredis venit, Cagno. in l. qui per ſucceſſionē, nu. 11. verſ. quartò limita. ff. de reg. iur. meritò, ſi tūc eo in caſu remedium hoc hæredi hæredis competit, vt s̄. dixi.

Si verò quando ſimus in materia ſtricta, odioſaq;, prout eſt ſubſtituto, vt dicit Alex. conſ. 59. num. 5. vſque ad finem conſilij, lib. 3. Iaſ. in l. fi. num. 4. C. de hær. inſtitu. Dec. conſ. 636. nume. 6. in fin. & ſeq. Ruin. conſ. 53. num. 4. verſ. ſed his omnib. & nu. 8. lib. 2. Pariſ. conſ. 31. num. 19. & ſeq. & num. 27. lib. 2. & ob eius reſtrictionem ſolet dici, hoc caſu ſubſtitutio nō loquitur; ergo nō facta cenſetur. Rub. conſ. 144. num. 3. Pariſ. conſ. 41. num. 24. lib. 3. Dominus meus Soc. Iun. conſ. 155. num. 6. li. 2. ſed ſic eſt, ergo eo in caſu hæredis appellatione hæres hęredis non comprehēditur, tanquam materia odioſa, ſtrictaq; ue; & prout loquitur d. l. cum filio, dicto §. hæc autem verba, d. l. ſciendū, niſi hæres hæredis ex teſtatoris voluntate veniat, vt dicit d. l. in annalibus, & l. fi. C. de hære. inſt. & d.§. hæredi, & d. l. ſeruus ſi hæredi, vt ſuprà oſtendidi. ecce igitur, ꝙ ſi Doctores intimos legum & nō verborum cortices inſpexiſſent, dubio procul nō ita elaboraſſent, & non tot membranas denigraſſent, cum oculata inſpectione omnes prædictæ leges non ſint diſcrepantes, & ad vnam citharam ſonant & in ratione penitus concordantes ſunt, vt ſuprà dixi & ſatis plenè, & rectè demonſtraui.

178 ¶ Et quoque remedium † l. fin. C. de edicto D. Hadriani toll. non tantum hæredi hæredis ex teſtamento primo hæredi ſuccedenti competit, ſed ipſi quoq; hæredi hęredis primo hæredi ab inteſtato ſuccedenti datur, cum ad id remedium non ex perſona ſua veniat, ex primi autem hæredis perſona tantum venit; iō non curatur, an primo hæredi ex teſtamento, vel ab inteſtato ſuccedat, dummodo primus hęres ex teſtamento teſtatori ſucceſſerit, & præſertim cum id remedium ad hæredes tranſmiſſibile ſit, l. j. §. hoc interdictum, ff. quorum leg. ſed ſic eſt, ergo hæredi hęredis ab inteſtato etiam primo hæredi ſuccedenti competit, dummodo primus hæres ex teſtamento teſtatoris prædefuncti extiterit, Zuccar. in l. fi. nu. 196. C. de edicto D. Hadr. toll.

Sed tu contra hanc concluſionem, ſic fac argumentum, & dic, ꝙ aut primus hæres teſtatoris hæreditatem defuncti adiuit, vel non. ſi adiuit, ergo non illa amplius hęreditas teſtatoris præ defuncti dicitur, ſed ipſius tantum hæredis patrimonium cenſetur. l ſed ſi plures. §. ſi filio. ff. de vulg. & pup. ſubſt. no. in l. j §. ve teres ff. de acquir. poſſ. Iaſ. in l. fin. num. 11. C. de edicto D. Hadr. toll. Rip. in l. filiusfamilias. §. diui, nume. 56. ff. de leg. j. Dec. conſ. 655. num. 34. Pariſ. conſ. 20. num. 1. lib. 2. ſi illius patrimoniū eſt, qui adiuit fruſtrà igitur hæres hæredis petit ſe immitti in bono rum poſſeſſionem hæreditariorum teſtatoris prædefuncti, cū non entis nullæ ſint qualitates. l. eius qui, ff. ſi certum petatur. & ceſſante ratione hęreditatis teſtatoris ob primi hæredis additionem; ergo & diſpoſitio d. l. fin. ceſſare debet, cap. cum ceſſante, de appella. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr. ergo remedium d. l. fin. hęredi hęredis non competit.

Si autem hæres teſtatoris non hæreditatem illius adiuit, iura hr̄ditaria ad hæredes ſuos tranſmittere nō potuit regulariter l. quoniam ſororem, vbi Bar. Alex. & alij Scribētes, C. de iure delib. Pariſ. conſ. 40. nu. 10. lib. 3. niſi ipſe intra annum, qui ad deliberandum ſibi datur, ſciens hæreditatem ſibi eſſe ex teſtamento delatam decedat: nam tunc ipſe reſiduum tempus deliberādi ad ſuos hæredes tranſmittit, l. cum antiquiorib. & ibi Doct. C. de iur. delib. vel niſi tranſmittens de liberis ſit; nā tunc ad quoſcunq; hæredes etiam extraneos tranſmittit, ſm crebriorem, & veriorē Doct. opin. vt per Dominum meum Soc. Iun. conſ 119. nu. 14. & plurib. ſeq. lib. j. quamuis nonnulli dicant neceſſarium eſſe, ꝙ hęres ſit de liberis, & ad quos hęreditatē trāſmittit, quoque de liberis ſint, Guid. Pap. q. 909. Rub. conſ. 8. nu. 4 Gramma. deciſ. 103. nu. 45. tamē opin. Domini mei Soc. Iun. vt s̄. mihi magis placet, rationib. vt ibi per eum allegatis: ſi hæres ergo ſit extraneus, ſumus in regula prædicta, videlicet, ꝙ hæres non adita hęreditate iura hæreditaria ad hæredes non tranſmittit, & ſucceſſiuè nec ius petendi in poſſeſſionem immitti. meritò ſi ipſi hæredi hęredis eo in caſu remedium d. l. fin. non competit.

Verùm his non obſtantibus, non recedas a prima opinione iam firmata, & reor, primam rationem dicti argumēti, nihil primæ concluſioni, ut s̄. firmatę obſtare: nam eidem vnico verbo reſpondeo, & dico, non hanc valere conſequentiam, hæres hæreditatem adiuit, & poſt additionē hęreditas patrimoniū adeūtis fit. ergo remedium d. l. fin. hęredi hęredis non cōpetit, & falſitas dicti argumenti comprobatur; nam per hęreditatis additionem hęres dominium reum hæreditariarum conſequitur, ſed poſſeſſionem illarum minimè, cum illa fit facti, niſi corporaliter apprehendatur. l. cum hęredes. ff. de acquirend. poſſ. Iaſ. in d. l. fin. num. 9. Rip. in l. j. §. ſed quoties, nu. 6. in fi. ff. ad Treb. Dominus meus Soc. Iun. conſ. 18. nu. 24. lib. 2. ſi poſt ergo additionē neceſſaria ſit poſſeſſionis apprehenſio; ergo remedium adipiſcendæ hęredi hęredis competit pro adipiſcenda poſſeſſione.

Et hęc concluſio fortificatur, nam videmus, ꝙ ad hoc, vt primo hęredi hoc competat remedium, neceſſe eſt, ꝙ hæreditatē adiuerit, quæ aditio ſolo animo fit, in petendo ſe in bonorum poſſeſſionem immitti, iuxta d. l. fin. vt s̄. dixi, in illo articulo, dū diſputaui, an ſit neceſſe vltra teſtamenti exhibitionem hæreditatis additionem probare ubi plenè ibi dixi. ſi hęreditatis aditio ſit neceſſaria ad hoc, vt tale remedium hæredi competat. ergo ſequitur, ꝙ allegata argumenti conſequentia in contrariū adducti penitus eſt falſa; ergo hęredi hęredis ex primi hęredis perſona ad hanc hæreditatem venienti remedium id adipiſcendæ competit, ad conſequendam poſſeſſionem bonorum hæreditariorum teſtatoris prædefuncti, vt s̄. in concluſione dixi, niſi primus hęres iam ſua in vita poſſeſſionem adeptus fuiſſet, & deinde a poſſeſſione cecidiſſet; nam ſecundus hęres ex primi hæredis perſona, & iure veniens, vt ſuprà ſæpius in concluſione dixi, dictum remedium ei non competit, cum non ei concedatur, qui a poſſeſſione cecidit, §. adipiſcendæ, ver. ſi itaque. Inſt. de interd. Iaſ. in l. fin. num. 9. & 11. Dec. num. 4. in fin. & Zuccard. num. 198. C. de edicto D. Hadr. toll.

Si primus autem hæres hęreditatem non adiuerit, & hæres ſit extraneus, in prędicta regula ſimus, & tunc profectò nulli dubium erit, hoc remedium eidem non competere, cum ſecūdus hęres ex primi hęredis perſona veniat, & non ex ſua perſona. meritò ſi primo hęredi (non adita hęreditate) nō id remediū competit, Zuccard. in d. l. fin. num. 170. & vt aliàs ſuprà tetigi; ergo nec huic ſuo hęredi ſecundo competit, ne ſecundus melioris ſit conditionis, quàm primus, quod eſſe non debet, per text. in l. fi. §. ſi creditor, ad Velleia ergo ex his neceſſariò concludo, hoc remedium dict. leg. fina. hęredi hæredis in hoc caſu non competere.

Sed ſi eſſemus ī vno caſu dictarū fallentiarū, videlicet, ꝙ hr̄ditas non adita ad ſuos hr̄des tranſmittat̄, & tūc quoq; arbitor, eo in caſu hr̄di hr̄dis id remediū dare, cùm hr̄s hr̄dis iura hr̄ditaria, dominaq; bonorū hr̄ditariorū ex primi hr̄dis ꝑſona hēt, d. l. cum hęredes, & ibi Scribentes ergo ad conſequendum corporalem poſſeſſionem remedium adipiſcendę eidem cōpetit, & conceditur, ex quo dictum remedium ad hęredes eſt tranſmiſſibile, d.§. hoc interdictum, & vt ſuprà dixi, igitur &c.

179 ¶ Et † quamuis non deſunt, qui exiſtimarunt, ꝙ ſi primus hęres defuncto ab inteſtato ſucceſſiſſet, ſi ſecundus hęres hęredis ex teſtamento primi hęredis confecto, primo hęredi ſuccederet, quod id remedium eidem competeret, ad conſequendum poſſeſſionem bonorum hęreditariorum illius, cui primus hęres ſucceſſit; Bald. in l. j. col. j. verſ. pone ergo, ff. de pet. hęred.

Curt. autem in l. fin. nu. 53. C. de edicto D. Had. tol. de hoc dicto valde dubitauit, & Zuccard. ibi num. 197. reprehendit dictū Baldi, & dicit, illud procedere hęreditatis reſpectu huius primi hęredis, cui ex teſtamēto ſucceſſit, ſi dicta bona hęreditaria hęres tempore eius mortis poſſedit, vel detinuit: ſi ſecundus autē hęres ex teſtamento primi hęredis, qui primo defuncto ab inteſtato ſucceſſit, velit, tanquam bona primi defuncti hęreditaria in poſſeſſionem immitti, nullo equidem modo poteſt, cùm id remedium ſuccedenti ab inteſtato non conceditur, vt ſupra dixi, & ſicuti primo non competit, ergo nec huic ſecundo competeret, cùm iſte hęres hęredis non habeat, niſi ea iura, quæ primus hæres habebat, & ſi primus non habet id ius adipiſcendæ; ergo illlud in ſuum hęredem non transferre potuit; quia nemo dat quod non habet. l. traditio, ff. de acquiren. rer. domi. l. nemo plus iuris, ff. de regul. iur.

Et id conuenit, ne ſecundus hæres melioris conditionis ſit, quàm primus, l. fi. §. ſi creditor, ff. ad Velleianum. ergo ex his neceſſariò concluditur, dict. remedium hæredi hæredis in dicto caſu non competere, & licet Zuccard. in dicta l. fin. num. 197. in fin. dicat, Bal. auctoritatem eſſe magnam; tamen ibi concludit, illum malè loquutum fuiſſe, niſi declaretur eo modo, & eo in caſu, vt dixit ſuprà, cui opinioni ego quoque annuo, & dico, Baldum perperam, & malè loquutum fuiſſe, rationibus præallegatis,

Source : BIU Cujas

legatis,& de auctoritate Bald. quamuis illa ſit magna; tamen in hoc nihil curandum eſt, cum contra iura apertiſſima,& tam cõ tra perſpicuam rationem præallegatam loquatur; nam Docto rum auctoritas non legi præualet, immo ab ea depẽdet, & eru beſcimus, cum ſine lege loquimur, l. illam, C. de collat. cum ſi mil. igitur &c.

180 ¶Si † hæres in re certa inſtitutus ſit, hærede vniuerſali dato, non eidem regulariter competit beneficium, l. fin. C. de edicto D. Hadr. toll. & ratio eſt; quia dictus hæres legatarij loco habe tur, l. quoties, C. de hæred. inſtitu. tum quia etiam iura actiuè & paſſiuè non in eum tranſeunt, D. meus Soc. Iun. conſi. 10. num. 2 lib. j. & hæc opinio principalis fuit glo. in d. l. fin. in verbo, Ex parte. quæ a Doct. ibi communiter recipitur: & maximè per Alexand. ibi num. 6. in fin. Rip. in l. j. num. 16. ff. quorum bono rum. Pariſ. conſ. 54. num. 8. & conſi. 74. nume. 41. libro 3. Practi. Pap. in form. libell. quo pet. hæred. ex teſtamen. in glo. in omni bus, nume. 1. Et quamuis hæc opinio a Curtio Iun. in d. l. fin. ibi num. 38. & ſeq. reprobetur: tamen pulchrè a Zuccardo ibi defen ditur, reſpondendo omnibus particulariter obiectionib. Curt. Iuni. ad quem ob eius rationes me remitto, cum in fonte vi deri poſſit.

Si nullus autem hæres vniuerſalis a teſtatore in teſtamento datus ſit, ille tunc in re certa inſtitutus, loco hæredis vniuerſalis eſt, l. j. §. ſi ex fundo, ff. de hæred. inſtitu. l. cohæredi, §. fi. ff. de vul ga. & pupilla. ſubſt. Alexand. conſ. 98. num. 10. libro 2. ſecundùm crebriorem Doct. opinionem. vt per dominũ me um Soc. Iun. conſ. 10. num. 16. libro j. & hoc eſt, ne teſtator pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedat, vt l. ius noſtrum, ff. de regu. iur. nec equidem teſtator facere poteſt, quin leges ſuo in teſtamen to habeant locum, l nemo poteſt, & ibi doct. ff. de leg. j.

Et hac ratione, hæres re in certa inſtitutus per ius accreſcen di vniuerſalis hæres fit, Pract. Pap. in form. libell. quo pet. hæred. ex teſtamen. in glo. in omnibus, num. 3. Ripa in l. Centurio, nu. 95. verſicu. videmus, ff. de vulg. & pupilla. ſubſt. Dominus meus Soc. conſi. 111. num. 5. & pluribus ſequẽ. libro j. quod ius accre ſcendi ex tacita teſtatoris voluntate obuenit, ſecundùm rece ptiorem Doct. opinionem, vt per Cagnol. in Rubri. C quando non pet. par. num. 21. & ſeq. & per Dominum meum Soc. Iun. conſi. 139. num. 23. & ſeq. libro j. hæredi vti que vniuerſali id da tur remedium; ergo & in hoc quoque caſu huic in re certa in ſtituto competit, glo. in d. l. fin. in verbo, Ex parte. & ibi Decium poſt Scribentes num. 23. verſ. primus, & Zuccard. ibi quoq; nu mero 159. verſ. fallit primò, Aretin. in §. quadrupli, numero 28. prope fin. Inſtitu. de actio. Alexand. in l. quoties, colum. 3. verſi. pro hoc, C. de hæredibus inſtitu. Pract. Pap. in form. libell. quo pet. hæredi. ex teſtam. in glo. in omnibus, num. 3. & ſequen.

Vel & hærede vniuerſali quoque dato, ſed hæreditate repu diante, & huic tunc in re certa inſtituto hoc beneficium con ceditur, ex quo tota ſibi hæreditas accreſcit, ſecũdum crebrio rem Doctor. opinionem, vt dicit Alexand. in d. l. quoties, colũ. 3. in princip. Sal. in d. l. fin. num. 5. Iaſ. num. 7. verſ. breuiter veri tas, Dec. num. 23. verſ. primus, & Zuccard. nume. 159. verſ. tertiò fallit, Aret. in d. §. quadrupli, num. 28. in fine.

Et hæc opinio non ſolùm procedit, ſi hæres vniuerſalis hæ reditatem repudiat, verùm & quoque ſi hæreditate non adita decedat; nam tunc rei mentione detracta, ille inſtitutus in re certa loco hæredis vniuerſalis ſuccedit, d. §. ſi ex fundo, & p cõ ſequens, hoc eidem remedium datur, Pract. Pap. in form. libell. quo pet. hæred. ex teſtam. in glo. in omnibus, num. 3.

Sed Iaſ. in d. l. fin. num. 7. prope fin. contra hanc concluſionẽ ſic argumentatur, & dicit, remedium huius. l. fin. hæredi ſcripto competit, vt colligitur in d. l. fin. in verbo oſtenderit. & expreſsè dicitur in Rubr. & in l. 2. C. de edicto D. Hadr. toll. ſed ſic eſt, hæ res re in certa in teſtamento inſtitutus, non legitur, quod hæres vniuerſalis, ſed particularis tantum ſit; nam legitur illud, quod oculis corporeis ſine interpretatione in teſtamento videri po teſt, l. j. ff. de his, quę in teſtamen. delen. Dominus meus Soc. Iun. conſi. 131. num. 72. & ſeq. lib. j. ergo non hoc eidem remedium competit. Et quamuis Iaſ. ibi a communi nõ recedit; quia dicit, quòd oportebit, vt ille in re certa inſtitutus probet, hæredẽ vni uerſalem repudiaſſe hæreditatem, vel abſq; hæreditatis aditio ne defunctum fuiſſe, vt ibi latiùs per eum, & vt aliàs dixi ſuprà, non tamen propter hoc obiectioni contrariæ reſpondet.

Sed ego equidem huic argumento vnico verbo reſpondeo, & dico, quòd inſtitutus in re certa non hærede vniuerſali dato, vel dato, & hæreditatem repudiante, vel mortuo non hæredi tate adita, teſtatoris voluntate (detracta rei mentione) hæres vniuerſalis eſt, dicto §. ſi ex fundo. nam ius accreſcendi ex tacita teſtatoris voluntate prouenit, ſecundùm communem Doc. opinionem, vt per Cagnolum in l. vnica, numero 21. C. quando non pet. part.

Et id iuri conuenit, ne teſtator pro parte teſtatus, & pro par te inteſtatus decedat; nam eſſet contra leg. ius noſtrum, ff. de re gulis iuris ſi ex teſtatoris ergo voluntate ex verbis in teſtamen to expreſſis deprehendatur, illum eſſe hæredem vniuerſalem, ergo ille caſus non cenſetur omiſſus, ſed in teſtamẽto ſcriptus; nam illud omiſſum nõ dicitur, quod ab aliquo verbo expreſ ſo, vel ſubſequenti veniat, Iaſ. in leg. cum res, numero 18. ff. de legat. prim. Zuccard. in dict. leg. fin. numero 189. verſic. pro qua, & numero 190. verſicu. ad quintum, Curt. Iun. conſilio 121. numero 11. Pariſ. conſilio 16. numero 24. libro 3. Dominus meus Soc. Iun. conſilio 8. numero 12. libro 2. Crau. conſilio 130. numero 7. & conſilio 62. numero 14. cumq; voluntas iſtius ſcri pta, quæ colligitur, ex præcedentibus, vel ſubſequentib. verbis, in teſtamento inſertis, magis quam verba attenditur, aliàs ſi ex dictis verbis non comprehendatur, ſecus eſt, Ripa poſt Doct. in leg. hæredes mei. §. cum ita, numero 34. & ibi etiam Torniel. numero 63. ff. ad Trebell. Cagno. in leg. j. numero 53. C. de pact. Dec. conſilio 15. num. 6. & conſi. 514. colum. fin. verſic. vltimo, Ruin. conſ. 179. numero 7. in fin. libro 2. Pariſ. conſi. 35. num. 13. & conſi. 66. numero 12. libro 3. Curt. Iun. conſ. 121. num. 11. Rub. conſilio 68. numero 2. verſicu. præmiſſis, Dominus meus Soc. Iun. conſ. 1. numero 27. & conſilio 78. numero 32. & ſequen. libro 3. ſi voluntati igitur ſcriptæ ex teſtamento collectæ attendi tur, & non hærede vniuerſali dato, vel dato, hæreditatemq; re pudiante comprehenditur (in his caſibus) teſtatorem voluiſ ſe, illum in re certa inſtitutum ſuum eſſe hæredem vniuerſalẽ, rei mentione detracta, dicto § ſi ex fundu, & Scribentes com muniter in dict. leg. quoties. ergo iſte in re certa inſtitutus, tunc hæres vniuerſalis in teſtamento ſcriptus cenſetur: & ſic ergo p hærede vniuerſali legitur, cum ex teſtamenti verbis comprehẽ ditur, illum eo in caſu eſſe hæredem vniuerſalem inſtitutum, gloſ. eſt in leg. j. in verbo, Extrinſecus, ff. de his quæ in teſtamen. delen. ſi hoc modo oculata teſtamenti inſpectione legatur, il lum hæredem eſſe vniuerſalem; ergo eidem remedium dict. l. fin. competit, & ita Iaſonis argumentum euacuatur in contra rium adductum, ita quoque ad contraria reſpõdet Dec. in dict. leg. fina. numero 24.

Et quamuis Zuccard. in dict. leg. fin. numero 163. dicat, quòd Decij reſponſio non dubitatione caret, per ea, quæ tradit Fel. in capitu. tranſlato, de conſt. Iaſ. in leg. ait prætor, numero 6. & ſe quen. ff. de noui oper. nunc.

Sed ego reſpondeo, & dico, quòd Fel. & Iaſ. loquuntur, quan do diſpoſitio contra ius commune ſit, & in odioſis ſimus; nam tunc lex aliquid expreſsè requirẽs fieri, pariter requiritur, quòd mentio fiat ſpecialis, & expreſsè, & non per coniecturas, vt ibi per Fel. & Iaſ. ſed nos in præſenti articulo propoſito ſumus in caſibus, qui non contra ius commune ſunt, ſed ſecundùm ius commune, videlicet, quòd hæres particularis non hærede vni uerſali exiſtente, vel exiſtente, & hæreditatem repudiante, & ſic de ſimilibus, loco hæredis vniuerſalis ſuccedit, vt ſuprà teti gi, & ſumus in caſu fauorabili, in quo de modico tractatur præ iudicio, vt dicit Dec. in loco allegato vt ſuprà, ſed in fauorabili bus legis diſpoſitio ampliatur, & ſub illa omnis caſus compre henditur, qui ſub lata verborum ſignificatione venit, iuxta re gulam, odia, de regulis iuris in ſexto. Cornel. conſilio 172. co lum. 5. in princip. libro 2. Zuccard. in dict. l. fin numero 167. verſ. ſecundo. meritò ſi hæres particularis in prædictis caſibus loco hæredis vniuerſalis ſuccedens, hæres vniuerſalis dicatur.

Cumque in teſtamenti interpretatione illud ſemper expreſ ſum dicatur, quod ex verbis præcedentibus, vel ſubſequentibus colligitur, Iaſ. in dict. leg. cum res, numero 18. & alij Doct. ad id propoſitum vt ſuprà præallegati, & teſtatoris tunc voluntas, & non verba attenditur, vt dicunt commemorati patres *in locis* præallegatis vt ſuprà.

In hancq; reincidit quoque opinionem Zuccard. *in* dict. leg. fin. numero 162. vbi vult, quòd omnis extrinſecus ex ipſa litte ra, vel ex vi ipſius litteræ legi poteſt, in teſtamento dicitur ex preſſus, & ſcriptus, iuxta glo. in dicta l. j. quòd enimuerò nihil a liud eſt dicere, niſi illud, quod ipſe Dec. *ibi* dicit; ergo Decius in hoc a Zuccardo non merebatur reprehendi, & ſic ſolutio dicti argumenti prius fuit Decij, quàm Zuccardi, licet Zuccard. ſibi illam aſcripſerit, hancq; ſolutionem intra dentes ſentit Iaſ. in d. leg. finali, numero 12. Zuccard. poſt alios doct. ibi in loco vt ſu prà allegato, Corn. conſ. 172. columna 5. libro 2.

181 ¶Et † nonnulli quoque cenſuere, quòd id remedium hære di in re certa inſtituto concedatur, hęrede vniuerſali dato, non hæreditate adita; nam ſi hæres vniuerſalis non hæreditatem adiuerit, illa inſtitutio tunc naturam vniuerſalis inſtitutionis ob ſpem iuris accreſcendi ſapit, cuius virtute remedium hoc ſi bi competit, Barto. in leg. finali, numero octauo. C. de edicto D. Hadria. tollen. tamen communiter ibi eſt reprobatus, vt di cunt Ange. in dict. lege fina. columna prima. verſiculo in gloſſ. 4. & etiam Sal. ibi numero quinto. Alexand. numero 6. in fin. Iaſo. numero 7. verſiculo gloſſ. in verbo, Deci. numero 23. verſiculo ſed contrarium, & Zuccard. numero 159. verſiculo fallit ſecundò. Aretin. in §. quadrupli, numero 28. prope fin. Inſtitu. de actio. Alexand. in dict. leg. quoties, numero 7. & hæc opinio in puncto iuris eſt verior, vt etiam dicit Rip. in leg. prima. numero 18. ff. quor. legat. ratioque in promptu eſt: nam nõ

delibera-

Source : BIU Cujas

deliberatione per hęredem vniuersalem interim facta, an hæreditatem adire velit, vel repudiare, non est hæres vniuersalis ille hæres particularis in re certa institutus per ius accrescēdi, cum tale ius à futuro dependeat euentu, qui nihil in esse ponit, l. si quis sub conditione. ff. si quis omiss. caus. testa. sed sic est, ergo non sibi nullo modo hoc remedium eidem competit, nā verba d.l.fi.non ei conueniunt, cum tantum in hærede scripto loquantur, cui remedium d.l.fi. competit, iste non est scriptus, nec per ius accrescendi fit, pendente adhuc deliberatione per hæredem vniuersalem fienda. ergo patet, ꝙ verba d.l.fi. ei non conueniunt, ergo nec eius dispositio. l.4.§.toties.ff.de dam.infecto. & quamuis dictus hæres re in certa institutus non habeat interim à manu cuius capere possit, hoc nihil refert, nam & quoq; legatarius per hæredem non hæreditate adita, non habet à quo suum capiat legatum, & tamen non ei hoc competit beneficium, Zuccard.in l.fi.num.159.versi.fallit secundo, in fin.C.de edicto D. Adria.tollen.

182 Si † quis autem in re incerta hæreditaria institutus sit, sed nō in tota hæreditate, vt puta in tertia hæreditatis parte, tunc proculdubio beneficium d.l.fi. eidem competit, Cagn. in l. qui per successionem, nu.7.ff.de reg.iur. nam eo in casu verba d.l.fi. cōueniunt, ibi, ex parte institutus: ergo & eius dispositio dicto §.toties.

183 Pleriq; quoq; censuere, ꝙ † quando filius sua in legitima institutus sit, ꝙ tunc ipsi filio pro consequenda possessione legitimæ suæ beneficium d.l.fi. competit, Bal.in d.l.fi.num.38. Rip.in l.j.nu.16.& seq.ff.quor.bon. à qua opinione ego valde dissentio, nam legitima est quota bonorum, & non hæreditatis pars, ex quo ære alieno deducto filio debetur, l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. testam. secundùm crebriorem doct. conclusionem, vt dicit Alex.in l.ita tamen, §. si patronus, num.2.ff.ad Treb. Iaſ.in auth. nouissima, nu.3.C.de inoff.test. Rip.in l.j.nu.17.ff.quorum bon. dominus meus Soc. Iun. consi. 124. nu. 10. lib. 2. neq; in hūc filium in sua legitima institutum iura hęreditaria actiuè, & passiuè transeunt; quia illa (deducto ære alieno) filio debetur, d. §. quarta. in hærede autem vniuersali, vel particulari in re incerta hæreditaria instituto nō sic est, Aret.in §. actionum autem, nu. 99. Inſti. de act. dominus meus Soc. Iun. consi. 107. nu. 26. lib. 3. Crau. consi. 109. nu. 7. & seq. sed sic est, ergo in legitima institutus non potest dici, ꝙ sit hæres scriptus, ergo beneficium d. l. fi. eidē filio non conceditur; nam hæredi tantum scripto in tota hæreditate, vel in incerta hæreditatis parte competit, vt in d.l. fi. ibi, ex alle vel ex parte institutus, iste filius nō est in tota, nec in parte institutus, cum legitima sit bonorum quota, & non hæreditatis pars, ergo ei hoc beneficium d.l.fi. non datur.

Præterea, si legitima (deducto ære alieno) debeatur, dicto §. quarta. necessarium igitur est, ꝙ omnia bona depositata, & per testatorem tempore eius mortis detenta deducantur, & si hoc fit. sequitur ergo, ꝙ verba d.l.fi. ei non conueniunt, cum hæredi vniuersali id remedium datur, etiam pro bonis depositatis, detentisq; per defunctum tempore eius mortis, d.l.fi. ergo & eius dispositio filio non competere debet, d.§.quoties. & propterea ex his rationibus concludo, beneficium huius l.fi. filio pro consequenda eius legitima non competere, Alexan.in l.fi.nu. 6. C. de edicto D. Adr. tol. cuius opinionem simpliciter sequitur ibi Iaſ.nu.7.in fi. Dec.nu.24. prope fi. & Zuccar. ibi quoq; post alios Scribētes, nu.163.& seq. Bal. in l. incerti, nu.12. C. de interd. Aret. in §. actionum autem, nu. 99. & ibi etiam Iaſ. nu. 216. & 227. Inſti. de act. Crau. cōs. 109. nu. 5. ex quibus patet hanc esse receptissimam, veriorem q; doct. conclusionem, & in hoc id remediū ab hæreditatis petitione non differt, vt ex auctoritatibus doct. præallegatis perspicue deprehenditur.

Et quo ad remedium istud hæc quoq; opinio ex alia ratione comprobatur, nam legitima à causa intestati initium sumit, & ab ea regulatur, glos. est communiter approbata in l. Papinianus. §. vnde quis, in verbo, Sextans, ff. de inoffic. test. dominus meus Soc. Iun. consi. 67. num. 61. & seq. lib. 2. subdens ibi Soc. Iun. quòd hinc dicitur, legitimam tantum his qui ab intestato veniunt deberi.

Et hac ratione, si pater certum quid filio relinquat, iubendo illi talis relicti contentum esse, nō obstante hac prohibitione filius supplementum legitimæ suæ petere potest, §. cæterùm, in auth. vt cum de appell. cognoscit. dominus meus Soc. Iun. consi. 25. nume. 10. lib. j. si contra igitur testatoris voluntatem filius legitimę supplementum petere potest, & legitima ab intestato & à causa intestati initium sumat, & ab ea regulatur, & sic filius in legitima ab intestato quoq; succedat, vt supra dixi. meritò si filio in legitima instituto hoc beneficium dictæ l.fi. non competat, cum succedenti tantum ex testamento, & non ab intestato datur, vt supra in prin. huius tractatus dixi.

Nec prædictæ opinioni obstat l.2.§. si quarta, ff. fam. ercis. per quem mouebatur Bal.in d.l.fi.in contrarium allegatus; nam dico, ꝙ licèt ibi arrogatus, pro cuius quarta actio sibi vtilis familiæ erciscundæ competat, non tamen propter id sequitur, ꝙ sit hæres; quia ibi in contrarium dicitur, videlicet, quòd nō est hęres, vt in d.tex. expressè colligitur, ibi, neque hæres. si ergo non est hæres, non principale verificatur requisitum, dicta l. fin. videlicet, quòd sit hæres scriptus, ergo d.§. si quarta, nihil conclusioni nostræ obstat.

Bene autem fateor, ꝙ si filius in sua legitima institutus sit, non hærede vniuersali dato, vel dato, & illam repudiante, vel hærede vniuersali defuncto testatore viuēte, tota hæreditas ipsi tunc filio in legitima instituto accrescit, d.§. si ex fundo, Iaſ.in auth. nouissima. num.13.in fi.C.de inoff. testa meritò si in eo casu remedium d.l.fi. filio competat, non ex eo tantum, ꝙ in legitima institutus sit, sed quia ob ius accrescendi ille tanquam hæres vniuersalis institutus venit, vt supra dixi de hærede in re certa instituto, ergo remedium id filio in legitima instituto competit, vt in prædicto articulo latius dixi, quæ omnia ibi allegata ad hoc propositum faciunt.

184 Quid si filius vniuersalis † hęres institutus sit, existente statuto defuncti possessionem ipso iure in hæredem continuare, an illi beneficium huius l.fi. competat, tu declara hunc articulum, vt plenè in tractatu interdicti quorum bonorū dicam, ad quē locum me reiicio, ne idem repetam.

185 Remedium q; id quoq; substituto † expresse per vulgarem & pupillarem (verificata prius eius conditione) competit, l.j. C. de edict. Diu. Adr. tol. & ibi doctores, gl. est in d.l.fi. in verbo, ex parte, ibi à doct. communiter recepta, quia substitutio est conditionalis institutio, l.j §. id quod ex substitutione. ff. ad l. Falc. Iaſ. in l. licet Imperator. nu. 27. ff. de lega. j. Cor. consi. 172. col. 5. lib. 2. & sic est 2. institutio, gl. est in rub. ff de vulg. & pup. subst. & ibi scribentes, Alex. in l.j. nu.3. & ibi etiam Iaſ. C. de edict. Diu. Adr. tol. Dec. in l. in testamento. la j. nu. j. C. de testa. milit. & in l. precibus. nu. 5. C. de impub. & aliis substi. & substituere nihil aliud est, q̃ in eius locum alium hæredem surrogare, l. fin. C. de hæred. inst. Curt. Iun. consi. 73. num 7. ergo adueniente casu substitutionis tunc ille dicitur testatoris hæres, D. meus Cęphal. qui fuit præceptor & promotor meus honorandiss. in consi. 245. nu. 53. si ergo substitutus in locum instituti in omnibus & per omnia cū omnibus suis qualitatibus conditionibus q; surrogatur, Iaſ. in d. l. licèt Imperator. num. 25. primo hæredi hoc remedium competit, ergo & huic substituto, loco primi hęredis surrogato, Bar. in l.fi. nu. 10. C de edict. Diu. Adr. toll. vbi etiam Bal nu. 6 in fin. Ang. col. 2. in prin. in vers. in ea gl. Alex. nu. 9. Iaſ. nu. 12. Dec. nu. 27. Cur. Iun. num. 50. & Zuccar. num. 185. Aret. in §. quadrupli. num. 28. inst. de act. Iaſ. in l. precibus. nu. 17. in fi. C. de impub. & aliis subst. Rip. in l. centurio nu. 51. ff. de vulg. & pup. subst. Corn. consi. 172. col. 5. lib. 2. dummodo substitutus substitutionis casum euenisse probet, aliàs nō hac probatione facta, substitutus succumberet, & eidem tunc remedium id non competeret, D. meus Soc. Iun. cōsi. 97. nu. 45. lib. 2. & alij commemorati patres omnes in locis præallegatis vt supra.

Quòd & quoq; Aret. Dec. Curt. Iun. & Zuccard. & Cor. in locis præallegatis affirmant, hanc opinionem in substituto tacitè (conditione adueniente) verificari, cui beneficium huius l.fi. cō petit, ab opinione quorū ego non dissentio; nam licèt ipse substitutus in testamento expresse, & nominatim non reperiatur scriptus, prout requiritur, vt in possessionem immittatur, d.l. fi. ibi: ostenderit; tamen, cum ex vi verborum testatoris deprehē datur, illum esse substitutum, satis in testamento legi dicitur, secundùm tex. iuncta cum glo. ibi, in l. j. ff. de his quæ in testa. delent. & scriptura tunc plus significat, quam loquatur, Aret. in d. §. quadrupli. num. 28.

Et illa ratio, quæ in substituto viget expresso, viget & quoq; in tacitu, & tunc sumus in interpretatione intellectiua, & comprehēsiua, quæ inesse dicitur, sicuti species inest generi, Zuccar. in d.l.fi nu. 190. ver. non obstat, Rip. in l. si constante, num. 63. & seq. ff. sol. matr. D. Rim. Iun. in prin. inst. de don. nu. 272 & pluribus seq. & nu. 610. & plurib. seq. Dec. cons. 227. nu. 8. & cons. 372. nu. 7. Paris. latè consi. 16. nu. 25. & seq. lib. 3. D meus Soc. Iun. cōsi. 8. nu. 10. lib. 2. & cons. 39. nu. 49 & consi. 43. nu. 47. lib. 3. Berous quæst. suis famil. q. 45. nu. 6. & seq. Crau. in trac. de antiq. temp. in quarta par. num. 44. versi. sed contrariū, merito si verificata eius conditione, ei quoq; tacitè substituto remedium d.l.fi. competat, prout dicitur de instituto, non in testamento nominato, de substituto, & de similibus, quibus hoc remedium competit, licèt expresse hęredes in testō non sint scripti, neq; noīati, Cor. d. consilio 172. columna 5. & vt alias in præcedentibus articulis plenè dixi, comprobauique, ad quos Incos me reiicio, ne idem repetam.

186 Fideicommissarius † autem nulla restitutione saltē ei verbaliter facta, quæ fieri potest, l. restituta. ff. ad Treb. nullū ius regulariter in bonis fideicommisso subiectis habet, l.j.l. restituta. l. facta. ff. ad Treb. §. restituta. inſti. de fideicōmiſi. hære. & ibi scribētes, nam bona per fideicōmissum sibi relicta, ex hæredis manu capere debet, Zuccar. in d.l.fi. nu. 165. in fi Dec. cons. 243. nu. 3. & cōs. 438. nu. 15. Paris. ꝯs. 54. nu. 3. & ꝯs. 53. nu. 103. & seq li. 3. D. meus Soc. Iun. cōs. 92. num. 6. & seq. lib. j. aliàs si regulariter propria auctoritate possessionem apprehenderet, puniretur, & suo

Source : BIU Cujas

omni iure priuaretur, iuxta l. non dubium. C. de lega. quæ pęna quoq; in fideicommiſſario ſibi locum vendicat, Rip. in l. Centurio. num. 52. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Plot. in l. ſi quando. num. 54. C. vnd. vi. Dec. conſ. 424. nu. 17. in fi. & conſ. 438 num. 15. in fi. Pariſ. conſi. 53. num. 105. & conſ. 53. num. 4. lib. 3. meritò ex his concludo, hoc remedium fideicommiſſario regulariter nō cōpetere, l. fi. C. de codicil. & ibi Alex. poſt ſcribentes, num. 7. & ēt Iaſ. num. 4. gl. eſt in l. fi. in verbo, ex parte, C. de edict. Diu. Adr. tol. & ibi etiam num. 10. Bal. nu. 39. Saly. num. 6. Ang. col. j. in fi. & ſeq. Alex. nu. 7. Iaſ. num. 8. Dec. num. 24. in fi. & ſeq. Cur. lun. num. 34. & Zuccard. num. 165. Aret. in §. quadrupli. nu. 28. inſt. de act. in l. precibus, nu. 17 in fi. C. de impub. & aliis ſubſt. Rip. in l. Centurio, nu. 51. ff. de vulg & pup. ſubſt. Guid. Papa q. 132. nu. 9. Corn. conſi. 172, col. 5. circa medium, lib. 2. Pariſ. conſi. 54. nume. 5. & conſi. 103. num. 103. & ſeq. lib. 3. Rub. conſi. 64. num. j. D. meus Soc. lun. conſ. 92. nu. 8 lib. j. Durant. in tract. de ar. teſta. tit. 11. caut. 20. num. 5. in fi. Boer. deciſ. 156. num. 13. & ex quibus patet, hanc eſſe communem doct. concluſionem, & ideo fidei commiſſarius valde erraret, ſi ante reſtitutionem ab hærede ſibi factam remediū id intentaret, Boer, deciſ. 156. nu. 13. & Doc. communiter præallegati vt ſupra.

Et quamuis diſputatiuè loquendo Modernus Corrigienſis in l. fi. nu. 167. C. de edict. Diu. Adr. tol. inducat l. fi. C. de codicil. contra dictam cōmunem Doct. opinionem; arguendo hoc modo, quod d. l. fi. C. de codicil. dat illi poteſtatem (qui hanc petit immiſſionem) viam eligendi, per quam velit, hāc immiſſionem fieri, videlicet, an tanquam hæres, vel fideicommiſſarius, ergo ille tex. vult; vt tale remedium fideicommiſſario competat, nam ſi hoc remedium eidem nō competeret, fruſtra d. l. fi. dixiſſet, fuiſſe in electione illius, qui peteret, vel vt hæres, vel vt fideicommiſſarius. cum ergo in eius electione ſit, ergo fideicōmiſſario hoc remedium competit.

Et nō poſſumus dicere, ꝙ in d. l fi. C. de codicil. de fideicommiſſario loquatur, cui reſtitutio verbaliter facta ſit, nā hæc erit mera diuinatio, cum ille tex. prę ſupponit, nullam eidem reſtitutionem fuiſſe factam, aliàs in ſua electione nō erit, ſi iam fideicommiſſi reſtitutio verbaliter emanata fuiſſet, quoniam declarauiſſet, ſe nolle hæredem eſſe: cum in eius igitur electione ſit, vt præſupponit ibi ille tex. ergo reſtitutio iam nō erat facta, ergo tex. in d. l. fi. C. de codicil. ita inductus de directo contra communem Doct. opinionem probat, ergo cōmunis non vī vera.

Et præſertim cum remedium id ſit fauorabile, vt ſupra ſæpe tetigi, ergo ad fideicommiſſarium extenditur, qui ſub lata verborum ſignificatione hæres dicitur l. hæredis appellatione. la 2. ff. de verb. ſigni. cumq; etiam in materia correctoria licita eſt extenſio ad caſum, qui ſub larga vocabuli ſignificatione comprehēditur, ſecundùm communem doct. opinionem, Zuccar. in l. fi. nu. 304. C. de edict. Diu. Adr. tol. Iaſ. in auth. quas actiones. nu. 24. C. de ſacroſ. eccl. Crau. conſi. 173. nu. 11. etiam ſi eſſemus in materia odioſa, Crau. conſi. 155. nu. 8. ergo remedium id ad fideicommiſſarium extenditur & eidem competit, cum hic ſimus materia fauorabili & limitatoria. Zuccard. in d. l. fi. nu. 55. ver. nec obſtat ſi dicatur, merito ſi de ſtricto caſu ad largum fit extenſio, Dec. in l qui ſe patris. nu. 26. poſt Iaſ. ibi. C. vnde liber. Rip. in l. ſi conſtante. num. 78. & ſeq. ff. ſol. matri. Zuccard. in d. l. fi. num. 348. prope fi.

Et hoc non eſt abſonum, vt prius poſſeſſor efficiatur, quamuis nullum ius in bonis habeat, vt per Zuccard. in l. fi. nu. 169. C. de edict. Diu. Adr. tol. tandem Zuccard. ibi. nu. 166 dicit, quòd præmiſſis non obſtantibus à communi docto. opinione in iudicando, & conſulendo non eſt recedendum, non propter id, ad contraria reſpondet, vt ibi perſpicue patet, & ibi num. 169. dicit cogita.

Ego autem arbitror vlla abſq; difficultate cōmunem veriſſimam eſſe, nō obſtantibus per Zuccar. ibi adductis, & profecto, ſi conſiderare velimus l. fi. C. de codicil. procul dubio probat cō munem doc. opinionem, de iure veriſſimam eſſe, neq; ille tex. contra communem retorqueri poteſt, inducendo l. fi. C. de codicil. hoc modo, & dico, ꝙ d. l. fi. in prin. dicit, ꝙ ſi quis agere ex teſtamēto de hæreditate voluerit, ad fideicommiſſi perſecutionem aſpirare cupiens, minimè permittatur, & ibi ille tex. rationem reddit, quia actiones ſunt diuerſæ ad petendum directè hę reditatem, vel fideicommiſſum eligendoq; vnam viam, aliam ſibi præcluſiſſe cenſetur, vt ex illo tex. perſpicue colligitur, ibi: ſciens ſe vnius electione alterius ſibi aditum præcluſiſſe: ſi ergo ad petendum hæreditatem directè, vel fideicōmiſſum per remedia penitus contraria procedatur, ſequitur vtiq; neceſſariò, ex illo tex. remedium l. fi. C. de edict. Diu. Adr. tol. nō huic fideicommiſſario competere, ſed hæredi vniuerſali tantum, ergo ille tex. pro communi, & non contra communem probat.

Et quando l. fin. C. de codicil dicit, ſi petierit ſe in poſſeſſionē immitti, ideſt ſecundùm l fi. C de edict. Diu. Adr. tol. tūc propoſitum ſuæ intentionis explanat, cur velit, ꝙ ſuæ intentionis propoſitum declarat, ſi remedium l. fi. C. de edict. diu. adr. tol. fideicōmiſſario cōpetat, equidem autem per uias contrarias hæres directus, & fideicommiſſarius agunt. meritò ſi actor, tunc propoſitum ſuæ intentionis explanare debet, quaſi ſenſus illius litteræ ſit, videlicet, & ſi petierit ſe in poſſeſſionē immitti, dēt prius, & ſtatim ſuam declarare intentionem: nam ſi tanquam hæres in poſſeſſionem petierit ſe immitti, cui tale remedium adipiſcē dæ competit, ad huiuſmodi remidium admitteretur, quaſi ſentit tex. ibi, ꝙ ſi tanquam fideicommiſſarius petierit in poſſeſſionem immitti, non immitteretur, cum fideicommiſſarius fideicommiſſum ex manibus hæredis capere debet, d. l. reſtituta, d. l. facta, & vt ſupra tetigi, & hac ratione tex. in l. fi. C. de codic. vult, vt declarationem ſuæ intētionis facere debeat, cum diuerſa remedia hæredi & fideicommiſſario competant.

Ex his igitur patet, hanc conſequentiam non valere, eſt in illius electione, ergo remedium ei competit, nam l. fi. C. de codicil. hoc non dicit, immo totum cōtrarium apertè vult, cum in principio dicit, ꝙ qui agere de hæreditate voluerit, ad fideicōmiſſum aſpirare minimè permittatur, cū facta electione vnius viæ, altera tāquam ſibi incompatibilis denegatur: vt in illo tex. expreſsè legitur; nam ſi remedia non incompatibilia, & contraria eſſent, per electionem vnius remedii, aliud non tolleretur, Cagnol. in l. vinum, nu. 33. ff. ſi certum pet. & in l. vbi repugnantia, col. pen. ver. tertio limit. ff. de regul. iur. dominus meus Soc. Iun. conſi. 105. nu. 30. li. 2. ſi in noſtro igitur articulo, per electionem vnius remedij aliud ſibi præcludatur. l. fi. C. de codicil. & ꝙ per remedia contraria hæres directus, & fideicommiſſarius procedunt, & quod vni competit, alteri denegatur, ſequitur neceſſariò, ꝙ ſi fideicommiſſarius peteret, ſe in poſſeſſionē immitti, iuxta l. fi. C. de edicto D. Adriani tollen. hoc ſibi non permittitur, & l. fi. C. de codicill. expreſsè in contrarium dicit, vt ſupra demonſtraui, igitur &c.

Et ſenſus literæ l. fi. C. de codicill. ita ſuadet, vt contrarietas removeatur, quæ equidem maxima erit, ſi permitteret hæredem & fideicōmiſſarium in poſſeſſionem immitti, & quod in principio d. l. fi. velit, ꝙ per electionē vnius remedij aliud tollatur, quare igitur, vt hæc contrarietas removeatur, quæ omnino diſtinctione eſt removenda, ſi commodè fieri poſſit, Dec. in l. & quæ à Diuo, nu. j. & ſeq. C. de eden. Cagno. in l. vbi repugnantia, nu. 4. ff de reg. iur. dominus meus Soc. Iun. conſ. 119. nu. 21. lib. j. & conſi. 134. num. 96. lib. 3. cum legiſlator nō poſſit ſimul repugnantiam in eſſe producere, Cagno. in d. l. vbi repugnantia, nu. 3. ſequitur ergo, ꝙ ſi vnum remedium fideicommiſſario (tanquam fideicommiſſarius veniens) competat, ꝙ aliud ſibi denegatur, niſi ad hæreditatem eligeret venire non vt fideicommiſſarius, ſed vt hæres, cui tunc competit remedium, l. fi. C. de edicto D. Adr. toll. & ita euacuatur argumentum Zuccar. circa l. fi. C. de cod. in contrarium adductum.

Vel & dato, ſine veritatis præiudicio, ꝙ l. fi. C. de codicil. fideicommiſſario permittat hoc remedium competere, (quod nō admitto per prędicta) tamen adhuc dicerem d. tex. ibi eſſe intelligēdum, ſi fideicommiſſi reſtitutio ab hærede verbaliter fideicommiſſario facta ſit, antiquam electio petendi fideicommiſſum fiat; nam tunc eo in caſu fideicommiſſarius petere poterit, ſe in poſſeſſionem immitti, iuxta l. fi. C. de edicto D. Adriani tollen. & hæc expoſitio ibi in l. fin. C. de codicill. à Docto. communiter recipitur, vt poſt Scribentes ibi tradit Alexand. num. 7 & etiam Iaſ. num. 4. Rip. in l. Centurio, nu. 51. ff. de vulg. & pupil. ſubſt.

Et hæc interpretatio ſuadetur, nā per huiuſmodi intellectū res ad ius antiquum reducitur, ex eo, quia iura ſūt *apertiſſima*, ꝙ fideicommiſſarius fideicommiſſum ex hæredis manibus capiatur, d. l. reſtituta, d. l. facta, d. §. reſtituta, & iura actiuè & paſſiuè in fideicommiſſarium non tranſeunt, nulla ſibi reſtitutione facta, iuribus præallegatis, ꝙ in hærede vniuerſali non ſic eſt, in quem iura actiuè & paſſiuè tranſeūt. Aret. in §. actionum autē, nu. 99. Inſt. de act. Alex. conſi. 98. nu. 10. lib. 2. ſed ſic eſt, meritò ſi fideicommiſſario hoc remedium (non facta ſibi reſtitutione ſaltem verbaliter) non competat, & ſi d. l. fin. C de codicil. velit vt competat, neceſſe eſt, ꝙ præſupponat, reſtitutionem fideicōmiſſi ſaltem verbaliter fideicommiſſario factam fuiſſe, & quia hęc interpretatio eſt fauorabilis, ideo admittitur, Gram. dec. 92. num. 15. dominus meus Soc. Iun. conſi. 168. num. 65. lib. 2. aliàs ſi alio modo intelligeretur, maxima quippe oriretur inter has leges contrarietas, videlicèt, ꝙ iura antiqua velint, fideicommiſſarium non poſſe ſuum fideicōmiſſum cōſequi, nec in eo quicquam habere regulariter, niſi ex hæredis manibus capiat, vel reſtitutio ſaltem verbaliter fideicōmiſſario facta ſit, & ꝙ l. fi. C. de codicil. velit illum poſſe petere ſe in poſſeſſionē immitti, quare vt hæc contrarietas euitetur, quæ omnino eſt euitanda, vt per Scribētes ī auth. quas actiones, C. de ſac. eccl. D. meus Soc. lun. cōſ. 132. nu. 27. lib. j. ſi diſtinctione fieri poſſit. Cag. in l. vbi repugnantia, nu. 4 ff. de reg. iur. neceſſariò cogimur fateri reſtitutionem verbaliter ab hærede in d. caſu. l. fi. C. de codicil. fideicommiſſario prius fuiſſe factam, aliàs remedium l. fi. C. de edicto Dni Adriani tollen. ei non competeret.

¶ ET † hæc interpretatio ex alia ratione fortificatur; nam

Source : BIU Cujas

nam & quoq; in correctorijs extensio fit, quãdo per talem extensionem res ad ius antiquum reducatur, Rip. in l. si constãte, nu. 61. ff. soluto matr. Gram. decis. 92. nu. 15. Crau. consi. 140. nu. 9. & consil. 173. nu. 9. ergo ad huiusmodi intellectum est deueniendum, cum per illud res ad ius antiquum reducatur, & sic l. fi. est intelligenda, ꝙ fideicommissario saltem prius verbaliter restitutio facta sit, aliàs remedium, l. fi. C. de edi. D. Adr. tol. nunquam eidem competeret.

Et hoc quoq; suadente, nam non est nouum, ꝙ lex noua per antiquam declaretur, l. non est nouum, cum duabus legibus sequen. ff. de legi. Io. de Am. consi. 11. nu. 27. & lex generaliter loquens per alium distinguitur, d. l. non est nouum, c. cũ dilectus, de consuet Paris. consi. 68. nu. 81. lib. 4. Io. de Am. consi. 11. nu. 20. & 23. dominus meus Soc. Iun. consi. 119. nume. 20. & seq. & consi. 131. nu. 36. lib. j. & consi. 142. nume. 9. lib. 2. & lex addens fm terminos legis additæ intelligitur, Mazzol. Regiens. inter consi. domini mei Soc. Iun. cons. 144. nu. 55. lib. 3. & lex aliam legem interpretans secundum legis naturam interpretatæ intelligitur, Paris. consi. 69. num. 34. lib. 3. & ad habiles terminos minusq; aliis nociuos, restringitur, Paris. cons. 9. nu. 54. lib. 2. dominus meus Soc. Iun. consi. 119. nu. 20. lib. j. immo ius nouum generaliter loquens recipit interpretationem, vt minus ius antiquũ corrigat, q̃ possibile sit, Rip. in l. nemo potest, nu. 52. in fin. ff. de leg. j. Io. de Am. consi. 11. nu. 23. sed sic est, lex antiqua vult, ꝙ fideicommissarius fideicommissum ex hæredis manibus capiat, & id est minus hæredi prę iudiciale, ex quo suam detrahere possit quartam, d. l. restituta, d. l. facta, & re, vel verbo ab hęrede capere dicitur, iuribus præallegatis, ergo l. fi. C. de codicil. ita est intelligenda, ꝙ restitutio fideicommissi prius verbaliter ab hærede sit facta antequam electionem faciat.

Et hæc interpretatio quoq; erit fm ius antiquũ, iuxta quod ius nouum est intelligendum, & hoc modo ius antiquum non est correctum; ergo hunc intellectum. l. fi. C. de codicill. ita est tenẽdum, & hoc in casu remedium l. fi. C. de edicto D. Adr. tol. huic fideicommissario competeret, prout omnes Scribẽtes in l. fi. C. de codicil. ita ibi intelligunt.

Hęcq; interpretatio ita ex alia ratione corroboratur; nam in iure est compertum, ꝙ vt priores leges per posteriores tollantur, necesse est, ꝙ constet legislatorem iura antiqua tollere voluisse, Io. de Am. cons. 11. nu. 26. constaretq;, si priori expresè legi derogasset, prout de iure requiritur glo. est, quam ibi Bart. & Doct. communiter sequuntur in l. decurionibus, C. de silentiar. li. 12. Rip. in l. nemo potest, nu. 52. in fi. ff. de leg. j. dominus meus Soc Iun. consi. 131. nu. 28. & 45. lib. j. sed sic est, in casu l. fi. C. de codicil. non cõstat Imperatorem iuribus antiquis derogare voluisse; nam hoc ibi non legitur, neq; derogatio subauditur, cũ regula sit, ꝙ per interpretationẽ, subauditosq; intellectus, neq; legum correctio inducitur, gl. est communiter recepta in c. cupientes, §. ꝙ si per viginti, de elect. in sexto. Berous quęst. suis famil. q. 119. nu. 5. in fi. etiã ex rationis maioritate fm crebriorẽ, verioremq; Doct. opinionem regulamq;, vt tradit Ias. in auth. quas actiones, num. 21. C. de sacroi. eccle. Ripa in l. si constante, nu. 58. & seq. ff. sol. mat. & in l. nemo potest, nu. 49. in fi. ff. de leg. j. Gram. decis. 92. nu. 14. & seq. Dominus meus Soc. Iun. cõsi. 131. nu. 50. lib. j. ergo hoc in casu iura antiqua remanent incorrecta, per quæ sancitur, fideicommissarium fideicommissum ex manibus hæredis capere debere, iuribus præallegatis; ergo ante restitutionem nullum ius habet, sed post restitutionem iura actiuè & passiuè in illum transeunt, l. j. ff. ad Treb. meritò l. fi C. de codicil. est intelligenda, ꝙ restitutio verbaliter saltem ab hærede eidem facta sit, antequam ius petendi fideicõmissum eligat.

Et ita intellecto tollitur illud, quod dicit Zuccar. in l. fi. C. de edicto D. Adr. tol. in contrarium allegatus, vbi inducit l. fi. C. de codicil. vbi vult d. l. fi. prę supponere ante restitutionem factam in electione fideicommissarij esse eligere viam per quam fideicommissum ipse petat & consequatur, & cum ita esset, ergo remedium l. fi. C. de edicto D. Adr. tol. ei cõceditur, cui argumẽto ego satis perspicuè respondidi vt supra.

Et si l. fi. C. de codic. velit, ꝙ fideicommissario hoc remediũ comprtat, necesse est, ꝙ terminis habilibus loquatur, D. Riminald. Iunior in §. j. num. 50. Inst. per quas pers. minus nob. acqui. iuriq; antiquo, quàm sit possibile, derogetur, & ita intelligitur d. l. fi. C. de codicil. vt supra tetigi. si igitur ita sit, sequit̃ ergo de iure l. fi. C. de codicil. esse intelligendam, ꝙ in facultate fideicõmissarii sit eligere viam, qua fideicommissum petere & consequi velit, facta eidem prius restitutione, ante electionem fiendam; quia ita intellecto, d. l. fi. loqueretur in terminis habilibus & minus iuri antiquo derogaretur. ergo d. l. fi. ita est intelligenda, Doct communiter præallegati, vt supra.

188 Nec obstat † dicere, ꝙ hæredis appellatione largo modo fideicommissarius comprehendatur. l. hæredis appellatione, la 2. ff. de verb. sign. qui est hæres primi testatoris, cui per fideicommissum succedit, l. cohæredi. §. cũ filiæ. ff. de vulg. & pup. substi. Paris. cons. 53. num. 89. lib. 3. Dominus meus Cęphal. consi. 245. num. 53. & hac ratione, quãdo lex de hærede loquitur, in fideicommissario quoq; sibi locum vẽdicet. Ias. in l. i. §. de illo, nu. j. ff. ad Trebel. & sicuti hęres ius deliberandi ad hæredes trãsmittit, l. cum antiquioribus, C. de iure delibe. ita & fideicõmissarius vniuersalis, Ias. in d. §. de illo, num. 4. Zuccard. in l. fi. num. 167. vers. secundò pro opinione mea, C. de edicto D. Adr. toll. & nõ solum fideicommissarius moriens, post aditam hæreditatem, sed & ante fideicommissi restitutione, illud ad hæredes trãsmittit, secundùm receptissimam Doct. opinionem, vt per Ripam in l. cum filiosa. nu. 73. ff. de leg. j. verum & quoq; ante hæreditatem aditam secundùm crebriorem Docto. opinionem, vt per Rip. in d. l. cum filiosa. nu. 76. sed sic est, in materia etiam odiosa, & correctoria licita est ad casum extẽsio, qui sub lata verborum significatione venit, Crau. consi. 155. nu. 8. & vt in contrarijs adduxi; à fortiori ergo hoc in casu, vbi materia est fauorabilis, Alci. in d. l hęredis appellatione, la 2. ergo hoc remediũ ad fideicommissarium extenditur, & successiuè eidem competit.

Sed ego huic breuiter argumento respondeo, & dico, ꝙ hęredis appellatione fideicommissarius sub lata verborum significatione comprehenditur, hæc autem opinio procedit, quando fideicommissi restitutio eidem verbaliter facta sit, vel quando fideicommissarius sit casibus, in quibus iura ipso iure in eũ transeunt, de quibus per gl. magistralem in l. pen. §. cum autem, in verbo, ipso iure, C. ad Treb. & ibi Scribentes, Ias. in l. j. §. sed & quoties, nu. 2. & seq. & ibi Alex. & Rip. ff. ad Treb. Ias. in l. j. §. de illo, nu. 11. & pluribus seq. & ibi post eum Rip. ff. ad Treb. & tũc censeo, ꝙ istis in casibus hæredi sit similis, l. si filius, ff. quod cum eo. & ibi Bar. & Bald. ita quoq; idem affirmat Bald. in l. fi. nu. 39. & Zuccard. num. 177. versi. confirmo, C. de edict. Diu. Adr. tol. ratioq; est in promptu; quoniam in prædictis casibus iura actiuè passiueq; in fideicommissarium transeunt, l. restituta, l. facta, ff. ad Trebel. prout est in hærede, in quem iura hæreditaria transeunt, hæreditate adita, l. cum hæredes. ff. de acquir. poss. si hæredi igitur tunc similis sit, hæredi hoc beneficium competit, ergo & huic fideicommissario, Bart. in l. fi. nume. 9. C. de edict. Diu. Adr. tol. & ibi etiam Zuccard. nu. 174. 183. & 374. Rip. in l. Centurio, num. 51. ff. de vulg. & pup. substi. Alex. consi. 4. num. 16. in fi. & seq. lib. 2. Rui. consi. 28. num. 2. & seq. lib. 5. Durant. in tract. de art. testa. tit. 11. cap. 20. num. 5. in fi. Guid. Papæ q. 132. num. 9. & doct. communiter in locis in prin. huius articuli præallegatis, & vt infra dicam in materia legitimi contradictoris, in versic. fideicõmissarius, vbi plenè hunc articulum tractabo, quam cõclusionem puto esse veram, si fideicommissarius liquidaret, se esse in casu, in quo iura fideicommissi ipso iure in eum transeant, vel ꝙ fideicommissi restitutio saltem verbaliter ab hęrede sit facta, quam liquidationem simul in eodem processu face re potest, Zuccard. in l. fi. nu. 176. C. de edict. Diu. Adr. tol.

189 Et hæc quoq; † opinio tunc ampliatur, & procedit, non tantum quando fideicommissum in testamento sibi relictum sit, verum & etiam in codicillo, licèt plerique in contrariũ tenuerint, prout Ang. in l. fi. col. 2. in princip. C. de edict. Diu. Adr. tol. glo. est in l. fi. in verbo, ex more, C. de codicil. & ibi etiam Ang. colum. fi. in princip. & Salycet. ibi etiam num. 10. & Ias. num. 16. & præsertim quando codicillus in testamento non sit cõfirmatus, secus verò erit, si in testamento confirmaretur, quæ distinctio valde applaudet Curt. Iun. in l. fi. nume. 87. C. de edict. Diu. Adria. tollen.

Sed ego ab ista distinctione multum dissentio, & dico, sufficere fideicommissum ndistinctè fideicommissario in codicillo esse relictum, & hac ratione moueor; quia testamenti appellatione codicillus largo modo venit, secundùm gl. communiter receptam in l. 2. in verbo, personales, C. com. de lega. & exhibendo codicillum, per quem constat fideicõmissum sibi fuisse relictum, probare cenetur per scripturam vltimæ voluntatis se esse fideicommissarium, quæ voluntas tanquam notoria executionem habet, ixta dicta l. fina. C. de edicto Diui Adriani tollen.

Et præsertim, quia id remdium est fauorabile, vt sæpe supra dixi, meritò si ad fideicommissarium in codicillo relictum extenditur, Bald. in l. fin. num. 3 in fi. & seq. C. de edict. Diu. Adr. tol. & ibi etiam Alex. nu. 7. De num. 26. & Zuccard. num. 173. Rub. consi. 64. vbi liquido patet, hanc esse communem, verioremq; doct. opinionem, à qua iudicando, & consulendo nõ est recedendum, non obstante uicquid dixerint Ang. & sui sequaces in contrarium præallegi.

Neq; principali meæ concluoni præcedenti, & propositæ, hæc ꝓntia obstat, & non valet leicõmissarius vniuersalis ius suum ad hæredes transmitti, nu sibi etiam restitutione facta, ergo remedium id eidem concetur: nam profectò, si hæc valeret consequentia, sequeretur ꝙ hæres ab intestato, qui ius trãsmittẽdi habet, iuxta l. cũ antiquioribus, & ibi per scribẽtes, C. de iur. deliber. hoc remediũ eidn permitteret̃, & tñ minimè eidẽ cõcedit̃, vt in prin. huius tractus dixi, ergo nec ad hũc fideicõmissariũ dispositio l. fi. C. de li. D. Adr. tol. extẽdit̃. Crau. cons. 173. nu. 10. Neque prædictæ pinioni obstat dicere, quòd hæres hoc in remedio possessoriorius possessor fit, quàm hæ-

Source : BIU Cujas

res,& priusquàm iura hæreditaria habeat, nã si falsi quæstio ante aditionem hæredi mota sit, ob prædictam falsi dubitationẽ propositam hæres hæreditatem adire non poterit,l. cũ falsum, ff.de acquir.hære.& tamen hæc exceptio falsi proposita in hoc possessorio reiicitur , neq; hæredi impedit immissionem fieri, iuxta l.fi.C.de edict.Diu. Adr.toll.si testamentum per eum non abolitum,neq; in sua substantiali parte cãcellatum exhibeatur, iuxta d.l.si tex.est in l.2.& ibi Alex.nu.4.& Iaſ. nu.3. C. de edict. Di.Adr.tol ita ergo & de fideicommissario dici debet, ꝙ licèt iura fideicommissi ante restitutionem non habeat, propter id non impeditur tanquam hæres in possessionem immitti, ita contra communem arguit Zuccard.in l.fi.num. 169. C.de edi. Diu.Adria.tollend.

Ego autem huic argumento respondeo, & dico, ꝙ regulariter,vt hæredi hoc beneficium,l.fi.C.de edict.Diu. Adr.tol.com petat,necesse est,hæreditatem adierit, quæ solo animo tacitè declarato fit,petendo se in bonorum possessionẽ immitti,Zuc card.in d.l.fi.num.169.versi.& ex his, & vt aliàs supra plenè tetigi.ergo quando opponitur,testamẽtum esse falsum , & hæres non obstante dicta exceptione proposita in possessionem immittatur,iste casus est specialissimus, cum in contrarium sit regula,vt legitur in d.l.2.& non ita specialiter sancitur in fideicõmissario,immo totum contrarium in legibus reperitur constitutum videlicet ꝙ fideicommissarius nõ fideicommissum cõsequi possit, neq; illud regulariter apprehendere , nisi ex hæredis manibus capiat, aliàs in pœnam l. non dubium. C. de lega. incideret, quæ lex vendicat etiam locum in fideicommissario, vt supra dixi,meritò non est licitum de casu speciali hęredis expresso arguere ad casum fideicõmissarii nõ specialem expressum,cum de vno casu speciali cõcesso ad alium nõ expresse cõcessum,non arguatur,l.ius singulare.ff de legi.gl. est in l. à diuo Pio.in prin.ff.de re iud.Paris.consi.2.nu.68.lib.4.D.Rim.Iun.in §.item vobis,nu.82.inst.per quas pers.nob.acq. & ius singulare ad consequentias non trahitur; quia de iure minimè permittitur.l.quod verò ff.de legi.& propterea ex his concludo,nõ esse licitũ arguere de casu specialissimo hæredis expresso ad casum fideicommissarii non expressum,subsistentibus legibus in contrarium volentibus, fideicommissarium non posse regulariter fideicõmissum consequi,nisi ex hæredis manibus capiat,meritò si quoque id remedium regulariter non eidem comperat.

Et hæc opinio ex alia ratione fortificatur; nam quãdo lex alicuius fauore prohibitiua sit, & alia deinde ꝓmissiua reperiatur, quæ generaliter loquatur, illa prohibitiua in concursu illarum in casu particulari prævalet,l.si Ruffinus.§ j de milit. testa. & ibi Iaſ.nu.j.D.meus Soc.Iun.cõs.131.nu.51.lib.j.sed sic est lex regulariter fideicommissario prohibet, ne fideicommissum apprehendat,nisi ex manibus hæredis capiat, aliàs in pœnam l.nõ dubium,C.de legi.incideret,at l.fi.C.de edict.Diu.Adr.tol.generaliter loquitur,videlicet hæredem in testõ vniuersalem scriptũ in possessionem esse immittendum:& quamuis ad fideicõmissarium extẽdatur, intelligitur tñ restitutione fideicõmissi prius saltem verbaliter sibi facta; quia tũc tantum hæredi est similis, vt supra dixi , ergo ad fideicõmissarium nulla sibi restitutione facta non extenditur,nisi sit in illis casibus,in quibus iura in fideicommissarium ipso iure trãseunt, ergo in cæteris casibus in concursu huius l.fi.generaliter loquentis lex circa hũc fideicõmissarium prohibitiua remanet, quæ in hoc attenditur, & prævalet,d.§ j.& Doct.prælegati vt supra.

189 Et alia quoq; ratione accedẽte, † nam lex includit prædictos casus tñ,in quibus fideicõmissario beneficium huius l.fi. competit;ergo in aliis casibus censetur exclusus,cum inclusio vnius sit alterius exclusio,l.cũ prætor ff de ad.& vltra dictos casus fideicõmissarius ꝓpriè & impropriè ĩstitutus, & substitutus nõ censetur,Dñs meus Soc.Iun.cons.4.nu.16.lib.3.meritò si non hoc beneficium l.fi.fideicommissario competat, & ita defendi tur hæc opinio à moribus Zuccarin ꝙrium allegati in d. l.fi.& quamuis Zuccar.ipse in d.l.fi. nu.56. dicat,ꝙ à prædicta cõi in iudicando & consulendo non sit recedendum , & in hoc bene loquatur,tñ ibi nu.169.reliquit cgitandum,ꝙ equidem nõ ita effecisset, si non de hac cõi dubuisset , ꝙ minimè hæsitandum est,vt perspicuè ex præallegatis er me perpenditur , igitur &c.

190 Si † verò fideicommissario fideicõmissi restitutio iam realiter & effectualiter sit facta, ꝓ dubio eo in casu arbitror fideicõmissario beneficium huius l.C.de edicto D.Adr.toll.nõ cõpetere,motus sum hac ratione nam si fideicõmissarius possessor sit constitutus,frustra petit in possessionem immitti,cũ illam habeat;bene autem hoc medium eidem daretur ad confirmandum illum in sua possione.Bar.in l.fin. nume.9.C.de edicto D.Adr.tol.& ibi etiam Paly.nu.6.Iaſ.nu.11. Alex. nu. 31. Dec.nu.26.& Zuccar.nu.178.uid.Papæ q.132.nu.4.Ruin.consi.28.nu.j.li.5.Paris.consi.60.n.2.lib.3.D.meus Soc. Iun. consi. 97.num.47.lib.2.

191 Hocq; † remedium non li etiam competit,qui à possessione cecidit,§.adipiscendæ,vi.si itaque,Insti.de interd.Iaſ.in §. actionum,num.239.Inst.dict.& in l.fi.num.8.& seq.C. de edicto D.Adr.toll.& ibi etiam Dec. num.24. & Zuccard. nũ. 177. & seq.Pract.Pap.in for.libel.quo pet.hære.ex testa.in gl. ac etiã num. 1. & vt dicam plenè in subsequenti tractatu,ad quem locum me remitto.

Immo hac ratione pleriq; censuere,ꝙ si hæres possessionem adeptus sit,& verbaliter tantum fideicommissario fideicõmissum restituit, ꝙ tunc non dicto fideicommissario beneficium huius l.fi.competit, & ipsi hoc vnico mouentur fundamento; nam hæres postquàm possessionẽ adeptus sit,iura amplius non hæreditaria dicuntur , sed ipsius tantùm & illius patrimonium fiunt,Rip.in l.filiusfa.§.Diui,num. 56.ff.de leg j.Dec.consi.281. num.5.versi.& hoc confirmatur,& consi.655. nu.34.Paris.consi.20.num.j.lib.2.Rub.consi.150.nume.j.sed sic est,sequitur.necessariò hoc in casu fideicommissarium non posse petere,se in possessionem immitti,cum illa bona non sunt testatoris hæreditaria, sed ipsius hæredis effecta sunt , postquàm hæreditatem adiuit;meritò, si hoc beneficium fideicommissario denegatur, cum non entis nullę sint qualitates.l.eius qui.ff.si cert.pet.

Verùm his & similibus , quę in contrarium adduci possunt, non obstantibus , puto opinionem contrariam de iure esse veriorem,non obstante,ꝙ hæres fideicommissum fideicommissario restituerit,& hæreditatem adierit,Iaſ. in §. actionum autem,nu.339.Inst.de act.& vt satis plenè dicã in subsequenti trac. ad quem locum me reijcio,ne idem repetam.

Et ad ea,quæ in contrarijs adducuntur , dupliciter respõdeo. Primò,vt supra aliàs dixi in illo articulo, vbi disputaui,an remedium hoc non tantũ hæredi hæredis ex testamento primo hæredi succedenti competit,verùm & quoq; ipsi hęredi primo hęredi succedenti,ad quem locum me reijcio.

Vel & secundò respondeo, & dico, ꝙ allegata in argumẽto contrario vt supra procedunt,quando hæres vniuersalis simpliciter institutus sit:quia tunc si hæreditatem adierit, possessionemq; bonorum hæreditariorum apprehenderit, hæreditas testatoris proprium patrimonium illius fit ; meritò si remediũ huius l.fi.hæredi hæredis ex persona primi hæredis prouenienti non competit;secus ergo est, quando grauatus sit, bona hæreditaria tali fideicommissario restituere; quia tunc per hæredis adictionem, non illius patrimonium fit, sed nomẽ hæreditatis testatoris obtinet;meritò,si fideicommissario,cui verbaliter fideicõmissi restitutio ab hærede sit facta, hoc remedium d.l. fi. competat,ita ad contraria respondet Alex.in l.fi.nu.8.C. de edicto Diui Adr.toll.& ibi etiam Iaſ.num 11.Cur.Iun.num. 44. & Zuccar.num.177.D.meus Soc.Iun.consi.113.nu.33.lib.j & iste distinctionis casus mihi placet, sed à primo casu ipsius distinctionis valde dissentio, vt expresse declaraui in illo articulo pauloante ante allegato.

Et quò ad conclusionem articuli hic principaliter tacti hæc opinio fortificatur ex alio; nam sicuti hoc remedium pupillari substituto competit,quamuis primus hæres hęreditatem adiuerit,& effectus sit hæres,secundùm crebriorem Doct.conclusionem,vt per Scribentes in l.fi.C.de edicto D.Adr.tol.& vt supra dixi.ita ergo ex rationis identitate huic fideicommissario hoc beneficium competit , quod argumentum ab identitate rationis in iure est validum,l.à Titio.ff.de verb.oblig.l.illud. ff.ad le. Aquil.cum sim.

Bene autẽ fateor,ꝙ fideicommissarius probare tenetur , casum fideicommissi euenisse , & restitutionem verbaliter tantum sibi factam fuisse , vel se esse in casibus , in quibus iura ipso iure transeunt , aliàs non hac liquidatione facta succumberet, Zuccard.post Scribentes ibi,in dicta l.fin.num. 174.Corn.consi.172.colum.5.lib.2.dominus meus Soc.Iun.consil. 97.nume. 45.li. 2.& vt aliàs supra tetigi, & in hac liquidatione summariè proceditur,illis citatis,qui lædi possunt, Zuccard. in dicta l. fin. nume.175.& quomodo hæc liquidatio fiat,vide Zuccard. in dicta l.fi.nume.176.

192 Et † quia hic de substituto & fideicommissario dixi,in quorum materia non omittam tãgere vnam quęstionem pulchrã, practicabilemq;,à doctoribusq; diuersimodè,satisque confusè, variisque in locis pertractatam,quæ est talis,vt infra,videlicet; Sempronius testator in vltimo suo testamẽto filiabus suis certam dotem iure legati & institutionis reliquit, filiosq; suos hæredes masculos vniuersales instituit cum hoc onere, ꝙ vno sine filiis masculis decedente , alios eidem superstites substituit, & oĩbus sine filiis decedentibus,eidem substituit Caium;& fratres suos ex vno ipsius testatoris fratre natos, quibus alienationem prohibuit quocunque modo fieri.& hoc fecit; quia omnino voluit,vt omnia eius bona hæreditaria in ipsius testatoris familia, domoque remaneant. mortuo testatore ipsi omnes filij masculi (seruatis de iure seruandis) hæreditatem paternam adierunt,sineq; filiis decesserunt,nisi vnus illorum,qui aliis fratribus suis fuit substitutus , & in tota illorum hæreditate successit. deinde cõtingit, ꝙ iste vltimus decessit relictis post se filijs masculis viuis,qui deinde omnes illi filij nati ex isto filio ipsius testatoris sine filiis ex hac vita migrauerunt. quæritur, his stantibus,an dictum fideicommissum ob alienationis prohibitionẽ

cum

Source : BIU Cujas

cum adiectione verborum prȩallegatorum in casu figurato ad filios filiorum extẽdatur, ita ꝙ filii filiorum sine filiis defuncti Caius, & eius fratres ad fideicommissum vocentur, vel potius extinctum dicatur ob mortem vltimi filii testatoris, qui cum filiis masculis viuis decessit.

193 Et † primo aspectu videbatur dicendum, fideicommissum in vltimi filii testatoris personã expirasse, qui masculis filijs existẽtibus decessit, licèt postea filii ipsius filii sine filiis decesserint tamen propter id substitutio, quæ ob filiorum existentiam eua nescit, non reuiuiscit. Oldr. consi. 21. num. j. Soc. consi. 62. num. 11. lib. 3. Dec. consi. 287. nu. 7. circa medium, & consi. 384. nu. 6. versi. nec obstat, & consi. 636. nu. 4. Ruin. cons. 105. lib. 2. & consi. 131. num. 4. lib. 3. Cur. Iun. consi. 92. num. 5. Rub. consi. 31. nu. 3. Rip. in l. ex facto, §. si quis autem, in princ. not. ff. ad Treb. Paris. consi. 44. nu. 2. & consi. 86. num. 2. lib. 2. Dominus meus Soc. Iun. cons. 111. num. 21. lib. j. Tiraq. in l. si vnquam, in gl. verbo, Susceperit, nu. 153. C. de reuocan. don. Crau. consi. 67. nu. 8. & cõsi. 98. nu. j. & 4. & consi. 161. nu. 6. & consi. 208. nu. j. & nouissimè D. meus Cęph. consi. 114. nu. 5. & consi. 169. nu. 20. ex quibus patet hanc esse communem doct. opinionem.

194 Non obstat, ꝙ † alienationis prohibitio Caio & aliis suis fratribus substitutis sit facta cum hac conditione, vt hæreditas in domo & ipsius testatoris familia remanere habeat; nã hæc prohibitio est personalis, ipsisq; substitutis restricta, & illa intelligitur, casu quo sua venerit substitutio, quod equidem ob filiorũ existentiam euanuit, vt supra dixi. ergo locum hic vẽdicare nõ potest; cum hæc qualitas sine subiecto nõ stare possit, l. eius qui in prouincia. ff. si certum pet. & in his terminis tradit Alex. consi. 59. num. 9. & seq. lib. 3. & consi. 139. num. 3. lib. 6. Soc. consi. 53. num. 10 & seq. lib. j. Ruin. cons. 153. num. 5. lib. 2. & cum hæc igitur prohibitio quo ad Caium & suos fratres fuerit facta; ergo tãquã odiosa ad institutos nõ extenditur, ergo ob mortem vltimi filii testatoris, qui cum filiis decessit substitutio euanuit, & illa alienationis prohibitio tãtum Caio & fratribus suis facta, adueniente casu conditionis, quæ non obuenit, ergo euanuit, & per consequens in hoc articulo proposito sibi non locum vendicat, Ias. in l. fi. num. 4. C. de hæred. insti. & in l. si quis per hæredem, C. de insti. & subst. Rip. in l. ex facto, §. si quis autem, num. j. ff. ad Trebell. Alex. dicto consi. 59. num. 5. vsque ad fi. consilii lib. 3. Dec. consi. 636. num. 6. in fi. & seq. Bertrand. consi. 178. lib. 2. Gratus consi. 68. num. 5. lib. j. & consi. 19. lib. 2. Ruin. consi. 53. num. 4. versi. sed his omnibus, & num. 8. & consi. 128. lib. 2. Paris. consi. 31. num. 19. & sequen. & num. 27. lib. 2. Dominus Soc. Iun. consi. 198. num. 31. & seq. lib. 2. Berous consi. 84. nu. 39. 40. 57. lib. 2. Crauet. consi. 161. num. 6. & seq. & consi. 208. & nouissimè clarissimus Dominus Cęph. præceptor, promotorq; meus honorandissimus, qui tempestate nostra in hac legali scientia legendo, & consulendo, primum locum obtinet, hanc opinionem sequitur consi. 17. num. 12. & fusiùs consi. 269. per totum, vbi arguit ad partes, & ad omnia contraria respõdet, vt in fonte ibi videri potest, & Ruin. consi. 150. nume. 10. admittunt pro vera Alexand. decisionem in dicto consil. 59. ob prohibitionem Caio & fratribus suis substitutis tantum restrictam, & nõ institutis extensam.

195 Et hac ratione accedente: nam videmus, ꝙ si testator suos filios hæredes instituisset, & si ipsi vel eorum filij sine filiis decesserint, velit, ꝙ eius hæreditas Caio restituatur, tunc filii in conditione positi non sunt, nisi priuatiuè vocati, & successiuè non grauati, secundùm magis communem, & veriorem Doct. opinionem, non obstante quicquid dixerit Bart. in l. Centurio, nu. 37. ff. de vulg. & pup. subst. qui communiter ibi est reprobatus, vt dicit dñs meus Soc. Iun. cõsi. 112. nu. 24. lib. j. & consi. 176. nu. 20. lib. 2. ratioq; est in promptu; qm̃ filii testatoris tantum sunt grauati, non autem eorum filii, & cum ita sit; meritò nõ est tractandum, an fiij filiorum grauati, vel vocati censeantur, cũ illis nullum grauamen sit iniunctum. Soc. consi. 250. lib. 2. Dec. cõsi. 422. num. 2. Bellon. consi. 81. nu. 5. Rubeus cons. 144. nu. j. Dominus meus Soc. Iun. cõs. 176. nu. 20. li. 2. Iulius Clarus in tract. suis, in §. testamentum q. 77. & seq. & ab hac opinione in iudicãdo, & consulendo non est recedendũ, vt tradit Paris. consi. 89. nu. 31. lib. 2. nam si filii filiorum non fuere vocati, ergo nec grauari potuerunt, l. ab eo, C. de fideicommiss. l. planè, la 2. §. fi. cum l. seq. & l. ciuitatis, §. fi. vbi Bar. ff. de leg. j. Crau. consi. 161. nu. 17. & testator onus alicui adiiciens, non per hoc illi tacitè relinquere videtur, l. hęreditas ad Statium, & ibi Bal. ff. de hęre. insti. l. sed si sic. §. j. & l. fi. in prin. ff. de leg. 3. ita quoq; bene discurrit Ias. cõsi. 144. col. pen. lib. 2. & ibi probat, ꝙ illa regula, qui vult consequens &c. nõ fideicommissis sibi locum vẽdicat, si ergo in prædicto casu substitutio irritaretur, decedentibus filiis, superexistentibus eorum filiis, & si hæc cõclusio procedit, vbi filii filiorum expressè nominati sint, quãto magis in nostro igitur præsenti articulo proposito procedit, vbi filii filiorum nõ sunt nominati, neque vocati? Ergo substitutio Caij & fratrum suorum ob filiorum existentiam vltimi filii testatoris post eius mortẽ euanuit, quod argumentum à fortiori in iure est validum, auct. multo magis, C. de sacrosanct. eccles.

196 Et si diceretur, ꝙ † filij sub masculinitatis nomine nominati fuerunt, ergo dicuntur vocati, vt dicit Guid. Papæ quæst. 148. tamen idem Guid. Pap. dicit, nunquam potuisse hanc suam in practica opinionem obtinere, immo in cõtrariũ fuit decisum, vt ipse ponit quæst. 600. & bene, vt tradit Paris. consi. 31. nu. 19. & plurib. seq. lib. 2. & hæc est magis communis & verior doct. opinio, prout ad partes disputando, illam ita defendit, & asserit Cagn. in l. j. nu. 48. & pluribus seq. C. de pact. & ibi etiam Rip. nu. 8. & idem Rip. in l. Centurio, num. 162. ff. de vulg. & pup. substit. dominus meus Soc. Iun. cõsi. 177. nu. 10. lib. 2. hancq; magis communem verioremq; Doct. opinionem nouissimè asserit Iulius Clarus in tract. suis, in §. testamentum, q. 79.

Et tanto fortiùs hæc opinio in casu proposito procederet, si statutum (prout est per totam Italiam) extaret, ꝙ existentibus masculis filiæ non succedant, tunc filii sub masculinitate nominati, non censentur vocati, Rip. in l. j. numero 5. in fin. & ibi etiam Cagnol. nume. 53. versi. rursus, C. de pact. & ibi quoque Zuccard. nume. 74. dominus meus Soc. Iun. consi. 177. nume. 19. & seq. lib. 2.

197 † Et nec quicquam in articulo præsenti proposito consideratur ratio agnationis illiusque fauor conseruandæ, cum ex tali fauore & ratione non sunt addendæ, seu somniandæ substitutiones vltra testatoris dispositionẽ, alioquin substitutiones ad infinitum traherentur, quod non est dicendũ, Dominus meus Soc. Iun. consi. 177. num. 12. lib. 2. Crau. consi. 161. num. 6. & nume. 17. in fin. cum ergo dicta substitutio ob mortem vltimi filii testatoris cum filiis decedentis euanuit, meritò illa prohibitio substitutis tantum facta, videlicet, Caio & suis fratribus, nõ ad filios testatoris porrigitur, neq; etiam ad filios filorum eorũ extenditur, Cagnol. in dicta l. j. nume. 52. versi. ad quartum, Dominus meus Socinus Iun. consi. 108. nu. 31. & seq. & consi. 155. num. 10. & seq. lib. 2. Crau. consi. 161. num. 17. in fi. & seq. & consi. 306. num. 6. præsertim in fideicommissis, vbi de persona ad personam non extensio fit, l. si quis ita. §. pen. ff. de testam. tuto. Aret. in l. Gallus. §. & quid si tantùm colum. 3. versic. 2. adde, ff. de liber. & posthum. Dec. in l. illam. num. 11. C de collat. & consil. 218. nume. 9. Crauet. consi. 161. numero 11. & vt plenè tetigi supra.

198 Et si agnationis † fauor ob dictam alienationis prohibitionem fuit consideratus, potest dici, vt tantum fuerit consideratus in casu expresso, idest si filii testatoris sine filiis decesserint, & adueniente Caij & fratrũ illius substitutionis casu, quod equidem in articulo præsenti proposito non euenit; quia vltimus filius cum filiis viuis superexistentibus decessit. ergo ille agnationis fauor in alio casu non consideratur, Alex. cons. 59. nume. 21. versi. non obstat etiam, lib. 3. D. meus Soc. Iun. consi. 108. num. 31. & seq. lib. 2. & consi. 4. num. 21. & seq. lib. 3. Crau. cõsi. 161. & consi. 208.

199 Nec aliqua † ratio persuasiua sufficit imaginari, per quam dicatur testatorem aliquid voluisse, vel cogitasse, nisi illud disposuerit, vel aliquo modo ex illius verbis inducatur, vt per illum textum tradunt Bal. & Imo. & alii scribẽtes in l. quidam filium. ff. de hæred. inst. Paris. consi. 89. nu. 33. lib. 2. D. meus Soc. Iun. cõsi. 176. nu. 9. li. 2. sed sic est, in casu proposito verba nedum fideicommissum important, immo omnino in contrarium sonãt; nam testator dicit, omnibus suis filiis hæredibus uniuersalibus sine filiis decedentibus, Caium & eius fratres eisdem substituit, quibus eo in casu hæreditatis alienationem prohibuit. cum ergo vltimus filius testatoris filios post eius mortẽ reliquerit, meritò fideicommissum cessat, & hæc conclusio indubitata, & vera est, vt dicit D. meus Soc. Iun. consi. 4. nu. 14. & seq. lib. 3. consi. 177. nu. 17. lib. 2. Crau. consi. 161. & con. 208.

Et si quoq; diceretẽ, ꝙ si testator interrogatus fuisset, fideicõmissum in filios filiorũ extare ob prohibitionẽ prædictã, ita verisimiliter disposuisset, ergo hoc in casu fideicõmissum pro expresso haberi debet, iuxta gl. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact.

Sed ego huic obiectioni respõdere possum, & dicere, ꝙ illud nõ sufficit, ex quo verba nullo modo illud importare (per prędicta) possunt, & quia testatoris mens ex verbis colligitur, & ver-
200 ba sonãt in ℈rium, ergo nõ † verisimile est, ꝙ testator ita respõdidisset, & si voluisset, expresse dixisset, non dixit, ergo noluit, arg. l. vnicæ. §. finautẽ ad deficientis. C. de cad. tol. c. inter corporalia, de translat. prælat. c. ad audiẽtiam, de decim. ita in his ferè terminis tradit D. meus Soc. Iun. d. cõsi. 4. nu. 16. & seq. & consi 111. nu. 31. lib. j. Paris. consi. 89. nu. 33. lib. 2. Crau. consi. 161. nu. 13. & seq. & testator semper præsumitur velle id, quod verbis expressit. de quo latè per Tiraq. in l. si vnquã, in verbo, libertis, nu. 14. & pluribus seq. C. de reuocad. don. Rip. in l. hæredes mei. §. cum ita, num. 32. & seq. ff. ad Treb. Rui. consi. 163. j. col. & consi. 77. col. fi. lib. 2. & cõs. 7. nu. 12. & consi. 95. lib. 3. Cur. Iun. cõs. 63. & 169. in prin. Crau. consi. 161. nu. 14. & consi. 208.

201 Et ℈iecturæ ad † inducẽdũ fideicõmissũ necessariæ, vel multũ ꝓbabiles dẽnt esse, Ias. in l. vel singulis. ff. de vul. & pup. subst. & ℈s. 143. li. 2. Rip. in d. §. cũ ita, nu. 17. & nu. 34. & qui se sup testa-

Source : BIU Cujas

toris voluntate fundat, illam euidenter docere debet, Rip. in d. §. cum ita, nu. 56. D. meus Soc. Iun. conſi. 185. nu. 3. lib. 2. Craue. conſi. 161. num. 16. aliàs interpretatio fieret contra fundantem ſe in voluntate dubioſa. Crau. conſi. 208. nu. 3. teſtator vtiq; in noſtro præſenti caſu figurato non expreſſit ſe voluiſſe, ꝙ decedentibus ſuis nepotibus ſine filijs Caius & ſui fratres fideicommiſſum conſequi & habere poſſint: & nulla extat probabilis, neceſſariaq; cõiectura, per quam arguatur, teſtatorem ſuos nepotes, ideſt, filios filiorum onus fideicõmiſſi voluiſſe grauare, immo in contrarium perſpicuè patet, vt ſupra plenè dixi, ergo fideicõmiſſum in iſtis nepotibus etiam ſine filiis defunctis extinctum eſt, & ita in dubio pronunciandum eſt, fideicommiſſo locum non eſſe, vt perſona onerata minus fuerit grauata, quã poſſibile ſit, l. vnum ex familia §. ſi rem, l. ſi ita relictum, in fi. ff. de leg. 2. l. nũmis. ff. de leg. 3. D. meus Soc. Iun. conſi. 185. num. 9. & ſeq. lib. 2. Crau. conſi. 161. & conſi. 208.

202 Et ſufficit † nobis dicere, ꝙ regulariter in ſubſtitutionibus ſolet dici, hoc in caſu ſubſtitutio non loquitur, ergo non facta cenſetur, Pariſ. conſi. 41. nu. 24. lib. 3. Rub. conſi. 144. nume. 3. D. meus Soc. Iun. conſi. 155. nu. 6. & conſi. 176. num. 8. lib. 2. Crau. conſi. 208. num 3. & conſi. 161. num. 16. Excellẽtiſſimus D. quoque meus Cęph. conſi. 114. nu. 3. & hæc ſunt, quæ in præſenti articulo figurato hæſitationem faciunt.

Veruntamen his & ſimilibus quæ in cõtrarium adduci poſſunt non obſtantibus, arbitror opinionem contrariam de iure eſſe veriorem, magiſq; æquam, & ideo amplectendam eſſe, videlicet, ꝙ cum filij vltimi filij teſtatoris prædefuncti ſine filiis deceſſerint, Caium & eius fratres ad fideicommiſſum vocatos eſſe, vt ex infra dicendis clariſſimè & perſpicuè patebit.

Et pro euidentia huiusq; concluſionis fundamento prẽmit-
203 to illud ineuitabile fundamentum, † ꝙ in materia teſtamentaria ante omnia teſtatoris voluntas perquirẽda eſt, quæ in teſtamenti interpretatione primum locum obtinet, l. in conditionibus, in prin. ff. de cond. & dem. & totum facit l. ex facto. la grãde, circa medium. ff. de hæred. inſti. l. ſi mihi & tibi § fi. in fi ff. de leg. i. & ideo ante omnia attendi debet. l. qñ indignum. C. de teſta. & tunc omnis verborũ rigor ipſi voluntati poſtergatur, arg. l. 3. C. de liber. præter. & præſertim cum de fideicõmiſſis tractat, vt in præſenti articulo propoſito contingit, l. cum virum. C. de fideicommiſſ. l. hæredes mei. § cum ita, vbi docto. ff ad Treb & ſufficit teſtantis voluntatem per coniecturas percipi, l. cum proponeretur, vbi gl & doct. de leg. 2. & Alex. conſi. 100. nu. 5 lib 4. dicit materiam fideicommiſſariam in defuncti voluntate fundari, vt ſufficiat illam quibuſcunq; verbis, præſumptionibus, cõiecturisq; oſtendere, ad inducendum fideicommiſſum. ita etiã affirmat Soc. conſi. 26. nu. 2. & pluribus ſeq lib. 4. Dec. conſi. 23. nu. 3. Pariſ. conſi. 25. nu. 31. & ſeq. lib. 3. D. meus Soc. Iun. cõſ. 145. nu. 16. lib. 3. & D. quoq; meus Cęph. cõſi. 188. nu. 5. & ſeq. & ideo nutu fideicommiſſum inducitur, Cagn. in l. j. nu. 47. C. de pact. & per verba etiam enunciatiua, Pariſ. conſi. 66. nu. 23. & plurib. ſeq. & conſi. 68. nu. 33. & pluribus ſeq. lib. 3. immo nedũ per verba expreſſa ſed & quoq; tacita, Pariſ. latè conſ. 72. nu. 7. & ſeq. & conſ. 88. nu 4. & ſeq. lib. 2. & cõſi. 25. nu. 34. & ſeq. lib. 3. Cur. Iun. cõſ. 121. nu. 10. & fortius etiam ſi verba teſtatoris ſint defectiua, fideicommiſſum inducitur, vt pulchre dicit D meus Soc. Iun. conſ. j. nu. 8. & pluribus ſeq. lib. 3. Pariſ. conſi. 5. nu. 12. & conſi. 6. nu. 5. & ſeq. & conſi. 66. num. 23. & pluribus ſeq. lib. 3. ratioq; eſt in promptu; quia in fideicommiſſis qñq; minus eſt ſcriptum, q̃ à teſtatore fuerit, Soc. con. 26. nu. 4. in fi. lib. 4. Pariſ. conſi. 7. nu. 42. li. 3. Alc. in tract. præſump. regula j. preſum. p. 9. nu. j. meritò ſi in fideicommiſſis coniecturata teſtatoris volũtas ſufficiat, quæ ex aliquibus coniecturis tacitè colligatur, tex. eſt rotundus in l. vnum ex familia. § ſi omiſſa. ff. de leg. 2. Cur. Iun. conſ. 121. nu. 13. Pariſ. conſi. 41. nu. 15. & ſeq. lib. 2. & conſi. 43. nu 87. & conſi. 25. nu. 31. & pluribus ſeq. lib. 3 nam vbi ſenſus teſtatoris habetur, ẽt per coniecturas, à vi naturaq; coniunctionis verbalis receditur, Pariſ. conſ. 25. nu. 32. & ſeq. lib. 3.

204 Et quamuis conſulentes † teſtatoris verbis inhærent, & aliquando voluntari, prout pecuniæ eos impellunt, tamen nunq̃ à teſtatoris voluntate recedas, preſertimq; in fideicõmiſſis, quo tieſcunq; ex coniecturis in teſtamento collectis talis voluntas comprehendatur, quæ tunc pro omiſſa non habetur, Cur. Iun. conſi 121. nu. 10. ver. cum igitur, & nu. ſeq. Pariſ. conſ. 5. nu. 45. & conſi. 17. nu. 15. & pluribus ſeq. & conſi. 25. nu. 38. lib. 3. Rub. cõſ. 68. nu. 2. verſi. præmiſſis.

205 Hoc ita præmiſſo exiſtente firmo, & valido, dico, ꝙ † teſtator ſubſtitutis alienationem prohibuit, cauſam adiiciẽdo; quia omnino vult, dictam hæreditatem in familia, ipſiusq; teſtatoris domo remanere, quæ teſtatoris verba ſunt diſpoſitiua & fideicõmiſſum inducunt, Soc. in l. qui Romæ. §. cohæredes. nu. 18. ff. de verb. oblig. Dec. conſi 23. col. 3. verſ. ſextò moueor, Pariſ. cõſi. 88. nu. 21. & pluribus ſeq lib. 2. D. meus Soc. Iun. conſi. 140. nu. 9. lib. 3. Crau. conſi. 130. num. 10 & id tranſit abſque difficultate, ſi hęc igitur verba ſubſtitutis fideicommiſſum important, ergo quoque ex coniecturata teſtatoris volũtate idem quo ad inſtitutos & eorum filios dicitur; nam ſi teſtator vult omnino, ꝙ illius hæreditas in ſua domo, familiaque remaneat, id equidem (meo iudicio) obuenire non poteſt, niſi neceſſariò hæc alienationis prohibitio ad inſtitutos, eorumq; filios extendatur; quia qui vult conſequens, neceſſariò videtur velle antecedens, l. ad rem mobilem, l. ad legatum, ff. de procur. l. 2. cum ſua materia. ff. de iuriſdi. om. iud. cum igitur ita ſit, & filii filiorum ſine filiis deceſſerint, meritò Caius & ſui fratres ad dictum fideicommiſſum vocantur, ita ad probãdum fideicommiſſum arguit Rub. conſ. j. nume. 15. Pariſ. conſi. 6. nume. 19. & conſi. 52. num. 29. lib. 3. & conſi. 41. num. 23. & ſeq. lib. 2. & conſi. 72. nu. 86. lib. 4. Alci. in l. filiusfa. §. Diui. nu. 38. & ſeq. de leg j. D meus Soc. Iun. conſi. 1. nume. 13. 17. & ſequen. lib. 3. & D. quoque meus Cęphal. conſi. 114. num. 17.

206 Et id ſuadente, nam licèt † altercatio inter doctores reperiatur, an filii in conditione poſiti cenſeantur vocati, & aliqui cenſuere ꝙ non, iuxta gl. in l. Lucius, la 2. ff. de hęre. inſt. & ratio eſt; quia conditio, nihil ponit in eſſe. l. ſi quis ſub conditione dandorum decem, ff. ſi quis omiſſ. cau. teſta.

Alii autem contrarium cẽſuere, quòd tacitè vocati ſint, quæ tacita mens in fideicommiſſis ſufficit, & hæc opinio eſt multũ æqua, benigna, & communis, & ſi iudex in iudicando illam ſequeretur, non peccaret, vt dicit Pariſ. conſi. 66. nume. 16. & pluribus ſeq. lib. 3. & quamuis altera opinio iam erat communis, hodie tamen iſta eſt magis communis, & verior doct. opinio, vt tradit D. meus Soc. Iun. conſ. 78. num. 12. & conſi. 145. num. 35. lib. 3. conſi. 174. nume. 21. lib. 2. vbi allegat plures auctoritates ad id propoſitum tendentes, vt in fonte videri poteſt.

Alij autem pro concordia harum opinionum ſic diſtinxere quòd aut illi, qui ſunt inſtituti, non ſunt ipſius teſtatoris deſcẽdentes, & hoc in caſu procul dubio filii in conditione poſiti nõ cenſentur vocati, ſi verò inſtituti teſtatoris deſcendentes ſint, nullaque alia ſubſit coniectura, per quam argui poſſit teſtatorẽ eos uocare uoluiſſe & tunc equidem procedit opinio glo. in d. l. Lucius. ſi uerò aliqua in teſtamento coniectura ſubſit, per quã deprehendatur teſtatorem uoluiſſe hos filios in cõditione poſitos uocare, & tunc cenſentur uocati, & in hoc caſu procedit illa 2. opinio relata & à Pariſ. ſecuta, d. conſi. 66. nume. 16. & ita nouiſſimè diſtinguendo declarat Iulius Clarus in tract. ſuis in § teſtamentum q. 77. & pluribus ſequen. ubi recitat opiniones hinc inde, tandem ibi uerſ. nihilominus, concordat opiniones, ut ſupra dixi, idem affirmat Pariſ. conſi. 5. nume. 35. lib. 3. Crau. conſi. 24. nume. 13. & hæc eſt magis communis hodie, ut dicit D. meus Soc. Iun. conſi. 145. num. 36. lib. 3. & conſi. 175. nu. j. lib. 2. & ſuſius cõſi. 174. nu. 22. eo. lib. ſubdens ibi ꝙ qualis coniectura debeat eſſe, iudicis arbitrio relinquitur.

207 Et † quælibet leuis coniectura ſufficit, & ad effugiendum gl. in d. l. Lucius, Corn. conſi. 101. nume. 4. circa medium, lib. 4. & conſi. 97. num. 4. circa medium lib. j. Dec. conſi. 242. in fi. Pariſ. conſi. 5. nu. 5. & ſeq lib. 3. Dominus meus Soc. Iun. conſ. 141. nume. 8. & ſeq. & conſi. 145. nu. 36. lib. 3. Crau. conſi. 62. nu. 6. & cõſi. 13. nu. j. in fi.

Ex quibus ad caſum noſtrum infero, quòd cum inſtituti de teſtatoris deſcendentibus ſint, & quamplures extant coniecturæ, per quas ex teſtamento perſpicuè comprehendatur, teſtatorem ſuam hæreditatem in familia, domoque ſua uoluiſſe cõ ſeruare ut ſigillatim patebit; meritò negari non poteſt, quin filiorum filii fuerint uocati, & ſucceſſiuè grauati: & quia filii filiorum omnes ſine filiis deceſſerunt; meritò ſi fideicommiſſum non eſt extinctum, ſed in perſona Caij & fratrum illius perdurat.

208 Primaque coniectura eſt, † nam filii ſub maſculinitatis nomine nominati ſunt, & quamuis maxima inter Doctores altercatio reperiatur, an ſi uocati cenſeantur; quia iam communis erat pro parte negatiua, ut in contrarium dicebatur ſupra, tamen hodie magis communis eſt pro parte affirmatiua, uidelicet, quòd filii ſub maſculinitatis nomine nominati ſint uocati, Pariſ. conſilio 5. numero 36. & conſil. ſequen. num. 17. & nume. 23. lib. 3. ubi dicit, quòd ab hac opinione in iudicando & conſulendo non eſt recedendum, idem affirmat Crau. conſilio 130. numero 2. & conſilio 62. numero 15. uerſicu. quinta coniectura, Dominus meus Socin. Iun. conſilio 151. numero 12. lib. 2. & conſilio 145. numero 37. lib. 3. ubi dicit ſe ſæpe conſuluiſſe, & ita ſolitum eſſe tenere in dicta l. Centurio, & idem Socin. Iun. conſilio 141. numero 7. & ſequen. lib. 2. & ita aliàs Brixiæ fuit iudicatum, ut refert ſequendo Dominus meus Cœphal. conſilio 115. numero 23. & conſilio 251. numero 77. in loco etiam exiſtente ſtatuto, quòd exiſtentibus maſculis, fœminæ excludantur, Dec. conſilio 546. numero 2. & ſequen. Pariſ. conſilio 66. numero 60. lib. 3. Curt. Iunior conſilio 121. numero 16 D. meus Soc. Iun. conſi. 145. nume. 38. lib. 3. Crau. conſi. 130. num. 2.

209 Et prima † equidẽ opinio procedere poterit, ſi ſimpliciter de maſculis dictũ fuiſſet, at quia ultra maſculinitatis cõiecturã cõ prehenditur p aliam coniecturã in teſtamento inſertã, teſtatorem

Source : BIU Cujas

rem masculis suam voluisse relinquere hæreditatẽ, causa suam ꝑseruandi agnationem, hoc in casu proculdubio filij in ꝑditione positi cẽsentur vocati, ita declarat Rip. in l. Cẽturio, nu. 163. & seq. ff. de vulg. & pup. substit. & in l. prima, num. 9. & seq. & ibi quoq; Cagnol. num. 53. versic. procedit, & nume. 54. C. de pact. Dec. consi. 270. in fi. Ruin. consi. 144. num. 9. circa medium, ver. secundò dicta interpretatio, lib. 2. Paris. consi. 6. num. 16. & cõs. 66. num. 46. & 49. lib. 3. vbi dicit hanc esse communem Docto. opinionem, idem affirmat Crau. cõsi. 62. nume. 9. & consi. 130. num. 4. D. meus Soc. Iun. consi. 78. num. 13. & seq. & consi. 141. num. 7. lib. 2. magisq; nouissimè Iul. Clar. in tract. suis in §. testamentum, q. 79. versi. quinta, Hier. de Manfredis in tracta. suo de attentatis, in 6. par. num. 3. vbi recitat opiniones hincinde. tandem concludit, vt supra: ita quoq; affirmat præclarissimus D. meus Cęphal. cõsi. 352. num. 82. sed sic est, in casu proposito plures extant vrgentissimæ coniecturæ, ex quibus deprehenditur, testatorem suam voluisse cõseruare agnationem, & prima est; quia testator fęminas dotat, & à substitutione excludit, nominando masculos sub masculinitatis nomine tm̃, Rub. cõs. 150. num. 2. vers. præmissis, Dãs meus Soc. Iun. cons. 136. num. 38. & seq. lib. 3. & præsertim existẽte statuto fęminas ob masculos excludente, Zuccard. in l. fi. nu. 69. in fi. & seq. C. de edicto D. Adr. toll. Ruin. consi. 158. nu. 5. versi. sed præmissis, & pluribus, seq. li. 2. Paris. consi. 18. nu. 34. & pluribus seq. lib. 2. & consi. 41. nu. 19. & 41. & 46. lib. 3. Rub. consi. 141. num. 7. & consi. 150. num. 2. vers. præmissis, alienationemq́; suæ hæreditatis ipsis expresse substitutis prohibuit, rationem ibi subiiciens; quia vult, vt dicta hęreditas in sua familia, & domo, remaneat, ꝙ equidem testator id non effecit, nisi causa eius agnationem conseruandi, & enimuerò si testator de hoc fuisset interrogatus, ita verisimiliter dispo suisset, & expresse dixisset, existentibus tot & tantis coniecturis vrgentissimis in dicto testamento insertis, ex quibus deprehenditur, testatorem filios filiorum vocasse, & eos grauasse, Paris. consi. 5. nu. 42. lib. 3. & alii Doct. præallegati vt supra, & ita quilibet iudex sani iudicij ita diiudicabit, cum in eius arbitrio sit credere, an filii in conditione positi sint à testatore vocati, vt tradit Clarus in d. §. testamentum, q. 79. in fine.

210 Et id † in præsenti articulo nostro proposito procedit, hac ratione incõuincibili; nam sicuti testator honorẽ voluit in his substitutis agnatis ex fratre suo natis cõseruare, vt satis perspicuè ex alienationis prohibitione deprehenditur: quia vult, suã hæreditatem oĩno in sua familia & domo remanere, quæ prohibitio à testatore expresse fuit facta, cã suam cõseruandi agnationem, & si hæc ratio à testatore in testõ non expressa fuisset, cum alia cõgruens ratio assignari non potest, nisi hæc: ergo illa pro expressa habetur ſm gl. Bal. & Scribẽtes in l. quamuis, C. de fideicommiss. ita in propriis terminis tradit Paris. cõs. 5. nu. 22. & 29. & cons. seq. nu. 13. & consi. 66. nu. 43. lib. 3. cum per diuitias familiarũ honor cõseruatur, l. j. C. de custod. reorum, & per contrarium familiæ paupertate sordescunt, l. quisquis, C. ad leg. Iul. Maiest. l. j. C. de dignit. lib. 12. vbi Bar. Soc. consi. 26. num. 8. lib. 4. Paris. consi. 6. num. 15. & cons. 17. num. 10. & seq. lib. 3. Dominus Riminald. Iunior in §. hoc quoq; à nobis, nu. 14. Inst. per quas pers. nob. acqui. si ergo testator in his substitutis honorem ob hanc prohibitionem conseruare voluit, qui in longiori gradu sibi sunt, q̃ isti instituti sint, qui sunt eius filii, quanto magis dicendum est, naturali ratione, & verisimilitudine, quæ est cognata naturæ, testatorẽ voluisse hunc honorẽ in propriis filiis, descendentibusq́; conseruare, iuxta cõe votum parẽtum, l. scripto, in fi. ff. vnde lib. meritò vtiq;, si hæc alienationis prohibitio ad filios filiorum tanquam fauorabilis extẽdatur, & cum ita sit, ergo fuere vocati, & pariter grauati, Dominus meus Soc. Iun. consi. 78. num. 28. & pluribus seq. lib. 3. & dominus meus quoq; Cęph. consi. 114. nu. 27. & seq.

211 Præsertimq́;, cũ † tam de enixa, geminataq́; testatoris voluntate constat, testatorem voluisse agnationem, eiusq́; familiam conseruare, vt expressè deprehẽditur, (vltra masculinitatis qualitatem) per expressam alienationis prohibitionem cum causæ adiectione, & etiam per alias tot prænarratas coniecturas, quæ geminata testatoris voluntas multum operatur ad concludẽdum, ꝙ filii & filii filiorum dicuntur vocati, & grauati, arg. l. baliſta. ff. ad Treb. ita in proprijs terminis arguit Paris. d. cõs. 5. nu. 5. nu. 20. & consi. 66. nu. 36. & seq. lib. 3. & consi. 37. nu. 29. & seq. lib. 2. dominus meus Cęph. consi. 114. nu. 24. si hæc igitur ratio à testatore considerata fuit, per quam suam voluit hæreditatem in eius familia, & domo cõseruare, resultat vera hæc cõis doct. conclusio, ꝙ fideicõmissum per hæc verba allegata fuit inductum, & ad filios filiorum transcendit; quia filij filiorum masculi dispositiuè vocati fuere, Paris. cons. 6. nu. 16. lib. 3. & præsertim cum illi de ipsius testatoris descendentibus sint. Cagn. in l. j. nu. 54. C. de pactis, & alij commemorati patres, vt supra dixi.

212 Præterea, solida † & cõis doct. cõclusio est, fideicommissum ampliari, restringi, declarari, limitariq́; per rationẽ, & causam, quibus testator ad conficiendum testamentum motus fuit, ergo causa, & ratio est attendenda, nõ autem illud, quod dicitur, vt habetur in l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 2. Ias. in l. filiusfam. §. Diui, in responsione nu. 146. in fi. & nu. 152. & ibi etiam Rip. nu. 108. versi. secundò restringe, & Alcia. nu. 38. & seq. ff. de leg. j. Soc. consi. 249. nu. 26. & consi. 250. nu. 4. vers. præterea, lib. 2. Paris. consi. 6. nu. 20. lib. 3. & consi. 88. nu. 25. lib. 2. & consi. 72. num 87. & seq. lib. 4. dominus meus Cęphal. consi. 114. num. 33. & ratio est in promptu; quia in fideicommissis quãdoq; minus est scriptum, quàm dictum, Cur. Iun. cõsi. 121. nu. 13. & vt in præmisso meo huius præsentis quęstionis propositę dixi, sed sic est, ratio per quam motus fuit testator ad prohibendum alienationem, fuit hęc; quia honorem suæ domus & familiæ conseruare voluit, vt expressè in testamẽto legitur, qui honor per diuitias conseruatur, & per contrarium paupertate sordescit, quæ ratio magis filijs, & filijs filiorum testatoris conuenit, q̃ Caio & fratribus suis substitutis, ergo hæc prohibitio ad ipsos institutos, & eorum filios porrigitur; cum vna testamẽti pars per aliam declaratur, l. j. ff. de reb. dub. Rub. consi. 53. nu. 5. versi. quo casu, & præcedentia quoq; per subsequentia declarãtur, l. si seruus plurium, §. fi. l. qui filiabus, ff. de leg. j. Crau. cons. 297. num. 5. tum & quoq; propter causæ adiectionem, quę dicto generalior est, meritò si alienationis prohibitio ad institutos, & ad eorum filios extenditur, ergo sunt vocati, & quoq; grauati, Paris. cõsi. 41. nu. 23. & pluribus seq. lib. 2. D. meus Cęph. consi. 114. num. 23. & pluribus seq. & cæteri doct. præallegati vt supra.

113 Et † si testator de hoc interrogatus fuisset, ita verisimiliter expresse dispo suisset, vt ex coniecturis perpenditur præallegatis in dicto testamento insertis, ergo pro non omisso, sed expresso habetur, iuxta gl. in l. tale pactum, §. fi. ff. de pact. ita in his terminis tradit Paris. consi. 5. nu. 42. lib. 3. Ias. in l. cum res, num. 5. ff. de leg. j. Cur. Iun. consi. 121. Rub. consi. 68. nu. 2. versi. præmissis, Crau. consi. 62. nu. 14. & consi. 130. nu. 7. D. meus Cęphal. consi. 114. nume. 17.

Et hæc opinio d. gl. præsertim in fideicommissis procedit, in quibus tantum testatoris voluntas inspicitur, Ruin. cons. 179. in fi. & seq. lib. 2. Paris. consi. 17. nu. 10. & pluribus seq. lib. 3. D. meus Soc. Iun. consi. 145. nu. 21. lib. 3.

Ex quibus omnibus simul coniunctis concludo, ipsos nedũ filios fuisse vocatos, sed & quoque filios filiorum, & successiuè ex coniecturata testatoris uolũtate à testamento collecta (quę in fideicommissis sufficit) illos grauatos fuisse, quo ita existẽte, resultat conclusio clarissima, ꝙ cum filij filiorum sine filijs decesserint, fideicommissum in personam Caij & fratrum suorũ esse verificatum, & eidẽ iuxta testantis dispositionẽ pertinere.

Tota igitur præsens difficultas consistit in respondendo cõtrariis, & quamuis responsio ex præallegatis eliciatur; tamen vt res clariùs prospiciatur, eisdem sigillatim, & particulariter respondebo.

Primò, non obstat dicere, ꝙ substitutio euanuit, cum filij instituti existentibus filiis decesserint, vt dicit Oldr. d. consi. 21. & cæteri sui sequaces.

214 Nam respondeo, & dico, ꝙ † allegata per Oldr. procedunt, quando substitutio simpliciter facta sit, & nihil aliud subsequatur, per quod arguatur, testatorem voluisse, vt illud fideicommissum ad filios filiorum transiret, etiam dum eadem qualitate, si illi sine filiis decesserint, sed iste non est casus noster; quia in præsenti casu figurato testator vult, illius hæreditatem in sua familia & domo remanere, & hac ratione alienationis prohibitionem fecit, per quã, & per alias tot & tantas coniecturas iam pręnarratas satis apertissimè deprehenditur, testatorẽ eius agnationem conseruare voluisse, sed sic est, ergo nedum filij, sed filij quoq; filiorum vocati censentur, & ex coniecturata testatoris voluntate grauati, quæ voluntas tacita ex testamento coniecturata ad inducendum fideicommissum sufficit, ita ad consi. Oldradi respondet Paris. consi. 66. num. 58. lib. 3. & cons. 41. nu. 64. & pluribus seq. lib. 2. Dec. cons. 270. in fi. Rui. cõsi. 158. nu. 14. lib. 2. Cur. Iun. consi. 121. nu. 15. Crauet. cons. 306. nu. 4. in fi. & con- 326. nu. 16. Dominus meus Cęphal. consi. 114. nu. 12. & seq. & consi. 283. num. 28.

Nec obstat dicere, quòd hæc alienationis prohibitio tantum Caio, & fratribus suis substitutis fuerit facta, casu quo filij instituti sine filijs decesserint, nullumque grauamen filijs filiorum iniunctum fuit, sed dicta prohibitio tanquam personalis ad Caiũ, eiusq́; fratres fuit restricta, ergo ad institutos & ad eorum filios tanquam odiosa non extenditur, igitur &c.

215 Respondeo huic argumento, & dico, quòd † licèt hæc prohibitio substitutis facta fuerit, & non institutis, nec eorum filijs expressè; tamen ex coniecturata testatoris voluntate ex testamento percepta (quæ in fideicommissis sufficit) facta censetur, & ad ipsos institutos, eorumque filios extenditur, Paris. cõsi. 52. nu. 35. lib. 3. dominus meus Cęphal. consi. 114. nu. 31. & seq. nam si testator per hãc alienationis prohibitionem voluit honorẽ, dignitatemq́; Caio & suis fratribus substitutis ꝑseruare, q̃ honor per diuitias cõseruat̃, & p̃ inopiã diminuit̃, vt aliàs dixi, q̃to magis verisimile sit, testatorẽ voluisse hunc honorẽ suis filijs, & descendentibus ꝑseruare, tanq̃ sibi magis p̃dilectis, cùm

Source : BIU Cujas

in hac ſubſtitutionis materia interpretatio ita fieri debet, ne minus dilecti melioris conditionis ſint, quàm magis dilecti, Ruy. conſi. 153. nume 6. lib. 2. & conſi. 168. nume. 20. lib. 3. Dominus meus Soc. Iun conſi. 129. num. 36. poſt primum, lib. 3. Crau. cōſ. 155. num. 6 in fi. & Dominus quoque meus Cęphal. conſi. 114. nume. 31. ergo neceſſarium eſt, ex coniecturata teſtatoris voluntate à teſtamento collecta dici, hanc prohibitionem ad inſtitutos, eorumq; filios extendi, ne abſurdum naſcatur, ꝙ ſubſtituti ſint teſtatori magis prædilecti, quàm inſtituti, & eorum filii: ita reſpondendo ad contraria arguit Dominus meus Soc. Iunior conſi. 129. nume. 26. in fi. lib. 3. Pariſ. conſi. 52. nume. 29. lib 3. & dominus quoque meus Cęphal. conſi. 251. nume. 75. & num. 82. & tunc ex ratione prædallegata extenſio de perſona ad perſonam fit, quando eadem ratio, & teſtatoris mens, in vtroque concurrit, Iaſ. in l. Titius §. Lucius, num. 3. & 7. ff. de liber. & poſthu. Curt. Sen. conſi. 75. nume. 14. verſi. & ſic vbi ratio, Curt. Iun. conſi. 121. nume. 14. Pariſ. conſi. 66. nume. 66. & pluribus ſequen. lib. 3. vbi dicit, quòd hæc opinio eſt verior, æquior, & communior. idem pariter affirmat D. meus Socinus Iun. conſi. 129. num. 35. & pluribus ſeq. lib 3. ſubdens ibi, hanc opinionem eſſe veriſſimam, non obſtante quicquid in contrarium dixerit Aretin. in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, ff. de liber. & poſthum. hancque ſequitur opinionem Crau. conſi. 155. nu. 7. quam vti quoque crebriorem & veriſſimam refert & ſequitur D. meus Cęphal. conſi. 114. nu. 30.

216 Et † quamuis idem Cęphal. conſi. 169. nume. 50. dicat, quòd Curt. Iun. dicto conſi. 121. nume. 16. communiter reprobatur, tamen dico, quòd Dominus Cęphal. in hoc ibi valde decipitur, ſalua tanti hominis auctoritate: nam allegata per eū ibi in ſuo præmiſſo loquuntur, quando nō ſit adiecta cauſa, prout eſt hic, igitur &c. quam opinionem meam quoque affirmat veriorem & ſequitur idem Dominus Cęph. in conſi. 114. num. 29. & pluribus ſeq. ergo hæc opinio mea tanquam veriſſima eſt tenēda, & ab illa in iudicando & conſulendo non recedas.

217 Et † in hoc quoq; limitatur illa regula, quæ dicit, ꝙ inclusio vnius alterius ſit excluſio; nam dicta regula non ſibi locum vēdicat, cum in vtroq; caſu eadem ratio includendi vigeat, Dec. in c. 2. requiris, nu. 2. de app. ita ad contraria reſpondet Pariſ. cōſ. 5. nu. 43. & conſi. 52. nu. 20. 23. & 24. lib. 3. & conſ. 111. nu. 39. lib. j. Dominus meus Cęphal. conſi. 114. nu. 31. & ſeq.

218 Et † ſicuti ſubſtitutio in vno caſu facta ad alium caſum ex rationis identitate trahitur ex præſumpta teſtatoris voluntate, ēt contra naturam, & verborum proprietatem, Crau. conſi. 326. num. 8. & ſeq ergo & in hoc caſu hæc prohibitio ad hæredes & ad eorum filios eſt extendenda ex coniecturata teſtatoris voluntate percepta, vltra prohibitionem ex tot & aliis prænarratis coniecturis in teſtamento inſertis, vt ſupra tetigi. ergo nedū filii, ſed filiorum filii vocati, & grauati cenſentur, ita limitatur, l. ab eo, C. de fideicommiſſ. vt dicit Pariſ. conſ. 88. num. 28. & cōſ. 57. nu. 22. & pluribus ſeq. lib. 2. Alc. in d. §. Diui, nu. 38. & ſeq. dominus meus Soc. Iun. conſi. 78. nu 37. lib. 3.

219 Et † quamuis hęc alienationis prohibitio nominatim Caio, & fratribus ſuis facta fuerit, tamen ob cauſæ adiectionem quæ eſt; quia teſtator vult, ꝙ eius hęreditas omnino in familia, & domo ſua remaneat, illa prohibitio tunc efficitur realis, & nō perſonalis, & illa adiectio cauſæ facit, vt à proprietate verborū recedatur, & diſpoſitionem extendit; meritò ſi hæc alienationis prohibitio intelligatur, non tantum Caio & fratribus ſuis ſubſtitutis facta, ſed & quoq; inſtitutis, & illorū filiis, Iaſ. in l. filius fam. §. Diui, nu. 152. & etiam ibi Rip. nu. 108. verſi. 2. reſtringe, & ibi quoq; Alcia. nu. 18. & ſeq. ff. de leg j. Rom. conſi. 457. num. j. Cur. Sen. conſi. 40. num. 17. verſic. quod etiam, & ſeq. nu. Curtius Iunior conſi. 121. num. 11. Pariſ. conſi. 5. num. 21. & pluribus ſeq. & conſi. 52. nu. 20. & pluribus ſeq. & nu. 35. lib. 3. & conſi. 88. nu. 18. in fi. & nu. 23. & ſeq. eo. lib & conſi. 32. nu. 37. lib. j. & cōſi. 72. nu. 87. & ſeq. lib. 4. Rubeus conſi. j. nu. 11. ver. prędmiſſis. & ſic ergo ob adiectionem cauſæ abſolute extenſio de perſona ad perſonam conceditur, licèt regulariter difficiliùs fiat, vt in contrariis dicitur, ita tradit clariſſimus D. meus Cęphal. conſi. 114. nume. 30. & pluribus ſequen. vbi aſſerit, hanc eſſe crebriorem doct. opinionem.

220 Hacq; ratione videmus, ꝙ † ſi teſtator in vita alienationem prohiberet; quia vellet, vt bona in eius familia remanerent, tūc hæc alienationis prohibitio extenditur. ita ꝙ nō poterit aliquo modo alienare ēt poſt mortem, ex quo ratio, per quam mouetur teſtator ad faciendum huiuſmodi prohibitionem, dicto generalior eſt, & illi attenditur & non dicto, Soc. conſi. 249. nu. 26. lib 2. Pariſ. conſi. 32. nu. 37. & ſeq. lib. j. & conſi. 31. nu. 36. & ſeq. lib. 2. Rub. conſi. 16 num. 10. in fi. & ſic prohibitio ad certū tempus facta, & reſtricta, ex cā & ratione cēſetur perpetua, Pariſ. conſ. 16. nu. 46. & conſi. 52. nu. 24. & ſeq. lib. 3. nam profectò ſemper à rōne & à cauſa per teſtatorem conſiderata fideicommiſſum ampliatur, reſtringitur, & declaratur, Pariſ. conſ. 66. nu. 42. & pluribus ſeq. lib. 3. & conſ. 72. nu. 87. lib. 4. ratio igitur per quā motus fuit teſtator in articulo præſenti propoſito, ad eſſiciēdū huiuſmodi prohibitionē, fuit hæc, vt hæreditas in eius familia, & domo conſeruetur. vt colligitur expreſsè ex verbis diſpoſitiuis ibi, vltra alias coniecturas prænarratas, quod equidē eſſe non pōt, ſi hæc alienationis prohibitio ad filios inſtitutos, & illorum filios non extendatur, Pariſ. pulchrè conſ. 72. num. 86. lib. 4. Dominus Soc. Iun. cōſ. j. nu. 17. & ſeq. lib. j. & Dominus quoq; meus Cęphal. conſ. 114. nu. 17. nam ſi teſtator vult, vt bona ſua in familia remaneant, ergo perinde eſt, ac ſi familiæ reliquiſſet, Dominus meus Cęphal. cōſ. 251. nu. 56. ſed ſic eſt, ergo filii filiorum ad fideicommiſſum diſpoſitiuè, & non priuatiuè fuere vocati, & grauati, Pariſ. conſ. 30. nu. 31. & pluribus ſeq. lib. 2. & conſ. 66. num. 46 & ſeq. lib. 3. attrēto (vt dixi) prohibitio alienationis ob cauſæ adiectionem eſt realis, & non perſonalis, Pariſius conſ. 37. num. 22. & 26. & ſeq. lib. 2. & conſ. 17. nu. 29. lib. 3. Durant. in tract. de art. teſta. titu. 8. caut. ſecūda, nu. 3. & alii Doct. ad id propoſitum prædallegati vt ſupra, & illa prohibitio tunc eſt fauorabilis, & non odioſa, & de perſona ad perſonam non nominatam extenditur, Durant. in loco allegato vt ſupra, Pariſ. ꝙſi. 52. nu. 26. & ſeq. lib. 3. Dominus meus Cęphal. cōſi. 114. nu. 32. ſecus verò eſt, ſi ſine adiectione cauſæ; quia tunc odioſa erit, & non extenditur, vt in cōtrarium dicebatur, ita diſtinguēdo declarat Rub. conſ. j. nu. 12. & ſeq. Pariſ. conſ. 52. nu. 24. & ſeq. lib. 3. & conſ. 72. nu 84. & ſeq. lib. 4.

221 Et præſertim, † cum ratio à teſtatore adiecta per verba diſpoſitiua fuit facta (vt dixi) & non per verba enunciatiua; nam illud verbum vult, poſt prohibitionem adiectum in vltimis voluntatibus diſpoſitionem inducit, l. Pamphilo. §. propoſitum, ff. de leg. 3. meritò ſi hoc in caſu prohibitio alienationis vltra perſonas nominatas extendatur, quibus prohibitio erat reſtricta, Ripa in d. §. Diui, nu. 110. ver. declara, & ibi etiam Alciat. nu. 38. & ſeq. Pariſ. conſ. 30. nu. 32. & ſeq. lib. 2. & conſ. 52. nu. 26. & pluribus ſeq. lib. 3

222 Et hæc † quoq; opinio ex alio fortificatur; nam videmus, ſi quando teſtator alienationem ſimpliciter prohiberet, nō exprimendo extra familiam, at cauſam ſubiiciendo, vt in familia bona remaneant; tunc iſte caſus eſt dubitabilis, an fideicōmiſſum ſimpliciter inducatur; ſecus verò erit, ſi teſtator ſubiiceret, & hoc qa vult, vt bona alienari prohibita in familia ſua remaneant: nam tunc clarum erit, fideicommiſſum induci, non ſolum in caſu contrauentionis, ſed etiam poſt mortem, & iſte caſus à præcedēti differt: quia vltimus caſus per verba diſpoſitiua fuit factus, vt denotat illud verbum, vult, poſt prohibitionem adiectū, Pariſ. conſi. 30 nu. 22. & ſeq. lib. 2. Dominus meus Soc. Iun. cōſ. 140. nu. 7. in fi. & ſeq. lib. 3. & Dominus quoq; meus Cęphal. conſ. 114. ſub. nu. 22. ver. pro qua, & nu. 35. ita ergo & in ꝓpoſito noſtro dici debet: nam ex eo ꝙ prohibitio per verba diſpoſitiua fuit facta, meritò ſi dicatur, teſtatorem fideicōmiſſum inducere abſolutum omnibus voluiſſe, & illud tanquam fauorabile ad inſtitutos, & ad eorum filios propter huiuſmodi prohibitionem diſpoſitiuam extendere, vt dicunt doct. prædallegati. ecce igitur non hāc valere conſequentiam, alienationis prohibitio Caio, & ſuis fratribus fuit facta, ergo ex coniecturata teſtatoris voluntate ex teſtamento percepta, ex identitate, vel ex rōnis maioritate, ad inſtitutos illorumq; filios nō extēditur, cū in cōtrarium de iure ſit verius, vt ſupra dixi, igitur &c. idem affirmat Pariſ. cōſ. 43. nu. 88. & 90. lib. 3. & conſi. 52. nu. 35. eo. lib. & dñs meus Cęph. hanc opinionem ſequitur, aſſerendo eſſe crebriorem in cōſ. 114. nu. 30. & pluribus ſeq. vbi dicit, ꝙ ratione allegata extēſio de perſona ad perſonam fit, licèt difficiliùs ꝓmittatur, quàm de caſu ad caſum, vt ibi clarè per eum, aliàs ſi alio modo intelligeretur, id abſurdum, inconueniensq; ſequeretur, ꝙ vna pars teſtamenti nō aliam declararet, & ꝙ præcedē tia per ſubſequentia non interpretarentur, cum in contrarium de iure cautum perſpicuè reperiatur, iuxta l. primam, ff. de reb. dub. l. ſi ſeruus plurium, §. fi. & l. qui filiabus, ff. de leg. j. Pariſ. cōſ. 46. nu 86. & cōſ. 17. num. 17. lib. 3. & conſi. 41. num. 25. & ſeq. lib. 2. Rub. conſi. 53. num. 5. verſi. quo caſu, Crau. conſi. 297. num. 5. & ꝙ in fideicommiſſis volūtas non totum efficeret, quod equidem eſſet ꝫ l. ex facto, la grande, ff. de hæred. inſti. & ꝙ ex coniecturis in teſtamentis inſertis fideicommiſſum non inducere tur, & per verba enunciatiua, immo etiam defectiua, contra illud quod dixi in præmiſſo huius meæ concluſionis fundamento pro incuitabili inducto, cum tot & tantis actoritatibus corroborato, iuxta magis communem, veriorem, & æquiorē Docto. opinionem, vt videri, dinumerariq; poteſt, ex auctoritatib. per me in dicto ꝑmiſſo allegatis, vt ne hęc legū igit correctio oriat, q̄ oīno eſt euitanda, vt ꝓ Scribētes in auth. quas actiones, C. de ſacroſ. eccl. & ne ēt tot abſurditates naſcant, quę oīno ſunt effugiendę, l. nam abſurdū, ff de bonis libe. ēt verba impropriādo, in vltimis ꝑſertim volūtatibus, Crau. cōſi. 130. nu. 8. & Dñs meus Soc. Iun cōſi. 122. nu. 29. lib. 3. & ne teſtatoris voluntas ex teſtamento coniecturata periret, cui penitus fauere debemus, ut oīno obſeruetur, Crauet. cōſi. 147. col. fi. uer. poſtremò, & cōſi. 204. nume. 4. Dominus meus Cęphal. conſi. 114. nume. 19. & ſequen. neceſſariò utique concludēdum eſt, ex coniecturata teſtatoris

Source : BIU Cujas

ſtatoris voluntate ex teſtamẽto percepta, & ex aliis rationibus præallegatis, teſtatorem filiis, & eorum filiis, ſimul cum cæteris ſubſtitutis alienationem prohibuiſſe; nam teſtator voluit omnino, vt eius hæreditas in familia, & domo ſua remaneat, quæ cauſa ſuam conſeruandi agnationem fuit facta, ideo eſt fauorabilis. Rub. conſi. j. num. 12. & ſeq. Pariſ. conſi. 52. nume. 26. & ſeq. lib. 4. meritò ſi hęc alienationis prohibitio ad inſtitutos, & illorum filios, ob generalitatem dicti, & adiectionem cauſæ factæ per verba diſpoſitiua extenditur, vt dicunt omnes patres vnanimiter commemorati vt ſupra.

223 Nec † prædictæ concluſioni obſtat conſilium Alex. 59. lib. 3. in contrarium adductum, in quo aduerſantes ſuum totum capitale fundamentum faciunt: nam ſi ibi rectè aduertatur, non mouetur Alexander ad cõſulendum ſolum ob reſtrictionem prohibitionis ſubſtitutis naturalibus tãtum factę: ſed ea ſubſtitutio ſuo in caſu ſub conditione fuit facta, videlicet, ſi inſtituti ſine liberis, vel ſine teſtamento decederent, ita ꝙ condito teſtamento per inſtitutos illa conditio expirabat, & vt ne teſtator ſe incontinenti corrigeret, prout non præſumitur. l. nam ad ea. ff. de cond. & demonſt. & ne teſtamẽtum in ſuo caſu ℨrietatem contineret, prout erit; quia ſubſtituere naturales, ſi inſtituti ſine teſtamento decederent; decedentes igitur cum teſtamento, & deinde teſtatorem velle, ꝙ illa prohibitio ad inſtitutos extendatur, maxima erit contrarietas, & verborum implicatio, quæ ℨrietas omnino eſt fugienda. l. vbi repugnantia, vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg iur. immo à verborum proprietate receditur, vt ℨrietas fugiatur, Crauet. conſi. 297. nu. 5. verſi. decimò. meritò ſi Alexand. in d. conſil. 59. concludat in ſuo caſu, prohibitionem quoq; in neceſſitatis caſu factam ad inſtitutos non eſſe extendendam, quin per teſtamentum alienare poſſint, iuxta expreſſam teſtatoris diſpoſitionem, vt tradit perſpicuè Alex. d. ℨſi. 59. nu. 6. in fi. & ſeq. & nu. 13. ſed in propoſita quæſtione noſtra nulla reperitur ℨrietas, ſi illa prohibitio alienationis etiam ad filios & eorum filios extendatur, nam inſtitutis & illorum filijs non per teſtamentum alienationem fieri permiſit, vt erat in caſu Alexandri d. conſi. 59. nec alio quocunq; modo; quia voluit teſtator, vt hæreditas ſua ĩ ſua familia remaneat. ergo de caſu Alexandri ad caſum noſtrum tanquam ex diuerſo non bene fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minor. cum ſimil. attento, ꝙ in noſtro caſu hæc alienationis prohibitio inſtitutis, & illorum filiis quoq; ob cauſæ adiectionem cẽſetur facta; nam & quoq; quia magis inſtitutis, q̃ ſubſtitutis conuenit, ex quo ipſi magis à teſtatore prædilecti fuere, Crau. conſi. 147. num. 2. tum & ob rationis identitatem, vt aliàs ſuprà dixi.

224 Et † ſi rectè aduertatur, Rubeus d. conſi. j. nu. 11. & ſeq. vult, ꝙ prohibitio filiis cum adiectione prædictæ cauſæ facta ad nepotes extendatur, & tamen ad filios tantum reſtricta erat, prout quoq; idem affirmat Pariſ. conſil. 52. nu. 29. & 35. lib. 3. D. meus Ceph. conſi. 114. nu. 29. & ſeq. ecce igitur, ꝙ propter adiectionẽ cauſæ ad alias perſonas non nominatas, & quibus quoque ꝓhibitio non facta ſit extenditur, qñ ℨrietas ob huiuſmodi extenſionem non fieret, prout erat maxima ℨrietas in caſu Alexan. d. conſi. 59. num. 6. in fi. & nu. 13. ꝙ non ſic eſt in quæſtione noſtra propoſita, ergo extenſio quò ad prohibitionem ad inſtitutos & ad eorum filios fit ab adiectionem cauſę, & propter alias rationes prænarratas.

Et id eſt, quod volunt Rub. & Ruyn. quando admittunt pro vera deciſionem Alex. in d. conſi. 59. aliàs Rubeus eſſet ſibimet ℨrius in eodem conſilio; quia modo affirmatiuè loqueretur, modo negatiuè, & ſic titubaret, ergo ſibi non crederetur. l. eos. C. de falſ. idem pariter de Ruyno diceretur, qui eſſet ſibimet cõtrarius, ex quo hanc opinionem meam in alio ſuo cõſi. ſecutus fuit, id eſt in conſi. 158. nume. 14. lib. 2. quod non eſt de tantis viris dicendum. ergo doctrina Rubei, & Ruini eſt intelligenda ſecundùm doctrina Alexãdri, iuxta doctrinã Bartoli in l. non ſolùm. §. liberationis. ff. de liber. leg. & vt ſuprà dixi, ſed in quæſtione noſtra propoſita hæc ℨrietas non erit; quia nunquam alienatio inſtitutis permiſſa fuit, concurritq; adiectio cauſæ in teſtamento inſertæ, ergo alienationis prohibitio ad inſtitutos, & ad eorum filios quoq; extenditur, ergo filii filiorum ſunt vocati, & ex coniecturata teſtatoris voluntate à teſtamento collecta grauati, quæ tacita volũtas in fideicommiſſis ſufficit, etiã ſi verba eſſent defectiua, vt in præmiſſo meo fundamento dixi, aliàs ſi alio modo intelligeretur, voluntas teſtatoris periret, cui fauere debemus, vt illa omnino obſeruetur; quia ſine dicto fideicommiſſo in filios & filiorum filios translato teſtatoris hæreditas omnino in familia ſua non cõſeruaretur, ex quo ad extraneos tranſire potuiſſet, nec ad hoc vt teſtatoris uoluntas pereat, dici debet, dictos inſtitutos & illorũ filios fuiſſe vocatos, & quoque grauatos. ergo cùm ita ſit, & filii filiorum ſine filiis deceſſerint, meritò ſi Caius & eius fratres ad dictum fideicommiſſum ſint vocati, & ad illos fideicommiſſum pertineat, Dñs meus Soc. Iun. ℨſil. j. nu. 17. & ſeq. lib. 3. Pariſ. conſi. 41. nu. 63. & pluribus ſeq. libro ſecundo, & conſi. 52. numero 24. & pluribus ſeq. libro tertio.

225 Et † quamuis hæc alienationis prohibitio cum adiectione cauſæ per verba diſpoſitiua in fine teſtamenti fiat, tñ hoc nihil refert, nam prioritas, vel poſterioritas non attenditur cum illa prohibitio in eodem teſtamento fiat, Dominus meus Soc. Iun. conſil. 78 nu. 38. lib. 3. & præſertim in his vltimis voluntatibus, in quibus omnis verborum rigor & forma poſtergatur, vbi de teſtatoris mente conſtat: nam verba proferentis intentioni ſeruire debent, & non per ℨriũ. l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de excuſ. tut. c. ſecundò requiris, de appellat. Dñs meus Soc. Iunior conſi. 160. nu. 64. lib. 2. ergo ex his concludo in fauorem Caij & fratrũ ſuorum, non obſtãte quicquid dixerint Alex. Rubeus, & Ruyn. in contrarium allegati, quibus reſponſum fuit per me ſatis perſpicuè, ut ex præallegatis patet.

Et ita tollitur illud, quod in ℨrium dicebatur, videlicet, ꝙ filiis filiorum per teſtatorem nullum grauamen fuit iniunctum, meritò vtique non eſt tractandum, an illi à teſtatore vocati, & grauati fuere, ut per Bello. conſi. j. nu. 9. in fi. & per alios ſequaces in contrarium ſupra præallegatos.

226 Nam nego, ꝙ † filij filiorum in noſtra quæſtione propoſita non fuerint vocati, & grauati, & licèt non expreſſe, ſaltem tacite eo modo, quo illorum parentes fuerunt, propter tot & tãtas cõiecturas in teſtamento inſertas, & præſertim ob adiectionẽ cauſæ per verba diſpoſitiua factam, ex quibus perſpicuè deprehenditur, teſtatorem illos vocare, & grauare voluiſſe, quæ tacita voluntas in fideicommiſſis ſufficit, etiam ſi verba eſſent defectiua, quanto magis cum ſint diſpoſitiua, & non enuntiatiua, ut ſępè dixi, & demonſtraui, ita ꝙ illud non dicitur omiſſum, ſed expreſſum. meritò ſi ad filios filiorum inſtitutorum extenditur: ita ad contraria reſpondet Pariſ. conſi. 5. nu. 45. & ℨſi. 16. num. 43. lib. 3. & conſi. 41. nu. 64. uſque ad fi. conſilij. & conſ. 30. nu. 32. & ſeq. & conſi. 37. nu. 21. & ſeq. lib. 2. Ruyn. conſi. 179. numero ſeptimo, in fi. & ſeq. lib. 2. Curt. Iun. conſil. 121. nume. 10. & ſeq. Rub. conſi. 68. nume. 2. verſi. præmiſſis. D. meus Soc. Iun. conſi. j. nu. 27. lib. 3. & D. quoque meus Cephal. conſi. 114. num. 36. & pluribus ſequen. ubi dicit, hanc eſſe receptiſſimam doct. concluſionem.

Nec quicquam facit dicere, ꝙ filii ſub maſculinitatis nomine nominati non dicuntur uocati, exiſtente ſtatuto ꝙ exiſtentibus filiis maſculis filiæ, & aliæ fœminæ non ſuccedant, ut in argumento contrario dicebatur.

227 Nam huic obiecto reſpondeo, & dico, ꝙ † hæc opinio locũ ſibi uendicare poterit, cum nõ extaret, niſi illa cõiectura huius qualitatis maſculinitatis: at verò ſecus eſt, qñ cum illa cõiectura cæterę coniecturæ cõcurrãt, ex quibus arguatur, teſtatorem omnino eius agnationem conſeruare voluiſſe, & ratio vigeat tam in iſtis in conditione poſitis, q̃ in ipſis diſpoſitiuè poſitis; nã tũc uocati cẽſentur, Pariſ. conſi. 5. nu. 4[illegible]. & conſi. 17. nu. 29. lib. 3. & conſi. 41. nu. 67. & ſeq. lib. 2. D. meus Soc. Iun. conſi. 78. nu. 13. & pluribus ſeq lib. 3 & D. quoque meus Cephal. conſi. 114. nume. 16. & ſeq. & alii cõmemorati patres ad id propoſitũ præallegati ut ſupra. ſed ſic eſt, in caſu noſtro quamplures vrgentiſſimæ cõcurrũt cõiecturæ, ut ſupra cõglutinaui, ex quibus deprehenditur teſtatorem per huiuſmodi prohibitionem, quæ fuit cum adiectione cauſæ facta per verba diſpoſitiua, eius agnationem omnino conſeruare voluiſſe, ut ſępè dixi, ergo filii filiorum ſunt vocati, & grauati, Pariſ. latè conſilio 41. numero 64. vſque ad fi. conſilii. libr. ſecundo, & conſilio 52. numero 24. & pluribus ſeq. lib. 3.

Nec releuat dicere, ꝙ ſubſtitutiones non ſunt addendæ, ſeu ſomniandæ, ob agnationis fauorem cõſeruandæ, ultra teſtatoris diſpoſitionem, alioquin ad infinitum ſubſtitutiones traherentur, quod non eſt dicendum, igitur & c.

228 Ego † autem huic obiectioni reſpondeo, & dico, ꝙ in quæſtione noſtra propoſita, ſubſtitutio nõ additur, neque augetur, neque vltra teſtatoris volũtatem, & diſpoſitionem ſomniatur, immo intelligitur ſm volũtatem teſtatoris comprehenſam, ex tot & tantis coniecturis in teſtamento inſertis, & ex rationibus ex illo collectis, vt ſupra latè tetigi, quæ coniecturæ ad inducendum fideicommiſſum ſufficiunt. igitur & c. Pariſ. latè conſi. 41. numero 15. vſque ad fi. conſilij lib. ſecundo, & cõſi. 25. nume. 31. & pluribus ſeq. lib. 3. D. meus Cephal. conſil. 114. numero 29. in fi. & ſeq.

Et cum hac ratione quoque tollitur, illud, quòd dicebatur, videlicet, ꝙ fauor agnationis ob prædictam alienationis prohibitionem tantum in caſu expreſſo dicitur conſideratus, ideſt, ſi filii teſtatoris ſine filiis deceſſerint, & adueniente illorũ ſubſtitutionis caſu.

229 Nam reſpondeo, † ꝙ immo agnationis fauor ſemper in quæſtione noſtra propoſita fuit conſideratus, & non ad Caium & eius fratres ſubſtitutos tantum fuit reſtrictus, ſed extenſus ad inſtitutos & illorum filios ob rationis identitatem, & maioritatem, & ob adiectionem cauſæ per verba diſpoſitiua factam, ut ſupra dixi, & plenè tetigi, aliàs id abſurdum naſceretur, videlicet, ꝙ Caius & eius fratres & teſtatoris nepotes gradu in lõgiori ſibi exiſtentes, q̃ eius filij, & ſui deſcendẽtes, magis à teſtatore prædilecti,

Source : BIU Cujas

prædilecti, quàm instituti, & eorum filii essent: nam honor ob huiusmodi prohibitionem in illis conseruatur, cum familię ob paupertatem sordescunt, & per contrarium ob diuitias honorantur, & hac ratione alienationis prohibitio à testatore fuit facta, causa eius agnationem & illius honorem conseruandi, & propterea negari non potest, quin hæc prohibitio ad filios filiorum testatoris descendentium extendatur, aliàs ꝫ commune votum parentum erit. l. scripto. in fi. ff. vnd. libert. ita ad contraria respondet D. meus Soc. Iun. consil. 129. nu. 36. in fi. lib. 3. Ruyn. consi. 151. nu. 10. lib. 2. Paris. consi. 43. numero 88. & pluribus seq. & consi. 52. nume. 24. & pluribus seq. lib. tertio, Crau. consi. 155. nume. sexto, in fin. Dominus meus Cephal. ꝯsil. 114. nume. 31. & seq.

Pariterq; euacuatur illud, quod in contrarium dicebatur, videlicet, ꝙ non sufficit testatorem voluisse, ipsos nedum filios vocare, sed etiam filios filiorum, nisi eius voluntas in dispositionem transiuerit, iuxta l. si quis filium. & ibi Alex. nume. 4. & Ias. colum. 2. versi. limita. ff. de hæred. inst. & ideo non sufficit dicere, ꝙ si testator fuisset interrogatus, ita verisimiliter respondisset, si eius voluntas in dispositionē non transiuerit, igit̄ &c.

230 Quia huic obiectioni † respondeo, & specialiter dico, ꝙ allegata in ꝯrium procedunt, si ex coniecturis in testamento inser tis mens testatoris non comprehendatur; quia tunc magis verba quàm voluntas attenduntur, ex quo testatoris voluntas ita retenta est abortiua, & nihil operatur. l. si repetendi. C. de cond. ob causam: secus verò erit si testatoris voluntas ex coniecturis in testamento insertis deprehendatur; quia tunc in hoc secundo casu voluntas & nō verba attenditur, & præsertim in fideicommissis, Rip. post doct. in l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 34. & ibi quoq; Torniellus nu. 63. ff. ad Treb. Cagn. in l. j. nu. 53. C. de pact. Zuccardus in l. fi. nu. 189. versi. pro qua, & nu. 190. versi. ad quintum. C. de edict. D. Had. tol. Dec. in his terminis tradit ꝯsil. 16. nu. 6. & consi. 514. col. fi. versi. vltimo, Ruin. consi. 179. nu. 7. in fi. lib. 2. Paris. consi. 35. nu. 13. & consi. 25. num. 32. & pluribus seq. & consi. 66. nu. 12. lib. 3. Curt. Iun. consi. 122. nume. 11. Rub. consi. 68. nu. 2. versi. præmissis, D. meus Soc. Iun. consil. 1. nu. 27. & consi. 78. nu. 32. & seq. lib. 3. & D. quoque meus Cephal. cōsil. 114. nu. 14. & sub nu. 29. & pluribus seq & consi. 169. num. 12. sed sic est in quæstione nostra proposita coniecturæ sunt in testamento inserię, & ex testamento satis vrgentissimæ, & perspicacissimæ colliguntur, per quas deprehenditur, testatorē voluisse, nedum filios suos, sed etiam filios filiorum vocare, & grauare, qui filii filiorum sine filiis decesserūt. meritò si Caius & eius fratres substituti ad fideicommissum veniunt.

Similiterq; tollitur illud, quod in ꝯrium arguebatur, videlicet, ꝙ si testator voluisset filiis, & filiis filiorum alienationem prohibere, illosq; vocare, & grauare, expresse id fecisset, cum nō fecit, ergo noluit, argumento l. vnicę. §. finautem ad deficiētis. C. de cad. tol. Crau. consi. 161. nu. 14.

231 Ego autem huic quoq; † opinioni respondeo, negando testatorem non hanc prohibuisse alienationem, nedum filiis institutis, verum etiam filiis filiorum, cum testatoris voluntas ex coniecturis in testamento insertis, collectisq;, apertissime ita deprehenditur, tum quoq; ob rationis identitatem, & maioritatem, tum & quoq; ob alienationis prohibitionem, cū adiectione causæ per verba dispositiua factam, ex quibus rationibus & verbis fideicommissum inducitur, etiam si verba essent defectiua, quanto magis cùm sint clara, perspicua, & in ipso testamento inserta, & leguntur, ex quibus deprehenditur, fideicommissum fuisse inductum per mortem filiorum sine filiis, ita ad contraria respondet D meus Soc. Iun. consi. j. nu. 27. vers. & pro eadem, lib. 3. Paris. consi. 18. nu. 35. lib. 2. & consi. 25. nu. 38. lib. 3. Crau. consi. 62. nu. 14. quia id quod ex rationis identitate venit, semper expressum, & non tacitum dicitur, Ias. in l. prætor ait, nu. 3. ff. de nou. oper. nunci. neque in hoc casu sumus in extensione, sed in intensione tantùm, D. meus Cephal. cōsi. 114. sub nu. 29. & seq. num. 32.

Per eandemq; viam tollitur etiā illa regula, quæ dicit, in hoc casu substitutio non loquitur, ergo nō facta censetur, vt in vltimo argumento in contrarium adducto dicebatur.

232 Sed ego huic argumento respondeo, † & dico, ꝙ illa regula sibi non locum vendicet, qn̄ ex verbis testamenti colligatur, mentē testatoris in ꝯrium esse, vt in præsenti quæstione nostra reperitur, & tacita sufficit, dūmodo ex coniecturis in testamento insertis deprehendatur, ita ad dictam regulam respondet D. meus Soc. Iun. consi. 151. nu. 9. lib. 2. Paris. consi. 25. nume. 38. lib. 3. & hoc in casu semper magis uoluntas, quàm verba attenditur, vt supra sæpè dixi.

Et hac ratione uidemus, ꝙ fideicommissum cōditionale ad filios regulariter non transmittitur, tn̄ si ex coniecturata testatoris voluntate aliud constare possit, tunc fit transmissibile, & econtra, & ratio est in promptu; quia testatoris volūtas est illa, quæ totum facit, vt dixi in præmisso meo fundamēto: ita declarat Paris. consi. 66. nu. 30. & seq. & consi. 52. num. 18. lib. 3. Ruyn. consi. 179. nu. 5. lib. 2. D. meus Soc. Iun. consil. 141. nume. 20. lib. 2. Crau. cōsi. 306. nu. 4. D. meus Cephal. consi. 114. num. 12. & pluribus seq. & nume. 34. ita ergo dici debet de substitutione, quæ licèt expresse non fiat, tn̄ si ex coniecturata testatoris volūtate in testamento percepta comprehendatur, testatorem voluisse substitutionem efficere, ergo illa censetur facta, D. meus Cephal. consi. 114. nu. 12. & seq. num. 20. & seq. sed sic est, in casu nostro perspicacissime ex coniecturis in testamento insertis, sępè per me præallegatis, & conglutinatis apparet, testatorē voluisse Caium, & eius fratres, non solum filiis suis propriis, at etiam filiis filiorum substituere, si ipsi sine filiis decesserint; cum ergo filii filiorum sine filiis decesserunt, meritò si fideicommissum Caio & eius fratribus debeatur, uam purificata conditione perinde hr̄, ac si ab initio fideicommissum purum eisdem relictū fuisset. l. fi. §. Titius, & ibi scribentes. ff. de vulg. & pup. substit. Dec. consi. 187. col. j. Paris. consi. 11. num. 63. lib. j. D. meus Soc. Iunio. consi. 194. num. 38. lib. 3. D. Rim. Iun. in princip. inst. de don. numero 368. & ideo ex his omnibus simul coniectis concludo, casum fideicommissi ob mortem filiorum sine filiis defuncto rum obueniisse, & Caium & eius fratres substitutos (illi sine filiis decedentibus,) ad dictum fideicommissum esse admittendos, & illud ad eos spectare ſm testatoris volūtatem, & dispositionem expresse ostensam, vt supra, & ita credo, ꝙ quilibet iudex sani iudicij (aduenientę prædicto casu figurato) ita diiudicabit.

233 Et redeundo igitur † ad materiam nostram principalem dico, ꝙ Episcopo pro pauperibus vniuersaliter Iſtitutis remediū huius l. fi. C. de edict. D. Hadr. tol. conceditur, arguendo hoc modo, Episcopus hæredis officiū hoc in casu pro pauperibus exercet. l. si quis ad declinandam. C. de Episcop. & cler. Zuccard. in d. l. fi. num. 207. Boer. decis. 38. nu. 24. Crau. consi. 323. col. 2. vers. sed executor, hæredi vtique vniuersali in testamento scripto hoc remedium competit, iuxta l. fi. C. de edict. D. Hadr. tol. ergo & pariter huic Episcopo, licèt non fit scriptus, tn̄ pro pauperib. scriptis hæredibus vniuersalibus petendo se in possessionē bonorum per defunctum tempore eius mortis possessorum, & detentatorum immitti, nomine pauperum est immittendus; quia illi cēsentur, qui huiusmodi immissionem petunt. l. certè. §. j. ff. de prec. & prout in simili dicitur de procuratore, tutore, curatore, & de similibus. Bar. in l. fi. num. 12. C. de edict. D. Hadr. tol. & ibi etiam Bald. numero 38. versi. idem in Episcopo, Alex. nume. 10. Ias. nume. 15. Dec. numero 29. & Zuccard. nume. 206. & seq. ubi ad contraria respondet, Aret. in §. quadrupli. nume. 28. inst. de acti. doct. communiter in princip. huius articuli præallegati vt suprà.

234 Quæ conclusio limitatur † non procedere, quando executor pro pauperibus à testatore institutis relictus sit, cui hoc remedium pro pauperibus, & non Episcopo competit, Zuccard. in d. l. fi. nume. 207. versi. hanc conclusionem, & ideo Alex. ꝯsil. 4. nume. 17. lib. secundo, modum practicandi dat, ut primò executori testamentario denūcietur, an executoris officium in testamento testatoris prædefuncti sibi relictum, acceptare velit, & si illud susceperit, tunc & eo casu compelli potest, ut ille agat, & remedium dic. l fina. intentet. illo autem inuito, & reculante non compellitur ad suscipiendum executoris officium, sed tunc illud ad Episcopum deuoluit, cui hoc remedium datur, vt ibi per Alex.

235 Et † si executor testamentarius re non agnita decesserit, non institutio caduca fit, quia Episcopus in eius locum surrogatur, qui testatoris voluntatem exequi, & adimplere tenetur, Boer. decis. 38. num. 23. nisi de contraria testatoris uoluntate constiterit; nam tunc huiusmodi officium non ad Episcopum trāsibit, at ad eius hæredes tantum, iuxta testatoris uoluntatem, Curt. Iun. consi. 66.

236 Si † executor autem testamentarius per annum negligēs fuerit, tunc illud officium quoq; ad Episcopum transibit. l. nulli. C. de Episcop. & cler. c. nos quidem, de testam. Durant. in tract. de art. testa. titu. 7. caut. 6. nu. 1. & annus executori currit, si Episcopus eum interpellauerit, quia à die admonitionis sibi emanatæ annus incipit currere, & non ante. Soc. consil. 174. nu. 12. lib. 2. Boer. decis. 39. numero decimoquarto, & hæc opinio procedit, nisi testator tempus à lege datum exequendi executori prorogasset, quod equidem facere potuit, Durant. in dic. tract. titu. 7. caut. 6. numero 2.

237 Et † id remedium quoque Episcopo nō competit, nisi prius electione pauperum ab executore testamentario facta, cui hæc eligendi facultas à testatore in testamento attributa fuit: meritò si tunc interim huic tantum executori, & nō Episcopo hoc remedium datur, qui executor ī hoc officium pauperum institutorum exercet, & illo fungitur, iuxta l. si quis ad declarādam. iuncta cum l. nulli. C. de Episc. & cler. facta igitur pauperum electione, ille executor suo officio functus est. meritò si hoc in casu non executori, sed Episcopo hoc remedium datur, Zuccard. in d. l. fi. nu. 211.

238 Verùm † siquidem pauperes in re certa sint instituti, hærede vniuersali dato, non loco hæredum sunt, sed illi tātum legatariorum

Source : BIU Cujas

riorum loco habentur.l.quoties.C.de hæred.inſt.l.j.§. ſi ex fundo.ff.eo.tit.Bart.in l.Centurio.num.23.& ibi quoque Rip.num. 106.ff.de vulg.& pup.ſubſt.Pariſ.conſi.74.num.41.& 55.libr.3. ita ꝙ executor,vel Epiſcopus reſpectiuè agentes vt ſuprà, loco legatariorum habentur,perſonas pauperum repreſentantes:nã illi tales iudicantur, quales ſunt illi, propter quos dati ſunt, & exęquantur,Bart.in l.Centurio.nu.23.ff.de vulg.& pup.ſubſt.Pariſ.conſi.74.num.42.lib.3.ſed ſic eſt,ergo remedium huius l.fi. eiſdem non competit,Rip.in l.j.nu.16.ff.quor.bon.ipſi autem hoc in caſu actiones pauperibus competentes intẽtabunt,Bar. in d.l.Centurio.nu.23.in fi.

Si nullus autem alius hæres vniuerſalis daretur, tunc pauperes loco hæredis ſunt, & ideo quoq; eorum agentes, d.l.ſi quis ad declinandam,d.l.nulli, meritò ſi eidem executori,Epoq;,reſpectiuè pro pauperibus vt ſuprà agentibus in iſto caſu hoc remedium concedatur,Alex.conſi.4.nu.16.lib.2.Pariſ.ꝙſi.74.nume.57.lib.3.Rip.in d.l.Centurio.nu.105.& ad id propoſitũ conferunt ea,quæ aliàs dixi in illo articulo, vbi diſputaui, an qñ remedium huius l.fi.hæredi competat in re certa inſtituto, hærede vniuerſali dato,ad quem locum me reijcio.

239 Sed † ſi pauperes in re certa ſubſtituti ſint,per verba directa, & ciuilia,& hæres vniuerſalis teſtatoris hæreditatem recuſauerit,& tunc proculdubio pauperes per ius accreſcẽdi ad vniuerſam hęreditatem cenſentur vocati,Bart.in d.l.Centurio,nu.35. & ibi etiam Iaſ.numero 35.& Rip.nume.95.& ſeq. Pariſ.conſi. 74.nume.67.libro tertio, & tunc executoribus pauperum hoc remedium competit.

Si verò pauperes ad rem certam per verbum commune, & obliquum ſint vocati,& tũc non poſſunt dici per ius accreſcendi ad vniuerſum,& totum ius hæreditarium vocati,Bart.in d.l. Centurio.nu.35.& ſeq.& ibi etiam Docto. Pariſ.d.conſi.74.numero 45.D.meus Soc.Iunio.conſilio 64.nume.15.libro tertio, meritò ſi hoc in caſu remedium huius l.fin.pauperum executoribus denegatur.

240 Fiſcus † hæreditatem indigno hæredi in teſtamento ſcripto auferẽs loco ipſius hæredis habetur.l.inter eos.§.fi.ff.de fideiuſſ. l.2.C.ad leg.Iul.de vi.& in fiſcum iura actiuè, paſſiueq; hæreditaria tranſeunt,& creditoribus hæreditariis ſatisfacere tenetur. l.ex facto.§.ex facto.vbi Rip.nume.5.ff.ad Treb.& ius tam agẽdi,q̃ conueniendi,excipiendiq; in fiſcum tranſit,d.l.ſecunda,& ibi Saly. Corn. conſi.190.nu.4.lib.j.Cagno.in l.in pari.§.hi qui. nume.j.ff.de reg.iur.Dominus meus Socin. Iunio.conſi.74. numero 9.lib.3.Roland.conſi.31.nu.33.& ſeq. hæredi vtique ſcripto remedium huius l.fi.competit.d.l.fin.ergo & huius fiſco in locum hæredis ſcripti ſurrogato, nam ſicuti indigno daretur, pariter & quoque huic fiſco in eius locum ſurrogato conceditur.Bald.in d.l.fin.num.38.verſi.idem in hærede,& ibi quoque Zuccard.numero 226.Aret.in §.quadrupli.nume.28.circa medium, Inſti. de actio. & in hoc non differt id remedium à petitione hæreditatis, quæ fiſco quoque competit.Dec.conſil.235. col.pen.prope fin.

241 Nec † obſtat dicere, ꝙ ille, à quo hæreditas tãquam indigno aufertur,ſaltem nomine non deſinit hæres eſſe. Iaſ.in l.l.ex facto.§.Iulianus.num.3.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& ad hoc ut fiſcus hæredi indigno hæreditatẽ auferat, neceſſe eſt, ꝙ hæreditatem adiuerit,& hæres effectus ſit,aliàs ſi illam repudiaret,fiſcus hæreditatem indigno non auferret, niſi conſtaret ſe illam repudiaſſe,cauſa fiſcum fraudandi.Soc.in l.prima,num.30. ff.de vulg.& pup.ſubſt.Iaſ.in l.ex facto.§.Iulianus.num.2.ff.eod.titu.Cornel. conſi.141.num.4.lib.4.Marſ.conſi.93.nume.15.& 18. D.meus Soc.Iun.conſi.3.nume.14.& 16.lib.3.& qñ fiſcus in locum hæredis ſuccedit,non tanquam hæres,ſed vt poſſeſſor, & non ad onera tenetur,niſi quatenus bonorum vires patiantur,& non vltra,Ang.in l.inter eos.§.fi.poſt alios ſcribẽtes ibi.ff.de fideiuſſ. Soc.in l.j.nu.30.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& conſil.46.nu.21.lib.4. Corn.conſi.190.num.4.libr.j.etiam ſi non inuentarium confecerit,Rip.in d.§.ex facto.nu.7.ſic igitur fiſcus non erit proprie, ſed improprie hæres,Bal.& Ang.in l.inter eos.§.fi.ff.de fideiuſſ. Rip.in l.ex facto.§.ſi quis autem ita,nu.13.ff.ad Treb.Curt.Sen. conſi.14.nume.2.Socin.conſil.46.nume.21.lib.4.ſi ergo fiſcus non erit propriè hæres, ſed impropriè, & bonorum poſſeſſor efficiatur, & non hæres, cum ille, à quo hæreditas vt indigno auferat, non deſinat nomen hæredis habere,ſequitur vtiq, cõcluſio clara, ꝙ remedium d.l.fi.eo in caſu, fiſco non competat, cum ſolum hæredi ſcripto concedatur.l.fi.

Sed ego huic argumento rñdeo,& dico, ꝙ allegata in ꝓrium procedunt, ſi fiſcus ex ſua perſona petere voluiſſet, ſe in poſſeſſionem bonorum teſtatoris tempore eius mortis poſſeſſorum, vel detentatorum immitti,iuxta d.l. fi.ſecus verò eſt, ſi peteret ſe in poſſeſſionem immitti,tanquam ex indigni perſona proueniens.& tunc proculdubio admittitur;Zucc in d.l.fin. numero 226. prout in ſimili tetigi ſupra in illis articulis, ubi diſputaui, an hæredi hæredis hoc remedium competat, quæ allegata ibi ad id propoſitum faciunt, ad quem locum me reijcio,ne idem repetam.

242 Et † omnia beneficia,quæ confiſcati ſunt, fiſco quoq; competere cenſentur,Bal.in l.inter eos.§.fin.ff.de fideiuſſ.& ſicuti fiſco hæreditatis petitio competit, licèt non ſit propriè hæres. Corn.conſi.278.num.12.& ſeq.lib.4.Dec.conſi.235.colum.pe. propè fin.ergo & remedium id fiſco competere poteſt, qui ex indigni perſona, & non ex ſua,proueniat.Zuccard.in d.l.fin.numero 226.& vt ſuprà ſępè tetigi,præſertim ſi hæres ſcriptus nõdum tenutam bonorum hæreditariorũ adeptus ſit,aliàs ſi d.bonorum tenutam accepiſſet, fiſcus ex perſona hæredis ad hmõi remedium venire non poteſt;quia in hoc ſecũdo caſu ſibi hoc remedium non competeret,Zuccardus in dicta l.fina.numero 226.in fin.

Et tu ſemper aduertas fiſcalis procurator, ꝙ qñ intẽtas remedium.d.l.fin. facias probare (vltra teſtamenti exhibitionem) ꝙ hęres,in cuius locũ fiſcus ſucceſſit,& ſurrogatur,erat indignus, & ſic ſimiliter dicendum erit de aliis ſimilibus perſonis,quæ ali quid extrinſecus vltra teſtamẽti exhibitionem probare tenentur,Aret.in §.quadrupli. nu.28. circa medium.Inſtitu.de act. & vt aliàs ſuprà in præcedentibus articulis dixi.

243 Et † hæreditas quoque quando eſt iacens, curator ipſi hæreditati datur, cui etiam hoc remedium competit, Dec.conſilio 509.in fin.

244 Et † quando hæres teſtamentarius petit ſe in poſſeſſionem immitti, quæro an pars ſit citanda.Bart.in d.l.fi.nu.16.hoc modo diſtinguit,ſi bona à nemine poſſideantur, non tunc partis citatio requiritur;nam ſi bona ſint vacantia,non eſt qui citetur,& ſicuti poſſeſſionem vacantem ſua auctoritate poteſt accipere. l.cum hæredes.ff.de acquir. poſſ.ita & pariter ſi iudicem adiuerit;quia hoc in caſu citatio non eſt neceſſaria,quam eius doctrinam ſecutus fuit Bald.in d.l.fi.num.5.& ſeq.Saly.num.16.circa medium.Alex.nu.16.Iaſ.nu.18.Dec.nu.32.& Zuccard. nu.266. Aret.in §.quadrupli.nu.29.verſi.re quæro, Inſt.de act.Marſ.in l.de vnoquoq;,nu.79.ff.de re iud.Rip.in rubr.ff.quor.bon nu.2. verſi.quinta differentia.

245 Alii autem cenſuere, ꝙ † citatio ſaltem generalis requiratur: nam poſſet eſſe, quòd venientes ab inteſtato lędantur, ergo ſunt citandi.l.nam Ita Diuus.ff.de adopt. Curt. Iunio. in d.l.fin. numero 63.Pract.Pap.in form.lib.quo pet.hæred. ex teſtam. in glo.quare cum.

Cæteri autem exiſtimauere,id procedere, & eſſe verum, ad finem præiudicandi incertis ab inteſtato venientibus, nam eo in caſu citatio ſaltem generalis requiritur, verùm ad validitatem huius iudicii, & huiuſmodi ſententiæ interlocutoriæ ferè nullius momẽti,& præiudicii non citatio requiritur, Zuccard. in d.l.fin.nume.267.ſubdens ibi quoque Zuccard. id procedere, ſi bona ab alio poſſideantur,ſed ignorantiam hæres illius poſſeſſionis haberet;quia tunc nõ requiritur eius citatio, nam paria ſunt, non eſſe, uel eſſe, & non apparere: & iſtud eſt quò ad validitatem ſententiæ, ſed quò ad præiudicium aduerſarii incerti citatio generalis eſt neceſſaria, & requiritur, ut ibi per Zuccard.

246 Sed † tu tempera id,vltimum procedere,& eſſe verum,qñ de ipſo poſſeſſore certitudo diligenti inquiſitione facta, de facili haberi non poteſt;nam tunc citatio generalis ſufficit: ſi autem certitudo de poſſeſſore facile haberi poteſt;tunc nõ requiritur citatio generalis, ſed ſpecialis tantum,Anchar.conſil.133.nu.3. in fi.& ſeq.Alex.conſi.5.nu.2.lib.2.& conſil.98.nu.4.lib.7.Soc. conſi.13.nu.5.lib.4.Zuccard.in d.l.fi.nu.108.& ſeq.& num.270. Crauet.conſi.221.nume.11.Vant.in tract.de nullitate,in tit.ex defectu citationis,nume.142.etiam ſi ſtatutum citationem per proclama fieri permitteret: nam intelligitur quò ad illos, qui ius in re habent, ſed faciliter neſcitur,non autem quò ad poſſeſſorem, ſcientia cuius faciliter per inueſtigationem habetur, Alexand.conſi.quinto,colum.2.in princip.libr.2.Ruin.ꝙſi.67. numero 25.lib.5.

247 Et ideo † ſi aliquis poſſidet, & certus ſit, ſpecialiter eſt citandus,ſm doctrinam Bartoli in d.l.fin.nu.16. quæ ibi à Doctorib. communiter recipitur præallegatis,Marſ.in l. de vnoquoque. num.145.ff.de re iud.Pariſ.conſi.31.nume.29.& ſeq.lib.quarto, Vant.in tract.de nullit.in tit.ex defectu citationis, nu. 141.in fi. & ſeq.Crau.conſi.172.nu.10.in fi.Dominus meus Cephal. cõſil. 203.nu.17.ratioq; eſt in promptu; quoniam iniuſtus poſſeſſor non ſua priuatur poſſeſſione,niſi prius citetur cap.licèt Epiſcopus,de præb.in 6.Iaſ.in l.ſi pacto quo,num.9.C.de pact. Docto. communiter præallegati vt ſuprà.

248 Et † ſi hæres quoque iudicis auctoritate in poſſeſſionem non poſſeſſore citato ingrediatur,à pœna l.meminerint.C.vnde vi. nõ excuſatur,allegans ſe ignoraſſe, poſſeſſionem fuiſſe plenã, vt tradunt communiter Scribentes,in l.iuſte poſſidet.ff.de acq. poſſ.Iaſ.in l.iubere.nu.4.in fi.ff.de iuriſd.omn.iud. Ripa in l.naturaliter.§.nihil commune.num.59.ff.de acquir. poſſ.Zuccard. poſt Scribentes ibi in d.l.fi.nu.108.& ſeq Anch.conſ.133.nu.4. Alex.conſi.5.num.2.lib.2.Dominus meus Soc.Iunio.conſi.18. nume.28.& ſeq.lib.2.Crau.conſi.221.nume.11.Vant.in tract.de nullit.in ti.ex defectu citationis,nu.142.in fi.etiam ſi decretum

aliquo

Source : BIU Cujas

aliquo in casu concederet potestatem hæredi propria auctoritate possessionem accipiendi: nam tale decretum intelligitur, qñ possessio sit vacans, & ab alio non detineatur; nam cum possessio sit detenta, possessoris citatio requiritur, Dec. in d. l. fi. nume. 5. Ripa in d. §. nihil commune. nu. 59. & hoc in casu iudicis auctoritas iniustè, vel non ritè procedētis ipsum ita ingressum à restitutione fructuum perceptorum & percipiendorum non excusaret, las. in d. l. iustè possidet. nu. 27. declarando, & limitando hanc opinionem, vt infra in materia legitimi contradictoris, & quoque in subsequenti quæstione dicam.

249 Et † tu procurator semper aduertas ad illud, quod suprà dixi, videlicet, ꝙ possessor sit citandus, dico istud esse verum, quādo hæres nedum petereret se in possessionem immitti, sed & quoq; petit se in possessionem induci, & immitti; nam tunc possessoris citatio requiritur, ex quo ille non sua priuatur possessione, nisi prius citetur, d. c. licèt Episcopus, & quando iura permittūt absq; citatione fieri, loquuntur non legitimo existente in possessore, Bald. in d. l. fi. nu. 41. propè fin. & ibi etiam Saly. num. 17. vers. item addit, & Zuccard. nu. 346. secus verò erit (etiam existente possessore) quando hæres scriptus tantum peteret, pronuntiari, & declarari, se hęredem esse, & in possessionē immitti debere, nam in hoc vltimo casu reor, ꝙ necesse non sit, possessorem citari, ex qno tunc non de sua tractatur possessione, nec de remouendo illum ab ea, Saly. & Alex. in d. l. fi. nu. 16. & ibi ēt Zuccard. nu. 268. & seq. bene autem laudarem, ꝙ iudex in sua pronuntia ad abundantiorem cautelam, semper ius tertij reseruaret, ut etiam dicit Bal. in d. l. fin. num. 41. Zuccard. num. 267. vers. & ideo caute.

250 Conclusio † mea est perspicacissima ſm crebriorem Doct. conclusionem, ꝙ hæres scriptus à iudice, seu ab eius executore, non in possessionem immittitur, nisi possessore prius citato, si possessor extaret, dic. c. licèt Episcopus. ponamus ergo, ꝙ hæres scriptus (nō possessore citato) in possessionem immissus fuit, si post immissionem possessor coram iudice compareret, diceretq; dictam immissionem fuisse nullam, neque in sui præiudicium fieri potuisse; quia fuit facta nulliter, & de facto, illo non citato, neque suis iuribus auditis, & non intellectis, & absque causæ cognitione, ideo tanquam nulla omnino est reuocanda, & quatenus de facto processit, de facto quoque instat illam reuocari, iuxta regulam l. j §. j. ff. si mul. ventr. nom. & hoc per l. fi. C. si per vim vel alio modo.

Et hoc quoq; in casu Butrig. in l. fi. C. de edicto D. Hadr. toll. instruit aduocatum illius, qui in possessionem immissus fuit, ꝙ replicat dictā immissionem fuisse, & esse validam, & quatenus nulla sit, (ꝙ non credit) tunc & eo casu petit illam de nouo sibi dari, cum notorijssimè constat, bona dictæ possessionis iā fuisse per testatorem defunctū tempore eius mortis possessa, aut detenta, & illam nouiter datam confirmari, ex quo partis aduersę non interest, hanc reuocationem fieri, & ideo illa possessio ita nouiter data erit confirmanda, argu. l. primæ C. de Carb. edict. l. fi. ff quod cū eo, vt dicebat Butrig. in l. fi. C. de edicto D. Hadr. toll. quàm eius doctrinam secutus fuit Salyc. ibi in d. l. fi. nu 20. vbi illam à nōnullis defendit impugnationibus, quæ in ℨrium vrgere videbantur. idem tradit Angel. in l. si finita. ff. de damno infecto. & ibi etiam Alex. nume. 8. idem Aret. in §. quadrupli. numero 33. Insti. de act. D. meus Ceph. consi. 168. num. 60. & cōsi. 223. numero 22. & ratio (vt dixi) est in promptu, nam illud qđ nulliter est factum, non reuocari debet, cum de nouo sit faciendum, ubi non factum sit, per tex. clarum in l. fin. § fin. ff. qđ met. cauſ. Iaſ. in l. fi. num. 18. C. de edicto D. Hadr. toll. & in l. si pacto quo, nu. 11. vers. tu limita. C. de pac. & ibi etiam Curt. Sen. nu. 8. & Dec. nume. quinto, & idem Dec. in c. cum cessante, nume. 21. propè fin. de appell. & in c. j. col. fi. de confirm. vtil. vel inutil. & consi. 191. in fi. & consi. 449. num. 17. & seq. Ruy. consi. 91. col. fin. lib. quinto, Curt. Iun. consi. 127. nume. 5. Paris. consi. 41. numero 15. lib. j. & consi. 81. nume. 17. lib. 2. Gramm. consi. secundo, numero 11. in ciuil. & consilio 40. nume. 27. in crim. Crau. consi. 65. nume. quarto, & consi. 140. nume. nono, & consi. 179. nume. sexto. D. meus Ceph. consi. 168. numero 60. & consi 223. nume. 22. Negus. in tract. de pignor. in secundo membro, tert. par. numero 23. Cagn. in l. nemo prædo. nume. 3. ff. de reg. iur. ex quibus patet hanc esse communem Docto. opinionem, prout etiam illam asserit sequendo Vant. in tract. de nullit. in tit. quib. mod. sent nulla defend. nu. 129. & seq.

Et hæc opinio tāto fortiùs in nostro præsenti casu procedit, testamenti fauore, ꝙ executionem habet paratam: vt hī in l. fi. C. de edicto D. Hadr. toll. notoriamq; rem facit, ut per Abb. in c. cum olim, de cens. quare igitur testamento exhibito, recuperare nitens repellitur, Durant. in tract. de art. testam. tit. 11. caut. 20. nu. 8. cumq; executio excludit id, quod non excludit transitus in rem iudicatam. Zuccard. in l. fin. nume. 367. C. de edicto D. Hadr. toll. faciliusque semper exceptio conceditur, q̃ noua actio, Iaſ. in l. impuberibus. nume. 8. ff. de acquir. hæred. illiusq; est perperam factum cōfirmari, q̃ nouo iudicio instituto illud idem consequi, Gramm. consi. 40. num. 27. in crim. multaq; per modum excipiendi consequuntur, quæ non per modum agendi consequerentur, ut in his terminis tradit Pract. Pap. in form. libell. quo pet. hæred. ex testam. in glo. ac etiam num. secundo, nimirum vtique est, si hæc immissio sustineatur, cōfirmeturq;, cum nouiter sit danda, illaq; data est confirmanda. l. fin. §. fin. ff. quod met. cauſ. attento, quòd iudex non leuiter à se impetrata reuocare debet, sed potius confirmare, Curt. Iunio. consilio 127. nume. quinto.

251 Alii autem contrarium censuere, tenentes † huiusmodi immissionem, non ordine seruato, neque citata parte factam, nō posse de iure confirmari, uel de nouo dari, Iaſ. in l. secunda, numero 113. C. de iure emph. Dec. in l. fin. numero 35. C. de edicto D. Hadr. toll. Plot. in l. si quando, nume. 97. C. vnde vi. Anchar. consi. 292. & post eum Rom. consi. 158. num. 4. & seq. vbi dicit, ꝙ imperiti sunt, qui allegant Ang. in d. l. si finita. Gram. consil. 86. nume. 27. & seq. & magis amplè consil. 150. nume. 21. & seq. in ciuil. Paris. consi. 41. num. 23. & pluribus seq. lib. j. Rolan. consi. 5. nume. 18. & consi. seq. num. 12. & pluribus seq. lib. 2. decis. Pedemon. 34. num. 12. & seq.

Neque hęres hoc in casu replicare poterit, ꝙ immo fuit aliqua, & quatenus sit nulla, petit cōfirmari, vel de nouo dari. Bar. in l. fin. col. fin. vers. si verò venit, C. de edicto D. Hadr. toll. cūq; a iudice spoliatus ante omnia est restituendus, Dec. in l. fin. nu. 35. C. de edic. D. Hadr. toll. & in c. referente, nu. 2. de præb. Rub. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 105. in fin. & ibi etiam Rip. num. 58. & seq. ff. de acquir. poſſ. Doct. communiter in l. iustè possidet, ff. de acquir. poſſ. Dominus meus Soc. Iun. consi. 92. lib. j nam tunc pro iudice non præsumitur, qui possessore nō citato concesserit hęredi in possessionem immitti, nullo iuris ordine seruato. Barto. in l. meminerint, nu. 2. in fin. C. vnde vi. Abbas in c. cum quęrente, num. 3. de rest. spol. Rip. in d. §. nihil cōmune, num. 60. Gramm. dicto consi. 150. nu. 23. Paris. consi. 125. num. 32. & seq. lib. j. Marſ. in pract. §. secundo, num. 81. Alciat. in tract. præsumpt. regula 3. præsumpt. 9. num. 23. & seq. Dominus meus Ceph. consi. 289. num. 13. Rolan consi. 6. num. 35. lib. 2. immo iudex procedendo iuris ordine non seruato priuata persona censetur, violentiamq; committere dicitur, Rip. in d. §. nihil commune, num. 59 Gramma. d. consi. 150. nu. 38. meritò si possessio ita obtenta tanquam violenter occupata non sit confirmanda, cum improbo possessori auctoritas retinendi non datur, l. 3. & ibi Scribentes, C. vnde vi. Iaſ. in l. iustè possidet, num. 5. ff. de acquirenda poſſeſſ. Zuccard. in l. fin. num. 181. C. de edicto Diui Hadriani tollen. Dominus meus Soc. Iunior consi. 127. numero 10. libro secundo.

252 Et id etiā procedit, si † spoliator Principis auctoritate in possessione confirmaretur; nam adhuc spoliatus restituendus est, non confirmatione principis obstante, dicta l. 3. & l. fin. C. si per vim vel alio modo. Iaſ. in d. l. iustè possidet, num. 5. & in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, num. 26. ff. de acquir. poſſ. Rubeus in d. §. nihil commune, num. 90. & seq. & ibi etiam Rip. nu. 63. Alexan. consi. 3. num. 9. lib. 5. Gramma. d. consi. 150. nu. 13. Crau. in tract. de antiq. temp in 4. par. num. 209. Rol. consi. 6. num. 31. & seq. lib. 2. nam possessionem iniustam non tuetur prætor, l. communę §. inter prædones, ff. communi diuid. l. 2. & 3. ff. vti possi. l. improba, C. de acquirenda poſſeſſ. decis. Pedemontana. 34. sub num. 26. & eo in casu, quo ad possessionem, non tantum fit restitutio possessionis, sed etiam fructuū perceptorum, quos non suos facit, Fel. in c. Ecclesia Sanctæ Marię, num. 25. de constit. & ita fuit iudicatum per Senatum Pedemontanum, vt in eius decis. 99. sub nu. 27. liquidò constat, Iaſ. in d. l. iuste possidet, nu. 27.

253 Et spoliatus † quoq; ad omnes expensas in lite factas, in cōuocandisq; etiam amicis, & ad omne suum interesse per eum passum vsque ad vnum minimum quadrantem restituitur. Iaſ. in auct. qui rem, num. 16. vers. 5. adde, C. de sacrosan. eccles. Rip. in d. §. nihil commune. num. 50. Plot. in l. si quando. num. 732. & seq. C. vnd. vi. Curt. Iunio. consi. 41. numero 16. versic. quinto, Crau. consilio 140. num. 3. Roland. consi. sexto, sub num. 42. & seq. lib. secundo.

Quæ concluſio declaratur procedere, niſi primus ſpoliator per vim ingreſſus ſit, ſi ſecundus per vim quoque ingrediatur, vterque illorum in pęnam incidiſſet,meritò ſi hoc in caſu delictum mutua tollatur cõpenſatione.Felyn.in c.dilecti,col.fin. de excep.Rip.in d.c.ſępè.nu.86.in fi.& in l.centurio.num.53.ff. de vulg.& pupill.ſubſt.& prout in ſimili dicitur de iniuria priuata,quæ mutua compenſatione tollitur.Alex.l.illud elegãter. nume.5.ff.quod quiſque iur.Ang.in tract.malefi.in verbo, verba iniurioſa & contumelioſa,num.10. Maſſuer. in pract.ſua in tit.de iniur. nu.12. quod cenſeo eſſe verum, ſi verba iniurioſa circa idem tendant,& actio iniuriarum ciuilis mota ſit;nã quò ad priuatam vindictam mutua tollitur compenſatione: ſecus verò erit,ſi criminaliter mota ſit;nam tunc non mutua cõpenſatione aufertur,tex.eſt perſpicuus ĩ c.intelleximus. & ibi Abb. nu.5.& 6.de adulter.& in c.j.nu.1.de iniur. Fely.in c.dilecti.col. pe.verſi.3.declaratio,de excep.Lancel.Conrad. in pract. ſua de prætor.inſt.in §.3.in verbo de iniuriantibus,num.34.verſi.14.& ſic ergo reſpectu fiſci iniuria perdurat.Cagnol.in l.ſi qs mãior, num.94. C.de tranſact.ita & in propoſito noſtro dico, ꝙ ſicuti primus ſpoliator per vim in poſſeſſionem ingreſſus ſit ob licentiam iudicis ſibi datam, ꝙ pariter quoque reintegratus, qui licentiam ingrediendi in ſuam priſtinam poſſeſſionem à iudice habuit,ſi per vim ingreſſus ſit,illorum delicta mutua compenſatione quò ad priuatam vtilitatem tolluntur, & in nulla conſideratione habentur.Doct. communiter præallegati vt ſuprà.

285 Vel & ſecundò dico,† ꝙ prima concluſio declaratur procedere,niſi hæres ſcriptus cum iuſtitiæ executoribus in poſſeſſionem per vim ingreſſus ſit;nam eo in caſu non in aliquam pœnam incidit.Bar.in d.l.meminerint.num.8.& ut aliàs tetigi:ſed tunc expulſo per viam appellationis ſuccurritur,ſecũdùm formam l.ab executione.C.quor.appell.non recip. vel aliis remedijs.Roland.conſi.5.nu.17.lib.2.

286 Vel & tertiò † declaratur nõ procedere, etiam ſi quãdo ſine executoribus in poſſeſſionem auctoritate ſibi a iudice cõceſſã per vim ingrediatur,dummodo pro reſiſtẽtia repulſanda, non ad iudicem accedere potuit,ad impetrandum eius familiã, niſi cum maxima eius verecundia,periculoq;:nam in hoc caſu, nõ in dictam pœnam incidit,aliàs ſi ſua ſine verecundia, vel ſine eius periculo,ad iudicem pro impetranda ſua familia accedere potuit,& non profectus ſit,proculdubio hoc in ſecũdo caſu in pœnam incidit,Rip.in d.§.nihil commune. nu.62.

287 Et ad illud quod † dixi ſupra,videlicet,ꝙ in caſu quo regulariter ingrediens per vim etiam auctoritate à iudice ſibi rite & rectè data in pœnam incidit, & ſpoliatus ante omnia ad ſuam poſſeſſionem reintegratur,dico, quòd prædicta concluſio procedit,ſi ſpoliatus contra ingreſſum per vim in poſſeſſioſiem remedio d.l.meminerint,agat, quoniam ille ſpoliator omni iure ſuo priuatur, etiam ſi dominium rei ſpoliatæ ſpoliatoris ſit: cũ etenim Dominus à violentia contra poſſeſſorem inferenda ſe abſtinere debet, etiam ſi poſſeſſor ſit prædo.c.in litteris.de reſt. ſpol.l.ſi quis in tantam.C.vnd.vi,Plot. in l.ſi quando numero octuageſimoquarto,in fin. C.vnd. vi,ſi iſte ſua vtique poſſeſſione priuatur, & omni iure ſuo,quod in dicta re habet, meritò, ſi hoc in caſu, ille ſui dominii notorietatem non allegare poſſit. d.l.meminerint.Rip.in d.§.nihil commune. numero ſeptuageſimoquarto,in fi.Zuccard.in l.fin.nume.181.C.de edict. Diu.Hadr.tollen.Dominus meus Socin. Iunio. conſi. decimooctauo,numero vigeſimoſexto, & ſeq. libro ſecundo, etiam ſi ſententia (vt dixi) ſit valida,Dominus meus Socin.Iun.d.conſi. decimooctauo,numero trigeſimoprimo,in fi. à fortiori igitur hæc concluſio procedit,quando eſt inualida,auct.multomagis. C.de ſacroſ.eccleſ.

288 Si verò ſententia ſit valida,† & ſpoliatus cõtra ingreſſum p vim remedio d.l.meminerint, non agat, dico ꝙ ſpoliatus ante oĩa non reſtituitur,ex quo ſententia valet, in remq; iudicatam

Source : BIU Cujas

transiuit, & executa fuit, merito expulsus non ante omnia restituitur. Abb. in d. c. conquerente. num. 7. Paris. consi. j. nu. 165. lib. j. Crau. consi. 5. nu. 8. & ut supra aliàs tetigi.

289 Si autem est† inualida, & tunc subdistingue, & dic, ꝙ aut sententia est nulla, ex quo iudex vnam solennitatem iudiciariam tantum omisit, in cæteris autem iudicij ordinem obseruauit, & tunc spoliatus non ad suam possessionem ante omnia reintegratur, nisi prius possessionem priorem, spoliationem, & iniustitiam spoliationis probat ob præsumptionē quam pro se habet iudex, ad priuatorum differentiam. Felyn. in c. dilectus, el primo, num. j. de rescrip. Ias. in l. iustè possidet, num. 3. ff. de acq. poss. & vt suprà dixi.

Si autem sententia sit nulla, ex quo iudex non citato possessore, & absque causæ cognitione, & ex abrupto, nullo iuris ordine seruato, illam protulit, cuius virtute possessorem spoliauit, & tunc dic, ꝙ aut sumus in casu, in quo nullo iuris ordine seruato procedi potest, & expulsus comparendo. non nisi citationis defectum tantum allegat, & tunc quoque non ante omnia restituitur, sed potius hæres in possessione confirmatur ob notorietatem testamenti, & iurium suorum, quæ ex non cōtradictione expulsi dilucidantur, rationibus, legibus, & auctoritatibus, vt supra, in prima mea distinctione principali huius articuli allegatis, & ibi plenè dixi.

Si simus autem in casu, in quo ordinarie, uel saltem cum causę cognitione sit procedendum, & tamen iudex illam ex abrupto protulit, & censeo hoc in casu, spoliatum ante omnia esse reintegrandum, antequam spoliator super iuribus suis audiat, c. conquerente, de rest. spoliat. si spoliatus petat, se ante omnia reintegrari debere. Negus. in tract. de pign. in secundo membro secundæ partis. nume. 22. nam si spoliatori permitteret, probationes super dominium respicientes facere, neque replicaret, contradiceretq́; sibi præiudicium afferret, & tacitè consensisse censeretur, c. 1. vbi Abb. & scribentes, de rest. spoliat. Paris. cōsil. 113. nume. nono, lib. primo, ita ꝙ factis probationibus dñium pro parte ingressi respicientibus, liquidò cōstaret rem esse suā, & ad se spectare, & pertinere: quia acta rem notoriam faciunt, c. cum olim, vbi Abb. de verb. sig. not. scribentes in c. quoniam contra. de probat. Dec consi. 191. col. 4. versi. 4. facit, Paris. cōsil. 53. num. 106. lib. 3. Crau. consi. 302. num. 5. in fi. meritò si in hoc quoque casu spoliatus non ante omnia reintegratur, Alex. in l. naturaliter. § nihil commune. nume. 31. ff. de acquir. poss. & ibi etiam Rip. num. 72. Soc. in d. l. iustè possidet, nume. 8. in fi. Dec. in l. edita. nume. 82. & seq. C. de edict. & consi. 19. col. 5. versi. 4. facit, Zuccard. in l. fi. num. 353. C. de edict. Diu. Hadr. tol. Addit. ad decis. cap. 28. num 10. Cast. consi. 454. nume. 3. propè fi. lib. j. Gozad. consi. 50 nume. 19 Paris. consi j. nume. 171. lib. j. & consi. 53. num. 106. & seq. lib. 3. & consi. 11. nu. 18. lib. 4. Crau. consilio 399. col. tertia, versic. tertio, & consi. 302. nume. 5. & seq. Berous quæst. suis famil. q. 3. num. 4.

290 Et si plerique† velint, ꝙ probationes dominium respicientes sint impertinentes, & possessionem tantum corroborant, non propter hoc dominium rei probant, ita ꝙ victoriam spoliator reportare possit. Rip in d. §. nihil commune. numero 99. Zuccard. in l. fi nu. 132. C. de edict. Diu. Hadr. toll. Dec. consi. 84. col fi. versi. nec obstat, Parii. consi. 60. nume. 7 lib. 3. & maxime, cum prius de possessione semper tractandum sit, antequam ad petitorium deueniatur. l. incerti. C. de interd. Curt. Iunio. consi. 92. nu. 2 tamen arbitror istorum opinionem esse veram, si probationes dominium respiciētes in hoc possessorio (reluctante spoliato) fiant, & à iudice admittantur cum hac protestatione, ꝙ illę tantum possessionem iustificāt, & si & quatenus sint admittendæ, & quia in hoc possessorio sunt impertinentes, meritò, si illæ tunc spoliatum non impediunt, ante omnia esse reintegrandum, Alex. in d. § nihil commune. nu. 31. Dec. consil. 84. col. fi. Paris. consi. 107. nu. 25. lib. j. cum semper prius de possessorio, quàm de petitorio sit tractandum. d. l. incerti, & in his terminis bene loquitur opinio istorum in contrarium tenētium: secus verò est, si sine protestatione, simpliciterq́; (non reluctante spoliato) admittantur, & per ingressum in possessionem huiusmodi probationes dominium respicientes fiant, & probentur; tunc proculdubio dico, ꝙ illę non tantum possessionem corroborant, sed & quoque probant dominium rei spoliatoris esse, & ad eum pertinere, quæ proprietatis exceptio tāquam notoria non reijcitur, sed admittitur. Abb. in c. in litteris, num. 29. de rest. spol. Rip. post Scribentes in d. §. nihil commune, nume. 72. Cagnol. in l. nemo prædo, num. 3. ff. de reg. iur. quia petitorium tam notorium possessorij causam absorbet. cap. j. & ibi Scribētes, de rest. spol. Zuccard. in l. fi. nu. 352. & seq. C. de edicto D. Hadr toll. Paris. consi. 113. nu. j. lib. j. Crau. consi. 302. col. 4. in fi. & vt infrà quoque dicam.

291 Verùm etiam, si† alios præter casus narratos, cum regula, ampliationibus, limitationibusq́; de quibus vt suprà, ultrà materiam l. fi. C. de edicto D. Hadr. toll. quis instrumentum haberet, cum pacto constituti, executiuiq́; coramq́; iudice compareret, illudq́; produceret, petereteq́;, in executione dictorum pactorum se in possessionē bonorum sui debitoris immitti, pro summa scutorum in dicto instrumento contenta, iudexq́; viso incontinenti instrumento licentiam ingrediendi in possessionem bonorum sui debitoris propria eidem auctoritate concedit, non citato possessore debitore, & creditor in eam per vim ingrediatur, illoq́; ita ingresso, si deinde spoliatus compareret, & contra spoliatorem remedio. l. meminerint. C. vnde vi. ageret, libellum in scriptis porrigendo, iuxta formam ibi in d. l. meminerint, à Doct. communiter traditam, creditorq́; excipiēdo diceret, iura sua esse notorijssima, in dictis bonis per illum apprehensis, stante eius credito cum illo, & pacto constituti, executiuiq́;, de quibus in instrumento publico, quod pro præmissorum iustificatione illud produceret, & diceret, ꝙ probatio, quæ per dictum instrumentum fit, probatio probata, & nō pro banda censetur, Cagn. in l. si librarius, nu. 81. & seq. ff. de reg. iur. Alcia. in tract. præsump. reg. 3. præsump. 13. nu. 8. Vant. in trac. de nullit. in tit. quis poss dic. de nullit. num. 54. versi. intellige, & de instrumēto dici solet, noli me tangere; quia Cæsaris sum, Crau. consi. 31. nu. 7. meritò, si iudex dictam licētiam propria eidem ingrediendi auctoritate concedere potuit, etiam debitore possessore non citato, etiam per vim. l. creditores. & ibi Scribentes cum sua materia. C. de pign. quia in notorijs iuris ordo relaxatur, Marsi. in l. de vnoquoque. num. 77. ff. de re iud. & in pract. §. aggredior. nu. 125. & seq. Alciat. in c. cum non ab homine, nume. 119. de iud. Paris. consi. j. nume. 34. & seq. lib. j. & consi. 147. nu. 12. & pluribus seq. lib. 4. & si possessor citatus fuisset, dictam licētiam super re tam notorijssima non impedire potuisset, & si illo p̄sente & inuito sibi data fuisset, ergo eo absente, & ignorante illa concedi potuit. l. 4. §. illud. ff. de fideicommiss. libert. l. qui potest inuitis, & ibi Cagn nu. 6. ff. de reg. iur.

292 Pro spoliati† autem parte replicatur instrumētum rem notoriam non facere; quia contractus in dicto instrumento insertus est simulatus, & ī specie causam simulationis & radicem allegat, & equidem ita excipere debet, aliàs exceptio tanquam generalis & obscura non valeret. Aret. in §. fuerat. nu. 22. versic. aduertas. Inst. de act. & in §. sequitur, num. 33. vers. virtus. Inst. de excep. Cagnol. post Dec. in l. imaginaria. num. 7. ff. de reg. iur. Felyn. in c. si cautio, sub num. 67. de fide instr. Cępol. caut. 106. Dec. consi. 648. nu. 6. & consi 36. nu. 6. circa medium, Paris. consi. 58. nu. 7. lib. j. & consi. 86. nu. 21. lib. 3. & si citatus fuisset, iura sua deduxisset, & exceptiones cōtra contractum in instrumento insertum allegasset: & quia ipse spoliator possessionem per vim apprehendidit, illamq́; occupauit, illo non citato, auctoritate sibi à iudice nulliter data; meritò omni suo iure (quod in dicta re habebat) priuatus fuit si aliquod ius habuisset, quod non credit, quare petit ex officio iudicis fauorabiliter implorato ꝓnuntiari, & declarari, spoliatorem ab omni iure suo cecidisse, & ipsum spoliatum ante omnia esse reintegrandum.

293 Ego† autem his propositis, exceptis, replicatisq́;, hincinde maturè consideratis, arbitror disputatiuè loquendo, dici posse, spoliatum de iure ante omnia esse reintegrandum, & iudicem teneri declarare spoliatorem omni suo iure esse priuatū, quod in dictis bonis apprehensis habebat, & hoc per tex. clarum l. meminerint. C. vnde vi. qui præsupponit, dominium ipsius spoliatoris esse, & tamen vult, ꝙ spoliator possessorem sua possessione sine citatione spoliando, omni suo iure priuetur, & hoc est, ne exinde iniuriarum nascatur occasio, vnde iura oriuntur, ut ibi in dicto tex expressè legitur; cum ergo iste creditor, eo non citato, & existente possessore, suam inuasit possessionem, & illam occupauit, virtute dictæ licentiæ sibi non ritè datæ; meritò in pœnam d. l. meminerint, incidit. Ias. in l. iustè possidet, nu. 12. & ibi Docto. communiter. ff. de acquir. poss. Alex. 2si. 5. num. 2. lib. 2. Dominus meus Soc. Iun. consi. 18. num. 28. & seq. lib. 2 Crau. consi. 221. num. 11. & propterea spoliator non allegare potest, iura sua super dictis bonis notorijssima esse, & si allegaret, non audiretur. Rip. in d. §. nihil commune. numero 74. in fi. & in c. sępè, nu. 86. de rest. spol. Dec. consi. 191. col. pe. versi. tertio, & consi. 57. nu. 6. D. meus Soc. Iun. consil. 18. nu. 11. & seq. lib. 2. Berous quæst. suis famil. q. 3. nu. 4. in fi. & seq.

Præterea, vltra allegata per me vt suprà, dico, ꝙ in præsenti casu nostro non allegari potest illud, quod de instrumento dicitur, videlicet, quòd rem notoriam faciat, & super notorijs iuris ordo relaxetur.

294 Nam responderi potest, ꝙ† indistinctè, instrumentum rem notoriam non faceret; cum contra illud de iure permittatur opponi, & si opponatur, & exceptio proposita instrumentum offuscat, ergo illud rem notoriam non facit. Dec. in c. licèt causam, nume. decimo, de probat. & vt aliàs suprà tetigi num. 273. quare igitur vt instrumētum dicatur notorium, & iudex super tali notorio pronūtiare possit, necesse est, ꝙ pars prius citetur, ad videndum pronuntiare, & declarare, instrumētum rem notoriam facere, Bart. in l. emptorem, num 3. ff. de act. emp. Abb. in cap. ad nostram, el tertio de iureiur. Dec. in cap. peruenit, el primo, numero tertio, versi. & eo casu, de appell. & consil. 483. numero 27. Marsi. in rub. ff. de fals. numero 48. cum vix tale notorium

Source : BIU Cujas

torium dari possit,quin & quoque aliqua exceptio cõtra illud excipiatur, & ad cognoscendum veritatem facti pro notorio allegari reqritur citatio partis & cognitio causę, Rip. in l.is cui bonis.nume.27.& seq.ff.de verb.obl.Marsil. in l.de vnoquoque, nume.nono.ff.de re iud. Iulius Clarus in pract. crim.§. fin.q.31. versi.item adde &c.ideo creditor prius instare debebat, citato possessore, iudicem declarare instrumentum, de quo in causa, esse notorium,& rem notoriam facere, antequam possessionẽ debitoris apprehenderet,Alc.in c.cum non ab homine, num. 118.de iud.& hæc cautela Vant. optimè fuit commendata in tract de nullit.in tit.quis poss.dic.de nullit.nume.53.& à Decio in dicto ca.peruenit,in fi.non hac igitur declaratione facta, eo modo vt dixi suprà,non potest dici instrumentum rem notoriam facere, & per consequens iudicem non potuisse tam fulminanter,& nullo iuris ordine seruato,dictam licentiam asserto creditori concedere.Cum ergo ordo iudiciarius nõ fuit seruatus in concedendo dictam licentiam,& possessore non citato,illum sua priuauit possessione;meritò si dictus occupator in pœnam d.l.meminerint,incidit,& omni suo iure sit priuandus per sententiam declaratoriam à iudice fiendam, Alexand. in l.naturaliter.§.nihil commune,numero decimoquarto, versi. nec obstat.ff.de acquir.poss.& ibi quoque Rip.num.45.Marsil.in rubr.ff.de fals.num.32.

Et ꝙ in dictam pœnam incidat, & puniatur, in propriis terminis tradit Salyc.in l.creditores,nume.29. C. de pign. Rip. in d.c.sępè,nume.86. & gesta per spoliatorem (non citato possessore) non valẽt,ex quo citatio per Imperatorem quoque non tolli potest.tex.est clarus in clem.pastoralis,prope fi.& ibi Scribentes,de re iud.D.meus Soc.Iun.consil.18.nu.30.& seq.lib.2. Socin.consi.54.nu.4.lib.4.Dec.consi.544.nu.20. Vant.in tract. de nullit.in tit.ex defectu proces.nu.36.

Nec quicquam prædictæ conclusioni obstare videtur illud, quod dicitur de pacto executiuo,iuncto constituti pacto.

295 Nam respondeo,& dico,ꝙ † si spoliatus citatus fuisset, cõtra instrumentum excipere potuisset, pariter & contra dicta pacta tanquam instrumento accessoria; nam illud quod est de toto quò ad totum, idem est de parte quò ad partem. l.quæ de tota. ff.de rei vend.& sicuti ob nõ citationem emanatam instrumentum hoc in casu non eidem prodesse potest, minimè & pacta in dicto instrumento inserta; cum regulariter accessorium sui principalis naturam sequitur,c.accessorium,de reg. iur.in 6. & sublato principali fundamento omnia accessoria exinde fluentia corruunt,Crau.consi.75.num.27.Tiraq.in trac.de iur.const. in 3.par lim.7.num.39.& seq.

296 Et hoc accedente,nam † cum ipse creditor iudicem adiuit, ab eoq; petijt,se in executione pacti executiui in possessionem immitti,sine reserua pacti executiui,in eo sibi præiudicium attulit, & licentiæ ingrediendi propria auctoritate renunciauit, taliter ꝙ ad viam facti amplius redire non potest;nam illa via, quam sibi elegit,sibi pateat,Alex.consi.130.nume.12.lib.4.Iason. in l 2.num.114.C.de iure emph. Dec. consi.146.nume.6.Ruin. consi.127.num.12.lib.5.Negus.in tract.de pigno.in 4. par.prin. num.25.Tiraq.in tract.de iure const.in 1.par.nume.42.si igitur per accessum ad iudicem sine alia reserua,tacitè pacto executiuo renunciauit,meritò non potest creditor dicere, se illius virtute in possessionem intrasse,& adeundo iudicem simpliciter, iudex iuris terminos seruare debebat, in concedendo licẽtiam creditori ingrediẽdi in possessionem,& sic creditor tenebatur possessorem citare; cum nemo sua possessione sit priuandus, nisi prius citetur,cap.licèt Episcopus, de præb. in 6. & ratio est in promptu;nam sicuti multa contra sentẽtiam in executione opponi possunt, ita & pariter contra immissionis petitionem fiendæ in executione pacti executiui,si ita est, ergo citatio erat necessaria,Salyc.in l.creditores.nu.29. C. de pignor. Afflic.decis.97.num.3.& decis.326. Negus.in tract. de pignor.in 4. parte princ.nume.24.si citatio igitur fuit necessaria,& licẽtia ingrediendi absque citatione ipsi ingresso fuit concessa, cuius virtute in possessionem per vim ingressus fuit, meritò in pœnam d.l.meminerint, incidit.

297 Et † per vim quoque spoliatus censetur deiectus, si ad suam possessionem reuersus fuit,& creditor illum non admisit.Bald. in l.si quis in tantam.nume.19. C. vnde vi.Alex.in l.si cum dotem.§.sinautem in sęuissimo,nume.7. ff. sol. matr. Corn.consi. 207.nu.18.lib.2.Soc.consi.122.num.17.lib.4.Durant.in trac. de art.testam.titu.sexto,caut.12.num.1.D.meus Socin.Iun.consil. 18.nume.15.lib.2.Crau.consi.243.num.9. in fi.Roland.consi.6. nu.37.& seq.lib.2.

Et si spoliator duræ ceruicis esset, qui citationem allegaret non necessariam fuisse, existente eius instrumento, quod rem notoriam facit.

298 Dupliciter respondeo,& dico, quòd † instrumentum rem notoriam facit, si prius declaratio notorij dicti instrumenti (citata parte) à iudice sit facta,aliàs secus erit,cũ contra instrumẽtum multa opponi possunt,ita ꝙ si spoliatus fuisset citatus, dictas exceptiones,iuraq; sua ꝑ instrm allegasset, & iudicem in suam sniam retrahere potuisset,meritò ergoveridicè spoliator non potest dicere dictum instrumentum rem notoriã facere.

Vel & secundò dato, & non concesso, ꝙ instrumẽtum rem notoriam efficeret,tamen dico, ꝙ possessoris citatio fuit necessaria,nam si creditor petijsset se associari,non requirebatur citatio: at quia petijt se in possessionem immitti, iuxta quam petitionem iudex licentiam eidem dedit, non citato possessore, prout de iure requiritur, cuius virtute in possessionem ingressus est,meritò in pœnã d.l.meminerint,incurrit,ita distinguendo declarat.Salyc. in l.creditores.nu. 29. C. de pigno. Afflic.decis.97.nu.3.Zuccard.in l.fi.nu.158.versic.ego aliter.C.de edicto. D.Hadr.toll.

299 Et † si iste spoliator allegaret,se id non fecisse,causa alienam inuadendi possessionem, potius autem suam defendẽdi ob pactum executiuum constituti pacto adiunctum, & ob iudicis licentiam sibi attributam,& sic iustis de causis, & non malo animo motus fuit, quæ causæ cum sint iustæ, illum à dicta pœna excusant, Bald.in l.si quis in tantam. nume.18. & ibi etiã Salyc. in 11.opp.C.vnde vi.Soc. consi.122. nume.21. & seq.lib.quarto. Marsil.sing.167.Rip.in l.Centurio.nume.53.ff.de vulg.& pupill. substit.& in c.sæpè,num.83.de rest.spol.Plot.in l.si quando, numero 54.in fi.C.vnde vi.

300 Respondeo, ꝙ † non dolus,violentia autem tantum consideratur,& etiam simplex violentia,quæ est,quando non possessore citato in possessionem ingrediatur, nam tunc inuadens etiam in rem suam omni iure suo priuatur. dic. l meminerint. Corn.consi.207.nu.19.lib.2.Rip.in d.§.nihil commune. nu.59. & seq.Dñs meus Soc.Iun.consi.18.nu.34.lib.2.Plot. in d.l.si qñ. num.53.Roland.consi.6.nu.26.lib.2. sibiq; imputatur, cur non propria auctoritate ingressus sit,iuxta licentiam in instrumento à parte sibi datam, vel non à iudice tantum associationem petierit,facta tamẽ prius declaratione notorij dicti instrumenti (citata parte) per iudicem,vt suprà dixi, uel si esset Dominus prædij,cur non egerit pro sui dominii recuperatione remedio reali contra possessorem,ut habetur in toto titu. ff. & C. de rei vend.ita in terminis tradit Dominus meus Socin.Iun.consi.18. num.27.lib.2.cum spoliator igitur hoc non obseruauerit, sed voluerit in eam ingredi, & per vim, ob licentiam sibi à iudice concessam,non possessore citato,& sic ex abrupto, & nulliter, meritò si in pœnam d.l.meminerint,incurrit,Alexand.consil. 119.nume.20.lib.2.& in l.iustè possidet,nume.32.& etiam Iason. num.24,ff.de acquirenda possess.Socin.consi.158.num.16.lib.2. cumq; etiam prædo à iudice non sit sua possessione priuandus, nisi illo prius citato,c.in litteris,de rest.spol.Plot.in l.si quando. nu.87.C.vnde vi.& est propriè tex.d.l.meminerint,qui fuit inductus ad puniẽdas huiusmodi violentias, quæ à dñis circa res suas inferuntur.Dñs meus Socin.Iunior d.consi. 18. nume.26. hancque opinionem sentit Rip.in d.§.nihil commune, nu.74. in fin.vbi vult, ꝙ confirmatio possessionis occupatoris nõ fiat, etiam si notorijssime de proprietate rei constaret, si spoliatus ageret ꝑ spoliatorem, remedio d.l.meminerint. ita & quoque tradit Berous quæst.suis famil.q.3.nu.4.in fi.& seq.& vt aliàs tetigi, ita ꝙ ex illorum auctoritatibus, & ex aliis suprà allegatis comprobatur,spoliatorem omni suo iure esse priuãdum; quia ille in pœnam d.l.meminerint, incurrit.

301 Sed vltra præmissa dico etiam, ꝙ † dictum pactum executiuum non est clarum,existente simulationis exceptione,cõtra ꝑctum in instrumento insertum opposita, per quam instrm offuscatur,vt ī principio huius articuli dixi, meritò si allegatio dicti instrumenti spoliatori non prodest,quin per iudicem declaratur,illum omni suo iure esse priuatum,iuxta dictam l.meminerint,cum in possessionem alienam per vim ingressus sit, propter licentiam à iudice sibi nulliter concessam.

Et allegare, ꝙ ipse non ita sit ingressus causa iniuriam possessori inferendi, sed iustis ex causis motus fuit, quæ causæ illũ à dicta pœna excusare debent.

302 Ego autem dico, † ꝙ si hæc allegatio illum à dicta pęna excusaret,sequeretur,ꝙ d.l.meminerint, nunquam sibi locũ vendicaret,cum quilibet potuisset dicere, se in possessionem alienam fuisse ingressum,non animo iniuriam possessori inferendi,sed quia credidit,ita sibi licitum fuisse,ob licentiam sibi à iudice concessam, quamuis illa sit, uel appareat nulla, vnde ne d.l.meminerint,sit superflua,quod non est dicendum,cũ nulla lex sine aliqua operandi virtute debet esse.l si quãdo. ff.de leg j. c.si Papa,de priuileg.in sexto.meritò,si necessariò cogamur fateri,spoliatorem ob prædictas causas non esse excusandum,attento ꝙ quælibet causa illum non excusat,tractando de pœna legali,vel pecuniaria,ut fit in præsenti casu nostro, Iason. in dicta l.iustè possidet,nume.32.& seq. Alc. in tract.præsumptionum, regula tertia, præsumptione 30. nume. sexto, & ut aliàs supra dixi, igitur &c.

303 Nec obstat dicere, † ꝙ sicuti præceptum executiuum fieri potest,& est validum, existente pacto executiuo instrumẽtali, cuius virtute si possessio ei,in cuius fauorem præceptum sit factum,relaxatur,& ipse in eam ingrediatur,nõ incidit in pęnam

Source : BIU Cujas

d.l.meminerint, Bar.in l.ſi quis in tantam.num. 24. & ibi etiam Saly.num.9.in fi.C vnd.vi. Iaſ.in l.nec quicquam. §. vbi decretum.num.7.ff.de offi.procōſul. Rip.in l.filiusfam § diui.nume. 117.in fi.ff.de leg.j. ita ergo, & ſi virtute dictæ licentiæ ſibi (non citato poſſeſſore) in poſſeſſionem ingrediatur à iudice cōceſſę, in executione pacti executiui, pęnam non meretur; quia quod fit lege permittente, puniri non debet. l.Gracchus. C. de adult.

304 Sed ego † huic argumento reſpondeo, & dico, ꝙ exiſtente exceptione ſimulationis in ſpecie contra cōtractum in inſtrumento inſertum oppoſita, ſi illa vera liquidabitur, proculdubio cæterę omnes clauſulæ cenſerentur ſimulatæ, nihilq; operarentur, neq; valerent, Bar.in l.nemo poteſt.nu.11.& ibi etiam Crot.col.20.verſic.aduerte tamen, & cæteri ſcribentes ibi.ff.de leg.j. Pariſ.conſi.55.num.23.lib.1.& conſi.53.& num.40. eo. lib. Rub.conſi.119.nume.2.neq; ex eo transfertur poſſeſſio, neque dominium per pactum conſtituti & precarii, quia illæ clauſulę nullius effectus ſunt. Pariſ.d.conſi.55.nume.21.& ſeq.& ℈ctus ſimulatus & fictitius carens conſenſu, & ſubſtantia in ſpiritu, nihil operatur; quia eſt tanquam corpus ſine anima. Pariſ.d.℈ſi. 55.nume.24.ſi ergo dictæ clauſulæ nihil valent, meritò vtique ſpoliator in pacto executiuo fundamentum aliquod non facere debet, & ſic ratio argumenti in contrarium allegati ceſſat, ergo & diſpoſitio dicti argumenti.l.adigere.§.quamuis. de iur. patr.c.cum ceſſante.de appell.in ſexto.

305 Præterea dico, † ꝙ ratio longe diuerſa ſubeſt à prædicto caſu ad caſum noſtrum; nam in obiectione contraria ſi poſſidens ſua priuatus ſit poſſeſſione, illa vtique priuatio cum ipſius priuati conſenſu fuit facta; nam præcepto ſibi à iudice emanato ille comparere debebat, & allegare in ſpecie contractum inſtrumēti fuiſſe, & eſſe ſimulatum uel ſe ſoluiſſe, uel ſibi fuiſſe illud creditum renunciatum, uel alias exceptiones ſimiles proponere, quæ contra inſtrumenti contractum excipi poſſunt, & illis exceptionibus verificatis, illę penitus inſtrumentum elidunt, & illo utique ſublato cum omnibus ſuis clauſulis, præceptum quoque annullatur & remouetur tanquam nulliſſimum, cū à præceptis & à vijs executiuis non ſit inchoandū l.j.C.de execu. rei iud. nam antequam iudici non cauſa cognita conſtat, non præcipere poteſt. Bald.conſi.177.nume.2.in fi.lib.3. Cagnol.in l.vnica.num.102.ff.ſi quis iuſd. & ideo videmus, ꝙ ille, cui præceptum ſit factum, in ſua poſſeſſione perſeuerare poteſt, & fructus colligere non obſtante præcepto à iudice ſibi emanato, ſtantibus exceptis, & propoſitis per illum vt ſupra, l. ſciendum. § ſi fundum.ff.qui ſatiſ.cogan. nam ſi citatus fuiſſet, iudicem in ſuam trahere ſententiam potuiſſet, antequam ſibi mandaret, meritò ſi in ſua poſſeſſione (non obſtante præcepto) perſeuerare poteſt. Aret.in §.curare, nume.17.inſt.de act. Plot.in l.ſi qñ. num.105.C.vnd.vi, & præceptum ſuſpenditur, donec poſſidens ſummariè ſuas probat exceptiones. Plot.in d.l.ſi quādo. nu.91. illisq; hoc modo probatis in iudicio ſummario, præceptum reuocatur, tanquam iniuſtum, aliàs illis in hoc iudicio ſummario non probatis, poſſidens illi præcepto parere teneretur, aliàs mulctabitur. Plot.in d.l.ſi quando, num.105. ſi ſine igitur alia comparitione, ſineq; iurium ſuorum exceptione iſte poſſidens ſuam relaxat poſſeſſionem illi, in cuius fauorem præceptū fuit factum, ſibi imputatur; cum tacitè videatur fateri, ſe nō ius in prædio habuiſſe, & per conſequens præceptum fuiſſe & eſſe validum, qui tacitus conſenſus in non contradicendo in iudicio ſufficit. l.cum oſtendimus. §. fideiuſſores. ff. de fideiuſſ. tut. Rip.in d.§.nihil commune.num.72.& ſi ergo iſte per vim compulſiuam ſua priuatus fuit poſſeſſione, nō ad illam reſtituitur, allegando ſimplicem tantum nullitatem. l.fi.§. fi. ff. quod met. cauſa, cum ex ſpoliati conſenſu illi poſſeſſio fuit relaxata, ergo ceſſat ratio d.l.meminerint, & per conſequens, & eius diſpoſitio, cap.cum ceſſante, de appell.in ſexto l.adigere. §. quamuis, de iur.patr.

306 Secus verò erit, † ſi non per viam præcepti ſed virtute licentiæ ſibi à iudice non ritè datæ ſpoliator ingreſſus ſit, & ſpoliatus per vim expulſiuam ſua poſſeſſione ſit deiectus; tunc non dici poteſt, tacitum illius conſenſum interueniſſe, cum nō fuerit admonitus, neque citatus, ad dicendum, & docendum iura ſua, prout poterat facere ille cui præceptum erat factum. Cum igitur ex abrupto, fulminanter, & uelo leuato licentia ingrediēdi ſibi à iudice fuerit data, cuius virtute in poſſeſſionem ingreſſus ſit, meritò ſi ingrediens ceciderit in pœnam d.l.meminerint, quæ conſtitutio, d.l.fuit ad hunc finem ab Imperatore inducta, ne quis ſua priuetur poſſeſſione, niſi illo prius citato, aliàs ſpoliator omni ſuo iure priuabitur, etiam ſi ſpoliator eſſet dominus rei, & hoc eſt, ne iniuriarum naſcatur occaſio, vnde iura oriuntur. d.l meminerint. Iaſ.in l.iubere.nu.5. ff. de iuriſd. om.iud. Rip.in d.§.nihil commune, nume.74. Gram.conſi.150. nu.33.in ciuil.ſi ratio igitur diuerſa ſit à præcedenti caſu ad caſum noſtrum, meritò ſi de illo ad hunc non fiat argumentatio, quoniā ex diuerſis non fit illatio l. Papinianus exuſi. ff.de min. & ideo ex his concludenter dici poteſt, hunc ita ingreſſum omni ſuo iure eſſe priuandum, ſi aliquod ius in dicta re haberet, reſtituendo quoque ſpoliato poſſeſſionem ante omnia, iuxta d.l.meminerint.

307 Si autem † quoque ſpoliatus agendo remedio d.l.meminerint, & nihil contra ſpoliatoris inſtrumentum alleget, neque excipiat, tacite illud confirmat, qui tacitus conſenſus in non contradicendo in iudicio ſufficit. l.cum oſtendimus. §. fideiuſſores. ff. de fideiuſſ. Rip.in d.§.nihil commune, nume.72. ſi ergo ſpoliatus affirmat inſtrumentum eſſe validum, varietatemque continere, & in eo pactum executiuum, & conſtituti, reperiatur, meritò ſi ille in poſſeſſionem per vim propria auctoritate ingredi potuit, Bar.in l.creditores, numero decimonono, & ibi Saly.quoque nume.12.C.de pignor. Gozad. conſi.28. nume.15. & conſi.95 nume.8 D.meus Soc.Iun.conſi.146.nume.9. lib.j. ſi ſpoliator vtique in illam propria auctoritate ingredi potuit, & iudicis licentia ſit nulla; quia ſpoliatus non fuit citatus, meritò perinde igitur hī, ac ſi ſua auctoritate propria in poſſeſſionem intraſſet, Bar.in d.l.creditores.numero 26.circa medium. Tiraq. in trac.de iur.conſt.in tertia par.lim.17.numero 13.ergo per dictum ingreſſum, etiam per vim, ingreſſor non puniatur, ſed potius in ſua poſſeſſione confirmetur, gl.eſt ſecunda in d.l.meminerint, Bar.in d.l.creditores.numero 26.circa medium. Aret.in §.actionum autem.nume.16.inſt.de act. Iaſ.in l.ſecunda, nume. 112.C.de iur.emphit. Zuccar.in l.fi.nu.230.C.de edict. D.Hadr. toll. neque eo in caſu ſpoliatus de ſpolio excipere poteſt. Pariſ. conſi.5.num.27.lib.4.

308 Et vltra † allegata ratio in promptu eſt; nā ſi ſpoliatus nihil contra inſtrumenti contractum allegat, neq; excipiat, tacitè illum confirmat. d.§. fideiuſſores. confirmando q; illum eſſe verum, & inſtrumentum veritatem continere, meritò ſi inſtrumentum rem notoriiſſimam facit, Dec.in c.licèt cauſam.num. 24.de probat. Cagno.in l.ſi librarius nume.81. & ſeq. ff. de reg. iur. & vim diffinitionis cauſæ habet. Crau. conſil.31.nume.7. D. meus Cephal.conſi.218.nume.primo, & ſeq & nume.7.& ſeq. & illud notorium, cum ex actis præſentibus quoque conſtat, ob non ſpoliati contradictionem. d.§ fideiuſſores, nullam notorietatis declarationem requirit, Dec.conſi.302.col.fi.in prin. Vant.in tract.de nullit.in tit.quis poſſit dic de nullit.num.53.& ſuper notoriis iuris ordo relaxatur, Dec.in c.cū ſpeciali. §. porrò nume.ſecundo, circa medium, de appellat. Marſ.in pract. §. aggredior.num.125.& ut aliàs tetigi, ſi iuris igitur ordo relaxatur, ergo citatio nō fuit neceſſaria; nam illud quod fieri poteſt eo præſente, & inuito, pariter & illo abſente & non citato. l.4. §.illud.ff.de fideicommiſſ.libert. meritò ſi ipſe creditor per dictam ingreſſionem non in aliquam pœnam incidit, exiſtente inſtrumento cum pacto conſtituti, & executiui, in inſtrumēto inſerto, iuxta doctrinam Bar.in d.l.creditores.ſub num.26.

309 Et hoc † accedente cum d.l.meminerint, tantum fuit inducta cauſa refrenandi violentias, iniuſtasq; illorum uoluntates, qui licentiam impetrabant in poſſeſſiones alienas ingrediendi per viam reſcripti, ſiue per iudicis viam, nulla intimatione poſſeſſori emanata; & quia ſatis iniquum eſt, ut quis ſua priuetur poſſeſſione, niſi prius poſſeſſore citato, hac ratione Imperator in dicta legis conſtitutione decreuit, & ſanciuit, ꝙ ſi quis non citato poſſeſſore in alienam poſſeſſionem ingrediatur, omni iure ſuo priuatur, quod in dicta re habebat, & haberet, reſtituendo rei poſſeſſionem ſpoliato, ut perſpicuè legitur in d. l.meminerint, quæ ratio d.l.ceſſat, quando quis poſſeſſionem alicuius propria ingredi auctoritate potuit, ob licentiam conuentionalem ſibi à parte in inſtrumento datam, quæ ſit cum conſtituti pacto adiecta, ex quo conſtituens poſſeſſor non dicitur poſſidere, ſed ille tantum pro quo poſſidet. l. quod meo.l.generaliter. & ibi Alex. & ſcribentes. ff. de acquir. poſſ. in quem uirtute pacti conſtituti fuit translata verè poſſeſſio ciuilis & naturalis. l.certè. §.primo.ff.de prec. ſecundùm receptiſsimam doct. concluſionem, prout refert ſequendo Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore. nume. 395.& ſeq.ff.de vſucap. Tiraq.in tract.de conſt.in ſecunda par.in prima ampliatione, numero ſecundo, & ſeq.vſque ad fi.dictæ ampliationis. Roland.in quæſt 75.num.25. ſuper ſtatuto de lucro dotis, & ut ſatis ample in trac. quorū bonorum. dicam, ad quem locū me reijcio, ne idem repetam: ſi ergo ob pactum conſtituti vera poſſeſſio ciuilis ac naturalis in cōſtitutarium translata fuit, & licentia poſſeſſionem propria apprehendi auctoritate ſibi conuentionaliter à parte data fuit, ꝙ put in inſtrumento legitur, ſequitur neceſſariò ipſum conſtitutarium in poſſeſſionem conſtituentis potuiſſe propria ingredi auctoritate. d.l.creditores, & cū ita ſit ingreſſus, etiam per vim, in dictam pœnam nō incidit, ratioq; in promptu eſt; nam conſtitutarius violentiam poſſeſſori non intuliſſe cenſetur, ſuam autem tantum poſſeſſionem defendiſſe à parte & à iure ſibi permiſſam, Bar.& Saly.in d.l.creditores.

310 Augente quoque † hac ratione; quia d.l.meminerint, ſibi locum vendicat, qñ ſimus in dubio, an ꝙpria auctoritate poſſeſſionē aggredi potuit, & Dec. conſi.191. ſin fi. nos autē ſumus in caſu perſpicuo, & certo, illū ob cōſtitutū & pactum executiuū in inſtrumēto inſertū, ꝙpria auctoritate in poſſeſſionē ingredi potuiſſe,

Source : BIU Cujas

potuiſse, vt clare deprehenditur ex non contradictione iudiciali ipſius ſpoliati, per quam taciturnitatem arguitur, illum fateri inſtrumentum veritatem continere, d.§.fideiuſsores. ſi propria igitur auctoritate poſſeſſionem ingredi potuit, etiam per vim, meritò ſequitur hæc concluſio clara, ꝙ actio d.l.meminerint, non ſpoliato competit, & per conſequens ſuccumbet, cũ nemo ſine actione agere poſſit, l.ſi quid poſſeſſor.§.ſicut. in fin. ff.de peti.hæredi.

Et hoc quoque modo tollitur illud fundamẽtum, per quod dicebatur, ſi ſpoliatus ageret remedio d.l.meminerint, ſpoliatori non permitteretur, proprietatem & dominium ipſius rei ſpoliatæ excipere, Rip in d.§.nihil commune, num.74.in fin.

311 Nam reſpondeo, & † dico, id eſse verũ, ſi remedium d.l.meminerint, ſibi competeret, ſed non hæc valet conſequẽtia, agit remedio d.l.meminerint, ergo illa actio ſibi cõpetit, niſi requiſita dictæ legis probaret, Caſt.conſ.81.colum.2.ver.nec ſufficit, lib.2.in nouis, ꝙ equidem ſpoliatus in caſu noſtro non facere poteſt, tum ob rationem in præcedenti argumento allegatam, tum quia perſpicuè conſtat, ob eius non contradictionem in iudicio emanatam inſtrumentum valere, continereq; veritatẽ, & rem notoriiſſimam facere, vt ſuprà aliàs dixi; meritò ſi virtute pacti executiui, conſtitutiq; in inſtrumento inſerti, ꝑ vim quoque poſſeſſionem ingredi potuit, Barto.& Sal.in d.l.credito res. Alex.conſ.105.num.17.lib.3. Iaſ.in l.2.nu.110.C.de iure emphyt.non obſtante ratione l.non eſt ſingulis, ff.de regu.iur.nam illa lex non ſibi locum vendicat, quando licẽtia propria auctoritate ingrediendi a parte ingreſſo datur, Iaſ.in d.l.2.num. 110.

Et ſi diceretur, quòd licentia iudicis eſt nulla, quia poſſeſſor non fuit citatus.

312 Ego huic obiectioni † reſpondeo, & dico, quòd ſi licentia iudicis fuit, & ſit nulla, ergo perinde habetur, ac ſi ipſe creditor in poſſeſſionem propria auctoritate ingreſſus ſit, quod equidem facere potuit, vt ſuprà dixi, meritò ſi in dicta poſſeſſione cõfirmatur. Barto.in l.creditores, ſub num.26. Zuccard.in l.fin.num. 230.C.de edicto D.Hadr.toll. Dominus meus Cephal.cõſi.272. num.77.& cæteri Doct.prẽallegati, qui in his terminis loquuntur, cum clarum ſit, & notorium, illum propria potuiſse auctoritate, ſibi a parte conceſsa, in eam ingredi, prout eſt in caſu prẽſenti, ſtantibus rebus vt ſuprà, aliàs ſecus erit.

313 Nec obſtat dicere, quòd † facultas propria intrandi auctoritate in poſſeſſionem operatur, ingreſsum poſſeſſionem nõ reſtituere teneri, quando illam abſque violentia habuit, aliàs ſecus erit, Rip in cap.ſæpe, num.86.in fin.de reſtit.ſpol. Dec. conſ. 191.colum.pen.verſ.ſeptimo, Pariſ.conſ.1.num.175.lib.j. Craue. conſ.302.colum.penul.circa medium. ergo ſentiunt dicti commemorati Patres, quòd ſi illa poſſeſſionis apprehẽſio cum violentia ſit, illa vtique facultas propria poſſeſſionem auctoritate apprehendendi, ipſi ingreſſo non prodeſt.

Sed ego huic argumento reſpondeo, & dico, ꝙ dicti Docto. loquuntur, quando pars propria ingredi auctoritate poſſit, vt puta quando res eſt confiſcata; quia camera rei poſſeſſionẽ confiſcatæ propria apprehendere auctoritate poteſt. Doc.communiter allegati vt ſuprà, vel quando licentia ſibi in poſſeſſionem intrãdi propria auctoritate ſit à iudice data; nam dico, ꝙ in his caſibus per vim ingredi non poteſt. Rip.in l.in quartam, numero 118.ff.ad leg.Falc. ſecundùm veriorem & crebriorem Doct. opinionem in principio huius articuli prælegatam, & vt aliàs ſuprà tetigi: ſecus verò eſt, quando hæc intrandi facultas à parte concedatur, cum adiectione pacti conſtituti, prout in inſtrumentis quotidie fit, & tunc per vim cõtra reſiſtentem in poſſeſſionem propria auctoritate ingredi poterit; nam non dicit poſſeſſionem poſſeſſoris tollere, ſed virtute pacti conſtituti, iuxta l.quod meo.ff.de acquir.poſſeſſ. poſſeſſionem ſuam ſe defendere, & in illa per vim inſiſtere poteſt, Iaſ.in l.2.num.104.& ſeq.& num.117.C.de iure emphyt. Ruynus conſi.127. num.7.& pluribus ſeq.lib.5. Tiraq.in tract.de iur.conſt.in 1.par.numero 37. ſed ego cenſeo hanc concluſionem eſse veram, ſi poſſeſſor ſit ſingularis ſucceſſor conſtituentis: quia creditor incontinenti per vim in poſſeſſionem ingredi poterit, & in illa quoq; per vim ſe defendere, & inſiſtere; ſecus verò erit, ſi ex interuallo, cõtra ſingularem ſucceſſorem reſiſtentem per vim ingredi voluerit; qa hoc in caſu violentia contra reſiſtentem non de iure eidem permittitur, & illa non vti poteſt, Ruynus conſil.127. nume.9. & ſeq.lib.5. Tiraq.in tract.de iur.conſt.in 1.par.nume.45. Crau. conſi.154.num.4.

314 Nec † prædictæ concluſioni obſtare videtur illud quod de dño emphyteutæ dĩ, qui ciuilem quoq; poſſeſſionem hẽt, & tñ non propria auctoritate emphyteutam, non canonem ſoluentem, & de facto reſiſtẽtem, expellere poteſt, neque in ſua illum poſſeſſione turbare, Bart.in l.ſecunda, numero tertio. C.de iur. emph. Alexand. conſilio 105. numero decimoſeptimo. & ſeq. libro tertio. Dec.conſi.191.colum.penult.verſic.ſeptimò, Iulius Clarus in tract.ſuis, in §.emphyteuſis, num.vndecimo, etiam ſi conſtaret, illam rem eſse emphyteuticam, Crau.conſi.202.col. pen.circa medium.

Huic autem argumento multipliciter reſponderi poteſt, & dici, quòd non deſunt, qui in materia emphyteuricaria contrarium cenſuere, videlicet, Dominum emphyteutæ emphyteuticarium expellere poſſe quando ille non negat rẽ eſse emphyteuticam, Bald.in l.ſecũda, numero nono. C.de iur.emph. Dec. conſi.146.nume.7. Rub.conſi.10.nume.6.in fi. Dominus meus Socinus Iunior conſil.35.nu.13.lib.3. Crau. conſi.302.col.pen. circa medium.

Alii autem fœdere diſtinctionis exiſtimauere, ꝙ Doct.contrarium tenentes loquantur, quando reſiſtentia ab emphyteuta per vim domino ſit facta, & dominus deſiſtat ĩ poſſeſſionem ingredi; tũc Doct.diſtinguentes volunt, ꝙ in illo caſu Dominus ſuam ciuilem amittat poſſeſſionem, ita ꝙ, ſi deinde ex interuallo ad ſuam poſſeſſionem redire voluerit, & per illam per vim ingredi poſſeſſore de facto reſiſtẽte, minimè poterit, cum hoc in caſu violentia non ſibi de iure permittitur; ſecus verò erit, ſi incontinenti in poſſeſſionem per vim ingrediatur; quia hoc in ſecundo caſu violentia ſibi de iure conceditur, ita concordando opiniones diſtinguit Iaſ.in l.ſecunda, nume.103.in fin.C.de iure emph. Tiraq.in tract.de iur.conſt.in 1.par.nume.45.& 60. quamuis Iaſ.in d.l.2.num.108.in fi dicat, ꝙ communiter in cõtrarium tenetur, & ideo Iul.Clar.in d.§.emphyteuſis, nume.11. dicit, ꝙ Dominus emphyteutæ prudentius ageret, ſi in poſſeſſionem iudicis auctoritate intraret.

Alii autem dixere, ꝙ in domino emphyteutæ eſt ſpeciale, ſecus eſt in locatore, & in aliis contractibus, Alex.conſi.105.nume.17.lib.3. & cum ita ſit, ergo argumentum Domini emphyteutæ in contrarium allegatum non obſtaret.

315 Verùm † quicquid ſit in Domino emphyteutæ, ſatis mihi videtur, ꝙ longe diuerſa ſit ratio à Domino emphyteutæ ad caſum noſtrum, ergn de illo ad hunc non debet fieri illatio. l.Papinianus exuli.ff.de min.cum ſim. ꝙ inter prædictos duos caſus diuerſa ſit ratio, euidenter demonſtro; nam dominus emphyteutæ ciuilem tantum poſſeſſionem habet, emphyteuticarius autem naturalem, vt concludunt omnes Doct. prælegati ut ſuprà: conſtitutarius autem ciuilem, naturalem, veram & propriam habet, ac ſi traditio interueniſſet, & hoc proprer pactũ conſtituti, Iaſ.in l.2.num.104.in fi.& in l.fi.num.133. C.de iure emph.& in l.ſi is qui pro emptore, num.395.& ſeq.ff.de vſucap. Ruyn.conſi.61.nu.12.lib.3. Pariſ.conſi.172.num.2.lib.4. Afflic. deciſ.139.num.9. Boer.deciſ.112.nume.5.in 1.par. Tiraq.in trac. de iur.conſt.in 2.par.in 1.ampl.num.2.& ſeq.& nume.7. in fi.vbi aſſerit hanc eſse communem Doc.opinionem, quam ſemper aſſequi ſolet, ut ibi per eum, & prout quoque ita affirmat Dñs Rimin.Iunior in §.1.nu.77. Inſt.de don.ſi vera vtique poſſeſſio ciuilis, naturalisq; per conſtituentem in cõſtitutarium transferatur, & ſit translata; meritò ſi conſtitutarius per vim in poſſeſſionem propria ingredi auctoritate potuit, cum non alienam occupare poſſeſſionem cẽſeatur, ac potius ſuam poſſeſſionem defendere, & in illa quoque inſiſtere, & perſeuerare, iuxta doctrinam Bar.in d.l.creditores, num.19. communiter receptam, vt aliàs ſuprà tetigi. ꝙ enimuerò ſecus eſt, in domino emphyteutæ, qui ciuilem tantùm poſſeſſionem habet, & emphyteuta naturalem, ut per Scribentes in d.l.ſecunda, per quam ciuilem non ſibi de iure permittitur per vim in poſſeſſionem ingredi, emphyteuta poſſeſſore de facto reſiſtente, & hoc cauſa rixam euitandi; nam ſingulis non debet eſse permiſſum illud, quod publicè per magiſtratum fieri poteſt.l.nõ eſt ſingulis. ff.de reg. iur.& ideo non ab re decreuerunt, ꝙ Dominus emphyteutæ conſultius faceret, ſi in facti contingentia iudicis auctoritate poſſeſſionem apprehenderet, ut per Iaſ.in d.l.2.num.108.in fi.& per Iulium Clarum in tract.ſuis, in §.emphyteuſis.nu.11. meritò ſi de caſu Domini emphyteutæ ad caſum noſtrum non illatio fieri debet. l.Papin. exuli. ff. de minor. l.naturaliter. §.nihil commune.ff.de acquir.poſſ. igitur &c.

316 Et † profectò valde admiratus ſum de Iaſ.qui has duas Barto. doctrinas cenſuit fuiſſe, & eſse adinuicem contrarias, uidelicet doctrinam Bartol.in d.l.creditores, numero decimonono, & alteram eius doctrinam in dic.l.ſecunda, numero tertio, & pro illarum concordia plures fœdere diſtinctionis reſponſiones attulit, quibus, ſi rectè aduertiſset, & ad allegata per me vt ſuprà, non reperijſset illas diſcordantes, & cõtrarias eſse: bene autem ob rationes diuerſas ab ipſo Bartol. fuit in dictis locis declaratum & tentum, & vtrunque dictum illius (ſi rectè & internè introſpiciatur) optima ratione fuit dictum. Concluſio igitur ex prælegatis perſpicua, & ſatis vera reſultat, quòd ſi etiam in inſtrumento emphyteutico licentia expreſsè Domino emphyteutæ propria in poſſeſſionem auctoritate ingrediendi data fuiſſet, & illa pacto conſtituti adiuncta ſit, proculdubio licitum erit domino emphyteutæ propria auctoritate, & per vim in poſſeſſionem ingredi, & emphyteutam canonem non ſoluentem expellere, Bart. in d.l.creditores, nume.decimonono, Iaſ.in d.l.ſecpn da, nume.109. Curt.Iunio.conſi.127.num.tertio. Rub.conſi.10.nume. ſeptimo, ſecundùm crebriorem, & veriorem Doc.opinionẽ, vt aliàs ſuprà dixi: ſecus verò eſt, ſi in inſtru-

Source : BIU Cujas

mento non pactum conſtituti extat, & licentia expreſsè domino emphyteutæ ingrediendi poſſeſſionem propria auctoritate non ſit data, ſi emphyteuſim ad dominum emphyteutæ deuolueret; tunc per vim dominus emphyteutę in poſſeſſionem ingredi, & illum expellere (non canonē quoq; ſoluentē) propria auctoritate non poterit, & in his terminis vendicet ſibi locum doctrina Bartoli in d.l.2.nu.3. & hoc modo remanet defenſata hæc opinio mea, diſtinguendo & declarando, vt ſuprà dixi.

317 Veruntamen † ego arbitror quoque, ꝙ in puncto iuris hæc propoſitio de iure ſuſtineatur, videlicèt, quòd indiſtinctè ille, qui propria in poſſeſſionem auctoritate ingredi poteſt, licētia conuentionaliter in inſtrumento ſibi à parte data, cōſtituti pacto adiuncta. quòd etiam, ſi licentia à iudice ſibi concederetur (non poſſeſſore citato) ingrediendi in illius poſſeſſionem, & in illam per vim ingrediatur, ꝙ propter hoc non incidit in pœnam d.l.meminerint, & per conſequens expulſo per vim remedium huius l.meminerint, non competit, etiam ſi contra contractum inſtrumenti excideret ſimulatum fuiſſe & eſſe, & ſimulationem in ſpecie allegaret, niſi illa ab eo probaretur, ut inferius liquidò demonſtrabo.

Et primò pro principali præmiſſo huius meæ concluſionis motus fui hoc ex vnico fundamēto; nam iudem, qui inſtrumentū, pactionesq; in illo inſertas vidit, cognouit, illum propria auctoritate in poſſeſſionem ingredi potuiſſet, & ob pactum conſtituti, per quod vera, ciuilis, naturalisq; poſſeſſio in illum fuit translata, & ſic propter inſtrumenti notorietatem quid iudex fecit, confirmauit, approbauitq; licentiam, propria poſſeſſionē auctoritate ingredi, & id fecit tanquam merus executor, in executione dictorum pactorum tam notoriorum, Pariſ.conſi.147. nume.9.lib.4.Crau.conſi.5.nume.7. in fi. Gramm. deciſ.36.numero 44 & ſeq.Blanc.in tract.de compromiſſ.q.4. nume.43. ꝙ iudex equidem ſine partis citatione facere potuit; quia inſtrumentum rem notoriam facit, Cagnol. in l.ſi librarius num.81. & ſeq.ff.de reg.iur. Dec.cōſi.36.Gramm.deciſ.45. num.9. & ſeq. Crau.conſi.51.nu.7. Alciat.in tract præſum. reg.3. præſump.13. num.8. & Dominus meus Ceph.conſi.218.nume.1 & ſeq dicit, inſtrumentum vim deciſionis cauſæ habere, & pro veritate habetur, cumq; in notorijs iuris ordo relaxatur, Marſ.ī prac.crim. §.aggredior.nu.125. Pariſ.conſi.147.nu.8. & ſeq.lib.4.Gramm. deciſ.36.num.55. & ſeq. meritò ſi hoc in caſu iudex hanc licentiam ingrediendi in poſſeſſionem huic creditori cōcedere potuit, virtute tam dictæ licētiæ, quàm & quoque dictæ pactionis creditor illum de dicta poſſeſſione expellere potuit, quæ expulſio de iure ſuſtinetur, & valet, Felyn.in c. Eccleſia Sāctæ Mariæ, num.20.extra de conſtitut. Dec.in l.ſi pacto quo pœnam.nu.5. C.de pact. & conſi.191.col.3.in fi. Rip.in l.filiusfamil.§ Diui numero 117.in fi.ff.de leg.j. Zuccard in l.fi.num.110.verſi. prædicta. C.de edicto D.Hadr.toll. Curt.Iun.conſi.127.num.6. Crau. conſi.5.num.6.in fi. & ſeq. Gram.deciſ.36.nu.70. & ſeq. & cum ita in illam ingreſſus ſit, in ea quoque perſiſtere poteſt. Dominus meus Soc.Iun. conſi.35. nu.13.lib.3. & dominus etiā meus Cephal.conſi.272.nu.77. & faciunt allegata per Iaſonē in l.nec quicquam.§. vbi decretum, numero ſeptimo.ff.de offi. proconſul. Rip. in d.§. Diui, nume.117. in fi. cùm igitur ita ſit, meritò ſi remedium d.l.meminerint, expulſo non competat.

318 Et † tanto fortiùs cum d.l.meminerint, hoc in præſenti caſu non ſibi locum vendicat: nam non in illo loquitur, qui propria poſſeſſionem auctoritate ingredi poteſt, at tantum in eo qui quærit per reſcripti ſiue iudicis viam in alterius poſſeſſionē (non poſſeſſore citato) immitti, quod equidē ſi propria auctoritate poſſeſſionem ingredi poſſet, inane perquireret ſe in poſſeſſionem per reſcripti viam immitti, cū quis fruſtra precibus illud petit, quod à iure communi ſibi conceditur. l.fi.in fi.ff.ad munic. l. Imperatores.ff.de priuileg.cred.l.j.C.de theſaur.lib.10. ſed iſte creditor in caſu noſtro hanc licentiam conuentionalem propria ingrediēdi auctoritate habet, ergo per huiuſmodi ingreſſum non punitur pœna d. l.meminerint, cum ille non violentiam poſſeſſori intuliſſe cenſetur: ſuam autem tantum poſſeſſionem defendiſſe, ꝙ ſibi licitum fuit, etiam per vim, exiſtente pacto executiuo iuncto cum cōſtituti pacto in dicto inſtrumento inſertis Tiraq.in tract.de iur.conſt.in 1.par.nu.37. & alii Doct. ad id propoſitum prçallegati, & vt ſuprà dixi.

Nec obſtat dicere, ꝙ inſtrumentum rem notoriam non facit, quando contra illud opponatur, igitur &c.

319 Sed ego reſpondeo, & dico, hanc † conſequentiam non valere, contra inſtrumētum opponitur, ergo pactum executiuum, & conſtituti, non valet: nam non ſufficit opponere, ſed exceptiones probare oporter.l.ſi prius. ff. de noui oper. nunc, & ibi glo. & Scribentes, cap. dilecti, ibi, oppoſita & probata, de excep. & iſtæ exceptiones ſummarijſſime, & ſine libello cognoſcuntur, Bart.in d.l.creditores.nume.26. & ibi etiam Salyc.nume.29. Alex.conſi.131.nume.5.lib.4. Iaſ.in l.2.num 113 circa medium. C.de iure emphyt. Neguſ.in tract.de pignor.in 4.par.prin.num. 24. Blanc.in tract.de compromiſſ.q 4 nu.43.

Et hæc quoque propoſitio procedi, ſi bene pars contradicet, Iaſ.in d.l.2.numero 111.verſi. ſubdit, & præſertim hæc concluſio eſt vera, ſi pactum executiuum & cōſtituti in inſtrumento extaret: ſecus verò erit, ſi probandum ſit per teſtes, nā tunc libelius & litis conteſtatio requiritur. Bar.in d.l.creditores, numero 26.verſi.præterea, & ibi quoque Salyc.nu.29. verſi.aduerte, Neguſ.in loco & numero allegato vt ſuprà: in caſu autē noſtro dicta pacta in inſtrumento leguntur, ergo illæ exceptiones per opponentem ſummariè ſunt probandæ, vt ſuprà dixi. illis autem non probatis, liquidò conſtaret, illas non fuiſſe veras, & creditorem propria auctoritate, & per vim, in poſſeſſionem ingredi potuiſſe; & quia quoq; per nouam ſpoliati præſentiam in iudicio emanatā, citationis defectus purgatur: meritò, ſi dicta poſſeſſio ingreſſo nouiter datur; & illa ita nouiter data confirmatur.l.3. §. ſi quis miſſum. ff. de Carb.edic. ad hoc vt circuitus euitetur.l.fin.§.fin.ff.quod met.cau. ita in propriis terminis tradit Bar.in d.l.creditores.nu.26. circa medium, Aret. in §. actionum autem, nu.16. Inſt.de act. Iaſ.in l.2.nu.112. & ſeq. C.de iure emphy. Zuccard.ī l.fi.nu.230. circa mediū. C.de edicto D.Had. toll. Pariſ.conſi.172. per totum. lib.4. D.meus Soc. Iun.conſi.35. nu.13. lib.3. deciſ. Pedem.34.nu.19.

320 Et † quamuis Crau.cōſi.171.nu.17. dicat, ꝙ ſi creditor in poſſeſſionem ex primo decreto miſſus ſit, eādem rem ratione hypothecæ non retinere poſſit, & hoc eſt; quia non eo nomine miſſus fuit, tamen Dec. contrarium tenet, conſi.449.nume.22. cuius auctoritate Senatores Pedemontani nō audent opinionem Crau. affirmare, ut patet in eorum deciſ.34. nu.17. & ideo in caſu noſtro licèt creditor ob licentiam iudicis nullā in poſſeſſionem ingreſſus ſit; tamen quia per acta de præſenti notoriſſimè conſtat ob non ſuas exceptiones probatas, illum propria auctoritate poſſeſſionem aggredi potuiſſe, & inſtrumentum veritatem continere ita ꝙ perſpicuè patet, ſi poſſeſſor citatus fuiſſet, non hanc immiſſionem impedire potuiſſet; ergo illius citatio non fuit neceſſaria, nam ſi dicta licentia ſibi fuiſſet conceſſa, illo præſente & inuito, pariter & quoque eo ignorāte & nō citato. l.4. §. illud ff. de fideicommiſſ. lib. l. qui pōt inuitis, & ibi Cagnol. nume, ſexto. ff. de reg. iur. meritò ſi iſte ita ingreſſus non in aliquam pœnam incidit, licèt poſſeſſor in cōcedendo hanc licentiam non citatus fuerit, Iaſ.in l.nec quicquam. §. vbi decretum. nu.7. ff. de offi. proconſul. Rip. in d. §. Diui, num. 117. in fi. D.meus Socin. Iunio. conſi.35. nume.13. lib. tertio. Marant. in trac. de ord. iud. in ſexta par. in tit. de citatione, nume.5. & ideo potius in ſua poſſeſſione à iudice eſt tuendus, cum conſtituens non dicatur poſſidere, ſed ille pro quo cōſtituit. d.l.qđ meo, officium cuius eſt manutenere poſſeſſorem in ſua poſſeſſione. Dec. in l.fi. nu.5. in fi. & ibi etiam Zuccard. num. 102. idem Dec. conſi.467 nu.16.

321 Et hac ratione accedente, nam † creditor pactum executiuū contra tertium & ſingularem ſucceſſorem poſſeſſorem (eo nō citato) & per vim exercere poteſt, dummodo pacto executiuo adiectum ſit conſtituti pactum in inſtrumento crediti, licet etiam creditum non ſit liquidatum, Alexand. conſ.85. nume.5. lib.3. Corn. conſ.82. num.8. lib.3. Soc. conſ.82. num.8. lib.3. Aret. conſ.21. num.5. Gozad. conſ.42. num.11. & ſeq. Rui. cōſi.152. nu. 4. verſ. ſecundò reſpondetur, lib.4. Afflict. deciſ.139. num.5. Tiraquel. in tract. de iur. conſt. in j. par. num, 38. & 43. ſi prius cōſtabit, illum habere cauſam a principali debitore, Soc. cōſi.96. nu. 12. lib.4. Tiraq. in tract. de iur. conſt. in j. par. num. 48. & hanc deiectionem per vim contra ſingularem ſucceſſorem creditor facere poteſt, dummodo incontinenti id ahat; quia ex interuallo reſiſtentem de facto non expellere propria auctoritate poteſt, Iaſ.in l.2.num.104. & ſeq. C.de iur. emphyt. Ruin. conſ.127. nu. 7. & ſeq. lib.5. Tiraquel. in tract. de iur. conſt. in j. par. nume. 45. ſi ergo conſtitutarius incontinenti ſingularem ſucceſſorem propria per vim auctoritate ſua poſſeſſione expellere poteſt, ergo & iudex dictam licentiam eidem concedere potuit, eo non citato; quia illud quod poteſt fieri eo præſente, & inuito, pariter & illo abſente, & ignorante, l.4. §. illud, ff. de fideicōmiſſ. libert. & cum ita ſit, & conſtitutarius hanc poſſeſſionem apprehendidit, meritò ſi in pœnam d.l.meminerint, non incidit.

322 Et ſi velimus, quòd † factum iudicis, partis factum cenſeatur, Zuccard. in l.fin. num.108. C.de edicto D.Hadr. tollen. tu igitur ſic arguas, & dic, conſtitutarius propria poſſeſſionem auctoritate aggredi potuit, d.l.creditores. ergo & ipſe iudex (factum cuius partis factum iudicatur) hanc licentiam propria auctoritate in poſſeſſionem ingrediendi (non poſſeſore citato) concedere potuit, & de iure ſuſtinetur, ita quòd creditor in dicta poſſeſſione confirmatur, Aretin. in §. actionum autem, nu.16. Inſt. de actio. Pariſ.conſ.108. num.26. & ſeq. lib.j. Tiraquel. in tract. de iu. conſt. in 3. par. limi. 17. num. 13.

323 Et † ſi licentia iudicis non valet, ex quo poſſeſſor non fuit citatus, ergo habetur, ac ſi non conceſſa fuiſſet, Roland. conſ.20. nume.45. libro 2. & paria ſunt non eſſe, ſeu eſſe, & nulliter eſſe, Dec. in l. prima. §. hæc autem verba, numero ſexto. ff. quod quiſque iur. & conſilio 360. numero ſecundo. Ripa in leg.4. §. condemnatum, numero 3. & ſequenti. ff. de re iudi. Dominus meus Soc.

Soc.Iun.consi.49.numero 2.& seq.lib.2.Crau. consi.115. nu.7. cum igitur dicta licentia nullum effectum habeat, nihilq; operatur, & ille propria vtiq; auctoritate ob pactum executiuum & constituti in instrumẽto insertum, in possessionem per vim intrare potuit; perinde ergo habetur, ac si propria auctoritate possessionem apprehendidisset,Bart.in d.l.creditores, num.26. versi.multæ enim.C.de pignor.Aret.in dic.§. actionum autem, num.16.Dec.in l.fi.nume.quinto,versi.& etiam. & ibi quoque Zuccardus num.108.& fusius numero 230.circa medium.C.de edict.D.Hadr.toll.Soc.consi.82.nume.8.in fi.lib.3.Paris.consil. 108.nume.26.& seq.lib.primo,& consi 172.num.8.& seq.lib.4. Dominus meus Soc.Iun.consi.35.num.13.lib.3.Tiraq.in tract. de iure const.in 3.par.limit.17.numero 13.Dominus meus Cephal.consi.272.num.77.Roland.consi.28.numero 45.libro secundo,quod equidem facere potuit, d.l.creditores.meritò (si citata parte) in dicta possessione sit confirmandus, Barto.in dicta l.creditores,numero 26.versi.multæ enim, Socin.consi.82. nume.8.in fi.lib.3.

324 Et hæc conclusio corroboratur,nã † quando in aliquo actu non iudicis præsentia requiritur,si interuenit,& non solẽniter, non actum vitiat,Iaſ.in l.naturaliter.§.nihil commune,nume. 377.ff.de acquir. poss. sed sic est in casu nostro, iudicis auctoritas non requirebatur:nam creditor propria auctoritate possessionem,& per vim ingredi potuerat: cum igitur iudicis auctoritas interuenerit, & non tam solenniter, non propter id illa possessionis apprehensio vitiatur.

Et tanto magis,cum nõ præsumitur, hunc creditorem viam iuris,sed potius facti eligere voluisse, cum sine possessoris citatione per vim possessionem accepit, & in illa quoq; se defendit, à iure sibi permisso,Paris.consi.172.nume.8.& seq.lib.quarto,meritò si possessio ita apprehensa,omnino eidem (citata parte) sit confirmanda, iuxta doctrinam Barto. in d.l.creditores, nume.vigesimosexto,versi.multæ enim,secutam à Soc.d.cõsilio 82.sub nume.8.

Tota hæc igitur præsens difficultas ad hunc reducitur articu
325 lum,an † constitutarius,qui se ad iudicem absque pacti executiui reserua contulit,sibi in dicto pacto executiuo præiudicauerit,ita ꝙ amplius non eo vti possit, & communiter Scribentes sentiunt,illum ad viam facti non amplius redire posse; nã illa via,quam sibi elegit,sibi quoq; pateat,arg.l.si mulier.§. vltimo. ff.quod met.causa.Bald.in l.2.in 10.q.de seruit.& aq. Dec.in l.fi. nume.31.& ibi etiam Zuccard.nume.230.C.de edicto D.Hadr. toll.Rip.in l.de pupillo.§ meminisse.nume.14. ff.de noui oper. nunciat.& in cap.cum M.Ferrariensis, nume.98. de const.Alc. in c.j num.30.de offi.ord,Ruyn.consi.127.num.12.lib.5.Tiraq. in tract.de iur.const.in 1.par.nume.39.

Quæ conclusio limitatur non procedere, quando creditor protestatur ius facti sibi saluum esse; nã hoc in casu ad viam facti redire poterit,non obstante,ꝙ ad iudicem adiuerit,Iason in l.2.nu.114.circa medium.C.de iure emphyt.Dec.consi.146.numero 8.in fi.& cõsi.460.nu.10.& pluribus seq. Rip.in d.c.cum M.Ferrariensis.num.98.Alciat.in c.j.nu.30.de offic.ord. Tiraq. in d.tract.in 1.par.nu.42.

Alii autem contrarium indistinctè censuere,Bal.qui fuit sibi met contrarius,hoc affirmat in l.2.num.10.C.de iure emphyt. Alex.in l.prima.§.in operis,num.2 ff.de noui oper. nunc. & in l.quemadmodum.numero tertio.ff.de acquir. possess. ubi asserit, quòd ita communiter à Doct.tenetur,hãc opinionem sentit Corn.consi.202.sub nu.7.lib.4.& D.meus Soc.Iun.consi.35. nume.13.lib.3.

Iaſ.autem in l.2.nume.115.C.de iure emph.has duas opiniones fœdere distinctionis hoc modo concordare censuit, videlicet,ꝙ prima opinio ,pcedat,cum ad iudicem iret, eo ꝙ suspicaret,se posse ex possessoris potentia sua possessione repelli:nã enim verò tunc ciuilem amittit possessionem, iuxta l.clã possidere.§.qui ad nundinas.ff.de acqui.possess.si autem ad iudicem se confert,non ex eo,ꝙ possessoris potentiam timeat: at quia vult vrbanius procedere, & hoc in secundo casu non suam ciuilem possessionem amittit,& in his terminis hæc secũda opinio præallegata loquitur, quæ distinctio ante Iaſ. ab Alex. fuit tradita in l.si de eo.§.si fortè,num.7.ff.de acq.poss. & hæc quoq; à Zuccardo fuit secuta in l.fi.nume.231.C.de edicto D.Hadria. toll.moueturq; Alex.ibi ob Bartoli doctrinam in l.j.§. interdũ autem,num.1.ff. vti possid. qui Bart.ibi dicit,ꝙ ille cui possessio sua clam sit occupata, si propria auctoritate non illum expellit,ne alicuius mali auctor sit, non propter id suam ciuilẽ possessionem amittit: secus autem erit, si hoc faceret ex eo ,ꝙ occupatoris potentiam timeret,se ab illo repelli, & tunc suam ciuilẽ possessionẽ amittit,ex qua Bar. doctrina elicitur distinctio præalleg.quam ẽt sequutus fuit Alc.in c.j.nu.29. ff.de offic.ord.

Sed dubium est,an qñ se ad iudicẽ confert,causa malum euitandi,& dic,ꝙ eius animus hoc modo cognoscitur;nam quando constitutarius in iudicio coram iudice comparet,& familiã illius a iudice petit, vt illum in tenutam, & corporalem dictæ rei possessionem associet,causa malum euitandi,& ut vrbanius procedat,in executione pacti executiui, constitutiq; cõuentionalis,in instrumento apposiți,& instrumentum pro præmissorum iustificatione producit, tunc profectò non partis citatio requiritur,& per consequens hoc in casu prima opinio distinctionis procedit:secus verò erit,si iudici petet se in possessionem bonorum sui debitoris immitti;quia tunc partis citatio requiritur, & hoc in secundo casu.Secunda opinio dictæ distinctionis procedit,ita distinguendo declarat Salyc.in d.l.creditores.nu.29.versic.pro cuius,Alex.consi.131.nu.3.& seq.lib.4.Iaſ. in l.2.num.113.C.de iure emph.Zuccar.in l.fi.nu.158. versi.ego aliter.C.de edicto D.Hadr.toll. Dominus Riminald. Iunior in prin.Inst.de don.num.542.versi.tertio quoque,Paris.cõsil.172. num 13.lib.4.Afflic.decis.326.Marant.in trac.de ord.in 6.par. in tit.de citatione,num.11.in fi.Negusi.in tract.de pign.in 4.par. princip.num.24.

326 Veruntamen,si † rectè aduertatur,nos in præsenti casu proposito extra omnes penitus has difficultates sumus, nam creditor per aditum ad iudicem non viam iuris; potius autem facti viam elegit,quia non instetit debitorem citari,prout equidem fecisset,si iuris viam sequi voluisset. Cum ergo iudicis licentia ex possessoris defectu non citati sit nulla: perinde igitur hĩ, ac si creditor propria auctoritate in possessionem intrasset, Zuccard.in d.l.fi.nu.230.versi.& cum dicitur,cumq; actus in dubio semper præsumitur factus eo modo, quo sibi vtilior sit.l.quoties. ff. de reb. dub.l.quoties.ff.de reg.iur. Rip. in l.j.§. si quis ita, num.18.ff.de verb.oblig. Alciat.in tract.præsump.regula 3. præsump.36.nume.5.Crau.consi.106.nume.9.magis sibi vtile est, ꝙ ad iudicem iuerit,causa urbanius procedẽdi, quàm ꝙ in dicto pacto executiuo sibi præiudicium afferre voluerit,quæ eius voluntas verbis,vel factis declaratur. l.Paulus. ff. rem rat. hab.deprehenditurque ex actu præcedenti, vel subsequenti.l.si seruus plurium.l.qui filiabus. ff. de leg.j. ex creditoris actu utique satis perspicuè constat,se viam iuris eligere noluisse, sed potius facti elegisse, cum propria auctoritate (non parte citata) in possessionem ingressus sit,& propterea citata parte in illa venit confirmandus,Bart.in d.l.creditores,nume.26.versic.multæ enim, Soc.consi.82.sub nu.8.lib.3.

327 Hinc est,ꝙ † si creditor ad iudicem incompetentem iret,dicto pacto executiuo nõ renunciaret,ex quo creditor bene sciebat,illum esse incompetentem, & ideo per huiusmodi accessum ad iudicem creditor facultatẽ propria auctoritate intrãdi non amisisse censetur,Zuccard.in d.l.fin.num.239.versi.secundò respondeo.ita ergo in proposito nostro dico, ꝙ cum sciret iudicem non posse ipsum in possessionem immittere, nisi possessore citato,c.licèt Episcopus,de præb.in 6.quia quilibet scire leges præsumitur.l.leges sacratissimæ. C.de legi & ipse nõ insterit possessorem citari;meritò si perspicuè constat,se noluisse viam iuris eligere,sed propria auctoritate in possessionẽ intrasse,& per consequens,si citata parte,in illa venit confirmandus, iuxta doctrinam Bar.in d.l.creditores.nu.26.versi.multę enim, communiter à Doct.præallegatis receptam.

Et tãto magis, cum debitor in comparitione sua summariè exceptiones contra contractum instrumenti propositas non probauit,ex quarum nõ probatione notorijssimè constat, debitorem non ius in re habere, sed rem creditoris esse; meritò vtique si creditor in dicta possessione ita apprehensa confirmatur,Paris.consi.108.nume.27. lib.j. ad hoc ut circuitus euitetur l.fi.§.fi.quod met.causa.

328 Immo † in fortioribus terminis loquitur Alci. in c.j. nu.32. ff.de offi.ord.vbi dicit,ꝙ si creditor iudicẽ adiuerit, permittatq; instantia labi,refectis expensis,denuo propria auctoritate bona debitoris accipere poterit, nam vnum eligens remedium pro executione sui crediti instrumentalis,non ad alia remedia impeditur redire.l.si se non obtulit. §. ex conuentione,& ibi Rip. ff.de re iudic. cum in executiuis plura eodem tempore remedia intentari possint.Bart.in l.consentaneum.in vlt.col.C.quo modo & quando iud.Alciat.in c.j.num.31.ff.de offi.ord.& maximè quoque,cum hæc remedia sint diuersa, & ad eundem finem tendant,quo casu per electionem vnius remedii aliud nõ excluditur,Cagnol.in l.vinum,nu.33.ff.si cert. pet. Dec. consil. 460.numero octauo,& seq.Crau.consi.16.nu.9.à fortiori igitur in casu nostro hoc dici debet;quia non constat creditorem iuris viam eligere voluisse,sed potius facti,ex quo propria auctoritate in illam ingressus est,meritò si in illa sit cõfirmãdus;nam si licentia iudicis sit nulla, ob defectum possessoris non citati; perinde ergo est, ac si propria auctoritate possessionem apprehendidisset,meritò absque difficultate creditor in possessione à iudice confirmatur,Bar.in d.l.creditores, versi.multæ enim, & alii Docto.communiter ita tenentes, & in præsenti articulo præallegati vt suprà.

Ego autem bene fateor, ꝙ si creditor instetisset, debitorem coram iudice citari, & ita citatus fuisset, & compareret, & si creditor deinde voluerit propria auctoritate in possessionem ingredi,& iudicium relinquere, id minimè facere potest; quia pendente lite illam quoque ad finem secũdùm iuris terminos

Source : BIU Cujas

reducere debet, & litis finem expectare; nam si viam iuris sibi elegit, illam quoque sequi debet, Bald. in l. 2. in 10. quæst. de seruitut. & aqua. Decius in l. fi. nu. 31. & ibi etiam Zuccard. nu. 230. C. de edicto Diui Hadr. toll.

329 Et iudicium † inter creditorem & debitorem inceptum esse & extare censetur post dictam citationem emanatam: & licèt variè sint doct. opiniones, an iudicium à citatione, vel potius à litis contestatione incipiat, ut per Rip. post Iasonem, & alios doct. in rub. C. de eden. nume. 3. & per Dec. & Rip. in rub. extra de iud. & per scribentes in l. is apud quem. C. de eden. qui concludunt, q̃ iudicium proprie à litis contestatione formatur, impropriè autē & largo modo à citatione, ſm receptissimam doct. conclusionem, ut per Rip. in rub. C. de eden. nume. 3. & in rub. extra de iud. nu. 2. & seq. tñ dico, q̃ in his causis summarijs iudicium dicitur ceptum & à citatione pendere, existente cita to, & ꝯ dictore, Alex. consi. 50. nu. 7. lib. 2. Soc. consi. 95. num. 2. lib. 1. Crau. consi. 270 nume. 1. Afflict. decis. 346 nu. 6. versi. sed ꝯriam, Marant. in tract. de ord. iud. in quinta par. principali. numero 4. Plot. in l. si qñ. num. 163. C. vnd. vi, si iudicium igitur incipiatur inter creditorem & debitorem post citationem ad instantiam creditoris debitori factam, & super dicto credito lis inter eos pendeat, ergo creditor à iudicio iuris sibimet electo desistere, & ad viam facti non redire poterit, sed illa via q̃ am sibi elegit, sibi quoque pateat: secus ergo erit, si iudicium inter illos non penderet, quia tunc in illius facultate erit, via facti & non iuris vti, & propria auctoritate ius sibi facere poterit, iuxta pactum executiuum & constituti, Tiraq. in tract. de iur. const. in prima par. num. 70. cum ergo in præsenti casu nostro debitor non citatus fuerit, & commisso citandi illum non fuerit data, & creditor non insteterit illum citari, meritò si creditor propria auctoritate sibi à parte datā, cum adiectione pacti constituti, ut clarè in instrumento legitur, uti potuit, non obstante ēt, q̃ à iudice hanc licentiam propria auctoritate possessionē apprehendendi impetrauerit, cum dicta licentia sit nulla, ergo perinde habetur, ac si non concessa fuisset, & si propria auctoritate in possessionem intrasset, meritò si in illa quoque confirmatur. Bartol. in d. l. creditoris, numero 26. versi. multæ enim, & ita arbitror iuris esse, & hoc modo remanet defensata hæc opinio mea.

330 Deinde quæro, an quando † iudex declarat, hæredem in possessionem esse immittēdum, omnium bonorum possessorum, & detētatorum per defunctum tempore eius mortis, iuxta l. fi. C. de edict. Diu. Hadr. tol. & possessor se ab hac declaratione iudicisq; pronuntia appellat, non obstante autem appellatione, si iudex in executione suæ sententiæ vni nuncio curiæ suę committat, ut hæredem in possessionem dictorum bonorum effectualiter, & corporaliter immittat, & nuntius prout à iudice in mandato habuit, ita exequatur, si possessor hanc immissionem per attentati viam reuocare voluerit, an hanc ita de iure reuocationem petere poterit; & quia resolutio præsentis articuli est satis difficilis, ideo altius exordiat, & in primis quæro, an ab huiusmodi pronuncia de iure appellatio permittatur: nam si appellatio non de iure concederetur, neq; valeret iudicium, & attentatorum causa cessaret; nam nō potuisset dici aliquid attentatum fuisse, meritò si dicta immissio non per attētatorum viā reuocaretur, Guid. Papa q. 213. nume. 6. Paris. consi. 41. num. 36. & seq. & consil. 108. nu. 21. & pluribus seq. lib. 1. Dominus meus Socinus Iunior consi. 138. nume. 17. lib. 3. Vant. in tract. de nullit. in tit. quot. & intra quod temp. nu. 48. & seq. & ut inf. etiam plenius dicam.

331 Dico igitur, q̃ † circa hanc appellationem varij vario modo locuti fuere doct. nam plerique existimauere, q̃ de iure ciuili in causa mera possessoria (quò ad actum deuolutiuum) appellatio permittatur, sed quò ad actum suspensiuum, quominus executio committatur, minime, & executione ita prius facta iudex ad quem de iustitia vel iniustitia appellationis cognoscet, Bartol. in l. secunda, colum. secunda, ad fi. versi. possumus etiam dicere. ff. de appellat. recip. Bald. in l. secunda. colum. fin. versi. sed Bart. dicit. C. de episcop. & cler. Abb. in c. cum ad sedē, colum. pen. vers. & inter cætera, de rest. spol. ubi refert se secundùm hanc opinionem consuluisse, prout patet in eius consil. 152. lib. secundo. Ang. consi. 107. numero tertio, versic. nec obst. Paris. consi. 108. nume. 20. lib. primo Io. de Am. consi. 6. nu. 36. Cagnol. in l. vnica. §. fin. nume. 25. ff. si quis ius dic. non obtemp. & in l. in pari. nume. sexto, & octauo circa medium. ff. de regul. iur. Berous quæst. suis famil. quæst. 91. nume. primo, & pulchrè Afflic. decis. 269. nume. 3. & seq. vbi dicit, hanc opinionem in consi. Neap. obseruari vidisse, ita quoq; affirmat in terminis nostris Marant. in tract. de ord. iud. in sexta par. in secundo actu, vltimæ par. num. 294. vbi asserit, hanc esse commune, doct. opinionem, quæ in illo Regno seruatur, & idem Maran. in eodem tract. in 4. par. 7. dist. num. 9. & præsertim (cautione præstita) de restituendo possessionem dictorum bonorum, si opus fuerit, decis. Pedem. 26. nume. 12. si hoc igitur in casu non appellatio permittatur, quin executio sententiæ fieri possit, sequitur necessariò, quòd ex illa executione non innouatum dici poterit, meritò si causa attentatorum cessat, Paris. d. consi. 108. num. 24. & pluribus seq. Rolan. consi. 77. nume. 20. & seq. lib. 2. & alii doct. præallegati vt suprà.

332 Alij † autem indistinctè censuere, q̃ ab hac immissionis sententia regulariter possessori non datur appellatio, & hoc testamenti, vltimęq; uoluntatis fauore. l. fi. ff. de appell. nam interest reipublicæ testamētum valere, effectumq; habere: ut omnino voluntas defuncti exequatur, & ideo hac ratione non permittitur appellatio, Berous q. suis famil. q. 44. tum & quoq; propter ius notorium, q̃ hæres ex testamento non abolito habet, Bald. in l. quisquis. C. quor. appellat. non recip. glo. est in l. fi. in verbo, missus. C. de edict. Diu. Hadr. toll. & ibi Bar. nume. 6. versi. venio ad tertiam, & ibi etiam Salyc. nume. 22. versic. quæro. Alex. nume. 28. Ias. nume. 29. Dec. nume. 47. versi. præterea, & nume. 49. & seq. & ibi quoque post omnes alios Zuccard. num. 167. versi. secundò, & num. 389. Lanfr. in c. quoniam contra, in verbo interlocut. & appellat. nume. 102. versi. vigesimò fallit, & nu. seq. de probat. Cagno. in l. pari. nume. 8. in fi. ff. de reg. iur. Bal. consi. 141. & consi. 330. lib. j. Paris. consi. 54. nume. 38. in fi. & seq. libr. 3. Roland. consi. 38. num. 13. lib. 2. & in terminis huius legis idem Roland. consi. 77. nume. 12. lib. 2. Pract. Pap. in form. libell. quo pet. hæred. ex testa. in glo. quare cum, & in glo. per vestram diffinitiuam, Durant. in tract. de art. testam. tit. 11. caut. 20. num. 7. in fin. Marant. in tract. de ord. iud. in sexta par. in secundo actu vlt. par. in tit. de appellat. nume. 311. Dec. in l. 1. nume. sexto. C. de bon. poss. secund. tabul. & consi. 28. num. quarto, versi. secundo, respondetur, Guid. Papæ quæst. 142. nume. 8. D. meus Soc. Iun. consi. 138. num. sexto, lib. tertio, & consi. 18. num. 16. lib. j. Crau. consi. 273. num. 14. Berous quæst. suis famil. q. 44. Vant. in tract. de nullit. in titu. quis poss. dic. de nullit. nume. 34. Paris. consi. 54. nume. 38. in fi. & seq. lib. 3. Tiraq. in tract. de retract. in verbo Le mort saisit lenif. in sexta par. principali, declaratione sexta, quę appellatio non tantum prohibetur quò ad effectum deuolutiuum, sed & quoque suspensiuum, & Barto. in d. l. 2. in opinione cōtraria allegatus est communiter reprobatus: ut affirmat Roland. consi. 77. nu. 15. & seq. lib. 2. & hoc est ēt; quia hic tractatur de causa mera possessoria momentanea leuis præiudicij, penes hæredem duratura, si ꝯ illum in possessorio vel petitorio per contradictorem ageretur, & contradictor victoriam in dictis iudiciis obtineret, ex quo in possessionem à iudice, vel de eius commissione immissus fuit cum reserua iurium tertii, & contradictoris, si aliquod ius in dictis bonis haberet cognoscendi ordinariè in possessorio, uel petitorio, ut per Scribētes in d. l. fi. meritò si in hoc casu denegatur eidem appellatio. Bart. in d. l. fi. versi. quandoq; tempore, & ibi etiam Zuccard. nume. 362 Dec. in l. prima, nume. sexto. C. de bon. possess. secundùm tabul. & consi. 424. nu. 20. Rip. in l. interdicto. nu. 10. ff. quor. bon. Cagno. in d. l. pari, nume. 8. Plot. in l. si quando. num. 110. C. vnde vi. Marant. in tract. de ordi. iud. in quarta part. dist. nona, numero 43. Paris. consilio vigesimosecundo, nume. 98. in fin. lib. primi. Dominus meus Socin. Iunior consi. 75. numero decimoseptimo, in fin. & numero vigesimosecundo, & pluribus seq. lib. primo, Gozad. consi. 50. numero tertio, & seq. Vant. in tract. de nullit. in titulo quis poss. dic. de nullit. numero trigesimoquarto. Berous quæst. suis famil. quæst. 91. numero 8. Roland. consi. 77. numero 12. lib. secundo.

333 Quæ † regula quoque ampliatur, locum habere, vigente statuto, & permittente, à causis possessoriis appellari posse, tamen rationibus allegatis non intelligitur, quòd ab hac sententia possessoria tanquam nimis priuilegiata appellari possit, Berous quæst. suis famil. q. 44. num. 2. & seq.

334 Cæteri † autem existimauere, q̃ licèt à snīa sup possessorio prolata nō regulariter de iure ciuili pmittatur appellatio; tñ secus est ab interlocutoria incidēter inordinatè lata; qñ tūc datur appellatio, Dec. in l. j. nu. 6. versi. 5. C. de bo. poss. ſm tab. & in l. fi. nu. 47. versi. p̄terea. C. de edic. D. Hadr. toll. Cagno. in l. vnica. §. fi. nu. 25. ff. si quis ius dic. nō obtemper. Maran. in trac. de ord. iud. in secundo actu vltimæ par. nu. 297. & in 4. par. dist. 9. nu. 45. Alciat. in l. si quis in conscribendo. C. de pact. fol. 413.

Zuccard. verò in d. l. fi. nu. 393. ab hac opinione dissentit: nam illa ratio, quare à diffinitiua nō appellatur, in hac quoq; interlocutoria viget, ergo idem ius debet esse. l. quædam. §. nummularios. ff. de eden. l. à Titio. ff. de verb. oblig. à diffinitiua utique in possessorio prolata non appellatur; quia grauamen per illam illatum reparari potest, glos. & Doc. in l. j. C. si de momen. poss. fuerit appellatū, & est prolata super mero possessorio momentaneo, quæ non tollit causam ordinariè in possessorio cognoscendam, vel in petitorio, si aliquod ius sibi competeret, Marant. in trac. de ord. iud. in 6. par. in secundo actu, vltimæ par. numero 301. ergo nec ab hac interlocutoria appellari potest.

Ego autem arbitror Zuccardi opinionem esse veram, qñ interlocutoria de immittēdo in possessionem citata parte, seruatisq; seruandis, sit lata: nam tūc nō ab hac interlocutoria appellatur, sicuti nec à diffinitiua ob rōnis identitatem, arg. l. à Titio. ff. de

Source : BIU Cujas

ff.de verb.obl.sed quia Dec.& alii Doct.præallegàti loquuntur, quando interlocutoria incidenter, inordinateq; sit lata, ab illa appellatur:& ratio est;nam cognoscere iuris ordine non seruato,est ius alterius auferre. Marsi.in pract.crim.§.2.nu. 67. in fi. & seq.& scire quid facias, & nescire quo ordine facias, nō est perfectæ cognitionis.Curtius Sen.consi.59.nu 2. immo vera iustitia fit,cum iuris ordo seruatur,Iason.in l.iustitia,nu.5.ff.de iustit. & iure.Dec.cōsi.483.nu.j.qui ordo iuris tam ab ordinario,quàm à delegato seruari debet,si inter matrem quoque & filium ageretur,& sic in quocunq; foro,siue possessorio,siue petitorio,regulariter iuris ordo est seruandus.Vant.in tractatu de nullit. in titu.ex defectu process.nu. 5.& seq.& iuris ordo tam in ordinarijs,q̄ in extraordinarijs seruatur.Marsi.in pract.§.quæso,nu.81. immo Papa ordinem iudiciarium in foro laicorum non tollere potest.Vant.in tract.de nullit.in titu. ex defectu process.nec partes ordinem iudiciarium remittere possunt:cum ille ob publicam vtilitatem fuit introductus. Marsi. in dicto §. 2. nu.83.& seq.Vant.in d.tract.in d.tit.nu.9.& seq.& hac ratione interlocutoria de immittendo hæredem in possessionem,non contradictore citato,lata,si post iussum, sed ante immissionem compareret,incontinentiq; de iure suo probaret; tūc iudex teneretur illum admittere.Dec.in d.l.fi.num.45.ver.in secunda,& ibi etiā Zuccar. num. 365.& si iudex illum non admitteret,ille ab hac non admissione appellare poterit:cum dicta pronuncia sit euidenter nulla,& iniqua,quæ iniquitas ex actis constat; quia acta rem notoriam faciunt,c. cum olim,& ibi Abb.de verb.sig.aliàs si contrarium diceretur, sequeretur id absurdum, q̄ iudex ius nostrum sine facto nostro auferre poterit,quod non est dicendum:cum Princeps sine causa id minimè facere potest, secundùm crebriorem Doct.opinionem,vt per Crau in tract.de antiq.temp.in 4.par.nu.9.& per Dominum meum Soc. Iun. consi.65.num.6.lib.2.ergo minimè inferiori Principis permittitur: si iudex igitur ius nostrum nostro sine facto non tollere possit, & ab hac non admissione appellatio non cōcederetur,esset tollere ius nostrū sine causa,& absq; facto nostro,meritò si ab hac interlocutoria tam nulla.& euidenter iniqua,& tam inordinatè lata datur appellatio, & in his terminis bene verificatur prima opinio,quæ est communis, vt ex auctoritatibus præallegatis colligitur,& vt quoque asserit Dec.in l.fi.num.47.ver.præterea,C.de edicto D.Adr.toll.

335 Si † verò contradictor nō appareret, & iudex pronunciaret, hæredem esse in possessionem bonorum per testatorem tempore eius mortis possessorum, detentatorumq; immitti & deinde iuberet vni nuncio curiæ suæ;vt illum in possessionem dictorum bonorum immitteret,& ita immissus fuit,si mox contradictor appareret, voluisset q; ab hac interlocutoria appellare,nō poterit;quia ordinatè dicta pronuncia fuit prolata, & secundùm ius:& quia ab executiuis nō datur appellatio,nisi modus exequendi excedatur,l.ab executione,C.quorum appellat. recip.ergo nec ab ista interlocutoria tanquam executiua, & in his terminis bene loquitur Zuccard.in d.l.fi.nu.393. non tamē propter hoc Zuccard.Dec.& alios Doct. præallegatos reprehēdere debebat,qui loquuntur, quando pronūcia inordinatè sit prolata,& isti casus sunt satis diuersi, ergo non licet de vno ad alium arguere.l.Papinianus exuli,ff.de min.

336 Ego † bene autem fateor,q̄ si illa ratio, quæ in interlocutoria viget,in diffinitiua extaret,idē ius debet semper esse, & ecōtra,ob rationis identitatem,Lillud,ff.ad leg. Aquil. l. à Titio, ff. de verb.oblig.& hoc modo hæc limitatio in hac causa possessoria non caderet; & quia à diffinitiua inordinatè prolata in possessorio appellatur, Dec.in l.j.nu.6.ver.quintò,C.de bo.poss.secundùm tabul.Maran.in tracta. de ord.iud.in 6.par. in secundo actu,vltimæ par.nu.304.& vt infra plenius dicam,ergo ex ratione identitate ab hac interlocutoria incidenter, inordinateq̄ prolata appellatio conceditur,Doct.præallegati vt supra.

337 Præterea, licèt † regulariter de iure ciuili à sententia mera possessoria, quæ sit momentanea, non permittitur appellatio, Marant.in tract.de ord.iud.in sexta par.in secundo actu,vltimæ par.num.301.tamen puto hoc esse verum,parte opponente,& contradicente,secus verò est,si pars non cōtradiceret; quia tūc proculdubio à dicta pronuncia permitteretur appellatio,Bald. in l.fin.sub nume.42. C. de edicto Diui Adriani tollen. Decius in l.prima,num.6.versi.quartò,C.de bon.possess.secundùm tabul. Dominus meus Soc.Iun.consi.18.num.7.& 16.lib.j. Crau. consi.273.num.14.

Permittitur quoque appellatio, quando iudex à quo appellationem admisit;quia tunc appellans appellationē prosequendo,in dicta appellatione obtinere poterit, Iason.in l.j.num.5.C.de bon.poss.secundùm tabul.

Vel & quoque appellatur à sententia possessoria super inordinato processu lata,Iason.in d.l.j.nu. 5. ver. limita secundò, & ibi quoq; Dec.nu. 6.versi.quintò,Marant.in tracta. de ord.iud.in 6. par.in secundo actu,vltimæ par.nu.309.

338 Et † si hoc in casu appellatio illi, cōtra quem sententia profertur, denegatur: tamē saltem de eius nullitate dicere poterit. Iason.in d.l.j.num. 5.versi.tertiò,& in l.j.nu.6.ff.de iust.& iure. Dec in l.fi.nu. 50.& ibi etiam Zuccar.num.397.& nu.481. C. de edicto D.Adr. tol.Plot.in l.si quando,num.72.C.vnde vi.Parisiuconsi.54.nu.41.& pluribus seq.lib.3. secundùm receptissimam Doct.conclusionem,vt per Vant.in tract.de nullit. in titu. quis poss.dic.de nullit.nu.33.& seq.

Sed ibi Vant.nu.36.declarat, hanc communem procedere, si nullitas principaliter intentatur, secus erit, si accessoriè. Ego autem puto nullitatem principaliter intētari, si appellans in libello dicat hoc modo,dico sentētiam esse nullam,& si quę est, appello, tunc proculdubio nullitas æquè principaliter, & non accessoriè intentatur,Iason.in l.j.nu.7.ff.de iusti.& iur.& in l.j.nu. 5.& ibi etiam Dec.col.pen.in prin. versi. sexto, C.de bonorum possess.fm tabul.idem Dec.in c.dilecto,nu.6.& seq. de appellat. Zuccar.in d.l.fi.nu.398. vbi asserit hanc esse communem Doc. opinionē,Alex.consi.2.nu.13.lib.3.non obstante doctrina Saly.in l.vnica,C.si de moment.poss.fuer.appellat.secutā à Lanfr. in c.quoniam contra,in verbo,Interloc. & appellat.num.59.de probat.cum omnes Doc.præallegati illam Salyceti doctrinam reprehendunt,rationibus & cauſis,vt ibi per eos;tamē hæc nullitas non executionem retardat.Marant.in tract.de ord. iud.in sexta par in secundo actu,vltimæ par.nu. 292. iuxta doctrinam Bar.in l.2.ff.de appellat.recip.communiter receptam, & in cōsi.Neapolitano obseruatam, vt supra dixi, dummodo nullitas non promptu sit,Io.de Amic.consi.6.nu.36.nam si est in promptu,iudex quoq; ordinarius,qui illam protulit, reuocare eā poterit,vt in terminis nostris tradit Paris.consi.54.num. 43. lib.3. nam comparēdo ante immissionem, sed post iussum,auditur, probando suum incontinenti interesse,si pronuncia de immittendo(illo non citato) fuit lata,Dec.& Zuccar.vt supra.

339 Vel † & quoq; tertius,cum quo iudicium non extitit,ab hac immissionis sententia appellare poterit; nam quāuis in his casibus appellatio regulariter sit prohibita, intelligitur respectu litigantis,& non tertij,qui nō in iudicio extitit, Abb.in c.cum super,nu.26.& ibi etiam Felyn.num.11.de re iud. Lanfr.in c. quoniam contra,in verbo,Interloc.& appella. nu.29.ver.aut in secundo,de probat.Rip.in l.filiusfa.§.Diui,nu.62. ff.de leg. j. Zuccard.in l.fi.nu.399.C.de edicto D.Adr.tol.Vant.in tract.de nullit.in tit.quis poss.dic.de nullit.nu.19.Rolan.consi.6.nu.5.& 17. lib.secundo.

Quæ conclusio quoq; ampliatur, si principalis recusaret,& permittere noluisset,illum appellare posse;tamen sibi cōcederetur appellatio,Fely.in c.cum super,sub nu.11. ver. ampliat,de re iud.Crau.consi.220.nu.3.Vant.in d.tract.in d.tit.nu.21.etiam si reus cum actore transigeret,tertius ipsam appellationem pro suo interesse prosequi poterit,Abb.in d.c.cum super,nu. 27. & ecōtra,si tertius remouere voluerit illum, cum quo iudicium fuit cęptum,minimè facere potest, cum negocium ad vtrunq; principaliter spectet,secus erit,si in consequentiam eisdem specta ret,Abb.in d.c.cum super.num.29.

Et quod de tertio appellante dixi, qui appellare potest in casibus, in q̄bus principali quoq; victo de iure cōi appellatio denegatur,meo quidē iudicio procedit hæc ꝯclusio,si tertius ignorantiam de dicta lite habuit, secus si sciuit: nam si sciuisset, & non in termino comparuisset, sibi imputaretur, meritò si hoc in casu sibi quoq; denegaretur appellatio,Abb.in d. c. cū super, num.26.& ibi etiam Fely.nu.11.& nu.16.vers. q̄ si tertius sciuit, Lanfr.in d.c.quoniam cōtra,in verbo,Interloc. & appellat. nu. 99.versi.aut in secundo,Alex.in l.Titia diuortium,nu.2.ff.solu. matr.Afflic.decis.235.Paris.consi.107.nu.82. & seq.lib. j. Crau. consi.14.num.5.Vant.in loco allegato vt supra nu.26. ver.& intellige.& ideo cautela est, q̄ talis tertius iuret qualiter,nuper & præsertim à decem diebus,& citra notitiam sententię immissionis,à qua cum possit se aliquo modo lædi,appellat. Fely. in d. c. cum super,num.11.& si victor proponat hunc tertium vsque à principio litis notitiam habuisse,hanc sciētiam probare debet, cum in dubio scientia nō præsumitur,regula ignorātia, de reg. iur.in 6.& maximè in alienis factis.l.fi.ff.pro suo,Rip.in lib.j.respons.c.8.nu.5.in fi.& seq.si tertius igitur, qui ignorātiam dictæ litis & sententiæ habuit,nisi à decem diebus & citra,à dicta sententia se appellare poterit,ergo ex rationis identitate iste possessor,qui est contradictor,à prædicta pronūcia,iudicisq; declaratione,de immittendo hæredem in possessionem,appellari poterit;cum non fuerit citatus, neq; scientiam dictæ pronunciæ habuit,nisi à decem diebus & citra,Zuccar.in d.l.fi.nu.399.in fi. Marant.in tract.de ord.iud.in 6.par. in secūdo actu, vltimæ par. nu.300.& quomodo libellus per tertium formatur,& officium iudicis sit in sententiando,vide Lanfr.in d. c. quoniam contra, in verbo,Interloc.& appel.nu.99 propè fi.

340 Bene † autem aduerte ad illud,quod de tertio dixi,videlicet, q̄ à sententia de immittendo hæredem in possessionem se appellare possit,declara eo modo vt supra tetigi:sed tu hāc quippe propositionem restringe esse veram, si tertius hæreditatem possideat,& nō fuerit citatus,si post iussum ante autem immissionem compareat,& de suo incōtinenti interesse probat, hoc

in

in casu proculdubio auditur, & de suis cum hærede iuribus discutitur. Abb. in c. veniens, el 2. in 4. no. de testi. & vt satis plenè in materia legitimi contradictoris dicam: si hunc igitur tertiũ iudex recusauerit velle admittere, ab illa non admissione, se appellare poterit, cum ignoranti. & non in iudicio vocato status suæ possessionis nõ mutari debet, l. fi. C. si per vim vel alio mod. c. j. de cau. poss. & propriet. Abb. in c. cum super, nu. 33. de re iud. Bar. in l. fi. col. fi. ver. si verò venit, C. de edicto Diui Adr. toll. & ibi Scribentes: nam sine causa, iniusteq; sua possessione priuaretur, à qua sine citatione non est remouendus, c. licèt episcopus, de præb. in sexto, & ibi no. si ergo iniuste, & sine causa possessio tertio auferatur, ob nõ dictam admissionem, meritò si à non dicta admissione appellatio sibi cõcedatur, Marant. in tracta. de ord. iud. in sexta par. vltimæ par. in secundo actu, nu. 300. dummodo sui causam interesse in appellatione narrat, & inserat, aliàs appellatio pro infecta haberetur, Fel. in d. c. cum super; col. fi. ver. concurrebat.

Vel & quoq; tertius non citatus appellare poterit, quando bona hæreditaria sint vacantia, & à nemine possideantur; quia tunc sua interest, ne possessio hæc ab hærede apprehendatur; cũ possessio facilius vacans consequitur, quàm ꝙ ab alio occupatur, ideo hoc in casu comparendo post iussum, sed ante immissionem audiri debet, ad impediendum executionem dictæ sententiæ, donec interim de suis secum iuribus discutiatur, dummodo iste tertius suum incontinenti interesse (saltem apparẽs) doceat, Zuccar. in d. l. fi. num. 331. versi. istam appellationem, & vt sæpe in materia legitimi contradictoris plenè tangam, & si tertius hoc in casu à iudice repellatur. & non audiatur, volẽs iudex suam omnino pronunciam exequi, illum iniustè repelleret, & malè, ac perperam se gereret, meritò si tertius tunc non ab illa admissione se appellare poterit, tanquam ab illa non admissione grauatus, cuius interfit, l. j. ff. de appellat. recip.

Et si etiam tenere volueris, ꝙ his in duobus tantum casibus præallegatis à sententia de immittendo sine alio actu, comparitioneq; tertius immediate appellare possit: tunc sic argumentari poteris, & dicere, citatus si succumbit post iussum, non audiri debet, & appellatio à iure sibi nõ permittitur. Bar. in d. l. fi. col. fi. ver. quandoq; tpe, & ibi quoque etiam Zuccar. nu. 362. si citatus igitur succumbens à dicta sententia appellare non possit, ergo à contrario sensu sentiunt doct. ibi, ꝙ si non citatus fuerit, immediate à dicta pronuncia appellare poterit; quia sicuti propositum in proposito operatur, ita & oppositum in opposito, l. fi. §. si filius, & ibi Bar. ff. de leg. 3. & contrariorũ contrariis est eadem disciplina, vt per doct. in Rub. ff. de acqui. poss. sed iste tertius non habuit scientiam de dicta lite & de dicta sententia, nisi à decem diebus & citra, meritò si appellatio à dicta pronũcia immediate sibi de iure permittatur, Abb. in d. c. cum super, nu. 26. & ibi etiam Fely. nu. 11. quia satis iniquum erit ignorãti, & non citato statum suæ possessionis mutare, l. fin. C si per vim vel alio modo, & in his terminis bene loquitur Zuccar. in d. l. fi. nu. 399. vbi vult, ꝙ respectu tantum litigatoris appellatio denegatur, sed tertio permittatur, qui in iudicio non extitit, & scientiam de dicta lite non habuit, nisi à decem diebus & citra.

Sed ego equidem reor, ꝙ iste tertius de iure sibi melius consuleret, & eidem tutius erit, si faceret eo modo, vt in dictis duobus casibus dixi, nam comparendo incontinentiq; suum interesse probando, si non à iudice audiretur, de iure ab illa non admissione appellare poterit, quę sibi de iure cõceditur, quia vere est grauatus, cum sua interfit, ne à sua remoueatur possessione, nisi eo citato, & cognitis prius suis iuribus, vel & si possessio sit vacans, à nemineq; possideatur, per hęredem repelli nõ potest, quia semper erit grauatus, meritò ab illa nõ admissione appellatio sibi cõcedatur, l. j. ff. de appellat. recip. si audiatur; & voluerit sine alia comparitione, sineq; alia instantia immediate à dicta pronuncia appellare, grauamen non tam præiudiciale exteriterit, cum post dictam pronunciam comparendo, iusq; incontinenti suum docendo, auditur, Abb. in c. veniens. el 2. in 4. no. de testi. & vt alias tetigi, si audiatur, non est grauatus, & grauamine non existente non appellatur, d. l. j.

341 Si hæreditas † autem ab alio possideatur, & possessor citatus fuerit, & non iste tertius, & tunc tertius comparendo non audiatur, si impedire voluerit hæredem in executione dictæ pronunciæ in possessionem immitti, cum sua non interfit, ex quo eo modo, quo possessionem à primo possessore auocare poterit, pariter eodem modo ab isto hærede in possessionem immittẽdo. meritò ergo si huiusmodi immissionem nõ fieri impedit, Innoc. in c. veniens, el secundo, & ibi etiam Fely. nu. 9. de testi. q cõmuniter est receptus, Castr. cons. 179. nu. 9. lib. j. in nouis. Zuccar. in d. l. fi. num. 433. Vant. in tract. de nullit. in tit. quis poss. dic. de nullit. num 23.

342 Et si tertius vult agere, † debet libellum producere, & ordinarie procedere, cum ius tertii non summarie cum hærede discutitur; quia est separatum à iure illius, contra quem fuit pronunciatum, Zuccard. in d. l. fi. num. 346. in fi. & sicuti possessor qui citatus fuit, & succubuit, nõ ab ista immissionis pronuncia appellare poterit, ergo nec iste tertius, Abb. in d. c. cum super, nu. 25. qui tertius venire debet in eo statu, in quo cã reperit, nullamq; nouationẽ facere debet. Fely. in d. c. cũ super. nu. 15. de re iudi. Alex. cons. 82. nu 6. lib. j. Paris. cõs. 107. nu. 107. lib. 3. Crau. cons. 14. nu. 4. & cons. 220. nu. 8. si non nouationem facere potest, ergo nec appellationem inteponere poterit, quia appellatio est nouatio, ex quo victo non permittitur appellatio, ergo nec huic tertio, Abb. in d. c. cum super. nu. 25. & ita iuris esse arbitror, concludendo vt supra dixi.

343 Redeundo † ad materiam igitur nostram principalem, dico, ꝙ quamuis regulariter à sententia possessoria nõ appellare possit, tamen hæc regula non procedit, quando missus in possessionem interim fructus lucraretur; nam tunc eidem non denegaretur appellatio, Afflic. decis. 77. nu. 8. & seq. Marant. in tract. de ord. iud. in sexta par. in secũdo actu, vltimæ par. nu. 302. limitando etiam dictam regulam pluribus aliis modis, vt ibi per eum.

344 Vel & quoq; hæres à dicta sententia in possessorio contra se lata appellare poterit, ex quo cessat ratio prohibitiua, de qua in d. l. fi. vt per Zuccar. ibi nu. 396.

Vel & † quamuis appellatio de iure ciuili regulariter à sentẽtia super mero possessorio momentaneo lata prohibeatur; tamen secus est de iure canonico, per quod appellatio à qualibet sententia super possessorio quoq; promulgata permittitur, cle. j. de caus. poss. & propriet. c. cum ad sedem, de resti. spol. Ang. in l. momentaneæ in fi. C. vnd. vi, Cor. cons. 172. nu. 24. li. 2. Alex. cons. 99. nu. 2. lib. 5. Pract. Pap. in form. libel. in cau. spol. poss. in glo. per vestram diffinitiuam. nu. 3. Marant. in tract. de ord. iud. in quarta par. dist. 9. nu. 44. in fi. & in sexta par. in secundo actu, vltimæ par. nu. 295. & num. 301. prope fi. Afflict. decis. 269. nu. 2. Dec. in l. j. nu. 6. versi. tertiò, C. de bon. poss. fm tabu. Rip. in l. rẽ quæ nobis. num. 30. ff. de acquir. poss. & in l. interdicto. nu. 10. ff. quor. bo. & in c. sæpe. ĩ fi. de rest. spol. Zuccar. in l. fi. nu. 394. C. de edict. D. Adr. tol. Plot. in l. si quando. nu. 72. C. vnd. vi, Curt. Iun. cons. 168. nu. 39. Rolan. cons. 38. nu. 13. lib. 2.

345 Quam conclusionem † puto esse veram, si causa in appellatione inseratur, alias de iure quoque canonico appellatio non permittitur, & si fieret, non valeret. Lanfr. in c. quoniam cõtra. in verbo, interloc. & appell. nu. 118. de probat. qui licèt de iure ciuili loquatur; tamen eius dictum intelligitur esse verum de iure canonico. Zuccar. in d. l. fi. nume. 248. & 394. ves. hanc fallentiam, C. de edict. D. Adr. tol. Rub. cons. 51. prope fi. Marant. in tract. de ord. iud. in sexta par. in secundo actu, vltimæ par. nu. 143. Addit. ad Capell. Tholos. in decis. vlt. nam allegando iustã in appellatione causam, præsumptionem pro se habet. meritò si tunc iudex appellationem appellãti deferre teneatur. Marãt. in vltimo loco vt supra allegato, & ita est intelligendus Bal. in l. quisquis. num. j. in fi. C. quor. appellat. non recip. vbi dicit, ꝙ iusta ex causa ab immissionis pronuncia appellari potest, ergo cã in appellatione est dicenda: & quia ius canonicum in terris ecclesiæ subiectis seruatur, ergo & appellatio in dictis locis ab huiusmodi pronuncia possessoria cõceditur. Afflict. decis. 269. nu. 2. Alex. d. cons. 99. nu. 2. in fi. Cur. Iun. cons. 168. nume. 38. Zuccar. in d. l. fi. nu. 394. & ius canonicum magis quàm ius ciuile est sanctissimum, permittẽdo appellationem: nam vult lites cum iustitia & sine grauamine pertransire, Rub. cons. 51. col. fi. versic. non obstat id.

346 Et quamuis † pleriq; censuere, ꝙ in causa reintegrãdæ 3. q. 1. appellatio denegatur, dico, ꝙ illorum opinio procedit de iure ciuili l. j. & ibi doct. C. si de mom. poss. fuer. appella. tamen secus est de iure canonico appellationem permittẽte à qualibet sententia fieri, c. cum ad sedem, de resti. spol. clem. j. de caus. poss. & propriet. & vt supra dixi, & quia reintegrãda in foro laicali quoque vtitur, ergo debet cũ suis qualitatibus vti, meritò si appellatio in foro laicali, & in terris quoq; Imperij permittatur, Pract. Pap. in form. libell. in cauf. spol. poss. in gl. per vestram diffinitiuam, num. 3. quam eius doctrinam sequutus fuit Rip. in c. sæpe, in fi. de resti. spol. & in l. rem quæ nobis, nume. 30. ff. de acquir. possess. Dec. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 53. versi. intelligitur tamen, de const. Soc. cons. 97. nu. 3. lib. j. Plot. in l. si quando, num. 72. C. vnde vi.

347 Et si † Rip. in l. interdicto, num. 10. ff. quorum bon. dicat, opinionem Papiẽsis sibi videri periculosam esse, tamen puto, ꝙ illa sit tutissima, tum ob rationem præallegatam, tum & quoq;, quia in reintegranda requiritur plenariè probatio possessionis antiquioris, meritò si & quoq; à sententia in reintegrãda prolata appellatur. Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 185. versic. vnde ego dicerem, ff. de acquirẽ. possess. Zuccard. in l. fi. num. 257. circa medium, C. de edicto Diu. Adriani tollen. Cagnol. in l. in pari, nume. 7. & sequen. ff. de reg. iur. Plot. in l. si quã do, nume. 112. & pluribus sequẽ. C. vnde vi. & tanto magis hęc conclusio procedit, quando probatio in petitorio victo difficilis sit, tunc ab huiusmodi sententia possessoria ei permittitur appellatio, Marant. in tract. de ord. iud. in 6. par. in secũdo actu, vltimæ par. nu. 301.

Prȩterea dato (absq; veritatis præiudicio) ꝙ à sententia super possess-

Source : BIU Cujas

possessorio lata appellatio prohibeatur; tamẽ ego arbitror, hãc conclusionem non procedere, quando sententia sit nulla, & iniqua, quæ ex actis notoriè constat; quia tũc proculdubio appellatio à dicta sententia de iure permittitur, Alex. cons. 91. nume. 2. lib. 6. Rub. con. 51. nu. 4. Plot. in l. si quando, nu. 255. C. vnde vi. Marant. in tract. de ord. iud. in 6. par. in 2. actu, vltimæ par. nu. 304. etiam si statutum appellationem, nullitatemque tolleret, Plot. in dicta l. quando, num. 255. Ruin. consi. 27. nu. 5. versic. & prædicta, lib. 5. Vant. in tracta. de nullit. in titu. quis poss. dic. de nullit. num. 51.

348 Et † quamuis regulariter appellatio à sententia de immittẽdo hæredem in possessionem bonorum possessorum, detentatorumq́; , per testatorem tpe mortis testatoris prædefuncti, iuxta l. fi. C. de edicto D. Adr. toll. non de iure cõcedatur; tamẽ ex iusta causa contradictori in integrum restitutio non denegatur, vt dicit gloss. communiter approbata in l. vnica, C. si de moment. poss. fuer. appell. Pract. Pap. in forma libelli quo pet. hæred. ex testamento, in glo. per vestram diffinitiuam, Guid. Papæ q. 132. nume. 8. Soc. consi. 242. nume. 1. lib. 2. Zuccard. in l. fin. num. 403. C. de edicto Diu. Adria. tollen. D. meus Cęphal. consil. 215. num. 28.

349 Vel † & licèt appellatio sit prohibita, tamen supplicatio, vel querela censetur permissa, ex quo dicta remedia penitus diuersa sunt, Dec. in l. fi. num. 51. C. de edicto D. Adr. tollen. & consi. 531. num. 1. & sequen. Marc. in pract. crim. §. opportunè, nu. 60. Paris. consi. 164. num. 18. lib. 4. Ruin. consi. 157. col. penult. lib. 5. vbi asserit hanc esse communem Doct. opinionem. & supplicatio ex mera ipsius Principis gratia, benignitateq́ue conceditur, Marant. in tracta. de ordi. iudi. in 6. par. in secundo actu, vltimæ par. nume. 18.

Et aduerte, q́p supplicans nõ de eius Principe, vel de illius cõsilio conqueratur, ad differentiam appellationis, aliàs supplicatio non valeret, Roland. consi. 38. nu 19. & seq lib. 2.

350 Et † quamuis statutum appellationem auferat, nõ tamẽ supplicationem tollit, quando ex natura causæ appellatio de iure communi non prohibita sit, at statuti necessitate tantùm, aliàs secus erit, Roland. dicto consi. 38. nu. 20. vers. ad secundum, Dominus meus Cęphal. in terminis huius statuti Mirandulani tradit consi. 163. nu. 6. & pluribus seq. in qua causa ego illius opinionem sequendo consului, & victoriam me existente aduocato, pro dicto clientulo meo ad eius fauorem obtinui, sed à pronũcia de immittendo hæredem in possessionẽ regulariter de iure cõmuni ex natura causæ appellatio prohibetur, vt supra latiùs tetigi. Ergo in hoc casu existente statuto appellationem etiam auferente, pariter & supplicatio tollitur, Docto. communiter præallegati vt supra.

Et supplicatio & querela permittitur, quando ob personę iudicantis excellentiam appellatio prohibeatur; secus verò erit, si ex natura causæ appellatio denegatur, nam tunc quoque non permittitur querela, nec supplicatio, Dec. in d. l. fi. num. 50. & ibi etiam Zuccard. nume. 404. & seq. Paris. consi. 54. num. 39. lib. 3. Roland. cons. 38 num. 10. & pluribus seq. lib. 2. vnde cum in casu nostro ex natura causæ appellatio prohibeatur, ergo & querela, & supplicatio.

Et malè faciunt Principes, qui concedunt sententias reuideri, quæ in rem iudicatam transierunt, Cagnol. in l. si quis maior, nu. 91. C. de transact. & præsertim, quãdo ex natura causæ appellatio prohibeatur, Doct. communiter præallegati vt supra.

351 In † casibus igitur, in quibus querela, & supplicatio permittitur, si aliquid innouatum sit, non attentatorum priuilegio illud reuocatur, ex eo quia attẽtatum valet: bene autem illud innouatum per querelæ viam reuocatur, & reuocatio per superiorem fit, Abb. in c. pastoralis, nu. 11. & nu. 15. & ibi etiam Francus in 3. col. de appell. & in c. vt debitus, n. 17. eo. titu. Marant. in tract. de ord. iud. in 6. par. in 2. actu, vltimæ par. nu. 105. cum pendente querela, vel iudicis recusatione nil nouari debet, Bald. in l. appellatione, num. 2. & seq & ibi etiam Salyc. num. 5. & seq. C. de appellat.

352 Regulariter † ergo attentata post appellationem à sententia de immittendo hæredem in possessionem lata iuxta l. fi. C. de edicto D. Adr. tollen. vel iuxta interdictum quorum bonorum, non reuocantur. Innoc. in c. pastoralis, nu. 3. de offic. deleg. Bal. in l. quisquis, C. quorum appellation. quæ sit iusta, Zuccard. d. num. 395. vers. ex quibus.

353 Et † quando sumus in casibus fallentiarum, de quibus vt supra, in quibus appellatio ab hac sententia in hoc remedio possessorio prolata permittatur, tunc distingue, & dic, aut est interlocutoria, vel non: & interlocutoria dicitur, quando sine causę cognitione fit, Pract. Papien. in form. libell. quo pet. hæred. ex testam. in glo. per vestram, Zuccar. in d. l. fin. num. 393. circa medium, & si est interlocutoria, per eundẽ iudicem, qui illam protulit reuocatur, Paris. consi. 54. num. 43. lib. 3. & quamuis Paris. ibi nu. 42. dicat, q́p sententia de immittẽdo possit diffinitiua dici, tamen puto, q́p in hoc Paris. malè loquatur, cum solum diffinitiua dicatur, quando contradictor extat, & cum causę cognitione à iudice proferatur, Zuccar. in d. l. fi. nu. 439. & in hoc secũdo casu bene loqueretur Paris. d. consi. 54. nu. 42.

354 Et si † ab interlocutoria appellatur, pendenteq́; appellatione hæres à iudice in possessionem in executione dictæ pronunciæ immissus sit, & appellans per attentati viam procedere velit, & immissionem hanc per attentati viam reuocare, reuocatio duplici modo fit.

Primò iudicis officium principaliter sine libello super illius reuocationem intentando, oblata, tñ quali quali petitione, vt habetur in c. non solùm, de appellat. in 6. & ibi Canon. secundo modo appellationem accessoriè prosequendo, libello coram ordinario porrectò, Cardi. Alex. Francus & Dec. in c. consuluit, el 2. de appella. Marant. in tract. de ordi. iudi. in 6. par. in secũdo actu, vltimæ par. num. 396. si ergo appellans ad reuocationem attentatorum iudicis officium principaliter implorat, & tunc dic, si appellatio est interposita, inhibitioq́; iudici, partiq́; legitimè sit facta, postq́; inhibitionem iudex hæredem in possessionẽ immittet, & hoc in casu reor, immissionem hanc ante omnia debere reuocari, non fine litis expectato, c. non solùm, de app. in 6. Ang. in l. per hanc, num. 6. C. de tempor. appel. Fely. in c. super quæstionum, §. fi. num. 20. de off. deleg. Lanfr. in c. quoniam contra, in verbo, Interloc. & appella. nu. 130. de prob. Alex. cõs. 99. num. 4. lib. 5. Soc. consi. 45. nu. 7. & seq. lib. 1. Dec. cõsi. 103. nu. 1. & in c. consuluit, el 2. nu. 6. in fi. de appel.

Et requiritur (vt dixi) q́p inhibitio non tantùm iudici, sed & parti quoq; fiat, Saly. in l. appellatione, num. 9. C. de appell. Maran. in tract. de ord. iud. in sexta par. in secundo actu, vltimę par. num. 391. & q́p canonicè facta sit, d. c. non solùm, Fely. in d. §. fin. nume. 20. Paris. consi. 172. nume. 14. lib. 4. Roland. consi. 77. nume. 23. lib. 2.

355 Et † vt dicatur legitimè facta, requiritur, q́p constet, appellationem fuisse interpositam, secundò q́p iudex causæ veritatem cognoscere inceperit, vt no. Io. And. & alij in d. c. non solùm, Rot. decis. 389. & 412. nu. 2. in nouis, Paris. consi. 208. nu. 5. & seq. lib. 1. & consi. 172. num. 9. & seq. lib. 4. Roland. consi. 77. num. 24. lib. 2. & citata quoq; parte fiat, alias non valeret, Anch. cõs. 234. nu. 2. Franc. de Aret. consi. 75. num. 9. Alex. cõsi. 68. & seq. lib. 2. Paris. consi. 272. num. 15. lib. 4. & hæc est crebrior Doct. conclusio, vt habetur per Marant. in tract. de ord. iud. in 6. par. in secundo actu, vltimæ par. nu. 196. quam & quoq; communem asserit Roland. consi. 77. num. 24. & seq. li. 2. & si inhibitio sit nulla, nõ ligat iudicem à quo, Paris. consi. 108. num. 9. & seq. lib. 1. Roland. consi. 77. num 26. & seq. lib. 2. cõclusio ergo est, q́p iudex ad quẽ inhibere iudici à quo, & parti quoq; non possit, nisi prius super meritis causæ cognoscere inceperit: sed ego hãc cõclusionem arbitror esse veram, & procedere posse, cum sit appellatum in casu, in quo nõ debuit appellari, vel qñ cã in appellatione inserta sit iniusta, vel appellatio frustratoria, vel friuola: nam his in casibus iudex ad quem non inhibere debet, nisi prius causæ cognitionem super iustitiam appellationis adhibeat, aliàs inhibitio non valeret, tex. est in c. Romana, §. si verò, & seq. de appellatio. in 6. & ibi Dom. Io. And. Archi. & Doct. Rota decis. 412. in nouis, Marant. in tract. de ord. iud. in 6. par. in 2. actu, vltimę par. nu. 196. Berous q. suis famil. quæstio. 124. nu. 1.

356 Et † ad hoc vt inhibitio non fiat, nisi prius super meritis cognoscatur, necesse est, q́p appellatus coram iudice ad quem cõpareat, & eidem exponat, qualiter appellans nõ in termino iuris appellauit, vel in appellatione legitimam causam nõ expressit, vel aliud exponat, per quod in dubium refricatur iurisdictio iudicis ad quem, & appellatio ad eum nõ sit deuoluta: secus verò erit, si appellatus non compareret coram iudice ad quem, & non exponeret, vt supra dixi, & per cõtrarium appellans instaret, inhibitionem fieri debere, tunc per iudicem ad quem, absq; causę cognitione, & sine alio inhibitio committitur: cautus igitur appellatus debet esse, vt incontinenti compareat, & prædictas exceptiones iudici ad quem proponat, si inhibitionem impedire voluerit, ne fiat, nisi cum causę cognitione, Ang. in l. per hanc, nume. 4 C. de tempor. appellatio. Lanfran. in c. quoniam contra, in verbo, Interloc. & appell. nu. 128. de probat.

Vel & iudex quoq; appellationis sine partis citatione inhibere potest, si pronunciauerit, appellationem deuoluere, & se in appellationis causa iurisdictionem habere; tunc notoriissimè cõstaret, appellationem nõ esse friuolam, & ex iusta causa fuisse interpositam. meritò si tũc inhibitio sine partis citatione fiat, & legitimè facta dicatur, Berous q. suis famil. q. 124. nu. 1. subdens ibi num. seq. q́p poterit etiam sine partis citatione inhibere, si iudici ad quem causa principalis committatur, cum potestate citandi, inhibẽdiq́;, prout appellationum causæ quotidie committuntur, dummodo in ipsa delegatione totius delegationis tenor ponatur, vel committat illum citari ad accipiendũ commissionem causæ appellationis, sibi cum auctoritate citandi, inhibendiq́; delegatæ: nam quamuis tunc citatio nondum exequuta sit, tamen inhibere poterit, vt ibi clarè per Beroum.

Et licèt inhibitio post conclusum in causa non fieri potest, Rot. decis. 674. in antiquis, tamen declara, hanc conclusionem esse

eſſe veram, ſi verè in cauſa ſit concluſum, ſecus ſi tacitè, vt puta per miſſionem citationis ad ſententiam per vnam tantum partem emanatam, Bero. q. ſuis famil. q. 124. nu. 3.

357 † Et ſi anteq̃ iudici à quo inhibitum ſit, iudex in executione illius ſententiæ vni nuncio curiæ ſuæ committeret, hæredem in poſſeſſionem ponere, & nuncius iudicis præcepto obediēs, hęredem in poſſeſſionem corporaliter immitteret, hæc immiſſio per attentati viam non reuocatur, niſi ſine litis expectato, d. c. non ſolùm, Ang. in d. l. per hanc, num. 6. Feli. in c. ſuper quæſtio num. § fi. nu. 20. de off. deleg. Lanfr. in dicto c. quoniam contra, in verbo, Interloc. & appella. num. 130. Alex. conſ. 99. nume. 4. in fi. lib. 5. Soc. conſi. 45. nu. 7. & ſeq. lib. j. Berous q. ſuis famil. q. 120. nu. 14. nam ſemper ante inhibitionem, appellatione pendente, ab interlocutoria factam, innouari poteſt, Bal. in l. appellatione, nu. 6. & ibi etiam Saly. nu. 9. C. de appel.

358 Quam † cōcluſionem, puto eſſe veram, niſi iudex à quo appellationem admiſerit; quia per delationem appellationis inhibitio ſibi facta cenſetur, meritò ſi attentata poſt appellationē ante omnia reuocantur, Ang. in l. per hanc, nu. 3. in fi. C. de tēp. appellat. Lanfr. in dicto cap. quoniam contra, in verbo, Interlocu. & appella. num. 130. Marant. in tract. de ord. iud. in 6. par. in ſecundo actu. vltimæ par. nu. 198. attento ꝙ hoc in caſu appellatio in iſto poſſeſſorio ſuſtinetur, & valet, cum à iudice à quo fuerit admiſſa, Iaſ. in l. j. nu. 5. C. de bon. poſſ. ſecundùm tab. & vt ſupra alias tetigi.

Sed limita hanc concluſionem eſſe veram, niſi iudex à quo appellationem conditionaliter deferret, ideſt, ſi & inquantum iuris ſit, nam hoc modo in caſibus prohibitis pro non admiſſa haberetur. Roland. conſi. 77. nu. 18. & ſeq. lib. 2.

Et aduerte bene tu procurator, qui cauſam attētatorum mouere intendis, vt in primis videas, ſi in ipſis attentatis iuſtitiam foueas; nam ſi in attentatis ſuccumberes, fatalia tibi currerent, & maximum clientulo tuo damnum hoc modo afferres. Rot. deciſ. 102. in nouis, Alex. conſi. 68. nu. 3. lib. 7. Gramm. cōſi. 148. nu. 6. in ciuil. & conſi. 54. num. 20. in crim. ſecus verò eſt, ſi attentatorum cauſa non calumniosè, reperta fuerit, nam tunc fatalia non tibi currerent, Vant. in tract. de nullit. in tit. ſi quot. & infra quod temp. num. 14.

359 Si † autem à ſententia diffinitiua appellatur, & in appellatione cauſa inferatur, ſi appellatione pendēte aliquid innouatur, quod alteri ſit parti præiudiciale & per viam attentati innouatum reuocare voluerit, illud proculdubio ante omnia reuocatur, non fine litis expectato, d. c. non ſolùm, l. vnica, & ibi Bar. ff. nil nouar. appellat. pend. Iaſ. poſt Aret. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 130. & pluribus ſeq. ff. de acqui. poſſ. Dec. in c. conſuluit, el 2. num. 6. prope fi. de app. Lāfr. in d. c. quoniam cōtra, in verbo, Interloc. & appell. nu. 130. Soc. cōſ. 45. nu. 7. & ſeq. lib. j. Io. de Am. conſi. 83. nu. j. & ſi iudex non ante omnia attentatum reuocaret, nimiam parti iniuſtitiam appellanti efficeret, Franc. in c conſuluit, el 2. nu. 8. de appel. Afflict. deciſ. 98. num. 5. in caſu autem pręſertim noſtro vbi requiritur, ꝙ cauſa in appellatione inſeretur, vt appellatio à ſententia diffinitiua permittatur, & attentatum appellatione pendente ante omnia reuocatur, l. ſciendum, ff. de appellat. Innoc. in c. paſtoralis, nu. 3. de off. deleg. Lanfran. in d. cap. quoniam contra, in verbo, Interlocut. & appellat. nume. 128. verſic. in ſecundo caſu, Zuccard. in d. l. fi. num. 395. & num. 400.

Et ſi à ſententia diffinitiua appellatur, inhibitio non eſt neceſſaria; quia lex eſt illa, quæ de per ſe inhibet, d. c. non ſolùm, l. vnica, ff nil nouar. app. pend. l. appellatione, & ibi Bal. num. 6. & etiam Saly. nu. 9. C. de appel.

360 Cumq̃; † regulariter appellatione pendente nil innouandū ſit, d. c. non ſolùm, l. vnica, & ibi Bart. ff. nil nou. appella. pend. l. appellatione, & ibi Doct. C. de app. Iaſ. & Dec. in l. j. num. j. C. de bon. poſſ. ſecundum tab. Old. cōſi. 206. nu. j. Pariſ. conſ. 105. nu. 33. lib. j. & conſi. 28. nu. 26. lib. 4.

Quæ regula procedit & etiam ampliatur, ſi appellatio in dubium refricatur, an ſit admittenda, vel ne, Lanfr. in d. c. quoniā contra, in verbo, Interloc. & appel. nu. 128. verſ. in 2. caſu, Iaſ. in l. j. num. j. C. de bon. poſſ. ſecundùm tabu.

Ampliatur quoq; termino pendente ad appellandum dato; nam ſi in dicto tempore aliquid innouatur, illud incontinenti & ante omnia reuocatur, d. c. non ſolùm, d. l. vnica, & ibi Bart. Ang. in d. l. appellatione, Lanfran. in loco allegato vt ſupra nu. 130. Iaſ. in l. j. nu. j. C. de bon. poſſ. ſecundùm tab. Alex. cōſ. 99. nu. 3. lib. 5. Marant. in tract. de ord. iud. in ſexta par. in ſecundo actu, vltimæ par. nu 389.

Ampliatur, etiam ſi appellatio reiecta ſit, ſm cōmunem intellectum doct. in d. l. appellatione, dummodo appellans deinde appellationem proſequatur, & à dicta ſententia appellatur: ſecus verò eſt, ſi non deinde appellauerit: quoniam tunc attentatum nō reuocatur, Ang. in d. l. appellatione, & attentatum nō reconualeſcit, ſi appellatio deferatur, vel ei renūciatum ſit, Iaſ. in l. j. num. j. C. de bo. poſſ. ſm tab. quam cōcluſionem reor eſſe veram, ſi deſertio in actis conſtaret, Vāt. in tract. de nullit. in tit. quo. & intra quod tempus, nu. 48. & vt infra dicam.

361 Et cōcluſio ergo eſt, † ꝙ ſi innouatio pēdente appellatione à diffinitiua ſentētia fiat, regulariter incōtinēti & ante omnia, nullo iuris alio ordine ſeruato, attentata reuocantur, cū in hoc attētatorum remedio de plano, ſine libello, litisq́; cōteſtatione proceditur, ſecūdùm Hoſt. Io. And. & Card. in c. j. vt li. pēd. & vt not. in clem. 2. vt lit. pēd. Abb. in c. bonæ memoriæ. nu. 16. & ſeq. de appell. & in c. parte. col. fi. de reſcrip. Bal. in d. l. appellatione, nu. 4. & ibi etiam Saly. num. 7. Philippus Frāc. in c. dilecti. el 3. num. 3. de appellat. Feli. in c. dilecti. num. 4. ſub verſi. geſta principaliter, de maior. & obed. Dec. in c. cum teneamur. nu. 5. de app. Thom. Ferrat. cau. 58. num. 4. Capic. deciſ. 72. Affli. deciſ. 351. nume. 1. Alex. cōſi. 99. nu. 9. lib. 5. Pariſ. cōſi. 82. nu. 27. & ſeq. lib. 4. nā ſicuti attentata de facta fuere facte, ita & ante omnia ſunt reuocāda. Abb. in d. c. bonæ memoriæ. nume. 16. propè finem. Lanfran. in dicto c. quoniam contra, in verbo, interlocu. & appella. nu. 130. Rip. in c. ſæpe, nu. 10. de reſt. ſpol. Vant. in tract. de nullit. in tit. quot & quibus mod. nullit. propo. poſſit, nu. 28.

Et hæc reuocatio iudicis officio fit, Alex. cōſi. 99. nu. 9. lib. 5. meritò ſi lis ſuper attentatis nō cōteſtatur, Bal. in d. l. appellatione, nu. 6. & ibi quoq; Saly. nu. 8. ſed attētata ante omnia reuocātur, antequam aduerſarius ſuper meritis cauſæ audiatur d. c. nō ſolùm, & d. l. appellatione. Alex. d. conſi. 99. nu. 7. Afflict. deciſ. 98. nu. 3. & doct. communiter præallegati, vt ſupra.

362 Alii autem † exiſtimauere, ꝙ ſi appellans pati atur litem cōteſtari, & nō petat attētatorum reuocationem ante omnia fieri, ꝙ tunc finis litis expectatur, Bar. in l. vnica. col. j. circa mediū. ff. nil nou. appellat. pend. Dec. in c. cōſuluit. el ſecundo, num. 5. verſi. & notandum eſt, de appellat. & in l. j. nu. 2. C. de bon. poſſ. ſecundùm tabu. quarè igitur tu appellantis procurator ſis cautus, vt ſtatim attentatorum reuocationem petas, antequam vlterius procedatur, Bar. & alij doct. vt ſupra allegati.

Pleriq; alij contrarium cēſuere, ꝙ immo attētata in quacūque iudicij parte reuocātur, dummodo illorum reuocatio ante cōcluſionem in cauſa petatur, cum per litis conteſtationem remedium attētatorum non renunciatum cenſetur, tanquam in hoc priuilegiatum, Rot. deciſ. 185. & 57. in nouis, 306. in antiquis. Capic. deciſ. 15. nu. 188. Thom. Ferrat. caut. 58. nu. 4. prope fi. Marant. in tract. de ord. iud. in ſexta par. in ſecūdo actu, vltimæ par. nu. 392. Vāt. in trac. de nullit. in tit. quot & quibus mod. nullit. propo. poſſ. num. 23. & exiſtente partis negatione, nō poteſt dici notoriè cōſtare, in cauſa eſſe cōcluſum, Alex. d. cōſ. 99. nu. 8. ergo ſecūdùm opinionem dictorum doctorum vis non eſt facienda, an attentata ab initio, vel poſt litem conteſtatam reuocentur, dummodo petitio reuocationis attētatorum ante concluſum in cauſa ſit facta, ſecundùm veriorem doct. opinionem, vt per Io. de Am. conſi. 83. nu. 2.

Sed ego arbitror, has duas opiniones cōtrarias (fędere diſtinctionis) ſic cōcordari poſſe, videlicet, vt prima opinio procedat quādo innouationes ante litem cōteſtatam fiāt, neq; per appellantem petatur, illas ante omnia, & ſtatim reuocari, permittēdo litem cōteſtari, & ad vlteriora procedi ita ꝙ in iudicio non cōtradicendo, cōſentit, attētata ante omnia nō eſſe reuocāda, niſi ſine litis expectato, qui tacitus cōſenſus in nō replicādo in iudicio ſufficit. c. j. de reſt. ſpol. Pariſ. cōſ. 113. num. 9. lib. j. meritò ſi hoc in caſu finis litis expectatur: ſi verò nouationes poſt litē cōteſtatam fiāt, & tūc reuocatio attētatorum vſq; ad cōcluſionem in cauſa peti poteſt, ex quo nō imputari poteſt appellāti, cur reuocationem attētatorum ante litem cōteſtatam nō petierit: & in his terminis bene loquitur hęc ſecūda opinio, & hac ratione videmus, ꝙ ſi poſt ꝯcluſum in cauſa innouationes fiāt, ꝙ & quoq; illarum reuocatio ante omnia fieri poteſt, etiā poſt cōcluſum in cauſa, Afflict. deciſ. 351. nu. 3. & ſeq. ita ergo ex rationis idētitate, ſi poſt litē cōteſtatam innouationes tm̃ fiāt, reuocatio illarum quoq; fieri permittitur vſq; ad ꝯcluſum in cā, & hoc modo diſtinguēdo, cithara horum Doct. concordatur.

363 Aduertaturq́; ſemper, † ꝙ quādo cauſa attentatorum ſimul cum negocio principali & nullitatis committitur, cēſetur cōmiſſa cauſa attētatorum de attentatis ante cōmiſſionem emanatis, & non poſt, Berous q. ſuis famil. q. 120. nu. 13.

Et attētatorum cumulatio cum appellatione admittitur, & ſe adinuicem compatiuntur, ante, & poſt litem conteſtatam, vt habetur in c. nō ſolùm, de appella. in ſexto, & ibi Io. And. Gem. Franc. not. tamen opinio horum doct. in hoc vltimo dicto intelligitur, & diſtinguitur, vt ſupra dixi.

364 Sciaſq́; etiam tu procurator, † ꝙ remedium attētatorum eſt pinguius, q̃ poſſeſſorium recuperandæ, Abb. in c. bonæ memoriæ, num. 16. & pluribus ſeq. & ibi etiam Dec. nu. 7. de appell. Fely. in c. dilecti. col. pen. ver. geſta principaliter, de maior. & obed. Rip. in c. ſæpe. num. 10. & ſeq. de reſt. ſpol. & in l. naturaliter. §. nihil commune. nume. 66. & pluribus ſequē. ff. de acquiren. poſſ. Alexan. conſi. 99. num. 9. & ſeq. lib. 5. Dec. conſi. 103. nume. 1. & conſi. 200. col. 1.

365 Et arguendo † per attentatorum viam, ſatis eſt probare poſſeſſionem tempore appellationis, ſeu litis motæ ſimpliciter, & quòd

Source : BIU Cujas

q̃ tunc aduersarius in possessione reperiatur, & sit. Abb.in d.c. bonæ memoriæ,nume.19.& 21.& ibi etiam Franc.nume.14.Fely.in c.dilecti,col.pen.circa medium, de maior.& obed. Ias.in in d.§.nihil commune,num.132.Rip.in d.c.sæpe,num.10. Rot. decis.14.in nouis,& decis.89.in antiquis,Cass.in tit.de rest.spol. decis.3.quam conclusionem puto esse veram,nisi ille qui attentauit, præsumptionem pro se ex aliqua verisimili causa habeat, per quam arguatur,se non attētasse,sed potius suam continuasse possessionem,& ideo probare debet se verè tempore attentationis possedisse; quia tunc in attentatis obtinebit, Dec.consi. 103.col.pen.circa medium: nam qui suam continuat possessionem,non innouare censetur,Plot.in l.si quando,sub nu.105.C. vnde vi,& ille in sua possessione continuare poterit, nō obstāte inhibitione sibi à iudice emanata,Dec.consi.360.nu.20.

Et † aduerte etiam,q̃ contra petentem attētata reuocari, alterius spolij exceptio non obstat, etiam si ius petētis reuocationem nō constat,ratioq́; est in promptu;quia hæc spoliatio,seu innouatio,quæ lite pendente,vel appellatione fit,est odiosior, q̃ sit illa,quæ extra iudicium fit:nam illa,quæ iudicio pendente fit,lædit iudicem,partem,& ius,& ex mero iudicis officio reuocatio attentatorum fit, merito si exceptio alterius spolij & defectus notoriæ proprietatis obstat, vt non attētata ante omnia reuocentur,cùm omnino his non obstantibus ante omnia statim reuocari debent, Abb.in d.c.bonæ memoriæ,nu.20.& seq. & ibi etiam Frāc.col.2.ver.3.4.& 5. Ias.in d. §. nihil commune, nu.133.& ibi etiā Rip.nu.167.& seq.& in d.c.sæpe.nu.10.& pluribus seq.Oldr.consi.206.nu.j.Alex.d.consi.99.nu.9.Dec.cons. 200.col.fi.Marant. in tracta. de ord.iud.in sexta par.in secundo actu vltimæ par.nu.393.& seq.

Pleriq; autem contrarium censuere,q̃ immo,quando notoriè constat,appellantem non ius in proprietate habere, tūc attentata non reuocantur,si proprietatis exceptio opponatur,& maximè cùm attentatorum reuocatio ad instantiam partis petatur.Rot.decis.14.in nouis,Cass.decis.3.in tit.de rest.spol. Guido Papæ q.213.nu.6.Afflict.decis.98. num.6. immo fortius alij existimauere,q̃ hæc quoque opinio procedat,si hæc attētatorum reuocatio iudicis officio fieri petatur,Paris.cōsi.108.num. 27.lib.j.sed Afflict.decis.352.nu.5. dicit, se in Regia camera vidisse,summariè pronunciari, attentata esse reuocanda, tamen possessio appellanti non fuit restituta,idem affirmat Rot.decisio.14.in nouis.

Abb.autem in c.bonæ memoriæ,nu. 22. de appell.indistinctè tenet,q̃ attentata reuocantur,etiam si proprietatis defectus ipsius appellantis constat notoriè,siue reuocatio ad partis instātiam,siue iudicis petatur;quia iudex, & pars sunt læsi, vt ibi per Abb.& addit ad consi. Alex. 99.nu.9.lib.5. dicit, q̃ hæc opinio practicatur,cùm attentans non audiatur, allegando proprietatis notorietatem in re attentata habere, immo si attentans in principali causa vincat, adhuc pro forma attētata reuocantur, & ita fuit in Regia Neapoli camera iudicatum, quamuis deinde attentatorum restitutio non fuerit facta, Afflict. decis. 352. nume.4.& sequen.

Sed tu pro horum cōcordia doctorum, qui inter se pugnāt, vt supra tetigi,sic distingue,& dic, aut attentans simpliciter admissus fuit ad probandum iura sua,illaq́; probata,notorijssimè proculdubio constaret, appellantem in re attentata non ius habere,cum acta rem notoriam faciant, Dec.consi.302.col. fi. in princ.& tacitus cōsensus tam iudicis,quàm partis extitit,ex quo à iudice ad probandum iura sua admissus fuit, & appellās dictæ admissioni non contradixit,& taliter q̃ in iudicio tacendo cōsentire censetur,c.2.de accus.in 6.Crau.consi.j.num.11.qui tacitus consensus in iudicio sufficit,l.cum ostendimus §.fideiussores. ff.de fid. tut. meritò si hoc in casu causa attentorum cessat, tanquam in actis tacite renunciata,Paris.consi.41.num. 37. & consi.113.num.5. & pluribus seq. lib. j. Crau.consi.299.col.3. & seq.& consi.302.num.5.& seq.si igitur est renunciata, ergo amplius non reconualescit, & per consequens attentata non reuocantur,Rot.decis.357.num.j.in fin.Ias.in l.j.nu.j.C.de bon. poss. secundùm tabul.Paris.cōsi.41.nu.36.lib.j. Vant.in tract. de nullit.in tit.quot.& intra quod temp. nu. 48. & in his terminis hæc secunda opinio procedit.

Aut attentans non fuit ad iura sua probandum in re attētata admissus,ex quo aduersarius suus instetit, illum non debere audiri,nisi prius reuocatione attentatorum facta;& tunc attētata ante omnia reuocantur, antequam attētans super meritis causæ audiatur. c.non solùm, & in his terminis loquitur prima opinio, propterea tu appellantis procurator sis cautus, vt non admittas probationes super meritis causæ fieri, nisi prius reuocatione attentatorum facta, quæ omnino est facienda ante omnia,si ad huiusmodi reuocationem instabis, dicto c.non solùm,l.j.& ibi Doct.ff.nil nou.appel.pend.

367 Et † vt hanc pleniùs attentatorum materiam habeas, & illam scias practicare,debes scire,quòd regulariter attentata per tertium non ante omnia reuocantur, Rot. decis. 58. in antiq. Afflict. decis. 354. numero 20. Vant. in tracta. de nullit.in titu. quis possess.dic.de nullita.numero 20.

Quæ regula primò limitatur nō procedere,si tertius causam à vitioso habuisset, vel cum appellato innouasset, nam hoc in casu, si spoliatus contra hunc tertium per attentatorum viam ageret,ante omnia reintegraretur,Afflict.decis.354.nume. 21. Vant.in tract.de nullit.in titu.quis poss. dic. de nullit. num. 20. Dominus meus Socin.Iunior consi.52. nu.13. lib. 2. secus verò erit,si tertius de per se principaliter possessionem intrasset: nā respectu innouationis non innouatum dici potest, ex quo appellatio contra illum non est, meritò si reuocatio huius possessionis ita per tertium apprehensę non fit,nisi ordine iuris seruato petatur,glo.est in verbo,Reducendum,c.non solùm,de appellat.in 6.Abb. in d. c. bonæ memoriæ, nume.16.& 18. & ibi etiam Franc.col.j.& seq.Marant.in tract. de ord. iud.in 6. par. in secundo actu, vltimæ par.nu.163. nisi iudicis iurisdictio per attentata impediatur: nam si impeditur, tunc per iudicem ad quem attentata reuocantur per viam attentatorum : secus verò si non iudicis iurisdictio impediatur:nam hoc in secūdo casu attentata per iudicem ad quem non reuocantur, sed per ordinarium tātùm,ordine iuris seruato,Io.And.in d.c.nō solùm, in gl.fi.circa primum.Ang.in l.per hanc,num.6.C de temp.appell.Dec.in c.cum teneamur,nu.6.de appel.

368 Et † possessor, qui reali actione, vel personali principaliter conueniatur, si lite pendente rem possessam & tertio litigiosam effectam cedat,hæc cessio nō de iure sibi permittitur,quāuis lite pendente ille sua vti possit possessione,c.j.& 2.vt lit.pen den.& continuando possessionem non attentat,& ideo causa attentatorum cessat, Card.in clem.fi.vt lit.pend.Dec.cons.103. col.j.Capic.decis.72.Berous quæst.suis famil.q.120.nu.13. tamē dico, q̃ ille sua vti potest possessione dummodo illa absq; litis, partisque præiudicio vtatur:nam si aliquod liti,partique præiudicium afferat, quod equidem erit, si alicui pendente lite rem cederet,& tunc reor,q̃ hoc in casu, cessio proculdubio per attentatorum viam reuocatur,Ripa in c. cùm M. nu.193.ver.potest responderi,de const.

369 Secundò † etiam prima regula limitatur, de æquitate canonica non procedere,cuius virtute, si tertius etiam non sit spoliator,remedium attentatorum contra hunc tertium singularē successorem competit.Card.Alex.Francisc.& Dec. in c. bonæ memoriæ,nu.7.de appellat.Dominus meus Soc. Iun. consi.52. nu.11.& seq.lib.2.etiam si tertius in vitium nō successerit,Fely. in d.c.dilecti,nu.4.ver.gesta principaliter.

370 Attentansq́; † appellatione pendente, rem non tantùm innouatam restituere tenetur, verùm & omnes quoque fructus ex dicta re perceptos,à die appellationis interpositæ, tex. est in c.bonæ memoriæ,in fi.de appellat.Dec.consi.200.num.1. Marant.in tract.de ord.iud.in sexta par.in secūdo actu, vltimæ par. nu.395.simul cum expensis per appellantem factis,Dec. in d.c. bonæ memoriæ,num.8.& si iudex in sententia attentantem in expensis non condemnaret, quippe illum mox condemnare poterit,Rot.decis.473.in antiquis.

371 Et † innouationis reuocationem per attētatorum viam petendo,tutius est, ad effugiendum Doc.opiniones, q̃ appellans in libello dicat,omnia attentata post appellationem ante omnia esse reuocanda, sed ea quoque quę contra appellationem innouata fuere,vt dicit Addit.ad lecturam Abb. in c. cōsuluit, el 2.de appell.sed Abb.ibi nu. 7. Doctorum opiniones recitat, tamen ibi dicit,& concludit, q̃ iudiciorum cursus admittitur, & sufficit dicere,peto omnia post appellationem innouata reuocari. idem affirmat Oldrad. consi. 206. nume.7. sed Dec. in dicto cap. consuluit, numero 5. dicit dictum Abb. procedere posse, si pars non opposuerit: secus autem si pars opponet, quia tunc libellus generalis non sufficit, nisi ex narratis in libello comprehendatur, id quod libellans dicere velit, vt ibi per Decium.

372 Et omnia attentata † veniunt irritanda, quæ post appellationem iudicialem legitimè interpositam fiunt, licèt cōtra appellationem de directo non sint: secus verò erit in appellatione extraiudiciali, in qua tantùm retractantur innouata, quæ post appellationem,& contra appellationem fiunt, Abb.in d.c.consuluit,el 2.nu.7.Felyn.in c.dilecti,col.fi.de maior.& obed.Dec. in c.solicitudinem,nume.4.de appella. Soc.consi. 45.nume.5. lib. j. & rationem inter hos casus differentiæ assignat Lanfran. in d.c.quoniam contra, in verbo, Interlocu. & appellat.nume. 130.Marant.in tract.de ord.iud.in 6.par.in secundo actu, vltimæ par.num.390.

373 † Attentataq́; appellatione pendente iudiciali,vel extraiudiciali ipso iure sunt nulla,si appellatio legitimè interposita sit,& per attentatorum viam reuocentur,d.c.nō solùm,cum sua materia,Abb.in d.c.consuluit,el 2.num.8.Alex.cōsi. 99.nu.5.lib.5. Paris.consi.28.nu.29.lib.j.bene autem verum est, vt attētata in appellatione extraiudiciali reuocentur, necesse est,q̃ appellatio iudici,& parti intimata sit,aliàs iudex,& pars,in attentatorū causa sine metu procedere potuissent,ex quo attentata, per illos qui appellationem ignorant, non reuocantur, Franc. in c.

bonæ

Source : BIU Cujas

bonæ memoriæ, nu.42. de appellat. Canon. in c. ſi iuſtus metus, eo. tit. Marant. in tract. de ord. iud. in 6. par. in ſecundo actu, vltimæ par. num. 391.

374 Et † innouata pendente appellatione à diffinitiua ſententia regulariter ſtatim & ante omnia reuocantur, d. c. nō ſolùm, & vt ſupra ſæpe tetigi, etiam ſi appellatio deferatur, renuncieturque, Abb. in c. cum veniſſent, nu. 9. circa medium, de eo qui mittit. in poſſ. Iaſ. in l. j. nu. j. & ibi etiam Dec. nu. 2. C. de bon. poſſ. ſecundum tabu. Rot. deciſ. 130. in nouis. niſi deſertio in actis conſtaret, & declaratum eſſet, appellationem fuiſſe deſertam; quia hoc in caſu attenta nō reuocātur, Rot. deciſio. j. in nouis. Guid. Papæ q. 213. num. 6. Vant. in tract. de nullit. in tit. quot. & intra quod temp. nu. 48. & vt aliàs tetigi.

Et quamuis Marant. in tractatu de ord. iud. in ſexta par. in ſecundo actu, vltimæ par. num. 188. & ſeq. velit, ꝙ hæc declaratio per iudicis appellationem non requiratur, & ibi modum reuocandi attentata dat: tamen ego arbitror hanc concluſionē eſſe veram, niſi eſſemus in caſu, in quo, ex ſtatuti forma tempora appellationis proſequendæ eſſent vtilia, vt puta, quando ſtatutum velit, ꝙ appellationis cauſa intra triginta dies expediatur: tunc enimuerò à iudice appellationis neceſſariò ſuper appellationis deſertionem requiritur declaratio, aliàs attentata reuocarentur, Francus in c. ex ratione, nu. 101. de appell.

375 Et † attētata non reuocātur; cum appellatio iniuſta, fruſtratoriaq; ſit, & non legitimè interpoſita nam paria ſunt, non appellare, & fruſtratoriè appellare, Abb. in c. cum veniſſent, num. 10. de eo qui mitti. in poſſ. Docto. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudi. & ſi appellatio non extat, nō poteſt dici innouatum, & cauſa attentatorum ceſſat, & ideo ſi attentata non reuocantur, Guid. Papæ q. 213. num. 6. Pariſ. conſil. 41. num. 36. & ſeq. & cōſ. 108. nu. 26. lib. j. Dominus meus Soc. Iun. conſi. 138. nu. 17. lib. 3. Vant. in tract. de nullit. in tit. quot. & intra quod temp. num. 48. & vt aliàs ſupra dixi.

Et in quibus aliis caſibus attentata poſſint fieri, & non reuocantur, vide remiſſiuè Iaſ. in l. j. nu. 3. C. de bonorum poſſ. ſecundùm tabu. & vt ſupra aliàs retuli.

376 Sed † ſi ſpoliatus ſiue per vim, vel clam, & contra ſpoliatorē agat remedio. c. reintegrāda, 3. q. j. & l. ſi coloni, C. de agr. & cēſ. lib. 11. & ſpoliator proprietatis exceptionem opponat, dico, ꝙ illa proculdubio reijcitur, per tex. clarum d. l. ſi coloni, nam ibi violentia non aderat, & tamen ante omnia ſerui reſtitutio fit, reiecta dominij exceptione, & hoc etiam ob generalitatem d. c. reintegranda quod c. loquitur, ſiue ſpoliatus per negligentiā, ſiue per vim à ſua poſſeſſione ceciderit, ſiue per quamcunque cauſam, ergo patet, ꝙ violentia in poſſeſſorio recuperandæ ēt ceſſante proprietatis exceptio regulariter reiicitur, c. item cum quis, & ibi Abb. num. j. de reſt. ſpol. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 15. & ſeq. ff. de acq. poſ. ſecundùm magis communem verioremq; doct. concluſionem, vt habetur per Iaſ. in l. rem quæ nobis, num. 19. ff. de acq. poſſ. iuxta quam aſſerit ſe ſæpiſſimè conſuluiſſe, & ibi etiam Soc. num. 20. ver. ſed circa prædicta dubitatur, Dec. conſi. 57. num. 6. Zuccard. in l. fi. nu. 134. C. de edict. Diu. Adr. tol. Plot. in l. ſi quando, nu. 732. & ſeq. C. vnd. vi, Balbus in tract. præſcrip. in quarta par. quartæ par. principal. verſ. vigeſimoquartò, nu. 3. & ſeq. Pariſ. conſ. 107. num. 36. lib. j. Io. de Ami. conſi. 97. num. 10. D. meus Soc. Iunior conſi. 68. nume. 129. lib. 3.

Rip. autem in d. §. nihil commune, nume. 73. dicit, ꝙ opinio Alex. (quæ eſt communis) procedit, quādo ſine iuſta cauſa à poſſeſſione cecidit, ſecus verò eſt, ſi ſpoliatus ageret, tāquam à Domino priuatus fuiſſet; quia tunc proprietatis exceptio in reintegrāda admitteretur. ego autem fateor id dictum ſuum proculdubio eſſe verum, ſi ſpoliatus fateretur, ſe à Domino rei ſpoliatum fuiſſe: nam ob eius confeſſionem in iudicio emanatam nō aliam probationem requirentem cōſtaret notoriè, & liquidò, proprietatem rei ſpoliatoris eſſe, meritò, ſi hoc in caſu proprietatis exceptio in reintegranda admittatur, vt infra dicam, ſed regulariter ergo proprietatis exceptio reiicitur.

377 Quæ concluſio quoq; † ampliatur, ſi ſpoliator ſe incontinēti ſuum plenariè dominium probare offerat, niſi prius poſſeſſione ſpoliato reſtituta. Bar. in d. §. nihil commune, nu. 3. & ibi etiam Alex. nu. 10. Iaſ. nu. 43. & Rip. nu. 52. & lib. j. reſpon. c. j. nu. 83. Soc. in l. rem quæ nobis, nu. 20. circa medium, ff. de acq. poſſ. Iaſ. in l. 2. num. j. C. de edict. Diu. Adr. tol. Plot. in d. l. ſi quādo, nu. 732. in fi. Roland. conſi. j. nu. 26. lib. j. non obſtante ꝙ Pariſ. conſi. j. num. 171. lib. j. dicat, doct. vario modo in hoc articulo locutos fuiſſe, tamen de iure verior, communiorq; eſt, proprietatis exceptionem in reintegranda non eſſe admittēdam, tex. eſt ad literam in cap. literas. §. propterea de reſt. ſpol. niſi proprietatis exceptio notoria ſit, quæ in reintegranda quoq; non reiicitur, ad impediēdum poſſeſſionis reſtitutionem fieri, Rip. poſt doc. ibi in d. §. nihil commune, num. 70. Alex. conſi. 77. nu. 12. lib. 2. Dec. conſi. 191. nu. 9. ver. 4. & conſi. 449. nu. 20. Ruin. conſi. 27. nu. 5. ver. & prędicta, lib. 5. Gozad. cōſi. 50. nu. 19. Pariſ. conſ. j. nu. 169. & ſeq. & conſi. 10. nu. 68. lib. j. Cur. Iun. conſ. 175. num. 5. vbi dicit hanc eſſe communem doct. opinionem, Gram. conſi. 2. nu. 11. in ciui. D. meus Soc. Iun. conſi. 48. nu. 13. lib. 2. Crau. conſi. 248. num. 6. verſi. nec obſtat, & hoc eſt, quia in notoriis iuris ordo relaxatur, Dec. conſi. 506. nume. 4. Rip. in d. §. nihil commune, num. 186. in fi.

378 Difficultas igitur erit in † cognoſcēdo, an quando dominiū rei ſpoliatæ ex ſpoliatoris parte notorium dicatur, taliter ꝙ in iudicio reintegrandæ non reiiciatur, & dic, ꝙ quando ſpoliatus narrat ſe à domino priuatum fuiſſe, quę eius confeſſio ita in iudicio facta notoriiſſimè dominium rei ſpoliatæ ſpoliatoris eſſe probat, meritò ſi hoc in caſu exceptio proprietatis in reintegranda admittatur, vt habetur in c. ſignificaſti, de diuor. & in c. ad decimas, de reſti. ſpol. Alex. in d. §. nihil commune, nu. 27. & ibi etiam Rip. nu. 73. & Rub. nu. 83. & ſeq. Dec. conſ. 191. nu. 9. in fi. & ſeq. Pariſ. conſi. 10. nu. 68. lib. j.

379 Vel & quando † præſumptio de iure communi contra agētem ſit, vt in c. ad decimas, de reſt. ſpol. Alex. in d. §. nihil cōmune, nu. 23. Gram. conſi. 2. nu. 10. & ſeq. ego hanc autem fallentiā nō puto eſſe veram; quia poteſt eſſe, ꝙ ius in re ſpoliata ſpoliato competat, dominiumq; rei eidem ſpectat, meritò ſi ita de facto à ſpoliatore ſua poſſeſſione nō ſpoliari potuit, niſi illo prius citato c. licèt epiſcopus, de præb. in ſexto.

Non obſtat d. c. ad decimas, nam ille tex. loquitur, quādo exceptio ſpoliati intentionem ſpoliatoris fundat, vt in præceden ti limitatione dixi, meritò ſi in illo caſu proprietatis exceptio admittatur, Abb. in c. in literis. num. 29. de reſt. ſpol. quod ergo non ſic eſt, quando ſpoliati exceptio intentionem ſpoliatoris non fundat, ergo hæc duo neceſſariò requiruntur, videlicet vt non ſolùm iuris præſumptio ſit, quæ ex ſpoliati parte iniuſtitiā poſſeſſionis oſtendat, ſed quoq; neceſſe eſt, vt poſſeſſionē ſpoliatoris iuſtificet, Rip. in d. §. nihil commune, nu. 78. declarādo hanc limitationem pluribus aliis modis, vt ibi per Rip.

380 Vel † & niſi quando exceptio proprietatis per inſtrumentū tantùm probetur, & non aliqua facti probatio requiratur, tunc enimuerò illa probatio erit notoria, & in iudicio reintegranda quoq; admittitur, Abb. in d. c. in literis, nu. 29. & in c. item cum quis, nu. 10. de reſt. ſpol. Alex. in d. §. nihil commune, num. 28. & ibi etiam Iaſ. nu. 46. Dec. conſi. 302. col. fi. in princip. Curt. Iun. conſi. 127. num. 6. quia illa exceptio eſt probata, & non proban da, Zuccard. in l. fi. num. 75. verſ. ex quibus, C. de edict. Diu. Adr. tol. quam concluſionem reor eſſe veram, ſi ſpoliatus nihil con tra inſtrumentum, vel eius contractum excipiat, neq; probet, aliàs ſecus erit, Crau. conſi. 299. nu. 8. & conſi. 302. col. 4. in fi.

381 Vel † & niſi, exceptio proprietatis ꝓpoſita ſit admiſſa, & probata, parte non reluctante, neq; proteſtante, dominii exceptio nem non eſſe admittendam; nam his probationibus dominiū reſpientibus factis, in actisq; apparentibus, reſultaret concluſio clariſſima, dominium rei ſpoliatę ſpoliatoris eſſe, & notoriè ad illum ſpectare; quia acta rem notoriam faciunt, c. cū olim, vbi Abb. de verb. ſig. Dec. conſi. 191. nu. 9 verſ. quartò, & conſi. 302. col. fi. in prin. Pariſ. conſi. j. nu. 170. lib. j. Crau. conſ. 302. nu. 6. meritò ſi proprietatis exceptio non reiicitur; cum eo in caſu ſit ꝓbatio probata, & non probanda, c. j. de reſt. ſpol. Abb. in c. in literis. nu. 29. de reſt. ſpol. Bal. in l. fi. nu. 42. verſi. 2. eneruādo, C. de edict. D. Adr. tol. Alex. in d. §. nihil. commune. nu. 31. & ibi etiā Iaſ. nu. 43. & pluribus ſeq. vbi aſſerit hanc eſſe communē doct. opinionem, quamuis ibi dicat, ꝙ diſputatiuè loquēdo, contrarium ſuſtineri poſſit, & male meo quidem iudicio, vt ego infra ad eius iura in cōtrarium per illum allegata reſpōdebo, hāc opinionem ſequitur Crau. conſi. 248. nu. 5. & ſeq.

Et hāc quoq; communem Doct. opinionem ſequitur Rip. in d. §. nihil commune, nu. 72. & ibi etiam Rub. nu. 82. Cagno. in l. nemo prædo, nu. 3. ff. de reg. iur. Alex. conſi. 77. nu. 13. lib. 3. Dec. conſi. 302. col. fi. Curt. Iun. conſi. 175. nu. 5. Pariſ. cōſi. j. nu. 170. & ſeq. & conſi. 112. nu. 61. & conſi. 113. num. 6. & ſeq. lib. j. & cōſi. 11. num. 10. lib. 4. Grammat. conſi. 169. num. 9. in ciuil. Crau. cōſi. 299. col. 3. in fi. & ſeq. & ratio eſt in promptu; quia tam notoriè apparētem proprietatem rei ſpoliatæ ad ſpoliatorem ſpecta re & eſſe, meritò ſi illa proprietatis exceptio ita probata in iudi cio reintegrādæ nō reiiciatur; cum fruſtra poſſeſſorium tractatur tam notoriè petitorium apparēs, ex quo petitorium poſſeſſorii cauſam abſorbet, c. j. & ibi ſcribētes, de reſt. ſpol. Pariſ. d. cō ſi. 113. num. 5. Crau. conſi. 299. nu. 8. ver. ſi itaq;, & cōſi. 302. col. 4. in fi. & conſi. 248. num. 5.

Et prout in ſimili dicitur de illo, qui ſententiam pro ſe obtinuit, quæ in rem iudicatam tranſiuit, ſi deinde paſſus ſit ſuper illius iniquitatem diſputari, nō mox quoque exceptionem rei iudicatæ opponere poterit, quamuis exceptio litis finitæ ſit, Io. de Am. conſi. 33. nume. 35. ita ergo & in propoſito noſtro dici debet, ꝙ exiſtentibus probationibus dominium rei ſpoliatæ reſpicientibus factis, non contradicente ſpoliato conſenſiſſe cēſetur illas eſſe admittendas, meritò ſi illis ita probatis, ipſæ quoque in iudicio reintegrandæ admittantur, cum cauſa petitorij cauſam poſſeſſorii abſorbeat. c. j. & ibi Canon. de reſt. ſpol. ſecus ergo erit, ſi ſpoliatus ſe oppoſuerit, ne probationes dominium reſpi-

Source : BIU Cujas

respicientes admittantur:nam illo contradicente si admitterẽtur,non ei præiudicabunt, quin spoliatus ante omnia in suam possessionem reintegretur.Gram. decis.89. nu. 3. sed ego puto non sufficere simplicem cõtradictionem ad inualidãdum hãc probationem dominium rei spoliatæ respicientem, sed requiritur, ꝙ ab illa admissione dictarum probationum appelletur, Crau.cons.248.nu.4.aliàs non se appellando consentire censetur,meritò illis admissis,probatisq;,absq; alia cõtradictione,appellationeq;,si super illis quoq; iudicatur,cum (vt dixi) causa ꝓprietatis causam possessorij absorbeat, Curtius Iun.cõsi.175.nume.2.Crau.consi.299.num.8.& cõsi.302.col.pe in prin.& ideo bene tu spoliati procurator aduertas, vt non tantum contradicas,sed à dicta quoq; illarum admissione appelles.

382 † Et si diceretur,ꝙ in libello de possessione tãtùm fuit dictũ, & sententia libello conformis esse debet,l.vt fundus,ff.comm. diuid.ergo sententia super petitorio nõ profertur,sed super possessorio tantùm,iuxta libellum.

Ego huic autem argumento respõdeo, & dico, illud esse verum, nisi prosequutio super vtrunq; facta sit; quia tunc super prosequutis sentẽtia proferri potest;& ideo igitur super dominio probato, Iarisconsi.113.num.j.& seq.lib.j. & si proprietatis exceptio ab initio proponatur,& lis contestetur, spoliato non reluctante, neque contradicente, iuxta doctrinam Aret. in §. quadrupli, Instit.de act.super dominio iudicatur,non tanquam incidenter probato, Dominus meus Cęphal.consi.289. nu.34.

383 Et in iudicio quoque † reintegrandę communiter Doct.cẽsuere, ꝙ rei iudicatæ exceptio circa proprietatem in rei fauorẽ conuenti prolatæ obstat, vt latè habetur per Alex. in d.§.nihil commune,nume.12.& pluribus seq. & spoliato imputatur cur in possessorio prius,quàm in petitorio non egerit, iuxta consilium Caij Iurisconsulti in l.is qui destinauit,ff.de rei ven.& passus fuerit super dominio rei prius agi, & pronunciari, meritò si tunc exceptio rei iudicatæ circa proprietatem in rei fauorem prolatæ obstat dictõ c. j. & ibi Scribentes communiter prælegati vt supra.

Quam conclusionem enimuerò puto esse veram, & procedere posse, si sententia in petitorio in rei fauorem fuerit prolata;quia probauerit se dictæ rei dominum esse.secus verò erit, si in fauorem rei promulgata sit,solum ex eo, ꝙ actor non suam probauit intentionem; quia tunc per sententiam nõ probatur, se dominum rei spoliatæ esse,l.sed & si possessori, ff. de iureiur. meritò si eo in casu exceptio rei iudicatæ non impediat, rei restitutionem ante omnia fieri, Alex.in d.§.nihil commune, nu. 12.& ibi etiam Rip.nu.44.

Quæ conclusio quoq; procedit,si ante spolium sententia in petitorio promulgata sit,nam potest esse,ꝙ post sentẽtiam spoliatus rei spoliatæ dominium acquisiuerit; ergo per dictam sententiam non probatur,dominium spoliatoris suum esse,meritò si rei iudicatæ exceptio non restitutionem hãc fieri impedit: secus verò erit,si post spolium lata sit,Alex. & Rip.præallegati in locis vt supra.

Et si spolium fuit factum, ante sententiam in petitorio contra spoliatum promulgatam, spoliatus profectò nõ potest se super pęnam,l.si quis in tantam,C. vnde vi.fundare, ratioque in promptu est; nam spoliatus in petitorio agens ius suum omne deduxit:& ideo si succubuit, etiam respectu pœnæ succubuisse censetur meritò si spoliatus amplius non allegare possit spoliatorem in pœnam d.l.si quis in tantam,incidisse,Rip.in d.§.nihil commune,num.45.

384 Et tu caudicè quoq; semper aduertas,ꝙ † exceptio proprietatis notoria in reintegrandæ iudicio non reijcitur,vt supra dixi,sed tu intellige hãc propositionem esse veram,si illa proprietatis notorietas iudici,vt iudici constaret,secundùm receptissimam Doct.conclusionem,vt habetur per Alex.cons.117.num. 10.lib.4.& ideo non ab re dixit Rubeus cons.167.num.8. quòd prædo non restituitur, si de dominio spoliatoris in iudicio cõstat,ex quo dominii probatio est probata,& nõ probanda,meritò si exceptio proprietatis tam notoria in hoc iudicio reintegrandæ non reiicitur,d.c.j.& vt supra plenè aliàs dixi.

Et hæc quoq; conclusio comprobatur per text. clarum in c. porrò, de diuort.vbi ille tex.apertè dicit,ꝙ ẽt si parentela sit publica,& notoria, maritus absq; iudicio ecclesiæ suam compelli tur recipere vxorem dimissam;quia illa parentela ibi in iudicio non erat cognita,in fine verò d.capituli legitur, quòd si iudici cõstaret Ecclesiastico,vt iudici, illam parentelam esse notoriã, eo in casu matrimonium ex officio illicitũ dissoluere tenetur, ergo ex dicto text.deprehẽditur,ꝙ si iudici Ecclesiastico, vt iudici constaret,illam parẽtelam esse notoriam, eo in casu iudex Ecclesiasticus matrimonium ex officio illicitum dissoluere tenetur, ergo per dictum capitulum probatur, ꝙ illa notorietas iudici,vt iudici constare debet, ad hoc vt proprietatis exceptio notoria dicatur, & impediat restitutionem rei spoliatæ spoliato fieri, & ita in his terminis loquitur capit. significasti, de diuort. in contrarium allegatum à Ias. in dicto §. nihil commune,nume.46.

Et si quis subtiliter diceret, quòd in dicto c.porrò, parentela erat à marito proposita,ergo erat publica & notoria, & tamen reijcitur, ergo illud capitulum contra nostram conclusionem apertè facit.

Ego autem huic breuiter obiectioni respõdeo, & dico, ꝙ in d.c.porrò, ibi exceptio parẽtelæ à marito simpliciter proponebatur,non allegando parentelam fuisse & esse publicam, & notoriam, ideo hac ratione maritus suam compellitur recipere vxorem,non obstante notorietate parentelæ,vt in d.c. dicitur, ratioq; dicisionis dicti cap.porrò,potest esse; quia non sufficit, ꝙ dicta parentela sit notoria,nisi eius notorietas,iudici allegetur,& vt iudici constet.Alex.d.consi.117.nu.10.nam sæpe multa dicuntur notoria, quæ non sunt,c.consuluit, el j.de appella. Abb.consi.33.num.4.lib.j. Rom. consi.324.nume.4. circa medium. & ideo cautela est, ꝙ per iudicem declaretur, illud esse notorium,Bart.in l.emptorem,nume.3.ff.de actio. empt. Dec. in cap.peruenit,nume.3. versic. & eo casu,de appellat.& consi. 483.num.27.

385 Et † quamuis notorium probatione non egeat., tamen allegatione indiget,& præsertim cum pars in iudicio sit præsens,& notorietatem non allegat;nam eam non allegando, ei renunciasse censetur, meritò si in eo casu notorietas in nulla à iudice habetur consideratione,Ias.in l.ex quacunq;,num.36 ff.si quis in ius voc.non ier.in casu igitur d. c. porrò, maritus in iudicio erat præsens,vt clarè in eo legitur,ibi dum dicit: quia eam fuisse cognatam vxoris defunctæ proponit:si ita ergo à marito ꝓponebatur,ergo necessarium erat, vt ille in iudicio præsens esset,cum priuatio præsupponat habitum,vt habetur in l.decem, ff.de verb.oblig.si in iudicio igitur præsens fuit,& non hanc allegauit parẽtelam fuisse notoriam,tacitę notorietatis exceptio à marito renunciata censetur.meritò igitur si eo in casu,nõ obstante notorietate parentelæ maritus suam recipere vxorem compellatur, ergo d. c. porrò, ita intellectum non obstat conclusioni nostræ firmatæ.

386 Nec quicquam refert dicere, † ꝙ nihil commune proprietas cum possessione habet,d.§.nihil commune,& ibi Ias.num. 20.& 46.versi.secundò igitur &c.

Nam respõdeo,id esse verum, & regulariter procedere posse, nisi spoliatus in petitorio egisset & succubuisset; nam tunc exceptio rei iudicatę notoria circa proprietatem in iudicio reintegrandæ non reijcitur,d.c.j.Cag.in l.nemo prædo,nu.3. ff.de reg.iur.Crau.consi.248.nu.5.

Et quamuis Ias.in d.§.nihil commune,nume.46.dicat,c.primum,de rest.spol.loqui,quando super vtroq; fuerit pronuncia tũ, videlicet super dominio & super possessione, prout & quoque in eisdem terminis affirmat Paris.consi.j.num.171.lib j.tamẽ Ias.ibi dicit in loco allegato hanc esse meram diuinationẽ, & non tutam,sed ego illam arbitror penitus esse falsam,& à veritate abhorrere:nam perspicuè constat in d.c. j. spoliatum ante omnia esse reintegrãdum, nõ obstante exceptione proprietatis proposita, nisi spoliatus admissioni proprietatis ꝓsentiret: nam illo consentiente diaconus ecclesiæ ad proprietatis exceptionem admissus fuit:si ergo non consensisset, nõ ad hanc ꝓprietatis probationem admissus fuisset.ergo ibi probatur, ꝙ in d.c.j.de mero possessorio & non de petitorio tractabatur:nam si super vtroq; iudicium,videlicet possessorium, & petitorium ibi fuisset agitatam, non profectò consensus spoliati requireba tur, sed absolutè diaconus ecclesiæ fuisset admissus ad probandum proprietatem rei:cum igitur absq; cõsensu nõ admittitur, & cum consensu spoliati admissus fuit, meritò vtiq; concludo d.capitulum primum, in iudicio tantùm mero possessorio, & non in petitorio loqui,ergo Ias.vt supra malè & perperam loqueretur in intellectu,d.c.j. si velit, ꝙ illa diuinatio sua sit vera.

387 Et pro complemento † reintegrandę in hoc tantùm articulo scias quoq;,ꝙ non proprietatis exceptio reiicitur,si possessorium reintegrandæ contra aliquem agas pro alicuius fortilitij, castriq; recuperatione,ratioq; in promptu est: nam si spoliatus non amissa proprietatis exceptione,probationeq;,ante omnia reintegraretur, si deinde cõtingeret cum eo iudicium super ꝓprietatem dicti castri agere, & spoliatus iam reintegratus sentẽtiam in petitorio contra se reportaret,deindeq; noluisset castrũ victori reddere,difficilè sententia exequeretur,hac ratione dominii quæstio in iudicio reintegrãdæ amittitur,antequam spoliatus ad eius restitutionem admittatur,Castr. in l. 2. & ibi etiã Ias.nu.j.in fi.C.de edicto D.Adr.toll.Alex.in d.§.nihil commune,nu.20.& seq.& ibi etiam Rip.nu.75.& seq.& in terminis feu di Carpi in his terminis cõsuluit Soc.consi.87.nu.24.lib.3. Dominus meus So.Iun.cõs.67.nu.25.lib.j.Paris.cõsi.1.nu.177. lib.j.

Et quamuis pleriq; intelligere velint, hanc propositionem esse veram, si spoliatus & spoliator non sub eodem Principe sint,sed secus erit, si ambo essent subditi vnico tantum Principi,qui ipsis duobus imperaret;quia tunc etiam proprietatis probatio in iudicio reintegrandę reiicitur, Rubeus in d.§.nihil cõmune,nu.95.Paris.consi.22.nu. 102.& 104.lib.j.Rolan.consi.1. num.77.& seq.lib.j.

Sed

Source : BIU Cujas

Sed ego quoq; arbitror, ꝙ ſpoliatus & ſpoliator ſub eodem Principe ſint, ꝙ propter hoc proprietatis quæſtio non reijciatur, cum de fortilitio tractatur, cuius recuperatio ſit valde difficilis. Ratioq; eſt: nã quid intereſt, ꝙ ambo Imperatori ſint ſubditi, ſi ſpoliatus ante omnia non quæſtione proprietatis admiſſa reintegratur, & deinde ſententia in petitorio contra ſe feratur, nolitq; caſtrũ, fortilitiumq; victori domino reddere, quomodo abſq; difficultate magna, & ſine expenſis maximis Imperator ſententiam effectualiter exequeretur, & compelleret victum victori ad relaxãdũ illud, ſi ſe Chriſtianiſſimo Regi ęqualis potentię illius Imperatoris recõmendaret, illeq; patrociniũ illius ſuſciperet, proculdubio hac ratione fortilitij recuperatio eſſet perdifficilis, vt quotidie per experientiam videmus, quæ eſt rerum magiſtra, c. quàm ſit, de elect. in 6. & ideo concludo, & bene, ꝙ quando tractatur de fortilitio, quæſtio dominii in iudicio reintegrandæ indiſtinctæ admittitur, & diſcutitur, Soc. dicto conſi. 87. nume. 24. deciſio. Pedem. 26. ſub nume. 6. Rub. conſi. 13. ſub num. 17.

388 Et † hęc ꝯcluſio cõprobat; nã videmus, ꝙ ſi emphyteuta irrequiſita eccleſia rẽ emphyteuticã alienaret, cũ reſerua & ꝓteſtatione, ꝙ oĩa iura eccleſiæ ſemper ſalua & reſeruata ſint, & nõ aliter nec alio modo &c. ꝙ tunc emphyteuta in cõmiſſum nõ incideret, Abb. in c. 2. nu. 10 de feud. Fel. in c. q̃ in eccleſiarũ, nu. 85. ver. ſaluatur, de conſt. Iaſ. in l. fi. num. 142. C. de iure emph. Alex. cõſi. 3. nu. 4. lib. j. Cur. Sen. conſi. 8. nu. 3. vſq; ad fi. conſilij Rip. lib. j. reſponſ. c. 2. num. 4. circa medium, & in c. cum M. Ferrarienſis, nu. 80. de conſti. Iacob. de Sancto Georgio in tract. ſuo de feud. ſub ver. & cum pacto, nu. 23. fol. 46. Mem. Catel. Cottæ incipiẽte, in verbo, Emphy. alienans irrequiſito domino, & Guid. Papę q. 163. aſſerit ita fuiſſe iudicatum Gozad. conſi. 3. nu. 22. & ſeq. Pariſ. conſi. 6. nu. 24. & ſeq. lib. 4. Rub. conſi. 146. nu. j. Gram. deciſ. 49. num. 4. D. meus Cęphal. conſi. 296. num. 11 quam opinionem tanquam magis crebriorem & æquiorem ſequitur Rol. conſi. 51. ſub nu. 30. ver. verum iſtam partem, lib. 2. niſi emphyteuta (alienatione ſecuta) emptori emphyteuticum traderet, & emphyteuticum ſit vnum caſtrum, vel fortilitium, recuperatio cuius ſit valde perdifficilis, tunc reor, ꝙ non obſtante proteſtatione & reſerua facto contraria, alienans in commiſſum incideret, Fely. in d. c. quæ in eccleſiarum, nu. 85. verſic. ſecundus caſus, Rip. in c. cùm M. num. nu. 80. de conſt. & in lib. j. reſponſ. c. 2. nu. 18. & num. & 21. quæ opinio Fely. vt ſupra ſemper Curt. Iun. placuit, prout ipſe atteſtatur in tract. ſuo fetid. in 4. par. nu. 112. Cot. in memor. in verb. Alienans irrequiſito Domino, fol. 265. Cur. Sen. conſi. 8. nu. 10. Rub. conſi. 13. num. 18. Tiraq. in tract. de iure conſt. in 3. par. lim. 26. num. 6. Iulius Clarus in tract. ſuis in §. emphyteuſis, num. 13. verſ. item quæro, Roland. conſi. 51. num. 30. lib. 2. & hæc eſt communis Doct. diſtinctio, à qua in iudicando, & conſulendo non eſt recedendum, immo D. meus Cęph. conſi. 223. num. 38. & ſeq. indiſtinctè tenet, ꝙ (traditione facta) conditio domini ſemper durior fit, & per conſequens emphyteuta in commiſſum incidit.

Sed ego arbitror, ꝙ eius opinio ſit intelligenda ſecundùm Doctorum opinionem diſtinguentium vt ſupra, aliàs ſi Dominus Cęphalus alio modo intelligeret (ſalua pace tanti viri) malè (meo quidem iudicio) & perperam loqueretur, & contra cõmunem Doct. præallegatam: nam proculdubio ſi emphyteuticum non ſit vnum fortilitium, & eccleſia alienationi cõſentire noluerit, nõne illius recuperatio ſemper facilis erit, ſicuti emphyteuticum ad venditoris manus extitiſſet, certè ſic, ergo conditio domini (traditione etiam ſecuta) non fit deterior ob alienationem cum dicta clauſula factam, ita ergo & opinio D. mei Cęphalis in d. conſi. 223. nu. 38. & ſeq. eſt intelligenda ſecũdùm diſtinctionem communiter præallegatam, opinioni quorum ita diſtinguentium, & veritati adhærentium creditur. Alciat. in tract. præſump. regula j. præſump. 51. nu. 3. in fi. Dominus meus Soc. Iun. conſi. 121. num. 36. lib. 2. Rim. conſi. 50. num. 2. lib. 1. & D. quoque meus Cęphal. conſ. 278. num. 112. ita & in propoſito noſtro dico, ꝙ licèt proprietatis quæſtio regulariter in iudicio reintegrandę reijciatur, non tamen ſic eſt, quando de fortilitio, vel caſtro aliquo tractat, cuius recuperatio eſſet difficilis, ſi ſpoliatus ante omnia reintegraretur, ſpoliatore ſuper rei dominio nõ audito: nam tunc proculdubio quæſtio proprietatis admittitur, Rub. conſi. 13. nu. 17. & ſeq. Rolan. conſi. j. nu. 33. lib. j.

Bene ego autem fateor, ꝙ ſi ſpoliatus cautionem de reſtituẽdo fortilitium præſtaret, caſu quo in petitorio cõdemnaretur, & ambo ſub eodem Principe ſint, tunc proculdubio arbitror quæſtionem dominij in iudicio reintegrandæ non debere à iudice admitti, Rubeus d. §. nihil commune, nu. 95. Pariſ. conſ. 22. num. 103. lib. 1. Roland. conſi. 1. num. 79. lib. 1. deciſ. Pedemontana 26 num. 18.

389 Vel & † etiam proprietatis quæſtio in hoc reintegrandæ iudicio admittitur, ſi poſſeſſio erat vacans eo tempore, quo dominus illam apprehendidit, & dominium rei ſpoliatæ ſtatim ſpoliatoris eſſe probatur, Soc. in l. rem quæ nobis, num. 20. ver. ad quam obiectionem, ff. de acqui. poſſ. Dec. conſi. 191. col. pen. verſi. tertiò, Pariſ. conſi. 1. num. 172. lib. j. Crau. conſi. 322. nume. 4. verſi. quinto.

390 Vel & quoq; † niſi res ſola facti veritate inſpecta cognoſcatur, virtute cuius clauſulæ ordo iudiciarius tollitur. ergo & hoc in caſu proprietatis quæſtio non reiicitur, ſi incontinenti probatur, Dec. conſi. 449. nu. 21. Pariſ. conſi. 11. nu. 2. in fi. lib. 4. Rub. conſ. 4. nu. 12. Crau. conſi. 299. nu. 8. verſ. quartò reſpondeo, el j. & conſi. 248. in fi.

Et ſic in omni ferè materia explicatus remanet iſte nodoſus articulus, an quãdo poſſeſſio à iudice nulliter datur, ſi notoriiſſimè de iure poſſeſſoris in proprietate rei ſpoliatæ cõſtaret, vel incontinenti conſtare poteſt, ſit nouiter danda, & illa data ſit confirmanda, & ſi quæſtio dominij admittatur, antequam ſpoliatus reintegretur, vel ſi potius ſpoliatus ante omnia reſtituatur, antequam ſpoliator ſuper iuribus ſuis audiatur: tu igitur recurre ad dicta per me allegata vt ſupra, & perfectam illius reſolutionem, declarationemque habebis.

391 Nunc modo ſupereſt, † ꝙ pro complemento totius materię præſentis tractatus vnum alium diſcutiam articulum, cuius materia clauis præſentis tractatus fundamentalis eſt; cum omnes alij ferè articuli ab iſto articulo connexitatem, depẽdentiamq; quandam habeãt, vt ex præallegatis liquidò, & facillimè dignoſcitur. quare igitur diſcutiam, & quæram, an & quãdo quis legitimus contradictor dicatur. Bar. autem poſt gl. in l. fi. C. de edicto D. Adr. toll. num. 20. & ſeq. hunc articulum declarat, & ibi etiam Bal. 42. Salic. num. 19. Ang nu. 6. Alex. num. 23. Iaſ. nu. 23. verſi. aſſumo, Dec. num. 40. & ſeq. Cur. Iun. num. 70. & ſeq. Zuccard. nu. 316. & pluribus ſeq. at quia Doctores ſatis obſcurè, intricateq; hanc declarauerunt materiam, ſuperq; illam Moderni ſuas dilatauerunt fimbrias, eiusque terminos replicauerunt, vnum inculcãtes terminum cum alio, ita ꝙ veritas ex illorum dictis non ſatis multum bene comprehenditur. quare pro maiori igitur facilitate huius articuli rem ſuccinctè, breuiterque q̃ potero, pertractabo. concluſiueq; procedendo, materiamq; in tria capita principaliora diuidendo, vt omnes Doct. faciunt.

Et primò dico, ꝙ aut contradictor comparet ante licẽtiam de ingrediendo in poſſeſſionem, vel de immittendo in poſſeſſionem.

Secundò, aut comparet poſt dictam licentiam, vel iuſſum, ſed ante ingreſſum.

Tertiò, aut poſt licentiam, & etiam poſt ingreſſum.

392 Circa primum caput, † ſi tu procurator quæris, an competẽs ante licentiam de immittendo hæredem ſcriptum in poſſeſſionem bonorum poſſeſſorum, vel detentatorum per teſtatorem prædefunctum tempore ſuæ mortis hæredi à iudice datam, legitimus dicatur contradictor, ad impediendum hæredem ſum marijſſimè, & abſq; libello ob ſolam teſtamenti inſpectionem non aboliti, neq; cancellati, in poſſeſſionem immitti, & dic cõcluſiuè, ꝙ ſi contradictor non poſſidet, non auditur, ad impediendum hoc ſummarium iudicium nõ fieri, etiam ſi titulum ſimilem allegat, Ang. in l. j. C. de edicto Diu. Adr. tol. vel diſſimilem. vel allegat deficere ea, quæ de hæredis intentione ſunt. Ratioq; enim uerò in promptu eſt: nam ſi non eſt poſſeſſor, nihil ab eo petitur, prout fieret, ſi poſſideret, vt ex libelli forma colligitur, quam in principio huius ferè tractatus poſui, meritò ſi libellus non offeratur, arg. l. penultimæ. ff. de eden. & ſi non offeratur, ergo in his omnibus caſibus ſummariè proceditur, Bart. in d. l. fi. nu. 21. verſi. primus caſus, & ibi etiam Alex. nu. 23. verſi. primo caſu, Dec. num. 40. & Zuccar. num. 319. & pluribus ſeq. & nu. 331. verſi. iſtam ampliationem, Dec. conſi. 84. col. 2. ver. ſecũdò quia, Pariſ. conſi. 22. nume. 99. lib. j. D. meus Soc. Iun. conſi. 75. nume. 18. lib. j.

393 Sed bene aduertat iudex, ꝙ † contradictor allegando ea deficere, quæ de hæredis intẽtione ſint, perquirere tenetur, & videre, an illæ qualitates à d. l. fi. requiſitæ extant, quæ omnino ſunt verificandæ, aliàs nõ hęredem in poſſeſſionem immitteret, Decius in d. l. fi. nu. 40. ver. ſecundò limitatur, & ibi etiam Zuccar. nume. 336.

394 Immo † in fortioribus terminis pleriq; exiſtimauere, quòd ſi contradictor ante licentiam datam compareat, & non poſſideat, non legitimus cenſetur contradictor, etiam allegando titulum ad ſuſpendendum licẽtiam, donec ſecum ſummariè de iuribus ſuis cognoſcatur; cum de eſſentia cõtradictionis ex cõtradictoris parte poſſeſſio requiritur, tex. eſt perſpicuus in d. l. fi. ibi. nõ autem legitimo modo ab alio detinentur. Dec. in d. l. fi. nu. 40. & etiã Zuccar ibi nu. 319. & 330. & ſeq. Dec. cõſ. 84. col. 2. verſ. 2. quia, dñis meus Soc. Iun. d. conſi. 75. nu. 18. Vant. in trac. de nullit. in ti. quis poſſ. dic. de nullit. nu. 22. in fi. Rolan. cõſ. j. nu. 71. lib. j. D. meus Cęph. conſ. 30. ſub nu. 17 19. & 21.

Sed ego hanc puto cõcluſionem eſſe veram, ſi bona hæreditaria ab alio, & non à contradictore eſſent apprehenſa, cõtradictor nõ auditur, ad impediendum hanc immiſſionem fieri, ex quo ſua nõ interſit: nam eo modo, quo poſſeſſionem à primo poſſeſſore auocare poterit, pariter & eodem modo ab iſto ſecũdo poſſeſſore, Vant. in loco allegato vt ſupra nu. 23. in fin. ſecus verò

Source : BIU Cujas

verò erit, si bona hereditaria vacarent, etiam si cõtradictor nõ posset, & titulum allegaret: qui titulus si sit verus illum anteponi faceret, prout infrà suis locis exemplificabo, & incontinẽti se offerret probare iura sua, quæ in re hæreditaria habebat, prout de iure requiritur, ad hoc vt audiatur, l. 2. & ibi Doct. C. de edicto D. Had. toll. Cast. cons. 454. nu. 2. & seq. lib. 1. D. meus Soc. Iun. dicto cons. 75. num. 18. Roland. d. cons. 1. nu. 71. & per Scribẽtes communiter in d. l. fi. & vt infrà dicam in illo articulo fideicommissarij, vbi tractabo, an quando quis incontinenti dicat probare, meritò si in hoc casu iste erit cõtradictor legitimus, ad suspendendum licentiam donec de suis secum iuribus summariè cognoscatur, & discutiatur. Zuccar in d. l. fi. nu. 331. vers. istã ampliationem, & nu. 374. & ibi respõdet ad tex. in d. l. fi. ibi, legitimo autem modo detineatur: & ratio est, quia tũc sua interest, ne possessio vacans repleatur, cũ quis possessionem facilius vacantem consequitur, quàm ꝙ per alium replera sit. Bal. in d. l. fi. nu. 10. & vt in simili dicit Ias. post Bart. in l. a diuo Pio. §. si super rebus, nu. 8. ff. de re iud Fel. in c. veniens, el 2. nu 9. de testi. Castr. cons. 179. num. 9. lib. 1. Pract. Pap. in forma execut. sent. in glos. sapiens, nu. 16. Vant. in tract. de nullit. in tit. quis poss. dice. de nullit. nu. 23. ego autem bene fateor, ꝙ si titulum allegaret, qui si verus esset, non cõtradictorem anteponi faceret, vel saltem, ꝙ sua non interfit, hæredem in possessionem bonorum hæreditariorũ immitti, vt tetigi, & tunc proculdubio, titulum hunc allegãs non auditur nõ possidẽdo, ne circuitus inutilis fiat, l. dñs testamẽto. ff. de cõd. & dem. Zucc. in d. l. fi. n. 337. in fi. & n. 346. vers. 2.

395 ¶Si † verò contradictor possideat, possessionemq; simplicẽ sine titulo allegat, dico, ꝙ illa sola simplex possessionis allegatio non suspendit hæredem in possessionẽ immitti, Zucca. in d. l. fi. nu. 324. nã illa simplex possessio tantũ operatur, ꝙ possidens sua non priuatur possessione, nisi eo citato, c. licet Episcopus de præb. in 6. Zuccar. in d. l. fin. nu. 324. & nu. 339. Plot. in l. si quãdo, nu. 84. in fi. C. vnd. vi. nõ tamẽ ꝓpter illam tantum possessionẽ ille constituitur contradictor legitimus, ad suspendendũ, ne hæres scriptus in possessionem immittatur; quia potest esse, ꝙ eius possessio fuit vitiosa, quæ eidem minimè prodesset, Zuccard. in d. l. fi. nu. 339. nisi possessio a defuncto vel ab eius hærede habita sit: nam tunc possessor suæ possessionis qualitatem allegans auditur, donec secum summariè de iurib. suis discutiatur, Dec. in d. l. fi. nu. 40. vers. q̃d dictum est & ibi etiam Zuccar. nume. 340. hæcq; præsertim limitatio procedit, si hæres specificat bona per contradictorem possessa: secus verò erit, si non dicta bona specificaret & omnia bona contradictor non possideat, & tũc cõtradictor quoque non auditur, sed satis sibi est, ꝙ non sua priuatur possessione nisi illo prius citato, Zucc. in d. l. fi. n. 340. & seq.

396 ¶Et si possidens citatus sit, † ante dictam licentiam a iudice hæredi datam an contradictor dicatur legitimus, dic vt aliàs in prin. huius ferè tract. dixi, nu. 69. fol. 19. vbi hũc artic. materiamq; citationis, & quomodo citatio fieri debeat, declaraui, ad quem locum me reijcio, ne idem repetam, & quis etiam contradicere poterit, si non citatus fuerit, Paris. cons. 81. nume. 16. lib. 2. declarando tamen in terminis suis, vt infrà dicam.

397 Si † contradictor autem possideat, titulumq; dissimilem tituli hæredis allegat, siue titulum ab ipso defuncto, siue ab alio habuerit, & possessionem a seipso post testatoris mortem, non ille hanc impedit summariam cognitionem fieri; nam allegare titulum dissimilem, & possessionem a seipso, nõ est quicquam allegare quò ad impediendum id summarium iudicium fieri, Bar. in d. l. fi. nu. 21 ver. si verò allegat alium titulum, & ibi etiam Alex. nu. 23. in fi Zuccar. nu. 326. & seq. si verò iste contradictor acceperit possessionem eo tempore, quo erat vacans illa possessio nõ erit vitiosa, prout de iure requiritur D. meus Soc. Iun. cons. 75. nu. 18. lib j. meritò si contradictor est legitimus, ad impediendum licentiam de immittendo hæredem scriptũ in possessionem, donec secũ de suis summariè iurib. discutiatur, Bald. in d. l. fi. nu. 42. vers. quintò opponendo, & ibi etiam Sal nu. 19. vers. tertio casu, Dec. num. 41. vers. quid autem, Curt. Iun. num. 72. Zuccard. num. 343. & seq. Guido Papa quæst. 132.

398 ¶Si † titulũ aũt cõtradictor similẽ allegat, & in possessione fit, possessionẽ simul cũ titulõ allegãs, nõ fit possessionis immissio, nisi prius secũ ordinariè de iurib. suis discutiatur, & ita iudex ꝓnũtiare dẽt, nõ huic summariæ cognitioni locũ esse: ordinario autẽ iudicio ꝫ ꝫdictorẽ ꝑ hr̃dẽ scriptũ esse agẽdũ, Bar. in d. l. fi. n. 21. ver. aut cõparet, & ibi ẽt Ang. n. 6. circa mediũ, Dec. num. 41. vers. similiter, & Zuccard. num. 48 & vt aliàs tetigi.

Quæ cõclusio ampliatur quoq; procedere, si contradictor allegat, se esse in alio testamento ab alio confecto institutum, dũ modo suum testatorem alleget tempore suæ mortis dicta bona possediisse, ob rõnis idẽtitatẽ, Zucc. in d. l. fi. nu. 328. & 337. Rui. cons. 28. nu. 2. lib. 5. secus verò erit, si nõ possideat, neq; neuter illorũ, & cõtradictor ante immissionẽ veniat, & incõtinenti iura sua ꝓbare offerat, dico quoq; in hoc casu summariè, & sine libello de iurib. suis discuit, cognosciturq; & mittit in possessionẽ ille q̃ potiora iura hẽt, gl. est ĩ l. 2. in verbo, quãuis C. de edic. D. Hiad. toll q̃ opinio fuit Alderici glosatoris in d. l. fi. quã Sal. ibi sequutus fuit num. 19 circa med. Ange. numero 6. Alexand. nu. 23. Ias. nu. 23. ver. assumo, Dec. n. 40. ver. & videbimus, & Zuccard. n. 328. Ruin. cõsi. 151. n. 5. lib. 2. Paris. cons. 81. n. 15. & seq. lib. 2. non obstãte, ꝙ Bal. ĩ d. l. fi. n. 10. velit quoq;, ꝙ in illo casu libellus requiratur; quia ipse malè loquitur, & contra communem Doct. opi. vt ex auctoritatib. præallegatis liquidò constat, quare à communi opi. in iudicãdo & consulendo nõ recedas.

Sed ego dico, ꝙ incontinenti se probaturum offerre tenetur, quando se opponat excipiendo: secus verò erit, si peteret se in possessionem immitti; nam tunc non teneretur se offerre paratum sua incontinẽti iura probare, Ruin. consi. 28. nu. 11. circa medium, libro quinto.

399 Et si quæris † igitur quis horum duorũ præferatur. Dic, si institutionis titulus eiusdem testamenti sit, & ambo vniuersaliter sint instituti, res est perspicua, ꝙ quilibet illorum ĩ possessionẽ immittitur: si vnus autem illorum alterius testamenti hæres sit, tũc dic, aut eiusdem testatoris est, & regulariter ille præfertur, qui in vltimo testamẽto hæres scriptus sit; quia per secundum testamentum primum derogatur, §. posteriore, Institut. quibus testam. infirm. Zuccard. in dicta l. fi. n. 355.

Sed ego hãc limito conclusionem non ꝓcedere, si testator suo in primo testamẽto clausulam ad sequẽtia derogatoriam posuisset, & non ĩ secũdo clausula specialis derogatoria sit, proculdubio primum per secũdũ non tollitur; quia secũdũ testamentum cẽsetur testatoris volũtate carere, secũdũ receptissimam Doct. opinionem, Soc. in l. si mihi, §. in legatis, nu. 6. circa medium ff. de leg. 1. & consil. 98. num. 6. lib. 3. Gozad. consilio 98. nu. 10 Mars. in l. j. §. si serui quasi, num. 22. ff. de quæst. sed tu hanc equidem limitationem sublimita non procedere, quãdo in secũdo testamẽto liberi sint æqualiter, & vniuersaliter instituti; quoniam tũc sine clausula derogatoria primum liberorũ fauore reuocatum intelligitur, Ias. in l. sancimus, col. 3. versi. ex hac fallentia, C. de testa & de priuilegio liberorũ satis plenè dicam in tract. pet. hæred ad quem locum pro nunc me reijcio.

Verùm si sumus in regula, de qua vt suprà, & testamenti prioritas non appareat; quia nescitur, quod horum duorum prius, vel posterius sit, ex quo ambo eodem die confecta fuere, & testamenta eiusdem testatoris sint, si hoc in casu quæris, quis horum duorum præferatur, tu pone regulam, & illam declara cum suis limitationibus, vt per Ias. in d. l. fin. num. 30. & etiam per Dec. ibi numero 52. & sequent. & per Zuccardum numero 407. & pluribus sequen. & per Iulium Clarum in trac. suis in §. testamentum, nu. 99. in fine.

Si testamenta autem à diuersis testatoribus cõfecta fuerint, dico, ꝙ ille hæres præfertur, cuius testator dicta bona tempore suæ mortis possidebat, vt in d. l. fi. ver. sancimus. dummodo alleget, probetque, suum testatorẽ tempore suę mortis, dicta bona possediisse, vel detinuisse, Zuccard. in d. l. fi. num. 328. & nume. 337. Ruin consil. 28. nu. 2. lib. 5.

Si autem probatur vtrunque testatorem suæ mortis tempore dicta bona possediisse, tunc ille hęres præfertur, cuius testator primus fuerit mortuus, quasi ꝙ possessio per secundum vitiosa fuerit habita, quæ cum ita sit, minime eidem prodesset, Zuccar. in d. l. fi. nu. 355. in fi. & vt aliàs sæpe dixi.

400 ¶Verùm † si contradictor titulum dissimilem allegat, qui ex eodem testamẽto oriatur, vtputa dicat, se esse fideicommissarium, & tunc distingue, & dic, aut fideicommissarius contradictor possidet, vel non possidet: si nõ possidet, regulariter non est legitimus cõtradictor ad impediẽdũ hęredem scriptum in possessionem immitti, Bar. in d. l. fi. nu. 22. & ibi etiam Bal. n. 42. ve sicu. tertiò, Saly. nu. 21. Alexand. num. 24. Ias. num. 28. Dec. nu. 40. ver. secundò ampliatur, & nu. 48. Zuccard. nu. 321. & 335. & 373. Dec. 84. col. 2. ver. secundò quia, Cur. Iun. cons. 92. nu. 1. Boer. decis. 156. nu. 1. etiam si sua incontinenti iura docere velit nam quamuis cõstet illum esse fideicommissarium; tamen nullum ius ante restitutionem sibi factam reipsa, vel verbo habet, l. restituta ff. ad Trebell. §. restituta, inst. de fideicommi. Rip. in l. centurio, nu. 51. ff. de vulg. & pup. substit. meritò si fideicommissarius hoc in casu legitimus contradictor nõ censeatur, Dec. cõs. 424. nu. 18. & in d. l. fin. nu. 48. & etiã ibi Zuccar. nu. 373. D. meus Soci. Iunior consil. 75. nu. 18. libr. j. Rolan. consi. j. nu 71. lib. j.

401 Cumq; † ꝙ regulariter fideicõmissarius possessionẽ nõ propria apprehẽdere auctoritate potest, scribẽtes in d. l. restituta, & in l. facta. ff. ad Treb. Rip. in l. j. nu. 1. ff. quor. legat. & in l. in quartã, n. 113 ff. ad l. falcid. Plot. in l. si quãdo, n. 54. C. vnd. vi, Durant. in tract. de art. testa. ti. 5. caut. 32. n. j. Dec. cons. 438. n. 15. in fi. D. meus Soc. Iun. consil 92. nu. 5. & seq. li. j. Boer. decis. 156. nu. 13. deci. Pedemõtana 34. n. 22. & seq & vt aliàs tetigi, & si illam propria apprehẽdiderit auctoritate, omni suo iure priuabitur, iuxta l. nõ dubiũ, C. de legat. quæ sibi quoq; in fideicõmissario locum vẽdicat, Durant. in d. tract. ti. 5. caut. 32. n. j. Dominus Rim. Iun ĩ principio, inst. de don. n. 534. & vt aliàs supra plene tetigi.

Et licèt aliqui existimauere, hanc conclusionem procedere, nisi hæres declarasset, se nolle quartã detrahere: nam enimuerò fideicommissarius non in pœnam incidisset, rem propria

Source : BIU Cujas

auctoritate occupando, Iaſ. in d.l.non dubium, num.1. Rip.in l.j. num.7.ff.quor.legat. D.Rim.Iun.in princ.inſt.de don.num.538. tamen iſtorum opinionem puto eſſe verã, reſpectu quartæ tãtum, ſecus verò eſt, ſi hæres prætẽderet, velle fideicommiſſum, & legatum, ob aliàs rationes, quàm quartæ impugnare: nam in iſto caſu fideicommiſſarius non ius ſibi dicere poterit, Rip.in l. j.num.25.ff.quorum legat.

402 Et † quamuis nonnulli alij velint, ꝙ ſi poſſeſſio ſit vacans, fideicommiſſarius poſſeſſionem propria auctoritate capere poſſit. Pariſ.conſ.12.nu.118.lib.2.& maximè antequam hęres hęreditatem adiuerit, Rub.conſ.43.nu.3. tamen ego bene arbitror, ꝙ in illo caſu, non incidat in pœnam d.l.non dubium, ſed ad poſſeſſionis reſtitutionem tenetur. Dec.in d.l.fin.nu.48.verſ.bene verum eſt,& conſ.245.nu 4. Durant.in d.tract.ti.6.caut.12. n.1. Plot.in l.ſi quando, nu. 54. C.vnd.vi, D.Rim.Iun.in princ. inſt.de don.nu.534. D.meus Cephal.conſ.289.nu.27.deciſ. Pedemontana 34.nu.20.& ſeq.& ideo fideicõmiſſarius non impedit hæredem ſcriptum in poſſeſſionem immitti niſi poſſeſſione hęre di prius reſtituta: nam ante reſtitutionem poſſeſſio fideicõmiſſarij eſt vitioſa,& ideo eidem non prodeſt. Dec.in d.l.fi.nu.48. verſ.ſi aut & ibi etiam Zuccard.nu.379.& ſeq. Dec.conſ 84.col. 2.verſ.ſimiliter,& conſ.424.nu.15.& conſ.438.num.15.& conſ. 467.nu.12. Curt. Iun.conſ.92.nu.4. Pariſ.conſ.53 nu.104.& ſeq. & conſ.ſeq.nu.6.li.3.& conſ 81.nu.15.& ſeq.lib. 2. D. meus Soc. Iun.conſ. 5.num. 18. lib.j. Durant.in d tract.titu.5.caut.32.nu. 1.cum ſit iuſtius, congruentinsq;, ꝙ fideicommiſſarius bona fideicommiſſo ſubiecta de hæredis manu capiat, quàm ꝙ hæres ab illo legitimam petere habeat,& alia quæ ſibi debẽtur, Pariſ. conſ.42.num.50. libro 3.

403 Alij † autem hanc quoque concluſionem cenſuere verã eſſe, ſi reſtitutio fideicommiſſario ipſo iure facta ſit, prout in multis etiam caſibus fit, de quibus per glo.magiſtralem in l.pe.§.cũ autem.in verbo, ipſo iure, C.ad Treb.& per ſcribẽtes in l.j.§.ſed quoties, ff.ad Treb.& per Crauet.conſ.303.nu.16. nam in prædictis quoque caſibus actualem ab hærede poſſeſſionẽ apprehẽdere debet, l.cum hæredes ff.de acquir.poſſ. Rip.in d.§.ſed quoties.nu.6.in fi. Plot.in l.ſi quando.nu.848.C.vnd.vi, D.Rim. Iun. in princip.inſt.de don.nu.535. Crauet.in l.j.nu.141 in fi.& ſeq.ff. de leg.j. Alex.conſ.82. num.3.lib 2. Dec.conſ. 243.nu.5.& conſ. 424.num.15.& conſ.438. num 15.& conſ.462. num.12. opinionem, quorum puto veram eſſe, ſi hæres poſſideat, ſecus autem eſt, ſi non poſſideat; nam tunc in prædictis caſibus fideicõmiſſarius poſſeſſionem propria auctoritate accipere poterit, Zuccard.in d.l.fi.num.375. Pariſ.conſ.12.num.118.lib. 2.& conſ.54. num.32.lib.3.& hac ratione videmus, ꝙ ſi hęres conditione fideicommiſſi pendente, bona fideicommiſſo ſubiecta alienat, quod equidem facere poteſt, conditione autem deinde adueniente, vel fideicommiſſi die, alienatio per hæredem iam facta reuocatur l fi.C com.de leg. Plot.in d.l.ſi quando. num 849.in fi. neque in illo caſu poſſeſſionem ex hęredis manu capit, Bal. & Sal in d.§.cum autem, Dec.in c.in præſentia, num.3.verſ.nec obſtat, de probat. Corn.conſ.101.num. 11.lib.4. Crauet.conſ.19. num.12.etiam ſi alienatio per grauatum in vltima volũtate ſit facta, Crauet conſ.19. num.13. verſ. ſexto.

404 Hancq; † etiam oritur illa concluſio, ꝙ ſi fideicõmiſſario primo reſtitutio ſemel facta ſit, ſecundo non eſt facienda, ſed illem fideicommiſſo ſubiectam propria auctoritate apprehendere poterit, vt circuitus euitetur d.§.cum autem.& ibi Sal.nu. 8.& doct.communiter, Pariſ.conſ.12. nume.117.lib.2. D.meus Cephal.conſ.215.num.27.

Et præſertim hæc concluſio proculdubio procedit, canonica æquitate conſiderata, Dec.in d.c.in præſentia, nu.3.verſ. nec obſtat, Pariſ.d.conſ.12.nu.115. quę eſt in terris Eccleſiæ,& inter ſubditos obſeruãda, Pariſ.conſ.53.nu.115.li.3. ſi in prædictis igitur caſib. fideicommiſſarius poſſeſſionem dictorũ bonorum propria accipere poterit auctoritate, & non tenetur ex hæredis manu capere, præſertim ſi hęres non poſſideat, ergo a fortiori ſi ſunt vacãtia, Pariſ.d.conſ.12. nu.118. quod argumentũ a fortiori in iure eſt validum auct.multo magis. C.de ſacroſ.eccle.& cũ ita ſit, ergo fideicommiſſarius in prædictis quoque caſibus legitimus eſt contradictor ad ſuſpẽdendum, ne hæres in poſſeſſionem mittatur, donec ſecum de iuribus ſuis ſummariè, & ſine libello diſcutiatur, ſi iſte contradictor ante immiſſionem cõpareat, Zuccard.in d.l.fi.nu.374.& ſeq. Rip.in l.centurio, nu.51.ff. de vulg.& pup.ſubſt quoniam ſua intereſt, ne poſſeſſio vacans repleatur, Fel.in c.veniens, el ſecundo, nu.9.de reſti. Zuccard.in d.l.fi.num.331.verſ.iſtam ampliationem,& nu.374.& ſeq. Pariſ. conſ.22.nu.99.lib.j. bene autem verum eſt, ꝙ ſi fideicommiſſarius in his caſibus ſummarium iudicium impedire voluerit, nõ poterit. Zuccard.in d.l fin.num.374.& ſeq.

405 Præterea † fideicommiſſarius poſſeſſionem bonorum fideicommiſſo ſubiectorum propria auctoritate apprehendere poteſt, ſi licentiam a teſtatore capiendi illam habeat, quæ non tantum expreſsè, verum & quoque tacitè conceditur, vtputa ſi teſtator illum ſuum executorem conſtituat, vel in vita bona fideicommiſſario aſſignat. in his ergo caſibus fideicommiſſarius poſſeſſionem propria auctoritate, ſine vitio, & abſque metu alicuius pœnę apprehendere poterit, Iaſ. poſt doct.in l.non dubium nu.2. & nu.4.ver.ſed redeundo, C. de legat.& in l.centurio.nu.46.& ſeq.ff.de vulg.& pup.ſubſt.Dec.in l.fi.num.48.ver.& quod dictum eſt,& ibi etiam Zuccard. num. 376.C.de edict.Diu.Hadr.tol.Rip.l.j.nu.7.& nu. 9.& ſeq.& nu. 15.ff.quor.legat.& in l.nemo poteſt, nu.64.ff.quor.leg.j.D.Rim. Iun.in prin.inſt.de don.nu.539.& pluribus ſeq.Plot.in l.ſi quãdo.n.54.C.vnd.vi Dec.conſ.84.col.2.ver.nam ſine vitio & cõſ. 243.col.2.in prin.& conſ.424.nu.13.in fi.& ſeq Pariſ. conſ.81.n. 15.& pluribus ſeq.lib.2.& conſ 54.nu.30.& ſeq.lib.3. Rub. conſ. 43.nu.4. D.meus Soc.Iun.conſ.113.nu.42.lib.1.Durant.in tract. de art.teſta.tit.2.caut.3.nu.5.& tit.6.caut.12.nu 4. Tiraq. in trac. de iur.conſt.in ſecunda par. ampliat.24.num.5.Boer deci.156. num.17.& ſeq.

406 Immo nõnulli cenſuere, ꝙ † quamuis his in caſibus fideicõmiſſarius per vim contra hæredẽ poſſeſſorem reſiſtentem in poſſeſſionem ingredi nõ poſſit, tamẽ ſi ingrediatur, non in pœnam d.l.non dubium, incurrit: nam ille fideicommiſſarius non vim infert, ſed tantum violentiam à iure ſibi permiſſam repellit,& ſi violentia extat, ex vtraque quoque parte eſt, quæ mutua tollitur compenſatione, ſecundùm receptiſſimam & cõmunẽ doct.opinionem, vt per Rip.in l.centurio, nu.53. ff.de vulg.& pup.ſub.à Ploto ſecutam in d.l.ſi quando, nu.54.in fi. à qua cõmuni ego valde diſſentio: nam in illo caſu, ſi violentia à iure permitteretur, facillime materia veniẽdi ad arma daretur, contra l. ęquiſſimum.ff.de vſufr.cumq; ſingulis permitti nõ debet illud, quod magiſtratibus conceditur, l. nõ eſt ſingulis. ff.de reg. iur. & hac quoque ratione videmus, ꝙ ſi iudex licentiam propria parti auctoritate in poſſeſſionem ingrediendi concederet, in executione alicuius ſententiæ, ſi ille per vim contra poſſeſſorẽ reſiſtentem poſſeſſionem accipiat, punitur; quia hæc violentia nõ ſibi cenſetur permiſſa, Bar.in l.iuſtè poſſidet, nu. 3. ff. de acquir.poſſ.qui ibi eſt communiter approbatus, Rip.in c. fæpe. n. 86.& ſeq.de reſt.ſpol.& in l.j.nu.19.ff.quor.legat.& vt aliàs plenè tetigi.

407 Cumque † bene fideicommiſſario prouiſſum ſit, ſi iſtis in caſibus violentiam timeat in adipiſcenda poſſeſſione ſibi inferi, poteſt iudicis officium implorare, vt illum aſſociet per vnum nuntium curiæ ſuæ in corporalem poſſeſſionem, quod officiũ iudex impartiri tenetur, vt manu militari impedimentum remoueat, Fely.in rub.extra de treg.& pac.col.fi. Durant.in tract. de art.teſta.ti.5.caut.32.nu.3.in fi.& in hoc bene fideicommiſſarius ſit cautus, petere aſſociationem,& non miſſionem: nam ſi miſſionem peteret, non illam iudex concedere poterit, niſi prius hærede poſſeſſore citato, D.Rim.Iun.in prin.inſt.de don.nu. 541.ver.tertiò quoque Boer.deciſ.156.nu.16.& ſic ſecundùm iuris terminos Zuccard.poſt Dec.in d.l.fi.nu.158. & 376. ſi ĩ his igitur caſibus fideicommiſſarius propria auctoritate poſſeſſionem ſine vi apprehendere poteſt, ergo & iudicis auctoritate, ſecundùm terminos iuris, ergo legitimus eſt contradictor, ad impediendum hæredem in poſſeſſionem immitti, donec ſecum ſummariè de iuribus ſuis diſcutiatur, Dec.in d.l.fi.nu.48.ver. & quod dictum eſt,& ibi etiam Zuccard.nu.376.

Quam concluſionem arbitror eſſe veram ſi fideicommiſſarius ſuum incontinenti ius docere poſſit, Dec.in l.fi.num.43.& etiam Curt.Iun.nu.46.& Zuccard.n.377.& ſeq.C.de edict.Diu. Hadr.tol.Rip.in l.j.nu.23.ff.quor.legat.Dec.conſ.84.col.2.verſ. ex quo alia, Pariſ.conſ.53.n.110.lib.3. Dominus meus Soc.Iun. conſilio 75.numero 18. lib.j.& D. quoque meus Cephal. conſilio 4.numero 17.

408 Et † quando probatio incontinenti poſſe fieri dicatur, varię etenim ſunt doctorum opiniones; nam vna opinio eſt, ꝙ incõtinenti dicitur fieri, quod infra duos menſes fit. alij doct. dixere, incontinenti fieri, quod infra octo dies fit, vel plures. alij autẽ exiſtimauere, ꝙ iudicis arbitrio ſtatur,& Guido Papæ q.112. nu.2.& ſeq.has opiniones refert, tandem in hac vltima reſidet, quæ eſt ab Alex.approbata in l.2.n.2.C.de edict.Diu.Hadr. tol. à Ruino in l.j.§.qui præſens.n.xj.ff.de ver.obli. & à Ploto in l. ſi quando, nu.92.C.vnd.vi. Zuccard.autem remiſſiuè loquitur in d.l.fi.nu.275. videq; Bertachinum in repertorio ſuo, ĩ verbo incontinenti,& Pariſ.conſ.xj.nu.18.& ſeq.lib.2.& dec. Pedemontana 26.nu.16.& Io.de Am.conſ.63.nu.5.& ſeq.

Sed ego dico quò ad materiã hãc præſentẽ noſtrã, fideicommiſſarius ius ſuũ incõtinẽti ꝓbare dicit, ſi ĩ teſtamẽto ĩ iudicio ꝓ cũ producto nominatus ſit, aliàs verò erit, ſi fideicõmiſſarius per verborum interpretationẽ dicere velit, ſe fideicõmiſſariũ eſſe, quę exceptio altiorem requirit indaginem,& in hoc remedio executiuo reijcitur, ad impediẽdũ hæredẽ ĩ poſſeſſionẽ immitti, illaque autem exceptio in alio tantum iudicio reſeruatur. Dec.conſ.424.numero 7.& ſub num.18.& ſeq.& conſilio 467.numero 13. Rui.conſilio 27.num.7.lib.5. D meus Soc.Iun. conſ.75.num.18.in fi.& ſeq.li.j. D.quoq; meus Cephal.cõſ.152. num.4. Roland.conſ. j. numero 72.& pluribus ſeq.lib.j.meritò

ſi illa

Source : BIU Cujas

si illa probatio, quæ per testamenti inspectionem fit, vel per hęredis confessionem, sine alia testium probatione admittatur, secus ergo erit, si per testes dicta exceptio sit probanda: nam tunc incontinenti non probatur, ideo in hoc iudicio tam executiuo summarioq; reijcitur, decis. Pedemontana 26. num. 16.

Hacq; ratione videmus, ꝙ statutum dans instrumento executionem, in non nominato in eo sibi locum non vendicat, Zuccard. in l. fin. num. 278. & seq. & nume. 339. circa medium, C. de edict. D. Hadr. tollen.

Hincq; est etiam, ꝙ si de filio mentio in testamento nō sit facta, & ille incontinenti se offerat præteritionis exceptionem ꝓbare, dico, ꝙ illa exceptio non admittitur altiorem indaginē requirens, ad impediendum hæredem scriptum in possessionē immitti, l. 2. & ibi Scribentes, C. de edicto D. Hadr. tollē. Alexan. in d. l. fin. num. 23. vers. secus si allegat, & cons. 101. num. 11. lib. 5. Dec. cons. 84. colum. 2. vers. ad ista breuiter, Paris. cons. 60. num. 8. lib. 3. Rip. lib. j. respons. c. j. nu. 82. Dominus meus Soc. Iun. cōsi. 75. num. 19. lib. j. Roland. cons. 1. num. 72. & plurib. seq. lib. j. Durant. in tract. de art. testa. tit. 11. caut. 20. num. 5. & id vltimæ volū tatis fauore, Zuccard. in d. l. fin. num. 378. Cagn. in l. in pari, num. 8. in fi. ff. de reg. iur. secus verò est, si mentio de ipso filio præterito in testamento fiat, tunc præteritio illius per testamenti exhibitionem, sine alia testium probatione, probatur, & illa probatio incontinenti dicitur fieri. meritò, si in hoc iudicio summario admittatur, ad impediendum hæredem in possessionem immitti, donec secum de iuribus suis summariè discutiatur, Bart. in d. l. fin. num. 2. ver. venio ad contraria, & ibi etiam Dec. num. 43. circa medium, Curt. Iun. num. 5. 274. & 277. & Zuccard. nu. 75. Ias. in l. j. vers. tertiam rationem, C. de edicto D. Hadr. tollen. Curt. Iun. cons. 31. num. 9. Ruin. cons. 28. nu. 11. circa medium, libro 5. Paris. cons. 11. num. 18. lib. 2. Dominus meus Ceph. cons. 4. sub num. 20. & seq. nam omnis quæ de iure libris apertis proba tur, nunquam reijcitur prout de instituto & substituto dicitur, Ias. in d. l. j in fin. D. in d. l. fin. num. 35. in fin. & ibi etiam Zuccard. nu. 255. nisi hæres Trebelliańicam detrahere velit, vel fideicōmissum impugnare; quia tunc hæres scriptus non impeditur, se in possessionem immitti, ex quo fideicommissarius fideicommissum de manu hæredis capere debet, & non propria auctori tate ius sibi dicere potest, Alex. in d. l. fin. nume. 24. Rip. in l. j. nu. 25. ff. quorum lega. Ruin. cons. 139 num. 5. vers. & quamuis, lib. 2. D. meus Ceph. cons. 289. num. 27.

409 Verùm & quoq; licet † exceptio altiorem requirens indaginem non admittatur ad impediendum hæredem in possessionem immitti, vt suprà dixi: tamen hæc regula limitatur non ꝓcedere in exceptione præscriptionis, quæ in hoc est priuilegiata, vt finis litium sit, Bal. in l. fin. num. 33. & ibi etiam Dec. num. 22. C. de edicto Diui Hadriani tollen. per quam tollitur remedium dictæ l. fin. & hoc per text. in d. l. fin. Dominus meus Soc. Iun. cons. 77. nu. 159. lib. j. Io. de Am. cons. 63. num. 1. & 9.

Et maximè si præscriptio esset completa, quæ enimuerò impedit hæredem in possessionem immitti, Ang. in d. l. ñ. col. pen. circa medium, & ibi quoque Bald. num. 34. in fin. Dec. num. 43. in fin. & Zuccard. num. 354. vers. ex quibus, Balb. in tract. præscri. in prima par. prin. q. 9. num. 3. in fin. quam conclusionem puto esse veram, si præscriptio in vim dilatoriæ, & ad processum opponatur, & sit liquida, vel incontinenti probari possit, tunc profectò illa est exceptio litis finitæ, & litis contestationem impedit, & penitus ac in totum aufert remedium d. l fin. glos. est in d. l. 2. in verbo, quamuis, in fin. C. de edicto D. Hadriani tollen. Sal. in d. l. fin. num. 26. & ibi etiam Dec. num. 22. Cagno. in l. 2. num. 82. C. de pactis inter empt. & vend. Castr. cons. 454. nume. 3. vers. quarta & vltima, lib. j. in nouis, Io. de Amicis cons. 48. num. 2. & seq. Crau. cons. 124. num. 14. Balb. in tract. præscrip. in j. par. prin. quæstio. 9. num. 2. & seq. & ibi remissiuè declarat, quādo statim, & cito præscriptio liquidari dicatur, vt ibi per eum: & vide etiā Ioan. de Am. cons. 63. num. 2. & seq.

410 Vel † & quoque præscriptionis exceptio litis ingressum impedit, etiam si incontinenti præscribens non offerat se illā probaturum, dummodo probationes præscriptionem probantes absque hæredis scripti contradictione admittantur, Alexā. cōs. 213. num. 1. lib. 2. & ibi etiam apostillans; nam illis admissis sumus in probata, & non in probanda, prout in simili de fideicōmissario dicitur, qui iura sua probasset, erit contradictor legitimus, si hæres etiam passus sit illum possidere; nam illius possessio ob tacitum hæredis consensum non est vitiosa, & in probatis, & non probādis extat, meritò si ille impediat hæredem scriptum in possessionem immitti, Paris. cons. 53. num. 110. lib. 3. declarando hanc conclusionem, vt ego infrà dicam.

Et tu procurator aduertas bene ad illud, quod suprà dixi, videlicet, ꝙ fideicommissarius in testamento executor datus propria auctoritate bona fideicommissi apprehēdere potest, & ita accepta, possessio illius non erit vitiosa, secundùm crebriorem, veriorem q; doct. opinionem præallegatam, vt suprà: tamē ego declaro, dictam con clusionem esse veram, si solus executor in testamento datus sit: secus verò erit, si plures darētur executores, nisi insolidum fuissent dati; quia tunc possessionem ꝓpria auctoritate capere poterit, sed si non insolidum secus erit, Deci. cons. 243. colum. 2. vers. nec obstat huic conclusioni.

Vel & nisi alius executor sit suus aduersarius, nam tunc si in possessionem a iudice missus fuisset, in illa quoque confirmaretur, Paris. cons. 81. num. 21. libro 2.

411 ¶ Si fideicommissarius † autem vniuersalis sine vitio possideat, prout erit in casibus propositis, declaratisq;, vt suprà, & vltra prædictos casus fideicommissarij possessio non quoque vitiosa erit, si hæres patientiam fideicommissario possidendi per longum tempus præstitisset, quæ patientia loco traditionis haberetur, Parisius cons. 53. num. 11. & seq. lib. 3. & præsertim cùm grauatus sciuisset, se teneri illam possessionem fideicommissario restituere, prout in dubio præsumitur, nisi in contrarium ꝓbetur, Paris. dicto cons. 53. num. 112. si præter igitur casus narratos fideicommissarius possideat, possessio illius est vitiosa, neque eidem prodest; meritò si legitimus contradictor non sit, Roland. cons. 1. num. 71. libro j. & vt aliàs suprà tetigi.

Si autem fideicōmissarius sine vitio possideat, prout in dictis casibus prænarratis erit, & suum incontinenti ius probare paratus sit, profectò ille legitimus contradictor erit, ad suspendendùm hæredem in possessionem immitti, donec secum de suis iurib. summariè discutiatur, Bar. ī d. l. fi. nu. 22. qui communiter per Scribentes ibi est receptus, & per Dec. post alios ibi nu. 48. & per Zuccardum nu. 377. Dec. cons. 424. nu. 18. vers. non obstat, Ruin. cons. 27. nu. 7. lib. 5. Paris. cons. 12. nu. 114. lib. 2. & cons. 53. num. 110. lib. 3. Dominus meus Soc. Iun. cons. 75. nume. 18. lib. j. & quoque Dominus meus Ceph. cons. 4. sub num. 17.

Et ius suum incontinēti probare dicit, si de illo expressè mētio in testamento facta sit, aliàs secus erit, Decius cons. 424. nu. 18. in fi. & seq. Do. Ceph. cons. 4. nu. 17. & seq. Rolan. cons. 1. nu. 72. & pluribus sequent. libro j. ita etiam annuit Ripa in l. j. num. 23. ff. quorum legat. & aliàs suprà tetigi.

Quam conclusionem limita nō procedere, si hæres Trebellianicam detrahere possit, & velit; nam in isto casu non erit legitimus contradictor, ad suspendendum hæredem scriptū in possessionem immitti, Alex. in d. l. fi. nu. 24. sed totum hæredi hæreditatem restituere tenetur, Rip. in l. j. nu. 23. ff. quorum lega. Bocrius decis. 156. nu. 2. & nu. 5. Ruin. cons. 139. nu. 5. vers. & quamuis, lib. 2. & cons. 140. nu. 3. vers. sed præmissis, li. 5. Paris. cons. 53. nu. 113. lib. 3. & Dominus meus Cephal. cons. 289. nu. 27. lib. 2. secus verò erit, si quarta hæredi non debeatur; quia tunc non fit restitutio, Paris. d. cōs. 53. nu. 113. & seq. & alij doct. p̄allegati vt s.

412 Dec. † autem in d. l. fi. nu. 48. propc fi. contra hanc distinctionem communiter receptam insurgebat, arguendo hoc modo, si fideicommissarius de hæredis voluntate possideat, non quarta ipsi tunc hæredi debetur, tanquam tacitè remissa, & si nō debeatur; ergo fideicommissarius hoc in casu indistinctè contradictor legitimus erit, ex quo fundamentū doctorum in contrarium distinguentium cessat, igitur &c.

Curt. autem Iun. cons. 92. nu. 4. dicit id esse verum, nisi hæres persuasus fuisset, illum esse fideicommissarium, hacq; tantum ratione consensisset, illum accepisse possessionem, & possedisse: nam profectò si hæres deinde reditus fuisset certus, illum nō esse fideicommissarium, talis quoque consensus non eidem ꝓdesset, vt ibi per Curt. Iun.

413 Verùm † ego non huic Decij opinioni assentio, nam illa ꝓbatio q̄ fit, tacitè relationē ad cōtēta in testamēto hēt: iō ꝑm ibi dispositа, venit intelligenda, cū relatū in referente cū omnibus suis qualitatib. ꝙtinetur, Bar. in l. si quis seruū, §. fi. nu. 5. ff. de leg 2. Dec. cons 687. nu. 3. Paris. cons. 43. nu. 39. li. 3. & vltra eius intentionem nō extenditur, l nō omnis, cū sua materia, ff. si cer. pet. & cū ita sit, Trebellianica hodie ꝑm testatoris voluntatē, & nō cōtra eius voluntatē detrahitur, Rip. in l. nemo pōt, nu. 45. ff. de leg. j. Dñs meus Soc. Iun. cons 170. nu. 24. & seq. li 2. Cra. cons. 294. nu. 2. ergo hæres per huiusmodi tacitū cōsensum nō Trebellianicæ renūtiasse censet, Cur. Sen. cons. 75. nu. 6. & seq. Dec. cons. 256. col. fi. ver. nō obstat quod saltē, & cons. 688. nu. 7. vbi asserit hanc esse cōem doc. opinionem, Paris ꝙs. 43. nu. 32. in fi. & plurib. seq. lib. 3. Crau. cons. 200. num. 6. in fi. Dominus meus Cephal. cons. 153. num. 75. & num. 78. ita etiam annuit Zuccar. in d. l. fi num. 382. versicu. si verò posset, licet ibi referat aliā distinctionem, vt infrà dicam: nam tacitus consensus non tantæ videtur potentiæ, quantæ expressus, ad aliquid contra iuris regulas inducendum, Crauet. cons. 200. num. 8. in fin. attento ꝙ renunciatio in dubio non præsumitur; quia erit donatio, c. super hoc, de renunciatio. leg. cum de indebito, ff. de probat. quæ renunciatio non inducitur, nisi expressè fiat, Crauet. consilio 123. numero 12. & consil. 200. numero 8. in fin. & numero 10. li non ex illo igitur tacito consensu renunciatio quartæ arguatur, quin suam Trebellianicam detrahere possit, iuxta testatoris voluntatem, vt suprà dixi, & permittente iure, lege. Gracchus C. de adulte. non obstante Anchara. consilio 151. secuto a Rubeo consilio 43. numero 11. versiculo præmissis, communiter a doct. præallegatis reprobato, ex quo Ancharan.

Source : BIU Cujas

& Rubeus loquuntur in expreſſa approbatione per verba ampla facta ſecus verò eſt in tacita, dominus meus Cephal.conſil. 153.nu.76.& ſeq.nos vtiq; ſumus in tacita, meritò ſi hæres ſcriptus Trebellianicam detrahere voluerit, fideicommiſſarius cõtradictor non ſit legitimus ad impediendum hæredem in poſſeſſionem immitti, niſi tota prius hæreditate hæredi reſtituta, ſecundùm crebriorem doct.opinionem.

414 Et † quamuis plerique velint, ꝙ hæc propoſitio ſibi locum vendicet, cum Trebellianica filio in teſtamento paterno non ſit prohibita: ſecus verò ſi prohibita ſit, quia tũc per teſtamenti approbationem illa cenſetur remiſſa, & in his terminis procedat Ancharani opinio conſi.151.ita tradit Pariſ.conſil.17. nu. 19 & ſequen.& conſil.16.nu.60.lib.2.& conſi.26.nu.32. eo. lib. Curt.Iun.cõſi.54.nu.11. Cag. in l.Papinianus, §.meminiſſe, nu. 17.ff.de inoff.teſtam.& ratio eſt, nam ſi Trebellianica ſit prohibita contra teſtatoris voluntatem deducitur, & in his quoque terminis illa communis doct.opinio loquitur, quæ vult, quòd Trebellianica cõtra teſtatoris voluntatem, & non ſecundùm eius voluntatem detrahatur, tex.eſt clarus in c.Rainaldus, in fi. de teſta. Soc.in l.prima, §.ſi hæres, nu.7.ff.ad Trebell.Iaſ.in l.j. n. 57.& ibi etiam Crau.nu.135.ff.de legat.j.idem Crau. conſil.194. nu.2.Rip.ſibimet contrarius in l.in quartam nu. 114. circa medium, ff.ad legem Falcid dominus meus Soc.Iun.conſi.170 nu. 24.& pluribus ſeq.lib.2. Clariſſimus & dominus meus quoque Ceph.conſ.153.nu.74.& hoc modo vterque illorum opinio ſaluatur,& hanc quoque diſtinctionem ſentit gloſſ.in d.capitulo Rainaldus, in fi.

415 Alij † autem cenſuere, horum opinionem procedere poſſe, ſi teſtamẽti approbatio expreſsè cum iuramento ſit facta, vt loquitur Cur.Iun.conſil.21.nu 3.& Pariſ.conſi.j.nu.99.in fin. & pluribus ſeq.& nu.113.lib.ſed tu dic, ꝙ etiam hæc opinio procedit, ſi ſine iuramento approbatio ſit facta, dummodo expreſsè, & per verba ampla fiat, dominus meus Ceph.conſi.153. nu.73. & ſeq.& nu.76.& 78.ſecus verò erit, ſi hæres teſtamentum tacitè approbaret; nam lex in hoc ſecundo caſu videretur, quodãmodo reſiſtere, ne hæres adeundo dicatur defuncti voluntatẽ approbare, Pariſius conſil.43.nu.37.& ſeq.lib.3. D. meus Ceph. conſ.152.numero 75.& 78. & per alias rationes præallegatas,& vt infrà dicam.

Zuccard.aũt in d.l fi.nu.382.dicit, opinionẽ Decij procedere poſſe, ſi poſt aditam hæreditatem hæres conſenſum ſuum præſtiterit, ſecus verò ſi ante, nam in hoc ſecundo caſu voluntas illius tantum accommodata erit, & quarta tacitè remiſſa non cenſetur, ſed illa omnino hæredi debetur, meritò ſi reſpectu quartæ per hæredem detrahendæ fideicommiſſarius nõ legitimus contradictor ſit.

Sed Rip.in l.prima, nu.8.ff.quorum legat putat hanc vltimũ caſum procedere quando hæres, non vt hæres, ſed vt Titius cõſentiret, vel proteſtaꝛ ſe nolle per hunc conſenſum hæreditatẽ adire: nam illa proteſtatio declaratoria animi ſui operatur,& ſibi prodeſt, laſ.in l.pro hærede, nu.5.ff.de acquir.hæred. ſecus verò erit, ſi ſuum ſimpliciter aſſenſum abſque proteſtatione accõmodaret; quoniam per huiuſmodi aſſenſum cenſeretur hæreditatem adijſſe, l.gerit, l.pro hærede, ff.de acquir. hæred. & ille aſſenſus ita ſimpliciter accommodatus ſibi noceret, vt per Rip.vt ſuprà.

416 Ego † autem nõ hãc exiſtimo ſententiam Ripæ eſſe veram, cum hæres ſimpliciter conſentiendo, nihil facit, facienti autem tantum annuit, l.aliud eſt vendere, ff.de reg.iur.& tamen lex in hæreditatis aditione conſiderat, ꝙ hæres eius animum expreſsè, pureq;,& non conditionaliter declarat, Crauet. conſil. 312. nu 3.in fin.& ſequen.vel ꝙ hæres rebus hæreditarijs vtatur, vẽdendo, colendo, locãdove, §.item extraneus, Inſtitut.de hæred. qualit.& different.& ibi Areti numero ſexto. Iaſ. in dicta l. pro hærede, numero duodecimo. Durant.in tractatu de art.teſta.ti. 21.caut quinta, nu.j.alias hæredis mens erit in corde retẽta, quæ nihil operatur, l.ſi repetendi, C.de cond.ob cauſ.

417 Et † in actibus dubijs, qui aditionẽ,& citra, interpretari poſſunt, non hæreditatis aditio præſumitur, & tunc declarationi non hæredis tantùm, ſed hæredis quoque hæredis regulariter ſtatur, laſ.in l.non ſolùm §.morte nu.14.verſi.tertia concluſio, ff.de nou.oper.nuntiat. Alex.conſ.32.nu.2.li.3. Crau. conſ. 197. nu. .& ſeq & qui aditionem allegat, illam quoque probare debet, D meus Soc.Iun.conſ.94.nu.36.lib.j. Crau. conſ. 197. nu.5. 5.& probatio debet eſſe concludens, aliàs non relevat, Crau. conſ.33 .nu.2.& cum igitur ita ſit,& hæres ſolum tacite conſentiat,& nihil de facto faciat, neq; ſuam expreſſe intẽtionem declarer, in actuq; dubio, potius nõ aditio, quàm aditio iudicatur, declarationiq; hæredis quoque in dubio cum eius iuramento ſtatur, niſi in contrarium cõcludenter probetur, meritò ſi hoc in caſu non aliter hæredis voluntate declarata, neq; expreſſa, quò ad aditionem, hæres ſemper declarare poterit, illum per hunc tacitum conſenſum non hæreditatem adiuiſſe, ergo hoc modo ille tacitus conſenſus ſemper ante hæreditatis aditionẽ erit,& in quarta ſibi non præiudicauit,& ideo hæredi debetur, Rim.Iun.in princ.inſt.de don. num. 537. & cum veritas ita ſit, meritò diſtinctio Zuccardi inanis,& fruſtratoriè poſita cẽſetur.

461 ¶Et † interdictum quoque adipiſcendæ,& recuperandæ, ſimul cumulari nõ poſſunt,& ratio eſt;quia agens interdicto recuperandæ aſſerit,ſe poſſediſſe,& ſua nũc fuiſſe poſſeſſione ſpoliatum,capitu.olim,de reſtitu.ſpoliat.interdictum autem quorum bonorum præſupponit actorem nunquam poſſediſſe; nã hæredi non datur,qui ſemel poſſeſſionem apprehẽdidit,§.pro poſſeſſore.verſ.ſi itaque,inſt.de interd.Iaſ.in l.j.§.veteres. num. 18.ff.de acquirenda poſſeſſio. Alexan.conſi.183. numero 3.lib. 5.impoſſibile igitur eſt,ꝙ hæc duo remedia ſatis repugnantia ſimul cumulentur,l.vbi repugnantia.ff.de reg.iur.nam aliquis actum in ſe repugnantem non producere poteſt, Iaſ.in dict.§.nihil commune,numero 160.Dec.in leg.edita,numero 62. verſi. & ad iſtam regulam,C.de ed.Cagnol. in dict.leg.vbi repugnantia Capit.deciſ.96.numero 6.& octauo, hinc eſt, quòd quamuis ruſticus ob contrarietatem excuſetur, tamen quando talis cõtrarietas ex actis conſtat,iudex ex officio quoq; parte nõ opponente libellum hanc contrarietatem continentem reijcere poteſt,Barto.in dicto §.nihil commune,nume.33.& ibi etiam Iaſ.numero 162.Ripa numero 171.

Et ſi iudex hunc libellum non reijceret,& pars non oppone ret,an proceſſus ſuper vtroque valeat.& Bar.in d.§. nihil commune,dicit,id à proſequutione proceſſus facta dependere: nã ſi vtrunq; proſequatur,tanquam contrarius ſe ipſum excludit, ſi alterum tantum,proceſſus valeat,& ſententia ſuper illo ferri poteſt,cuius doctrinam ſequitur Rip. in d. §. nihil commune. nu.172.declarãdo etiam vt ibi per eum,ſic itaq; ex his ſatis perſpicuè patet, qualiter hæc duo remedia ob contrarietatem nõ cumulari poſſunt.Bal.ĩ l.ĩcerti n.25.ver.vndecimo,C.de interd. Alex.in d.§.nihil commune.nu.90.& ibi etiam Iaſ. n.153.Zuccard.in l.ſi.nu.182.in fi.C.de edict.D.Hadr.tol.Rui. conſ.27.nu. 6.verſi,nec obſtat,lib.5.

462 Hæc † autem iudicia poſſeſſoria bene circa diuerſa ſimul cumulari poſſunt,vtputa, remedium recuperandæ ratione naturalis poſſeſſionis ſpoliatę,adipiſcẽdæ verò ratione ciuilis, Caſt. ꝙſi.95. nu.2.lib.2.in ñouis, Soc.in regula 187.in vl.fal.Iaſ.in d.§. nihil commune,nu.154.& ibi etiam Rip.nu.163. idem dicendũ eſt de interdicto retinẽdæ, & adipiſcendæ: nam ciuilis animo retinetur,& naturalis corpore,l.j.in prin.ff.de acquir. poſſ. quæ poſſeſſiones (vti diuerſæ)penès diuerſos eſſe poſſũt,& quilibet per ſe inſolidum,l.ſi duo.ff.vti poſſid.meritò ſi hæc poſſeſſoria diuerſis reſpectibus cumulari poſſunt,Iaſ.in d.§.nihil commune,n.154.& alij doct.prælegati vt ſupra,& de his hactenus dictum ſit de cumulatione,cùm hic meum nõ ſit principale off. cumulationis materiam tractare,ſed de his tantum pertinentibus ad materiam interdicti quorum bonorũ dixi,& ſi vis materiam cumulationis ſcire,vide ſcribẽtes in d.§.nihil commune, & Dec.poſt alios in l.edita.C.de ed.quibus in locis ſatis plenè p eos hæc cumulationis materia diffuſeq; pertractatur, ad quos me remitto,cùm in fonte videri poſſint.

463 ¶Et † interdictum quorum bonorũ hæredi competit cõtra illum,qui pro hærede,vel pro poſſeſſore,poſſidet,l.2. C. quor. bon.§.adipiſcendæ.inſt.de interd.Saly.in rub.C. quor. bon. nu. 3.& ibi etiam Bal.Rip.in rub.ff.quor.bon.nu.2.ver. tertia,& in l.j.nu.2.ff.co.ti.D.meus Soc.Iun.cõſ.75.n.6.lib.j.& in hoc petitioni hæreditatis æquiperatur,Rip.in d l.j.nu.3.Marant.in trac. de ord.iud.in quarta par.diſt.7.nu.4.Corn.conſ.18. col. 2. circa medium,li.j.D.meus Soc.Iun.d.conſil.75.nu. 6.& ſeq.Roland. conſil.75.num.16.& ſeq.li.2.

Sed ſi quis diceret,ſi hoc interdum cõtra illũ datur, qui pro hærede poſſidet,nõne id ſatis iniquũ eſt;quia hæres manuteneri debet in poſſeſſione bonorum tempore mortis teſtatoris penes illum repertorum,& non reijci?

Sed ego huic obiecto reſpõdeo,& dico,obiectionẽ contrariam procedere exiſtẽte titulo pro hærede falſo & putatiuo, vt in obiecto cõtrario dicitur,ſed ſecus verò erit,ſi titulus verus ꝓ hærede extaret.Rip.in l.j.n.6.ver.ſecũdò oponitur,ff.quor.bon.

464 Et † pro hærede autem poſſidere dicitur, qui ſe hæredem putat eſſe,pro poſſeſſore verò is poſſidet,qui nullo iure rem hęreditariam,vel etiam totam hæreditatem,ſciens ad ſe non pertinere,poſſideat,§.pro hęrede.& ibi not.Aret.n.4.inſt.de interd. l.pro hærede,& ibi ſcribentes.ff.de pet.hæred.Rip.in l.j.n.6.ver. ſecundo opponitur,ff.quor.bon.

465 ¶Et † ad hoc,vt id interdictum hæredi competat,neceſſe eſt, ꝙ aduerſarius rem hęreditariam poſſideat,§.adipiſcẽdæ,inſt.de interd aliàs hęredi vero nõ cõcederetur;cùm interdictum dicatur inter duos dictum,Aret.in §.ſequẽs diuiſio,nu.3. inſt.de interd.& in §.quadrupli.nu.25.ver.aduertas,inſt.de act.Iaſ. in l. fi. n.28.ver.nam remedium.C.de edict.Diui Had.tol.

Quam concluſionem puto etiam eſſe veram,ſi reus nõ poſſideat,dummodo dolo poſſidere deſierit, quãdo in hoc quoq; caſu interdictum quorum bonorum contra illum competit, l.j.ff.quor.bon.l.2.C.eo.ti.nam paria ſunt, ꝙ quis poſſideat, vel dolo poſſidere deſinat,l.qui dolo,& l.parem,vbi Cag. ff. de re. iur.Saly.in l.2.nu.2.C.quor.bon.

Et ſi quis diceret, ad quem effectum contra illum conceditur,ſi non poſſideat?

Reſpondeo,ꝙ datur,vt poſſeſſionem reſtituat,ſi poſſeſſio ad illum poſt inchoatum iudicium peruenerit,vel vt rei æſtimationem ſoluat,& intereſſe quantum in litem iuratum ſit, l. ſi poſſeſſor.§.reſtituere,& ibi gl.& Scribentes.ff. de pet. hæred. l. ſed & ſi lege §.ſi ante litem.ff.eo.tit.Rip.in l.j.n.4.ff.quor.bon.Plot. in l.ſi quãdo,nu.512.C.vnde vi, etiam ſi res ab alio ſit vſucapta; nam qui dolo malo poſſidere deſijt,quorum bonorum tenẽt, l.j.& ibi Rip.nu.11. ff. quor. bon. & excipiens de iure tertij, qui dolo,vel culpa cauſam tertio illud ius acquirendi,dedit,nõ auditur,Rip.in loco proxime allegato vt ſupra.

466 Et † in primis tu hæredis procurator animaduertas,vt facias interrogare reum conuentum,an dictam rem teneat, vel poſſideat,aut dolo,vel culpa tenere,& poſſidere deſierit, quia ille (quò ad eius damnum)pro poſſeſſore habetur, l. qui dolo, vbi Cag.ff.de reg.iur.quibus interrogationibus reus reſpondere tenetur,Cag.in d.l.qui dolo,nu.3.

Et quorum bonorum vendicat ſibi quoque locum, ſi reus tempore litis motæ non poſſideat, dummodo ante ſentẽtiam

poſſidere

Source : BIU Cujas

poſſidere incipiat, ſecundùm communem intellectum datũ l. p. ff. quorum bonorum contra quem tenet Rip. in d. l. j. num. 10. & hac ibi mouetur ratione; nam in interdicto quorum bonorum, poſſeſſio principaliter & non in conſequentiam petitur, Barto. in l. j. num. 4 ff. quorum bonorum. Berous quæſt. ſuis fam. quæſtio. 91. nu. 8. in petitione autem hæreditatis non ita eſt, ergo requiritur, ꝙ reus tẽpore litis conteſtatæ poſſideat, aliàs poſſeſſio non in iudicium venit, l. non poteſt. ff. de iud. Ripa in d. l. j. numero 10.

Et ſi tu tenebis communem intellectum d. l. j. a doctoribus communiter traditum, declarabis, illud eſſe verum, niſi reus negaret ſe quicquam poſſidere ab actore petitum; nam in hoc caſu iudicium interdicti quorum bonorum locum non haberet, etiam ꝙ reus rem ab actore petitam poſſidere inceperit, & ratio eſt in promptu: quia quorum bonorum non competit, niſi contra poſſidentem pro hærede, vel pro poſſeſſore, Ripa in d. l. j. numero 10. in fin.

467 ¶ Et nonnulli cenſuere, † ꝙ remedium quorum bonorum hæredi ab inteſtato tantum ſuccedenti competat, l. 2. C. quorũ bonorum. Dec. conſ. 424 num. 10. Dominus meus Soc. conſil. 75. numero 5. libro j. & hoc eſt; quia hæredi ex teſtamento ſuccẽdenti per aliud remedium eſt l. fin. C de edicto D Hadr. tollẽ.

Alij autem in contrarium exiſtimauere eſſe, videlicet, ꝙ hæredi non tantum ab inteſtato ſuccedenti, ſed & quoque ex teſtamento hoc interdictum competit & id procedit ob generalitatem l. primæ, ff quorum bonorum. Sal. in l. 2. numero 4. C. quorum bonorum. Aretin. in §. ſequens, num. 1. Inſt. de interd. & in § quadrupli, num. 25. circa medium, Inſt. de act. Pract. Pap. in form. libell. quo pet. hæred. ex teſtamen. in glo j. nume. 2. Marant. in tract. de ord. iud. in 4. par. diſt. 7. nume. 2. Rip. in Rubri. ff. quorum bonorum in octaua differentia, Roland. conſ. 1. num. 13. libro j. quæ opinio quoq; mihi communis placet; cum vnũ remedium per aliud non ſit ſuperfluum, immo noſtra interſit plura remedia habere, Sal. in d. l. in fin. & iſta duo remedia ſe adinuicem habent, vt excedentia, & excellà, Rip. in Rubrica. ff. quorum bonorum, numero 3.

468 Nec † prædictæ cõcluſioni obſtat l. 2. C. quorum bonorum. nam illa lex ibi ſecundùm caſus figurationem loquitur, a quibus verbis narratiuis facti in d. l. 2. poſitis non eſt licitum arguere ad deciſionem iuris, vel cauſarum, Laſ. in l. qui Romæ, §. Callimachus, num 6 ff. de verborum obligatio. & in l. ſerui electione, §. cum fundus, num. 2 . ff. de legat. j. Dec. in l. quamdiu, num. 21. & ſequen C qui admitt. ergo dicta verba in d. l. 2. inſerta nõ negant, quin etiam quorum bonorum hæredi ex teſtamento ſuccedenti competat.

Et profectò, ſi iſte caſus fuiſſet figuratus in d. l. 2. videlicet, ꝙ hæres ex teſtamento ſucceſſiſſet, Iuſtinianus Imperator ita pariter deciſiſſet, & id ob generalitatem l. primæ, ff. quor. bonor.

Et ita pariter reſpondendum eſt auctoritatibus Decij, & Domini mei Soc. Iun. in contrarium allegatis; nã illorum deciſiones loquuntur in caſu ad illos tranſmiſſo, in quo ſibi proponebatur hæredem ab inteſtato ſuccedere, non tamẽ propter hoc dicti Iuriſconſulti in ſuis conſiliis negant quin hoc remedium quorum bonorum competat hæredi ex teſtamento ſuccedẽti, ob generalitatem d. l primæ, cum proculdubio interdictũ quorum bonorum hæredi tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento ſuccedenti competit, ad ſimilitudinem petitionis hæreditatis: quia interdictum quorum bonorum in omni ferè caſu locum habet, vbi & petitio hæreditatis ſibi locum vendicat, Aretin. in §. ſequens diuiſio, num. 2. & 6. in fine. Inſtitu. de interd. Calcan. conſ. 67. num. 8. Roland. conſ. 1. num. 8. & pluribus ſeq. lib. j. ſed ſic eſt, petitio hæreditatis datur hæredi tã ex teſtamento, quàm ab inteſtato ſuccedenti l. j. & ibi gloſ. ff. de peti hæredi. Aret. in §. actionum autem, num. 104. & ibi etiam Laſ. num. 114. Inſtitu. de actio. & vt in tractatu petitionis hæreditatis plenè dicam, & remedia iſta in omni ferè caſu ſunt ſimilia, merito ſi quorum bonorum hæredi tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento ſuccedenti competit.

469 ¶ Et hæres in poſſeſſionem † omnium bonorum poſſeſſorum per defunctum tẽpore ſuæ mortis mitti debet, l. 2. C. quorum bonorum. Dec. conſ. 84. num. 1. Pariſius conſi. 41. nume. 1. libro j. D. meus Soc. Iun. conſ. 75. num. 21. lib. j. & in omnib. quo que bonis, commodatis, depoſitis, & per defunctum tempore ſuæ mortis detentis, & in hoc cum hæreditatis petitione conuenit, vt in l. non tantum, in princ. ff. de petit. hæredi. Bald. in l. j. nu. 10. prope fin. C. quorum bonorum. Pract. Pap. in forma libell. quo pet hæred. ex teſtamen. in glo. poſſidebat, nu. 3. Ruin. conſ. 107. num. 1. libro 4.

Et etiam in bonis tempore ſuæ mortis non poſſeſſis, quoniã in bonis dicitur eſſe, ſi quoque poſſeſſio non ſit, vt in l. rẽ in bonis, ff. de acquir. rerum dom. dummodo in illis defunctus actionem, vel exceptionem tempore ſuæ mortis, habuerit, Barto. in l. j. num. 12. C. quorum bonorum. Aretin. in §. quadrupli, nume. 26. verſ. quæro pro quibus, Inſt. de actio.

470 Et † quamuis regulariter pro iuribus, actionibusq; incorporalibus, quorum bonorum, nõ datur. l. 2. ff. quorum bonorum. Barto. in l. j. num. 11. C. quorum bonorum. Sal. in Rubrica, C. eodem titu. Pract. Pap. in form. libell. quo pet hæred. ex teſtamẽ. in glo. coram vobis, num. 2. tamen id non procedit, quãdo incorporalia corporalibus cohæreant. Barto. in l. fin. in fin. & ibi Sal. C. quorum bonorum. Alexan. in l. 3. num. 2. ff. de acquir. poſſeſſ. hinc eſt, ꝙ pro vſufructu, alijsq; ſeruitutibus, quorum bonorũ, datur, Rip. in l. interdicto, num. 2. ff. quorum bonorum. Zuccar. in l. fin. num. 314. C. de edicto D. Hadr. tollẽ. & hinc quoque videmus, ꝙ licet contra debitores hæreditarios hoc interdictum non detur, l. interdicto, & ibi Rip. num. 1. ff. quorum bonorum. Marant. in tract. de ord. iud. in 4. par. diſtin. 7. num. 8. in fin. tamẽ cum debitores in re, & in perſona ſint obligati, contra eos etiã quorum bonorum datur, Barto. in d. l. interdicto, & propterea ex his ſatis perſpicuè patet, quorum bonorum pro iurib. actionibusq; ad perſonam etiam cohærentibus permitti, ſecundùm crebriorem Doct. opinionem, vt per Zuccard. in l. fin. num. 311. C de edicto D. Hadr. tollen. ſecus verò erit de præſtationibus perſonalibus tantum, licet etiam pro eis detur quidam ſtatus, per quem hæres reſtituitur, ad illam perſonalem actionem, ſi in illo ſtatu iniuſtè, vel violenter priuatur. Zuccard. in l. fin. nume. 312. C. de edicto D. Hadr. toll.

471 ¶ Et hæres † quoque in poſſeſſionem mittitur bonorum feudalium per defunctum tempore ſuæ mortis poſſeſſorum, detentorumq;, non obſtante agnati contradictione, qui regulariter non eſt legitimus contradictor, ad impediendum hæredem in poſſeſſionem feudalium mitti, cap. 2. ſi de feud. fuer. controuerſ. inter do. & agn. Zuccard. poſt Scribentes communiter in l. fin. num. 92. verſ. mihi magis placet, C. de edicto D. Hadr. tollẽ. Plot. in l. ſi quando, num. 110. C. vnde vi. Dec. conſ. 488. num. 11. Curt. Iun. conſ. 30. num. 10. Pariſ. conſ. 41. nu. 2. & ſeq. Dominus meus Soc. Iun. conſ. 75. num. 28. libro j. Roland. conſ. j. num. 48. libro j. donec de iure, illiusq; proprietate in petitorio ordinariè cognoſcatur, Durant. in tract. de arte teſta. titu. 11. caut. 20. num. 4. Dec. conſi. 424. num. 10. & ſequen. & conſ. 388. num. 9. Curtius Iunior conſ. 30. nume. 10. & conſ. 108. num. 14. Dominus meus Soc. Iun. conſ. 75. num. 28. & ſeq. libro j. Roland. d conſ. 1. nume. 48. quia regulariter interdictum quorum bonorum per dominij exceptionem non impeditur, ſed in petitorio reſeruatur, l. fin. C. quorum bonorum. Dec. conſ. 424. num. 20. & conſ. 467. num. 14. Durant. in tract. de art. teſta. titu. 11. caut. 20. num. 8. prope fi. Plot. in l. ſi quando, num. 110. C. vnde vi. idem dicendũ eſt, de emphyteuticis eccleſiaſticis, Zuccard. in l. fin. num. 92. verſi. mihi magis, C. de edicto D. Hadr. toll. Plot. in l. ſi quando, num. 110. C. vnde vi. Dec. conſ. 467. nume. 9. in fin. & ſeq. Pariſ. conſ. 41. numero 1. & ſeq. libro j.

472 Quæ concluſio quoque procedit † ſi filia ſit hæres vniuerſalis, vel vna alia fœmina, quę ſit tranſuerſalis, dummodo defuncti hæres vniuerſalis ſit, Laſ. in prælud. feud. num. 45. Afflict. dec. 119. num. 4. D. meus Soc. Iunior conſ. 75. num. 29. libro j. Rolãd. conſ. 1. num. 61. libro j. & hoc eſt; quia defuncti poſſeſſio in his bonis feudalibus in hæredem vniuerſalem continuat, D meus Cephalus conſ. 30. num. 9. & ſeq. deciſ. Pedemontana 26. num. 14. meritò, ſi in hoc iudicio poſſeſſorio filia hæres agnato regulariter præferatur, vt commodum ſuæ poſſeſſionis habere poſſit, §. commodum, Inſt. de interd. donec de iure agnati in petitorio ordinariè cognoſcatur, Pariſ. dicto conſ. 41. num. 3. & ſeq. Roland. d. conſi. j. num. 48.

473 Quæ † regula limitatur non procedere, ſi agnatus poſſideret, offerendo ſe incontinenti ius ſuum probare, dico, ꝙ ille auditur, & ſi probaret ſe potiora iura in feudo habere, hæredi præfertur; quia hæredi tunc obſtat exceptio dolo facis petere, qđ reſtituturus es, l. dolo facit, ff. de excep. cap. dolo facit, de regulis iuris in 6. gloſ. eſt communiter recepta ĩ l. j. in verbo, Reſtituas, vbi etiam Ang. num. 5. ff. quorum bonorum. Bald. Sal. & Ange. in l. fin. C. quorum bonorum. Sal. in l. incerti, nu. 12. verſ. in poſſeſſorio verò adipiſcendæ, C. de interdi. Aretin. in § quadrupli, num. 26. in fin. Inſt. de actio. Rip. in l. hoc interdictum, num. 12. ff. quorum bonorum. & lib. j. reſponſ. ſuorum, cap. j. num. 83. vbi dicit hanc eſſe communem Doct. opinionem, & ita quoq; affirmat Afflict. deciſ. 14. num. 4. Laſ. in l. 3. §. genera, num. 25. ff. de acquirenda poſſeſſio. Zuccard. in l. fin. nu. 480. & num. 437. verſ. & prædicta, C. de edicto D. Hadr. tollen. Neguſ. in tract. de pign. in 2. memb. ſecundæ par. num. 21. Ruin. conſi. 27. num. 6. in fin. lib. 5. D. meus Soc. Iun. conſi. 75. nu. 8. libro j. & D. quoq; meus Ceph. conſi. 4. num. 36. libro j. & hoc per text. l. ſi is a quo. ff. vt in poſſeſſio. lega. ad hoc vt circuitus euitetur, iuxta l. Dominus teſtamento, & ibi not. ff. de condi. indeb. tum & quia, poſſeſſionẽ & titulum habet, & contra titulo poſſidentem regulariter hæredi quorum bonorum non datur, Bartol. & Doct. in l. hæreditatis, C. de petit. hæred. l. j. & ibi not. Bart. num. 3. ff. quorum bonorum. Bald. in Rubrica. C. quorum bonorum. & ibi etiam Sal. num. 4. Areti. in §. quadrupli, nu. 25. verſ. præterea, Inſt. de actio. Alexan. conſi. 91. num. 13. libro j. Laſ. in prælud. feud. nume. 43. & ratio eſt; quia hæres ſe in titulo & defuncti poſſeſſione fundat;

reus

Source : BIU Cujas

reus autem quoque fundatur ex titulo inueſtituræ,& ex poſſeſſione de præſenti,meritò ſi agnatus hæredi præfertur,Zuccard. in l.fin.numero 41.verſicu.circa primum,& numero 419.C.de de edicto D.Hadr.tollen.

474 Hanc † autem limitationem tribus modis ſublimita.Primò dico,ꝙ dicta limitatio procedit,ſi agnatus expreſsè,& per nomen proprium nominatus ſit in inueſtitura,Roland.conſilio 1. nume.30.lib.j.deciſ.Pedemontana 26.num.16.ſecus verò eſt,ſi in inueſtitura nō nominatur,& eius genealogia per teſtes ſit probanda,agnatus non auditur,etiam ſi ſe obtulerit ius ſuum incontinenti probare:ſed in hoc vltimo caſu hæres in poſſeſſionem mittitur,ſaluo & reſeruato agnato iure ſuo (ſi aliquod in feudo habeat) ordinariè in petitorio agendi, Domin. meus Soc.Iun.conſi.75.num.18.& ſequen.lib.j.& Dominus quoque meus Cephal.conſi.30.num.14.& ſequen.& nume.19.Roland. conſi.1.num.71.& ſequen lib.j.deciſ.Pedemontana 26.num.16. & nume.21.verſicu.ex præmiſſis,nam quotieſcunque dominij exceptio altiorem requirit indaginem,illa non admittitur,ſed in petitorio ſemper reſeruatur,per text.clarum in l.fin.C.quorum bonorum.Afflict.deciſ.14.num.4.& 10.in fin. Dec. conſil. 424.num.18.& ſequen.& conſi.467.num.13.& ſequent. Dominus meus Soc.Iunior conſi.75.num.20.libro j.

475 Secundò † etiam limitatur non procedere, quādo remediū adipiſcendæ in pœnam rei conuenti intentatur; nam tunc dominij exceptio non admittitur,ſecundùm gloſ.fin.in l.fin.ff.de rei vend.Rip.poſt Laſ.in l.naturaliter,§.nihil commune, nume. 102.ff.de acquirenda poſſeſſio.

476 Vel † & tertiò exceptio proprietatis non admittitur,ſi poſſeſſio agnati ſit vitioſa.vt puta quando ille in inueſtitura nō ſit expreſsè nominatus,& per vim poſſeſſionem præoccupauerit, Ripa in l.hoc interdictum,num. 12.in fin.ff.quorum bonorum. Zuccard.in l.fin.num.181.C.de edicto D.Hadr.tollen.Dec.conſilio 423.ſub num.18.& conſ.467.num.12.D.meus Soc. Iun. cōſil.75.num 18.lib.j.Roland conſi.1.num.71.libro j.

Et poſſeſſio etiam vitioſa dicitur,ſi illam propria auctoritate apprehendiderit.Dec.in l.fi.num.48.verſ.ſi autem,& ibi etiā Zuccard.num.379.C.de edicto D.Hadr.toll.idem Dec.conſil. 424.num.14.prope fin.& num.18.verſ.nec obſtat, & conſ.467. num.12.Crauet.conſ.134.nume.23.

Quam limitationem non puto eſse veram, ſi agnatus in inueſtitura expreſsè nominatur,& in illa conſtituti,executiuiqúe pactum reperiatur,virtute quorum cenſeo agnatum proculdubio in poſſeſſionem per vim ingredi potuiſse.Barto. in l.creditores,num.19.& ibi etiam Sal.numero 12.C.de pignor. Laſ. in l. 2.num.109.& ſequen.C.de iure emphyt. Tiraquell.in tract.de iure conſt.in prima par.num.37.Roland.conſ.5.num.22.lib.2.a fortiori ergo ſine vi,auct.multo magis,C.de ſacroſanct.eccleſi. meritò ſi agnatus per proprium nomen in inueſtitura nominatur,& defuncto proximior ſit, hæredi præferatur, deciſ. Pedemontana 26.numero 16.

Secus verò erit,ſi agnatus poſſidens in inueſtitura nominatur,ſed defuncto non proximior ſit,& de iure tantum tertij opponat,non admittitur,ad impediendum hæredem in poſſeſſionem feudi per defunctum tempore ſuæ mortis detenti mitti. Laſ.in prælud.feud.num.44.Alexand.conſ.91.num.13.verſic.nec poterat, libro primo.

477 Et † exceptio dominij non admittitur etiam,ſi reus incontinenti offerat ſe illam probaturum, exiſtente ſtatuto poſſeſſionem in hæredem immediatè ſine alia apprehēſione continuāte,& ratio eſt;quia in hoc caſu adipiſcendæ naturam recuperādæ ſapit,& ſicuti in recuperanda exceptio dominij reijcitur, vt per Scribentes in l.naturaliter.§.nihil commune, ff.de acquirēda poſſeſſion.ita & in interdicto quorum bonorum.Dec.conſi. 84.col.2.ver.& iō,Ripa in Rubr. extra de cauſ.poſſ.& ꝓpr.nu. 24.in fi.& in d.§.nihil cōe,nu.98.in fi.Pariſius cōſi.41.nu.13.lib. j.ſed an hæc limitatio ſit vera, ex infra dicendis patebit, vbi tractabo illum articulum,an exiſtente ſtatuto poſſeſſionem ī hæredē continuante,ſi recuperanda, vel adipiſcēda hīrdi cōperat.

478 Et † neceſſe eſt, ad hoc vt interdictum quorum bonorum hæredi cōpetat, ꝙ agnatus feudum poſſideat, §. adipiſcendæ, Inſt.de interd.Roland.conſi.1.nume.71.lib.j.quia id interdictū dicitur quaſi inter duos dictum, Aretin. in §. quadrupli, nume. 25.verſicu.aduertas,Inſtitut.de actio.

479 Et † circa hāc feudorū materiam,in hoc articulo proximè tacto,tu declara,vt aliàs in præcedēti tractatu tetigi, præter ꝙ ibi cognitio cauſæ fit ſummarie,quia remedium l.fin.C. de edicto D.Had.tol.regulariter eſt ſummariū,vt ibi ꝑ Doct.Pariſius cōſi. 11.n.2.li.2.īterdictū verò quorū bonorū eſt remediū ordinariū. Dñs meus Cephal.ꝯſ.30.n.16.& ſeq.ī quo ad cognitionē cauſæ nō ꝓcedit,niſi ordinarie,porrecto libello, & lite ꝯteſtaa,quæ litis ꝯteſtatio de iure requiritur,Rip.poſt doc.in l.naturaliter.§. nihil commune, nu. 182. ff.de acquir. poſſeſſ.& vt in principio
480 huius ferè tractatus dixi.¶Quæro, an quorum † bonorum hæredi pro rebus ſingularibus competat. & plerique cenſuere, quò d nō,ſed pro rebus tātum vniuerſalibus.Pract.Pap. ī forma libell.quo pet.hæred.ex teſta.in gl.coram uobis, nu.2. Roland. conſil.j.n.5.lib.j.& hoc per tex. l. primæ. §. hoc interdictum, ff. quorum bon.& ideo Soci.conſil.33.n.19.lib.j. dicit, ꝙ interdictum quorum bonorum directum pro hæreditatis occupatione competit,pro rebus autem ſingularibus vtile,quod eſt remedium l.fin. C. de edicto D. Hadr. toll. cuius doctrinam ſequitur Marant.in tract.de ord.iud.in 4.par.diſt.7.num.7.Roland.conſ. 75 num.4.lib.1.

Alij autem contrarium exiſtimauere,videlicet interdictum quorum bonorum non pro rebus tantum uniuerſalibus hæredi competat,ſed & quoque pro particularibus glo. eſt in l.ſi ex edicto,in verbo,Poſſideat,C.quor.bon. tex. eſt etiam cum gl.in §.adipiſcendæ,in verbo,Quod ex his,& ibi not.Aret.nu. 5. Inſt. de interd.& idem Aret.in §.quadrupli n.25.ver.ex quo, Inſt. de actio.Bart.& Ang.poſt gl.in l.prima.§. hoc interdictum, & ibi etiam Rip.n.15.& 18.in fi.ff.quor.bon.& hæc eſt cōmunis Doct. opinio,ut per Rip.in l.j.§.quia autem,n.12.ff.quor legat.

Et hæres bonorum partem hæreditariorum poſſidēs,pro adipiſcēdis alijs bonis hæredi quorum bonorum datur,Ruin.cōſi. 28.n.j.li.5.& non tantum vtile,ſed & quoq; directum,Rip.in d. §.hoc interdictum n.18.prope fin.

Quæ opinio quoq; mihi placet, nō obſtāte quicquid dixerīt Soc.Marant & Roland.& vt ſupra in cōtrarium allegati,qui ad cōcludēdum in cōtrarium ita mouētur,per tex.in dicto §. hoc interdictum,qui tex.(meo quidem iudicio) nō obſtat; quia ibi ſubauditur dictio taxatiua,ſecūdùm Rip.poſt Bar.Ang & alios in d.§.hoc interdictum,quæ ſubauditio taxatiua ita intellecta, d. §. hoc interdictum, magis pro hac communi, quam econtra faceret.

481 Bene autem fateor,ꝙ † contra debitores hæreditarios regulariter hæredi quorum bonorum nō cōceditur,l.interdicto, ff. quorum bon.& in hoc ab hęreditatis petitione differt, quę cōtra debitores cōtēdētes ſe hæredes eſſe datur,l.etiam,§.fin.ff.de pet.hęre.Marant.in tract.de ord.iudi.in quarta par. ſeptima diſtinct.ſub num.8.& hæres contra debitores ſolutionem denegātes iudicis officio eos cōuenire poterit.Ang.ī d.l.interdicto,

Quæ regula limitatur non procedere, cum debitores in re, & in perſona obligati ſint;quia tunc hęredi quorum bonorum cōtra illos competit,Bar.in dicta l.interdicto,& ibi etiam Ang. nu.2.Alex.in l.3.nu.2.ff.de acquirenda poſſeſſ.Zuccard.in l. fin. nu.311.C.de edicto D.Hadr.toll.& vt aliàs ſuprà tetigi.

482 ¶ Et pro obtinēdo † victoriam in hoc iudicio interdicti quorum bonorum, procurator hęredis pro parte ſua probare debet,ſe ab inteſtato,vel ex teſtamento,hæredem eſſe : ſi ab inteſtato, debet articulare, & probare, ꝙ ipſe eſt de liberis, vel de ꝓximioribus agnatis,& defuncti hæreditatē adiuerit,vel agnouerit:ſi autem ex teſtamēto ſuccedat,dico,ꝙ ſufficit producere teſtamentum nō abolitum,neq; cācellatum in aliquo ſubſtantiali parte.Secūdò in his duobus caſibus probare debet,defunctum poſſediſſe,vel tenuiſſe talia,& talia bona,tēpore ſuæ mortis;& hoc modo omnia in hoc interdicto quorum bonorum nèceſſaria erunt probata,Aret.in §.quadrupli,n.25. in fin. Inſt. de act.Durant.in tract de art.teſta.ti.11.caut.20.nu.4.Afflict.deciſ.14.nu.3.Marant.in tract de ord.iud in 4.par.diſtinct.7.num. 4.Franc.de Aret.conſi.103.nu.3.in fin.Calcan.cōſi. 67. col. 3. in prin.Gozad.conſ. 50.n.5.Purpur.in quodam conſilio ſuo inſerto inter deciſiones Pedemontanas,poſt deciſ.108. nu.j. Rolan. cōſi.75.nu.13.&.conſi.94.n.5.li.2.& hæc probatio ſufficit abſq; eo,ꝙ hæres probet defunctum fuiſſe dominum bonorum hæreditariorum, cum dominij probatio non ſit neceſſaria, Gozad.conſil. 50.num.5.

Et ſi hęredis procurator nō probaret ſuum principalem defuncti hęredem eſſe,illiusq; hęreditatem legitime adiuiſſe, vel illam de iure prætorio agnouiſſe, ſuccumberet; quia requiſita interdicti quorum bonorū nō probaret,l.j.& ibi not. ff. quorū bon.Marant.in tract.de ord.iud.in 4.par.diſt.7.n.4.Alex.ꝯſ.176. nu.j.lib.5.Pariſ.cōſi.48.n.9.l.3.Gozad.cōſil. 50.nu.15.Roland.ꝯſ. 75.nu.3.in fi.li.j.prætupponēdo etiam,fuiſſe probaturū pro parte ſua,reum pro hærede,vel pro poſſeſſore,poſſidere;quia interdictum quorum bonorū tātum cōtra poſſidētem pro hęrede, vel pro poſſeſſore,permittitur,l.2.C.quor.bonorum,§.adipiſcēdæ,Inſt.de interd.Rip.in l.prima,nu.2.ff.quor.bon. & etiam cōtra illum,qui dolo poſſidere deſijt, Rip. in d.l.1. nume.4.quare igitur bonum erit, vt reo interrogationes facias, & eiſdem reſpondeat : quia hoc modo per eius fortè reſponſiones ab hac probatione releuabis.

483 ¶ Et regulariter † quorum bonorum contra titulo poſſidentem nō datur,l.j.& ibi not.Bar.n.3.& Rip.nu.2.ff.quorum bon. Bal.in rub.C.quorum bon.& ibi etiam Salic.nu.4. idem Salyc. in l.ſi ex edicto,nu.2.C.quorum bon.Aret.in §. quadrupli, nu. 25.ver.præterea,Inſt.de act.Corn.cōſil.329.col.8.ver.ideo hęredibus,lib.j.Marant.in tract.de ord.iud.in 4.par.diſt.7. ſub num. 4.in fi.Roland.cōſi.75.num.16.& ſeq.lib.2.& ratio eſt; quia hæres in titulo & defuncti poſſeſſione fundatur, reus titulum & poſſeſſionem habet,ergo reus ratione ſui tituli & poſſeſſionis

præfertur,

Source : BIU Cujas

præſertur,cum in pari cauſa conditio poſſidẽtis eſt potior, Bar. & doc.in l.hæreditatis, C. de petit. hæred. Dominus meus Soc. Iun.conſi.75.nu.12. & ſeq. lib.j. & in hoc interdictum quorum bonorum petitioni hæreditatis æquiparatur,Rip.in l.hoc interdictum,nu.2.ff.quorum bonor.Marant. in tract. de ord. iud. in 4.par.diſt.7.nu.4.Corn.conſil.18.col.2.circa medium, lib.j Gozad.cõſil.50.nu.13.Calcan.conſil.67. nu.8.Dominus meus Soc. Iun.cõſil.75.nu.6.& ſeq.lib.2.Roland.conſ.75.nu.16.& ſeq.lib. 2.& ideo hæc regula eſt limitanda in omnibus caſibus, in quibus petitio hęreditatis limitatur,vt in tractatu petitionis hęreditatis dicam,quando quæritur,an petitio hæreditatis contra titulo poſſidentem detur,ad quem locum me reijcio,ne idem repetam,ſi ergo contra titulo poſſidẽtem nõ datur regulariter,ergo contra poſſidẽtem ſine titulo hoc interdictum quorum bonorum cõceditur,dummodo nihil uſucaptum,vel præſcriptũ ſit,Bar.in l.j.nu.15.C.quor.bon.

484 Aduerte autem, † ꝙ error iuſtus pro titulo habetur quò ad præſcriptionem:nõ autem quò ad excludendum agẽtem interdicto quorum bonorum,laſ.in §.actionum autem,n. 222. Inſt. de act.Rip.in l.j nu.7.ff.quor.bon.D.meus Soc.Iun.cõſ.75.n.13, li.j.deciſ.Pedem.56.nu.6.

Et an requiratur præſcriptio longi, vel lõgiſſimi temporis, id eſt,triginta annorum,dic,vt dicam in ſubſequenti tract.petitionis hæreditatis,diſtinguẽdo eo modo,vt ibi dicam; nam interdictum quorum bonorum & petitio hæreditatis in hoc ſe cõueniũt,æquiparãturq; Aret.in § quadrupli,nu.25. circa medium,Inſt.de act.deciſ.Pedemontana 56.n.6.

485 ¶ Et deinde quæro; † frin hoc interdicto quorũ bonorum, plena,vel ſemiplena probatio requiratur,& nõnulli dixere,plenam probationem requiri ex eo;quia dẽ pleno ipſius poſſeſſionis prætudicio tractatur;cum maximum commodum ſit poſſidere,§.commodum,& §.retinẽdæ,Inſt.de interd.meritò ſi plena requiratur probatio,Salyc.in l.j n.9.C.quorum bon. Rip. in l.interdicto,n.8.ff.quorum bon.& ĩ l.ſi cõſtãte,n.17.ff.ſol.matr. Cag.ĩ l.ĩ pari,n.4.ff.de reg.iur.& hæc eſt cõmunis Doct. opinio, vt refert ſequẽdo Ale.conſi.187.nu.3.lib.7.& cõſi.139.nu.14.& ibi etiam apoſtillans,li.6.Gramm.conſi.150.nu.35.in ciuilibus, Rol.conſi.50.nu.15.ver.nec obſtat,lib.2.

486 Quæ † cõcluſio vẽdicet etiam locum ĩ quocũque iudicio poſſeſſorio,etiam ſummario.Vãt.in tract.nullit.in ti.ex defectu proceſſ.n.38.& hoc per tex.l.primæ, C. quorum bon. in verbo, Si probaueris.quod verbum habet ſenſum veræ,& proprię probationis;nam quãdo probatio à lege exigitur,nõ ſemiplena ꝓbatio cum iuramẽto ſufficit,ſed propria,veraq; requiritur probatio,Fel.in rubrica extra,de probat.n.4.ſed ſic eſt, ĩ interdicto quorum bonorum,lex probationẽ requirit,dicta l prima,ergo debemus ĩtelligere de probatione propria,& nõ de impropria; cum verba etiam ſemper in potẽtiori ſignificatu intelligantur, Iaſ.in l.vt inter diuinum,n.12.C.de ſacroſ.eccle & in rub. ff. de noui operis nunc.nu.19.

487 Alij † autem cõtrarium cẽſuere, ꝙ immo in hoc interdicto quorum bonorũ ſemiplena ſufficiat probatio, Bar. in l. prima, num.10.C.quorum bon.Aret.in §.quadrupli,nu.26.Inſt.de act. Alex.cõſil.70.nu.11.& ſeq.lib.6.Gozad.conſi.50.nu.5. Durãt.in tract.de art.teſta.ti.11.caut.20.nu.6.Marant.in tract.de ord.iud. in quarta par.diſt.9.n.43.circa medium,Berous quæſt.ſuis famil. q.71.nu.6.in fi.& ratio eſt;quia cauſa poſſeſſoria eſt parui præiudicij,meritò ſi ſemiplena tãtũ ſufficiat probatio,Dec.in l.Carbonianum,nu.2.C.de Carbon edict.& conſilio 56.nu.1.& cõſi. 663.nu.2.Marſil.ſing.413.Ruin.conſi.108.nu.18.lib. 5, Crauet. conſil.158.nu.12.Roland.ſibimet contrarius conſil.75.n.14. & ſeq.lib.2.deciſ.Pedemontana 99.nu.37.vbi aſſerit hãc eſſe communem Docto.opinionem.

488 Alij † autem fœdere diſtĩctionis enixi fuere,has duas opiniones hoc modo cõcordare,vt prima opinio procedat, quando plenariè dẽ poſſeſſione tractatur,quæ ſit allatura remedium in poſſeſſorio alteri parti irreparabile:ſecus verò eſt,ſi poſſeſſio ſit momentanea,parui præiudicij,& in remedio poſſeſſorio reparari poſſit,prout eſt illa,quæ in iudicio ſummarijſſimo ordinat ad finem,vt ne lite pendẽte ſuper proprietate, vel poſſeſſione partes ad arma veniant,& vt ſciatur,quis ſit actor, & quis reus, & illa poſſeſſio eſt tãquam alterius iudicij ordinarij præparatoria,& ſic eſt momẽtanea:meritò, ſi nõ plena requiratur probatio,ſed ſemiplena tantum ſufficiat,Fely.in rubrica extra de probat.nu.5.ver.ſed limita,& ratio eſt.nam illa,quæ ſunt momentanea,in nulla conſideratione habentur. Dec.in l. fi C. de pact. Marſil in l.fin.nu.155.ff.de iuriſd.omn.iud. Soc.con.54.nu.28.li. 4.Gramm. conſi.2.nu.3.in fin.& ſequen.in ciuilibus,& ĩ his terminis loquuti fuere Doct.ſecundam opinionem tenẽtes:ita diſtinguendo declarat Deci.in capitulo cauſam quæ, numero 3. in fi.extra de iud.Alexand.in l.à Diuo Pio,§. ſi ſuper rebus, numero 2.ff. de re iudi. Caſtren. conſilio 3. numero ſecundo, lib.2.& eſt additio ad deciſ.Capic.13.n.1.Zuccard.in l. fi.n.83.& 257.circa medium, C.de edicto D.Hadr.tollen.Rip.in l.naturaliter.§.nihil cõmunẽ.nu 185.ver.vnde dicerem, ff.de acq. poſſ. Cagno.in l.in pari, n.6.ff.de regu.iur.Plot.in l. ſi quãdo, nu.112. C.vnde vi,Marant.in tract.de ord.iud.in 4.par.diſt.9.num.43.& ſeq.Vant.in tract.de nulli.in tit.ex defectu proceſſus, n.51. & ſeq.

489 Difficultas † ergo eſt in cognoſcendo,ſi poſſeſſio,quæ hæredi datur,in hoc iud.interdicti quorum bonorum ab hærede intentato ſit maximum,perpetuumq; alteri parti præiudiciũ, allatura. & mea quidem ſententia videtur ꝙ non : nam hæres rẽ petitam probans tempore mortis defuncti per illum poſſeſſam vel detentam fuiſſe ipſumq; illius defuncti hæredem eſſe, proculdubio in hoc iudicio poſſeſſorio regulariter obtinebit, non obſtãte,ꝙ reus ab ipſo defuncto ſpoliatus fuerit, vel rem in depoſitum penes defunctum relaxauerit,vt l.nõ tantum, in princip.ff.de pet.hæred.Bal.in l.j.nu.10.prope fi.C.quorum bonorũ. Rui.conſi.107.nu.1.lib.4.& vt ſupra aliàs tetigi.dictis igitur probationib.per hæredem factis,reus poſſidens regulariter hæredẽ impedire non poterit,quin ipſe in poſſeſſionem rei petitæ mittatur,l.2.C.quorum bonorum.l.non tantum.ff. de pet. hæredi. Dec.conſ.84.nu.1.D.meus Soc. Iun.conſ.75.nu.21.lib.j nam vt aliàs dixi,vt ſit legitimus contradictor, neceſſe eſt, ꝙ rẽ de qua agitur poſſideat,& non vitioſè, & ſuum ius incontinenti doceat, Rip.in l.hoc interdictum.nu.12.ff.quorum bonorum. D. meus Soc.Iun.conſ.75.nu.18.lib.j.præoccupando igitur rem petitam poſt defuncti mortem propria auctoritate,reus dicitur vitioſè poſſidere;quia poſſeſſio vitioſa cenſetur illa, quæ propria auctoritate acquiritur,l.ſi ex ſtipulatione.ff.de acquir.poſs.Zuccard.in l.fi.nu.348.verſ.ſi probat,C.de edict. D. Hadr. toll. Dec. conſ.84.nu.1.circa medium, Craue.conſ.134.nu.23.cum ſit igitur vitioſa,non eſt cõſiderabilis,nec ei quicquam prodeſt.Bald. in l.j.nu.16.C.de ſeruit.& aq.Pariſ.conſ.113.nu.35.lib.j meritò ſi hæres in poſſeſſionem mittitur, donec de iuribus aduerſarij in alio iudicio ordinari è cognoſcatur,Dec.conſ.424.nu.10.& ſeq. & conſ.588.numero 9.Curt.Iun.conſilio 108.numero 14. Dominus meus Soc.Iun.conſ.75. numero 26.& ſeq.libro j.

490 Et ideo,ſi † reus in alio iudicio contra hæredem remedium c.reintegranda 3.q.prima.intentabit, & ſua requiſita in illo iudicio neceſſaria probabit,proculdubio obtinebit, & ante omnia ad eius poſſeſſionem reintegraretur,c.conquerente, de reſtitu.ſpol.l.meminerint,C.vnde vi, cum reintegranda competat contra illum,qui poſſeſſionẽ ab auctore vitioſo habuit, Ripa in c.ſæpe.nu.28.in fin.de cauſ.poſs.& propriet.Rub.in l.naturaliter.§.nihil commune,nu.43.ff.de acquirẽ.poſs. Pariſ.conſ.1. nu.166.lib.j.vbi dicit hanc eſſe communem doct. opinionem. ergo ex his perſpicuè patet,ꝙ poſſeſſio, quæ hæredi in interdicto quorum bonorum datur non perpetuum reo afferat præiudicium,ſi in alio iudicio(vt dixi) de bonis iuribus rei conſtiterit,& cum ita ſit,meritò,ſi in iudi.interdicti quorum bonorũ ſemiplena tantum ſufficiat probatio,ſecundùm doct.diſtinguẽtes vt ſupra,Barto.in l.j.nu.10.C.quorum bonorũ. Doct.cõiter in 2.opinione præallegati,& ita etiam tradit Marant.in tract.de ord.iud.in quarta par.diſt.9.num.43.verſ.in iſta varietate.

491 Et † quamuis Marant. ibi moueatur ad ita concludendum; quia præiudicium in hoc iudicio reo illatum de facili in petitorio reparari poteſt:tamen ego dico,ꝙ ſi hęc ratio ſua fuiſſet vera,ſequeretur indiſtinctè,ꝙ in quolibet iudicio poſſeſſorio, & etiam in remedio reintegrandæ,ſemiplena ſufficeret probatio; quia reus,qui in poſſeſſorio ſuccumbit, contra eum in petitorio agere poteſt,vt per Scribentes in l. naturaliter.§.nihil commune,ff.de acquir.poſs.& per Curt.Iun. conſ. 41.nu.16.verſicu. quinimmo,& tamen eo in iudicio reintegrandæ, plena requiritur probatio ſecundùm communem doct.opinionem, vt per Plotum in l ſi quando,num.115.C.vnde vi,& ſecundùm diſtinctionem traditam per Doct.vt ſuprà,quorum opinioni ita diſtinguentium creditur,tanquam veritati adhærentium, Riminald.conſi.50.nu.2.libr.j.Dominus meus Soc.Iun. conſ.39. nu. 78.& conſ.121.nu.36.lib.2.ergo ex his patet, ꝙ ratio per Marãtam vt ſuprà allegata,non eſt bona, neque rationabilis, & ſucceſſiuè nõ eſt tenenda.Bene autem eius dictum valet, de iureq; ſuſtinetur,præſertim hoc iudicio quorum bonorũ,ex quo non tractatur de poſſeſſione penes hęredẽ perpetuò duratura,ſi reus in alio iudicio poſſeſſorio,vel petitorio (vt ſibi melius opportunum videbitur) de ſuis iuribus,vel de ſuo ſpolio a prædefuncto emanato probabit,vt ſuprà dixi.ergo hoc iudicium poſſeſſorium eſt momentaneum,paruiq; præiudicij, & in alio iudicio poſſeſſorio,uel petitorio de facili reparari poteſt:meritò, ſi ſemiplena ſufficiat probatio,ſecundùm crebriorem Doct.opinionem,vt per deciſ.Pedemontana 99.numero 37.& per Roland.conſi.75.num.14.& ſequen.libro 2.& per Doct. communiter præallegatos ſecundam opinionem tenentes.

492 Et hæc † concluſio proculdubio procedit:nam negari non poteſt,quin id iudicium alterius iudicij præparatorium ſit, vt ex præallegatis rationibus perſpicuè colligitur:meritò,ſi probatio tantum ſemiplena in hoc iudicio interdicti quorum bonorum ſufficiat,Zuccard.in l.fin.numero 257.verſic.& ideo,C.de edicto D. Hadria. tollen.

Et ita tenendo non obſtant (ni fallor) rationes adductæ per Sal.

Source : BIU Cujas

Sal.in l.j.num.9.C.quorũ bonorũ.vbi vult,ꝙ in hoc interdicto plena requiratur probatio:quia nõ eſt modici præiudicij, cum non aliud poſt ſe ſimile expectat,niſi forſan petitorium ab aduerſario intentandum,non de neceſſitate,de ſua tantum volũtate,tum quia à ſnĩa in hoc iudicio poſſeſſorio promulgata nõ permittitur appellatio,ergo eſt nimis præiudicij,ergo probatio plena eſt neceſſaria,Docto.diſtinguentes præallegati vt ſuprà.

493 Sed † ego his rationibus reſpondeo,& dico,verum eſſe, ꝙ à ſnĩa in hoc iudicio poſſeſſorio momentaneo promulgata regulariter non appellatur,Bar.in l.j.nu.12.& Salyc.col.3.in prin. C.quorum bon.& idem Salyc.in rub.C.eod.tit.nu.7.uerſ.quartò & ſeptimò,laſ.in l.naturaliter,§.nihil commune, nu.168.in fine,ff.de acquir.poſſ.Pract.Pap.in form.libel.quo pet.hær.ex teſta.in gl.quare cum, in fi.Gozad.conſ.50.n.3.& ſeq.Berous q̃ſt. ſuis famil.q.91.nu.8.Rolan.conſ.38.nu.13.& conſ.77.n.9.& ſeq. lib.2.vbl aſſerit hanc eſſe communem Doct.opinionem.

Et præſertim non appellatur ad effectum retardandi executionem,præſtita ſaltem cautione de reſtituendo poſſeſſionem, ſi opus fuerit,Marant.in tract.de ord.iud.in 4.par.diſt.7.num.9. & in 6.par.in 2.actu,num.173.Durant in tract.de art.teſta.tit.11. caut.20.nu.7.in fi.Berous quæſt.ſuis familiarib.q.91.nu.1.deciſ. Pedem.26.nu. 2.

Sed Roland.conſ.77.nu.15.& ſeq.li.2.dicit,quòd appellatio, non tantum quò ad effectum deuolutionis, ſed & quoque ſuſpenſionis prohibetur.

Sed quicquid ſit,ſatis mihi eſt,quòd à ſententia in hoc interdicto prolata in terris Imperij,& de iure ciuili appellatio non permittitur,quamuis non deſunt,qui dicant,appellationem de iure canonico regulariter non eſſe permiſſam,quæ opinio tñ uidetur periculoſa,immo penitus falſa, per tex.in c.cum ad ſedem,de reſtit.ſpoliat.Rip.in l.interdicto.nume.10.ff.quor.bon. Zuccard.in l.fi.nu.394.C.de edict.Diu Hadr. toll. Alex.conſil. 99.nume. 2.& ſeq.libr.5.Marant.in tract.de ord.iud.in quarta par.diſt.9.nu.44.tamen ego bene dico,hanc conſequentiã non valere, à ſententia in iudicio interdicti quorum bonorum prolata non datur apellatio,ergo eſt maximi præiudicij,immo appellatio in hoc iudicio mero poſſeſſorio ſolum reijcitur; quia eſt parui,momẽtaneiq́ue præiudicij, cum illa poſſeſſio non lõgo,perpetuoque tempoae penes hæredem ſit remãſura, ſi reus in alio iudicio effectus actor probauerit circa poſſeſſionem ſe à defuncto ſpoliatum fuiſſe,vel in petitorij iudicio dominium dictæ rei ad ſe pertinere, ergo eſt parui præiudicij,& hac tãtum ratione prohibetur appellatio, ſecundùm crebriorem doct. opinionem,vt per Roland.conſil.38.nu.13.lib.2.& alios doct præallegatos.

494 Et vt in ſimili videmus, quòd quando iudex in iudicio ſummariſſimo conſtituit vnum actorem,& alterum reum, præcipiendo actori, ne reum poſſeſſorem in ſua poſſeſſione etiam aſinaria moleſtare habeat, ſub pœna,ſaluo iure ipſi actori agendi ordinariè in poſſeſſorio,vel petitorio,ſi aliquod ius ſibi competat,dico,quòd à dicto præcepto momentaneum præiudiciũ actori afferente non permittitur appellatio,l.1.& ibi Saly.nu.3. & ſeq.C.ſi de mom.poſſ.Specu.in tit.de appellat.§.2.nu.8.Imol. conſ.55.num.5.Ang.conſ.46.nu.3.in fi.verſ.contrarium eſt veritas,Caſtr.conſ.3.num.2.in fin.verſ.tertio,lib.2. Dec. in l.fi.nu. 51.iñ fi.& num.52.in fi.C.de edict.Diu.Hadr. toll.& conſ.28.n. 1.in fi.& ſeq.Cagnol.in l.in pari,num.7.in fi.ff.de reg.iur.Plot.in l.ſi quando,num.107.C.und.vi,Calcan.conſ.83.nu.9. verſ. ſed & alia,Curt.Sen.conſ.60.in additione per illum ad d.cõſ.facta, Io.de Am.conſ.6.num.43.Pariſ.con.108.num.13.22.& 26.lib.1. D.meus Soc. Iun.conſ.18.nu.15.in fi.& ſeq lib.1.Marant.in trac. de ord. iud. in quarta par.diſt.9. num.44. & in ſexta par. vltimæ par in ſecundo actu,nu.301.ita ergo ex rationis identitate, nec ab iſta ſententia mera poſſeſſoria in hoc interdicto quorum bonorum promulgata nõ permittitur appellatio;cum illa poſſeſſio ſit momentanea,parum penes hæredem duratur, ſi reus in alio iudicio probauerit ſe ius in dicta re habere, Berous quæſt. ſuis famil.q.91.nu.8.& alij doct. præallegati ſecundam opinionem tenentes.

Et quamuis hæc ſententia mera poſſeſſoria in hoc iudicio interdicti quorum bonorum prolata non aliud poſt ſe ſimile expectat;non tmen ſequitur,ergo appellatio eſt concedenda; nam etiam iudex per uiam prꝛecepti conſtituit actorem,iubens ſub pœna ipſi, ne vadat in dictam poſſeſſionem, cum reſerua iurium illius agendi ordinariè in poſſeſſorio, vel petitorio, ſi aliquod ius eidem competat, illa declaratio ac pronuntia dicti præcepti non aliud ſimile poſt ſe expectat, & tamen in illo caſu ob parum præiudicium reijcitur appellatio, ergo ex his perſpicuè patet,illam conſequentiam non valere, cum ſolum hic prohibeatur appellatio;quia eſt ſententia mera poſſeſſoria,parui præiudicij alteri parti,& hoc modo tolluntur rationes in contrarium adductæ per Salyc.in l.1.nu.9.C.quor. bon.

495 Tolliturq́ue † pariter id,quod dicit Felin.in rubrica extra de probat.nu.4.ubi dicit,ꝙ qñ lex probationem requirat,intelligitur de perfecta & plena,ſi ita eſt,l.1. C. quor. bon. probationem requirit, ibi, ſi probaueris: ergo probatio plena in hoc iudicio interdicti quorum bonorum reqiritur.

Sed ego huic argumento reſpondeo,illud eſse uerum,qñ de graui præiudicio tractatur;ſecus ſi de momentaneo; nam tunc non plena requiritur probatio,ſemiplena aũt tñ ſufficit.Felin. in rubrica extra de prob.nu.5.verſ.ſecundò limita. Alexand.in l.à Diuo Pio,§.ſi ſuper rebus,n.2.ff.de re iud.Zuccard.in l.fi.nu. 257.circa medium,C.de edicto D.Hadr.toll.Marant.in tractatu de ord.iud.in 4.par.diſt.9.num.43.deciſ.Pedem.99.num.37. & Doct.communiter diſtinguentes præallegati vt ſuprà, cum poſſeſſio momentanea in nulla habetur conſideratione.l.1. C. ſi de moment.poſſ.Socinus conſi.53.nu.28.lib.4.Gramm.conſ. 2.nu.3.in fi.& ſeq.in ciui.Marſ.in l.fi.num 155.& ſeq.ff.de iuriſd. om.iudic.ſed ſic eſt in caſu noſtro tractatur de mera,& momẽtanea poſſeſſione:meritò ſi ſemiplena tãtum probatio ſufficit, deciſ.Pedem.99.nu.37.vbi aſſerit hanc eſſe communem Doc. opinionem.

496 Et aduertas bene,† ne decipiaris,ad illud,qđ nõnnulli Doct. dicere voluerunt, ꝙ iudicium plenarium cenſetur,vbi ordo iudicij obſeruatur, & ſucceſſiuè in eo plena probatio requiratur. Plot.in l.ſi qñ,nu.114.C.vnde vi.ſed ſic eſt,lis in hoc iudicio quorum bonorum conteſtatur,Rip.poſt Doc.in l.naturaliter,§.nihil commune,nume.182.ff.de acqui.poſſ.ergo probatio plena requiritur.

Huic ego autem argumento reſpondeo,& dico,verũ eſſe,ꝙ in cauſis poſſeſſorijs præiudicialibus, in quibus exceptiones altiorem indaginem requirentes admittuntur,& vbi plenariè de poſſeſſione cognoſcitur,& deciditur, penès quem perpetuò illa ſit remanſura,& tũc plena proculdubio requiritur probatio, & non ſemiplena ſufficit,& in his terminis bene loquitur argumentum in contrarium adductum:at iſte non eſt caſus noſter: nam in noſtro caſu regulariter exceptiones altiorem requirentes indaginem non addmittuntur, ſed reo agendi ordinariè in petitorio, vel in alio iudicio reſeruantur,l. fina.C quorum bõ. Dec.conſi.424.num.18.& ſeq.Afflict.deciſ.14. num.4. & nu.10. in fi.& hęres in poſſeſſionem omnium bonorum per defunctũ tempore ſuæ mortis poſſeſſorum mittitur,l.2. C. quorum bon. etiam ſi dicta bona defuncto depoſitata, & cõmodata fuiſſent, & in hoc cum hæreditatis petitione id interdictum quorũ bonorum conuenit,l.non tantùm,ff.de pet.hæred.Bald.in l.1.nu. 10.prope fi.C.quor.bon.meritò, ſi in iudicio interdicto quorũ bonorum ſemiplena probatio ſufficiat,Cagnol.in l.in pari,nu. 8.in fin.ff.de reg.iuris.ſm crebriorem Doct. opinionem. vt deciſ.Pedemont.99.nu.37.cum interdictum quorum bonorum ſit merum poſſeſſorium,& nõ plenè alteri parti præiudicat,nimirum eſt,ſi ſemiplena tãtum probatio ſufficit, Zuccard.in l.fi. nu.83.C.de edicto D.Hadr.tollen.Crau.conſi.158.nu.12.Rolan. conſ.75.nu.14.& ſeq.lib.2 Berous quæſt.ſuis famil.q.71. num.6. in fin.& cenſeo,quòd hæc ſit pura,& mera veritas,tamen ſuper hoc cogitabis.

497 Et aduertas, † ꝙ illa ſemiplena probatio per vnicum teſtem fieri non ſufficit,niſi ille omni exceptione maior ſit, quæ eius qualitas eſt articulãda,& probanda,aliàs ſuccumberet, Zuccar. in d.l.fin.num.38.verſic.& aduertas,Rolan.conſi. 50. num.16. in fin.lib.2.

498 Et hæres † in ſuis probationibus faciendis debet ſemper eſſe cautus,ne dicat,nec fateatur,ſe rem petitam poſſediſſe,& ab illa cecidiſſe;quia hoc interdictum ſibi non competeret, text eſt ad litteram in §.adipiſcendæ,verſ.ſi itaque,Inſt. de interd. Saly. in rubrica, C.quorum bono.nu.6.circa medium, Alexand.in l. naturaliter,§.nihil commune,num.2.ff.de acquir.poſſ.& conſ. 183.nu.3.lib.1.laſ.in l.1.§.veteres,num.18.ff.de acquir. poſſ. & in l.fin.num.9.C.de edicto.D.Hadr.toll.& in §. actionum autem, nu.239.Inſt.de act.Pract.Pap.in forma libell. quo pet.hæred.ex teſta.in glo.ac etiam,num.1.Durant.in tract.de art.teſta.titu.11. caut.20.nu.6.Maran.in tract.de ordi.iud.in 4.par.diſt.7.nu.5.& ſeq.Rolan.conſ.75.nu.20.& ſeq.lib.2.

499 Immo † plerique hac ratione cenſuere, quòd fideicommiſſario,cui per hæredem poſſeſſio ſolo verbo reſtituta ſit, remedium adipiſcendæ nõn competat,ſed hoc puto falſum eſſe,laſ. in dicto §.actionum autem,nume.339.& in l.fi.nume.8.& ſeq. & num. 11. & ibi etiam Dec. nu.24.in fi. C.de edicto D. Hadr. toll.Rubeus conſi.64.nu.1. quare reus omni ſuo conatu perquirere debet,an probare poſſit,hæredem quandoque poſt defuncti obitum poſſediſſe rem petitam; nam ſi huiuſmodi probationem efficeret,hæres ſuccumberet,Alex.conſi. 83.nu.3.li.5. & in hoc,quorum bonorum,ab hæreditatis petitione non differt,Rolan.conſ.1.nu.16.lib.1.& conſ.75.nu.20.& ſeq.lib.2.

500 Et † interdictum quorum bonorum pro eadem re,niſi ſemel, intentari poteſt,pro diuerſa autem re bene intentatur,Salyc.in rub.C.quor.bon.num.6.

501 Sed quæro,an † exiſtente ſtatuto (vt eſt Ferrariæ, Bononiæ, & Mediolani) poſſeſſionem in hæredem continuare,ſi hæredi competat adipiſcẽdę,id eſt,interdictum quorum bonorum, & remedium l.fin.C.de edicto Diui Hadr. toll. vel potius reintegranda,

Source : BIU Cujas

granda. & Doct. qui tenẽt, ꝙ adipiſcẽdæ tantùm, & nõ reintegrãda hæredi competat, dubium eiſdem prima frõte hæc infra ſcripta ratio faciebat; nam ſi poſſeſſio ſtatuti vigore in hæredẽ cõtinuaẽ, hæres igitur poſſediſſe cẽſetur, & cum ita ſit, meritò, ſi remedium adipiſcendæ hęredi nõ cõpetit, cũ quorũ bonorum nõ datur illi, qui ſemel poſſedit, §. adipiſcẽdæ, verſ. ſi itaq;, Inſt. de interd. tamẽ hac ratione nõ obſtãte in præſenti articulo Doct. cõtrarium cẽſuere; nam licèt poſſeſſio iuris ſtatuti miniſterio ſit acquiſita, nõ propter id naturalis poſſeſſio (quæ eſt facti) fuit acquiſita, ergo hæres pro illa recuperãda interdicto quorum bonorum agere poteſt, Bal. in l. ea lege, nu. 10. in fi. & ſeq. C. de cõd. ob cauſ. dat. & in auct. defuncto, C. ad Tertull. Laſ. in l. fin. nu. 10. & Dec. nu. 26. ver. & eodem modo, C. de edicto D. Hadria. toll. Rip. in l. 1. §. hoc interdictum, col. 4. ff. quorum bon. Afflict. deciſ. 299. nu. 19. Alex. in l. in ſuis, nu. 9. ff. de liber. & poſthum. vbi aſſerit hãc eſse communem doct. opinionem, & idem tenet in l. ſi ſorori, nu. 2. C. de iure deliber. vbi dicit, quòd ſi quorum bonorum hęredi nõ competeret, reſultaret, ꝙ ſtatutum in cuius fauorem fuit introductum, in eius odium retorqueretur, contra l. quod fauore, C. de legi. quare ne id abſurdum naſcatur, dicendum eſt, quorũ bonorũ reſpectu corporalis poſſeſſionis hęredi competere, cuius doctrinã ſequit Laſ. in d. l. ſi ſorori, col. j. el j. ver. limita tamen, & idem Laſ. in l. fin. n. 10. & Dec. n. 26. ver. & eodem modo, C. de edicto D. Had. tol. Plot. in l. ſi quando, nu. 86. C. vndè vi. Alex. conſ. 83. nu. 10. & ſeq. lib. 2. Dec. conſi. 84. nu. 1. verſ ſed vlterius, & conſ. 588. nu. 8. & ſeq. & conſi. 67. ſub nu. 3. Curt. Iun. conſil. 108. nu. 20. & ſeq. & conſil. 127. in fi. Ruin. conſil. 27. nu. 6. li. 5. Pariſ. conſi. 41. nu. 8. li. 1. Alcia. in tract. præſump. in principio, in tertia par. nu. 7. & hãc quoq; opinionem ſecuti fuere antiqui, & Moderni doctor. vt nouiſſimè aſſerit Roland. conſi. 46. nu. 34. & ſeq. libro ſecundo.

502 Quæ† opinio quoque procedit tam in filio, quàm in hęrede extraneo, in quem poſſeſſio naturalis ſine apprehenſione non continuatur, l. cum hæredes, ff. de acquir. poſ. l. fi. C. de edicto D. Had. toll. meritò, ſi filio quoque denegatur reintegrãda, & quorum bonorum ſibi concedatur, ſecũdùm receptiſſimam doct. concluſionem, vt per Rolandum conſil. 46. nu. 28. & ſeq. lib. 2.

503 Et ſi † hęres ſtatuti miniſterio remedium reintegrandę intẽtare voluerit tãquam ſpoliatus, male ageret, & ſuccumberet. Alex. in d. l. in ſuis, nu. 9. Laſ. in d. l. ſi ſorori, col. 2. ver. ſecundò limita, Rip. in rubrica extra de cauſ. poſ. & propriet. nu. 24. Curt. Iun. conſ. 108. nu. 23. circa medium, & cõſi. 127. nu. 7. ver. ad prę dicta, Ruin. conſi. 27. nu. 6. lib. 5. Pariſ. conſi. 41. nu. 8. in fi. lib. j. nã ex tali poſſeſſione poſſeſſorium recuperandę nõ competit, ſecundum communem doct. opinionem, vt per Alciatũ in tract. præſumpt. in prin. in 3. part. nu. 7.

504 Immo nõnulli cẽſuere, † ꝙ exiſtẽte dicto ſtatuto, exceptio proprietatis, dominiiq; nõ admittatur, etiam ſi incõtinẽti offeratur probare; cum in hoc caſu interdictum quorũ bonorũ duplicem ſapiat effectum, ideſt, poſſeſſionis recuperãdę, & adipiſcendę, Rip. in rubrica extra, de cauſ poſſeſs. & propriet. num. 4. Zuccard. in l. fin. nu. 89. in fin. C. de edicto D. Hadr. toll. Decius conſi. 84. col. 2. ver. prętereà, & conſi. 588. nu. 12. circa medium, Pariſ conſi. 41. nu. 13. circa medium, lib. 1. Afflict. deci. 299. num. 20. opinionem quorum ego improbo, vt infrà demonſtrabo.

505 Alij autem dixere, † ꝙ nõ interdictum quorum bonorum, ſed reintegranda hęredi tantum competat, Apoſtillãs ad cõſil. 83. ſub nu. 12. in verbo, A. lib. 2. Dec. conſi 467. n. 6. & ſeq. Soc. in l. rem quę nobis, n. 1 . ver. quartò, & vltimò, ff. de acquir. poſ. & ibi Soc. duobus mouetur fundamentis; nam licèt actus poſſeſſionem transferendi ſit fictus; ñ vera poſſeſſio acquiriẽ, ac ſi vera traditio interueniſset, l. certè, §. j. ff. de preca. ideo hoc rõne potius poſſeſſoriũ recuperandę, q̃ adipiſcẽdæ, hęredi cõpetit. & poſito, ꝙ hæredi vera poſſeſſio non ſit acquiſita, ficta autem tãtum, tamẽ dicit ibi Soc. in loco allegato, ꝙ adhuc ſibi videtur remedium reintegrandę pro ficta poſſeſſione locum habere, tenendo ꝙ capitulũ reintegranda, 3. quęſt. prima, in animę fauorem fundatum ſit.

506 Sed † alij putauerunt hanc Socini opinionem eſse veram, ſi poſſeſſio vera ſtatuti miniſterio ĩ hęredẽ ſit trãſlata, & vere tã reſpectu ciuilis, quã & quoq; naturalis trãſlata cẽſeẽ, ſi ſtatutũ poſſeſſionẽ ĩ cõtinẽti, immediateq; in hęredẽ ſcriptũ abſq; alia poſſeſſionis apꝓhẽſione ꝯtinuaret, alijs ꝓhibẽdo, ne poſſeſſionẽ hęreditariã occupẽt, & ſi illi eã acceperit nulli⁹ ſit momẽti; tũc vera poſſeſſio ꝓculdubio ĩ hęredẽ ſtatuti miniſterio trãſfertur ita ꝙ ſi tertius poſt defuncti obitum poſſeſſionem pręoccupaueri t, hęredi ſua poſſeſſione à tertio ſpoliato contra illum reintegranda competeret. Dec. conſilio 467. nu. 16. & ſeq. Pariſ. ꝯſ. 41. nu. 10. lib. j. Zuccard. in l. fi. nu. 89. ver. quę opinio, C. de edicto Hadr. toll. Cag. in l. hęredem, nu. 23. ff. de reg. iur. Plot. in l. ſi quãdo, nu. 14. ver. ſecundo quia C. vnd. vi.

507 Verùm † Rip. qui hanc ſentit difficultatem, tantamq́ue Doctorum varietatem: quia aliquando Docto. dicunt, quòd hæredi adipiſcendę datur, & aliquando recuperandę, tanquam ſubtilis, ingenioſiſſimusq; doctor enixus fuit, velle cõprobare, & ſuſtinere, ꝙ exiſtente dicto ſtatuto hæredi non tantum adipiſcendæ competit, ſed & quoque recuperandæ, & ſic vtrunq; remedium, & hanc opinionem tradit Rip. in l. j. nu. 14. ff. quorũ bonorum, ſed magis diffusè & eleganter ille hãc approbat opinionem in lib. j reſponſ. c. j. nume. 84. & ſeq. Pariſ. illam quoque ſequitur conſ. 1. num. 8. & 10. libro j. Zuccard. in l. fi. num. 182. C. de edicto D. Hadr. tollend.

Et primò ad probandum, ꝙ adipiſcendæ hæredi competat, mouetur ibi Rip. ex illa ratione a Doct. communiter recepta, præſertimq́; ab illis, qui tenent hæredi tãtum adipiſcendæ, & nõ reintegranda competere, & ratio eſt iſta; quia licet ob iuris ſtatutum poſſeſſio vera ſit acquiſita, non tamẽ poſſeſſio facti acquiritur, & pro illa adipiſcenda hæredi quorum bonorum competit, Rip. in lib. j. reſponſ. c. j. nu. 81. & ita Mediolani practicatur, vt aſſerit Dec. conſ 467. ſub num. 3. Pariſ. conſ. 41. num. 8. libro j.

508 Ad † probandum verò, ꝙ reintegranda hæredi quoque cõpetat, ſi vult, mouetur Rip. ibi, & dicit, clarum eſt, ꝙ ſtatutũ veram transfert poſſeſſionem in hæredem, quoque naturalẽ, corporeamq́;, & quamuis actus transferendi ſit fictus, poſſeſſio tamen vera eſt, l. certè. §. j. ff. de preca. & ſic lex actum fingit corporeum in ipſum hæredem fuiſſe, & eſſe continuatum, per text. in c. contingit, vbi Bald. de dolo & contuma. Dec. conſ. 467. num. 19. ſi vera vtique poſſeſſio in hæredem ſit trãſlata, & deinde ea ab vno tertio fuerit ſpoliatus: meritò, ſi pro illius recuperatione reintegranda hæredi competat, Pariſ. conſ. 41. num. 10. libro j.

Et poſito quoque ꝙ vera poſſeſſio corporalis in hæredẽ per ſtatutum non ſit tranſlata, ciuilis autem tantum, tamen adhuc ipſe Rip. ibi dicit, recuperandam hæredi competere, & ratio eſt; nam ciuilis poſſeſſio ius inſiſtendi, cæterosq́; ciuiles effectus ꝓducit, & ideo ſi ciuilis poſſeſſor venerit cauſa in ſua inſiſtendi poſſeſſione, & non admittatur ab ipſo ingreſſo, proculdubio illum ſua poſſeſſione ſpoliaret: meritò, ſi pro illa recuperanda interdictum recuperandæ hæredi competat, l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquirẽ. poſſeſſ. ita concludit Rip. in d. c. j. num. 84. in fin. & pluribus ſequent.

Dicere, ꝙ hæc duo remedia, ideſt, adipiſcendæ, & recuperandæ, contraria & incompatibilia ſunt: quia vno conceſſo, neceſſe eſt, vt aliud denegetur.

509 Hinc † obiectioni reſpondet Rip. vltimo in loco allegato, & dicit id eſse verũ, ſed eſt in ipſius hæredis facultate eligere, quale remedium dictorum duorum hæres intẽtare velit: quia quãdo plures hæredi actiones competũt, ipſe eligere poteſt, quam malit. l. quod ĩ hæredem, §. eligere, ff. de tribut. l. nemo ex his, §. quoties, ff. de regu. iur. eligendo igitur remedium quorum bonorum, ſtatuti beneficio renunciare cẽſetur, quod ſtatutum in eius fauorem introductum fuit, cum quilibet ſuo poſſit renuntiare fauori, l ſi quis in conſcribendo, & ibi doct. C. de pactis. aliàs ſequeretur, ꝙ illud ſtatutum, quod fuit in hæredis fauorem introductum, in odium illius retorqueretur, contra l. quod fauore, C. de legi. ꝙ minimè dici debet, & propterea concludendum eſt, in hæredis facultate eſse, eligere, quorum bonorum, ꝓut etiã ita ꝯcludit Zucc. in l fin. nu. 182. C. de edict. D. Hadr. tol.

Si verò hæres recuperanda vti velit, & tunc ſtatuti beneficio vtitur, & id remedium reintegrandæ quoque ob ſtatutum hæredi competit, & hoc modo Rip. approbat, & quoq; defendit, vtrumque remedium hæredi competere.

510 Sed † ſalua pace tanti hominis, mihi videtur nimis abſurdũ dicere ꝙ hæc duo remedia incompatibilia, & ad ſe inuicem cõtraria, ipſi hæredi in vno inſtanti temporis competere poſſint; nam concedendo hæredi vnum remedium prædictorum, neceſsarium eſt, ꝙ alterum excludatur, eiq́; denegetur, arg. l. cum prætor, ff. de iud. cum ſint penitus contraria, & nemo poſsit actum in ſe repugnantem producere, Laſ. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 160. ff. de acqui. poſſeſ. Dec. in l. edita, num. 62. verſ & ad iſtam regulam, C. de ed. l. vbi repugnantia, & ibi Cag. ff. de reg. iur. Tiraquel. in tract. de iur. conſti. in 3. par. 7. lim. num. 6. & pluribus ſeq. meritò neceſsariò dici debet, ꝙ ſi recuperanda hæredi competat, ſtatuti vigore transferentis poſſeſsionem ciuilem & naturalem veram in hæredem, quod non eidem cõpetat interdictum quor. bonor. cui non datur, qui poſſeſsionẽ habuit, & a poſſeſsione ipſa cecidit, §. pro poſſeſſore, verſ. itaq;, Inſt. de interd. doct. ad id propoſitum præallegati vt ſuprà.

Non obſtat dicere, ꝙ ſi adipiſcendæ hæredi ob ſtatutum nõ competeret, ſequeretur, ꝙ ſtatutum, quod in hæredis fauorem introductum fuit, in eius odium retorqueretur, vt quoque dicebat Alex. in l. ſi ſorori, num. 2. C. de iur. deliber.

Quia huic ego rationi reſpondeo, & dico, ꝙ hæc ratio non multum vrget: nam ſtatutum non hæredi incommodum affert, cum ſine alio diſcrimine, illum poſſeſſorem bonorum hæreditariorum prædefuncti faciat, quarè hæres nõ poteſt in iſto caſu intentare interdictum quorum bonorum, quod habenti poſſeſsionem denegatur, d. §. pro poſſeſſore, verſ. ſi itaque.

511 Dicere, ꝙ † hęres ſtatuti beneficio renuntiare poſsit, erit tanquam ſi Rip. & Zuccar. dixiſsent, hęredẽ beneficio poſſeſsionis, & veræ poſſeſsioni renuntiare poſſe, ſi hæres igitur veræ poſ-

ſeſsioni

sessioni renuntiaret, necessarium est (inuitis dentibus fateri) hæredem possessionem habuisse; cum priuatio præsupponat habitum, vt not. in l. decem. ff. de verb obli. si illam vtiq; statuti ministerio verè habuit, & ab illa cecidit, meritò si interdictū quorum bonorum hęredi nullo modo competere possit, d. §. ꝓ possessore, vers. si itaque, cum & quoque renuntianti non datur regressus ad iura renuntiata l. postquam liti, C. de pact. & sic hoc modo non dici potest hæredi hæc duo remedia incompatibilia simul & in vno instanti temporis competere posse, sed vnū remedium tantum, & profectò tota difficultas præsentis articuli consistit in cognoscendo, an propter statutum possessio vera in hæredem fuerit translata, nam si ciuilis & naturalis in hæredē fuerit translata, hæredi quorum bonorum nō competeret, sed reintegranda tantum: ergo allegata per Rip. & Zuccardum minimè intentioni nostræ obstant.

512 Si verò † possessio vera hæredi statuti ministerio non erit acquisita, non erit verum, ꝙ recuperanda eidem competat, cum hæc possessio tantùm ciuilissima dicatur, quæ iuris ministerio absq; vlla apprehensione acquiritur, Rip. in Rub. extra, de caus. poss. & propriet. nu. 23. & ciuilissima in hoc a ciuili differt; quia ciuilis de per se effectum recuperandæ parit, hæc autem ciuilissima possessio minime, Rip. in d. Rub. num. 23. & seq. Paris. cons. 41. nu. 7. lib. j. & ita tenent omnes præallegati doct. huic opinioni adhærentes, videlicet, reintegranda virtute statuti non competat, ergo ex his perspicuè patet, vtrunque remedium hæredi eodem tempore non competere, etiam si hæres voluerit, sed vnum tantum remedium, & propterea Rip. Zuccard. & Paris. male, & perperam loquuti fuere, asserentes, vtrunq; remediū in eodem instanti temporis statuti ministerio hæredi competere.

513 Sed † alij doct. præclarissimi hanc videntes difficultatem, illamq; prospicientes, sub verborum inuolucro, velamentoque existimauere, se Scyllam nodosamq; hanc difficultatem effugere posse, & in Caribdim inciderunt: nam dixere, existente statuto, remedium adipiscendæ hæredi competere, & statutū id operatur, ꝙ hoc in casu interdictum quorum bonorum naturam sapit recuperandæ, Dec. cons. 84. col. 2. vers. præterea, Afflict. decis. 299. nu. 20. Durant. in tract de art. testa. tit. 11. caut. 20. num. 8. prope fi. Paris. cons. 41. nu. 13. lib. j. Rip. in rub. extra, de caus. poss. & propriet. num. 24 Zuccard. in l. fin. nume. 89. in fin. C. de edict. D. Hadr. toll. Plot. in l. si quando. num. 92. C. vnd. vi.

Et dictorum verba Excellentissimorum Doctorum in hac ostendunt materia, illos dubitatiuè locutos fuisse, nesciuisseq; discernere, an existente dicto statuto remedium adipiscendæ, vel recuperandæ hæredi competat, vt ex illorum verbis satis perspicuè perpenditur.

514 Nam videmus † ꝙ Dec. in d. cons. 84. col. 2. vers. & ideo, dicit aliquando, ꝙ recuperanda propter statutum hæredi competit, & tamen ibi in princ. tenet, ꝙ adipiscendæ hæredi datur: similiter dicit Paris. cons 41. lib. j. quoniam ibi nu. 10. dicit reintegrādam hæredi competere, in princip. & in fi. dictæ dubitationis, & nu. 8. concludit, ꝙ interdictum adipiscendæ hęredi cōpetit. itē & similiter facit Plot. in d. l. si quando. quia ibi nu. 14. in fi. dicit, ꝙ ob statutum recuperanda hæredi conceditur, deinde ibi nu. 86. dicit, ꝙ adipiscendę competit, & ita faciunt alij commemorati doct. vt supra, ergo ex hac illorū titubatione satis manifestissime constat, illos (salua eorum pace) non hanc rectè materiam intellexisse; quia non extitissent tam varij sibimet, prout fuere, cum hæc duo remedia penitus contraria, incōpatibiliaq; sint, vt supra sæpe tetigi; quoniam nō est verum, ꝙ respectu statuti interdictum adipiscendæ naturam recuperādæ sapiat, & ꝙ si proprietatis exceptio opponatur, reusq; in promptu offerat, illam probaturum, non admittatur; nam ab his doctorib. hanc opinionem tenentibus scire vellem, quid operatur statutum in hoc, si recuperanda hæredi denegatur, & si hæredi conceditur, necessarium est, ꝙ hæredi quorum bonorum nō competat, vt supra dixi: somnium igitur est, & contra adipiscendæ naturam dicere, ꝙ adipiscendæ statuti ministerio naturam recuperandæ sapiat, & proprietatis exceptio in promptu oblata non admittatur: nam si verum ita esset, erit dicere, ꝙ hæc duo remedia respectu hæredis personæ, in vno instanti temporis, in vnoq; iudicio hęredi competant, ꝙ erit valde absurdū, & erit immiscere quadrata rotundis, ob euidentem contrarietatem, repugnātiamq;, l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. ergo non est dicendum, ꝙ proprietatis exceptio in promptu oblata in hoc remedio adipiscēdæ non admittatur, cum non altiorem requirat indaginem, incontinentiq; probari possit. Dec. cons. 467. nu. 12. ver. præterea, secundùm crebriorem doct. opinionem, vt per Rip. in l. hoc interdictum. nu. 12. ff. quor. bonor. & per Afflictum decis. 14. nu. 4. & per Paris. cons. 11. nu 18. lib. 2. & vt supra aliàs dixi: secus verò erit, si dominij exceptio non incontinenti probari possit, altiorem requirens indaginē, & tunc quoq; illa exceptio in iudicio interdicti quor. bonor. reijcitur, in alioq; iudicio reseruatur, l. fi. C. quor. bon. Dec. cons. 467. nu. 14. & sic in hoc (meo quidē iudicio) Dec. Paris. Plot. & cæteri doct. illam opinionem sequentes hallucinati fuere, grauiterq; errauerūt, & de tātis viris p̄t dici illud Horatij dictum, ꝙ quādoq; bonus dormitat Homerus.

515 ¶Sed † in hac (quid igitur) tam nodosa difficultate tenendum sit, ego autem ꝑ huius articuli veritate, & ꝑ cōcordia, tot Excellentissimorum doctorum, censeo, ita distinguendum esse & mea ex hac distinctione oculata veritas patebit, ꝙ stabitq;, omnes doct. (si in suis paribus terminis iura ad factum adaptauissent) rectè sensisse, beneq; loquutos fuisse.

516 Dico igitur in primis, ꝙ † existente statuto possessionem in hæredem continuante, post defuncti obitum, si statutū ita simpliciter loquatur, & vnus tertius post defuncti mortem possessionem non apprehendidit, proculdubio reor, ꝙ interdictum quorum bonorum & reintegrandam hæredi non competere, & ꝙ interdictum quorum bonorum hoc in casu hæredi denegatur, probo; nam interdictum dicitur quasi inter duos dictum, vt not. inst. de interd. in princ. Sal. in Rub. C. de interd. in fi. Ripa in Rub. ff. quor. bon. nu. 2. in quinta differentia, meritò si nemine possidente quor. bonor. hæredi non concedatur, Aret. in §. sequens. nu. 3. inst. de interd. Rip. vt supra, cum quoque non dātur, nisi aliquis pro hęrede vel pro possessore possideat, l. 2. C. quorum bonorum. §. adipiscēdæ, inst. de interd. si nullus igitur tertius in possessione reperiatur, concludenter necessariò dici potest, quorum bonorum hæredi non competere.

517 Neque etiam † recuperanda hæredi conceditur; cum nullus sit, qui ante illum possessionem bonorum hæreditariorum apprehendit, neq; hęres ab aliquo sua fuit spoliatus possessione, prout requiritur in c. reintegranda. .q.j. tunc autem hæredi ꝑuidetur, vt ipse antequam in illa a tertio præueniatur possessionem propria auctoritate bonorum possessorum vel detentatorum tempore mortis defuncti per eum apprehendat, & in illā ingrediatur, & in ea quoque insistat, Bal. in l. fi. nu. 3. & ibi etiam Zuccar. nu. 107. post alios doct. C. de edict. D. Hadr. tol. Plot. in l. si quando, nu. 93. C. vnd. vi, Durant. in tract. de art. testa titu. 11. Caut. 20. nu. 2. D. meus Soc. Iun. cons. 75. num. 10. lib. j. cum hæres nō leue cōmodum ex possessione consequitur, §. commodum, inst. de interd. Durant. in loco allegato vt supra num. 2.

518 Et si † hæres testamentarius vniuersalis erit, nolueritq; possessionem propria auctoritate accipere, sed cum iudicis licētia in illam tantùm ingredi, ꝑput sibi melius erit, animaduertat hæres, ꝙ quàm citius facere poterit, id faciat porrigendo testamentum non abolitum, neque in aliqua parte substantiali vituperatum, & tunc iudex hæredem in possessionem mitteret, iuxta l. fi. C. de edict. Diu. Hadr. tol. vt tradit Rip. in Rub ff. quor. bono. nu. 2. vers. quinta. Plot. in d. l. si qñ. nu. 93. & si hęres autem abintestato erit, in hoc casu quor. bonor. ei non competit, vt deprehenditur, ex rationib. auctoritatibusq; præallegatis, & tunc implorabit iudicis officium, per quod de æquitate, hæres in possessionem mittitur, las. in l. fi. nu. 23. C. de edict. D. Hadr. toll. Paris. cons. 22. num. 67. lib. j. D meus Soc. Iun. cons. 75. nu. 17. lib. j. Roland. cons. 1. num. 54. & pluribus seq. lib. j.

519 Et si † alius deinde tertius voluerit, illum in dicta possessione ita apprehensa molestare, iudex illum defendere, & in illa manutenere tenetur, Dec. cons. 467. nu. 16. & in l. fi. nu. 5. in fi. & ibi etiam Zuccard. nu. 102. C. de edict. D. Hadr. tol. præceptum pœnale ipsi tertio faciendo, ne hæredem in futurum in dicta possessione molestet, cum reseruata tamen iurium ipsius tertij ordinariè, in possessorio, vel petitorio, agendi, si sibi aliquod ius cōpetat, vt tradunt communiter doct. in l. fi. C. de edict. D. Hadria. toll. & vt in præcedenti tractatu plenè tetigi, & hoc modo hæredi de remedio magis opportuno, facilioriq;, prouisum est, & hoc in casu concludo remedium quorum bonorum, recuperandæq; hæredi non competere.

520 ¶Sed † si statutū loquatur simpliciter, in hæredem cōtinuādo possessionem, & dico ꝙ si antequam verus hæres hæreditatem adiuerit, possessionemq; bonorum hęreditariorum apprehenderit, possessio post defuncti mortem per tertium occupata sit, censeo, ꝙ hoc in casu possessio (ob tertij impedimentum) in hæredē non sit translata, las. in l. si sorori, col. 2. in prin. C. de iur. deliber. Dec. in l. fi. nu. 34. Cur. Iun. col. pe. & Zuccard. nu. 90. C. de edict. D. Hadr. tol. Rip. in l. j. nu. 37. ff. de acquir. poss. vbi dicit hanc esse receptissimam doct. conclusionem, Alexā. cons. 83. nu. 3. lib. 2. Soc. cons. 49. nu. 3. lib. 3. Rui. cons. 25. li. 4. Paris. cons. 54. nu. 33. lib. 3. Rub. cons. 121. nu. 3. vers. 2. & nu. 5. Rolā. cons. 46. nu. 34. & seq. li. 2. meritò si hoc in casu hæredi quor. bo. competat; cum contra hæredem cessat ratio obiectionis continuationis huius possessionis, Ruin. cons. 27. num. 6. lib. 5. Ripa in d. l. j. num. 47. & alij Doct. præallegati vt suprà.

521 Et † quāuis las. & Zuccar. vt s. velint ītelligere ibi, ꝙ adipiscēdę nō datur hęredi, si alius ante hęredē ī possessionē sit ingressus, tamē dico, ꝙ si doctores præallegati loquantur, existēte statuto simpliciter tantum possessionem in hęredem continuante malè, & perperam (meo quidem iudicio) loquerentur, sequereturq;, ꝙ statutum quod fuit in hæredis fauorem introductum, in odium illius retorqueretur, contra l. quod fauore, C. de legi. vnde ad euitandum hanc absurditatem necessariò cogimur fateri, hæredi ętiam in hoc casu interdictum quor. bonor. compe-

Source : BIU Cujas

competere,& in hoc bene cõuenit dicta ratio Alex.in d.l.ſi ſo rori num.2.& ceſſat ratio contra Alex adducta per Zuccardũ in l.ſi.num.182.verſ.& iſtud,C.de edicto D.Hadr.toll.

522 At† quia poſſeſſio in hæredem ſtatuti miniſterio ſimpliciter loquentis non continuat,ſi per tertium ante hæredem apprehenſa poſt defuncti obitum & non ante fuerit,laſ.& Zuccar. vt ſuprà,qui tertius ſua poſſeſſione a iudice non eſt remouendus, niſi eo citato,c.licet Epiſcopus,de præbend.in 6.Alex conſ.83. nu.12.ver.videmus,& num.ſeq.lib.2.Zuccard.poſt Dec.& alios in d.l ſi.nu 94.& nu.103.& ſi hæres poſſeſſionem per tertium præoccupatam propria auctoritate apprehendere maluerit,ſibi malè conſuleret,Alexan.conſ 83.nu.8.& ſeq.lib.2.Zuccar. in l. ſi.nu.107.& ſeq.C.de edicto D.Hadr.toll.meritò, neceſſariò vtique cogimur fateri,interdictum quorum bonorum hæredi cõpetere,ne ſtatutum in cuius fauorem fuit introductum, in eius odium redundaret,contra l.quod fauore, C.de legi.igitur &c.

523 Et ſi † adipiſcendæ hæredi non competeret, neque etiam reintegranda eidem concederetur,ex quo poſſeſſio in hæredẽ nõ cõtinuatur,exiſtente dicto ſtatuto tantum ſimpliciter loquente,laſ.in d.l.ſi ſorori,col.2.in prin.Zuccar.in d.l.ſi.nu.90.Rip in l.j.nu.37 ff.de acqui.poſſ.Curt.Iun.conſ.127.in fi.Roland. conſi. 46.nu.34.& ſeq.lib.2.& in hoc caſu non erit prouiſum hæredi de remedio ordinario,ꝙ eſt valde abſurdum,& ſi reintegranda hæredi non competat,ex quo ſtatutum poſſeſſionem in hęredem non continuat ſimpliciter loquens,cur hæredi quorum bonorum denegatur, tanquam remedium reintegrandæ contrarium,Ruinus conſ.26.nu.6.verſ.nec obſtat, lib.5.meritò ex his concludo,hæredem,hoc in caſu interdicto quorum bonorum contra hũc tertium poſſeſſorem agere poſſe, ſi iſte tertius poſſeſſor pro hærede,vel ꝙ poſſeſſore poſſideat, iuxta l primã, C.quor.bonor & ſi pro hærede,vel pro poſſeſſore,non poſſideret,aliud remedim adipiſcendæ hæredi competeret,ideſt l.ſi.C. de edicto D.Hadr toll.quod pariter eſt poſſeſſorium, dũmodo hęres ſit hæres vniuerſalis teſtamentarius; cum tale remedium venientib.ex teſtamento tãtum,& non abinteſtato competit, Iaſ.in l.ſi.nu.28.verſ.octauam,& ibi etiam Zuccar.nu.306.C.de edicto D.Hadr.toll.Rip.in Rub.ff.quor.bonor. in octaua differentia,Goza.conſ.50.numero 25. vbi aſſerit hanc eſse communem doct.opinionem.

524 Et † remedium d.l.fin.contra quemlibet poſſeſſorem etiam cum titulo poſſidentem datur,Bar.in l.ſi.num.5.circa medium, & ibi doct.communiter,C.de edicto D.Hadr.toll.Rip.in Rub. ff.quorum bonorum,num.2.in tertia differẽtia, Ruin.conſ.28. num. lib.j.Pariſ.conſ.60.num.1.lib.3.

525 Et † ſi hæres ab inteſtato ſuccederet,& nullum remediũ poſſeſſorium ſibi competeret,tunc per officium iudicis fauorabiliter imploratum in poſſeſſionem mitteretur: nam ſi remediũ ordinariũ hæredi denegatur;tũc remedium eidẽ extraordinarium conceditur,quod eſt iudicis officium,laſ.in l.j.nu 8.circa mediũ,ff.de iuriſd.omniũ iud.Marſ ſing. 406. Marant. in tract. de ord.iud.in 4.par.diſt.7.nu.13. Pariſ. conſ.60. nu.1.lib.3.Dominus meus Soc. Iun. conſ.75.nu.14.verſ.vel etiam,& nu.17.lib.j. & hoc procedit de æquitate,iuxta l.ſi me & Titium,ff.ſi certum petatur.Roland.conſ.1.num.54.& ſeq lib.j.

526 ¶Si poſſeſſio autem in vita † defuncti per tertium ſit occupata,nullo modo dici poteſt, defunctum dicta bona tempore eius mortis poſſediſſe,vel detinuiſſe:meritò ſi hæredi quorum bonorum,non conceditur,cum ſolum datur ad euocandũ bonorum poſſeſſionem,quæ defunctus tempore eius mortis poſſidebat l.2.C.quorum bonorũ.Dec.conſ.424.nu.10. Dominus meus Soc.Iun.conſ.75.num.21.lib.j.& in his terminis loquuntur Iaſ.& Zuccar.præallegati in locis vt ſuprà,vt declarat Curt. Iun.conſ.108.num.23.& conſ.127.num.7.

527 Neque † etiam reintegranda hæredi miniſterio ſtatuti competit,cum defunctus tempore ſuæ mortis dicta bona per tertiũ illo viuente præoccupata non poſſidebat:meritò,ſi in hoc caſu continuatio poſſeſſionis ſtatuti virtute non fit,Alexã.conſ.83. num.3.lib.2.Curt.Iun.conſ 108.nu.21.& ſeq.& conſ.127.num.7. Zucc.in l.ſi.num.90.verſ.qđ tamen,C.de edicto D.Hadr.tollen.

528 Quam † concluſionem puto eſse veram, ſi libellus in hæredis perſona formatur:ſecus verò erit,ſi in defuncti perſona firmaretur; quia tunc recuperanda hæredi competeret,non ſtatuti miniſterio, ſed ex eo;quia defunctus a tertio ſua poſſeſſione ſpoliatus fuit,ita ꝙ ſi libellus in defuncti perſona formaretur,reintegranda hæredi concederetur,Rip.in c.ſæpe,num.58.de reſt. ſpol.Cagno.in l.hæredem,num.22.ff.de reg.iur.Plot.in l.ſi quãdo,nume.838.circa medium,C.vnde vi. Apoſtill. ad lecturam Alex.in l.ſi ſorori,in verbo,A C.de iur.de lib. Dominus meus Soc.Iun.conſ.34.num.1.in fin.& conſ.118.num.23.libro 3.Dominus quoque meus Ceph.conſ.48.nume.41. Roland.conſ.50. num.6.& num.15.libro 2.& prout in ſimili dicitur de publiciana,Alexand.conſ.4.num.9.& conſ.98.num.8.lib.2.Zuccard.in l.fin.num.349.C.de edicto D.Hadr. toll.

529 Sed tu † tempera id vltimum in reintegranda procedere, ſi defunct⁹ dum viuebat,ab iſto tertio ſua poſſeſſione fuerit ſpoliatus ob quam occupationem tertius cũ vitio poſſideret: meritò,ſi reintegranda hæredi contradictum occupatorem concedatur.Dec.conſ.467.colum.fin.circa medium,Zuccard.in d. l.ſi.num.89.verſ.quæ opinio,Plot.in d.l.ſi quando,ſub nu.838. ſecus verò erit,ſi iſte tertius cõtractus occaſione alicuius cum defuncto in eius vita initi in poſſeſſione reperiatur; nam tunc iuſte cenſetur poſſidere,ſiue poſſeſſionem ante mortem defuncti,ſiue poſt acceperit,dummodo cauſam iuſtam,titulumque a defuncto habuerit,& hoc in caſu arbitror, reintegrandam hæredi non competere,ſtatuto quoque exiſtente poſſeſſionẽ immediatè in hæredem continuãte,Curt.Iun.conſ.108.num.21. & ſeq.& conſ.127.num.7.ex quo habebat titulũ,meritò, ſi poſſeſſionem vacantem poſt defuncti obitũ accipere potuit. Dec. in l.ſi.nu.42.ver.ſed ad hoc,C.de edicto D.Hadr.toll.

530 Vel & † quoque reintegranda hæredi non competit, quãdo defunctus eo viuente ob eius negligentiam decẽnio omiſerit, poſſeſſionem ab iſto tertio præoccupatam petere:nã tunc culpa,& facto ſuo a poſſeſſione cecidit, quæ culpa in omittendo ſufficit:meritò,ſi reintegranda defuncto non competijt,& ſucceſſiuè,& ſuo hæredi non competit, Alexand.in l.ſi de eo,§.forte,num.4.verſ.longum autem tempus,ff.de acqui.poſs.& conſ. 6.num.14.lib.3.Soc.in l.rem quæ nobis,num.8.in fi.& ſeq.ff.de acquir.poſs.Fel.in c.vigilanti,in ſexta limi.de præſcrip.& in c.licet cauſam,num.9.verſ.limita tamen,& ibi etiam Dec.num.9. verſ.prædicta concluſio,de probat.Rip.in c.ſępe,num.27.de reſtitu.ſpol.Corn conſ.329.col.7.verſ.& ſi occupatam,lib.j.Cur. Sen.conſ.24.num.4.Ruin.conſ.49.ſub num.9.lib.4. Pariſ.conſ. 112.num.76.lib.j.Dominus meus Soc.Iun.conſ.48.nume.12.in fi.lib.2.Alciat.in tract.præſumpt.reg.2.præſump.21.nu.11.verſ. ſed tu aduerte.Roland.conſ.50.num.15.& num.16.lib.2.

Quam concluſionem puto eſse veram, ſi poſſidens bona fide poſſideret,ſi verò mala fide ſecus erit.Balbus in tract.præſcr. in quarta par.princip.quæſt.24.num.5.in fi.& num.7.in fi.Pariſ. conſ.112.num.77.& ſeq.lib.primo.

Vel & quoque ſi ab auctore malæ fidei cauſam non habuiſſet.Roland.conſ.72.num.21.lib.2.& ꝙ reintegranda defuncto non competat poſt lapſum decẽnij,requiritur, ꝙ defunctus fuerit preſens & non abſens,vidiſſetq; illum poſſidere,& nihil ei contradixiſset,cum reintegrãda ſpatio decem annorum inter preſentes & viginti inter abſentes (quò ad priuatas perſonas) præſcribitur.Roland.d.conſ.72.num.21.immo & quoq; ſi defunctus tempore quo viuebat fuiſset abſens,& res vacaſset,& a nemine fuiſset poſſeſſa eo tempore,quo per hunc tertium fuit apprehenſa,ſi per illum ſuo proprio nomine per decenniũ fuerit poſſeſſa,proculdubio reintegranda quoque defuncto non competijſſet,ſucceſſiuè nec ſuo hæredi competeret, Roland. conſ.50.num.26.libro ſecundo.

531 Si † autem ſtatutum ſimpliciter loqueretur,& contingeret, legatarium poſſeſſionem legati ſui apprehendere ante hæredẽ poſt defuncti mortem,ſi hęres Falcidiam detrahere voluerit,proculdubio legatarius legatum hæredi reſtituere tenetur,& ratio eſt in promptu:quia legatarius legatum ex manibus hæredis accipere debet,& hoc in caſu hæredi adipiſcendæ quorum legatorum competit quamuis legatarius a defuncto cauſam habeat, Marant.in tract.de ord.iud.in 4.par.diſt.7.num.10.

Quam concluſionem puto eſse veram, ſi quarta ſit incerta, ſecus verò erit,ſi certa ſit,nam totum tunc legatum non reſtituere tenetur,ſed illam tantum partem certam.Zuccard.in l.ſi. num.380.verſ.limitatur,C.de edicto D.Hadr.toll.& maximè,ſi hæres prætendit Falcidiam tantum velle detrahere: ſecus verò erit,ſi hæres prætenderet velle legatum impugnare: quia dico, ꝙ hoc in caſu totum & integrum legatum reſtituere indiſtinctè teneretur,Rip.in l.j.num.25.ff.quorum legat.

532 ¶ Si ſtatutum expreſsè † poſſeſſionem immediatè in hæredẽ continuaret,ſiue hæres hæreditatem adiuerit,ſiue nõ, aliiſq; prohiberet,ne illi poſſeſſionem defuncti occupent, & ſi apprehendiderint,illa poſſeſſio ſit nullius momenti, hoc ſtatuto ita ampliſſimo exiſtente,dico, quòd ſi vnus tertius poſt defuncti mortem,& ante hęredem,poſſeſſionem bonorum defuncti pꝰoccupat,hæredi interdictum adipiſcendæ non conceditur, ſed reintegrãda ſtatuti miniſterio,& ex perſona ſua competit, ego motus ſum hac ratione; quia ſtatutum loquens eo modo, vt ſuprà dixi,continuat veram poſſeſſionem in hæredem,non tãtùm ciuilem,ſed & quoque naturalem, & in illum illam tranſfert,& quamuis actus acquirendi ſit fictus, tamen acquiſitio vera, & propria eſt. Decius conſilio 467.numero 17.& vt dicimus de pacto conſtituti in aliquo inſtrumento inſerto,quòd eſt actus fictus, leg. quod meo, ff. de acquirenda poſſeſsione virtute cuius vera poſſeſsio ciuilis,& naturalis in conſtitutarium transfertur, leg. certè, §. primo, ff. de precar. Iaſo. in leg.non dubitabatur, numero 133. C.de iure emphyteut. Afflict. deciſ. 139. numero nono, ergo idem dicendum eſt de ſtatuto tam ampliſsimo poſſeſsionem immediatè in hæredem continuante, quòd poſſeſsionem ciuilem, naturalemque, veram, ac propriam in hæredem transferat, Ripa in l.j.

num.

Source : BIU Cujas

nume. 37.ff.de acquirenda poss. & in libro j. respons. capitu. j. numero 88.Dec.consi.467.nume.15.in fin.& sequen.Paris.cõsi.172.nume.2.lib.4.Durant.in tracta.de artic. testa.titu.6.caut. 42.nume. 3. Tiraq.in tracta.de iur.constit.in 2.par.in j.ampliat. nume.1.& sequen.

533 Et † quamuis Tiraq. ibi disputatiuè loquẽdo, in contrarium arguere videatur; tamen ibi num.7.in fin.dicit, communẽ Doctor. opinionem esse, quòd ex actu ficto transfertur vera, propriaq; possessio, quam magis communem solet assequi, vt ipse ibi attestatur, quam magis receptiorem affirmat Ias.in l.si is qui pro emptore, num. 395.& seq.ff.de vsucap. Dominus Riminal. Iun.in §.j.num.77.Inst.de dona. à qua communi in iudicando, & consulendo, non est recedendum, si possessio igitur vera propriaq;, ciuilis, naturalis statuti ministerio in hæredem transfertur, sequitur necessariò, reintegrandam hęredi competere, Soc. cy.in l.rem quæ nobis, num.13.versi.quartò & vltimò, ff. de acquir.poss.Zuccar.in l.fi.nu.89.versi.quæ opinio, & num. seq. C. de edicto D.Adr.toll.Plot.in l.si quando, num.14.prope. fin.& num.838.C.vnde vi.Dec.consi.467.num.16. & pluribus sequẽ. Rip.lib j.resp.c.j.nu.84.in fi & seq.Afflic.decis.40.nu.14. Tiraq. in tract.de iur.const.in j.par.nu.69.

534 Et † si Alex.in consi.8 .num.12.lib.2.pro vero habuisset, veram, propriamq; possessionem, ciuilem, naturalemque, statuti ministerio in hæredem transferri, prout est, secundùm magis communem, crebrioremq; Doct. opinionem, vt per Tiraq.in tract.de iur.consti.in 2.par.in j.ampliat.num.7.in fi. & per Dec. consi.467.num.16. & seq. & illam quoque sequitur Apostillãs ad d.consilium Alex.83.in verbo, A.& omnes alii commemorati patres vt supra, nulli profectò dubium est, ꝙ Alex.in d.consi.83.nu.1 .determinauisset, potius recuperandam, & nõ interdictum adipiscendæ hæredi competere, & sic d.consi.Alex.magis pro hac parte, quàm econtra faceret.

Et in his quoque terminis voluerunt loqui Doctores, tenentes hoc in casu interdictum adipiscendæ naturam recuperãdæ sapere.Dec.consi 84.col.2.vers.præterea,& consi.467.nu.15.in fi.& seq.Paris.consi 41.num.9.& seq.lib.j.sed vtique melius sensissent, si dixissent, reintegrandam hæredi, & non interdictum adipiscendæ dari, existente possessionis trãslatione, verè,& propriè in hæredem statuti ministerio vt supra: nam nõ hæredi adipiscendę competit, qui à possessione cecidit, d.§ pro possessore, versi.si itaque, Insti.de interd. si adipiscendæ hæredi denegatur ex eo; quia ab isto tertio sua possessione fuit spoliatus, necessariò cogimur fateri, reintegrandam hæredi competere, quæ est adipiscendæ contraria, Ruin.consi.27.num.6.versi.nec obstat, lib.5.& sic ergo Dec.Paris.& cæteri Doctores dictam opinionẽ tenentes rectè sensissent, si aperto ore concludissent, reintegrandam hæredi competere, & non sub illa verborum nobilitate, obscuritateq; loquuti fuissent, videlicet ꝙ hoc in casu adipiscẽdæ naturam recuperandæ saperet: quia hæc est quædam chimera, & illorum phantasia, & est immiscere quadrata rotundis, cũ hæc duo remedia sint penitus contraria, & in eodem libello cumulari non possunt, Bal.in l.incerti, nu.25.versic.vndecimò. C. de interd. Alex.in l.naturaliter, § nihil commune, nume.90. & ibi etiam Ias.num.153.ff.de acqui.possess. meritò concludendũ est illos voluisse dicere, reintegrandam & non adipiscendæ hęredi competere, secundùm magis communem, verioremque Doc.opinionem, vt supra dixi, & viua ratione comprobaui, & si modo alio loquerentur, perperam & malè loquuti fuissent, & sine lege, & propterea erubescimus, l.illam, C.de collat.

535 Et † quamuis etiam Ruin.consi.27.lib.5 voluerit defendere in terminis decreti Mediolanensis, reintegrandam hęredi non competere cõtra tertium ingressum, in possessionẽ bonorum per defunctum tempore eius mortis possessorum, vel detentatorum, hæreditate iacente, moueturque Ruin.ibi, allegans legẽ fingere non posse, hæreditatem iacẽtem habere posse ciuilem, corporalemque possessionem; nam hæreditas iacens non subiectum habet, cum quo possessionem corporalem tangere possit, & id quod per naturam impossibile est, nõ cadit fictio, § minorem, Insti. de adop. & vbi veritas locum habere non potest, ergo nec fictio, l.qui ad certum, ff.locat. Dec.consi 64.colum.3. circa mediũ, possessio vtique vera & corporalis in hæredem statuti ministerio non censetur trans lata, stante apprehensione illius ante hæredem per tertium facta, ergo nec tacitè trãslata dici potest, & cum ita sit, necessariò sequitur, reintegrandam hæredi non competere, sed adipiscendæ tãtum, & hoc in casu tertius possessionem ingressus, offerens dominiũ rei possessæ virtute fideicommissi incontinenti probare suum esse, auditur, & in possessione à iudice de iure manutenetur, non obstante statuto Mediolanensi, vt ibi per Ruinũ satis amplissimè hanc opinionem comprobantem, & ita practicatur Mediolani, vt attestatur Alex.consi.82.sub nu.4.lib.2.

536 Verumtamen † non obstantibus per Ruinum adductis, intrepidè hoc in casu censeo, reintegrandam hæredi, & non adipiscendæ, competere, vt supra plenè demonstraui, & dixi, ex quo possessio in hæredem verè, ciuiliter, & naturaliter, statuti ministerio tam amplissimè loquentis fuit translata, hæreditate quoque per hæredem non adita, legibus auctoritatibusq; præallegatis, ad id propositum vt supra, à Doctoribus communiter receptis, viuis rationibus per me comprobatis, vt supra demonstraui.

537 Et satis † exploratissimum in iure est, id statutum valere, & de hoc non est dubitandum, Dec.consi.467.nume.3. & nume. 15.circa medium, Zuccard.in l.fin.nume.88.vers.& est æquum, C.de edict.D.Adr.tollen.Rip.lib.j.respons.cap.j.num. 80. Paris. consi.41.nume.5.lib.1.si statutum igitur est validissimum, illud immediate in hæredem (siue hæres hæreditatem adiuerit, siue non,) possessionem continuat, & transfert, & si alius illam acceperit, vult, vt nullius sit momenti, ex cuius verbis comprehendi tur, illud voluisse, possessionem veram, ciuilem, naturalemque in hæredem transferre, meritò, si contra illius possessionis occupatorem post defuncti obitum apprehensæ, reintegranda, & non adipiscendæ, hæredi competat, Dec.consi.467. num. 18. & seq.nam ille, qui semel possessionem habuit, ab eaque cecidit, non sibi adipiscendę conceditur, d.§.pro possessore, ver.si itaq;, si hæredi adipiscendæ non datur, resultat necessariò conclusio clara, quòd reintegranda hæredi competat, tanquam adipiscendæ contraria. Cagnol.in l.hæredem, nume.23. & ff. de reg. iur.& vt aliàs tetigi.

Nec quicquam releuat dicere, ꝙ statutum fingere non possit, vt hęreditas iacens possideat, cum fictio non super eo cadat, quòd per naturam impossibile sit.

538 Nam † huic obiectioni respondeo, & dico, ꝙ lex fingit hæredem possidere, in eumque possessionem cõtinuare, & hoc modo intelligendo, non erit fictio per naturam impossibilis: cum hæres corporaliter illam apprehendere possit, fictio igitur est secundùm naturam, ergo est possibilis, ergo hæc fictio valeret, retorquendo à contrario sensu rationem obiectionis contra Rui. quod argumentum à contrario sensu est in iure validissimum, vt per Scribentes in l.j.ff.de off.eius, & sic Ruini obiectio ruinat, ratione sua cessante, l.adigere.§.quamuis.ff.de iur.patro. c.cum cessante.de appell. & non est absurdum, ꝙ prius efficiatur possessor, quàm hæres, Zuccar.in l.fi.nu.90.vers.ꝙ credo, C. de edict.D.Adr.toll.

Et præsertim, cum statutum non dicit simpliciter in hæredẽ, sed dicit: in hæredem immediate, siue hæres hęreditatem adiuerit, siue non, sufficit ergo, vt hæres sit, licèt hæreditatem non adiuerit, ad hoc vt possessio in illum statuti ministerio cõtinuetur, Zuccar.in vltimo loco præallegato vt supra.

Et in eodem met casu Ruini, & in propriis terminis contra Rui.consuluit clarissimus Dec.cons.467.nu.15.in fi. & seq. existente validitate statuti, de qua non est hæsitandum, Doctores communiter præallegati vt supra.

Et si opinio Ruini fuisset vera, quòd non reintegranda, sed adipiscendæ tantum hæredi daretur, quid etenim operarentur illa verba in statuto apposita, vbi prohibet, ne alius possessionẽ occuper, & si apprehendiderit, nullius momenti sit, profectò nihil, & essent frustratoriè apposita, quòd equidem dici non de-

539 bet, cum † vna sillaba in statuto non sine aliqua operandi virtute debet esse, l. si quando. ff de leg. j. c. si Papa.de priuileg. in sexto. Paris.consi.66.num.9.lib.2.Crau.consi.175.nume.8. meritò ex dictis verbis necessariò fatetur, possessionem in hæredẽ verè ciuiliter & naturaliter continuare, non obstante quòd fideicommissarius possessionem præoccupauerit; quia illa est cũ vitio. Dec.consi.467.nume.12.versi.& ista cõclusio, & ideo nullius est momenti, Paris.consi.41.nume.9.& sequen.lib.j. & maximè in hoc casu, existente statuti validitate, de qua non est ambigendum, vt dixi, & id etiam non negat Rui.cons. 27. nume.7. in fin. lib. primo.& cum igitur ita sit, resultat conclusio clara, quòd reintegranda, & non adipiscendæ contra possessionis occupatorem hæredi competit. Parisius consilio 41. numero 10.lib.primo.

540 Præterea † si opinio Ruini fuisset vera, videlicet quòd statutum non posset possessionem in hæredem ante aditam hæreditatem continuare, & statutum Mediolani expresse diceret, siue aditam hęreditatem, siue non: prout dicit statutum Ferrariense, sequeretur destructio illius communis opinionis permittẽtis, quòd per actus fictos vera possessio, ciuilis, naturalisque ante apprehensionem transferatur, de qua per Ias. in l. cum dubitabatur. nume.133.C.de iur.emphyt.per Rui.cons.224.nume.4. lib.j.& per Tiraq in tract.de iur. const. in secunda par. in prima ampliat.num.j. & seq. & per alios doct. ad id propositum pręallegatos, quòd minime dici debet, cum correctio legum sit euitanda, auct. quas actiones, & ibi scribentes, C.de sacrosan.Eccle. meritò dici debet, hanc possessionis continuationem ciuiliter, & naturaliter ante illius apprehensionem, hæreditatemq; etiã non aditam, in hęredem statuti ministerio transferri, cum possessio ingressi illius pręoccupatoris nullius est momẽti, & perinde habetur, ac si ille non in possessione esset, quòd ad hęredis pręiudicium & quò ad effectum iuris, per verba clara ipsius statuti ita affirmantis. Dec.cons.467.nu.18.Paris.cons.41.nu.9. &

Source : BIU Cujas

ſeq.lib.j.& maximè ſi ſtatutum diceret,ſiue hęreditatem adiuerit,ſiue non,prout ſtatutum Ferrarienſe expreſſe loquitur. Zuccar.in l.fi. num.90.in fi.C.de edict.Diu.Adr.toll. cum poſſeſſio igitur ciuilis, naturalisq; vera in hæredem ſtatuti miniſterio ſit tranſlata,illaq; à tertio iſto præoccupata fuerit,meritò ſi reintegranda hæredi ſpoliato ſua poſſeſſione in illum cõtinuata à ſtatuto,contra dictum occupatorem competat,Dec.cõſi.167. nu. 16.& ſeq.Pariſ.conſi.41.nu.10.lib.j.Zuccar.in d.l.fi.num.89.ver. quæ opinio, Cagn.in l.hæredem. nu.23. ff.de reg.iur.Plot.in l.ſi quando.nu.14.ver.ſecunda quia,C.vnd.vi.

541 Quæ † concluſio in fideicommiſſario vniuerſali non ſibi locum vendicat,in quẽ defuncti poſſeſſio,ſtatuti miniſterio,non continuatur;nam fideicõmiſſarius eſt hæres fictus, & ideò ſtatutum,quod iuris communis correctorium eſt,loquens de hęrede,intelligitur de vero & non de ficto. Alex.cõſ.82.nu.6.li.2. Rub.conſ.121.nu.3.Zuccar.in l.fi.nu.93.C.de edict.D. Adr. tol. Plot.in l.ſi quando,nu.848.C.vnd.vi,meritò ſi in fictum & abuſiuum hæredem poſſeſſio non cõtinuatur, & oportet vt hæres tempore mortis efficax ſit, & non ex interuallo temporis fiat. Rui. conſi.27.num.5.ver. ad confirmationem,lib.5.Plot. in l.ſi quando,nu.849.C.vnd.vi.

542 Nec † in hæredem hæredis poſſeſſio continuatur,Rub. conſ.121.nu.3.Plot.in d.l.ſi quando.nu.847. & ſeq. niſi primus hæres ad ſuccedendum fuiſſet incapax ex eo; quia fuiſſet deportatus, vel in ordinem fratrum minorum obſeruãtium ingreſſus fuiſſet;quia hoc in caſu ille ſecundus hæres efficitur primus hæres, meritò ſi in illum poſſeſſio ſtatuti miniſterio cõtinuatur. Plot. in d.l.ſi quando.nu.847.in fi.

Neq; poſſeſſio rei feudalis in hæredem continuatur;cum talis poſſeſſio iuri perſonali cohęreat, & ius perſonale ſemper à dicto ſtatuto excepturatus intelligitur.Rub.conſi.121.Cur.Iun. in l.fi.nu.83 C.de edi.D.Adr.tol. à qua opinione ego valde diſſentio;nam ſi hæredi adipiſcendæ competeret,illius virtute hæres in poſſeſſionem mitteretur, etiam ſi conſtaret rem eſſe feudalem,& idem de emphyteutico & de vſufructu, cum tale ius ad hæredes eſt tranſitorium:meritò,ſi feudi poſſeſſio ſtatuti miniſterio in hæredem continuatur,& transferatur.Zuccar.in l.fi. nu.92.verſi.mihi magis,C.de edicto D.Adr.tol. & ſi à tertio dicta poſſeſſio fuiſſet apprehenſa,illa erit nullius momenti; quia ſtatutum ita expreſsè dicit,Dec.conſi.467.nu.16.& ſeq.Pariſius conſi.41.nu.9.lib.j. & hæres ſtatuti miniſterio cõtra dictum occupatorem remedio recuperandæ intẽtare poterit,vt ſupra dixi,cum tale ſtatutum hæredi eſt fauorabile,Zuccar. in l.fi.num. 88.C.de edict. Diui Adr.tol.

544 Sed † exiſtente dicto ſtatuto,duo ſe prętendunt defuncti hæredes eſſe,& in vno inſtanti poſſeſſionem rerum hæreditariarũ occupant, quamuis vnus in effectu ſit verus hæres, & alius nõ, & ſtatutum prohibeat,ne alius poſſeſſionem occupet, & ſi illã occupauerit,nullius momenti ſit, dico, ꝙ ſi ambo prætendant pro hærede,& non pro alia cauſa poſſidere, non obſtante ſtatuto poſſeſſionem annullante,niſi ſit hæres,ille qui prætendit hęredem eſſe,licèt de titulo ſuo non probet,obtinebit,ſi ſuam ꝓbabit poſſeſſionem antiquiorem eſſe; quia hoc in caſu interdictum retinendæ ſibi locum vendicat.Berous q.ſuis famil. q.71. nu. 4. vbi loquitur in terminis ſtatuti Bononienſis poſſeſſionẽ in hæredem continuantis,& concludit Berous vt ſupra.Et Addit.ad tract.D.Alc.de præſumptionibus in princ.in 3. par. nu.7. in fi.dicit,ꝙ hoc in caſu interdictum vti poſſidetis, ita quotidie in Frãcia practicatur:& ratio quippè in promptu eſt;quia in interdicto vti poſſidetis,vbi materia ſolum eſt poſſeſſoria, nõ ꝓprietatis quæſtio admittitur,Alex.in l.naturaliter. §.nihil commune.nu.10.ff.de acq.poſſ.Rip.lib.j.reſponſ.c.j.nu. 94. D. meus Soc.Iun.cõſ.126.nu.7.lib.j. niſi probationes vtriuſq; partis ſint æquales;nam tunc titulus admittitur,& prodeſt,& ille,qui titulum non habet,ſuccũbit,Bar.in l.ſi duo.in prin.ff.vti poſſ. Dec. poſt Scribentes ibi in c.licèt cauſam,nu.9.ver.quartò,de proba. Rip.in d.§.nihil commune.num.99.& ſeq.Ruy.conſi.67.nu.5. circa medium,lib.3.Pariſ.conſi.107.nu. 77.& 80.lib.j. Berous q. ſuis famil.q.71.nu.6 cum dicti duo igitur prætendentes ſe hæredes eſſe,& in vno inſtanti temporis defuncti poſſeſſionẽ occupauerint,meritò neceſſarium eſt;vt probationes illorũ (quò ad poſſeſſionem) ſint æquales, & cum ita ſint,ſi verus hæres titulum probaret,& alius non, dico ꝙ verus obtineret;cum poſſeſſio defuncti in hæredem ſtatuti miniſterio cõtinuatur & nõ in fictum,abuſiuumq; hæredem,Ruy.conſ.27.nu.5.ver.ad cõfirmationem,lib.5 Plot.in d.l.ſi quando,nu.849.

Si autem non conſtaret, quis horum duorum poſſeſſionem prius occupaſſet, probationes illorum quò ad poſſeſſionẽ igitur ſunt pares,meritò ſi ille qui probat titulum, præferatur illi, titulum non habenti, cumq; poſſeſſio defuncti miniſterio ſtatuti in hæredem tranſlata cenſetur.Addit.ad tract.D.Alc.de prę ſump.in 3.par.nu.7.& ſic erit quò ad poſſeſſionem priorẽ,meritò verus hæres obtinet,& abuſiuus etiam in interdicto vti poſſideris ſuccumbit,doct.communiter pręallegati vt ſupra.

545 Immo † cenſeo, ꝙ in omnibus prædictis caſibus indiſtinctè verus hæres victoriam in interdicto quoq; vti poſſidetis ſit reportaturus,ſi ſtatutum poſſeſſiouem in hæredem ſcriptum immediatè cõtinuaret,ſiue hæres hæreditatem tempore occupationis illius poſſeſſionis adiuerit,ſiue nõ,& ſi alius illam apprehendiderit,nullius ſit momenti:ſi hæres igitur abuſiuus fundare ſe voluerit in ſtatuto poſſeſſionem in hæredem continuãte, id minime facere poterit cum ſtatutum poſſeſſionem in verũ hæredem,& non in abuſiuum continuat,Plot.in d.l.ſi qñ.num. 849.ſi hęres verò abuſiuus ſe in poſſeſſione ꝑ illum poſt teſtatoris mortẽ præoccupata fundaret,id minime facere põt, & eidẽ nõ prodeſt,ex quo illa perinde hĩ,ac ſi non extaret quò ad effectum iuris,& ad hæredis præiudicium.Dec.conſ.467.nu.18.Pariſ.conſi.41.nu.9.& ſeq.lib.j. poſſeſſorio igitur veri hæredis ſtatuti miniſterio eſt antiquior,meritò ſi verus hęres in interdicto vti poſſidetis obtineat, & in hoc caſu interdictum vti poſſidetis in Regno ita Galliæ practicatur,vt atteſtatur Addit.ad tract.D. Alci.de præſup.in prin.in 3.par.ſub nu.7.

Neq; prædictæ concluſioni obſtat illud, quod dixit Berous quæſt.ſuis famil.q.71.nu.4.& ſeq.

546 Nam dico,ꝙ † allegata per eum ibi,in ſuo caſu procedunt, exiſtente ſtatuto Bononienſe ſimpliciter de hærede loquẽte: nam ſufficit ſe hæredem defuncti prætẽdere, ad hoc vt ſtatuti verba in illum verificentur,ſed non ita eſt in caſu noſtro, vbi ſtatutũ requirit, ꝙ hæres ſit ſcriptus,cum occupator nõ hæres ſcriptus ſit;quia eſt abuſiuus,verba ſtatuti abuſiuo hæredi non ꝙueniũt, ergo nec illius diſpoſitio,l.4.§.totiens,ff.de dam.infecto.& cum ſtatutum loquatur cum certa qualitate,ad hoc, vt illud locum habeat,neceſſe eſt, illam qualitatem per ſtatutum allegantem, & in eo ſe fundantem,verificari,probariq;,Bar.in l.j.ff.de cond. ex lege,& in l.j.§.ait prætor.ff.ne quid in flum. publi.Alex.conſi.88.nu.2.lib.4.Dec.conſi.434.nu.3.Pariſ.conſi.62.nu.38.lib.4. D.meus Soc.Iun conſi.72.nu.22.lib.2.Crau.conſ.313.nu.j. verſ. dico,Plot.in l.ſi quando.nu.355.C.vnd.vi,ſed ſic eſt, hæc qualitas hæredis ſcripti in hærede abuſiuo non verificatur, ſed hærede tãtum vero ſcripto, meritò ſi poſſeſſio ſtatuti miniſterio nõ in hæredem abuſiuum, ſed in verum tantũ ſcriptum continuatur:& cum ita ſit, poſſeſſio veri hæredis probaretur antiquior, ergo ſi verus hæres in hoc interdicto vti poſſideris obtineret. Doct.communiter pręallegati vt ſupra,& iſte eſt finis huius articuli,& quoq; præſentis tractatus.

ACHILLIS PERSON. MIRANDVLANI.

De petitione hæreditatis.

547 DECLARATO, finitoque tractatu interdicti quorum bonorum, & † quomodo in iudicio deducatur, practicaturq;: nũc ſupereſt,quòd materiam petitionis hæreditatis tractem, quæ multis in caſibus cũ interdicto quorum bonorum conuenit, quamuis in plerisq; quoque caſibus differat glo. eſt,& ibi Scribentes in rubr.C. quor.bono.Barto. in l.prima numero 4.ff.quorum bonorum. Salyce.in l.prima,numero 10.C.eodem titu. conuenitque etiã in hoc, quòd ſicuti quorum bonorum hæredi tam ex teſtamẽto, quàm abinteſtato ſuccedenti competit, vt in præcedẽti tractatu dixi,ita & petitio hæreditatis,text.eſt cum gloſ.in l.prima, ff.de petitio.hæred.Pract.Papien.in forma libell. pro hæred. abinteſtato in gloſſ. 1.nume. j. & vt infra ſatis plenè dicam numero 406.fol.346.

548 Petitioque † hæreditatis fit,vbi reus domicilium habet, licèt res hæreditariæ ibi non reperiantur, ad differentiam poſſeſſorij adipiſcendæ,l.vnica C. vbi de hæred. agitur, & ibi gloſ. Bart. Bald.Salyc.& Ang.

549 Et † libellus in hęreditatis petitione hoc modo formatur, dico,quòd neceſſe eſt, vt actor narret, Caium patrem ſuum de tali menſe & anno ex hac vita migraſſe, & ſe illius hęredem eſſe,vel ex teſtamento vel abinteſtato,ſecundùm quòd caſus cõtinget,& dictum Caium poſſediſſe, vel detinuiſſe petias terrarum, de quibus in calce libelli, vſque in tempus mortis illius, & illas in hęreditate patris ſui remanſiſſe, quas Titius ſine aliquo iuſto, vel ſaltem valido titulo tenet, & occupat; quarè petit per vos iudicem, & eius officium, fauorabiliter imploratum, pronunciari, & declarari, ſe eſſe hęredem dicti Caij ſui patris & dictum Titium detentatorem ipſarum petiarum condẽnari ad relaxãdũ, & reſtituendũ ſibi hęredi dictas petias terrarum ſimul cum fructibus perceptis,& percipiendis,petens ſibi ſuper pręmiſſis omnibus & ſingulis ius & iuſtitiam miniſtrari &c. omni mel.modo &c.

Et

Source : BIU Cujas

550 Et † quamuis pleriq; velint, ꝙ hæres in libello non exprime re teneatur, an ſit hæres ex teſtamento, vel abinteſtato, Aret. in §. actionum autem, num. 104. verſi. vel etiam, & ibi Iaſ. nu. 237. inſti. de act. Alex. in l. j. num. 20. & ibi etiam Iaſ. nu. 29. ff. de edi. poſt Bar. ibi num. 7. Ang in l. ſi hæreditatem, nu. j. ff. de pet. hære. & conſi. 161. nu. 1. Alex. conſi. 183. nu. j. & conſi. 184. nu. j. lib. 5. Rui. conſi. 160. nu. j. lib. 5. Io. de Am. conſ. 120. nu. 4. Rolan. cõſ. 48. nu. 6. lib. j. niſi iudex viderit, cauſa cognita, multum rei conuenti intereſſe; quia tunc hęredem cogere poterit ad declarandum, an ſit hæres Caij prædefuncti abinteſtato, vel ex teſtamento, Bar. in l. 3. ff. de pet. hæred.

Alij autem contrarium cenſuere, ꝙ immo hęres ſuam tenea tur exprimere qualitatem, videlicet, an hæres ex teſtamẽto, vel abinteſtato ſit. Iaſ. in §. actionum autem. num. 214. inſt. de act. & Aret. quoq; non ſine quare in l. hæreditatem. nu. j. ff. de pet. hæred. & in d. §. actionum autem, nu. 104. ponit in forma præſentis libelli ꝙ hæres dicat, an ſit hæres ex teſtamento, vel abinteſtato, quę qualitas in libello eſt neceſſaria, prout & quoq; illam ponit Spec. in tit. de iud. in 4. par. § j. nu. j. & ſeq. Pract. Pap. in forma lib. pro hæred. ab inteſtato, quæ opinio quoq; mihi placet, de iureq; verior videtur, & maximè reo opponente libelli generalitatem, inſtanteq; iudicem actorem compellere ad declarandum, an ſit hæres ex teſtamento, vel abinteſtato, ſ interrogationi cuius reſpondere tenetur. Ange. in l. fi. nu. 6. C. de codicil. nam multum rei conuenti intereſt. Bar. in l. 3. ff. de pet. hære. ad hoc vt reus poſſit deliberare reſpondere, an cedere, vel contendere velit, iuxta tex. l. p. ff. ed. & ibi Scribentes communiter, quã deliberationem mature minime facere poteſt, ſi cauſam ignoret, per quam actor declarari velit, ſe Caij. hæredem eſſe: nam ſi actor allegaret hæreditatem Caij ex teſtamento ſibi pertinere, reus forſan ſciret, ſi illud teſtamentum eſſet inofficioſum, vel inutile, inualidumq;, & deliberare reſpondere poterit, an velit cedere, vel contendere, quam deliberationem non facere poteſt, ſi certa cauſa in libello non exprimatur, quæ debet eſſe habilis, ex qua inferatur concluſio certa ad condemnationem, & ideo libellus debet eſſe certus, l. j. & ibi doc. ff. de ed. & maximè, quia hic de proprietate, & non de poſſeſſione ꝓtenditur, quarè facta igitur dicta declaratione, ſi deinde alia cã in iudicio apta probaretur, non tamen ſuper illam ſequeretur condemnatio, Iaſ poſt Doct. in l. j. nu. 37. ff. de ed. & in propriis terminis ita tra dit D. meus Soc. Iun. conſi. 44. lib. 3.

551 Hincq; illa ſurrexit practica, ꝙ † cum iudex ex vna cauſa, videat malè pro actoris parte actitatum fuiſſe, & ex actis cõſtaret, ꝙ ex alia cauſa bene agere poterit, abſoluit reũ ab obſeruatione præſentis iudicii, ſaluo actori iure iterum ex alia cauſa in alio iudicio agendi, c. examinata, & ibi omnes Canon. extra de iud. Bal. conſi. 338. num. 6. lib. 5. Caſtr. conſi. 65. nume. j. lib. j. Iaſ. in d. l. j. nume. 39. Afflict. deciſ. 60. nume. 4. Cagnol. in l. lecta. nume. 178. ff. ſi cert. pet.

552 Et † propterea procurator rei conuenti debet eſſe cautus, libelli generalitatem ſemper excipere, inſtareq;, vt actor interro getur, an ſit hæres ex teſtamento, vel abinteſtato, ad hoc vt deli berare poſſit, an velit cedere, vel contendere: ſecus verò erit, ſi reus generalitatem libelli non exciperet, nam tunc libellus ſuſtineretur, & valeret, l. j. in fi. C. de annal. excep. Bar. in l. j. nu. 15. & ibi etiam Iaſ. poſt doc. ff. de ed. idem Iaſ. in l. cum quid. nu. 32. ff. ſi cer. pet. Ang. in l. fi. nu. 6. C. de codicil. Vãt. in tract. de nullit. in tit. ex defectu proceſſus, nu. 26. & in his terminis bene cẽſeo loqui doctores primam opinionem tenentes.

553 Et † in libello quoq; dixi, ꝙ hæres petere debet, ſe declarari hæredem, aduerſariumque ſibi ad reſtituendum cogi. Bart. in l. 3. ff. de pet. hæred & in l. j. num. 4. ff. quor. bon. Ang. conſi. 161. num. j. Alex. conſi. 183. num. j. lib. 5. Iaſ. in l. j. nu. 29. ff. de ed. ſed ego arbitror ſufficere poſſe, ꝙ concludatur prout ũciari, declarariq;, hæreditatis partem, vel totam ſibi tanquam hæredi ſpectare vel pertinere; nam ex eo ſolum, ꝙ actor petat hanc reſtitutionem vt hæres ſibi fieri, tacitè cenſetur declarari, ſe Caij hę redem eſſe, Aret. in §. actionum autem. nu. 104. in fi. inſt. de act. Dec. in l. j. num. 25. ver. ſed iſta ſaluatio, C. de ed. Rolan. conſ. 90. nu. 4. lib. 2. ſed ego. ab initio laudarem ad euitãdum doctorum opiniones, quòd expreſſe petat, ſe hæredem declarari, vt in libello dixi.

554 Et † natura libelli propria in hæreditatis petitione non eſt, ꝙ petatur reum condemnari ad reſtituendum hæreditatẽ, ſed petatur declarari actorem eſſe hęredem, iudicisq; officio reum condemnari, ad reſtituẽdum quicquid de hæreditate poſſidet, l. licèt. ff. de pet. hæred. Alex. & ibi doct. in l. j. nu. 20. ff. de ed.

555 Et † ſufficit petere hæreditatem abſq; eo, ꝙ res hæreditariæ ſpecificẽtur: nã in iudiciis vniuerſalibus libellus generalis abſq; rerũ expreſſione ſufficit, gl. eſt in l. j. ff. de ed. quæ ibi à Bar. Alex. num. 20. & ab alijs doct. communiter eſt recepta, Iaſ. in §. actionum autem. nu. 215. inſt. de act. Pract. pact. in forma libel. in act. real. declar. in gl. j. num. 12. ſed ſatis eſt, ꝙ tempore executionis res hæreditariæ ex primanẽ, & liquidentur, Bar. in l. edita in prin cip. verſ. contra hoc oppo. & ibi etiam Alex. num. 5. Iaſ. ſub nu. 12. & Dec. ſub num. 25. C. de ed. l. 4. ff. de pet. hæred. Fely. in c. in præſentia. nu. 3. & ibi etiam Dec. nu. 3. de proba. idem Dec. conſ. 322. nu. 3. ver. 3. & ideo quoq; in his iudiciis vniuerſalibus ſentẽtia generalis ſuſtinetur. Vant. in tract. de nullit. in tit. ex defectu proceſſus, nu. 106.

556 Quæ † concluſio limitatur non procedere, quando res hæreditariæ particulariter, & expreſſe in libello ſint ſpecificatę; quia ſi aliæ res poſt litem conteſtatam reo conuẽto ſuperuenerint, hæres illas libello addere non poterit: nam additio, vel diminutio alicuius rei poſt litem conteſtatam non fiſ, ſicuti non fit in aliis ſingularibus iudiciis Spec. in tit. de libelli concept §. nunc oſtẽdamus. ſub nu. j. Bar. in l. edita. in prin. in verſ. cõtra hoc oppo. & ibi etiam Saly. nu. 11. ver. circa primum, Alex. nu. 5. Iaſ. nu. 11. verſ. prima eſt, & nu. ſeq. & Dec. num. 25. C. de ede. niſi dictæ aliæ res in libello non ſpecificatæ hæredi per ius accreſcẽdi obuenerint; quia dico, ꝙ hæres illas addere poterit: nam obſtante litis conteſtatione, Dec. in d. l. edita. nu. 25. in fi.

557 Alij autem contrarium exiſtimauere, ꝙ immo, ſi in libello petitionis rem particularem ſpecificaret, & peteret, & aliæ res ante condemnationem reo conuento obuenerint, quæ ſint hę reditariæ, illas vſq; ad ſententiam libello ſuo addere poterit, nõ obſtante litis conteſtatione, gl. eſt in l. edita in verbo, emendari, C. de ed. Alex. in l. j. num. 20. ff. de ed. vbi dicit hanc eſſe communem doct. opinionem, & iura ſunt expreſſa in l. 4. in l. ſi quo tempore. ff. de pet. hære. in quibus iuribus habetur, ꝙ cõtrouerſia de vna re tantum erat, & tamen ibi dicitur, ꝙ ſi aliæ res reo conuento ſuperuenerint, ad reſtitutionem etiam illarum rerũ ſuperuenientium teneretur.

Sed his non obſtantibus, non recedas in iudicando, & cõſulendo à prima opinione de iure vera, & communiter recepta: & ego hac ratione moueor: nã ſi res particularis in libello ſpecificatur, iudicium eſt ſingulare, & non generale, & idem iudicatur quod de ſingulari ob rationis identitatẽ: ſed ſic eſt, in iudicio ſingulari res non veniunt, quę poſt iudiciũ cęptum reo obueniunt, l. non poteſt. ff. de iudi. ergo nec in iſto iudicio particu lari petitionis hæreditatis.

Non obſtant iura in contrarium allegata: nam dicta iura loquuntur, quando petitio hæreditatis generaliter contra poſſeſſidentem vnam rem tantùm hæreditariam, abſq; rei ſpecifica tione intentatur, & hoc expreſſe dicit tex. in d. l. 4. quia ibi non dicitur, ſi petam vnam rem, ſed dicitur, ſi petam hæreditatem: & ſic d. l. 4. loquitur generaliter, quando actor generaliter peteret porrigeretq; libellum petitionis hæreditatis abſq; ſpecifica tione rei contra poſſidentem vnam rem hæreditariam, meritò ſi ille reus, ꝙ deinde cęperit (poſt litem conteſtatam) poſſidere, reſtituet, & in hoc caſu rerũ additio, vel diminutio libello vſq; ad ſententiam de iure permittitur, doct. communiter in prima opinione præallegati: ſecus verò erit, ſi ſpecificatio vnius parti culariter rei in libello facta ſit; quia tunc iudicium iudicatur ſingulare, non generale, meritò ſi hoc in ſecundo caſu addi tio libello poſt litem cõteſtatam actori non fieri permittatur, d. l. non poteſt.

558 Et dico quoq; ꝙ † liquidatio rerum hæreditariarum in exe cutione non de iure hæredi conceditur, & ratio eſt; quia ſi ſen tentia cõdemnatoria particularis ſit, ergo & illius executio de bet eſſe particularis, ſed generalis executio fit, quãdo generaliter petitio hæreditatis contra reum fuiſſet intẽtata ſine aliqua rei particularis hæreditatis ſpecificatione; & tunc ſufficit generalis condemnatio. meritò ſi hoc in caſu liquidatio rerum hære ditariarum (quæ iudicis officio fit) de iure permittatur, Scriben tes communiter in l. j. ff. de ed.

559 Et † aduertas tu hæredis procurator, ꝙ hæreditatis petitionẽ reiq; vendicationem nõ cumules; quia iſtæ duæ actiones in eodem libello non ſimul intentari poſſunt. Bal. in l. ſi poſt. num. 6. C. de pet. hæred. Caſtr. in l. regulariter. nu. 13. ff. de pet. hære. Prac. Pap. in forma libel. pro hæreditate abinteſtato, in gl. j. nu. 10. Iaſ. in l. vt reſponſum. nume. 2. C. de tranſact. & præſertim ad eandem rem, Bald. in d. l. ſi poſt. num. 6. Alexan. conſi. 184. num. 6. lib. 5. & conſi. 89. num. 2. lib. 2. Ruyn. conſi. 160. num. 2. lib. 5. Ro land. conſi. 48. num. 7. lib. j.

Sed ſi hæreditatis petitio pro vniuerſo proponatur & rei vẽ dicatio, pro re ſpecificata certa, bene in hoc caſu admittitur cu mulatio; quia iſtæ actiones nõ ad idem proponi videntur. Bal. in d. l. ſi poſt, nu 6. Pract. Pap. in for. libel. pro hæred. abinteſtato, in gl. j. nu. 10. Dec. in l. edita ſub nu. 63. C de ed. Crau. conſ. 16. ſub nu. 8. & in his terminis dico loqui Soc. in tract. ſuo fallẽtiarum in regula 296. in prima fallentia, vbi dicit, ꝙ rei vendicatio peti tio q; hæreditatis in eodem ſimul libello cumulari poſſunt.

Vel & harum quoq; duarũ actionũ cumulatio admittit, qñ cumulationis exceptio per rerum ante litẽ ꝓteſtatã non fit oppoſita: ſecus verò erit, ſi dicta exceptio cumulationis ꝓponeret qa tũc cumulatio dictarũ actionũ nõ admittit. Bal. in d. l. ſi poſt, nu. 6. Frãc. de Aret. cõſ. 103. nu. 4. Alex. ꝓl. 89. nu. 2. lib. 2. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune, nu. 177. & 179. ff. de acqui. poſſ.

Vel & ſi narratio in rei vẽdicatione in petitioneq; hæredita-

Source : BIU Cujas

tis ſit facta, ſed concluſio in hæreditatis tantum petitione fit, libellus de iure ſuſtinetur,& valet, Bal. in d. l. ſi poſt. num. 6. Caſtr. conſi. 138. col. 1. in fi. lib. 2. in nouis.

Valet & quoq; cumulatio, ſi hæc duo remedia conditionaliter intentantur, laſ. in l. 1. nu. 9. C. de inoff. teſta. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune, nu. 180. in fi. ff. de acquir.

Vel & libellus etiam ſuſtinetur, ſi clauſula ſuper quibus &c. in fine libelli ſit appoſita, laſ. in §. omnium, nu. 148. inſt. de act. Franc. de Aret. conſi. 103. nu. 4. verſi. 3.

560 Sed hanc † vltimam fallentiam non audeo tam ſimpliciter affirmare: nam quamuis hæc clauſula ſuper quibus &c. ſit vtiliſſima, non tamen libellum à cõtrarietate defendit, laſ. in §. omnium. nu. 152. inſt. de act. Rip. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. nu. 178. ff. de acqui. poſſ. Capic. deciſ. 96. nu. 6. & 8. Alex. cõſi. 96. nu. 7. & conſ. 110. nu. 2. lib. 5. Soc. conſ. 122. nu. 2. lib. 4. Dec. conſ. 62. nu. 2. ver. ſed tamen ad hoc, Pariſ. conſ. 7. nu. 21. conſ. 131. nu. 11. 16. & 17. lib. 1. & prout quoq; dicitur de clauſula omni meliori modo &c. quæ hanc petitionis hæreditatis, reiq́ue vendicationis cumulationem non ſuſtinet poteſtatis defectu, Roland. cõſi. 48. nu. 7. lib. 1.

561 Quam † concluſionem limito non procedere in caſibus, in quibus ſola facti veritate inſpecta proceditur, virtute cuius clauſulæ iudex manum regiam habet: meritò ſi ſententia ſuper incepto prolata valeat, & de iure ſuſtineatur, Franc. de Aret. conſi. 103. nu. 4. verſi. 3. Rip. in d. §. nihil commune, nu. 181. & ſi actor, in hoc caſu, vnam cauſam in libello deduxerit, & vnam aliam in proceſſu probauerit, in illa probata obtinebit, Alex. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus, nu. 8. & ibi etiã laſ. nu. 33. ff. de verb. oblig. Marſ. ſing. 272. Gram. deciſ. 103. nu. 141.

562 Et quamuis † hereditatis petitio,& rei vendicatio æquiparẽtur, l. ſi autem, §. ſed & is, ff. de rei vend. laſ. in d. §. nihil commune, nu. 92. tamen dico, q̃ dictæ actiones non ſimulantur, prout querela inofficioſi teſtamenti, quæ ſimul cum petitione hæreditatis in eodem libello non intentatur. laſ. in l. 1. nu. 8. & ſeq. C. de inoff. teſta. & ſi fideicommiſſarius ſit vniuerſalis, nõ hæreditatis petitione conueniri poteſt, ſed prius contra fideicommiſſarium querela inofficioſi teſtamenti eſt agendum, & teſtamẽto per querelam rupto fideicommiſſarius pro hærede poſſidere cenſetur: meritò, ſi tunc eo tempore, & eo caſu, contra illum petitio hæreditatis de iure permittatur, ſecundùm communẽ intellectũ, l. 1. C. de inoff. teſta. à gl. Bar. Bal. Saly. Ang. & à laſ. ibi in principio communiter receptum, qui omnes hac vnica mouentur ratione: nam querela non intentari poteſt, niſi hæreditate prius per ſcriptum hæredem adita, l. filiusfa. §. ſed cum exhæredario. ff. de bonorum poſſ. contra tabu. petitio autem hæreditatis hæredi vero contra poſſidentem pro hærede, qui non ſit hæres, vel pro poſſeſſore cõpetit: ergo hæc duo remedia in eodem libello non ſimul cumulari poſſunt, laſ. in l. 1. nu. 8. vbi poſt Doct. C. de inoff. teſta.

Quæ concluſio limitatur non procedere, ſi dictæ duæ actiones in eodem libello conditionaliter proponantur, & dicatur hoc modo, videlicèt, peto teſtamentum rumpi; quia eſt inofficioſum, & eo rupto hæreditatem reſtitui, vt edocet gl. in l. qui de inofficioſo, in verbo, Exercere in fi. ff. de inoffic. teſta. quam opinionem ſequitur Saly. in l. 1. nu. 3. in fi. C. de inoff. teſta. & ibi etiam laſ. nu. 9. Alex. conſ. 52. nu. 8. in fi. lib. 2. Caſtr. conſ. 95. nu. 2. lib. 2. in nouis, Rip. in d. §. nihil cõmune, nu. 189. in fi. Zuccard. in l. fi. nu. 175. & ſeq. C. de edicto D. Adr. tol. Cagn. in l. vbi repugnãtia, col. fi. ver. 6. lim. ff. de reg. iur. non obſtante quicquid dixerint, Ang. in l. 1. nu. 6. C. de inoff. teſta. Cag. in rub. ff. de inoff. teſta. nu. 12. ob doctrinam Guliel. de Cun. in d. l. 1. quia illorum iura, per eos ibi allegata, loquuntur, quando abſolutè, & non ſubordinatè, conditionaliterq́; dicti actiones proponantur, prout loquitur l. gemma. ff. ad exhibẽ. ſecus verò erit, ſi ordine ſucceſſiuo, & conditionaliter querela inofficioſi teſtamẽti, petitioq́; hæreditatis ſimul in eodem libello cumulãtur: nam hoc in caſu illarum cumulatio de iure permittitur, libellusq́; ſuſtinetur, & valet ex quo petitio hereditatis in tempus permiſſum cõfertur. Saly. in l. 1. nu. 3. in fi. C. de inoff. teſta.

563 Verùm quoq; † ſi diſputatiuè loquendo tenere volueris, q̃ immo querela inofficioſi teſtamenti, & petitio hæreditatis in eodem libello principaliter & ſine conditione ſimul cumulari poſſint, pro ſuo fundamento adducere poteris tex. in l. 1. C. de inoff. teſtam. qui text. ibi dicit, q̃ filio querela inofficioſi teſtamenti contra fideicommiſſarium competit, & fideicommiſſarius tenetur, ac ſi perinde pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſideret. ecce, q̃ iſtæ duæ actiones ibi adæquantur, & æquiparãtur, per illam dictionem perinde, quæ perfectam denotat ſimilitudinem, laſ. in d. l. 1. num. 3. Dec. conſi. 361. num. 4. Plot. in l. ſi quã do, num. 235. C. vnde vi. & ſi æqualitas illarum actionum, identitasq́; non extaret, profectò Iuſtinianus Imperator ibi in d. l. 1. non hanc effeciſſet illationem, arguendo de fideicommiſſario ad poſſidentem pro hærede, vel pro poſſeſſore, inferendo querelam inofficioſi teſtamenti ad hæreditatis petitionem, cum ex diuerſis non fit illatio, l. Papinianus exuli. ff. de min. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſ. ſi illatio igitur iſta ab Imperatore fiat, ſequitur concluſio clara, q̃ querela inofficioſi teſtamenti non petitioni hæreditatis ſit cõtraria: ſimilis autem bene, ergo cumulatio harum actionum de iure in eodẽ libello fieri permittitur, & fieri poteſt, cum ratio Doctorum in cõtrarium tenentium ceſſat, ergo & illorum concluſio, l. adigere. §. quamuis, de iur. patr. c. cum ceſſante, de app.

Et ad quid etenim Imperator in d. l. 1. ibi dixiſſet, & arguiſſet, querelam contra fideicommiſſarium accommodari poſſe, ac ſi perinde, pro poſſeſſore, vel pro hærede poſſideret, ſi per prædicta verba inofficioſi teſtamenti querelam ſignificare noluiſſet, ſimilitudinem cum hereditatis petitione quandam habere, certè nihil, cum ad querelandum teſtamentum nõ requiratur fideicommiſſarium pro hærede, vel pro poſſeſſore, poſſidere, ſed illum tantum hæredem verum in teſtamẽto ſcriptum eſſe, & hæreditatem adiuiſſe, l. filium, §. ſed cum exhæredatio. ff. de bon. poſſ. contra tabu. illa igitur verba, pro hærede, vel pro poſſeſſore, in d. l. 1. à Iuſtiniano Imperatore ibi appoſita eſſent ſuperflua, & nihil operarentur, & deuento nobis ſeruirent, q̃ non ita exiſtimari debet; cum nulla equidem in legibus ſyllaba debet eſſe ſuperfla, ocioſaq́;, & ſine aliqua operandi virtute, l. ſi quãdo, ff. de leg. 1. cap. ſi Papa, de priuileg. in 6. attẽto maximè, q̃ omnia ſuperflua à Iuſtiniano Imperatore reſecata fuere, §. quibus, in prima Conſt. C. quarè igitur ad effugiendum hanc ſuperfluitatem ingenuè fateri debemus, Imperatorem ibi ex dictis verbis intelligere voluiſſe, q̃ ſub querela implicitæ hæreditatis petitio comprehendatur, ſed ſic eſt, ergo iſtæ duæ actiones in eodem libello abſolutè, indiſtinctèq́; cumulari poſſunt.

564 Et † hoc modo intellecto, illa dictio, Perinde, in d. l. 1. à Iuſtiniano poſita ibi ſtaret propriè, & non erit interpretanda, ideſt exinde, cum dictio, Perinde, perfectam, propriamq́; denotet ſimilitudinem. laſ. in d. l. 1. nu. 3. vbi allegat multa ad id propoſitũ conferẽtia, & verba ſi propriè capi poſſunt, ſemper ita ſunt accipienda. l. non aliter, ff. de leg. 3. §. hæc autem verba, vbi Bart. ff. de neg geſt. & ſic verè, & naturaliter, Dec. conſ. 443. nu. 23. & in ſuo potentiori ſignificatu, aliàs impropriè intelligerẽtur, Soc. conſi. 25. nume. 8. lib. 3. & hac ratione ſemper interpretatio ex verborum proprietate admittitur, in materia etiam odioſa, penaliq́; Crau. conſi. 118. num. 12. ſi ita eſt, illa dictio, Perinde, propriè intelligendo eam eo modo vt ſupra dixi, ſecũdùm verum, proprium q̃; eius ſignificatum intelligitur, ergo ita eſt intelligẽda, & cum ita capiatur, reſultat concluſio clara, q̃ cumulatio querelę inofficioſi teſtamenti, petitionisq́; hæreditatis ſimul in eodem libello nõ eſt prohibita, ſed permiſſa: nam omne quod in iure nõ prohibetur, regulariter cõceditur, l. necnon. §. quod eis ff. ex quib. cauſ. maior. &c.

565 Nec † quicquam releuat ratio in contrarium per laſ. adducta in d. l. 1. nu. 8. vbi dicit, q̃ querela non ſibi locũ vẽdicat, ſi verus hęres ſcriptus hæreditatẽ non adiuerit, in petitione aũt hęreditatis ſecus eſt, q̃ ſolum p̃ſupponit, q̃ aliquis pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſideat, non tamen requirit, q̃ ille ſit verus hęres, ſed ſufficit, vt ille credat, ſe tantum hæredem eſſe, ergo hæ duæ actiones penitus ſunt contrariæ, ergo abſolutè in eodem libello non admittuntur, & ita per plura argumenta ad huiuſmodi finem tendentia hãc opinionem ante laſonem affirmat Salyc. in d. l. 1. num. 3.

Sed tu huic facillimæ rationi, & ad omnia p̃dicta vnico verbo reſpondere poteris, & dicere, verum eſſe, vt querela locum habeat, neceſſe eſt, q̃ per hæredem ſcriptũ hæreditas fuerit adita, l. filium, § ſed cum exhæredatio, ff. de bon. poſſ. contra tabu. non tamen propter id ſequitur, q̃ ille hęres ſcriptus ſit verus hęres, immo verus hæres dicitur filius, ſine cauſa exhæredatus, qui à prætore paternam hæreditatem conſequi poteſt, argumento l. nemo videtur, ff. de in integ. reſt. & per contrarium non acquirere hæreditatem dicitur ille, cui cito hæreditas auferri poteſt, arg. l. non videtur. ff. de acqui. poſſ. nam propriè hæres dicitur, q̃ eſt hæres re, & nomine. Dominus meus Soc. Iun. conſi. 111. nu. 3. lib. 1. ſi filius igitur dicitur verus hæres, neceſſe eſt, q̃ ſcriptus nõ ſit verus, aliàs ſi ambo eſſent veri hæredes, ſequeretur id abſurdum, & inconueniens, q̃ teſtator pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decederet, quæ maxima inter illos pugna, controuerſiaq́; extaret, à iure non permiſſa, l. ius noſtrũ, & ibi Doc. ff. de reg. iur. neceſſe eſt igitur, q̃ filius ab inteſtato ſuccedens ſit verus hæres dicta l. nemo videtur, ſed ſcriptus hæres non ſit verus; quia incluſio vnius eſt excluſio alterius, l. cum prætor. ff. de iudic.

566 Et † prout in ſimili de electo pro milite dicitur, qui ob dictã electionem nõ eſt verè miles, niſi in militum numero recipiatur, l. ex eo, cum ſuo §. ff. de mil. teſta.

Bene autem tãtum dici poteſt, q̃ in querela inofficioſi teſtamenti requiritur, vt hæres ſcriptus hæreditatem adiuerit, & illã poſſideat, ad hoc vt filio querela ſibi locum vendicet, aliàs nõ hæreditate adita, nec per alium occupata filius ab inteſtato hæres hæreditatem cõtra tabulas propria accipere auctoritate poterit, d. §. ſed cũ exhĩdatio, non tñ ex illa additione verus hĩs efficitur,

Source : BIU Cujas

ficitur,cum verus dicatur filius actor,vt ſupra tetigi. ergo ille tã
567 tum pro hærede habetur,† idem & ſimiliter in petitione hæreditatis eſt,quæ ad hoc,vt locum habeat, requiritur, ꝙ conuentus illam pro hærede,vel pro poſſeſſore poſſideat, credendo ſe verum hæredem eſſe,cum in effectu non ſit,l.pro hærede,ff.de
568 pet.hære.& nemine † illam poſſidente, verus hæres hæreditatẽ propria auctoritate apprehendere poterit, & in illam ingredi, in ea quoq; inſiſtere,Bal.in l.fi.num.3.C.de edicto D. Adr. toll. Rip.in rubr.ff.quorum bon.nu.2.verſ. quintò, Dominus meus Soc.Iun.conſi.75.num.10.lib.j.cum non leue commodum hĩs ex poſſeſſione ꝙſequeretur,§ commodum,Inſt.de interd. ecce igitur,ꝙ iſtæ duæ actiones æquiparantur,& non ſibi adinuicem contrariæ ſunt,nam licèt tantum nomine contrariæ ſint, non tamen ſunt in ratione,vt ſupra tetigi, ergo idem ius debet eſſe. Rip.in l.naturaliter,§.nihil commune,num.22.ff.de acqui. poſ-
569 ſeſ & † diuerſitas caſuum non tollit modum arguendi de vno caſu ad alium,niſi ratio diuerſitatis reddatur, Crau. conſi. 187. nu.2.& in tract.ſuo de antiq.tẽp.in j.par.nu.11.ſi iſtę igitur actiones in ratione ſint ſimiles,& æquiparatæ;meritò,ſi illæ in eodẽ libello abſolutè cumulari poſſunt.l.j. C.de inoff. teſta. & vt ſupra plenè oſtendidi.

570 Sal † verò,qui fuit Doctor præclariſſimus,& perſpicaciſſimi ingenij,aduertens ꝙ d.l.nemo videtur,& d. l.ex eo, cum ſuo §. eneruabant,& penitus omnia argumenta tollebant, per illum & per alios Doct.ad fauorem communis opinionis adducta ipſe Salic.in d.l.j.nu.3.ver.nec etiam obſtat,enixus fuit,duas dictis iuribus afferre reſponſiones.

Primò dixit, ꝙ illa iura in actu fauorabili loquuntur, nos in odioſo,contra teſtatoris prædefuncti voluntatem, igitur &c.

Secundò,ꝙ illa iura loquuntur inſpecto exitu & effectu, nõ quantum ad propoſitionem actionum contrariarum, vt præſupponit Salyc.in d.l.j.quod ſint querela inofficioſi teſtamenti, & petitio hæreditatis.

571 Tu † autẽ eidem quoq; verè replicare poteris, & primæ eius rationi reſpondere,& dicere,ꝙ nos in caſu ſatis fauorabili verſamur:nam ſatis impium & inhumanum eſt, ꝙ filius ſine iuſtis cauſis de quibus mẽtio fit in §. aliud quoq; capitulum, in auth. vt cũ de app cognoſc.hæreditate priuetur paterna, & vnus extraneus bona hæreditaria poſſideat, illisq; fruatur, l. cum auus, ff.de cond & demon.arguendo ibi à contrario ſenſu: ſi iniquũ igitur eſt,ꝙ filius ſine cauſa hæreditate paterna priuetur,fauorabile igitur eſt,ꝙ ipſe paternam conſequatur hæreditatem,ergo iura allegata in caſu fauorabili loquuntur,ergo obiectio cõtraria ceſſat,& concluſio mea remanet firma.

572 Et ſi Sal † diceret,ꝙ caſus noſter eſt odioſus ex eo,quia filius contra teſtatoris,patrisq; voluntatem venit, tu autem eidẽ replica,ꝙ immo hoc in caſu teſtatoris voluntas non ita prę ſumitur eſſe,cum credatur,ꝙ quilibet, qui ſanæ mentis ſit, voluerit bona ſua ad eius poſteros obuenire,& ita commune votum parentum ſemper ſolet eſſe,ratioq; naturalis mouet, inclinatq; hominum mentem ad ita credendum l.ſcripto ff. vnde liber. l. cum ratio.ff.de bon.damna.cum immo naturale ſit,ꝙ filii procreentur,& educentur, vt ex his filiis ſuis alii quoq; liberi deſcẽdant,per quos teſtatoris memoria conſeruetur, & immortalis fiat:nam (vt dicunt Philoſophi) homo qui in individuo conſeruari non poteſt, dicto modo in ſpecie conſeruari cupit & hoc eſt,quod voluit l.liberorum § fi.ff.de verb.ſig. quare lex ad huiuſmodi rationem ſemper animaduertens, fuit valde vigilans filiis prouidere:nam ſi filii ſine cauſa ſint exhæredati, vel præteriti,lex filio querelam inofficioſi teſtamenti illud rumpendi cõcedit,vt mediante iudicis officio paternam conſequatur hæreditatem,vt habetur in toto tit.ff.& C.de inoff.teſta.

573 Si autem filij ſint hæredes † omnes vniuerſales æqualiter in teſtamento coram duobus tantum teſtibus confecto inſtituti, illud teſtamentum ſuſtinetur,& ad illorum fauorem valet,etiã ſi fœminę eſſent teſtes,& non à teſtatore rogatæ,& ad teſtamẽtum ad improuiſum tantum acceſſiſſent,l.hac conſultiſſima.§. ex imperfecto,& ibi Alex.nu.5.& etiam Ial.nu.6.& alii,C.de teſta. Alex.conſi.105.nu.4.lib.7.D.meus Soc.Iun.conſ.144. num. 32.& pluribus ſeq.lib.2.Iul.Clar.in trac.ſuis in §. teſtamentum, nume.8.verſicu.ſecundò infertur, vbi dicit hanc eſſe communem Doct.opinionem.

574 Et hæc † concluſio procedit etiam,ſi primum teſtamentum ſolemne inter extraneos conditum fuiſſet, & ſecundum teſtamentum inter liberos coram duobus tantùm teſtibus conditũ ſit, proculdubio primum liberorum fauore per id ſecundum tollitur.Bal.conſi.292.num.j.lib.j.Alex.conſi. 146.nu.4.lib.2.& conſi.105.nu.6.lib.4.& conſi.131.nu.2.& ſeq.lib.7.Gram.conſi. 31.nu.5.in ciuilibus,Dominus meus Soc.Iun.conſi. 144. nu. 35. & pluribus ſeq. lib. 2. cum in teſtamento inter liberos condito ſubintelligitur clauſula codicillaris,&omni meliori modo &c. D.meus Soc.Iun.conſi.144 nu.36.lib.2.

575 Et hac † ratione,ſi quæſtio inter liberos,& piam cauſam occaſione prioritatis teſtamenti ſit & ignoratur,quod illorũ duorum fuerit prius,dico,ꝙ præfertur illud, in quo filii ſint inſtituti,ſi illud ſit filiis pinguius,ſecus ſi deterius ſit,quia tũc teſtamẽtum aliud præferetur.Alciat.in tract.præſump reg. 3 præſump 43.num.2.nam qui vult Deum inſtituere,& filios exhæredare, alium quęrat,quàm Auguſtinum,vt dicit tex.in c.quicunque, 17.q.4.Bald.conſi.22.num.j.lib.j.D.meus Soc.Iunior conſi.144. nume.40.lib.2.

576 Et † in dubio ſemper pro venientibus ab inteſtato eſt pronũciandum,Zuccard.in l.fi.num.410 C.de edicto D.Adr.toll. Pariſ.conſi.67.num.114.lib.3.D.meus Soc.Iun.conſ.144. num.66. lib.2.immo lex tantam curam, diligentiamq; prouidendi filiis habuit,quæ voluit, & ſanciuit, ꝙ ad tollendum primum teſtamentum inter liberos conditum per ſecundũ inter extraneos confectum neceſſaria ſit in hoc ſecundo clauſula ſpecialis derogatoria,& generalis nõ ſufficit,tex.eſt in auth.hoc inter liberos,& ibi Doct.communiter,C.de teſta.& in l.ſi quis, in princ. ff.de leg.3.Soc.in l.ſi mihi §.in legatis,nu 10.ff.de leg j.Cor. cõſi.31.nu.17.lib.2.Rimin.conſ.110.nu.6.lib.j.Soc.conſi. 229. nu. 11.lib.2.& hæc eſt communis Doct.opinio,vt refert ſequendo Cur.Iun.conſi.169 nu.8.& ſeq.D.meus Soc.Iun. conſi. 183.nu. 35.lib.2.Crau.conſi.143.nu.7.& hoc fuit filiorum fauore introductum,Ial.poſt Doc.in d.auth.hoc inter liberos,nu.3.D.meus Soc.Iun.conſi.127.nu.3.lib.j.

577 Et ſi † primum & ſecundum teſtamentum etiam inter liberos cõditum ſit,cui ſtatur,& diſtinguo,& dico,ꝙ ſi primum teſtamentum omnibus filiis magis fauorabile ſit,ex eo quia ęqualitas inter liberos ſeruaretur:in ſecundo verò teſtamẽto inæqualitas ſit,& in ſecundo clauſula ſpecialis derogatoria non reperiretur,& nulla cauſa mutandi primum teſtamẽtum ſuperuenerit,& tunc dico,ꝙ primum huic ſecundo præferretur, Bal in d. auth.hoc inter liberos,nu.4.Sal.nu.2.& Ial.nu.j.in fi verſ.& pro hoc infero,Cor.conſi.31.nu.19.lib.2. vbi dicit hanc eſſe cõmunem Doct.opinionem,Alex.cõſi.163.nu.8.lib.7.& ibi Apoſtillans in verbo, B. dicit, ꝙ ex hoc vnico fundamento conſilium Alexandri ibi ſuſtinetur,&Soc.conſi.163.nu.13.lib.2.& in l.ſi mihi & tibi.§.in legatis,nu.10.ff de leg.j.Dec.conſi.631.nu.4.

Si ſecundum verò teſtamentum omnibus liberis fauorabilis ſit,& hoc in caſu arbitrer, ꝙ ſecundo & non primo teſtõ ſtatur.D.meus Soc.Iun.conſi.144.nu.57.ver.& maximè,lib.2.

578 Et † teſtamentum filiis fauorabile cenſetur, cum æqualitas inter liberos ſeruetur.Rip.in l.Centurio,nu.86. circa medium, ff.de vulg.& pup.ſubſt.Cor.conſi.31.nu.19.circa medium,li.2. Rimin.conſ.331.nu.11.& ſeq.lib.j.& conſ.110.nu.6.& 16. circa medium, lib. 2. & ibi eſt etiam additio Domini Riminal. lun. qui dicit,hanc eſſe crebriorem Docto.opinionem, Pariſ.conſi. 35.num.31.lib.2.

Vel & teſtamentum dicitur fauorabile,in quo minora legatorum onera reperiantur,& Natta in d.auth hoc inter liberos, col.2.ver.prima quęſtio,dicit,ꝙ hæc eſt verior, & communior Doct.opinio ſed mihi videtur,ꝙ id priuilegium filiis cõceſſum intelligatur,ſi pater in omnium fauorem ęqualiter diſponeret, non in vnius fauorem tantùm,vel aliquorum,alio excluſo,vel minus relicto,Corn.conſi.49.nu.3.lib.j.Dec.conſ.105.nu.6.Durant.in tract.de art.teſta.ti.3.cau.j.nu.7.in fi.vbi dicit, hanc eſſe communem Doct.opinionem, & tanquam magis veriorem, crebriorẽ,& æquam illam ſequutus fuit D.meus Soc. Iun. cõſi. 127.nu.18.in fi.& ſeq.lib.j.& conſ.147.nu.33.& pluribus ſeq.lib. 2.Crau.conſ.152.nu.12.lib.j.D.meus Cęphal.conſ.271.num.9.& ſeq.Boer.deciſ.241.nu.4.& ſeq.durnmodo inæqualitas non ſit in modica,ſed in notabili inæqualitate.D.meus Soc. Iun.conſ. 189.num.85.lib.2.& conſ.59.nu.24. lib. 3. Iulius Clarus in tract. ſuis,in §.teſtamentum,nu.14.ver.ſed nunquid. nõ obſtante qcquid in contrarium dixerit ipſemet D.meus Soc.Iun.tanquam ſibi ipſi varius in conſ.24.lib.3.Cor.cõſ.21.nu.10.in fi.lib. 4. vbi dicit, ꝙ fauori maioris filiorum partis attenditur, quæ Cornei opinio annis elapſis à quodam Doctore Corrigienſi ſecuta fuit in quadam cauſa inter tres fratres de Marcheſinis Mirandulanos vertente, illo conſultore electo ad decidẽdum prædictam cauſam,me illius filii exiſtẽte aduocato,cui minor pars in ſecũdo teſtamento abſq; clauſula ſpeciali derogatoria erat relicta, ſed quantum ille Doctor à veritate deuiauit, ſatis perſpicuè ex præallegatis perpenditur; & maximè, cum eo in caſu primum præcedebat teſtamentum inter liberos validum, quibus pater æqualiter reliquerat,quo caſu cauſa inteſtati ceſſabat:meritò,ſi primum teſtamentum erat huic ſecundo teſtamento præferẽdum,Dominus meus Soc.Iun.conſi.24.num. 9. lib 3.& omnes Doctores ferè vnanimiter dicunt,ꝙ illud teſtamentum,in quo inter liberos maior ſeruat æqualitas,ſemper alio præfertur ſpeciali derogatione primi teſtamenti carente,Cor.conſi. 21. nu. 10.lib.2.Alex.conſ.105.nu.6.lib.4.Rim.d.conſi.331. nume.11.in fi.& ſeq.vbi dicit,ꝙ iſta opinio eſt magis æqua,& communior, Pariſ conſi.35.num.23.& 31.& conſi.34.num.46.lib. 2. Crauet. conſi.143.num.7. lib.j. & ideo ſecundum teſtamentum abſque clauſula ſpeciali derogatoria ſuſtinetur,& valet inter liberos,ſi æqualitas à patre in ſecundo teſtamento inter omnes liberos fuerit ſeruata,Dec.in l.j.nu.2.C vnde lib.& conſi.105.num.6. &

Source : BIU Cujas

conſi.349.num.9.& conſi.475.nu.11.verſi.tertiò reſponderi,& conſi.631.nu.4.quæ opinio eſt multũ æqua,& naturalis,ad hoc vt æqualitas inter liberos ſeruetur,prout eſſe debet,iuxta l. vt liberis,C.de collat.& ab illa in iudicando,& conſulendo non eſt recedendum,Alex.conſi.163.nu.8.lib.7.D.meus Soc.Iun.conſ. 127.nu.j.lib.j.Crau.conſi.143.nu.7.

579 Quæ † æqualitas eſt tantæ efficaciæ,& à iure in conſideratione habetur,ꝙ ſi duo teſtamenta inter liberos condita reperiantur,& primum ſit perfectum,& ſecũdum imperfectum,ſed ſecundum omnibus filiis magis fauorabile ſit,dico,ꝙ per ſecundum tollitur primum,& ecõuerſo,& id prouenit ratione equalitatis inter liberos conſeruandæ.Alex. conſi.105.num. 6.lib.4. Cor.conſ.21.nu.10.in fi.lib.4.& hæc eſt communis Doct. opinio,vt refert ſequendo Pariſ. conſi. 34.nu.46.& conſ.35.nu.11. 23.& 31.& conſi.144.nu.57.verſi.& maximè,lib. 2.Crau.conſ. 152.num. 2.

580 Quæ † cõcluſio ampliatur quoq;,ſi id vltimum per notariũ non ſit recitatum, dummodo corã teſtibus probetur perfectũ fuiſſe;quia dico,ꝙ liberorũ fauore id vltimum ſuſtinetur, Dominus meus Soc.Iun.conſ.144.nu.59.& ſeq.lib.2.quia illud nõ ratione voluntatis imperfectum cenſetur, ſed ſolemnitatis tantum,D.meus Soc.Iun.d.conſi.144.nu.61.

581 Quam † concluſionem quoq; ampliare voluit Dom. meus Soc.Iun.d conſi.144.nu. 65. etiam ſi teſtamentum ratione voluntatis ſit imperfectum,licèt dicat ibi,ꝙ ſuper hoc in dicto caſu non magnum facit fundamentum; cum pleriq; in cõtrariũ tenuerint,ſed ego proculdubio dico, ꝙ veritas eſt in cõtrariũ: nam ſi teſtamentum ratione voluntatis imperfectum ſit,nõ ſuſtinetur,neq; de iure valet.Rub.cõſi.24.nu.15.D.meus Soc.Iun. melius ſentiens in conſ.147.nu.30.& pluribus ſeq.lib.2. vbi dicit hanc eſſe communem Doct. opinionem, quam nouiſſimè ſequitur Iulius Clarus in tract.ſuis,in §.teſtamentũ,q.9. ſic itaq; ex prædictis reſultat concluſio clara, ꝙ lex ſemper filiis fauorabilis cenſetur,ſi liberorum fauor verſatur,ſecundùm receptiſſimam doct.concluſionem.

582 Qua † concluſione ita firmiſſima exiſtente, dico ꝙ redeundo ad materiam noſtram principalem vt ſupra tactã, reſpectu filii abinteſtato ſuccedentis, res eſt fauorabilis:reſpectu autem teſtamenti eſt odioſa.At cum fauor & odium concurrunt, videlicet,ꝙ diſpoſitio partim ſit fauorabilis, & partim odioſa,& ſic mixta ſit,in totum iudicatur fauorabilis pulchrè Crau.conſ. 118.num.9.& ſeq.ſed ſic eſt,ergo ceſſat ratio in contrarium per Saly.adducta in l.j nu.3.verſi.nec obſtat,C.de inoff.teſta.vbi reſpõdebat ad tex.in l.nemo videtur,ff.de in integ.reſt.ad l ex eo, cum ſuo.§.ff.de mil.teſt.

Quò verò ad ſecũdam reſponſionem Saly. in loco vt ſupra, vbi dicit,ꝙ d.l.nemo videtur,& d.l.ex eo,cum ſuo,§. loquũtur inſpecto exitu,& effectu, non quantum ad propoſitionẽ actionum contrariarum.igitur &c.

583 Tu † verò quoq; eidem replica, & reſponde, ꝙ hæc eſt vna truffa,ſalua tanti viri pace, quis eſt ille qui hanc efficit differentiam inter principium,& exitum, cum ſatis perſpicuũ ſit, & iuſtum,omnia à fine appellari,& omne à ſuo diffiniri fine,ſecundùm Ariſt.in ſecundo de anima,tex.49.& in primo Ethic. 9. & & hac ratione omnia,quæ tendunt ad finem, ſecundùm ſuum finem iudicantur,& ſm ipſius finis naturam regulantur,Soc.cõſi.67.nu.39.lib.j.Crau.conſi.137.nu.14.& finis quando habet à principio neceſſariam conſequentiam,idem de fine iudicatur, quod de principio,Soc.conſi.151.nu.10. lib j. ſi principium igit à ſuo fine,& finis à prin.denominatur,ergo ſequitur, ꝙ finis & principium ſit idem, & nulla inter principium & finẽ ſubſiſtat differentia,ergo iura allegata,quæ & ſi loquerentur de fine,exitu; & effectu finis,ad caſum noſtrum bene adaptarẽtur, ac cõferrẽt,maleq; igit & perperã in hoc abloquutus fuit Sal.in d.l.j.

Dicere deinde,ꝙ querela inofficioſi teſtamẽti,& petitio hæreditatis ſint contraria,hoc expreſſe negatur,& doct.in contrarium tenentes à veritate deuiãt,vt ſupra tetigi,cum ergo dictæ duæ actiones in eodem libello ſimul cumulantur,meritò ſi illa cumulatio admittatur,& hoc modo opinio mea ab impugnationibus contrariis remanet defenſata.

584 Sed † non obſtantibus adductis per me in practica, in iudicãdo,& conſulendo non recedas ab alia opinione,quæ eſt cõmunior,de iure quoq; verior,videlicet,ꝙ querela inofficioſi teſtamenti,& petitio hæreditatis in eodem ſimul libello non cumulari poſſunt,niſi cõditionaliter,& ſubordinatè proponant; qa enimuerò illę duę actiones ita conditionaliter propoſitę in eodẽ libello admittuntur,gl.in l.qui de inofficioſo,in verbo,exercere,in fi.ff.de inoffic.teſta.Saly.in l.j.nu. 3. in fi.& ibi etiam Iaſ. nu.9.C.de inoffic. teſta. Docto. communiter prælegati hanc opinionem tenentes.

Et quia ſupra dixi, ꝙ teſtamentum inter liberos conditum clauſulam ad ſequentia teſtamẽta derogatoriam habet, taliter quòd per ſecundum teſtamentum non reuocatur primum, non data in ſecundo æqualitate, niſi in ſecundo extaret clauſula ſpãlis derogatoria,d.auth.hoc inter liberos,&ibi Scribẽtes, & Doct.communiter ad id propoſitum prælegati vt ſupra.

585 Et † pro huius articuli perfecto complemento materia eius ampliſſimè tractabo,& primò dico,ꝙ nõnulli exiſtimauere d. auth.hoc inter liberos,ſibi tantum locum vendicare, cum primum teſtamẽtum inter liberos conditum ex teſtatoris manu ſit ſcriptum.Ang.in d.auth.hoc inter liberos, Alex. conſi. 146. nu.11.verſi.vel ſecundum,lib.2.

Alij autem contrarium cenſuere,ꝙ immo,ſiue teſtamẽtum ex teſtatoris manu ſit ſcriptum, vel nuncupatiuum,ſi erit inter liberos conditum, clauſula ſemper ad ſequentia teſtamẽta derogatoria in eo intelligitur,& Angelus met ibi,in d. auth. hoc inter liberos,fatetur, omnes doct. contra illius opinionem tenere,& Alex.quoq; ibi num.2.in fi.dicit,ꝙ propter doct.auctoritatem contrarium tenentium oportet opinioni, quę eſt ꝓtra Angelum,acquieſcere,& ipſemet Ang. tanquam ſibi ipſi contrarius,& melius ſentiens contrariũ tenuit in auth.de teſta.imperfect.in §.& ſi quidem,in principio,col.8.vbi dicit, ꝙ ſiue teſtamentum in ſcriptis ſit conditum,ſiue nũcupatiuum, clauſula in ſecundo teſtamento ſpecialis derogatoria primi teſtamẽti inter liberos conditi regulariter requiritur, aliàs ſine clauſula ſpeciali derogatoria primum non reuocatum cenſetur, Bal. in d.auth.hoc inter liberos,nu.5.& ibi etiam Saly.nu.3.& Iaſ.ibi nu.2.dicit,omnes doct.contra Angelum tenere.

Quæ opinio mihi quoq; placet,nam & ſi iura de teſtamento in ſcriptis à patre inter liberos condito loquuntur, & dicat expreſſe illud reuocari debere; tamen idem de nũcupatiuo dicẽdum eſt, ex eo quia regulariter hæc duo teſtamenta æquiparantur,§.fi.inſt.de teſta.& cum duo caſus à lege antiqua æquiparãtur,lex noua corrigens in vno,in alio quoq; corrigere cẽſetur, gl.eſt fi in l.ſi quis ſeruo,C.de furt.vbi habetur,ꝙ illud,quod eſt in d.l.in ſeruo determinatum, in filio quoq; locum habet, idẽ tenet Bar.in auth.ſed cum teſtator,nu.4.C.ad l.Falc. & hãc opinionem contra Angelum tenet Natta in d.auth. hoc inter liberos,col.3.ver.ſecunda quæſtio,& ſic Ange. in d.auth.hoc inter liberos,eſt communiter reprobatus,Rim.conſi.110.nu.16.in fi.lib.j.& propterea non recedas in iudicando, & cõſulendo ab opinione,quæ eſt contra Angelum,vt tradit quoq; Iulius Clarus in tract.ſuis,in §.teſtamentum,nu.11.

586 Alij † autem dixere,ꝙ licèt in ſecundo teſtamento inter extraneos condito clauſula ſpecialis primi teſtamenti inter liberos conditi derogatoria requiratur;tamen aſſerũt,id procedere,ſi plura teſtamenta extarent,ſecus verò eſt, ſi vnum tantum teſtamentum precedat;nam eo in caſu clauſula generalis derogatoria ſufficit.Bar.in l.ſi quis in prin.nu.9.ff.de leg.3.Rom.cõſ. 385.nu.7.Caſtr.conſ.408.in fi.lib.2.Soc.conſ.2 nu.13.lib.3.

Communiter autem doctores cõtrarium tenuere, ꝙ immo requiratur derogatio prioris teſtamenti, licèt vnicum tantum teſtamentum præcedat,Soc.ſibi ipſi contrarius in l.ſi mihi § in legatis,nu.7.ff.de leg.j.Iaſ.in l.ſancimus,nu.14.verſi.iſta limitatio eſt falſa, C.de teſta.vbi aſſerit, hanc eſſe communem doct. opinionem.idem affirmat Alex.conſi.163.nu.9. & conſi. 172. nu.j.circa medium,lib.7.& conſi.25.nu.4. lib.3. Rim.conſi.12. nu.29.& ſeq.lib.j.Iulius Clarus in tract.ſuis,in §. teſtamẽtũ,nu. 99.ver.& hæc quidem,vbi refert,hanc eſſe magis communem doct.opinionem,à qua in iudicando, & conſulendo nõ eſt recedendum, & ego opinioni illorum adhæreo, moueorq; hoc vnico fundamento;nam in omni caſu vnicum tãtum teſtamẽtum præcedit,quod ſit validum;quia ſi non eſt validum, nõ dicitur teſtamentum, & in nulla conſideratione habetur, Corn. conſi.241.nu.j.lib.2.Cur.Iun.conſi.46.nu.7. ex eo quia teſtatoris voluntas deficit,quæ ex teſtamento fomentum recipit, meritò ſi intelligitur de teſtamento valido,& nõ de inualido,Dec. conſi.176.nu.4. Crau.conſi.143.nu.17. nam duobus quis teſtamentis validis diuerſis in temporibus conditis, non decedere poteſt,Crau.conſi.143.nu.4.ergo neceſſe eſt, ꝙ vnicum tãtum teſtamentum præcedat,& non plura, & tamẽ in omni ſemper caſu requiritur clauſula ſpecialis derogatoria prioris teſtamẽti inter liberos conditi,aliàs illud per ſecundum teſtamentũ non regulariter reuocatur,d.auth.hoc inter liberos, ſecũdùm receptiſſimam doct.cõcluſionem prælegatam,nõ obſtante quicquid dixerit Bar. in l.ſi quis in principio teſtamenti, nu.9. ff. de leg.3.qui communiter eſt reprobatus,vt per Iulium Clarum,in d.§.teſtamentum,q.99.ver.& hæc quidem.

587 Nonnulli autem volentes † ſecundum teſtamentum abſq; clauſula ſpeciali derogatoria ſuſtinere, dixerunt, quòd ſi hoc in ſecundo teſtamento clauſula codicillaris reperiatur futurum tempus reſpiciens,quòd propter illam clauſulam venientes ab inteſtato rogati cenſentur, hæreditatem in hoc teſtamento vocatis reſtituere, l. ex teſtamento, vbi gloſſ. C. de fideicommiſ. & in l. ex ea. §. ex his verbis, vbi Bartol. ff.de teſtamen.idem Bartol.in l.prima, nume.17. ff. de iure codicil. Alexand.conſi.9.colum.penult.in fin.lib.j.Curt.Iun. conſi. 71. nume. 12. & conſil.59. numero 8. Crauet.conſil. 210.numero 4. verſic. operabitur.

Et omnia legata in teſtamento relicta etiam debentur, ſi in ſecundo

Source : BIU Cujas

ſecundo teſtamẽto clauſula ſpecialis derogatoria nõ reperiat̃, Dominus meus Soc.Iun.conſi.124.num.57.lib.1.

Et hæc quoq; concluſio ampliatur, ſi illi ab inteſtato, vel ex teſtamento ſuccederent, qui in omni caſu vocatis in ſecundo teſtamento hæreditatem reſtituere tenentur,per l.ſi quis. ff. de iur.codicill.Bar.in l.1.num.3.ff.co.titu.qui cõmuniter eſt approbatus,vt refert illum ſequendo D.meus Soc.Iun.conſi.106.nu. 37.lib.1.non obſtante quicquid dixerit Bar.in l.ſi iure,nu.3.ff.de leg.1.qui communiter eſt reprobatus,vt dicit D.meus Soc. Iun. conſi.106.num.37.& conſi.145.nu.8.& ſeq. lib.2. nam ſi teſtator velit,ꝙ ſecundum teſtamentum valeat,& in futurum valere poſſit in vim codicilli, donationis cauſa mortis, & inter viuos, & cuiuſcunq; vltimæ voluntatis, & omni meliori modo quo valere põt,& non valere poſſit, niſi hæc clauſula ſpecialis derogatoria ſubſiſtat,ergo clauſula ſpecialis derogatoria ob dictam clauſulam codicillarem in ſecundo teſtamento appoſitã eſt intelligenda, ad hoc vt teſtamentum iuxta teſtatoris voluntatem ſuſtineatur,& ſuum plenum conſequatur effectum,cum teſtatoris voluntas ſemper omnibus verbis præualeat, l. 3. in fi. C.de libe.prẽter.& ante omnia eſt attendenda,l.qm̃ indignum, C.de teſtam.& primum obtinet locum, l.in conditionibus primum locum,ff.de cond.& demonſt.& totum facit,l.ex facto,la grande.ff.de hæred.inſt.& illa pedetentim ſequi debet,etiã verba impropriando, ſi ſaltem voluntati teſtatoris conuenire poſſint, Alex.in l.ſi quis filium,num.4.& ibi etiam Iaſ.col.2. ver.ſecundò intellige,C.de liber.prẽt.ſed ſic eſt,volũtas teſtatoris eſt, ꝙ ſecundum teſtamentum valere habeat, & in futurum poſſit omni meliori modo quo põt:meritò,ſi per dicta verba,quę maximi effectus ſunt, iuxta doctrinam Bart. communiter receptã in l.1.§.ſi quis ita. ff. de verb. oblig. primum teſtm̃ cenſeatur per ſm reuocatum,& in eo clauſula ſpecialis derogatoria intelligatur,aliàs ſi alio modo intelligeretur,ſequeretur id abſurdum,& inconueniens,ꝙ clauſula derogatoria ad ſequentia teſtamenta in teſtõ inter liberos ſubintellecta,ſm gl.& doct.in l.cohæredi. §.cum filię.ff.de vulg.& pup.ſubſt.Rui.in l.1.§.ſi quis ita,nu.15.ff. de verb. obl. & alios doct. ad id propoſitum allegatos vt ſupra, multum teſtatori ignaro fuiſſet captioſa, qui neſciuit ſpecialẽ derogationem in ſecundo teſtamento requiri, crediditq; clauſulam codicillarem,& omni mel.modo &c.ſufficere ad reuocationem primi teſtamenti inter liberos conditi, quare ne teſtator igitur remaneat deceptus, ingenuè fateri debemus, primũ teſtamentum per ſecundum ob clauſulam codicillarem in illo continentem fuiſſe reuocatum,Dominus meus Soc. Iun. conſi.145.num.10.verſ.& iſta opinio,lib.2.

588 Et ſi † teſtator de hoc fuiſſet interrogatus, veriſimiliter ita expreſſe diſpoluiſſet,ergo primum teſtamentum pro reuocato habetur,quod argumentum à tacita diſponentis mente in iure eſt validum,gloſ.eſt in l.tale pactum,§.fi.ff.de pact.Iaſ.in l. cum res,num.18.ff.de leg.1.Pariſ.conſi.16.nu.43.lib.3.quæ gl.licèt in contractibus loquatur, in teſtamentis ſibi locũ quoq; vẽdicat, ſecundùm receptiſſimam Doct.concluſionem, vt refert ſequẽdo Dominus meus Soc.Iun.conſi.122.nu.32.lib.3.

589 Nec dici põt,ꝙ † clauſula codicillaris potius ex notariorum conſuetudine,q̃ ex teſtatoris voluntate appoſita cenſetur;quia immo clauſula codicillaris ex teſtatoris mente apponitur, ex quo apponi conſueuit,argum l. ꝙ ſi nolit, §. quia aſſidua, ff. de ædil.edict.cum teſtamentum corã teſtatore legatur,& ideo notarius tantùm ſcribere intelligitur id quod teſtator voluit, & quod ſibi dixit,iniunctumq; fuit,Cor.conſi.225.col.pe.ver. nec obſtat,lib.3.Dec.conſi.422.nu.9.& cõſi.450.nu.2.& ſeq. & cõſ. 490.nu.10.Cag.in l.ſi librarius,nu.12.ff de reg iur.

590 Sed alii contrarium cenſuere, ꝙ † immo ſi in ſecundo teſtamento clauſula ſpecialis derogatoria non extat,primum teſtamentum inter liberos conditum, clauſulam ad ſequentia teſtamenta derogatoriam habẽs,iuxta d.auct.hoc inter liberos, per ſecundum teſtamentum id primum non cenſetur reuocatum: nam ſecũdum ſpeciali derogatione carens in illo nõ deficit teſtamentum ſolemnitas,ſed voluntas teſtatoris tm̃,laſ.in l ſi mihi & tibi.§.in legatis in prima repetitione,nu.4.& 14.ver. contra.ff.de leg.1.Caſtr.conſi.443.per totum, lib.2.Cor.conſ.31.nu. 20.lib.2.Rub.conſi.24.nu.12.prope fi.Crau.conſi.90.nu.5.

591 Et † clauſula derogatoria in teſtamento inter liberos condito ſubintellecta fuit,tam liberorũ fauore, q̃ & quoq; primi teſtamenti,cauſa illud conſeruandi:nam per aliquas falſitates excogitatas ſubuerti poteſt: ad remouendum igitur dictas falſitates Imperator decreuit,& ſanciuit, vt in d. auth. hoc inter liberos, vt ibi aſſerit Natta in tertio præmiſſo, & in prima etiã eius quęſtione,& lex multum fuit vigilans,vt in vltimis falſitates voluntatibus tollantur,remoueanturq;, Dec.cõſi.561. nu.5. Pariſ. conſi.19.nu.28.lib.3.Crau.conſi.90.nu.5.& ideo ſi clauſula ſpecialis derogatoria hoc in ſecundo teſtamento deficit,teſtatoris voluntas deficere cenſetur, & mala ſuſpicio contra ſecundum teſtamẽtum extat,Soc.in d.§.in legatis,nu.6.circa medium, vbi dicit hanc eſſe communem doct.opinionem, & conſi. 98.nu. 6.lib.3. Gozad.conſi. 98. nu.10. meritò ſi per ſecundum teſtamentum ſpeciali prioris teſtamẽti derogatione carens, primũ inter liberos conditum non intelligitur reuocatum,l.ſi quis in principio,ff.de legat.3.Crau.conſ.90.num. 5.& teſtatoris volũtate carendo,illud non dicitur teſtamentum ex quo à teſtatoris voluntate vires ſumit,l.1.ff.de teſta.& in prin.Inſt. de teſta. ſi ſecundum igitur nõ eſt teſtamentum, & primum ſit validum, ergo in fauorem quoq; primi teſtamenti eſt pronunciandum, Crau.conſi.143.nu.15.& ſeq.

592 Et † annullato ſecundo teſtamento ob defectum voluntatis teſtatoris, clauſula pariter codicillaris in eo appoſita annullat̃, l.ab inteſtato. §.fi.in fi.& ibi gl.fin.ff.de iure codicill. Bart.in l. ſi iure,nu.4.ff.de legat.3.Bald.in d.auth. hoc inter liberos,nu.4.& in l.1.C.de codicil.& ibi eſt tex.& ibi etiam Iaſ.num. 3. & idem Iaſ.in rub.ff.de leg.1.nu.15.Dec.conſi.361.nu.3.& 9.& conſi.561. num.2.verſi.his tamen,Ruinus conſi.2.num.1.lib.3.Pariſ.conſi. 20.num.88.lib.1.Curtius Iun.conſi.169. nu.12.& conſi.163. nu. 16.Tiraq.in tract.de iur.conſt.in 3 par.limi 7.nu.39.

593 Et † vt in ſimili de cõtractu ſimulato dicitur: nam illo ſimulato reperto, & ita per iudicẽ declarato, omnes clauſulæ in eo appoſitæ redduntur ſimulatæ,& nullæ,Cagnol.in l.fin. nu.273. ver.ſed oppo.C.de pact.Dec.conſi.587.nu.10.Pariſ.conſ. 53. nu. 40.lib. 1.ita & annullato quoq; ſecundo teſtamento ob voluntatis defectum omnes clauſulæ in illo inſertæ annullatæ cẽſentur,Aret.in §.ante Auguſti,num. 11.Inſt.de codicil. nam teſtamentum nullum non in aliqua conſideratione habetur, Cor. conſ.241.num.1.lib.2. Pariſ.conſi.35.num.12.lib.2.Cur.Iun.cõſi.46.num.7.ergo & clauſulę in illo appoſitæ;quia acceſſorium naturam ſui principalis ſequitur,regula acceſſorium,de reg.iu. in 6.igitur &c.

594 Et vltra præmiſſa,communis doct.concluſio eſt,ꝙ † clauſula codicillaris præſumitur potius ex notarij ſtylo appoſita,q̃ ex partium voluntate,ergo nihil operatur,Bar.in l.1.nu.10.in fi. ff. de iur.codicil.Aret.in §.poſteriore,nu.1.Inſti.quibus mod.teſta. infirm.Alex.conſi.52.nu.28.& ſeq.lib.4.Dec. in l.vt liberis, nu. 18.C.de colla. qui Bar. vt ſupra allegatus eſt communiter receptus,vt tradit Cur.Iun.conſi.101.num.11.Pariſius conſi.20. nume.87.lib.1.& conſi.60.num.27.lib.2.& conſi.19.num.19 in fi. & ſequen.lib.3.Rub.conſi.112.col.2.verſic.& maximè,& conſi.125.nume.1 verſic.præmiſſis, Dominus meus Soc. Iun. conſi. 116.num.21.lib.2.

595 Et † prout in ſimili dicunt doct.de clauſula iuramenti, & de ſimilibus,quæ in inſtrumentis apponuntur: nam ille ex notarij capite,& de illius conſuetudine, q̃ ex contrahentium parte,pię ſumuntur appoſitæ,meritò dictæ clauſulæ nihil operãtur. Abb. in c.cum contingat,num.24.de iureiur.Aret.in §.idem iuris eſt, nu.28.in fi Inſt.de except.Dec.conſ.305.num.4.in fi.& num.6. circa medium,Pariſ.conſ.20.nu.87.lib.1.D.meus Soc.Iun. cõſi. 48.nu.39.& conſi.144.nu.37.lib.1.& conſi.116.nu.21.lib.2.

596 Et id ſuadente † nam notarij ſępe clauſulas in teſtamẽto apponunt,quas non intelligunt,& teſtatores quoq; neſciũt, quid eæ importent,& ideo nihil operantur. Alex.conſi.52. num. 28. & ſeq.lib.4.Soc.conſi.250.nu.8.& conſi.159.nu.25.lib.2.& cõſ. 93.nu.num.27.lib.4 Gozad.conſi.80.nu.15.in fi.Rip.in l. Centurio,num 82.ff.de vulg.& pup.ſubſt.D.meus Soc.Iun. conſ.116. nu.21.& conſi.159.nu.25.& conſi.158.nu.18.lib.2. Crau. conſi. 75.nu.4.meritò,ſi fundamẽtum aliquod ſuper clauſulam codicillarem non fieri poteſt,nec ex ea argui, clauſulam ſpecialem derogatoriam primi teſtamenti ſub illa comprehendi, ex quo per præallegata in ſecundo teſtamento voluntas teſtatoris deficit:meritò,ſi clauſula codicillaris nihil operatur, D.meus Soc. Iun.conſi.153.nu.4.lib.2.

597 Sed pro reſolutione † huius articuli ob doctorum varietatẽ valde intricati plerique hoc modo diſtinxere, aut teſtator eſt ignarus,& illiteratus,vel nõ:ſi eſt literatus,illa clauſula codicillaris ex ſtylo notarii potius appoſita præſumitur,q̃ ex teſtatoris voluntate:meritò,ſi hoc in caſu nihil operatur;cũ ſemper clauſula codicillaris nihil operetur,vbi voluntas teſtatoris deficere creditur,Rub.conſi.24.num.14.prope fi.D.meus Soc.Iun.conſi.153.num.4.lib.2.& conſi.29.nu.9.& conſi.33.nu. 21.& conſi. 100.nu.35.lib.3.vbi allegat doctrinam Bar.in l.1.in 4.q.ff.de iure codicill.ſi verò teſtator fuiſſet literatus, illa clauſula præſumit̃ ex teſtatoris voluntate,& non ex ſtylo notarii appoſita,& tunc operatur,ita diſtinguendo declarat Rub.conſi.112.nu.2.& conſi.125.num.1.verſi.& præmiſſis,Pariſ.conſ.10.nu.11.& ſeq lib.3. Rip.in l.ſi vnquã,nu.42.prope fi.C.de reuoc.don. D. meus Soc. Iun.conſi.153.nu.2.in fi.& nu.5.lib.1.

598 Quorum † diſtinctioni alij contradixere,dicentes, teſtatorẽ ignorantiam de clauſula codicillari non habuiſſe, cum illa ſibi à notario tempore publicationis teſtamenti vulgarizata fuit, ita ꝙ eandem ſciẽtiam de illa habere potuit,prout ipſemet notarius,ergo clauſula codicillaris non ex ſtylo notarii, ſed ex teſtatoris voluntate appoſita cenſetur,Corn. conſi. 225.col.pen. verſi.nec obſtat,lib.3.Rip.in l.Centurio,nu.83.in fi.& ſeq. ff. de vulg.& pup.ſubſt.

Rubeus verò conſi.112.num.2 huic obiectioni reſpondet,&

Source : BIU Cujas

dicit, nõ ſufficere notarium clauſulam hanc codicillarem vulgarizaſſe, niſi teſtator in hac legali ſcientia literatus extitiſſet; quia non ſequitur, clauſula codicillaris à notario fuit vulgarizata, ergo teſtator vim, & efficaciam dictæ clauſulæ percepit, ita quoque affimat Rip. in l. ſi vnquam, nu. 42. in fi. & ſeq. C. de reuocand. don.

599 Et dici poteſt, ꝙ † notarii ſunt docti tantum in titulo de iur. & facti ignorantia, quorum ignorantia deſtruit mũdum, & ipſi bonorum cõſcientias virorum in periculum ponũt, Rip. in d. l. Cẽturio, num. 83. Crotus in l. ſciendum, col. 10. verſ. tertius caſus, ff. de verb. oblig. Cagnol. in l. ſi librarius, nu. 3. ff. de reg. iur. & notarij ob illorum ignorantiam aliquando aliis lucrum, aliisq; damnum afferunt, contra teſtatoris voluntatẽ, Durant. in trac. de art. teſta. tit. 2. caut. 11. nu. 7. in fi. nam ſicuti Italus linguã Teutonicam neſcit, ita & notarii efficaciã clauſulæ codicillaris neſciunt, cum peritiſſimi eius importãtiam vix ſcire poſſint. Rub. conſi. 125. nu. 1. verſi. præmiſſis, Pariſ. conſi. 10. nu 12. lib. 3. Rip. in d. l. ſi vnquam, nu. 43. ſi ergo notarii importantiã huius clauſulæ neſciunt, quomodo alijs eas explanare, declarareq; potuerunt? Cum nemo dat, quod non habet, l. traditio. ff. de acqui. rer. dom. l. nemo plus. ff de reg. iur. ergo neceſſariò fateri debet, notarium; neſciuiſſe clauſulam hanc codicillarem teſtatori explanare, & illum de efficacia illius certiorem reddere, ergo clauſula codicillaris in ſecundo teſtamento inſerta nihil operaretur, ſi notarius in hac legali ſcientia non ſit literatus. non dico tantum ſimpliciter literatus, ſed oportet, ꝙ in hac legali ſciẽtia peritus ſit, taliter quòd clauſulam codicillarem teſtatori, & eius importantiam declarare potuit.

600 Ripa † autem qui huic adhæret opinioni, ſentiens hanc difficultatem, enixus fuit cautelam præbere, ad eruendum veritatẽ huius articuli, & ideo Rip. in d. l. Centurio, nu. 88. verſi. vltimò, dixit, bonum eſſe, facere notarium à iudice interrogar, quid importat clauſula codicillaris. & ſi notarius illam explanare neſciuerit, tunc eris de illius ignorantia certus, & hoc in caſu clauſula codicillaris nihil operatur.

Cagnol. autem in l. ſi librarius, nu. 37. ff. de reg. iur. dicit, ꝙ nõ notario creditur, aſſerenti ſe ignorare importantiam clauſulæ codicillaris, ex quo ius parti acquiſitum eſt, aliàs ſi notario crederetur, erit in illius facultate ius quæſitum tertio tollere, ideo hac ratione notario aſſerenti ſe neſcire importantiã huius clauſulæ codicillaris non creditur, & ibi Cagnol. aſſerit hãc eſſe cõmunem doct. opinionẽ, quę opinio ante eum fuit Fulg. & Alex. in l. ſciendum. ff. de verb. obl. & ab Alciato fuit ſecuta in tract. præſump. reg. 3 præſump. 13. nu. 3. & pluribus ſeq.

Mihi autem hæc opinio ita indiſtinctè placere non potuit: nam ius tempore teſtamenti, vel contractus quæſitum intelligitur cum hac præſumptione, vel conditione, ſi notarius clauſulas intelligeret: neſciens igitur vim, & efficaciam illarum, nõ ius tertio aufert: quia illud ius tertio non eſt quæſitum, ergo notario creditur, Dec. in l. prima, nume. 14. & ibi quoque Rip. nume. 31. ff. ſi certum petat. vbi Rip. dicit opinionem Decij eſſe magis veriorem.

Et ſi Fulg Alex. Cagn. & Alciat. nolunt, notarium ius tertio quæſitum præiudicare poſſe, cur velint, ꝙ illius ignorantia ter-
601 tio præiudicet, † cum ſatis exploratiſſimum ſit in iure, ſimplicitatem notarii partibus non debere nocere, gl eſt in l. fi. in verbo, ſimplicitas, C. de fideiuſſ. Io. de Am. conſi. 29. nu. 7. D. meus Soc. Iun. conſi. 71. nu. 20. lib. 3. Crau. conſi. 147. nu. 5. & notarius ſępe ponit clauſulas ex ſuo capite, quas non intelligit, Soc. conſi. 150. nu 25. lib. 2. & conſ. 93. nu. 27. lib. 4. Rip. in l. Centurio, nu. 82. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Cag. in l. ſi librarius, nu. 11. ff. de reg. iu. Dominus meus Soc. Iun. conſi. 116. nu. 21. lib. 2. & omnes notarij præſumuntur indocti, doctiq; tantum in titulo de iure & facti ignorantia. Rip. in d. l. Centurio, nu. 83. Cagno. in d. l. ſi librarius, nu. 3. Durant. in tract. de art. teſta. tit. 2. caut. 11. ſub nu. 7. cõ-
602 trahentes † vtiq; iuri non renunciarent, neſcientes importãtiã harum clauſularum: cum quilibet iuri quod ignoret renuncia re non præſumitur, l. cum à matre, C de rei vẽd. meritò dici debet, ꝙ atteſtationi notarii cum eius iuramento ſtatur, l. ſi quis decurio, §. fi & ibi gl fi. C. de falſ Soc. cõſi. 229. nu. 2. & cõſi. 244. nu. 10. lib. 2. Io. de Am. conſi. 137. nu. 12. Zuccar. in l fi. nu. 292. C. de edict. D. Adr. tol. Blanc. in repe. l. fi. nu. 393. ff. de quæſt. Crau. conſi. 88. nu. 20.

603 Et † ſicuti de verbo aliquo in inſtrumento appoſito declara tioni notarii ſtatur, Alcia. in tract. præſump. reg. 3. præſump. 13. nu. 22. cui quoque facultas extendẽdi, imbreuiaturamq; declarandi datur, Pariſius cõſi. 28. nu. 38. lib. 2. quæ declaratio ſibi de iure permittitur, cum qui declarat, nihil noui facit. Dec. in l. petens, nu. 6. C. de pact. Cag. in l. exigere dotem, nu. 15. ff. de iud. D. meus Soc. Iun. conſi 95. nu. 76. lib. 3. hincq; ſurrexit illa propoſitio clara, videlicet, declarationem probationis in termino factę poſt terminum fieri poſſe, Dec. in c. cauſam, nu. 16. de prob. Rui. conſi. 133. nu. 6. lib. 5. etiam poſt concluſum in cauſa, & poſtquã ius parti quæſitũ ſit. Rip. in l. j. nu. 24. fi. ſi cer. pet. ita ergo & notarius declarare poterit, an clauſulam codicillarem ex conſuetudine ſua, vel potius ex teſtatoris voluntate appoſuerit, cũ de illius veritate incerti ſimus, Pariſ. conſi. 48. nu. 27. lib. j.

604 Et † aſſertioni cuius ſtandum eſt, circa ea, quæ ad eius officium ſpectant, Laſ. in l. de his, num. 7. verſi. primo, ff. de tranſact. Marſ. ſingu. 462.

605 Quę † concluſio proculdubio procedit ſi notarius ab omnibus publicè pro bono, legaliq; reputatur; quia tunc enimuerò ei creditur, D. meus Soc. Iun. conſ. 147. nu. 12. in fi. & ſeq. & conſ. 96. nu. 2. lib. 2. & præſertim, cum notarius à contrahentibus approbatus quoq; fuit, qui illum elegerunt, in conficiendo inſtrumentum: meritò, ſi illi declarationi illius ſtare tenentur, de cõtentis tam in inſtrõ, q̃ in teſtamento, taliter ꝙ atteſtationi illius ſe ſine alio non opponere poſſunt, prout in ſimili dicitur de teſte à partibus approbato, qui contra producentem illum probat, licèt de eius credulitate deponat, Rom. conſi. 104. nume. 6. Laſ. in rubr. ff. de iureiur. nu. 9. D. meus Soc. Iun. conſ. 69. nu. 11. & ſeq. lib. j. Crau. conſi. 201. nu. 7. & conſi. 226. in fi.

606 Bene autem eſt, ꝙ † ſi probaretur, notarium tempore conditi teſtamenti in hac legali ſcientia doctum fuiſſe, & eſſe, proculdubio ob præſumptionem, quam contra ſe habet, dicto notario non crederetur, neganti ſe neſcire importantiam clauſulæ codicillaris in teſtõ per eum appoſitæ, Crau. conſi. 171. num. 9.

607 Et † hæc notarii declaratio quoq; nõ requiritur, q̃n teſtator in hac nobiliſſima legali ſcientia doctus fuiſſet, & ita probaret: quia tunc præſumitur clauſula codicillaris in teſtamento appoſita ex teſtatoris voluntate, & non ex ſtylo notarii, ex quo teſtator permiſit notario clauſulam codicillarẽ ſibi legere, & vulgarizare, quod equidem non ita feciſſet, ſi ex eius voluntate dicta clauſula codicillaris non fuiſſet appoſita, ex quo illam bene intelligebat; cum in hac legali ſciẽtia erat doctus, Rip. in l. ſi vnquam, nu. 42. in fi. & ſeq. C. de reuocan. donat. Rubeus cõſi. 112. num. 2. & vt ſupra dixi, & vt in ſimili dicitur, quando clauſulæ in inſtrumento rationabiliter apponuntur: nam illæ ex partiũ voluntate & non ex ſtylo notarij appoſitæ cẽſentur, aliàs ſecus erit, Tiraq. in tracta. de iur. conſt. in 3. par. lim. 31. nume. 14. & in his terminis bene poteſt procedere opinio Fulg. Alex. Cagnol. & Alcia. vt ſupra, quam opinionem puto eſſe declarandam, vt infra plenè dicam.

608 Ex † prædictis vtiq; reſultat doctorum cõcluſio firmiſſima, ꝙ ſi teſtator in hac legali ſciẽtia literatus fuiſſet, illa clauſula codicillaris proculdubio ex eius volũtate & non ex ſtylo notarij appoſita cenſeretur, & ideo operaretur, virtute cuius clauſulæ ſecũdum teſtamentum ſuſtinetur, ac ſi in eo clauſula ſpecialis derogatoria prioris teſtamenti inter liberos conditi ſpecialem requirentis derogationem appoſita fuiſſet: ſi verò per notarii aduertentiam, qui fuit & ſit peritus, & teſtatorem de importantia clauſulæ codicillaris reddidit certũ, & tunc quoq; ſm teſtamentum valebit, ſi notarius autem illiteratus fuiſſet, qui importantiam clauſulæ codicillaris teſtatori ignaro declarare neſciuiſſet; & tunc clauſula codicillaris nihil operaretur; quia ex ſtylo notarij & non ex teſtatoris voluntate appoſita præſumeretur, meritò ſi ſecundum teſtamentum ſpeciali derogatione prioris teſtamenti carens annullatur, exiſtente primo inter liberos condito.

Mihi autem hæc opinio ita intellecta nullo modo placere poteſt, ſed illa penitus eſt reijcienda, tanquam à ueritate deuia, vt ſatis perſpicuè ex mea declaratione patebit. quarè igit reor, pro huius articuli veritate hoc modo diſtinguendum eſſe.

609 Et primò dico, quòd † ſi teſtator eſſet ignarus, & coram ſeptem teſtibus notarioque dixiſſet, ſe velle primum teſtamentum omnino inter liberos conditum per id ſecundum reuocare, & notarius, qui fuiſſet ignorans, credidiſſet, primum teſtamentum per ſecundum clauſulam codicillarem continens, abſq; ſpeciali derogatione fuiſſe reuocatum, & dico, ꝙ ſi per teſtes probatur, teſtatorem ita dixiſſe, & mẽtẽ illius omnino fuiſſe talem, proculdubio primum teſtamentum cenſetur reuocatum ob clauſulam codicillarem in ſecundo teſtamento inſertam; quia tunc ſumus extra omnem difficultatẽ, ex quo ſumus de teſtatoris voluntate certi. Pariſ. cõſi. 19 nu. 19. in fi. & ſeq. lib. 3. & in ſimili faciunt allegata per Fely. in c. ex literis. nu. 15. verſi. nota quintò, de fid. inſtru. & per Zuccar. in l. fi. nu. 282. circa medium, C. de edict. Diu. Adr.

610 Et id rationi conuenit, ne † teſtator ex notarii ignorãtia deceptus remaneat, quæ eius ignorantia partibus nocere non poteſt, neq; debet, gl. eſt fi. in verbo, ſimplicitas, C. de fideiuſſ. Io. de Am. conſi. 29. nu. 7. Crau. conſi. 147. nu. 5.

611 Et † ſicuti argũ à tacita teſtatoris volũtate ſumitur, & eſt validum, prout fit, q̃n arguitur, ꝙ ſi teſtator fuiſſet interrogatus, an ita vellet, veriſimiliter rñdiſſet, ꝙ ſic, tũc illud pro expreſſo, appoſitoq; in teſtõ habetur, vt not. per gl. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. Laſ. in l. cum res. num. 18. ff. de leg. j. Dec. conſi. 7. num. 5. circa medium, Cur. Iun. conſi. 19. nu. 15. ſi ita eſt in tacita volũtate veriſimili, quanto magis in expreſſa, & per teſtes teſtamentarios probata, quod argũ à fortiori in iure eſt validum, auct. multo magis, C. de ſacroſ. Ecc. ergo in hoc caſu dici debet, clauſulam

Source : BIU Cujas

ſulam codicillarem vim ſpecialis derogationis habere, cuius virtute primum inter liberos conditum per id ſecundum cenſetur reuocatum,ita ꝙ huic ſecundo & non primo attenditur.

612 Si † teſtator verò ignarus huius ſciētiæ legalis fuiſſet,& idem quoque notarius,& nullum verbum de reuocatione primi tēſtamenti inter liberos conditi à teſtatore fuiſſet dictum, & ita per teſtes teſtamen tarios probatur, & tunc proculdubio conſtat, clauſulam codicillarem in ſecundo teſtamento potius ex notarij ſtilo,quàm ex teſtatoris volūtate appoſitam fuiſſe, quæ à notario ſolet apponi, licèt teſtator de dicta clauſula illū non rogauerit,neque illius virtutem intellexerit. Iaſ. in l.cum ex filio,nu.2.ff.de vulg & pup.ſubſt.Crau.conſi.75.num.4.meritò ſi clauſula codicillaris nihil operatur, & per ſecundum nō fuerit primum reuocatum, & hoc in caſu loquuntur, & bene vnanimiter omnes doctores præallegati conueniunt.

613 Si hæc † autem certitudo à teſtibus teſtamentarijs haberi nō poſſit;quia omnes teſtes deceſſerint,& tūc ſubdiſtingue,& dic, aut teſtator erat in hac legali ſcientia peritus,vel non:ſi erat peritus,bene ſciebat,primum oportere teſtamētum inter liberos conditum ſpecialiter derogari, iuxta d.auct. hoc inter liberos, cum quilibet præſumitur ſcire leges, l. leges ſacratiſſimæ. C. de leg.cum igitur hoc ſciret,& de iure præſumitur, & hanc reuocationem ſpecialiter in ſecundo teſtamento non appoſuerit, ergo præſumptiue conſtat, teſtatorem noluiſſe per ſecundum teſtamentum reuocare primum inter liberos conditum ſpecialem requirens reuocationem,ergo clauſula codicillaris contra teſtatoris voluntatem nō poteſt dici prioris derogationem teſtamenti obtinere,merito,ſi hoc in caſu nihil operatur, Dec. in l.precibus.nu.18.C.de impub.& aliis ſubſt.

Suadenteq; ratione; nam ſicuti teſtator in d. ſecundo teſtamento clauſulam codicillarem poſuit, ita pariter ſpecialē derogationem primi teſtamenti appoſuiſſet, ſi primum inter liberos conditum derogare voluiſſet,& rem clariſſimam, exquiſitamq;,reddidiſſet,ex quo in illius facultate erat ita efficere, ꝑꝑ

614 eius peritiam in hac legali ſcientia † litteraturamque, & actus ſemper fit validus,vbi voluntas,& potentia cōcurrunt, Afflic. deciſ.305.num 7.D.meus Soc.Iun.conſi.120.num.4 lib.2. cum ergo id non fecit,conſtat vtique apertiſſime teſtatorem noluiſſe primum teſtamentum derogare,arg.l.vnicæ.§ ſinautem. ad deficientis.C.de cad toll.c.ad audientiam,de decim. & in ſimili faciunt adducta per Dec.conſi.599.num.6.verſi. non obſtat, & per Crau.conſi.161.nu.8. cum teſtatoris voluntas iuri communi conformis redditur.l.ſi duo,& ibi Scribētes. ff.de acquir. hæred.de iure igitur communi derogatio ſpecialis primi teſtamenti inter liberos conditi requiritur, quod equidem hāc ſpecialem derogationem in hoc ſecūdo teſtamento appoſuiſſet, ſi primum derogare voluiſſet,cum igitur hoc expreſſe non fecit,meritò præſumitur,per id ſecundum teſtamentum ſpeciali derogatione carens,à primo ex defectu volūtatis nō deuiaſſe. Pariſ.conſi.35.nu.11.& ſeq.lib.2.

615 Fortificaturq; hæc concluſio ex alia ratione † nam ſi duo reperiantur teſtamenta inter liberos condita, & primum teſtamentum ſit imperfectum,& ſecundum perfectum, primū autē omnibus filijs magis fauorabile ſit, per ſecūdum primum non tollitur, & econuerſo,& id procedit ratione ęqualitatis inter liberos conſeruandæ,Pariſ.conſi.35.num.11.23. & 31.lib.2.ſm crebriorem doct.opinionem,a qua in iudicando, & conſulendo non eſt recedendum, vt ſupra tetigi, quanto minus dicere debemus primum teſtamentum perfectum inter liberos conditum per id ſecundum imperfectum reſpectu voluntatis ſpeciali carens derogatione non tolli,quod argumentū à fortiori in iure eſt validum,auct.multo magis.C.de ſacroſ.eccleſ.

Nonne videmus, ꝙ lex multum vigilauit,vt filii omnino ſecundùm commune votum parentum ſuccedant. l. ſcripto. in fi. ff.vnd.liber. & ęqualiter. l.vt liberis. C.de collat.cur ergo velint docto.dicere, ꝙ ſecundo exiſtente teſtamento inter extraneos condito,ſpeciali carente derogatione, ꝙ primum teſtm̄ inter liberos conditum tollatur;nam qui vult Deum inſtituere,& filium exhęredare,alium quærat quàm Auguſtinū.c.quicunque.17.q.4.quare ex his concludo,primum per ſecundum ſpeciali carens derogatione non feciſſe reuocatum.

616 Nec † quicquam operatur clauſula codicillaris,& omni meliori modo,in ſecundo teſtamento appoſita,quæ duæ clauſulę ęquiparantur,Felyn.in c.cum ſuper,num.11. verſ.quartus effectus,de offi.deleg.

617 Nam ego reſpondeo,& dico,ꝙ † pro forma clauſula ſpecialis derogatoria in ſecundo teſtamento requiritur, præcedente primo inter liberos exiſtente valido,vt primum per ſecundum tollatur,d.auct.hoc inter liberos.ſi ita eſt,& ſpecialis derogatio primi teſtamenti in ſecundo non extat,id ſecundum in forma ſua eſſentiali peccaret.meritò ſi clauſula codicillaris ſecūdum teſtamentum non ſuſtineat; quia hoc in caſu teſtamentum valere non poteſt eo modo, quo poteſt, ſecundùm crebriorem doct.opinionem,Soc.in l.j.§.ſi quis ita.nu.9.ff.de verb.oblig.& ibi etiam Iaſ.num.23.verſi.iſta regula,& ibi quoque Ruyn.numero 14.& ſeq. & idem Ruin conſil.13.nu.11.lib.j.Iaſ.in l.non codicillum.nu.4.& in l.ſancimus in 8.fal.C.de teſt.Alc. in trac. præſump.regula 3.præſump.34.nu.10.& ſeq.

618 Et † quando lex à princip.actui reſiſtit,ne certo modo fiat,ſi eo modo fieret, nunquam valeret, prout valere poteſt, Iaſ in d.l.ſancimus.in 8.fal.Rip.in d.§.ſi quis ita, nu.32. ſed ſic eſt, lex reſiſtit ſecundo teſtamento ſpeciali derogatione carente illud poſſe primum inter liberos conditum auferre, requirens de eſſentia reuocationis d.primi teſtamenti clauſulam ſpecialē derogatoriam in ſecundo teſtamento eſſe appoſitam,d auct. hoc inter liberos,ſine qua deficit teſtatoris voluntas,Caſtr.conſilio 443.lib.2.& cenſetur teſtatorem actum alluſorium efficere voluiſſe per id ſecundum teſtamentum ſpeciali derogatione carens, Alc.in trac.præſump.regula 3 præſump 34.nu.10.in fi.meritò,ſi clauſula codicillaris (quò ad reuocationem primi teſtamenti) nihil operatur,Rub.conſi.24.num.14.prope fi.D.meus Soc.Iun.conſi.153.nu.4.lib.2.& conſi.29.nume.9.lib.3.vbi dicit hanc eſſe crebriorem doct.opinionem, immo potius iudicandum eſt ſecundum teſtamentum eſſe nullum, q̄ ꝙ illud cōtra teſtatoris voluntatem ſuſtineatur. Iaſ. poſt Alexandrū & Doc. no.in l.uerbis ciuilibus,numero ſexto & ſeq.ff.de vulg. & pup. ſubſt.Cagnol.in l.fi.numero 276.verſi.ex quo patet. C.de pact. Alc.in dic.tract.regula tertia,præſump.34.numero 10.verſicu. quinto obſtat.

619 Neque † id quicquam difficultatis in ſe habet, cum teſtator in hac legali ſcientia peritus erat,neceſſe eſt,ꝙ quoq; ſciret ſecundum teſtamentum ſpeciali carēs derogatione, primū inter liberos conditum non reuocare & ſecundum voluntatis defectu omnino eſſe nulliſſimum. Felyn. in c. cum ſuper. nu.10.de offi.deleg. Rip poſt docto.communiter in d.§.ſi quis ita.nu.29. Alc.in d.tract.regula 3. præſump.31. nu.4. meritò ſi ſecundum teſtamentum abſque clauſula ſpeciali derogatoria non ſuſtineatur eo modo,quo valere poteſt.l.an inutilis.ff.de accepti.& teſtator in illo vlt.teſtamento tantum nugaſſe cenſetur, argu. l.non ſolùm.ff.de act.& oblig.Felyn.in c.cum ſuper, nume.10. & ibi etiam Dec.col.fi propè fi.de offi.deleg.Soc. in d.§. ſi quis ita.nu.6.circa medium.& nu.9.in fi.& ibi etiam Rip. nume.29. & Ruin. ibi quoque nu.30.Cagnol.in l.fi.num. 275. C.de pact. Alc.in d.tract.regula 3.præſump.31.nu 4.

Et præſertim cum de forma eſſentiaq; ſecundi teſtamēti requiritur,ꝙ ī illo clauſula ſpecialis derogatoria apponatur, aliàs primum teſtamentum remanet firmiſſimum, ſi de eſſentia vltimi teſtamenti hoc requirat̄,& teſtator periſſimus bene ſciebat,ſecundum teſtamentum alio modo valere non poſſe,meritò conſtat, in hoc ſecundo teſtamento teſtatorem tantum nugaſſe,& teſtari noluiſſe, Ruin.d.§.ſi quis ita,nu.30.

620 Et † annullato ſecundo teſtamento clauſula quoque codicillaris annullatur, Alc. in d.trac. regula 3. præſump.34.nu.11. in fi.& ut aliàs tetigi.

621 Quæ † concluſio dubio procul procedit,alio exiſtente teſtamēto validiſſimo inter liberos condito, huic ſecūdo teſtamento repugnante,nam cauſa inteſtati ceſſat, meritò ſi ſecundum teſtamentum non ſuſtineatur eo modo,quo valere poteſt Iaſ. in l.verbis ciuilibus.nu.21.verſi.dices tu.ff.de vulg.& pup.ſubſt. Pariſ.conſi.35.nu.11.& ſeq lib.2.D.meus Soc.Iun.conſi.183.numero 34.lib.2.Crau.conſi.143.nu.15.& ſeq.

622 Et † huic quoq; propoſito bene ſibi locum vendicat illa regula,quæ dicit,quod potui nolui,qđ volui,adimplere nequiui. l.multum.§.fi.C.ſi quis alteri vel ſibi,Rip.in d.§.ſi quis ita.num. 30.& in ambiguo ſermone non vtrunque diximus,ſed id duntaxat quod volumus.l.in ambiguo ff.de reb.dub.

623 Et † non ſufficit dicere, teſtatorem per illam clauſulam codicillarem primo teſtamento derogare voluiſſe, poſtquam id non dixit & ſpecialiter non expreſſit.l.quotiēs.ff.de hæred.inſt. Crau.conſi.161.nu.14.ꝙ teſtator equidem hanc facillime ſpecialem derogationem in ſecundo teſtamento appoſuiſſet, ſi primo derogare voluiſſet:cum igitur id non fecit, ergo præſumitur noluiſſe primo teſtamento derogare,argumēto. l.vnicæ. §.ſinautem ad deficientis.C.de cad.toll.in c.inter corporalia,de translat.prælat.c.ad audientiam.de decim.& teſtatorem peritiſſimum voluiſſe ſecūdum teſtamentum remanere nulliſſimū, Rip.in d.§.ſi quis ita,num.29. & ideo clauſula codicillaris tanquam generalis nihil contra teſtatoris voluntatem operatur. Dominus meus Socin.Iun. d.conſilio 153. numero quarto, & conſi.29.nu.9.lib.3.

624 Suadeturq; † hæc concluſio alia ratione; nam in teſtatoris voluntate nihil debet ſubaudiri,Crau.conſi.161.nu.15.ſubaudi tio vtique fieret,ſi per clauſulam codicillarem in ſecundo teſtamento inſertam intelligeretur, primum inter liberos conditū fuiſſe derogatum.quæ ſubauditio non fit,ergo clauſula codicillaris tanquam generalis nihil operatur quò ad reuocationem primi teſtamenti inter liberos conditi ſpecialem derogationē de eius eſſentia requirentis,ergo primum per ſecundum non cenſetur reuocatum.

Et ſi quis diceret, ꝙ opinio præallegata ſibi locum tantū in teſta-

Source : BIU Cujas

teſtamentis vendicat, quando cõtentio, & altercatio oriretur propter duo teſtamenta à teſtatore confecta: ſecus verò eſt, ſi nominatus in ſecundo teſtamento velit bona hæreditaria cõſequi virtute donationis inter viuos, vel cauſa mortis, quæ ineſſe in clauſula codicillari reperitur; quia tunc victoriam contra filios obtinebit, abſque alia ſpeciali derogatione prioris teſtamenti inter liberos conditi exiſtente.

625 Sed † ego huic obiecto reſpondeo, & dico, ꝙ quamuis donatio inter viuos, & cauſa mortis, ĩ clauſula codicillari inſeratur: non tamen propter hoc ſequitur, ꝙ annullato teſtamento donatio inter viuos, & cauſa mortis non irritetur: quia immo dico, ꝙ annullatur, ex quo viam teſtamenti & illius naturam ſequitur, cum in teſtamento apponatur, vt no. Bal. & alii Docto. in l hæredes palam. §. fi. ff. de teſtam. Modernus Rimi. in §. j. numero 361. Inſt de don. aliàs ſi opinio cõtraria eſſet vera, ſequeretur ꝙ hæreditas per contractum conferetur, contra l. hæreditas. C. de pact. conuent. Alex. conſil. 28. nu. 4. in fi. & ſeq. libro 3. Ruyn. in d. §. ſi quis ita, numero 14. propè fi. Cagn. in l. fi. nu. 276. in fi. C. de pact.

Et ſi diceretur, verum eſſe, hæreditatem ob donationẽ inter viuos non conferri poſſe; tamen per donationem, quæ cã mortis fit, confertur, Dec. in l. licèt. nu. 10. C. de pact. Cagn. in l. fi. numero 278. C. de pac. igitur &c.

Sed ego quoque replico, & dico, ꝙ per donationem cauſa mortis hæreditas datur, quando ſimpliciter ⁊ctus donationis fit: ſecus verò erit, ſi conſtaret, teſtatorem ſuum vltimum teſtamentum condere voluiſſe: prout erit, ſi hæredem vniuerſalem ſibi inſtitueret, Crau. in l. j. nu. 121. ff. de leg. j. & tunc illud teſtũ in vim codicilli non ſuſtinetur, nec donationis cauſa mortis, ex quo cõſtat teſtatorem voluiſſe potius nugari, quàm codicillare, donareq; Dec. in d. l. licèt. num. 2. Ruyn. in d. §. ſi quis ita, nume. 15. & ſeq. & num. 23. in fi. Cagnol. in l fi. num. 278. in fi. C de pact Pariſ. conſi. 35. nu. 9. & ſeq lib. 2. meritò, ſi ſecundum teſtamentum ſpeciali carẽs derogatione in vim codicilli, donationisq; cauſa mortis non valeat, neque ſuſtinetur, & ſic obiectio ⁊ria ceſſat, & per ꝓñs concluſio mea remaneat firmiſſima.

626 Si † autem teſtator ſit illiteratus, & notarius peritus, & per teſtes teſtamẽtarios non probatur, teſtatorem voluiſſe primum teſtamentum reuocare ſpecialiter, & tunc arbitror clauſulam codicillarem vim ſpecialis derogationis non habere. Ratio eſt in promptu: quoniam, ſi notarius erat peritus, neceſſe eſt, quòd ſpecialem ſciret derogationem primi teſtamenti inter liberos conditi hoc in ſecũdo requiri: cum igitur hoc ſciuerit, & priori teſtamento ſpecialiter non derogauerit, prout de iure requiritur, d. auct. hoc inter liberos, merito cõſtat primum per ſecundum non fuiſſe reuocatum, & notarium clauſulam potius codicillarem ex ſtilo ſuo, quàm ex teſtatoris voluntate appoſuiſſe, & teſtatorem hoc in ſecundo teſtamento nõ teſtari, potius autem nugari voluiſſe. meritò ſi hoc in caſu clauſula codicillaris nihil operatur, Rip. in dic. §. ſi quis ita, numero 29. & vt aliàs ſuprà tetigi.

Si in dubio autem ſumus ob mortem notarij & teſtium teſtamentariorum qui teſtatoris voluntatem referre, ac teſtari non poſſunt, an teſtator primum inter liberos conditum per ſecundum reuocare voluerit, & ignoratur, ſi teſtator & notarius in hac legali ſcientia periti extiterint: & in hoc caſu reor, primum teſtamentum per ſecundum inter extraneos cõfectum ſpeciali carens derogatione non fuiſſe reuocatum: & hac moueor ratione: nam negari non poteſt, quin de teſtatoris voluntate certi ſimus in primo teſtamento expreſsè declarata, ſed hoc in ſecundo teſtatoris volũtas in dubium refricatur, ſi per clauſulam codicillarem primum teſtamentum reuocare uoluerit, ut ex auctoritatibus hinc inde deductis, & ex doctorum conflictu, vt ſuprà retuli ſatis perſpicuè perpenditur, ſed ſic eſt, voluntas dubioſa non cenſetur voluntas, Crau. conſilio 143. numero 15. & ſeq. & interpretatio contra fundantem in ea fit, Crau. conſilio 208. numero tertio, & in voluntate dubioſa fundamẽtum aliquod fieri non poteſt, Crau. conſi. 143. nume. 17. & conſi. 32. numero 7. meritò, ſi primum teſtamẽtum per id ſecundum non reuocatum cenſetur.

Quare ex his reſultat concluſio mea firmiſſima: clauſulam codicillarem vim derogationis primi teſtamenti non obtinere, niſi teſtator eſſet ignarus, & per teſtes teſtamentarios probaretur, teſtatorem notario dixiſſe, ꝙ ſcriberet, & ſe rogaret, qualiter volebat primum teſtamentum inter liberos conditum ꝑ talem notarium reuocare: notarius autem, qui extitit ignorãs, ſpecialem omiſit derogationem in ſecundo teſtamento inter extraneos condito apponere, credens clauſulam codicillarem vim ſpecialis derogationis habere, ideo ne notarius hæredi & aliis in ſecundo teſtamẽto nominatis præiudiciũ ob eius ignorantiam afficiat, quod minimè de iure permittitur, iuxta gl. in l. fin. in verbo. Simplicitas. C. de fideiuſſ. de ęquitate neceſſariò concludo, hoc in caſu tantum, clauſulam codicillarẽ vim ſpecialis derogationis habere, in aliis autem caſibus minimè.

Et hæc opinio mea cum ſit contra communes Doct. cõcluſiones, & ab aliis Doctoribus hucuſque non ita fuerit declarata, difficile erit, hodiernis temporibus iudices, qui potius auctoritatibus, quàm rationibus, & legibus mouẽtur, ꝙ hanc meam opinionem in iudicando ſequi velint.

628 Verùm, † ſi veritatem omnino proſequi voluerint, quam ſuo omni conatu perquirere debent, & omne potius ſcandalũ tolerare, quàm ꝙ veritas relinquatur, Dec. in c. quoniam contrà, num. 5. de proba. Rip. in l. is apud quem, num. 3. C. de eden. & viuis voluerint adhærere rationibus, vt efficere debẽt, cum communis non ſit tenenda, ſi contraria melioribus fulcitur rationibus, Curt. Iun. conſi. 63. nume. 3. D. meus Socin. Iun. conſi. 107. nu. 40. lib. 3. Alcia. in tract præſump. reg. j. præſump. 41. nu. 3. non vereor, quin illi in iudicando hanc meam ſequantur opinionẽ, viuis rationibus, naturalibus, legibus, ęquitateq; ſcripta fundatam, vt dixi, & vt ſupra ſatis plenè demonſtraui.

629 Quæ † concluſio pluribus modis limitatur non procedere, & primò ſi noua cauſa mutandi primum teſtamentum ſuperuenerit, & illa cauſa probaretur, hoc in caſu cenſeo, primum teſtamentum per id ſecundum ſpeciali carẽs derogatione fuiſſe reuocatum, & ſecundum teſtamentum primo prævalere, Iaſ. poſt Scribentes in l. ſancimus nu. 14. verſic. ſecundò limitat. C. de teſta. Dominus meus Socin. Iunio. conſ. 124. numero 52. libro primo, Iulius Clarus in tract. ſuis in §. teſtamentum. q. 99. verſi. cæterùm.

Secundò quoque tollitur primum teſtamentum abſque ſpeciali derogatione in ſecundo teſtamento inſerta, quando tempus decem annorum inter primum, & ſecundum teſtamẽtum effluxerit, non obſtante quicquid dixerint Aret. & Iaſ. in d. l. ſancimus, ſub quarta fall. cum per tale templus obliuio clauſulæ ſpecialis derogatoriæ in primo teſtamẽto inſertæ præſumitur, ita ꝙ derogatio ſpecialis in ſecundo teſtamento, non ex defectu voluntatis teſtatoris, potius autem ex memoriæ defectu, omiſſa cenſetur: meritò, ſi hoc in caſu ſecundum teſtamẽtum abſque ſpeciali derogatione prioris primo prævaleat, illiq; præferatur. Pariſ. conſil. 10. nu 17. lib. 3. vbi dicit hanc eſſe communem Doct. opinionem, Ruyn. conſi. 11. num. 10. lib. 2. Rub cõſil. 24. ſub numero ſexto, & ſeq. Iulius Clarus in d. §. teſtamentum. q. 99. verſ. ſcias etiam.

Reuocatur quoque ſine ſpeciali derogatione pluribus aliis modis, de quibus per Iaſ. poſt Scribentes ibi in d. l. ſancimus, numero octauo, & pluribus ſeq. & per Iulium Clarum in d. §. teſtamentum, quæſt. 99.

630 Redeundo igitur ad † materiam noſtram principalem petitionis hæreditatis dico, ꝙ Iaſ. in l. j. nu. 6. C. de inoffic teſtam. dicit, ꝙ quamuis petitio hæreditatis directa, & vtilis reperiatur; tamen non ex conuenti perſona, ſed reſpectu agentis directa, & vtilis dicitur: nam ſi agens eſt hæres de iure ciuili; petitio hæreditatis directa ſibi competit, de qua loquitur titulus. ff. de pet. hæred. ſi verò hæres de iure tantum prætorio ſit, & tunc bonorum poſſeſſio, & hæreditatis petitio ſibi cõpetit, de qua loquitur tit. ff. de bon. poſſ. hæred. peti. ſi verò fideicommiſſarius eſt ille, qui agit, & tunc quoque hæreditatis petitio vtilis ſibi competit, de qua loquitur tit. ff. de fideicom hæred. peti.

A qua opinione ego valde diſſentio, dũ Iaſ. velit, ꝙ reſpectu tantùm actoris, & nõ rei vtilis, vel directa dicatur, prout eſt, qñ actor prætendit ſe fideicommiſſarium eſſe, vel de iure prætorio hæredem. Ego autem bene fateor, ꝙ illis in duobus caſibus petitio vtilis actori competat, & vtilis dicatur, vt etiam dicit Alex. conſi. 186. num. 6. lib. 5. non tamen nego deinde, quin reſpectu cõuenti petitio hæreditatis vtilis alio modo dici poſſit, vt legitur in exemplis traditis in tex. l. etiam §. primo. ff. de pet. hæred. ibi actor aſſerebat, ſe directum, & verum hæredem eſſe; tamẽ quia emptor actione petitionis hæreditatis tenebat: quia modicè illam hæreditatem emerat, uel venditor non reperiebatur, concludit ibi Iuriſconſultus, ꝙ petitio hæreditatis vtilis contra talem emptorem conceditur. Ecce, ꝙ tex. eſt ibi clarus, qui cauillari non poteſt, quin conuenti reſpectu vtilis etiam dicatur, ideo glo. quæ eſt magiſtralis in rub. ff de rei vend. dicit, ꝙ directa & vtilis ad actorem, directo & vtiliter ad reum refertur, ergo d. glo. aperto ore ſentit, ꝙ tam reſpectu actoris, quàm etiam rei directa, & vtilis actori conceditur, ergo ex his patet, Iaſonem in d. l. prima, nume. ſexto, malè, & perperam loquutũ fuiſſe, tamen bene verum eſt, ꝙ ex parte conuenti differentia eſt, an directè, uel vtiliter reus cõueniatur, prout in ſimili dicit glo. magiſtralis in rub. ff. de rei vend.

631 Et ſi quis bona particularia alienaret, † quæ fideicommiſſo ſubiecta eſſent, hæc alienatio valeret, dummodo fieret ab ignorante, qui neſciuiſſet fideicommiſſum extare. l. fi. ff. de leg 2. & ideo procurator actoris ſemper cautus debet eſſe; vt alienantis ſcientiam deducat, & alienantem probet, ſciuiſſe rem alienatam reſtitutioni fideicommiſſi ſuppoſitã fuiſſe, aliàs actor ſuccumberet, Alexand. conſi. 3. nume. 3. lib. 3. & conſi. 176. num 5. libro quinto.

632 Et petitio † hæreditatis eſt actio bonę fidei. §. actionum, Inſt. de act. l. fin. in fi. & ibi Bal. & Salyc. nu. 2. C. de pet. hæred. Plot. in

Source : BIU Cujas

l.ſi quãdo,nu.517.C.vnde vi.& ideo in litem contra doloſum iuratur,Plot.in d.l.ſi quando.nu.507.

633 Et hæreditatis petitio † non ſimpliciter realis dicitur,ſed eſt realis,& perſonalis,& ſic actio mixra nuncupatur, Bald.in l.ſi poſt.nu.4.C.de pet.hæred.& in l.hæreditatis,nu.3.& Salyc.nu.j. C.eo.tit.Iaſ.in rubr.C.de inoff.teſtam.nu.3. Rip.in l.j.num.7.ff. quor.bon.Balbus in tract.præſcrip.in 4.par.quartæ par.princip. quæſt.16.nu.j.in fi.

Alij autem contrarium cenſuere,ꝙ immo petitio hæreditatis eſt mere realis,Iaſ.ſibiipſi contrarius in l.ſi quis agere,nu.14. C.de codicill.& in l.edita,nume.11.in fi. C.de ed. & in l.prima, nu.29.ff.de ed.

Alii verò concordando opiniones diſtinxere hoc modo,ꝙ petitio hæreditatis dominij reſpectu eſt merè realis,quod dominium ſequitur poſſeſſorem ad rem ſibi tradendam, & ideo concluditur affirmatiuè,ſicut in rei vendicatioue, & hoc in caſu loquitur vltima opinio Iaſ.præallegata, ſed quia dicitur habere etiam quaſdam præſtationes perſonales reſpectu rerum, quæ à debitoribus ſunt exactæ, & reſpectu pretii rerum venditarum.l.ſed & ſi lege.§.petitio.ff.de pet.hære.nam ad exacta, & ad pretium rerum agitur ad dandum,& contra ſolam exactoris perſonam agitur, & hoc in caſu eſt mixta, Ang.in l.ſed & ſi lege.§ bonæfidei,nu.j.ff.de pet.hæred.& in his terminis loquuntur Doctores primam opinionem tenentes, ita diſtinguendo declarat Bal.conſi.326.nu.j.verſi.ſecũdus,lib.2.Corn.conſi.47. num.8.lib.4.Rip.in rub.ff.ſi cert.pet.num.7.

Verùm etiam,ſi velimus indiſtinctè alteram Docto.opinionem tenere, videlicet, ꝙ hæreditatis petitio ſit mere realis,& non mixta, poſſumus dicere, ꝙ dictæ præſtationes perſonales acceſſoriè,in conſequentiamq; veniunt,& non principaliter, ſed hæreditatis petitio non à ſuo acceſſorio, ſed à ſuo principali tantum denominari debet,meritò hac ratione illa merè realis cenſetur,Aret.in §.ſed iſte,nu.12.verſi.ſed ego teneo,Inſt.de act.Marant.in tract.de ord.iud.in 4.par.diſt.3.nu.9.

Et in quibus caſibus actiones reales à perſonalibus differãt, vide Rip.in rub.ff.ſi cert.pet.nu.8.

634 Et petitio † hæreditatis datur contra illum, qui pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſidet, etiam minimam rem hæreditariã, vel aliquod ius incorporale.l.regulariter.ff.de pet.hęred.l.hæreditatis.C.eo.tit.Aret.in §.actionum autem,num.100.& Iaſ.numero 232.Inſt.de act.Corn.conſi.47.num.8.& conſil.91.nu.1. lib.4.præter ſeruitutem prædijs hæreditariis debentem, quæ nõ in hæreditatis petitione cadit,ſed pro illa actione propria negatoria videlicet,& confeſſoria agi debet,Iaſ.in d.§.actionum autem,num 232.in fin.

Hæredicq; etiam competit ad conſequendum res hæreditarias aduerſus quoſcunque poſſeſſores,ſiue vniuerſales, ſiue particulares,Iaſ.in l.vt inter diuinum,num.23. C.de ſacroſ.eccleſ. etiam contra quemcũque ſingularem rei ſucceſſorem. l licèt minimam.ff.de pet hæred.Pract.Pap.in form. lib.quo pet. hæred.ex teſta.in glo.j.nu.4.

Et ad rem petitio hæreditatis ſingularem datur, Rip. in l.j.§. quia autem,num.12.ff.quor legat.etiam contra debitores hęreditarios, ſi debiti reſpectu ſe hæredes eſſe contendunt. l. etiam. §.fi.ff.de pet.hæred.Iaſ.in §.actionum autem,num.228. Inſt.de act.Marant.in tract.de ord.iud.in 4.par.diſt.7.num.8.ſi debitor verò hæreditarius non contendit ſe hæredem eſſe, ſed aliã tantum cauſam allegat,per quam ſoluere negat,& tunc hac actione non conueniri poteſt.l.ſi debitor,& ibi Bart.ff.de pet.hęred. Aret.in d.§.actionum autem,nu.101.& Iaſ.nu.228.

635 Et † quando agitur contra debitorem reſpectu debiti hæreditarij tanquam contra iuris poſſeſſorem,aliæ interrogationes fieri debent, de quibus infra remiſſiuè Iaſon. in d. §. actionum autem num.299.

Et aduertat hæredis procurator,ad interrogandum reum,an velit contendere ſe eſſe hæredem, vel poſſeſſorem rei ſingularis,vel debiti:& ſi reſponderit,ꝙ ſic,actor tunc tutius illum hæreditatis petitione conuenire poterit:ſi verò negatiuè reſpondiderit,minimè reus conueniri poteſt,cum hæreditatis petitio non competit,niſi contra reum,qui pro hærede,vel pro poſſeſſore poſſidet,d.l.regulariter.d.l.hæreditatis, Rolan.conſi.1.nu. 10. lib. 1.ſed tunc reum actione reali, vel publiciana conuenire poterit, Pract. Pap. in form. lib. pro hæred.ab inteſt. in glo.j. numero nono.

636 Dixiq́ue,ꝙ † hæreditatis petitio tantum contra illum,q̃ pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſidet datur,Calcan.conſi.67.numero quinto,circa medium.ſed ego cenſeo,hanc concluſionẽ eſſe veram,ſi poſſeſſor dicit,ſe hæredem illius eſſe, cuius actor eſt, ſecus verò erit, ſi alterius erit: quia tunc hæreditatis petitio contra illum actori non competit,Ang conſi.229. nu.2.

637 Et pro † hærede poſſidere cenſetur ille, qui tanquam hæres poſſidet,cum in effectu verus hæres non ſit,licèt credat ſe hęredem eſſe,ſi non aliquam verò cauſam,vel iuſtum titulum allegat,& tunc pro poſſeſſore poſſidere cẽſetur. l.pro hærede. ff.de pet.hæred.Spec.in tit.de interrog.§.j.nu.2.Aret. in §.actionum autem,nu.100.verſi.quis dicatur,& Iaſ.nu.217.Inſt.de act.Alex. in l.quod vxor,numero primo.ff.de acq.poſſ.in l.j.num.2. C.de inoff.teſtam.

Et tribus modis quis pro hærede poſſidere poteſt, gl. in d.l.ꝑ hærede,Iaſ in l.j.nume.2.C.de inoff.teſtam.Rip.in l.j.nu.6.verſ. tribus.ff.quor.bon.

Immo pro poſſeſſore poſſidere cenſetur ille,qui allegat ſe ꝑ hęrede poſſidere, nullam autem cauſam de iure, vel de facto habet,credendi hæeditatem ad ſe pertinere: nam teſtamẽtum non allegat,in quo inſtitutus ſit,& ſi allegat, nullam de illo fidem facit,neque propinquitatem probat, taliter ꝙ ille cẽſetur prædo,& non tantùm tenetur ad res, quas poſſidet, ſed etiam ad illas,quas dolo poſſidere deſierit, vel de pretio, & de fructibus perceptis,& percipiendis, & de quibus veriſimiliter percipi poterunt, & de omnibus damnis, & intereſſe veri hæredis. l.ſed & ſi lege.§.quod autem ait,ut ibi Bart. & Caſtr poſt gl.ibi. ff de pet.hęred.& iuramento veri hæredis in litem cõtra reum conuentum ſtatur de prædictis omnibus & ſingulis vt ſuprà, præuia tamen taxatione deinde per iudicem fienda, Plot.in l.ſi quando,num.508.& nu.510.C.vnde vi.

Quæ concluſio de iure quoque procedit, ſi reus conuentus ſcit hæreditatem ſibi auferri poſſe;quia ſcit teſtamentum inofficioſum eſſe,vel ſe indignum, & incapacem, vel tacitã fidem teſtatori præſtitiſſe,de reſtituendo hæreditatẽ incapaci: ſi ergo his in caſibus hæreditatem adiuerit,in dolo, malaq; fide eſſet, & ideo prædo erit,etiam ante litem motam, & contra eum in litem iuratur de prædictis omnibus & ſingulis, ut ſuprà l.prædonis,vbi Caſtr.ff.de pet.hær.Plot.in d.l.ſi quando, nume.509. & hoc in caſu ſibi locum vendicat illa regula, videlicet, ꝙ parum enim refert,an quis dolosè ab initio verſatus ſit, an poſtea cœperit facere.l.ſed & ſi lege.§.ſed fructus.ff.de pet.hær.

638 Sed † ſi reus conuentus in iure,vel facto erraſſet: quia credidiſſet,teſtamentum rectum fuiſſe confectum,& mox inutile reperiatur,vel ſi alius agnatus deceſſiſſet,& putaſſet hęreditatem ſibi potius,quàm alio deferri,& hoc ante litem motam,ille nõ dicitur prædo,& error illum excuſaret.d.§.ſed & fructus, verſi. ſcire autem,ſed poſt litem motam bonæfidei & malęfidei poſſeſſor ęquiparantur,Scribentes communiter in l.j.C.de pet.hæred.Plot.in d.l.ſi quando.nu.514.

639 Et† ideo cauti aduocati ſemper in primis,antequam iudiciũ inchoetur,faciunt reum interrogare,an ipſe talem rem hæreditariã poſſideat,& quo titulo,& quamuis reus iudicio reali conuentus nõ ſuæ poſſeſſionis qualitatem dicere teneatur.l.in ſpeciali.ff.de rei vend.tamen ſecus eſt in petitione hęreditatis.l.cogi.C.de pet.hær.& ratio eſt in promptu;quia in hæreditatis petitione titulum habens non cogitur iudicium pati: meritò ne fruſtra contra illum procedatur,reus de titulo interrogandus eſt,cui interrogationi reſpondere debet Bal.in d.l.cogi,numero quinto,& ibi etiam Salyc.nu.3.Iaſ.in §.actionum autem,numero 224.Inſt.de act.

640 Et ſi † reus reſpondiderit ſe titulum neſcire, actori ſufficit,ut petitio hæreditatis ſibi cõtra reum competat,Aret. in d.§.actionum autem,ſub nu.101.

641 Vel † & ſi reus titulũ dicere noluerit, iudex illum tũc compellere poteſt,ad conteſtãdum litem:ſi poſt autem lite conteſtatam titulum allegaret,illudq; probaret,ſibi proderit,cum titulus poſt litem cõteſtatam opponi etiam poteſt, Bar.in d.l.cogi,nume.5.& ibi Doct.Io.de Am.conſi.118.nume.3. tamen ille tũc omnes expenſas litis actori reſarcire tenetur, ex quo actorẽ temerè defatigauit.Bal.in d.l.cogi,nu.11.& ibi etiam Ang. numero 6.Io.de Am.conſi.119.nume.4.in fi.& ſeq.non obſtante quicquid dixerit Salyc.in d.l.cogi,nu.7.

642 Et hoc † in iudicio petitionis hæreditatis quomodo interrogationes fieri debeant,vide Specul.in tit. de interrogat. §.j.nume.2.Bal.in d.l.cogi,nu.8.& ibi Scribentes,& conſ.325.& 326. lib.2.Aret in d.§.actionum autem,nu.101.& ibi etiam remiſſiuè Iaſ.nume.226.

643 Et ſi reus res† hęreditarias alienauerit,pretiumq; acceperit, ad quod conueniri poteſt:quia vna res in vniuerſalibus (vt in hæreditate) loco alterius ſuccedit.l.ſi rem & pretium. ff.de pet. hæred.Dominus meus Soc.Iunior conſi.19.nu.1.lib.2.& interrogatur,an rem hæreditariam poſſideat;ſi reſpondiderit, quòd non,& de mendacio conuincatur,an in translatione poſſeſſionis huius pretij puniatur,& glo.in l.ſi ff.de rei vend.dicit,ꝙ ſic. ſed ego puto id eſſe verum, ſi reus indefinitè interrogatus ſit, ſecus verò eſt,ſi de rebus particulariter tantum hæreditariis:qa tunc ad translationem huius pretij poſſeſſionis non punitur,& ideo bonum eſt,ꝙ interrogationes indefinitè, & non particulariter fiant,Bal.in d.l.cogi,num.12.& Salyc.nu.8.

644 Quid † ſi reus interrogatur,an totã rem poſſideat, & in poſſeſſione in parte,& non in toto mentiatur,an tota poſſeſſio,vel illa pars tantùm,in qua mentitus ſit,in actorem transferatur:& reor,illam tantùm partem in illum transferri,in qua mentitus ſit,

Source : BIU Cujas

ſit, Bald. in d. l. cogi, numero decimotertio, verſi. ſed pone.

645 Quid † ſi interrogationes ſint omiſſæ, & actor ſolum ꝓbat, ſe eſſe hæredem, & dictam rem per defunctum tempore eius mortis fuiſſe tentam, vel poſſeſſam: at reum dictam rem poſſidere non probaret, an obtinere actor poſſit, & prima fronte vi debatur dicendum ꝙ ſic: nam reus eſt in culpa, tolerādo litem ſecum conteſtari. In contrarium autem ſe habet communis Doct. opinio, tum quia reus non fuit interrogatus, meritò nihil eſt, ꝙ ſibi imputetur, tum quia litem per negationem cōteſtando, pariter ſe poſſidere negaſſe cenſetur, actori vtique eſt imputandum, cur paſſus ſit, litem conteſtari, meritò ſi reus abſoluitur, Bald. in d. l. cogi, numero 13. & ibi etiam Saly. nume. 8. verſi. quæro actor.

646 Verùm † ſi iudex actori propitius erit, poterit declarare, talem rem actori pertinere, & ſi deinde probabit reum dictam rem poſſidere, contra illum executio fieret, quare talis ſententia actori ſemper vtilis erit, Bald. in d. l. cogi. nu. 13. & ibi quoq; Saly. c. nume 9.

647 Et † ideo ſi ante litem conteſtatam reus rem hæreditariam non poſſideat, poſt litem autem conteſtatam reus tantùm poſſidere cęperit, iudicium valeret: nam reſtitutio in conſequentiam in hæreditatis petitione venit, & principaliter petitur, ꝙ actor hæres declaretur: reſtitutio autem iudicis officio fit, meritò ſi in petitione hæreditatis ſufficit, ꝙ reus poſt litem conteſtatam poſſidere inceperit, Rip. in l. prima, numero decimo. ff. quor bon.

648 Et † ſi hæreditatis poſſeſſor ſuo ex capite aliquam rem alienauerit hæreditariam, poſtquam hæreditatis petitione cōuentus ſit, nunquid hæc valeat alienatio, de iureq; ſuſtineatur? & dico, ꝙ non: nam in vniuerſali iudicio petitionis hæreditatis res per ſolam controuerſiæ mentionem litigioſa efficitur. l. diuus. in princ. & l. ſed & ſi lege. §. ſi ante litem. ff. de pet. hæred. Salyc. in l. j. nu. 5. C. de pet. hæred. Plot. in l. ſi quando, num. 512. C. vnd. vi, controuerſia ante litem motam, & extra iudicium proprie dicitur, d. §. ſi ante litem, Rip. in l. res iudicata. nume. 2. ff. de re iud. D meus Soc. Iun. conſi. 150. num. 12. & pluribus ſeq. lib. 1. & in iudicio vniuerſali id ſpeciale eſt ſecus verò eſt ī iudicio particulari. Saly. in l. j. nu. 5 C. de pet. hæred.

649 Si † ſine autem iudice res tempore perituras alienauerit, ut puta fructus, & ſimilia, & de reſtituendo pretium illarum ſatisfecerit alienatio valebit, aliàs ſecus erit, d. l. diuus, in princip & ibi Caſt. Aret. in §. actionum autem. nume. 103. & ibi etiam Iaſ. num. 231. inſt. de act.

650 † Vel & cū cauſæ cognitione, iudicisq; licentia res & quoq; nō tempore perituras alienare poterit, quę cauſę cognitio verſatur, ſi aliquid neceſſarium ad funus impendi debeat, vel ſi ciboria familiæ hæreditatis neceſſaria ſint, vel ſi pignus à creditore diſtraheretur, ſi intra diem non luatur; nam tunc in his caſib. alienatio à iudice ꝓmittitur, ſi iudici ęquum videbit. d. l. diuus, vbi Ang. nu. 2. & idem Ang in l. item veniunt, nu. j. ff. de pet. hęred. & in d. §. actionum autem. nume. 103. & Iaſ. nu. 231 Cępol. cant. 190. & in his quoque caſibus, nuda ſufficit cautio. d. l. diuus. vbi Caſtr.

651 Verùm † ſi præter caſus limitatos vt ſupra, quis hæreditatem ſcienter litigioſam emerit, contra emptorem hæreditatis petitio datur: quia talis titulus pro non titulo habetur, & ſibi non prodeſt: immo ſi emptor hæreditatis petitione conueniatur, ad omnes quoque fructus tam ante litem cōteſtatam, q̄ etiam ex poſt perceptos tenetur, text. eſt clarus in l. ſi poſt motam. & ibi Bar. Bald. Salyc. & cæteri Scribentes. C. de pet. hæred Io. de Am. conſi. 54. num. 6. & ſi in dicta re empta plantaret, & ędificaret, omne id Domino cederet. §. & ex diuerſo, inſt. de rer. diuiſ. Io. de Am. conſi. 54. num. 10.

652 Et ſi † malęfidei poſſeſſor rem hæreditariam alienaret, ſiue ante litem motam, ſiue poſt, non tantum ad rei reſtitutionem condemnabitur, ſed quoque ad intereſſe veri hæredis, ſimul cū fructibus perceptis, & percipiendis. l. ſed & ſi lege. §. ſi ante litē. ff. de pet. hæred. glo. eſt magna in fine l. ſequitur. § fructus. ff. de vſucap. Salyc. in l. certum. ſub nu. 4. C. de rei vend. immo in litē contra illum iuratur ſi hæreditatis petitione conueniatur. multo igitur magis, ſi poſt litem conteſtatam, vel litem motam huiuſmodi alienationem fecerit, Plot. in l. ſi quando, num. 512. C. vnd. vi. idem quoque erit, ſi rem communem alienaret, ſciens partem rei alterius eſſe, Plot. in d. l. ſi quando num. 517.

653 Si † emptor autem ignoraſſet, litem ſuper re empta ob temporis antiquitatem motam fuiſſe, & ita liquidò probaret, tunc ad fructuum reſtitutionem non tenetur, niſi à die conteſtationis litis, vel à die controuerſię motæ. d. l. ſi poſt motam. § j & ibi not. per gl. & ſi rem ignoranter alienatam emerit, & melioramenta bona fide neceſſaria in re ita empta fecerit, dico, ꝙ indiſtinctè dicta melioramenta per modum excipiendi recuperabit, Caſtr. conſi. 94. col. 2. verſi. quantum verò ad melioramēta, lib. 2 in nouis. Neguſ. in tract. de pign. in quarto membro, quintæ par. nume. 19. Boer. deciſ. 44. ſub nu. 24.

654 Et † inter bonam aliquando ac malam fidem datur mediū videlicet nō bona fides, nec mala, neq; in totum ſibi locū vendicat effectus bonæfidei, neque etiam malæfidei: & tunc ſurgit concluſio clara, ꝙ fructus reſtitui debent illi, qui extant, vel ſi conſumpti ſunt, quatenus locupletior ſit effectus. Felyn. in c. de quarta, ſub nu. 31. de præſcrip. Alex. in l. iuſte poſſidet, nu. 21. ff. de acquir. poſſ. Pariſ. conſi. 100. nume. 34. lib. j. D. meus Soc. Iun. conſi. 150. nu. 19. & ſeq. lib. j. nam error facti, vel iuris conuentū à malafide excuſat hęreditatem poſſidentem, & per cōſequens à fructibus percipiendis. l. ſed & ſi lege. §. ſed fructus, verſi. ſcire autem. ff. de pet. hæred.

655 Quam † concluſionem puto eſſe veram, & procedere, ante litis conteſtationem: poſt litem autem cōteſtatam, vel motam minime; nā omnes poſſeſſores abinde ſunt pares, & quaſi prædones de fructibus perceptis, percipiendisq;, & ad omne intereſſe tenentur, d. l. ſed & ſi lege. §. ſi ante litem, & ibi docto. & in l. j. C. de pet. hæred. Iaſ. in d. §. actionum autem, nume. 234. & ſic poſt litem motam bonæfidei poſſeſſor a malafidei non differt. d. §. ſi ante litem, d. l. j. l. certum. C. de rei vend.

656 Bene autem verum eſt, ꝙ † ante litem conteſtatam, vel metam bonæfidei poſſeſſor nō ita tenetur: quia fructus ſuos facit. l. quæſitum, in fi. l. bonæfidei. ff. de acquiren. re. dom. niſi fructus extant, vel quatenus locupletior effectus fuerit. l. j. & ibi doct. C. de pet. hæred. l. ſi & rem & pretium. ff. eo titu. l. certum. C. de rei vend. Ang. in l. item veniunt. §. fructus. nume. 2. ff. de pet. hæred. Pract. Pap. in forma lib. quo pet. hæred. ex teſta. in gl. ꝑdictionibus. nu. 4. Dec. conſi. 282. nu. 5. & hoc eſt propter ęquitatem. l. ſi me & Titium. ff. ſi cert. pet. & hæc eſt communis docto. opinio, vt per Alexandrum in l. in inſulam. §. fructus. nume. 6. verſi. ſed Bar. ff. ſol. mat. ſecutam à D. meo Soc. Iun. conſi. 150. nume. 21. & numero 37. lib. j.

Quæ opinio in iudicio vniuerſali eſt ęquiſſima, prout eſt in hæreditatis petitione: ſecus verò eſt in iudicio particulari ſecundùm crebriorem doct. opinionem, à qua in iudicando, & conſulendo non eſt recedendum, vt per Curt. Sen. conſi. 71. col. 9. verſi. & poſito, nam in iudicio vniuerſali illa commoditas, quę ex fructuum cōſumptione percipitur, loco rei & loco fructuū ſuccedit. l. ſi rem & pretium. ff. de pet. hæred. in ſingulari autem iudicio minime. Bal. in l. ſi poſt. nu. 2. C. de pet. hære. & in l. & ex diuerſo. nu. 2. ff. de rei vend.

657 Et † an locupletior effectus fuerit, tempus rei iudicandæ inſpicitur. l. ſi à non domino. §. quo tempore. ff. de pet. hæred glo. eſt ī d. l. j. in verbo, Locupletiores, & ibi Saly. nu. 6. in fi. l. fructus. ff. de rei vend. & præcipuè quando eſt cauſa moderandi condemnationem, ſecus verò erit, ſi cauſa eſſet actionem concedendi, nam hoc in ſecundo caſu tempus litis conteſtatæ inſpicitur. Bar. in d. §. quo tempore, nu. 2.

658 Et † nonnulli exiſtimauere, illum cum illis locupletaſſe præſumi, niſi ipſe probaret, ſe illos in mala parte cōſumpſiſſe, Ang. in l. vtrum, nu. 4. ff. de petit. hæred. Dominus meus Socin. Iunio. conſi. 150. nu. 38. & ſeq. lib. 1.

Alii autem contrarium cenſuere, ꝙ immo in dubio ille non præſumatur ſe locupletiorem effectum fuiſſe, niſi id perſpicuè conſtet, Felyn. in c. de quarta, ſub num. 31. de præſcrip. Curt. Sen. conſ. 71. nu. 11. non obſtante quicquid dixerit Ang. in d. l. vtrū, vt tradit Curt. Iun. conſi. 6. nu. 26. in fi. & conſi. 28. numero 14. verſi. poſtremo.

Quæ concluſio mihi de iure videtur veriſſima: nam nonnere do, ꝙ ſufficiat probare reum fructus in ſuos vſus conuertiſſe; ad probandum illum locupletiorem effectum fuiſſe, cum poſſit eſſe, ꝙ ſplendidius vixerit, quàm efficere debebat, & hac rōne fructus conſumpſerit, & ideo procurator hęredis in actu practico cautus eſſe debet, vt articulet & probet, poſſeſſorem bonæfidei fructibus conſumptis locupletiorem fuiſſe factum, & ſpeciem locupletionis articulare, & probare debet, Curtius Sen. conſi. 71. numero 11. Cagn. in l. ex pœnalibus, numero tertio, & ſeq. ff. de reg. iur.

659 Sed ego puto animaduertendum eſſe, † ad illam propoſitionem communiter receptam, quæ eſt, ꝙ poſt litem cōteſtatam poſſeſſor bonæfidei à malęfidei non differat, ſed ante litem cōteſtatam tantùm, contra hanc concluſionem inſurgebat tex. in l. hæres furioſi. §. fructuum. ff. de pet. hæred. qui tex. totum dictæ propoſitioni contrarium annuere videbatur, ex eo quia ille tex. litteraliter intellectus dicit, ꝙ poſt hæreditatem petitā vſuræ fructuum perceptorum non præſtantur (intellige venditorum, vel conſumptorum ſecundùm Salyc. in l. prima, colum. fin. in fi. C. de pet. hæred.) ſed ante litem conteſtatam tantùm, vt ibi ille tex. dicit.

Quæ enim elocutio, quātum iuri naturali abhorreat, nemo eſt, qui ventriculos cerebri ad reuerſum nō habeat, quin illam diiudicet, & cognoſcat, cum litis conteſtatio eo in caſu actori magis noceret, quàm econtra, ſi dic. §. fructuum, eo modo intelligatur, vt ſuprà dixi, contra l. ſolet. ff. de reg. iur. & ibi Cagn. igitur &c.

Gloſſa-

Source : BIU Cujas

Glossatores autem in d.§.fructuum,& etiam in l.j. in verbo, Vsuras,in fi.& ibi etiam Salyc. post Doct.num. sexto. C.de pet. hæred.enixi fuere d.§.fructuum,enucleare, pluresq; responsiones,sed non veras ei attulerunt,& ipsi satis intricatè, obscure, perplexeque loquuti fuere, & contra rationem naturalem,ita ꝙ ex illorum dictis nihil ferè boni (meo quidem iudicio) colligi potest.

Et pro intelligentia,ac responsione,d.§.fructuum, omnibus ferè durissimi,& non sine quare, Bart.prætermisit.d.§.fructuũ, commentare,qui Bar.post Accursium clauis, lucernaq; veritatis omniumque iurium fuit,& omnia ferè iura commentauit, præter hunc §.fructuum, satis perdifficilem,& scabrosum, maleque à Doctoribus intellectum,qui declaratione magis, q̃ alia iura indigebat.

Verùm quicquid sit,censeo,ꝙ dic.§.fructuum,sit hoc modo intelligendus,vt infrà videlicet,præmisso igitur hoc,ꝙ Papinianus Iurisc̃onsultus ibi proculdubio de bonæfidei possessore tantùm loquitur,semp,& continuatiuè, vt ibi omnes quoq; Doc. fatentur,quo præmisso ita emanato,dico, ꝙ post hæreditatem petitam vsuræ fructuum perceptorum, videlicèt ante litẽ contestatam à bonæfidei possessore non præstantur:nam nõ intelligere possumus, post litem motam vsuras etiam à bonæfidei possessore non prẽstari,cum (vt dixi) post litem contestatam, vel motam possessor bonæfidei, & malęfidei ęquiparantur.d.§. si ante litem, Scribentes communiter in l.j. C. de pet. hæred.si equiparantur, adęquatio in omnibus, & per omnia fit,ut per Doc.in l.j ff.de leg 1 sicuti igitur malæfidei possessor ad vsuras, & ad fructus post litem contestatam percipiendos tenetur,vt p Doct.in l.1.C.de petit.hæred.ergo & bonæfidei.d.§.si ante litẽ, ergo non debemus intelligere,ibi,in d.§.fructuum,ꝙ vsuræ fructuum à bonæfidei possessore post litem contestatã perceptorum non præstentur:quia malè & perperam loqueretur,cõtra
660 iura perspicacissima præallegata, † & correctio dictarũ legum nasceretur,quæ oĩno est euitanda, Ias. post Scribentes in auct. quas actiones num.2 .C.de sacrosc.eccles.Alex.cons.25. nu.13. lib.5.D.meus Soc.Iun consi.131.nu.27. lib.1. quare intelligere debemus.d.§ fructuum, hoc modo, ꝙ licèt vsuræ fructuũ ante litem motam perceptorum bonæfidei possessori ab actore petantur, non tamen præstantur.

Verùm quoniam contra hanc intelligentiam obiectio fieri poterat,arguendo hoc modo: nam sicuti omne augumentum hæreditarium in hæreditatis petitione venit. l.item veniunt. §. item non solùm ff.de pet. hæred.& quatenus fructus extant,& si non extant,effectus fuerit locupletior bonæfidei possessor illos,vel illud lucrum actori restituere tenetur.l.1. C. de petitione hæredit cur ergo & quoque non ita sit dicendum de vsuris fructuum perceptorum ante litem motam.

Papinianus autem compilator d.§.fructuum, hanc aduertẽs obiectionem,ibi respondidit pulchrè,& bene,allegans diuersitatis rationem à præcedenti casu subesse: nam hoc in secundo casu honestum est,& iuri,ęquitatiq; cõuenit, ꝙ bonæfidei possessor hæreditatis augumentum actori illud petenti restituat: nam effectus fuit locupletior ex eo:quia hæreditas fuit aucta il-
661 laq; auctio hæredi accrescit.d.§.item nõ solùm,† & ęquum est neminem fieri locupletiorem cum alterius detrimento.l.nam hoc natura.ff.de cõd. indeb. & bonæfidei possessor non in hoc aliquod damnum sustinet,prout est,si condemnatur ad vsuras fructuum perceptorum ante litem motam, vel contestatam, ad quas minimè tenetur,l.prima.C.de pet. hæred. quare igitur Papinianus ibi in dict.§. fructuum,hoc in primo casu decidit, ꝙ vsuræ fructuum perceptorum ante litem motam à bonæfidei possessore non præstãtur,& ibi deinde dixit, diuersa ratio illorum est, qui fructus perceperunt, cum eisq; hæreditatem ante actionem hæreditatis illatam auxerunt,& illa dictio, E-, ante illud verbum,Auxerunt,est intelligenda,secundùm quoque Salyc.in d.l.j.numero sexto,versi.restat,& tunc: nam & si illa eorum fructuum augumentatio in hæreditate etiam ante litem motam (ea existente) veniat,hærediq; accrescat,non tamen sic debet esse de vsuris fructuum perceptorum ante litẽ motam, cum nec de fructibus percipiendis ante litem contestatam bonæfidei possessor tenetur,ergo nec de vsuris,d.l.1.in fine.

Sensus igitur,verusq; spiritus.d.§. fructuum,hoc modo breuiter succincteq; sumendus est,vt infrà videlicèt,ꝙ licèt vsuræ fructuum ante litem motam perceptorũ ab actore bonæfidei possessori petantur,& hanc tantum petitionem fecit, postquã hæreditatem petiit,non tamen præstantur, ꝙ non sic est de fructibus ante litem motam perceptis,qui hæreditatem auxerunt: nam illud augumentum simul cum hæreditate restituere tenetur,ratione vt suprà per me præallegata.

Et hęc est mera,vera intelligentia,puraq; anima d.§.fructuũ, qui si alio modo intelligeretur,aliis omnino iuribus repugna-
662 ret,† quæ contrarietas distinctione est remouenda, si fieri potest, prout in qualibet fit dispositione, Ang. in l.item veniunt. §.cæterùm.in fi.ff.de petit.hæred.Cagnol.in i.vbi repugnantia. nu.4.ff.de reg iur.

663 Et tanto fortiùs,† vt legum correctio euitetur,quæ omnino ꝙ est euitanda, ut per Scribentes in auct. quas actiones. C. de sacrosan. eccl.& per Dominum meum Socinum Iun. consi.131 num.27.lib.1.cum correctio tot iurium in contrarium præallegatorum non præsumitur.l.præcipimus.C.de app. nam priores leges à posterioribus interpretationem recipiunt, & econtra, nisi sibi sint adinuicem contrariæ;nam tunc priores per posteriores tolluntur.l.nõ est nouum, cum duabus legibus seq. ff de legi.cum ergo ita sit,necesse est,ꝙ tex.in d.§.fructuum,eo modo vt suprà dixi intelligatur, cum alia iura ita sint apertissima. d.l.1.& d.§.si ante litem,à quibus limitationem & declarationẽ recipere debet,& quia l.1.C.de pet. hæred. est posterior d. § fructuum meritò cogimur fateri,illi § fructuum,fuisse per d.l. primam derogatũ.l.sed & posteriores.ff.de legi. igitur &c. & ideo ex his concludo, intellectum per me d. §. fructuum, illatum de iure esse verissimum,& amplectendum.

664 Bonæfidei possessor † si rem hæreditariam alienauerit,& pretium receperit,vel rem permutauerit;tunc non in actoris facultate erit hac hæreditatis petitione ad pretiũ, vel ad ipsam rem hæreditatiam agere,cum bonæfidei possessor hac tãtum actione conueniri potest ad rem, quam pro re hæreditaria habuit, & nõ ad ipsam rem hæreditariam. Aretin. in §. actionum antẽ. nu.102.Inst.de act.D.meus Soc.Iun.consi.19. num.1. lib.2 & si non pretium habuit,sufficit actionis actori cedere. l.si quid possessor.§.bonæfidei. ff. de pet. hær. immo bonæfidei possessor ad pretium receptum iam consumptum non tenetur, nisi quatenus locupletior sit factus.l.vtrum.ff.de pet.hæred.

665 Et † si rem hæreditariam vendiderit,& ex eodem pretio aliã rem emerit,non ad dictam rem emptam,sed ad pretiũ tantum hac actione illum conuenire poterit.l.sed & si lege.§. itẽ si rem distraxit.ff.de pet.hæred Alexand.cons.186.sub numero sexto, libro quinto.

666 Et † si possessor bonæfidei rẽ hæreditariam deinde redemerit,ab actore non conueniri potest, nisi ad rem & non ad pretium,& si aliquid eius occasione accessit, lucrũ illud simul cũ re restituere tenetur.l.si & rem & pretium,& ibi Castr.ff.de pet. hæred.bene autem fateor,ꝙ si rem alienatam non redemerit, in actoris facultate erit,rei vendicatione agere contra emptorem,vel contra venditorem ad pretium petitione hæreditatis, quatenus locupletior sit factus, & quatenus venditor teneri possit,D.meus Soc.Iun consi.19.nu.2.lib.2.

667 Et illa regula quæ dicit,ꝙ † vna res loco alterius succedat,in vniuersalibus iudiciis sibi locum vendicat,ut in hæreditatis petitione est l.si rem & pretium.ff.de petitione hære. Ang.in l.itẽ veniunt,num.1.ff.de pet.hæred.secus verò est in rei vendicatione:nam in illa vna res non alterius loco surrogatur.Alex.cõsi. 186.num.4.& nu.6.lib.5.

668 Si possessor † autem bonæfidei rem aliquam hæreditariam consumeret, quæro an teneatur, si mox à verò hærede conueniatur,tu distingue,& dic,aut ex re consumpta ille, qui rem cõsumpsit, non fit locupletior, & tunc res consumpta pro parte ad damnum consumantis cedit, & pro parte ad damnum veri hæredis.l.sed & si lege.§.adeo.vbi glo.& Doct ff.de pet.hæred.si autem ex dicta re consumpta locupletior factus sit, tunc ad rei ęstimationem consumptor tenetur, Dominus meus Soc. Iun. consi.150.num 36.& seq lib.1.si autem in malafide esset,omnino tenetur:quia rem consumere non debebat, de qua sciebat controuersiam fieri,& ad alium pertinere,D.meus Socin. Iun. consi.150.nu.35 lib.1.

669 Et si † quis bonafide expensas funerales fecerit,si deinde cõdemnabitur hæreditatem restituere,deducet sumptus, quos se in funeralibus defuncti exequiis feciisse probat. l.in restituẽda, & ibi Doct.C.de pet. hæred. nã deductis expensis hæreditas est, Durant.in tract.de art.test.tit.6.caut.42.num. 4. quia etiam fructus dicuntur illi,qui deductis impensis,& oneribus remanent. l.fructus.ff sol. matr. Dominus meus Cęph.cons.290. nume.16. idem dicitur de pecuniis hæreditariis quoque creditoribus solutis, quæ deducuntur. l.de hæreditate. C. de petit. hæred.l.ꝙ si possessor, & ibi Bar.ff.de pet.hæred.

670 Et † expensas quoque bonæfidei possessor deducet, quæ in proxenetis,bannitoribusq; fiunt causa rem hæreditariã subhastandi,occasione soluendi creditores hæreditarios, Boer.decis. 44.num.26.versi quinimmo.

671 Quæ † conclusio etiam locum vendicat,si fuerit & sit malęfidei possessor,dummodo in eius animo destinauit, vt solutio commodo veri hæredis sit.Boer.decis.44. sub nu.14. ubi asserit hanc esse ęquiorem,crebrioremq; Doct. opinionem.

672 Et † de his expensis & solutionib.non simplici dicentis verbo se expendisse creditur,sed illas omnino probare debet, Paris consi.33.num.51.libro primo,cum expensæ non præsumantur factæ,nisi probentur,Bart.in l.si quid possessor, col.1.in fi.ff. de pet.hæred.Ang.in d.l.restituenda,num.3. Corn. consilio 36. num.6.libro 2.

Saltemque coniecturalis probatio verisimilisq; arbitrio boni viri requiritur,Bald.in d.l.in restituenda,nu.1.versi.secundò not.

not. & Salyc. ibi dicit, ꝙ expenſæ per ſoluentis ſacramentū probantur, ſi arbitrio boni viri veriſimiles ſint. Ego autem puto id eſſe verum in expenſis paruis, ſecus verò eſt in magnis, quæ per ſcripturas, vel per teſtes, vel alio legitimo modo probādæ ſunt, Boer. deciſ. 44. ſub nu. 25.

673 Et ſi † expenſæ probantur, tunc de ſuis propriis pecuniis ſolutæ præſumuntur, meritò, ſi per eum deducantur. Bal. in d. l. in reſtituenda, in 2. not.

674 Et ſi † quis rebus in hæreditariis melioramenta bonafide effecerit, an ſibi per retentionis viam conſulitur, antequam hæreditatem reſtituat, dic, ꝙ quandoque ius excipiēdi conceditur, quandoque ius agendi ad ęſtimationem expenſarum, & qſiq; poteſtas eximendi, tollendiq;, quandoque nulla prædictorum facultas datur. & ideo cōſiderandæ ſunt expenſæ, melioramenta q; factæ & facta, an volū tariæ fuerint & ad ornatum tantùm factæ, an neceſſariæ, vel vtiles, Pariſ. conſi. 33. nu. 53. & ſeq. lib. 1. & conſi. 55. nu. 24. lib. 3.

675 Et † quæ expenſæ ſint neceſſariæ, & quæ vtiles, & quæ voluptariæ ad ornatum tantùm factæ tex. eſt qui hoc declarat, in l. impenſæ, & ibi Alc. ff. de verb. ſig. Caſtr. conſil. 377. nu. 1. lib. 1. Pariſ. conſi. 33. nu. 55. lib. 1. & quando melioramenta tollere poſſit, declarat Caſt. d. conſi. 377. num. 1. tex. eſt in l. fundo. ff. de rei vend. Alciat. in d. l. impenſæ.

676 Et † eſt in actoris facultate, ꝙ ędificatum tollatur, vel ſoluendi expenſas, quas in dicta melioratione bonæfidei poſſeſſor fecit. d. l. in fundo. Iaſ. in l. fi. nume. 29. C. de iur. emphyt. Alciat. in d. l. impenſæ. in verbo, Vtiles, circa medium. Iulius Clarus in §. feudum. q. 88. dummodo res ſit deterior, quàm ſi ab initio non ędificatum foret, dicta l. in fundo, Alciat. in loco proximè allegato vt ſuprà.

677 Et ſi Dominus † rei eliget ęſtimationem melioramentorum ſoluere non ſit ęſtimanda, prout ędificium integrum, incorruptumq; valet, ſed prout rudera valent ab ędificio ſeparata, Iaſ. in d. l. fin. num. 29. ſecundùm communem Doctorum opinionem, vt per Beroum quæſt. ſuis famil. q. 96. nume. 4. verſi. ſi verò feudum, ſed Iulius Clarus in §. feudum. q. 88. dicit, ꝙ opinio cōtraria eſt ęquior, & ꝙ ab illa in iudicando nō recederet, & æſtimatio non fit, prout vendi poterat, ſed potius, prout in eo aliàs fuit expenſum, Iaſ. in l. j. § ſi hæres percepto, nume. 10. ff. ad Trebell. dummodo (vt dixi) melioramenta tempore reſtitutionis non ſint deteriorata, vt puta ſi centum in melioramentis expēdidit, & tempore reſtitutionis melioramenta, niſi in quinquaginta reperiantur, tunc niſi quinquaginta non debentur, Neguſ. in tract. de pign. in quarto memb. quintæ par. nu. 16. Boer. deciſ. 44. ſub nume. 25. ergo vt melioramentorum expenſæ debeantur, non ſufficit tantum fuiſſe impenſum, niſi & quoq; res meliorata ſit, & hæc duo copulatiuè requiruntur, ꝙ ſit impenſum, & res ſit meliorata. quarè ſis cautus in articulando expenſas, & illas probando, vt concludas tam circa expenſarum quantitatem, tam & quoq; circa rei melioratione, deducendo ꝙ in tārum res propter expenſas pretioſior eſt, quàm ante eſſet, aliàs nō obtineres, Neguſan. in tract. de pign. in quarto memb. quintę part. numero duodecimo.

678 Et † expenſæ quæ fiunt in deboſcando, & terras arando, non reficiendæ ſunt: ſi verò in plantandis vitib. vel arboribus factæ ſint, ſi arbores ſint fructiferæ, vt vites, poma, & ſimiles, & tunc reficiuntur, Neguſ. in loco proximè allegato vt ſuprà, faciendo ęſtimationem eo modo vt prædixi: ſecus verò erit, ſi plantator maleſidei poſſeſſor extitiſſet, & eſſet: quia ſi plantaret, illud domino rei cederet, Io. de Am. conſi. 54. nu. 6.

679 Et ſi † tanquam negotiorum geſtor expenſas fecerit, eas ſine leſione prioris ſtatus rei deducet, ſi neceſſariæ fuerint, & illas iudicis officio repetet. l. domum. C. de rei vend. Alc. in d. l. impenſæ, in verbo, vtiles, in fi.

680 Et † bonæfidei poſſeſſor pro expenſis neceſſarijs in rē factis, ipſam rem quoque retinere poterit, donec melioramenta neceſſaria ſibi ſoluta fuerint, arg. l. in fundo. ff. de rei vend. Cornel. conſi. 147. num. 18. lib. 2. Alex. conſi. 154. num 4. in fi. lib. 6. Pariſ. conſi. 55. nu. 24. lib. 3. Boer. deciſ. 44. nu. 24. Cagn. latè in l. 2. numero 153. & ſeq. C. de reſcind. vend.

681 Bene † autem fateor, ꝙ illa melioramenta cum fructibus p illum perceptis compenſantur, etiam ſi melioramenta fuerint neceſſaria, prout eſt in hærede putatiuo, qui expēſas feciſſet circa rei reparationem, ſiue in faciendo de nouo, ſiue in ſoluendo debita, & hoc per textum l. ſumptus l. emptor. ff. de rei vend. gl. eſt in l. certum, in verbo, extantes. C. de rei vend. & ibi etiam Salyc. nu. 3. in fi. Ang. in d. l. ſumptus. Alex. conſi. 154. num. 5. lib. 6. Neguſ. in tract. de pign. in 4. memb. quintæ par. nume. 12. & ſeq. Boer. deciſ. 44 nu. 15. & ſeq.

Et quamuis dicta iura in rei vendicatione loquantur, tamen ex rationis identitate ſibi locum in petitione hęreditatis vendicant. D. meus Soc. Iun. conſi. 150. nu. 31. & ſeq. lib. j. nam quādo bonæfidei poſſeſſor ex re aliena reſpectu poſſeſſionis tantum fructus perceperit, illi tunc ita percepti cū melioramentis compenſantur, Ang. in d. l. emptor, num. j. prout & in paraphernalibus quoque fit: nam expenſæ, † quæ per maritum in rebus paraphernalibus fiunt, cum fructibus per eum perceptis compenſantur. Io. de Am. conſil. 54. nume. 5. & ſeq. Berous quæſt. ſuis famil. quæſt. 22.

683 Et † ita quilibet Dominus, qui ad rem & ad fructus tempore melioratiōnis agere poteſt, compenſare debet fructus cum melioramentis, quatenus melioramenta fuerint facta, Alex. conſi. 154. nu. 5. lib. 6. Neguſ. in d. tract. in 4. memb. quintæ par. nu. 12. & ſeq. Boerius deciſ. 44. nume. 20. & 24. circa medium, Berous d. quæſt. 22. num. 2. & ſeq. nam ſicuti ex ęquitate fructus ob bonam fidem bonæfidei poſſeſſori conceduntur, ita ex eadē ęquitate in expenſis melioramentorum imputari debent, Neguſ. in loco allegato vt ſuprà nu. 13. in fi.

684 Secus † verò eſt, ſi bonæfidei poſſeſſor fructus ex re ſua percepiſſet, quæ in tempus reſtituenda erat, non tunc fructus cū melioramentis computantur, Bald. in l. emptor. propè fin. ff. de rei vend. Caſtr. conſ. 94. col. 2. verſi. quantum verò ad melioramenta, lib. 2. Alex. in l. in inſulam. § fructus. nu. 6. verſi. vltimo. ff. ſoluto matrim. Curt. Iunior conſi. 6. ſub nume. 27. Pariſ. conſi. 33. nume. 53. & ſeq. lib. j. ita hanc quoque diſtinctionem ſequūtur Alexan. Neguſ. Boer. Bero. in locis prælegatis vt ſuprà, ratioq; in promptu eſt, nam viuente grauato fructus percepti erāt ſui: meritò, ſi melioramenta per illum in re neceſſaria facta non cum fructibus per illum perceptis compenſantur, Caſtren. dicto conſi. 94. col. 2. uerſi. quantum ad id, Boerius deciſ. 44. nu. 21. & alii Doctores prælegati vt ſuprà.

685 Et hac ratione videmus, ꝙ † melioramenta per emphyteutam ī re eccleſiaſtica facta, ſi res emphyteutica per lineam finitam ad eccleſiam reuerterit, & non propter eius culpam, vel non dolum, vel propter canonem non ſolutum, dico, ꝙ illa melioramenta hæredibus & quoque extraneis ipſius emhpyteutæ mortui debentur, Bald. in l. emptor, in fin. ff. de rei vend. Iaſ. in l. fi. nume 27. C. de iur. emph. Dec. cōſil. 518. Iulius Clarus in tract. ſuis in §. emphyteuſis, nu. 45. & in §. feudum, quæſt. 88. Berous quæſt. ſuis famil. q. 96. nu. 4. verſi. ſi verò feudum, niſi pactum inter emphyteutam & dominum in contrarium extaret, quia illud valeret, & ſeruaretur, Iaſ. in d. l. fi. num. 28. tamen ſi pactum nō extaret, melioramenta debentur, & tunc quoq; cōpenſatio non fit cum fructibus per emphyteutam perceptis, Bald. in d. l. emptor. Iaſ. in dic. l. fin. numero 52. Neguſ. in d. tract. in quarto membro, quintæ par. nume. 14. Boer. deciſ. 44. numero 19. in fin.

Quæ concluſio etiā ampliatur, ſi melioramenta per emphyteutam de fructibus rei emphyteuticæ facta ſint, quoniam illa melioramenta non cum fructibus per eum perceptis computantur, ſed per eius hæredem deducuntur, & ſibi per retētionis remedium conſulitur, Pariſius conſilio 55. numero 23. & ſeq. libro tertio.

686 Idem † quoque dicitur de expenſis neceſſariis per maritum in rebus dotalibus factis, quæ dotem minuunt, dummodo non modicæ ſint, Afflic. deciſ. 359. nume. 2. & ratio eſt in promptu; nam matrimonio durante fructus rei dotalis mariti ſunt. l. pro oneribus. C. de iure dotium. meritò, ſi illi fructus cum meliorāmentis non cōpenſantur, Neguſ. in dicto tract. in quarto membro, quintæ par. num. 13. immo, ſi maritus rebus in dotalibus expenſas fecerit neceſſarias, & ſoluto matrimonio vxor in mora ſit expenſas hæredibus mariti ſoluendi, illos fructus ſuos faceret, ad melioramentorum portionem reſpicientes. Neguſ. in dicto tract. in 4. membro, quintæ par. nu. 10. in fi. vbi dicit hanc opinionem eſſe veram, & ꝙ illam Florentiæ ſeruari vidit.

Quam concluſionem reor eſſe veram, ſi expenſæ vtilitatem perpetuam rei dotalis reſpiciāt, & magnæ ſint: ſecus verò erit, ſi non perpetuam afferant vtilitatem, vel modicæ ſint: nā hoc in ſecundo caſu maritus illas non deducet, ſed cum fructibus perceptis compenſabit. Alc. in d. l. impēſæ, in verbo, neceſſariæ, in fi. Boer. deciſ. 44. ſub nu. 25. & in hoc iudicis officium reſidet, Pariſius conſi. 33. nu. 56. lib. j.

687 Et † qui habet expenſas de fructibus deducere, pretium operarum ſuarum detrahere poterit, quas in fructibus quærendis poſuit, Boer deciſ. 44. nu. 23. verſi. & ideo.

688 Ex his † ergo reſultat concluſio clara, ꝙ bonæfidei poſſeſſor, prout eſt hæres putatiuus, qui tantum reſpectu poſſeſſionis fructus ex re aliena perceperit; tunc melioramenta cum fructibus compenſabit: ſecus verò ſi ex re ſua perceperit, quæ in tempus erant reſtituenda, hoc in ſecundo caſu melioramenta cum fructibus perceptis non compēſantur, ſecundùm crebriorē Doc. opinionem prælegatam, Alexand. d. conſi. 554. nume. 5. Curt. Iun. conſi. ſexto, ſub numero 27. D. meus Soc. Iun. conſilio 150. numero 31. & ſeq. lib. primo Neguſ. in d. tract. in 4 memb. quintæ par. nume. 12. & ſeq. Boer. deciſ. 44. num. 15. Berous quæſt. ſuis famil. q. 22. num. 4.

689 Verùm licèt † hæc ſit magis communis Doct. opinio, videlicet, ꝙ bonęfidei poſſeſſor, qui reſpectu tantùm poſſeſſionis fructus ex re aliena percepit, teneatur melioramenta cum fructibus perceptis compenſare, vt perpenditur, ex auctoritatibus

præal-

Source : BIU Cujas

prælegatis:tamen ſi tu contrariam de iure opinionem ſuſtinere volueris,& illam ſequi,ſic argumentari poteris,& dicere, quòd bonæfidei poſſeſſor fructus ante litem motam ſuos facit. l.quæſitum in fi.l.bonæfidei.ff.de acquir.rer.dom. Caſtr. conſi. 94.col.2.verſi.præterea.lib.2.in nouis,niſi fructus extent, l.certum.C.de rei vend.& ibi Salyc.num.3. vel niſi propter illos locupletior effectus ſit.d.l.certum l.ſi rem & pretium.ff.de pet.hæred.l.j.& ibi doct.C.eo.tit.ſed ſic eſt, ſequitur concluſio clara, ꝙ præter duos caſus limitatos,fructus reſtituere nō tenetur, ergo non tenetur melioramenta cum fructibus perceptis compenſare,aliàs ſi velimus tex.in d.l.ſumptus,& in dic. l.emptor,in his quoq; terminis loqui,ſequeretur id abſurdum & inconueniēs, ꝙ priores leges tollerent poſteriores,& erit contra naturæ ordinem,cum immo priores leges, quæ poſterioribus p̄riæ ſint, per nouas tolluntur, & non econtra. l. ſed & poſteriores.ff.de legi.meritò ſi iura noua poſſeſſori bonæfidei permittunt (præter duos caſus limitatos) fructus ſuos ante litem motam perceptos efficere,& non cum fructibus compenſare; quia includendo dictos duos caſus, ergo in cæteris prohibere videntur, cum incluſio vnius ſit alterius excluſio.l.cum prætor.ff.de iud. ergo in cæteris dicta iura ſunt generaliter intelligenda.l.de pretio.ff. de public.cum ſim.

Et ſi Imperator intelligere voluiſſet,in d.l.j.& in d.l.certum. melioramenta cum fructibus à bonæfidei poſſeſſore compenſari,& fructus proprie ſuos non efficere, ſciuiſſet expreſſe dicere,prout dixit,in dictis duobus caſibus limitatis vt ſupra: cum igitur hoc expreſſe non dixit, meritò intelligere noluit, argu. l.vnicæ.§.ſinautem ad deficientis.C.de cad.toll.& in his terminis bene loquitur Boer.deciſ.44.num.19.verſi.& maior pars,& num.23.& ſeq.vbi concludit,bonæfidei poſſeſſorem non tenerī fructus cum melioramentis compenſare,ex quo fructus percepti,conſumptiq; ante litem,ſi non cum illis locupletatus ſit, effecti fuerunt ſui.

Et ſi hoc quoque caſu hæc daretur compenſatio,erit in vno inſtanti,& ſimul dicere, ꝙ fructus eſſent ſui,& non ſui,& ita valde ridiculoſum erit:nam magna implicaretur contrarietas,& repugnantia, quæ de iure non permittitur. l. vbi repugnantia. ff.de reg.iur.igitur &c.

Immo ſicuti videmus, ꝙ fructus per maritum ex rebus dotalibus,vel per emphyteutam ex re emphyteutica perceptis,non cum melioramētis compenſantur, hac vnica tantum ratione, ex quo viuente marito & emphyteuta efficiuntur ſui, vt ſupra dixi: ita ergo & fructus quoq; in caſu propoſito per bonæfidei poſſeſſorem percepti ante controuerſiam efficiuntur ſui, niſi extent,vel cum illis locupletatus ſit. d.l.j. d.l.certum. ſi vtiq; illi ſui effecti fuere,ergo illi prēter duos caſus limitatos(ex rationis identitate) non cum melioramentis compenſantur.

Nec quicquam prædictæ propoſitioni obſtat dicere, ꝙ ſicuti ex ęquitate fructus bonæfidei poſſeſſori conceduntur, ita ex eadem ęquitate cum expenſis meliorameētorum imputari debent,ut per Neguſ.p̄rium tenentem ita arguebatur in tract. de pignor.in quarto membro quintę par.nu.13. in fi.

690 Nam † huic forti & colorato argumento reſpondeo, & dico,illud eſſe verum,& procedere poſſe,ſi conſtaret,vel apparere potuiſſet, ꝙ cum fructibus perceptis, vel illis mediantibus, bonæfidei poſſeſſorem melioramenta in re hæreditaria neceſſaria,vel vtilia,effeciſſe; illi tunc cum melioramentis computantur,ex quo cōſtaret eo in caſu,illum cum eis locupletatum fuiſſe,ad quorum reſtitutionem tenetur.l.j.C.de pet.hære.l.certum.C.de rei vend.meritò ſi dicto quoque caſu fructus cū melioramentis computantur, d.l.ſumptus. d.l.emptor.ſecus verò erit,ſi non conſtaret,illum dicta melioramenta cum fructibus rerum hæreditariarum perceptis effeciſſe:nam eo tunc caſu nō fit compenſatio,ex quo ceſſat ratio,quę prȩcedenti caſu viget, ergo & eius diſpoſitio. l.adigere.§. quamuis. de iur. patr.c.cum ceſſante,de appellat.& tunc ſumus propriè in termino d. l.primæ,& d.l.certum,quia fructus ante litem motam effecti fuerūt ſui, igitur &c.

Bene autem verum eſt ꝙ ſi bonæfidei poſſeſſor ſuum patrimonium alienaret, cauſa faciendi melioramēta neceſſaria vel vtilia & voluiſſet petere fructus, vel intereſſe pecuniarum ſuarum, ꝙ hoc in caſu fructus percepti ex rebus hæreditarijs cum iſtis compēſantur ex eadem ęquitate, loquitur Neguſantius in loco allegato vt & ſupra, ſed illi cum ſorte nō compenſantur; quia illi fructus iam conſumpti effecti fuerunt ſui, meritò ſi nō cum melioramentis quò ad veram ſortem expenſam nō computantur,Boer.deciſ.44.num.26.

Et ſi doctorum rationes rectè in contrarium tenentium cōſiderantur,magis pro hac opinione mea,quàm econtra, faciunt. Nam Alex.d.conſi.154.num.5.lib.6.& Berous d.quæſt.22.nu.2. dicunt, ꝙ fructus à bonæfidei poſſeſſore percepti in impenſam computantur,per illum vtiliter vel neceſſariè factā, ſi tales fructus de iure ei ſpectabant,qui rem petit ſibi reſtitui: ſecus verò erit,ſi fructus eo tempore ad illum non ſpectaſſent, & hoc per glo.cōmuniter receptam in d.l.emptor,in verbo, ſuperfluum, in fi.vt per Alexandrum & Beroum ſupra,ſed ſic eſt in caſu noſtro,vero hæredi fructus iam conſumpti non eo tempore ſpectabant, ſed putatiuo tantū hæredi,qui in bonafide extitit, meritò eos non reſtituere tenetur; quia illi effecti fuere ſui, dummodo fuiſſent percepti ante cōtrouerſiam, vel litem motam, & non extarent,vel non cum eis locupletatus fuerit. d.l.certū. d.l.j.& ibi ſcribentes,meritò ſi hoc in caſu hæres putatiuus fructus cum melioramentis non cōpenſat,& hoc modo hæc mea opinio à contrariis impugnationibus tanquam ęquior, & de iure verior remanet defenſata.

691 Quid † ſi melioramenta & expenſas neceſſarias vtilesque in res hæreditarias fecerit,illasq; retinere voluerit, nunquid poſſit? diſtinguitur, aut eſt bonæfidei poſſeſſor, & dictas expenſas conſequitur,ſi res extat,ſiue combuſta ſit:ſi eſt malęfidei, illas non conſequitur,niſi quatenus res extat, & res melior effecta ſit.Alc.in l.impenſæ,in verbo,vtiles,circa medium,de verb.ſig.

Quæ diſtinctio mihi nullo modo placere poteſt; nam ſi eſt bonæfidei poſſeſſor, qui centum expendidiſſet, ſi reſtitutionis tempore melioratio non ſit,niſi in quinquaginta, nō niſi quinquaginta debentur.Neguſ.in tract.de pig. in quarto membro, quintæ par.num.12.& 16.Boer.deciſ.44.ſub nume.25.ſi res non extat,melioratio quoque non eſt,ergo non debetur, doct.allegati ſuprà,& vt aliàs tetigi.

Si verò eſt malæfidei poſſeſſor,& melioraſſet rem hæreditariam,illæ expenſę non debentur,cum illa melioratio Domino rei cederet.§.& ex diuerſo,inſt.de re.diuiſ.lo.de Am. conſil.54. num.10.ergo in omni caſu patet, diſtinctionem Alciati nō de iure eſſe veram.

692 Et † ſi malæfidei poſſeſſor eſſet,qui bona hæreditaria alienaret,erit in veri hæredis facultate agere hac actione ad rem, vel ad pretium.l.ſi à non domino.§.ſi prędo.ff.de pet.hæred. Aret. in §.actionum autem.ſub num.102.inſt.de act.Plot.in l.ſi quando.nu.510.C.vnd.vi,niſi alienatio,quam fecerit, fuerit neceſſaria,& expediēs;nam hoc in caſu in petitione hęreditatis venit, ꝙ ex contractu tantum habito ſuper re hæreditaria percepit. l.item veniunt.in princ.ff.de pet.hæred. & ibi Ang. in princ.in d.§.actionum autem,ſub nume.102.verſic.aut erat,nam prædo bona hæreditaria cum cauſa alienare poteſt.l.diuus.ff.de pet.hęred.Ang in d.l.item veniunt,num.1.

593 Et † ſi aliquid vtile pro hæreditate prædo emerit, in hac hæreditatis petitione venit,dummodo pretium,ſi de ſua burſa,pecuniaq; ſolutum fuerit, eidem reſtituatur, d.l.item veniunt, in princip.Aret.in d.§.actionum autem,ſub nume.102. Boer.deciſ.44.nu.25.prope fin.

694 Et† prædo pluribus dicitur modis,vt aliàs dixi,& latè p Plot. in l.ſi quando.nu.508.& pluribus ſeq.C.vnd.vi,& quando quis eſt prædo,tenetur ad reſtitutionē nedum fructuum perceptorum,ſed & quoque percipiēdorum.l.ſed & ſi lege. §. qđ autem ait.& ibi Bar.ff.de pet.hęred.l.domum.C.de rei vend.laſ.in d.§. actionum autem,nu.234.ſiue ante litem cōteſtatam,ſiue poſt, Plot.in d.l.ſi quando.nu.512.& quoq; prædo ad emēdationem damni rei hæreditariæ conſumptæ, vel deterioratæ tenetur, ſi res hæreditaria conſumatur,vel eius dolo deterioratur, Dominus meus Socin.Iun.conſilio 150.numero 35. libro primo,& hoc quoque in caſu contra eum in litem iuratur, Plot.in d.l.ſi quando,num.508.& ſeq.

695 Et † fructus in caſibus,ī quibus peti poſſunt,(vt dixi) eodem iure cum ipſis rebus hæreditariis veniunt,glo.eſt in verbo, fructibus,in l.ſi poſt motam,vbi etiam Bartol.num.3. & ſeq.& ibi etiam Salyc.num.1.& 4.C. de pet. hæred. & ratio eſt:nam iudicium vniuerſale augumentum diminutionemq; recipit.l.item veniunt.§.item non ſolum.ff.de pet. hæred. Bar.& Saly.in d.l.ſi poſt motam,Aret.in §.actionum autem.nu.103.verſ.ac etiam, vbi etiam laſ.num.235.& ſeq inſt.de act.

696 Et hæreditas † fructibus augetur,cū ab eo poſſideatur, à quo peti poteſt. d.l. ſi poſt motam. §. fructibus, intelligendo vt ſupra plenius dixi,hinc eſt, ꝙ ſi oues natę ſunt deinde ex aliis alię, hæ quoque quaſi augumentum reſtitui debent. l. ꝙ ſi oues.ff.de pet.hæred.

697 Iudicium † autem particulare,quod certos habet limites,nō vltra progredi poteſt,meritò ſi in iudicio particulari fructus nō veniunt.glo.eſt in dic.l.ſi poſt motam in verbo,fructibus,& ibi Bald.numero ſecundo, & Salyc.nume.10.laſ.in d.§.actionum autem.num.235.niſi fructus ſint pendentes, nam tunc reor, ꝙ in rei vendicatione veniant.l.fructus pendentes. ff.de rei vend. Bar.in d.l.ſi poſt motam,nume.5.ſecus verò erit,ſi fructus à terra erunt ſeparati:nam tunc aliæ res dicuntur, Bart. in d.l.ſi poſt motam,num.5.

698 Præterea dico, ꝙ † in vniuerſali quoque iudicio, vtputa petitionis hęreditatis, non in libello fructuum ſpecificatio eſt neceſſaria,d.§.item non ſolùm,vbi Ang.ſed ex iure intentato veniunt;quia petitio hæreditatis eſt apta illos comprehendere:ſecus verò eſt in rei vendicatione,in qua,ſi fructus petere voluerit,debet illos ſpecificare,cum rei vendicatio non ſit apta illos comprehendere,niſi in libello demōſtrantur, Bar.in d.l.ſi poſt motam,

motam,num.3.& ſeq.& ibi etiam Bald.nume.2.Saly.nume.10. Iaſ.in d.§ actionum autem.num.235. & ſeq.ar ego hanc intelligo concluſionem eſſe veram, & in rei vendicatione loqui, de fructibus ante litem conteſtatam perceptis:nam poſt litem cõteſtatam illi veniunt, licèt in libello non ſpecificantur, Bald.in d.l.ſi poſt motam.nume.2.& ſi fructus ante litem conteſtatam percepti, in rei vendicatione in libello particulariter non nominantur, & actor ad fructus quoque agere vellet, nouo iudicio opus eſt, Bart.in d.l.ſi poſt motam.nu.4.

699 Et ſi controuerſia † de hæreditate ſit, legatarii contra hæredem ſcriptum agere poſſunt,& præſtita cautione ſuum conſequuntur legatum,vel litis euentum expectare poſſunt:creditores autem cautione non præſtita,contra poſſeſſorem,vel hæreditaris petitorem agere poſſunt, & ſi poſſeſſor deinde ſuccumbet,deducet omne quod ſoluerit: ſi verò à petitore ſoluantur, & mox ſuccumbat,petitor à poſſeſſore hæreditatis repetet,tex. eſt ad litteram in l.ſi.& ibi Doct.C.de pet.hæred.ſed ſi hæres,qui grauatus fuit hæreditatem tali reſtituere,legatarios vel creditores hæreditarios ex ſua burſa,pecuniaque ſoluet, repetet omne ſolutum à fideicommiſſario, qui ad dicta onera tenebatur. l.1. & 2.C.ad Trebell. Pariſ.conſi.55.num.27.lib.3.

700 Quæro nunquid † eo in caſu electio legatariorum ſit in exigendo,vel cauendo,vel potius hæredis in retinendo legata, & illa retinendo,& cauẽdo. Dic,ꝙ in dubio electio legatariorum eſt:nam licèt in alternatiuis in dubio regulariter debitoris electio ſit.l.plerunq; §. fin. ff. de iur. dot. regula,in alternatiuis.de regul.iur.in 6.glo.eſt in l.ſi.in verbo,Cautione,in fi. & ibi Bald. num.5 & Salyc col.3.in 8.oppoſ.C.de pet.hære.Imol.conſi.13. num.6.Rom.conſi.192.num.1.Soc.conſi.56.ſub num.5.& ſeq. lib.1.Iaſ.in l.quæ de legato,num.12.ff.de leg.j.Affic. deciſ.397. num.7.verſi.in hac dubitabili,Pariſius conſi.33.num.51.lib.1 tamen in vltimis verò voluntatibus ſecus eſt,in quibus in dubio electio legatariorum eſt,glo.eſt fin. in l.plerunque. §. fin.& ibi Bald.& Salyc in loco proximè allegato vt ſuprà. ff. de iur.dot. Iaſ.in d.l.quæ de legato,num.12.Dec.conſi.12. numero 2.verſi. tertiò facit, & hæc eſt communis Doct. opinio,vt per Cornel. conſi.215.ſub num.3.lib.4.& per Durant.in tracta de art. teſta. tit.6.caut.13.nu.j. electione autem facta non erit ei licitum variare,Anch.conſi.214.num.3.Corn.conſi.76.nu.2.lib.3.Affic. deciſ.397.num.7.

701 Et ſi diceretur,ꝙ † licèt creditor,qui debitoris bona habeat ſequeſtrata,debitum debitori quoque petere poteſt, tamen dico,id eſſe verum in creditore,qui non ſit ſatisfactus, Dec.conſ. 12.nu.2.propè fin.ſed non ſic eſt in legatario,electione facta,Doctores præallegati vt ſuprà.

702 Et qualis ſit † congrua cautio hæredi à legatariis præſtanda, declara,vt per Bald.in l.ſi.num.7.C.de pet.hæred. & ratio quare à legatariis & non à creditoribus præſtatur,eſt iſta:quia credita non poſſunt fieri indebita,ſed legata ſic,glo.eſt in d.l.fin.in verbo,Satisdatione,ita ꝙ ſi creditoribus ſoluit de hæreditate, perinde eſt,ac ſi nec debitum, nec pecunia per illum ſoluta fuit: ſi de ſuo autem proprio ſoluit,& dico, ꝙ ſolutum ex hæreditate deducet,Boerius deciſ.44.num.25.propè fin.

703 Si hæres † autem putatiuus non cautione à legatario habita, legatum indebitum ſoluerit, nunquid ipſe illud indebitum ſolutum imputat vero hæredi, ſaltem per retentionem,& dic regulariter, ꝙ ſic, ſi ante controuerſiam motam illud legatum indebitè ſoluerit.l.ꝙ ſi poſſeſſor.ff.de pet.hære. ſecus vero erit, ſi poſt controuerſiam motam legatum ſoluerit: nam in culpa erit,immo in dolo:meritò,ſi hoc in ſecũdo caſu periculum hæredi putatiuo ſpectaret,ita abſq; cautione ſoluenti.l.ſi quid poſſeſſor.§.ſed & ſi Senatus.ff.de pet.hær. glo. eſt in d. l.ꝙ ſi poſſeſſor,in verbo,Satisfaciat,& ibi Bart. & Ang. D.meus Socin.Iun. conſi.150.nu.51.in fi.& ſeq.lib.j.

704 Si † hæres putatiuus ante cõtrouerſiam motam legatum indebitum ſoluet,illud credendo fuiſſe debitum,ex quo in teſtamento ſcriptum, & legatum erat, in quo ipſe ſe hæredem prætendebat eſſe,& ſolutionem de rebus hęreditariis fecit,dico,ꝙ illa ſolutio proculdubio vero hæredi in reſtitutione hæreditatis imputatur,& tanto minus condemnari debet, ceſſa eidem condictione indebiti,quam habet.l.ꝙ ſi in diem. §.fi.in fi.ff.de pet.hæred.glo.eſt in l.ſi quid ſi poſſeſſor, in verbo, Vti debebit, verſi.ſi vero indebitum.ff.de pet.hær.

705 Quæ † concluſio quoque ampliatur, ſi de ſuo proprio legatum ſoluiſſet.dummodo iuſtam cauſam habuerit, credendi legatum fuiſſe debitum,& non indebitum,glo.eſt in d.verbo,Vti debebit,verſi.niſi iuſtiſſima.quam opinionem dicit eſſe veram Ang.in d.l.ꝙ ſi poſſeſſor,in fi.ſecus verò erit, ſi alicui prætenſo creditori indebitum ſoluerit,non in teſtamento nominato,dico,ꝙ ſi de ſuo proprio ſoluerit,illud ſolutum vero hæredi non imputabit,ſed hæres putatiuus ſolutum creditori non debitum repetet,d.§.ſed & ſi Senatus, Dominus meus Socin. Iun. dicto conſi.150.num.50.

706 Quæro,an petitio † hæreditatis hæredi tam ex teſtamento,q̃ & quoque ab inteſtato ſuccedenti competit.& dico,ꝙ ſic,text. eſt,& ibi glo.in l.j.ff.de peti.hæred.Bal.conſi.457.num.j. libro 3. Aret.in § actionum autem,nume.104.& Iaſ.nume.114. Inſt.de act. Pract. Pap.in form.lib.pro hæred.ab inteſt.in glo.j. nume.j. Rolan.conſi.j.num.13.lib.j.& hoc ſiue hæres ſit inſolidum,ſiue pro parte ſit. l.licèt minimã.ff.de pet.hær. Aret.in d.§.actionum autem,num.99.& Iaſ.num.216.ſiue hæres per ſe ſit,ſiue p̃ mediam perſonam alterius quoque extranei ſit,Aret.in d.§. actionum autem,nume.98.& Iaſ.num.214. D.meus Soc. Iun.conſi. 19.nume.j & ſeq.lib.2.

707 Et † petitio hæreditatis non tantum hæredi,ſed & hæredi hæredis competit,Affict.deciſ.374.nu.3.etiam ſi ſucceſſores mille fuiſſent, quorum vnus alteri ſucceſſiſſet,vltimo hæredi petitio hæreditatis competeret,Iaſ.in d.§.actionum autem.nu.209.

708 Petitioq; † hæreditatis fiſco quoq; competit,qui per confiſcationem fuit hæres,& contra poſſidentes pro hærede,vel p̃ poſſeſſore agere poterit.Franciſ.de Aret.conſi.103.num.3. in fi.& ſeq.& fiſco quoque competit,quando ille indigno ſuccedit,in quem iura actiuè & paſſiuè tranſeunt, Dec.conſil.235.col.pen. propè fi.Alex.conſi.172.nu.4.lib.5.

709 Filio autem † hæreditatis petitio pro legitima ſua conſequenda non competit,Bald.in l.incerti,num.12.C.de interd. Aretin. in actionum autem,num.99.& Iaſ.num.216.& 227.Inſt.de act. Alex.in l.ſi.nume.6.& Zuccard.nume.163. & ſeq. C.de edicto D.Hadr.toll.Crau.conſi.109.ſub num.5. non obſtante q̃cquid in contrarium dixerit Balb. in tract. præſcrip.in 4. part. quintæ par.princip.quæſt.23.nu.3.

Quæ cõcluſio quoq; ampliatur,ſi filius à patre in legitima inſtitutus ſit:nam legitima eſt quota bonorum,& non hæreditatis,quæ deducto ære alieno filio debetur. l.Papin. §.quarta.ff.de inoffic.teſtam & iura actiuè & paſſiuè in filium non tranſeunt, qui in legitima tantum ſit inſtitutus:quia (vt dixi) illa ere alieno deducto filio debetur, d.§ quarta, ſed non ſic eſt in hærede vniuerſali,ſed particulari,in hæreditate incerta inſtituto: meritò,ſi dicto filio in legitima tantum inſtituto hæreditatis petitio non competat,Aret.& Iaſ.in locis præallegatis vt ſuprà, niſi filius in ſua legitima inſtitutus,non dato hærede vniuerſali, vel dato & hæreditatem repudiante, vel hærede vniuerſali defuncto viuente teſtatore: nam tota hæreditas filio accreſceret. l.1. §.ſi ex fundo.ff.de hær.inſt.l.cohæredi §.fin.ff.de vulg.& pupill. ſubſtit.Iaſ.in auct.nouiſſima.nu.13.in fi.C.de inoff.teſtam.meritò,ſi in hoc quoque caſu petitio hæreditatis filio competat,& in hoc non differt petitio hæreditatis à remedio quorum bonorum,& à remedio.l.fin.C.de edicto Diui Hadr.toll.vt ibi latè dixi,ad quem locum me reijcio ne idem repetam.

710 Et in petitione † hæreditatis veniunt omnia bona,quæ ſimpliciter defunctus tempore ſuæ mortis detinebat,videlicet cõmodata,vel depoſita,ſiue corporalia,ſiue incorporalia, & iura. l.non tantùm.ff.de pet.hære Iaſ.in tit.de prælud.feud. nume.4. propè fin.& in d.§.actionum autem,numero 232. Pract.Pap.in forma lib.pro hæred.ab inteſta.glo.j.num.8. Alex.conſi.73. numero 4.lib.5.Curt.Iun.conſi.30.nume.11.Rolan.conſi.44.numero 4.lib.j.& bona feudalia,emphyteuticaq; etiam veniunt, Iaſ.in d § actionum autem,num.233.& in l.j.num.72. C.de iur. emphyt. dummodo in rebus feudalibus non aduerſus filium, vel alium agatur,qui in feudo incontinenti poſt defuncti mortem ſuccedat,& ad quem feudum ſpectat:quia cõtra illum petitio hæreditatis non datur,Alexand. conſil.91.nume.13. lib.1. Iaſ.in prælud.feud.nu.43.Durant.in tract.de art teſta.tit.11.caut. 20.nume.4. deciſ.Pedemonta. 26.numero 16.ſecus verò erit,ſi feudum filio non ſpectaret,vel agnato, qui poſt defuncti mortem in feudo non ſuccederet,licèt in inueſtitura comprehẽſus eſſet,tamen hoc in ſecundo caſu dico, ꝙ petitio hæreditatis ℈ illum competeret.l.non tantùm.ff.de pet.hæred. Alex. cõſi.91. nume.13.lib.j.Iaſ.in tit.de prælud.feud.num.43.& ſeq.Duran.in trac.de art.teſta.tit.11.caut.20.num.4.Curt. Iun.conſil.30.nu.10. & hæc eſt verior & cõmunior doct.opin. vt per D. meum Soc. Iun.conſi.75.nu.30.lib.j.

Et quamuis Alex.d.conſi.91.nu.12.plures alias Doc. opiniones recitat,& prima eſt, ꝙ emphyteuticum in hæreditatis petitione venit, ſi à priuato & non ab eccleſia conceſſum fuiſſet, vel quando quis emphyteuſim pro ſe & ſuis hæredibus acceptiſſet:nam tũc emphyteuticum in petitione hæreditatis veniret, ſecus verò eſt, ſi ſine illa dictione, hæredibus, acquiratur, ut ibi per Alex. quæ opinio quoque fuit ſequuta à deciſ. Pedem. 26. num.17.tamen Alex.in d.conſi.91 num.13. in prima opinione reſidet,& dicit,ꝙ illa eſt pura & mera veritas, à qua in iudicando,& conſulendo non eſt recedendum.

711 Et in petitione † hæreditatis ſufficit probare defunctum poſſediſſe,vel detinuiſſe rẽ petitam tempore eius mortis, & agentem eſſe hæredem.l.item videdum.§.fi.cum l.ſeq.ff.de pet. hęr. & ibi Bart.& Scribentes, Franc.de Aret conſi.103.nume.3.in fi. Corn.conſil.207.nu.j.lib.1 Calcan.conſi.67.col.3. in princ.Gozad.conſi.50.num.1.Durant.in tract.de art.teſta.tit.11. caut.20. nume. 4.& ſi actor non probaret, ſe eſſe hæredem, & legitimè hæreditatem adiuiſſe, ſibi hęc actio nõ competeret,& hęc duo

neceſ-

Source : BIU Cujas

necessariò ex actoris parte sunt probanda, aliàs succumberet, Alex.consi.176.nu.j.lib.j. Paris.consi.48.nume.9.lib.3. præsuppositа interrogatione pro actoris parte, responsioneq; pro rei parte, qualiter reus possideat, pro hr̃de, vel ꝑ possessore, aliàs ꝯ illum petitio hr̃ditatis non daretur.d.l.regulariter. d.l.hr̃ditatis.

712 Et non sufficit,† ꝙ reus detineat, sed necesse est, ꝙ possideat, per tex.in l.etiam si putauit.§.si quis absentis.ff.de pet. hær.Soc. consi.122.nu.11.lib.4.

Et hoc etiam per tex.l.regulariter.ff.de petit.hæred.qui dicit, ꝙ reus pro hærede, vel pro possessore possidere debet, & non dicit detinere, & aliud est possidere, & aliud detinere, Prac.Pap. in form interrog.fiendæ cum reo cõuento, in act.real. in gl.vel ēt, & aliud est quoque possidere, & aliud est in possessione esse, Dec.in c.consultationis, nu.5.de offi.deleg.Curt.Iun.consi.168. nu.37.Negus.in trac.de pign.in 4 par.princip.num.10.

713 Et † quamuis appellatione possessionis veniat etiam detentatio, Zuccard.in l.fi.nu.309.C.de edicto D.Had.toll.tñ dico, ꝙ hoc intelligitur largo modo, Ias.in l.j.num.36.ff.de acq.poss.& detentatio est simplex custodia, sed in possessione ius adest, Ias. in d.l.j.nu.36.ergo possessio & detētatio inter se differunt, vnde non bene de vno ad aliud infertur, tanquam ex diuerso. l. Papinianus exuli. ff.de min. l.naturaliter.§. nihil commune.ff.de acquir.poss.meritò si contra detinentem tantùm petitio hæreditatis non datur, nisi nomine alterius, pro quo detinet, conueniatur.d.§.si quis absentis.

714 Sed † in dubio quis proprio nomine possidere censetur, nisi *illum nominet*, pro quo detinet, & non nominando, ipse conueniri petitione hæreditatis potest. Plot. in l.si quando, nu.88. C.vnde vi.malè igitur & perperam loquutus est Corn. consi. 47.nu.8.& consi.91.nu.j.lib.4 Calcan.consi.67. nu.5. circa medium, vbi dicunt, sufficere reum possidere, vel detinere, ad hoc, vt petitio hæreditatis contra illum competat.

715 Et † ex actoris parte non requiritur, titulum, defunctiq́ue dominium probari: nam hæc probatio extra naturam iudicij petitionis hæreditatis erit. Bald.in l.hæreditatis, nume.4. in fi. C.de petit.hæred.Castr.consi.138.nu.1.circa medium, lib.2.hinc est, ꝙ res commodatæ, vel depositæ, & similes, tempore mortis penes defunctum existentes in hac hæreditatis petitione veniũt, l.& non tantum.ff.de pet.hæred.Bald.in l.hæreditatem, num.1. C.in quibus caus.cess.long.tempor.præscrip.Alex.consi.73.numero 4.lib.5.Ias.in titu.de prælud.feud.nu.44.& in §. actionum autem, nume.232.Inst.de act. Curt.Iun.consi.30.nu.11.Calcan. consi.67.col.3.in fi.

Et ideo, si quis bona alicuius peteret, tanquam eius hæres, licèt in libello diceret, illum fuisse dominum, non tñ id probare tenetur: sufficit autem tantum defuncti possessionem probare, Bald.in d.l.hæreditatem, nu.j.Castr.consil.138.nu.1.& seq.lib.2. Corn.consi.207 nu.1.lib.1.

716 Bene autem verum est, ꝙ † reus dominij exceptionem opponere potest, per regulam dolo facis petere, quod restituturus es, & tunc dominij exceptio admittitur, Aret.in d. §. actionum autem, nu.103.in fi.quam cõclusionem dico esse veram, si excipiens incontinenti dñium paratus sit probare: nam tunc dñij exceptio non reijcitur, aliàs secus erit, Ias.in l.3.§.genera.nu.25. ff.de acquir.poss.Rip.in l.1.nu.12.ff.quo.bon. Negus.in tract.de pignor.in 2.memb.tertiæ par.nu.21.

Quæ conclusio limitatur non procedere, quando reus cum vitio in possessione esset, Rip.in d.l.j. nu.12. in fi.& limita etiam dictam conclusionem aliis duobus modis, vt per Rip.in l.naturaliter.§.nihil commune.nu.101.& seq.ff.de acquir.

717 Si verò † reus excipere s illam rem tertio, & non actori spectare, propter hanc exceptionem actor non repellitur: nam dato, ꝙ actor rei dominiũ non habeat, tñ ei satis est, ꝙ res per defunctum tempore eius mortis fuerit possessa, vel detenta.d.l.& nõ tantum, & licèt exceptio tertii in rei vẽdicatione actorẽ excludat, non tamen in petitione hæreditatis sic est, Alex. consi. 91. num.13.versi.nec poterit.lib.1.

718 Et si † quis ex testamento hæres sit, & illud producat, testatoris mors absq; alia eius probatione probata cẽsetur, Calcan. consi.67.col.3.in prin. Ruyn.consi.28.nu.2.circa mediũ, lib.5.

Quam conclusionẽ in petitione hæreditatis reor nõ esse veram, tum quia variis ex causis testm̃ apud hæredem reperiri potest, tum quia de alterius successione & cum causæ cognitione tractatur, meritò si mors sit plenè probãda, si defunctus in ciuitate vel patria sua mortuus sit, Aret.in d.§.actionum autem.nu. 105.Lanfranc. in c.qm̃ contra, in verbo, testium depos.nu.185. & seq de probat.Corn.consi.10.nume.4.versic.his tamen.lib.1. Alex.consi.25.nume.4.& seq.lib.4.D.meus Soc. Iun.consil.26. nu.10.lib.2.Boer.decis.288.num.1.Crau.in tract.de antiq.temp. in prima par.nu.264.

719 Si † verò in longinquis partibus testator mortuus sit, & per quinquennium absens extiterit, & de illo scientia nũquam fuerit habita, mors testatoris per famam probatur, Bar.in l.2.§.ꝙ si dubitetur.ff.quemad.testa. aper. si fama legitime articulatur, & probatur, prout de iure requiritur, Dec. consi.575.nu.7.& seq. D.meus Cephal. consil.65.nu.44.& pluribus seq.& plenè hunc articulum tetigi in tract. adipiscendæ poss. à iure ciuili prouenientis, ideo tu dic, vt ibi declaraui.

720 Si hæres † autem ab intestato sit, debet quoq; probare se liberum, vel agnatum proximiorem esse, & nõ sufficit, se esse agnatum, nisi quoq; probet se esse proximiorem defuncti, & illius mortem probare debet, & prædicta omnia plenè, aliàs succumberet, Aret.in d.§.actionum autem.nu.105.in fi.

721 Et † si actor in hæreditatis petitione ageret, & diceret se ab intestato hæredem esse, si per reum conuentum testm̃ defuncti producatur, dico, ꝙ actor male ageret, & succumberet, & ius iterum agendi (si eidem competeret) reseruaretur, Bal.consilio 457.num.1.lib.3.& consi.404.num.1.lib.5.

722 Et † caueat quoq; hæres dicere, se dictam hæreditatem possedisse, id est, bona hæreditatis, & possidere desiisse; quia ei petitio hæreditatis non competeret, Alex.consi.183.nu.2.& consil. 185.num.2.lib.5 & consi 89.num.1.lib.2.Aret.in d.§.actionum autem.nu.106.& Ias.ibi nu.238.idem Ias.in l.vt responsum.numero 2.C.de transac.Durant.in tract.de art.test.titu.11. caut.20. nu.6.Io.de Am.consi.120.nu 6.vbi dicit, hanc esse communem doct.opinionem, D.meus Soc.Iun.consil.47. nu.23. lib.2.& in hoc petitio hæreditatis ab interdicto quorum bonorum non differt.Roland.cons.1.nu.16.lib.1.& consi.75.nume.20.& seq.lib.2.

Et ideo cautela est, ꝙ reus positiones producat, in quibus dicat, actorem rem petitam post defuncti mortem possedisse: nã si actor respondebit ꝙ sic, succumbet, Specul. in tit. de posit.§. vltimo, nu.9.vel si reus probaret actorem quandoque post defuncti mortem possedisse, succumbet, Aret.in dic. §. actionum autem, nu.106.& ibi Ias.num.238.& idem Ias. in l. edicto.nu.9. C.de edict.Diu.Hadr.toll. Alex.consi.89.nu.1.lib.2. Marant. in tract.de ord.iud.in quarta par.dist.septima.nu.6. & alii doct.cõmuniter prælegati vt supra, non obstante quicquid dixerit Bal.consi.12.num.5.lib.1.& Pract.Pap.in form.libel.quo pet.hæred.ex testa in glo.in verbo, ac etiam, nu.1.cum contra communem doct.opinionem loquantur, à qua in iudicando & consu-

723 lendo non est † recedendum: nam ille iudex, qui singulari inhæret opinioni, relicta communi sententia per imperitiam iudicare præsumitur, Ias.in l.iusiurandũ.nu.15.& seq.ff.de iureiur. Alex.consi.95.nu.6.lib.2.Dec.consi.482.num.16.& erit contra stimulum calcitrare. Crau.consi.91.num.11.in fi.& iudex suam læderet conscientiam, D.meus Soc.Iun.consi.131.num.2.lib.1.

724 Et † procurator actoris semper dẽt animaduertere antequã agat, ne iudicium petitionis hæreditatis ꝯ titulo possidẽtẽ proponat, cum regulariter petitio hæreditatis contra titulo possidentem non detur.l.regulariter.ff.de pet.hæred.l.hæreditatis.& ibi Doct.communiter.C.de pet.hæred. Bald. consi.457.num.2. lib.3.Ang.consi.161.nume.1. versi. super tertio, Corn.consi.23. num.2.circa medium, lib.1.Alex.consi.186.nume.2.lib.5.Ias.in l.vt inter diuinum, nu.19.C.de sacros.Eccles.& in §.sed istæ, numero 24.& in §.actionum autem, num.218.inst.de act.Gozad. consi.50.num.13.Paris.consi.48.nu.14.lib.3.D.meus Socin.Iun. consi.75.num.7.& consi.77.num.150.lib.1.Balbus in tract. præscrip.in quarta part.princip. quæst.16.nume.2.& in l.Celsus nume.10.ff.de vsucap.Roland.consi.1.nu.15.lib.1.& consi.75.numero 16.& seq. lib.2. & in hoc petitio hæreditatis ab interdicto quorum bonorum non differt. decis. Pedemontana 56. nu.1. & seq.Roland.d.consi.75. nu.16.& seq. & ratio est in promptu; nam ille qui titulo possidet, titulum, possessionem iusq; æquale cum actore habet, meritò si actio præualeat; cũ in pari causa melior cõditio possidentis est.l.finautem.§. si duobus. cũ l.seq. ff.de public.c.in pari.de reg.iur.ī sexto, meritò si regulariter petitio hæreditatis contra titulo possidentem non datur; Scribentes communiter in d.l.hæreditatis, Ias.in l.prima, numero decimo.C.de inoffic.testam.& in dict.§.actionum autem, nu.218. Alex.consi.186.numero tertio, libro quinto.Roland. consilio septuagesimo septimo, nume.16.& seq.libro secundo,& cæteri doct.præallegati vt suprà.

725 Quæ † regula pluribus limitatur modis, primò non procedit, quando possessor scit titulum esse nullum, & pro non titulo haberi; quia tunc talis titulus petitionem hæreditatis non excludit.l.nec vllam.§.1.ff. de pet. hæred. l.quod vxor.ff.de acq. possess.glo.in l.hæreditatem.in verbo, non possit. C. in quibus cess.long.temp.præscrip.Bald.consi.457.nume.tertio, libro tertio,& consilio 404.nume. secundo, propè fi. lib.quinto, & in l.fi.nume.35.& ibi etiam Alex.num.29. Ias.nu.36. & Zuccard. nu.434.C.de edict.Diu.Hadr. toll. Ias. in l.1.num.10.versic.10. C.de inoffi.testam.& in d.§.actionum autem, num.218.& 222. Balbus in Repet.l.Celsus.nume.10.ff.de vsucap. Rip.in l.1.nu.7. ff.quor.bon.Alexand.cons.147.num.3.& seq.lib.7.Ruyn.consilio 147.num.18.lib.3.Afflict.decis.374.num.7.Roland. consi. 48.numero 12.& seq.libro primo,& hoc in casu cessat ratio per Bartol.& alios reddita in dic.l.pro hærede, quæ est, quòd in pari causa conditio possidentis potior sit, d.c.in pari, sed dispar est; quia agens verum titulum habet,& reus minimè, nisi titulum tantũ: meritò si petitio hæreditatis contra titulo putatiuo pos-

Source : BIU Cujas

ſidentem datur, Alex. conſil. 147. nu. 4. lib. 7. Roland. conſi. 48. nume. 13. & ſeq. lib. j. etiam ſi talis titulus ex defectu ſolennitatis eſſet nullus. Roland. d. conſi. 48. ſub nu. 20.

726 Et † quamuis iuſtus error pro titulo habeatur, dico, id eſſe verum, quantum ad vſucapionem, & ad præſcriptionem, non tamen pro titulo habetur quantum ad repellendum actorem, qui hæreditatis petitione agit, Bal. in l. fi. nu. 35. & ibi etiam Laſ. nu. 36. C. de edict. Diu. Hadr. tol. Caſtr. conſi. 70. nu. 9. verſi. breuiter, lib. j. Alex. conſi. 147. num. 3. & ſeq. lib. 7. Bart. in l. j. num. 3. & Rip. num. 7. ff. quor. bon. Laſ. in d. §. actionum autem. nu. 218. & 222. Afflict. deciſ. 374. num. 7. D. meus Soc. Iun. conſi 75. nume. 13. lib. j. Roland. conſi. 48. num. 12. & ſeq. lib. j. Deciſ. Pedem. 56. nume. 6. & præſertim, ſi error in facto ſit, ſecus verò eſt, ſi in iure, & a iure reprobatus ſit; quia talis titulus nō iuſtam prębet cauſam præſcribendi. Afflict. deciſ. 374. num. 3. & ſeq.

727 Et quæro † an titulo putatiuo exiſtente ad vſucapiendum, vel ad præſcribendum ſufficienti, ſi longi temporis præſcriptio requiratur, vel potius illa 30. vel 40. annorum. Doctores circa hunc articulum varij vario modo loquuti fuere, & pleriq; cenſuere, ꝙ longi temporis præſcriptio ſufficiat, videlicet decem ann. inter præſentes, & 20. inter abſentes, gl. eſt in l. hæreditatē, in fi. C. in quib. ceſſ. long. tempor præſcrip. Balb. in l. Celſus, nume. 7. verſi. ampliat ff. de vſucap. Caſt. cōſi. 195. nu. 4. lib 2. Dec. conſi. 272. nu. 9. Pariſ. conſi. 48. num. 15. lib. 3. D. meus Soc. Iun. conſi. 77. nu. 157. lib j & conſi. 47. nu. 22. lib. 2.

Alii autem dixere, hanc concluſionem eſſe veram in rei vēdicatione, ſecus verò eſt in hæreditatis petitione, Bald. in l. hæreditatis, num 2. in fin. C. de pet. hæred. Alex. in l. fin. num. 28. in fi. & Laſ. nu. 35. in fi. C de edicto D. Hadr. toll. nam quando quis credat teſtamentum valere, & non valeat, petitio hæreditatis præſcriptione longi tēporis præſcriptione non præſcribitur. l. nunquam. ff. de vſucap. Abb conſi. 19. num. j. verſi. aut errabat, lib. 2. & ideo ſpurius qui ſuam valere credidit legitimationem, non longi temporis præſcriptione præſcribit, ſed præſcriptione tantum longiſſima, id eſt, 30 vel 40. ann. cum in hac longiſſima præſcriptione titulus ad præſcribendum non requiritur, at bona tantum fides ſufficit, Rom. conſi. 127. nu. 2. Dec. conſil. 367. nu. 5. Balb. in trac. præſcrip. in 4. par. quartæ par. prin. q. 18. nu. 6. Rip. in l. j. nu. 8. & ſeq ff. quor. bon. Rub. conſi. 75. nu. 4. vbi dicit, hanc eſſe communem Doc. opinionem, Crau. in trac. de antiq. temp. in quarta par. nu. 161.

Ego autem reor, hanc ſecundam opinionem procedere in eo, qui titulo caret; at rem hæreditariam pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſidet: nam tunc præſcriptio longi temporis contra verum hæredem non ſufficit, & hoc per tex. clarum in l. hęreditatis, ibi. præſcriptione longi temporis non ſummoueri C. de pet. hæred. & ibi Bald. nu. 2. verſi. tertiò, & Salyc. num. 3. Alex. in d. l. fi. num. 28. verſi. vnde teneo, Pariſ. conſi. 48. num. 13. lib. 3. ſecus verò eſt in eo, qui titulum habet, & in vno ex illis caſibus à iure permiſſis ſit, qui hac conueniri actione poſſit: quia hoc in caſu cenſeo, præſcriptionem longi temporis ſufficere, text. eſt cum glo. in l. hæreditatem, & ibi Bald. & Salyc. C. in qb. cauſ. ceſſ. long. temp. præſcrip. Alex. in d. l. fi. nu. 28. verſi. vnde teneo, & conſi 186. ſub nu. 3. lib. 5. Pariſ. conſ. 48. nu. 15. lib 3. Dominus meus Soc. Iunior conſi. 77. num. 157. lib. j. & conſi. 47. num. 22. lib. 2. Crau. conſi. 272. col. 2. Deciſ. Pedem. 56. nume. 9. verſ. contrarium & num 11. & in his terminis loquuntur Doc. primam opinionem tenentes.

Nec prædictæ opinioni quicquam facit oppoſitio Balbi in dicto tract. præſcrip. in quarta par. quartæ par. princip. q. 16. num. j. vbi dicit, ꝙ ſi petitio hæreditatis non longo tempore præſcribatur, niſi poſſidens titulum habeat, ſi titulum vtique haberet, fruſtra de præſcriptione tractaretur: nam qui titulum habet, hęreditatis petitione non conueniri poteſt. d. l. regulariter, d. l. hæreditatis, & ibi Scribentes, meritò ſi petitio hæreditatis non niſi ſpatio triginta ann. præſcribatur.

728 Ego huic † autem argumento reſpondeo, & dico, ꝙ in hoc valde decipitur Balbus ibi: nam quando Doct. dicunt, ꝙ ad prę ſcribendum longo tempore titulus requiratur, intelligunt de titulo putatiuo, & in caſibus à iure permiſſis, in quibus actori permittitur, illum poſſe poſſidentem cum titulo hęreditatis petitione conuenire, ergo diſtinctio mea prælegata remanet vera, & reperij deinde deciſ. Pedem 56. nu. 11. hanc diſtinctionem quoque approbare.

729 Ratioq; † diuerſitatis hos inter caſus in promptu eſt: nā qñ petitio hæreditatis contra titulo poſſidentem datur, naturam ſuam, ſuoſque terminos excedit: meritò, ſi hæreditatis petitio longo tempore præſcribitur, glo. eſt in d. l. hæreditatem, in verbo, non poſſit, & eſt etiam glo. fi. in d. l. hæreditatis, à Balbo ibi ſecutam, num. 2. & ibi quoq; à Salyc. num. 3. glo. eſt quoque in l. fin. in fin. C. de edicto D. Hadr. toll. & Laſ. ibi ſub num. 35. dicit, hanc opinionem in ſe eſſe veram, & multum notabilem, Dominus meus Soc. Iun. conſi. 77. num. 157. lib. 1. deciſ. Pedem. 56. ſub nume. 9. & nu. 11. & ſi contra illum, qui pro hærede poſſidet, datur, non ſuam in aliquo excedit naturam: meritò, ſi eo in caſu tempore ſolum lōgiſſimo hæreditatis petitio tollitur, Ang. conſi. 84. nu. 2. & conſi. 161. nume. 1. verſi. de ſecundo, Rip. in l. 1. num. 9. ff. quor. bon. D. meus Soc. Iun. conſi. 47. nume. 22. lib. 2. deciſ. Pedemont. 56. num. 9. & 11.

Et ſicuti omnis actio ſpatio longiſſimo ſummouetur, l. ſicut. l. omnes. C. de præſcrip. 30. ann. ſucceſſiuè & hæc hæreditatis petitio longiſſimo tempore tollitur, Bar. & Salyc. in d. l. hæreditatis, num. 2. Alex. in l. quod vxor, nu. 2. in fi ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. fi. nu. 29. C. de edicto D. Hadr. toll. Laſ. in l. 1. nu. 10. verſi. 10. C. de inoffi. teſt. Balb. in d. l. Celſus. num. 10. & num. 12. verſi. 3. & in tract. ſuo præſcrip. in 4. par. 4. par. prin. q. 16. num. 5. Afflic. deciſ. 374. nume. 2. Alex. conſi. 129. numero 10. libro ſexto, & conſil. 73. numero ſecundo, lib. quinto, & conſi 147. nu. 3. lib. ſeptimo, vbi dicit, hanc eſſe communem Doc. opin. à qua in iudicando, & conſulendo non eſt recedendum, Dec. conſil. 272. nume. 9. Pariſ. conſi. 48. num. 13. lib. 3. D. meus Soc. Iun. conſi. 77. nume. 158. lib. 1. & conſi. 47. nu. 19. lib. 2.

730 Et hæc concluſio ſibi quoq; locum vendicat, quando † quis rem hæreditatis particularem poſſideat: nam quamuis præſcriptio 30. ann. tunc hæreditatis petitionem in ſua totalitate, vel vniuerſitate non eneruet, tamen ſufficit, ꝙ in ſua particularitate, & in re præſcripta illam minuat, & tollat, Saly. in d. l. hæreditatis, nu. 2. Rip. in l. 1. nu. 7. ff. quor. bon.

731 Et † excipiens ſemper cautus debet eſſe, qui pro hærede poſſidet, quòd excipiendo non tantum ſibi titulo putatiuo innitatur, ſed etiam præſcriptione, aliàs ſuccūberet, quamuis res fuiſſet prę ſcripta, Rip in l. 1. col. 3. in prin. ff. quor. bono. immo reor, ꝙ non ſit bonum allegare titulum: nam ſi titulum allegaret, & ab initio iniuſtus fuiſſet, poſſidens non præſcribere potuiſſet: at dicere debet ſe tanto tempore, iuſtaq; ex cauſa rem præſcripſiſſe, Pariſ. conſi 66. nu. 128. lib. 3.

732 Et † cum error facti in titulo putatiuo ſit, præſcriptio longi temporis ſufficit ad tollendum hæreditatis petitionem, vt ſup. dixi: ſi verò iuris error ſit, nequaquam: nam iuris error rem per longum tps præſcribere non ſufficit. l. nunquam. ff. de vſucap.

733 Immo pleriq; cenſuere, ꝙ † iuris quoq; error longiſſimā impediat præſcriptionem: nam bonam fidem non inducit, quæ hodie de iure canonico eſt neceſſaria, Felyn. in c. de quarta, nume. 35. de præſcr. Caſt. conſi. 70. nu. 10. lib. 1. Soc. conſi. 29. nu. 22. verſi. verum prædictis, lib. 1 Cur. Iun. conſi. 185. num. 5. Calcan. conſi. 76. nu. 16 Bero. quæſt. ſuit famil. q. 4. nu. 4.

Alij autem ℑrium exiſtimauere, ꝙ iuris error longam tantum præſcriptionem impediat per tex in d. l. nunquam, ſed prę ſcriptionem longiſſimam minime. Roman. conſi. 123. num. 2. Caſtr. ibimet ℑrius, conſi. 3. nu. 5. & conſi. 81. num. 4. verſi. nec obſtat, lib. 2. Soc. cōſi. 53. nu. 11 & 14. lib. 4. Dec. conſi. 272. nu 9. Balb. in d. l. Celſus, nu. 15. & in d trac. præſcr. in 4. par. 4. par. prin. q. 18. nu. 7. q 18. nu. 7. Rip. in l. j. nume 9. ff. quor. bon. Rub. conſil. 75 nu. 4. & conſi. 154. nume. 8. in fi. Alc. in tract. præſ ump. reg. 3. præſump. 5. nu. 5. ver. poſſet diſtingui, Crau. conſi. 6. nu. 119.

734 Et † quamuis mala fides in præſcriptione ann. 30. ſecundum Canones noceat, vt in c. fin. de præſcr. tñ cenſeo, ꝙ præſcriptio 30. ann. cum bona tantum fide procedit, etiam validitate iuſti tituli ceſſante. l. ſi fur. ff. de vſucapio. nam bona fides non ex iuſtis tantum cauſis, verùm quoq; ex iniuſtis, temerariisq; inducitur, Laſ. in l. ſi quis id quod nu. 35. in fi. ff. de iuriſd. omnium iud. Dec. conſi. 272. num. 9. Curt. Iun. conſi. 28. num. 11.

735 Pleriq; autem alii voluere, ꝙ † iuris error præſcriptionē impediat, quando iuris error non ſit probabilis, ſecus verò ſi probabilis ſit; quia tunc quò ad præſcriptionem prodeſt, Felyn. in c. de quarta, num. 27. de præſcrip. Soc. conſil. 33. nu. 10. lib. 4.

Et præſertim ſi lex contractui non reſiſteret: at tantum aſſiſteret, & præſcribens de lucro captando non tractaret, ſed de damno euitando; tunc error iuris ad præſcribendum ſufficit, aliàs ſecus erit, Crau. in tract. de antiq. temp. in quarta par. nu. 162. verſi. quid tenendum. & num ſeq. & ibi dicit, hanc propoſitionem ſine dubio procedere, in minore, milite, & ruſtico, qui de facili ſubueniuntur, ſecus verò eſt in doctore contra iuris formam & ſolennitatem cōtrahente: immo ego autem dico, ꝙ ſi error iuris ſit, & de damno ipſius Doctoris tractatur, ꝙ ille ſubuenitur, Laſ. in l. non amplius. §. ſi certum. nume. 6. in fi. ff. de leg. j. Caſtr. conſi. 412. num. 3. lib. 2. Dec. conſi. 408. num. 6. Crau. conſi. 225. num. 11. igitur &c.

736 Et † error iuris eſt probabilis, qñ ius eſt obſcurum, vel qñ in apicibus iuris iuris ſit, Curt. Iun. conſ. 28. num. 9. nam error iuris dubij ęquipollet errori facti. Laſ. in l. iuris, nu. 2. & Dec. nu. 9. C. qui admitti. Balb. in l. Celſus. nu. 17. verſ. primò limitatur. ff. de vſucap. Rom. conſi. 123. num. 2. circa medium, Curt. Iun. conſ. 28. nu. 8. & ſeq. D. meus Soc. Iun. conſ. 116. nu. 85. lib. j.

737 Dixere † autē alii hanc concluſionē eſſe veram quò ad fructuum acquiſitionē, non autem quò ad præſcribendum, gl. eſt in verbo, Et non puto. l. ſed & ſi lege. §. ſed & fructus. ff. de petit. hær. Alex. in l. quod vxor. nu. 4. ff. de acq. poſſ. Balb. in d. l. Celſus. nu. 18. Plot. in l. ſi quando, nu. 268 in fi. C. vnde vi, Soc. conſilio 33. nu. 10. lib. 4. Curt. Sen. conſil. 71. nu. 10. Curt. Iun. conſi. 6. nu. 26.

Source : BIU Cujas

num 26.& consi.28.nume.6.Alc.in tract. præsump.reg.3.præsump.5.num.5.vbi dicit hanc esse communem Doct. opinionem & de minori præiudicio tractatur,fructus,quàm rē acquirendo,Curt.Sen.consi.71.col.6.circa medium, & solet dici, ꝙ non curatur de titulo ad fructuum acquisitionem,dummodo bona fides adsit, Negus. in tract.de pignor.in quarto membro quintæ par.num.12.

738 Et † inter bonam fidem & malam datur medium, Felyn.in c.de quarta,num.31.in fi.de præscrip.D.meus Socin.Iun.consi. 150.nume.19.libr.j. quod medium quò ad acquisitionem fructuum sufficit,non autem ad præscribendum, Bar.in l.sed si lege.§.scire.nu.4.ff.de pet.hær.Alciat.in d.loco allegato vt suprà num.5.versi.nec obstat.

739 Et † præsertim quò ad fructus industriales,qui in recompensationem culturæ dantur; cum de eius damno tractatur, non autem de lucro,glo.est in l.quæsitum,in verbo. Assumptos,& in l.bonæfidei,in verbo. Sed omnes, & in verbo, Pœnæ.ff.de acquir.rerum dom.Bal.in l.ex diuerso,sub nu.2.ff. de rei vendi. Curt.Sen.consi.71.col.6.circa medium,Curt.Iun. consi.28.numero 3.secus verò erit quò ad fructus naturales,quos restituere tenetur,gl.est in l.sequitur.§.fructus,in verbo, Non fuerit.ff.de vsucapio. ex quo tunc de lucro ipsius præscribentis tractatur. Felyn.in c.de quarta,num.30.de præscrip.Alex.in l.Nesennius. §.fundum.nu.6.ff.de re iud.etiam si consumpti essent,Curt.Senior consi.81.nu.8.glo.& alii Doct.præallegati vt suprà.

740 Et † fructus naturales sunt, in quibus plus natura operatur, quàm industria, vt sunt poma,& similes:industriales autē sunt, in quib. plus industria, quàm natura operatur, Curt. Sen. consilio 71.num.7.

741 Sed alii contrarium censuere, ꝙ † quando iuris error sit, & non facti,& titulus ad non titulum reducatur,talis titulus non prodest illi talem titulum habenti,Abbas consi.19.nu.j. versic. aut errabat,lib.2.D.meus Socin.Iun.consi.150. num.26.libro j. etiam quò ad acquisitionem fructuum, quin ad illorum restitutionem condemnetur,l filio.§. contratabulas, vbi Bart.ff.de inoff test.Abb.in c.cum causa,nu.5.de offi.deleg.Fely.in c.cum causam,nu.27.de re iud.& in c.de quarta,nume.25. & nu.29.de præscrip.Rom.consi.455.nu.25.versi.his tamen,& num.seq.

Et præsertim si fructus extant;quia de consumptis non tenetur,Abb.consi.34.nu.j.in fi.lib.j. vel & quò ad fructus consumptor,illos non restituere tenetur, nisi quatenus cum eis locupletatus sit,glo.est in l.sed & si lege.§.sed & fructus,in verbo.Et non puto ff.de pet.hæred.l.j. C.de pet. hær. Pract. Pap.in forma libel.quo pet.hær.ex testam.in gl.in verbo,Contradictionibus, nu.4.D.meus Soc.Iun.consi.150.numero 21.lib primo,& tenetur de fructibus perceptis tantùm, si cum illis locupletatus sit, & non de percipiendis,Plot.in l.si quando.num.280.quā conclusionem arbitror esse veram, ante litem contestatam: secus vero est post litem contestatam: quia dico, ꝙ hoc in secundo casu tenetur non tantum ad restitutionem fructuum percepto rum,sed & quoque percipiendorum, & ad omne suum interesse,& contra illum in litem iurari potest,Plot.in d.l.si quādo, numero 514.

Nōnulli alii distinxere,primam opinionem procedere posse,quando præscribens probaret,se in iure errasse,vt puta se peritiores consuluisse,qui sibi retulissent contractum valere, tūc quò ad restitutionem fructuum excusatur, Bart. in l.sed si lege. §.scire,nume.2.& seq.ff.de pet.hær Felyn.in c.de quarta,nu.28. & seq.de præscrip.Alex.consi.121.num.14. lib.4.Rub.consi.75.
742 num.5.Crau.consi.225.num.11. † cum periti quandoq; fallun tur l.2.§.Seruius autem Sulpicius.ff.de orig.iur. Curtius Iunior consil.6.sub nume.26. Alcia.in tract.præsump.reg.3.præsump.
743 31.num j.quæ iuris quoque ignorātia ex coniecturis,iudicijsq;, & per sacramentum ipsius præscribentis probatur, si præscribens sit persona fide digna,Balb.in l.Celsus, num.23.in fi.ff.de vsucap.Curtius Sen.consi.71.nume.15. Curt.Iun.consi 28.numero 9.Alc.in trac.præsump.reg.3.præsump.30.nu.6.

744 Et hæc maximè conclusio procedit, si contractus non a iure reprobatus sit,vtputa,ꝙ non sit simulatus, vel fęneratitius, sed lex tantum contractui assisteret,& non resisteret,tunc præscribens fructus suos faceret,Felyn. in d.c.de quarta, sub nume.31. Curt.Iun.consi.6.num.26.Alci.in tract.præsump.regula 3.præsump.30.nu.2.& seq.Plot.in l.si quando, num.262. C.vnde vi, Rim.Iun.in §.2.nu.44.Inst.quibus alien.licet vel non, etiam si fructus extarent, & cum illis locupletatus sit. l.sequitur. §. fructus, & ibi glo.& Bar.ff.de vsucap.Saly. in l.certum. nu.3.versic. sed vnum attende. C.de rei vend Curt.Sen.consi.71. nume.10. Curt.Iun.consi.6.num.26.

Si conuentus verò iuris errorem non probaret, & lex ℑctui expresse resisteret:qa esset fęneratitius,vel simulatus, & de iure prohibitus,& tunc præscribens fructus vtiq; suos non efficeret, Bar.in d.§.scire.num.5.& seq. Fely. in d.c.de quarta.nu.31. Balb. in d.l.Celsus,nu.19.& seq.Alex.consi.121.nu.13.& seq.libro 4. Curt.Iun.consi. 6.nume.26.immo eo in casu ad restitutionem fructuum perceptorum,percipiendorūq; tenetur,Soc.in l.rem quæ nobis,nu.22.ff.de acq. poss.ex quo in dolo præsumptò est, existēte ℑctu expresse à iure reprobato,Alc. in tract. præsump. regula tertia,præsump.30.nu.3.Plot.in l.si qñ.sub num 262.C. vnd.vi, & in his quoque terminis loquitur Rom. ℑs.455.& alii sui sequaces illā propositionē tenentes, videlicet ꝙ qñ error iuris sit,& non facti,& titulus ad non titulum reducatur,talem titulū quò ad acquisitionē fructuū non prodesse, Curt. Senio. consi.71.col.9.versi.ex his etiam,& quando lex dicatur ℑctui assistere,vel resistere,vide remissiuè Balb. in d.l.Celsus. num.20. vltra allegata per me sup.& inf.& Plot.in d.l.si quando.nu.263.

745 Et † quò ad hanc distinctionem respectu fructuū dico esse veram in præscriptione longissima,idest 30. & 40. ann. & non in præscriptione longi temporis,si lex ℑctui non expressò resisteret,sed tantum assisteret prout est, qñ ℑctus sua careat solennitate,& iuris error probatur:nam tunc præscriptio longissima ad præscribendum sufficit,in qua bona fides requiritur, & mala absit:secus verò est, si lex ℑctui expresse resisteret, prout est, qñ ℑctus sit simulatus, vel fęneratitius: nam tunc præscrip.30. ann.ad præscribendum non sufficit,Alex.consi.121.num.13.& seq.lib.4.Balb.in d.l.Celsus.nume.20.versi.4.limitatur,Crau.in trac.de antiq. temp. in 4.par. nu.164. nam si contractus à lege expresse reprobatus sit, iuris error non causam iustam præscribendi dat,etiam per præscriptionem longissimam, ut in termi nis petitionis hæreditatis tradit Afflic.decis.374.nu.4.

746 Bene verum est,ꝙ † existente præscriptione 30. ann. in dubio bona fides præsumitur, licèt nullus titulus appareat, Curt. Iun.consi 28.num.4.quæ bonafides ad præscribendum sufficit, Dec.consi.272.nu.9.& satis est,vt bona fides allegetur,licèt nō probetur.Paris.consi.93.nu.26.& seq.lib.3.

747 Quæ † conclusio quoque ampliatur procedere, qñ mala fides ab initio præsumpta esset, quæ per præscriptionem longissimam purgatur, taliter ꝙ illa amplius allegari non potest, vt supra dixi:secus verò erit,si mala fides non esset præsumpta,sed verè probatur,probando per instrumentum,vel per partis confessionem,præscribentem scientiam rei alienæ habuisse, & tūc enimuerò præscriptio 30. &40. ann. & etiam tanti temporis, quod initij &c.ad præscribendum non sufficit,Crau.in tract.de antiq.temp.in quarta par.nu.165.& seq.& nu.169. versic.sed ista responsio,& consi.146.nu.6.& seq.D.Rim.Iun.in prin. inst. per quas pers.nob.acquir.nu.24.& Fely.in c. de quarta, nu.35.in fi. dicit,ꝙ ille,qui titulum ex contractu cum minore vel Ecclesia inito habet, & scit aduersus illum titulum restitutionem peti posse;tunc ille non censetur titulum ad præscribendum habere,cum non sit in bona fide,quod censeo esse verum,si probatur præscribentem hanc scientiā habuisse,aliàs secus erit,Doc. præallegati vt suprà.

748 Secundò dico,ꝙ † petitio hæreditatis ℑ titulo possidentem datur,quādo quis pro pretio hæreditatem exiguo emisset, vel quia venditor non repertus fuisset,tunc arbitror, ꝙ in his casibus petitio hæreditatis contra hunc ementem cōceditur, non obstante eius titulo allegato,tex.est apertus in l.etiam.§. si quis hæreditatem,cum § seq.ff.de pet.hæred.glos. est in l.j.in verbo, teneatur,in fi.C.de inoff.testa.& in l.hæreditatem, in verbo,nō possit.C.in quib. caus.cess.long. temp.præscrip. Saly.in l.2.nu.8. C.de pet.hæred. Alex consi.186.nu.2.lib.5.Soc.in tract.fallen.regula,296.in quinta fall.Ruyn.consi.147.num.18.lib.3.

749 Idem † pariter quoque dici potest, qñ quis hæreditatē quasi vacantem à fisco emisset,ꝙ ℑ dictum emptorem petitio hæreditatis permittitur,& sic tunc quoq; ℑ titulo possidentem erit. l.etiam.§.item si quis à fisco.ff.de pet.hæred.glo.est à doc.communiter recepta in l.hæreditatē,in verbo, an possit. C. in quib. caus.cess.long.temp.præscrip.

Sed Saly.in l.secunda,numero 8.circa medium. C.de pet.hæred.dicit,ꝙ hodie talis emptor conueniri non potest,sed fiscus tantùm vsque ad quadriennium,per tex.in l.2.ibi in verbo, nec posse,& ibi not. Bal.Saly.& communiter doctores.C.de quadr. præscrip.

Ego autem dico,hanc conclusionem esse veram,si Princeps rem alienasset, quam bona fide possidebat, vt tradunt doct.in d.l.2.quia mox de bona vel mala fide recipientis non curatur, dummodo causam à Principe habeat;nam tunc dominium in illum transfertur,sine aliqua inquietudine apud illum mansurum.Bal.in l.2.numero 3.C.de quadr.præscri. D.meus Soc.Iun. consi.94.num.21.lib.2.

750 Tertiò † petitio hæreditatis contra hæredem hæredis vel possessoris datur;quia titulus hæreditarius nō hæreditatis petitionem excludit.l.etiam. §. hæredem. ff. de pet. hæred. Franciscus de Aret.consi.103.numero 4.circa medium,& in simili faciunt allegata per D.meum Socin. Iun.consi.156.num.26.lib.j.prout quoque titulus diuisionis petitionem hçreditatis non tollit:nē licèt iustus error quò ad vsucapionem pro titulo habeatur; tamen non habetur pro titulo,vt agens hæreditatis petitione repellatur.doctrina est Bartoli in l.j.num.3.ff.quor.bon.secuta à decis.Pedem.56.nu.6.

751 Quartò petitio † hæreditatis datur contra emptorem

Source : BIU Cujas

quotam hæreditatis, dummodo agat ad res ſingulares, & non ad quotam, nam quamuis emptor titulum in quota habeat, nō tamen titulum in rebus particularibus habet, meritò, ſi hoc in caſu petitio hæreditatis contra res ſingulares concedatur. Roman. ſing. 340. Soc. in tract. ſuo fallen. in regula 296. in tertia fallen. Iaſ. in leg. j. numero 10. in nona fallen. C. de inoff. teſta. Zuccard. in leg. fin. numero 435. C. de edict. D. Hadr. tollen.

752 Vel & quoque † contra titulo poſſidentem relaxatur, quando illa emptio ex ſolennitatis defectu non valeat, Roland. conſilio 48. ſub num. 20. lib. j. & vt ſuprà aliàs tetigi in j. limitatione huius regulæ prælegatæ.

753 Quintò dico, quòd † hæreditatis petitio contra titulo poſſidentem datur, quando poſſidens titulum depoſiti, vel commodati allegat, qui titulus ad dominij tranſlationem, & etiam ad vſucapionem non eſt aptus, prout de iure requiritur, meritò ſi ille titulus ad excludendum hæreditatis petitionem non ſufficit, leg. hæreditatis. in fin. C. de petit. hæredit. Salyc. in leg. cogi, numero nono verſiculo quæro, C. de petit. hæredit. Soc. in tract. fallentiarum ſuarum, in regula 296. in ſexta fallentia.

Sed Bald. in dicta leg. cogi, numero 10. dicit hanc propoſitionem eſſe veram, niſi actor ſe ex ſimili titulo fundaret; nam in ſimili titulo, in pariq́ue iure poſſidentis conditio eſt potior.

Sal. autem in dicta l. cogi, numero 9. verſiculo quæro, in contrarium tenet, & aliter diſtinguit, & dicit, quòd aut reus titulū commodati, vel depoſiti allegat, ſe ab eodem defuncto habere, & tunc hæredem non excludit, immo tanto magis tenetur, aut ab alio, & tunc dilatio ei datur, ad notificandum illi vt veniat defenſurus, quo non veniente, actor poterit illum conuenire, ex quo talis titulus ad dominij tranſlationem, ad vſucapionemq́; non eſt aptus. Sal. & Soc. vt ſuprà.

Ego bene autem fateor, q̄ iudicium proprio nomine contra alieno nomine poſſidentem nō moueri poteſt, ex quo pro hærede vel pro poſſeſſore non poſſidet, prout in petitione hæreditatis requiritur, l. regulariter. ff. de pet. hære. l. hæreditatis. C. de pet. hæred. nomine autem abſentis res eidem eſt petēda, niſi fortè reus dixerit, ſe poſſidere: nam tunc tanquam prædo conueniri poteſt, text. eſt perſpicuus in l. etiam. §. ſi quis abſentis. ff. de pet. hæred. hinc eſt, vt aliàs dixi, q̄ contra debitorem hæreditarium petitio hæreditatis non datur, ſi non contendat ſe eſſe hæredem, ſed propter aliā cauſam denegat ſoluere, l. ſi debitor, & ibi Bar. ff. de peti. hær. Are. in §. actionū aūt, nu. 101. inſt. de act.

754 Sextò & vltimò, petitio hæreditatis contra titulo poſſidentē conceditur, quando reus cōuentus titulum poſt defuncti mortem habuiſſet, ſecus verò erit, ſi ante mortem, Bald. in l. fin. numero 28. C. de edict. Diui Hadria. tollen. Roma. ſing. 340. Caſt. conſ. 138. num. 4 lib. 2. in nouis Alexan. conſ. 90. num. 10. verſic. facit ad hoc, libro 2. Soc. in tract. fallentiarum, regula 296. in ſecunda fallen. Ruin. conſ. 169. numero 3. & ſequen. libro 5. Crau. conſ. 277. columna 2. ver. ſimiliter, deciſ. Pedemon. 56. numero 4. verſic. prædictis, Marant poſt tract. ſuum de ord. iudi. in nona diſputa. numero 20. & ita aliàs ſæpiſſime Bononiæ iudicatum fuit, vt atteſtatur Roland. conſ. 48. num. 11. libro j. ſubdens ibi, q̄ opinio Baldi nō eſt ꝯ cōem, ſed forſan in iudicādo durū erit ab hac opinione ꝓtraria recedere, quę eſt ſubſequēs, vt infrà dicā.

Alij autem contrarium cenſuere, ſiue reus habuiſſet titulum in vita defuncti, ſiue poſt, nunquam hæreditatis petitio contra illum datur, Aretin. in §. ſed iſtæ, num. 30. circa medium, Inſt. de actio. Alexand. in l. fin. num. 28. verſ. ſed quia. C. de edict. D. Had. tollen. Iaſ. in d. §. actionum autem, nume. 218. & in l. j. nume. 10. verſ. iſtam limita. C. de inoff. teſta. a qua opinione tanquam a cō muni in iudicando, & conſulendo non eſt recedendum, vt refert ſequendo Alexand. conſ. 184. num. 3. & 186. nume. 2. & ſeq. & conſ. 73. num. 5. & ſeq. lib. 5. Ruin. conſ. 174. num. 15. libro j. & conſ. 25. num. 2. lib. 4. Zuccard. in l. fin. num. 420. C. de edict. Diu. Had. tol. vbi quoque dicit, hāc eſſe crebriorem doct. opinionē.

Quæ opinio mihi quoq; placuit, per tex. in l. etiam. §. j. & ſeq. ff. de petit. hæred. vbi habetur, quòd quando hæreditas pro parvo pretio ſit vendita, vel venditor non reperiatur; tunc illis in duobus caſibus ſpecialib. petitio hæreditatis contra titulo poſſidentem datur, ergo ibi probatur, quòd ius commune eſt in contrarium, Alexand. dicto conſilio 73. numero quinto, & dicta conſilio 186. numero ſecundo. in fin. & ratio equidem in promptu eſt; nam reus conuentus non contendit, ſe pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſidere: meritò, ſi contra illum petitio hæreditatis non conceditur, dicta leg. pro hærede, ſed ſimus in regula, quæ eſt, quòd poſſidens cum titulo hæreditatis petitione non conueniri poteſt, dicta leg. hæreditatis, & ibi Scribentes, Alexand. dicta conſilio 186. numero 6. verſicu. ſed quò ad tertium. tum & quoque; quia opinio Baldi in cōtrarium allegata non iure probatur, neque verificatur, ergo regula eſt tenenda. Zuccard. in d. l. fin. num. 420. & Roland. conſ. 48. nume. 11. in fin. lib j. dicit, q̄ in iudicādo durum erit forſan ab hac opinione recedere, licet ibi opinioni contrariæ annuat.

755 Quæ † concluſio quoq; ampliatur, & ꝓcedit, ſiue reus prius acquiſiuiſſet poſſeſſionem, quàm titulum, poſt defuncti obitū: nam hoc nihil refert, an titulus & poſſeſſio ſimul acquirantur, vel de per ſe; cum ſemper eadem ratio ſit, Iaſ. in l. prima, numero 10. in 7. fall. C. de inoffi. teſta. & in §. actionum autem, nu. 219. Inſt. de act. Zuccard. in l. fi. nu. 420. verſi. & iſta concluſio, & ſeq. nu. C. de edicto D. Hadr. toll. & præſertim ſi titulus ſit validus, ſecus verò erit, ſi inualidus ſit: quia tunc contra illum petitio hæreditatis de iure hæredi conceditur. Rol. conſi. 48. nume. 12. lib. j. & Doct. in 1. limit. præallegati.

756 Vel † & quoque hæredi petitio hæreditatis conceditur, quando reus cōuentus titulum poſt defuncti mortem habuiſſet ab eo, qui nullum ius in re habuiſſet, & ſicuti petitio hæreditatis contra venditorem daretur, ſimiliter ex eadem ratione cōtra emptorē dari debet, ne emptor melioris ſit conditionis, quàm auctor ſuus, Bar. Bal. & Ang in l. cogi. nume. 7. C. de pet. hær. Iaſ. in l. j. num. 10. verſi. tu aduerte. C. de inoff. teſta. Caſt. conſi. 138. num. 4. lib. 2. Alex. conſi. 184. nume. 5. lib. 5. Rol. conſi. 48. nu. 22. lib. j. aliàs ſi contrarium diceretur, quilibet legem de facili eluderet, ſimulando donationem, vel aliquem alium titulum, quę ſimulatio diffic ilis probationis eſt, & ideo aduocati noſtri tem poris pro conſilio clientulis ſuis dant, vt rem emptam donent, ad excludendum hæreditatis petitionem, ſed minimè id debet eidem eſſe permiſſum, ne via fraudandi legem aperiatur, cōtra l. conuenire. ff. de pact. dot. ita tradit Marant. poſt tract. ſuum de ord. iud. in nona diſpu. nu. 20. Iaſ. in §. actionum autem, nu. 221. Inſt. de actio. & ideo Salyc. in l. ſi poſt motam, numero quinto. C. de petit. hæred. dicit, quòd tunc ſufficit probare illum ante titulum acquiſitum poſſediſſe, qui hæreditatis petitione conue niri poterat.

Alii dixere, id eſſe verum, ſi acquirens in mala eſſet fide, ſecus ſi in bona, Alex. conſi. 186. nu. 3. lib. 5. & in l. fi. col. pen. & ibi etiam Zuccard. nu. 421. verſic. & prædicta. C. de edicto D. Hadr. toll. vbi Zuccard. dicit, hanc eſſe cōmunem Doct. opinionem.

757 Et ſi † fideicommiſſarius ille eſſet, qui petitionem hæreditatis vtilem intentaret contra emptorem rem fideicommiſſo ſubiectam, debet probare, q̄ hæres qui illam alienauit, ſciebat eam tempore alienationis fideicommiſſo ſubiectā eſſe, & ideo cautus ſemper actor debet eſſe, vt alienātis ſcientiam deducat, aliàs ſuccumberet, Alex. conſ. 186. nu. 5. & 7. lib. 5. prout dicitur de illo, qui poſt litem motam emit: quia actor debet probare, reum conuentum poſt litem motam emiſſe: nam ſcientia, & lis mota non præſumitur, niſi probetur. Bal. in l. ſi poſt motam, ſub nu. 4. C. de pet. hæred.

758 Et † quomodo libellus tunc per fideicommiſſarium contra emptorem formatur, in quem ipſo iure, abſque aliqua reali reſtitutione, vel verbali, dominium ſit translatum, vide Caſtr. conſi. 94. col. 2. verſi. quantum verò ad id, lib. 2. in nouis.

759 Ego † autem pro mera reſolutione huius ſextæ & vltimæ limitationis, ſic puto diſtinguendum eſſe, & dico, q̄ aut iſte reus cōuentus poſt defuncti mortem titulum ab eo habuit, qui nullum ius in re habebat, & titulum ante iudicium motum ſimul cum poſſeſſione habuit, & hoc in caſu dico, q̄ talis titulus reo conuento prodeſt, Bar. in l. 3. §. opus, num. j. ff. de alien. iud. mut. cau. facta, vbi dicit, q̄ actio in factum tunc contra venditorem datur, qui illum petitione hæreditatis priuauit, ergo Bar. ibi annuit, q̄ tunc titulus emēti prodeſt, vt petitione hæreditatis non conueniri poſſit, vt eſt gloſ. in l. nec vllam. §. omnib. ff. de pet. hær. Marant. poſt tractatum ſuum de ord. iud. in 9. diſput. nu. 21. Ruyn. conſi. 160. num. 4. lib. 5. & ita eſt intelligendus Iaſ. in d. §. actionum autem. nu. 220. vbi hanc neſciuit difficultatem enucleare, & Bar. ſimul concordare.

Non obſtat aliud dictum Bar. in d. l. cogi, nu. 7. vbi loquitur, quando conuentus titulum poſt litem motam acquiſiuiſſet: at in caſu d. §. opus. loquitur, quando ante iudicium motum titulum acquiſiuit, ergo de illo ad caſum noſtrum, tanquam ex diuerſo, non bene infertur. l. Papin. exuli. ff. de min. & ratio huius generalis concluſionis eſt; nam ante acquiſitionem tituli reus non poſſidebat: meritò, ſi cauſa ceſſat, ob quam fraus, & procuratio tituli præſumatur, quæ nunquam præſumi debet, nulla cauſa ſubſiſtente, Bar. in l. poſt contractum. ff. de don.

861 Neque † prædictæ concluſioni obſtat dicere, q̄ iſte vēditor non plus iuris in emptorem trāsferre potuit, q̄ ipſe habuit. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. l. traditio. ff. de acq. rer. dom. nā hoc nō nego, ſed quò ad caſum noſtrum dico, q̄ titulum bene trāſferre potuit, ſm Bart. in d. §. opus. nu. j. contra quem hæreditatis petitio non datur. d. l. hæreditatis.

762 Hanc † autem intellige concluſionem eſſe veram, niſi iſte acquirēs tituli acquiſitionem procuraſſet, ut ei ſubueniret, qui hæreditatis petitione conueniri poterat: nam tunc ille titulus illum ab hæreditatis petitione non defenderet, & etiam in omnibus caſibus, in quibus verè, vel præſumptiuè de fraude conſtare poſſit, q̄ emens de eo participauerit: nam tūc illis in caſibus hæreditatis petitio contra hunc poſſidentem datur, Salyc. in l. ſi poſt motam. nu. 5. C. de pet. hær. Iaſ. in §. actionum autem, num. 221. Inſt. de act. Zuccard. in l. fi. nu. 429. verſi. ſecundo caſu, & ſeq. num. C. de edicto D. Hadr. toll.

Si

763 Si verò titulum † post defuncti mortem,& post possessionē, ante litem motam acquisiuit ab eo, qui nullum ius in re habebat,& tunc dico,ꝙ si in dubium fuisset,se petitione hæreditatis conueniri posse, aut spes fuisset,ne conueniretur, & hoc in casu petitio hæreditatis cōtra illum sibi competit,aliàs secus erit, & tria sunt necessariò probanda.Primò,ꝙ titulum post possessionem acquisiuit. Secundò constare debet, ꝙ dubium aderat, vel timor ne cōueniretur. Tertiò quoq; probare debet,acquisitionem ab illo factam fuisse, qui nullum ius in re habebat, sed hæreditatis petitione conueniri poterat:his tribus probatis,petitio hæreditatis contra hunc possidentem cum titulo conceditur, aliàs illis non probatis, secus erit: quia agendo contra illum petitione hereditaris succumberet,Zuccard.in l.fi.nu.428. C.de edicto D.Hadr.toll.& in his terminis loquutus est Ang.in l.si is qui bonis.ff.de acquir.hæred.

764 Aut iste titulum † ante litem motam habuit ab eo, qui ius plenum habebat,& hoc in casu dico,ꝙ ille petitione hæreditatis non conueniri potest: aut ab eo, qui non plenum ius habebat,sed tale ius tantum,quò mediante ab hærede conueniri nō poterat, & similiter petitio hæreditatis contra illum nō datur, nisi actor probaret reum conuentum talem titulum procurasse,Zuccard.in d.l.fin.num.429.

765 Si lite autem pendente † titulum ab eo acquisiuit, qui nullū ius in re habebat,& si possediſſet hæreditatis petitione conueniri potuisset,tunc proculdubio dico, ꝙ talis titulus eidem nihil prodest,quin hæreditatis petitione conueniatur. Ratioque est: quia ipse fuit conuentus,& videns,ꝙ res sibi auferri poterat,qd fecit,ab illo qui nullum ius in re habebat,acquisiuit:meritò,si à lege præsumatur, illum sibi titulum procurasse in fraudem, vt ipse agentem repelleret, & sibi per phas,& nephas succurreretur:meritò,si petitio hæreditatis contra hunc titulo possidentē datur,Ang.Imo. & Arer. in l.si is qui bonis. ff.de acquir.hæred. Bart.Bal.& Ang.in l.cogi.nu.7.C.de pet.hæred. Alex. in l.fi.numero 28 propè fin.C.de edicto D.Hadr.toll. & consil.73. nu.6. lib.5.Zas.in §.actionum autem,nume.220.& seq.Inst.de act.vbi dicit, hanc opinionem litteris aureis scribi debere: nam actio ante titulum orta non competere desinit titulo superuenientе, & hoc ad remouendum fraudes, Salyc.in l.secunda,numero quinto.C.de pet.hæred.

766 Et † quamuis Salyc.in d.l.2.nu.2.& Ias.in d.§.actionum autē, num.221. titulum requirere videantur procuratum; tamen dico, ꝙ satis perspicuè de procuratione iuris præsumptione constare censetur, quæ iuris præsumptio est liquidissima probatio, nisi de bona emptoris fide probetur,Zucc.in l.fin.nu.423.C.de edic.D.Hadr.toll.

767 Si reus † verò conuentus titulum ab eo lite pendente acquisiuit,qui plenum ius in re habebat,& dico,ꝙ si acquirens in bona,vel mala fide sit,siue huiusmodi titulum, siue non procurauit,dico,ꝙ hoc in casu talis titulus omnino eidem prodest,& hæreditatis petitionem excludit, nisi talis titulus esset fictitius, & simulatus,nam tunc enimuerò eidem non prodest, ex quo titulus talis possessionem & dominium non tribuit, Bald. in d.l.cogi.numero 7.versi.si autem,Alex.consi.73.num.6.libro 5. Zuccar.in d.l.fin.nu.424.

Si tribuens verò titulū non plenum ius haberet, tale autem ius tantum, quo stante, hæreditatis petitione non conueniri potuisset, & hunc post litem motam titulum acquisiuisset, dico hoc in casu, alio non docto, titulus reo proderit,& ratio in promptu est:quia titulus non procuratus præsumitur,cū quilibet in dubio bonus censetur,nisi contrarium probetur.l.meritò.ff.pro soc. & in hoc fortè plurimum iudicis arbitriū potest.

768 Si † agēs verò de procuratione tituli verè, vel præsumptiuè probaret,dico,ꝙ tunc titulus non eidem prodesset: quia actor bonam habet fidem,reusq; cōuentus malam, qui titulus cum mala fide acquisitus conuentum à petitione hæreditatis non defendit,l.2.C.de petitio.hæred.l.nec vllam.§.primo.ff.eo. titu. glo.est in dicta l.nec vllam.§.item in titulo,in verbo,item in titulo,Alexand.in l.quod vxor,nume.4.in fin. ff. de acquir. poss. Zuccard.in dicta l.fin.nume.436.& seq.Rip.in l.j.nume.nono. ff.quorum bon.

769 Si † titulus verò lucratiuus reo post litem motam conuento superuenerit, & tunc censeo, ꝙ ille hæreditatis petitione conueniri non possit; nam omnis siniſtra suspicio cessat:meritò, si talis titulus eidem prodest, Salyc.in l.cogi,nume. decimo.C.de pet.hæred.Aret.in §.actionum autem, numero 100. propè fin. Inst.de actio.

Quæ conclusio procedit in casu dubio,secus autem est in casu certo,& perspicuo,in quo constare possit,titulum hunc procuraſſe:quia tunc talis titulus ita procuratus non eidem ,pdest, quin petitione hæreditatis conueniatur, Salyc. in l.si post motam, num.5.C.de pet.hæred.Zuccard.in l.fi.num.426.& seq.C. de edicto D. Hadr.toll.

770 Si quis † autem titulum, vel possessionem tantùm in vita defuncti habuisset, nunquam contra illum petitio hæreditatis daretur, ratione allegata per Zuccard. in dicta l. fin. numero 417.versi.circa primum,& numero sequent.

771 Et si quis diceret, quomodo † in prænarratis casibus titulus reo prodesse possit,qui post litem motam superuenit,si res per litis contestationem litigiosa fuit facta.l.fin. C. de litig.l.2.C.de pet.hæred.taliter ꝙ dicta res alienari non potest in præiudiciū actoris, ego fateor vtique id verum esse,si reus conuentus alteri post litem motam,& contestatam rem litigiosam alienaret, secus verò est,si ab alio sibi alienaretur;nam tunc alienatio valeret,& suam possessionem cōfirmaret. Bar.in d.l.cogi. nu.6.& etiam Bald. ibi numero 7. & propterea declara, & distingue, vt suprà dixi.

772 Et † quomodo sententia in hæreditatis petitione sit formanda,vide Are.in §.curare,nu.6.Inst.de act.& si generalis & incerta proferretur,valeret:quia propter id non vitiaretur. Vant. in tract.de nullit.in tit.ex defectu proceſſ.nume. 106. & ita finitur iste tractatus petitionis hæreditatis.

MARCI ANTONII CVCHI.

De mentiente circa possessionem.

SVMMARIVM

1 *Rei vendicatio requirit duo extrema,dominium.s.& possessionem.*
2 *Rei vendicatio competit etiam contra eum,qui desijt dolo possidere.*
3 *Actio est vtilis,quæ datur contra eum,qui desijt dolo possidere.*
4 *Idem,si culpa desierit possidere.*
5 *Dummodo post litem contestatam desierit possidere.*
6 *Desinens dolo possidere ante litem contestatam tenetur actione in factum.*
7 *Videtur dari actionem in rem etiam, quod ante litem contestatam desierit possidere.*
8 *Etiam qui dolosè acquirere possessionem desijt,tenetur rei vendicatione.*
9 *Possessor non liberatur, quin possit rei vendicatione conueniri,etiam,quòd agi possit contra eum qui dolo desiit possidere.*
10 *Possessore suscipiente in se iudicium eximitur ille, qui dolo desiit possidere.*
11 *Possessor & ipse dicitur rei vendicationem in habitu habere & potentia.*
12 *Rei vendicatio quandoq; competit etiam contra eum, qui neque possidet, neque dolo desiit possidere,sed quem speratur breui possessurum.*
13 *Regulariter rei vendicatio requirit duo prædicta extrema.*
14 *Rei vendicatio non est remedium possessorium, quamuis detur contra possessorem.*
15 *Rei vendicatio est remedium petitorium.*
16 *Ratio dicti huius.*
17 *Hyppothecaria actio est remedium petitorium non possessorium, quamuis auocet possessionem.*
18 *Libellus in rei vendicatione quomodo formetur.*
19 *Reus est interrogandus in rei vendicatione,an possideat.*
20 *Conuentus rei vendicatione,si non possideat, absoluendus est etiam diffinitiuè,si lis contestata sit.*
21 *Offerens se liti quamuis non possideat,condemnandus est.*
22 *Interrogatio an quis possideat fieri potest tam ante litem contestatā q̄ post.*
23 *Iudiciū in rei vendicatione procedit contra eū,qui nō possidet,nec fuit interrogatus,sed iudiciū in se suscepit, sed dicens se non possidere, absoluitur.*
24 *Iudicium procedit,si nunquā respōdit,se nō possidere, quāuis nō possideret.*
25 *Casus quo non impeditur cumulatio petitorij cum possessorio.*
26 *Tex.in l.si à te.ff.de excep.rei iudi.plures habet lecturas.*
27 *Limitatio ad d.l.si à te.*
28 *Alia declaratio ad d.l.si à te.*
29 *Casus legis nostræ.*
30 *Fictio non debet plus quàm veritas operari.*
31 *Ratio decisionis huius legis nostræ.*
32 *Nemo facit conditionem suam deteriorem mentiendo.*
33 *Negans se possidere,videtur possessionem suam neglectam habere.*
34 *Possessione sua priuatur,qui eam non defendit.*
35 *Mentitus in iudicio videtur iudicis maiestatem offendere.*
36 *Contumax in non respondendo punitur.*
37 *Mendacium est causa,vt aliquis iure suo priuetur,quando est factū iudici.*
38 *Aliud est,quòd priuetur quis possessione,aliud quòd ipso iure amittatur.*
39 *Actionem pati non dicitur quis ex libello porrecto.*
40 *Peti dicitur per litis contestationem.*
41 *Negans se possidere non pati potest rei vendicationem.*
42 *Paratus soluere non potest actionem pati.*
43 *Omnia iudicia sunt absolutoria,nisi actoris interſit ratione expensarum.*
44 *Nemo cogitur agere, vel accusare.*
45 *Statuta de bonis ad proclamata vendendis an sint cōformia iuri communi.*
46 *Nemo inuitus cogitur iudicium suscipere.*
47 *Conuentus actione personali cuadit sententiam fatendo debitum.*
48 *Iudex facit præceptum confesso debitum, vt soluat.*
49 *Confessione inducitur litis contestatio secundùm aliquos.*
50 *Præceptum de soluendo factum in confessum est sententia interlocutoria.*

Source : BIU Cujas

Marci Ant. Cuchi. De mentiente circa poss.

§1 Paratus soluere euadit sententiam.
52 Etiam si confiteatur solùm post litem contestatam.
53 Differentia an quis sit paratus soluere ante litem contestatam, an post.
54 Quomodo procedatur contra eum, qui neque vult soluere, neque confiteri, neque litem suscipere.
55 Missio in possessionem bonorum prouidet, cum quis non vult litẽ contestari.
56 Reus negans possidere, an omnino possit euadere litem in rei vendicatione, quamuis re vera possideat.
57 Reo non possidente, contra quem actum est, potest tamen actoris ius declarari.
58 Actoris interest declarari ius suum propter fructus, & accessiones, etiam si reus non possideat.
59 Declaratur hæc lex, quomodo quis non compellatur actionem pati negando, se possidere.
60 Reus non possidens absoluitur, quia non possidet, sed tamen poterit ferri sententia declaratoria super iure actoris, si actor ius suum probauerit.
61 Sententia declaratoria non est minoris virtutis, quàm condemnatoria.
62 Sententia absolutoria non prodest, nisi eo tempore, quo non possidet.
63 Sententia condemnatoria lata contra non possidentem; quia liti se obtulit, an possit mitti executioni contra eum, si possessio ad eum peruenerit.
64 Sententia, quæ potest mitti executioni contra eum, qui absolutus est, multo magis debet mitti posse executioni contra eum, qui est condemnatus.
65 Liti se offerre quis dicatur.
66 Sententia non potest mitti executioni contra reum, quando possessio ad eum peruenit ex noua causa.
67 Negans se possidere absoluendus est, licèt verè possideat, quando actor non probauit de possessione ipsius.
68 Potest tamen hoc casu declaratoria sequi iuris actoris.
69 Probatio possessionis ab actore contra possidentem & negantem facta quos effectus operetur.
70 Possessio legis nostræ videtur intelligenda de ea quæ rei incumbit.
71 Mendacium licere, an probetur in lege nostra.
72 Verba legis nostræ, quòd licet vnicuiq; dicere se non possidere, declarantur.
73 Mendacium punitur in translatione possessionis.
74 Mendacium aliud simplex, aliud duplex.
75 Mendacium aliud benignitatis, aliud iocosum, aliud malignum.
76 Mendacium iudiciale est execrabilius cæteris.
77 Mendacium iudiciale regulariter est mortale, sed quocunque veniale.
78 Leuitas rei excusat à peccato mortali in omni crimine, & numeric sequentibus.
81 Mendacium quid sit.
82 Diffinitio mendacij intelligitur de mendacio malignitatis.
83 Mendacium malignitatis solum deturpat famam, non alia mendacia.
84 Mendacium quòd dicatur esse execrabilius in Principe, quàm in alijs.
85 Mendacium dicere, & mentiri differunt apud humaniores scriptores.
86 Secus apud legistas.
87 Conuitium non est, si alicui obijciatur, quòd non dicit verum.
88 Omne non verum est in se falsum.
89 Potest quis alteri dicere, quod mentitur, vt defendat honorem suum.
90 Verba illa. Saluo honore tuo, non excusant ab iniuria.
91 Litis contestatio inducitur per illa verba. Tu mentiris.
92 Mendacium legibus punitur.
93 Mendacium non caret dolo.
94 Obripiens Principi punitur.
95 Debitor, qui negauit debitorem, amittit ius cessionis.
96 Possessor pignoris negans rem eius esse, cuius esse actor asseuerat, quomodo puniatur.
97 Negans se accepisse indebitum, quomodo puniatur.
98 Debitor negans se debitorem perdit beneficium, ne conueniatur, nisi inquantum facere potest.
99 Negans se talem perdit beneficium competens ex tali qualitate.
100 Administrator negans se habere bona, quæ habet, præsumitur in dolo.
101 Administrator negans se administratorem, præsumitur in dolo.
102 Mendax patitur iuramentum in litem sicut dolosus.
103 Negans scienter positiones, præsumitur in dolo.
104 Vasallus negans rem esse feudalem priuatur feudo.
105 Negans appellationem non potest ea appellatione vti.
106 Emphyteuta negans rem esse Emphyteuticam, non ideo priuatur iure suo.
107 Negans immixtionem abstinendi beneficium perdit.
108 Reo negante debitum in substantia, quantitas debiti vel qualitas poterit contra eum probari iuramento, & num. seq.
109 Declaratur ex Craueta.
110 Secus si qualitatem, vel quantitatem negauerit.
111 Venditor dicens, rem quam vendit, nulli esse obligatam, tenetur pœna falsi, vbi sit obligata.
112 Secus si tacuerit.
113 Dans vnam rem pro alia committit crimen stellionatus.
114 Affirmans pro vero, quod non est, in dolo.
115 Exceptionibus contrarijs pluribus vti quis nõ potest impunè, illis casibus, quibus mendacium punitur.
116 Nemo ex mendacio priuatur iure suo, nisi iure expressum sit.
117 Ng antis pœna augetur nunquam, vbi statuta pœnam ipso iure imponunt.
118 Causam iustam fouens, quando possit malitia vti.
119 Mendacium in iudicio factum, vt iusta causa sustineatur, non est peccatum mortale.
120 Nisi iuramentum violaretur, aut graue præiudicium resultaret.
121 Potentem à me pecuniam, quam dicit se mihi mutuasse, si eam restitui, possum repellere negando petitionem.
122 Qui pecuniam sibi mutuatam restituit, potest negare positionẽ actoris, qua dicit, eum pecuniam debere.
123 Pecuniam acceptam mutuò qui restituit, potest negare se eam accepisse.
124 Licitum est calumniari contra calumniantem.
125 Peierans in iudicio criminali ad sui defensionem, non punitur hoc seculo.
126 Vnusquisque redimere potest quoquomodo sanguinem suum.
127 Negans per mendacium se possidere, an puniatur pœna legis Corneliæ.
128 L. si quis obrepserit. de fals. procedit in obreptione probatoria.
129 Narrationem falsam producens non tenetur falsi, sed qui falsa probauit.
130 Lege si quis obrepserit. procedit etiam contra eum, qui obrepsit Iudici.
131 Obripiens Iudici non punitur ex lege Cornelia, sed pœna arbitraria.
132 Negans per mendacium se possidere non punitur neque pœna legis Corneliæ, neque pœna arbitraria.
133 Probatio est quid diuersum à responsione ad interrogationem.
134 Lex nostra procedit in quacunque possessione, & detentione.
135 Detentor quomodo patiatur translationem detentionis ex mendacio.
136 Dominus nullum præiudicium patitur, licèt detentio auferatur detentori.
137 Detentor malè agit, negando se detinere.
138 Detentor dominum non nominans in Iudicio præsumitur in dolo.
139 Præfectus alicui negocio, videtur habere administrationem in omnibus illi negocio pertinentibus.
140 Negociator omittens domino denuntiare id, quod ad eum pertinet, præsumitur esse in dolo.
141 Sententia lata contra colonum, vel alium detentorem non facit præiudicium domino.
142 Dominus non est priuandus sua possessione, & si executio facta sit contra colonum.
143 Detentor, qui verum Dominum in iudicio non nominat, cadit in hanc legem.
144 Possidens suo nomine & dicens se possidere alieno nomine incidit in hanc legem.
145 Nominans potentiorem priuatur iure suo, nedum possessione, & numero sequen.
147 Legis nostræ pœna procedit etiam in hypothecaria.
148 Item in Publiciana.
149 Item in petitione hæreditatis.
150 Etiam, quòd petitio hæreditatis intentetur contra singularis rei possessorem.
151 Etiam, quòd re vendita habeat pretium.
152 Pretium succedit loco rei.
153 Pretium habens rei hæreditariæ potest negare se rem hæreditariam possidere, vbi specificè de aliqua re sit interrogatus.
154 Contra Guliel. Cun. qui contrarium tenebat.
155 Interrogationes fiunt super facto non super iure.
156 Quomodo facienda sit interrogatio contra eum, quem prætenditur possidere aliquam rem hæreditariam.
157 Qui dolo desijt possidere non mentitur, nec punitur, si neget se possidere.
158 Interrogatio facienda, an dolo desierit possidere.
159 Idem in aliis vniuersalibus iudiciis, ut pretium loco rei succedat.
160 Procedit lex nostra etiam in remedio possessorio ex Edicto D. Hadriani.
161 Lex nostra ponit regulam generalem, secundùm Barbatiam.
162 Remedium ex Edicto D. Hadriani est personale.
163 Item est possessorium.
164 Lex nostra habet locum in petitorio, & vbi agitur circa rem ipsam.
165 Lex nostra loquitur in rei vendicatione duntaxat.
166 Glossa in §. illud quoque, in quo casu loquatur.
167 Edictum D. Hadriani non potest dici petitorium, licèt succedat loco petitionis hæreditatis.
168 Lex nostra an procedat in possessorio recuperandæ.
169 Ratio, cur lex nostra non habeat locum in possessorio recuperandæ.
170 Lex nostra habet locum etiam, cum mendacium est factum in qualitate.
171 Azo, & Placent. confutati à Bart.
172 Nemo tenetur respondere de titulo suæ possessionis in rei vendicatione.
173 Possessio simplex tantum facit in rei vendicatione, quantum in petitione hæreditatis facit modificata detentio.
174 Negatio facta his verbis, non possideo, & quatenus reperiar possidere, dico quòd iusto titulo possideo, facit cadere in pœnam.
175 Exceptione dicitur quis intentionem actoris negare.
176 Non præsumitur quis incontinenti se corrigere.
177 Neminem prohiberi vti pluribus exceptionibus, quomodo sit intelligendum.
178 Quòd excipiens non dicatur negare, quomodo sit intelligendum.
179 Contumacia habetur pro negatione quò ad hanc pœnam.

180 Con-

Source : BIU Cujas

180 Contumax in respondendo, & mendax equiparantur.
181 Contumax habetur pro confesso, vbi contumacia est vtilis actori.
182 Actori vtilius est, quòd reus habeatur pro negante, quò ad casum legis nostræ.
183 Dominij probatio difficillima est.
184 Nemo ob contumaciam priuatur tota causa.
185 Supradicta regula plures exceptiones patitur.
186 Contumax ad iussum Iudicis potest iure suo priuari.
187 Lex nostra procedit, siue interrogatio ante litem contestatam sit facta, siue post.
188 Iudicis maiestas non minus lęditur per mendacium ad interrogationem factam post litem contestatam, quàm si interrogatio facta sit ante.
189 An procedat, cum responsio facta est ad positiones.
190 Culpa maior adscribitur ei, qui vult impedire, ne iudiciũ inchoetur, quàm ei, qui impedit prosecutionem.
191 Decij locus.
192 Lex nostra videtur loqui tantùm de interrogatione facta ante litem contestatam.
193 Actionem quis pati dicitur contestatione litis.
194 Lex nostra locum habet etiam in responsione data ad positiones.
195 Positiones faciens periclitatur.
196 Positiones faciens fatetur positiones.
197 Reus responsurus positionibus debet iurare de calumnia.
198 Actor grauatur onere probandi, cum reus positiones negat.
199 Leges punientes mendacium non se restringunt ad interrogationem factam ante litem contestatam.
200 Iudicis Maiestas læditur etiam per mendacium factum ad positiones.
201 Lex nostra intelligi potest etiam de responsione facta ad positiones.
202 Actionem pati is demum dicitur, contra quem fit executio.
203 Lex nostra ponit exemplum ad frequentiorem vsum.
204 Raro contingere solet, vt quis positiones faciat ad probationem possessionis rei.
205 Incautus est, qui cum possit facere interrogatoria, facit positiones.
206 Decij dictum reiectum.
207 Libellus non requiritur in translatione possessionis ex lege nostra.
208 Negans se possidere, cum possideat, possessioni renunciat.
209 Libellus datur etiam in officio Iudicis nobili.
210 Libellus non est necessarius inofficio iudicis nobili, quando non proponitur per modum actionis.
211 Libellus non requiritur in officio iudicis nobili, quando impetratur super re liquida.
212 Pęnæ petitio resultantis ex aliquo emergenti non desiderat nouum libellum.
213 In notorijs non requiritur ordo Iudicij.
214 Iudicis officio expedienda videntur habere causam odiosam.
215 Executio huius legis quomodo fiat in practica.
216 Litis contestatio an sit in hoc iudicio necessaria.
217 Emergentia quæ impediunt litem contestari, desiderant litis contestationem.
218 Negans se possidere non videtur litem contestari.
219 Libellus non requiritur, nec litis contestatio, neque litis contestatio inducitur per responsionem negatiuam in terminis legis nostræ.
220 Procedit lex nostra, etiam quòd actor velit procedere in petitorio.
221 Reus quandoque onus probandi suscipit.
222 Possessio in reo non dicetur inueniri ex lege nostra; quia translata sit.
223 Actor obtenta possessionis translatione poterit tamen agere & petere se dominum declarari.
224 Translatio hęc possessionis non reuocatur intra annum.
225 Missionem passus ex primo decreto recuperare potest possessionem intra annum.
226 Procedit hæc lex etiam, quòd reus velit incontinenti probare dominium.
227 Possessoria regulariter admittunt exceptionem illam, dolo facis, qui petis &c.
228 Possessorium recuperandæ non admittit exceptionem, dolo facis qui petis &c.
229 Exceptio proprietatis notoriæ an obstet huic possessorio.
230 Plus est notorium esse, quàm incontinenti probari posse.
231 Notoria non egent probatione.
232 Notoria nunquam censentur excluſa à lege vel statuto, quæ omnes exceptiones excludant.
233 Possessorium recuperandæ admittit exceptionem notoriæ proprietatis.
234 Etiam quòd spolium factum sit lite pendente.
235 Spolium factum lite pendente est execrabilius.
236 Prædo notorius ex processu non est restituendus.
237 Possessorium nostræ legis quod est adipiscendæ, non habet maiora priuilegia, quàm possessorium recuperandæ.
238 Notorium dicitur ius possessoris per confessionem actoris.
239 Notorium dicitur, si testes iam admissi fuerint, & probarint.
240 Acta facient notorium saltem ipsi iudici.
241 Testium probatio facit rem notoriam.
242 Publica documenta faciunt notorium.
243 Instrumentum est probatio probata.
244 Instrumentum facit rem manifestam.
245 Instrumenti decisio habetur pro decisione legis. & seq.
247 Supradicta procedunt, etiam quòd instrumentum non habeat executionem paratam, nec sit guarentigiatum.
248 Instrumenta regulariter non habent executionem paratam.
249 Instrumenta, quibus aliqua exceptio opponi potest, non faciunt rem notoriam.
250 Possessio transferenda non est in omnibus illis casibus, quibus dominij exceptio notoria est tam in lege nostra, quàm in possessorio recuperandæ.
251 Lex nostra procedit etiam in beneficialibus, & spiritualibus, & seq.
253 Spoliatus beneficijs restituendus non est, nisi probet titulum coloratum.
254 Spoliatus restituendus non est ad beneficium reseruatum, quod ipse non habuit ex reseruatione.
255 Reseruationes contentæ in corpore iuris sunt notoriæ.
256 Reseruatio inficit possessionem.
257 Inficit etiam detentionem.
258 Exceptio execrabilitatis obiecta post spolij probationem reseruatur in causa petitorij in Rota, & spoliatus restituitur.
259 Distinctio in prædicto articulo secundùm Mandosium.
260 Reseruatio inficit possessionem simul atque facta est, etiam antequam obijciatur.
261 Lex nostra procedit etiam in actione in rem, quæ datur ad incorporalia.
262 Possessio non datur in rebus incorporalibus.
263 Actio in rem datur etiam possessori in rebus incorporalibus.
264 Confessoria datur contra possessorem.
265 Dicens se possidere, cum non possideret, incidit in pęnam.
266 Offerre se liti quis dicatur.
267 Iudicium in se suscipiens cum non possideret, non dicitur, se liti offerre, nisi interrogatus fuerit.
268 Offerentis se liti quæ pęna sit. & seq.
270 Offerens se liti, cum non possideat, debet soluere æstimationem rei.
271 Possessor verus non liberatur, licèt alius se offerat liti, & consecutus sit actor æstimationem ab eo.
272 Personæ Ecclesiasticæ offerentes se liti non continentur in supradictis.
273 Procedit hæc lex etiam in eo, qui non possidet, sed desijt dolo possidere.
274 Procedit etiam in vasallo & emphyteuta.
275 Procedit hæc lex tunc solùm, cum actor est grauatus onere probandi.
276 Reus qui semel negauit, potest deinde confiteri & euitare pęnam.
277 Pęna huius legis non procedit, si actor iuramento probarit possessionem rei.
278 Quod intelligendum, nisi probatum sit semiplenè saltem.
279 Probaturq, ratione.
280 Pęna hæc non habet locum, si reus ante litis contestationem confitetur.
281 Reuocatio negationis fieri potest etiam lite contestata, dummodo non sit conuictus probationibus.
282 Pœna legalis imposita neganti euitari potest pęnitentia quãdocunque ante sententiam.
283 Qui prius confessus fuit, non potest deinde negare.
284 Reuocatio negationis non facit euitare expensas.
28 Actor potest vti confessione rei, si velit.
286 Reuocans negationem non consequitur beneficium à statuto confitenti concessum.
287 Mendacium hoc non punitur, nisi responsio sit data ad interrogationem in iure à iudice factam cum comminatione.
288 Negatio facta per clausulam generalem, nego narrata &c. non facit incurrere hanc pęnam.
289 Negatio facta super libello inepto non facit incurrere hanc pęnam.
290 Etiam si præcesserit, vel subsecuta fuerit libellum interrogatio, vel in libello facta sit.
291 Negatio facta sine dolo, vel lata culpa non punitur.
292 Actor probare debet, quòd reus sciebat se possidere.
293 Dolum vel latam culpam requiri probatur.
294 Lata culpa quomodo præsumatur.
295 Pęna hæc non habet locum, si interrogatio per iudicem annullata sit.
296 Possessio non perditur ipso iure per negationem.
297 Peti debet, vt possessionem ingrediendi licentia detur.
298 Mendacium non facit, vt sententia feratur super principali.
299 Possessio non transfertur, vbi notorium est ius proprietatis in reo.
300 Possessionis translationem passus auditur super dominio vsque ad annos decem.
301 Præscriptio decem annorum currit contra hunc, qui translationem possessionis passus est propter negationem.
302 Præscriptio decem annorum non procedit sine titulo.
303 Præscribere non potest is, in quem translata non est conditio vsucapiendi.
304 Dominus non potest amplius fieri dominus.
305 Sententia lata in actione reali non transfert dominium.
306 Titulum habet, qui authore prætore possidet.
307 Lex nostra non procedit in actionibus personalibus.
308 Contrarium videtur dixisse glossa.
300 Possessionis translatio peti debet prius, quàm causa terminetur in petitorio.
310 Notorium efficitur per sententiam.
311 Possessorium recuperandæ cessat, cum sententia lata est in rei fauorem.
312 Possessionis hæc translatio fit causa ordinandi iudicij in petitorio.

Source : BIU Cujas

Marci Ant. Cuchi. De mentiente circa poss.

313 Possessorio videtur renuntiare, qui petitorium prosequitur.
314 Spoliatus, qui patitur litem fieri super petitorio, videtur renuntiare possessorio.
315 Officium Iudicis mercenarium cessat post terminatum iudicium.
316 Quæ fiunt post litem contestatam, pertinent ad Iudicis officium mercenarium.
317 Missio in possessionem fit ex officio Iudicis nobili.
318 Mentiens circa qualitatem possessionis non punitur hac lege.
319 Non fit hæc translatio, vbi proceditur sola facti veritate inspecta, si probationes in promptu sint super proprietate.
320 Spoliatus non restituitur, cum prædo habet probationes in promptu super proprietate, quando proceditur sola facti veritate inspecta.
321 Argumentum valet à possessorio recuperatorio ad hoc nostrum possessorium.
322 Mendacium hoc non punitur, nisi in ea re, in qua factum est.
323 Pœna non egreditur delictum in his, quæ diuisionem admittunt.
324 Pœna hæc non habet locum, si actor non benè specificauerit bona.
325 Duæ demonstrationes sufficiunt ad rei indicationem.
326 Fallit, si quis incideret ex hoc in pœnam.
327 Pœna euitatur, modò vna ex demonstrationibus vera non reperiatur.
328 Dolus non probatur, nec lata culpa, si quis neget rem non rectè demonstratam.
329 Pretium habens, & negans rem habere, non mentitur in rei vendicatione.
330 Mendacium prælati non facit transferri possessionem.
331 Mendacium prælati non nocet Ecclesiæ.
332 Prælatus desinens dolo possidere Ecclesiæ damnum non dat.
333 Prælatus non facit incidere Ecclesiam in pœnam legis si quis in tantam.
334 Ripæ opinio approbata.
335 Translatio possessionis in lege nostra potest esse causa, vt dominium amittatur.
336 In lege nostra transfertur possessio in actorem, quam nunquam habuit.
337 Prælato mentiente circa possessionem, actor debet possessionem probare, & petitorium prosequi.
338 Negotium hoc non admittit diuisionem, vt possessio transferatur solum, dum prælatus viuit.
339 Translatio possessionis non fiet in lege nostra, vbicunque difficilis esset postmodum recuperatio futura.
340 Spoliatus non restituitur, vbi recuperatio difficilis esset.
341 Contrarium author defendit. & seq.
343 Animæ salus cuicunque rei præferenda est.
344 Appellatio permittitur in causis, quibus damnum irrecuperabile infertur.
345 Damnum corporeum est maius, quàm damnum rerum.
346 Personæ quæ Iudicem promptum non habent, sua authoritate possessionem recuperare possunt.
347 Idem, si paterentur enorme damnum.
348 Promptum est leges legibus concordare.
349 Decisio Bartoli in l. si alius. §. bellissimè. non est tuta.
350 Quòd res difficilis recuperationis sit, debet nocere etiam spoliatori.
351 Distinctio Fabij in §. nihil commune, reprobata.
325 Eligens viam iudicij non potest redire ad viam facti.
353 Concedens precariò non potest propria authoritate expellere possidentem, vbi res ad iudicium deducta est.
354 Limitatur.
355 Conclusio contra communem, quòd spoliatus sit restituendus, etiam quòd difficilis recuperatio esset.
356 Consulitur, vt cautio offeratur.
357 Contrarium conclusionis prædictæ in nostro possessorio esse dicitur.
358 Diuersæ rationes militant in nostro possessorio circa hunc articulum, quàm in possessorio recuperandæ.
359 Vitium, quod rem ipsam afficit, maius est, quàm vitium extrinsecum.
360 Possessionis translatio non fit ex lege nostra, vbi difficilis sit recuperatio.
361 Nec vbi immineret scandalum.
362 Abbati agenti ad recuperationem Monachi an possit opponi exceptio proprietatis, non facta restitutione.
363 Ripæ sententia reiecta.
364 Frequens habitus monachalis mutatio est graue scandalum.
365 Guidonis Pap. limitatio ad legem nostram, vt non procedat contra detentorem.
366 Lex nostra loquitur de possidente non de detentore.
367 Debet tamen intelligi etiam in detentore.
368 Rationes, quæ habent locum in possidente, militant etiam in detentore.
369 L. Officium. dicit actionem in rem competere etiam contra detentorem.
370 Detentores si negent, se possidere, non cadunt in hanc pœnam.
371 Cadunt tamen si negent, se detinere.
372 Et interrogati super possessione non debent respondere super detentione.
373 Forma interrogandi reum complectens etiam detentionem.
374 Negatio detentoris non nocet vero possessori, vel domino.
375 Lex nostra non procedit, vbicunque negatione alia exceptio additur, cuius probandæ onus incumbit ipsi reo.
376 Contrarias exceptiones proponere quis potest, vbi onus probandi in se suscipit.
377 Exceptiones plures quæ concurrere possint, proponi possunt.
378 Responsio ad consilium Barbatiæ.
379 Regula negatiua procedit, vt quibus in casibus spoliatus restituendus non est, eisdem nec transferatur possessio ad actorem propter mendacium.
380 Affirmatiua tamen non valet, vt quibus in casibus spoliatus restituitur, eisdem & possessio propter mendacium transferatur.
381 Omnes personæ, quæ repelluntur ab agendo, non restituuntur, si fuerint spoliatæ, nec consequuntur dominij translationem.
382 Excommunicatus spoliatus non restituitur, nec consequitur translationem possessionis ex mendacio rei.
383 Idem in heretico, Antipapa, Simoniaco, Criminoso. vsque ad nume. 388.
399 Possessio cuius temporis probanda sit.
390 Bartoli sententia circa hoc.
391 Ratio sententiæ Bartoli.
392 Bartoli verba perpensa.
393 Possessio amittitur solo animo.
394 Intellectus ad hanc legem reiectus ab authore.
395 Animus declaratur verbis.
396 Declaratur etiam factis.
397 Plus est declarare factis, quàm verbis.
398 Possessio non amittitur solo animo.
399 Responsio ad rationem Bartoli per authorem.
400 Interrogatus an possideat, videtur interrogari de plena possessione.
401 Qui animo possidere desiit, non potest negare se possidere, si detinet.
402 Interrogandus est reus, an possideat, vel detineat.
403 Remedium possessionis adipiscendæ in lege nostra contentum, non solet enumerari a Doctoribus inter alia remedia adipiscendę.
404 Remedia adipiscendæ quæ sint.
405 Remedium hoc possessorium fortè omissum est, tanquam mercenarium.
406 Remedium nostrum possessorium est ex officio Iudicis nobili.
407 Translatio quælibet possessionis fit ex officio Iudicis nobili.
408 Missio in possessionem contra contumacem non defendentem ex officio Iudicis nobili est adipiscendæ.
409 Missio in possessionem ex primo decreto videtur præbere solam detentionem.
410 Nonnulli casus excipiuntur.
411 Missio ex primo decreto dat possessionem, quando habet vim secundi decreti.
412 Idem si permittatur ei lucrari fructus.
413 Missus ex primo decreto in actione reali possidet, ex magis communi.
414 Multi tenuerunt communem opinionem esse in contrarium.
415 Possessorium adipiscendæ est etiam remedium, quod datur ex secundo decreto in actionibus personalibus.
416 Item illud quod datur ventri, vt in possessionem mittatur.
417 Possessoria omnia dantur Iudicis officio nobili.
418 Appellandum est Iudice non curante possessionem dare ex hac lege.
419 Procedere non debet in petitorio, qui vult possessionem in se transferri ex hac lege.
420 Appellari non potest regulariter à sententia in possessorio.
421 Distinguitur in eo articulo, an à possessorio appellari possit.
422 Appellatio in possessorio non impedit executionem, sed facit causæ cognitionem deuolui ad superiorem.
423 Idem in possessorio nostræ legis.
424 Vtilis est appellare in hoc possessorio, quàm petitorio agere.
425 Qui deposuit sequestro an possideat.
426 Lege licèt. ff. depositi. & l. interesse. ff. de acquirend. possess. videntur contrariæ.
427 Glo. in d.l. licèt. non rectè conciliat eas leges.
428 Nec glossa in d.l. interesse.
429 Distinctio illa, an depositio fiat ab vtraque parte, an ab altera, reprobata.
430 Sequester propriè qui sit. & seq.
432 Prædictæ leges conciliatæ.
433 Intellectus nouus ad l. interesse.
434 Ratio cur possessio amittatur, cum vtraque pars consentit.
435 Duo non possunt eandem rem simul possidere.
436 Sequestrum necessarium, quod à Iudice fit non transfert possessionem.
437 Contrarium tenet Author.
438 Declaratur opinio contraria doctorum.
439 Possessio translata per iudicem in sequestrem prodest victori ad vsucapionem.
440 Sequestrum necessarium transfert possessionem in sequestrem, vbi constat de voluntate Iudicis.
441 Sequester modo rem detineat, potest conueniri, & cadere in hanc legem.
442 Qui sequestro deposuit pariter in hanc legem cadere potest.
443 Nisi transtulisset omnem possessionem.
444 Possessionis probatio resultat ex probatione detentionis.
445 Detentio est facti, propterea facilè probari potest.

FVRIVS

Source : BIU Cujas

FVRIVS ANTHINVS.

L. In rem actionem pati non compellimur, quia licet alicui dicere, se non possidere: ita tamen, vt si possit aduersarius conuincere, rem ab aduersario possideri, transferat ad se possessionem per iudicem, licèt suam esse non probarit.

Quatuor sunt huius legis partes, nam prima pars tradit regulam, secunda affert regulæ rationem, quæ est ibi, quia licet. tertia limitationem, ibi. Ita tamen. quarta & vltima, ibi, licet suam esse, dictam limitationem ampliat. Compendiosis verbis sensus hic elicitur, videlicet. Negans se possidere non conuenitur rei vendicatione, sed tamen mentiens possessione priuatur.

PRAEMITTE, quò cætera tibi clariora fiant, 1 † Quòd in rei vendicatione requirunt̃ duo extrema, alterum, quod est dñium, ex parte actoris, alterũ, quod est possessio, ex parte rei. l. j. vbi gl. C. de aliena. mutan. iudi. cau. facta. §. nanque agit vnusquisque, vbi gl. in ver. possidet, insti. de 2 actio. de quo tamen per Ange. & Iasonem ibi. † Satis tamẽ fuerit, vt actio hæc detur, quod desierit dolo possidere, nam perinde conuenietur, ac si possideret, l. qui dolo, & l. parẽ. vbi Dec. & Cagnol. de regul. iur. & l. sinautem. §. sed si quis. & l. ꝙ si dolo supra eo. reg. pro possessore. in 6 Bar. in d. l. vn. C. de alienat. iud. 3 mut. cau. facta. † hoc verò casu, cum dolo desijt possidere, actio erit vtilis, non directa. Bar. in l. quanquam. §. Iulianus. ff. de acq. 4 plu. arcen. glo. Dec. & Cagnol. in d. l. qui dolo. † & fortè etiam 5 idem erit, si culpa desijsset possidere. Cagnol. vbi supra, † quæ tñ intelligenda sunt, scilicet si post litem contestatã possidere 6 desijsset, † nam si ante litem contestatam possidere desijsset, nõ rei vendicatio, sed actio in factum contra eum competeret ex titulo illo, de alienatione iudicij mutãdi causa facta. Ab. c. j. nu. 5. extra de aliena. iud. mutan. cau. fac. Ias. in §. omniũ. nu. 77. inst. 7 de act. † sed tu tamen vide textum in l. sianautem. §. sed & is. supra eo qui ait, quod etiam, qui ante litem cõtestatam desijt dolo 8 possidere, tenetur actione in rem; † Tenetur item rei vendicatione ille, qui dolosè omisit possessionem acquirere. l. j. §. toties in ver. sanè quæstionis fuit. ff. si quis omis. cau. testam. In quo 9 tamen sciendum est, † ꝙ licèt agi possit contra eum, qui dolo desijt possidere, nõ propterea tñ liberatur ille, qui possidet, quin & ipse conueniri possit, l. etiam. §. item si quis dolo. ff. de pet. hæ- 10 red. † quin etiam, si possessor in se iudicium suscipiat, eximetur 11 ille, ꝙ dolo desiit possidere. Dec. in d. l. qui dolo. de reg. iu † Nec prætereundum tñ, ꝙ etiam ille, qui possidet, dicitur ipse quoq; rei vendicationẽ habere in habitu, & potentia, Ang. in l. sinau- 12 tem §. possidere. in fi. supra eo. † Competit etiam interdum rei vendicatio contra eum, qui neq; possidet, neq; dolo desiit possidere, sed quem speratur breui esse possessurum, Barba. in c. fin. per illum textum, extra de iudi. apostillant. ad Bar. in d. l. j. C. de 13 alienat. iudic. mutan. cau. fact. in versi. requiruntur. † Regulariter tamen loquendo in rei vendicatione particulari duo extrema requiruntur, vt supra dixi, nempe dominium ex parte actoris, possessio autem ex parte rei, ideoq; fit, ꝙ huiusce legis decisio vt fieret, necessarium erat.

14 † Nec ideo tamen credat quis, rei vendicationem remedium possessorium esse; quia contra possessorem dirigatur, & ab eo 15 auocetur possessio, † erit enim nihilominus remedium petitorium, l. actio in personam. ff. de actio. & obli. l. qui petitorio. supra eo, † cuius rei ratio est, ꝙ, quamuis possessionem auocet, 16 non tamẽ in possessione iuris sui, & intentionis suæ fundamẽtum iacit, sed ratione dominij, quod penès se est, † quemadmodum etiam hypothecaria actio auocat quidem possessionem, 17 à reo, sed tamen, quia ratione iuris hypothecæ, quam habet, nõ ratione possessionis vllius, qui, quam habeat, vel habuerit, non dicitur possessorium remedium, sed petitorium, Bar. in l. j. C. de 18 saluiano interdicto. † Sic etenim libellus in rei vẽdicatione formatur; nam actor petit, sed dñm declarari, & rem sibi restitui, 19 Bart. in l. ex. diuerso. §. fin. ff. de rei vendicat. Angel. Aret. & Ias. in §. omnium. instit. de act. † Hac igitur ratione, quia possessio requiritur ex parte rei, propterea actori consuluitur, vt prius q̃ libellum det in rei vendicatione, & litem moueat, reum interrogari curet, an possideat, vel dolo desierit possidere, ne frustra experiatur, si ille reperiatur non possidere d. l. qui petitorio supra eo & l. si fundus. §. in vendicatione. ff. de pignor. † nã si ageret contra eum, qui non possideret, ille absoluendus esset etiã diffinitiuè, vbi contestata lis fuisset, d. l. si fundus. §. in vendicatione, de pignor. quod sanè intelligendum, nisi ille defensioni se obtulerit sine causa, cum nõ possideret, nec dolo fecisset, quominus possideret, & actor id ignoraret; tunc enim absoluen- 21 dus non esset, † Sin autem, cum à Titio petere vellem, aliquis dixerit se possidere, sicque liti se obtulerit, hoc autem probatum sit, omnimodo condemnandus erit l. is qui destinauit, cum duab. seq. supra eo.

22 † Hæc verò interrogatio, non solùm ante litem contestatã, sed & postea fieri potest, si ante facere eam oblitus sit, gl. in d. l. 23 qui petitorio. in fin. secundæ glossæ: † nam, si fortè contigisset actorem intentasse rei vendicationem contra eum, qui non possidebat, neq; dolo fecerat, quominus possideret, nec eum interrogauerat, an possideret, vel ne, sed ipse litem vltrò suscepisset, teneret quidem iudicium, verùm tamẽ interrogari postea posset, quamuis contestata iam lis esset, & tunc, si responderet, se non possidere, absolueretur diffinitiuè per d. l. si fundus. §. in vẽdicatione, vt dicit Imola ĩ d. l. naturaliter. §. nihil cõmune. in quarta combinatione Bartoli. col. 5. num. 7. vers. item adde circa 24 quartam. ff. de acq. possess. † Si autem nunquam interrogatus fuisset, nec vnquam excepisset, procederetur, veluti si verè possideret; quia videretur se liti obtulisse, & tanquam sese liti offerens condemnandus esset d. l. is qui se obtulit. ex distinctio 25 ne ibi tradita, † Et hic fortè esse posset casus, in quo non impediretur cumulatio petitorij cum possessorio recuperandæ, vt per Imol. Alexand. Ripam in d. §. nihil commune. per l. si à te. ff. de except. rei iudic. vbi Barto. quia tunc non obstare illa regula, seu causa, quę solet impedire cumulationem, videlicet contra- 26 rietatis & repugnantiæ ratio, † in illo enim textu habetur, ꝙ si quis fundum, quem putabat se possidere, defenderit, mox emerit, & secundùm petitiorem res iudicata sit, an restituere eum cogatur, si quis dubitet, Neratius diffinit, si actori iterum petenti obiiciatur exceptio rei iudicatæ, replicare eum oportere de re secundùm se iudicata; qui quidem textus plures intellectus recipit, nam Accursius ibi, in versi. si quis fundum. Tres intellectus affert, ex quibus vnus est, quòd sententia in fauorem actoris lata sit, condemnato reo, & declarato actoris iure. Alter, ꝙ reus absolutus fuerit; quia non possidebat, & ius actoris minimè fuerit declaratum. Tertius fuit intellectus, quòd sententia in vna parte pro actore, in altera pro reo lata sit; pro actore quidem in eo sit lata; quia ius ei competere sit declaratum, pro 27 reo autem, dum absolutus fuit, eo quia non possidebat, † qui tamen textus si iuxta illum intellectum exaudiatur, vt ferri sententia diffinitiua possit pro actore, qua sententia actor declaretur Dominus, licèt reus non possideat, declarandus est, non procedere, si actor ipse possideret; tunc enim libellus non teneret, vt dicit Alexand. in dicto §. nihil commune. in 3. lectura. 28 ff. de acquiren. possess. per text. in c. examinata. de Iudic. † idemque si aliunde actor certus esset, reum non possidere, tũc enim nõ ab alio, sed à se actor decipitur. l. nam & si actor, quę est l. sequen. ad l. is qui se obtulit. ad quod Mathesillan. in singu. 137. nota quòd si actor. Felyn. in c. examinata. colum. prima, de iud. & in c. pen. colum. 5 de except. Ripa in d. §. nihil commune. nume. 162. in fi. numeri illius.

Quæ quidem præmittenda censui, quòd nõ paruam lucem afferant plerisque ex his, quæ in materia legis nostræ sunt tractanda. 29 † Vertitur itaque hac in lege quæstio. Si reus, qui verè possidebat, negauerit, se possessorem esse, quidnam hoc casu agẽdum sit; hic etenim casus ad nullum eorum, quos supra delibaui, pertinere videtur, cum scilicet possidet reus, neq; id negat, vel cum dolo desiit possidere, aut culpam, ante litem contestatam, vel post, vel dolo omisit acquirere possessionem, quã nanciscì poterat, vel breui possessionem acquisiturus erat, vel cum omnino non possidet, vel cum defensioni se obtulit, quãuis non possideret: Hæc inquam species à prædictis diuersa est. Deciditur autẽ in lege nostra, eum quidem, qui mentius est, dicens se non possidere, cum re vera tamen possideret, in rem actionem pati non compelli; quia licet alicui dicere, se non possidere; si tamen possit aduersarius conuincere, rem ab aduersario possideri, transferret ad se possessionem per iudicem, licet suam esse non probarit.

Duæ igitur sunt in hac lege præcipuæ decisiones, Altera, ꝙ actionẽ in rem pati quis non compellitur, si neget se possidere. Altera, ꝙ mẽtiens, dum negat se possidere, ex hoc priuatur possessione, eaque in aduersarium transfertur.

Videbatur autem prima decisio non modicam dubitandi rationem habere, nam si ille, qui non possidet, sed dolo desiit possidere, conueniri tamen rei actione potest d. l. qui dolo. d. l. parem. d. l. ꝙ si dolo. d. l. sinautem. §. sed si quis d. c. pro possessore. multò magis videbatur conueniendus, qui re vera possidet, li- 30 cèt se possidere neget, † ne plus operetur fictio, quàm veritas. l. filio quem pater. ff. de liber. & posthum. sic pariter, si is qui non possidet verè, sed tamẽ liti sese veluti possessor, cõueniri potest, d. l. is qui se obtulit, cur non & multò magis eum dicamus, pati actionem debere, qui verè possessor sit, sed & textus in d. l. si à te. §. j. secundùm vnum intellectum videtur aduersari, dum sup- 31 ponitur, † declarari posse diffinitiuè de actoris iure, & si reus nequaquam possideat, quod non fieret, nisi actionem pati reus cõpelleretur, idest, nisi lis foret contestata. Sed tamen, quia is qui mentitur, negans se possidere, cum re vera possideret, plus incõmodi, & damni sensurus est, quàm ex eo sentiret, si actionem in rem pati compelleretur, cum possessio ab eo in actorem transferatur, & ex reo fiat actor, sicq; illud cõmodum perdat, quod possessori competere solet. §. commodum. inst. de interdictis. cum sim il. eò factum est, ꝙ actionem pati nõ compellitur, idq;

in pę-

Source : BIU Cujas

in pęnam mendacij alteri pernitioſi, quod in prædictis caſibus faciendum non erat, cū non admiſſum eſſet tantū peccatū, nō igitur releuatio eſt, ſi actionem pati non cōpellatur, ſed potius grauamen & onus, quum ex poſſeſſore actor efficiatur.

Videbatur quoq; altera deciſio poſterior non carere dubi-
32 tatione, quandoquidem ſcriptum eſt; † quia non facit quis con
ditionem ſuam deteriorem mentiendo, nec ideo quis iure ſuo priuatur regulariter. Dec. l. nemo ex his. de reg. iur. certæ enim conſtitutæ ſunt cauſæ, quibus iure ſuo quis priuari poſſit, nec facilè ad priuationem procedēdum eſt. §. cum igitur. in Auth. de non eligen. ſecun. nub. gl. c. fi. de iure patronat.

33 Verùm enimuerò † is, qui ſe poſſidere negat, videtur poſſeſ-
ſionem ſuam neglectam habere, & quaſi de ore ſuo iudicium paſſus illa meritò priuandus eſt, arg. l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acq. poſſeſſ. & in alium transferri debet, ad quem verò debet rectius transferri, quàm ad eum, qui eam dominiumq; etiam rei
34 ipſius ad ſe ſpectare de iure contēdit, † ſic etiam poſſeſſione ſua priuatur, qui eam non defendit, l. ſi prius. vbi Barto. de oper. no. nunc. & ad alium ex aduerſo litigantem transfertur: vt ibi Doctores. Hic igitur eſt vnus ex illis caſibus, quibus poteſt quis iure ſuo priuari, ea quoque ratione, præter ſupradictas inductus,
35 † quia is, qui in iudicio mentitur, videtur Iudicis maieſtatem lę
dere, cum eius auctoritate, & Imperio ſit interrogatus, argu. l.
36 ſi prætor. ff. de iudic. † qua ratione pariter & ille, qui nihil reſpō
det, ſed tacet, puniendus eſt. l. de ætate. §. quia tacuit. ff. de inter-
37 rogat. act. c. 2. de confeſſ. in vi. † quod ergo dicitur, neminem mentiēdo facere conditionem ſuam deterionem, nec ideo iure ſuo priuari, id exaudiendum eſt, niſi ipſi iudici mendacium: dixerit: nam tunc grauius puniendus eſt; quia iudicem, & partem ſimul offendit, l. debuit. ff. de interrogat. act. & faciūt notata in l. ſi à te. ff. de except. rei iud. propterea Glo. j. hic ponit exemplū, quando à Iudice fuit de hoc interrogatus, de quo & nos infra. Nec tamen te moueat, q̄ eadē gloſſa videatur vnum dicere cōtrarium priori rationi à me dictæ, dum ait, quod non propterea negando ſe poſſidere perdit poſſeſſionem, quia volūtatem nō habuit eam amittendi, quamuis enim ego proximè ſupra dixerim, videri eum poſſeſſionem pro neglecta habere, & ideo priuandum eſſe ea, non tamen dixi, q̄ eam amittat, quemadmodū eam amittit, qui animum poſſidendi non habuit, ſed dixi pri-
38 uandum eſſe ea, quaſi neglectam eam habeat; † aduerſa autem
hæc ſunt, q̄ eam ipſo iure amittat; quia poſſidendi animum habere deſierit, vel q̄ priuandus ſit, perinde ac ſi eam neglectam haberet, de hoc tamen aliàs.

39 Noto primò ibi, in rem actionem pati &c. † q̄ non dicitur
quis actionem pati, & ſi libellus contra eum porrectus iam ſit, niſi lis ſit conteſtata, † quemadmodum etiam petitum non dicitur, niſi iudicio per litis cōteſtationem accepto. l. amplius nō petitum. ff. rem rat. haberi.

40 Noto ſecundò, † q̄ non cogitur quis pati rei vēdicationem,
41 ſi reſpondeat, ſe non poſſidere, † ſic etiā non cogitur quis actio
42 nem pati, ſi paratus ſit ſoluere id, quod à ſe petitur; † hinc eſt, q̄
43 omnia iudicia eſſe abſolutoria dicuntur. §. fin. inſti. de perpet. &
temp. actio. quod ſcilicet intellige, niſi actoris interſit ratione expenſarum, alterius ve intereſſe iudicium finiri: iuxta notata
44 in l. Iulianus. ff. de condict. indeb. † Sic & econtra nemo cogi-
tur agere, vel accuſare inuitus, vt in titulo. C. vt nemo inuit. agere compellatur. in rubr. & nigro, exceptis tam quibuſdam caſibus, de quibus per gloſ. in d. l. j. C. vt nemo inuit. & in l. diffamari. C. de ingen. manumiſſ. † ex quibus videtur elici poſſe, quòd
45 decreta, ſeu ſtatuta, quæ pleriſq; in locis præſertim Mediolanē-
ſis totiusq; Inſubriæ prouinciæ vigent, vt cum bona aliqua veneunt, fiant proclamata; vt quiſquis in illis ius prætendit certo dierum termino ius ſuum deducat, ac probet; nō ſint huiuſmodi ſtatuta iuri communi conformia, cum illis agere quis compelli videatur, ſed pro eiuſcemodi ſtatutis tamen facit. l. ſi eo tēpore. C. de remiſſ. pignor. in l. locorum. C. de omni agro deſerto. lib. 11. de quo per Bartolum, Alexandrum, Iaſon. Socynum, Ripam. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poſſeſ. Bart. inquam & Alexand. colum. fin. Iaſ. colum. pen. Rip. nume. 41. vide & Plotum in repetit. l. ſi quando & in Iudice illius tractatus. in verſi. decreti dominij Mediolani ſub rub. de bon. ad crid. ponen. qui latè multa in vtranq; partem adducit, ſed tandem concludit, eſſe conforme iuri communi, multaque ibi ad hoc decretum pertinētia ſubdit; Ac, vt redeam ad propoſitum, videtur hoc ge-
46 nerale eſſe, vt † quemadmodum quis agere non compellitur,
non compellatur pariter iudicium ſuſcipere, & actionem contra ſe, ac inuitus ſe defendere. glo. in d. l. j. C. vt nemo inuit. ager. compel. Qua tamen in re paulò altius exordiēdo, vt ſciam, qūo effugere iudicium, aut quatenus poſſit, ſic dicas: Quod in ciuili
47 bus cauſis, † ſi reus conuentus actione perſonali velit litem eui
tare, poteſt à principio debitum fateri, ſic enim euadet ſnīam
48 diffinitiuam, † ſed Iudex tantùm ei faciet pręceptum, vt ſoluat, l. proinde. §. fi. ff. ad legē Aquil. l. j. & 2. ff. de confeſ. habetur enim
49 pro iudicato, † Nonnulli tamen dicunt, confeſſione litis conte
ſtationem fieri, de quo per Bartol. in l. ſi reus paratus. ff. de procur. poſt glo. in l. j. C. de litis conteſtat. Docto. in l. ſi debitori. ff. de iudic. Rot. Biſſigneti in tit. de lit. conteſtat. deciſ. 15. Sed hoc tamen parum videtur intereſſe, quò ad effectum exactionis, an litis conteſtatio inducatur confeſſione in iudicio facta, an minus. Conſtat enim inter omnes tale præceptum fieri poſſe, &
50 valere, executionemq; ſortiri. † Dicetur autem huiuſmodi pręceptum ſententia interlocutoria ſententiæ diffinitiuæ habens vigorem. Felyn. in Rubr. extra de re iudi. nu. 5. videlicet, ſi tale pręceptū emanarit poſt datum libellum, cuius libelli occaſione confeſſio facta fuerit, ac præceptum de ſoluendo, Bar. in d. l. j. ff. de confeſſ. Felyn. vbi ſupra.

51 † Euadet multò magis iudicium reus, ſi debitum à petitum
ſoluere paratus ſit, vt diximus etiam ſupra, l. ſi reus paratus, vbi
52 Bart. & Paul. de Caſtr. ff. de procuratorib. † quod procedet, non
minus ante litem conteſtatam, quàm poſt, §. fi. inſti. de perpet.
53 & tempo. action. † hoc tamen intererit, an poſt litem conteſta-
tam, vel prius offerat quis ſe paratum ſoluere, nam poſt litem conteſtatam fiet abſolutoria ab obſeruatione iudicii, quæ tamen intelligas, vt proximè dictum eſt, niſi actoris interſit ad iudicium procedere etiam facta ſolutione, vt propter fructus, vel acceſſiones, vel expenſas hactenus factas, vt dicit Pau. de Caſtro in d. l. ſi reus paratus. colum. prima, in princip. per l. non vtique.
54 ſupra eo. Capella Tholoſana in quæſt. 5. † q̄ ſi reus nolit neque
confiteri, neque ſoluere, neque litem ſuſcipere, cogetur tunc pignoribus captis, vel mulcta indicta litem litem conteſtari, ſi Iudex ita viderit expedire, & poterit etiā, ſi ita ei ſederit, eum detinere in palatio, quouſq; litem conteſtatus fuerit, vt dicunt Bal. Caſtren. & Iaſon. in l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtichum. ff. de verb. obligat. ex eo quidem textu dum ait, Iudicium contra inuitum
55 reddi. † Quæ tamen intelligenda puto, niſi per miſſionem in
poſſeſſionē bonorum rei conuēti poſſit actori plenè eſſe cōſultum, vt dicit glo. magna in authen. qui ſemel, ſuper vet. locum habet, poſt med. gloſſæ. C. quomodo & quan. iud. in illis verbis. & idem dico, ſi eſt præſens, vbi Bart. colum. 4. nume. 19. & Apoſtillantes ad ipſum Bartolum ibi. Felyn. in c. cum olim. col. j. de teſtib. & in c. j. col. fi. in fi. de lit. conteſtat. num. 23. Alexan in apoſt. ad Bartolum in l. j. verſ. narrationem. circa medium. C. eo. de litis conteſtat.

Noto ſecundò hanc legem ad hoc, videtur enim ex ſui narratione ſupponere, q̄ ſi reus, ſe non poſſidere dicat, quamuis actor deinde probet, eum poſſidere, tamen poterit contra eum rei vendicationem intentare, ſed ſolùm obtinebit, q̄ poſſeſſio
56 ad ſe transferretur, quod quidem mirum eſt, † cum etſi reus nō
poſſideat, poſſit tamē ius actoris declarari, quamuis etiam reus abſoluendus eſſet, l. ſi à te. §. ſi fundum. ff. de except. rei iudi. ſecūdùm tertium intellectum Accurſij à nobis relatum ſupra. Si ergo iuxta illum intellectum is, qui verè non poſſidet, actionem tamen pati compellitur, ita vt poſſit etiam ferri ſententia diffinitiua, qua declaretur ſuper iure actoris, ergo idem videbatur, & multò magis dicendum, cum reus conuentus poſſidere con
uictus eſt, vt actionem pati compellatur, quamuis neget ſe poſ-
57 ſidere: † Neque enim ſine effectu & vtilitate erit fortaſſe, q̄ age-
re poſſit; fortè enim ſic Iuribus ſuis confidit, vt ſperet non futurum ſibi difficilè probare, ſe dominum illius rei eſſe, idq; oportet fortaſſe declarari propter fructus, & acceſſiones.

58 † Sed tamen ne credas, quòd propterea impediendus ſit age
re ad fructus, & redditus, nam aliqui poſſet contingere, quòd damno eſſet ipſi actori poſſeſſionem ad ſe tranſlatam eſſe, vbi agere ad fructus nō poſſet, nec vlterius proſequi iudicium petitorium; fortè enim maioris pretij erāt fructus percepti, quàm interſit poſſeſſionis tranſlatio: non eſt igitur hic textus ita ſimpliciter intelligendus, q̄ vbi reus negauit ſe poſſidere, transferatur ab eo poſſeſſio ad actorem, nec poſſit ammodo actor amplius proſequi iudicium, etiam q̄ proſequi velit, ſed q̄ contentus eſſe debeat poſſeſſione in ſe tranſlata, hic quippe intellectus
59 non eſt ferēdus, † ſed hoc modo intelligi debet, videlicet q̄ nō
cogatur reus pati actionem in rem eatenus, quatenus probatū non ſit eum poſſidere: quandiu enim poſſeſſio rei probata non fuerit, & ipſe non fuerit conuictus de mēdacio, verum erit, agi contra eum actione in rē non poſſe, ſed vbi conuictus fuerit, eū poſſidere, tunc quidē agi contra eum poterit; neq; enim hic text. hoc negat, nam dum dicit, q̄ actionem in rem pati non cōpellitur, ſi neget ſe poſſidere, intellige, niſi conuictus fuerit de mēdacio, & quamuis dicat tex. poſtmodùm, q̄ ſi conuictus fuerit poſſidere, transferetur ab eo poſſeſſio, nō tamē negat, quin tunc etiam pati actionem teneatur; hoc enim omiſit tanquam notū, & illud expreſſit, quod erat magis ambiguum, & inſigne: hunc intellectum ſenſit ēt Ang. hic, & Soc. in d. l. ſi à te. col. 2. circa med. ver. vel etiam dicas, dum ait ſic. Ideo autem fuit proceſſum in iudicio, quia actor voluit probare ipſum poſſidere, & non probauit, quod facere poterat, iuxta illud, quod habetur in l. fi. ff. de rei vendicat. Dicas igitur, q̄ vbi quæritur, an poſſit rei vendicationem intētare contra eum, qui vel non poſſidet, vel ſe poſſidere negauit per mendacium, ſic diſtinguendum eſt ſecundùm infraſcriptos caſus.

Primus

Source : BIU Cujas

60 Primus eſt caſus,† quando actū eſt contra eum, qui nec poſſidebat,nec ſe obtulerat,nec dolo fecerat,aut culpa quominus poſſideret,abſoluendus erit reus;quia non poſſidet, ſed tamē ſi actor probauerit de iure ſuo,poterit ferri ſententia declaratoria ſuper tali iure,cuius ſententiæ effectus erit; quia, ſi poſtmodum peruenerit poſſeſſio ad reum , poterit ea ſententia contra eum fieri executio.Bald.in l.cogi.ad fin.C.de petit. hæred.& in Rub. ff.de rei vendicat.per text.in l.ſed & ſi poſſeſſori.in princip.ff.de
61 iureiuran.† quia ſententia declaratoria non ſolet eſſe minoris virtutis,quàm condemnatoria.l. ex diuerſo.§.j.ff.de rei vendic. l.in ſumma.ff. de re iudic. & quia ſi huiuſmodi ſententia declaratoria executionē in poſſeſſione ſuperueniēti non ſortiretur, fruſtra lata videretur, aut certè parui effectus eſſet; quamuis enim hoc operari poſſit,vt ſi veteri actione iterum agatur,poſſit dominium hac ſentētia probari d.l.ſed etſi poſſeſſori. & no. in d.l.ex diuerſo.§.j. quia tamen id rarò contingere poteſt, vix
62 in conſideratione habendum eſt.† Et hæc eſt cōmunis opinio, vt teſtatur Bartolomęus Soc.in d.l.ſi à te.§.ſi quis fundum.col. ſecunda: quamuis enim abſolutoria lata ſit, non tamen ei prodeſt,niſi quo tempore non poſſidet,ſed ſuperueniēte poſſeſſione aliud eſt dicendum.

63 Secundus eſt caſus,† cum ſententia condēnatora lata eſt cōtra non poſſidētem, vt quia ſe liti obtulit, an contra eum poſſit executio fieri ex dicta ſententia, ſi ad eum poſſeſſio perueniat, qui caſus videtur ferè ex ſupradicto deciſus,& quidem à maio-
64 ri:† nam,ſi contra eū,qui abſolutus eſt,executio fieri pōt, multò magis contra eum,qui condēnatus eſt,fieri poterit,& proba tur ſatis liquidò,in d.l.ſed & ſi poſſeſſori. arguendo à iureiurando ad ſententiam,vt ibi per Bar.ff.de iureiurando.

65 † In quo tamen ſciendum, quòd ille dicitur ſe liti offerre, qui nec poſſidebat, nec putabat ſe poſſidere, ſed ſine vlla cauſa litem ſuſcepit: nam, ſi putaret ſe poſſidere, non diceretur, ſe liti offerre.

66 Quæ † ſupradicta ſunt tñ intelligenda, modò poſſeſſio non ſuperueniat ex noua cauſa:nam,ſi ex noua cauſa ſuperueniret, non poſſet ex ea fieri executio, vt per doctores præſertim Soc. in d.l.ſi à te.§.ſi quis fundum.

67 Tertius eſt,† cum ille,qui poſſidet,negat ſe poſſidere,& tunc dicendum eſt , ꝙ ſi quidem ad interrogationem actoris ita reſpondit,actorq; nullam probationem facere velit, non dubiū eſt, ꝙ reus erit abſoluendus , quaſi deficiēte vno extremorum, quæ requirūtur in rei vendicatione,tunc ſequetur ſententia ab-
68 ſolutoria , † poterit tamen etiam ſequi declaratoria iuris acto-
69 ris, ſi ipſe actor de iure ſuo probarit ex ſupradictis: † Si verò actor maluerit probare poſſeſſionē rei,poterit hoc facere; quo probato hoc conſequeretur, primum quidē conſequetur trāſlationē poſſeſſionis ad ſe,quæ operabitur,vt aduerſarius de reo efficiatur actor.Item conſequetur,vt poſſit nihilominus rei vē dicationem cōtra ipſum reum proſequi , licèt ille negauerit ſe
70 poſſidere:† Eſt tamen aduertendum,ꝙ poſſeſſio,de qua hic,videtur intelligenda de poſſeſſione illa , quæ ipſi rei incumbit , non de poſſeſſione ciuili,quæ in animo conſiſtit,argum. l.officium.vbi not.ſupra eo.nam interrogatio quæ fit , de corporali eſt intelligenda.

71 Tertiò noto,ibi,licet alicui dicere, ſe non poſſidere.† ꝙ licèt alicui dicere mēdacium, ex quo comprobatur reg. l. nō omne, de reg.iur. vt ſcilicet,nō omne,quod licet,honeſtum ſit, immò amplius hic videtur probari,ꝙ etiam id pœnam mereatur quādoque, quod licitè fit,contra.l.Gracchus. C.de adult.& ſimiles: hic enim dicitur,ꝙ licet vnicuiq; dicere,ſe non poſſidere,& tamen , ſi quis dixerit,ſe non poſſidere,quamuis verè poſſideret, punitur in tranſlatione poſſeſſionis ad actorem.

72 † Sed reſponde, ꝙ hæc lex non dicit,ꝙ liceat mendacium dicere,ſed tantùm ꝙ licet alicui dicere ſe non poſſidere,debet autem de illo intelligi,qui re vera non poſſidet, nō de eo qui poſſidet,vel dic,ꝙ licet de facto,hoc eſt, quia prohiberi nemo poteſt,de facto,quin dicat,ac reſpondeat,quicquid velit.

73 Quartò noto,† ꝙ mendacium punitur in tranſlatione,& pri
74 uatione poſſeſſionis,† diſtingui autē ſolet mendacium,vt aliud ſit mendacium ſimplex,aliud mendacium duplex.l. & elegan-
75 ter.§.fi.cum l.ſequen.ff.de dolo. † Item triplex eſſe dicitur mendacij ſpecies, alia quidem malignitatis, quod fit cauſa alicuius decipiendi,alia iocoſa, cum ſcilicet nemo læditur. Tertia benignitatis,ſeu pietatis,cum,vt alteri proſit,quis mendacium dicit, Gloſſ. in cap. ne quis.in prima gloſſ. 22. quæſt. 2.Ac ſciendum,
76 † ꝙ mendacium in iudicio factum execrabilius eſt his , quæ extra iudicium fiunt : pleriſq; enim caſibus mendacium in iudicio factum crimen lætale æſtimabitur, quod,ſi extra iudicium factum eſſet,veniam mereri poſſet, dūmodò his in negocijs factum ſit,quæ ad iudicium pertinent. Tho.& Caietan. 2. 2. q.69. artic.primo,& quæſt.110.articulo 4.ad quod citari ſolet tex.noſter, & ſa.etiam tex. in l. de ætate. §. ſi cum eſſet.ff.de interroga. actio.etiam ſi accidat in re leuiſſima;quia calor,& auctoritas iudicij poteſt ex veniali mortale efficere, & ex leui graue,quod tamen poſtremū nō probatur à Didaco in lib.primo variar.re-
77 ſolut.cap.j. num. 2. † qui opinatur poſſe nonnunquam mendacium in iudicio factum veniale crimē eſſe, ſi in leui re commit
78 tatur,† ſi quidem omni in materia rei leuitas à peccato mortali excuſat.c.vnum.25.diſtinct. ad finem, Thom. 2. 2. quæſt. 88. artic.5.& 6. citatque ad id probandum auctoritatem Martini ab Azpilcueta in cap. vlti. de pœniten. & Dominic. Soto in re-
79 lect.de ſecret.memb.2.quæſt.7. conclu.2. † aitque ita eſſe intelligendum , quod ſcribit Imola in cap.primo , de mutuis petit.
80 num.13.& Alexan.in l.qui totam.ff.ad Trebel.† dum ſentiunt, mendacium in iudicio factum , quandoque eſſe peccatum veniale non mortale, ita ſanè intelligendum eſt , cum in re leui mendacium factum eſt.

81 † Mendacium autem eſt falſa vocis ſignificatio cum intentione fallendi ſecundùm Auguſtinum , quem refert Gloſſa in l.de ætate.§.ſi cum eſſet,in verſi. mendacij. ff.de interrogat. act.
82 vbi etiam Baldus, † quam quidem mendacii diffinitionem patet in primam ſpeciem tātùm,quæ eſt malignitatis,cadere poſ-
83 ſe:† & hanc tantùm ſpeciem crediderim hominis famam de-
84 turpare,† hocq; modo intelligēdū arbitror, quod traditur,mēdacium in Principe,quàm in cæteris longè execrabilius cēſeri,
85 Rol.à valle conſi.j.num.34.† & quamuis apud profeſſores literarum humaniorum , Mendacium dicere , & mentiri inter ſe differant,vt eſt apud Aulum Gellium libro 11.cap.11.noct. Atticar.qui referens verba Publij Nigidij ſic ait, Qui mentitur, ipſe non fallitur, ſed alterum fallere conatur,qui mendacium dicit,ipſe fallitur.Item , qui mentitur, fallit, quantùm in ſe eſt,at, qui mendacium dicit , ipſe non fallit , quantum in ſe eſt . Item vir bonus(inquit) pręſtare debet,ne mentiatur,Prudens ne mēdacium dicat , alterum incidit in hominem , alterum non.
86 † quamuis inquàm ſic interpretentur illi,ſecus tamen ac fortè verius intellexiſſe & interpretati eſſe hæc verba videntur Iuriſconſulti,& ex citata.l.de ætate,in verſic.mendacii, deprehendi poteſt , vbi,quem ſupra dixerat, mendacium dixiſſe , deinde paulò infra dicit,eum mentiri,ſicque pro ſynonomis hęc habere videntur;quæ Iuriſconſultorum interpretatio magis à communi vſu recepta videtur, his præſertim,qui ſubtiliſſimis apicibus honorem tueri , & Monomachiæ præcepta tradere profitentur:nam,ſiue quis alteri obiecerit,quod mētiatur, ſeu quòd mendacium dicat,eodem ſenſu accipiunt,factumque ei conuitium opinātur.Auguſtinus tamen in Soliloquijs ait, ꝙ nō omnis vult fallere,qui mētitur. Nam & mimi,& comędiæ,& multa poęmata mendaciorum plena ſunt , delectādi potius quàm
87 fallendi voluntate.† Illud quidem apud omnes in confeſſo eſt, ꝙ non videtur conuicio aliquem afficere, honoremve illius deturpare velle, qui improperet,non dixiſſet eū verum , aut eū dicere falſum;quia non videatur his verbis ſignificare,quod ex propoſito,aut fallendi animo, ex certa ſcientia verum ſubticuerit,Salycet.& Alex.in l.de tutela.C.de reſt.in integr.per tex.ibi. cum glo.Iaſ.in l.ſi quis extraneus.colum.j.ff. de acquiren.hære-
88 dita.† cum omne non verum ſit in ſe falſum, per text. in Auth.
89 de fide inſtru.in princip.† licebit tamen interdum alicui etiam citra pœnam iniuriarum dicere alteri , tu mentiris. videlicet , ſi ille prius aliquid contra me obieciſſet,quod honori meo & famæ bonæ detraheret,gl.& Bar.in l. quæ omnia. §.j.ff.de procuratorib.in verſi. mentiri.in fin. quia licitum eſt iniuriam retorquere in eum,qui prior intulit iniuriam.l.qui cum maior.§.ſi libertus.ff.de bon. libertor. l. ſi quis in graui.§. vtrum.ff.ad Syllanian.l.libertus à patrono.ff.de in ius vocan.& impium eſt famā propriam negligere . Non ſic tamen nos exemplo ſuo docuit Ieſu Chriſtus Dominus noſter, qui cū malediceretur , non cō-
90 minabatur.† Quòd ſi nullo affectus cōuitio,nullave iniuria aliquem dixerim mentiri,non ideo excuſatione dignus ero,quod addiderim hæc , vel ſimilia verba. videlicet,ſaluo honore tuo, Bart.in l.Apud Labeonem. §. ait prætor. verſi. & ideo puto. ff. de iniur. & in d. l. ſi quis extraneus. ff. de acquiren. hæreditate, vbi etiam Pau.Caſtr. & Iaſon,& Dec. in conſi. 686. colum. pe-
91 nult.nume. 11. † Quinętiam aſſerunt Doctores , litis conteſtationem hiſce verbis induci vel ſimilibus,videlicet,tu dicis mendacium , vel, tu mentiris , vt dicunt Baldus,Angelus,Imola. Alexand.in l. turpia.de lega.j. Iaſ. in dicta l. ſi quis extraneus. ff. de acqui hæredit.

Redeundo autē ad propoſitum , dicebam mendacium legibus puniri,vt hac.l. noſtra,item exemplum eſt in d.l.de ætate.§.
92 ſi cum eſſet.ff.de interrogator.act. vbi pulcherrimus eſt text. ꝙ ſi quis cum eſſet ex ſemiſſe hæres , dixerit ex quadrante , mendacij pœnam hanc feret,quòd inſolidū conuenietur,non enim
93 (inquit text.) mentiri debuit . Nec immeritò certè. † Neque enim caret delicto mendacium, cum dolū in ſe contineat.l.falſus.§.ſi quis.ff.de furt.l.ſi quis affirmauerit, in princ.& l. quòd ſi
94 creditor.ff.de dolo. † Item patet puniri mendacium in l. ſi quis obrepſerit.ff.ad leg.Cornel.de fal.vbi ſi accuſatus fuerit aliquis, quòd obrepſerit Principi tam per acta , quàm per libelli interpellationem , & probatum fuerit , pœnas temeratoris luit; quia falſum fecerit,ad quod Felyn.in c.nonnulli.§.ſunt & alii.num. 44.verſic. amplia ſeptimò. de reſcrip. Abb. in cap. ſuper literis.

colum.

Source : BIU Cujas

colum.j.in primo nota.eo.titu.de rescript. † Sic etiam debitor, qui se inficiatus est, esse debitorem. si conuictus fuerit, amittit ius cessionis,vt dixit Ang.in §.j.colum. 3. versi. quæro quid si à principio instit. de actio. contrarium tamen tenent Salycet.in l.prima. C. qui bon. ced. possunt, & Dec.in l.nemo ex his. nume.7.de regu.iur.

Habetur etiam exemplum in authen. item possessor. C. qui potior.in pignor. vbi est casus nostro quàm simillimus, videli-
96 cet,† ꝙ possessor pignoris negans rem eius,cuius actor eam esse asseuerat,si probata ea intentione nitatur rem retinere,dicēs ex hypotheca vel alia causa in eandem personam delata se propinquiorem esse,quàm qui mouet causam,prius transferat possessionem, quàm ius suum proponat; Sic fit etiam in l. cum de
97 indebito.ff.de probat.† nam cum de indebito quæritur, si quæstio sit,quis probare debeat,nō fuisse debitum,res ita temperanda est,vt si quidē is,qui accepisse dicitur rē, vel pecuniam indebitam,hoc negauerit,& ipse,qui dedit,legitimis probationibus solutionē probauerit,sine vlla distinctione,ipsum,qui negauit, pecuniam accepisse,si vult audiri, compellendum esse ad probationes præstandas,ꝙ pecuniam debitam acceperit;nā absurdum est,eum,qui ab initio negauit,pecuniam accepisse, post ꝙ fuerit cōuictus, eam accepisse, probationem non debiti ab ad-
98 uersario exigere.† Item debiter,qui se debitorem inficiatus est, perdit beneficium,ne conueniatur,nisi quatenus facere potest; Fely.in c.exceptionibus.col.4.de excep.Port.Imola in lib.j.cōmu.opin.reg.30.† ac generaliter persona, quæ negat se talem,
99 perdit beneficium sibi competēs ex tali qualitate.l.sed si ex parte.in fi.prin.ff.quod cum eo,qui in aliena potest. gl. in §.item si socius.in vltima glo.vbi Ang. Aret. insti. de act.& vide multos alios casus per eundem Ang.Are.in §.& quia.nu.3.inst.de fidei com.hæreditat.per illum tex.vide etiam tex. in l.si vnus. §. fi. ff. pro socio,& in l.contra qui propriam.vbi Bart.Ang.Salycet. C. de non nume.pecun.

100 † Item,si quis administrator,puta tutor,vel curator,vel administrator alicuius societatis,hospitalis,vel hęreditatis,aut alterius loci deprehēsus in mēdacio fuerit,vt, quia dixerit, se nō habere bona,quæ habebat,ex his,quæ administrabat, vel negauerit ea bona esse sui principalis, vel confessus fuerit,se habere vnum librum tantùm,cum plures haberet, vel negauerit positiones sibi factas,conuictusq; fuerit,præsumitur esse in dolo,& poterit contra eum iurari in litem,& tanquàm dolosus, & suspectus remoueri ab administratione. Soc. consi. 213. col. 2.in princip.& col.pen.lib.2.Ancharan.consi.316.colum. 1.idq; argumento huius nostræ legis,& argum. text.in l.rem non nouā. §.fi.C.de iudi.& in proœmio digestorum.circa finem.& in l.excellentia.C.de erogatione milit.annonæ.lib.12.

101 † Idemq; erit,si per mendacium negauerit,se fuisse negociatorem,tutorem,vel administratorem,Socy.consi.190.colum. pen. & fin. Plot. in repetit. l. si quando. num. 212.Hinc etiam,
102 quia (vt diximus) ex mendacio probatur dolus, infertur,† ꝙ d.l.si quando.C. vnde vi. concedens facultatem iurandi in litē contra dolosum, habet locum etiam contra mendacem. Plotus ibidem nu.653.per l.si quis affirmauerit.§.j.& l.quòd vendi tor.§.j.& l.eleganter.§.idem Pomponius.ff.de dolo, & l. falsus. §.si quis.ff.de furt.citatque etiam Socynum in d.consi. 213. col. 2.num.5.lib.2.

103 † Item negans positiones super facto proprio negantis, aut alterius,de quo ipse plenè sit instructus,si conuincatur de mendacio,poterit contra eum iurari in litem à ponente super damnis,interesse,& expensis passis per ponentem.Ancharan.consi. 310.incipien. in causa. colum. j. Socin.d.consi.213.columna 3. Plot.vbi supra per l.in actionibus,& l.nummis. vbi gloss. fin. in
104 fi.ff.de in lit.iuran.† Item Vasallus,qui negat rem feudalem esse,feudo priuatur.Innocen.& Abb.in c.cæterùm.colum.fin.de iudic.Bald.in cap. primo.§.vasallus.primo.si de feudo fuer.con-
105 trouer.inter Dom.& agnat.† Item,qui negat aduersarium appellasse,non potest ea appellatione inniti,Felyn.c.ex parte. co-
106 lum.prima,de rescript.Guido Papæ singul. 386. † Emphyteuta vero negans rem esse Emphyteuticam non ideo priuatur iure suo,& emphyteusi.Bald. in d. cap. j.§. vasallus. Ias. in l. 2.colum.29.C. de iure emphyteut.Purpurat. in l. 1. colum. 9. C. de transact. Marsil. singul. 242. sed contrarium tenet Angel. hic. Alber.in l.2.C.de iure emphyt.quod fortè est verius,cum à feudo ad emphyteusim argumentum procedere soleat, neque cōcludens diuersitatis ratio subsit, præsertim & stantibus prædi-
107 ctis decisionibus; † Item negans immixtionem abstinendi beneficium amittit, & negans pretium rerum priuandus est iure suo. Cassan. consil. 21. colum. 9. Port.Imola vbi supra.

108 † Item reus negans debitum, & de mendacio conuictus, probata veritate debiti, licèt qualitas, vel quantitas probata non fit,vel pecuniæ,vel rerum æstimatio,super qualitate ipsa tamē, vel quantitate actoris iuramento standum erit. Mendacij etenim hæc pœna erit, vt contra eum debiti substantiam probari faciat,quamuis qualitas,aut quantitas non probetur, Docto. in l.j.ff.de in lit.iur.Barto.in l.admonendi.num.40.ff.de iureiuran.Dec.in d.l.in actionibus.nume.13.versi.& vlterius,& in cōsi.146.& in l.certi condictio.§. quoniam.colum. 3.circa med. ff.si certum petat.& in l.fin. colum.fin, C.de edendo. & in cap.
109 primo.de probat.† quod tamen intelligendum ,si reus factum negauerit,ex quo debitum illud resultat.Craueta in trac. de antiquitate tempor.ver.vidimus, seu in versic. secundò limitatur.
110 nume.15.in fin.numeri,& nume.16.in princip.† aliud enim dicendum esset, si non substantiam ipsam debiti, & factum, sed quantitatem duntaxat,vel qualitatem,numerumque negasset. Craueta vbi supra.Purpurat.in l.admonendi.nu. 265. Plotus in d.repet.l.si quando.nu.661.

111 Item,† qui in venditione dicit, rem, quam vendit,nulli esse obligatam;cum tamē obligata esset,falsi pęna tenetur,l.si à debitore,vbi gloss. & Barto. ff. de fals. & poteris contra eum in li-
112 tem iurari. Plot.vbi supra nume.667. † Si tamen non expressis verbis mentitus sit, sed tantùm tacuerit, quòd res obligata alteri esset, teneretur ex crimine stellionatus ad pœnam arbitrariam.l.3.vbi gloss.ff.de crim.stellionat.& l.j.§.primo.ff.de pignor.act.ideoque contra eum in litem iurari poterit, glo.in d. l.nummis.in fin.Docto.in dicta l. in actionibus. Plot. vbi supra, nume.668.

113 † Sic etiam stellionatus crimen committit, qui mendacium in eo facit,dum aliam rem tradit pro alia. d. l. 3. §.primo.vbi gl.
114 de crim. stellion. Plot. vbi supra nume. 669. † Item affirmans pro vero, quod non est, puta, aliquem esse virum probum, vel animal nō esse morbosum,in dolo esse dicitur.l.si quis affirmauerit.ff.de dolo.& dicens,vas esse integrum, cum non sit,tenetur ad interesse,l.tenetur.§.si vas.ff. de act. empti. Dec. in l. j. in 3.lectu. colum. pen. C. de senten. quæ pro eo quod inter est. multaque alia vide pertinentia ad pœnam mendacij per Crau. in consi. 192. nume. 13. Hæc verò libenter attigi,tum quia frequentissimè quæstiones huiusmodi in foro versantur,tum etiā
115 quia ad decisionem illam deseruient,† qua traditum est, quòd omnibus illis casibus,quibus mendaciū de iure punitur,non licebit alicui pluribus exceptionibus contrariis vti citra mendacii pœnam à iure illi mēdacio impositam,quamuis alioqui pluribus exceptionibus vti nemo prohibeatur.Bar.in l. nemo prohibetur ff.de except.Bald.in hac l.nostra in fin. & idem Bald.in authen. contra qui propriam. in 2. colum. versic. modò sequitur.C.de non num. pecun. vbi ad hoc citat hanc nostram legē. & ibi etiam Salyc. in d. authen. contra qui propriam. Andreas Barbat.in consi.36.difficile est,colum.3.lib. 3. qui ex hoc infert ad conclusionem, de qua nos infra in limitationibus, seu ampliationibus. Angel. in §. illud. 2. in Authen. de trien.& semis. Socyn.in d.l.nemo prohibetur.colum.2.num.6.Deci.in d.l.nemo ex his.num.7. qui ex hoc infert, non satis videri tutam decisionem Angeli Aretini in dicto §.fin. colum.3.versic.quæro quid si à principio,insti.de act. quòd scilicet debitor, qui negauit debitum,si postea cōuictus cōfiteatur, perdit beneficiū ces-
116 sionis propter mendacium. † Regulariter tamen dicēdum est, ex mendacio priuari iure suo neminem, nisi in iure sit expressum,vt eo in casu priuetur, vt ait Decius in d. l. nemo ex his.de reg.iur. ad quod non inconuenit illa decisio Bartoli in l. quod seruo. §. si conseruum. ff. de pecul. legato. qui ex eo textu ait,
117 † quòd,vbi statuta pœnam ipso iure imponunt, nunquam augetur pęna contra negantem; quia condemnatio videtur fieri tanquam contra non negantem,& ideo pœna (inquit) in negatione nunquam augetur.Sequitur Angel.de maleficijs, in vers. comparuerunt inquisiti, & partem negant &c. num. 6. vbi additio Augustini Ariminen.& huius quæstionis occasione non esset ab re scrutari,an liceat ei,qui ius fouet,quò debitum iustitiæ consequatur,in iudicio mādacium dicere;sed hanc quæstio
118 nem sic dirimunt Doctores,† posse quidem eum,qui ius fouet, aliqua malitia, vel cauillatione vti, quo causam suam tueatur, modò tamen absit falsitas & mendacium. Abb. in cap. primo, num.7.de his,quæ met.cau. Bald.in Rub. C. de fide instrumen. versi.incidenter.Felyn.in c.olim.colum.2.circa fin.versic.dum dicit Abbas.de rescript.Alciat.in tracta.de præsumpt. in reg. 2. præsumptio.31.in fin.& regu. 3. præsumptio. 27.Deci.in l.ea est
119 natura cauillationis.de regu. iuris. † Sed tamen, & si mendacium fiat in iudicio, vt causa iusta sustineatur, non erit illud mendacium lætale,sed crimen venia dignum, vt dicit Imol. in cap.primo.de mutuis petit.nume. 13.nec refragatur Alexan. in
120 d.l.qui totam.in prima colum.ff. ad Trebel. † quod sanè intelintelligendum,nisi iuramenti religio violaretur,vel graue prę-iudicium versaretur; vt declarat Didacus in lib. primo uariar. resolu.cap.2.fol.mihi 29.qui Didacus eodem in loco fusissimè tractat, An qui mutuam pecuniam acceperat,ac reddiderat,secreto,si rursum dicta pecunia à creditore petatur cōtra se,possit ueram illam mutuationem negare, ac post multa idem Didacus ita hanc quæstionem finit constituendo tres species.

121 † Prima est, cum actor petit à me pecuniam, quam dicit,se mihi mutuasse,nam si eam restitui,possum petitionem negare; quia nullum hic subsit mēdacium,sic enim nego me ei obligatum esse ad restitutionem,quod uerum est,quippe cum iā resti-

tuerim

Source : BIU Cujas

122 trierim. † Secunda, quòd, si positio contra me data sit, qua continetur, me accepisse pecuniam mutuã, eamq; debere, possum eam negare, ꝙ verum non sit, me eam debere: & hæ duæ
123 priores species satis certæ sunt; † sed tertia species longè est magis ambigua, cum scilicet positiones distinctæ datæ sunt, quibus ego simpliciter interrogãdus sim, an recitatam pecuniam ab actore acceperim: & in hoc persistũt, neq; aliud addatur, an scilicet ea debeam, cogor. n. hic simpliciter respõdere negãdo, vel cõfitendo, me ea accepisse; & hoc quoq; casu idẽ Didacus
124 credit negari ea posse, † quòd licitum sit calumniam & dolum interrogantis, qui verè scit nihil me debere, sed restituisse, quod debebam, his artibus eludere, hoc scilicet intellectu, quasi nec vnquam acceperim illud, quod iam restitui, & quasi mutuatio illa, eiusque obligatio per solutionem & restitutionem sit rescissa: cũ em̃ ego interrogor, an mutuũ acceperim, eo etenim sensu positio facta creditur; verùm cum obligatio sit iam subla ta solutione, nihil pecco, si respondeam, me nihil mutuò accepisse: quæ verba hanc interpretationem accipiunt, scilicet, me nihil accepisse, quod restituere tenear, & cuius obligatio superstes sit; quod quidem summopere notandum est; rara etenim adeò temporibus nostris est fides, vt possit hoc factum frequenter contingere; & prodesse potest in literis monitoriis, quarum in rebus occultis in foro ecclesiastico frequentissimus vsus est

Nec omittendum censeo casum, in quo mendacium etiã in iudicio cum periurio factum, criminalem tamen pœnam nul-
125 lam sustinet, videlicet, † si quis à iudice interrogatus super crimine cum iuramento id neget, se fecisse, quamuis enim postea id conuincatur fecisse, non tamen veluti periurus plecti pote-
126 rit, † quia traditum est, licere vnicuiq; sanguinem suum quoquomodo redimere. Alex. in apost. ad Bart. in l. j. ff. de bon. eor. qui ante senten. mor. sibi consciuerunt. Angel. in tract. de male ficiis. versi. quod fama publica. nume. 46. vbi addit. Augustini Ariminen. & Bernard. Landr. Dec. consi. 234. colum. 2. nume. 3. Sylua nuptialis in versi. monitoriæ. fol. mihi. 233. nu. 44. Boss. in pract. crim.

Quæ si vera sunt, cur nam permittitur huiusmodi iuramentum reis deferri? in quo scimus, & si certè delinquentes sint, verum tamen negaturos? &, quamuis peierent, nullam periurij pœnam laturos, quotus enim quisq, est, qui periurii timorem velit mortis, alteriusve supplicij metui præferre? Quocirca non erat fortasse nota dignus ille Iudex, qui simulabat iuramentum reo offerre, nec tamen illud deferebat, vt tradit Neuizan. vbi supra, & optarem ego propterea, vt mos iste, & lex iurisiurandi, quod delinquẽtibus defertur, abrogaretur omnino: si modò id optare fas piumq́ue iudicetur, nec enim alio modo votum meum interpretari volo.

127 Quæritur deinde, † an iste, qui per mendacium negauit, se possidere, ideoq; absolutus fuit per obreptionem, puniatur pœna legis Corneliæ, vel saltem extraordinariè tanquam obrepse-
128 rit per l. si quis obrepserit. ff. ad leg. Cornel. de fal. † quæ quidem lex procedit in obreptione probatoria, non autem in narrato-
129 ria, † nam producens falsam narrationẽ non tenetur falsi, sed ille tantùm, qui falsam probationem producit, vt dicit Bal. in l. quicunq;. colum. fin. in princip. C. de seruis fugitiuis, & in l. si vt proponis, secunda, in fi. C. quomodo; & quando Iudex, vbi ait, d. l. si quis obrepserit, intelligendam esse circa substantialia, & decisiua, sequitur Dec. in consil. 175. colum. 4. ante med. & columna octaua circa medium, versiculo, vltimo non obstat.
130 † & videtur ea lex procedere, & locum habere non solùm contra eum, qui obrepsit principi, sed etiam contra eum, qui obrepserit iudici, vt dicit Felyn. in cap. nonnulli. §. sunt & alii, colum. tertia, versic. amplia tertiò, qui citat Andr. Barbatiam ibi, con-
131 tra Baldum: † quo tamen casu pœna non erit ex lege Cornelia, sed erit pœna arbitraria, vt tradit idem Felyn. in d. §. sunt & alij. colum. 7. in fi. num. 44. versi. amplia septimò. Quod autem atti-
132 net ad quæstionem propositam, † non credam ego hunc, qui negauit per mendacium, se possidere, incidere neq; in legẽ Corneliam, neque in pœnam extraordinariam aliam, quàm hanc trãslationem possessionis in aduersarium; satis enim plectitur, dum possessionem amittit, nec aliam in iure pœnam contra eũ inductã reperio, nec dicitur hoc admissum in probationibus,
133 † aliud enim est probatio, aliud respõsio ad interrogationem, arg. l. eum qui. ff. de iureiurando.

Deueniẽdo autem ad principalem decisionem legis nostrę, dum in ea habetur, ꝙ negans per mendacium se possidere, possessione priuatur, eaq; in aduersarium transfertur, ea exornãda
134 est pluribus modis. Ampliandam igitur credo primò, † vt procedat in quacunq; possessione, ratione cuius possit intentari rei vendicatio, cum igitur rei vendicatio detur ad possessionem etiam naturalem solam, & ad ciuilem solam, item etiam ratione solius detentationis, l. officium. vbi glo. in verbo peti posse, supra eo. Glo. Bart. & Baldus in l. secunda. C. vbi in rem actio. & colligitur ex notatis in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend. possessione, si quis reperiatur possidere tantùm ciuiliter, vel naturaliter, negetq́ue se possidere, non poterit is deinde ex tali sua possessione subsidium aliquod petere, quippe cum iu-
135 dicis officio in actorem sit transferenda; † verùm ambigi potest, quomodo in detentore solo exemplum poni poterit, nã, si transferatur ab eo in actorem detentio illa, mendacium ipsius detentoris oberit vero Domino, quod erit contra illam regulam, quòd non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri; nam & si colonus meus, vel inquilinus, vel commodatarius, vel depositarius, vel is, qui est in possessionem causa rei seruandæ, negent se detinere, non videtur ęquum, vt hoc possit præiudicium Domino afferre.

136 † Verùm dicas, ꝙ nulla per hoc iniqua conditio Domino affertur, sed illi detentori duntaxat, neque enim plus iuris in actorem transferetur, quàm quod esset in ipso detentore, quãdiu igitur potuisset in detentione manere, tamdiu actor eam habebit, nec longiori tempore, vt dicit Baldus in dicta l. secunda, columna tertia. numero 14. C. vbi in rem actio, quærit enim ibi Baldus, Vtrùm missio facta contra colonum Domino non citato præiudicet Domino, & decidit, non præiudicare; quia Iudex nunquam intendit ei præiudicare, qui nõ est citatus, nec
137 etiam posset præiudicare, si vellet; † malè tamen & incautè secum aget huiusmodi rei detentor, si potius voluerit detentionem, vel possessionem, quam nomine alieno habet, inficiari, q̃ Dominum ipsum in iudicio nominando se eximere iuxta cõ-
138 silium traditum in l. 2. C. vbi in rem actio, † cum si dominum
139 nominare omittat, eiq; denũciare, in dolo esse videat, † nanq; vbicunq; aliquis alium præponit certo negocio, videtur eum quò ad omnia illi incumbentia administratorẽ facere. l. 2. ff. de oper. no. nunciat. l. in fi. ff. vsufruct. quemadmo. cau. & argu. l. j.
140 C. si per vim vel alio modo, † qui propterea si omittat Domino denunciare id quod in præiudicium ipsius agi sciat, etiam de facto, & in sola possessione, dolo carere nõ videtur, arg. l. Item quæritur. §. exercitus. ff. locati. & l. si procurator. §. si ignorantes. ff. mandati. ita quidem docet Bald. in d. l. secunda. columna secunda, in fine colum. antecedentis, versic. secũdò interest. C. vbi in rem actio. & magis specificè hoc dicit Castrensis ibi. in d. l. 2. colum. prima. ad fin. ꝙ scilicet etiam à simplici detentore possit detentatio auferri, si neget, se detinere, ibi in versicu lo secundò est vtilis, qui his ipsis verbis vtitur, dicens. Secundò est vtilis prouisio huius legis ipsi colono, vel inquilino conuento; quoniam ante istam legẽ cogebatur subire iudicium, postq̃ detinebat, si nolebat detentionem dimittere, per d. l. officium. de rei vendicat. iuncta. l. fin. nunc verò per legem istam (inquit) poterit declinare iudicium &c. & Barto. pariter ibi. nu. 17. ait,
141 † ꝙ sententia lata contra colonum, alium ve, qui alterius nomine possideat, vllum minimè præiudicium afferre potest, per l.
142 fi. C. si per vim vel alio modo, † additq́ue, ꝙ etiam facta executione, & re ad actorem translata, non ideo priuandus erit Dominus possessione sua, si quam habeat, arg. l. fi. C. si per vim vel alio modo. sequitur Saly. ibi. colum. 4. versic. quæro quintò, nec alij aliter sentiunt. Alex. in l. peregrè. §. quibus. ff. de acquir. possess. idemq́; prius dixerat Speculator in tit. de primo & secundo decreto. §. restat. num. 19.

143 Amplia secundò, † etiam quòd iste, qui alieno nomine possidet, vel detinet, non solùm negauerit se possidere, sed verum dominum in iudicio interrogatus non nominauerit; nam nihi lominus detentatio illa, seu possessio, quam alieno nomine habet, in actorem propter hoc mendaciũ transferretur. Bal. hic Specul. in titul. de primo decreto. §. restat, & idem si dixerit, se suo nomine proprio possidere, cum alieno possideret, Specul. ubi supra.

144 Amplia tertiò † etiam, quòd dixisset, se possidere alieno nomine, cum suo nomine possideret. Bald. hic Angel. Aret. in §. omnium autem actionum. colum. 6. & septima. uersi. quæro quid econtra, si tempore litis contestatæ. inst. de act. Rom. cõs. 70. colum. 3. uersi. ultimò quæro, an dispositio. Marsil. in singul. 242. Abb. in c. quoniam frequenter. §. quòd si super. extra, ut lite non contest. & ante eos hoc dixerat Specul. in titulo de primo decreto. §. restat. num. 20. uersi. quid si nominans. ibi. prædictam quoq; pœnam. ubi ait, prædictam quoq; pœnam patietur nominans nominato dicente, ꝙ ille eius nomine possidet, ut in d. l. fi. ff. de rei uendic. sequitur Portius Imola, qui supradicta allegat, in libro primo communium opinionum, reg. 30. amplia. tertia. uide etiam addit. ad Pract. Pap. in forma interrogationis fiendæ. in fi.

145 Procedet † autem multò magis prædicta ampliatio, si aliquẽ potentiorem in iudicio nominarit, cum uerè ipse reus conuẽtus, non autem ille potens possideret, quod fortè fecerat, ut alius Iudex priuilegiatus nõ ordinarius adiretur, finge enim nominasse eum Senatorem, aut aliquem, qui non possit conueniri, nisi sub Capitaneo Iustitiæ, ut per constitutiones Mediolani
146 disponitur, uel finge, quòd nominauerit Episcopum, † certè hoc casu hoc modo iste, qui sic mentitus est, non solùm possessione priuabitur, sed, quod plus est, priuabitur etiam omni iure, ut dixit Bald. in l. prima. C. de his, qui poten. nom. nume. primo,

Source : BIU Cujas

mo, per illam legem. Marianus Socin. in cap. quoniam frequenter. §. quòd si super. colum. 11. vt lite non contesta. Port. Imol. vbi supra ampl. 5.

147 Quartò amplia, † vt procedat nedum in rei vēdicatione, sed etiam in hypothecaria actione. l. si fundus. §. in vendicatione. ff. de pignor. vbi Bart. in primo not. nume. primo, qui allegando hanc legem nostram ait, in illo iudicio hypothecariæ actionis distinguendum esse eo modo, quo distinguitur in rei vendicatione, an conuentus possideat. ad quod etiam Apostillan. ad Bartho. hic.

148 Quintò amplia † etiam in publiciana actione, & generaliter in qualibet actione in rem directa, & vtili, & in quocunque etiam, qui neget auctorem suum fuisse Dominum, glo. per illū tex. in Auth. de trien. & semis. versi. cōuentus. §. illud quoq;. Ias. in §. sed istæ nu. 37. inst. de act.

149 Sextò amplia † etiam in petitione hæreditatis, nam & ille à quo petitur hæreditas, si neget, se possidere, possessione priuabitur, eaq; transferetur in actorem. glo. & Barto. hic num. 5. & idē ait glo. in d. §. illud quoque. in versi. conuentus. in Authen. de
150 triente & semis. ad fin. † quod procedit, etiam si petitio hæreditatis intentetur contra singularis, seu particularis cuiuspiam rei possessorem, vel debitorem; nam si neget ille, mittetur actor in possessionem illius rei, si talis sit, quæ possideri possit. Glo. & idem Bar hic, num. 8. & alii transeunt simpliciter, & Barb. in cōsi. 36. lib. 3. col. 5. circa med.

151 Septimò ampliarem ego, † & si quis non amplius hæreditariam rem possideret, sed accepto pretio eam rem possidere desiisset: nam, si interrogatus responderit, se nihil hæreditariū pos-
152 sidere mendacium faciet; † cum pretium succedat loco rei. l. si rem & pretium. vbi Barto. & Angel. ff. de petit. hæreditat. Bart. in l. si à debitore. ff. quæ in fraud. credit. Barbat. in d. consi. 36. colum. 5. circa med. Gloss. Barto. hic Bald. in l. cogi. colum. tertia,
153 nume. 2. C. de petit hæredita. † qui tamen Baldus hoc ita demum declarat procedere, si interrogatus fuerit indefinitè, an possideat, verùm si aliquibus hæreditariis corporibus specificè expressis interrogatus fuerit, an ea, vel eorum aliquod possideat, rectè respondere poterit, se ea nō possidere, nec mentiet, quamuis pretium habeat, nec propterea transferēda erit ab eo possessio; quia in veritate non possidet, licèt iuris fictione possi-
154 dere videatur, † quamuis Gulielmus antiquus Doctor contrarium teneret, qui opinabatur, non secus puniri eū, qui mētitur inspecta fictione, quàm eum, qui mentitur veritate inspecta,
155 † sed mihi magis placet opinio Baldi, nam huiusmod interrogationes fiunt super facto, non super iure, cum nominatim ex-
156 primūtur corpora. † cautus igitur sit is, qui petitionē hæreditatis intentaturus est, vt non solùm interroget, an possideat tale quid hereditariū, sed prēterea adijciat, aliam ve hæreditariā rē, vel pretiū eius; sic. n. remouebunt oēs difficultates, & melius est ante quidēdo ꝓsulere, q̄ post vulneratā cām remediū quærere.

157 † Quinimmo addit ibi idem Bal. aliud, quod non est speciali annotatione profectò indignum, nempe, Quòd si is, qui dolo desiit possidere interrogatus vtrùm possideat, respōderit, se nō possidere, non erit ob hæc puniendus, nec possessio ab eo trāsferenda eadem videlicet ratione, quam proximè diximus, hoc est, quia is non dicitur mētiri, si veritatem inspiciamus, licèt in-
158 specta iuris fictione mentiri videatur, † quocirca hoc pariter casu erit vlterius procedendum, & interrogandus (si actor modò certus esse cupit, ac rem suam consultè agere) interrogabit inquàm, an dolo desierit possidere, neq; enim captiosa habenda est huiusmodi interrogatio, &, cum ei respondere teneatur ad libellum, nulla ratio est, quin etiam ante litem contestatam ad interrogationem pariter ei respondere debeat.

159 Quare † & idem videtur dicendum in quibuscunque aliis iudiciis vniuersalibus, in quibus pretium loco rei succedit, de quibus per gl. & Bart. in d. l. si rem & pretium. ff. de petit. hæreditat. Doc. in l. mater. C. de rei vendicat. in Rubr. soluto matri. hic scilicet, quæ competunt ad rem, nēpe, vt possidentes pretium mētiantur, & puniantur, & puniantur, si negant possidere se.

160 Octauò amplia, † q̄ pœna huius legis procedit etiam contra eum, qui cōuenitur remedio possessorio prodito ex l. fin. C. de Edicto Diui Adriani, vt dilucidè explicat idem Andr. Barbatia in d. consi. 36. colum. 5. ad fin. lib. 3. his quidem rationibus; quia (inquit) hæc. l. nostra in quacunq; actione locum sibi vēdicat, quapropter ob mendacem possessoris negationem actor probandę possessionis onere grauatur, nedum in rei vendicatione,
161 † generalem enim (inquit) regulam ponit hæc lex, vt mentiens in negando possessionem, ipsam possessionem amittat, neque in rei vendicatione specialis hæc est decisio. Item cum sine controuersia receptum sit, etiam in petitione hereditatis locum eā habere, vt proximè dictum est, idem quoq; necessariò dicendū est in remedio prædicto ex d. l. fi. C. de edicto Diui Adr. tollen. cum detur, vel denegetur contra possessores bonorum his casibus, quibus petitio hæreditatis dari, vel denegari solet, vt perscribentes in d. l. fin. C. de edicto Diui Adr. hocque etiam non respuit glo. in d. §. illud quoque. in versi. conuentus. in fi. in Authen. de triente & semisse, ad quam Ias. in §. sed istæ. numero
162 37. inst. de act. Tu tamen aduerte; † quia remedium ex d. l. fin. de Edicto Diui Adriani, est personale. Castren. in d. l. fin. nume. 4. qui ait esse condictionem ex ea lege, & sic actionem perso-
163 nam, † item nulli dubium, esse illud remedium possessorium, vt
164 ex eadem ipsa lege manifestum fit, † at lex nostra locum habet solùm in petitorio, & vbi quæstio versatur circa rem ipsam, vt dicit gloss. hic in versi. per iudicem. versi. sed nonne debet, clariusque Barto. hic colum. penul. nume. 7. versi. dic clarius, & Abbas in cap. penul. colum. 5. sub nume. 18. versic. item requiritur, quòd agatur petitorio. de iuramento calum. quare non videtur in hoc possessorio ex edicto Diui Adr. legem hāc procedere, neq; refert, quòd dicitur, videri legem istā generaliter lo-
165 qui, nedum in rei vendicatione; † nam respondeo, immò legē hanc loqui de rei vendicatione, seu actione in rem tantùm nō autē de possessorio remedio, neq; de actione personali, in personali enim actione id procedit, quod habetur in d. l. de ætate. §. qui tacuit, secundùm Gl. & Bartolum hic.

166 † Glossa autem in d. §. illud quoque. in versic. conuentus, nō loquitur in casu legis nostræ, sed vbi quis mētitus est circa rem ipsam non autem circa possessionem, iuxta casum illius tex. d.
167 §. illud quoq;. † videtur ergo hæc ampliatio inter limitationes potius reponenda, & quamuis illud edictum sit loco petitionis hæreditatis, nemo tamen dixerit esse remedium petitoriū, sed possessorium esse manifestissimum est.

168 Nonò † ampliandum hoc videtur etiam in possessorio recuperandæ, ex his, quæ tradit Aretin. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. possess. dum circa illam conclusionem q̄ possessorium recuperandæ ab vno propositum facit silere petitorium ab aduersario prius intētatum ratione priuilegii, quo spoliatus fruitur: ad hanc inquàm conclusionē redditur ratio p Aretinum, vbi supra, q̄ hoc contingit ratione præ[illegible] eius; nam qui petitorium intentat, reum possidere ait, rursus & ipse reus, dum reconuenit actorem possessorio recuperandæ, pariter ait illum possidere, & quamuis (subdit ibidem Aret. id quod præsertim casum nostrum attingit) videatur, q̄ agens petitorio possit ipsum reum agentem ad recuperandum conuincere de mendacio, respondet Aretinus, q̄ idem fieri poterit in interdicto recuperandæ, in quo examinatur ēt quis possideat; sequitur ibi Ripa nu. 157. quamuis illam rationem dicat coincidere cum ratione Bar. de cuius rei tñ veritate fusius agendū esset. hoc certè, quod attinet ad quæstionem nostram, eodem morbo videtur laborare, quo præcedentem proximè quæstionem laborare diximus, q̄ scilicet mendacium possessionis transferēdæ cām, & vim nō
169 habeat; quia non petitorio agatur: † q̄, si quis me rogarit, cur nam spoliatus hoc non consequatur, vt possessio in se transferatur ꝑꝑ mendacium spoliatoris, qui se possidere negat, attētis maximis priuilegiis, quæ spolio alioqui cōceduntur, eum tñ q̄ intentat in rem actionem hoc commodi habeat. Respondere Ego, eum, qui in rem acturus est, multùm onerari in probatione Dñij sui, vel iuris. l. fi. C. eo. propterea hoc cōsequitur, vt hoc saltē releuari debeat, spoliatus verò plura priuilegia cū habeat, illis contentus esse debet, præsertim, quia facilior fortè exitus erit ei, neque illi opus sit ad hoc remedium confugere.

170 Decimò amplia, † etiam, q̄ mentitus sit circa qualitatem & titulum possessionis, cum circa substantiam verum confessus fuisset, puta, quia confessus sit, se possidere quidem, sed alium titulum expresserit, q̄ eum, quo verè possidebat, vt, quia dixerit, se possidere pro emptore, cum alio titulo possideret; nam, si eū titulum, quem asserit, non probauerit, vti conuictus de mendacio, quia assertum titulum non probarit, puniendus erit in possessionis translatione, quod Azo. & Placen. relati à Bartolo hic docuerunt, Itaq; hi non solùm hunc puniri credunt, sed ēt ad eum spectare onus probādi eū titulū, quo se dixit possidere, q̄d valde mirandū est, q̄ eo ipso videatur de mendacio conuictus, quo nō probat, quod asserit. meritoq; à Bar. confutatur hic, ea
171 videlicet ratione, † q̄ non incidit quis in pœnam huius legis, nisi aduersarius probandi onere grauatus sit, de quo nos infra nō dicetur autē quis probandi onere grauatus, si aduersario onus, quod asserit, probandi incumbat: q̄, si ipse actor probaret, titulum nullum esse, quem reus prętendit, vt quia à furioso emerit, aliove, qui potestatem vendendi non haberet, tunc vtiq; veluti mentiens possessione priuandus erit, q̄ autem mētiens in qualitate possessionis priuetur possessione, tradit etiā Ias. in §. omnium. col. 42. inst. de act. Port. Imol. in d. conclus. 30. lib. 1. Commu. opin. in 7. amplia. Tamen Franc. Curt. apostil. ad Io. Petr. Ferrar. in sua practica in forma interrogationis fiendæ reo cōuento, in ver. teneat, possideat, inquit, q̄ conuentus rei vendicatione non tenetur respondere de qualitate suæ possessionis, citat Pau. Cast. in consi. 196. incip. super primo dubio. lib. 2. quod
172 consiliū non reperio, † sed verum est, q̄ non tenetur respondere quis super titulo suæ possessionis in rei vendicatione, quāuis in petitione hæreditatis cogatur respondere, an pro hærede, an
173 pro possessore possideat; † nam tñ facit in rei vēdicatione simplex possessio, q̄tum in petitione hæreditatis modificata detē-

tio.

Source : BIU Cujas

tio.l cogi.ubi gl.uer.prẽter eũ.circa med.C.de petit. hæred. hæc igitur ampliatio reſtringenda eſt ad petitionem hæreditatis,vt ſupra in petitione hæreditatis mentiens ſuper poſſeſſionis qualitate ea priuetur,non autem mentiens in rei vendic.

Vndecimò amplianda eꝛ ſupradicta concluſio; nam locus
174 ei eſſe poterit,† & ſi non abſolutè,& purè negaſſet,ſe poſſidere, ſed his vel ſimilibus verbis,puta dicendo,non poſſideo, & quatenus reperiar poſſidere,dico,ꝙ iuſto titulo poſſideo,ꝙ hac ratione probatur,aut enim cõſideramus prima verba,quibus explicitè inficiatus eſt,ſe poſſidere,& tũc omnia ambiguitate vacat,nec vlla difficultas remanet, quin ſimus ĩ caſu legis noſtrę: nam ſi actor cõtrarium probauerit, poſſeſſionem ad ſe transferet. Aut poſteriora verba duntaxat conſideramus, illa ſcilicet, quatenus reperiar poſſidere, dico, ꝙ iuſto titulo poſſideo, & hoc caſu non poteſt certè dici, hæc verba eſſe affirmatiua,nec ꝙ confiteantur poſſeſſionem, immò potius negatiua dici pñt, cũ in actorẽ probationis onus trãsferant, vt ille probare teneatur,reum poſſidere. Aut deniq; oĩa hæc verba conſideramus ſi
175 mul & coniunctim accepta,& hoc quoq; caſu, cum reſponſio huiuſmodi à negatiua incipiat,ſatis negare videtur, nec condi tionalis rñſio ſubſequens facit,quin negaſſe videatur: † nam p exceptionem reus dr̃ aduerſarij intentionem negare,gl.in c.exceptionem.de regu.iur.in 6.& gl.in c.cum venerabilis.vbi Inn. de except. Si ergo per exceptionem ſimplicem dr̃ quis actoris
176 intentionem ſimpliciter negare, multò magis, vbi negatiua iã pręceſſit.Item quia,cũ iam ſimpliciter,aperteq; negauerit,† nõ eſt vtiq; dicendus ſe correxiſſe per rñſionem ſtatim ſubſequutam,arg.l.non ad ea.ff.de condit. & demonſtr. nam ſi voluiſſet primã negationem reuocare,eamq; corrigere, hoc feciſſet cla-
177 rè.& explicitè,arg.c.ad audientiam.de decim.† Et quamuis dicatur, neminem prohiberi pluribus exceptionibus vti, id ſanè intelligendum eſt,niſi illæ exceptiones ita contrariæ ſint,& tale mendacium dicant,quod à iure pęnam mereri ſoleat,ex Bal. & Salycet.in d.authen.contra qui pro priam, & diximus ſupra,
178 † quod ergo tradunt Doctores in cap. cum venerabilis. de except.vbi Abbas, Innocẽ. Bald.quòd ſ.ille,qui excipit,non dicitur negare,intelligendum eſt, niſi negatio explicita iam præceſſiſſet. His quidem rationibus quãuis prolixioribus verbis hanc concluſionem ex facto conſultus reſpondendo tenuit Andreas Barbatia in conſ.;6.colum.2.& 3.lib.3.quod veriſſimum arbitror,ſi quidem actor non minus grauatur per hanc reſponſionem, quàm ſi explicitè negaſſet, nec vllam conditionem adieciſſet,quod tantò magis procedit,ſi actor eam reſponſionẽ acceptarit,quatenus ſui fauorem ſpectet, in ea verò parte, quæ ſibi præiudicium afferat,eã ſe reſpuere teſtatus ſit, vt idem Barbatia ibi pro ſequitur.

179 Amplianda eſt etiam hæc concluſio, vt locus ei ſit, † etiam ſi non negauerit expreſsè, ſed ſolùm contumax fuerit in reſpõdendo,cum interrogatus eſſet,arg.l.de ætate.§.qui tacuit.ff. de
180 interrogator. act. † vbi contumax in reſpondendo & mendax æquiparantur, hæc enim verba ſunt illius tex. quaſi negauit ſe hæredem,nam,qui omnino non reſpondit,contumax eſt,contumaciæ autem pęnam hanc ferre debet, vt inſolidùm conueniatur,quemadmodum ſi negaſſet;quia prætorem contemnere videtur,facit gl.in c.fi.in ver.confeſſo.de confeſ.in 6. quæ di-
181 cit,† ꝙ contumax tunc demum habetur pro confeſſo,quando confeſſio eſſet vtilis actori,verùm, ſi ei vtile eſſet potius, quod
182 negaſſet,haberetur pro negante:† vtilius autem eſſet ei, quòd habeatur pro negante, quia ſic efficitur de actore poſſeſſor & reus,nec ei neceſſe erit ammodò ius ſuum,vel dominium pro
183 bare. l.fi.C.eo. tit. † cum tamen dominij probatio difficillima habeatur,glo.& Doct.in l.cum res.C.de proba.Iaſ.in l. rem quæ nobis.num.28.poſt alios.ff.de acquiren.poſſ. ad hoc etiam congruit.l.ſi prius.vbi Bart.in prima oppoſitione tertiæ partis,dum ſoluit oppoſitionem factam de l.cum de indebito, in §.primo. ff.de probat.dicens negationem id operari in d. l.cum de indebito, quod operatur contumacia in d. l. ſi prius. poſt gloſſ. ibi.
184 † quamuis enim ob cõtumaciam nemo tota cauſa, & iure ſuo priuari ſoleat regulariter. l. properandum. §. ſinautem reus.C. de iudic.l.2.in fi.C.vbi in rem actio.gl.in l.prima.§.fin. ff.ſi quis iuſdicen. non obtẽperau. ea tamen regula multas patitur exce-
185 ptiones, eamq; inter cæteras: † cum ſcilicet pœna priuationis non directò ad totam cauſam amittendam ordinata eſt,ſed per conſequens hoc deinde cõtingit,vt in caſu noſtro,quo actoris partes contumax ſuſtinere cogitur, quò fiat, vt ſi dominium ipſe probare nequiuerit,in cauſa ſuccũbet.l.cõtumacia.in prin. ff.de re iudi.cum ſimil. ita quidem dicit Alcia. in d. l. ſi prius.in
186 ſexto caſu.de oper. no.nunciat. † ſed & alia ratione hoc contin gere poteſt; quia ſcilicet aduerſus iuſſum Iudicis ſibi in præſentia comminantis contumax fuit,quã rationem reddit idem ipſe text,in d.l.de ætate.§.qui tacuit.ff.de interrogat.act. & ſcribẽ. ad dictum capitulum ſecundum,de confeſ.in 6. Alcia. vbi ſupra in quarto caſu.& ad hoc conueniunt,quæ diximus ſupra in rationibus deci dendi.

187 Ampliari etiam poſſe videtur, † vt procedat concluſio noſtra nõ minus, cum facta eſt interrogatio poſt litem conteſtatam,quàm ſi facta ſit ante:idq; ex Gloſſ. in d. l.qui petitorio.in verſi. vtitur. ad fin cum qua tranſeunt ibi Doctores, & Barto. in l.j.ff.de interrogator.act.qui aiũt,poſſe fieri illam interrogationem etiam poſt litem conteſtatam. ſi oblitus ſit interrogare ante litis conteſtationem,quod verum credo ex l.vbicunq;. ff.eod.tit.de interrogator. act. ſequuntur Doct. videlicet Alex. Iaſ.Imol.in l.naturaliter.§.nihil commune.in 4.cõbinat. Bart. ff.de acq.poſſ.quapropter ſi interrogari poteſt etiam poſt litem conteſtatam, ergo ſi ad ipſam interrogationem mẽtitus fuerit,
188 habebit pariter locum hæc lex,† cum vtroq; caſu pariter lædatur, & contemnatur maieſtas Prætoris, & vtroque caſu actor probandi onere grauetur:quamuis igitur verum ſit,hanc interrogationem fieri debere ante litem conteſtatam. d.l.qui petitorio.ſupra eo.l.qui ſeruum.§.in iure.infr.de interrogat.act. Si tamen contigerit,factam eſſe poſt litem conteſtatam, non ante, idẽ ſequetur effectus, quod attinet ad caſum legis noſtræ: nec
189 valde hęrẽdum arbitror in hac re.† Magis fortè ambigi poſſet, vtrùm idem recipiendum ſit,ſi nõ ad interrogationem, ſed ad poſitiones in iudicio factas mentitus fuerit:videtur:enim conſiderari poſſe aliquam differentiæ rationem,quippe interroga
190 toria fiunt ad ordinandum iudicium.† quare videtur magis in culpa eſſe,qui iam tum à principio reluctatur, ne iudicium ordinari,ſuoq; curſu incipi & progredi poſſit;quàm ille, qui iam cępto iudicio illud euitare enitit; neq; enim debebat actor iudicium incipere,ſi probationes in promptu non habebat,cum debeat inſtructus ad iudiciũ accedere.l.qui accuſare.C. de edẽdo.l.ſi quando.C.de dilat.l.nimis graue.C.de teſtib.c.primo,de probat.Doct.in l.j.C.de edendo,cum ergo actor iudicium iam ſit ingreſſus,non eſt,ꝙ de reo conqueratur,ſed à principio vires ſuas ex probationibus metiri debuerat, interrogationiſque remedio vti, & ꝙ reſpondens poſitionibus per mendacium ſe non poſſidere, non cadat in pęnam huius legis, tacitè ſentit ẽt Decius in d.l.j.C.de Edendo.in 5.nota.ſub nume.8.venatur eĩ ibi Decius rationem, curnam reus non teneatur actori edere ad fundandam eius intentionem, & tamen tenetur reſpondere poſitionibus,ex quibus poſitionibus reſultare poteſt auxiliũ probationi actoris, atq; inter cæteras hãc reddit rationem De-
191 cius ibi,& in c.primo de probation.† quia(inquit)hæc poſitionum facultas, quæ actori conceditur, non cogit, neque arctat reum,cũ poſſit negare poſitionem. Sicq; Decius admittit, poſſe reum negare poſitionem impunè, ꝙ attinet ad alias pœnas extra periurium,in quod incidit propter iuramentum calũnię: generaliter enim loquitur Decius nec videtur excipere caſum hunc,quando poſitiones fiunt in iudicio hoc rei vẽdicationis alteriusve in rem actionis.

192 Quin † & lex noſtra de negatione ante litem cõteſtatam facta duntaxat loqui voluiſſe videtur, & ſic non de reſponſione facta ad poſitiones(quippe non niſi poſt litem conteſtatam poſitiones fiunt regulariter,licèt interdum quoq; ante conteſtationem eas fieri poſſe traditum ſit,Bar.in d.l.vbicunq;.ff.de interrogat.act.)quod probatur illis verbis,videlicet,In rem actio
193 nem pati non compellimur, † pati enim dicitur quis actionem litis conteſtatione,arg.l.amplius non petitum.ff.rẽ rat. hab. vbi Bart.& Caſtr.& ad hoc faciunt,quæ dicta ſunt ſupra de interrogatione facienda ex gl.in d.§.illud quoque.

194 Ego † tamen idem credam in reſpõſione hac reddita ad poſitiones factas, quod in aliis interrogatorijs,immò,& maior ra-
195 tio his ineſſe videtur,† cũ ille,qui ponit, periclitetur,quod nõ
196 facit is,qui ſolùm interrogat; † nam, qui ponit,fatetur poſitiones, non ſic ille, qui interrogat.Bartol. in d. l. j.ff.de interroga. act.Deci.conſi.;10.colum.pen.Doct.in d.l.j.C.de edendo.ęquũ eſt igitur, vt quo caſu actor maiori periculo ſe exponit, maiore quidem rei vtilitate, ſentiat inuicem non minus commo-
197 dum ex tergiuerſatione rei. † Præterea actor cum facit poſitiones, reus tenetur prius de calumnia iurare, quàm poſitionibus reſpondeat.l.2.§.quod obſeruari.ff.de iuramen.calum.ſi ergo punitur in poſſeſſionis tranſlatione is, qui nullũ iuramentũ præſtitit; quanto magis puniendum dicemus, qui contra iura-
198 mentum à ſe præſtitum mentitus eſt?† Item non minus grauabitur actor onere probãdi,ſi reus poſitiones neget,quàm ſi in-
199 terrogatoria ante litem conteſtatam facta negauerit;† nec alię leges, quæ neganti pęnam imponunt, magis loquuntur de reſponſione ad interrogatoria data, & ante litem conteſtatam, quàm data poſt litem conteſtatam, & ad poſitiones. d. §. illud quoq;.d. Auth.item ſi poſſeſſor: nec minus fiunt hæ poſitiones auctoritate iudicis, & ad eas reſpondere auctoritate Iudicis cõ-
200 pellitur,quàm alijs interrogatorijs,† vnde pariter Iudicis maieſtas læditur.d.l.de ætate.§.qui tacuit d.l.debuit ff.de interrogat.
201 act.† Nec lex noſtra refragatur, quam enim prius dictum legis ad interrogationes ante litem conteſtatam factas videatur cõ-
202 modius aptari, † nec tamen eũ malè ſentire crediderim, quiſquis dixerit,eum demũ actionem pati,qui executionem perferat,non qui litem conteſtari cogitur,† vel dicas,ꝙ licèt lex ponat exemplum ex frequentiori vſu,cũ fit interrogatio ante litẽ conte-

conteſtatam, non tñ propterea interpretandum eſt, quin idem voluerit etiam, cum poſt litem conteſtatam mendacium factũ eſt, ar. l. 2. verſi. filio de vulg.

204 Non † crediderim tamen frequenter hanc quæſtionem cõ-
205 tingere poſſe, niſi actor malè cautus ſit, † cùm enim poſſit interrogatoria facere in quacunq; iudicij parte, ſi ante litem conteſtatam interrogare oblitus ſit, cõſilio careret, ſi poſitionum cancellis ſe coarctare, & reſtringere vellet. Bar. in d. l. j. & l. vbicunque. ff. de interrogat. act.

Amplianda eſt igitur prædicta concluſio, vt procedat, nõ ſolùm ſi interrogatio facta ſit ante litem conteſtatã, ſed & ſi poſt, Item vt procedat, & cum mendacium eſt factum reſponden-
206 do poſitionibus, † Et quod videtur ſenſiſſe Decius in d. l. j. C. de edendo, videlicet, poſſe quem impunè poſitionem negare excepta periurij pœna, verum eſſe non credo, præſertim ſi voluit hoc intelligere de eo, qui negauit ſe poſſidere.

207 Decimoſextò amplia, † vt procedat, fiatq; hæc poſſeſſionis tranſlatio etiam ſine nouo libello. glo. in dicto §. illud quoque. in verſic. & legem. in fin. in Authen. de triente, & ſemiſſe. Barto. hic columna prima, numero 2. Roman. in dicto conſilio 70. colum. penult. numero 7. verſic. tertiò principaliter quæro. ac fine litis conteſtatione, ſed iudicis officio nobili. Bald. in l. fi. C. de execut. rei iudic. Iaſ. in §. omnium colum. 14. verſic. & aduer-
208 te, quòd talis tranſlatio. inſt. de act. † quod ea ratione contingit; vel quia iſte negando ſe poſſidere poſſeſſioni renunciat, vnde poteſt Iudex officio ſuo eam poſſeſſionem aduerſario dare. l. non alienum ff. de interrogator. act. vel id fit in pœnam mendacij, quocirca, quemadmodum contra non venientem mittitur actor in poſſeſſionem ex primo, vel ſecundo decreto, ſic & contra hunc mendacem fit executio per officium Iudicis transferendo ab eo poſſeſſionem abſque nouo libello: probatq; hoc etiam lex noſtra, cum dicit, transferendam eſſe poſſeſ-
209 ſionem per Iudicem, † quamuis enim in officio quoq; iudicis nobili detur libellus: vt per tex. in c. fi. extra, de offic. iudic. Bart. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconſul. in Ru-
210 bric. ff. de interrogator. actio. tamen verum eſt, † quòd ſi non proponatur per modum actionis, libellus non ſit neceſſarius, vt ibidem ait Bart.

211 † Item non requiritur libellus in officio Iudicis, quando imploratur ſuper eo, quod eſt liquidatum. Innocen. cap. fin. colum. penulti. de Iudic. Barto. in l. iubere cauere. ad fin. & ibi Deci. nume. 17. ff. de iuriſdict. omnium iudic. magis certè liquida res non poteſt eſſe, quàm per aſſertionem partis in iu-
212 dicio factam coram Iudice. † Item, vbicunque pœna reſultat ex aliquo emergenti in iudicio, illa pœnæ appoſitio nunquam deſiderat nouum libellum, aut litis conteſtationem. Bald. in l. ſupplicare, in vltimo not. nume. 6. C. vt lite pendente. ibi quia iſta eſt pœna emergens &c. hæc quidem pœna ex negatione
213 cauſatur in iudicio facta. † Item in notoriis non requiritur Iudicis ordo, c. ad noſtram. de iureiuran. notorium verò quis neget eſſe hoc quod Iudici ex confeſſione & dicto ipſiuſmet rei conſtat. & Bal. in l. fi. col. 2. in fi. nu. 7. ait, officium iudicis, quod ſumit vim ex actis, libellum non requirere, etiam ſi poſſeſſionẽ transferri petator. Innoc. c. ex inſinuatione. de app. cum ſimilibus. non eſt igitur admittendum, quod ait glo. j. hic, nempe dũ tradit, dari condictionem ex lege, quam gloſſam meritò Bart. hic refellit, quamuis Ang. non abnuat: quare videretur inferri
214 poſſe, quòd, cum officio iudicis expediatur, † propterea cauſa hæc quæ iudicem mouit, odioſa, execrabilisq; ſit, hanc enim cõ ſequentiam facit Areti. in d. §. nihil commune. in 4. combinat. quam tamen conſequentiam minimè admittit Ripa ibi. num. 158. ſtet igitur concluſio, fieri hanc tranſlationem poſſeſſionis ſine libello per officium Iudicis, tum quia ille videtur poſſeſſionem pro derelicta habere, tum quia ſtatur cõfeſſioni ipſius contra ſe, qui negauit ſe poſſidere.

215 † Hoc igitur modo huius rei executio in vſu forenſi fiet; ſcilicet, vbi reus ſe negauerit poſſidere, actor petet ſibi licentiã intrandi poſſeſſionem per iudicem dari, veluti rei vacantis, ſaluo iure tertij cuiuſlibet, nec poterit huic licentiæ reus ꝓtradicere, cum ſua nihil interſit, quandoquidem ipſe negauit ſe poſſidere. Sic docet Ange. hic colum. fin. in princ. allegando textum in d. l. qui ſeruum. §. in iure. ff. de interrogator. act. Bald. in l. fi. C.
216 de execut. rei iudi. † Videtur quidem aliqua difficultas in hoc ſupereſſe, an lis cõteſtatio ſit neceſſaria, nam aliqui crediderũt, conteſtandam eſſe litem etiam ſine libello, & quamuis emergentia in iudicio litis conteſtationem requirere non credãtur,
217 † vbicunq, tamen propter hæc emergentia litis cõteſtatio impeditur in principali, ea quoq; litis conteſtationẽ deliderare creditur. Ang. hic, quæ tamen inſpectio ad nihil ferè deducitur, ſi verum eſt, quod dicit glo. in d. §. illud quoque, nempe, eo ipſo litis fieri conteſtationem ſuper poſſeſſione, cum reus interroga-
218 tus an poſſideat, negat, ſe poſſidere, † quod ſanè mihi non facilè perſuaderi ſinam, cum neq; actoris, neq; rei animus fuerit ea interrogatione, vel reſponſione litem ſuper poſſeſſione conteſtari, ſed ſuper petitorio tm̃, cuius ordinandi gratia facta eſt illa interrogatio. Sicq; gloſſam illã ſuis proprijs telis confodi poſſe conſtat, hoc enim argumento ipſo idem Accurſius in ſimili propoſito vſus fuit, dum tenuit litem non conteſtari ſuper peti-
219 torio per hanc negationem: † Non eſt igitur dicendum litis cõteſtationem induci, nec etiam requiri, neq; libellũ, ſed ſolo iudicis officio rem abſolui poſſe, ad ſimplicem actoris petitionem iuxta modum per me iam traditum, qui longè breuior, faciliorque erit.

220 Decimoſeptimò ampliarem † ego hanc concluſionem, vt procedat, etiam ſi actor velit in Iudicio petitorio procedere, nec reum cogere curet, ad ſuſtinẽdas actoris partes; neq; enim ei inutile quãdoq; erit, vt aliàs diximus, declarari ſe dominum
221 rationibus tunc adductis; † nec nouum eſt, ꝙ reus in ſe onus probandi interdum ſuſcipiat, vt in l. circa. ff. de probat. Aret. in §. omnium. inſti. de actio. ſuper glo. in ver. dicat, & ibi etiam Iaſ. num. 112. & ſeq. & quamuis in rei vendicatione duo illa extrema ſint neceſſaria, de quibus diximus ſuprà, videlicet dominiũ
222 ex parte agentis, poſſeſſio ex parte rei, † quæ quidem poſſeſſio ex parte rei hic non reperitur adeſſe; cum in actorem ſit tranſlata, id tamen eſt intelligẽdum, poſſeſſionem requiri in eo, quò ad hoc, vt poſſit ferri ſententia contra eum, qua condemnetur ad reſtituendum, qui eſt finis, & effectus actionis in rem, verùm quò ad hoc, vt ſententia ferri poſſit declaratoria ſuper iure agentis, non eſt neceſſaria poſſeſſio ex parte rei, vt patet ex dicta l. ſi à te. in princ. & §. primo. cum ibi not. ff. de except. rei iudica. & diximus ſuprà.

223 † Poterit igitur actor in primis contra reum mentientẽ obtinere, vt ad ſe transferatur poſſeſſio rei, quam petere volebat, ſeu, quam petiit, deinde, ſi videat reum contra ſe litem mouere nolle, poterit ipſe iudicium cẽptũ proſequi nihilominus, & petere ſe Dominum declarari, & reum in fructibus, & obuentionibus erga condemnari.

224 Decimooctauò amplia, † ꝙ hæc trãſlatio poſſeſſionis perpetua firmaq; erit, quoad pro reo fuerit in petitorio iudicatum, neque enim, & ſi intra annum paratus ſit iudicium ſuſcipere, propterea poſſeſſionem recuperabit, licèt expenſas ſoluere ſit paratus. Butr. & Abb. in c. cum cauſam. de iuramento calum. Roma. in d. conſi. 70. Fely. in c. cæterùm. col. pen. num. 18. de iudic. Port. Imol. in d. reg. 30. in prima amplia. quod eſt in pœnam
225 mendacij, † quamuis miſſionem paſſus propter contumaciam ex primo decreto, ſi intra annum reuertatur, eã recuperet, vel intra aliud tempus ſecundùm varias Doctorum opiniones. l. fi. C. de iure don. impetran. Doct. poſt glo. in l. ſi finita. §. ſi plures. ver. prius. ff. de damno infecto. Sic videre potes maiorem mendacij, quàm contumaciæ pœnam à iure conſtitutam eſſe, quod ad multas deciſiones argumentum præſtare poteſt, tam ſupra dictas, quàm infra dicendas.

226 Decimononò amplia, † ꝙ pœnam hanc tranſlatio nis poſſeſ ſionis feret mentiẽs in poſſeſſione, etiam, ꝙ paratum ſe offerat mox probaturum dominium ipſius rei, quod Accurſ. hic in fi. vlt. gl. Barto. Bald. Ang. tradiderunt. Abb. in c. cum cauſam. colum. 5. circa med. ſub num. 18. ver. item requiritur, ꝙ agatur petitorio. de iuramento calumniæ. ibi, nũquid autem reus debet admitti volens probare &c. Ange. Aret. in §. omnium. colum. 11. inſti. de act. vbi etiam Iaſ. & idem Iaſ. in d. l. naturaliter. §. nihil commune. num. 42 Ripa ibi. num. 102. & 103. Gomeſ. in §. ex maleficiis. num. 16. inſti. de act. Port. Imola in d. regu. 30. lib. 4. commu. opin. ampl. 2. & Accurſius ipſe perpetuò conſtans in hac ſententia fuit, nempe. in d. authen. item poſſeſſor, in princ. vltimæ glo. quæ eſt in verſic. transferat. C. qui pot. in pignor. & in l. dolo. ff. de doli except. circa princip. primæ gloſſ. & in l. inuitus. §. cui damnus. in fin. ſecundæ glo. de regu. iur. quod quidẽ
227 euenit in mendacii pœnam, † cum alioqui etiam in quibuſcunque adipiſcendæ poſſeſſoriis, quamuis priuilegiatis admittatur illa exceptio, Dolo facis, qui petis, quod es reſtiturus, & qui paratus eſt mox dominium probare, poſſeſſionem dimittere
228 non teneatur, † quod tamen in poſſeſſorio recuperandæ ſecus eſt. cap. literas. §. pen. & fin. de reſtit. ſpoliat. Specul. in titu. de pe-
229 tit. & poſſeſſ. nec vllus dubitat. † Verùm non ab re ambigi quis poterit hic, an idem ſit, ſi exceptio proprietatis notoria ſit, an nihilominus transferenda erit propter mendacium poſſeſſio,
230 † plus enim eſt, notorium aliquid eſſe, quàm quod incontinen-
231 ti probari poſſit; † cum notoria ab hoc probationis onere ſint
232 immunia, † notoriaq; à lege, vel ſtatuto exceptiones quaſlibet excludente nunquàm ſecluſa cenſentur. Bald. in Rubric. C. de probat. nume. j. Pau. Caſtren. conſ. 44. in præſenti quæſt. colum. j. lib. j. Felyn. in cap. ex parte ſecundo, in quinta fallen. de offic.
233 delegati, † & quamuis doctores negent, in poſſeſſorio recuperandæ admitti exceptionẽ dominij, quod. prædo offerat incontinenti ſe probaturum, fatentur tamen admitti exceptionẽ notoriæ proprietatis debere. Ripa in d. §. nihil commune. num. 70.
234 per text. in cap. ad decimas. de reſtitu. ſpoliat. lib. 6. † etiam,
235 quòd ſpolium factum ſit lite pendente, † quamuis illud ſpoliũ
236 execrabilius ſit. Rot. deciſ. 14. fuit dubitatum, in nouis, † & ꝙ prædo notorius, ſi ſpoliatus ſit, non debeat reſtitui, vt puta,

Source : BIU Cujas

ex proceſſu conſtat, eum eſſe prædonem, dixerunt Innocent. & Abb. in cap. cum Eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſſion. & proprieta. Innocent. quidem. columna prima ad med. Abb. numero 26. verſicu. ſecundo quòd prædio. idem Abb. in cap. in literis. numero 7. & 27. de reſtitu. ſpoliat. Rub. Alexan. conſi. 167. colū. 4. Craueta conſi. 248. columna 2. in fin. numero 6. verſicu. nec obſtat, quod dicitur, quamuis alioqui ſpoliatus ante omnia reſtituendus ſit, etiam ſi prædo vellet ſtatim ius ſuum probare: vt no. in dicto §. nihil commune, & in cap. ſæpe, & cap. in literis. de reſtitut. ſpoliat. cum igitur hoc procedat in poſſeſſorio recuperandæ, videtur, quòd pariter ꝓcedere debeat in hoc noſtro poſ-
237 ſeſſorio, adipiſcendæ, † quod licet ob mendacij crimen priuilegio maiore perfruatur, quàm alia adipiſcendæ poſſeſſionis poſſeſſoria, nemo tamen dixerit maiore priuilegio frui, quàm ſpolium. qua propter ſi ſpoliatus reſtituendus non eſt, cum obſtat notorius defectus proprietatis, eadem ratione & is, qui mētitus eſt, priuari non debet poſſeſſione, ſi ius ſuum notorium ſit.

238 † Dicetur autem notorium eſſe ius poſſeſſoris, ſi ipſemet actor hoc confeſſus fuerit, vt dicit Abbas in cap. primo, in 4. nota. de reſtitu. ſpoliat. & ibi Berous num. 27. Innocen. in cap. conſtitutus. de filijs presbiteror.

239 † Idemq́; dicam, ſi teſtes iam recepti, admiſſiq́ue probaſſent poſſeſſoris ius, vt ait Abbas, vbi proximè ſuprà, finge enim, ꝙ oblitus fuiſſet actor interrogare ſuper poſſeſſione reum ante litem conteſtatam, & poſt factas probationes, eum interrogauerit ſuper poſſeſſione, vtiq́; ſi ex probationibus reſultaret probatio iuris ipſius poſſeſſoris, quamuis in poſſeſſione fuiſſet menti-
240 tus, ea non priuabitur; ex hoc enim reſultabit notorium, † cum acta faciant notorium, ſaltem ipſi iudici, Abb. cap. olim. de verborum ſignificatione. Decius vbi ſuprà. Neuizan. conſil. 34. nu-
241 mero 3. cum ſimil. † vt probatio per teſtes facta rem notoriā, & euidentē reddit. l. fi. C. de ꝓbat. & hoc in ſpecie docuit Abb. in dicto cap. primo. de reſti. ſpoliat. in 4. not. & Berous ibi. Crau. conſ. 299. numero 8. & conſ. 302. num. 3. & ſic in quibuſcunque actis proinde in eo iudicio factis cum res fiat notoria, pariter dicendum erit, non fieri reſtitutionem, ſi dominium aut ius poſ-
ſeſſoris fuerit probatum. Dec. conſ. 91. numero 9. colum. 2. verſ. quartò facit, Craueta vbi ſuprà, & ante eos Innoc. in cap. cum
242 Eccleſia Sutrina de cau. poſſeſ. & proprie. † Idemque erit, ſi de iure vel dominio ſpoliatoris probatio ex publicis documentis
243 proferatur, † quandoquidem inſtrumentum eſt probatio probata. Bald. l. quoties. in fin. C. de iudic. l. pupillus. C. de vſur. pupil. l. intereſt. C. de ſolut. Dec. conſ. 36. columna ſecunda. in princ.
244 † & facit rem manifeſtam etiam in his, quæ colliguntur ex inſtrumento indirectè. Abb. cap. cum olim. numero 10. de cenſib.
245 Bald. l. ad probationem. C. de probation. † & non magis dubiū eſſe debet ī quæſtione aliqua, vbi habeat caſum deciſum inſtrumento publico, quàm ſi lege aliqua deciſus foret. Bald. conſilio
215. proponitur, quòd inueſtituræ. columna ſecunda, circa fin.
246 libro ſecundo. † habet enim inſtrumentum vim diffinitionis cauſæ. Bald. conſ. 233. incip. ſi per inſtrumenta. libro primo: quo circa ſatis dicetur res eſſe notoria, ita & alia probatione opus non ſit, meritoq́; non debeat ſpoliatus reſtitui, & conſequēter, nec is qui mentitus eſt, ſua poſſeſſione propter mendacium pri-
247 uari; † neq; ego deſiderari opinor, vt tale inſtrumentum ex his ſit, quæ promptam paratamq́; executionem ſortiūtur, quę vul-
248 gò inſtrumenta guarentigiata appellātur. † ex regula quidem inſtrumenta non habent executionem. l. minor vigintiquinq; annis cui fideicōmiſſum. ff. de minor. Iaſ. in l. j. nu. 9. ff. de iureiur. & in l. j. colum. 5. in fin. ff. de edendo. Couarru. lib. 2. var. reſolut. cap. 11. per totum id capitulum, ſed ſtatutis vel conſtitutionibus, vel partium pactis inſtrumento appoſitis id contingit, quomodocunque tamen, aut qualiacunque ſint ipſa inſtrumenta, & ſi executionem paratam non habeāt, tament liquidā, notoriāq́; rem facient, propterea poſſeſſionis tranſlationē, vel reſtitutionem impedire poterunt, quamuis aliud opinatus fuerit Corſet. in fallen. 35. ad regul. ꝙ ſpoliatus ante omnia eſt reſtituen.

249 † Quæ tamen ſic intelligas moneo, niſi aliqua exceptio contra inſtrumētum oppoſita fuerit, quæ lucem illius obtenebret, puta ſi ſtatuti verba illum ſenſum non admittant, aliudve ſimile. Barto. Caſtrē. Alex. Alciat. in l. ſi cauſa cognita. C. de tranſact. Dec. conſ. 351. nu. 9. Craue. conſi. 306. num. 6. Et ne diutius his
250 immorer. † concludo, omnibus illis caſibus, quibus iudici notorium ſit, reum conuentum rei vendicatione Dominū ipſius rei eſſe, priuari eum nō oportere poſſeſſione, quamuis per mēdaciū, negauerit ſe poſſidere, quemadmodum nec prædo poſſeſſionem reſtituere tenetur, vbi notorium eſt, eum eſſe dominum. Cùm enim verè dominus eſſet, ferendus fuit, licet in poſſeſſione mentitus ſit.

251 Vigeſimò amplia, † quòd procedit etiam in beneficialibus, & ſpiritualibus, vt ait Ang. hic. in verſ. transferat, allegando Innoc. in cap. cum veniſſent, in glo. ſuper verſ. quò ad proprietatē.
252 de reſti. in integ. † hoc tamen, quod de beneficialib. & ſpiritualibus dictum eſt, intelligendum ego opinor, modò is qui agit, titulum aliquem probet, neque enim poſſeſſio in beneficialibus vel ſpiritualibus dari poteſt abſque probatione alicuius ti-
253 tuli colorati, † adeò quòd ſpoliatus reſtituendus non eſt, niſi aliquem titulum coloratum probarit. glo. vlt. in clemēt. vni. de cauſa poſſ. & proprieta. fa. text. in cap. patet. 3. q. j. Rota in antiq. deciſ. 7. nota ꝙ vbi agitur poſſeſſorio, & 46. & 93. Quintili. Mādoſ. in prima reg. Cancel. q. 3. num. 2. iuxta declarationem Ripæ in §. nihil commune. num. 71. verſ. 3. fallit. & per text. in cap. j. de regu. iur. quapropter videtur, ꝙ ſi reus idemq́; poſſeſſor beneficium reſeruatum poſſideat ex reſeruationis cauſa, & interrogatus ab eo, qui litem moturus eſt, an poſſideat, negarit, ſe poſſidere, non teneatur tamen ei propter mendacium tradere poſſeſſionem, ſi ille beneficium ab alio impetrauit, quàm a S. Pontifice, alterove poteſtatem habente beneficia reſeruata conferen-
254 di, † quemadmodum etiam ſpoliatus reſtituendus non eſt ad beneficium reſeruatum, ſi ipſe ex reſeruationis cauſa illud non obtineat; Si igitur poſſidens beneficium, illudq́; ſe negās poſſidere oſtendat beneficium eſſe ex reſeruatis, propterea q́; actorem ī eo ius non habere, effugiet amiſſionem poſſeſſionis, ſiue
255 id ꝓcedat, † quia reſeruationes ſunt notoriæ, q̄ præſertim ſunt inſertæ in corpore iuris, vel etiam in regulis Cancellariæ, quo caſu locum haberent, quæ diximus in proximè anteceedēti am-
256 pliatione, ſeu id procedat, † quia reſeruatio inficit poſſeſſionē, Abb. cap. in literis. de reſtitu. ſpolia. num. 28. & in cap. item cum quis. colum. 2. eod. tit. Aeneas Falco in in tract. de reſeruat. in 11.
257 effectu, num. 3. † immo etiam inficit detentationem Rota Biſſigneti prima, de reſti. ſpolia. vtranque rationem ī ſpolio affert Soc. in l. rem quæ nobis. col. 10. verſ. ſed tamen conſideran. nu. 19. ſed tandem perſiſtit in vltima; Sed Quintilian. vbi ſuprà, ait
258 obtentum Romæ fuiſſe ī Rota, † quòd exceptio reſeruationis ex cap. execrabilis (quam ipſe appellat exceptionem execrabilitatis) poſt ſpolium probatum obiecta, fuit reſeruata in cauſa
259 petitorij, & ſpoliatus reſtitutus fuit, † quapropter ſic ipſe diſtinguit, quòd exceptio reſeruationis oppoſita ſit, antequam cauſa ſuper ſpolio inſtructa ſit, & prius quàm ſpolium ſit probatum, tunc quidem reſeruatio illa poſſeſſionem inficiat, & conſequēter ſpoliatū reſtitui impediat: nam is, cui reſeruatio obſtat, verus poſſeſſordici non poteſt, impedimento reſeruationis, quæ poſſeſſionem inficit, quare ad poſſeſſionem, quam nunquā habuit, non eſt reſtituendus. Si verò probatio plena ſuper ſpolio facta iam erat, quo tempore obiecit ſpoliator exceptionem reſeruationis, tunc locum habeat deciſio ſupra recitata ſequuta
260 in auditorio Rotæ. † Tu tamen caue; quia reſeruatio non ſolùm inficit poſſeſſionem, quando oppoſita eſt ante ſpoliū probatum, ſed eam inficit, ſimul atque reſeruatio facta eſt, & ideo etiam priuſquam obiecta per exceptionem fuerit. c. ſi eo tēpore. de elect. in 6. vbi gl. in ver. ignoranter, ex quo nihil videt referre, quod demum poſt probatum ſpolium obiecta fuerit, cū non ipſa exceptionis obiectio, ſed reſeruatio, vt dixi, poſſeſſionem inficiat; Sed poſt hanc leuem digreſſionē ſic ſtatuas; poſſeſſorem, qui titulum coloratum beneficij oſtenderit, quamuis ſe poſſidere negauerit, non tamen teneri poſſeſſionem tradere ei, qui titulum coloratum nō habebat, vt quia reſeruatio, aliave cauſa ei obſtaret, & idem dicas in alijs ſpiritualibus, quę titulum requirunt, nec poſſeſſione ſola contentantur, vt not. in cap. cū Eccleſia ſutrina. de cauſa poſſeſ. & proprieta. in cap. cum veniſſent. de reſtitu. in integrum.

261 † Vigeſimoprimò idem dicam in actione in rem, quæ com-
262 petit pro rebus incorporalibus, † quamuis enim in his non detur poſſeſſio, ſed quaſi poſſeſſio. l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſuca.
263 & leg. ſi ædes. §. libertas. ff. de ſeruitu. vrban. prædior. & † quamuis in iuribus incorporalibus detur actio in rem etiam poſſeſſori, nempe negatoria, quapropter non videatur eo caſu neceſſaria interrogatio, an poſſideatis, cum quo acturus ſim, cū ego actor poſſideā. §. æquæ ſi agat. in verſic. qđ genus. inſt. de actio-
264 ni. † cum tamen quis confeſſoriam actionem intentat, tunc q́dem prætendit, rem in poſſeſſione eſſe: vt per gloſ. in dicto cap. cum Eccleſia Sutrina. quare videtur & tunc, interrogationem ante litem conteſtatam, an reus poſſideat, fieri vtile eſſe, in eaq́; mentiens tranſlationem ex hac lege patiatur; ſed tamen perrarò hoc contingere crediderim, vt acturus actione in rem pro rebus ſeu iuribus incorporalib. aliquem interroget, an poſſideat, ne fortè hac interrogatione ſibi ipſi præiudicium faciat.

265 Vigeſimoſecundò amplia, † quod è contra punitur pariter ille, qui dixit, ſe poſſidere, quamuis non poſſideret. l. is qui ſe obtulit, cum ibi. no. ſuprà eo. diximusq́; etiam ſuprà in princip. & eſt tex. in l. qui ſe obtulit. & l. etiam. §. non ſolum in fin. ff. de petit. hæreditat. & vide omnino textum pulcherrimum in l. pen.
266 ff. de dolo malo † Is autem dicitur liti ſe offerre, qui interrogatus in iudicio vtrum poſſideat, reſponderit, ſe poſſidere, quam-
267 uis re vera non poſſideret, † at ſi interrogatus non fuiſſet, & ſi iudicium ſuſcepiſſet, non tamen diceretur liti ſe obtuliſſe. Bar. d. l. is q ſe obtulit, & d. l. qui ſe obtulit, & d. l. ſi a te. §. primo. Bal. in l. cogi, ad fin. C. de petit. hæreditat. Abbas in c. examinata. de iudicijs. Fel. in cap. aduerſario, columna ſecunda. nume. 3. de exceptio. qui Doctores præterea dicunt (id quod notandum)

Source : BIU Cujas

quòd sufficiet etiam interrogationē factam esse extra iudiciū, dummodo fides in iudicio de responsione fiat.

269 † Pœna autem huius, qui se liti obtulerit, hæc legibus tradita est, quod perinde condemnandus erit, ac si possideret, d.l.is qui se obtulit, & l.si quis in iure interrogatus. 2. & l. confessionibus. in princip. & l. qui ex parte, & l. qui seruum. in princip. ff. de interroga. actio. & l. de ætate. §. j. & §. si quis interrog. respondit. ff. eo. de interroga. actio. non potest quidem omnino condemnari, veluti si possideret, neque enim possessionem, & tē tradere po-

270 terit, quam in sua potestate non habet, † sed æstimationem ipsius soluere compelletur, vt dicit glos. prima in l. si is, qui se obtulerit. ff. eodem per illum text. cum qua glossa transeūt docto-

271 res; † nec propterea tamen liberatur verus possessor, quamuis actor æstimationem sit consecutus ab eo. l. qui se obtulit, cum glos. ibi, per text. in d.l. qui seruum. in princip. ff. de interrogat.

272 actio. Fel. in dicto capitu. aduersario. numero tertio. † quod tamen de iure canonico non procedit in personis Ecclesiasticis, de quo nos infrà in limitationibus.

273 Vigesimotertiò amplia, † vt procedat, etiam si re vera non possideret, sed per alienationem desijsset dolo possidere. Ias. in dicto §. omnium. columna 42. institu. de actio. Portius Imola vbi suprà.

274 Vigesimoquartò † procedit etiam in vasallo, & emphyteuta Ang. hic. Port. vbi suprà.

Hæc verò conclusio & decisio quamplures admittit declarationes, ac limitationes, quibus expositis doctrina hæc valde vtilis ad forensem vsum fiet.

275 Imprimis igitur declaranda est, † vt procedat ita demum, si

276 actor grauatus fuisset onere probādi ipsam possessionem, † ꝙ si reus deinde eam confessus fuisset, ita vt actori nihil probare opus fuerit, aliud dicendum erit: vt consultus respondit Gratus consi. 37 colum. secunda lib. 2. Portius in d. reg. 30 in fin. quæ reuocatio, seu confessio quando fieri possit, postea differemus.

277 † Hinc & tradi videtur posse, quòd si iureiurando actoris ea possessio probata sit, non fiat locus huic pœnæ, vt ait Accurs. hic, argumen. l. eum qui. ff de iureiurand. sequitur Barto. nec cæteri dissentiunt, Ias. in dicto §. omnium. colum. 41. num. 103. qđ & ego probo, si de iuramento voluntario, quod a parte vltrò delatum est, intelligatur, verùm si de iuramento necessario, quod in probationis supplementū defertur, intelligi quis velit, aliud

278 dicendum censerem; † cum non possit dici actorem a probationis onere immunem abijsse, cum semiplenè probauit, quod tradiderunt Salycet. Castren. Roman. Iason in d.l. eum qui. ad finem principij: quamuis Barto. Bald. Fulgl. & Alexan. ibi aliud docuerint, & propterea magis recepta hæc videatur sententia,

279 † cui tamen plurimùm obest, quia quantùm in ipso reo fuit, actor certè probandi onus subtinuit, cum reus neq; per confessionem, neque per negationis reuocationem, nec per iuramenti delationem vlla ex parte actorem onere probādi leuarit, sed quicquid leuaminis actor habuit, illud a iure non a reo consequutus est, at iura cum mendaci indulgent, ei veluti crimē suū perteso condonant, quod in eo, qui semiplena probatione, ac iureiurando necessario a iudice delato conuictus est, minimè deprehensum dici potest.

280 Secundò principaliter ex prædictis declara, † Conclusionē uostram non procedere, vbicunque ipsemet reus, quod prius negauerat, mox, idest, ante litis contestationem fassus sit, quod & proximè diximus suprà. Glos. hic Barto. & cæteri per text. in leg. electio. §. neque. ff. de noxalibus. text. & glos. in leg. inde Neratius. §. hæc actio. versicu. in duplum. ff. ad leg. Aquili. Fel. in c. cæterum. colum. pen. ad fin. de iudic. Iason in d. § omnium. colum. 14. & 15. Roman. in d. cons. 59 colum. fin. in fin. & cons. 70. colum. secunda. Alex. in l. hæreditatum § fi. ff. ad legem Falcid. Ang. in l. si dubitetur. §. primo. ff. de fideiussor. Hipp. in Rub. de fideius. num. 77. Imola Port. vbi supra, qui multa alia ad hoc

281 citat. † Satis tamen erit, vt reuocare negationem queat, si conuictus non sit, nam licet contestata lis iam sit, modò adhuc factæ probationes non fuerint, nec de mendacio conuictus res adhuc integra dicetur, vt fateri possit, quod prius inficiatus fuerat, pœnamq; hanc translationis possessionis euitare. l. de ætate. §. fin. vbi Bald. infrà de interrogat. actio. eius textus hæc sunt verba, videlicet. Celsus quoq; respōdit, licere respondenti pœnitere, si nulla captio ex eius pœnitentia sit actoris, quod verissimum mihi videtur, maximè si quis postea plenius instructus quid faciat, instrumentis, vel epistolis amicorum iuris sui edoctus, quæ verba referre placuit; quia valde elegantia in hoc arti culo mihi visa sunt, idem Bald. hic, & in cap. primo § porrò, quę fuit prima causa benef. amitten. in colum. penul. vbi sic ait, ꝙ si confitetur nondum liquidato negotio per probationē testiū, tunc vitat damnum, quod ex negatione emergebat, idē ait Ias. in § item seruiana. num. 79. in fin. inst. de actio. Roman. in d. cōsilio 59. colum fin. ibi. in versi. tertiò quia cum hæc pœna, & in d. cons. 70. colum. 3. in versic. tertiò cum hæc sit pœna. & Andr. Barbat. in d. consi. 36. colum. prima. lib. 3. Marian. in cap. quoniā frequenter. § quòd si super. vt lite non contest. Gozad. consil. 66. in fin. hæcq; ex not. in l. contra negantem. C. ad legem Aqui. in l. ea quæ. C. de condict. indeb. in authē. contra qui propriam. C. de non nume. pecun. argum l. conductores. l. locati. l. non abre. C. vnde vi. l. qui cum maior. §. accusasse. ff. de bon. liber. quæ iu-

282 ra solent ad hoc citari, † ꝙ pœna legalis imposita neganti euitari potest pœnitentia quandocunque ante sententiam. Hæc tamen nonnullas recipiunt declarationes.

283 † Prima est, vt prædicta non procedant in casu contrario, cū scilicet prius confessus fuit, deinde negauit; nam tunc ad negationem vti posteriorem, non ad confessionem est respiciendū, argumen. leg pacta nouissima. C. de pac. cum similibus. ita dixit Glosa Doctoribus ibi recepta in §. item mixta. in verbo, distulerit, inst. de actio. Doct. in d.l. eum qui. ff. de iureiuran.

284 † Item sublimita, quòd quamuis reuocatio negationis prosit reo, vt euitet translationem possessionis, non tamen faciet, quominus in expensis ex causa mendacij factis condemnetur. Apostil. ad Iasonem in §. si quis in fraudem. numero. 79. inst. de actio.

285 † Tertiò sublimita, quòd potest tamen actor, si nolit, non vti ea confessione, Io. Fabri. Io. Plat. Nicolaus Neapo. in §. item mixta. inst. de act. qui. §. item mixta. legitur cum §. ex maleficijs.

286 † Quartò intelligas, quòd quamuis iste, qui reuocauit suam negationem, audiatur ita, vt pœnam a lege inflictam euitet, nō tamen consequetur beneficium a statuto confitenti concessum. Ange. hic. Bald. in l. error. numero 11. C. de iur. & facti ignor. Ange. Aretin. in dicto §. item mixta. Iaso. in dicta lege eum qui.

287 Tertiò principaliter limita hanc conclusionē, & declara † eā procedere, si modo in iure interrogatus fuerit a iudice, commination ei facta, vt, nisi respondisset, aut, si verum non respondisset, puniretur ī translatione possessionis, vel etiam si dixerit, se puniturum eum in pœnis iuris. Barto. hic, & in l. si prius. vbi etiam Alciat. de oper. no. nunciat. quod fit etiam in libello, cū precipitur reo, vt libello respondeat sub pœnis iuris.

288 Quartò limita principaliter, † pœnam non incurri, si negauerit hac clausula generali solita apponi in instrumentis, videlicet, nego narrata prout narrantur. Alexand. in l. etiam. §. licet. colum. 3. ff. solu. matr. Fel. c. j. colum. pen. de lit. conte. & in c. cæterūm. de iudic. Aretin. in §. item socius. inst. de actio. Ias. in d. §. omnium. & dict. l. eum qui, colum. penul. de iureiur. Paris. cons. 100. colum. penul. Portius Imola vbi suprà.

289 Quintò † non procedit conclusio seu decisio legis nostræ, si negatio facta fuerit super libello inepto, Apostil. ad Barto. hic. Fel. in d. cap. cæterùm. de iudic. & in c. ex tenore. col. 3. in fin. de caus. possess. & propr. Alex. in d.l. etiam. §. licet. solu. matr Cassan. cons. 38. col. 2. Barba. & Roma, vbi supra, Imo. vbi suprà.

290 † Quamuis enim in libello non semper interrogatio fiat, sed quandoque ante, quandoque post, & quandoque etiam simul cum ipso libello pro diuersis vsibus curiarum, siue tamē interrogatio libellum præcesserit, seu subsequuta fuerit, seu etiam in libello ipso facta sit, libello tamen existente inepto, omnia pariter vitiabuntur, videlicet responsio, & omnia, quæ inde sequi deberent, nullius effectus erunt.

291 Sextò, limita, † nullam incurri ex tali mēdacio pœnam, vbi sine dolo & culpa lata id negasset, vt quia reus nesciret, se possidere, fortasse. n. per colonum, aut inquilinum possidebat, aut seruum, aut filium. l. j. §. item acquirimus. & seq. ff. de acq. posses. §. item nobis. vbi glo. inst. per quas person. nob. acq. potestq; cōtingere, ꝙ quis, hæc sedulò non curet alijs negocijs implicitus, puta, mercimonijs, militia, caulis forensibus, aut disciplinis, qđ genus hominum vt plurimùm rusticæ rei curā alijs relinquūt,

292 & vix singulorum prædiorum quæ possideant, nomina, aut certè loca situs, & fines tenent; hi certè credi possunt, quandoque possessionem per ignorantiam excusatione dignā negasse, propterea q; pœnam hanc ferre non debent, arg. l. fin. C. de furt. & l. de ætate. §. ex causa. ff. de interroga. actio. † propterea cautus sit actor, qui possessionem pro mendacio in se transferre cupit, vt non solùm probet, ꝙ ille possidebat, sed etiam, probare debet, quòd sciebat, se possidere, quod monuit Barto. hic, numero 9.

293 † at quòd dolus vel lata culpa requiratur, vt in pœnam hāc incidat, dixit Accurs. hic. Bald. in dict. c. primo. §. vasallus. primò per illum text. in versicu. ex certa scientia. si de feudo fuer. controuersi. inter dom. & agnat. Bald. in l. eam quam. colum. j. C. de condict. indeb. Abb. in cap. cum causam. columna 3. de iuramē. calum. Rom. in d. consi. 70. colum. 3. Ias. in d. §. omnium. & in d. l. eum qui. de iureiur. Alex. consi. 35. lib. 5. Fel. c. cæterū. colū. pen. circa fin. de iudi. Alc. in l. si prius. de oper. no. nuntiat. Grat. cons. 37. col. j. li. 2. Por. Imo. d. ꝓcl. 30. li. j. q multa ex supradictis citat.

294 † Lata autem culpa in eo vtique dicetur fuisse, qui ignorans mentitus sit, cum vir esset negocijs suis nauiter præesse consuetus, nec alteri eorum curam demandare.

295 † Septimò non erit locus nostræ legis decisioni, vbi respōsio annullata, reprobataque fuerit per iudicis sententiam, vt qa ad capitula impertinentia a iudice reiecta responsum fuisset, nullus enim effectus, nullaque parti vtilitas ex sententia a iu-

dice

Source : BIU Cujas

dice reprobata oriri poteſt, Innocen. in c. mulieri. extra de iure-iur. Bal. in l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſcop. & cleric. & in hac ipſa ſpecie noſtra ſic reſpondit conſulendo Roma. in d. conſ. 59. colum. penul. num. 10. verſ. ſecundò principaliter me mouet.

Octauò ſcias pro declaratione huius materiæ, & conſequenter ad limitationē huius deciſionis quòd licet iſte propter men-
296 dacium priuetur poſſeſſione, † non tamen cenſetur eſſe perdita ipſo iure, & ſine facto iudicis, ſed oportet, vt ipſe iudex eam transferat, quod textus ipſe declarat illis verbis, transferat ad ſe poſſeſſionem per iudicem, quæ in hoc perpendit Angelus, ℣
297 & gloſſa noſtra ſenſit; † cautus ergo ſit actor, vt poſt negationem factam petat ſibi licentiam ingrediendi poſſeſſionem quò ad præiudicium rei per iudicē dari, quòd & ſupra aliud tractantes edocuimus.

298 Nonò † hoc mēdacium operari non debet, vt ſententia feratur in quæſtione principali, ne ius conuenti abſorbeatur, vt dicit gloſ. in dicto §. illud quoque. in verſicu. & per legem. ibi. non ergo datur ſententia, in Authen. de triente & ſemiſſ. & quam gloſſam obſeruandam monet Ange. ibi. ad limitationem legis noſtræ, quòd licet tranſlatio poſſeſſionis propter mendacium fiat, per eam tamen tranſlationem ius, quod habet in re, non abſorbetur, nec ſuper iure debet ratione mēdacij ferri ſentētia.

299 Decimò limita non procedere, † vbi proprietatis ius in reo notorium eſſet, argumen. cap. ad decimas. de reſtitu. ſpoliat. in 6. vbi non reſtitui cogitur prædo, qui ius notorium habet, quāuis alioqui ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, etiam quòd proprietatis ius, & dominij haberet l. colonus. l. cum fundus. ff. de vi arm. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem Iulia. de vi publ. c. in literis, de reſtit. ſpolia. de quo diximus etiam ſuprà in amplia.

300 Vndecimò ſcias † quòd hic reus, qui poſſeſſionis tranſlationem propter mendacium paſſus eſt, audietur tamen ſuper dominio vſque ad decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes: quemadmodum dicitur etiam de eo, qui miſſus eſt in poſſeſſionem ex primo decreto contra eum qui non defendit, vt per gloſſ. vbi etiam Doctores in l. ſecunda. in vlti. gloſſ. C. vbi
301 in rem actio; † poſt decem annos verò inter præſentes, & viginti inter abſentes non audietur; quia præſcriptio obſtabit, vt dicit ea. gloſ. cum qua & tranſeunt Barto. Bald. Pau. & Salyce. Videbatur tamen prima facie longius tempus ad præſcriptionem deſiderari, tùm quia nullum titulum prætendit, ex quo poſſeſſio in eum tranſlata dici poſſit, quippe poſſeſſio in eum tranſlata eſt propter mendacium rei, non autem ex titulo, quem ipſe
302 prætendat, † quare non videbatur præſcriptio decem annorū ſine titulo procedere. l. nullo. C. de rei vendicat. tum etiam, qa iudex transferendo in eum poſſeſſionem non creditur habuiſ-
303 'ſe animum faciendi, & conſtituendi eum Dominum, † quare, cum non ſit tranſlata vſucapiendi conditio, nec videtur vſucapere poſſe. l. clauibus. ff. de contrahend. emptio. &, quòd iudicis animus non fuerit, dominium transferre, hinc patet; quia ille
304 dominum ſe aſſerebat, † quare non poteſt amplius fieri dominus. leg. 3. §. ſubtilius. ff. de condict. cau. da. §. namque ſi cui, inſt.
305 de actio. † quemadmodum etiam dicitur, quòd ſententia lata in actione reali, ſiue ſit condemnatoria in actoris fauorem, qui dominus erat, ſiue abſolutoria in fauorem rei, qui dominum ſe probauit rei petitæ, non transfert dominium, nam, cum Domini eſſent, non poterat amplius dominium in eos transferri, qđ habebant, neque iudex hanc creditur intentionem habuiſſe. Barto. Iaſ. & reliqui in leg. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure, per text. in leg. Pomponius. §. iuſſu. ff. de acquirenda poſſeſſione. Sic videbatur pariter dicendum, quòd iſte actor, qui dominum ſe aſſerebat, non fuiſſet miſſus in poſſeſſionem, vt dominus efficeretur, & per conſequens, quòd nec transferretur in eum vſucapiē di conditio. Ad quæ tamen ex ſupradictis videtur poſſe reſpon-
306 deri, † ℣ ſatis dicitur habere titulum is, qui authore iudice poſſidet. leg. iuſte poſſidet. ff. de acquirenda poſſeſſio. ſic reſpondet. dict. gloſ. in leg. ſecunda. C. vbi in rem actio. vel dicas, quòd ſatis dicitur titulum habere, nempe eum, ex quo rem vendicabat, vel dic, quòd ſaltem habebat titulum generalem pro ſuo, argum. l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucapion. & leg. eum qui ædes, poſt princip. eodem titu. Quæ tamen ne intelligas, vbi tranſlatio detentionis ſolius facta eſt, vel ſolius corporalis poſſeſſionis, vt qa ipſe reus ſolam detentionem, vel corporalem poſſeſſionem haberet, cum hæ non ſufficiant ad vſucapionem. Barto. in leg. j. ff. de acqui. poſſeſ. & ſuprà dixerimus, non debere ex mēdacio detentatoris, vel eius, q corporaliter poſſidet, domino præiudiciū inferri. Creditur etiam iudex habuiſſe animum conſtituendi conditionem vſucapiendi, cum pro actore tulit ſententiam.

307 Duodecimò limita, † vt lex noſtra procedat ſolùm in actionibus in rem, quemadmodum loquitur, & prout loquitur etiā tex. in d. §. illud quoq; in Auth. de triēte & ſemiſſe, & in d. auth. item poſſeſſor, non etiam in perſonalibus, & ſentit hoc gl. in d. §. illud quoque. in verſ. conuentus. ad fi ibi: licet enim perſonaliter agatur &c. hocq; apertis verbis expreſſit Abb. in d. c. pen. colum. 5. circa med. de iuramen. calum. diximusq; etiam ſuprà in amplia. dum ageremus, an habeat locū in poſſeſſorio ex edi-

308 cto Diui Hadr. dicit tamen eadem glo. † quòd vbi poſſeſſio petitur per condictionem, vt l. indebiti. §. ſi nummos. ff. de condi. indebi. & in l. 2. ff. de triticar. & quocunque iure petatur poſſeſſio, idem erit dicendum, quamuis enim (inquit) perſonaliter agatur, res tamen, ideſt, poſſeſſio petitur, vel quaſi in rem, vel ad rem agitur, quam gloſſam ſequitur Iaſ. in §. ſed iſtæ. numero 37. inſtitu. de actio.

309 Tertiodecimò declara, † quòd talem tranſlationem petitam eſſe oportet, antequam cauſa terminata ſit in petitorio, nam, ſi terminata eſſet, quia abſolutorio ſententia ſecuta ſit, quia reus & poſſeſſor dominus eſſet, abſorberetur poſſeſſio, vt dicit iam ſuprà citata glo. in d. §. illud quoque, in verſ. conuentus, & cum dixerimus ſuprà, quod ſi notoria ſit cauſa proprietatis, ceſſabit
310 hæc tranſlatio, † certè notoria efficitur res per ſententiam, & acta ipſi iudici, vt ſuprà dictum eſt, & probatur in l. emptorem. in princip. ff. de actio. emp. Bar. in l. ictus fuſtiuā. ff. de his, qui no-
311 infam. ac, cum ex magis recepta ſententia cōtra Bartolū † poſſeſſorium recuperandæ ceſſet, vbi ſententia abſolutoria lata eſt in rei fauorem; quia ius ſuum probarit, vt Alexan. Iaſon. Ripa, alijq; recentiores teſtātur in ſæpe citato. §. nihil commune. l. naturaliter, idem pariter in hoc iudicio adipiſcendæ eſt dicēdū, quod recuperatorio quidem iudicio īterdum par eſſe videtur; nunquam tamen illius priuilegijs præferri comperimus. Adde
312 &, † quòd tranſlatio hæc poſſeſſionis cauſa ordinandi iudicij fit, vt hæc lege noſtra, quorſum igitur tranſlatio hæc fiat, vbi iudicium non ſolùm fuerit ordinatum, ſed etiam ſententia finitum, & terminatum? Sibi igitur imputet, qui a principio trāſferri poſt negationem minimè petierit, ſed, cum poſſet rei poſſeſſorisq; commoda habere, maluerit petitoris partes ſuſtinere,
313 † quin etiam videtur poſſeſſorio, eiusq; commodo renuntiaſſe, cum eo ſe poſito petitorium ipſe proſequutus eſt, vt pari exēplo tradunt Doctores ferè omnes in dicto § nihil commune, ſic intelligentes textum in cap. primo, de reſtitu. ſpoliat. ad quem textum pariter videndus eſt ibi Abbas, & nouiſſimè Berous, hic quidem numero 20. ille prior in tertio notabi. qui di-
314 cunt, † quòd ſi ſpoliatus paſſus fuerit litem ſuper petitorio agi, videtur poſſeſſorio iudicio renuntiaſſe. Si ergo hoc locum habet, quando is, cui ad poſſeſſionem ius competebat, patitur aduerſarium petitorio agere, quantò magis locum habebit, ſi ipſe met, cui poſſeſſorium competebat, eo omiſſo petitorium intē-
315 tet? quod paſſim receptum eſt: † nec te moueat, quòd officium iudicis eſſet poſt terminatum iudicium. l. 4. C. depoſ. l. terminato. C. de fructib. & lit. expen. nam id verum traditur eſſe in offi-
316 cio iudicis mercenario, quod deſeruit actioni; † quāuis enim ea, quæ poſt litis conteſtationem fiunt, pertineant ad mercenarium iudicis officium. l. ædiles. §. item ſciendum. in verſ. cæterū, & l. q ſi nolit. §. ſi mancipium. in fin. ff. de ædil. edicto. id tamen eſt intelligendum de his, quæ ex ipſa actione emergūt, puta, de
317 fructibus, & expenſis. † Sed miſſio in poſſeſſionem fit ex officio iudicis nobili. c. penulti. & fin. de offic. iudic. ſic in reſtitutione poſſeſſionis ait Ripa in dicto §. nihil cōmune. in verſ. tu dicas, ℣ regula. ſub num. 58. Gramma. deciſ. 19.

318 Decimoquartò limita, † quòd ſi mentitus fuerit circa qualitatem poſſeſſionis in rei vendicatione non ideo punietur; quia non cogitur quis titulum ſuæ poſſeſſionis dicere niſi in petitione hæreditatis, ſeu alijs actionibus vniuerſalibus ſecus in rei vēdicatione. d. l. cogi. vbi glo. & Doct. C. de petit. hæred. & dictum eſt etiam ſuprà in ampliat.

319 Decimoquintò non videretur hoc procedere, † vbicunque ex forma ſtatutorum fortè, vel conſtitutionum procedendum eſſet ſola facti veritate inſpecta; tunc enim, ſi reus in promptu haberet probationes ſuper dominio, & proprietate, quamuis in poſſeſſione mentitus fuiſſet, non videretur priuandus poſſeſſione, eodem exemplo, quo dicitur in poſſeſſorio recuperādæ,
320 † in quo ſpoliatus non reſtituitur, ſi prædo paratus ſit illico ꝓbare dominium & proprietatem, vbi procedendum ſit ſola facti veritate inſpecta. Dec. conſ. 449. col. 3. circa fi. Rubeus Alexā drinus conſ. 4. colū. pen. poſt med. Crauuta conſ. 299. columna
321 pen. ad med. verſ. quartò reſpondeo. † Semper enim argumentari licere opinor a poſſeſſorio recuperatorio ad poſſeſſorium hoc noſtrum adipiſcendæ, quod ex mendacij cauſa proficiſcit, cum ita paſſim argumentari videamus Doctores: ex quo inferemus poſtea ad plures alias limitationes, ac qui omiſſi fuerint caſus, ex preſenti regula decidere ferè oēs licebit qbuſdā ſaluis.

322 Decimoſextò † non pnnietur hoc mēdacium niſi in ea re, in qua factum eſt; quare, ſi reus interrogatus ſup maiori bonorū quantitate, partem eorū per mendacium negauerit, ſe poſſidere, eius tantùm partis poſſeſſionē actori dare tenebitur, circa quam fuerit mentitus, vt eſt tex. in l. qui ſeruum. §. in iure. & §. fi. ff. de interrogat. action. gloſ. in titul. ſi de feudo fuer. conten. inter Domin. & Agnat. vaſalli. §. vaſallus. in verſicu. ex certa ſcientia. quam omnes ſcribentes ibi probant, poſt Baldum, licet in contrariam partem argumentatus ibi Baldus: & idem Baldus
323 in dicta leg. cogi. C. de petitio. hæreditat. † quia pœna delictum egredi non debet in his, quæ diuiſionem admittunt. l. reſcriptū.

Source : BIU Cujas

ff.de his quibus vt indign.cum similibus. Iason in dicto §. omnium.columna 42 numero 105.inst.de actio. Port. Imol. in d. regul.30.limit.antepenul.

324 Decimoseptimò † non erit locus huic pœnæ, si actor non rectè specificauerit bona,quæ petebat,cum suis cohęrentijs, ita vt posset reus certificari,an ea bona possideret,vel ne,adeò quidem,vt si in aliquibus finibus & cohęrentijs per actorē expressis error deprehenderetur, quamuis reliqui omnes præter vnū inuenirentur iusti,posset tamen reus tutò,& impunè absq; metu huius legis negare, se possidere eam rem illis finibus descriptam,vt consuluit Alexand in consil.35.incip. In causa & lite.

325 libro 5. † quamuis enim sufficiat, rem duabus veris demonstrationibus esse indicatam, & vna demonstratio falsa nō obsit in probanda rei identitate.Barto.in l.demonstratio falsa,in princ. in 7.quæstio.ff.de condi.& demonstra.& not.in l. si quis in fun-

326 di vocabulo.ff.de leg.j. † id tamen locum non habet, vbi quis vellet ex probatione huiusmodi alium in pœnam incidere,

327 † sufficit enim,aliquam ex demonstrationibus veram non reperiri,vt pœna euitetur.l.in testamento.prima.ff.de conditio &

328 demonstratio. † neque enim hic dici potest dolo aut lata culpa negasse,quapropter hanc pœnam ferre non debet, vt diximus supra,quibus adde Guid.Pap consilio 3.Marsi.sing.242. Afflict.

329 decis.18. Decimooctauò † si quis conuentus rei vendicatione rem quidem ipsam non habeat,sed pretium eius, quia eam vēdiderit negetque se rem petitam non possidere,nō mentietur, nec pœnam aliquam feret quamuis in petitione hæreditatis aliud esse dixerimus suprà in ampliationibus. Andr.Barbat. dict. cons.36.colum.3.ad fin.& colum seq.libro tertio.

330 Decimononò declara, † quòd mendacium Prælati possidētis rem Ecclesiasticam non facict in actorem transferri posses-

331 sionem rei,quam possidet, † ne prælati delictum in damnum Ecclesiæ redundet,contra.c.& ne si Episcopum.16.quæst.6.& c. Ecclesia.primo.extra,vt lite penden. vbi glos.vlti.in ver. laborent.Barto.in tract.de differen.inter ius cano.& ciuil. colum 5. num.38.quæ glos.& Barto.non quidem loquūtur in casu legis nostræ:sed in casu contrario,l.legis is qui se obtulit, quando is, qui non possidebat obtulit se liti dicens, se possidere vtroque enim casu pariter eadem ratio militat,ne scilicet delictum per-

332 sonæ damno sit Ecclesiæ. † quemadmodum etiam dicitur, ꝙ prælatus,qui dolo desijt possidere,nullum ex hoc præiudicium infert Ecclesiæ.glo.in c.pro possessore.in gl.magna. post med.

333 ibi. item nota quòd hæc regula.de regu. iur. in 6.† & Prælatus pariter non facit incidere Ecclesiam in pœnam.l.si quis in tantam,vt ait glo.in dict.l.si quis in tantam,in gl.magna ante med. ibi,septimò de Abbate,Prælato &c.Rip.in c. sæpe. nume.95.de resti.spolia.& in l.fin.num.174.C.de reuocā. donat. & quamuis videatur,dici posse, quòd saltem quandiu viuit ipse Prælatus, qui mentitus est,possessione priuari debeat, si minus post mortem eius,Ecclesia hoc damni ferre tenetur,arg.tex.in c.j §.fi de

334 capit.Corradi prout per eum tex.tenet Abb.in d.c.sæpe. † magis tamen placet opinio ipsius Ripæ ibi.tam ex rationibus per eum adductis,quàm etiam alia ratione in quæstione legis no-

335 stræ; † quia hæc trāslatio possessionis quæ fit in l. nostra in pœnam mendacij,potest esse longè pernitiosior, cum ex ea possit deinde amitti dominium & proprietas, si Ecclesia non habeat vnde possit probare iura sua,& sic esset quædam alienatio, quā

336 prælatus facere non potest, † maius etiam damnum versatur in hac translatione,quàm in restituenda possessione spoliato; nam hic in nostra lege transfert,quod suum est, in aduersariū, sed in possessorio recuperatorio restituit illud, qđ alterius erat, quodq; ei prius ademerat,nec tantùm est læsus actor ex mendacio,quantum spoliatus ex rei spoliatione, neque obstat (vt addit idem Ripa.) d.§.fi.de capitu.Corradi;quia illud prouenit

337 ex natura contractus: † Reliquum igitur erit,vt, qui actionē in rem intentaturus est contra Ecclesiam,si Prælatus negauerit,se possidere,,pbet possessionem ipsius, quæ probatio operabitur, vt iudicium fieri,& finiri possit,non tamen, vt petitoris partes Ecclesia teneatur suscipere,nec quidem prælato ipsō,qui men-

338 titus est,in humanis agente † neque enim hoc negocium diui sionem admittit.

339 Vigesimò † limitandam crederem hanc decisionem, vt ei locus non sit, vbicunque recuperatio ipsius rei difficilis futura esset post sententiam diffinitiuam, qua pronuntiatum fuisset super iure & dominio huius prioris possessoris, qui

340 negauit se possidere, † quemadmodum etiam fieri dicitur in possessorio recuperatorio,in quo spoliatus nō restituendus est, si difficile postmodum fuerit lata sententia possessionem e manibus ipsius extorquere,vbi ad eius manus redijsset, vt frequentissimi ac ferè omnes Doctores tam iuris Cæsarei, quàm Pontificij tenuerunt in cap.litteris.de rest.spoliat. & in l. naturaliter, §.nihil commune.ff.de acquir.possess.& Paul. Castren.in l.2.col. 2.in fin.& ibi etiam Alex.& Ias.C.de Edict.Diui Hadr.tollē. At, quamuis propositum nostrum non sit,hanc matetam possessio

341 rij tractare,quia tamen hic incidit,nō omittam monere,† Cōclusionem hanc nulla lege probari, eo modo, quo Doctores eam afferunt,& quem nos diximus,posito, quòd scilicet spolia-

342 tus non sit restituendus,cum difficilis est recuperatio: est † quidem verum,neque id inficiari possumus,quod ait text. in dicto cap litteras,videlicet,quòd cum agitur de salute animæ,& cum timor est necis,restitutio facienda non est, verùm, quòd faciēda non sit,cum difficilis est restitutio,nullum est verbum: non est igitur facienda hęc consequētia,vt, quod dicitur de pericu-

343 lo animæ & vitæ,censeatur etiam dictum de rebus; † cum animæ salus cuicunque rei sit,quantumuis pretiosissimæ præferēda.l.sancimus.C de sacrosanct.eccles.c.cum infirmitas.in fi. de pœniten.& remissi.c.præcipimus.12.quæst.prima.& in cap.si habes.ad fi.24.q.3.vbi dicitur.Et si vna anima post istam seueritatem disciplinæ,qua tota domus ista anathematizata est, sine Baptismate de corpore exeundo perierit, innumerabilium mors corporum, si de Ecclesia homines innocentes abstrahātur violenter,& interficiantur, huic damno comparari non potest.

344 † Nec quicquam referre arbitror, quòd liceat appellare in causis,quę alioqui appellationem respuunt,vbi damnum infertur,quod sarciri nequit l.2.ff.de appella.recip.iuncta.l.ante sententiam.C.quor.appellat.non recip.quam rationem affert Rip. in §.nihil commune.num.75.nam respondeo,quòd & ibi agi-

345 tur de damno corporeo, † quod damno rerum longè est magis æstimandum.l.in seruorum.§.fin.ff.de pœnis.§.pe.in authēt. vt nulli iudic.Dec.in l.Imperium.colum.8.in fin.ff.de iurisdict. omn.iudi.Crauetta cons.787.colum.4.circa med. quod nec nos negamus,cū & hoc admittat text.in d.c.litteras.sed dico, quòd non valet argumentum a damno corporis ad damnum patrimonij; Item quod dicit Bart.in l.si alius.§.bellissimè.ff.quod vi aut clam.& Fel.in dict.cap.si quando.de rescrip. allegati a Ripa. vbi supra non probat,aut præbet aliquod subsidium conclusio-

346 ni supradictæ,& si quę aliæ similes decisiones reperiuntur, † nā loquitur Barto.in prima decisione,quando inter personas agitur,quibus non datur iudex, vt quia non recognoscant superiorem,quamuis enim vnusquisque etiam, qui non recognoscit superiorem,debeat tamen summum Pontificem, vel Imperatorem adire: quia tamen non sine longa mora & dispendio explicari res posset in supremo Concistorio Principis, propterea videtur eis hoc licere,vt suum recuperare possint, sed de hoc aliàs,hic autem non est locus,in quo Ripa huius decisionis fundamentum iacit, sed in posteriori; in alia igitur parte Bartolus

347 ait, † quòd si pateretur quis enorme damnum,puta,si quis abegisset animalia tua,quæ facilius pereunt, vel vinearum possessionem tibi ademisset,quæ facilè intereunt, nisi cura adhibeatur,licebit tibi,qui tale detrimētum passurus essem,mea authoritate ea recuperare,quamuis alijs in rebus, quarum non est tā facilis interitus, hoc non permitteretur hęcq; ex glossa ibi. ad quam tamen decisionem potest sic responderi, imprimis nō recte videri ex doctoris priuati decisione sumere limitationem adeò insignem,tantiq; momenti ad decisionem tam clarè legibus Pontificijs,& Cæsareis expressam,qualis ea est, ꝙ spoliatus ante omnia sit restituendus.d.c.item cum quis.d.c.in litteris.de resti.spolia.d.l.si quis ad se fundum.C.ad legem Iul.de vi public.

348 cum similib. † promptum est quidem leges legibus aut canonibus declarari,& limitari,l.vn.C.de inof.dot.verùm leges claras,& apertas ex sententia aliqua Doctores priuati coarctare, periculosum ego existimo,nec id fieri debere concedo, quando lege non adiuuatur; quinetiam Bartolus de his rebus loquitur,quę facilè intereunt,quod si sequeretur, vtrique nō minus spoliatori,quàm spolium passo detrimentum afferret, nos ve-

349 rò,cum difficilis est recuperatio:item, † quāuis est decisio Accursij & Bartoli videatur inniti verbis dictę legis.si alius.§.bellissimè,illis,videlicet,nisi ex magna,& necessaria causa,adeò tamen lata ea verba sunt,vt vix hunc sensum admittere possint: videtur quidem magna esse causa,vbi est difficultas in recuperatione,& quodammodo necessaria videtur:verùm si iam recuperauit semel,idq; etiam propria authoritate absque aliquo iudicis facto,cur non credamus idē & multò magis adhibita Prętoris authoritate vel Principis manu consequuturum? &,quāuis dici posse videatur, non eandem omni tempore occasionem,cū occasio præceps esse dicatur,sese offerre, quapropter, & si semel arrepto tempore in se,vt ius suum transferre potuerit fortuna concessum sit,non idem fortè,vbi semel è manibus

350 dimiserit,tempus rediturum; responderi tamen potest,† idem ius contra ipsum spoliatorem esse in consideratione habēdū: nam,si in petitorio succumbat,difficile pariter fiet rem è manibus eius auocare,vbi ipsi interim relinquatur, quoad res diffinita sit,melius erit igitur regulam seruare, & spoliatum restituere,cum difficultas restitutionis non minus debeat considerari pro spoliato,quàm econtra.

351 Nec † tuta videtur Fabij distinctio in dict.§.nihil commune. num.57.dum fœdus inter Claudium Seisellum & Aretinus in eo.§.contra cęterosq; omnes Doctores componere studens,receptę sententię ita demum hęrendum esse pronuntiauit, si iudex aditus a spoliatore fuisset,vt rem suam recuperaret, nec id obtinere potuisset,sin iudicis officiū, & potestatem nūquā petijsset,

Source : BIU Cujas

tijſſet, non eſſe ſpoliatorem in poſſeſſione permittenda, ſed ad reſtitutionem cogendum: Cum iuris deciſiones huic diſtinctioni manifeſtè aduerſentur, † ſatisque notum ſit, eum, qui
352 viam iudicij ingreſſus iam fuit, nō poſſe veluti errore cognito, viam facti deteriorem eligere, argum. l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de opor. no. nuntiat. l. ſi mulier. in fin. ff. quod metus cauſ. ex quo infert Bal. in l. 2. colùmna 5. numero 29. verſi. decimò quæro. C. de ſeruitu. & aqua, † quòd concedens precariò nō poteſt
353 expellere propria authoritate poſſidentem, cum de hoc pēdet iudicium, ne iudicium inchoatum ludibrio ſit, & ne priuati in poteſtate ſit iudicium euertere. ſequitur Aretin. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. columna antepenult. verſicu. niſi ciuiliter, vbi etiam Claud. columna 4. verſ. hanc tamen concluſionem ff. de acquir. poſſeſſio. Iaſ. in l. 2. colum. 15. verſ. quid autem ſit. C. de iure emphyteut. Dec. conſ. 146. colum. tertia. nume. 6. 8. 9. & in conſ. 400. colum. pen. verſicu. quartò reſpondetur. Alex. conſ. 130. in cauſa ſtrazolorum, columna 5. ver. & ſic ex iſto infertur. libro quarto. Ripa in d. §. meminiſſe. num. 7. & plures alij, quos memotat Andr. Tiraquell. in tract. de conſtitu. poſſeſ. in prima ampliat. num. 39. & quamquàm idem Bald. in d. l. 2. C. de iure emphyteut. non præſtiterit in hac ſua ſententia, eſt tamen communi calculo recepta, vt videre licet ex allegatis per eundem Tiraquell. vbi ſuprà vſque ad numerum 43. Item quamuis ea deciſio ita demum videatur procedere, ſi ex remedio electo plenè poſſit eſſe conſultum, aliàs ſecus, vt per Ange. in l. qui re-
354 ſtituere. colum. 2. ad fin. in glo. fin. ff. de rei vendica. † loquitur tamen ibi Ang. de duobus remedijs executiuis, nos verò loquimur de vno remedio ordinario, altero executiuo, & cum duo remedia non erāt paria, ſic pariter euitare poteris limitationes ad hanc regulam traditas ab Alciato in cap. pernitioſam. num. 27. vſque ad num. 33. de offic. ordin. ſi quæ ibi ſint, quæ videātur nobis aduerſari, quòd ſi velit Fabius ſupponere, iudicem aditum pronuntiaſſe iam, ipſum reſtituendum, ſed, cum nihil ſupereſſet aliud, quàm re ipſa eum reſtituere, nec iudex id facere poſſet, aut curaret, ipſum ſibi propria authoritate eam recuperaſſe, tūc quidem eius opinioni accedam per l. 2. C. quando lice. vnicuique ſine iud. ſe vindica. verùm non credo, hanc eſſe Doctorum quæſtionem: clariſſima enim tunc res erit, cum iudicis pnuntiatio rem notoriam efficiat, quo caſu nō datur reſtitutio ſpoliato, vt ſuprà dictum eſt.

355 Quare † ego concludo, communem opinionem, quę habet, ſpoliatum non eſſe reſtituendum, vbi difficilis recuperatio eſſet, nulla probari lege, nec ratione cōcludenti, nec veram eſſe, quicquid præcitati Doctores, eorumq; ſectatores innumeri aliud ſenſerint, docuerint, aut ex facto conſulti clientib. ſuis reſponderint: nam, ſi difficilis eſt recuperatio, cur magis apud vltimū prædonē, quàm apud primum dimittatur, cum vltimum ſpolium abſorbere primum traditum ſit, c item cū quis. de re-
356 ſtitu. ſpoliat. † Cautius quidem, & vtrique parti conſultius eſſet, ſi & huic, qui reſtituere cogitur, idonea cautione ſatisfiat, nec modicum eīn lucratus cenſebitur, ſi hanc cautionem fuerit cōſecutus: neq; tunc vllo modo arbitrarer ambigendum, vt per Claud. Aquen. in d. §. nihil commune. columna 4. verſicu. circa quintam fallentiam. & verſiculo limitabam etiam. & ibi etiam Moderni Florent. numero 97. & Anthonius Matheus. & Zaſius. Boer. deciſ. 238. columna penul. vſque ad fin. in verſ. maximè iungendo ſequentem limitationem. Roland. a Valle conſ. primo, num. 79. verſ. tertiò reſpondetur: tunc certè reſtitutionē denegare non poſſet, hocq; melius eſſet, vt euitētur opiniones, & præſertim authoritas communis opinionis.

Sed ne ab itinere noſtro erraſſe credamur, propoſitam quæſtionem legis noſtræ repetamus. Dico igitur, ꝙ cum ex hac ſententia noſtra videatur concludendum, ꝙ ſpoliatus ſemper reſtituendus eſt, etiam, ꝙ difficilis recuperationis eſſet res, ſuper qua vis facta eſt, vel ſpoliatio, præſertim ſi ſpoliatꝰ cautionē offerat de reſtituēda re, ſi aduerſarius fuerit in petitorio ſuperior, propterea idem dicendum videatur, etiam in hoc poſſeſſorio adipiſcendæ cauſato ex dolo, culpa, & mendacio poſſeſſoris; cū hoc poſſeſſorium æquiparetur poſſeſſorio reſtitutorio, quare, & ſi res, ſuper qua actionem in rem intentaturus ſum, & qua te negaſti poſſidere, eſſet arx munitiſſima, & quæ nō niſi maximo opere, ſumptu, ſanguine, & ſudore poſſet recipi, transferri tamē
357 eā in pœnam mendacij oporteret. † Verū (vt ingenuè fatear) hoc in negotio diuerſum eſſe in poſſeſſorio noſtro, quàm dixe-
358 rim in reſtitutorio poſſeſſorio, exiſtimarem; † aliæ. n. rationes in eo militant, q̄ in hoc noſtro, ſiquidem in illo ſpoliatur iā docuit, poſſe rem a poſſeſſoris manu auferri, & ſe artem, qua id fieri poſſit, optimè callere, quod hic dici non poteſt. Item in illo poſſeſſor cum vitio tenebat, vnde nil mirum, ſi vitioſa poſſeſ-
359 ſio ei auferri debeat, † & magis eſt, quod vitium in ipſa reſit, poſſeſſionemque ipſam afficiat, quàm ſi extrinſecus veniat, argumen. § furtiuæ. inſtitut. de vſucapion. leg. vitia. C. de acquirēda poſſeſſione. ſed poſſeſſor noſtræ legis nullo ī vitio erat poſſidendo: in hu manum igitur, & quodammodò impium videretur, ob ſolum mendacium in diſcrimen hoc eum adducere, non ſolùm vt poſſeſſionis, ſed etiam rei ipſius iacturam pateretur; Sic enim pœna maior delicto eſſet, pœna quidem diceretur maior, nam & periculum ipſum, & metus amittendæ rei ipſius, altera pœna eſt, item pœna eſſet, difficillima ipſius rei recuperatio, ac quia fortè ex hoc amplius non daretur ad ipſam rem acceſſus, ſeu regreſſus; etiam quòd in pe-
360 titorio obtineret: † Quæ quidem opinio certior procederet, ſi receptam ſuprà ſententiam teneremus, ſcilicet, quòd etiam in iudicio recuperatorio non eſſet reſtituendus ſpoliatus, vbi reſtitutione facta difficilis datur regreſſus; Hoc igitur caſu (meo iudicio) poterit inter poſſeſſorium noſtrum, & poſſeſſorium recuperandæ diſcrimen eſſe, quamuis ex regula plerisque in caſibus conueniant, & pro limitatione propterea hæc quoque collocanda eſſet, nempe, vt poſſeſſor negans falsò poſſidere ſe, priuetur poſſeſſione ita demum, niſi difficilis poſtea ſit recuperatio, vbicunque in petitorio obtinuiſſet. Si tamen idonea cautio offerretur, aliud dicam. cap. primo, de dolo & contuma. l. ſi fideiuſſor. §. fin. ff. qui ſatiſda. cogant.

361 Poteſt † etiam legis noſtræ deciſio limitari, vt non ſit facienda hæc poſſeſſionis tranſlatio, vbicunque ex ea ſcandalum & offendiculum populi aliquod oriri poſſet, vt in recuperatorio pariter iudicio eſt deciſum; quæ fuit ſententia Butrij, in cap. ex parte. colum. fin. de reſtitu. ſpoliat. poſt Gloſſam in c. imprimis. prima glo. 2. quæſt. prima. probata ab Alexand. Rip. & pleriſque alijs in d. §. nihil commune. & a Felino in cap. nihil cum ſcanda-
362 lo. in 6. fallen. de præſcrip. † ponūt autem huius rei exemplum Doctores, veluti, ſi agat quiſpiam Abbas ad recuperationem ſui monachi contra Monaſterium diuerſi habitus, & poſſeſſionis; nam poterit opponi exceptio proprietatis etiam non facta reſtitutione, quia, ſi reſtituendus eſset in primis ante cognitionem, & deciſionem petitorij faciēda eſset habitus mutatio, ita ꝙ iam tertia mutatio contingeret, quòd ſi iſtud Monaſterium poſterius detineret in petitorio, quarta rurſus mutatio daretur, ſic monachus iſte in noua ſemper metamorphoſi eſset, & tanquam Protheus nunc hanc, nunc illam formam, faciemque in-
363 dueret, quod indignum certè indecorumque eſset: † & quamuis Ripa in d. §. nihil commune, dicat, leue hoc ſcandalum fore, nec conſideratione dignum, cum id nonnunquam iure permittatur, vt quis habitum mutet, veluti, cum ad anguſtiorem pro-
364 feſſionem ſe transfert. cap. licèt. de regular. † ego tamen hanc non leuem, ſed valde grauem populi offenſionem futuram dico toties repetitam, iteratamq; habitus depoſitionem, & ſuſceptionem, quamuis vna tantùm mutatio, quæ deinde permanſura eſt, non reijciatur. d. c. licet. Ego certè huiuſmodi inuerſioni, ſi aliud mihi contrarium non ſuaderet, facilè non ſubſcriberē, idq; tam in noſtræ legis poſſeſſorio, quàm in quouis poſſeſſorio ad recuperationem prodito. Siue igitur eiuſmodi ſcandalū, ſeu aliud, præſertim qđ cauſam peccato præbere poſſet, imminere videatur, ſi poſſeſſionis tranſlatio ante petitorij cognitionem fiat, eam omittendam exiſtimarem.

365 Non omittam, † quòd Guido Papæ conſi. tertio, colum. fin. num. 4. verſ. præterea & quartò, ponit aliam limitationē ad legem noſtram. nempe, vt non ſit ei locus, ſi non agatur contra poſſeſſorem, ſed contra detentorem tantùm: nam ſi detentor
366 mentitus fuerit, non propterea incidet in hanc pœnam; † qa (inquit) lex noſtra loquitur de poſſidente non autem in detinente, ideoq;, cum ſit odioſa, non eſt etiam contra detentorem extendenda; Non tamen ſupra in ampliationib. cōtrarium diximus, ampliauimusq;, vt procedat etiam in detentatione, idq;
367 verius credo, † cum enim lex noſtra loquatur in actione in rē, vtique de omni poſſeſſione intelligenda eſt, ad quam actio in rem competere poteſt, ergo & ad detentionem, vt §. omnium autem. in verſicu. namque agit. inſt. de act. & l. vn. C. de alienat.
368 iud. mut. cauſa facta. iuncta. l. officium ſupra eod. † &, cum hæc tranſlatio in pœnam mendacij eius detur, quod in iudicio factum eſt, quodq; ī cauſa eſset, ne iudicium ordinari poſſet, hæc profectò omnia non minus contingunt in eo, qui ſolam detētionē habebat q̄ in eo, quò poſſidebat, nec minus præiudiciū ſenſurus eſset actor ex huius mendacio, quàm ex mendacio veri poſſeſſoris, quòd ſi hæc pœna contra detētorem exerceri nō
369 poſſit. ferè inanis, & eluſoria reddetur d. l. officium. † & quamuis eadem lex, officium, dicat, detentores non poſſidere, dicit tamen & contra eos competere ī rem actionem, ergo & omnia, quæ de poſſeſſione in rem actione dicuntur, in ea quoque dicta
370 intelligi debent. † Illud quidem admittendum opinor, quòd, ſi depoſitarius, vel commodatarius, vel conductor, vel, qui legatorum ſeruandorum cauſa, vel dotis, vel ventris, aut rei ſeruādæ cauſa in poſſeſſione ſit, vel cui damni infecti nomine nō cauetur, alijve ſiqui ſimiles, qui non poſſident, interrogati in iudicio fuerint, vtrùm poſſideant, negauerintq; ſe poſſidere, nō cadent in hanc pœnam; quia nō dicuntur eſse mentiti, cum non
371 poſſideant. d. l. officiū. † ſi verò interrogati fuerint, ad detineāt, negentq; ſe detinere, profectò nō credam excuſari eos, quomi nus in hanc legem cadāt, detentioq; eorum ad actorē transfer-
372 renda ſit; † Verùm ambigi poteſt, an interrogati vtrùm poſ-

Source : BIU Cujas

sideat, teneantur saltem respondere super detẽtione, quam habent: & credo Ego, non teneri eos aliquid super detentione respondere, cum super ea non sint interrogati, quod fortè voluit dicere etiam ipse Guido.

373 † Cum igitur intentaturus fueris actionem in rem, meminеris reum interrogare, non solùm an possideat, vel dolo desierit possidere, sed etiam an detineat, vel dolo desierit detinere, quo negante, se rem detinere per mendacium, detentatio ei auferetur, transferreturque ad actionem; † non tamẽ credo, quòd
374 ex hoc dominus, verusque rei possessor suscipere teneatur actoris partes, cum ipse nihil deliquerit, vt diximus suprà in prima ampliatione, probauimusque hoc dictum grauissimis authoritatibus, quapropter non est metuenda Guidonis authoritas, quamuis alioqui contemnenda non sit, nec eius est opinio tenenda in hoc articulo, nisime consilium meum fallit.

375 His addi potest & alia declaratio, † quæ est, vt legis nostræ decisioni locus non sit, vbicunque negatione facta aliam exceptionem illi contrariam addit, cuius probandæ onus sibi incũbit, vt (verbi gratia) si reus dicat, Ego non possideo, & quatenus inueniar possidere, ego emi a te, vel eam mihi donasti: vt in simili dicitur in cap auditis. vbi Innocent. de præscript. Castren. in l. nemo ex his. vbi Soc. columna secunda in tertia con-
376 clus. numero quinto ff. de except. qui sic ait, † quòd vbi reus ponit contrarias exceptiones, & sibi incumbit onus probandi, tunc potest illas proponere, puta, exceptionem præscriptionis, & solutionis, vel priuilegij; quia ex hoc non grauatur aduersarius onere probandi. vt ibi dicit esse etiam ex mente Bartoli, & Cumani, additq; ibi Soc. hanc conclusionem declarari a Ioan. Andrea in regula. nullus pluribus. in mercurialibus, de regulis iuris in 6. procedere eo demum casu, quo propter negationem reus puniretur in aliquo, si conuictus esset, vt in l cum de indebito. ff de probat. in authent. contra qui propriam. C. de non nume pecun. secus vbi ex mendaci negatione non esset in aliquo puniendus; nam tunc ei conuicto saltem deneganda esset audientia. Sic in quæstione legis nostræ cum reus respondit, se non possidere, & quatenus possideat, habuisse causam ab actore, ex hac responsione certè fatetur actorem fuisse dominum, propterea ad se onus spectabit probandi illum sibi vendidisse, vel donasse, cum ergo nulla probatione actor grauet nõ est, ꝙ ex negatione reus pœnam ferat. ex his, quæ dicta sunt s.

377 † Adiuuaturque ex eo, quod ait Dyn. in dict. reg. nullus pluribus. numero sexto. vbi tradit hanc doctrinam in eo articulo, an possit quis vti pluribus exceptionibus, ait enim, quòd si proponuntur plures exceptiones simpliciter, tales quidẽ, quæ possint concurrere, tunc licebit eas proponere simul, & diuersis temporibus quòd si iure impossibile sit, vtranque simul conuenire, vt quia altera neget, altera affirmet, non liceat tunc eas simul proponere, citatque in hanc suam distinctionem legem hac nostram, & dict authenticam contra qui propriam, cum aliis similibus, ex qua distinctione satis indicat, se sentire, ꝙ & in lege nostra non repellatur, nec puniatur negatio, quæ concurrere possit cum alia exceptione simul proposita.

378 † Neque hæc credas aduersari his, quæ suprà diximus, ex cõsilio Barbat. cons. 36. li. 3. quia ibi non reclinabatur onus probãdi in ipsum reum possessorem per ipsius responsionem, immo ea responsio actorem grauabat, quod in casu per nos proposito secus esse diximus.

Possent & plures aliæ declarationes hic afferri, & huic nostræ legi accommodari ex his, quas Doctores dare solent ad illam regulam, quòd spoliatus ante omnia restituendus est, quas hic non transcribam.

379 † Illud certè dicam, valere posse regulam negatiuam, vt quibus in casibus spoliatus restituendus non est, eisdem nec transferri debeat possessio in actorem ex causa mendacij; quia si nõ restituitur spoliatus cõtra eum, qui tantum admisit delictum. l. si quis in tantam. C. vnde vi, cum similib. multò minus (vt sæpe diximus) debet concedi, quòd is, qui nunquam habuit pos-
380 sessionem eam acquirat ex solo mendacio possessoris: † affirmatiuè autem hoc non concederem, vt quandocunque spoliatus restituitur, eodem casu & mendax transferre teneatur possessionem in actorem, cum multi casus cõtingere possint, quibus ex mendacio non cogetur possessor in actorem transferre possessionem, & tamen erit spoliatus restituendus: vt etiam suprà vidistis proximè casum vnum.

381 Omnes † autem illæ personæ, quæ ab agendo repelluntur, quæ pariter eadem ratione restituẽdæ non sunt, si spoliatæ fuerint, eædem pariter consequi non poterũt, vt ex negatione possessoris in se possessio transferatur, cuiusmodi personæ sunt.

382 † Excommunicatus, cap. intelleximus de iudicijs. cap. excommunicamus. c. credentes. de hæretic. repelliturq; excommunicatus etiam a possessorio recuperandæ. glos. cap. primo. versicu. audientia, in fin. 23. distinct. gloss. cap. ex insinuatione. versicu. aliud canonicum. extra de procurat. Abb. cap. a nobis. in quarto notab. de except glos. in cap. dilectus filius. in versic. excommunicationis, de rescript. Las. in leg. prima, in princip. columnæ tertiæ. circa med. de oper. no. nuntiat. Ripa in dicta §. nihil commune. numero 86. Fel. in cap. dilectus filius. primo. columna penulti. numero 11. versicu. nota regulam, de rescript. Si enim iudicium in principali est nullum, ergo & omnia ab eo dependẽtia irrita erunt, veluti est in terrogatio, & responsio ad interrogationem.

383 † Eadem ratione idem erit dicendum in hæretico, qui agere velit, ex glos. in cap. quo iure. octaua distinctio. versicu. nam iure, quæ glossa dicit hæreticum nihil possidere posse, & propterea nec, si spoliatus sit, restituendum esse, Ripa dicto §. nihil commune. numero 88. vnde frustra in eum transferatur possessio,
384 quam tenere non potest. † Idemque dicam in Antipapa, & Tiranno & Simoniaco agente ad beneficium, & quocunque criminoso tali crimine irritito, quod ipso iure priuationem beneficij inducat, cum huiusmodi personis non detur restitutio ad possessionem, quare multò minus concedenda est eis noua ac-
385 quisitio, † vt de Antipapa ait Mart. Lauden. in tractatu de prin-
386 cipio versiculo sed ante. † de Simoniaco tradit gloss. Archidiaco. & alij. in cap. primo. tertia quæstione prima. facit cap. tan-
387 ta. cap. accusatum. de simonia. † de Criminoso Abb. ī cap. item cum quis. de restitu. spolia. Cardin. Alexand. tertia quæstio. prima, in summa. Ripa, qui omnia supradicta refert, in §. nihil. com-
388 mune. numero 9. † qui idem dicit in depopulatore & quibusdam alijs.

Ad huiusce legis interpretationem opportunũ est etiã scire, cum reus se possidere negat, ita quòd actori onus probandi incumbit possessionem ipsius, cuiusnam temporis ea possessio probãda sit, an scilicet eius temporis, quo interrogatus fuit, an
389 & temporis antiquioris. † Ac proculdubio, si eius tẽporis, quo interrogatus fuit, possessionem probare possit, melius tutiusq; actori erit. nec locus vllus ambigendi relinquetur. Sed ambigi quidem potest, an hoc necesse omnino sit, vt probatio eius ipsius temporis fiat, quo fuit interrogatus, & negauit.

390 † Et Barto. quidem hic columna secunda in princip. versicu. vel possumus dicere, ait, minimè opus esse ꝓbare, quòd aduersarius possideret eo tempore, quo negauit, sed satis esse, si ꝓbe-
391 tur, possedisse eum vsque ad tempus negationis, † quia videatur actionis sibi mouendæ metu reus possessioni renuntiasse, si nullus actus appareat alius, propter quẽ præsumi possit, ipsum
392 possidere desijsse præter hanc inficiationem: † cuius quidem Bartoli verba perpendenda moneo, dum dicit, probandam esse possessionem vsque ad inficiationis tempus, quæ videntur parùm ambigua, sed hanc Bartoli mentem fuisse opinor, ꝙ possessio eius temporis probari debeat, quo interrogatus fuit, quamuis deinde aliquod interuallum interceserit temporis a die, quo interrogatus fuit, ad diem, quo respondit, vt sæpe contingit, & interim temporis ipse possidere desierit, perinde tamẽ habebitur ac si tempore negationis possideret, neque aliud credo Bartholum sensisse: aut dixisse, dicitur enim possedisse vsq; ad negationis tempus, cum possidere inuenitur tempore, quo interrogatus fuit, & negationis tempus intelligitur exclusiuè, hocque casu ait, possessionem ideo in actorem transferri; quia reus eam pro derelicta metu actionis habuerit. l. non alienum. ff. de interrogat. actio. quæque propterea sic dixit Barto. quia videbatur ei, non posse probari possessionem eius temporis, quo
393 negauit se possidere, † quandoquidem solo animo amittitur possessio leg. tertia. §. in amittenda. ff. de acquirenda possessio. quem animum declarauit eo ipso, quo interrogatus in iudicio negauit, se possidere, sicque non dicitur mentitus, cum ergo de mendacio non conuincatur, ideoque non possit ea ratione veluti mendax possessione priuari, erit saltem ea transferenda
394 (inquit Bartolus) eo, quod eam derelictam habuerit: † qui tamen intellectus ad legem nostram accommodari non potest, cum supponat, quòd reus possideret, & quòd probata fuerit possessio, non ergo dicit, quòd applicetur possessio actori tanquam a reo derelicta, sed, quòd transferretur, quia probatum est, illum possidere, licet negauerit; verior igitur solutio erit, quam Bartolus secundo loco attulit coniuncta cum prima, nempe, quòd licet responderit, se non possidere; non tamẽ
395 habebat animum dimittendæ possessionis, & † quamuis animus declaretur verbis, nec videatur qs dixisse, quod prius mẽte non agitarit. l. Labeo. ff. de suppellect. leg. & glos. magna ante
396 finem. in l. si duo. ff. de acquirenda hæredita. † tamen aliud declarabat facto, cum possessionem actu nõ dimitteret, sed ei in-
397 sisteret, † plus autẽ est facto aliquid operari, quàm verbis, mẽsque & animus factis melius declarantur, & aperiuntur, quàm verbis. l. Paulus respondit. ff. rem rat. haberi. elegans tex. in l. si tamẽ. §. ei qui. ff. de ædilit. edicto. in cap. dilecti filij Ioan. & Nu. §. primo. extra, de appellat. vbi Dec. in secundo no. & idem Dec. in cons. 367. colum. 2. num. 3. & cons. 21. col. 2. circa princ. † & possessio non solo animo amittitur, sed oportet vtroq;, videlicet. animo, & corpore in contrariũ actum esse. l. quẽadmodũ. ff. de acq. poss. & quãuis tex. in d. l. tertia. §. in amittenda. contrariũ videatur dicere, videlicet, ꝙ, si in fundo sis, & tamen nolis eũ possidere, ꝓtinus amittis possessionẽ, illa tũ lex plures solutiones,

&

Source : BIU Cujas

& declarationes recipit, vt per glos. ibi. & Doctores, ac certè in quæstione legis nostræ dici non potest, quòd habuerit animum derelinquendi possessionem, nam sic respondit, vt se a lite & ab actione in rem eximeret, nō autē, vt possessionem relinqueret.

399 † Alio etiam modo respōdere potes oppositioni motæ per Bartolum, quòd licet in actione in rem mouenda sufficiat, reum etiam ciuiliter possidere, vt suprà diximus, tamen quia in executione ipsius magis inspicitur possessio naturalis, quæ ipsi rei insistit, nempe ea est, quæ restituitur, vt suprà dictum est,

400 cum sequuta fuerit sententia condemnatoria, † propterea, cū interrogatur quis, an possideat, non solùm interrogatus censetur an ciuiliter, ideſt animo possideat, sed etiam censetur interrogatus, an possideat corpore, idque principaliter quidem, & in primis propter executionem, de plena ergo possessione fit interrogatio, at si reus possidet vtroque, videlicet, ani-

401 mo & corpore, † quāuis animo desinat possidere eo ipso, quo negat, se possidere, & ea ratione quò ad possessionem, quæ animo detinetur, non mentiatur, negari tamen non potest, quin mentiatur saltem, quò ad possessionem illam naturalem, quæ corpore detinetur, aut saltem quò ad detentationem, quapropter tanquàm mendax hac quoq; corporali, seu naturali pos-

402 sessione, aut detentatione priuatur, † & quò planius res procedat, consulam ego semper, vt aliàs quoque suprà dixi, quòd interrogetur, an possideat, vel detineat. Sed iuxta praxim suprà ex Angelo recitatam, quòd scilicet reo negāte se possidere, petat actor, se mitti in possessionem, quò ad præiudicium rei, saluo tamen iure tertij, multæ remouebūtur difficultates, nec erit necesse alicuius temporis possessionem probare.

403 Postremò † vides hac in lege nostra vnum remedium adipiscendæ possessionis nō obuium omnibus, nam ferè omnes, qui enumerandis adipiscendæ possessorijs remediis studium adhibuerunt, hoc remedium, quamuis alioqui valde insigne posthabuerunt, Robertus quidem Maranta in suo Speculo ordinis iudiciorum, in septima principali distinctione iudiciorum qn-

404 que enumerauit, † videlicet, interdictum quorum bonorum, interdictum quorum legatorum, interdictum Saluianum, remedium ex l. fin. C. de edicto Diui Hadriani, & postremo iudicis officium, quod iudicis officium hoc quoque nostrum remedium complecti posset, crederemque eum voluisse sub hoc remedio hoc nostrum includere, nisi ipse se coarctasset exemplo ad iudicis officium, quod datur illi, qui beneficium obtinuit, ex Abbate ī capitulo pastoralis colūna quarta. versiculo, & scias. de causa possess. & propr. & in capitulo accedens. vbi Abb. de accusation. neque aliquod de hoc nostro, ne quidem verbum mi nimum fecisset, & tamen, cum speciali nota dignum sit, negligi non debuerat, l. item apud Labeonem. §. ait Prætor. in ver

405 siculo hoc edictum. ff. de iniur. cum similibus † nisi fortè ideo missum factum est, quod creditum sit, hoc esse iudicis mercenarium officium, longum verò esset singulos casus prosequi, ac enumerare, quib. Mercenarium iudicis officium ad possessionem datur: † cuius tamen contrarium Ego semper tenui, &

406 teneo, quum & hoc senserit Barto. hic, dum negat condictionē ex hac lege ad hanc possessionem dari, ne videatur deinde hoc iudicis officium actioni deseruire, quod pariter dicendum exi-

407 stimo non hoc casu legis nostræ tantùm, † sed in omnibus cæteris huic similibus, quibus possessionis translationem fieri cōtingat, puta in d. §. illud quoq; .2. in authē. de trien. & semissi.

408 † Accedere potest etiam, & inter possessoria adipiscendæ enumerari illud, quod ex officio pariter iudicis fit contra contumacem non defendentem, puta eum, qui passus est primum, vel secundum decretum, vt l. si finita. § si plures. cum sequentibus. ff. de damno infecto, vel, cum mittitur quis ī possessionem

409 causa rei seruandæ. l. is cui. ff. vt in possess. legat. † quæ tamen remedia ad detentationem potius, quàm ad possessionem pertinere videntur, scilicet, quando in possessionem ex primo decreto in personali actione missio facta est, & causa rei seruandæ. l. si duo. §. creditores. ff. vti possidetis. dict. l. is cui. Barto. in l. stipulatio ista. §. hæc quoque. ff. de verborum obligatio. Ias & Soc. in l. j. §. seruum. ff. de acquirenda possessione. Deci. in capitu. consul-

410 tationibus. de offic. delegat. † nisi vel adhibita solerti causæ cognitione in possessionem hāc ex primo decreto missus fuisset, vt nonnulli opinati sunt, Bald. in l. consentaneum. numero 30. C. quomodo & quando iud. & in authent. ei qui. C. de temp. ap-

411 pellat. Fel. & Dec. in dicto capitu. consultationib. † vel nisi hoc

412 primum decretum secūdi decreti vim habeat, † vel fructus ei lucrari statuto fortè, aut constitutione permissum sit, Modern.

413 post antiquos in dict. l. si finita. §. Iulianus. † In reali verò actione missus in possessionem ex primo decreto possidet ex frequētius admissa Doctorum sententia, Bart. in l. 3. § genera. ff. de acquirenda possessione. & in l. si prius. ff. de oper. nountiat. vbi etiam Alexand. & Iaso. Dec. in dicto capitu. consultationibus. Negusantius in tract. de pignor. parte tertia, membro secundo,

414 numero sexto, † quamuis nec defuerint, qui testati sunt, pluribus, grauioribusque authoritatibus contrariam sententiam defendi, quòd scilicet etiam in actione reali missus in possessionem ex primo decreto non possideat, scilicet, Modern. in dicta leg. si finita. §. Iulianus.

415 † Recensetur quoque inter possessoria adipiscendæ remedia illud, quod ex officio iudicis competit per secundum decretum in actionibus personalibus, de quo ī l. si finita. §. si quis autem. ff. de damno infecto. vbi scriben. in cap. quoniam frequēter. in fin. extra, vt lite non contesta. vbi Doct. & de his plenè Guido. Pap. in trac. de primo & secundo decreto. num. 38.

416 Item † remedium, quod competit ventri, vt in possessionem mittatur, esse proditum ad acquirendam possessionem indubitati iuris est, de quo totus titulus. ff. de ventre in possession. mitten.

417 † Quæ quidem omnia possessoria officio iudicis nobili expediuntur, & sunt facti non iuris, vt per glo. magnam in d. l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. vbi Doct. Barto. & Doctores in l. iubere cauere. ff. de iurisdict. omn. iudic. & in Rub. ff. de ventre in possessio. mittendo.

Super est nunc videre, qd faciēdū sit huic actori, si iudex deneget ei in possessionem hanc dare, an appellare possit, & quid ecōtrà, si ei data per iudicē fuerit, an reus inuicē appellare possit; & impedire ne possessio transferatur per interpositionem appellationis? Quò ad hoc primum, licet nihil reperiam in specie huius possessorij decisum, tamen licere opinor ab alijs possessorijs præsertim recuperatorijs ad hoc nostrum sumere argumentum. Vtroque casu opinor ego appellationis remedio esse

418 vtendum, † nam & cum iudex non curat mihi possessionē dare, sed me ordinario tramite causam agere vult, quemadmodū actores facere solent, non minus appellare potero, quàm si expressè pronuntiasset, possessionem transferri non debere, vt in recuperatorio possessorio ait Franciscus Aretin. in sæpe citata l. naturaliter. §. nihil commune. columna 4. circa med. ver. quid si opponitur ista exceptio, sequitur Craueta in consi. 299. colū. penul. numero 8. Fel. in c. inter monasterium. colum. 14. post med. vers. fortè tamen est necessaria, de re iudic. nam, si vel ipse actor faceret positiones super petitorio, vel permitteret aduersarium id facientem, videretur possessorio renuntiare, vt etiā

419 suprà dictum est per text. in cap. de restitut. spoliat. † animaduertat igitur, ne sibi ipsi noceat procedendo in petitorio, & faciendo positiones, vel probationes super eo, nec permittat, aduersarium id facere, quòd si reus eas fecerit, admiseritque eas iudex, protestetur ipse, quòd prius transferatur in se possessio, quàm super eis cognoscatur, & iudice hoc facere negligēte interponat appellationem.

Quid verò è contra, si iudex pronuntiat transferendam esse possessionē in actorem, an licebit reo appellare? Qua in re sciē-

420 dum est, imprimis, † cp ex regula non conceditur appellatio a sententia lata in possessorio, quodcunque id possessorium sit, siue adipiscendæ, seu retinendæ, seu recuperandæ. l. j. vbi glos. & Barto. C. si de momenta. possess. fuer. appellat. & in l. quoquis. C. quorum appella. non recip. & l. 2. vers. quæro, quæ est ratio. ff. de appella. recip. Archidiaco. in 2. quæstio. 6. §. de possessione. Abb. in c. cum ad sedem de restitu. spoliat. Ang. consi. 107. Decius qui hanc ait communem in consi. 28. colum. 3. num. 4. vers. secundò respondetur, quamuis multi contrarium tenuerint, de quo Ri-

421 pa in c. sæpe. de restitu. spoliat. † videtur tamen hæc fœdere di-

422 stinctionis libertius accepta sententia, † vt in possessorio quouis appellatio nulla executionem suspēdere aut retardare possit, quamuis cognitio propterea fieri nō prohibeatur, & deuoluatur negotium ad superiorem. Barto. d. l. 2. col. 3. ff. de appellat. reci. Abbas in d. c. cū ad sedem. col. pe. & antepen. Dec. d. consi. 28. Maranta in Speculo, in vltima parte iud. 2. artic. princi. nu.

423 239. & ita vsus obseruat, quapropter idem opinor dicēdum in hoc nostro possessorio, nempe, vt per appellationem retardari non possit, cum sit futurum parui præiudicij, quandoquidem (vt in cæteris possessorijs) in iudicio petitorio sarciendum est damnum, & quamuis magnum commodum sit possidere præsertim attento, quòd onus probandi in aduersarium transfertur. §. commodum, inst. de interdict. cum simil. id tamen in cōsideratione haberi non solet, frustra quidem hic expectabitur

424 deuolutio ad superionē, si reus in petitorio cognosci velit, † sed tamen, quia vtilius fortè erit ei, qđ etiam super hoc possessorio cognoscatur, vt quia aliquas causas alleget ex his, quas proximè diximus in limitationibus, poterit translata in actorem possessione, per appellationem demonstrare, eam transferri non debuisse, si quas causas habebat, & sic onus petitoris detrectare, quod maximum est.

Non omittam quæstionem hanc subijcere, de qua olim cōtrouersiam non leuem agi vidi, an scilicet, si quis rem deposuerit in sequestro, interrogatusq; vtrùm possideat, responderit se nō possidere, incidat in pœnam huius legis, ita quòd possessio-

425 ne priuandus sit, ac fiat ex reo & possessore actor. † Cuius difficilis quæstionis solutio ex hoc prima facie pendere videtur, an scilicet possideat is, qui ī sequestro deposuit, an verò ipse, penes

426 quem sequestrum est repositū. † In quo articulo, cū duæ leges inter se pugnare è diametro viderētur, nempe. l. licet. §. rei. ff. de-

Source : BIU Cujas

positi,quæ ait,rei depositæ dominium & possessionem a deponente retineri,nisi apud sequestrum sit deposita, nam tunc demum sequester possidet,id enim agitur ea depositione, vt neutrius possessioni id tempus procedat.& l.interesse.ff.de acquirēda possessio.quæ ait,interesse, qua mente apud sequestrum res deponatur,nam si dimittendæ possessionis causa,& hoc apertè fuerit approbatum,ad vsucapionem possessio eius partibus nō procederet,&c.sic videre est in priore lege dici, in sequestro id agi,vt neutrius possessioni id tempus procedat, sed in posteriore lege dicitur,cp si apertè fuerit probatum, dimittendæ possessionis causa,sequestro esse positam &c.Ergo sequitur, non esse verum id agi depositione,vt possessio illa non prosit, neque id tacitè contineri,quorsum enim probatio necessaria esset, tam
427 aperta præsertim,si id tacitè actum videretur, † nec rectè conciliantur hæ leges ab Accur.in ipsis legib.nam in d.l.licèt. in vers. agitur,quæ est vltima,glo.ait,tacitè hoc innui, nisi contra probetur,citatq; in hoc d.l.interesse,quæ quidem lex non dicit,debere probari,cp hoc non agatur tacitè, immo cōtrarium dicit,
428 nempe oportere probari,hoc actum esse, † neque satisfacit solutio glossę in d.l.interesse,in vers.approbatum: dum dicit, eo ipso probari,cp non probatur contrarium, si enim verum esset, quod ait glo.eo ipso probari animum habuisse dimittēdæ possessionis,cur nam exigeret ille textus,vt aperta fieret probatio? neque enim satis fuit Iurisconsul.ibi dixisse, hoc debere probari,cp animum dimittendæ possessionis habuerit,dū apud sequestrem deposuit,sed præterea etiam vult,cp apertè probetur, ergo non est verum,sufficere, quod contrarium non probetur.
429 † Neque mihi arridet illa distructio,an sequestrum a plurib. fiat,an ab vtroque,an ab vno,vt.s.primo casu non amittat possessio,altero amittatur,cum tex.in d.l.interesse loquatur ex intellectu Doctorum de sequestro facto ex volūtate partium, & tamen probari vult,factum esse animo possessionem dimittēdi,non ergo sequestrum a plurib. factum, ex sua natura possessionem in sequestrem trāsfert: † quinetiam † sequester is pro-
430 431 priè dicitur,cuius fidem plures in deponendo sequuntur d.l.licet.in princ.l.propriè.ff.eo.depositi.l.sequester.ff.de verborum signifi.Et quod l.interesse loquatur de sequestro facto a partib. indicant verba ipsius legis.ibi.ad vsucapionē possessio eius par-
432 tibus non procederet. † Tu dicas eas leges minimè inter se vllam antinomiam habere,ac ne frustra conteram tempus in recensendis conciliationibus Doctorum,videlicet Ioan.Fabri in l.j.C.de prohib.sequest.pecu.& in §.retinendæ inst.de interdict. Aretini in d.l.interesse,& Curtij post veteres Iurisconsultos in
433 d.l.j.C.de prohib.sequestr.pecun.& mod.sic declaro,cp lex † interesse,non requirit probationem, cp dimittendæ possessionis causa sequestrum sit factum,sed requirit approbationem, idest, cp vtraque pars ī illam personam sequest.consenserit, vt penes eum in sequestro deponeretur res aliud si quidem est probare, quàm approbare, approbamus id,quod placet, qđ laudamus, in quod consentimus,probamus cum sic esse demōstramus argumentis,testibus,documentis,rectè ergo dicit textus,cp si partes approbarint,idest,consenserint,vt fieret sequest.& vt dimitteretur possessio.tunc possessi.eis non proderit, requirit ergo approbatio,non probatio, sic conueniet vtraque lex, vt.s.sequestrum factum a partib. de re cuius possessio. quæstio inter ipsos vertebatur,transferat possessionem ab ipsis partibus sequestrē
434 †|cuius rei ratio est;quia cum ipsi de possessione ipsa inter se cō tenderent,voluerunt interim,dum quæstionis diffinitio pende-
435 ret,alterutri ex partibus præiudicium fieri,† vterque enim possidere non poterat.l.si vt certo.§.si duobus vehiculum ff.commodati l.3.§ è contrario.ff.de acquir. poss.nec alter tantùm vt possideret,si pacem fouere volebant,permittendū erat, ex hoc igitur,cp de possessione agitur,& cp inter ipsos cōtendentes cōuentum est,vt apud tertium deponatur, satis apparet, voluisse eos possessionē a se dimittere,& apud illum tertium esse: & sic vtraque lex in eodem casu loquitur,non in diuersis, nec igitur distinctiones aliæ quærendæ sunt:vt concilientur inter se, nec potest dari alia species sequestri voluntarij,cum (vt dixi) non dicatur sequestrum,nisi,qđ a pluribus fit,at si alter tantùm possideat remq; deponat,donec lis terminetur, nō dicuntur plures,
436 sed vnus tantùm deposuisse, quare non erit sequestrum. † Sequestrum verò necessarium,quod a iudice fit,possessionem ad se auocando,vel apud tertium deponendo, id quidē inter omnes constat,possessionem non transferre, sed eam adhuc penes dominum manere,vt per doct.in d.l.interesse,& l.p.C.de proh.
437 sequest. † Ego verò credo,cp etiam,si fiat per ludicem, cum de possessione ipsa contentio erat, tamen quod sequestrem possessio erit; quia ad alium finem facta non est sequestratio, nisi, vt neutri possessio prodesset,vt in casu,quem ponit Barto. in l. si vsufructus.§ j.ff.de vsufruct.Bald.in l.fin.colum.2.& ibi Dec. col.pariter.2.num.6.vers.& hoc procedit.C.de edicto D. Hadr. toll.Alexan.cons.7.colum.pe.lib.5.Ias.l.quidem æstimauerunt. num.4.ff.si certum peta.Plot.qui hæc & alia allegat in l.si quā-
438 do.num.95.† &,quod dicunt Doctores, ex sequestro necessario non transferri possessionem,intelligo, quādo lis erat super
439 proprietate,non super possessione: † credo tamen, cp hæc possessio in sequestrem translata proderit illi, qui superior in iudicio fuerit,quò ad vsucapionem, sed vbicunque dictum est perdi possessionem,reliquiæ tamen remanent, nec propterea ex reo efficietur petitor,Saly.c.dict.l.j.C.de prohib.sequest. pecun.
440 Item † ex sequestro necessario transfertur possessio,quando constat Iudicem hoc facere voluisse.Barto.d.l.interesse.& in d. l.j C.de prohib.sequest.vbi etiam Bald.& Saly.Abb. dicto c.j.de sequest.possess.num.19.per text.in cle.j.eodem titu. Alba. cons. 75.Circa hæc volui fusius vagari,quò melius quæstio intelligat.
441 Quod igitur quæstionem nostram tangit, † ego credo,cp sequester,dummodo rem obtineat,possit conueniri actione in rem, quemadmodum & depositarius,& commodatarius, alijq; detentores. glos.in c.examinata.vers.possidebat, circa med. pro-
442 pterea & teneatur respondere,etiam circa detētionem.† Is verò,qui in sequestro deposuit,pariter tenetur respondere: nam, cum possit quilibet,quoquomodo possideat,vel detineat, conueniri actione in rem,vt sæpe diximus,ergo videtur interrogatus de quauis possessione,cuius ratione conueniri possit,& consequenter super ea respondere tenetur,si vel possideat tantùm
443 ciuiliter,vel naturaliter. † Si tamen possessio omnis in sequestrem fuisset translata,vt in prædictis casibus,tunc certè nō mētiretur,nec ideo priuandus esset. Probandæ autem possessionis
444 praxis,† quò ad legem nostram in hoc erit,vt detentatio probetur; nam detentatione probata.& possessionis probatio videbitur facta Dec.cons.56.colum.j.in fin. Alb. cons.74. nume.18.
445 † nam cum detentatio sit facti, melius poterit probari, quàm possessio,quæ est iuris.

Hæc sunt,quæ importuna amicorum flagitatione aduersus voluntatem meam,& ferè coactè de manib.meis excussa sunt, adeò quidem,vt vix vno oculo hos duos pusillos tractatus recognoscere potuerim,quos iam suprà decem annos inter alia scripta mea delitescere vix memoriæ tenebam,quapropter excusationem mihi condonari merebor, si nō vel magna authoritatum copia eorum præsertim,qui postea prodierunt exornata sunt,vel casus plures non persequuntur,quæ velim benignus lector amicis vlnis excipiat. Laus Deo.

VERGINII DE BOCCATIIS DE CINGVLO I.C. Romani.

De interdicto vti possidetis, Siue de manutenentione in possessione.

PROEMIVM.



QVONIAM patum est possessiones rerū acquirere,vel recuperare,nisi retineantur, & conseruentur; & ob id de retinenda,cōseruanda,& manutenenda possessione aliqua dicere decreui:nam cùm Prætor inhibeat,ne vis fiat ingredienti ī sua possessione, statim aduersarium cedere, & vacuam possessionem relinquere iubet, quod est multo plus quàm restituere.l.penult.§.fi.ff.de acquirenda possessione.& solet a Curialibus in Romana Curia dici, mandatū de manutenendo (quod est interdictum vti possidetis) habere vim trium sententiarum conformium,& brachij secularis,& per hoc interdictum furor armorum vitatur, §. retinendæ. instit.u.de interdi.& ibi Theofilus in §.quàm dictū sit, & ob hasce causas res vtilissima videtur pro litium remotione,& pacis cōseruatione tractare de manutentione,siue de retinenda, vel cō seruanda possessione,quæ sinonima sunt, quò ad effectum, vt declarant Roman.& Alexand.in l.j.C.de Carbonian. edict. & Menoch.de retinenda in præludiis num.15.& sequent. explosa Baldi,& sequacium opinione:& licet doctissimi viri,& Iurisconsulti clarissimi de ea tractauerint,tamen libet mea (qualia sint) pro legentiū vtilitate,in lucē dare. Lector itaq; boni consulat.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum est forma,seu conceptio verborum,quibus Prætor iubebat aliquid fieri prohibebat.*
2 *Interdicta simplicia sunt in quibus vnus est reus,alter actor, & quæ sint. Actor & reus quis sit. ibid.*
3 *Interdicta duplicia sunt,in quibus vterque actor & reus est.*
4 *Interdicta sunt etiam recuperandæ vel adipiscendæ possessionis.*
5 *Interdicta personalia sunt in rem concepta.*
6 *Interdicta quæ continent causam proprietatis,quæ.*

Inter-

Source : BIU Cujas

7 *Interdicta quædam pertinent ad rem familiarem, vt sunt interdicta adipiscendæ, recuperandæ, & retinendæ possessionis, & hæc non continent in se proprietatem.*
8 *Interdictum vti possidetis competit in præsens, de itinere in præteritum.*
9 *Interdicta quædam sunt annalia, & quædam perpetua.*
10 *Interdicta quædam prohibitoria, quædam restitutoria, & quædam exhibitoria.*
11 *Interdicta noxalia sunt quæ pro noxa dantur.*
12 *Interdicta sunt accommodata ad publicam vtilitatem, & hominum causa. Item sui iuris tuendi causa. ibi. nu. 13. Item ad causas priuatas ibi. nu. 14.*
15 *Interdicta non infamant, sed de facto damnatus interdicto vnde vi, & quòd vi aut clam infamat.*
16 *Interdicta retinendæ possessionis sunt vti possidetis, & vtrubi.*

De interdictis in genere. CAP. I.

QVONIAM de interdicto vti possidetis tractandum est ī specie, videamus primò in genere quid sit interdictum & text. institut. de interdict. in princip. dicit,
1 † quòd est forma, seu conceptio verborum, quibus prætor iubebat aliquid fieri aut fieri prohibebat, cū de possessione inter aliquos cōtendebatur; & quæ fuerit illa forma verborum declarat Theofilus in institu. dicto titu. de interdictis, in princip. Et ideo dicūtur interdicta, quia inter duos dicta sunt. §. summa. institu. de interdict.

2 Quædam † sunt interdicta simplicia, in quibus vnus est reus alter actor, vt sunt interdicta omnia restitutoria, vel exhibitoria, vel prohibitoria § tertia. institu. de interd. & ibi dicitur, ꝙ ille qui desiderat exhiberi vel restitui rem, actor est, & reus qui se opponit.

3 Quædam † duplicia sunt, in quibus vterque est actor & reus, vt sunt interdicta vti possidetis & vtrubi. § tertia. institut. de interdi. & l. 2. in princi. ff. de interdi. & l. 3 §. hoc igitur. ff. vti posside. & Theofilus institu. de interdict §. cum dictum. in quibus locis ponuntur exempla actoris & rei, & duplicia vocantur: qa quilibet sustinet partes rei, & actoris.

4 Duplicia † etiam sunt interdicta recuperandæ vel adipiscendæ possessionis. l. 2. § fin. ff. de interdict.

5 Personalia † sunt interdicta in rem concepta. l. j. §. penul. ff. de interdict. vbi glos. & Doctores.

6 Quædam † sunt interdicta, quæ continent causam proprietatis, vt sunt interdicta de itinere actuque priuato, & quæ proponuntur de locis Sacris & Religiosis, & interdicta de liberis exhibendis, quæ competunt iuris tuendi causa. l. 2. §. quædam. ff. de interdict. vers. item alia de liberis exhibendis.

7 Quædam † competunt ad rem familiarem, & hæc non continent causam proprietatis sed possessionis, vt sunt interdicta adipiscendæ, recuperandæ, & retinendæ possessionis. l. 2. §. vt nō sit minus, & § hæc autem. ff. de interdict.

8 Et † interdictum vti possidetis competit in præsens, & interdicta de itinere actuque priuato, & de aqua æstiua in præter- competunt. l. j. §. interdictorum. ff. de in interdict.

9 Quædam † sunt annalia, & quædam perpetua. l. j. in fin. ff. de interdict. & sic quis agere debet intra annum & diem turbationis. Rebuff. super const. reg. part. 3. de materia possessoria, artic. 2. glos. j. numero 1. car. 156.

10 Quædam † enim sunt interdicta prohibitoria, quibus prætor vetat aliquid fieri, aliqua restitutoria, quibus prætor iubet aliqd restitui, & aliqua exhibitoria: cum prætor mandat aliquid exhiberi. §. summa. institu. de interdict. & ibi ponuntur exempla, & leg j. §. interdictorum. ff. d. titu. & Theofilus institut. de interdict. §. summa.

11 Sunt † etiam interdicta noxalia, quæ ob delicta seruorum, quos in potestate habemus, dantur l. vlti. ff. de interdict. videlicet cum vi deiecerunt, aut vi, aut clam opus fecerunt, sed officio iudicis cogitur dominus sua impensa aut rem restituere, vel interesse soluere, vt d. l. fin.

12 Et † interdicta sunt accommodata hominum causa, vel ad publicam vtilitatem pertinentia, vel sui iuris tuendi causa, vel officij, vel rei familiaris tuendi causa: publicæ vtilitatis tuendi causa competit interdictum, vt via publica vti liceat, & flumine publico, & ne quid fiat in via publica. l. 2. §. hominum. ff. de interdict. & l. j. in princip. eodem titulo.

13 Sui † iuris tuendi causa competunt interdicta de liberis, & liberto exhibendis, & officij causa, vt puta de homine libero exhibendo. l. 2. §. hominum. vers. iuris sui. ff. de interdict.

14 Sunt † etiam accommodata interdicta ad causas priuatas. l. sanè. in fin. ff. de iniuriis, quando maris ius proprium ad aliquē pertinet, & competit ei interdictum vti possidetis, si prohibetur ius suum in mari exercere. d. l. sanè.

15 Interdicta † nō infamant infamia iuris, sed de facto damnatus interdicto vnde vi, & quod vi aut clam infamat. l. vnde. ff. de vi & vi armata.

16 Interdicta † retinēdæ possessionis sunt vti possidetis & vtrubi, quæ competunt, quando agitur petitorio super aliqua re, cū ante quæratur quis possideat & quis sit actor vel reus, cum maximum sit commodum possidere: & quia melius est rei partes, quàm actoris sustinere; quia actore non probante, reus & si nihil ipse præstiterit, absouitur. §. retinendę. institu. de interd. & Theofilus eodem tit. §. quam dictum, & ideo de hoc interdicto retinendæ aliqua dicere decreui.

SVMMARIVM

1 *Vti possidetis interdictum vocatur in Curia Romana mandatum de manutenendo, alij vocant summarijssimum possessorium, in Gallis vocatur recredentia, vel casus nouitatis, in Hispanijs interim.*
2 *Retentio est legitima detentio corporea & mentalis vera vel ficta gratia possidendi rem.*
3 *Interdictum vti possidetis datur possidenti non vi, clam, vel precario. & numero 11.*
Vti possidetis datur solum possessori.
4 *Vti possidetis ratio fuit, vt separata sit possessio à proprietate.*
5 *Vis quando fiat possidenti, declaratur pluribus exemplis.*
6 *Clam possidere dicitur, qui furtiue ingressus est possessionem.*
7 *Precarium quid sit, & quæ precaria possessio.*
8 *Possessio ciuilis domini contra precariam possessionem debet manuteneri.*
9 *Precaria possessio non est manutenenda.*
10 *Precaria possessio manutenenda est contra tertios, non contra dominum.*
12 *Vi & clam possidens contra tertium manutenendus est.*
13 *Vti possidetis contra molestantem, qui non possidet.*
14 *Vti possidetis datur, quando duo prætendunt possidere, ne deueniatur ad arma.*
15 *Vti possidetis competit pro possessione cuiusuis rei corporalis immobilis, si in ea turbari contingat. & pro re mobili existente in domo, vel in fundo, ex quo cohærent domui, ibidem.*
16 *Vti possidetis datur siue pro tota re, siue pro parte.*
17 *Vti possidetis datur habenti ius in mare.*
18 *Vti possidetis datur etiam ei qui continuat possidere lite pendente.*
19 *Vti possidetis datur ciuiliter possidenti.*
20 *Vti possidetis datur eunti ad iudicem, qui non suspicat se posse repelli.*
21 *Vti possidetis datur hęredi in locis, in quibus adest statutum, quòd possessio defuncti continuetur in hæredem.*
22 *Vti possidetis datur hęredi occisi à turbatore; quia hæres occisi habetur pro possessore.*
23 *Vti possidetis datur hęredi, si turbatio cępta est hæreditate iacente.*
Hæredi quibus casibus detur mandatum de manutenendo, à numero 21. vsque ad numero 24.
25 *Canonico regulari prouiso ab ordinario de beneficio seculari cuius possessionem accepit, datur mandatum de manutenendo.*
26 *Vasallo datur mandatum de manutenendo in possessione sui feudi, ex quo naturaliter possidet.*
27 *Emphiteutæ datur mandatum de manutenendo.*
28 *Rectori Ecclesię turbato in possessione iuris rectorię datur manutentio.*
29 *Patrono Ecclesię turbato in quasi possessione pręsentandi rectorem, cum Ecclesia patronata vacat, datur manutentio.*
30 *Decimas exigendo à certis personis datur manutentio.*
31 *Titulus an exhibēdus ī exactione decimarū, quādo agitur pro manutēt ionē.*
32 *Laici habentes exactionem decimarum ex priuilegio debent titulum producere, vt obtineant manutentionem.*
33 *Laici probantes exegisse decimas per tempus immemorabile, & allegantes titulum habitum ab Ecclesia sunt decimarum capaces.*
34 *Titulum in exactione decimarum clerici producere debent.*
35 *Clericus beneficiatus existens in possessione exigendi decimas titulum producere non tenetur.*
36 *Decimas exigens de agnis tantum debet manuteneri.*
37 *Titulus pro exactione decimarum acquiritur pluribus modis. & numeris quatuor seqq.*
43 *Prescriptio decem annorum an det titulum ad obtinendum in retinenda.*
44 *Intellectus l. si duo §. item videamus ff. vti possid.*
Vitium radices habens in fundo alieno debet manuteneri, antequam præcidantur per vicinum ibid.
45 *Superficiem habenti in fundo alieno datur mandatum de manutenendo in superficie, & domino soli in solo.*
46 *Spoliatori datur manutentio, antequam constet de violentia.*
47 *Colonus qui nūmis colit, vel habet aliqd ius in re locata, debet manuteneri.*
48 *Colonus qui solum detinet & non possidet, non debet manuteneri.*
49 *Colonus quando interuertit possessionem domini, debet manuteneri.*
50 *Conductor, vel inquilinus ad tempus debet manuteneri.*
51 *Sequestrata possessione ex causa necessaria datur sequestrum passo manutentio. & quando est timor scandali ibi nu. 101.*
52 *Sequestrum factum voluntate partium priuat possessorem possessione, ideo ei non datur manutentio.*
53 *Sequester quando possideat, & debeat manuteneri.*
54 *Iustitiæ minister si auocat ad se possessionem, non possidet pro suo, & non debet manuteneri.*
Interdictum, ne vis fiat, datur illi qui possidet causa custodię. ibid.
55 *Manutentio datur ei qui est in possessione iuris pascendi.*
Pascendi ius habens & possidens manuteneri debet.

56 Possidens

Source : BIU Cujas

56 *Possidens ex secundo decreto debet manuteneri.*
57 *Creditores missi in possessionem ex primo decreto possident causa custodiæ, & ideo non sunt manutenendi, sed iuuat illos interdictum ne vis fiat.*
58 *Possidens ex primo decreto propter magnam contumaciam debitoris debet manuteneri.*
59 *Legatarius vel fideicommissarius missus in possessione debet manuteneri.*
60 *Possidens ex primo decreto post annum debet manuteneri.*
61 *Possidens ex interdicto Saluiano debet manuteneri, secus si actum est hypothecaria.*
62 *Possessio acquisita vigore mandati conditionalis est considerabilis & manutenenda.*
63 *Cessionarius rerum incorporalium debet manuteneri.*
64 *Cessionarius rerum corporalium cum traditione vel constituto debet manuteneri.*
65 *Cedens simpliciter rem corporalem debet manuteneri, donec cessionarius capiat possessionem, vt in beneficialibus.*
66 *Cedens simpliciter beneficium in manibus Papæ; quia tunc non habet animum possidendi, non debet manuteneri.*
67 *Cessionarius potest agere nomine cedentis contra tertium turbantem cedentem, quia sua interest illum non turbari.*
68 *Cedi potest alteri ius retinendi possessionem.*
Cedi potest interdictum vti possidetis. ibid.
69 *Possessio non transfertur in in corporalibus sine constituto in instrumento cessionibus vel simili.*
70 *Cessionarius non apprehensa possessione rei cessæ non potest manuteneri.*
71 *Subrogatus gratiosè non debet manuteneri ante captam possessionem vigore subrogationis.*
72 *Possessio beneficij capta in Ecclesia operatur, & debeat super oĩbus bonis Ecclesiæ manuteneri.*
73 *Possessio capta in re persona vnius domus principalis non censetur aliorum corporum separatorum capta.*
74 *Manutentio competit possessori ædium aduersus eum qui tigna immittit.*
75 *Interdictum vti possidetis datur contra successorem illius, qui clam possidebat, etiam quòd ille successor fuisset in bona fide.*
76 *Interdictum vti possidetis contra tutores, curatores, syndicum, procuratorẽ, & similes turbantes nomine alieno, & ipsos mandantes datur.*
77 *Interdictum præfatum datur ei qui cœpit rem vendicare.*
78 *Usufructuario datur hoc interdictũ, etiam quod dominus habeat possessionem vel vsum.*
79 *Seruitutis quasi possessione probata datur manutentio.*
80 *Manutentio datur ei qui est in possessione macinandi ad certũ molendinum.*
81 *Manuteneri debet quem iudex reperit possessorem, quando nullus vult se declarare actorem.*
82 *Possessio vltima acquisita clam vel precario non debet manuteneri.*
83 *Possidenti datur interdictum, quando ego aufugi de domo, vel reliqui rogati me non per vim vel rogatiouem.*
84 *Possessio primo acquisita debet manuteneri.*
85 *Detentori datur manutentio, quia status ante litem motam, vel contestatã debet attendi.*
86 *Possessio capta de titulo beneficij est manutenenda, etiam non constructa Ecclesia integraliter. volente eo qui construere facit Ecclesiam ibi nu. 88.*
87 *Prædo tuendus est in sua possessione, cum de facto molestari non possit.*
88 *Clausula, ex nunc prout ex tunc, in actu conditionali solum operatur conditione impleta.*
Possidenti ex falsa causa vel elidibili non suffragatur edictum ne vis fiat. ibid.
Possidens Ecclesiam vel titulum beneficij de consensu dotantis Ecclesiam debet manuteneri. ibid.
89 *Interdictum vti possidetis datur contra vicinum habentem tectoria in pariete mea & in parte sua.*
Tectorium est quædam incrustatio in pariete, quæ fit calce & gypso. ibid.
Arenatum fit ex calce & arena. ibid.
Marmoratum fit ex marmore triplici varietate communi & calce. ibid.
Murus in summitate aliquando vocatur tectorium. ibid.
90 *Cœnaculum habenti datur interdictum.*
Cœnaculum est membrum domus superius, & quibus mẽbris constat. ibid.
91 *Successor in beneficio si agit super aliqua re beneficij, super qua turbatur, datur Ecclesiæ interdictum vti possidetis.*
92 *Possessio conditionalis quamuis non sit vera possessio, tamẽ manuteneri debet, ne vis fiat illi qui est in possessione.*
93 *Possessio antiquior manuteneri debet; quia iustior præsumitur, & posterior clandestina.*
94 *Possessio prima, in qua non ejicitur colonus defuncti, non est manutenenda.*
Possessio hæredis cum recognitione colonorum est manutenenda.
95 *Possidens Ecclesiam debet manuteneri, non possidens bona Ecclesiæ.*
96 *Possessio cum fructuum perceptione est manutenenda in conflictu alterius possessionis.*
97 *Possessio antiquior sine titulo manuteneri debet contra aliam iuniorẽ possessionem cum titulo.*
98 *Possessio in cõflictu possessionũ habens antiquorẽ titulũ debet manuteneri.*
99 *Possessio probata paribus testibus, illa præfertur quæ habet titulum.*
100 *Possidens de tempore litis contestatæ debet manuteneri.*
101 *Iudex parti non possidenti præcipere debet, ne vadat ad possessionem, quã alter possidet.*
102 *Præferri quis debeat in manutentione in conflictu testium, vel aliàs.*
Possidere prætendentes de præsenti quis proferri debeat. ibid.
103 *Possidenti iuste manutentio dari debet, alteri verò prohibitio, ne accedat, fieri debet.*
104 *Possidẽs iniustè quò ad vnum non quò ad turbantem, debet manuteneri cõtra turbantem.*
105 *Possidens iniustè quò ad turbantem non debet manuteneri.*
106 *Hæredis possessio secundo loco capta, continuata tamen, est manutenenda.*
107 *Hæredis possessio in bonis feudalibus, cui assistit statutum, est manutenẽda.*
108 *Possessor clandestinus qui possedit per annum domino sciente & patiente, debet manuteneri.*
109 *Possessione missus ratione hypothecæ debet manuteneri; quia potest rẽ hypothecatam retinere.*
110 *Creditor missus in possessionem ex conuentione facta cum debitore, debet manuteneri.*
111 *Missus in possessionem vnius fundi ignorãter, vbi debuisset in possessionem alterius poni, manuteneri debet.*

¶Quando detur interdictum vti possidetis, siue mandatum de manutenendo. CAP. II.

1 HOC † interdictum vti possidetis, vel retinẽdæ, in Curia Romana vocatur mandatum de manutenendo possessorem in possessione rei, in qua existit, & datur ei qui probat possedisse tempore litis cõtestatæ. Bart. in l. ait prætor. §. quod ait. num. 2. & 14. ff. vti posside. §. hodie. institu. de interdict. Alij nominant hoc interdictum summarijssimum possessorium, Neuizan. cons. 81. num. 7. in Gallis recredẽtia, vel casus nouitatis vocatur, Tiraquell. in tractat. le mort saisit le viff. parte 6. declarat. 9. in fine ibi vindicie, idest (vt vulgò vocamus) recredentia, solet ei adiudicari secundùm notata in l. vlti. C. de edicto diui Adr. toll. & Menoch. de retinenda, remedio vlti. num. 4. & seq. sed in tertio remedio num. 10. & sequent. dicit ℘ recredentia dicitur cum possessio conceditur a iudice parti custodiæ causa, & allegat Rebuff. super constit. Regii s Tomo tertio in tract. de materia possessoria, arti. j. gl. j. num. 10. qui dicit, ℘ possessorium retinendæ, habet duo capita, in primo tra ditur custodia rei contentiosæ, quæ si decernatur a iudice alteri partium, recredentia vocatur, & possidetur manu regia auctoritate prætoris, quasi dicat, ℘ manus regia, & recredẽtia detur cã non cognita, & in secundo capite examinantur testes & produ cuntur instrumenta & alia iura, & datur manutentio causa cognita, & ideo dicit in secundo capite recipiũtur testes, & iudex his visis manutenet vnam partem, vt d. glo. j. nu. 12. & 13. & huic secundo capiti conuenit interdictum vti possidetis. In Hispanijs vocatur hoc iudicium interim, Didacus in tractatu practicarum quæstionum capitu. 17. Ioann. Bolognettus vocat hoc iudicium conseruandæ possessionis in l. naturaliter. §. nihil cõmune. num. 442. ff. de acquirenda possessio.

2 Retentio † est legitima detentio corporea & mentalis, vera, vel ficta gratia possidendi rem, Didacus in possessor. in 2. parte relectionis in initio num. 2. car. 150. de regu. iur. lib. 6. Menoch. in præludijs de retinenda, num. 3. dicit, ℘ retinere possessionem nihil aliud est, quàm assecutam possessionem, & apud me existentem tueri, & conseruare pro qua retentione datur interdictum vti possidetis, & vtrubi, & propterea libuit in primis videre quibus, & quando detur hoc interdictum vti possidetis.

3 Et † datur hoc interdictum possidenti non vi, clam, vel precario, & est prohibitorium, ne vis fiat possessori; quia prætor vim fieri vetat possidenti l. j. in prin. & §. est hoc interdictum. ff. vti posside. & l. j. C. vti posside. Sed verè aut fictè possidẽti datur ex interpretatione iuris vel consuetudinis Gudo Papæ dec. 592. Rebuff. super constitut. Regiis, Tomo 3. in tract. de materia possessoria, articulo 2. glo. 3. num. 9. & sufficit, ℘ quis possideat ciuiliter, vel naturaliter. Barto. in d. l. j. in prin. & §. interdictum. ff. vti posside. Alexand. cons. 80. libro 2. Menoch. de retinenda reme. 3. q. j. num. 18. Vnde si quis conuenitur ab eo, qui non possidet, absoluitur; quia hoc iudicium datur solum possessori. §. hodie. institut. de interdict. Barto. in l. j. C. vti possid. Ruin. consilio 28. numero sexto, libro quarto.

4 Et † ratio huius interdicti fuit, vt separata sit possessio a proprietate; quia quis potest esse possessor, non dominus. Et è cõtra, & quando agitur super proprietate ferè semper super possessione contentio est. l. j. §. huius interdicti. ff. vti possid. & §. retinendæ institu de interdi. & facit l. exitus. ff. de acquir. possess.

5 Et † quia non datur possidenti per vim, videamus quãdo vis fiat: & vis fit possidenti, quando quis non sinit possidentem vti arbitrio suo, siue in serendo, siue in fodiendo, siue in arando, siue in ædificando, vel quando non permittit possessionem liberam possidenti. l. vim facit. ff. de vi & vi armata, & l. 8. §. sed & interdictum. ff. si seruitut. vendicet. & l. 3. § hoc interdictum. ff. vti posside. ibi, quando quis in suo ædificare prohibetur, cũ prohibeat eum vti sua possessione, & idem in inquilino, dicta l. 3. §. cum inquilinis, & in eo qui non permittit vitem quam in suo habet radicem præcidere, vel transplantare, vim facit d. l. 3. §. item videamus. ff. vti posside.

6 Clã † possidere dicitur, qui furtiuè ingressus est possessionẽ

co

eo ignorante, quem sibi controuersiam facturum suspicabatur,& ne faceret timebat, non enim ratio obtinendæ possessionis,sed origo nãcisc̃edę exquirẽda est, l.clam possidere.ff.de acquir.possess.vnde si ab initio bona fide possedi, postea sciui rem esse tuam,& celare cępi,non dicor clam possidere. l. si de eo.§.seruum tuum.ff.de acquir.possess.nec minus clam possidere dicitur,qui domino sciente possidẽt d.l.clã.ver.nec quẽquã.

7 Precarium † est,quod precibus petenti vtendum cõceditur tamdiu,quamdiu is qui concessit patitur.l.j in prin.& l.2.in fin. ff.de precario,& is q̃ dedit p̃cario, ciuiliter possidet,qui rogauit naturaliter.l.3.§.ex contrario.ff.de acquir.possess.& l.& habet. §.eum qui.ff.de precario. & possidẽti ciuiliter datur interdictũ vt possidetis, glos. & Barto. in l.j. C.vti possid. Menoch.de retinend. remedio 3. num.38. & seq.q.4.

8 Sed † possidenti precario à me, antequam interuertat possessionem illius, qui precarium concessit, non potest dominum impedire,quin in sua ciuili possessione manuteneatur;quia dominus dum petit manuteneri reuocat præcarium,quod nõ durat,nisi tanto tempore quanto rogatus vult,cum sit beneficiũ & liberalitas concedentis l.secunda. §.1.& l. interdictum. cum seq. ff.de prec.

9 Et † prætor non tuetur eum, qui precario possidet ante interuersam possessionem l.j.in prin.ff.vti pos.sed si ille,qui rogauit,interuertit possessionem rogati vel rogatus deducit rem in iudicio,suspicãs se posse repelli ĩteruersa possessione, qui rogauit,debet manuteneri;quia prædo tuendus est in sua possessione.c.in literis.de restit.spol.sicut si is qui rogauit spolietur post interuersam possessionem restituitur,Bal.in l.2.nu.29.C.de seruit.& aqua.Rota decis.1.de rest.spol.in antiquis,tanto magis debet manuteneri,ne spolietur,donec videatur causa interuersionis,ad euitandum scandala quæ possent oriri.

10 Et†datur hoc interdictum ei,qui rogauit contra tertios, nõ autem contra dominum. l.qui precario.ff.de precario,& quoniam ille qui rogat perdit possessionem seruitutis, vt declarat Menoch.de retinenda,remedio quinto,nu.81.

11 Et ideo regula est,q̃ non possidenti vi, clam, & precario datur hoc interdictum l.j.in prin.& §.perpetuo.ff.vti possid.instit. de interdict.§.sed interdicto.

12 Intelligę†& declara,vt nõ detur interdictum possidenti vi, clam, vel precario contra dominum,sed contra tertium datur interdictum;vt d.l.1.§.fin.ff.vti possid.& l.fin.C.de acq.poss.ibi aduersus extraneos vitiosa possessio prodest, & l.qui præcario. ff.de precario. & §.sed interdicto. instit. de interdict. Menoch. de retinenda.remedio.3.nu.19.vbi ponit aliàs declarationes.

13 Datur†hoc interdictum possidenti contra molestantem,qui non possidet, Decius in c.licèt causam.nu.200. de probat. post Abbatem,& Bar.per eum allegatos.

14 Datur † enim hoc interdictum,quando duo prætẽdunt possidere,ne deueniatur ad arma.§.retinendæ.institut.de interdict. vbi gl & Theophilus d.tit.§.quum dictum.

15 Et † competit.pro possessione.l.j.§.& §.1. pen. ff.vti possid.& §.sed interdicto.institit.de interd.& pro possessione cuiuluis rei corporalis immobilis,si in ea turbari contingat,Bar.in d.l.1.nu. 2.& Bal.& Saly c.in l.j.C. eodem, Menoch. de retinenda remedio.3.q.12.nu. 0.Et pro re mobili existenti in domo,vel in fundo,ex quo cohætet rei immobili,datur interdictum vti possidetis;quia propter cohærentiam rei immobilis videntur fructus existentes in fundo,& mobilia existentia in domo esse partem fundi & domus.l.si aliena ff.de vsucap.l.j.§.vtique.& §.seq. ff.de vi & vi armat.Rebuff.super constit.Regijs in tracta.de materia possessoria,articulo 5.gl.2.nu 26.& seq.Sed pro istis mobilibus habemus interdictum particulare vtrubi.§.retinendę.instit.de interd.& habemus titulum.ff.vtrubi.vt dicemus suo loco, vide etiam aliqua per Menoch.de retinenda,remedio 3.numero 283.& seq.q.37.

16 Et†datur hoc interdictum siue pro tota re,siue pro indiuiso possidere se dicat l.1.§.hoc ĩterdictũ.ff.vti possidet. & ibi Doct.

17 Competit†etiam,si quis in mari habet ius, hoc interdictum vti possidetis l.sanè si maris.ff.de iniurijs,& redditur ibi ratio in quantum mare spectat ad priuatam non ad publicam causam; quia in publica causa non datur interdictum priuato, vt in dicta l.sanè.vbi etiam glossa & alij.

18 Datur†lite pendente;quia per continuationem possessionis antiquę nihil innouatur:Imola in clem.fin. vt lite pend.Alex. in l.j.in additione ad Bar.C.de litig.& qui continuat non attentat,Paris.consi.vlt.in fine lib.4.& nullus debet prohiberi vti iure suo lite pendente.

19 Datur†ciuiliter possidẽti hoc interdictũ,vtputa dño, qui locauit,vel ҁcessit alteri vsumfructũ,vel donatario,q̃n dominus sibi reseruauit fructus,& in similibus casibus.gl.in l.j.§.fin. ff.vti possid.& ibi Bar.n.2.Menoc.de retinẽda, remedio tertio q.2.n. 22.& seq.& potest esse ratio;qa si tertius spoliat vsufructuariũ, spoliat ẽt dominũ ciuiliter possidẽtẽ.glo.in l.j.C. vti possid. vbi Bar.& Saly.in fin.Menoch.de retinenda,remedio primo n.34. & 35.Ad euitãdũ igit̃,ne dominus spolieẽ sua possessione, culpa vel negligentia vsufructuarij,dandum est mandatum de manutenendo domino ciuiliter possidenti, vt dictum est supra,& datur ciuiliter possidenti contra eum qui emit ab illo qui non possidebat,nec ciuiliter,nec naturaliter,Menoch.de retinenda, remedio 3.numero 302.& turbatus in sua ciuili ab eo qui habet naturalem potest petere ab habente naturalẽ vt desistat eũ molestare in sua ciuili & restituat naturalem. Calcan. cons.76. num.3.Menoch.de retinen.remed.3.nu.23.& sequen. licet naturaliter possidens manuteneri debeat aduersus eum qui ciuiliter possidet.Didacus in tract.pratic.quest.c.17.num.5.Menoch. de retinenda,remedio vlti.num.17.& seq.

20 Datur † etiam eunti ad iudicem,qui non suspicat se posse repelli,sed vt iudex ipsum manuteneat:quia iste dum vadit ad iudicem non perdit possessionem,& ideo iudex debet illum manutenere,Ruin.consilio 58.numero sexto libro 4. Mandell. de Alba cons.78.numero 13.

21 Et † hæredi datur interdictum in locis in quibus extat statutum,q̃ possessio defuncti continuetur in hæredem sine apprehensione,Guido Papæ decis.552.colum.2.versi.circa primum, Rebuff.super constitut.Regijs,Tomo 3.de materia possessoria, arti.2.glos.3.numero 10.Menoch.de retinenda, remedio 3.numero 59.& sequen.

22 Et † similiter datur interdictum,quando defunctus fuit occisus a turbatore, hæredi occisi;quia hæres occisi habetur p̃ possessore.Bald.in cap.licet causam,de probat.numero 34.& Bald. in leg.si adducta,numero quinto.C.de furtis, Menoch. de retinenda,remedio 3.num.61.

23 Et † simile est, quando mota est lis super turbatione , & ante finitum iudicium turbatus moritur; tunc successor defuncti in lite obtinebit mandatum de manutenendo.Ant. Fel. & Decius in cap.quia Gu.de iudicijs,& in cap.2.vt lite pendente, Menoch.dicto 3.remedio.de retinenda, num.62.

24 Datur † etiam mandatum de manutenendo hæredi,si turbatio cępta est hæreditate iacente, vel ante aditam hæreditatem: quia hæreditas possidet.l.denique.§.quæsitũ.ff.quod vi aut clã. Bald.in dicto cap.licet causam.num.34.de iudicijs, Menoch. de retinenda,remedio 3 numero 63.& isto casu forsan erit agendum nomine hæreditario,vt dicitur ĩ Ecclesia turbata vel spoliata;quia rector, vel prælatus agit nomine Ecclesiæ, Rota decis.18.de restitu.spoliat.in antiquis.Rebuff.de pacifi. possess.numero 249.& dixi alibi.

25 Dari † debet etiam Canonico regulari prouiso ab ordinario de beneficio seculari,cuius possessionem accepit hoc interdictum; quia interdictum vti possidetis datur possessori.l.j.ff.dicto titulo,quoniam si Canonicus regularis possidens beneficiũ seculare iusto titulo spolietur tali beneficio, debet restitui, ex quo possidet,& facit fructus suos,Rota decis.9.de restitu.spolia. in antiq Fel.in c.de quarta.columna 11.de præscript. tanto magis debet manuteneri.

26 Datur † etiã vasallo turbato in possessione sui feudi, ex quo naturaliter possidet,glos.in l.j.C.vti possi.& ibi Doctores,Ruin. cons.53.lib.3.num.3.Menoch.d.remedio 3.de retinenda,num. 81.& sequen.quæstio.9.vbi extendit dictam conclusionem ad vasallum vasalli.

27 Et hac † ratione datur emphyteutæ hoc interdictũ ; quia naturaliter possidet, Barto.in dict.l.j.num.8.C.vti possid.Menoch. de retinenda,remedio.3.nume.84. quæst. 9.

28 Rectori † Ecclesiæ turbato in quasi possessione iuris rectoriæ datur hoc interdictum ex eo;quia rector possidet ius rectoriæ & ipsam rectoriã , & possidenti datur regulariter hoc interdictũ. Barto.in l.j §.hoc interdictum,ff.vti possid.Berous in cap.licet causam.num.2.& 66.de probat.Menoch. d.remedio 3.de retinenda.numero 125.quæstio.16.

29 Patrono † Ecclesiæ turbato in quasi possessione præsentandi rectorem cum Ecclesia vacat aduersus turbantem,conceditur mandatum de manutenendo,Rebuff.super constit. Regijs, tomo 3. in titul.de causis possessotijs beneficiorũ, in præfatione numero 7. Menoch. de retinenda , remedio 3. numero 131. & sequenti .

30 Et † illi qui est in possessione percipiendi decimas a certis p̃sonis datur mandatum de manutenendo, vel interdictum vti possidetis,Rebuff.in tracta.de decimis, num.3.& 4. quæstione 9.Menoch.dicto remedio 3.de retinenda,num.134.& seq.

31 Sed dubium est † si ille qui petit manuteneri in possessione exigendi decimas,teneatur docere de titulo,prout cogitur docere ille qui agit spolio super decimis,iuxta glo.in clement.j.de causa possessionis & proprieta.& Rota decis.7.de proba.in nouis,Egid.decis.49.& 50.Guido Papæ decis.85 tenẽt, q̃ teneatur docere de titulo:quia decimæ solum Episcopo,& rectori parrochialium Ecclesiarum de iure communi exactio cõceditur, & laici decimarum sunt incapaces.cap.fin.§. quod autem 16.q. j.& post Concilium Lateranense sunt omnino incapaces. cap. prohibemus,& c.quamuis.iuxta glo.in verbo concesserit, in fi. de decimis,& c.& plantare.de priuilegijs , & c.cum apostolica, circa finem,& ibi per Cardinalem & omnes, de his quæ fiunt à

prælatis

Source : BNU Cujas

prælatis ſine cõſenſu capituli, & ideo Epiſcopus & rector debẽt producere ſuas bullas ad docen. ꝙ tanquam rector, vel Epiſcopus debet manuteneri; quia habent pro eis iuris communis aſſiſtentiam, cum ſint Prælati, & quibus de iure ſolui debent decimæ, & ſic tanto magis alij, qui non habent aſſiſtẽtiam iuris & prętendunt exigere poſſe decimas.

32 Et † ideo ſi laici habent decimarum exactionem ex priuilegio A poſtolico, debent agentes pro decimis priuilegium Apoſtolicum producere pro colore tituli; cum ex dicto priuilegio fiunt capaces decimarum. Doctores in c. cum apoſtolica. de his quæ fiunt a Prælatis. Balbus in tract. præſcrip. in prima parte qn. tæ partis, in ſeptima quæſt. nu. 19. & ſeq. & exhibito priuilegio, & probata quaſi poſſeſſione exigendi decimas, prout requirit in hoc interdicto, debet laicis dari mandatum de manutenendo; quia fiunt capaces ex priuilegio, aliàs nõ, quia decimæ ſunt ſpirituales, Rebuff. in tract. de decimis q. 13. num. 38.

33 Sed † quando laici probant exegiſſe decimas per tempus immemorabile, & allegent cum poſſeſſione immemorabili titulum habitum ab Eccleſia, vel ꝙ poſſederunt decimas per dictũ tempus a vaſallis Eccleſiæ & tunc ſunt capaces decimarum, Io. And. in c. cum apoſtolica. col. fin. de his quæ fiunt a præla. ſine conſenſu capituli, & ibi Abb. col. fi. Dominic. & Franc. in c. 2. §. ſanè. de decimis, lib. 6. Balb. in dicto tract. præſcript. in d prima parte quintæ partis principalis. q. 7. col. 7. & iſto caſu debet manuteneri, aliàs poſſeſſio immemorabilis mille annorum laicis non ſuffragatur, quando laici nolunt recognoſcere decimas in feudum ab Eccleſia, cum præſumantur poſſidere ex vſurpatione, & talis poſſeſſio vſurpata nõ debet manuteneri: quia habet reſiſtentiam iuris communis. Rebuff. in tract. de decimis, q. 13. num. 72. & multis ſeq. vbi declarat, quomodo laici decimis capaces fiant: & quia obſtat notorius defectus tituli, vt latè declarat Didacus ſuper quarto decretalium in epithome ſecundæ partis, c. 7 num. 10 car. 133.

34 Alij † clerici bñficiati ſub iuriſdictione alicuius parochialis Eccleſiæ poſiti debent titulum & poſſeſſionem probare: qa in aliena iuriſdictione debet probari præſcriptio 100. annorũ, vel titulum allegare c. j. de præſcrip. in 6. & decimę de iure communi debentur parochiali Eccleſiæ, c. cum contingat, de decimis, & ſic alij clerici quando probant titulum, vel poſſeſſionem immemorabilem, debent manuteneri; quia beneficiatus non vult excludere in totũ rectorem parochialis Eccleſiæ, ſed vult cum eo concurrere, & in iſto caſu non habet locum. c. j. de præſcript. in 6. Abbas in c. ſi diligenti. de præſcript. & ibi Fel. num. 3. & ſeq. Balbus de pręſcript. parte j. quintæ partis principalis. q. 8. num. 6. & 7. maximè ſi adeſt conſuetudo in loco, ꝙ beneficiatus debeat viuere de fructib. dictæ parochialis Eccleſiæ. c. vt q̃ſq;. de vita & honeſt. cleric. c. conquerente. de cleric. nõ reſid. & ibi Abbas col. j. Caſſad. deciſ. 19. de præben. Alex. conſi. 124. colũ. 2. lib. 4. Aimo de antiq. tempor. part. 4. num. 179. & in iſtis caſibus volens manuteneri, debet probare conſuetudinẽ, pręſcriptionem, vel priuilegium & poſſeſſionem, vel quaſi exigendi decimas, & eis debet dari mandatum de manutenendo ad perceptionem, vel quaſi poſſeſſionem exigendi decimas, cũ habeant poſſeſſionem, & titulum.

35 Sed ſi beneficiatus † eſt in poſſeſſione percipiẽdi decimas in parochia aliena, rector parochialis Eccleſiæ, vt poſſit decimas percipere, non habet intentionem fundatam de iure communi ad effectum præmiſſum. Rota deciſ. 5. de officio vicarij, vbi dicitur, ꝙ rector habet intentionem fundatam, vt ſit vicarius, & poſſit decimas, & iura parochialia petere. Caſſad. deciſ 4. de p̃bend. & facit l. 3. in prin. ff. de fideicom. libert. & non ad effectũ. vt alium clericum poſſidentem priuet poſſeſſione decimandi, qui exigit decimas, ſed poſſidet domum parochialis Eccleſiæ, ex qua ſatis probatur titulus, cum per poſſeſſorem domus incidenter deducatur titulus non principaliter, gloſſa, & Barto. in l. quidam in ſuo. ff. de condit. & demonſtra. Imo. in clem. ſi duobus, not. 2. vt lite penden. Alex. conſ. 10. nu. 3. lib. 4. maximè ſi appareret, ꝙ rector percipit a beneficiato quartam partem decimarum: quia tunc appareret, ꝙ de illis fructibus ambo viuunt, & propterea ſi beneficiatus docet de titulo ſui beneficij, & poſſeſſione exigendi decimas in aliena parochia cum poſſeſſione domus parochialis, debet in ea poſſeſſione manuteneri non obſtante oppoſitione rectoris, præterquàm in illa quarta parte decimarum, quam ſoluit rectori parochialis Eccleſiæ, & ſatis eſt beneficiato pro titulo exactionis decimarum poſſeſſio domus parochialis Eccleſiæ: quia non poſſideret domum parochialis beneficiatus, ſi non haberet titulum exigendi decimas in parochia aliena, & propterea non eſſet manutenendus in quaſi poſſeſſione exigendi decimas in aliena parochia, quod ſecus, quando poſſidet domum parochialis Eccleſiæ, & eſt in poſſeſſione exigendi decimas, vt dictum eſt.

36 Et ſi † quis non eſt in poſſeſſione exigendi decimas de omnibus fructibus, ſed de agnis tantum, nõ debet manuteneri niſi de his, in quibus eſt in poſſeſſione: non aũt in aliis fructibus, in quibus non eſt in poſſeſſione; quia quantum poſſeſſum, tãtum præſcriptum. Rebuff. in tract. de decimis. q. 14. nu. 9. 10. & ſeq.

37 Et † quia in decimis exigendis requiritur titulus, vt dictum eſt ſupra pluries, videamus quot modis titulus pro exactione decimarum acquiratur, & primò per compoſitionem factam inter perſonas Eccleſiaſticas, vel alias, auctoritate ſuperioris decimę acquiruntur. Rebuff. in tract. de decimis. q. 13. nu. 16. & iſte eſt titulus ſufficiens, vt quis poſſit decimas exigere.

38 Secundò † per priuilegium Papæ alicui conceſſum acquirit titulus pro exactione decimarum, Rebuff. in dicto tract. de decimis. q. 13. num. 32.

39 Tertius caſus eſt † vt titulus acquiratur tranſactione facta ſuper decimarum exactione auctoritate ſuperioris, Rebuff. in d. tract. de decimis. q. 13. num. 33.

40 Quartus caſus eſt † vt quis exigat decimas conſuetudine, & illa probata eſt legitimus titulus ad illas exigendum, Rebuff. in d tract. de decimis. q. 13. nu. 40. & num. 67. vbi dicit, quòd conſuetudo habet vim ptiuilegij.

41 Quintus caſus eſt † quando quis ex præſcriptione immemorabili exigit decimas allegando titulum vel feudum ab Eccleſia, Rebuff. vbi ſ̃. q. 13. nu. 55. & ſeq & nu. 69. & ſeq.

42 Sextus caſus eſt † probatio temporis immemorabilis quaſi poſſeſſionis exigendi decimas cum aliqua recognitione facta Eccleſiæ per laicum: quia præſumitur quòd ab Eccleſia laico traditæ ſint decimæ in feudum, vel alio iure, poſtquàm Eccleſiam recognoſcit, Rebuff. vbi ſupra nu. 76. & ſeq.

43 Quando † autem per decem annos præſcribantur decimæ, & præſcriptio det titulum ad obtinendum in remedio retinẽdæ, vide Rebuff. in d. tract. decimarum, q. 13. num. 100. & ibi vide quamplura circa exactionem decimarum quæ poſſunt huic interdicto accommodari, quare ſi caſus eueniat ad eum recurre.

44 Hic † libet declarare textum in l. ſi duo. §. item videamus. ff. vti poſſidetis, in quo dicit, ſi vicinus ex tuo fundo vites in ſuas arbores tranſduxit, poteſt dominus fundi denunciare vicino, vt vites præcidere debeat, poſtea ſequitur in textu ponẽdo aliũ caſum, videlicet vicinum poſſe vti interdicto vti poſſidetis de eo loco quo radices vitium continentur: nam ſi dominus impediuit vicinum, ne vites tranſduceret, vel præcideret, vim facit ei quominus poſſideat, nam qui colere fundum prohibet, poſſidere prohibet, & colere fundum prohibet, qui vitem vicino præcidere, vel tranſducere prohibet, & in hoc caſu vicino datur interdictum tranſducere vel præcidere volenti vitem, & propterea dictus §. item videamus. continet duos caſus, vnum ꝙ dominus poteſt agere contra vicinum, vt vites præcidat, vel tranſducat, & eum ad hoc via iuris cogere poteſt, & hic caſus non pertinet ad interdictum vti poſſidetis. Alterum, quòd vicinus poteſt vitem in alieno fundo plantatam tranſducere, vel præcidere colendi cauſa, & ſi dominus fundi impedit illũ trãſducere, vel præcidere, datur dicto vicino interdictum; quia dominus vult impedire culturam vitium, & ſic poſſidere vitem, & hic videtur ſenſus clarus. d. §. item videamus. ſuper cuius intellectu multum laborat Iacob. Men. de retinenda, remedio 3. nu. 239. & ſeq. quo loci reprehendit Bar. dicentem, quòd dominus fundi poteſt præcidere radices vitium propria auctoritate plantatarum in fundo alieno per l. fin. §. ſi ad ianuam meam tabulas fixeris ff. quòd vi aut clam, & l. quemadmodum §. j. ff. ad leg. Aquil. quo loci ex reſcripto Adriani deciditur, quòd qui facit aliquid in alieno de facto, eodem modo remoueri debet, ſed ſi de conſenſu domini quis plantauit in alieno, non poteſt dominus præcidere radices, ſed debet denunciare, & via iudiciaria præcidere vites, & ſic Barto. loqui videtur circa primum & ſecundum caſum, & ideo videtur, quòd male reprehendatur à Menochio; eo quia ſi vites plantatæ ſunt de conſenſu domini, non poteſt illas præcidere dominus propria auctoritate, ſed debet denunciare vicino, & agere via iudiciaria, interim eſt locus interdicto, ſi vicinus vult vites præcidere, vel tranſducere.

45 Poſtea † in d. l. ſi duo. ſequit̃ alius §. item videamus. ff. vti poſſid. in quo dicit̃, ſi proiectũ ſupra vicini ſolũ nõ iure haberi dicatur, interdictũ vti poſſidetis nõ cõpetit dño fundi, nec habẽti proiectũ in ſuperficie ſuper fundo, quia dñs ſoli ſolũ poſſidet, & dominus ſuperficiei cũ ædibus ſuperficiẽ poſſidet, & nõ erat cõtẽtio quis debeat poſſidere ſolum, & quis proiectũ factũ in ſuperficie, & propterea nõ datur interdictũ vti poſſidetis alicui ipſorũ, ſed videndum eſt in proprietate, an iure proiectũ factũ ſit necne, & in hoc potior eſt dñs ſoli cõtra ſuperficiariũ, vt in §. cæterũ. in d. l. ſi duo, niſi ex pacto in locatione appoſito poſſit ſuperficiarius proiectum retinere in ſuperficie facta ſupra ſolũ alienũ, gl. in dicto §. itẽ videamus. in tertia lectura tenet, ꝙ dño ſoli det interdictum in ſolo quod poſſidet, & ſuperficiario in proiectu quẽ pariter poſſidet, & nõ detur poſſidenti ſolum interdictum ſuper proiectu, nec è ɔ poſſidẽti proiectũ detur interdictũ ſup ſolo, quã gloſſam ſequitur ibi Bar. & propterea videtur male reprehẽdi à Menochio de retinẽda, remedio 3. nu. 242. & ſeq. ideo cum illis tranſeo, quantum ad intelligentiam dicti §. item videamus. reſpectu interdicti retinendæ, ſed reſpectu proprietatis vera eſt opinio Menochij, quia dominus ſoli excipiebat

excipiebat de iure ſuo,& de non iure ſuperficiarij. Sed iſta quæſtio non eſt tractanda in iudicio retinendæ, ſed in proprietate, & ideo Iuriſconſultus illam omittit,& diffinit, neutri ipſorum interdictum competere,vel ſequendo opinionem Cuiacij lib. 5.obſeruationum.c.22.vtrique competiſſe interdictum domino ſoli in ſolo,& domino ſuperficiei in ſuperficie, & hic videtur intellectus gloſſæ.& Barto. ibi.

46 Spoliatori † vel deijcienti datur hoc interdictum, antequàm conſtet de violentia per confeſſionem ſpoliatoris, vel per ſententiam & rem iudicatam,vel notoriè conſtet in actis de ſpolio violento per teſtes:quia multa poteſt ſpoliator allegare, vt aſſertus ſpoliatus non ſit reſtituendus,& interim dū hæc diſcutiuntur,debet manuteneri Paulus de Caſt.conſi.3.lib.2.Menochius verò de retinenda,remedio 3.q.34.nu.252.diſtinguit plures caſus ſed valde controuerſos;ibi vide & propterea ſpoliator prætenſus ſi negat conſtare de ſpolio & violentia; quia ſtatim ℭ conſtitit de violentia non datur ei manutentio.l.j.§ fin.ff.vti poſſide.nam (vt dictum eſt ſupra) hoc interdictum non datur poſſidenti vi,clam,vt precario,& Plotus in l.ſi quando.C.vnde vi.num.99.ad finem dicit dari ſpoliatori,qui de præſenti nō acquiſiuit poſſeſſionē,ſed ex interuallo,qui ſpoliator non eſt ſpoliandus ex interuallo,ſed incontinenti, licet.l. ſi quis ad ſe fundum,vbi Cyn.Barto.Bald.& cæteri.C.ad leg.Iul.de vi publi. vel priuata,Ripa in §.nihil commu.num.46.& 47.ff.de acqui.poſſ.

47 Colonus † qui nummis colit,vel habet aliquod ius, vel obligationem in re locata debet manuteneri etiam cōtra dominū; quia ſi ſpoliaretur a domino, reſtitueretē in poſſeſſione, in qua erat tempore ſpolij.l.colonus.ff.de vi & vi armata, & pariter iuſta cauſa allegata per eum reſtitui debet contra emptorem,vel vēditorem.l.cum fundum.ff.d.titu.& dixi latè in tractatu de reſtitutione ſpoliat.in c.de colono, ſi ergo talis colonus reſtituit, debet etiā manuteneri,donec videatur ius coloni, quod poteſt eſſe impenſa facta in re conducta,vel cultura prædij,vel fructuū recollectio ante ſeparationem a ſolo, pro quibus habet ius retinēdi, vt declarat gl.in l.nō ab re.in verbo allegatio.C.vnde vi.

48 Colonus † qui ſolum detinet & non poſſidet, nec nummis colit,nec habet iuſtam cauſam retinendi,non debet manutene ri.l.3.§.ſi ſeruus. ff.de acquir.poſſ.&;l.fi.ff.de vi & vi armat. Bertrand.conſ.210.lib.2.in prima impreſſione, & dixi in d.c.de colono,de reſtitu.ſpoliat.quia hoc interdictum datur tātum poſſidenti.l.j.& §. eſt hoc interdictum.ff.vti poſſide. Menoch.latè de retinenda,remedio.3.num.46. & ſeq.

49 Si † verò colonus interuertit poſſeſſionem domini illū ſpoliando,debet manuteneri:quia prædo tuendus eſt in poſſeſſione ſua.c.in litteris.de reſtitu.ſpolia.& quia colonus conduxit rē propriam,quæ conductio non valuit,glo. in verbo cedere, in d.l.non ab re.C.vnde vi.tunc pariter debet manuteneri; qa poſſidet pro ſuo, non vti colonus.

50 Et † conductor,vel inquilinus ad tempus debet manuteneri,ſi dominus promiſit illum non expellere durante tēpore locationis,vel quia hypothecauit rem locatam,vel dominus cōſtituit ſe poſſidere nomine coloni;& tunc quia habet poſſeſſionem & ius a domino,debet manuteneri,Soc.conſ.17.num.17. libro 3.Gozad.conſ.99.num.4.Tiraq.qui loquitur in conducto re perpetuo,in tractatu conſtituti,parte 3.limit.14.nume.12.& quia iſti naturaliter poſſident,& propterea ſunt manutenēdi.l. j.ff.vti poſſide.quia prætor vetat vim fieri poſſidenti,& ℭ redda tur inquilino interdictum,tenet Menoch. vbi s̄. nu.234.& ſeq; ſed non contra dominum,vt num.237.& ſeq.

51 Sequeſtrata † poſſeſſione alicuius ex cauſa neceſſaria:quia ſequeſtrum non priuat aliquem poſſeſſione ſua,vt per Cyn.Bart. Bald.& Curt.Senio.in l.j.num.64.C.de prohib.ſeq.bonorū, manuteneri debet qui ſequeſtrum paſſus eſt, Menoch.de retinenda,remedio 3.nu.86.& ſeq.quam concluſionem declarat Gomeſ.in reg.de annali poſſeſ.q.46.in fin.Papaz.in annot.ad deci. 2.de reſcript.num.50.Rebuff.ſuper concordatis in tit. de annatis,verſ.3.in beneficialibus.

52 Si verò ſequeſtrum fit voluntate partium ſuper aliqua re,priuat poſſeſſorem poſſeſſione ſua,aliàs non.Cardi.in clem.j. q.18. de ſequeſt.poſſeſ.& fruct.num.22.per l.intereſſe puto.ff.de acq. poſſ.Caſſan.conſi.47. num.4.Gomeſ.in d.q.46.in regu.de annali.in fin.Menoch.de retinenda,remed.3.num.91.& hoc caſu nō ſufficeret conſenſus vnius partis tantùm ad obtinendum mandatum de manutenendo,ſed requireretur conſenſus vtriuſque, per reg.l.nihil tam naturale.ff.de regu.iur.

53 Sed † ſi ſequeſtrum fit:quia duo contendunt poſſidere eandem rem,& iudex,ne partes deueniant ad arma,apponit ſequeſtrum ſuper illa re; tunc ſequeſter poſſidet non partes, & ſi aliqua partium peteret manutentionem, non obtineret mandatum de manutenendo:quia non poſſidet, & ſi fiat turbatio in poſſeſſione ſequeſtrata,ſequeſter debet manuteneri.Aretin.in l.intereſſe puto.ff.de acquirenda poſſeſſio.Menoch.de retinenda,remed.3.num.93.& remed.vlti.num. 45. non autem partes niſi poſt finitam controuerſiam.

54 Verùm † ſi iudex auocat ad ſe poſſeſſionem partium contra-uertentium rei ſibi ſubiectæ ratione iuſtitiæ; tunc ille iuſtitiæ miniſter,ſi rurbetur,non habet interdictum vti poſſidetis:quia pro ſuo non poſſidet.Io.Faber in §.retinendæ.nu.8.ver. quid ſi iuſtitiarius.inſtit.de interd.Henric Boic.in c.examinata. de iudicijs quo loco dicit,quòd manus regia poſita rei contentioſę, non priuat aliquem poſſeſſione ſua. Menoch.de retinenda, remedio 3.num. 95.& ſeq.Sed hoc caſu datur interdictum ne vis fiat,quod datur illi,qui poſſidet cauſa cuſtodiæ,Ioan.Frab.in dicto §.retinēdæ.nu.4.ver.quo ergo remedio,inſtit. de interdict.

55 Datur † etiam ei qui eſt in poſſeſſione iuris paſcendi. Socin. conſil.91.numero 20.lib.3. Menoch. de retinenda,remedio 3. nu.137.& ſeq.

56 Et † miſſo in poſſeſſionē ex ſecūdo decreto à prętore, q vult facere miſſum in poſſeſſione poſſeſſorem,vt in l.3.§.vlt.ff.de acquir.poſſ.vbi Iaſ.nu.10.debet dari mandatum de manutenendo,Menoch.de retinēda,remedio 3.nu.163.& ſeq. & ſimiliter quando primum decretum habet vim ſecundi. Menoch. vbi ſupra num.202.

57 Creditores † miſſi in poſſeſſionem ex primo decreto regulariter non poſſident ſibi,ſed cuſtodiæ cauſa,vt l.3. §. creditores. ff.vt poſſid.& propterea eis non datur interdictum vti poſſidetis,quod datur poſſeſſori tantùm,vt l.j.ff.vti poſſid.datur interdictum,ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus eſt à prætore, quod continet tuitionem poſſeſſoris;vt venientes in poſſeſſione coerceat.l.j.in princ.& §.j.ff.ne vis fiat, nec datur interdictū creditori miſſo in poſſeſſionem ex primo decreto in vim ſententiæ diffinitiuæ,Menoch. numero 225. & ſeq. in 3. remedio, de retinenda.

58 Sed † miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto ob magnam contumaciam debitoris,qui vocatus ad iudicium dixit ſe nolle venire,& iudex in ſuo decreto expreſſit iſtam magnam cōtumaciā debitoris, & ℭ propterea faciebat creditorem poſſeſſorem bonorum debitoris,;vt declarat Decius in c. conſultationibus.nu.12.de off.delegat.& Ludouic.Bolog.in l.ſi finita.§.Iulianus.nu.190.ff.de damno infec.& Menoch.de retinēda,remedio 3. num.185.vſque ad nu.194. vbi differit, an hoc fieri poſſit à iudice,& concludit ℭ poteſt fieri ex magna contumacia debitoris,ℭ creditor fiat poſſeſſor bonorū debitoris ex primo iudicis decreto,pro quo facit, ℭ miſſus in poſſeſſionem à iudice iuſte poſſidet.l.& generaliter.in fine.ff.de noxalibus, & hoc qa iudex cauſa cognita poſſidere iubet.l.4.§.condemnatum. ff. de re iudic.& facit, ℭ qui comparauit auctore iudice bonæfidei poſſeſſor eſt.l.qui auctore. ff. de reg. iur. & Decius & Doctores in l.nō videtur.§.qui iuſſu.ff. de reg. iur. & qui iuſſu iudicis aliquid facit,non videtur dolo facere, quia parere neceſſe habet, dicta.l.non videntur.§.qui iuſſu.ff.de reg.iur.& facit regula, ℭ quis.de Reg.iur.in 6.vnde cum iuſte poſſideat, qui auctoritate iudicis poſſidet.l.iuſte poſſidet.ff.de acqu. poſ.meritò illi debet concedi interdictum vti poſſidetis,quod conceditur poſſeſſori,vt.l.j.ff.vti poſſid.

59 Legatarius † vel fideicōmiſſarius miſſus in poſſeſſionem in caſu.l.poſtquàm.§. Imperator.ff.vt legatorum nomine caueatur,manuteneri debet,concludit Menoch.de retinēda,remed. 3.num.205.& ſeq.

60 Et ſimiliter † miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto poſt annum cum faciat fructus ſuos debet manuteneri : quia poſſidet,& hoc primum decretum habet vim ſecundi,Menoch.vbi s̄.nu.206. & ſeq. infra annum tamē dubito cum eodē Menoc. ibi nu.208.vſque ad nu.216.& nu.217.limitat, quando miſſio in poſſeſſionem eſt facta poſt litem conteſtatam,vel eſſet quaſi lis conteſtata,vt nu.218.

61 Controuerſa † eſt opinio, an miſſus in poſſeſſionem ex eo; quia actor agit hypothecaria, & ex primo decreto fuit miſſus in poſſeſſionē,dubitatur,an taliter miſſus poſſideat, aliqui tenēt poſſidere,aliqui contra,;ideo cauſa eget magna diſcuſſione,vt fatetur Menoch.in dicto tertio remedio de retinēda, nu. 221.& ſeq.ad fugiēdum iſtam controuerſiam conſulo credito rem qui habet hypothecam,ne agat hypothecaria,ſed agat interdicto Saluiano,vt dixi alibi:quia miſſus in poſſeſſione ex interdicto Saluiano poſſidet,& facit fructus ſuos,& ob id debet manuteneri ex d.l.l.1.ff.vti poſſid. quia tale interdictum datur poſſeſſori.

62 Prætereа † poſſeſſio quæſita vigore mandati conditionalis eſt conſiderabilis ad effectum manutentionis,quia manutētio vī eſſe leuis prejudicij,nam effectus ſequi debet poſt impletam conditionem,Barto.in l.quibus diebus §.Termilius.col.3.ff.de condit.& demonſt.Fabius deciſ.53.

63 Ceſsionarius † poſſeſsionis rei incorporalis acquirit rei incorporalis poſſeſsionem ſine traditione, quia ceſsio in his incorporalibus loco traditionis habetur. Natta conſi.398.nume. 38.& talis ceſsionarius debet manuteneri,Iacob.Menoch.de retinenda,remedio 3.nu.259.& ſeq.

64 Et † ceſsionarius rerum corporalium cum ſubſequenti traditione : vel cum conſtituto ſi turbetur in ſua poſſeſsione poteſt vti hoc interdicto.Natta conſi.398. nu.38. vltra medium;

quem

Source : BIU Cujas

quem refert Menoch. de retinen. remedio 3. nu. 263. & seq.

65 Sed † si solum rei corporalis facta est cessio in fauorem alicuius, & traditio possessionis facta non sit cessionario, cedens manuteneri debet, donec tradat cessionario posseſsionem; cum cedens tantum possideat, & ex cessione simplici facti possessio non transfertur. Natta consil. 398. nu. 24. & 25. & consi. 399. nu. 3. prout in simili dicimus in cedente beneficium ad fauorem vnius in manibus Papæ; quia cedens possidet, quousque cessionarius capit possessionem, & si cedens spolietur à tertio restituitur, Cassad. decis. 4. de rest. spoliat. Achilles decis. 10. in eodē tit. ita debet manuteneri, si à tertio turbetur cedens in possessione beneficij cessi.

66 Verùm † si cessisset in manibus Papæ, vel ordinarij simpliciter, & nō ad fauorē alicuius personæ; qa cedēdo simpliciter nō habet cedens animum possidendi, nec titulum ad retinendum c. quod in dubijs. de renuntiat. & dixi in tractatu, de restit. spol. in c. de renunciat. quæ procedunt in beneficialibus, quòd talis simpliciter cedens non possidet, & propterea non debet manuteneri, nisi dicas, q̄ resignans beneficium detinet vsque ad aduentum successoris & præsentationem literarum collationis resignatarij faciendam exequutori, qui debet resignatarium in possessionem beneficij ponere; nam forsan tunc contra tertiū debet etiam manuteneri vsque ad aduentum successoris in illo statu in quo existit, cum de iure can. omnis status debet manuteneri, & spoliatus restitui. c. querelam. de elect.

67 Posset † etiam cessionarius agere nomine cedentis cōtra tertium turbantem cedētē in possessione beneficij vel rei, ne turbaret eum in possessione; quia sua interest illum non turbari in possessione, quam sibi debet consignare. Io. Faber in §. retinendæ. nu. 8. insti. de interd. Guido Papæ decis. 551. col. 2. in fine, Menoch. de retinenda, remedio 3. nu. 265. & refert Bald. ita tenere in l. 2. col. 30. ff. de iureiuran. dum dicit, q̄ interdictum vti possidetis conceditur cedenti non cessionario, & idem dici potest de rebus profanis; quia ante captam possessionem cedens possidet, non cessionarius.

68 Ius retinendi possessionem alteri cedi potest, Aymo consi. 191. nu. 2. ver. similiter ius recuperandi, & retinendi. Tiraq. de retract. parte. 1. §. 26. gl. 3. nu. 17. dicit, q̄ facultas continuandi & retinendi cedi potest, & interdictum vti possidetis etiam cedi potest. Natta consil. 398. nu. 7.

69 Sed † q̄ per cessionem transferatur possessio sine constituto ī rebus corporalibus nullus dicit, vt bene perpēdit, & animaduertit Natta consi. 398. nu. 25. quem refert Menoch. de retinēda, remedio 3. nu. 267. & seq. vbi explicat, qui Doctores loquātur in iuribus in corporalibus, qui in rebus corporalibus, & in alijs casibus ibi vide, quia bene loquitur, & tunc non datur interdictum: quia cessionarius non probauit facti possessionem, Gratus consi. 50. nu. 10. lib. 1.

70 Et si † aliquis cedit omne ius suum, quod habet super tali re vel beneficio, & facultatem intrandi & apprehendendi possessionem propria auctoritate, non propterea cessionarius potest manuteneri non apprehensa possessione; nam appellatione iuris non venit possessio facti, Natta dicto consi. 398. n. 10. & nō solum non venit possessio in cessione iuris, sed nec actio spolij, vt dixi ī tractatu de restitutione spoliat. in c. de subrogato, ideo sine constituto non est translata possessio in cessionarium, Natta dicto consi. 398. nu. 53. Menoch. de retinēda, dicto remedio 3. nu. 273. & Rota decis. 5. vt lite pend. in nouis, dicit q̄ gratiosè subrogatus possit capere possessionem beneficij non obstante quocunque impedimento & lite, & ante captam possessionē nihil operatur gratiosa subrogatio.

71 Et † ideo gratiosè subrogatus per Papam in beneficio etiam quò ad possessionem, in qua defunctus existebat tempore obitus, non debet manuteneri ante captam possessionem, quia (vt dixi) gratiosa subrogatio operatur, q̄ quis possit capere possessionem beneficij litigiosi non obstante quocunq; impedimēto, Gomes. in reg. de triennali q. 70. & hoc modo est intelligendum consil. Nattæ. 398. nu. 37. dum respondet dictæ decisioni 5. vt lite pend. in no. & non q̄ quis per subrogationem gratiosam sine actu facti acquirat possessionem & debeat manuteneri, vide in tractatu de restit. spo. c. de subrogato.

72 Præterea † in beneficialibus capta possessione vacua ¦Ecclesię omnium bonorum Ecclesiæ capta censetur: quia Ecclesia possidet eius bona, tanquàm accessoria Ecclesiæ, Rota decis. 18. de restit. spoliat. in ant. Didacus in tractatu variarum resolut. lib. 3. c. 16. nu. 8. & dictus rector, qui cępit possessionem Ecclesiæ, debet manuteneri circa omnia bona Ecclesiæ tanquàm accessoria, etiam q̄ de illis possessionem non cęperit contra eum qui postea cępit possessionem Ecclesiæ & bonorum, & ita seruari vidi, & propterea non videtur vera opinio Mandos. super reg. 16. cancel. q. 23.

73 Secus † verò in profanis: nā si hæres cępit possessionē vnius domus hæreditariæ, & nō aliorū corporū hæreditariorum, in illis rebus in quibus cępit possessionē debet hęres manuteneri, nō aūt ī illis pro quibus non cępit possessionē potest manuteneri.

glos. in l. 3. in princ. ff. de acquir. possess. vbi Barto. num. 4. Alexā. num. 15. Aymo cons. 258. Menoch. dict. remedio 3. num. 281.

74 Competit † etiam hoc interdictum possessori ædium aduersus eum qui tigna immittit in muro meo, ne turbetur possidēs murū a non possidente l. si duo. §. si vicinus. ff. vti possid. & Bart. in l. j. §. hoc autem interdictum. ff. eod titu. Ang. Are. in §. retinēdæ. nu. 3. insti. de interdict. Menoch. d. remedio 3. nu. 290. & seq.

75 Datur † etiam hoc interdictum contra successorem illius, q̄ clam possidebat, etiam q̄ ille successor fuisset in bona fide; qa nemo plus iuris in alium transfert, quàm ipse habeat, Io. Fab. in §. retinendæ. num. 13. vers. item quæritur, insti. de interdict. Bart. in d. l. si duo. n. 3. ff. vti possi. Menoch. d. remedio. 3. nu. 303. & seq.

76 Prout † datur interdictum contra tutorem, curatorem syndicum, procuratorem, & similes turbantes nomine alieno, & datur ꝯ ipsos mandantes, Menoch. d. remedio. 3. nu. 306. & seq.

77 Et † datur ei, qui cępit rem vendicare l. naturaliter. §. nihil cō mune. ff. de acquir. pos. vbi glos. Barto. & omnes.

78 Datur † vsufructuario, etiam quòd dominus habeat possessionem vel vsum. l. 4. ff. vti posside. vbi glo. & Bart. Menoch. de retinenda, remedio. 3. num. 70.

79 Et † ei similiter datur, qui est in quasi possessione seruitutis probata quasi possessione, Menoch. de retinenda, remedio q̄nto, nu. 51. & sequen.

80 Et † illi dari debet, qui est in quasi possessione iuris macinandi ad certum molendinum prouenientis ex mera facultate accedere volentium ad macinandum, Barto. in l. j. §. huius autem interdicti. vers. quæro vtrū. ff. vti possidetis, Chissanen. decis. 94. incipiente, mandatum de manutenendo.

81 Si † duo prætendunt possidere, & vnus dicit se possidere, & & alter negat illius possessionem, & dicit se possidere, & hoc modo vnus alium turbat, & nullus vult contra alium libellum offerre, & facere se actorem; tunc iudex ad euitandum pericula & scandala vel furorem armorum debet capere ex officio suo informationes & probationes summarias super possessione de præsenti etiam quòd possessio vnius sit mera detentatio, & eū quem reperit possidere mandabit manuteneri in possessione, in qua existit, cum inhibitione alteri facienda, ne molestet dictum possessorem, & ne accedat ad locum, super quo est quæstio, reseruato iure agendi in possessorio plenario, & petitorio vtrique parti. Bald. in l. fin. num. 10. C. de edict. diui Adrian. & ibi Decius num. 7. Zucchar. num. 3. Soc. Iun. cons. 146. nu. 30. libr. j. Achil. Personalis in tract. de adipiscen. in prin. num. 38.

82 Quam † conclusionem limita, nisi vltima possessio sit acquisita vi, clam, vel precario; quia Prætor non tuetur talem possessorem. Zucard. in d. l. fin. num. 112. Achil. Personalis in tract. de adipisc. num. 40. & seq. Plotus in l. si quando. nu. 99. C. vnde vi.

83 Si † aliquis prece possidet domum meam, vel Titius venit ad domum meam cum armis, & ego aufugi, tunc datur interdictū possidenti nō mihi, nisi probem, q̄ Titius rogauit pro illo qui possidet, vel q̄ Titius mihi vim fecit, Io. Faber in §. retinendæ. num. 13. vers. sed quid si reus non possidet, Menoch. de retinenda, remedio. 3. num. 309.

84 Possessio † vacās si primò acquiratur ab vno, postea ab alio, illa prima acquisitio manuteneri debet, Plotus in l. si quando. num. 84. & seq. C. vnde vi, quia secunda possessio est instrumentalis & vitiosa primo possessore non expulso, vt alibi dixi.

85 Detentori † datur interdictū; quia statum quo quis erat ante litem motam, vel tempore litis contesta. prætor tueri debet. Didacus in tract. Praticarum quæst. c. 17. num. 5. ver. sic immo, Neuizan. cons. 80. num. 3. Siluan. cons. 27. num. 3. Menoch. de retinenda, remedio vlti. num. 18.

86 Possessio † capta de titulo beneficij est manutenenda etiam non constructa Ecclesia integraliter, quia ille qui est ī possessione tituli, in consequentiam est in possessione fructuū annexorum. Guido Papæ decis. 355. maximè quando capta est possessio tituli de consensu eius qui dotauit, & cōstruxit Ecclesiam, qui non reclamat, sed alius impetrans. Barto. in l. nemo potest. ff. de leg. j. Alexan. in l. ius publicum. de pactis, latè Felyn. in c. cū dilecti, in prima limitatione ampliat. 4. de rescript. ideo possessio non est vitiosa, cum non possideat vi, clam, vel precario respectu fundatoris. l. j. ff. vti posside. Fabius decis. 53. libro 2.

87 Prædo † etiam tuendus est in sua possesione; cum de facto molestari non possit, antequàm constet, q̄ sit prædo per suam confessionem, quinimmo spoliatus debet restitui, c. in literis. de restitu. spolia. Anto. Gabriell. conclus. prima, in titu. de restit. spol. num. 4. & seq. & Didacus super quarto decretalium in epitome secundæ partis c. 7. num. 10. cart. 133.

88 Sed † si in rescripto constructionis Ecclesiæ daretur facultas rectori, postquàm Ecclesia est constructa; quia post implementum dispositionis effectus sequi debet nō ante; cū dictio postquàm importat conditionem l. quib. dieb. §. Termilius, vbi Bar. col. 3. ff. de condi. & dem. nō obstāte clausula, ex nunc prout ex tunc, respiciēs actū futurū, quæ solū operatur eōditione impleta, clem. j. de cōcess. præben. & ꝓptertea misso in possesione ex falsa cā vel elidibili nō suffragatur edictū, ne vis fiat. l. j. §. ꝓinde.

2. ff.

Source : BIU Cujas

2.ff.ne vis fiat,& hoc cõtradicẽte qui cõſtruxit Eccleſiam & dotauit,& de cuius tantum intereſſe agitur,cum ipſe ſolus priuet poſſeſſione rei datę in dotem Eccleſiæ cõſtruẽdæ, nõ ille q impetrauit Eccleſiã,& vult impedire manutẽtionẽ poſſeſſionis illius.q poſſidet de cõſenſu dotãtis,q cõſenſus facit, ꝙ poſſeſſio nõ ſit vitioſa,& ꝓpea dicta poſſeſſio manutenẽda eſt; quia non poſſidet vi, clã, vel precario,reſpectu dotantis l.j.ff.vti poſſidet.

89 Datur†etiam interdictum vti poſſidetis contra vicinum,qui habet tectoria in parte mea,& in parte ſua, vt ea tollere compellatur.l.2.§.ſi vicinus.ff. vti poſſid. tectorium eſt quædam incruſtatio & tegumentum,quod fit calce & gypſo,quo operiũtur parietes, & fit interdum, vt parietis claudantur foramina, vel vt eum à pluuia defendat, ſeu vt in eo picturæ apponãtur: hinc tectorium opus, & cõtinet arenatũ, quod fit ex calce & arena,& marmoratum quod fit ex marmore tuſo triplici varietate communi & calce,& continet tolliſationem,quod ex gypſo fit ad illiniendum parietem, & murus in ſummitate quãdoque vocatur tectorium,vt declarat Rebuff.in l.in rutis & cæſis 241.ff.de verb.ſig.cart.1068.& Budęus in Pandectis in l. quod ſi ſeruis §.1.ff.de in rem verſo,cart.498. Alciat. lib.7. Pareg c. 11.& aliqua dicit Menoch de retinenda,remedio 3.nu.291.

90 Et†habenti cœnaculum ſupra ædes,quas poſſideo, ad quod aditus aliunde nõ datur niſi per domũ, datur interdictum l. ſi duo. §.ſed ſi ſupra ff. vti poſſid. Cęnaculum eſt ſuperius mẽbrũ domus,quod inquilini Romæ habitare ſolebant,quaſi corpuſculum,ſuis quoq; membris conſtans cubiculo,exhæreda,cellula,& huiuſmodi cubiculi appendicibus,Budeus ſuper Pãdectis in l.ſi verò ff.de ijs qui deiecerũt,cart.434.Menoch. de retinenda,remedio 3.nu.248.

91 Succeſſor † in beneficio ſi agit pro aliqua re beneficij, ſuper qua turbatur,datur Eccleſiæ interdictum vti poſſidetis;quia Eccleſia poſſidet,Rota deciſ.18 de reſtit.ſpolia. in anti. Didacus in tractatu variarum reſolutionum lib.3.cap.16.nu.8. ver. quid iuris,Aegid.cõſil.10.n.19.ver.tertia rõ,Io.Fab.in § retinẽdę.n.9.ff interd. & hoc caſu agẽs ꝓ Eccłia obtinebit Eccłiã manuteneri.

92 Poſſeſſio†conditionalis alteri reſtituenda,non eſt vera poſſeſſio gl.in c.cum olim.de reſtit.ſpol.quam ibi communiter ſequuntur Doctores,Tiraq.de retractu conuentionali. §. 2.gl. 1. nu.9.l.ſed niſi.ff.de iure dotium, vbi gl.& Doctores,tamen manuteneri debet per interdictum,ne vis fiat illi,qui in poſſeſſione eſt,& ad hunc effectum poſſeſſio conditionalis eſt conſiderabilis,de qua dixi in tractatu de acquir.poſſeſ.c.2. ver. nec poſſeſſio tradita ſub conditione.

93 Poſſeſſio†antiquior in tempore eſt manutenẽda c.licèt cauſam.de probat.vbi Felyn.& Dec.Ale.conſi.103.nu.1.lib.7. vbi ꝙ antiquior poſſeſſio iuſtior præſumitur, & recentior & iunior clandeſtina & vitioſa,Alex.conſil.110.nu.1.lib.j.allegat l. clam poſſidere §.fi.ff de acquir.poſſeſ.& in d.conſi.additio.Iaſ.conſi. 6.lib.j.Quinimmo anterior poſſeſſio ſine titulo debet manuteneri.Bertrand.conſi.224.nu.20.lib.3.in prima impreſſione,& poſſeſſio anterior,quæ effectuata probatur cum fructuum perceptione potior eſt,Sarnen.in reg.de annali q. 47. in prin. ver. hinc eſt. Afflict.deciſ.394.nu.2.Alex.conſi.conſi.133.nu. 3.lib. 1.Pariſ.conſi.126.nu.4.lib.4.Rebuff.ſuper concordatis in tit.de annatis,in gloſſa poſſeſſionum,ver.ſextò vincit,cart.418.

94 Sed hoc†non ſemper eſt verum;quia ſi hæres,qui cępit poſſeſſionẽ rerum hęreditariarum poſt captã poſſeſſionẽ à fideicõmiſſario,qui ante cępit poſſeſſionẽ inſtrumẽtalẽ nõ electo colono defuncti, qui noluit fideicõmiſſarium recognoſcere ſed hæredem,qui erat mittendus in poſſeſſionem,ex l.fin.C.de edicto diui Adri.& ibi Decius nu.48.& conſi.424.num.15.Cepolla conſi.3.prout poſtea fuit miſſus,debet manuteneri;quia poſſeſſio fideicommiſſarii tanquãm vitioſa & inſtrumentalis: quia non eiecit colonum,non erat vera poſſeſſio,& nõ poterat manuteneri tãquã vitioſa propter repugnantiam coloni,è contra verò poſſeſſio hæredis data à iudice, & in qua conſentit colonus defuncti,eſt manutenenda, maxime quia fideicommiſſarius hæredi reſtituere tenebatur dictam poſſeſſionem ex interdicto,quorum legatorum,vt l.i.in prin.ff.quorum legat. & l. j. C.quorum leg.vnde etiam ad euitandum circuitus hæredi mãdatum de manutenendo tradi debet per ĩterdictum, ne vis fiat hæredi.l.i.in prin.& per totum ff.ne vis ſiat miſſo in poſſeſ.

95 Duo†qui prætẽdebãt ius in beneficio poſſidebãt hoc modo, vnus reſidebat in Eccleſia & adminiſtrabat cõtinuo ſacramẽta parochis tam in Eccleſia quã extra alter fructus percipiebat,locabat & diſlocabat bona & poſſeſſiones dictæ Eccleſiæ,ſi dubitaretur, quæ poſſeſſio ex ſupradictis eſſet manutenenda, dicas ꝙ poſſeſſio illius qui poſsidebat Eccleſiam,& adminiſtrabat ſacramẽta parochis: quia poſsidens Eccleſiã, poſsidet eius bona tanquàm acceſſoria ad Eccleſiam,Rota deciſ.18. de reſtit. ſpol. in ant.& vide ſ. ver.præterea,& ideo eſt manutenenda,& maxime quando probaretur continuata,Sarnen.in reg.de triennali q.47.col.fin.Reuerendiſſ. Paleottus.deciſ. 21.incipiente.erat lis inter Ludouicum.

96 Et ſi†eſſemus in profanis,illa poſſeſsio potior eſt in cõflictu teſtiũ,quæ probatur cum fructuum perceptione,licèt alius probet cultiuationem terrarum.Ruyn.conſi.53.nu.6.in fin.lib.4.

97 Et † qui habet antiquiorem poſſeſſionem, debet obtinere etiam abſque titulo,licèt alius habeat iuniorem poſſeſſionem cum titulo,dummodo poſſeſſor alleget in actis, quòd aduerſarius poſſidet clam reſpectu poſſeſſionis ipſius, & non dicat in actis ſimpliciter,ꝙ poſſidet clam, cùm ſit neceſſe, ꝙ addat reſpectu poſſeſſionis ipſius Bar.in l.ſi de eo.§.fin.ff. de acq.poſſeſ. Alex.conſi.88.lib.5.col.3.vbi dicit, ꝙ ſi ille titulus fuit acquiſitus poſt antiquiorem poſſeſſionem, nihil valet. Alex.conſilio 189.eodem lib.5.Lanfrancus in rubrica de cauſa poſſeſ. & propriet.col.11.verſi.quarta concluſio.

98 Et ſi †in conflictu poſſeſſionum vnus docet de titulo antiquiori ex antiquitate tituli antiquior poſſeſſio pręſumitur,Barbat.conſilio 25.colum.3.volum.4.Soc.conſil.98. col.pen.lib.4. Decius conſi.302.

99 Et † qñ teſtes ſunt pares,ille præfertur in manutentione, qui probat titulum.c.licèt cauſam.de probat.Lanfrancus in rub.de cauſa poſſeſſio.& propriet.col.11.verſi.quinta concluſio.

100 Et † datur illi manutentio,qui probat poſſidere de tempore litis conteſtatæ.§.hodie.inſtitu.de interd.dummodo non ꝓbetur antiquior poſſeſſio;quia data antiquiori præſumitur habẽs antiquiorem etiam hodie poſſidere. Alb. in l. ſiue poſſidet.C. de probat. Lanfrancus ĩ rub.de cauſa poſſeſſ. & ꝓpriet col.9. ad finem.verſi.prima concluſio,& verſi.ſecunda concluſio.

101 Si † verò iudex quando cępit informationes ex ſe,& conſtat ei,ꝙ vna pars poſſidet,& altera non,debet parti non poſſidenti præcipere, ne vadat ad poſſeſſionem, & ſi timetur de ſcandalo,debet ſequeſtrare poſſeſſionem apud officium, donec cauſa finiatur.Bald.in l.j.C.de prohib.ſequeſt.bon.Lanfran.in rub.de cauſa poſſeſ.& propriet.colum.11.verſi.prima concluſio,Ruyn. conſi.28.num.4.lib.4.Achill.Perſonalis in tract.de adipiſcẽda, nu.38.& ſeq.vbi diſcutit omnes iſtas quæſtiones.

102 Si † probat vtraque pars poſſidere de præſenti; tunc ille eſt præferendus, qui probauit per plures & meliores teſtes poſſeſſionem,vel de antiquiori poſſeſſione,vel de dominio. Ruynus conſil.28.nu.5.lib.4. & ſic de iuſta poſſeſſione contra iniuſtum poſſeſſorem.Menoch.de retinenda,remedio 3.nu.715.

103 Et † ideo iuſte poſſidenti debet dari manutẽtio, alteri debet acceſſum prohiberi,& conſtituere illum actorem in petitorio. Ruyn.conſi.28.nu. 5.verſi.ſecundus caſus,lib.4.poſt Bart.in l.ſi duo.nu.4.verſi.nam.ff.vti poſſ.

104 Et † quãdo iudex reperit aliquem poſſidere,licèt iniuſte quò ad alium,non autem quò ad turbantem, debet contra turbantem eum manutenere.l.2.ff.vti poſsid.Bar.in l.ſi duo. nu.4.verſ. item ſi vnus.ff.vti poſsid.Berous cõſi.47.nu.4.lib.3.Menoch.de retinenda,remedio 3.nu.717.

105 Secus † ſi iniuſtè poſsidet à turbante & aduerſario,videlicet, vi,clam, vel precario,quia non debet manuteneri,etiam ꝙ moleſtetur ex interuallo.l.j.§.fin.& ibi notatur.ff.vti poſsid.Bart.in l.ſi duo.nu.4.verſi.ſed ſi vnus.ff.eodem,Ruyn.conſi.28.num.6. lib.4.& tunc debet iniuſte poſsidenti inhiberi, nõ autem ei, qui non poſsidet:quia iure permittente poteſt eum qui ab eo poſſidet moleſtare.Ruy.d.conſi.28.nu.7.

106 Poſſeſsio † hæredis licèt ſecundo loco capta, quæ fuit continuata,debet manuteneri non obſtante poſſeſſione primo loco capta per fideicommiſſarium & non cõtinuata; quia hæres eſt mittendus in poſſeſſionem bonorum quæ defunctus tempore obitus poſſidebat, non obſtante poſſeſſione vitioſa fideicommiſſarij,velex l.ſi C.de edicto,vbi Decius.nu.48. & conſil.424. nume.15.Cepolla cautela 3.& quia in omnem euentum in concurſu poſſeſſionum & in ipſo iudicio hęredis poſſeſſio tãquam iuſta debet confirmari,& conſequenter manuteneri, poſſeſſio verò fideicommiſſarij tanquàm vitioſa & iniuſta debet reuocari, & conſequenter non manuteneri,laſ.in dicta l.fin.colum.5. verſi.nota tamen, & ibi Decius nu.44.Curt.lun. nu.63. Decius conſi.191.col.4.

107 Poſſeſſio † capta per fœminam de bonis feudalibus vigore teſtamenti, in quo fęmina fuit inſtituta hæres, & vigore ſtatuti debebat in poſſeſſionem immitti,prout immiſſa fuit, & annullauerat ipſo iure ſtatutum poſſeſſionem alterius, qui prius poſſeſſionem cępiſſet dictorum bonorum ex eo; quia illa quæ fuit capta prius contra diſpoſitionem ſtatuti nulla & inualida eſt, & non impediuit hæredem acquirere poſſeſſionem dictorum bonorum, & conſequenter manuteneri debet poſſeſsio dictæ hæredis poſtea captæ in dictis bonis feudalibus,quia valida eſt, & ei aſſiſtit ſtatutum, Decius conſilio 497.numero decimoſeptimo.& ſeq.

108 Poſſeſſor† clandeſtinus,qui poſsedit per annum,& vltra domino ſciente & patiẽte,in profanis manuteneri debet, Rebuff. ſuper concordatis;in tit.de annatis in glo.poſſeſsionem, verſic. ideo vidi aliquando.

109 Miſsus † in poſſeſsionem ratione hypothecæ,licèt nulliter à iudice poteſt retinere rem hypothecatam, & in ea manuteneri debet,donec ſatisfiat Neguſant.de pig.parte 3.membro 2.

nu.

Source : BIU Cujas

num. 20. Menoch. de retinenda, remedio 1. nu. 34.

10 Et † creditor missus in possessione ex conuentione facta cũ debitore manuteneri debet, quia possidet de voluntate debitoris. Negusant. de pigno. part. 3. membro 1. nu. 31. Menoch. de retinenda, remedio 3. nu. 159. & seq.

11 Missus † in possessione vnius fundi ab exequutore ignoranter cum debuisset poni in possessione alterius fundi debet manuteneri, secus si sciuit missum esse in possessione alterius fundi, tunc non datur ei manutentio, sed domino alterius fundi datur interdictum. Alexan. consi. 73. num. 6. lib. 3. Menoch. d. 3. remedio, nu. 315.

SUMMARIUM.

1 *Interdictum vti possidetis non datur non possidenti.*
2 *Nec datur possidenti vi, clam, vel precario.*
3 *Interdictum hoc non datur pro cloacis.*
4 *Interdictum præfatum non datur ei qui clare non probat suam possessionẽ.*
5 *Hæredi, qui non accepit possessionem sui auctoris, non datur manutentio.*
6 *Successori in beneficio ante acceptam realem possessionem non datur manutentio in beneficio.*
7 *Exequutores testamentorum qui non possident pro suo non possint manuteneri.*
8 *Status omnis de æquitate canonica restituitur, & ita manuteneri debet.*
9 *Manutentio non datur ei qui in iudicio se spoliatum dicit, & aliquando possidere.*
10 *Attentata possessio non est manutenenda, sed sequestranda. & nu. 21.*
11 *Sequestratio non semper in profanis facienda est.*
12 *Spoliatori incontinenti non datur interdictum retinendæ.*
13 *Nulliter missus in possessionem non debet manuteneri.*
14 *Possessione missus pro credito partim vero, & partim falso, non datur manutentio.*
15 *Limitat, quando missio in possessionem est solenniter facta.*
16 *Missi in possessionem non vitiatur propter errorem æstimatorum, quando facta est à iudice.*
17 *Manuteneri non debet qui emit rem prohibitam alienari.*
18 *Manutentio non est concedenda alicui in exercenda iurisdictione contra principem.*
19 *Nec datur illi qui prætendit esse in possessione cõcubinæ, vel iuris improbi.*
20 *Possessio vitiosa & dolosa non est manutenenda.*
21 *Possessio attentata non est manutenenda, sed reuocanda.*
22 *Manutentio non datur in spolio attentato de iure.*
23 *Manutentio quando detur super finibus.*

Cap. III. Quando non est dandum mandatum de manutenendo.

1 DIctum est supra quando & quibus detur interdictum vti possidetis, nũc videndum est quibus non detur, † & regulariter non datur nõ possidẽti, quia datur solum possidẽti: nam prætor prohibet vim fieri possidenti l. 1. in prin. & §. est hodie interdictum. ff. vti possid. & l. 1. C. vti possid. à contrario lex non vetat vim fieri non possidẽti; quia is qui non possidet, non turbatur.

2 Nec † minus datur possidẽti vim, clam, vel precario, quia hui iusmodi possessio vitiosa est, & à iure non habetur in consideratione respectu veri possessoris. l 1. in prin. ff. vti possid.

3 De † cloacis non datur hoc interdictum: ut in d. l. 1. in prin. ff. uti pos. ibi, de cloacis hoc interdictum non dabo, & est ratio: qa pro cloacis datur interdictum particulare, ut in tit. de cloacis.

4 Nec † datur, quando possessio clare non probatur, sed est ob scura, ut puta, quia prætẽdẽs fideicõmissũ post obitũ possessoris statim cẽpit possessionẽ, & hæres institutus à possessore in suo ultimo testamẽto, postea & ipse cẽpit possessionẽ in uim testamẽti nõ aboliti, cãcellati, aut uitiati, putãs possessionẽ captã p fideicõmissariũ nullã uigore statuti tollẽtis effectũ iuris possessionis, nõ aũt naturalẽ possessionẽ, quæ per insistentiam retinetur, ut dicimus in possessione beneficii reseruati propter decretũ irritans. Cassad. decis. 1. de restit. spol. qđ decretũ annullat possessionẽ captã circa iuris effectum, sed nõ tollit intrusum & detẽtationem, ita cp alius quando capit possessionẽ eo non expulso illã taliter acquirat, ut debet manuteneri, cũ illa detẽtio primi impediat possessionem secũdi. l. Fulcinius. §. denique. ff. ex qbus caus. in possess. eat, cũ possessio primi offuscet possessionẽ secũdi, & mandatũ de manutenẽdo detur, qñ possessio est clara, sed quando est offuscata non datur, quia actor nõ docet de possessione clara.

6 Hæres † si non accepit possessonem auctoris sui, in qua turbabatur, non habet interdictum uti possidetis, quia hoc interdictum datur possidenti & non alteri, dicta l. 1. ff. uti possid. Ioan. Fab. in §. retinendæ. nu. 9. instit. de interdict. uer. & per præmissa, Siluan. consil. 55. nu. 18. Menoch. de retinenda, remedio 3. nu. 56. sic intelligendo eum, & hoc casu debet petere à iudice immissionem in possessionem bonorum, quæ defunctus possidebat tempore obitus, ex l. fin. C. de edict. uel ex interdicto quorũ bon. & postquàm est immissus à iudice debet petere manutentionem, & illam obtinebit, prout obtinuisset illam defunctus post turbationem, ex quo possidebat.

6 Nec † successor in beneficio ante adeptam realem possessionem beneficij habet interdictum vti possidetis, si agit nomine suo. Io. Fabri in §. retinendæ. nu. 9. insti. de interd. quia in beneficialibus non transfertur possessio in successorem sine apprehensione. Cassad. decis. septima, de caus. poss. & propriet. numero 14. Fabius decis. 63. lib. 2. reprobato Lambertino de iure patron. cart. 187. col. 2. versi. tertiò pro ista parte, propter generalitatem l. cum hæredes. ff. de acq. poss. Menoch. de retinenda, remedio. 3. nu. 57. & seq.

7 Exequutores † testamentorum, qui non possident pro suo, non possunt manuteneri, quamuis testator eis tradiderit possessionem. Io. Fabri in §. retinendæ num. 3. ff. de interd. in fine, vbi Angel. col. 2. prope finem versi. ex quibus infertur. Menoch. de retinenda, remedio 3. nu. 64. & seq. dicit posse dari exequutori manutentionem, quando ageret nomine hæredum, quibus hæreditas & possessio restituenda est, ea ratione: quia dicti exequutores pro illis immitti possunt in possessionem bonorum, ex l. fin. C. de edict. vt idem Menoch. dixit in remedio 4. de adipiscẽda. q. 32. & sic vti tutores & alii administratores rerum aliorum, qui pro aliis possident, & pro aliis manuteneri possunt, vt conseruentur in possessione pro dictis hæredibus.

8 Vel dicas † quòd omnis status de æquitate canonica spoliatus restituitur. Paris. consi. 98. lib. secundo. Mohed. decis. 127. & administrator est restituendus spoliatus, quando non est amotus propter malam administrationem. Rota decis. sexta, de restit. spol. in antiq. ita debet manuteneri, & hæc opinio placet, quicquid alij dicant.

9 Nec † illi, qui aliquando in iudicio dicit se spoliatum, aliqñ dicit se possidere, est dandum interdictum; quia in suis dictis implicat contradictionem, quæ dicta simul stare non possunt. l. vbi repugnantia. de reg. iur.

10 Nec † possessio attentata est manutenẽda, vt puta capta post appellationem interpositam ab aduersario à sententia lata cõtra cum super reuocatione spolii attentati, quæ sentẽtia est diffinitiua, & isto casu in appellatione non sunt exprimendæ causæ, Felyn. in rub. de re iud. nu. 5. & 6. & ita declarantur decis. Rotæ 1. vt lit. pend. in no. & decis. 11. de appellat. etiam in no. non obstante decis. 1. de offic. iud. & decis. 10. de re iud. in anti. quæ videntur tenere, cp sententia super attentatis sit interloquutoria, videlicet si lata sit super simplici attentato, sed si lata sit in spolio attentato: secus dicendum est, vt dicta decis. 10. de re iud. in fine, & Felyn. in dicta rub. de re iud. nu. 5. & 6. & consequenter possessio capta post dictam appellationem est attẽtata & non manutenenda. Aegid. decis. 102. Cassa. decis. 3. nu. 4. de restit. spol. Sed possessio attentata ex inueterata obseruantia Rotæ est sequestranda. Anton. August. decis. octaua, lib. 1. Put. decis. 414. libro tertio, vbi dicit, cp possessio attentata est sequestranda ad manus Rotæ, & postmodum erit videndum de bono iure in negotio principali.

11 In † profanis non semper est facienda sequestratio. Paris. consi. 51. col. 4. versi. nec audiendi aduersarij. lib. 1. Tiraquell. in tract. cessante causa, parte 6. declar. 9.

12 Spoliatori † incontinenti non datur interdictum retinẽdæ: quia vi possidet. l. 1. ff. vti pos. Rebuff. in praxi beneficiali in titulo de immissione in possessionem, nu. 4.

13 Nulliter † missus in possessionem manuteneri non debet. c. licèt causam. de probat. Rebuff. in praxi beneficiali, in titu. de immissione in possessionem, nu. 37. Menoch. de retinenda, remedio 1. nu. 15. & seq. & nulliter capta possessio non est manutenenda. Cassad. decis. 5. de iur. patr.

14 Nec † missus in possessione pro credito partim vero, partim falso, manuteneri debet. Afflic. decis. 218. nu. 3. Ruin. consil. 160. num. 2. lib. 2. Decius in l. cum amplius. num. 2. de reg. iur. Curt. Iun. consi. 160. nu. 3. ratio est: quia hic adest error iudicis, qui error vitiat decretum, quod est indiuiduum, & in indiuiduis qđ pro parte vitiatur in totum vitiatur. Menoch. de retin. remedio 1. nu. 23. & 24. & dixi alibi.

15 Quam † conclusionem limita: cum missio in possessionem est solenniter & iuris ordine seruato facta: nam tunc possessori aduersus turbatorem datur mandatum de manutenendo, secundùm Bald. in illa quæstione, accusatus de vi turbatiua, colum. antepen. versi. quartò quæritur, licèt Bar. consi. 91. num. 2. lib. 1. dicat, cp decretum validum respectu solennitatis si iniustũ est semper est ipso iure nullum. l. cum verò. §. subuentum, & §. seq. ff. de fideic. liber. & l. prima. §. hæc verba. ff. ne vis fiat, mihi placet opinio Bar. ꝯ Bal. quia decretum est indiuiduũ, & iniustum pro parte in totum vitiatur. Bal. in l. certi cõdictio. §. qñ. col. pen. versi. decimus est effectus. ff. si cert. pet. Decius consil. 403. nu. 21. qui loquitur de datione in solutum facta, partim pro debito vero & partim pro debito falso, quæ in totum vitiatur propter iniustitiam partis, ita dicendum videtur in casu præsenti, nisi dicas, cp danda est manutentio propter calorem rei iudicatæ, donec reuocetur propter iniustitiam partis.

16 Sed † quando est error æstimatorum electorum à iudice, nõ vitiatur missio in possessionem facta à iudice in aliqua re pro

con

concurrenti quãtitate debiti, & ipsius rei sic ęstimatæ, licèt res sit minori pretio ęstimata; quia error non est iudicis, sed ęstimatoris, qui non vitiat iudicis decretum, Bal. in c. quoniã frequenter. §. sin autem. nu. 2. vt lite non contest. Aflict. decis. 178. nu. 8. & decis. 218. nu. 2. & 3. & isto casu potest dari mãdatũ de manutenendo possessori auctoritate iudicis, Menoch. de retinenda, remedio 1. nume. 29.

17 Manuteneri † non debet, qui emit rem prohibitam alienari à lege vel constitutione, ea ratione, ne prætor contra legem facere videatur l. sponsus. §. si res. ff. de public. in rem actio.

18 Nec † debet concedi manutentio alicui in exercenda iurisdictione contra principem in his quæ principi reseruata sunt, Rebuff. super constit. reg. to. 3. in tit. de materia possessoria, art. 2. gl. 2. nu. 26. Menoch. de retinenda, remedio 3. nu. 152. & seq.

19 Nec † competit illi, qui prætendit esse in possessione concubinæ, vel alterius iuris improbi. Rebuff. super consti. regijs, tom. 3. in tit. de materia possessoria, in præfat. nu. 12. Menoch. de retinenda, remedio 3. num. 156.

20 Possessio † vitiosa non est manutenenda, c. licèt causam. de probat. l. 1. & 2. ff. vti possid. Rebuff. in praxi beneficiali, in tit. de missione in possessionem, nume. 37. cart. 92. nec minus possessio dolosa & vitiosa est manutenenda. Ruin. consilio 28. nume. 7. lib. 4.

21 Possessio † attentata non est manutenenda, sed debet reuocari. Paris. consi. 37. num. 18. lib. 3. nec mirum quia attentans offendit ius, iudicem, & partem. Rota decis. 4. de appellat. in no. & ideo iudex attentãtem auctorizare nõ debet. Aegid. decis. 102. Cassad. decis. 3. nu. 4. de resti. spol. & si manuteneretur, esset contra decretum irritans appositum, in c. 2. vt lit. pend. lib. 6. & talis possessio nullum iuris effectum producere potest, Sarnẽ. in reg. de trien. q. 49. ver. nam decretum irritans.

22 Nec † in spolio attentato datur manutentio de iure, & in beneficialibus possessio debet sequestrari. Cassad. decis. 8. nume. 7. de restit. spolia. Rota decis. 4. de rest. spol. in no. & decis. 10. vt lit. pend. in no.

23 Nec † datur hoc interdictum pro finium diuisione, seu contentione; quia iudicium de finibus est peritorium, non possessorium, quando partes contendunt de finium diuisione. Bald. consi. 420. lib. j. l. incerti. ff. de interdict. Menoch. de retinenda, remedio 3. nu. 310. Secus si contenditur de sola possessione, vt puta quia pars dicat se possidere vsq; ad talem locum: nam tũc probata possessione datur in finibus manutentio. Hieron. de Monte in tractatu de finibus, cap. 30.

SVMMARIVM.

1 *Vitium possessionis impedit manutentionem.*
2 *Decretum irritans appositum super certo corpore beneficij impedit manutentionem.*
3 *Decretum regressus iustificati impedit manutentionem possessionis primò captæ.*
Possessio capta non expulso possessore, tanquàm instrumentalis & vitiosa, est manutenenda ibid.
4 *Statutum inualidans possessionem, impedit manutentionem.*

Quæ impediant manutentionem. CAP. IIII.

Dictum est supra, quando sit possessio manutenenda, nunc videamus q̃
1 impediant manutentionem † & primò vitium possessionis; nã vitiosa possessio non est manutenenda, l. communi diuidũdo. §. inter prædones. ff. communi diui. Aymo consi. 104. nu. 14. de vitiosa possessione dixi in tractatu de acq. poss.

2 Decretũ † irritans appositum super certo corpore beneficij impedit manuteneri possidentem petẽtem manutentionem, ex quo habet possessionem infectam propter dictum decretũ, quod inficit titulum & possessionem. Cassad. decis. 11. super reg. Cancell. nu. 5. Socin. in l. rem quæ nobis. in prima conclusione principali, ff. de acquir. poss. Put. decis. 183. lib. 2.

3 Et † in simili dicit Put. decis. 371. lib. 2. in qua Nicolaus ante ortum Solis cępit possessionem beneficij, Io. post ortum Solis eiusdem beneficij possessionem accepit vigore literarũ regressus quem habebat ad dictum beneficium, dubitabatur cui deberet dari mandatum de manutenendo, & Rota dixit nulli ex supradictis dandum: nam Nicolao non erat dandum propter decretum regressus appositum in literis regressus Io. quod inficit titulum & possessionẽ Nicolai, & propterea eius possessio erat infecta & vitiosa, & consequenter non manutenenda, Cassad. decis. 11. super reg. Cancell. Io. possessio minus erat manutenẽda; quia tempore captæ possessionis beneficij possessio erat ex persona Nicolai plena, quo non expulso non acquisiuit possessionem. l. peregrè. § quibus. ff. de acq. poss. & ibi Alexander. & in l. 3. in prin. nu. 19. & 28. ff. dicto titulo, cum igitur non acquisiuerit possessionem, non potest manuteneri; quia non possidenti nõ datur interdictum. l. j. ff. vti possid. & propterea Put. in dicto casu dicit, quòd possessio est sequestranda.

4 Et † simili modo quãdo possessio est inualidata à statuto, non est manutenenda, l. communi diuidundo. §. inter prædones. ff. com. diuid. Aymo consi. 104. nu. 14.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio dominij probati in actis opponi potest agenti hoc iudicio.*
2 *Dominij exceptio non probata in actis in hoc iudicio non admittitur.*
3 *Exceptio iuris tertij exclusiua iuris agentis in hoc iudicio opponi potest.*
4 *Exceptio sententiæ & rei iudicatæ potest in hoc iudicio opponi.*
5 *Exceptio rei iudicatæ æquiparatur exceptioni dominij probati ex partis confessione.*
6 *Exceptio inualidi tituli obstat in hoc iudicio.*
7 *Exceptio, quòd agens possidet vi, clam, vel precario opponi potest.*
8 *Exceptio cessionis dominij factæ per agentem ad commodum contenti opponi potest.*
9 *Exceptio renunciationis, vel permutationis beneficij opponi potest.*
10 *Renunciatio facta post spolium non est sufficiens exceptio.*
12 *Exceptio præscriptionis potest hoc iudicio opponi.*
13 *Exceptio reconuentionis spolij potest hoc iudicio opponi.*
14 *Exceptio spolij probati ante litem contestatam obstat agenti hoc iudicio.*
15 *Exceptio falsi aduersus probationes in hoc iudicio factas opponi non potest.*
16 *Exceptio sententiæ latæ in retinenda non parit exceptionem in recuperãda.*

Exceptiones quæ possunt opponi in hoc interdicto vti possidetis. CAP. V.

Visum est aliqualiter supra, q̃ impediãt manutẽtionem, nũc vi-
1 deamus quæ exceptiones impediant manutentionem † & potest opponi exceptio dominij probati in actis ex patiẽtia aduersarij non protestantis non debere admitti turbantem ad probandum dominium contra agentem interdicto vti possidetis, Ruin. consi. 127. nu. 19. lib. 5. Oldrad. consi. j. in fine, Menoch. de retinenda remedio 3. nu. 671. & 682.

2 Si † verò non est probatum dominium, hæc exceptio dominij non admittit̃ in hoc summariissimo possessorio. Alex. consi. 45. nu. 8. lib. 3. additio ad decis. Capicij 13. nu. j. & seq. Vel fiat suspensio petitorij; quia interdictum vti possidetis est simile interdicto recuperãdæ possessionis, vt dicit Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. in prima combinatione, membro 3. & ibi Ias. nume. 126. ff. de acq. poss. licèt alii contra tenẽtes dicant, q̃ sit opponenda exceptio ordinis, videlicet q̃ prius cognoscatur de
- possessione, quàm de proprietate, vt per Soc. Iuniorem in d. §. nihil commune. nu. 354. & dixi de resti. spol. in c. de suspensione petitorij, ideo semper opponas exceptionem ordinis vel suspendas petitorium, & sic non admittetur turbans ad probandum dominium, vide tamen infra c. 9. nu. 2.

3 Exceptio † iuris tertij exclusiua iuris agentis per reum contra actorem opponi potest in hoc iudicio retinendæ, videlicet cum reus probat actorem non possidere, sed Caium. Bar. in l. ille à quo. §. si testamento, ff. ad Trebellian. Soc. in l. 2. ff. de excep. rei iud. & hoc tanto magis procedit in beneficialibus, Rota. decis. 4. de re iudi. in no. quia detentor non est ejciẽdus nisi ab eo, qui ius habet Fran. Mar. decis. 114. nu. 8. parte j.

4 Et † exceptio sententiæ & rei iudicatæ latæ super dominio & proprietate rei de qua controuertitur in hoc iudicio opponi potest Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune num. 17. ff. de acq. poss. & Ripa num. 97. Menoch. in dicto 3. remedio de retinenda, nu. 685. & seq.

5 Exceptio † rei iudicatæ æquiparatur exceptioni dominij probati propria partis confessione in iudicio facta. Hormannotus Detus in dicto §. nihil cõmune. nu. 50. ff. de acq. poss. Menoch. de retinenda, remedio 3. nu. 693. & ista confessio non iuris proprij & iuris partis aduersæ præiudicat cõfitenti, siue simus in pfanis, siue in beneficialibus circa possessionem; quia confessio spoliantis probat titulum spoliati in odium spoliantis pro obtinenda restitutione beneficij, non autem pro obtinenda canonizatione gratiæ. Rota decis. 17. & 19. de restit. spol. in no. vnde declaratio Menoch. in d. 3. remedio, nu. 694. non adaptatur ad iudicia possessoria, sed ad petitorium.

6 Exceptio † inualidi tituli obstat in interdicto retinẽdæ, c. audita, & ibi Abbas in primo not. de restit. spolia. Rebuff. super cõcordatis, in gl. in tit. de annatis, vers. sexta regula, cart. 417.

7 Exceptio † contra petentem manutentionem, quòd possidet vi, clam, vel precario tam ante, quàm post litem contestatã opponi potest, vt latè declarat Menoch. de retinenda, remedio 3. num. 663. q. 71.

8 Exceptio † renunciationis dominij facta per agentem ad commodum conuenti obiici potest agenti ex hoc interdicto vti possidetis, quasi factum sit pactum de non agendo interdicto vti possidetis, vel vnde vi, & valet ẽt in beneficialibus. Rota decis. 3. nu. 4. de renuncia. in no. & decis. 18. nu. 2. vers. præmissis, de resti. spol. in no. quia quilibet potest iuri introducto in sui fauorem renunciare, Fel. in c. si diligẽti. col. j. de foro compet. vbi ponit regulam, & fallentias.

Source : BIU Cujas

9 Renuncians † beneficium ex cauſa permutationis perdere videtur omnem poſſeſſionem, ciuilem ſcilicet, & naturalem, & non habet interdictum vnde vi, ſi ſpolietur. Rota deciſ. 2. de renunciat. in anti. & deciſ. 8. de rerum permut. in antiquis, nec minus interdictum vti poſſidetis: quia ſi non reſtituitur ſpoliatus, turbatus à compermutante non debet manuteneri; nam talis reſignans perdit tittulum & poſſeſſionē. Gomeſ. ſuper reg. de infirmis reſig. q. 29. num. 3. & obſtat talis renunciatio agenti petitorio, & poſſeſſorio, & Rota Biſignet. deciſ. 5. de reſti. ſpol. ℭ facilius renunciatione poſſeſſio perditur, & renuncianti iuribus ſuis non datur ad illa regreſſus. Rota deciſ. 4. de renuncia. in antiquis.

10 Aliquando † quis eſt ſpoliatus beneficio, & poſt ſpolium renunciat iuri ſuo, etiam cum iuramento, talis renunciatio poſt ſpolium non impedit ſpoliatum reſtitui. c. ſollicite, de reſt. ſpol. Rota deciſ. 6. de renunciat. in anti. quia talis renunciatio metu facta preſumitur, & in iſto caſu, ſicut non obſtat agenti ſpolio exceptio renunciationis, ita non obſtat agenti. vti poſſidetis: quiaſi quis reſtitui debet, & manuteneri debet.

11 Ponit † etiā Menoch. quinq; caſus in tractatu. de retinēda, remedio 3. nu. 697. vſq; ad nu. 704. quos vide cum ad præſens nō intendam examinare.

12 Exceptio † præſcriptionis poteſt agenti hoc remedio opponi. l. j. ff. vti poſſ. Menoch. in d. 3. remedio, nu. 705.

13 Exceptio † reconuentionis ſpolij, agenti interdicto vti poſſidetis opponi poteſt ſuper eadem re, c. veniens, de præſcript. vbi Abbas num. 3. & 24.

14 Et † opponens exceptionem ſpolij ante litem conteſtatam ſuper interdicto retinendæ, & probata ſpoliatione per reū vnà cum violentia non poteſt manuteneri; quia poſſidet ſpoliator ex confeſſione ſpoliati, ſed debet ſpoliatus petere reſtitutionē ad poſſeſſionem qua probauit ſe ſpoliatum, & debet reſtitui ad poſſeſſionem, vide Menoch. de retinenda, remedio 3. nu. 803. & ſeq. & ideo exceptio ſpolij non retardat iudicium retinendę, vt per Menoch. ibidem num. 670. & an hæc exceptio poſſit opponi nu. 704. & 789.

15 Exceptio † falſi aduerſus probationes in hoc iudicio factas proponi non poteſt, Capic. deciſ. 55. in fine, Menoch. de retinēda, remedio vlt. nu. 43.

16 Exceptionem † ſententiæ latæ in retinenda non parit exceptionem rei iudicatæ in recuperanda, Menoch. in d. 3. remedio nu. 805. tanto minus in petitorio, vt ibi nu. 808.

SVMMARIVM.

1 *Vt rubi interdictum habet locum in poſſeſſione bonorum mobilium.*
2 *Vt rubi in iudicio obtinet, qui litis conteſtatæ tempore, vel cum moleſtatur, poſſidet.*
3 *Poſſeſsio rei mobilis, vilis & abiecta eſt, & ſolo animo perditur.*
4 *Vt rubi cum intentatur ad exhibendum agi debet.*
5 *Vtrubi interdictum eſt exequatum interdicto vti poſſidetis.*

De interdicto vtrubi. CAP. VII.

1 Vtrubi † interdictum habet locum in poſſeſſione bonorū mobilium, & ille obtinere debet in hoc interdicto, qui non vi, & clam, vel precario poſſidet. l. j. § hoc interdictum. ff. vtrubi, & §. retinēdæ, & §. ſed interdicto. inſtit. de interd. Caſſan. ſuper conſue. Burgund. §. 14. in gl. meubles, nu. j. car. 179.

2 Et † obtinet in hoc interdicto is, qui litis conteſtatæ tempore vel cum inquietatur poſſidet rem mobilem. l. j. §. ſed hoc interdicto. ff. vtrubi, & §. ſed hoc interdicto. inſti. de interdict vbi gl. & Doctores, Menoch. de retinenda, remedio 2. nu. 2. & 3.

3 Poſſeſſio † rei mobilis vilis & abiecta eſt, & ideo ſolo animo perditur, & ab ignorante, Caſſan. ſuper conſuet. Burgund. rubr. 4. §. 3. nu. 2. car. 208.

4 Quando † hoc interdictum vtrubi eſt intentandum ad exhibendum agi oportet. l. 3. §. Pomponius. ff. ad exhiben. Cuiac. lib. 5. obſeruationum. c. 23. de quo titu. ad exhiben. aliqua ſuo loco dicemus.

5 Et † hoc interdictum vtrubi eſt exequatum interdicto vti poſſidetis, quod competit de rebus ſoli. l. j. §. hoc interdictum ff. vtrubi, & inſtit. de interdict. § hodie, vbi quòd vtriuſque interdicti poteſtas, quantum ad poſſeſſionem pertinet, exequata eſt, vt ille vincat & in re ſoli, & in re mobili, qui poſſeſſionem, nec vi, nec clam, nec precario ab aduerſario litis conteſtatæ tempore obtinet.

SVMMARIVM.

1 *Superficie datur interdictū, ſi ſuperficiarius nō poſsidet clam, vel precario.*
2 *Superficiarias ædes quas appellamus.*
3 *Contractus facti ſuper ſuperficie remisſiue.*
4 *Interdictum de ſuperficie datur ſuperficiario.*
5 *Interdicto de ſuperficie agens, probare debet habuiſſe iuſtam cauſam faciendi ſuperficiem.*

De Superficie. CAP. VII.

1 Pro † ſuperficie datur interdictum (ſi ſuperficiarius non poſſidet vi, clam, vel precario) ſecundùm legem locationis vel conductionis, l. j. in princi. & §. j. & §. proponitur. ff. de ſuperficiebus. Menoch. de retinē da, remedio 3. nu. 249. & remedio 4. nu. j. & ſeq.

2 Superficiarias † ædes appellamus, quas ædificamus in ſolo conducto, cuius proprietas eius eſt, cuius ſolum l. 2. ff. de ſuperficiebus, vbi gl. & l. ſuperficiario. ff. de rei vendicat. ideſt qui in alieno ſolo ſuperficiem ita habet, vt certam pēſionem præſtet. Prętor cauſa cognita actionem pollicetur, vbi gloſſa dicit actionem, ideſt vtilem, dummodo penſionem ſoluat, & publicianā ſi à non domino habet; quia actio in rem non datur, quando locatio ad tempus facta eſt l. j. §. quod ait, ff. de ſuperficiebus.

3 De † contractibus factis ſuper ſuperficie, vide Menoch. de retinenda, remedio 4 à nu. 7. vſque ad num. 35.

4 Et † hoc interdictum contra moleſtātem datur ſuperficiario ad tempus breue, vel longum; quia prætor vim fieri vetat poſſidenti, vt l. j. in prin. ff. de ſuperf. nec obſtat. §. quod prætor ait. in d. l. j. ff. de ſuperf. quia loquitur circa proprietatem ſuperficiei, vt patet ibi, ſi actio de ſuperficie poſtuletur, & ſic de proprietate ſuperficiei, non autem de moleſtijs illatis circa poſſeſſionem ſuperficiei, pro quibus datur interdictum, vt in princip. d. l. j. & ideo non ſequor Menoch. d. remedio 4. nu. 35. & ſeq. quia præmiſſa concernunt proprietatem non poſſeſſionem pro qua datur interdictum.

5 Et † agēs hoc interdicto debet probare iuſtam cauſam poſſidendi ſuperficiem, & ſic titulum. Bart. in l. j. §. proponitur. ff. de ſuperficie, Menoch. de retinenda, remedio 4. nu. 42. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum quod datur pro iuribus incorporalibus, vtile nuncupatur.*
2 *Interdictum vtile datur pro quaſi poſſeſsione ſeruitutis continuæ.*
3 *Seruitutibus diſcontinuis non datur hoc interdictum.*
4 *Interdictum vtile datur, cum quis turbatur pro ſeruis glebæ aſcriptis.*
5 *Coloni ſi turbantur, datur interdictum vtile.*
6 *Iuriſdictionis poſſeſsione turbato datur interdictum vtile.*
7 *Capitulum probans quaſi poſſeſsionem exercendi iuriſdictionem contra epiſcopum datur vtile interdictum.*
8 *Præſtatione annua vel penſione datur hoc interdictum.*
9 *Præſtationis denegatio nō ſpoliat; quia poſſeſsio exigēdi animo conſeruatur.*
10 *Turbato eundi ad molendum in molendino alicuius datur interdictum.*
11 *Subditus contra dominum non habet interdictum vti poſsidetis.*

De interdicto vti poſſidetis circa incorporalia. CAP. VIII.

1 Interdictum † quod datur pro quaſi poſſeſſione iuriſi incorporalium, vtile nuncupatur. Marian. Socin. in c. conqueſtus. num. 8. de foro cōpet. Decius in c. licèt cauſam. nu. 215. de probat. Bellon. conſi. 11. num. 2. Natta conſi. 398. nu. 38. lib. 2. tamen Bar. & communiter Doctores dicunt, ℭ ſi mens concurrat, quamuis verba ceſſent, remedium tamen dicitur directum inſpecta ſola mente, vt dicit Decius d. c. licèt cauſam. nu. 215. & ibi additio.

2 Turbato † in quaſi poſſeſſione ſeruitutis cōtinue datur hoc interdictum. Bart. in l. j. nu. 4. ff. vti poſſid. Aymo cōſi. 292. col. j. Menoch. de retinenda, remedio 3. nu. 103. & 104.

3 In † ſeruitute diſcontinua, vtputa in ſeruitutibus ruſticorum prædiorum, non conceditur hoc interdictum; quia *in illis* ſeruitutibus prodita ſunt interdicta ſpecialia, de riuis, de aqua quotidiana, & ſimilibus, & hoc de ſtricto iure ciuili, vt per Menoch. in d. 3. remedio de retinenda, nu. 109. & ſeq. Sed de æquitate canonica omnis ſtatus debet manuteneri, ſicut reſtituitur. c. querelam. de elect.

4 Interdictum † huiuſmodi datur, cum quis turbatur pro ſeruis glebæ aſcriptis; quia ita iudicatur de ſeruis ſicut de re immobili. l quemadmodum. C. de agric. & cenſit. lib. 11. Io. Faber. in §. retinendæ, inſti. de interd. nu. 7. ver. ſed quid ſi homines tui turbentur in poſſeſſionibus quas tenent à te. Menoch. de retinenda, remedio 3. nu. 115. & ſeq.

5 Sed † ſi turbantur coloni vel alij non aſcripti glebæ; tunc datur vtile interdictum vti poſſidetis contra turbantem, Ioan. Faber in dicto §. retinendæ. numero 7. & Menoch. vbi ſupra nume. 118. & ſeq.

6 Datur † etiam interdictū in poſſeſſione exercitij iuriſdictionis quò ad omnes eius ſubditos, etiam inuitos in quacunq; parte ſuæ diœceſis; quia Epiſcopus habet fundatam intentionem de iure communi c. venerabilis, & c. de Zenodochijs. de religioſ. dom. clem. j. vbi gloſ. & Doctor. de foro competen. Anto. de Butr. in c. fi. nume. 46. de cauſa poſſeſ. & propriet. Milis in reper in verbo poſſeſſio.

7 Et † in cognitione cauſarū criminalium, quas Epiſcopus ſine capitulo cognoſcere non poteſt, c. Epiſcopus nullus. 17. q. 5. Bertachin. de Epiſcopo, parte 3. q. 3. lib. 4. probata cōſuetudine

quòd

Source : BIU Cujas

q Episcopus solus illas decidit & terminat,eas cognoscere potest.c.non est.de consuet.lib.6.& notatur in c.fi.extra de cõsue. nihilominus,si capitulum probat esse in quasi possessione exercendi cum Episcopo causas criminales,& Episcopus probat,q solus exercet causas criminales, vtriq; dandum est mandatum de manutenẽdo in possessione exercitij causarum criminaliũ, in qua existit; quia habent tam capitulum quàm Episcopus assistentiam iuris communis,& stante probatione vtriusq;,vterq; debet manuteneri.Bar.in l.si duo.ff.vti possid.

8 Pro † annua præstatione personali vel pensione datur interdictũ vtile retinendæ possessionis, in quo iudicio debent infrascripta probari. Primò q ille fuerit in quasi possessione percipiendi dictam annuam præstationem per quandam patientiã & vsum,l.pen.ff.de seruit.Secundò q eam perceperit,& in quasi possessione fuerit ad minus per duos annos.l.si ferre. §.vxori. & l.annua.in fine.ff.de annuis legat.Tertiò,q debitor possideat illam rem, vel beneficiũ, pro quibus soluitur annua prestatio, quia interdicta sunt personalia in rem scripta l.j.§.pen. ff.de interdictis,& est necesse dicere, q sequuntur possessorẽ illius domus, vel beneficij vel officij, & rõne quasi possessionis ꝑcipiẽdi super illa domo,beneficio,vel officio petitur illa annua præstatio,non ob aliquam obligationẽ; quia vbi est obligatio, ibi est hypotheca,& sequitur fundum.l.fi.§.fi.ff. de contrahen. empt. Quartò requiritur, q ipse agens sit in possessione tempore litis contestatæ, scilicet q illam quasi possessionem quam habebat non amiserit tunc.Quintò, q petens annuam præstationẽ perceperit illam bona fide, scilicet credens se vsum iure suo non errans in iure,& credens sibi deberi annuatim iure cuiusdã prestationis, hæc enim sunt deducenda. Probare autem solum tenetur, q percepit dictam præstationem per duos annos ad minus à possessoribus dictæ rei pro illa re, & q reus possedit rem, cuius occasione præstatur illa annua præstatio,seu responsio,& præsumitur possessio,nisi probetur contrarium, Egi. consil.21. col.2.versi.coram vobis,Innocen.in c.querelam. col. j. in fine, de elect.vbi dicit, q adiens iudicem non perdit possessionem: cum retineat ciuilem Afflict.decis.395.nu.7.Rota decis.12.de iur.patron.in antiq.Put.decis.418.lib.2.& cum istis trãseo,quicquid dicat Menoch.cum alijs per eum relatis de retinenda, remedio 3.nu.139.& seq.q.20.

9 Et † per denegationem solutionis faciendæ ab eo qui soluere tenet in istis incorporalibus,quis nõ dicitur spoliari iure percipiendi annuam præstationem.Speculator in tit. de resti.spol. §.nunc dicamus, col. 3. versic. sed quando, Egi. consi,21.col.2. versic.item certe,Innocen.in c.querelam.col.j.in fine,de elect. etiam q ille,qui debet percipere,vadat ad iudicem pro conseruatione possessionis;quia animo retinet ciuilem possessionem. Bal.in d.c.querelam.de elect.Afflict.decis.395.num.7.& propte rea percipiens annuam præstationem probatis incumbẽtibus debet obtinere mandatum de manutenendo in possessione exigẽdi illud quod exigere solebat, ex quo turbatur in illa exactione.Put.decis.418.lib.2. Menoch. de retinenda, remedio 3. num.497.& nu.501.

10 Soliti † erant furnarij ire ad macinandũ in molendino Antonij sito extra ciuitatem,postea emanauit proclama vigore literarum Apostolicarum prohibens furnarijs ne vadant ad molendum in molendino Antonij,tãdem fuit mota lis inter Antonium ex vna,& ciuitatem ex altera super subreptione literarum Apostolicarum. Antonius probata quasi possessione molendi furnarijs petit manuteneri in eo statu in quo erat, quãdo fuit cẽptus turbari ꝑ illud proclama prohibitorifi; quia in hoc interdicto attenditur tempus turbationis & litis contestatæ:l.j. §.hoc interdictum.ff.vt rubi,& Puteus decis.496.lib.2.dicit,Antonium manutenendum esse; quia quãdo ex facto alicuius furnarij non veniunt ad molendinum, potest cogi impediens interdicto vti possidetis, ne molestet, vel impediat furnarios ire ad macinandum in molendino Antonij,Bar.in l.j.§.huius autẽ interdicti.ff. vti possid.ad hoc vt impedimentum illud præstitũ furnarijs tollatur,super quo impedimento pendet lis,& petitorium erat in illo casu supensum, & illa turbatio erat interim remouenda. Bart. in d. §. huius autem interdicti,& Puteus decis. 500. lib. 2. vbi etiam pro manutentione dicit esse remouenda quædam instrumenta & obligationes furnariorum facta in fauorem Ciuitatis non accedendi ad aliqua molendina extra Ciuitatẽ, quæ nihil faciunt ad mandatum de manutenendo eundi ad macinandum in molendino Antonij, sed vt ipsi possent conuenire furnarios si contrafaciunt,& pro præmissis facit tex. in l.3.§.si vicinus.ff.vti possid.videlicet, vt vicinus tollat rectoria de muro meo.

21 Subditus † contra dominum nõ habet interdictum vti possidetis quò ad iurisdictionalia.Bart.in l.j.§. huius interdicti.ver. sed pone. ff. vti possid. nec in isto casu datur aliquis status ꝑscriptionis vel quasi possessionis contra dominum, Card.consi. 38. col.j.Felyn.in c.cum accessissent.col. 10.de consti.Sed circa alia datur eis iudicis officium, vel vtile interdictũ vti possidetis, vt declarat Menoch.de retinenda,remedio 3.q.16.nu. 122.& seq.

SVMMARIVM.

1 *Titulus regulariter in hoc iudicio non est producendus, cum sufficiat probare possessionem.*
2 *Titulus est producendus,quando quis patitur per aduersarium probari dominium.*
3 *Titulus prima facie validus sufficit in beneficialibus.*
4 *Titulus in incorporalibus est producẽdus,cum aliàs possessio precaria præsumatur.*
5 *Sententia lata in petitorio colorat possessionem in retinenda.*
6 *Sententia lata in possessorio plenario colorat possessionem.*
7 *Possessio coloratur,si iuramento probetur titulum antiquũ esse deperditũ.*
8 *Titulum habens dicitur habere potiora iura.*
9 *Titulum antiquiorem habens cum possessione præfertur habenti iuniorem cum possessione.*
10 *Tituli prioritas probari potest data instrumenti & alijs modis.*
11 *Titulos pares producens præfertur ille,qui habet meliorem titulum.*
12 *Præscriptio legitima habet vim tituli.*
13 *Possessio longa an habeat vim tituli.*
14 *Titulus præsumptus quando debeat probari.*
15 *Titulum probare necesse est,quando agitur confessoria vel negatoria.*
16 *Titulum non tenetur communitas producere probata quasi possessione lignandi & pascendi.*
17 *Titulum producere non tenetur,qui est in possessione vsus aquæ.*
18 *Titulus necessarius in causis decimarum,remissiue.*

Titulus an sit necessarius in hoc interdicto vti possidetis.

CAP. IX.

Dictum est supra de manutẽtione super iuribus incorporalibus, nunc videamus quando
1 requiratur titulus ad obtinendam manutentionem, † & regulariter non est producendus in hoc interdicto,cum sufficiat ꝑbare possessionem, & prætor tuetur possessorem §. retinendæ, instit.de interdict.Bal.in c.licèt causam.nu.30.Berous nu.63.de probat.Menoch.de retinenda,remedio 3.nu.588.

2 Tamen † in aliquibus casibus titulus est producẽdus in hoc interdicto;nam si quis passus est probare dominium in hoc iudicio,sibi præiudicat;quia obstat sibi exceptio,dolo facis, dum petis illud,quod cito restituturus es.Ruy.consi.127.nu.19.lib.5. & Lanfranc.in rub.de causa poss.& propriet.col.11.ver. quinta cõclusio.vbi infert, q in iudicio retinẽdæ admittitur exceptio tituli & eius ꝑbatio,ex quo infertur, q dari possunt positiones & articuli de dominio, & non possunt tãquam impertinentia repelli. Bal.in l.ordinarij.C.de rei vendic.Bar.in l.si duo.§.j.ff.de acq.poss.& Lanfranc.in dicta quinta conclusione,hæc conclusio non est vera parte opponente,Alex.consi.45.nu.8.lib.3. & dixi supra in c.de exceptionibus.nu.2.

3 In † beneficialibus quando petitur manutentio, sufficit q possessor ostẽdat titulum prima facie validum & iustum, c. ex insinuatione,vbi doctores de procur.

4 In rebus incorporalibus præsumitur possessio precaria,nisi titulus ostendatur,quia incorporalia possideri non possunt sine titulo,Io.Faber in §.retinendæ,nu.4.ver.& ideo nõ videtur,insti. de interd.Capicius decis.209. nu. 4.& 5. Menoch.de retinenda remedio 3.nu.589.& seq.Ant.Augustinus lib.3.decis.772. incipiente,idem in Parmensi,& Menoch. in d. 3.remedio nu. 593. & nu.683.dicit idem in beneficialibus, quando possessio est de recenti,secus si de antiquo,& ego dico,q in interdicto retinendæ in beneficialibus possessor non tenetur docere de titulo, si docet de possessione antiquiori, Paulus de Castro consilio 3. nume.2.lib.2.

5 Possessio † coloratur ex sententia lata super petitorio. Egi. decis.577.Rebuff. in tract. de pacific. poss. nu.193.Menoch.de retinenda,remedio 3.nu.597.

6 Et † ex sententia lata in possessorio plenario coloratur possessio.Rebuff.super consti.regijs, to. 3.de causa beneficiali poss. articulo 9.gl.j.in fine.

7 Et similiter † coloratur possessio,si probetur iuramento titulũ antiquum esse deperditum,Menoch.in d.3. remedio de retinenda,nu.598. Sed hãc praxim nunq̃ vidi seruari,nã aut titulus est Apostolicus,& tunc si omittantur bullæ,remanent registra Papæ,ad quæ recursus haberi potest. Si verò titulus est Ordinarij vel Legati,tũc etiam registra Ordinarij vel Legati remanẽt, ad quæ pariter potest haberi recursus, & si omnia perdita sunt, tunc requiritur probatio amissionis registrorũ & tituli c. olim. de priuilegijs,& ibi gl.& Doctores,& ꝑbata amissione tituli,requirit ẽt ꝑbatio publicæ vocis & famæ & cõis reputationis de titulo,vc; q ille fuit habitus cẽtus, & reputatus ꝑ rectore talis Ecclesię palàm & publicè,& sic sciẽte & patiẽte ordinario,& q ꝑ lõgũ tps possedit dictũ beneficiũ,& istis,ꝑbatis cũ iuro rectoris credimus ꝑbari titulũ possessoris ad effectũ manutẽtionis, nõ aũt alterius possessori;quia turpius eijcitur, q̃ non admittit hospes,sed securius est impetrare nouã prouisionẽ, vel aliã gratiã à Papa,uel ab ordinario,cũ titulus superueniens ab eo q dare põt,non mutat cãm possessionis,ut dixi in tract. de acq. pos.

Source : BIU Cujas

in cap. de mutatione animi possidendi, & hæc omnia sunt iudici arbitraria, quæ possunt admitti, & non admitti. prout ipsi videbitur, Cosmus Guirner. in gl. pragmaticæ Sanct. in tit. de pacific. poss. §. ordinarij, in gl. inquirant, ad finem car. 308.

8 Titulum habēs † dicitur habere potiora iura. c. licèt causam, vbi Bald. num. 30. de prob. & propterea articuli super proprietate in hoc iudicio non sunt impertinentes, secundùm Menoch. de retinenda, remedio 3. nume. 734. & seq. vbi plura adducit, intellige parte non opponente, & non suspenso petitorio, vt dictum est supra.

9 Titulum † antiquiorem habens cū possessione præfertur habenti titulum iuniorem cum possessione, Menoch. in d. tertio remedio, num. 737.

10 Tituli † prioritas probari potest data instrumēti, testibus, bullis, vel rescripto principis, & confessione aduersarij, Menoch. in dicto 3. remedio, num. 737.

11 Et si † quilibet probat titulum & parem possessionē, ille qui probat meliorem titulum præfertur alteri, Menoch. in d. 3. remedio, nu. 738. & ibi vide, quādo vnus titulus sit melior altero, versi. quando vnus titulus.

12 Præscriptio † legitima habet vim tituli in seruitutibus, Menoch. de retinenda, remedio 5. nu. 52. & seq.

13 Lōga † possessio an sufficiat loco tituli l. apparet. §. si quis seruitutem ff. de itinere actuq; priuat. Menoch. de retinēda, remedio vlti. nu. 10. & sequentibus.

14 Titulus † præsumptus ad effectum manutentionis probandus est in his quæ contra ius vel contra principem præscribuntur, Menoch. de retinenda remedio vlt. nu. 24.

15 In † quasi possessione seruitutum, quando agitur cōfessoria, vel negatoria, est necesse probare titulū. Doctores. in l. si prius. ff. de nou operis nunciat. Barto. in l. j. §. hoc interdictum. ff. de itinere actuque priuat. nume. 7. Menoch. de retinenda, remedio 5. num. 39. & seq.

16 In † profanis verò non procedit c. ad decimas. de resti. spol. in 6. & ideo si aliqua cōmunitas possideat bona tēporalia, vel sit in quasi possessione iuris pascendi in certis terris, vel lignandi in certis syluis, tunc probata quasi possessione etiam nō producto titulo dictæ communitati datur manutentio, cum prædo tuendus sit in sua possessione, Marsi. singulari 11. Capic. decis. 96. Plotus in repetit. l. si quando. nu. 97. C. vnde vi.

17 Et ille qui est in possessione, seu quasi, vsus aquæ debet in ea manu teneri ex officio iudicis, etiam, ꝙ nō probetur dominiū, donec causa discutiatur in plenario possessorio vel petitorio, Bart. in l. Aquilius. in fi. ff. de dona. & in l. de vsu, vbi pariter Bar. & Doctores. ff. de variis & extraordinarijs cognit. Ripa in l. rem quæ nobis. num. 20. ver. & dicit. ff. de acq. poss.

18 Titulus † quando requiratur in causis decimarum, & quis sit titulus necessarius in causis decimarum, dixi supra cap. secundò, latè ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *Præferri debet in conflictu testium, vel probationum, qui titulum ostendit.*
2 *Præferri debet in conflictu titulorum, qui habet priorem datam tituli.*
3 *Præferri debet qui habet titulum potiorem & antiquiorem.*
4 *Antiquior possessio præferenda, & defendenda est.*
5 *Antiquior possessor præfertur habenti recentiorem possessionem cum titulo. licèt contrarium teneant multi, sed ibi fędere distinctionis omnia conciliantur. num. 6.*
7 *Antiquior possessor si perdidit suam ciuilem possessionem, non agit hoc interdicto.*
8 *Probationes & tituli quando pares sunt, quis præferatur in hoc iudicio, vbi plures casus ponuntur.*
9 *Præfertur in conflictu opinionum qui bonam fidem probauit.*
10 *Præfertur causa pia quando concurrit cum alia causa.*
11 *Præfertur possessio fauorabilis possessioni odiosæ.*
12 *Præfertur probatio specialis generali probationi.*
13 *Præfertur qui habet sententiam in petitorio, quando probationes sunt pares in possessorio.*
14 *Probationes quando sunt omnino pares, iudex potest quibus vult credere.*
15 *Præfertur, quando probationes sunt pares, ille qui habet pro se adminicula.*
16 *Possessio in beneficialibus ex titulo iustificatur.*
17 *Speculatoris opinio in pari casu probationis reijcitur.*
18 *Occupantis conditio an melior sit, quando plures habent iura in solidum super iurisdictione, vel alia re.*
19 *In solidum quando non habent iura, sed vterque probat possessionem, sentētia dari debet, ne vnus impediat alterum.*

Quis præferatur in hoc interdicto vti possidetis.
CAP. X.

Dictum est supra quando requiratur titulus in manutentione, nunc p-
1 ximè videndum quis præferatur, † & in conflictu testium vel probationum is vincere debet, qui titulum ostēdit. c. licèt causam. de probat. Bartol. in l. si duo. ff. vti possid. Bald. consil. 420. col. vlt. lib. j. & consi. 489. lib. 3. Decius consi. 302. colum. 3. vers. concurrit etiam, & est ratio: quia habens titulum videtur habere potiora iura Gozadin. consi. 86. num. 6. Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. possess. num. 99. & 100. Plotus in l. si quando. C. vnde vi. nu. 101.

2 Et si † vtraque pars producat titulum, is vincere debet, qui probat priorem datam tituli, Bal. consi. 58. & 445. lib. 5. in fine, Iaſ. consi. 148. lib. 4. quod tamen declara, quando ab vno solo habuerunt titulos, secus si à diuersis; quia tunc inspicitur quis possideat de præsenti. Alex. consi. 136. col. 2. lib. 5.

3 Et † quando vtraque pars habet titulum, illa pars præferenda est, quæ habet antiquiorem & potiorem titulum, Bald. consil. 251. colum. 2. lib. 5. Doctores in d. c. licèt causam. de probat. Rebuff. super concordatis, in titu. de annatis, in glossa possessionem, versic. quintò debet vincere, in fine cart. 418. Alex. consi. 88. nu. 4. & 5. lib. 4.

4 Et † si quis probat antiquiorem possessionem, est præferendus & defendendus, etiam ꝙ possessio probetur per testes nulliter examinatos, Paulus de Castro consi. 3. col. 2. lib. 2. Io. Baptista Ferretus consi. 27. num. 1. & si probationes sint pares præfertur, qui probat de antiquiori possessione; quia recentior possessio clandestina præsumitur, Menoch. de retinenda, remedio 3. nu. 725. & seq. sed habēs antiquiorem debet allegare in actis, ꝙ aduersarius clam possidet respectu suæ antiquioris possessionis, Alex. consi. 88. num. 12 lib. 5. Decius in c. licèt causam. nu. 95. & seq. de probat. quod limitat, quando habens antiquiorem tolerasset habentem iuniorem, Dec. ibi nu. 94.

5 Et † ille qui habet antiquiorem possessionem sine titulo, prę fertur habenti iuniorem possessionem cum titulo in hoc interdicto, Bertrand. consi. 224. nu. 20. lib. 3. secundùm primam impressionem, Bal. consi. 420 nu. 8. lib. j. Francis. Marci. q. 197. nu. 2. & seq. parte prima: & est ratio, quia habens iuniorem possidet clam respectu habentis antiquiorem, Alex. consi. 88. nume. 12. lib. 5. & Plotus in l. si quando. nu. 100. C. vnde vi, dicit intelligi, quando uterque probat possessionem de præsenti, & unus probat antiquiorem, quòd illa præfertur etiam sine titulo; quia antiquior præsumitur iustior, Menoch. de retinenda, remedio 3. nume. 728.

6 Licèt † contrarium in hoc interdicto uti possidetis tenere uideantur Soci. Iun. consi. 146. nu. 30. lib. j. Plotus in l. si quando. num. 99. C. unde ui, dicentes, ꝙ habens possessionem de præsenti præfertur habenti antiquiorem cum titulo, saluo iure agendi in possessorio plenario habenti antiquiorem. Sed parcant mihi Doctores; quia si dicunt, quòd possessio recens est spoliatiua antiqui possessoris, uerum dicunt, sed si recens possessio nō est spoliatiua antiqui possessoris, non est manutenenda, sed antiquus possessor qui turbatur à recenti possessore manutenēdus est. qui probat etiam possessionem de tempore litis contestatę, Alex. consi. 23. lib. 6. & Soci. Iun. cōsi. 126. lib. j. nu. 30. & ideo Plotus in d. l. si quādo. C. unde ui, dicit, ꝙ si præsens possessio est acquisita ui, clā, uel precario, & nō sit statim recuperata, sed antiquus possessor ex interuallo uelit illam recuperare turbando possessorem recentem, & non potest de iure, licèt incontinēti potuisset. l. si quis ad se fundum, C. ad leg. Iul. de ui pub. ubi Cyn. Bar. Bald. Alber. Saly. & alij, & Ripa in d. §. nihil commune. nu. 46. & seq. ff. de acq. poss.

7 Sed † uidendum est, an antiquior possessor amiserit suam ciciuilem possessionem, an non; quia si perdidit etiam ciuilem, non potest agere interdicto retinendæ, ex quo non possidet nec ciuiliter, nec naturaliter, sed si non amisit ciuilem, utique ratione suæ ciuilis possessionis potest manuteneri remoto possidente, ui, clam, uel precario, de sua naturali possessione. l. cum seruus. ff. quod cum eo, Bar. in l. si duo. in princ. ff. uti possid. Menoch. de retinenda, remedio 3. nu. 303.

8 In † dubio quę pars sit manutenēda; utputa qñ probationes in possessorio sunt pares, & tituli pares, uariæ sunt Doctorū sententiæ: una est, ꝙ detur sententia utrique continens uti possidetis, ita possideatis, uti refert Menoch. de retinenda, remedio 3. nu. 740. Secūda ut possessio sequestretur, donec in petitorio causa terminetur, ut per Menoch. ibi num. 742. Tertia, ꝙ forte quæstio dirimatur, ut per Menoch. ibi num. 747. Quarta fuit opinio, quòd iudex debet in causa supersēdere, atq; partes cōtendentes in tali statu dimittere, ut per Menoch. ibi nu. 748. Quinta fuit opinio, ꝙ possessio diuidat, & pars uni, & alteri alia pars detur, ut ꝑ Menoch. ibi nu. 755. & seq. Sexta fuit opinio, ꝙ reus absolui debet, vt ꝑ Menoch. ibi nu. 755. & seq. Bar. ī l. si duo. col. pen. in prin. ff. uti possid. Socin. in l. si quis cum totum. not. 2. de excep. rei iud. Boer. decis. 239. Lanfranc. in rub. de causa poss. & propr. col. 12. uersic. tertia conclusio, dicit quod probationes actoris confunduntur per probationes rei, & mihi placet hæc opinio. Septima ut causa finiatur iudicis arbitrio. Bal. in c. licèt causam, nu. 28. de probat. Menoch. ibi nu. 762. Octaua, ꝙ in hac dubia quæstione pro decisione ad principem recurratur, ut per Menoch. ibi num. 775.

9 Verùm † in conflictu opinionum is uincere debet, qui bonā fidem

Source : BIU Cujas

fidem probauit. Rebuff. ſuper concordat. in tit. de annatis, in gl. poſſeſſionem, verſ. ſeptimò, cart. 419. & is habet bonam fidem, qui docet de titulo, Io Fab. in §. retinendæ nu. 29. inſti. de interdict. verſ. item habet.

10 Et † quando vna poſſeſſio reſpicit cauſam piam, altera non, præualet cauſa pia. Corſett. ſing. incipiente pia cauſa. Iaſ. in l. ſed & ſi poſſeſſori, §. fin. ff. de iur. iur. Barbat. conſi. 8. col. 10. lib. 2. & conſi. 40. col. 17. in 3. vol.

11 Et † ſimiliter ſi vna poſſeſſio eſt fauorabilis, altera odioſa, prę fertur fauorabilis, Barbat. conſi. 29. col. 2. lib. j.

12 Et † ſi vnus probat in ſpecie, alter in genere, is qui probat in ſpecie præferri debet illi qui probauit in genere. Innocen. in c. auditis, de præſcript. vbi Imola, Barbat. conſi. 25. col. 2. lib. 4. Decius conſi. 302. col. 5.

13 Et † quando probationes ſunt pares ſuper poſſeſſione, tunc ſententia ſuper petitorio faceret agentem ſuccũbere ſuper poſſeſſorio. c. licèt cauſam, de probat. Abbas in c. paſtoralis, nu. 17. de cauſa poſſeſ. & propriet.

14 Et † ſi omnino probationes ſunt pares, iudex poteſt credere quibus vult, dummodo in actis faciat cauſam inſerere, cur magis iſtis quàm alijs adhæreat. l. duo iudices. ff. de re iud. Bald. in l. cum magiſtratus. in fine. C. quando prouoc. non eſt neceſſe, Rebuff. ſuper concord. in tit. de annatis, in glo. poſſeſſionem, verſ. vndecima, cart. 420.

15 Et † in caſu parium probationũ, ſi vltra vna pars habet pro ſe præſumptiones, vel adminicula, præfertur alteri parti non habentis, Tiraquel. in tractatu le mort ſaiſit le viff. parte 6. declarat. 5. nu. 11. & ſeq. vel præfertur qui habet plures teſtes, vel honeſtiores, Lanfranc. in dicta rubr. de cauſa poſſeſ. & propriet. verſic. tertia concluſio, colum. 11. & qui melioribus, & efficacioribus probationibus probauit, Menoch. dicto 3. remedio, nume. 717. & ſeq.

16 In † beneficialibus poſſeſſio debet ex titulo iuſtificari, & nõ ſufficit docere de antiquiori poſſeſſione ſiene titulo, ſed eſt neceſſe docere de titulo, ſecundùm Menoch. in dicto 3. remedio de retinenda, nume. 730. & ſequen, ſed vide quæ dixi ſupra in cap. proximo.

17 Vnum † notabile verbũ dicit Speculator in tit. de petitorio & poſſ. §. fi. dum dat vnam cautelam, ꝙ debeat ille qui videt ſe æqualiter probare de poſſeſſione, ſicut fecit pars aderſa, ꝙ intret in poſſeſſionem armata manu lite pendente, proteſtando ꝙ hoc facit pro conſeruatione ſuæ poſſeſſionis, & pręcipiat, vel denunciet aduerſario ſibi minando, ꝙ non audeat intrare poſſeſſionem; nam ſi aduerſarius non audebit intrare poſſeſſionẽ, ſuſpicabitur ſe poſſe repelli, & perdet ſuam poſſeſſionem. Sed iſta cautela eſt valde periculoſa: quia partes faciliter poſſent ad arma venire, Lanfranc. in rubr. de cauſa poſſeſ. & propriet. col. 12. verſi. ſexta concluſio, & in ſpecie reijcit illam. Bald. in c. licèt cauſam. nu. 35. de probat. Boer. deciſ. 239. col. j. verſi, alij, & Menoch. de retinenda, remedio 3. nu 741.

18 Aliquando † competit ius aliquibus in ſolidum ſuper poſſeſſione alicuius rei, vtputa Epiſcopus & Archidiaconus habẽt in multis locis iuriſdictionem & quilibet in ſolidum; tunc an ſit melior conditione occupantis, vel poſſeſſio ſit vtrique adiudicanda, vel aliàs ſit prouidendum, vide Io. Fab. in §. retinendæ. nume 29. verſic. credo vltra aduertendum, inſt. de interdictis.

19 Sed † ſi non probat quilibet in ſolidum, ſed vterque probat poſſeſſionem, debet dari ſententia, quòd vnus non impediat alterum. l. ſi duo. in fine. ff. vti poſſidet. Io. Fab. in §. retinendæ. nume. 30. inſtit. de interd. & ſi tunc eſſet timor ſcandali, tunc poteſt fieri ſequeſtrum, & multa exempla ponit ibi Ioan. Faber num. 30. verſi. vnde.

SVMMARIVM.

1 *Turbatione conſiſtit tota materia vti poſſidetis.*
Interdictum vti poſſidetis datur contra turbantem. ibid.
2 *Interdictum hoc competit contra diffamatorem, qui vdit diffamando, ꝙ res non eſt talis poſſeſſoris.*
Turbans verbaliter, poſſeſſorem dicitur turbare. ibid.
3 *Turbans me vti iure ſeruitutis, mihi competit interdictum.*
4 *Vſufructuario impeditus à domino competit interdictum vti poſſidetis.*
5 *Turbatur quis ex iniuſtitia, & mandato iniuſto.*
6 *Turbatio poſſeſſionis vim includit.*
7 *Turbare dicitur qui ſe opponit; quia dicitur contrarius, & contra me ponere.*
8 *Turbat etiam ille qui impedit alium poſſidere, licèt ſe poſſidere nõ contẽdat.*
9 *Turbatio facti eſt locare rem per alium poſſeſſam.*
10 *Turbatio inducitur ex quacunque moleſtia, & ex prohibitione vtendi competenti alteri ſuper aliqua re.*
11 *Turbare dicitur, qui negat aduerſarium ſuum poſſidere, & aſſerit ſe ſolum poſſidere.*
12 *Turbare dicuntur laboratores ſcienter laborantes in re aliena.*
13 *Turbare dicitur, qui ingreditur poſſeſſionẽ alterius ex decreto iudicis nullo.*
14 *Turbat qui à iudice obtinet, vt poſſeſſio alterius ſequeſtretur.*
15 *Colonus turbat dominum, quando alteri reſpondet de fructibus vel penſionibus prędij.*
16 *Turbare dicitur qui capit fructus rei meæ me abſente.*
Turbare dicitur qui aufert rem meam. ibid. ad fidem.
17 *Turbare dicitur qui aufert arma vel inſignia alterius.*
18 *Turbare dicitur qui aſſerit ſe habere ius vel ſeruitutem in re mea.*
19 *Turbare dicitur me impedientem vti ſeruitute fundi in illa poſſeſſione.*
20 *Turbare dicitur qui impedit arare, colere fundum, & fructus colligere.*
21 *Turbat qui minatur colonis.*
22 *Turbat qui facit ſepem, murum, & ſimilia, ne per fundum iter faciam.*
23 *Turbare dicitur vendens & tradens rem alterius.*
24 *Turbat qui prohibet me in meo ædificare.*
25 *Turbat, qui ſerit in meo, me ibidem exiſtente.*
26 *Turbat, qui plantat, & incidit arbores in meo.*
27 *Turbat, qui ponit agricolas in re mea, tanquam in ſua.*
28 *Turbare dicitur, qui intrat in re mea me abſente.*
29 *Turbant vendentes panem, quando ſoli alteri venditio panis data eſt.*
30 *Turbat, quando quis alteri ſoluit, quàm domino.*
31 *Turbare dicitur, qui mihi reſiſtit.*
32 *Turbat, qui preſentat, quando alius eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi.*
33 *Turbat, qui prohibet mihi ſolui cenſum, vel pedagium, mihi debitũ, in cuius quaſi poſſeſſione exigendi ſum.*
34 *Turbare dicitur iuriſdictionem, qui impedit loca publica.*
35 *Turbatur, qui eſt in poſſeſſione eligendi, ab alio, qui non eſt in poſſeſſione, & elegit.*
36 *Conſeſſoria, vel officium iudicis intentatur, quando Ciuitas Florentina eligit poteſtatem, qui non admittitur in Ciuitate Peruſij.*
Eligens poteſtatem, qui non admittitur à Ciuitate Peruſina, non turbatur, ſecus ſi alius eligit, & admittitur, tunc turbatur. ibid.
37 *Eligentes contra electum quando poſſunt intentare interdictũ vti poſſidetis.*
38 *Spoliatus turbare poteſt ſpoliatorem in poſſeſſione rei, ſuper qua eſt cõmiſſum ſpolium.*
39 *Patroni non turbantur in poſſeſſione iuris præſentandi per collationem ordinarij.*
40 *Turbare non dicitur, qui errat.*
41 *Turbatio poſſeſſionis facta à non poſſidente probari debet.*
42 *Turbationis modum quis exprimere tenetur.*
43 *Cauere cogebit iudex eum qui turbat ad fauorem turbati timentis offendi.*
44 *Iniuriarum actione agi poteſt contra turbantem & pariter criminaliter.*
45 *Turbatio proponitur dupliciter, aliquando via interdicti, & aliquando via exceptionis.*
46 *Vi turbatiua accuſari poteſt, qui nulliter in poſſeſſionem miſſus eſt.*
47 *Dolus requiritur, vt quis poſſit accuſari de vi turbatiua.*
48 *Turbantes fines vel terminos qua pœna puniantur.*
49 *Terminos mouentes iuratur in litem.*
50 *Epiſcopi, & clerici non debent turbari in eorum officijs.*
51 *Turbans diuinum officium poteſt excommunicari, & cĩci de eccleſia.*

De turbatione in interdicto vti poſſidetis. CAP. XI.

1 Tota † iſta materia interdicti vti poſſidetis cõſiſtit circa turbationes poſſeſſori per alium illatas in poſſeſſione, & hoc poſſeſſorium ob id competit contra turbantem aliquem in ſua poſſeſſione, ſiue turbatus aſſerat ſe poſſidere, ſiue non, Imola & Doctores in c. licèt cauſam, de probat. Bart. in l. ſi prius. ff. de operis noui nun. Menoch. de retinenda, remedio 3. nu. 471.

2 Competit † etiam hoc iudicium contra diffamatorem, qui vadit diffamando, ꝙ res, vel poſſeſſio non eſt talis poſſeſſoris, vel eſt in mala fide, & ob hanc cauſam non reperiuntur laboratores rei. l. vim facit. ff. de vi & vi arm, Bar in l. j. §. huius interdicti. ff. vti poſſid. nu. 2. Lanfranc. in rub. de cauſa poſſ. & propriet. col. 10. verſi. ſecunda concluſio, Innoc. & Doctores in c. 2. de reſt. in integ. & Neuizan. conſ. 83. num. 11. vbi ꝙ turbans verbaliter, poſſeſſorẽ dicitur turbare, Decius verò in c. licèt cãm, nu. 201. & 204. de probat. dicit, ꝙ pro turbatione verbali non datur interdictum vti poſſidetis, ideo Plotus in in l. ſi quãdo, C. vnde vi, nu. 102. ponit praxim remouendi has moleſtias verbales, vide etiam Menoch. de retinenda, remedio 3. nu. 293. & ſeq.

3 Competit † etiam contra impedientem me vti iure ſeruitutis ſuper illa re, Bartol. in l. ſi duo. §. 2. ff. vti poſſid. Lanfranc. in rubric. de cauſa poſſeſſ. & propriet. columu. 10. verſic. tertia concluſio.

4 Cõpetit † ſimiliter vſufructuario, qui impeditur à domino vti frui fundo, & accipere fructus; quia turbatur à domino in quaſi poſſeſſione vſufructus, non autem fundi, gloſ. in l. ait prætor. §. ei qui. ff. ex quibus cauſ. maior. in integ. reſt. Cyn. l. j. C. vti poſſid. Barto. in l. naturaliter. in princi p. ff. de acquiren. poſſeſſ. Lanfranc. in dicta rubric. de cauſ. poſſ. & propriet. colum. 10. verſic. quarta concluſio. Si verò turbatur à tertio in perceptione vſufructus, debet dicere in libello, ꝙ turbatur in poſſeſſione fundi quem poſſidet naturaliter, Lanfranc. in d. rub. concluſ. 10. verſic. quinta concluſio.

5 Turbatur † quis ex iniuſtitia & mandato iniuſto, Decius in c. ſi quando. nu. 2. de reſcript.

6 Turbatio † poſſeſſionis vim includit. l. extat. ff. quod met. cauſa,

Source : BIU Cujas

ſa,& l.creditores.ff.ad leg.Iul.de vi.Menoch.de retinēda, remedio 3.nu. 370.& fieri dicitur per quancunq; moleſtiam & impedimentum illatum poſſeſſori.Rebuff.ſuper conſti.reg. to. 3. in tract.de materia poſſeſſoria,art.j.gl.2.nu.36.

7 Et † qui ſe opponit, dicitur turbare; quia dicitur contrarius, & contra me ponere,Rebuff.ſuper conſtit.regijs,tomo 3.artic.j. gloſ.2.nume.29.car.254.Pariſ.conſi 126.num. 8.& ſeq.loquitur de oppoſitione facta in iudicio, lib. 4.& Menoch. in d.3.remedio,num 498.Lanfranc.Balb. deciſ. 181. dicit ꝙ ex negatione intentionis quis turbatur.

8 Turbat † etiam ille qui impedit alium poſſidere, licèt ſe poſſidere non contendat.l.prima,§.reſtituendæ. in fine. ff. vti poſſide. & qui reſiſtit poſſeſſori, Menoch. in d. 3. remedio, numero 504.

9 Turbatio † facti eſt locare rem per alium poſſeſſam, Pariſ. conſil. 126.nume.6.& ſequen.lib.4.quia ego poſſeſſor ſum impeditus vti re mea,Alexan.conſi.80.nu.9.lib.2.Menoch.d.3.remedio,num.481.

10 Et † inducitur turbatio ex quacunque moleſta, & ex prohibitione vtendi iure competenti alteri ſuper aliqua re, Cęphal. conſi.76.nu.2.& 3.Menochi de retinenda, remedio 3. nu. 297. & ſeq.& nu.503.

11 Et † qui negat aduerſarium ſuum poſſidere aſſerens ſe ſolum poſſidere,turbare dicitur,Menoch.de retinenda, remedio 3.nume.468.

12 Laboratores † terrarum, & operarij ſcienter laborantes in re aliena turbare dicuntur,ſecus ſi ignoranter.Bald.conſi.144. lib.j.& Menoch.de arbit.iud.lib. 2.caſu 354.nu.38.& de retinenda,remedio 3.nu.314.

13 Et † qui ingreditur poſſeſſionem alterius ex decreto iudicis nullo,vel inualido,turbare dicitur.Berous conſi.45.nu.6. lib.3. Menoch.in d.3.remedio,nu.474.

14 Et † qui à iudice obtinet,vt poſſeſſio alterius ſequeſtretur,turbat,Fely.in c.licèt cauſam.nu.11.de probat.Pariſ.conſi. 126.nu. 5.lib.4.Menoch.de retinenda,remedio 3.nu.475.

15 Colonus † turbat dominum cum alteri tradit fructus, vel pē ſionem prædij,vel alterius rei ipſius domini, vel cum permittit alium hæc capere contra voluntatem domini,l.quamuis.§ j ff. de acqui.poſſ.Fely.in dicto c.licèt cauſam. num. 11. de probat. Rebuff.ſuper conſtitutionibus regijs,tomo 3. in tract. de materia poſſeſſ.art.j.gloſſ.2.nume. 7. car. 252. Menoch. in d.3.remedio,nu.476.& ſeq.

16 Et † qui accepit fructus rei meæ me abſente per vim,turbare dicitur,Bald.in l.poſt ſententiam.num 3. C.de ſentent.& interloquut.omnium iudicum,Rebuff.ſuper conſtit.regiis,tomo 3. de materia poſſeſſ.artic.j.glo.2.nu.8.car.252.& Menoch. dicto 3.remedio,nu.482.

Et qui aufert rem meam,turbare dicitur, l. ſi duo,§.itē videamus ſi actor.ff.vti poſſid.Rebuff.in dicta glo.2.nu.9.Menoch.in dicto 3.remedio,nu.483.

17 Et † qui delet arma,vel inſignia alterius,turbare dicitur,Rebuff.in dicto tract.de materia poſſeſſoria,arti.j.glo.2. nume. 32. & ſeq.vbi dicit,quòd delens arma eſt puniendus, etiam crimine læſæ maieſtatis,ſi ſunt arma Principis deleta,Menoch. in dicto remedio,nu.502.

18 Aſſerens † ſe habere ius, vel ſeruitutem in re mea,me turbare dicitur, Barto.in l.Męuius.§.fundo.nume.6.ff.de leg.2. & eſt ratio; quia res non eſt mihi libera, Rebuff. ſuper dictis conſtit. reg. de materia poſſeſſ. articu. j.gloſ.2.nume.10.Menoch.in dicto 3.remedio,nume.484.

19 Et † ſimiliter impediens me vti ſeruitute fundi,in illa poſſeſſeſſione ſeruitutis turbare me dicit, Bart.in l.j.§.hoc interdictū. col.2.ff.vti poſſ.ſi ſeruitus habet cauſam continuam, Rebuff.in d.gl.2.nu.11 & ſeq.& Menoch.in d.3.remedio,nu.485.& etiam impediens me vti re mea,Menoch.ibi nu.487.

20 Et ille † qui impedit arare colere fundum,fructus colligere, turbare dicitur, l.vim facit, §. j. ff. de vi & vi armat. Bald. conſi. 446.colum.j.lib.3.Rebuff.in dicta gloſ.nume.13.Menoch.in dicto 3.remedio,num.486.

21 Et † qui minatur colonis,turbat.Rebuff.in d.gl.nu.14.& Menoch.in d.3.remedio,nu.488.

22 Et ille † qui facit ſepem,murum,& ſimilia,ne per fundū iter faciam turbat,Rebuff.in d.2.gl.nu.15.& Menoch.in dicto 3.remedio,nu.489.

23 Vendens † rem alterius,& alteri tradens,turbare dicitur, Rebuff.in d.2.gl.nu.21.Menoch.in d.3.remedio,nu.491.

24 Et † qui prohibet me in meo ædificare,turbat,Rebuff.in d.2. gl.nu.22.& Menoch.in d.3.remedio,nu.492.

25 Et † qui ferit,aut colit in meo me ibidem exiſtente, turbare dicitur,Rebuff.in dicta 2.gloſ.nume.23.& Menoch. in dicto 3. remedio,nume.493.

26 Et † qui plantat in meo, & qui incidit arbores meas, turbat, Menoc.in d.3.remedio,nu.494 & 495.Rebuff.in d.2.gl.nu.24.

27 Et † qui ponit agricolas, vel intrat in re mea tanquàm in re ſua,turbat.Rebuff.in d.2.gl.nu.17.& ſeq.& nu.30.& Menoch.in d.3.remedio,nu.498.

28 Et † qui me abſente,& ignorāte intrat in poſſeſſione rei meę, turbare dicitur in mea ciuili,Rebuff.in d.2.gl.nu. 31. Menoch. in d.3.remedio,nu.500.

29 Si † alicui datum eſt ius coquendi,& vendendi panem,& ſimilium rerum,ſi aliis vendunt turbant eum,Rebuff.in d.gl.32. nu.32.& Menoch.in d.3.remedio,nu.501.

30 Et † ſi quis ſciēter alteri ſoluit quàm domino,turbat,Rebuff. in d.2.glo.nu.25.

31 Reſiſtens † qui dicitur me turbare,Rebuff. ſuper conſtitu.regijs tomo 3.art.j.gl.2.nu.37.car.255.

32 Et † non ſolum cadit turbatio in rebus corporalibus, ſed ēt in incorporalibus, & ideo ſi quis eſt in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi,& alius præſentat me incōſulto,turbat me in mea quaſi poſſeſſione,Rebuff.ſuper dicta gl.2.num. 26.& Menoch. in d.3.remedio,nu.496.

33 Prout † turbat ſi quis prohibet mihi ſolui cenſum, vel pedagium debitum,in cuius quaſi poſſeſſione exigendi ego ſum, Rebuff.in d.gl.2.nu.28.& Menoch.in d.3.remedio,nu.497.

34 Turbare † iuriſdictionem cenſetur, qui impedit loca publica,Io.Cęphal.conſi. 79.num.j. & turbantes dolosè ſuperioris iuriſdictionem puniuntur crimine læſæ maieſtatis, vel arbitrarie.Io.Cęphal.conſi.38.num.9.& quam pœnam poſſit imponere delegatus,ſi turbetur in ſua iuriſdictione,Dec. in c.quia quæſitum.nu.91.de offic.deleg.

35 Turbatio † poſſeſſionis in iſtis incorporalibus eſt, quando poſſidens eligit, & alter qui non poſſidet pariter eligit ſciente poſſeſſore,& tunc poſſeſſor turbatur in ſua poſſeſſione,Barto. in l. 1. §. huius autem interdicti. nume. 3. verſicu. ſecundo modo.ff.vti poſſid.

36 Ideo † ſi Ciuitas Florentina eligit poteſtatem in ciuitate Peruſina,& in electione non turbatur Ciuitas Florentina, ſed nō admittitur Peruſij electus à Florentinis & nō impeditur in electione ciuitas Florentina,ſed electus non admittitur,& tūc interdictum vti poſſidetis non habet locum, ſed confeſſoria vtilis,vel officium iudicis,vel vtilis actio in rem, ſecus verò ſi alius vellet eligere,tunc enim habet locum interdictum,Bar.in l.j.§. huius autem intedicti, nu.3. ff. vti poſſid. Menoch. de retinenda d.3.remedio nu.143.

37 Eligentes † contra electum quando poſſint intentare interdictum vti poſſidetis, cum regulariter non poſſint; quia ab eo non turbantur in electione,Innocen.in cap.2. de reſtit.in integrum,vbi etiam Doctores,Bart.in d.l. j.§. huius autem interdicti.in fine,verſ.ſed quæro.ff.vti poſſid.Menoch.in d.3.remedio, num.149.& ſeq.

38 Turbare † poteſt ſpoliatorem in poſſeſſione rei ſpoliatus; quia talis ſpoliator non eſt manutenendus, ex quo poſſidet vi, & illi qui poſſidet vi,clam, vel precario, nō datur interdictum vti poſſidet.l.j.ff.vti poſſid.vbi Doctores,Lanfrancus,in rub. de cauſa poſſeſſ.& propriet. colum. 13. verſic. ſeptima concluſio, declara vt ſupra c.2.

39 Quaſi poſſeſſione † iuris præſentandi patroni in beneficio iuris patronatus nō turbantur per collationem ordinarij factā ſine mentione iuris patronatus, Calder. conſi.15.de iur. patro. Decius conſi.126.col.fi.ratio eſt: quia quando ordinarius confert videtur conferre ſub conditione,ſi domino placuerit, Rota deciſ.10.de iur.patr.in antiquis,& ex alio; quia collatio non facta mentione iuris patronatus eſt ſubreptitia, Lapus allegat. 96.nume.4.

40 Turbare † non dicitur,qui errat, Bal.in diſputatione accuſatus de vi turbatiua,col.antepe.verſ.ſecundò quæritur,Alex.cōſi.73.nu.6.lib.3.ſecus ſi non errauit,Rebuff.ſuper conſtit.regijs, art j.de materia poſſeſſoria gl.2.nu.41.

41 Turbatio † poſſeſſionis facta à non poſſidente probari debet, videlicet quòd turbatus in ſua poſſeſſione debet probare, quòd turbatur ab eo qui non poſſidet.Bar.in l.j.§.huius autem. in princ.ff.vti poſſid.Pariſ.conſi. 112.num.72.lib.1.Caſſan.ſuper conſue.Burg.rub.7.§.j.gloſ j.nume.3.Alexand.conſi. 88. lib. 5. de ſtylo Curiæ Roma.non ſunt probandæ moleſtię,ſed ſufficit, quòd aduerſarius ſuſtineat litem; quia ſi non moleſtat, cedat liti in actis, pro quo Alexand.conſil.73.colum.3.vol.2.Decius conſi.694.col.2.Pariſ.conſ.54.colum. 3.vol.3.Socin.Iun.conſi. 18.col.3.vol.2.

42 Et † tenetur quis exprimere modum & qualitatem turbationis, vtputa quia pars oppoſuit, vel negauit actorem poſſidere,Bart.in l.j.§.interdictum.circa finem.ff.vti poſſid.Bald.in c.licèt.col.2.de proba.& ibi Felyn.not.12.Rebuff.in d. gloſ.2.num. 39 cart.255.

43 Turbatus † ſi probabiliter timet offendi in poſſeſſione, vel in perſona,iudex coget partem cauere,ne moleſtet poſſeſſorē, Plotus in l.ſi quādo.C.unde ui,nu.108.circa medium, uide infra in cap. de cautione.

44 Contra † turbantem actione iniuriarum agi poteſt, & pariter criminaliter accuſari,Rebuff. ſuper conſtit.reg. de materia poſſeſſ.art.j gl.2.nu.44.& ſeq.cart.255.

Propo-

Source : BIU Cujas

45 Proponitur † turbatio dupliciter, aliquãdo via interdicti, & aliquando via exceptionis. l. j. §. est hoc interdictum, in fine. & §. interdictum autem. ff. vti possid. quia possessori nõ datur actio, sed exceptio, cum sufficiat ei, quòd possideat, vt declarant ibi gloss. & Doctores.

46 Vi † turbatiua accusari potest, qui nulliter in possessione missus est, Barto. consi. 163. lib. j. Socin. consi. 18. colum. 8. versic. de actibus lib. j.

47 Et † vt quis possit accusari de vi turbatiua vigore statuti, requiritur dolus turbantis, Ange. de Aret. in tractatu maleficiorum in verbo scienter, & dolosè nu. 2.

48 Turbantes † fines, vel terminos, qua pœna puniantur. Decius in c. ex literis, num. 77. de probat. intellige in dolosè turbante, vt per Decium ibi.

49 Et † contra terminos mouentes iuratur in litem, Plotus in l. si quando. C. vnde vi, num. 726. & Hieronym. de Monte in tracta. finium regund. c. 69.

50 Episcopi, † & ecclesiastici non debent turbari in eorum officiis, l. consulta. C. de testibus, Decius in c. significasti. nume. 18. de offic. delega.

51 Et † turbans diuinum officium potest excommunicari, & eijci de Ecclesia, glo. in c. dilectis. de appellat. & ibi Decius nu. 19. vbi quòd de iure ciuili aliter punitur, auth. sed nouo iure. C. de episc. & clericis.

SVMMARIVM.

1 *Pœna legis Iuliæ incidit, qui turbat aliquem cum violentia.*
2 *Pœna constitutionis Aegidianæ contra turbantes possessores.*
3 *Pœnæ constitutionis Aegidianæ sunt subrogatæ in locum pœnarum iuris communis.*
4 *Pœna quando fisco applicatur, criminaliter proceditur.*
5 *Dolus requiritur, vt quis possit condemnari pœna constitutionis.*
6 *Dolus quomodo probetur.*
7 *Culpa lata probare sufficit, quando verba statuti sunt directa turbantem.*
8 *Lata culpa quomodo probetur.*
9 *Lata culpa quomodo probetur in constitutione.*
10 *Turbans propter constitutionem ad quæ teneatur.*
11 *Pœna non excusatur turbans prætextu alicuius tituli, nisi à possessore titulum habuerit.*
12 *Pœna ex constitutione augetur ad medietatem valoris rei super qua turbatio facta est.*
13 *Iniuriarum actione agitur contra turbantem de iure communi.*
35 *Vi turbatiua accusari potest is, qui positus est in possessione vigore mandati iniusti.*
16 *Accusari non potest criminaliter qui negat possidere possessorem.*
17 *Vis publica qualiter committatur.*
18 *Dolus probari debet, quando agitur ad pœnam.*

Criminaliter an agi possit in hoc interdicto de iure communi, vel ex Constitutione 67. lib. 4. Aegidianarum Const. CAP. XII. 11

1 **Turbans aliquem** in sua possessione cũ violentia, incidit in pœnam. l. Iuliæ de vi priuata, vt in l. creditores. & l. fi. ff. dicto tit. de vi priuata. & l. in possessionem C. eo. titu. de vi publica, & priuata, Bossius in practica criminaliter in titu. de pluribus violentis. nu. 4. 12

2 In prouincia Machiæ, in constitutionibus Aegydianis lib. 4. cap. 67. infrascripta constitutio reperitur, videlicet. Hac præsenti constitutione decernimus, & districtius inhibemus, ne aliqua Ciuitas, vel Communitas, seu specialis persona, cuiuscunque 13 gradus & conditionis existat, audeat propria auctoritate possessionem alicuius turbare, nec ius sibi dicere in eadem, sed super ea adeat iudicem competentem, & si contrafactum fuerit, vel mandatum, præter rei restitutionem & damni satisfactionem & turbationis cessationem, & iuris sui, si quod habeat, amissionem, in odium inuasoris, & violenti spoliatoris: si Communitas trecentorum florenorum auri pœnis puniatur, singularis persona vigintiquinque florenorum auri pœnæ subiaceat ipso facto, & à dicta pœna non excusetur prætextu alicuius tituli, nisi habuerit illum à possessore, & illius traditionem, vel nisi habuerit licentiam à iudice, possessore præsente, vel requisito concessam. Adiicimus constitutioni prædictæ, & quantum ad occupationem, & inuasionem per quã singularis persona aliũ possessorem priuauerit, vel possessorem non admiserit redeuntem, si dicta pœna supra distincta sit minor quàm valor rei occupatæ, siue inuasæ, augeatur dicta pœna vsque ad valorem rei, & quantum ad turbationem per quam quis possessione non priuetur; si sit minor medietate valoris rei, suppleatur pœna vsque ad medietatem valoris rei in qua committitur violentia turbatiua.

3 Et † ideo turbans potest in vim huius constitutionis condẽnari ad pœnas, de quibus in ea, quæ pœnæ sunt subrogatæ contra molestantes in locum pœnarum inflictarum de iure communi, Bald. in c. licèt causam. in fine de prob. Alex. consi. 82. nu. 7. lib. j. Afflict. decis. 84.

4 Et † proceditur criminaliter, quia regulariter mulcta Fisco applicatur, l. mulctarum. C. de modo mulctan & dixi in tract. de rest. spol. cap. 26. nu. 14. super ista constitutione, quia pro dãno dato per vim criminaliter proceditur, dicit Bart. in l. fi. col. j. ff. de priuat. delict. Bossius in tractatu criminali in tituto de pluribus violentijs, nu. 48. & criminaliter proceditur vigore huius constitutionis & statutorum, practica Papien. in forma libelli pro possessione turbata, in princ. num. 4. Afflictus decis. 84. nu. 1. in fine, vbi dicit, & quotiens pœna applicatur Fisco, causa dicitur criminalis, Alex. d. consi. 82. num. 7. Ripa in rubr. ext. de iud. num. 101. & faciunt ea quæ congerit Menoch. de retinẽda, remedio 3. num. 603. & seq. q. 76.

5 Et † cum ista constitutio sit directa contra personam turbãtis, requiritur dolus, ad hoc vt quis condemnari possit criminaliter de turbata possessione, Angel. de Aret. in tract. maleficiorum in verbo scienter & dolosè, nu. 2. Bossius in tractatu criminali, in titulo de pluribus violẽtiis, nu. 49. aliàs datur absolutoria, Menoch. de retinenda remedio 3. nu. 611.

6 Dolus † probatur ex indiciis perspicacibus. l. dolũ. C. de dolo, Aymo consi. 8. nume. 1. Paris. consil. 46. lib. j. Roland. consil. 11. nume. 9. lib. 3. & dixi in c. vt minorum constit. Egyd. gloss. 8. nume. 182. aliqua ponit Menoch. in d. 3. remedio, à nume. 618. vsque ad num. 662.

7 Et † quando statutum dirigit verba contra turbantem possessionem alterius; tunc sufficit probare latam culpam, § quia tamen. inst. vi bonorum raptorum, & l. si quis in tantã, C. vnde vi, Bart. in l. j. § j. ff. si mensor falsum modum dixerit, Menoch. in d. 3. remedio, nu. 614.

8 Lata † culpa probatur, probato dolo, astutia, & negligentia, l. magna negligentia culpa est, ff. de verb. sig. & magna negligentia est culpa lata. l. 2. C. arbitr. tutelæ, & culpa quæ in omittendo committitur, dicitur causata per negligentiam, Alex. consi. 50. nu. 9. lib. 1. & ideo latæ culpæ est non intelligere, quod omnes intelligunt. l. latæ culpæ. 223. ff. de verb. sig. Bar. in l. quod Nerua. ff. depositi, facit l. cedere. §. fi. ff. de verb. sig. & Rebuff. in d. l. latæ culpæ, ver. itaque. car. 976.

9 Vel † potius dicas probari latam culpam probando, & propria auctoritate sine licẽtia iudicis, vel mãdato possessoris iuit ad meam possessionem turbando me in mea possessione, vt probatur in constitutione ibi, non audeat propria auctoritate possessionem alicuius turbare, secundò quando ius sibi dixit in eadem re non eundo ad iudicem, contra l. extat. ff. quod met. causa, & dixi in d. c. 26. num. 9. de resti. spol.

10 Et † talis turbans tenetur primò ad cessationem turbationis. ibi, & turbationis, secũdò ad satisfactionem damni. ibi, & damni satisfactionem, tertiò perdit ius si quod habet, quartò mulctatur pœna pecuniaria, vt patet in constitutione, vide quæ dixi in c. 26. num. 11. & seq.

Nec † excusatur à pœna prætextu alicuius tituli, nisi habuerit titulum à possessore, & illius traditionem, cum non sufficiat titulus solus, sed requiritur consensus possessoris de iure ad capiendam possessionem. l. si ex stipulatione. ff. de acquiren. possess. vbi Ias. & alii & dixi in dicto cap. 26. nume. 18. vel iudicis decretum, vel licentia concessa possessore præsente, vt dixi dicto cap. 26. num. 20.

In † turbatione, si pœna supra posita minor est medietate valoris rei, suppleatur vsque ad dictam medietatem valoris rei, in qua committitur violentia turbatiua, adeo & pœna augetur secundùm valorem rei, vide quæ dixi in d. c. 26. nu. 21.

Hæc † enim ex forma constitutionis, sed de iure contra turbatorem non agitur criminaliter, sed solùm actione iniuriarũ, Bar. in l. extat nu. 4. ff. & met. causa, Bald. consi. 82. & consi. 261. lib. 5. Corn. consi. 100. num. 2. ad finem lib. 2. Menoch. in d. 3. remedio, num. 549. & seq. & num. 666. versi. iure communi, Rebuff. super constitut. regijs, tomo 3. de materia possessoria, arti. j. glo. 2. num. 44. dicit, & temerarius turbator tenetur actione iniuriarum, & criminaliter accusari potest. l. seruus j. ff. de actio. & oblig. glo. in l. si duo. ff. vti possid. & Bal. consi. 493. lib. 2. & idem Rebuff. nu. 45. vbi dicit esse verum, postquàm iudex imposuit perpetuum silentium turbanti, secus est durante lite, & dicunt ambo esse possessores, vt docet Bald. in quæstione, accusatus de vi turbatiua, col. 10. & ob id dicit, & in Regno Franciæ nunquã vidit criminaliter accusari ex sola turbatione, nec agi iniuriarum, sed fit condemnatio contra turbantem ad damna, expensas, interesse, nec ego in Romana Curia in Rota, vel alio Tribunali Ecclesiastico ex sola turbatione vidi aliquem accusari criminaliter, vel agi contra eum iniuriarum, sed contra turbantẽ probata possessione possessoris datur mandatum de manutenendo cum inhibitione, & hoc modo finiuntur hæc iudicia, & postea proceditur in petitorio, vel in possessorio plenario, & ille q obtinet, si possessor est, absoluitur, & actor condemnatẽ in expensis: si verò actor obtinet, condemnatur reus ad restitutionẽ possessionis cũ fructibus & expẽsis, & hæc mihi vĩ vera praxis. Sed in prouincia Marchiæ & Curia generali non est in vsu interdictũ vti possidetis, sed omnes causæ vt plurimũ pro turbatione

Source : BIU Cujas

batione fiunt criminalis, cum possent ciuiliter (vt supra dictum est) tractari.

14 Si † verò communiter vis publica, tunc agi, potest lege Iulia de vi publica, vt per Rebuff. in d. 2. gl. num. 46. & sequen. & dixi supra in prin. Menoch. in d. 3. remedio nu. 55. & nu. 552. vbi dicit, & iudicium criminale potest cumulari cum ciuili.

15 Et † accusari potest de vi turbatiua, quando quis est positus in possessione vigore decreti iniusti, Barto. consi. 132. Marianus Socin. consi. 17. colum. 7. & sequen. lib. 1. & consi. 158. colum. 5. versic. primus casus. lib. 2. & Ias. in l. iustè possidet, nume. 12. ff. de acquiren. possess. dicit, quòd positus in possessione ex primo decreto iudicis non rite interposito incidit in pœnas. l. meminerint, & nume. 24. & seq.

16 Et † ideo sola negatio turbantis quòd reus non possidet, sed ipse turbans possidet, non sufficit, vt reus possit accusare turbātem criminaliter, Cuman. in l. si prius. nu. 9. ff. de no. oper. nunc. Bertach. in repertorio, in verbo turbatio, quia hæc negatio nō est vis publica, nec priuata.

17 Sed † vis publica committitur, quando quis villas expugnauerit, & expilauerit cū armis, & talis expilator pœna capitis punitur, l. penult. ff. de vi publ. quia expilare nihil aliud est, quàm æquare, & nihil relinquere, Rebuff. in l. hostes 118. ff. de verb. sig. cart. 64: prout fecerunt homines cuiusdam Communitatis cō tra possidentes in territorio dictæ Communitatis, qui propter tale scęlus pœna capitis puniri debuissent, nihilominus ad pœnam constitutionis condemnati fuere.

18 Cum † verò agitur ad pęnam vigore statuti imponentis pęnam persone turbanti, tunc requiritur, ꝙ probetur culpa & dolus turbantis l. 3. ff. de iniur. & tunc quælibet iusta causa excusat à pœna. l. prima, in fin. ff. de abigeis, practica Papien. in forma libelli de turbata possessione, versic. & in ea nititur ipsum, num. 2. versi. primo casu.

SVMMARIVM.

1 *Cautio debet præstari per turbatorem ei, qui obtinuit manutentionem.*
2 *Cautio ista debet durare donec finiatur iudicium in petitorio.*
3 *Cautio ista datur, quando agitur confessoria tandiu duratura, quandiu quis doceat de iure suo, & sub qua forma.*
4 *Cautio ista debet præstari sine præiudicio amittendæ seruitutis, quando negatur seruitus.*
5 *Cauere debet reo conuento actor in negatoria de non impediendo vsque ad iudicium finitum.*

De cautione præstanda ei, qui timet turbari. CAP. XII.

1 Si † verò cui concessum est mādatum de manutenēdo, & timet turbationem propter aduersarii potentiam, iudex potest cogere turbatorem ad cauendum, ne impediat possidētem vti pacificè sua possessione iuxta doctr. Bar. in l. 1. §. interdictum. in fine. ff. vti possid. & in l. 1. q. 1. & 5. C. vti possid. & Aret. in §. quadrupli. nu. 48. & seq. inst. de actionibus, Paulus de Cast. consi. 3. lib. 2. Puteus decis. 61. lib. 3. vbi dicit, molestantem cogi posse ad cauendum de vlterius non molestando in futurum, sub pœna damnorum, expensarum, & interesse, & declarare quòd eorum molestationes, & impedimenta fuerunt, & sunt illicita.

2 Et † ista cautio an debeat esse perpetua de non turbando possessorem, vel ad tempus, & dic durare debere, donec finiatur iudicium in petitorio Bart. in l. 1. §. hoc interdictum. nu. 11. & Menoch. in d. 3. remedio de retinenda num. 818. q. 96.

3 Et ideo quando agitur confessoria pro seruitute viæ, datur ista cautio tādiu duratura, quandiu quis doceat de iure suo sub ista forma se non impediturum seruitute vtentem. l. si de via. ff. de aqua quotidiana & æstiua, vbi gl. & Doctores.

4 Et † quando negatur seruitus, caueri debet sine præiudicio amittendæ seruitutis d. l. si de via, & glo. in l. is cuius. ff. si seruit. vend. & d. l. eius eodem tit. & in nouo opere faciendo vel nunciando caueri debet l. is §. idemq;. ff. de noui oper. nunciat.

5 In † negatoria actione actor tenetur cauere reo conuento de non impediendo vsq; ad iudicium finitum in negatoria l. 7. ff. de aqua quotid. & æsti. Menoch. de retinenda, remedio quinto, nu. 55. & ista cautio tāto tempore durare debet. De aliis cautionibus de damno infecto, & similibus, hic non est tractandū, sed ad sua loca apriora seruentur.

SVMMARIVM.

1 *Probatio quomodo fiat.*
2 *Probari debet in hoc iudicio duo substantialia, primum possessio actoris, secundum turbatio conuenti.*
3 *Turbationem prætendens, probare debet actum turbationis.*
4 *Litis sustentatio in Curia probat turbationem.*
5 *Possessio probatur ex fructuum perceptione.*
6 *Possessio probatur, si quis probat arasse, coluisse, & seminasse agrum.*
7 *Item si quis probet recepisse pensionem propter affictum fundi.*
Locatione probatur possessio cum receptione mercedis. ibid.
8 *Collectæ solutione, & exactione probatur possessio, vel quasi collectandi.*
9 *Possessio probatur, si testis dicit, Titius possedit.*
10 *Insistentia rei & domus habitatione probatur possessio.*
11 *Clauium traditione probatur possessio.*
12 *Catasti descriptione vel libro æstimi probatur possessio.*
13 *Instrumento facto super immissione in possessionem probatur possessio.*
14 *Vsu solo rei probatur possessio.*
15 *Clauium retentione probatur possessio bonorum mobilium corporalium.*
16 *Constituto appositio in contractu valido probatur possessio.*
17 *Possessor non tenetur probare quòd ipse non possidet vi, clam, vel precario, cum bona fide possidere præsumatur.*
18 *Possessio violenta non releuat possessorem ab onere probandi.*
19 *Possessor in hoc iudicio probare tenetur, quòd actor non possidet, & quatenus possideat, possidet vi, clam, vel precario.*
20 *Probare sufficit in hoc iudicio turbationem sine dolo, vel culpa, ex quo agitur ciuiliter.*
Damnis, expensis, & interesse, tunc in hoc iudicio fit condemnatio, quando proceditur per sententiam ordinariè, non quando proceditur per mandatum, vel decretum, prout fit in Curia. ibid.
21 *Dolus, & culpa probari debet, quando agitur criminaliter.*
22 *Probatio srmiplena sufficit in hoc iudicio de stylo Rotæ.*
23 *Testis vnus de visu sufficit in hoc iudicio.*
24 *Præsumptiones sufficiunt in hoc iudicio.*
25 *Probatio facta in hoc iudicio summario non probat in plenario.*
26 *Probatio facta in iudicijs possessoriis plenariis probat in hoc iudicio. Petitorium semper habet in ventre possessorium. ibid. Committens causam in petitorio, committit causam in possessorio. ibid.*
27 *Probationes factæ in petitorio circa possessionem non valent propter termini præfixionem, sed quia petitorium habet in ventre possessorium.*
28 *Actor probare debet, quòd possedit ante litem contestatam, & ante turbationem illatam per aliquod tempus, & se adhuc possidere saltem animo.*
29 *Actor dēt probare, ꝙ possessio rei est clandestina respectu suæ possessionis. Clandestina possessio probatur eo ipso, quòd antiquior non probatur. ibid.*
30 *Lis non est contestanda, quando summariè proceditur, sed possessio quanto citius probari debet.*
31 *Reus si probat possedisse post litem contestatam, actor probet possedisse ante litem contestatam, vel tempore litis contestatæ.*
32 *Seruitutibus cum agitur, quæ probanda sint.*
33 *Testes plures præferuntur in hoc iudicio minori numero testium.*
34 *Testes nobiliores, & omni exceptione maiores præferuntur parti non habenti similes testes.*
35 *Testes deponentes aptiora, & verisimiliora, præferuntur alijs testibus.*
36 *Testium dicta cum iure communi consonantia alijs testibus præferuntur.*
37 *Testes deponentes affirmatiuam præferuntur testibus deponētibus negatiuā.*
38 *Testibus duobus in specie negantibus plus creditur, quàm mille in genere credentibus.*
39 *Testes deponentes super negatiua, vnà cum affirmatiua præferuntur negantibus simpliciter.*
40 *Testes non subditi in probanda iurisdictione præferuntur testibus subditis.*
41 *Testes deponentes Titium fructus recollegisse, præferuntur testibus deponētibus Męuium arasse illum agrum.*
42 *Probatio rei præferenda est probationi actoris in pari casu probationis.*
43 *Reprobatio testium non fit in hoc iudicio.*
44 *Iurare an testes debeant in hoc iudicio.*
45 *Publicari an debeant testes in hoc iudicio.*

De probationibus in interdicto vti possidetis. CAP. XIIII.

1 Et † quoniam hoc iudicium vti possidetis cōsistit in probatione possessionis actoris, siue rei, ideo aliqua dicenda sunt de probationibus; & quoniam probatio fit, aut per testes, aut per instrumēta, vel documenta, & ob id de vtraque probatione hoc capitulo tractare libet.

2 In † hoc iudicio duo substantialia probari debent, videlicet, ex parte agentis possessio, & ex parte conuenti turbatio, seu inquietatio, Bal. in disputatione, accusatus de vi turbatiua, col. 9. ver. in vti possidetis, Rebuff. super constitut. regiis, to. 3. de materia possessoria, arti. 1. gl. 2. nu. 40.

3 Et ideo † qui fundat se in turbatione, probare debet, quem actum turbationis fecit turbator, vt puta ꝙ præcidit arbores, fructus collegit, colonū expulit, vel laborare prohibuit, vel aliud damnum, vel turbationem intulerit, ad hoc vt turbator interdicto conueniri possit, gl. in l. 1. §. huius autem, & §. restituendæ. ff. vti possid. practica Papiensis in forma libelli turbatæ possessionis, versi. ac præsentialiter, nu. 3 Alex. cōs. 88. nu. 3. lib. 5. Menoc. in d. 3. remedio, nu. 559. de retinenda.

4 Verùm † Io. Fab. in §. retinendæ. nu. 24. versi. item quæritur, instit. de interd. dicit, ꝙ sufficit proponere in iudicio turbationem, sed non oportet illam probare, & de stylo curiæ sola sustentatio litis sufficit pro turbatione, Spec. in tit. de actione, seu petitione §. super petitionibus. col. 3. ver. sed nunquid, vbi dicit, quòd

Source : BIU Cujas

q̃ oppositio facta in iudicio sufficit per l.fin.ff.de vsufr. & l.sin-autem.in princ.ff.de rei vend. & propterea concordando opiniones dici potest, q̃ quotiens turbator nō sustinet litem, probanda est turbatio, sed si sustinet litem, non est probanda turbatio iuxta stylum curiæ, quia sustinens litem turbat.

5 Et † ad probandum possessionem sufficit probare, q̃ Titius percepit fructus de tali fundo: quia ex fructuum perceptione probatur possessio. l.Pomponius. ff. quibus modis vsufructus amittatur,& l.2.ff.de solut.& Menoch.de retinenda, remedio 3.nu.564.& seq.

6 Item † si probat arasse, seminasse, vel agrum coluisse, probata est possessio, glo.in l.3.C.finium regund.vbi Bald.& alij, Menoch.in d.3.remedio.nu.563.

7 Et † similiter si quis probet recepisse pensionem propter affictum fundi, vel domus, probata est possessio in præiudicium solutētis, nisi probetur per aduersarium alium fructus collegisse, Ang.in l.quædam mulier.ff.de rei vend.Bart.in l.quamuis.§. si conductor.ff.de acq.pos.Tiraquel.de constit. parte 3.limit.1. num.22.& licèt sola locatio non probet possessionem c.inter dilectos.de fide instrumentorum, Lanfran.in rub.de causa poss. & propriet.col.8.in fine, versic.prima conclusio, Menoch. de retinenda, remedio 3.nu.567. tamen cum solutione mercedis ex locationis instrumento probatur possessio locatoris, Aretin.in l.qui vniuersas.§.quod per colonum.colum.2. versi. circa tertium.ff.de acquir.possess.Soc.consi.106.num.4. col.3. Ruyn.consi.161.nu.29.versi.nec etiam obstat lib.j.Corn.consi. sexto, num.13.lib.3. Afflict. decis.325.num.j.& dixi in tract.de acq.poss.cap.19.nu.53. & seq.Menoch. etiam in d.3.remedio. nu.571.& seq.

8 Ex † solutione & exactione collectæ probatur possessio, vel quasi collectandi.Bald.consi.251.col.3.versic.non est dubium. lib.3.Menoch.de retinenda, remedio.3.nu.568.

9 Probatur † etiā possessio, si testis dicat. Titius tenuit & possedit de facto rem detinendo; quia testis debet de facto deponere non de iure, Bart.in l.stipulatio ista.§. hæc quoque.nu.2.ff.de verb.oblig.vbi Ias.nu.4.

10 Probatur † etiam possessio rei corporalis per insistentiam rei, habitatione domus, ex deambulatione, & similibus. l.stipulatio ista.§.hæc quoq;.ff.de verb.oblig.& ibi Bar.nu.3.Ias.num.4. Soc.consi.131.col.2.versi ex qua detentione.lib.j.Corn. consil. 282.nume.4.lib.j.Decius consi.400.nu.3.& 4.Menoch.de retinenda, remedio 3.nu.361.& seq.

11 Probatur † possessio ex clauium traditione l.clauibus, vbi Bar. ff.de contrahen.emp.ex traditione anuli, vel bireti. Affli decis. 299.Didac.lib.3. variarum resolut. c.16.nu.11. Menoch.in d.3. remedio nu.569.

12 Possessio † probatur etiam ex descriptione facta in catasto, vel libro extimi communitatis, Soc.consil.89. colum.sexta, in princ.& colum.pen.versi.confirmatur.lib.1. intellige alio non existente in possessione, Paulus de Cast.in l.si pater. C.de actio. emptio. Puteus decis.29.de fidei instrumentorum, licet Puteus decis.458.lib.2.dicat ex catasto non probari dominium, sed facit præsumptionem, quæ transfert onus probandi in aduersarium in actu de recenti, & non antiquo & probat possessionē, Menoch.in d.3.remedio, nu.570.

13 Probatur † etiam possessio instrumento facto super immissione in possessionem auctoritate iudicis, Abbas in c.nobis.colum.2.de præscrip.Menoch.d.remedio 3.nu.575. nam ista possessio per instrumentum probari debet, nec sufficit probatio p̃ testes.Bar.in l.fi.C.de edict.diui Adr.in vltimis verbis, licèt cōtrarium teneat Curt.de sequestro, nu.50.

14 Ex solo † vsu rei reprobatur possessio, Balb.in l.Celsus.nume. 133.ff.de vsucapionis.

15 Possessio † bonorum mobilium corporalium probatur ex retentione clauium, sub quarum custodia mobilia sunt, Ang. in l.qui vniuersas.in princip. ff. de acquirenda possess. Didacus lib.3.variarum resolut.c.16.nu.11.Menoch.in d.3.remedio, numero 577.& seq.

16 Per † constitutum etiam appositum in valido p̃ctu probatur possessio, sicut per confessionem, & locationem, Lāfranc. in rub.de causa possess.& propriet.col.9.versi.quarta, quinta,& sexta conclusio, intellige tu contra constituētem, Tiraquel.de constituto, parte 3.limit.1.nu.20.

17 Possessor † non tenetur probare, q̃ ipse nō possidet vi, clam, vel precario: quia possessor bona fide possidere præsumitur, & mala fides non præsumitur.l.pen. C.de euictionibus.& sufficit probare possessionem, quæ releuat ab onere probandi.§.commodum, instit.de inted.Menoch.in d.tertio remedio, numero 600.& seq.

18 Et † violenta possessio non releuat possessorē ab onere probandi.l.si quis.ff.de probat.

19 Sed † bene tenetur probare, q̃ actor non possidet, vel q̃ possidet vi, clam, vel precario, Bar.in l.1.§.fin.nume.19.ff.vti possid. practica Papiensis in titulo de turbata possessione, versi.hodie tenet, nu.4.& hęc probatio sumitur ex eo: quia actor nihil probauit de sua possessione,& se tantum possidere probauit; cum duo in solidum eandem rem possidere non possint, ut p̃ Bart. in d.§.fin.& Menoch.d.remedio 3.nu 602.

20 Et † in hoc interdicto sufficit probare turbationem sine dolo vel culpa, cum agitur ciuiliter, Papiēsis in sua practica in forma libelli pro turbata possessione, in versi.& in ea nititur, in fine, nisi agens velit facere condemnare turbantem in damnis, expensis,& interesse, quo casu culpæ probatio requiritur, ut dicit Menoch.in d.3.remedio, nu.605.sed aduerte, q̃ pro damnis & interesse agendum est ordinariè contra turbātem; cum non veniant in hoc iudicio damna,& interesse; sed solùm illud, qđ interest possessionem non retinuisse, vt declarat Put. decis.61. lib.3.ad finem; quia de stylo Curiæ est, q̃ constito de possessione detur mandatum de manutenendo per decretum, non per sententiam diffinitiuam, & isto casu non fit condemnatio in damnis, expensis, & interesse, sed si agatur ordinariè, & detur sententia diffinitiua, tunc fit condemnatio in damnis,& interesse ratione præteritæ turbationis, Bartol. in l.si duo. in fine. ff. vti possid.

21 Si † verò ageretur ad pœnam pro turbata possessione vigore statuti imponentis pœnam turbanti; tunc requiritur, quòd probetur culpa,& dolus turbantis.l.tertia.ff.de iniurijs,& tunc quælibet iusta causa excusat turbantem à pœna.l.1. in fine ff.de abigeis, practica Papien.in titulo de turbata possessione, versi. & in ea nititur ipsum, nume.2.versic. primo casu,& dictum est sup.cap.12.abundè.

22 De † stylo Rotæ in hoc interdicto sufficit semiplena probatio ad effectum obtinendi mandatum de manutenendo. Put. decis.61.lib.tertio immo leuiores probationes sufficiunt, cum sit nullius, vel modici præiudicij. Bar.in l.1.num.10. C.quorum bonorum, Mathesilan.singulari 2. Decius consi.56. numero 1. Gozad.consi.12.nu.11.Menoch.remedio vlt.de retinenda, idē dicit in officio iudicis, sed tene Rotæ opinionem, q̃ sufficiat semiplena probatio.

23 Et † propterea sufficit vnus testis de visu, etiam q̃ sit inquilinus, pro obtinēda manutentione, Bar.in l.1. C. quorum bonorum,& in l.admonendi.ff.de iur.iur.& ita seruat Rota.

24 Quinimmo † in hoc iudicio sufficiunt præsumptiones; quia hoc interdictum est vnum ex leuioribus possessoriis distinctū ab aliis, Pau.de Cast.consi.3.lib.2.Sarnen. de annali q.46. Capicius decis.13.& 55.Reuerendiss.Paleottus decis.22. Rebuff.sup concordantis in titu.de annatis, in glo.possessionem, versi.vlt. sufficiunt, cart.420.Plotus in l.si quando.nu.113. C.vnde vi, dicit, q̃ sufficit fama, vel vnus testis; quia dicitur agi de leui præiudicio, quādo istud iudicium est præparatorium alterius iudicii petitorii, vel possessorii pleni.

25 Et † ideo probatio facta in hoc iudicio summario non probat in plenario iudicio adipiscendæ, vel recuperandæ, aut in petitorio c.veniens.il 2.vbi Felyn.de test.Bartol.in l.2. ff.vi bonorum raptorum.

26 E contra † verò probatio facta in iudiciis possessoriis plenariis, vel in petitorio probat ī hoc iudicio summario, argumento de maiori ad minus; quia probationes in maiori iudicio factæ semper probant in minori, & non econtra; quia maior diligentia fit in petitorio, quàm in possessorio retinendæ, & ideo probatio habet maiorem vim; & quia petitorium semper habet in ventre possessorium.c.1.& 2.de causa possess.& propriet. Rota decis.9.nnm.2.de causa possess.& propriet. in nou. Cassad. decis.9.d.tit.num.6.& qui committit causam in petitorio, committit causam possessorii retinendæ, Rota Bisig. de causa poss. & propriet.decis.prima.Cassad.decis.9.nu.7. eodem tit.de causa possess.& propriet.

27 Ea propter † mihi non placent quæ dicit Menoch. & alii allegati per eum in remedio vlt.de retinenda, nume.36. q.9. quia non est præfixio terminis ad probandum in possessorio quæ faciat valere probationes factas in petitorio circa possessionem, sed quia petitorium habet in ventre possessorium.cap.1.& 2.de causa possess.& propriet.& dictum est sup.nu.proximo,& ideo probationes factæ in iudicio petitorii super possessione probāt in hoc iudicio summarijssimo.

28 Præterea † actor debet probare, q̃ possedit ante litem contestatam,& ante turbationem illatam per aliquod tempus, & se adhuc possidere, saltem per allegationem; quia possessio præsumitur continuata saltem animo, glo.& Doctores in l.siue possideris.C de probat.Cyn.& alii in l.non ignorabit. ff.ad exhiben. Io.de Amicis consil.64. Alexand.consil.88. numero tertio, libro quinto.Afflict.decis.394.numero 2.Paris.consi.112.num. 61.lib.1.Pedemontana decis.99.nume.51.Rebuff. super const. regiis, in 3 tomo in tract.de materia possessoria, art.2.glo.3. nume.14.& Menoch.in d.3.remedio nu.556.Ias.consil. 6.libro 1. Guid.Papæ decis.552.

29 Et † debet probare, si reus pariter probat possessionem, q̃ possessio rei est clandestina respectu possessionis ipsius actoris, Bar.in l.1.§.vlt.nume.18.ff.vti possid.Barb.consi.25.col.1.lib.4. Soc.consi.54.nume.15.lib.4.Ias.consi.6.ad finem lib.1. Et clandestinitas

destinitas probatur eo ipso, ꝙ non probatur antiquior possessio, Bart. in d.nu.18. & Menoch. in dicto 3.remedio, nu.557.ad finem.& nu.725.quæ præfertur in pari probatione.

30 Sed si † proceditur summariè, tunc lis non est contestanda, sed possessio probetur quanto citius, vt dicit Alex. consil. 88. num.3.lib.5.

31 Et † si reus probat se possedisse post litem contestatam; tunc debet actor probare, ꝙ tempore litis contestatæ ipse possidebat, Aret.in §.retinendæ.colum.tertia, instit.de interd. Afflict. decis.394.

32 Cum † agitur pro seruitutibus, plura probanda sunt, primò ꝙ hoc anno vsus est itinere per 30. dies, secundò sibi seruitutē competere, hoc est ius sibi esse reficiendi viam.l.3.§. hoc autē. ff.de itinere actuq; priuato, & Menoch. in 5. remedio de retinenda, nu.98.& seq.

33 Et † qui habet in hoc iudicio plures testes, præfertur habenti minorem numerum testiū, Corn.consi.130.col.2. lib j.Berous in c.licèt causam.de probat.

34 Et † ille qui habet testes plures nobiliores,& omni exceptione maiores, præfertur alteri parti in manutentione, Rebuff.sup concordatis in tit.de annatis, in glo.possessionem, versi. vltima regula,& honestiores præferuntur. Curt.in tract.de testib. concluſ.16.Ruyn.consi.53.nume.6.lib.4.Menoch in d.3.remedio, nume.719.

35 Et † testes dicentes aptiora,& verisimiliora præferuntur aliis testibus, c.licèt causam,& ibi Bald. de probat. Afflic.decis.363. numero sexto.

36 Et † illis testes præferuntur, quorum dictis consonat ius cōmune, Bart.consil.28. colum.2.lib.1. Menoch.in d.3.remedio, numero 722.

37 Testes † deponentes affirmatiuam præferuntur testibus deponentibus negatiuam, Bald.in l.actor. C. de probat.quia plus probant duo affirmantes quàm mille negantes, Curt. Iunio.in tract.de testibus.quæst.2.& q.25.& q.26. Felyn. & alj in c.ex tenore.colum.prima, de test. & Felyn. in c. in nostra. de testibus, vbi ponit regulam & fallentias, Alciat.consi.70.lib.6.tom.2.ponit aliàs fallentias, & Ripa in c. cum Ecclesia sutrina. nu.89.de causa possess.& propriet.

38 Et † ideo plus creditur duobus testibus in specie negantibus, quàm mille in genere credentibus, Curt.in tract. de testib.q.7. numero vigesimo, limita nisi testes negantes deponerent veri similiora, Tiraquell.in præfat.l.si vnquàm.numero 46.C.de reuocand.don.

39 Et † quando testes cum negatiua deponerent de affirmatiua, præferuntur negantibus simpliciter, Bald.in dic.§. si quis per triginta, col.2.si de feudo fuerit contentio inter dominum, & Agnat. Afflic.decis.324. Rebuff.super concordatis in tit. de annatis, in glo possessionem, versi.tertio testes.

40 Testes † non subditi ad probandum iurisdictionē præferuntur testibus subditis, Alex.cons.88.nu.6.lib.5.Menoch. in dicto 3.remedio nu.720.

41 Et † illa probatio præfertur, quæ ꝓuenit ex testibus deponētibus Titium recollegisse fructus illius agri, quem probat Meuium arasse, Bal.in l.arboribus.§.si agrum ff.de vsur.Ruyn.cōsi. 53.num.7.lib.4.Menoch.in d.3.remedio.nu.722.

42 Et † quando probationes actoris & rei sunt ęquales: tunc ꝓbationes rei sunt præferendæ probationibus actoris: quia in dubio pro reo pronunciandum est, Alex.consil.99.nu.14.lib.5.& & hoc intelligendum, quando vnus est actor declaratus à iudice & alter reus: sed qñ vterque est actor & reus, tunc in hoc verſatur iudicis arbitrium, cui probationi velit credere, cum probationes sint arbitrariæ.l.3.§. ideoq;. ff.de testib. Paulus de Castro consi.163.lib.j.Soc.Iun.consi.32.nu.11.& consil.61.nu.46.& seq. lib.2.latè Menoch.de arbi.iud.lib.2.centuria prima casu 90.per totum,& ita obseruatur.

43 Testium † reprobatio non fit in hoc iudicio: quia est possessorium summarijssimum, Pau.de Cast.cons.3.lib.2.& ratio est, quia sententia lata in hoc interdicto est interloquutoria,& nō infert grauamen, quod non possit diffinitiua sententia reparari. c.veniens.il 2.de testibus, ibi super incidenti, vbi Abbas nume.10.Felyn nu.13.Decius in l.fi.nu.46. C. de edicto diui Adri. Cagnol.in l.in pari, nu.7.ff.de reg. iur. Capic.decis.55. Didacus lib.practicarum quæstionū.c.17.nu.4.vers.septimò. Menoch. de retinenda, remedio vlt.numero 41. Achilles Personalis in tract.de adipiscenda, numero 30. cart.11.qui declarat respectu reprobationis personę testium non autem respectu dictorum, vtputa, quia testes essent in eorum dictis contrarij super negotio principali, non super aliquo incidenti; quia tunc testis potest repelli.

44 Et † Menoch. in d. remedio vlt. de retinenda, nu.39.dicit in hoc iudicio, ꝙ testes non habent necesse iurare de veritate dicenda; quia sufficit qualis probatio, sed aduerte, ꝙ hoc procedere posset, quādo iudex pro sui informatione sine partis citatione procederet, verum postq̄ pars citata est, nihil in iudicio fieri potest sine partis citatione. l.de vnoquoq;.ff.de re iud.l.si quando.C.de testibus, Ant.Gabriell. lib.2. communium concluſ. in tit.de citationibus, concluſ.j.num.1.maximè parte contradicente,& vlterius ꝓbationes receptæ sine iuramēto, quod est adeo substantiale,& necessarium in teste, ꝙ nec per Papam dispensari potest, vt testis in ferendo testimonio non iuret, Hippolytus sing.214.& D.Hieronymus Magon.in decis.Lucana 45.nu.10. ideo sine iuramento, & partis citatione testis examen non valet, licèt sit summarijssimum iudicium: tamen effectus est maximus; quia hoc interdictum tuetur possessorem lite pendente, & ex possessione lite pendente multa commoda resultant possessori, vt dixi in tractatu de acquirenda possess. c.21. de cōmodis ex possessione resultantibus.

45 Dicit † etiam idem Menoch.in d.vlt.remedio de retinenda, nu.40.quòd testes in hoc iudicio nō sunt publicandi partibus, sed in hoc seruetur consuetudo ioci iudicij. In Romana Curia testes ad arbitrium partium publicantur in quolibet iudicio, siue in prima, siue in alia vlteriori instantia,& bene, quia videri non poterit, quæ probatio prævaleat, tam circa numerum, quàm circa omnia alia præmissa, si testes non publicētur, ideo in hoc semper me remitto arbitrio prudētissimi iudicis, vt dixi sup.hoc capite nu.42.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum vti possidetis duplex, quando vterque actor & vterque reus declarari intendit.& nu.13.*
2 *Agere qui vult, debet esse certus, & rem diligenter explorare.*
Actor quis sit in petitorio, vel in hoc iudicio in appellatione, & in communi diuidundo, sorte dirimatur ibid.
3 *Actor non est semper qui vadit ad iudicem, cum quis possit ire ad iudicem se defendendo.*
Actor est qui committit causam contra aliquem.ibid.
Reus est qui ad iudicium pro suo interesse, etiam contra cessionarium vadit. cum status causæ non mutetur.ibid.
4 *Actor cognoscitur in iudicio, si agit.*
5 *Reus instans pro impositione perpetui silentij semper est reus.*
6 *Actor est qui committit causam super sua legitimitate.*
7 *Reus est qui probat se possidere & petit absolui.*
8 *Reus voluntarius est, qui se opponit exequutioni pro suo interesse.*
Reus voluntarius habetur loco actoris, & debet suam personam legitimare. ibid.
9 *Reus voluntarius est, qui comparet in termino citationis contra interesse putantes.*
10 *Reus necessarius dicitur, qui vocatus venit ad iudicium inuitus.*
11 *Reus necessarius si actor non docet de iure suo, absoluitur, etiam quòd non possideat.*
12 *Reus dicitur qui petit confirmationem possessionis.*
13 *Actor & reus in hoc iudicio aliquando vtraque pars est.*
14 *Actori declarato à iudice, inhiberi debet.*
15 *Actori declarato fit præiudicium, quando probationes sunt pares.*
16 *Actor in hoc iudicio tria petit.*
17 *Actori nihil probanti silentium imponi potest.*
18 *Actore non probante, reus manuteneri debet.*
19 *Actor in confessoria debet possidere.*
20 *Actor est qui obtinet monitorium à principio.*
21 *Inhibitio facta possessori, qui continuat possidere, non facit attentatum.*
22 *Monitorium cum clausula si quis, resoluitur in vim simplicis citationis per comparitionem, secus si est decretum causa cognita.*
23 *Monitoria decreta causa cognita, continent protestationem inhibitoriam.*
24 *Reus est missus in possessione in interdicto ne vis fiat. si non possidet actor est, ibi.*

De Actore, & Reo. Cap. XV.

1 Quoniam † in isto iudicio vti possidetis, maxima controuersia aliquādo est inter partes, quis actor, quis reus existat, & aliquando vtraq; pars est actor, & reus,& isto casu hoc interdictum duplex nuncupatur, quia quilibet sustinet partes rei,& actoris. l.2. in princ. ff.de interdictis.& §.tertia.instit.d.tit.& ibi Theofilus. §. cum dictum.& l.3.§.hoc igitur.ff.vti possid.

2 Et † competit hæc quæstio, quando agitur petitorio super aliqua re, cū ante quæratur quis possideat, & quis sit actor, vel reus, cum maximum sit commodū possidere, & qui vult agere, certus esse debet de iure suo; cum sit in potestate eius, quando velit experiri,& ante debet diligenter rem explorare,& tūc ad agendum procederet.l.qui in alterius. in fine. ff. de reg. iur. & ideo actoris partes sustinet in præiudiciis, qui habet intētionem secundùm id quod intendit l generaliter. ff. de exceptio. & l.fin.in fi.ff.si liber ingenuus esse dicat.vbi ꝙ actoris partes sustinet, qui se patronum vocat, in appellatione; actor est qui appellat.l.qui appellat.ff.de iudiciis, in communi diuidundo, finium regundorum,& familiæ erciscundæ, ille actor est, qui ad iudicium prouocat, & si ambo prouocent, sorte quis sit actor dirimitur.l.in tribus iudiciis,& l.seq.ff.de iudicijs.

Et

Source : BIU Cujas

3 Et nota † ꝙ non ſemper eſt actor ille, qui vadit ad iudicem; cum poſſit quis ad iudicem ire ſe defendendo. l.libertus à patrono, vbi gloſ. ff. de in ius vocando, Felyn. in c.intelleximus. col.3.verſi.eo ipſo, de iudiciis, maxime ſi quis in iudicio inuitus, vel vocatus ad defenſionem eius,cuius intereſt, venerit, & petierit ſe admitti ad illum ſtatū, in quo litem inuenerit, iuxta c.2.§.fin.vt lite pendente,in 6.etiam ꝙ hoc petat virtute commiſſionis cum clauſula quam,& quas, quæ nō mutat iudicium inceptum, Rota deciſ.11.de officio deleg. in no. & deciſ.fin.de reſcrip.in no.Mohedan.deciſ.229. & ideo ſi quis commiſit cauſam contra aliquem,actor eſt à principio,& ſi poſtmodum cedat,eius ceſſionarius pariter actor eſt, & ille qui venit pro ſuo intereſſe contra ceſſionarium reus eſt; quia per hoc ſtatus cauſæ nō mutatur.c.cum ſuper.de re iud.Fab.deciſ.15.lib.j.ex mente dominorum.

4 Actor † cognoſcitur in iudicio,ſi agit,Rom. conſil.217.Afflict.deciſ.268.Decius conſi.43.& 487.

5 Reus † inſtans ꝓ impoſitione ſilentij ſemper remanet reus, Alex.conſi.103.vol.5.Decius conſi.43.

6 Committens † cauſam ſuper legitimitate ſua actor eſt.l.nec non.ff.ex quibus cauſ.maior.c.fi.in fine,de ſtatu monach.Egid. deciſ.48.& 558.Ruy.conſi.114.nu.4.& 5.lib.4. Sarnenſis in reg. de infirm.reſig.q.34.nu.4.

7 Reus † eſt qui probat ſe poſſidere, & petit in commiſſione à moleſtationibus abſolui.c.forus.de verb.ſig.Decius conſi.43. & 487.Achilles deciſ.j.de actore.

8 Reus † voluntarius eſt, qui ſe opponit exequutioni pro ſuo intereſſe, Innocent.in c.cum inter,& ibi Felyn. de excep. Paulus de Caſtro in l.ſi libertus à patrono. ff.de in ius vocando, & ibi dicit, ꝙ habetur loco actoris,& obſtant ei omnes exceptiones,quæ obſtarent,ſi eſſet merus,& verus actor, & debet in iudicio ſuam perſonam legitimare, Bald.in Margarita, in verbo reus voluntarius.

9 Et † eſt reus voluntarius,qui comparet in iudicio,ſub termino citationis decretæ contra intereſſe putantes, & proteſtatur poſtq̄ docuit de ſuo intereſſe, ꝙ non procedatur niſi eo citato in omni termino,& per talem comparitionem cenſetur intro ducta lis inter ipſum & actorem,Put.deciſ.241.lib.2.

10 Reus † neceſſarius dicitur ille, qui eſt vocatus ad iudicium; quia iudicium redditur in inuitum,Felyn.in c.cum inter,nu.11. & Decius num.16.de except.qui non tenetur docere de ſuo intereſſe,ex quo per citationē actoris ſua perſona fuit legitimata. Zuchardus.in l.fi.nu.405.Sapia nu.98.C.de edict.diui Adriani, & ei præiudicat ſententia cōtra eum lata, Pau.de Caſt.in l.cum filiusfamilias.nu.3.ff.de verb.oblig.Decius conſi.187.nume.2. verſ.& conſiderandum.

11 Et † ideo reus neceſſarius,etiam,ꝙ nō poſſideat,ſi actor non docet de iure ſuo,abſoluitur,Felyn. in c.aduerſario tuo, nu.10. de except.Aegid.in c.mandatum.nu.30.Anch.nu.6. poſt Com poſtellanum,de reſcrip.Rota deciſ.4. de re iud.in nouis.

12 Qui † petit confirmationem poſſeſſionis, dicitur reus non actor, Tiraquell. in tract. le mort ſaiſit le viff. parte 6.declarat. 7.numero 2.

13 Actor † & reus in hoc iudicio aliquando vterque eſt; cum vterque dat libellum,& tunc iſtud interdictum eſt duplex,Bar. in l.ſi duo.nume.quarto.ff.vti poſſid.& dictum eſt ſup.in princ. huius capituli.

14 Et† ideo iudex aliquando declarat in hoc iudicio vnum eſſe actorem, & alterum reum, & huic actori declarato debet iudex inhibere, ne accedat ad rem, & ei præcipere, ne reum moleſtet, Ruyn.conſi.28.nu.7.verſi.& ratione, & verſi. ex aduerſo libro quarto.

15 Et † multum damni,& præiudicij afferre poteſt,ſi quis declaretur actor,quando probationes ſunt ęquales; quia pro reo ferenda eſt ſententia abſolutoria,ſed ſi nō declaratur quis actor, & quis reus,ſecus dicendum eſſet,& dictum eſt ſupra in c.10.& Menoch.in remedio 3.de retinenda,num.758.& ſeq.

16 Actor † in hoc iudicio tria petit, primò quòd aduerſarius à turbatione deſiſtat,ſecundò ꝙ ſoluat intereſſe reſpectu præteritæ turbationis,tertiò ꝙ in futurum non turbet, Iaſ. in l.naturaliter.§.nihil commune,nu.11.ff.de acq.poſſ.

17 Et ſi † actor in hoc iudicio nihil ꝓbauit,ſed reus probauit ſe poſſidere,tunc actor condemnari poteſt, & illi ſilentium imponi,& inhiberi,ne in poſterum reum poſſeſſorem turbet,atq; moleſtia afficiat,Bart.in l.j.§.quod ait.nu.5.verſi. ſi verò reus.ff. vti poſſid.Bald.in l.j.C.eodem,Menoch.de retinenda, remedio 3.num.782.vbi ponit quamplures caſus.

18 Et † debet reus manuteneri,quando probauit intentionem ſuam,& aduerſario ſuo actori inhiberi, ne moleſtet ipſum durante iudicio ſuper ſpolio;quia ſpoliator de recenti non debet in ſua poſſeſſione tueri,donec condemnetur ad reſtitutionem poſſeſſionis faciendam ſpolio agentem,Innoc. in c.veniens,de præſcrip.Ant.de But.nu.16.Abb.nu.24.Menoch.latè in d.3.remedio.nume.789.

19 Actor † in confeſſoria debet poſſidere. l.6.§. ſciendum. ff.ſi ſeruit.vendic.vbi gloſ.& Doctores.

20 Qui† obtinet à principio monitorium,eſt actor,& ſi probat poſſeſſionem ſeruitutis, poteſt petere inhiberi turbanti,ne turbet ipſum actorem poſſeſſorem in ſua poſſeſſione, quem prætor tueri debet in ſua poſſeſſione,iuxta l.j.ff.vti poſſid.Plotus in l.ſi quando.nu.102.& 103.C.vnde vi.

21 Et ſi † inhibeatur poſſeſſori, qui continuat ſuam poſſeſſionem. non dicitur contrauenire inhibitioni, nec minus ſi citatus compareat in iudicio,Plotus in dic.l.ſi quando. nume.104. C.vnde vi.

22 Et † monitoriū decretum, ne moleſtet (cum clauſula ſi qs) per comparitionem monitorium reſoluitur in vim ſimplicis citationis,Iaſ.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.nume.6.ff.de offic.proconſul.& lega.quia tale monitorium tanq̄ decretum cauſa nō cognita ſperni poteſt,Decius conſi.460.nu.20.Anch. Regienſ.q.25.parte prima.Pariſ.conſi.39.num.9. & ſeq.lib.j. & ratio eſt; quia fuit decretum parte non citata, & in talibus requiritur citatio,quando decernitur,Feder.de Senis conſil.300. Alex.conſil.9.lib.4. Afflic.deciſ.30. & tunc cum cauſæ cognitione decernitur,quando pars citatur ad videndū decerni monitorium poſt factas probationes neceſſarias,Angel.Aret.in §. curare.col.fi.inſtit.de actio. & iſto caſu non apponitur clauſula ſi quis, & per comparitionem ſimplicem non reuocatur; ſed ſtat in eſſe ſuo,& durat inhibitio, & contraueniens punitur, & proceditur ad pęnas ſine aliqua reintegratione monitorij,Put. deciſ.54.de iudic.Peregrin.deciſ.261.lib.2.

23 Et talia monitoria cum cauſæ cognitione decreta,cōtinentia inhibitionem dicuntur continere proteſtationem inhibitoriam,Iaſ.in l.non ſolùm.§.morte.nu.28.ff.de nou. oper.nunciat.Alex.conſi.78.nu.10.lib.5.

24 In† interdicto ne vis fiat miſſus ī poſſeſſione ſi poſſidet reus eſt,& obtinet decretum ne vis fiat,ſi non poſſidet, & agit ad reſtitutionem actor eſt,Bar.in l.de pupillo.§.vlt.num.j. ff.de nou. oper.nunciat.Socin.conſi.109.num.j.lib.4.Menochius in remedio 1.de retinenda.nu.94.& ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Libellus in hoc iudicio quid debeat continere neceſſariò.*
2 *Libello an ſit exprimendæ qualitates poſſeſſionis. & in hoc libello poteſt exprimi, quòd timet turbari, & petere quòd prouideatur, ne veniant ſcandala.nu.3.*
4 *Locus, & tempus an ſit exprimendum.*
5 *Turbationis modus an ſit exprimendus.*
6 *Modus, quo deſiſtere debet turbans, non debet exprimi.*
7 *Clauſula,omni meliori modo, quid operetur in libello.*
8 *Proceſſus formandus in hoc iudicio vti poſſidetis.*
9 *Concluſio libelli in hoc iudicio reſultat,ſi narretur poſſeſſio, & quòd remoueatur turbatio.*
10 *Libellus non eſt neceſſarius, quando intentatur iudicis officium.*

De libello in hoc interdicto vti poſſidetis. Cap. XVI.

1 In † Libello, qui datur in actis in hoc iudicio,duo in narratione ſunt neceſſaria,primò ſcilicet ꝙ narret ſe poſſediſſe,ſecundò ſe turbari in ſua poſſeſſione. Bartol. in l.prima. §. interdictum. ff. vti poſsidet. in concluſione libelli petere debet, quòd turbator deſiſtat à turbatione, & pro præterita turbatione condemnetur ad id quod intereſt, & quòd in futurum caueat de non moleſtando. l. prima. C. vti poſſid.Lanfranc.in rub.de cauſa poſſeſ.& propriet.col.8.verſi. prima concluſio,Decius in c.licèt cauſam,num.108.de probat. Rebuff.ſuper conſtit.regijs,tomo 3.in trac. de materia poſſeſſoria,art.j.glo.2.nu.14.ponit formam libelli lingua Gallica,quem declarat,quò ad eius primam partem,num.15.iuxta doctrinam Bartoli, & reſpectu ſecundæ partis libelli, nu. 16. quantum ad cautionē,& quò ad alias partes libelli.nu.17.& ſeq.& Menoch. de retinenda, remedio 3.q.57.num.453. dicit ſufficere qualem qualem petitionem,& q.58.nu.455. ponit quæ ſunt neceſſariò narranda in hoc iudicio.

2 Et † an in hoc libello ſint exprimendæ qualitates poſſeſſionis,videlicet ꝙ poſſidet ciuiliter,vel naturaliter, & non eſſe neceſſe,dicit Bar.in l.j.§.interdictum,num.6.ff.vti poſſid.intellige parte non opponente,ſed ea opponente actor debet declarare l.j.C.de annali excep.Menoch.in d.3.remedio.queſt.59.nume. 457.& ſeq.

3 Poteſt † etiam petere, ꝙ turbatus timet ab aduerſario turbari,& ꝙ de facili poſſent euenire ſcandala, ex quo intendat defendere ſuam poſſeſſionem,etiam manu armata, ideo petit ꝓuideri, vt in deciſ.Capici.96.nu.1.

4 Et † an locus,& tempus in eo exprimi debeat, & Bal. conſil. 489.numero 2.lib.3.tenet ꝙ ſic, & Menoch in d. tertio remedio.nume.459.& 466.diſtinguit, ſi dolus turbantis arguitur, ſecus ſi non arguitur dolus turbantis,Bart.in l.j.§. interdictum.ff. vti poſſid.nume.7.

Modus

Source : BIU Cujas

5 Modus † verò turbationis an ſit exprimendus, & videtur ꝙ ſic; quia ſi eſt commiſſa vis in turbatione, debet exprimi vis armorum, vel aliàs; quia ex hoc aggrauatur factum turbationis. l. creditores. ff. ad leg. Iul. de vi priuat. & vide ſup. c. 12. & hoc caſu arguitur dolus turbatoris, & vis armorum exprimenda eſt, Menoch. in d. 3. remedio, num. 464. & ſeq. vbi verò dolus turbatoris non exiſtat, non debet exprimi modus turbationis, niſi pars petat. Menoch. in d. 3. remedio, nu. 461. & 463.

6 Modum † verò quo deſiſtere debet à turbatione is qui turbat, non debet exprimi in libello, Bart. in l. j. §. interdictum, nume. 9. ff. vti poſſidet. quia hoc ſpectat ad iudicem, Menoch. in d. 3. remedio, num. 506. q. 63.

7 Sed † quid operetur in libello clauſula, omni meliori modo, vide Bal. conſi. 489. nu. 3. lib. 3. & importat ꝙ poſſit obtinere ex cauſa probata, etiam ꝙ deducta non ſit; Alex. in l. ſi ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de verb. oblig. Soc. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 8. ff. de acquir. poſſ. & Rota deciſ. 2. ad finem, de alien. iud. mutandi cauſa fact. in no. & iſta clauſula poſita in aliqua diſpoſitione ſine copula, & operatur tantum circa expreſſa in libello, vel alia diſpoſitione, ſed ſi dicatur, & aliàs omni meliori modo, tũc operatur aliquid etiam vltra expreſſa, Galliaula in l. j. §. ſi quis ita. nu. 6. ff. de verb. oblig. Decius conſi. 14. nu. 5. Put. deciſ. 38. lib. 2. Achilles deciſ. 1. de clauſula, Benuenut. Stracha de mercatura, ſub titu. mandati nu. 15. & 16. & iſta clauſula, omni meliori modo, non tollit vitium contrarietatis, vt dicit Capic. deciſ. 96. nu. 8.

8 De † proceſſu autem formando in hoc iudicio vti poſſidetis formam ponit Bald. conſil. 489. nume. 5. lib. 3. vbi etiam Anch. Regien. quæſt. 25. parte prima, & Plotum in l. ſi quando. nu. 102. & ſeq. C. vnde vi.

9 Et hoc † interdictum vti poſſidetis ex narratione poſſeſſionis de præſenti, & turbatione, ſeu inquietatione aduerſarii concluditur intentatum eſſe, Alex. conſi. 88. nu. 1. lib. 9. Menoch. remedio vlt. de retinenda. nu. 29.

10 Libellus † non eſt neceſſarius, quando intentatur iudicis officium Menoch. de retinenda, remedio vlt. num. 27. & quando offeratur quid narrandum, ibi nu. 29.

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet eſſe conformis libello.*
2 *Sententia in hoc interdicto, an ſit diffinitiua vel interloquutoria.*
Mandatum de manutenendo per decretum eſt ſententia interloquutoria, & ſuperueniente meliori probatione reuocatur. ibid.
3 *Mandatum de manutenendo durat, donec reuocetur.*
4 *Appellatio ab interloquutoria non ſuſpendit iudicis iuriſdictionem.*
5 *Appellatio ſuſpenſiua, vel deuolutiua non admittitur in hoc iudicio ſummariiſſimo.*
6 *Sententia lata in ſcriptis per verbum condemno, vel abſoluo, cauſa cognita in hoc iudicio dicitur diffinitiua.*
7 *Sententia quomodo cognoſcatur, quòd ſit diffinitiua, vel interloquutoria.*
8 *Perpetuum ſilentium imponitur parte petente alteri parti.*
9 *Sententiæ effectus in hoc iudicio eſt, vt aduerſarius compellatur deſiſtere à turbationibus.*
10 *Turbator debet compelli vigore ſententiæ, & rei iudicatæ ad ceſſandum à turbatione, & etiam illius hæres.*
11 *Hæres turbati iuuatur ſententia data ad fauorem ſui auctoris.*
12 *Sententia, quando intentatum eſt petitorium, & poſſeſſorium retinendæ, quæ ſit ferenda.*
13 *Sententia quando liquet de iure actoris in petitorio, & de iure rei in poſſeſſorio, debet ferri ſententia in petitorio.*
14 *Sententia datur actori in retinenda, quando liquet de eius iure, & non liquet de iure rei in petitorio.*
15 *Sententia fertur per verba præſentis temporis aliquando hoc modo, ſicut poſſidetis, ita poſſideatis.*
16 *Sententia data eodem tempore pro vno in petitorio, & pro alio in poſſeſſorio, exequitur ſententia lata in petitorio, quæ abſorbet poſſeſſorium.*
17 *Reſtitutio in integrum non datur à ſententia lata in hoc poſſeſſorio.*
18 *Reſtitutio in integrum ex aliquibus cauſis datur in hoc iudicio.*
19 *Reſtitutio in integrum in ſpolio ex iuſta cauſa datur.*
20 *Exequutio ſententiæ latæ in hoc iudicio qualiter fiat.*
21 *Reſtitutio poſſeſſionis in hoc iudicio qualiter fiat.*
22 *Nullitate ſententiæ non dicitur in hoc iudicio.*

De ſententia, in hoc interdicto vti poſſidetis. Cap. XVII.

Poſtquam viſum eſt de libello in hoc interdicto vti poſſidetis, videndum

1 eſt de ſententia, † quæ debet eſſe conformis libello. l. vt fundus. ff. communi diuidundo, & cap. licet Heli. de ſimonia, vbi latè Felyn.

2 Et † ob id primò vidẽdum eſt, quæ ſententia ſit iſta, an interloquutoria, vel diffinitiua, & Menoch. in 3. remedio de retinenda, nu. 839. tenet ꝙ ſit diffinitiua, & Berous in c. licèt cauſam. de probat. nu. 68. & alij per eum relati, ſed contra dici ſolet, ꝙ quando intentatur petitorium, & pendente iudicio oriuntur turbationes, tunc probata poſſeſſione ſi detur vni parti mandatum de manutenendo per decretum, non dicitur illud mandatum ſententia diffinitiua, ſed interloquutoria. c. 2. de ordin. cognit. c. cum veniſſent. de inſtitut. laſin l. quod iuſſit. col. 5. verſi. item intellige, de re iud. & Menoch. de retinenda, remedio vlt. nu. 46. idem tenet, & ideo vti interloquutoria ſuperueniẽti noua & meliori probatione alteri parti, poteſt dictum decretum per iudicem reuocari, Felyn. in c. qualiter, & quando. col. 4. & 5. de accuſat. & in c. ſuborta. col. fin. de re iud Decius in c. cum ceſſante, nu. 10. de appellat. Nicellus in tractatu de concordia gloſarum, num. 28 Pariſ. conſi. 108. 20. lib. j. Petr. Benintendi deciſ. 79. nu. 6. & ratio eſt; quia interloquutoria contrario iudicis imperio reuocatur. l. quod iuſſit. ff. de re iud. licèt Menoch. in remedio vlt. de retinenda, nu. 56. & ſeq. contrarium teneat, quòd nõ poſſit reuocari.

3 Et † iſta ſententia interloquutoria durat, non ſolum vſq; ad ſententiam diffinitiuam latam in petitorio, vel in plenario poſſeſſorio, ſed donec reuocetur, ante tamen ſententiam diffinitiuam, & rem iudicatam latã in petitorio, vel poſſeſſorio plenario, & in his terminis loquitur Paul. de Caſt. conſi. 3. col. 2. & Benintendi d. deciſ. 79. nu. 4. dicit, ꝙ affert præiudicium lite pẽdente, & donec fuerit aliter ordinatum, & in praxi ita in Romana Curia ſeruatur, quæ debet attendi, videlicet ꝙ ex nouis probationibus, vel ex legitima cauſa mandatum de manutenendo ab eodem iudice reuocetur.

4 Et † appellatio ab interloquutoria non ſuſpendit iudicis iuriſdictionem. c. non ſolùm. de appella. in 6. & ideo ſi appelletur ab iſta interloquutoria, non propterea iudex ceſſat procedere in petitorio, vel poſſeſſorio; quia per appellationem ab interloquutoria non deuoluitur negotium principale; quia non affertur præiudicium irreparabile per diffinitiuam, Aret. conſil. 20. col. 2. & conſi. 106. num. 2. Ruyn. conſi. 157. numero 21. lib. 5. Aymo conſi. 181.

5 Nec † admittitur appellatio in hoc poſſeſſorio ſummariiſſimo ſuſpenſiua, nec deuolutiua, Cagnol. in l. in pari. nu. 7. ff. de reg. iur. Benintendi deciſ. 79. nu. 10. Ioſeph. Ludouici deciſ. Peruſina 20. nu. 9. Menoch de retinenda, remedio vlt. nu. 48. q. 17. intellige quando proceditur per decretum.

6 Sed ſi † ſententia in hoc poſſeſſorio lata eſt in ſcriptis per verbum condemno, vel abſoluo, ex quo per eam diffinitur negotium commiſſum ſuper poſſeſſione, vel alia re, dicitur diffinitiua. l. 3. C. de ſententijs & interloq omnium iudic. Et ſi ſententia data eſt cauſa cognita examinatis teſtibus hinc inde, vel factis probationibus, vt in l. ex ſtipulatione. C. de ſententiis & interloq. omnium iud. & Rota deciſ. decima, de ſententia & re iud. in antiquis, dicit ꝙ ſententia lata in tali poſſeſſorio eſt diffinitiua.

7 Et hoc † modo cognoſcitur, quando ſententiæ eſt interloquutoria, vel diffinitiua; quia interloquutoria nõ fertur in ſcripris, nec per verbum abſoluo, vel condemno, Clement. ad compeſcendas, vbi Io. And. de ſeq. poſſ. & fructuum, Rota dicta deciſ. 10. de ſententia & re iud. in antiquis, quia interloquutoria ſufficit, ꝙ in actis ſcribatur, Rota Bilignet. deciſ. 1. in fine de re iudi. & deciſ. 5. de re iud. in antiquis, & laſ. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. col. 11. verſi. vltimò quæritur. ff. de offi. proconſ. Speculator in tit. de ſententia. §. 8. nu. 14.

8 Et † propterea in ſententia imponitur turbatori perpetuum ſilentium à iudice parte petente ſuper moleſtationibus & impedimentis præſtitis ſuper re de qua agitur, Rota deciſ. 3. de re iud. in no. & videtur eam ſequi Boer. conſi. 49. nu. 6. Ang. & Iacobinus in l. ſolemus. ff. de iudiciis, Rebuff. ſup cõſtit. reg. tom. 3. in tractatu de materia poſſeſſoria, art. 1. glo. 2. num. 47. licèt Menoch. cum Baldo teneant contrarium in dicto 3. remedio de retinenda, nu. 836. Et ratio eſt; quia nihil petẽti, nihil impartitur, quinimmo in impoſitione perpetui ſilẽtii officium iudicis debet implorari. Bald. in l. ſi pater tuus. C. qui bon. cedere poſſint, Iaſ. in l. ſi ſuper rebus. nu. 5. & ſeq. C. de tranſact.

9 Effectus † ſententiæ in hoc iudicio eſt, vt aduerſarius qui ſuccubuit compellatur ceſſare ab impedimentis, etiam ꝙ alleget nouam cauſam: quia tenetur parere iudicato. l. ſi quis rem, & l. ſi à te. §. ſi quis fundum. ff. de exceptione rei iud. Io. Faber. in §. retinendæ. nu. 31. inſtit. de interdict. licèt Menoch. in d. 3. remedio, nu. 819. videatur declarare dictam doctrinam Io. Fabri, quæ declaratio mihi placet.

10 Et † vigore talis ſententiæ & rei iudicatæ debet turbator cõpelli ad ceſſandum à turbatione, & etiam hæres vniuerſalis illius, qui ſuccubuit. l. exceptiones. §. rei. ff. de except. cũ teneatur parere actioni iudicati, Io. Fabri in §. retinendæ. nu. 32. inſtit. de interdict. & ideo opus eſt hæredem citari ad vidẽdum dictam ſententiam, vel mandatum de manutenendo cõtra auctorem decretum, exequi, nec poteſt aliquid opponere; quia hæres eadem perſona cum defuncto cenſetur, tex. in authen. de iur. iur. à moriente præſt. l. hæredem. ff. de reg. iur. l. miles. in fine. ff. de

re iud.

Source : BIU Cujas

re iud.Rebuff.in tertio tomo constitu. reg. de arestis,art.j.glos. 4.num.3.& de successore singulari vide ibi num.4.Menoch.videtur tenetur tenere contrarium de retinenda, remedio.3.nu. 828.& seq.sed mihi placet supradicta opinio.

11 Et † non solum effectus sententiæ,& rei iudicatę prodest illi, qui eam obtinuit,sed eius hæredi,Io.Fabri in d.§.retinendæ,nu. 32.vers.sed quid,institu.de interd.Capicius decis.j.n.6. & 8.Frāc. de Marchis q.321.parte 2.Menoch d.3.remedio, num. 823.

12 Sententia † qualiter ferenda, quando intentatum est possessorium retinendæ,& petitorium,si de vtroque liquet fauorem vnius partis,potest eodem tempore super vtroq; capite pronũtiari,vel in petitorio tantùm;quia petitorium habet in ventre possessorium,Alberic.in l.incerti,num.3.C.de interdictis, Menoch.in d.3.remedio,num.809.

13 Secundo † casu si de possessione liquet pro reo,pro actore liquet in petitorio sententia ferenda est pro actore, Alber. in d.l. incerti,num.3.Menoch.in d.3.remedio, nu.809.vers.secundus, & ibi quid è contra,quãdo constat de bono iure actoris in possessorio,& de bono iure rei in petitorio,vers tertius casus.

14 Si † verò liquet solùm de possessorio ad fauorem actoris, & pendet lis super proprietate,tunc fertur sententia pro actore in retinenda,Alberic.in d.l.incerti.num.3. Menoch.in d.3.remedio,num.810.vers.quartus casus,& è contra,si liquet de possessione ad fauorem rei, pro eo ferenda est sententia in retinēda, Menoch.vbi supra vers.quintus casus, & ibi ponit alios casus collectos per Albericum vbi supra.

15 Fertur † aliquando sententia per verbum præsentis temporis,videlicet,sicut possidetis,ita possidetis,& hoc in casu quando est probata possessio de præsenti,Bald.in l.hæc sententia.nume. 7.C.de sententia quæ sine certa quantitate, & idem si dicit vti possidebatis ante litem cõtestatam,ita possideatis,valet hæc sententia,Bald.in d.l.hæc sententia.num.8.Speculator verò in ritu. de sententia.§.6.num.14.vers.si autem in retinēda, dat infrascriptam formam,præcipientes vt dictum B.pacifice possidere seu quasi præfatam vineam in libello petitam sicut possidebat tempore litis contestatæ,vt in c.dilectus,de iure patron.in fine,& c. grauis.de restitu.spoliat.& c.licet.in fine de probat.

16 Sententia † data in possessorio pro vno, & ī petitorio pro altero,Menoch.de retinenda,remedio.3.num. 846.& 849. ponit certos casus,& remedio vlt.num.48.tenet,q̄ debeat exequi sententia in possessorio.Sed Put.dec.74.lib.1.incipiente in vna Sabinensi,tenet in simili casu,q̄ sententia in possessorio lata non poterat exequi, ex quo sententia lata in petitorio absorbebat possessorium,& propterea non erat faciēda exequutio per tex. in c.cum dilectus,vbi glos.& Doctores de causa possessio. & p̄prieta.& si vtraque sententia est exequenda, exequutio sententiæ super possessorio est inanis, & ventosa, quam decisionem sequor.

17 Et † ab hac sententia lata in hoc interdicto datur restitutio in integrum minori ex communi opinione Doctorum, vt per Menochium in d.3.remedio,num.851.& seq.q.107.per totum. Verùm de stylo Rotæ non datur in possessorio restitutio,ne p̄cessus vadant in infinitum, & in beneficialibus regulariter in spolio non datur,& in petitorio in beneficialibus gratiosè conceditur cum clausula cõstito de bono iure,& hoc propter peccatum,ne detur beneficium sine institutione canonica.c.j.de regu.iur.in 6.& est ratio,q̄ nõ detur in spolio; quia potest ei succurri in petitorio,& ratio peccati non militat in spolio,cũ possit petitorium intentare,vt per Collectarium in capitu. primo. numero secundo de restitu. in integrum. Soc. in consilio 266. numero 26.volumine secunda.Io.Paulus Tolomeus decis.90. vltra medium dicit,quòd de stylo Rotæ non datur regulariter restitutio in integrum in spolio,Capic.decis.13.& deci.55.quòd in hoc remedio extraordinario non detur in integrum restitutio.Benintendi decis.79.num 8.

18 Veruntamen † aliquando conceditur,vt puta, si ex aliquibus signis posset videri,quòd per possessionem inferretur enormissimum damnum illi,cui data est sententia in isto iudicio. Ripa in capitu.sæpe.columna j.de restitut.spoliat.& Francis.de Curt. in leg.admonendi numero 203.ff.de iurc iuran. Achill. decis.3. de restitu.in integrum.

19 Et † quando adest iusta causa, etiam in spolio datur restitutio,vt puta,si procurator mortuus est, quæ mors procuratoris est iusta causa,Cassad.decis.sexta de appellatio.& quòd detur,vbi adest iusta causa restitutio,probatur in leg.j.in fine, & l. sed & si per prætorem.ff.ex quibus caus. maior. Bartol.in leg.j. §.si quis, ad finem.C.de itiner. actuque priuat. Hippol. singul. 129.Alexand.consilio 69. columna secunda, volumine tertio. Io.Paul.Tolom.decis.90.sed quando conceditur restitutio in spolio,debet constare de bono iure in spolio petentis restitutionem,vt dixi in capitu.vt minorum,de constitut.Aegid.glos. 8.& Capicius decis. 96. numero 14.quòd summatim constare debet ante litem contestatam an habeat bonam causam, sicut debet constare de læsione.

20 Qualiter † autem exequatur sententia lata in hoc iudicio, ponit latè Menoch.in d.3.remedio,nu.863.quem vide.

21 Et † restitutio possessionis in hoc iudicio qualiter fiat similiter, vide Menoch.in d.3.remedio,nu.865.

22 Nec † excipitur de nullitate sententiæ in hoc iudicio; quia desiderat celeritatem, vt per eundem Menoch. remedio vlti. nu.52.nec admittitur supplicatio,vt nu.53.

SVMMARIVM.

1 *Damna & interesse veniunt in hoc interdicto passa per turbatum, durante turbatione.numero tertio, & quòd interest possessionem non retinuisse.numero 7.*

2 *Fructus tam ante, quàm post litem contestatam, quos turbator percepit, veniunt.*

3 *Possessio naturalis retenta à turbatore in præiudicium possidentis ciuiliter venit in hoc iudicio.*

4 *Fructuum ratio habetur ex die quo interdicta ædita sunt,non retro.*

5 *Tectoria quæ vicinus fecit in parte, tollere tenetur.*

6 *Interdicto vtrubi ea veniunt,quæ in interdicto vti possidetis.*

8 *Fructus percepti à misso in possessione pro credito partim verò, & partim falso,sunt restituendi integræ.*

9 *Fructus in actione ad exhibendum secundum leges extimari debent.*

10 *Fructus veniunt in confessoria,vel illorum loco interesse.*

11 *Possidere prohibitus petit interesse.*

12 *Interesse turbati in possessione quanti,declarari potest.*

13 *Interesse in hoc iudicio accipit tantum damnum,vel lucrum.*

14 *Interesse, & damna remittens non remittit rem principalem.*

15 *Fructus pendentes non est accessio rei principalis,sed pars rei.*

16 *Fructus in quibus causis,& iudicijs veniant restituendi.*

17 *Fructus, & omnem causam debet restituere,qui rem restituere tenetur.*

18 *Fructus non veniunt in actione personali, etiam si mora facta sit ante cęptum iudicium, post sic, ex æquitate, & quibus casibus non veniunt fructus.*

19 *Fructus veniunt in stipulatione rem tradi, vel ex empto non ex stipulatione tradendi vacuam possessionem.*

20 *Fructus veniunt petita proprietate, vel vsufructu.*

21 *Fructuum appellatione pensiones ex re locata veniunt.*
Fructus vix extimari possunt petito itinere,vel actu.ibid.

22 *Fructus non debentur ex re quæ perijt,sed antequàm pereat debentur percepti,& qui percipi potuerunt à die morę.& nu.28.*

23 *Fructus ex re sterili non debentur, nec ex seruo valetudinario, vel impubere.*

24 *Fructus debentur,quando res aliena est per errorem adiudicata.*

25 *Fructus extantes tenetur restituere bonæfidei possessor ante litem contestatam, post vniuersos.*

26 *Fructus naturales non facit suos bonæ fidei possessor.*

27 *Fructus percepti ex artificio serui, quod artificium sumptibus possessoris seruus didicit, non debentur.*

28 *Fructus hominis operæ sunt.*

29 *Fructus accipere dicitur ille,qui colligit vuam,oliuã,quia vinum,& oleum colligit.Oleæ immaturæ sunt in fructu,ibi nu.33.*

30 *In fructibus extimandis videndum est,an petitor frui potuerit, si ei possidere licuisset.*

31 *Fructus percepti post rem iudicatam,non debentur vigore sententiæ.*

32 *Fructuum restitutione habetur ratio expensarum factarum gratia fructuum.*

34 *Fructus pecudum sunt fœtus,lac,lana,pili,agni,vituli.*

35 *In fructu sunt syluæ, arundines, vel cannetum.*

36 *Fructus arborum quando venditi videantur, non arbores.*

37 *In fructu ex pignori dare.*

38 *Venatio non videtur esse in fructu.*

39 *Fructus post perfectam venditionem pertinent ad emptorem.*

40 *Emptor potest petere fructus rei emptæ pro rata pretij soluti.*

41 *Interesse consistit potius in facto quàm in iure,& arbitrio iudicis permittitur.& non venit nisi intersit,& probetur,ibi nu.54.*

42 *Interesse qualiter arbitrio iudicis taxari debet, siue certum, siue incertum sit.*

43 *Interesse oritur ex mora,culpa, contrauentione, euictione, vel aliis euentibus, & propterea pendet à probatione, & alijs facti circunstantijs.*

44 *Interesse ex venditione,vel alio contractu,qualiter probetur.& tunc agitur ad pretium, vel illius partem,ibi.nu.54.*

45 *Quanto minoris actio,quando competat,& non ad interesse.*

46 *Interesse circa rem qualiter extimandum, & declaratio l.si sterilem.§.cum per venditorem.ff.de act.emp.*

47 *Interesse circa vinum non traditum in loco,& tempore.*

48 *Interesse propter moram commissam in consignatione rei venditæ.*

49 *Clausula quanti ea res apparet esse, refertur ad extimationem, non ad id quod interest.*
Interesse consistit in vera rei extimatione.ibid.

50 *Contractus certi qui sint, & quantum interesse ex eis debeatur.*
Intellectus l.1.C.de eo quod interest.ibid.
Interesse extrinsecum est diuersum à principali.ibid.
Interesse circa rem respicit rem certam principalem,non aliud.ibid.

51 *Interesse circa euictionem qualiter consideretur.* & 57. & *debet considerari*

Source : BIU Cujas

rari de tempore venditionis, non aliud tempus, ibi. nu. 53. & 54.
52 Interesse incertum quod sit, & qui casus considerantur.
55 Augmentum, vel diminutio in legato non attenditur nisi tempore adimpletæ conditionis.
56 Iactum retis & interesse incertum.
57 Euicta re vendita, tenetur venditor pretium totum restituere, & pro interesse simplum pretij, in quo computantur expensæ, & fructus. ibid.
Euictione non tenetur venditor, si res vendita pereat alluuione. ibid. versiculo & qui.
58 Ad duplam venditor tenetur, etiam quòd in contractu non sit promissa.
59 Euictione venditor tenetur de omnibus casibus occurrentibus ante venditionem, non post. & nu. 60.
60 Interesse tenetur qui tradere rem promisit, vel fideiussorem dare, & non dedit.
Vsuræ in Nobili, in Mercatore, in Traiectitijs, & alijs, vide in nume. 61. vsque ad nu. 64.
65 Interesse, & damna expresse promissa debentur. & similiter vsuræ. numero 102.
Cambia, & recambia debentur. ibid.
67 Cambia vt debeantur, tria vel plura probanda sunt, & quomodo. & 68.
69 Interesse quod debetur conductori impedito, ne vteretur re locata, est declarandum ad rationem quinque pro quolibet centenario, cum sit interesse lucri cessantis.
70 Interesse damni emergentis ante moram quando debeatur.
73 Lucrum cessans quando peti possit.
71 Damnum emergens ex mora non restituentis debetur probato damno.
Interesse extrinsecum nõ admittitur in pecunia strictè sumpta, sed vsuram legitimam de iure ciuili, & non quod fuisset consequutus ex mercibus emptis, si pretium fuisset solutum. ibid.
74 Interesse in solito negotiari peti potest vltra primum annum.
75 Pecunia, oleum, vinum, & similia, si promissa sint Capuæ, & dentur Romæ interesse taxatur iudicis arbitrio, arbitrio boni viri extimatur interesse, ibi. nu. 72.
Interesse taxatio post moram prohibita est. ibid. & qualiter taxetur. numero 72. & 75.
76 Fructus super societatibus officiorum non currunt post disdictam.
77 Vsuræ debentur ex mora solutionis precij rei venditæ, si tradita est res vendita, & percipiat fructus.
78 Vsuræ rei venditæ debentur, si tradita est possessio precaria. & pacisci potest venditor, vt emptor aliquid soluat donec pretium soluat, ibi. numero 79.
80 Vsuræ non debentur quando post moram emptor soluit pretium venditori, si promissæ non sint, nec quando est data dilatio, vel habita est fides de pretio, nec minus quando nummi depositi sunt per emptorem, ibi nu. 81.
81 Extimatio quanti plurimi cadit in pecunia.
82 Vsuræ rei venditæ non debentur, si emptor nullos percepit fructus.
83 Vsuræ pro dote non debentur durante termino ad soluendum dotem.
84 Aestimatio quanti plurimi granũ valuerit fit contra eum qui tenetur dare granum, vel aliam rem consistentem in pondere, numero, & mensura, & quando fiat talis æstimatio, & quæ concurrere debeant, ad hoc vt fieri possit.
85 Extimatio quanti plurimi dicitur interesse circa rem.
86 Valor rei mobilis qualiter probetur.
87 Duplex stipulatio est à iure approbata in contractu emptionis, vel alio.
88 Simplum quòd quis stipulatus est pro euictione, non potest consequi duplũ.
89 Interesse certum duplam excedere non debet in actis hominum, secus in pœnis legalibus.
90 Euictio non habet locum in diuisione bonorum facta per testatorem.
91 Euictione non tenetur cohæres cohæredi in diuisione inter eos facta.
92 Euictione cohæres quando teneatur cohæredi in diuisione facta de bonis hæreditarijs.
93 Euictio non habet locum in diuisione facta inter cohæredes, quando vtrique euictum est.
94 Euictio non rumpit transactionem.
95 Euictio non præstatur ei qui emit totam hæreditatem, si corpora euincãtur.
96 Banniti iniustè dolo iudicis, interesse probatur contra iudicem iuramento banniti.
97 Interesse quando potest succedere quadruplum.
98 Interesse debitum vigore statuti, creditor super interesse iurare potest.
99 Quanti res est refertur ad quantitatem in iudicio deductam.
100 Verba quanti ea res ab actore extimata fuerit iuramento, referuntur ad extimationem actoris.
101 Interesse quis tenetur aut ex mora regulari, vel irregulari.
Mora regularis aut irregularis quæ sit. ibid.
102 Stabularius tenetur de omni damno contingente hospiti in hospitio.
103 Mora non incurritur ante factam liquidationem.
104 Mora non incurritur per eum qui habet exceptionem.
105 Fructus pendentes non veniunt quando quis fundum stipulatus est.
106 Cautio legatorum, vel fidicommissariorum causa quando recipiat incrementum.
107 Legatum annuum valet, donec tradatur res à testatore relicta legatario.
Interesse quod venit ex mora, officio iudicis debetur. ibid.
108 Vsuræ de iure ciuili in stipulatione deductæ debentur.
109 Vsuræ non deductæ in stipulatione non debentur.
110 Vsuræ deductæ in stipulatione solutæ non repetuntur.
111 Vsuræ ex pacto promissæ pignoribus interuenientibus retineri, non autem peti possunt.
112 Vsuræ ex pacto nudo in frumento, & similibus quando debeantur.
113 Vsuræ promissæ in chirografo pro auro, argento, & veste, soluuntur.
114 Vsuræ ex mora debentur.
115 Vsuræ debentur in contractibus bonæfidei ex mora.
Vsuræ debentur quotiens quis cogitur mutuo dare. ibid.
Mora fieri dicitur, quando quis interpellatus non soluit. ibid.
116 Mora fieri dicitur non ex re, sed ex persona interpellata à iudice. & aliquando in re mora discerni solet, ibi.
117 Mora vt incurratur per debitorem, requiritur interpellatio.
Mora incurritur per interpellationem extraiudicialem, & ex signis. ibid.
118 Mora incurritur à minore per non solutionem factam in tempore.
119 Dies certa interpellat pro homine.
120 Damnum vere passum post moram debitor in foro conscientiæ debet creditori resarcire.
121 Vsuræ debentur Fisco sine interpellatione, & stipulatione.
122 Argentarijs vsuræ debentur vsque ad bessem centesimæ.
123 Vsuræ currunt lite contestata.
Vsuras soluere tenetur tutor, donec restituat tutelam. ibid.
124 Vsuras socius qui inuasit communem pecuniam, soluere debet loco pœnæ.
125 Emptor post rem traditam ad vsuras pretij tenetur.
126 Vsuræ nomine quantum debeatur.
127 Vsura centesima quæ sit.
128 Vsura dimidia centesimæ quæ sit.
129 Vsura tertia centesima quæ sit.
130 Vsuræ non debent sortem excedere.
131 Vsuræ vsurarum non debentur.
132 Vsuræ fructuum non debentur.
133 Vsuræ non sunt in fructu.
134 Vsuræ de iure canonico regulariter non præstantur in mutuo.
135 Pignore capiens prædium, vel domum data pecunia, si sortem recepit de fructibus deductis expensis, restituet domum.
136 Qui vendit cariori pretio rem propter dilationem, nisi dubius sit valor de tempore solutionis, peccat.
137 Mutuans intentione vt aliquid recipiat, tenetur restituere in foro conscientiæ.
138 Nauiganti, vel eunti ad nundinas mutuans certam pecuniam, recipiens aliquid vltra sortem vsurarius est, etiam quòd suscipiat in se periculum.
139 Vsura non est qui dat pecunias, vt recipiat granum alio tempore, si dubius est, quòd granum de illo tempore minus valeat.
140 Clerici sunt prohibiti facere contractus vsurarios.
141 Vsurarij manifesti non sunt recipiendi ad communionem altaris.
142 Dispensationem quis recipere propter vsuram non potest, quia est prohibita iure diuino.
143 Vsurarum peccatum non remittitur, nisi restituatur ablatum.
144 Appellare non potest vsurarius manifestus.
145 Iudæi etiam à iudice laico cogendi sunt vsuras restituere.
146 Vsurarius rem in qua vsum habet, in alium transferre non potest.
147 Testamentum facere non potest vsurarius.
148 Excommunicatæ sunt Communitates facientes statuta, quòd licitum sit facere vsuras.
149 Confitens vsuras extorsisse non debet subaudiri publicè.
150 Dote recipiens in pignus fundum, non tenetur computare fructus in sortẽ.
151 Exhibere libros rationum cogitur vsurarius, cum agitur de vsuris.
152 Hæreticus est, qui pertinaciter affirmat, exercere vsuras non esse peccatum.
153 Vsuraria mutuatio est contra legem diuinam, canonicas sanctiones, & leges humanas.
154 Vsuræ debentur secundùm canones ratione interesse.
155 Eleemosyna de vsura est abhominatio Deo.
156 Vsura dicitur prauitas, improba, & ars illiberalis.
157 Vsura mentalis quando est restituenda sicut simonia.
159 Depositio quando vsura debeatur, & quando non.
160 Montis Pietatis mutuatio an sit vsuraria.
161 Inuitus, & coactus mutuans communitati potest aliquid recipere.
162 Constitutiones super cambijs siccis.
163 Cambia sicca damnantur à Pio Papa Quarto.
164 Cambia sicca damnantur à Pio Papa V.
165 Cambia sicca improbantur, quia habent naturam mutui.
166 Cambia sicca sunt, quando fingitur quòd pecunia sit in alio loco soluenda, & tamen soluitur in loco, vbi fit cambium.
167 Cambij sicci aliud exemplum.
168 Cambium siccum fit tantum ratione temporis.
169 Depositum factum sub ficto nomine cambij, improbatur.
170 Vsuræ improbatæ omni iure.
171 Cambium reale, quod fit propter dilationem temporis, improbatur.
172 Cambium reale fit vsurarium, si campsor ex eo lucrum accepit.
173 Cambium reale duplex est, primò quando aurum permutatur cum argento, secundum fit per literas.
174 Cambium reale per literas fit, quando vno loco recipitur pecunia, & alio loco soluitur.
175 Cambium reale tunc est licitum, quando quis periculo se supponit. & 177.

Source : BIU Cujas

177 Interesse certum paciſci non poteſt in cambijs.
178 Cambia realia non poſſunt fieri, niſi pro primis nundinis in loco vbi directæ ſunt literæ celebrandis.
179 Vſura committitur in cambijs propter dilationem temporis.
180 Lucrum proueniens ex diſtantia loci, & ex termino, illicitum eſt.
181 Pœnas contra vſurarios inflictas incurrit contraueniens conſtitutioni Pij Papæ V. & quæ ſint dictæ pœnæ, nu. 182.
183 Monopolium committitur per Mercatores, qui congeſſerunt vndique omnes pecunias.
184 Monopolium committunt artifices, qui paciſcuntur inter ſe, ne quis opus inceptum ab vno artifice alter impleat.
185 Monopolium committitur per primates artificum, qui paciſcuntur ſuper taxandis pretijs rerum.
186 Monopolium iuratum, an valeat.
187 Monopolij pœna mulctatur Præſes prouinciæ, qui non condemnat committentes Monopolia.
188 Stochi, Ciuantiæ, & Rompicolli prohibentur bannimentis in vrbe.
189 Stoccoli, & barocolli contractus qui ſint.
190 Ciuantiæ ſunt contractus, in quibus venditur aliqua merces cariori pretio, & cum ea dantur pecuniæ ſoluendæ infra certum tempus.
191 Emere vili pretio vt carius vendatur, non licet, quando lucrum eſt vltimus finis.
192 Emere mediocri pretio in pecunia, & vendere maiori ad tempus, licet.
193 Dilatione temporis qui vendit granum, & ſimilia, vel dat pecunias cum intentione lucrandi, fœnerator eſt.
194 Emens tempore recollectionis viliori pretio granum, vinum, & ſimilia, vt vendat cariori pretio, turpe lucrum eſt.
195 Eleemoſynæ de vſuris faciendæ non ſunt.
Pœnitentia nõ remittitur peccatum vſurarum, niſi reſtituatur ablatũ. ibid.
196 Eleemoſynam facere diuites tempore penuriæ cogi poſſunt.
197 Pretium iuſtum in emptione, & venditione debet eſſe æquale, & quod ſit iuſtum pretium.
198 Pretium iuſtum in retractu eſt illud, quod ab alio offertur.
199 Pretium iuſtum dicitur illud, quod à Principe ſtatuitur.
200 Pretium iuſtum eſt illud, quod conſiſtit in mediocritate.
201 Iuſtum pretium eſt, quanti res vendi poteſt abſque fraude, & iniuria alterius hominis ſcientis eius rei conditionem.
202 Vendere rem ſuam de iure nullus poteſt compelli, niſi in certis caſibus.
203 Pretium alienæ rei nullus imponere poteſt, niſi ſit iuſtum & commune.
Vſuram committunt qui viliori pretio emunt, vt vendant incontinenti pretio cariori, ibid. in fine.
204 Granum, vinum, & ſimilia vendi debent mediocri pretio attentis ſumptibus venditorum, data tamen illis aliqua portione pro lucro.
205 Diuites cogi poſſunt vendere peregrinis eodem pretio quo incolis ratione publicæ vtilitatis.
206 Annonæ pecunia debet conſeruari pro annona.
207 Ciues non debent vilius emere granum à Ciuibus, ſi annona hoc non exigit.
208 Granum ablatum alicui per Ciuitatem debet ei ſolui pretium.
209 Granum debet vendi per Ciuitatem iuſto pretio, nec ſuper hoc ab aliquo decipi debet.
210 Menſuras adulterinas exercens tempore annonæ punitur pœnis legis Corneliæ.
211 Accuſare poſſunt mulieres, & ſerui in hac actione frumentaria.
212 Pecunia frumentaria ſine mora ſoluenda eſt.
213 Iudex in ſpiritualibus procedit contra vſurarios vigore conſtitutionis. & ideo iudex Eccleſiaſticus, non Laicus poteſt contra vſurarios procedere, ibi. nu. 214.
215 Criminaliter procedi poteſt contra vſurarios.
216 Pœnæ, quibus puniuntur vſurarij, quæ ſint.
217 Vſurarius publicus & manifeſtus quibus pœnis puniatur.
218 Vſurarius publicus & manifeſtus quis ſit.
219 Teſtes quatuor qui vſuram ſoluerunt, ſufficiunt ad probandum quem vſurarium eſſe.
220 Teſtes ſingulares admittuntur ad probandum vſuram.
221 Damna & intereſſe probantur dicto vnius teſtis.
222 Teſtari, & codicillari non poſſunt vſurarij manifeſti.
223 Proteſtatio Authoris.

Quid veniat in hoc interdicto vti poſſidetis, & an intereſſe & fructus. Cap. XVIII.

1 Veniunt† in hoc interdicto contra turbantem damna, & intereſſe paſſa per turbatum durante turbatione, Io. Fab. in §. retinendæ. num. 14. verſi. expediti ſumus, inſtit. de interdictis. l. ſi duo. §. fin. ff. vti poſſid. Menoch. d. tertio remedio de retinenda. nu. 286. & ſeq. & turbator pro præterita turbatione ad intereſſe cõdemnari debet, Bar. in l. ſi duo. in fine. ff. vti poſſid. Menoch. in d. 3. remedio nu. 822. Plotus in l. ſi quando. C. vnde vi. nu. 733. & 734. vbi ponit certas fallentias.

2 Veniunt† etiam fructus tam ante quàm poſt litem conteſtatam quos percepit turbator mala fide, Io. Fabri in d. §. retinendæ. nu. 14. verſic. item & fructus, inſtit. de interdict. quem refert Menoch. d. remedio. 3. nu. 289.

3 Venit† etiam aliquando ipſa poſſeſſio retẽta a turbatore, vt ſi vterque poſſidebat, vnus naturaliter, alter ciuiliter, quãdo inhibetur habenti naturalem, ne illa vtatur in præiudicium habẽtis poſſeſſionem ciuilem, l. clam. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. poſſeſ. Io. Fabri in d. §. retinendæ, nu. 14. verſ. item quandoque, inſtitu. de interdi. & ſimiliter quando adiudicatur poſſeſſio illi qui habet priora iura, Io. Fabri in d. num. 14. verſ. item quando.

4 In† interdictis exinde ratio hĩ fructuum, ex quo ædita ſunt, nõ retro, dicit tex. in l. in interdictis. ff. de interdict. & l. j. §. ex die quo. ff. de vi, & vi armata, vbi cp in interdicto de vi, fructus debẽtur ex die quo quis deiectus eſt, in alijs interdictis ex quo ædita ſunt, non retro computantur.

5 Et† aliquando vti poſſidetis efficax eſt, vt rectoria quæ vicinus fecit ĩ parte mea, tollere compellatur, l. 3. §. ſi vicinus. ff. vti poſſidetis, & ſic venit etiam illud, qđ factum eſt in pariete meo, vt tollere compellatur vicinus.

6 Et† in interdicto vtrubi ea omnia veniũt, quæ in interdicto vti poſſidetis, quia interdictum vtrubi eſt exequatum interdicto vti poſſidetis, vt l. j. §. hoc interdictum, ff. vtrubi, & §. hodie, inſtitu. de interdict.

7 Venit† etiam ĩ hoc interdicto illud, quod intereſt poſſeſſionem retinuiſſe, vt leg. tertia. §. fin. ff. vti poſſidetis, de quo intereſſe vide infrà.

8 Fructus† percepti per illũ qui miſſus eſt in poſſeſſione a iudice pro credito partim vero, & partim falſo, ſunt reſtituendi integre, etiam pro illa parte crediti veri. Afflict. deciſ. 218. ad finẽ, Abbas conſi. 84. in fine lib. 2. & hoc in interdicto ne vis fiat. Menoch. de retinenda remedio. j. num. 26.

9 Fructus† in actione ad exhibendum ſecundùm legem extimari debent, l. Iulianus. §. quantum. in fine. ff. ad exhiben. & melius declaratur in §. ſi ad exhibendum, inſtitu. de offic. iud. ibi, præterea fructuum medij temporis, ideſt eius quod interceſſerit poſt acceptum iudicium ad exhibendum ante rem iudicatã rationem habere debet iudex, & in vtroque loco, gl. & Doctores, & de partu ancillæ vide in d. l. Iulianus. §. qui tamen.

10 In† confeſſoria veniũt etiam fructus, vel loco illorum id qđ intereſt ſeruitutem prohiberi, & idem in negatoria actione. l. 4. §. in confeſſoria. ff. ſi ſerũit. vendicetur.

11 Et† pro intereſſe poſſeſſoris prohibiti ne poſſideat cõtra decretum prætoris actione in factum, qui prohibet condemnari poteſt, l. j. §. hæc verba, & l. fin. ff. ne fiat, Menoch. in j. remedio de retinenda num. 81. quæſt. 16.

12 Intereſſe† turbati in poſſeſſione contra turbantem declarari poteſt, quantum mihi abeſt propter iſtam turbationem, & quantum lucrari potuiſſem, ſi non fuiſſem paſſus hanc turbationem, l. ſi commiſſa, ff. rem ratam haberi, quia in hoc iudicio venit illud ſolum quod intereſt poſſeſſionem non retinuiſſe; qa intereſſe nihil aliud eſt, quàm ipſa iactura. l. ſi tutor. ff. de auct. tut. & l. fin. C. de eo quod intereſt, verſicu. in alijs, dum loquitur de intereſſe incerto, dicit vt hoc quod re vera inducitur, damnũ hoc reddatur, & in l. ſi duo. §. fi. ff. vti poſſide. dicitur in hoc interdicto condemnationis ſumma, refertur ad rei ipſius extimationem, quanti res eſt, ſic accipimus, quanti vniuſcuiuſque intereſt poſſeſſionem retinere, vtputa ſi ego retinuiſſem pacifice poſſeſſionem, recepiſſem tot ſalmas grani, tot ordei, vel vini, & ſimilium rerum valoris, & communis extimationis ſcutorum. 100. quia nihil refert ſi referam pretium omnium fructuũ ſemel vna ſumma, & non dicam pro qualibet ſalma ſcutorum tertio, vel quatuor, l. quod ſæpe, §. fina. ff. de contrahen. emptio. & quod tantum recipere debeam, probatur in l. præterea, ff. de rei vendi. & in l. cum fundum. ff. ſi certum pet. & in l. reſtituere, & l. fin. §. fin. ff. de verborum ſigni. quia verbum reſtituo, habet plenam ſignificationem, vt fructus quoque reſtituantur, l. videamus. 2. de vſur.

13 Et† ideo intereſſe hic accipitur, vel comprehendit tantum damnum, vel lucrum occaſione culpæ, vel moræ emergens, vel ceſſans extrinſecus, ſcilicet præter rem principalem, & eius cauſam; quia accipimus quãti intereſt poſſeſſionem retinere, vt d. l. ſi duo. §. fin. ff. vti poſſide. non autem quanti valet prædium, ſecundùm Seruij ſententiam vt dicit ibi Iuriſconſultus, & Dynus in c. mora. de regu. iur. in 6. mihi. colum. 3. verſicu. item interdictũ vti poſſidetis, dicit datur intereſſe & refertur ad extimationem rei, quod non eſt verum, ſed illa verba quanti res eſt, ſic accipimus quanti vniuſcuiuſque intereſt poſſeſſionem retinere, & propterea iſtud intereſſe eſt probandum, cum ſit incertũ, iuxta l. ſed addes. §. ſi quis dolia. ff. locati, videlicet quantum potuiſſet lucrari, ſi turbatus non fuiſſet, & poſſeſſionẽ pacificè retinuiſſet, vt in l. furtiuam. ff. de furtis. & l. ſi ſterilis §. cum per vẽditorem. ff. de actio. emptio. & dixi infrà. & cp ſit intereſſe incertum apparet; quia non habetur reſpectus ad valorem rei, ſed ad id quod intereſt, vt dict. l. ſi duo. §. fin. ff. vti poſſi. ibi, non autem quanti valet prædium.

14 Qui† verò remittit intereſſe, & damna, non remittit rẽ principalem, Alexand. conſi. 168. lib. 2. & c. in noſtra, de iniur. nec fructus, ſecundùm Bald. de pace Conſtantiæ verſi. poſſeſſiones,

licèt

Source : BIU Cujas

licèt in fructibus contrarium teneat idem Bal. in l. loci corpus. §. in confessoria. ff. si seruitus vend. & Decius in rubr. C. de eo quod interest, & Rebuff. in præfatione repet. l. j. C. de eo quod interest. nu. 51. quia damnum patitur, qui non consequitur fructus rei suæ.

15 Fructus † pendentes non est accessio rei principalis, sed pars rei. l. fructus. ff. de rei vend. l. fin. ff. quæ in fraud. cred. l. quintus. ff. de act. emp. & computantur inter immobilia, secundùm Cassaneum super consuet. Burgund. in glo. tous moubles, nume. 20. car. 135. sed quantum ad alienationem, & separationem non sunt immobiles, Tiraquell. de retract. §. primo, glo. septima, numero 53. parte j.

16 Si † verò restitutio facienda est post iudicium cœptũ, omnis causa restituenda est, idest omne quod habiturus esset actor, si litis contestandæ tempore solutus fuisset. l. cum fundus. in prin. ff. si cert. pet. & fundus datus causa dotis non sequuto matrimonio restituendus est cum fructibus perceptis tempore cõtracti matrimonij, & si postea mora intercesserit. l. videamus. la 2. in prin. ff. de vsuris, & in dicta l. videamus. §. in fauiana, dicit text. cp in alienatione facta in fraudem fructus restituuntur; quia verbum restituo, habet plenam significationem, & in his quæ vi, & metus causa fiunt fructus restituuntur, nec mora mea mihi aliquod damnum affert in deposito, & commodato, reuocata naturali possessione fructus, & omnis causa debentur, d. l. videamus. §. si possessionem fructus etiam diuidendi sunt, si quis recusat diuidere rem quam colit. d. l. videamus. §. item si diuidere, fructus veniunt in bonæ fidei iudiciis, & in dote prælegata. d. l. videamus § fi. ff. de vsur.

17 Quinimmo † regula est, vt si domus, vel alia res restituenda sit ab occupatore, iudex eam debet facere restituere cum pensionibus, quas percepit, aut percipere poterat, & omni causa damni dati. l. domum. C. de rei vendic. & omnes fructus cũ mala fide percepti restituendi sunt. l. si fundum. C. eod. tit. & §. & si rem. & §. & si hæreditas. in stit. de offic. iud. vbi si res, vel hæreditas petita sit cum fructibus, restitui debet, cum post litis contestationem possessor malæ fidei efficitur, qui tenetur rem cum fructibus restituere.

18 Si † agitur actione personali ad id quod meum non fuit, nõ veniunt fructus, etiam si mora facta sit ante cœptum iudicium, post cœptum iudicium ex æquitate debentur, vt causa. l. videamus. 2. § si actionem. ff. de vsur. nec veniunt fructus, qui stipulationis tempore fuerunt. l. si filiusfamilias. §. fin. ff. de verb. oblig. sed bene post cœptum iudicium, & post litem contestatã; quia quale quidq; est cum petitur, tale dari debet. l. . ff. de vsur. sed si antea editus sit partus, quàm lis mota sit, nõ debet restitui. l. partum. ff. d. tit. de vsur.

19 Qui † stipulatus est rem dari, vacuamq; possessionem tradi, veniunt fructus rei, & partus ancillæ, quod ex stipulatu consequi non poterit, ex empto consequetur. l. si stipulatus sim. ff. de vsuris, sed vigore stipulationis tradendi vacuam possessionem non veniunt fructus. l. . §. j. ff. de act. empt. vide quæ dixi in c. 31. num. 51. & seq. in tract. de acquir. possess.

20 Fructus † petita nuda proprietate veniunt à die amissi vsusfructus. l. videamus. ff. de vsur. & l. si nude. ff. de rei vend. alias nõ veniunt, & petito vsufructu, in fructus perceptos fit condemnatio, & si vestimenta aut scyphus petita sint, veniunt fructus, qa locata ea re quod mercedis nomine capi potuerit, fructus nomine veniunt. l. videamus. la 1. ff. de vsur.

21 Pensiones, † & quod percipitur mercedis nomine ex re locata, veniunt fructuum appellatione. l. prædiorum. ff. de vsur. & l. videamus. §. ante matrimonium. ff. eodem titu. & l. quinta, C. de rei vend.

Si petatur iter, vel actus, vix fructus aliqui extimari possunt. l. videamus. la 1. §. si ff. de vsur.

22 Si † petitur res, quæ periit, fructus ex ea non debentur. l. si hominem. ff. de rei vend. sed antequàm pereat, debentur fructus percepti, & qui percipi potuerunt. l. fructus in prin. ff. de rei vẽd. & si moram fecerit possessor in restitutione, veniunt in restitutione partus, & fructuum partus, & omnis causa. l. Iulianus. §. idem Iulianus. ff. de rei vend. & fructus non percepti non debentur. l. si eius fundi. ff. de rei vend.

23 Ex † re sterili, ex qua fructus nõ possunt percipi, nulli debentur fructus, argumento serui valetudinarij, vel impuberis. l. 6. §. j. ff. de operis seruorum. & l. pen. ff. de rei vẽd. licet nõ semper de impubere, cum ex eo aliqui fructus percipi possunt. l. cum de fructibus. ff. de rei vend.

24 Fructus † debentur, quando res aliena per errorem adiudicata est alicui; quia sicut errore fuit adiudicata res aliena, ita & fructus fuerunt adiudicati. l. & ex diuerso. §. j. ff. de rei vend.

25 Bonæ fidei † possessor tenetur restituere rem cum fructibus extantibus ante litem contestatã; post litem contestatã vniuersos restituere tenetur. l. certum est. C. de rei vendic. & l. 2. C. de fructibus, & lit. expens. vbi dicitur, cp tam ipse, q̃ eius hæredes tenentur ad dictos fructus, sed ante litem contestatam non tenetur, nisi lit factus locupletior. l. j. C. de petit. hęre. Aegid. in c. gravis numero nono, de restitut. spoliat.

26 Fructus † naturales non facit suos bonæ fidei possessor; quia non percepit eos eius opera, & impensa; & quia non ex eius facto hi fructus nascuntur. l. fructus. ff. de vsur. Aegid. in c. grauis. nu. 15. extra de rest. spol. & ad hoc, vt qs faciat naturales fructus suos, requiritur titulus, Aegid. ibi nu. 16.

27 Fructus † percepti ex artificio serui, quod artificium sumptibus possessoris seruus didicit, non debentur. l. improbe. cũ l. seq. ff. de rei vendicat. & operæ seruorum sunt in fructu. l. tertia. ff. de operis ser. ibi, in hominis vsufructu operæ sunt, & ob operas mercedes.

28 Partus † ancillæ in fructu non est; quia absurdum videbatur hominem in fructu esse cuius gratia omnia sunt parata. l. in pecudũ. §. fi. ff. de vsur. licèt in restitutione hominis de fructibus hominis habeatur ratio. l. idem Iulianus. §. idem Iulianus. ff. de rei vend. & l. j. C. de rei vend.

29 Fructus † accipere dr̃ ille, qui collegit vuam, oliuã, nondum vinũ, vel oleum ab aliquo factum; nam statim cp vuã collegit, vinum collegisse vr̃. l. si eius. §. perceptionem. ff. de rei vendic.

30 Et † cum de fructibus extimandis egitur, vidẽdum est, an petitor frui potuerit, si ei possidere licuisset. l. si nauis. §. fin. ff. de rei vend. quia fructus non percepti non debentur. l. si eius fundi. ff. de rei vendic.

31 Fructus † percepti post rem iudicatam non debentur vigore sentẽtiæ l. 3. §. in his. ff. de vsur. quia ad exequutoris cognitionem fructus percepti pertinent. l. qui restituere. ff. de rei vendic. & malæ fidei possessor de extantibus fructibus conuenitur rei vendicatione. l. 3. C. de cõdi. ex lege, & consumpti condici possunt. l. si pignore. §. si prædo ff. de pignorat. actio.

32 Et † in fructuum restitutione habetur ratio de expensis factis gratia fructuum. Felyn. consi. 1. nume. 4. Aegid. in c. grauis. nu. 23 de rest. spol. Didacus in tract. variarum resolut. lib. tertio, cap. tertio, nume. tertio. Duenas in reg. 387. & propterea quòd in fructus redigendos impensum est, non ambigitur ipsos fructus diminuere debere. l. quod in fructus. ff. de vsur. & impensæ deducendæ sunt, quæ fiunt fructuum quærendorum, cogendorum, & conseruandorum causa, tam si sit bonæ fidei possessor, quàm malæ fidei. l. si à domino. §. fin. ff. de hæredit. petit. etiam si fructus hominis sint, expensæ sunt deducendæ. l. 4. fl. de operis seruorum. & l j. C. de fructibus & litium expensis.

33 Olea † immatura est in fructu; quia in colligendis fructibus non est spectanda maturitas naturalis, sed illud tempus quod magis colono, dominoue fructuum tollere expedit. l. pen. ff. de vsufr. leg. vbi Doct.

34 Pecudum † fructus fœtus est, lac, pili, lana, itaque agni, & vituli sunt pleno iure bonę fidei possessoris. l. in pecudũ. ff. de vsu.

35 Syluæ, † arundines, vel cannetum est in fructu. l. qui fundũ. §. cum fundum. ff. de contrahenda empt. l. item si fundum. §. fi. ff. de vsufruct.

36 Qui † vendidit arbores exceptis manu satis, fructus arborũ, & vineę venditi videntur. l. cum manu sata. ff. de contrahen. empt. manu sata sunt illa, quæ manibus seminata sunt, sed in stipula nata nõ sunt manu sata: quia ex spicis relictis nata sunt. l. qui fundum. §. fundi. ff. de contrahen. emptio. vbi glos. & Doctores.

37 Pignori † dare est in fructu. l. fi. ff. de vsur. & l. fructus rei. ff. de reg. iur. & vtroque loco glossæ, & Decius, & Cagnol. in d. l. fructus. ff. de reg. iur.

38 Venatio † nõ videtur esse in fructu. l. venationem. ff. de vsur.

39 Fructus † post perfectam venditionem pertinent ad emptorem. l. fructus. C. de act. emp. quæ perfecta intelligitur, quando est habita fides de pretio, vel post moram regularem, vel irregularem venditoris, Salyc. & Cagnol. in d. l curabit. num. 36. C. de actio. empt. Didacus in tract. variarum resolutionum lib. 3. c. 4. nu. 6. versi. ex quibus obiter.

40 Et similiter † quando emptor soluit partem pretij re nondũ tradita, potest petere totam rem cum parte fructuum ex ea pceptorum pro rata pretij soluti à die solutionis. l. fin. §. fin. ff. de fundo dotali, Alex. consi. 121. lib. 4. Didac. in tract. variar. resol. lib. 3. c. 4. nu. 6. versi. 15.

41 Supra † explicare volui, quid veniat fructuum appellatione, nunc autem aliquid de interesse dicendum arbitror, quod in facto potius quàm in iure cõsistit. l. quatenus. ff. de reg. iur. ideoq; legibus definiri non potest arbitrio iudicãtis permittitur, idest quantum mihi abest quantumque lucrari potui. l. si commissa. ff. rem ratam haberi, &] in l. 2. §. fin. ff. de eo quod certo loco, vbi dicitur, in hanc arbitrariam, quod interfuit venier, & lucri & damni ratio habenda est, & in l. vnica. C. de eo quod interest. dicitur ibi, & hoc non solùm in damno, sed etiam in lucro, & l. si fundus. circa finem. ff. locati. & in l. si tutor. ff. de auct. tut. dicitur, cp si tutor noluit præstare auctoritatem, pupillus iudicio tutelæ hanc iacturam consequitur.

42 Quæ † autem sit extimanda per iudicem circa interesse certum, quia in venditione loquitur. l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. empt. ibi, si stetit per venditorem, quo minus

rem

Source : BIU Cujas

rem tradat, omnis vtilitas emptoris in extimationē venit, quæ circa ipsam rem consistit, neque enim si potuit ex vino negotiari, & lucri facere, id extimandum est, & similiter circa triticum, vel granum non traditum, ob quam non traditionē seruui mortui sunt; nam non debent extimari serui mortui fame, sed valor tritici, nec maior fit obligatio, si tardius traditur, q̄uis crescat valor vini, quod hodie plus valet, & vinum dandum est hodie, quod olim dari debebat. & hæc lex aurea videtur in hac materia, similis textus est in l. furtiuam. ff. de furt. vbi dicitur, ꝙ si emi furtiuam ancillam bona fide pro duobus aureis, & dum illam possiderem, subripuit illam mihi Actius, cum quo & ego, & dominus furti egimus, quæro quanta extimatio pro vtroq; fieri debeat, dicit Iurisconsultus emptori duplo quanti eius interest, extimari debet, domino autem duplo quanti ea mulier fuerit, & emptori datur duplum propter eius possessionem, & domino propter proprietatem, & ob id ne iudex excedat modum in extimando, in cuius arbitrio extimatio posita est, facta est per Imperatorem l. j. C. de sententiis quæ pro eo quod interest, in qua vult prolixitates antiquas coangustare: nam in casibus qui habent certam quantitatem, vel naturam, vt in venditionibus, locationibus, & aliis contractibus quod interest non excedit dupli quantitatem in casibus incertis, illud damnum debet extimari quod reuera inducitur, & sic lucrum per quas ll. videtur dari regula, quomodo iudicis arbitrium in taxatione interesse regulari debet.

43 Casus† enim interesse de quibus in d. l. j. C. de eo quod int. ex quo obligatio ad interesse oritur, sunt mora, culpa, contrauentio, euictio, vel alius euentus, ex quo obligatio ad interesse oritur, vel committitur, nullam habens certam quantitatem vel naturam, cum de se incertus sit §. fin. inst. de verb. obligat. l. fi. ff. si quis in ius voc. non ierit, & hoc modo pendet à probationibus, & facti circunstantiis. l. fi. de prætor. stipul. l. quatenus. ff. de reg. iur.

44 Et† in l prima ff. de act. empti. dicitur, ꝙ si res vendita non tradatur, agitur in id quod interest, hoc est, quanti rem habere emptoris interest, & hoc interdum pretium egreditur, si pluris interfit, quàm res valet, vel empta est, & in l. 4. C. de act. emp. dicitur, ꝙ si traditio rei facta non sit iuxta contractum rei venditæ, quanti interesse compleri emptionem fuerit arbitratus Præses Prouinciæ, tantum deducere curabit in condēnationis taxàtionem, idest de pretio rei tantum deducet, & idem dicitur in l. sicut. C. dicto tit. ibi, quo non restituto non pretij quantitatem, sed quanti interest emptoris, competit actio, semp enim in iure dicitur quanti interest, & sic interesse consistit in facto, quod factum, idest damnum, vel lucrum debet probari. l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid. cum notatis in l. 2. C. de rescind. vendit. Cagnol. de reg. iur. l. quatenus. nu. 9.

45 Si† verò emptor ignoret vitium rei emptæ; tunc non agitur ad interesse, sed quanto minoris emisset, si sciuisset morbum. l. Iulianus. ff. de act. empti. in prin. & l. Labeo. ff. de cōtrah. empt. cum similibus.

46 Et† illud qd̄ interest extimatur circa rem, non ex eo ꝙ extra rem est, vt dicit tex. in l. si sterilis. §. cum per venditorē. ff. de act. emp. ibi, omnis vtilitas emptoris in extimationē venit, quę modo circa rem ipsam consistit, & ponit exemplum in tritico nō consignato; quia pretium ttitici consequi debet, non pretium seruorum fame mortuorum, propter triticum non datum, qui serui mortui interesse extra rem sunt, ea propter ibi non habetur ratio interesse extra rem, sed circa rem: vel hodie dandum est triticum, Decius in c. venerabilis. nu. 60. & 61. de except. declarat dictum §. cum per venditorem, vide inf. nu. 50.

47 Et† quando non traditur vinum in tempore, & loco ꝓmissum, quanti pluris valet vinum in loco & in tempore, & locus vbi tradi oportet vinum, & non locus iudicij attendi debet. l. 3. §. si per venditorem. ff. de act. empt. & l. 4. ff. de condi. triticar. & l. vinum. ff. si cert. pet. & circa tempus attendi debet dies obligat. l. quotiens. cum l. seq. ff. de verborum oblig. & l. si calendis. ff. de re iud.

48 Et† similiter quando venditor promittit rem venditā liberare, & emptor desiderat, vt nunc liberetur, & venditor est in mora, & Iurisconsultus in l. cum stipulatus sim. §. fin. ff. de verb. obligat. dicit tanti litē extimari oportet, quāti actoris interest, & in l. si fundum. eodem tit. de verb. oblig. dicitur si non consignetur fundus ea die, me consequuturum, quanti mea interfit moram factam non esse, scilicet circa ea quæ consequi potuissem, si res mihi tradita fuisset, vel mihi turbatio facta non extitisset, vt in l. 3. §. fi. ff. vti possidet & dictum est sup. nu. 12.

49 Illa† verba, quanti eam rem apparet esse, non ad id qd̄ interest, sed ad extimationem referuntur. l. hæc verba. ff. de verb. sig. & l. inter hæc verba. ff. d. tit. de verb. sig. ibi, quanti ea res erit, vel quanti eam rem esse apparet, nulla est differētia: quia in vtraq; clausula continetur, ꝙ debet vera extimatio fieri, & in dictis ll. Rebuff. declarat dicta verba multis exemplis, & auctoritatibus, nobis satis est ostendere, ꝙ Iurisconsulti veræ quantitati extimationis rerum intendunt circa interesse.

50 Contractus† certi pro intelligentia. l. prima. C. de sententijs pro eo quod interest, sunt qui habent certam substantiā, qualitatem, & in quibus continetur certum l. certum. ff. si cert. pet. l. vbi autem non apparet. ff. de verb. oblig. ita quòd certi conditione agi possit, Decius in l. certi condictio. nume. 16. ff. si cert. pet. Bar. verò in d. l. prima. C. de eo quod interest, dicit casus certos esse, qui certam quantitatem, vel naturam respectu sui, uel adiuncti habent, incertos verò qui neutram naturam, vel quantitatem habent respectu sui, nec respectu adiuncti, puta pretij, vel compensationis, quem sequitur Bald. & Salyc. sed Salycet. col. 8. Curt. nu. 59. & Alcia. in d. l. 1. tenet semper trahendum respectum ad pretium cōuentum, si constat, & si de eo non constat, tunc ad communem rei extimationem, quod est verū simplum, quod solum duplatur, & interesse singulare limitatū per dictam l. primā, ad duplum, in quo illud simplum inest, qd̄ nō potest excedere communem extimationem rei, vel pretiū conuentum, iuxta l. furtiuam. ff. de furtis. vel secundùm aliquos dicta lex intelligi debet, ꝙ loquatur de omnibus casibus respiciētibus interesse, cū præsupponat deberi interesse; eo quia in principio dicit, cū pro eo, quod interest dubitationes infinitæ sint, volentes eas tollere, sancimus in omnibus casibus tractātibus de interesse, qui casus habent certam quantitatem, consistentem in pondere, numero, & mēsura, vel certam naturam, idest secundùm naturam illius actus, vel negotij, & ita apud Iurisco sultos accipitur. l. cū amplius. §. is. ff. de reg. iur. nam natura hoc modo considerata habet certos fines, velut in venditionibus, vel locationibus, & omnibus contractibus hoc, quod interest, non excedat dupli quantitatē, & ideo ad hoc vt procedat hoc primum responsum dicta l. prima, tria requiruntur, primò ꝙ sit debitum principale certum. Secundò quòd incidat in casus interesse extrinsecus; quia id quod interest, est diuersum à debito principali. Tertiò quòd interesse respiciat illam rem certam principalem tantum, nec aliud respiciat, vt in l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. empt. in quo textu habetur respectus ad valorem tritici, non autem ad mortem seruorum, vide supra nume. 46.

51 In† venditione si non est dictum, quantum venditor præstare oportet pro euictione, nihil uēditor prestabit præter simplū euictionis nomine, & hoc venit ex natura actionis ex empto l. si in venditione. ff. de euictio. ideo si domus valoris 1000. vendatur pro 500. si euincatur, quingenta tantum præstanda sunt, quæ soluit. l. euicta re. & l. si plus. in prin. de euict. non autē ad rem agi potest. Tiraquell. de retractu parte prima. §. 31. numero tertio, & facit. l. fideiussor. ff. de doli mali except. & l. emptori. de euict. licèt aliud dicant Doctores in l. si insulam. ff. de verb. oblig. vbi Ias. nu. 25.

52 Casus† verò incerti interesse potest poni in l. sed addes. §. si quis dolia. ff. locati. & l. tenetur. §. si vas. ff. de act. empt. vbi dicitur, quòd locans vitiosa dolia ignoranter, tenetur, si vinum effluxerit, ī id quod interest, nec ignorantia in hoc excusātur, incertitudo interesse oritur ex valore vini cōseruando in illo dolio, quod quanti interfit iudex extimabit, & hoc casu non fit cō demnatio in duplum; vel in restitutionem mercedis vltra interesse, sed in eo quod interest tantum, vt dict ibi textus, etiam si in decuplo mercedem excedat, & sic isti casus sunt incerti, nō ratione ↄtractus, vel rei principaliter debitæ, vt dicitur in textu dictæ l. t. versic. in aliis autem casibus qui incerti esse videntur, iudex inquirat damnum, quod verè datum est, & ideo hi casus incerti pertinent ad secundum responsum dictæ l. j. & vlterius in d. §. si quis. deciditur, quòd si quis locauit saltus in quo herba mala nascebatur, si pecora mortua sunt, si sciuit locator, quod interest præstare debet: si ignorauit, non petit mercedem, ideo siue sciens, siue ignorans semper tenetur ad damnum passum locator per conductorem, & cum isti casus non habeant initium certum in contractu deductum, sed periculum incertū, vt puta versio vini de dolio, & mors pecorum propter malam herbam, numerandi sunt inter casus incertos, & ad hos casus tenetur locator, & non excusat eum ignorantia, & scientia facit ipsum teneri ad totum interesse. l. Iulianus in prin. ff. de act. empti & propterea casus incertus nullo modo fit certus semper per adiectionem certi pretij, vel mercedis, ut d. l. tenetur. §. sed si vas. ff. de act. empt.

53 Valor† rei euictæ debet considerari de tempore venditionis, non aliud tempus. l. bonitatis. ff. de euict. quando competit actio ad pretiū, vel vbi agitur de euictione. l. prima, & d. l. bonitatis. ff. de euict. sed quando agitur pro interesse, tunc habetur respectus ad interesse, uel ad augmentum. l. Titius. ad finem. ff. de act. empt. l. vēditor hominis. l. sed si quid. & l. euicta in princ. & l. ex mille. §. si totus. ff. de euiction.

54 Interesse† quando agitur ex empto propter euictionem: & aliud non exprimitur, scilicet dupla, vel interesse in libello, nunquàm venit dupla, sed intelligitur agi ad pretium, vel partē pretij. l. ꝙ si nulla in fine, cum l. seq. ff. de hæred. vel actione vendita, quia interesse nō venit, nisi intersit, & nisi probetur, quòd pendet ex facto, & probationib. l. quatenus. ff. de reg. iur. quod

Source : BIU Cujas

pretium eſt verum ſimplum, d.l.ſi in venditione ff. de euict etiã quando agitur pro læſione vltra dimidiam iuſti pretij in vim, l. 2. C. de reſcinden. vend. eſt etiam verum ſimplum in permutatione res, quæ permutatur, iuxta valorẽ, & extimationem quæ erat tempore contractus, l. Titia in fine, ff. de iure dot. nec attenditur mutatio ſequens, l. Rutilia. ff. de contrahenda emptio. reſpectu augmenti, vel diminutionis rei; qa omnia humana ſunt in perpetuo motu, §. vt autẽ, in auth. de non alien. vel permut.

55 Augmentum † vel diminutio valoris rei in legato ſub conditione relicto, non attenditur tempore facti legati, vel mortis teſtatoris, ſed conditionis purificatæ, quo tempore per legatarium peti poteſt legatum, l. quotiens. cum l. ſeq. ff. de verborũ oblig. quia quanti ſit illud ius quęſitum ex legato, antequàm efficaciter peti poſſit, in vltimis voluntatibus attenditur tempus quo legatum peti poteſt, l. cum quis. ff. de actio. & obligat. & l. quæ legata ff. de regu. iur. vbi Decius Cagno. & Mainer. latè.

56 Iactum † retis ſi emero, & piſcator noluit iactare rete, incertum eius rei extimandum eſt, & ſi quid extraxerit piſciũ, & reddere mihi noluit, id extimari debet, quod extraxit, l. ſi iactum. ff. de actio. empti, iſta lex in principio ponit caſum incertum; qa ſi piſcator noluit iactare rete tenetur in id quod intereſt, ideſt ad ſimplum pretij conuenti, & ob id dicitur in textu incertum extimandum eſt, & iſte caſus eſt incertus; quia a prin. nullam habet certitudinem, etiam cp aliqui piſces capti ſint, vt in ſecundo caſu, & certi ſint ex poſt facto non a principio, propterea caſus ſecundus d.l. ſi iactus. eſt incertus, & emptio de incerta re fieri poteſt, l. nec emptio. ff. de contrahen. emp. vbi dicitur, cp emptio fit ſine re, cum emitur iactum piſcium, vel auium; quia ſpei emptio eſt, & nihilominus intereſſe debet extimari vltra duplum pretij, vt in ſecundo capite dictæ. l. ſi iactus.

57 Et † pariter quando domus quæ fuit vendita pro pretio mille ſcutorum euincitur pro aliqua parte, & pro illa parte venditor ſoluit emptori. 400. ſi poſtea euincat̃ tota debet haberi cõſideratio ad illa. 400. ſoluta, & propterea tenetur venditor primò reſtituere. 600. reſtantia, & pro intereſſe ſimplum pretij, ideſt mille vltra. 600 l. ex empto. §. idẽ Neratius, & l. cum emptor, §. Caſſius. ff. de actio empt l. cum fundus. ff. de euictio. computatis in illa dupla expenſis, fructibus, & ſimilibus, vt d.l. cum fundus. ff de euictio & d.l. ex empto §. idem Neratius, ſecus verò ſi mandato venditoris emptor ſuſtinuit litem; quia tenetur ad omnes fructus, l. 3. §. idem ſcribit. de peculio.

Et qui vendidit mille iugera terræ, quæ tradidit vẽditor emptori, ex quibus flumen. 200. abſtulit, vel alluuione acceſſerint, ſi poſtea. 200. euincantur, duplæ ſtipulatio pro parte quinta, nõ quarta præſtabitur: nam quod periit fuit damno emptoris, non venditoris, l. ex mille. §. quod ſi modo. ff. de euict. & in d.l. ex mille, §. quæſitum ponitur aliud exemplum ſimile.

58 Et † ſi dupla non promittatur in contractu emptionis, & eo nomine agatur etiam ad duplam, condemnari debet venditor, l. 2. & l. emptorem duplam. ff. de euict quia dupla venit ex natura cõtractus emptionis etiam quòd non promittatur, l. ſi in vẽditione, ff. de euict. & l. 6. C. de euict. dummodo tamen petatur, vt ſuprà num. 54.

59 In † euictione venditor tenetur emptori de omnib. caſibus, & obligationibus per ipſum, vel eius cauſa factis ante venditionem rei, ſed de caſibus occurrentibus poſt venditionem, puta propter bellum, uel aliàs ad illos caſus pro euictione non tenetur venditor l. Lucius. ff. de euict.

60 Qui † promiſit tradere, & non tradidit rem venditam quãti interſit, condemnari debet, & qui promiſit ſatiſdare, & non ſatiſdedit quãti plurimum auctorem periclitari oportet, ideſt vt ſequentibus actionibus deducto eo quod præſtitum eſt, lis extimetur, l. exempto. §. venditorem. ff. de actio. emp. verſi. ſatis autẽ non dantem quanti plurimi auctorem periclitari oportet, quæ verba important reum damnãdum eſſe in verum, & plurimũ, ſiue ſummum intereſſe actoris, vt ibi declarat Duarenus in additione ad Pandectas ex mente Budei, & non agitur ibi de dupla, quia dupla ex actione ex empto debetur, l. 2. ff de euictio. & dictum eſt ſuprà ſed de ſatiſdatione promiſſa, & nõ præſtita, & ob id reus condemnari debet in eo quod intereſt, & intererit actoris, quia ſatiſdatio non eſt momentanea, ſed ſucceſſiua, licet Barto. & Paul. de Caſtro dicant, cp ſi non ſatiſdedit per dolum, cp fiat condemnatio duplæ incontinenti.

61 Vſuræ † per illuſtres perſonas ſtipulari poſſunt vſque ad tertiam partem vſurarum centeſimæ in quocunque contractu vili, vel maximo, l. eos. §. ideoque. C. de uſuris, ideſt ad rationem quatuor pro centinario.

62 Et † qui gerunt aliquam licitam negotiationẽ, ſtipulari poſſunt uſuras vſque ad beſſem cẽteſimæ, d.l. eos. §. illos. C. de vſur. ideſt vſque ad 1ex pro centenario ſuam ſtipulationem moderari poſſunt vſurarum nomine.

63 In † traiectitijs contractibus, vel ſpecierum dationibus fœnori vſque ad centeſimam tantummodo vſuræ ſtipulari poſſunt, nec eam ſummã excedere, dicta l. eos. §. in traiectitijs, C. de vſuris, id eſt vſque ad duodecim pro centinario.

64 Reliqui † homines ſolum poſſunt ſtipulari vſuras vſque ad beſſem centeſimæ, & in quocunque caſu, nec per iudices vltra taxari poſſunt. d.l. eos. §. cæteros, ideſt vſque ad ſex pro centenario. C. de vſur.

65 Simon † Romæ dedit mille ſcuta ad cambium cuidam Hiſpano, ad rationem 16. pro centinari, & Hiſpanus obligauit ſe ad reſtituendum mille infra quatuor menſes tũc futuros, aliàs promiſit damna, & intereſſe patienda per dictum Simonem, Simon bãcherius, cum fuiſſent reſtitutæ pecuniæ in tempore, fecit cambium de dictis ſcutis mille non reſtitutis per dictum Hiſpanum pro nundinis Lugdunenſibus, & cum in tempore nundinarum non reſtituiſſet Hiſpanus dicta mille, fecit dictus bancherius aliud ſimile cambium, ea propter Simon petẽbat ab Hiſpano dicta damna paſſa ob cambia præfata; Hiſpanus dicebat, cp iſta non erant damna ſed vſuræ, & vſuræ vſurarũ, cum vltimum cambium factum ſit pro ſorte, & intereſſe paſſis, & cum in Rota ſuper hoc diſputaretur, domini dixerũt, cp dãna, & intereſſe expreſſe promiſſa debentur, & idem etiam ſi non eſſent expreſsè promiſſa & legitimè ꝓbaretur, quòd paſſus eſſet dicta damna, capiendo dicta mille ad cambium ob non ſoluta mille à ſuis debitoribus in tempore, Innocent. & Doctores in c. primo, de vſur. Mohed. deciſ. 102. & quia de iure mercator, vel bancherius poteſt petere damna & intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, Bart. & Doct. in l. tertia. §. fin. ff. de eo quod certo loco, Alexand. conſi. 190. libro ſecundo, & talia cambia dicuntur intereſſe, Roman. conſi. 94. col 1. & cõſi. 238. & conſi. 101. Alex. conſi. 61. vol. 2. & non dicuntur hæc cambia vſura vſuræ, ſed ſortis principalis intereſſe, Bart. in d.l.j. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. col. 10. verſi. ego autem, & ita videtur dicere textus in c. peruenit, & in c. conſtitutus. de fideiuſ. nec ad cambia erat neceſsaria interpellatio, vt dicit Iaſ. in l. ſi ex legati cauſa. colum. 4. ff. de verb. oblig.

66 Debitor † nummorum ex quacunque cauſa, vtputa dotis, emptionis, locationis, & ſimilium vbi fuit in dolo malo ſeu in mora non ſoluẽdi ipſos nummos, tenetur omni iure ad intereſſe creditoris, non ſolum intereſſe intrinſeci, & extrinſeci reſpectu damni emergentis, ſed etiam lucri ceſſantis, vbi creditor erat mercator ſolitus negotiari, Plotus in l. ſi quando. C. vnde vi. nume. 427. & multis ſeq.

67 Sed † damna, & intereſſe in caſu præcedentis quæſtionis probanda ſunt, & difficultas ſtat in modo probandi, nam Simon articulauit, cp pro manutẽtione bãchi, & pro ſuis negotiis Martino non ſoluente in tempore coactus accepit pecunias, ad cãbium ad rationem 15. pro centinario, & hoc probauit, dubitabatur, an eſſet ſufficiens probatio, fuit reſolutum, cp non erat ſufficiens probatio, ex eo ſolo, quòd probauit accepiſſe pecunias ad cambium, ꝓ poſtquàm venerat dies ſolutionis, nã oportet, & eſt neceſſarium, cp in indiuiduo probet non ſolùm debitum ab Hiſpano, ſed cp ipſe accepit pecunias ad cambium; qa Hiſpanus non ſoluit ſibi pecunias in tempore, quæ ſi habuiſſet ab Hiſpano non cępiſſet pecunias ad cambium, & conſequenter paſſus eſt damnum; nam non ſequitur, accepit pecunias, & ſic paſſus eſt damnum propter non ſolutionem Hiſpani; quia fortè paſſus eſt damnum propter alias cauſas, & ꝓbatio debet de neceſſitate concludere. c. in præſentia. de probat. l. non hoc. C. vnde leg. nam accipiendo pecunias pro manutentione banchi potuit illas vtiliter accipere in lucro, & non in damno, glo. in §. de illa. inſtit. de ſociet. & Doctores, in l. prima. ff de vſuris dicunt, quòd eſt neceſſe probare tantam quantitatem ſub vſuris accepiſſe, quantam ipſi debitores ſolueret tenebãtur, ut ipſi debitores ad damna teneantur, & in præſenti caſu Simon accederat in maiori quantitate pro manutẽtione banchi, & forſan ad lucrum banchi, ideo probatio neceſſariò non concludebat, Mohed. deciſ. 103.

68 Sed † debet probare, quòd euenerit caſus mercantiæ, vel cãbij, & aderant mercatores, qui volebant vendere tales merces, ex quibus fuiſſet lucratus Simon ad rationem 15. pro centenario, vel ſi habuiſſet pecunias illas dediſſet ad cambium ad dictã rationem, ſed quia non habuit dictam pecuniam debitam à dicto Hiſpano, qui non ſoluit in tẽpore, non potuit merces emere, vel dare pecunias ad cambium, facit l. quemadmodum. §. itẽ Labeo. ad leg. Aquil. & l. naturalem. §. 2. ff. de acquir. rerum dominio, Paulus de Caſt. in l. tertia. §. fi. ff. de eo quod certo loco, & ibi Iaſ. Abbas in c. conqueſtus. de vſuris colum. 2. Afflic. deciſ. 20. Decius in c. cum venerabilis. colum. ſexta, nu. 59. de except. & conſil. 322. col. fin. nam tria probãda ſunt, primò quòd Mercator ſit ſolitus negotiari, ſecundò quòd debitor pecuniæ ſit in mora, tertiò quòd Mercator habuerit præ manibus merces, & quia non habuit pecunias ſibi debitas, & numeratas in manibus nõ potuit merces emere, vel dare ad cambium, Mohedan. deciſ. 208. vbi aſſerit ita pluries deciſum in Rota, & opinionem Pauli de Caſt. eſſe communem, & ęquam, & rationabilem dignam tribunali Rotæ. Addit Auguſt. deciſ. 289. & 592. lib. 3. cp debet articulari illas merces & cãbia lucroſa fuiſſe, vide etiam Puteum deciſ. 230. incipiente die 13. Ianuarij 1542. lib. 1.

& Di-

Source : BIU Cujas

& Didacus in tract.var.resol.lib. 3.c.j.versic. sextò,ponit exemplum in eis qui volunt emere annuos redditus, quos in Hispania semper parati inueniuntur qui volunt emere & vendere, Plotus in l.si quando C.vnde vi, nu.468. dicit, ꝙ sunt quinque probanda,ad hoc,vt possit deferri iuramentum contra morosum debitorem pro illis damnis,& interesse, quamplura ponit Io.Baptista Lupus in tractatu de vsuris nu. 114. vsque ad numero 118. ex quibus habetur verus modus probandi lucrū cessans & damnum emergens,& quomodo,& quando fiat dicti interesse liquidatio,idem Ioan.Bapt. nume. 127. & tribus sequentibus,commentario primo, & glo.in §.de illa.instit. de societ. & Doctores in l.j.de vsuris,dicūt,ꝙ est necesse probare, quòd tantum sub vsuris creditores receperunt, quantum à debitoribus debebatur, vt debitores teneantur ad damna, & cambia, & recambia.

69 Si quis † conduxit certum prædium, vel illius fructus ab N. pro tribus annis pro 1500.scutis quolibet anno soluendis, sed quia ab N.fuit impeditus cōductor in perceptione fructuum, egit conductor contra N.locatorem pro interesse, ex eo quia conductor accepit propter hoc impedimentum plures quantitates pecuniarum ad cambium, & cum super hoc disputaretur in Rota,Domini resoluerunt deberi conductori aliquid rōne interesse,videlicet ad rationem quinque pro quolibet cētenario; quia hoc est interesse damni emergentis,quod est licitum,. Doctores in c.conquestus.de vsuris,& c.cum dilecti.de foro cōperenti,Mohedan.decis.122.& propterea moderare concedi, & dari solet à Rota istud interesse lucri cessantis.

70 Interesse † damni emergentis ante morā debitoris mutuanti à mutuatario exigere licet vltra sortem, si concurrant infrascripta,videlicet ꝙ ex mutuatione emergebat damnū mutuanti vere,non ex simulatione;secundo ꝙ ex mutuo perdidit florenum vnum,& propterea plus exigere non debet,& quia damnum emergens est,quando quis perdit bonum temporale, qđ verè haberet,si non mutuaret pecuniam,& si mutuat pecuniā, patitur illud damnum emergens propter mutuationem, igitur licitum est pacisci, vel exigere illud interesse,quod mutuans pati potest,tunc,vel postea quādo actu sibi emergit damnum, & tunc mutuatarius tenetur mutuantem de damno releuare, qđ ex dicta mutuatione incurrit, ita Conrad. de contracti. q. 30. colum.tertia,versi.prima conclusio,& facit c.peruenit.de solutio.Turre Cremata in summa 14.quæst. tertia, dicit, quòd sine mora & pactione tenetur in foro conscientiæ debitor restituere creditori damnum passum ratione mutui, Rebuff.ī l.prima, in princ.numero 24.C.de eo quod interest,& hæc est communis sententia Theologorum,& Doctorū,vt refert Couarruuias in tract. var.resolutionum.lib.tertio, c.quarto, numero 5. versi. sexto, post principiū, & dum ibi discedit ab opinione Rebuffi, qui allegat Conradum de contract.quæst.30.suppositione 4.in qua optime probatur eius intentio, quæ erat demonstrare, ꝙ debitor tenebatur ad interesse creditoris, qui ante moram debitoris fuit coactus vendere bona propria viliori pretio ꝓpter carentiam pecuniæ mutuatæ, & isto casù non est obligatio debitoris ad antidora, sed pro conseruatione damni passi per creditorem, qui fecit mutuum gratuitum, vt per Conradum in d.quarta suppositione, dum repetit exemplum tertiæ suppositionis,vers.de prima,& concluſ prima, per totum, vbi Conradus dicit illud idem quod Rebuff.ibi numero 24.& hoc modo saluari potest Rebuff.à morsibus compilatorum de vsuris numero 33.& à Didaco Couarruuias lib.3.variarum resolutionū c.4.nume. quinto, licet Io.Baptista Lupus de vsuris. nume.112. in primo commentario velit saluare Turrecrematam quando in mutuatione fuit præuisum damnum,& tunc in pactum deductum,Conradus simpliciter loquitur, prout faciūt Turrecremata, & Rebuff. & eorum dicta sunt fundata optima ratione, quos sequitur Caietanus in summa in versi. vsura exterior. & Nauarrus de vsuris nu.47.& seq.ea ꝓpter opinio Rebuffi mihi placet, & illam sequor,non obstant adducta per compilatores in tractatu de vsuris.num.33. quia non petitur interesse damni emergentis propter obligationem antidoralem, sed propter damnum passum propter mutuum factum ipsi debitori,quam rationem non animaduerterūt dicti Compilatores, & ideo ab eis male reprehēditur Rebuff.& alii per eum citati,sed hæc conclusio non procedit,quotiēs petitur interesse damni emergentis ante moram ex partium conuentione,vt per Ant. Gabriell. in tract.comm.concluſ.lib.3.in tit.de solutionibus,concluſ.10. num.4.versi.primo limita.

71 Damnum † emergens ex mora mutuatarij qui promisit restituere in certo tempore creditori rem mutuatam,quam non restituit, & propter non restitutionem creditor patitur damnum,verè illud damnum passum restituere tenetur,Conradus de contractibus q.30.concluſ.2. Doctores in l. si insulam.ff.de verb.obligat.Aymo consi.87. numero 5. Ant Gabriell. lib.3.in tit.de solut.concluſ.10.nume.j. Ioan.Baptista Lupus in tract.de vsuris nu.109.& seq.

72 Et † istud interesse incertum extimari potest arbitrio boni viri,Alex.consi.280.lib.6.idem Io.Baptista Lupus in d.tract.de vsuris,nu.126.commentario primo.

73 Interesse † lucri cessantis post moram debitoris creditor solitus lucrum facere petere potest ab ipso debitore morosо,Bar. in l.j.C.de eo quod interest,nume.15. Anton. Gabriell.in d.10. concluſ.de solut.nume.j. Io.Baptista Lupus in tract.de vsur.cōmentario primo.nume.109.& seq.& nume.13.dicit ꝙ interesse lucri cessantis non debetur nisi post moram,Puteus decis.230. lib.j.dat modum probandi interesse secūdùm doctrinam Pauli de Castro in l.3.§.fin.ff.de eo quod certo loco, vbi etiam Ias. col.fin.& Ioan. Ant. Alexand.consi.30. Afflict.decis.20.Aymo consi.89.colum.secunda, versi.interesse autem. vide etiam sup. numero 68.

74 Interesse † in solito negotiari peti potest vltra primum annum, dummodo non excedat sortem, iuxta l.prima. C.de eo quod interest, & postquàm sortem ęquauit,interesse non amplius currere debet.Ruyn.consil.55. colum.pen.lib.2.Ias.in l.3. §.fin.ad finem.ff.de eo quod certo loco,Io.Baptista Lupus rectatis opinionibus ita tenet in d.tract.de vsuris, à nu.119. vsq; ad nu.121.commentario primo.

75 In † pecunia strictè sumpta regulariter nō admittitur, quod extrinsecus interest,sed vsuram legitimam duntaxat. l.fin. ff.de periculo,& commodo rei vend.& à iure ciuili vsura iusta taxatur ad bessem.l.eos.C.de vsur. & sic venditor propter pretium non solutum in tempore conuento & post moram consequitur tantum vsuras, & non illud quod fuisset consequuturus ex mercibus quas emisset soluto pretio.l.oleo. & l.frumenti.C.de vsuris,in quibus deciditur,ꝙ mutuatis oleo,ordeo,vel frumento,accessio etiam ex nudo pacto præstanda est,si mora facta sit in restitutione, & ista accessio est iusta taxatio interesse extrinseci,de qua accessione cōueniri potest,etiam nudo pacto:ut d.l. frumēti,sed hæc taxatio remittitur in arbitrio iudicis,quia pretia rerum varia sunt per singulas Ciuitates,regionesq;,maxime vini,olei,frumēti,pecuniarum quoque, quia vno loco facilius, & leuioribus vsuris inueniū tur in aliis difficilibus, & grauibus vsuris,vt l.tertia.ff.de eo quod certo loco.facit Ang.consi.219. in fine, & ideo si centum Capuæ dari promissa sunt, & alibi petantur,arbitrio iudicis erit,vt lis tanti extimetur, quāti eius, vel actoris interfuit eam summam Capuę potius quàm alibi solui. l.centum Capuæ.ff.de eo quod certo loco, quia propter morā non soluti pretij emptor vsuras præstabit, & non quod potuit vēditor lucrari soluto pretio ex mercibus emptis, ex quib. plus lucratus fuisset, quàm ex vsuris,vt l.fina.ff.de peric.& commodo rei vend.& istud interesse debetur in tantum,quantum ꝓbabitur,quod interfit venditoris, & non vltra, Alber. in l.prima. C.de summa Trinit.vnde circa præmissa per Plotū in l.si quando.nu.416.& seq.C.vnde vi.

76 Interesse † post moram taxatio prohibita est, ſm Aymon. consi.189.num.5.& seq.& ideo in societatibus officiorum post disdictam hodie non soluuntur fructus ratione damnorum, expensarum, & interesse, prout fieri solebat, & ita ordinatum de anno 1558.die 15. Octobris tempore Pauli Papæ IIII. & per Pium IIII.in sua constitutione ordinatur,quòd fiant societates cum pactis licitis,& honestis,vt prius, & faciens societatem teneatur exprimere, quot pecunię, & societates factæ sunt super eius officio, sub pœna &c.

77 Venditor † paciscenti de vsuris si tardius pretium rei venditæ soluerit emptor, vsuræ ei debentur, & si non fecit pactū de vsuris,sed cępit agere pro pretio, debentur ex mora solutionis pretij vsuræ.l.initio.C.de pact inter empt.& vend. quod tamen intellige,si rei venditę possessio tradita sit,cum non sit ęquum, vt emptor percipiat fructus rei emptæ,& non soluat vsuras pretij.l.Iulianus.§.ex vendito.ff.de act. empt. & l.2.C.de vsuris, vbi Bald.& l.curabit.C.de act.empt. sed si res tradita non fit ꝓ pretio non soluto, venditor vsuras soluere non tenetur.l.liberalitatis.§.cum vsuræ.ff.de vsur.& pro intellectu dictæ l.curabit.Didacus in tract. variarum resolut. lib.3. c quarto, in prin.& nu.2. dicit, ꝙ emptor tenetur ad vsuras pretij vsque ad quantitatem fructuum rei emptę, & quos venditor ipse percepisset, & vide num.5.versi.septimò.

78 Et † sufficit quòd venditor tradiderit emptori precariā possessionem, ex qua emptor habet facultatem percipiēdi fructus. l.Iulianus.§.ex vendito.versi.possessio.ff.de act. empt. & debet recipere vsuras, etiam ab hærede incerto post obitum emptoris.l.euictis.§.fi.ff.de vsur.Didac.in tract.variarum resolut.lib.3. c.4.numero 4.

79 Et † potest venditor facta traditione rei pacisci cum emptore,donec emptor pretium soluat,vel reddat venditori certam quantitatem, quæ non excedat veras vsuras, & interesse pretij non soluti,vel censum cum pacto redimendi,vel soluat pēsionem tit.locationis.Socin.consilio 176. colum.vltima.Parisius consilio sexagesimo,libro primo.Didac. in tract. variarum resol.lib.3.c.4.nume.sexto.

80 Vsuræ † non debent solui per emptorem, si soluit pretij sortem post moram,quando vsuræ non sunt promissæ,sed iudicis

Source : BIU Cujas

officio præstantur, l. qui per collusionem, §. fin. ff. de actio. emp. & l. 4. C. depositi.

Et similiter si habita sit fides de pretio, vel data dilatio ad soluendum pretium, non potest aliquid venditor pro vsuris exigere durante dilatione, Socin. consi. 177. lib. 2. Didac. in tract. variarum resolut. libro 3. cap. 4. num. 5. Decius in c. cum venerabilis, num 62. de exception.

81 Nec † debentur vsuræ pretij, vel quod interest, si nummi depositi sint per emptorem, l. nummis. ff. de in litem iur. & ex hac l. probatur, non venire in nummis extimatio quanti plurimi, secundùm Barto. & alios in d. l. nummis, licet contrarium videamus; quia aliquando Romæ & alibi aurum vendatur maiori, & minori pretio, prout penuria, vel abundantia pecuniarū in die veneris, vel in die cambiorum currit, & ideo cadit in pecunijs extimatio quanti plurimi, prout cadere solet in grano, vino, oleo, & alijs rebus fungibilibus consistentibus in pondere, numero, & mensura, qui solent in quolibet mercato minori, & maiori pretio vendi.

82 Nec † minus debentur vsuræ pretij rei vēditæ, si emptor nullos percepit fructus, nec venditor percepisset, si non vendidisset, contra Bald. & alios, vt per Socin. consil. 109. libro j. Corn. consi. 59. libro 3. Didac. in tract. variarum resolut. libro 3. cap. 4. num. 3. versicu. quibus.

83 Nec † debentur vsuræ pro dote durante termino dato ad soluendum dotem, ex quo non est in mora, nisi conuentum sit, quòd interim aliquid soluatur, Decius in cap. cum venerabilis. de except. numero 63.

84 Venditor † grani, olei, vini, & similium, vel alius debitor tenetur omnino dare granum, quādo plurimi valebat, vt innuit textus in l. si sterilis. §. cum per venditorem, ff. de actio. empt. in fine, quoniam saltem hodie dandum est, quod iam olim dare oportet. Barto. in l. j. C. de eo quod interest, num. 25. cum verum pretium rei dandum sit, etiam quòd res nō reperiatur amplius in esse; quia attenditur tempus iudicij, si res non est facta deterior de illo tempore, & si tunc non valet, quanti valebat tempore furti, tempus furti accipiēdum est, vel tempus quo pretiosior facta est, attendi debet, l. in furti. ff. de furt. in princip. & est pretium, vel extimatio facienda vsque ad duplum, l. inficiando. §. infans. ff. de furt. & hoc tenet glos. in l. j. C. de eo quod interest, in verbo dupli, & nota quòd extimatio quanti plurimi in his contractibus fit a die morę, vt in d. §. cum per venditorem, & iō primò requiritur quòd debitor sit in mora, secundò quòd stet per debitorem, non per creditorem, quòd res non tradatur, tertiò quòd sit vtilitas circa rem, quartò quòd non fit rei extimatio; quia illa si augetur attenditur Socin consi. 156. columna 3. volum. 2. quintò quòd illud quod petit, habuisset creditor, si ei res ad diem fuisset tradita, vt dicit Rebuff. in l. j. C. de eo quod interest, glos. j. nume. 148. vide etiam aliquid per Plotum in l. si quando C. vnde vi, numero 424.

85 Et † extimatio quanti plurimi est pars accidentalis extimationis rei, & dicitur interesse circa rem non extra rem, vt dicit Rebuff. contra omnes in l. j. C. de eo quod interest, glossa. j. nu. 147. ita interpretans. §. cum per venditorem, & habet locum, quando quis propter moram cessauit rem restituere, & constitit in damno resarciendo in obligationibus stricti iuris.

86 Valor † verò rei mobilis probatur, si dicatur in articulis, ꝙ hoc die j. Octobris Romæ in Campo Floræ, & ante, & post per plures dies granum valuit scuta quinque pro qualibet salma, & ita communiter emere & vendere volentes, vendebant & emebant, & sic venditum & emptum fuit, cap. penul. de purga. Can. Doctores in l. pretia rerum, ff. ad leg. Falcid. Ang. in §. non solū. colum. 2. insti. de verb. obli. Afflict. decis. 316. per totum, Rebuff. in l. j C. de eo. quod interest, glossa subtilitatem, nu. 44. & 52. & quia adsunt in Campo Floræ ministri publici qui in dies scribunt pretia rerum, ad eorum libros recurrendum est, prout fit etiam Parisijs, vt attestatur Rebuff. d. num. 52. & in alijs Ciuitatibus insignibus.

87 Stipulatio † duplæ est a legibus approbata in contractu emptionis, vel alio; quia commodius est, certam summam cōprehendere: quoniam plerunque difficilis probatio est, quanti cuiusque interfit, & ad exiguam summam deducitur, l. fin. ff. de p̄torijs stipulat. §. fin. institu. de verborum oblig. & de qua loquitur textus in l. j. ff. de euictio. dum ponit exempla, quanta sit dupla euicta parte rei venditæ, ea propter melius est in contractu venditionis apponere duplam in casu euenientis euictionis.

88 Et † qui stipulatus est pro euictione simplum, non duplum, non potest consequi nisi simplum, nisi per errorem stipulatus sit, l. emptori duplam §. simplum. ff. de euict.

89 Et † si vltra promissa sint damna & interesse, vel dictum sit per emptorem, citra præiudicium maiorum damnorum & interesse an veniant reseruata, & promissa vltra duplam, leg. prædia. ff. de actio. emptio. vbi quòd consequuta dupla non potest agere ad interesse, leg. Titius. in fine. ff. de actio. emptio. & l. ꝙ si ex stipulatu. ff. pro socio, licet contra facere videatur, l. j. ff. arb. furtim cæs. & l. j. ff. bonorum vi rapt. vbi qui patitur furtum, consequitur pœnam promissam, & ex prouisione legis quod venit in furti actione, sed non mirum; quia in delictis maior pę na imponitur à lege quàm in promissionibus, & aliis actibus hominum, in quibus venit tantum interesse, quod duplam excedere non debet, ex l. j. C. de eo quod interest, & ex alii legibus supra allegatis.

90 Euictio † in diuisione bonorum an locum habeat, & Doctores in l. qui Romæ §. duo fratres. in vltima quæstione Bart. ff. de verb. obligat. faciunt plures conclusiones, vt per Ripam ibi nume. 95. prima conclusio est, an in diuisione facta in testamento ab ipso testatore inter filios habeat locum euictio, & est textus in l. cum pater. §. euictis. ff. de leg. 2. vbi ꝙ euictis prædijs relictis filio à patre, alii fratres non tenentur fratri de euictione iure actionis, sed ope exceptionis, vt notat ibi Bart. nu. 3. & hoc quia diuisio facta à testatore habet vim prælegati, glo. Bart. & alii in l. si familiæ ercis. Ripa in d. §. duo fratres. numero 95. ff. de verborum obligat.

91 Cohæres † non tenetur in diuisione facta inter cohæredes de euictione ipsi cohæredi, ex cuius facto, vel sui auctoris res euicta fuit. l. licèt. ff. de dote prælegata, Ripa in d. l. qui Romæ. §. duo frātres nu. 42. & nume. 96. ff. de verb. oblig. & l. si fratres. C. commu. vtriusque iudic.

92 Sed † si in diuisione facta inter cohæredes de bonis hæreditariis, & in portione vnius est facta euictio, cohæres qui passus est euictionem potest agere contra alium cohæredem, vt consequatur quanti sua interfit rē inter eos diuisam non fuisse euictam pro rata & portione ipsius cohæredis. l. si cum venditor. §. diuisione. ff. de euict & l. si familiæ. C. familiæ ercis. quia diuisio quæ fit à partibus habet vim permutationis. l. communi diuidundo. §. si debitor. ff. commun diuidun. Ripa in d. l. qui Romæ § duo fratres. de verb. oblig. nu. 97. Sed posset dici, ꝙ cohæres non tenetur ad interesse; quia si vni data fuit res aliena, non processit ex sua culpa, nam cohæres diuisionis tempore ignorabat illam esse alienam, & propterea euictio euenit culpa cōmuni ipsorum cohæredum: cum processerit euictio ex facto defuncti, cuius factum censetur factum hæredum. l. si tertius. §. fin. ff. de aqua pluu. arc. & propterea inter eos nulla obligatio esse deberet in eo quod interest, nihilominus tenetur ad interesse; quia vnius cohæredis damnum propter diuisionem occasione euictionis sequutæ debet esse commune, cum nec etiam alter sit in culpa vt dicit in summario dicti §. diuisione. in l. cū venditor. de euict. sed difficultas est in consequutione interesse cohæredis qui nolebat vendere, nec cogebatur, licèt passus sit euictionem, vt in l. nec emere. C. de iur. delib. & in l. j. C. de permut. an ob id possit dicere alteri cohæredi, vt fiat noua diuisio rerum hæreditariarum, quæ peruenerunt ad ipsos cohæredes, & credo ꝙ non; quia pro re diuisa non datur regressus nisi pro bonitate, idest pro extimatione loci, pro re indiuisa fit extimatio quotæ, vt l. j. ff. de euict. & ibi glossæ, sed aliquid dicunt, ꝙ in d. §. diuisione. dicitur, quòd cohæres tenetur ad interesse in casu, in quo cohæres tenetur de iure, vtputa quia ipse obligauit ante diuisionem rem diuisam, vt in l. si fratres. C. communia vtriusque iudicii, sed hæc est mera diuinatio ad illum textum, & propterea non placent congesta per Modernos in l. j. C. de eo quod interest. nu. 143. vsque ad nu. 147. & Doctores communiter tenent, quòd in diuisione inter cohæredes habeat locum euictio, vt per Rip. in d. §. duo fratres. nu. 97. & dicti Moderni in tractatu euictionum. §. 4. nu. 51. versi. quid in diuisionibus, & versi. cohæres, idem tenent, quos sequor, non autem in l. j. C. de eo quod interest.

93 Prædicta † Doctorum conclusio, ꝙ inter cohæredes habet locum euictio, quādo euincitur solum in portione vnius cohæredis sed si euincatur solum in portione alterius, non potest cohæres agere contra cohæredem ratione euictionis; quia fit inter eos mutua compensatio, Bal. & Paulus de Castro in l. si familiæ. C. famil. ercis. Ripa in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 98. & dicti Moderni in tract. de euict. §. 4. nume. 51. versic. cohæres, qui referunt limitationes Ripæ in d. §. duo fratres, videlicet qñ cohæredes scienter diuidebant rem alienam, & quando fuit conuentum inter eos ꝙ nullus teneretur de euictione, vt numero 98. & 99.

94 Limitatur † etiam vltra præmissa in transactione, quia si fundus traditus occasione transactionis euincatur, non rumpitur transactio, si adest stipulatio, vt seruentur promissa, vt in l. si ꝙ fundo. C. de transact. & l. cum solus. ff. de vsucap. vbi diuisio facta per verū hæredem cum eo qui non erat verus hæres, non præiudicat verò hæredi, nisi sit transactum, ergo si est transactum præiudicat.

95 Limitatur † etiam in eo qui emit totā hæreditatem, si euincantur singula corpora hæreditaria, non præstatur euictio nisi aliud conuentum sit. l. j. C. de euict.

96 Interesse † banniti iniustè dolo iudicis, probatur iuramento banniti, & debet ei per iudicem præstari iuramentum, Inno. in c. fin. quòd met. causa. Archid. in c. olim. de iniur. & damno dato, Bald. in l. fina. C. de pœna iudicis qui male iudicauit, prout

pro

Source : BIU Cujas

probatur iuramento intereſſe irrogatum per ſententiam nullam, vel iniuſtã, Archid. in d.c.olim.de iniurijs & damno dato.

97 Intereſſe † poteſt excedere quadruplum. l.ſi dictum.in prin. ff.de euic.vbi dicitur, quòd pœna conuentionalis poteſt aſcendere ad triplum, & quadruplum, ſi partibus libuerit. l.ſtipulatio iſta habere licere.§ alteri.ff.de verb.obligat.& §.alteri.inſtit.de inutil.ſtipul.vbi dicitur in pœna, non quod intereſt inſpici, ſed quæ ſit quantitas ſtipulationis, quod tamen non procedit fauore libertatis matrimonij, vt l.mulier.in fine.C.de ſpõſal.& ideo intereſſe non eſt intereſſe, ſed quantitas promiſſa, nomine pœnæ, vt dicit Socin.in rubr.C.de eo quod intereſt. Alex. conſilio 27.lib.4.& ideo petitur tanquàm ſumma promiſſa, non tanq̃ intereſſe, Rebuff.in d.l.prima.C.de eo quod intereſt, gloſ.j.numero 14.& maxime ſi facta ſit promiſſio cum iuramento,& in forma Camerę quæ ſeruanda eſt, præſertim ſi renũciatur omni legum auxilio.

98 Si † vigore ſtatuti debetur intereſſe in caſibus, in quibus de iure canonico debetur, creditor poteſt iurare ſuper intereſſe vſque ad ſummam debitam vigore ſtatuti: ſed eſt opus, q̃ in primis probetur, quòd de iure canonico debeatur intereſſe. l.2.§.docet.ff.vi bon.rapt. Plotus in l.ſi quando.numero 861.C. vnde vi, & ibi demonſtratur qualiter de iure canonico debeatur intereſſe.

99 Verba † quanti res eſt, referuntur ad quantitatem in iudicio deductam, ſi quãtitas petatur. l.2.§.ſi.in prin. & l.ſiue in duplũ. ff.qui ſatiſd.cogantur,& ſi pœna taxatur, refertur ad illam ſummam. l.j.in fi.ff.ſi quis ius dice.non obtemp.& ſi non eſt expreſſa certa quantitas, referuntur dicta verba ad veram & communem extimationem rei petitæ. l.inter hæc verba. ff. de verb. ſignif.& ibi Rebuff.car.818.& l.prætor ait.2.§. hæc autem actio. ff.vi bonorum rap.& l.hæc verba etiam.de verb.ſig. & l.prima. ff.de in litem iurando, quoniam iſta verba referuntur ad verã rei extimationem.

100 Et † verba,& quãti ea res ab actore extimata fuerit, vel quanti in litem iurauerit, iſta verba non referuntur ad veritatem, ſeu veram rei extimationem, ſed ad extimationem actoris. l.qui re ſtituere.ff.de rei vend.l.ſi per aliam.§.j.ff.ne quis eum qui in ius voca.& Rebuff.in d.l.inter hæc.verſi.idem ſi dicatur, cart. 818. vbi ponit alias phraſes dictorum verborum.

101 Ad † intereſſe aliquem teneri dupliciter contigere poteſt, aut ex mora regulari, quæ inducitur ex interpellationibus in iudicio factis, aut ex implemento alterius ex contrahentibus, ex quo contrahitur mora irregularis reſpectu non implentis, Socin.in l.de diuiſione.ff.ſolato matr. Bart. in l.curabit.C.de act. empt.& Bart.& alii in l.lecta.ff.ſi cert.pet. Decius in c.cum venerabilis.nu.56.de excep. ideo ille qui eſt obligatus alicui aliquid facere, non poteſt petere damna, ſi ipſe pro parte ſua non impleuit; quia eius aduerſarius non eſt conſtitutus in mora irregulari, etiam q̃ ſit interpellatus in iudicio. Alex. conſil.78.nume.11.& ſeq.vol.5. quia volens aliquem in mora conſtituere, debet docere adimpleuiſſe pro parte ſua. l.Iulianus.§. offerri.ff. de act.empti.& qui non impleuit pro parte ſua, non conſtituit alium in mora, Soc.conſi.170.col.pen.lib.2.Hoſtien. in ſumma de pœniten.& remiſſ.col.3.& ſeq.Didac.in tract. variarum reſolutionum.lib.3.c.4.nu.2.

102 Stabularius † vel hoſpes in itinere tenetur de omni damno hoſpitis, etiam ſine vlla culpa: quia publicè profitetur cuſtodiã rerum hoſpitum, quas ſuſcepit, licèt mercedem non accipiat p̃ cuſtodia; tamen ſeſe obligat ad præſtandum damnum, & culpam quorum ad hoc opera vtitur, ſiue ipſe hoſpes in culpa ſit, ſiue non, & hoc publicę vtilitatis cauſa ſtatutum eſt, ad hoc vt remoueatur cauſa colludẽdi cum furibus, vt dicit textus in l.j. in prin.ff.nautæ, caup. ſtabul.& ex edicto de nautis, cauponib. & ſtabulariis duplex actio naſcitur, prima p̃pter receptas merces in naue, vel ſtabulo, ſi deteriores factæ ſint, aut perierint, teneatur ob receptionem quaſi ex cõtractu & agitur ad reſtituendas res, vel ſi non reſtituantur ad extimationem: altera actio naſcitur ex delicto aut furto cõmiſſo, vel damno dato ab ijs qui ſunt in naui, vel ſtabulo, & competit in duplum. l.pen. & vltima.ff de furt aduerſus nautas, caupones,& ſtabul.& hæc diſtinctio eſt neceſſaria pro intelligentia legum dicti tituli, ut inquit Duarenus in d.l.prima.

103 Mora † etiam non inducitur, quando eſt faciẽda liquidatio alicuius facti, ante factam liquidationem, Bal.in l.acceptã, in 6. oppoſ.C.de vſur. Afflic.deciſ.205.quia in non liquidis nunquã incurritur mora.l.quod te, vbi Iaſ.nu.9.ff.ſi cer.pet.

104 Prout † impeditur mora, quando quis contra actorem hẽt exceptionem cõpenſationis, Iaſ.in l.2.nu.19.C. de iure emphy. maximè ſi habẽs exceptionem interpellat actorem in iudicio, vt faciat computa, & compẽſationem, Bar.& Alex. in l.ſi rem alienam.§.fi.ff.de pign.actio.Corn.conſi.291.col.j. vol.3.Alex. in l.j.§.ſi ſtipulanti.ff.de verb.oblig.

105 Cum † fundum ſtipulatus ſum, non veniunt fructus qui ſtipulationis tẽpore fuerint, vt in l.ſi filiusfamilias.§.fi.ff.de verb. oblig.& in l.videamus.la 2.§.ſi actionem.ff.de vſuris, dicitur, ſi actionem habeam ad conſequendum, quod meum non fuit, veluti ex ſtipulatu fructus non conſequar, etiam ſi mora facta ſit, q̃ ſi acceptum eſt iudicium, fructus veniunt ex ęquitate, vt cauſa reſtituatur,& ſic dictæ leges concordes ſunt, q̃ ex ſtipulatione rem tradi, non veniunt fructus, niſi ſit lis conteſtata, vt dicitur in d §.ſi actionem, quaſi dicat, q̃ non veniant fructus in iudiciis ſtricti iuris ante litem conteſtatam, etiam ſi tempore ſtipulationis pendebant, & erant pars rei, nec eſt contra. l.ſi fundum certo die.ff.de verb.oblig.114.d.§.ſi in l.ſi filiusfamilias eodem tit.quia in d.l.ſi fundum.dicitur, q̃ ſi ſtipuler præſtari fundum certa die, & per promiſſorem ſteterit, quo minus ea die præſtetur, conſequuturum me quanti mea interſit moram factam non eſſe, & ſic loquitur in intereſſe debito propter moram, non de fructibus, de quibus loquitur dictus §.fi.& de intellectu dictorum iurium vide quamplura congeſta per Modernos in l.j.C.de eo quod intereſt.nu.209. & duobus ſequẽtibus, & nu.213.vbi declarant dictum §.ſi actionem.

166 Cautio † quæ legatorum, vel fideicommiſſorum ſeruandorum cauſa præſtatur, an ſtipulatio quæ præſtatur recipiat incrementum fructuum, vel vſurarum, & in l.j.§. belliſſimè.ff.de legat. vel fideic.ſeruan.cauſa caueatur, deciditur, q̃ ex mora recipit incrementum in id, quod intereſt,& ſic ea ſtipulatio recipit incrementom fructuum, & vſurarum, ſicut actio ex teſtamento, de qua actione ex teſtamẽto mentio facta eſt in ſtipulatione & obligatione,& propterea videtur deducta in ſtipulatione actio ex teſtamento,& ſic ad omne incremẽtum, & vſuras ex mora regulari, vel irregulari. l.Titia Seio.§.vſuras.ff.de legat.2. dum agitur contra hęredem, ſeu principaliter obligatum, non contra fideiuſſorem, cuius obligatio ex mora principalis non augetur. l.centum Capuæ.& l.fi. ff.de eo quod certo loco, niſi expreſsè in omnem cauſam fideiuſſerint. l.quæro.in prin. locati; quia ſimpliciter fideiubens non videtur in omnem cauſam fideiubere. l.ſi quis pro eo.§.ſi nummos.ff.de fideiuſſ. l.ſi quis.ff. de act.& oblig. vide congeſta per Modernos in l.j. C. de eo q̃d intereſt.nu.207. Purpur.in l.vinum ff.ſi cer. pet. licèt contrariũ teneat Paul.de Caſt. conſil.23. lib.j.& Alex. conſilio 34.lib.2.& Aymo conſi.45.nu.6.

107 Et † ſi in teſtamento legauerit aliquid tradi quolibet anno alicui teſtator, quoad ſoluatur certa quãtitas per hæredem, valet legatum, dummodo illud, quod legatur, non excedat modum vſurarum legitimum. Didacus in tract. variarum reſolut. lib.3.c.j.num.9.

107 Intereſſe † quod venit ex mora facta in rei traditione, officio iudicis debetur, prout in aliis actionib. arbitrariis. l.3.§. nũc de officio.& l.cẽtum Capuæ.ff.de eo quod certo loco, & idem in actionibus bonæfidei veniunt fructus & aliæ acceſſiones officio iudicis; quia non ſunt in obligatione principali, ſed ei accedunt ex iuſta cauſa, quod iudex extimare, & arbitrari debet, an,& quantum accedere debeat pro intereſſe. l.qui colluſionẽ. in fine de act.empt. vide congeſta per Modernos in l.j. C.de eo quod intereſt.nu.218. Et hęc pro nunc de intereſſe.

108 Nunc † aliqua de vſuris ſecundum diſpoſitionem iuris ciuilis dicendum eſt, nam de iure ciuili ſi vſuræ in ſtipulatione, vel promiſſione deductæ ſint debentur, ſecus ſi non ſint deductæ. l.pignoribus.C.de vſuris.& l.cũ quidam.§.ex locato. ff. de vſur. vel ſi conueniatur, vt pro pecuniis non redditis debito tempore vſuræ debeantur, tunc non debentur ſi poſt moram, quo c a ſu debentur etiam de iure canonico, Innocen. qui loquitur de intereſſe, promiſſo, in c.j.de vſur.vbi etiam alii Doctores: quia iuſte quis ſtipulari poteſt ſe indemnem ſeruari tam in lucro q̃ in damno, Abbas in c.ſalubriter.nu.3.de vſur. Roman. conſilio 517.col.8. Sanctus Thomas 2.2.q.78.arti.2.ad primum, Didac. in tractatu variarum reſolut.lib.3.c.4.nume.5.verſic.iuſtè, qui aſſerit hãc eſſe communem opinionem, & Io.Baptiſta Lupus in tract.de vſur.commentario 3.nu.10.contra Aymonem conſilio 189.col.3.

109 Et ſi † non ſunt deductæ in ſtipulatione, non debentur vſuræ. l.pen.§. Titius conſulebat, verſic. rñdit. ff. de præſcrip. verb. prout de iure ciuili traiectitiæ vſuræ deductæ in ſtipulatione debentur, nam ſi dedero decem traiectitia, vt ſalua naue ſortẽ cum certis vſuris recipiam, poſſe me ſortem cum vſuris recipere. l.5.& 7.ff.de naut.fęnore, quia in nautico fœnore propter periculum licitè exiguntur vſuræ. l.eos. verſic. in traiectitiis. C.de vſur. Bald.in l.j.col.3.ad finem. C.de ſumma Trinit. Conrad.de contractibus q.39. concluſ. prima. Io. Baptiſta Lupus de vſur. commentario 3. numero decimo, & 11.& vide Benuenutum Sracchã de aſſecurationibus, vide etiam pro declaratione inf. nume.138.

110 Quinimmo † vſuræ deductæ in ſtipulatione, vel in pacto, ſi ſunt ſolutę, vt indebitæ non repetuntur, nec in ſortem computantur. l.3.C.de vſur. intellige de iure ciuili.

111 Pacto † etiam de iure ciuili ſine ſtipulatione pignoribus interuenientibus vſuræ retineri poſſunt, non autem peti. l.pignoribus.& l.4.C.de vſur.& l.cum debitor.ff.ex quibus cauſ.pig.tac. contr.& l.2.C.de fiſcal.vſur.

Source : BIU Cujas

112 Ex† pacto nudo in frumento, vel hordeo mutuo dato acceſſio præſtãda eſt de iure ciuili, l. frumenti C. de vſur. & ſi factum ſit inſtrumentum, & nihil dicatur de promiſſione vſurarum, ſi tamen probetur per teſtes promiſſio extra inſtrumentum, debẽtur vſuræ, l. j. C. de vſuris.

113 Et† pro auro, & argento, & veſte, facto chirographo licitas vſuras ſolui, vel promitti mandauit Imperator in leg. pro auro. C. de vſur.

114 Si† mora in ſoluenda ſorte facta eſt, vſuræ ex mora debẽtur; non propter lucrum petentium debentur ſed propter moram non ſoluentium infliguntur, l. cum quidam. §. ſi pupillo. in fine ff. de vſur. & ſimiliter in locato, qui non ſoluit in tempore propter moram, vſuras ſoluere debet, d. l. cum quidam §. ex locato, Io. Baptiſta Lupus in tract. de vſur. commentario j. num 109. & num. 113. Anton Gabriell. in titu. de ſolut. lib. 3. communium concluſ. concluſ. 10.

115 Et† in contractibus bonæ fidei vſuræ debentur ex mora, l. mora. §. in bonæ fidei. ff. de vſur. & l. quæro. in princ. ff. locati. ibi, vſuræ enim in bonę fidei iudicijs, & ſi non proficiſcant ex obligatione, officio iudicis applicentur. & l. ſi pupilli. §. fin. cum leg. ſeq. ff. de neg. geſt. & in iſtis iudicijs bonæ fidei tantum poteſt iudicium arbitri, quantum ſtipulatio, l. Lucius Titius. ff. depoſiti, & l. 2. C. depoſiti. ibi, quod in depoſiti actione ſicut ī bonæ fidei iudicijs ex mora vſuræ venire ſolent.

116 Mora† fieri dicitur non ex re, ſed ex perſona, ideſt ſi interpellatus opportuno loco & tempore non ſoluerit, ꝙ apud iudicem examinabitur, & eſt quæſtio magis facti, quàm iuris, vt declarat textus in l. mora. ff. de vſur. licet aliquando & in mora diſcerni ſolet, ſi fortè non exrat, qui conueniatur, l. ſed & ſi rei publicæ. in fine. ff. de vſur. & facit l. 2. ff. de nautico fœnore.

117 Et† ideo vt mora incurratur per debitorem, requiritur interpellatio, vt in d. l. mora. in prin. & ſcientia illius, qui in mora cõſtituẽdus eſt requiritur, Iaſ. in l. ſi ex legati cauſa. nu. 12. ff. de verborum obliga. immo debet dari copia authentica inſtrumenti, in quo fiat fides, quòd interpellans eſt creditoris hæres, ſi eſt hęres, qui vult conſtituere debitorem in mora, & tunc debitor in mora conſtituitur. Ripa in l. quod te, num. 58. & ſed ff. ſi certum petatur. & ſi hæres debitoris conſtituendus eſt ī mora, debet ei fides fieri de debitor; quia eſt apud eum iuſta ignorantia debiti, Ripa in dicta l. quod te, num. 59. & Tiraquel. in tract. le mort ſaiſit le viff, parte 7. declarat. 2. num. 1. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centuria. 3. caſu 220. num. 51. & ſeq. & hoc ꝓcedit, quando obligatio eſt a principio pura; quia tunc debitor non conſtituitur in mora niſi per interpellationem, l. ſi ex legati cauſa. ff. de verborum obligatio. & d. l. mora. ff. de vſur. Caſſan. ſuper conſuet. Burgun. cart. 199. num. 1.

Mora etiam incurritur per interpellationem extraiudicialẽ, & in contractibus ſtricti iuris; gloſ. in l. vinum, vbi Iaſ. & Purpu. ff. ſi certum petatur. qui dicunt, hanc communem opinionem, & Theologi dicunt, quòd in foro conſcientiæ ex ſignis mora committitur, vt refert Io. Baptiſta Lupus de vſur. commẽtario primo num. 110. allegat Diuum Thomam 2. 2. q. 33. arti. j.

118 Et† in minore ex non ſolutione facta ī tempore incurritur mora in contractibus bonæ fidei, & in fideicommiſſis, & legatis, l. 3. C. in quibus cauſ. reſtitu. non eſt neceſſ. vide gloſſam magiſtram in l. mora. ff. de vſur.

119 Dies† certus appoſitus in obligatione de ſoluendo, vel faciendo, interpellat pro homine, & conſtituit obligatum in mora, l. magnam, C. de contrahen. & commit. ſtipu. & l. traiectitiæ. ff. de actio. & obliga. Anton. Gabriell. lib. 3. in titu. de ſolut. & liberat. concluſ. 9. per totum, vbi ponit regulam, ampliationes, & fallentias.

120 Et ſi† conſtet poſt moram debitoris vere creditorem tantũ damni paſſum eſſe, vel certum lucrum amiſiſſe, abſque dubio in animæ interioris iudicio tenetur debitor id ei reſarcire, Innocen. in cap. j. de vſur. Anchara. conſi 376. in ſecundo dubio, Didacus in tract. variarum reſolu. libro 3. cap. 4. num. 5. verſicu. quòd ſi verè conſtat.

121 Fiſco† verò ſine interpellatione vſuræ debẽtur, & ſine ſtipulatione, l. cum quidam. §. Fiſcus. ff. de vſur. vbi gloſſa, videlicet à fornicarijs, & vectigalibus.

122 Argentarijs† ex ſtipulatione, & ſine ſcripto debentur vſuræ, cum vſque ad beſſem centeſimæ exigere poſſunt, cum indigẽtibus opem ferre parati ſint, vt in authent. de argentariorum cõ tractibus, nouella 136. §. quia verò. & §. in ratiocinijs, & de iſtis argentarijs vide moderños compilatores de vſuris numero 59. verſicu. non obſtat.

123 Lite† verò conteſtata in iudicio vſuræ currunt, l. lite conteſtata. ff. de vſuris rei iudicatæ, & l. j. & 2. C. de vſur. rei iud.

Tutor ipſo iure vſuras ſoluere debet, donec rationem tutelæ reddat, & reliqua reſtituat, l. j. §. circa tutelæ. ff. de uſur. & l. tutor qui. §. fin. ff. de admi. tut. & quando hæc concluſio non ꝓcedat, uide quæ dixi in tractatu de tutore, cap. 28. num. 21.

124 Socius† qui pecuniam communem inualit, uel in ſuos uſus conuertit, etiam mora non interueniente, tenetur ad uſuras, l. 1. §. 1 ff. de vſur. (intellige tu) loco pœnæ, nam negotiorum geſtor ad maximas vſuras tenetur, cum gratuitam & abſtinentem fidem præſtare debeat, licentia qua abutitur, ad maximas vſuras vice cuiuſdam pœnæ ſubijcitur. l. qui ſine. §. ſed quas vſuras. ff. de negot. geſtis, vel ſaltem ſocius debet præſtare ob pecunias quas recepit de ſocietate, & in vſus proprios conuertit nõ quaſi vſuras, ſed quòd ſocij interſit moram habuiſſe non reſtituendo, quod accepit. l. ſocium. in prin. ff. pro ſocio, & ſic vult, ꝙ loco vſurarum ſoluat intereſſe, & hoc modo videtur mihi conciliari poſſe dictas leges, quæ non ſunt inter ſe contrariæ, vt dicit glo. in d. l. j. §. 1. ff. de vſur. & in d. l. ſocium, quoniam iſtę vſuræ debentur per ſocium, vel negotiorum geſtorem loco pęnę, vel intereſſe, & ſic dicitur in depoſito, vt inf. nu. 159.

125 Emptor† poſt rem traditam ad vſuras pretij tenetur ęquitatis ratione, quamuis habeat pecunias loco depoſiti. l. 2. C. de vſuris, & vide modernos cõpilatores de vſur. quæſt. 78. & ſeq. num. 604. & Io. Baptiſtam Lupum in tract. de vſur commentario 1. nu. 140. & ſeq.

126 Quantum† verò debeatur nomine vſurarum, vide in l. eos. C. de vſur. ſed aliquando ex more Prouinciarum arbitrio iudicis ſumma vſurarum conſtituitur. l. j. in prin. ff. de vſur.

127 Centeſima† vſura eſt, quando⊙ ſoluitur quolibet menſe ꝓ ſcutis centum ſcutum vnum, cum centeſima pars ſortis ſingulo menſe ſoluitur, & hæc erat maior vſura ad rationem duodecim pro centenario. Ant. Auguſt. in emendat. Pandectarum lib. 2. c. 10. per totum.

128 Vſura† dimidia centeſimæ eſt dimidium ſcuti auri ſoluendum quolibet menſe de ſcutis centum auri, & ſic ad rationem ſex ſcutorum pro quolibet centenario.

129 Vſura† tertia centeſimæ eſt tertia pars vnius ſcuti ſoluenda quolibet menſe de ſcutis centum auri, quæ vſura illuſtribus ſoluenda eſt, quia indecorum eſt nobili fœnus graue exercere. l. 2. C. de conſul. libro 12. l. eos. C. de vſur. Tiraquell. de nobilitate c. 37. nume. 38.

130 Præterea† vſuræ non debent ſortem excedere, ne vltra duplum procedant. l. de vſuris. §. curſum. C. de vſuris, & ſupra ſortem vſuræ non poſſunt exigi, & exactæ repetuntur. l. ſi non ſortem. §. 1. ff. de condi. indeb.

131 Nec† vſuræ vſurarum debentur. l. ſi. C. de vſur. d. l. ſi non ſortem §. 1. ff. de condi. indebi.

132 Nec† minus vſuræ fructuum debentur, ſi decurſi ſint ante litem conteſtatam. l. neque. ff. de vſur. & vide in l. hæres furioſi. §. fin. ff. de petit. hæreditatis.

133 Nec† vſuræ ſunt in fructu: quia ex alia cauſa debentur. l. vſura 121. ff. de verb. ſignif. vbi Rebuf. licèt fructuum vicem obtineant. l. vſuræ. ff. de vſur.

134 Supradicta collegi ex diſpoſitione iuris ciuilis† nunc videamus aliqua colligere ex diſpoſitione iuris canonici, ſecũdùm quod vſuræ regulariter non præſtantur in mutuo, quod mutuũ in his rebus quæ pondere, numero, & menſura conſiſtit. l. 2. ff. ſi cert. pet. & inſtit. quibus modis re cõtrahitur obligatio in principio, & ſi pro mutuo aliquid promittitur, vſura eſt. c. pleriq; & c. vſura. 14. q. 3. Hoſt. in ſumma ī titulo de vſur. in prin. & Diuus Thomas 2. 2. q. 78. artic. 1. dicit, ꝙ in mutuo transfertur dñium, & eo translato, non poteſt quis recipere vſum rei, cuius dominium in alium tranſtulit, præterea committit iniuſtitiam; quia vult habere actionem ad reſtitutionem rei, & vlterius ad vſum rei, quòd eſt iniuſtum: & petere vſum rei nihil aliud eſt quàm vſura, ſumma Angelica in verbo vſura, in principio, vbi declarat diffinitionẽ vſurę factæ per Hoſtienſem. Et Caietan. in ſumma in verbo vſura, in princip. dicit, ꝙ vſura eſt lucrum ex mutuo, & quòd eſt res iniqua; quia aut bis venditur idem, aut venditur, quod non eſt, videlicet ſemel pro ſorte, & iterum pro lucro. Summa Sylueſt. in verbo vſura, in prin. & Didac. lib. 3. variarum reſol. c. j. nu. 1.

135 Viſo quomodo vſura diffiniatur, & qualiter in mutuo principaliter conſiſtit, videamus aliquos particulares caſus, in quibus committitur vſura, etiam quòd mutuum non ſit; † nam ſi quis accipit alicuius poſſeſſionem data pecunia ſub hac conditione, ꝙ in pignus eam accepit, ſi de fructibus illius, deductis expenſis, quæ fiunt in recollectione fructuum, ſortem, vel integram pecuniam datam pro pignore receperit, tenetur abſolutè poſſeſſionem reſtituere domino, qui pignoraui: quia fructus in iſto caſu computãtur in ſortem. c. 1. de uſur. extra, in quo textu dicitur, quòd expẽſæ, quæ fiunt in recollectione fructuũ, ſunt deducendæ, & hoc etiam notant ibi gloſſa & Doctores, & ſimili modo ſi quis dedit ſuper arboribus pecunias, quas arbores in pignus recepit, ſi ex fructibus arborum ſortem deductis expenſis receperit, arbores domino qui pignorauit reſtituere debet. c. 2. & c. conqueſtus. de uſur. Didacus in tract. uariarum reſolut. lib. 3. c. 1. nu. 4.

136 Qui† vendit cariori pretio rem propter dilationem factam ſolutioni pretij, niſi dubium ſit, quòd tempore ſolutionis maior uel minor ualor rei fuiſſet, peccat, ſi non erat uenditurus tempore quo uendit. cap. in Ciuitate. de uſur. & ibi gloſſa, &

Docto-

Source : BIU Cujas

Doctores,& c.consuluit.in fine, & c. fi. §.fin.eodem titu.& Sotus de iustitia & iure lib.6.c.4.arti.2.cart.425.

137 Mutuans † ea intentione, vt aliquid recipiat vltra sortem,tenetur restituere, quod recepit in foro conscientiæ, & idem in dante parabolam iuramenti, vt aliquid recipiat.c.consuluit.in princ.& §.primo, de vsur. vbi Doctores: & similiter si recipiat esculentum, & poculentum, Alexand.consilio 101.lib.quarto, & c.1.2.3.& 4.quartadecima quæst.tertia,vide infra nume.157. de vsura mentali.

138 Nauiganti † vel eunti ad nundinas certam pecuniam mutuans, eo quia recipiēs susceptī in se periculum,& aliquid vltra sortem, vsurarius est,c.nauigāti.de vsur.& ibi Doctores. Ratio quare prohibetur nauticum fœnus est;quia conuentio de subeūdo periculum, & de recipiendo mercedem,vel aliquid vltra sortem, deducitur in pactum,& ob id vsuraria est datio mutui, alioquin datio mutui sine pacto licita est,Didac.in tract.variarum resol.lib.3.c.2.nume.5.versi.secundò, & ibi quid in fideiuss ore,vide etiam sup.nu.109.

139 Et ille † qui dat decem solidos, vt alio tempore totidem sibi grani,vini, vel olei mensuræ reddantur quæ licèt plus valeant, tamen dubium est, si solutionis tempore fuerint plus valituræ, non committitur vsura,c,nauiganti.§.primo,de vsur. & Sotus de iust.& iur.lib.sexto,c.4.artic.1.col.2. Didac.in tract.variatum resol.lib.2.c.3.

140 Clerici, † & aliæ personæ Ecclesiasticæ facere cōtractus vsurarios prohibiti sunt.c.j.de vsur.& propterea priuantur officio, & beneficio:Laici verò excommunicantur.c.præterea.eod.tit. & c.1.de vsuris in 6.vbi innouatur dictum c.1.Didac.in tract.variarum resol.lib.3.c.3.nu.3.

141 Vsurarii † manifesti non sunt recipiendi ad communionem Altaris,nec Christianam sepulturam,si decesserint in hoc peccato.c.3.de vsur.& hoc donec reddant male acceptum ꝓ vsura. c.cum tu.eo.tit.& c.1.§.fin.de vsur.in 6.

142 Nec † pro vsura dispensationem quis accipere potest; cū sit in vtroque testamento prohibita.c.super eo.de vsur. & Didac. in tract.variarum resolut.lib.3.c.3.nu.6.& 8.

143 Vsurarum † peccatum non remittitur, nisi restituatur ablatum per habentem facultatem restituendi,siue in bonis stabilibus, siue mobilibus, secus si pauper sit, & non habeat modum restituendi vsuras.c.cum tu.§.primo, de vsur. & hæredes etiam extranei vsurariorum pariter vsuras restituere tenentur. c. tuanos,d.tit.& tenetur vsurarius restituere vsuras,etiam ꝙ debitor iurauerit non repetere.c.tuas,eodem titu. & c.2.de vsur.in 6.& Didac.in tract.variarum resolut.lib.tertio,c.3. num.7. & hæredes tenentur vsuras restituere non confecto inuentario vltra vires hæreditarias.Did.ibi nu.8.

144 Manifestus † vsurarius non appellat. cap.quanq̄. de vsur.nec auditur sup sortis restitutione, si non restituat vsuras antea exactas.c.quia frustra.& c.Michael.eo. tit. & potest sine accusatore vsurarius manifestus condemnari.c.cum tu, eodem tit.

145 Iudæi † sunt cogendi vsuras restituere, etiam à Principibus laicis,etiam vinculo excommunicationis. c.post miserabilem. & c.quanto.de vsur.Didac.in c.1.lib.3.variarum resol.nu.7.

146 Præterea † vsurarius rem,in qua vsum habet aliquo titulo, in alium transferre nō potest; quia non habet dominium eius rei,& quod meum non est in alium transferre nō possum,glossa in capit. ad conditorem. §. quis enim.in verbo pertinere,in extrauagant. Io.XXII.

147 Nec † potest facere testamētum,& si fecerit nullum est, nisi fiat seruata forma, c.quanquàm. de vsur. in 6.Didacus in tract. vari.resol.lib.3.c.3.nu.9.& vide inf.nu.215.

148 Communitates † vel alii domini facientes statuta inducentia,quòd licitum sit facere contractus vsurarios, & vsuras exigere,& exacta repeti non posse,declarātur interdictæ, clem.1.de vsur.Dec.in c.ex epistolæ,nu.105.de prob & Doct.in d.clem.1.

149 Ille † verò qui se vsuras extorsisse fatetur, nō debet subaudiri,ꝙ extorsit publicè; quia confitens vsuras extorsisse,nō sequitur probari, quòd publicè extorsit necessariò, ad hoc, vt testamentum per eum factum vitietur,Decius in c.in præsentia.numero 68.& seq.de probat.

150 Gener † qui recepit fundum in pignus pro dote à socero,nō tenetur computare fructus in sortē, quia sæpè onera matrimonij superant fructus dotis.c.salubriter.de vsur.& hæc decisio seruanda est,etiam si data sit dilatio ad soluendum dotem socero, Didac.in tract.variarum resol.lib.3.c.1.nu.3.& c.4.nu.5.

151 Vsurarius † cum de vsuris agitur, tenetur codices, & libros suarum rationum exhibere censura Ecclesiastica,clem.j.§.cęterùm.de vsur.Decius in c.ex epistolæ.num.101.& seq.de probat. vbi declarat,quòd tunc teneatur edere,cum agitur de vsuris,& non quando agitur propter aliam causam,sed antequàm cogatur exhibere,debet primò constare illum esse vsurarium, Decius ibi nu.123.& hæc conclusio procedit contra nautas,caupones, & stabularios, quia sunt similes vsurariis,Decius ibi numero 103. licèt aliud dicatur ibi in additione.

152 Et † qui pertinaciter affirmat,ꝙ ille qui exercet vsuras lucratiuas,non committit peccatum,in Concilio Viennensi decernitur eum sicut hæreticum puniendum,& inquisitores contra eos sic diffamatos procedere possunt, tanquàm contra suspectos de hæresi,clem.prima.§.fin.de vsuris,vbi glo. & Doctores, Decius in c.quia quæsitum.numero 80.de offic. & potest iudic. delegati,& Cardinal. in dicta clement. prima.§.sanè,& hoc dictum debet intelligi in his, qui pertinaciter hoc asseuerant, non in eis qui iocosè, & lapsu linguæ hoc dixerunt,& est ratio; quia faciens vsuram,committit peccatum, propter quod perditur anima,& si non restituat eas, est excommunicatus, vt in dicto c.cum tu, de vsuris, & in dicta clemen.prima, per totum, & in c.j.& 2.de vsuris,in 6.eapropter non est necessaria generi humano vsura, sed pernicios à, & omnino eijcienda apud Catholicos,& Christianos viros, qui quærunt salutem animarum potius,quàm mundi diuitias: nam quid prodest homini, si totum mundum lucretur,& anima sua detrimentum patiatur,vt dicitur in Euangelio?

153 Immo † mutuatio vsuraria est contra legem diuinam: nam Ezechiel.in c.18.dicit,ꝙ ad hoc vt homo viuat vita gratiæ, non mutuet ad vsuram,& Dauid in Psalmo 14. dicit, ꝙ in tabernaculo Dei non habitabit qui dedit pecuniam suam ad vsuram, & in Leuitico c.vigesimoquinto, dicitur, nec accipias à fratre tuo vsuras,nec amplius quàm dedisti. & paulò inferius. Pecuniam tuam non dabis ei ad vsuram, & frugum superabundantiam non exigas.& Lucas c.sexto, dicit; Mutuum dantes nihil inde sperantes. & propterea in c.quia in omnibus.de vsuris, qđ est canon concilij Lateranensis, dicitur, ꝙ vsurarii condēnantur pagina vtriusque testamenti, & per consequens condēnantur vsurarii lege Euangelica, & in conciliis generalibus pariter condemnantur,vt 14.quæst.quarta, c.primo, secundo,quarto, & septimo,& c.nec hoc.distin.46. clericos, & laicos puniri iubet conuictos de mutuatione vsuraria,& Conrad. de contractibus.quæst.22.concluſ.3.& 4. Vsura prohibetur etiam ratione naturali,vt per Diuum Thomam 2.2.c.78.& per Conradum de contract. dicta q.22. concluſ.2. vbi allegat Aristotelem primo Polyticorum,qui dicit, ꝙ mutuatio vsuraria est vituperabilis, odiosa,& præter naturam,quas etiam rationes comprobat Io. Baptista Lupus in tractatu de vsuris,commentario 1.§.5.num. 92.& seq & Couarruuias in tract.variarum resolut. lib.3.cap.4. nume.2.dicit ꝙ vsuræ lucratorię omni iure prohibitæ sunt,Decius consi.39.colum.2.versi.quarto, vnde quidam compilatores vsurarum nu.530.dum conātur respondere rationib. Diui Thomæ, Scoti, de Palude,& Canonistarum, sine authoritate audent firmare in mutuo permitti debere fœnus moderatū, & modicum, quæ opinio videtur contra textum Euāgelicum Lucæ,contra canones,& auctoritatem Catholicæ,& Apostolicę Ecclesiæ,& tot concilia,& auctoritates Patrum,ideo dicta opinio fugienda est, vt dicit idem Io.Baptista Lupus de vsuris, ibi nu.110.ꝙ impiè loquuti fuere dicti moderni in hoc, de quibus etiam Rebuff.in præfatione.l.j.C. de eo quod interest.

154 Canonistæ † verò tenent,ꝙ ratione interesse vsuræ debeantur, vt dicit Decius in c.cum venerabilis.nu.57.de excep.& Plotus in l.si quando.nu.468.& seq.C.vnde vi, & Didac.in tract.variarum resolutionum lib.3.c.4. in prin. & vlterius omni iure ꝑmittantur: quia vsuræ huiusmodi sunt damni passi recompensatoriæ,& iure pontificio permissę.c.2.de fideiuss.Ant.Gabriell. l.3.commu.conclus.in 10.conclus.tituli de sol. Io. Bap. Lup.in tract.de vsur.commentario 1.nu.101.& seq.

155 Eleemosyna † de vsura,est abhominatio Deo,sicut est de simonia, & de rapina facta.cap.non est putanda prima q.1.c.scriptum est. 14. q.5. nam quæ fit de rapinis, eleemosyna non est, c.non est.1.q.1. glo.in clem.2. de censibus, quia de bonis alienis fieri non potest.c.ex transmissa.de decimis,& ꝙ de fœnore,vel rapina,aut re iniustè acquisita non sit facienda eleemosyna,dicitur 14.q.5.per totum.

156 Vsura † etiam dicitur prauitas,clem.1.& ibi Card.in prin.de vsur.& est odiosa,Bar.in l.cum quidam.§.si pupillus. ff. de vsur. & vsurarum petitio est improba,Bald.in l.cum oportet. col.3. de bonis quæ liber.& Aristot.lib.4. Ethicorum c.1. ad finem dicit,fœneratores,& lenones,artes illiberales,& turpia lucra exercere, & Appianus Alex.lib.1.bellorum ciuilium dicit, fœnoris consuetudinem insolum Romanos,sed Græcos, & Persas plurimum abhorruisse, nec secus ac cauponandi quæstum quendam extimauisse grauem,intolerabilēq; pauperibus, & inimicitias vltrò procreantem.

157 Vsura † mentalis restituenda est iure poli,non fori secundū Card.in clem. 1.quæs.24.de vsur.& in §.fi.ibi q.15.& declarat,ꝙ ista vsura mentalis remittitur pœnitentia sola corruptæ mētis, arg.c.fi.de simonia.Sed si mutuauit sine aliqua pactione expressa facta cum mutuatario,verum mutuantis erat sola intētio,& affectio consequendi aliquid ex mutuo, cum aliàs non fuisset mutuaturus,nisi illā spem habuisset consequendi aliquā vtilitatem,quam consequutus est,& illud quod est consequutus restituere tenetur,Anchar.& Abbas in cap.fi.de simonia, & glossa, & Anchar.in cap.consuluit.de vsur.versic.quæro ergo,& idem

Source : BIU Cujas

est in simonia mētali, quando est exequuta, quæ exequutio attenditur, cum tunc mentalis efficiatur realis, Paris. cons. 15. nu. 14. & seq. lib. 4. quia pactum in esse deductum inducit simoniā, Fel. in c. ad audientiam. il 2. num. 10. de rescript. & hanc opinionem tenet Decius in c. ex parte. num. 21. & 22. il j. de offic. delegat. vbi dicit, ꝙ de vsura, & simonia mentali quis nō potest molestari in foro iudiciali contentioso; quia de occultis non iudicat Ecclesia, c. tua nos, & c. fin. de simon.

158 Sed † in foro conscientiæ, sicut pro vsura mentali quis cogitur restituere, quod accepit, & retinere non potest, dicto c. consuluit. de vsur. ita videtur in simonia mentali; quia vt dicitur in c. fin. tenetur satisfacere suo creatori, & illud quod accepit propter simoniam tenetur in pios vsus conuertere; quia peccatum non remittitur, nisi restituatur ablatum, vt in reg. peccatum. de regu. iur. in 6. & dicit cogitandum; quia Doctores aliter dicunt, mihi placet opinio Decij tam in simonia, quàm in vsura. quicquid dicant moderni compilatores de vsuris nu. 7. dum dicunt, ꝙ vsura mētalis nihil habet commune cum donatione sequēti, quasi illa donatio sequens non sit data, & recepta propter illam prauam intentionem aliquid percipiendi propter mutuū, vide suprà num. 137. vbi probatur ꝙ dans & recipiens peccat mortaliter.

159 In † deposito Iureconsulti ex nuda conuentione, & ꝓmissione depositarij etiam absque mora exigi posse vsuram dixerunt, l. Lucius. & l. Publia. §. j. & l. quintus. ff. depositi, & intellige quando depositarius conuertit pecunias depositatas in sui vtilitatem; nam tunc ex quo contrectat pecunias depositatas in alium vsum, officio iudicis tenetur ad vsuras, l. 3. C. depositi, & l. qui furtum. ff. de condic. furt. De istis futuris depositi multa dicunt moderni compilatores de vsuris num. 626. & multis seq. & Io. Baptista Lupus in tract. de vsuris, commentario j. numero 61. & seq. vide suprà num. 118.

160 Montis † pietatis mutuatio non est vsuraria, vt fuit declaratum in concilio Lateranensi sub Leone X. in 10. sessione. & in concilio Tridentino sessione 22. capite. 8. de reformatione, vbi datur authoritas Episcopis visitandi eleemosynas mōtis pietatis, siue caritatis, & sic in duobus ꝯcilijs permittūtur istæ mutuationes montis pietatis, q̄ eleemosynæ fiunt a Ciuib. dicto monti, ad hoc, vt officialis deputatus dicto Monti possit pauperibus mutuare, recipiendo quid minimum pro sustentatione officialis, & pecuniarum Montis, non pro lucro, cum intentio Communitatis nō sit lucrari in dicta mutuatione, sed pauperib. subuenire, qui Montes sunt confirmati a diuersis Pontificibus, videlicet a Paulo I I. Sixto I I I I. Innocentio V I I I. & Iulio I I. & vlterius auctoritatibus doctorum recitatis a Nauarro in cap. si fœneraueris. num. 67. 14. quæstio. 3. Io. Baptista Lupus in tract. de vsuris commentario. 3. num. 80. & seq.

161 Quinimmo † quando quis cogitur mutuare Communitati aliquam summam pecuniarum, potest mutuās accipere aliquā commoditatem remissionis onerum a Communitate, vt latè probat Cacheran. in decis. Pedemontana. 95. per totum, Dominic. Soto de iustit. & iur. lib. 6. q. j. artic. 3. col. 2. Io. Baptista Lupus in tract. de vsur. commentario. j. num. 111. & seq.

162 Et † quorum vltra canones, adsunt aliquæ cōstitutiones Pōtificum, scilicet Pij Papæ I I I I. & Pij Papæ V. super cambijs siccis, & cambijs realibus, ideo de illis aliquid dicere decreui.

163 Cōstitutio † Pij I I I I. improbat, & damnat cambia sicca sub datum anni 1564. tanquàm vsuraria, & illicita, sub pœnis contentis in constitutionibus Marchiæ contra vsurarios, videlicet c. 11. lib. 3. in quo interdicitur, ne Clerici per se, vel alios publicè, vel occultè ad vsuras, seu caput saluum pecuniam mutuēt, nec aliquid aliud faciant, vel concedant, ex quo possit vltra sortem percipi, vel lucrum fœneratitium peruenire, sub pœna in sacris canonibus constituta, & in c. 12. d. lib. 3. disponitur ad cōpescendas vsurariorum voraginē, quæ in hac prouincia multū inoleuit, vltra pœnas aliàs spirituales sacris canonibus cōstitutas, volumus vnūquenque Christianū de vsuraria prauitate cōuictū pœnā 100. ducatorum incurrere ipso facto, Cameræ Apostolicæ applicandorum, & c. 13. dicto lib. 3. ꝙ iudex spiritualis possit punire in 25. ducatorum pœna pro quolibet, & qualibet vice, & si fuerit manifestus, vltra prædictam pœnam puniatur alijs pœnis in constitutione cōtentis, & c. 12. & c. 14. dicto lib. 3. disponitur, ꝙ publicus vsurarius etiam in mortis articulo non absoluatur, nec gaudeat Ecclesiastica sepultura, nisi prius manifestet eos cū iuramento, a quibus vsuras extorserit, & det cautionem de restituendo vsuras, iuxta c quanquam. de vsur. lib. 6. pro qua facit c. j. & c. cum tu, de vsuris extra, & alijs suprà proximè congestis, & c. ministri. 14. q. 4. & c. si quis oblitus. eadem q. 4. si clericus facit vsuram, de gradu suo eijcitur, & qua pœna puniat clericus, vide Didac. in tract. variarum resolut. lib. 3. c. 3. nu. 3.

164 Sed † Pius V. pinguius super cambijs ꝓuidere voluit sua decretali ædita anno 1571. calend. Februarij. Primò damnauit oīa cābia quæ sicca nominātur, & ita cōfingunt, dum contrahētes simulant ad certas nundinas, seu loca cābia celebrare, ad q̄ loca ij q̄ pecuniā recipiūt, literas suas cābij tradunt, sed nō mittunt, vel ita mittuntur, vt transacto tempore vnde processerant, ina nes referantur, aut etiam nullis huiusmodi litteris traditis pecunias ibi deniq; cum interesse reposcitur, vbi contractus fuerat celebratus, nam inter dantes, & accipientes vsque à principio ita conuenerant, vel certe talis intentio erat, neque quisquàm est, qui in nundinis, aut locis supradictis huiusmodi literis receptis solutionem faciat.

165 Ista † cambia sicca ideo improbantur; quia non habent ꝓpriam naturam cambij, sed mutui, & vsuræ, Syluester in summa in verbo vsura 4. quæst. sexta. §. tertio, & Gaietanus in summa, in verbo cambium, versic. quædam verò sunt non vera, sed palliata, quibus indigēs Romæ pecunia, accipit pecuniam restituendam, nō Lugduni, sed Romæ iuxta valorem cambiorum Lugduni in sequenti feria, & hæc sunt cambia ficta, cum verè sint contractus mutui, cum tali interesse, & summa Armilla in verbo campsor, num. 7. versi. tertium cambium, dicit, cambia sicca multis modis variantur, vt do tibi cētum ducatos Ianuę, vt hinc ad tres menses restituas mihi tot libras quæ valent centum ducatos Venetijs, vbi verisimiliter plus valebit, & vt in pluribus semper plus valet.

166 Aliud † cambium siccum est, vt campsor lucrari intendens P. egenti, dat Romæ certam summā pecunię sub nomine cambij de Venetijs, & tamen ibi Romæ fienda est restitutio, vtrinq; scienter, siue fiant literæ, & non præsententur, siue non fiant, & hoc non est cambium, sed mutuum palliatū sub nomine cambij, & sic est vsura, Armilla in summa in verbo campsor, nu. 8. Syluester in verbo vsura 4. q. 9. §. 6.

167 Aliud † est, quòd cum Petrus egens pecunia recepit à campsore Mediolani centum ducatos, hinc ad mensem restituendos ibidem, secundum quòd tūc valebunt Venetijs secundùm cursum cambiorum, decem libræ grossorum, quæ regulariter æquiualent centum ducatis, sed incursu cambiorum quandoq; excedunt, quandoque exceduntur, hic secundùm veritatem est contractus mutui nomine cambij, & quia fit sub spe lucri vsurarius est; quia communiter plus valent Venetiis, Armilla in dicto verbo campsor, nume. 9. Syluester in summa in uerbo usura 4. q. 9. §. 4.

168 Cambium † siccum fit tantum ratione temporis, cum propter temporis dilationem soluatur interesse, vel vsura, & est, ac si fuisset factum mutuum soluendum infra tres menses in loco vbi factum est, cum tali augmento, vt declarat Dominic. Soto lib. 6. de iustit. & iure quæst. 10. art. 2. De istis cambiis siccis multa dicit Conrad. de contract. q. 99. corollario 6. vbi reprehendit decisionem Laurentij de Rodulphis, & in corollario 7. & 9. & Io. Baptista Lupus in trac. de vsuris commentario 3 §. 2. nu. 68. & seq. vbi ponit multos casus cambiorum siccorum.

169 Postea † sequitur in dicta decretali, cui malo simile etiam illud est, cum pecuniæ, siue depositi, siue alio nomine ficti cambij traduntur, vt postea eodem in loco, vel alibi cum lucro restituantur.

Isti contractus depositi sub ficto nomine cambij ad rationē quatuor cum dimidio pro quolibet centenario vsurarij sunt; quia à principio est conuentum de certo lucro, pro vsu pecuniæ fictæ traditæ nomine depositi, sed tantum pro illo lucro depositatæ: quia ex pecunia depositata lucrū recipitur, & ideo nō est propriè depositum, sed mutuum facit, Syluester in summa in verbo vsura 4. §. tertio. Caietan. in summa in verbo cambium, versic. quædam verò sunt, & compilatores de vsuris. nume. 507. & seq. Pius in dicta sua decretali, versi. porrò, ex quo paciscitur vsque à principio pro lucro certa summa, ideo vsurarij sunt isti contractus depositi.

170 Vsuræ † enim iure naturali, ciuili, & canonico improbatæ sunt, & in vtroque testamēto, c. quia c. quoniam, & c. super eo. de vsuris. Cassan. super consuet. Burg. rub. 4. §. 23. glossa 1. numero 20. cart. 197. vbi ponit regulam, & multas fallentias, quas vide; & quia in vsuris versatur delictum, propter quod vsuræ prohibentur, dicto c. quia in omnibus de vsuris, Decius c. ex epistolæ. de probat. nu. 104. Didac. in tractatu variarum resol. lib. 3. c. 1. nu. 5. fol. 699. & seq.

171 Sequitur † in dicta decretali, sed & in ipsis cambiis, quæ realia appellātur interdictum, vt ad nos perfertur, campsores, præstitutum solutionis terminum lucro ex tacita, vel expressa conuentione recepto, seu tantummodo differunt, quæ omnia nos vsuraria esse declaramus, & ne fiant districtius inhibentes.

172 Ista † cambia realia fiūt vsuraria, si campsor ex tacita, vel expressa conuentione lucrum accepit, & differt solutionis termi num, vt declarat Pius V. summa Armilla in verbo campsor, numero septimo, versi. & cum expectatur, & Syluester in summa in verbo vsura 4. q. 9. §. 2. versic. si verò pars nimis grauetur, vel distātia temporis lucrum affert, semper est ibi peccatum, idest iniustitia, vel usura.

173 Cambium † reale duplex est, primum quando aurum cambiatur cum argento cum aliquo honesto lucro per campsorē, qui tenet mēsam apertam, Syluester in summa in uerbo usura 4. q. 6. nu. 1. & q. 7. §. 1 quia est contractus uerus permutationis;

quia

Source : BIU Cujas

quia datur aurum pro argento, Armilla in ſumma in verbo cãpſor, num. 4. Gaietan. in ſumma in verbo cambium in prin. Cõrad. de contract. q. 99. corollario j.

174 Secundum † eſt cambium reale per literas, in quo in vno loco & tempore Mercator recipit monetam, & alio loco, & tempore redditur, prout valet aurum in loco redditionis, tempore reſtitutionis, & in hoc nullum eſt peccatũ ceſſante dolo, & fraude. Gaiet. in ſumma in verbo cambium, Sylueſter in ſumma in verbo vſura 4. q. 6. §. 2. vbi dicit, ꝙ in iſto cambio campſor prius accipit, quàm det, & poteſt in hoc aliquid recipere ꝓ ſuo labore, & q. 9. §. 2. dicit, ꝙ quotiens arbitrio bonorum, & peritorum in arte campſoria capiens cambium non grauatur, vel diſtantia temporis nihil lucri affert, nunquàm eſt ibi peccatum, & Summa Armilla in verbo campſor, num. 3. & 5. & nu. 7. circa finem dicit, ꝙ lucrum eſt licitum, quando attenditur propter expenſas, vel intereſſe.

175 Vel † quia dubium eſt ꝙ minus valeat, ex eo ꝙ ſe periculo exponit, vel quando principaliter, vt amico ſeruiat, & nõ cum proprio damno; tunc videtur licere, & hęc Armilla. In cambio reali primò recipit campſor quàm det, vt dicit Sylueſter in verbo vſura 4. q. 8. §. j.

176 Poſtea ſequitur † porrò ad tollendas quoq; in cambijs quantum cum Deo poſſumus, occaſiones peccandi, fraudesq; fęneratorum, ſtatuimus, ne deinceps quiſquàm audeat, ſiue à principio, ſiue aliàs certum, & determinatum intereſſe, etiã in caſum non ſolutionis paciſci.

177 Et † propterea hic prohibetur aliquid certum paciſci; quia propter dubium, ꝙ quis minus recipiat, vel pecunia minus vale re poſſit, toleratur; quia periculo ſe exponit campſor in facien do cambio, vt dicit Summa Armilla in verbo campſor. nu. 7. in fine c. in Ciuitate, & c. fi. de vſur. ſed vbi paciſcitur de certo lucro, nec eſt incertum, nec ſub periculo, vſura eſt, contra diſpoſitionem huius conſtitutionis.

178 Poſtea ſequitur † nec realia cambia aliter quàm pro primis nundinis vbi illę celebantur, vbi verò non celebrantur, pro primis terminis iuxta receptum locorum vſum exercere, ab vſu illo prorſus reiecto cambia pro ſecundis, & deinceps nundinis, ſine terminis exercenda.

179 Ratio † iſtius prohibitionis eſt; quia propter dilationem tẽporis committitur vſura, ſicut mutuans granum, quod alio tẽpore, quo veriſimiliter plus valebit, eſt recepturus, & tamen nõ erat illud vſq; ad illud tẽpus ſeruaturus, c. in Ciuitate, & c. fin. de vſur. & ideo non eſt licitum, vt dicit Summa Armilla in verbo cãpſor, num. 7. verſi. & cum expectatur, cum intendatur principaliter lucrum in tali cambio, & Sylueſter in verbo vſura 4. q. 9. §. 2. dicit, ſi pars grauetur, & diſtãtia tempus lucrum affert, ſemper eſt ibi peccatum. i. iniuſtitia vel vſura.

180 Et ſequitur † curãdum autem erit in terminis, & vicinitatis, & longinquitatis locorum, in quibus ſolutio deſtinatur, ne dũ longiores præfigantur quàm loca deſtinatæ ſolutionis deſiderant, fœnerandi detur occaſio.

Ratio eſt; quia ſi lucrum venit, partim ex tempore, partim diſtantia locali eſt iniuſtum, & reſtitutioni obnoxium ſolum ex ea parte quæ prouenit ex tempore; quia eſſet iniuſta venditio, Sylueſter in ſumma in verbo vſura, 4. q. 9. §. 2. verſic. ſi autem & q. 11. §. 4.

181 Quicunque † contra hanc conſtitutionem commiſerit, pœnis à ſacris canonibus contra vſurarios inflictis ſe nouerit ſubiacere.

182 Pęnę † contra vſurarios connumerãtur in c. cum tu, de vſur. & in c. j. de vſur. in 6. & dictum eſt ſupra pluries, & vide Didac. in tract. variarum reſol. lib. 3. c. 3. per totum.

183 Et ſequitur † eos verò, qui conſpirationes fecerint, vel congeſtam vndiq; pecuniam ita ad ſe redegerint, vt quaſi monopolium pecuniæ facere videantur, pęnis quæ à iure contra exercẽtes monopolia conſtitutæ ſunt, teneri ſancimus: pęna ſancita contra exercẽtes monopolia, eſt ꝙ bonis omnibus expolietur, & perpetuo exilio damnetur, l. j. C. de monopoliis, §. ſi quis autem, & monopolia committunt Mercatores, quando conueniunt, quòd merces non vendantur minori quàm inter ſe conuento pretio, d. l. j. in princ. ver. neve quis, & Gaietanus in ſumma in verbo venditio, verſi. eſt enim monopolium, non ſolum priuatorum damnum, ſed communis libertatis offenſiuum, & ideo non eſt tolerandum.

184 Et † artifices qui paciſcuntur inter ſe, ne quis quod alteri cõmiſſum ſit, opus impleat, aut iniunctam alteri ſolicitudinem, alter intercipiat, vt d. l. j. §. ædificiorum quoque artifices, C. de monopolijs.

185 Et † quotiens prohibetur, ꝙ quis non poſſit admitti ad collegium, niſi ſit natus in Ciuitate, vel territorio, ſapit monopoliũ, Bal. conſ. 183. lib. 2. & Fel. in c. Rodulphus. de reſcript. Boſſius in tract. crim. in tit. de vnionibus, & collig. nu. 7.

186 Et † profeſſionum primates ſi ſuper taxandis rerum pretiis, aut ſuper quibuſdam illicitis placitis, auſi fuerint conuenientes huiuſmodi ſe ſe pactis conſtringere, 40. librarum auri tenentur, vt dicta l. j. §. cæterùm, C. de monop.

Monopolium iuratum an valeat, Boſſius in tract. crim. in tit. de vnionibus, & colligat. nu. 8.

187 Et † Præſes mulctatur 50. libris auri, ſi venalitate, vel diſſimulatione condemnationes in prohibitis monopolijs exequutus non fuerit, dicta l. j. § fi. C. de monopolijs, & Bar. in l. j. ff. de colleg. illic. & in l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſ. & cler.

188 Præterea † Vrbe adſunt bannimenta, & proclamata Reuerẽ diſſimi D. Gubernatoris Vrbis, de mandato S. D. N. Papæ facta, & publicata tam tempore fęlic. recor. Pauli Papæ, Quarti, q̃ Pij, etiam Papæ IIII. in quibus cauetur circa contractus, ꝙ nullus Mercator, vel quælibet alia perſona cuiuſuis cõditionis exiſtat, non debeat nec poſſit, cum eorũ mercibus, aut aliis bonis mobilibus, aut ſe mouentibus facere, vt vulgò dicitur, Stochi, Ciuanze, & Rompicolli, & alios ſimiles contractus illicitos, ſub pęna perditionis bonorum, & quantitatis pecuniarum in contractu contentorum, & aliarum pęnarum in ſacris canonibus contentarum: & in authentico, nouella 122. cauetur ꝙ omnis artifex, aut mercenarius, aut mercator ſecundùm auctionis formulam operas locato, mercesq; vendito; nã ſi aliquid amplius acceperit, pęnæ tripli ſubiacet.

189 Sed quia † in banno dicitur Stochi, Ciuanzæ, & Rompicolli, videamus quid ſint Stochi, Ciuanzæ, & Rompicolli, & ſumma Sylueſtrina in verbo vſura 2. q. 4. dicit de ſtoccolis, & barrocollis, ꝙ ſunt contractus qui fiunt ab indigente pecunia, cui vẽditur res cariori pretio, & ſtatim ab eo minori pretio reemitur, & iſti cõtractus ſunt vſurarij; quia perinde eſt, ac ſi pecunia mutuaretur, & quod peſſimum eſt, pauperem duplici gladio iugulari, vno dum emit plus iuſto, alio dum vendit minus iuſto pretio; quia q emit vilius iuſto pretio, eo ꝙ pecuniam ante ſoluit, committit peccatum vſuræ. Sanctus Thomas 2. 2. q. 78. art. 2. ad ſeptimum, & ſumma Armilla in verbo emptio, num. 3. dicit, ꝙ emere rem minus iuſto pretio ex intentione emendi, vel ſoluẽdi minus iuſto pretio, mortale eſt; quia læditur proximus, & nu. 8. dicit, ꝙ emptio minus iuſto pretio eſt illicita ex fraude propter anticipatam ſolutionem; vt quia viliori pretio emit; quia prius ſoluit habendo reſpectum ad anticipationem ſolutionis, non ad extimationem valoris rei tempore aſſignationis, & nu. 25. dicit, ꝙ non licet rem emere, vt ſtatim vendatur cum lucro. non facta mutatione rei, temporis, vel loci, Io. Medina de contractibus q. 38. cauſa 6. Didacus in c. 3. lib. 2. nu. 6. in tractatu variarum reſolutionum de iſtis contractibus ſtochi nuncupatis, vide Vitalem in tract. clauſularũ in c. de fraude, nu. 111. cart. 412. & compilatores de vſur. nu. 505. in fine, dicunt ꝙ ſunt penitus prohibiti, & reducendi ad beſſes vſuras.

190 Ciuantiæ † ſunt contractus, in quibus venditur aliqua merces, vel granum, vinum, vel equum, aut aliud animal plus iuſto pretio, & computato illo pretio exceſſiuo cum aliqua quantitate pecuniarum, quæ dantur pauperi indigenti, fit cõtractus partim venditionis, & partim mutui, ad ſoluendam infra ſex menſes, vel infra annum, vel aliud tempus conuentum quãtitatem pretij, & pecuniarum mutuatarum, & iſti contractus ſunt vſurarij: quia res carius uenditur iuſto pretio, ut de pecunia ſoluenda emptorem expectet; quia huiuſmodi expectatio pretij ſoluẽdi habet rationem mutui, vnde quicquid vltra iuſtum pretium pro huiuſmodi expectatione exigitur, eſt quaſi pretiũ mutui, quod pertinet ad rationem vſuræ, Sanctus Thomas 2. 2. q. 78. art. 2. ad ſeptimum. c. quicunq;, & ibi gl. 14. q. 4. & hi qui vendũt res conſiſtentes numero, pondere, & menſura, carius iuſto pretio ob dilatam pretij ſolutionem, vſuram committunt, c. in Ciuitate, & c. nauiganti. de vſur. & Didac. in tract. variarum reſolut. lib. 2. c. 3. nu. 7. vbi dicit, ꝙ creditor qui vẽdidit plus iuſto pretio, non poteſt exigere niſi iuſtum pretium rei venditæ ſublato illo exceſſu, vt dicunt Abbas nu. 2. & Anani. nu. j. in d. c. in Ciuitate, Salyc. in auth. ad hæc, q. 9. C. de vſur. in alijs verò rebus non conſiſtentibus numero, menſura, & pondere, ſi fiat venditio carius dilata ſolutione pretij ad tempus, non committitur vſura, Didacus ibi nu. 7. in fine.

191 Præterea † non licet aliquid emere vili pretio, vt carius vendatur, quando lucrum eſt vltimus finis negotiationis, S. Tho. 2. 2. q. 77. art. 4. Summa Armilla in verbo emptio. §. 26. & Summa Angelica, in verbo negociatio, nume. 3. & c. canonum 14. q. 4. quòd clerici non poſſunt vilius emere, ut carius uendant, & clericus qui recipit aliquod incrementum, de gradu ſuo eijcitur, c. ſi quis d. q. 4.

192 Niſi † quando quis emit pretio mediocri in pecunia, & uendit ad tempus prælio maiori, quia hoc licet ſecundum Decium conſi. 111. Cępolla conſilio 10. ciuili, Didacus lib. 2. uariarum reſol. cap. 3. numero 2. in fine, & quando quis expectat, ut uendatur uiliori pretio, & emit iuſto pretio, tunc licet, Did. in dicto c. 3. nume. 5.

193 Et † ſi quis dat pecuniam, triticum, uinum, oleum ſiue quicquid aliud, ſi propter temporis dilationem intendit lucrari ex hoc pluſquam dedit, fęnerator eſt, c. ſi fęnerauerit. 14. q. 3. ubi gl. Archid. & Turre cremata, & c. putant, eadem q. 3. & in c. plerunque,

Source : BIU Cujas

runque,& c.fi.d.q.3.dicit quòd eſca, ueſtis, & quicquid accedit ſorti,vſura eſt.

194 Et † qui emit tempore recollectionis vinum, granum, & ſimilia viliori pretio, vt carius alio tempore vendat,hoc eſt turpe lucrum,dicit textus in c.quicunque tempore, 14.q.4. Summa Angelica in verbo negocium §. 3. in fine declarat dictum cap.quicunque,& c.eijciens. 14.q.4. & Abbas in cap.j. ne clerici vel monaci.

195 Eleemoſynæ † de vſuris faciendæ non ſunt, c. nolite, & per totum 14.q.5.nec remittitur pœnitētia peccatum vſurarum,niſi reſtituantur vſuræ,c.ſi res aliena,& per totum 14.q.6.

196 Tempore † penuriæ diuites facere eleemoſynam pauperi cogi poſſunt iudicis officio,Didacus in tract. variarum reſolutionum,lib.3.c.14.nu.5.

197 Iuſtū † pretium in emptione,& venditione,ſecundùm Sanctum Thomã 2.2.q.77.debet eſſe æquale rei quæ venditur,& è contra,quia emptio,& venditio pertinent ad iuſtam commutationem,& Innocen.in c.dilecti.dicit,ꝙ iuſtum pretiū eſt,quod communiter currit in loco, in quo celebratur contractus emptionis,& venditionis,& gl.magna in vlt.q.in l.2. C.de reſcind. vend.Bar.in l.pretia rerum.ff.ad leg.Falc.§ j.& in l.ſeptem. C. de erogat.mil.lib.12.Syluester in ſumma in verbo emptio.§. 6.Didacus in tract.variarum reſolut.lib.2.c. 3.nu. 4. dicit cuiuſq; rei pretium nō ex affectione,aut ſumptu,ſed ex communi extimatione hominum perpenditur; quia res tanti valet, quanti ſine fraude vendi poteſt communiter.

198 Sed ſi † quis vult retrahere rem venditam vigore ſtatuti,iuſtum pretium eſt illud,quod ab alio offertur,vel reperitur, etiã ſi iuſtum excedat,Bal.in l.2.in fine.C.de reſcin. vend. Tiraq. de retract.parte j.§.j.gloſſa 18.num.4.vſq; ad num.10.& vide Arrium Pinellum in repet.l.2.C.de reſcin.vẽd.in vlt.parte nu.18. ꝙ ad reſcindẽdũ venditionẽ non debet attendi oblatio vnius ſed communis valor, & ibi reprobat modernos ſuper conſuet. Pariſ.§.13.glo.5.nu.56.ſecus eſt in retractatu,vt dicit Tiraq.vbi ſupra.Didacus in tract.variarum reſol.lib.2.c.3.nu.8. differit de iuſto pretio in caſu,l.2.C. de reſcin. vendi.in quà quæſtione vide Caſſad.deciſ.j.de emp.& vend.

199 Præterea † iuſtum pretium rei cẽſeri debet illud,quod à Principe,vel à republica ſtatuitur,Cagnol.in l.2.C.de reſcind.vend. nu.269.Couarruuias lib.2.variarũ reſolut.c.3.nu.5.Arrius Pin. in d.l.2.C.de reſcin.vend.part.vlti.nu.35.intellige in neceſſariis ad vitã hominis,quia intereſt ſuperioris prouidere vtilitati ſubiectorum,& reipublicæ,Syluester in verbo emptio §.4.

200 Et † iuſtum pretium eſt illud, quod cõſiſtit in mediocritate, quæ latitudinem habet per gradus,videlicet ſalma grani vendi tur ad rationem 10. 11. & 12.ſolidorum, nam minimus gradus eſt 10.exceſſiuus eſt 12. mediocris eſt 11. vt dicit S. Thomas 2.2. q.77.art.j.Summa Armilla in verbo emptio,nu.2.Didacus Couarruuias in tract.variarum reſolut.c.3.lib.2.nu.j.

201 Iuſtum † pretium eſt,quanti res vendi poteſt abſq; fraude, & iniuria alterius hominis ſcientis eius rei conditionẽ,c.j. de emptione & vend.l.ſeruum meum.ff.ad leg.Aquil.& gl. in l. mortis cauſa capimus.ff.de don.cauſa mort. Didacus in tract. variarum reſolutionum lib.2.c.3.nu.4.

202 De † iure nullus poteſt compelli inuitus rem ſuam vndere,l. dudum & l.inuitum.C.de contrah.empt.l nemo exterus. C. de Iudęis,ibi,iuſtum eſt enim ſua cuiq; cõmittere,l. inuitos. C. locati,Didacus in tract.variarum reſolutionum li.3.c.14. in prin. vbi firmat hanc regulam, ponit tamen plures caſus in quibus quis cogitur res proprias iuſto pretio vendere. Tiraq. de retractu lib.j.in præfatione nu.15.& §.3.nu.j.poſt glo.in l. Iulianus §. Celſus.ff.de act.empt.

203 Et ratio eſt † quia rei ſuę quiſquis eſt moderator & arbiter,& ideo alienæ rei nemo poteſt pretium imponere,l.in re mandata,C.mandati, nam ſi quis habet granum & portat in mercatū, & ſubeſt neceſſitas in loco,poſſunt portantes frumentum cogi ad vendendum in mercato,iuſto pretio pro hominum ſubuẽtione;quia omnia venalia tunc debent eſſe communia, c.ſicut hi.47.diſt.& ibi gloſſa,Syluester in ſumma in verbo emptio. §. 5.& §.9.dicit,ꝙ concurrentibus his fieri poteſt, primò ꝙ ceſſet fraus,ſecũdò ꝙ ceſſet vis,ſeu coactio vendentium,tertiò ꝙ ceſſet ignorantia contrahentium, & Summa Angelica in verbo emptio,num.7.Didacus in trac. variarum reſolutionum lib.2. c.3.nu.5.vbi dicit, ꝙ iuſto pretio quis tempore neceſſitatis vendere cogitur,non autem viliori,idem Didac.ibi lib. 3.c.14.nu.j. Qui verò cogunt vendentes, vt viliori pretio vendant, & ipſi emunt viliori pretio, vt vendant incontinenti cariori pretio etiam in eodem loco,committunt vſuram ſecundùm Diuum Thomam 2.2.q.77.& dictum eſt ſupra

204 Granum † vinum, & ſimilia vendi debent mediocri pretio, attentis ſumptibus,& expenſis, & laboribus venditorum, quæ faciunt in ſerendo,cuſtodiendo,& colligendo, & pro illis dari debet boni viri arbitrio aliqua quantitas vltra expenſas,quæ ipſis venditoribus lucro cedat, tribus tamen concurrentibus ſecundùm Syluestrum in ſumma in verbo emptio. § 9. & ſumma Angelica eodem verbo,nu.7.& eſt ratio: quia vbi grauatur reſpublica inopia,ne fame pereat, cogitur quis vendere granũ reipublicæ neceſſarium,l.j. vbi Bart.C. de Epiſcop. audi. Abbas, & alij in c.j de empt.& vendit.iuſto tamen pretio,vt in l.j. §. cura cartis.ff.de offic.præfecti.vrb.ibi,cura carnis omnis, vt iuſto pretio præbeatur,ad curam præfecti pertinet,& l.ſi quis in prin. ff.de relig.& ſump.fun.ibi,præſes etiam compellere debet iuſto pretio iter ei præſtare, etiam quando fauore publico venditio fieri debet,l.venditor §.ſi conſtat.ff.commun. prædiorum, Didacus in tracta.variarum reſolut. lib. 2. c. 3. nume. 5. vbi dicit, quòd quis cogitur uendere pretio ſtatuto ab adminiſtratore reipublicæ,quamuis illud pretium ſit minus quàm pretium cõmune,& illud eſt iuſtum pretium,& reprobat opinionem Bar. & aliorum in d. §. cura carnis, & ſi quis tempore annonæ poſt ſtatutum pretium à magiſtratu plus uendiderit, cogẽdus eſt illud plus reſtituere, & plectendus tãquàm tranſgreſſor ordinũ, & ſtatutorum magiſtratus, idem Didac in eodem tractatu li. 3. c. 14.nu.3.& 4.& nu.6.vbi dicit,ꝙ tempore penuriæ poteſt habens granum ab incolis cogi pro iuſto pretio, potius ei uendere,quàm exteris.

205 Præterea † diuites etiam ratione publicæ utilitatis iuſto pretio cogi debent uendere merces, & res neceſſarias uictui peregrinis,& hoſpitibus exteris,quo publicè incolis uẽdi ſolent, & hæc cura Epiſcopis, & perſonis Eccleſiaſticis committitur, c. j. de empt.& uendi.ubi Cardi.& alij l.j.C.de Epiſco.aud.Didac.in d.tract.uariarum reſol.lib.3.c. 14.nume. 5.uerſic.huius tandem publicæ pietatis.

206 Vtile † eſt etiam Reipublicæ,ut pecunia parata pro emptione frumenti pro annona Ciuitatis perpetuò conſeruetur, nec ad alios vſus exponatur, prout de iure cauetur; cũ talis pecunia parata pro frumentaria cauſa ad alios vſus conuerti nõ poteſt, l.2.C.de frumento vrbis Conſtantinop.lib.11.& l.2. §. quod de frumentaria,& §.ſi autem.ff. de admin. rerum ad Ciuit. pertin. vbi diuertẽtes pecunias ad alios vſus, quàm pro emptione frumenti, ad duplum condemnantur, & quicquid accreuerit ad cumulum eiuſdem quantitatis paratæ, pro re frumentaria firmiter redundare mandauit Imperator in d.l.2.C.de frum. vrb. Conſtant.lib.11.

207 Præterea † Decuriones à Ciuibus ſuis frumentũ vilius emere non debent,quàm annona exigit, & ideo ordini cuiuſq; Ciuitatis,vel loci,non licet ſtatuere pretium grani,quod ibi inuehitur,l.3.in prin.ff.ad leg.Iul. de annona, quod non obſeruant quædam loca,& caſtra;quia ſub prætextu annonæ, in portantibus granum in abundantia in eorum præiudicium, vt Ciuibus ſolum vtilitatem faciant, pretium uile pro annona imponunt ſuper grano forenſium, & proprium granum uendunt carius exteris,quod facere nõ poſſunt,ſed ad Præſidem iuſtum, & cõmune pretium frumentorum ſtatuere ſpectat,ut in l.j.C.de frumento Alex.lib.11. & ꝙ quis uilius uendere non teneatur frumentum,probatur in l.non debere.ff.ad municipales, & l. 6.in prin.ff.de admin.rerum ad Ciuit.perti.

208 Et ſi granum † alicui ablatum per iniuriam à Ciuitate,uel ab alio poſt emptionem fuerit, curator Reipublicæ curabit, ut ei pretium reſtituatur,l.2.ubi gloſſa,& Barto.ff. de admin. rerum ad Ciuit.perti.

209 Et † quemadmodum lex prouidet priuato, ne uilius granũ uendere cogatur,ita prouidet publico, contra illos qui faciunt contra annonam ſocietatem;ad hoc, ut granum carius uendatur: nam tales pœna legis Iuliæ de annona puniuntur,ut in l.2. §.fi.ff.ad leg Iul.de anno.& aliis pœnis extraordinariis,ut l. 6.ff. de extraord.criminibus.

210 Qui † uerò ſtateris,ſeu menſuris adulterinis, dũ annonæ præſunt,exercent,pœna legis Corneliæ plectuntur: & qui tenẽt falſas menſuras,in inſulam relegantur,l.annonam. §. onerant. ff. de extraordin.crim.ubi gl.

211 Et † poſſunt in hac actione frumentaria mulieres accuſare, l.3.§.fi.ff. ad leg. Iul. de annon. & ſerui pariter accuſare poſſunt dominum fraudantem annonam publicam.l.j.ff.eo.tit.

212 Præterea † pecunia frumentaria ſine mora ſoluenda eſt, & debitores ſoluere cogendi ſunt per Præſidem Prouinciæ, l.2.§. frumentariæ.ff. de admin.rerum ad Ciuita. pertin. quinimmo cum uſuris,ut in d.l. 2. §. ſi indemnitas, & pecunia huiuſmodi debet reſtitui,nec poteſt compenſari cum alia pecunia,d.l.2. §. frumenti.

213 Quoniam † in conſtitutione Aegidiana,c.13.lib.3.cauetur, ꝙ iudex deputatus in ſpiritualibus poſſit procedere contra uſurarios per inquiſitionem, & repertos culpabiles punire in uigintiquinque ducatorum auri pœna, Cameræ applicanda, pro
214 quolibet,& qualibet uice.† & ſic iudex Eccleſiaſticus, non autem laicus,poteſt cõtra uſurarios procedere, quia in cauſis uſurarum tractatur de peccato: & cauſæ peccati debent cognoſci coram iudice Eccleſiaſtico,ut in dicta conſtitutione.Socin.cõſi.290.lib.2.Decius conſi.170.& in c. ex parte 2. de offic. deleg. num.88.Grat.conſi.39.col.j.uol.2.Io. Anto. Alex.conſi. 65.in fine,& hæc eſt communis opinio, licet quidam compilatores de uſur. nume.155. contrarium tenent, & male: & Didacus

lib.

Source : BIU Cujas

lib.3. uariarum resolut. cap. tertio,in princip.

215 Et potest † procedi contra vsurarios criminaliter secundùm magis communem opin.de qua per Corn.consi.19. & 159. lib. 3.Io.Anto.Alex.consi.65.in fine,Ant.Gabriel.in tract. comm. conclus.lib.7.de criminalibus conclus.20.nu.2.

216 Et † pœnas quibus vsurarij puniuntur,ponit Amb.de Vignate in tract.de vsur.num.224.& seq.& clerici quomodo puniantur iure canonico,vltra quòd sint infames,vt laici, Abbas in c. inter dilectos,de vsur.Didac.in tract.variarum resolut. lib. 3. c. 3.num.2.& 3.

217 Et † sequitur in d.c.13.& si fuerit publicus,& manifestus, puniatur alijs pœnis in constitutione contentis,idest in c.12.d.lib. 3.℘ conuictus de vsuraria prauitate, vltra pœnas inflictas à sacris canonibus de quibus in c. cum tu, de vsur. & alijs collectis supra condemnetur pœna centum ducatorum Cameræ ipso facto applicandorum.

218 Et † dicto c.13.dicitur,℘ publicus,& manifestus vsurarius intelligatur, qui retinet mensam paratam pro vsuris exercendis, vel qui vltra secundam vicem vsuras exercuisse conuictus,& declaratus fuerit, & sic duo requiruntur, primò quòd sit conuictus testibus,secundò quòd sit declaratus à iudice;& hæc constitutio fundata est in communi opinione Doctorum in c. j. de vsur.videlicet Abbatis, Cardi. & aliorum, & Anton.Gabriell. in tract.communium conclus.lib.7.de criminalibus, conclus. 20.nume. 9. Præterea vsurarius præsumitur, qui binos contractus vsurarios fecerit, Francisc. Squillacen.in tracta. de fide catholica.c.5.nu.2.

219 Et † additur in d.c.13.constitutionum,quòd ad probandum contra dictos vsurarios sufficiant quatuor testes,qui vsuras soluerint,si tamen renunciauerint illarum repetitioni ante depositionem suam, vel tempore depositionis,& paucioribus testibus credatur,si concurrant, si adminicula, & de iure vsurarius manifestus probatur,si tenet mensam paratam, Ambro.de Vignate in tracta.de vsur.num.226.& Ant.de But. in tract.de notorio, nume. 23. Laurentius de Rodulphis in tracta. de vsuris, nume.11.& 12.q.8.Bal.consi.473.lib.& vide in cap. 3.lib.5.dictarum constitutionum, vbi denegatur vsurario manifesto exequutio instrumentorum,& maximè, quia iure ciuili vsurarius pœna infamiæ punitur,l.improbum fœnus,C.ex quibus causis infamia irrogetur,& Didacus in tract.uariarum resol. lib.3.c.3. nume.2.& nu.4.declarat quis sit vsurarius manifestus,& nu. 5. uersi.at si tractetur.

220 Secundo † colligitur ex dicta constitutione, dum ult, ℘ admittantur ad probãdum usuram illi qui passi sunt usuras,dummodo renuncient suo interesse,& testes singulares,qui de iure admittuntur ad probandm,quem esse usurarium, Nellus de S. Geminiano in tracta.de testibus.nume.187. Franc. Curt. in eodem tracta.nume.79.quod reprobat Didac.in tracta. uariarum resolut.lib.3.cap.3.nume. 5.& dicit quòd constitutio Episcopi aliter statuens est nulla, sed non est nulla nostra cõstitutio quæ est confirmata in Concilio Lateranensi,ut alibi dixi,& à Paulo Papa III.& constitutiones usurarum, à Pio Papa IIII. ideo seruanda est constitutio, & non contraria opinio, à qua recedit idem Didacus ibi uersic. uerum quotiens, quando ageretur solum contra usurarium respectu publicæ infamiæ, uel quando declararetur eum esse manifestum usurarium, aut publicum, Abbas consi.81.lib.2.Alex.consi.141.lib.j.& consi.92.lib.5. Aymo consi.78.num.6.

221 Damna,† & interesse probantur dicto unius testis, si ita sit conuentũ,Decius in c.ueniens.nu.46.de testibus, ex magis cõmuni opinione,& Decius ibi nu.47. tenet ℘ ualet conuentio, ℘ stetur priuatæ scripturæ alicuius; tamen hæc opinio reprobatur ibi in additione litera c.

221 Nec † usurarij manifesti de iure canonico testari possunt, c. quanquàm.ad finem.lib.6.nec minus codicillari,Io. An.& Dominic.in d.c.quãquàm.de usur.in 6. & Franc. in rub. eodem tit. nu.34.Didacus in tract.uariarum resolut.lib.3.c.3.nu.9.ubi declarat dictum c.quanquàm, & multas alias quæstiones incidẽtes,quem uide, quia optime loquitur, & Io. Baptista Lupus in tract.de usuris commentario quarto in præfatione, usque ad §. primum,multa dicit de pœnis usurariorum, & quomodo probentur usuræ, & similia concernentia intelligentiam, c. quanquã, de usuris in 6.& in §.j. ibi differit, an usurarius manifestus possit testari,& codicillari,donare causa mortis,& similes quęstiones ponit.nu.34.& sequentibus.

223 Et si † quid dictum existat in hoc discursu usurarum, semper cum protestatione dictum intelligatur,℘ non intendo aliquid dicere,uel asserere,quod sit contra legem diuinam, & canonicas sanctiones,uel ordinationes S.Matris Ecclesię,à quibus nũquàm recedere intendo,sed illis semper inhærere, & quascunque contrarias opiniones in hoc opere insertas reijcio, & à me tanquàm per errorem scriptas deleri, & aboleri iubeo, atque mando,& aliàs omni meliori modo, remittens me semper in omnibus determinationi S.Matris Ecclesiæ Romanæ Catholicæ,& Apostolicæ.

SVMMARIVM.

1 *Census venditus ante constitutionem Pij Papæ V. cum pacto redimendi intra quinquennium,& postea sit perpetuus, an possit amplius redimi à dicto venditore.*
Census contractus fraternizat cum vsus antiquis.ibid.
2 *Venditor census semper potest redimere,non obstante pacto.*
Dictio semper,quid significet.ibid.
Pactum redimendi censum in extrauagantibus Martini, & Calisti semper erat apponendum.ibid.
3 *Consuetudo censuum ante extrauagantes Martini,& Calisti.*
4 *Pactum redimendi ex constitutione Pij V. perpetuò conceditur.*
5 *Census an essent liciti ante extrauagantes Martini,& Calisti,dubium est.*
6 *Pacta seruanda sunt,quia pacto redimendi potest renunciari.*
7 *Martini,& Calisti extrauagantes non reprobant contractus censuum sine facultate redimendi.*
8 *Censuum contractus liciti sunt stantibus extrauagantibus Calisti,et Martini,& ideo erat seruanda illarum forma.*
9 *Venditori census semper debet licere restituendo pretium se liberare à solutione census.*
10 *Dictio expresè,quid significet.*
11 *Dictio quandocunque,quid significet.*
12 *Dictio liberè,quid significet.*
13 *Clausula absque alicuius contradictione, requisitione, vel assensu, quid significet.*
14 *Pacto redimendi in contractu census extrauagantibus Martini, & Calisti non potest renunciari.*
15 *Pactum redimendi est de forma contractus census.*
Contractus census substantialia tria sunt secundùm modernos.ibid.
16 *Pacto redimendi censum perpetuò renunciari non potest.*
17 *Martini constitutio licèt contractui non resistat, resistit tamen actioni, vel exceptioni.*
Exceptionis iure quis potest se iuuari in redemptione census.ibid.
18 *Calistus confirmauit consuetudinem censuum cum pacto redimendi.*
19 *Proœmio bullæ Pij V. super censibus fit declaratio.*
20 *Possessio certa debet pro cẽsu assignari designata certis finibus et fructuosa.*
21 *Pretium competens exbursari debet in ipso contractu.*
Decimam partem census excedere nõ debet ex constitutione Nicolai Quinti.ibidem.
22 *Solutiones anticipatæ fieri non possunt ex constitutione Pij V.*
23 *Pactum redimendi semper debet adesse.*
24 *Pretium semel constitutum non potest minui,nec augeri.*
25 *Prædium,vel domus diruta, vel casmate perempta in totum, vel in parte perit emptori census pro rata.*
Hypothecata tantum est res,non persona obligata in solutione census. ibid.
26 *Census constitutus super duabus vel pluribus rebus,an sit bene constitutus, & an quælibet res in solidum,vel pro parte teneatur.*
Census hodie nõ potest imponi,nisi super vna re certis finibus designata. ibi.
Bona in contractu census designata,sunt obligata,non persona, nec alia bona.ibid.
Prædium super quo imponitur,debet fructare quanta est quantitas census. ibid.& nu.28.
Papæ constitutio attendenda est in materia vsurarum,& peccati.ibid.
27 *Redimere census venditor inuitus obligari non potest.*
28 *Possessio super qua imponitur census debet esse fructuosa sui natura.*
29 *Negatiuis verbis concepta est constitutio Pij V.*
30 *Conditiones appositæ à Martino,& Calisto sunt approbatæ à Pio V.*
31 *Census facti ante constitutionem Pij V. sunt reducendi ad formam dictæ cõstitutionis.*
32 *Contractus censuum celebrati ante constitutionem Pij V. sunt reuidendi à pijs religiosis.*
33 *Religiosi præpositi ad reuisione contractus censuum,quid debeant facere.*
34 *Venditio rei super qua est impositus census, debet emptori census intimari.*
35 *Pacta quæ reprobantur à Pio V. in contractu census.*
36 *Censuum contractus ex censibus decursis,fieri non possunt.*
37 *Extinctio,& redemptio census intimari debet per duos menses ante.*
38 *Emptori in quibus est prouisum per bullam Pij V.*
39 *Venditori in quibus est prouisum per bullam Pij V.*
40 *Lex prohibitiua habet decretum irrittans in se.*
41 *Clausula non obstantibus constitutionibus Apostolicis,quid importet.*
42 *Clausula non obstantiarum,restringitur ad contraria tantum.*
43 *Nicolai V. bulla sublata est ex constitutione Pij V.*
44 *Martini,& Calisti constitutiones, in quibus sunt conformes cum constituit. Pij V. non sunt sublatæ.*
45 *Consuetudines contrariæ sunt sublatæ ex constitutione Pij V.*
46 *Publicato extrauagantis Pij V. in cancellaria,& quare.*
47 *Clausula,nulli ergo omnino hominum,quid operetur.*
48 *Datum bullæ Pij V. qualiter declaretur.*
49 *Solutionem census petens,instrumentum producere debet,& quare.*
Possessio competens super aliqua re,iure speciali alicui debet iustificari titulo.ibidem.
50 *Pretium iustum in contractu census quod sit.*
51 *Saluianum interdictum intẽtari potest pro exactione censuum decursorum, & non solutorum.*

53 Fru-

Source : BIU Cujas

52 *Fructus vineæ, vel agri census vendi potest.*
53 *Fructus mensurandi in Ara, vel in Vasca, si mensurantur extra, deduci debent expensæ.*
54 *Census super fructibus agrorum, vel vineæ formandi sunt iuxta constitutionem Pij Papæ V.*
55 *Pactum quòd census non redimatur nisi infra quatuor annos, & postea sit perpetuus non valet.*
56 *Pactiones, & alia quæcunque gesta contra constitutionem Pij V. sunt illicitæ & vsurariæ.*
57 *Pecunia debet esse numerata in contractu census.*
58 *Bulla Pij V. seruanda est in translatione censuum, quæ fit post bullam de censum, quæ fit post bullam de censibus antiquis.*
59 *Vsurarij declarantur contractus censuũ facti, non seruata forma bullæ Pij Papæ V.*
60 *Census annui computantur inter immobilia.*
61 *Satisdatione de iudicio sisti excusantur, qui habent annuos census.*
62 *Minor non potest census alienare sine solennitatibus requisitis à iure.*
63 *Ciuitas non potest censum vendere sine solennitatibus requisitis à iure.*
64 *Ecclesia non potest censum constituere sine solennitatibus iuris.*
65 *Possessorium intentari potest in causa census propter retardatam solutionem censuum.*
66 *Debitores censuum non possunt cogere creditores accipere in solutum aliquem prædium pro pretio census.*
67 *Præscribi an possit annuus census, vel præstatio, & quomodo.*
68 *Excussio non habet locum in hypotheca legali.*
69 *Remissio census quando fiat re perempta.*
70 *Remissio mercedis in locatione quando fiat, si in vno anno sterilis as, in aliis vbertas fuit.*
71 *Remissio non fit ob sterilitatem in contractu census, quia æquiparatur colono partiario.*

Quæstio de censibus. CAP. XVIII.

Supra de vsuris, interesse, & cambijs aliquid dixi mus, ob id non est inconueniẽs pro declaratione extrauagantium Martini, Calisti, & fel. rec. Pij Papæ V. de censibus emptis pecunia, cum materia sit satis simi-
1 lis, hanc quæstionem annectere. † Titius vendidit annuum cen suum decem scutorum auri Mœuio super fructibus cuiusdam domus sitæ in Vrbe pretio centum quatuordecim scutorum auri, cum pacto redimendi infra terminum quinq; annorum, & illis quinque annis elapsis census esset perpetuus, elapsi sunt quinq; anni dati ad redimendum, iam sunt anni 20. ab hodie, & sic ante bullã Pij Papæ V. per plures annos, & census per ven ditorem nunquàm fuit redemptus, vnde prętẽdit q̃ sit effectus ex pacto perpetuus, & inuitus amplius retro uendere non tenea tur. Replicat venditor, q̃ in cõstitutionibus Martini, & Calisti, ad hoc vt constitutio census sit valida, debet gratia concedi vẽ ditori redimendi censum perpetuò: ad hoc, vt quis à cursu vsu rarum se liberare possit, cum hic redditus est similis contracti bus vsurarum, l. alumna ff. de adimend. legat. ibi, interim tamen redditus eius, id est vsura semisses ei præstes, & l. Titius. ff. de prę script. verb. ibi, vt ex redditu eius pecuniæ tributũ quod Titius impendere debet Sempronius præstet, computatis vsuris semis sibus, & l. fi in fine, C. de iur. dot. & melius in auth de vsuris, no uella 160. & ad hoc, vt census huiusmodi valeant, facti esse de bent iuxta dispositionem præfatarum constitutionum Martini, & Calisti, ante constitutionem Pij V. & si facti non sint iuxta dictas cõstitutiones, illiciti, improbi, & vsurarij iudicari debẽt, vt per Nauarrum in manuali Cõfessorum, cap. 17. nu. 232. & Io. Baptista Lupus in tracta. de vsur. commentario 2. §. 2. nũ. 62. vbi reprehendit Analiticos Parisienses qui formarunt plures quæ stiones reddituum ex sensu suo sine auctoritate aliquarum le gum, vel constitutionum præfatarũ, ea propter q̃ venditore su
2 pradicta quæstio est resoluenda. † Nam si venditor à solutione vsurarum, vel reddituum præfatorum liberari vult, debet esse in sua facultate se liberare, quia dicitur in dicta constitutione Martini, ibi, semper in ipsis contractibus expresse ipsis vendito ribus data fuit facultas atq; gratia, q̃ ipsum annuum censum in toto, vel in parte, pro eadem summa denariorum quam ab ip sis emptoribus receperint, quandocunq; vellẽt libere absq; ali cuius contradictione, vel assensu extinguere, & redimere pos sent, ac se ab ipsius census solutione, ex tunc penitus liberare, & hanc consuetudinem Calistus, cum ista facultate, & gratia redi mendi approbat, confirmat, & innouat, & declarat contractus
3 huiusmodi licitos cum eadẽ facultate redimendi, † & hæc erat consuetudo ante dictas extrauagantes, quæ forsan fundata erat in dicta constitutione 160. in auth. de vsuris, ibi, hoc magis annuo redditui, q̃ vsurarum præstationi simile videtur, & ibi, quãdiu aurum resideret apud ipsum, tandiu suscepisset, ergo quandiu aurum non residebat penès debitorem aliquid annuũ solue re non tenebatur, & propterea erat in facultate debitoris au rum acceptum restituere, vt se liberaret à solutione annui cen sus, de qua consuetudine faciunt mentionem Innoc. & alij ca nonistæ in c. in Ciuitate. de vsuris, & Didac. Couarruuias in tracta. variarum resolut. lib. 3. c. 7. nu. 2. ver. sextò, & Tiraq. de retra-
4 ctu parte 1. §. j. gl. 6. nu. 15. † & dictas constitutiones fel. rec. Pius Papa V. in sua constitutione de censibus cũ simili facultate re dimendi perpetuò venditoribus censuum confirmauit, adeo quòd hodie habemus legem certam, quam quisque catholicus seruare tenetur.
5 Sed † an essent liciti ante dictas extrauagãtes Martini, & Ca listi in foro conscientię, hi censuum contractus valde dubito, quia Innocen. in c. in Ciuitate, de vsuris, & Tiraquell. de retra ctu parte j. §. j. gl. 6. nu. 16. dubitant de horum censuum validita te, cum Bertrando consil. 170. lib. 3. primę impressionis, Didac. in tract. variarũ resol. c. 7. nu. 2. in prin. & c. 8. ante nu. 7. & Io. Ba ptista Lupus in trac. de vsur. comment. secundo §. 2. nu. 62. Sed post illas constitutiones seruata illarum forma mihi dubiũ esse non videtur, quia quidquid sit auctoritate sedis Apostolicæ, q̃ nũquàm errauit, videtur licitè fieri, sed dubium facit an forma dictarum constitutionum seruata sit.
6 Et † in prȩsenti quæstione faciebat difficultatem pactum re dimendi appositum ad quinquennium tantũ, & illo elapso cẽ sus esset perpetuus, & iam erat elapsum quinquenniũ, propte rea venditori obstabat lapsus temporis, & pactum q̃ elapso tẽ pore census esset perpetuus, & videbatur dicendum, q̃ nõ po terat amplius redimere: quia pacta inter partes seruari debent: ait enim prętor, pacta quę neq; dolo malo, neq; aduersus leges seruabo, l. iurisgentium. §. prætor ait. ff. de pact. Ang. consi. 199. Tiraq. de retract. conuentionali. §. j. nu. 41. & seq. & nu. 49. dicit, q̃ videtur post illud tempus quinq; annorum venditor dictę fa cultati redimendi renunciasse, allegat Odofredum, Bal. & alios in l. 2. in 8. q. C. de rescin. vend. Cag in l. 2. nu. 63. C. de pact inter empt. & vend.
7 Et hoc † videbatur maximè; quia extrauagantes Martini, & Calisti non reprobant venditionem annui census sine dicta fa cultate redimendi, licèt cum dicta facultate approbauerint, & Doctores in dicto c. in Ciuitate. videntur probare dictos q̃trac tus perpetuos sine pacto redimendi, ideo non debet subintel ligi pactum redimendi in istis contractibus.
8 Sed † supradictis obiectionibus responderi põt, q̃ huiusmo di contractus censuum recipiunt robur, & vim à dictis extraua gantibus Martini, & Calisti, nam prius licèt fierent, erant tamẽ suspecti apud viros timoratos Dei; quia sunt multũ proximi cõ tractib. vsurarijs, vt dictũ est §. nu. j. & Nauarrus in c. j. 13. q. 3 nu. 77. & seq. ea propter ex dictis constitutionibus dicti cõtractus liciti facti fuere, cum in eisdem constitutionibus datur dictis q̃tractibus aliqua forma, quæ forma à fel. rec. Pio Papa V. appro bata videtur in sua constitutione de censibus, vt infra dicetur, adeo q̃ si non sit seruata dicta forma tradita in dictis extraua gantibus, contractus huiusmodi vsurarij, & illiciti declarantur, & inter alia requisita pro forma dictorum contractuum erat, q̃ pactum, facultas, & gratia redimendi dictum annuum censum, vel redditum ad fauorem vẽditoris semper adesset, vt in extra uaganti Martini, ibi semper &c.
9 Nam † venditori semper debet licere sortem, vel pretiũ cẽ sus emptori restituere, & se liberare à solutione cẽsus, qui loco vsurarum subrogatus est; nam dictio semper, significat omni tẽ pore, & omni casu, l. semper. ff. de iure immunit. & est vniuersa lis affirmatiua, Tiraq. de retractu, parte j. §. j. gl. 9. nu. 221. & d. § j. gl. 10. nu. 34. capitur etiam multoties pro frequenter, pro om ni tẽpore, pro quotidiè, vel assiduè, vt declarat Rebuff. in l. non est sine liberis, 148. car. 736. de verborum significationibus, po nitur etiam pro quotidie secũdùm subiectam materiam. vt di cis idem Rebuff. ibi versi. & sic istæ dictiones.
10 Et † sequitur in dicta extrauaganti Martini, expresse ipsis vẽ ditoribus facultas redimendi, quæ dictio expresse, denotat q̃ verbis expressis fiat istud pactum redimendi, non autem verbis obscuris; clem. quandiu, vbi gl. de app. expressa enim nocẽt, l. ex pressa. ff. de reg. iur. & sic si in contractu census pactum redimẽ di non exprimitur, annullatur cõtractus census, vt declarat De cius in d. l. expressa, & Rebuff. in l. hæredis appellatione 171. de verborum sig. in fine, car. 799.
11 Et sequitur † in dicta extrauaganti, quandocunq; vellet libe rè, & dictio quãdocunq;, est aduerbium distributiuum tempo ris, & multiplicatiuũ, Bal. in l. precibus. 16. col. ver. in cõtrarium ostendo, C. de impub. & alijs subst. & denotat infinitatẽ, Alex. in l. 3. ff. qui satisd. cogantur, & importat conditionem secũdùm Alber. in dictionario in verbo quandocunq;, & intelligitur se cundùm subiectam materiam, Tiraq de retract. parte j. §. j. gl. 10. num. 34. Bar. in l. j. nu. 2. ff. quibus mod. vsus fr. amitt. dicit q̃ hęc dictio operatur, q̃ licèt legata plura sint sublata præscriptione, tamen ea quæ de nouo debentur non sunt sublata, & multa ad hoc adducit Gigas de pẽsio. q. 83. ita dici posset in casu nostro, q̃ licèt dictum pactum auferat facultatem redimẽdi post quin quenniũ; tamen ex quo ex legis dispositione semper competit dicta facultas redimendi, q̃ non obstante lapsu dicti temporis quinque annorum, nihilominus ex legis dispositione censum præfatum redimi possit.

Sequi-

Source : BIU Cujas

12 Sequitur etiam in dicta constitutione Martini, liberè, † quæ dictio significat, ꝙ redimi possit census huiusmodi sine cõtradictione alicuius, & sine requisitione, non vocato aduersario, c.irrefragabili. de offic. ord. & importat liberam voluntatem, ideſt prout liberè voluerit redimere, Bar.in extrauaganti ad reprimendum,in verbo videbitur,Mathesilan.notabili 15. Barb. consi. 59.col.12.in 2.vol.vide etiam Iaſ.in l.ſi ſic.ff.de leg.j.& in §.in bonæ fidei,inſti.de actio.

Sequitur etiam in textu dictæ extrauagantis absq; alicuius requisitione contradictione,vel assensu,ac se ab huiusmodi solu-
65 Dixi ſupra numero 51.quòd † intentari poteſt Saluianum interdictum pro conſecutione cenſuum decurſorum, & non ſolutorum,qui Arreragia in Francia nuncupantur,vt dicit Tiraquell.de retractu,parte 1.§.primo,gloſſa 6.numero 10.tamẽ ibi numero 12.dubitat,an poſſit ſuper annuo redditu intentari poſſeſſorium,allegat plures Doctores,ad quos ſe remittit, ſed vltra eum vide ſupra hoc tractatu capitulo 8.numero 8.& 9.Puteus deciſ.418.libro ſecundo,ſed mihi placet quæ dixi ſupradicto numero 51. in hac quæſtione, & à ſententia lata in cauſa cenſus quando agitur poſſorio non datur appellatio, Afflictus deciſ.395.numero.8.Decius conſil.136. Ripa in l. fin. numero 4.C.quorum bono.

66 Sed † an debitores cẽſuum poſſint cogere illorum emptores, vel creditores,vt pro eis capiant in ſolutum aliquem fundum. & Tiraquel.in dicta 6.gloſſa,numero 20.& 21.plures adducit tenentes poſſe cogi emptorem, & plures contrarium tenentes:mihi verò videtur,quòd non poſſit cogi per ea quæ dicuntur in bulla Pij Papę Quinti,de qua ſupra numero 32. quia dicitur in ea,ſi ipſe emptor vult emere præfertur omnibus, ergo à contrario ſenſu ſi non vult emere cogi non poteſt in ſolutum capere, quæ datio in ſolutum eſt ſimilis emptioni, & venditioni.

67 Poteſt † etiam hic annecti quæſtio valde neceſſaria, puta ſi emptor cenſus,vel redditus ſtetit per triginta annos,ℭ nõ exegit à venditore annuum redditum, an ſpatio triginta annorũ hæc annui cenſus præſtatio præſcripta ſit, & non præſcribitur hæc annua præſtatio,quia in his promiſſionibus,vel legatis, vel

Source : BIU Cujas

alijs obligationibus,quæ dationes per ſingulos annos,vel menſes continent, non à principio talis obligationis, ſed ab initio cuiuſcūq; anni,vel menſis computatur præſcriptio,dicit textus in l.cum notiſſimi,C.de præſcriptione triginta vel quadraginta annorum, videlicet ab initio temporis quo ceſſatum eſt, vt declarat ibi gloſſa,quam ibi ſequuntur Bart.Bal. & alij, & ideo præſcriptiones annuę pręſtationis tot ſunt, quot anni præſcripti ſunt ſpatio triginta, vel quadraginta annorū:nam quęlibet annua præſtatio indiget ſua præſcriptione triginta,vel quadraginta annorum, Balbus de præſcrip.parte quarta,quartę partis principalis,q.4. Aymo de antiquit.tempo.parte 3.n.180. & ſeq. Gigas de penſion. q.83. & 84. moderni compilatores de vſuris q.19.nu.201.& ſeq.Guido Papæ quæſt.406.& Boerius dec. 336. per totum,& in fine dicit,ꝙ tollitur centenaria præſcriptione hæc annua præſtatio. quam concluſionem repręhendit Aymo in d.4.parte de antiq.tempor.nu.180.ver.ſed aduerte.

68 Er† quia ſupra nu. 25. & 26. diximus,ꝙ res ſuper qua cenſus imponitur perpetuò obligata remaneat ex legis diſpoſitione,& ſi contingat debitorem cenſus,vel venditorem deficere in bonis,an iſto caſu reſpectu emptoris ſit neceſſaria excuſſio, & videtur dicendum ꝙ iſta res particularis ſuper qua cenſus eſt impoſitus ſpecialiter obligata exiſtat ex legis,ſeu extrauagantium huiuſmodi diſpoſitione,& non videtur iſto caſu neceſſaria excuſſio,vt dicit Bal.in rub.C.de his quæ in fraud.cred. & Neguſan.de pignor.parte octaua membro primo nu.21.Ant.Gabriell.de fideiuſſor concluſ prima nu.75.limit.20.

69 In bulla Pij Papæ V.dicitur†ꝙ re in totum, vel pro parte perempta,vel reddita infructuoſa in totum, vel pro parte, ad ratã emptoris infructuoſa effici voluit,vt dictum eſt ſ̃ n.25.quia qñ res perit emptori cenſus perire debet, vtputa ſi ager terræ motu corruat,vt non ſit amplius ager,damno domini eſſe, & conductor non tenetur ad fructus, quia oportet agrum præſtari conductori,vt frui poſſit, dicit textus in l.ex conducto §.ſi vis tempeſtatis,& §.ſi labes ff locati,in fine, & in hoc caſu peremptionis rei eſt locus bullæ Pij Quinti, quia ager ſuper quo cenſus eſt impoſitus,frui non poteſt per venditorem, & ſi vẽditor non habet fructus ex agro,cenſum ſoluere non tenetur.

70 Res†etiam redditur infructuoſa ſiluę tempeſtatis,vel alio cę li vitio accidiſſent damna in vno anno, ſi in alijs annis damna illius anni non non fuerunt in fructibus recompenſata, debet de dicto anno ratio damni præfati haberi in conductione fructuum,l.licèt C.locati,& ſimili modo ſi à locuſtis damnum datum ſit,fructus ſequentis temporis damna illius anni reſarciet. l.excepto C.eodem titulo locati,& l.ex cõducto.§.fin.ff.locati, nam licèt ex caſu fortuito modicum damnum habuerit colonus æquo animo ferre debet, quia non aufertur immodicum lucrum ſequentium annorum,l.ſi merces §.vis maior ff.locati, quia quando fit remiſſio damni colono ob ſterilitatem: ſi ſequentibus annis contingat vbertas,nihil nocet domino remiſſio vnius anni; quia in alijs annis vberibus dictam penſionem remiſſam exigere poteſt,etiam ꝙ fuerit vltimus annus ſterilis, in quo non fit remiſſio,ſi anni præcedentes vberes fuerunt, l. ex conducto.§.Papinianus, aliàs eſt lex quę incipit, ſi vno anno.ff.locati.

71 In†colono verò partiario damnum,& lucrum cum domino partitur,l.ſi merces §.vis maior.ver.alioquin, vbi Bart. not. 3.ff.locati,& gl.in l.ſi apes.§.item.ff.de furt & in hoc caſu mihi videtur,ꝙ ſit venditor cenſus ſuper aliquo fundo, nam ſi vendit decem annui cenſus, ſuper fructibus dicti fundi, ſuper quo fuit ſterilitas vnius anni, ex quo vberiores fructus illius fundi percepit emptor in illo,& alijs annis,non poteſt remiſſionem petere,prout non petit colonus partiarius propter ius ſocietatis quod habet colonus partiarius in fundo,& ita propter ius quod habet uenditór in dicto fundo,ſuper quo cenſus impoſitus eſt, in contractu cenſus non habet locum remiſſio propter ſterilitatem unius anni,quia non venditur fundus iuſto pretio, ſed venditur cenſus ſuper fructibus dicti fundi, & ſic remanet poſſeſſio fundi penès uenditorem cenſus, & licèt de fructibus ſoluat cenſus, tamen remanent maiores penès eum, & ideo debet eſſe res, ſuper qua imponitur cenſus, fructuoſa de ſui natura, ut dicitur in bulla Pij Quinti: ſi uerò dictus fundus efficiatur ex aliquo accidenti per plures, & plures annos infructuoſus,tunc efficitur pro rata infructuoſus emptori cenſus,& quanta ſit iſta rata,dico quòd eſt arbitraria cuicunque iudici,ad quem ſi caſus occurrat,me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Litis conteſtatio apud Iuriſconſultos qualiter fiebat.*
Status cauſæ ex litis conteſtatione iudex cognoſcit.ibid.
Reſpondens poſitionibus non conteſtatur litem.ibid.ad finem.
Litis conteſtatio fit ex narratione actoris in libello, & ex negatione rei ad partem libelli,licèt aliam partem fateatur,ſecundùm ſtylum Rotæ.
3 *Litis conteſtatio fit negando narrata,prout narrantur,etiam quòd non dicat animo litem conteſtandi.*
4 *Litis conteſtationi non poteſt renuntiari.*
5 *Litis conteſtationem non impedit exceptio peremptoria, vel defenſionis. ſed bene exceptio litis finitæ. ibi.*
6 *Litis conteſtationem non impedit exceptio peremptoria.*
7 *Nullitatis exceptio impedit litis conteſtationem.*
8 *Compromiſſi exceptio an impediat litis conteſtationem.*
9 *Clauſula ſummariè ſimpliciter,& de plano non requirit litis conteſtationẽ. Litis conteſtatio in Vrbe qualiter fiat. ibid.*
10 *Confeſſione libelli non conteſtatur lis,niſi adſit in confeſſione negatio.*
11 *Litis conteſtatio facta cum vno,non prodeſt duobus.*
12 *Contumacia conteſtatur lis.*
Cõtumacia quis ponitur in poſſeſſione bonorum petitorum,recuperatur poſſeſſio infra annum data cautione,ibi.
13 *A tertio non nominato in libello an conteſtetur lis.*
14 *Lis non conteſtatur in cauſa appellationis.*
15 *Lis non conteſtatur,quando agitur ad declarationem pœnæ in Canone contentæ.*
16 *Lis non conteſtatur,quando agitur ſuper nullitate ſententiæ patẽtis ex actis.*
17 *Item quando agitur poſſeſſorio beneficij.*
18 *Nec in reſtitutione in integrum ad appellandum.*
19 *Teſtes nulliter examinantur lite non conteſtata. fallit in tribus caſib. nu.20.*
21 *Summariæ ſunt cauſæ in prouincia ex conſtitutione.*
22 *Lis,quando habeatnr pro conteſtata in Prouincia ex dicta conſtitutione.*
23 *Lis habetur pro conteſtata im ſummarijs, quando dantur articuli.*
24 *Fructus qui debentur lite conteſtata,quando debeantur ea non conteſtata.*
25 *Malafides qualiter probetur.*
26 *Malafides quid ſit.*
Malafides fictè qualiter probetur.ibid.
27 *Bonafides ex ignorantia probatur.*
28 *Violentns ſpoliator tenetur ad fructus à die ſpolij citra.*
29 *In interdictis habetur ratio fructuum à die ſpolii.*
30 *Intruſus tenetur ad fructus à die intruſionis.*
31 *Fructus qui debentur poſt litem conteſtatam, an debeantur vbi non conteſtatur lis,ex eo quia cauſa eſt ſummaria.*

De litis conteſtatione. CAP. XIX.

1 Quoniam †poſt litem conteſtatam veniũt fructus, omnis cauſa,vſuræ,& damna, & intereſſe; hic videtur locus aliquid pro declaratione litis cõteſtatæ dicere,tam de tempore Iuriſconſultorum,quàm ante clem.ſæpe. de verborum ſignifica.& antequàm vſu recipiatur, quàm poſtea vſque ad hæc tempora.

2 Et† litis conteſtatio tempore Iuriſconſultorum fiebat poſt narrationem propoſitam per actorem, & contradictionem obiectam per reum in quocunque iudicio,etiam apud arbitros, l. rem non nouam § patroni.C.de iudicijs, ſed hæc narratio non intelligebatur de prima poſtulatione, & de æditionis actione, ſed de narratione,per quam iudex negotij cauſam audire cępe rit,ideſt,vt cognoſceret iudex,in quo ſtatus cauſę conſiſtat,qui ſtatus ex narratione propoſitę actionis,& ex reſpõſione ſequuta colligitur; quia litis conteſtatio nihil aliud dicere vult, niſi ꝙ litigatores ponant ante oculos iudicis in quo lis cõſiſtat, quod fit per narrationem propoſitam,& ſequutam reſponſionem,& tunc iudex incipit intelligere ſtatum cauſæ, & in quo difficultas negotij conſiſtat,ideo Iuriſconſulti, & Imperatores fecerũt titulum de actionibus,ex quo ſumant actores formulant actionis proponẽdæ & titulum de exceptionibus, ex quo rei formulam contradictionis faciendæ ſumant, & titulos de replicationibus pro actore,& de duplicationibus pro reo,ad hoc,*vt vnuſquiſque melius ſuam intentionem confirmare poſſit*: & hinc ſtatus cauſæ cognoſcitur,& ex narratione, & negatione fit litis conteſtatio,non autem per dationem poſitionum, & reſponſionem ſubſequutam,vt in c.j.de lit.conteſta. ubi ꝙ per petitionem in iure propoſitam, & reſponſionem ſequutam fiat litis conteſtatio,facit etiam cap.dudum.il 2.§.licet autem. de elect. & d.l.j.de litis conteſtatione,& ideo petitio actoris narrationẽ facti,cum iuris concluſione,& reſponſio rei facti & iuris, negationem continere debet,l.2.C.de iuramen.calum.in principio, ibi.exercere certamina,niſi poſt narrationem, & reſponſionẽ, & tunc lis conteſtatur,& ad hoc fiendum quanto citius certus terminus,& forma datur ab Imperatore in authen.de exhiben. & introducen.reis.§.illud quoque,& in authen.de exequutoribus,in princip.& ibi gloſſæ.

2 Sed hæc† forma ita exquiſita non ſeruabatur tempore æditę clement. ſępe.de verborum ſignificationibus, ut patebit in infraſcriptis deciſionibus Rotę,cùm per dictam clementin. ſit penitus ſublata forma litis conteſtationis antiquę, cùm procedatur in multis cauſis ſummariè,iuxta formam dictę clementi. Sed quãdo nõ procedebatur iuxta dictę clementin.diſpoſitionem,ut in caſu deciſ. ſexta, de litis conteſtation. in nouis, in qua actor dat libellum, reus in parte negat libellum, & in parte fatetur, Rota tenet, quòd etiam abſente actore eſt facta litis conteſtatio; quia actor inſtans, & perſeuerans in

ſua

Source : BIU Cujas

ſua petione animo litigandi,& reus negans in parte, oſtendit etiam animum litigandi, ex quo ſimultaneo conſenſu litigandi conſtatur lis, allegat dictum c.primo, de litis conteſtatione. & a.a ſupradicta iura.

3 Et † reus reſpõdendo libello negat narrata,prout narrantur, & petita fieri non debere, etiam ſi non adderet animo litis cõtestandæ erit conteſtata lis;quia ſupradicta iura hoc non requirunt; quia quis verbo non exprimit, quod in mente non cogitat.l.in ambiguo.ff.de ſupell.leg.Rot.deciſ.ſecunda, de lit. conteſt.n no.vbi additio,& deciſ.12.in antiq.de lit.conteſt.Purpur.conſil.144.nume.11.lib.primo, quia reus per negationem videtur e obligaſſe ad proſequutionem litis. Quod tamẽ non procedt, quotiens in loco iudicij conſuetudine, vel ſtatuto requiratur animus negantis ad conteſtandum litem,Soc.in trac. regularum,reg.241.

4 Et † in cauſis,in quibus ordo iuris requiritur,partes conteſtationi lits renuntiare non poſſunt, cum ſit exordium ſubſtantiale iudcij, non ſolum in fauorem iuris priuati,puta partium, ſed iuris publici, & iudicis introductum, cui partes renuntiare non poſunt, Rota deciſ.4.de lit.conteſt.in no.

5 Exceptio† peremptoria,ſeu defenſionis non impedit,nec retardat liis conteſtationem. c.j. de lit.conteſt.in 6. Et exceptio peremporia eſt illa,quæ intentionem agentis perimit,vt pactũ de non petendo perpetuò,exceptio doli mali,& iuramentum de non accuſando,vel non agendo.l.prima,& 4.ff.de except.& c.veniẽsde accuſ.& no.in prima gloſſa dicti c.j. Exceptio verò defenſicnis eſt exceptio ſolutionis, gloſſa in dicto c.primo,& Rota deciſ.prima,eod.tit.in aut.& ꝙ ſuper exceptionibus non conteſtetur lis.Decius in c.per tuas.nu.6. de appellat. Sed bene impedit itis conteſtationem res iudicata, res tranſacta, & res finita, vtdicitur in textu d.c.j.in 6. vbi glo. & ideo præceptum de ſolueudo impedit litis conteſtationem ſicut res iudicata, Rota deciſ.7.de lit.cont.in ant.

6 Et † propter hoc, per exceptionem peremptoriam oppoſitam per eum libello actoris non cenſetur facta litis conteſtatio, & ideo ea non obſtante litis conteſtatio fieri debet.c.fi.de lit.contet.libro 6.& ibi glo.in verbo facta, quia reus excipiens quærit repellere actorem exceptione,cum non habeat animũ litigand, & ideo cogitur,non obſtante exceptione peremptoria, conestari litem.

7 Nulliatis † exceptio impedit litis conteſtationem, & ideo poteſt ante litem conteſtatam opponi. Rota deciſ. ſecunda,de lit.contet.in ant.

8 Compromiſſi † exceptio an impediat litis conteſtationem, Rota deciſ.11.eodem tit.in ant. facit quandam diſtinctionem, quam vide.

9 Sed † ſi cauſa à Papa ſummariè committitur iuxta formam clem.ſæpe.de verb.ſign.commiſſa intelligitur, vt iudex procedat etian ſine libello;quia tunc neceſſario non requiritur, nec minus liis conteſtatio, ut dicitur in dicta clem. ſæpè, & ex quo in Romana Curia apud iudices Eccleſiaſticos, vel ex facultatibus,vel commiſſionibus omnes cauſæ ſummariæ ſunt,nõ conteſtatur amplius formiter lis.cum per exceptionem generalia contra verbo, ſaluo iure &c.lis habeatur pro conteſtata,& ſententia fetur ex proſequutis, & probatis, & petitio in Rota fit in termino petitionis ſententiæ ex ſtylo, & obſeruantia Curię, & eſt vade vtile ad fugiendas protelationes litium ſuper litis conteſtaione, & ſimilibus.

10 Nam qñ pars fatetur ſimpliciter contenta in libello eſſe vera,non conteſtatur lis hac reſponſione. ſecus ſi non fatẽ ſimpliciter. ſed aliquam contradictionem annexam opponeret; tunc propter illam contradictionem eſt facta litis conteſtatio, Rota Biſig.deciſ.j.de litis conteſt.in antiquioribus.

11 Et ſi † unt duo litigantes ex parte vna,& facta ſit litis conteſtatio cum vno per actorem,non cum alio,non ſufficit contra ambos,Aegid.deciſ.278.& 282.

12 Ex † contumacia an inducatur litis conteſtatio,dubiũ eſt,& Bart.in habſentem.ff.de pœnis,diſtinguit in ciuilibus, & criminalibus,Socin. in c.olim inter, nu.89. vt lit. non conteſt.Alex. conſi.109.col.j.lib.5.Tiraquell.de retract.§.15.glo.2.nu.5.& 6.ꝙ ob contumaciam habebitur lis pro conteſtata, Rota Biſig. deciſ.fin.d. litis conteſt.in antiquioribus,& ob contumaciam rei actor pmitur in poſſeſſione rerum petitarum etiã lite nõ conteſtata.c3.& c.fin.§.fin.vt lit.non conteſt. quando agitur reali actione ſed conſulitur ibi contumaci,ſi comparet infra annũ, vt data cautione recuperet poſſeſſionẽ,& hinc eſt, ꝙ condemnati in pœnam capitis in contumaciam infra annum poſſunt compaere in carceribus,& ſe defendere,ſine alia Papæ,vel Legati conceſſione, poſt annum non admittuntur ex diſpoſitione conſtitutionum Pij Papæ IIII.& Pij Papæ V.

13 Tertiis † vero non nominatus in libello, an poſſit litem cõteſtari,pnit Marianus Soc.in rub.de lit.conteſt nu.4.

14 Non † cõteſtatur lis in cauſa appellationis,ſi in prima inſtantia conteſtata fuit,aliàs conteſtari debet,Rota deciſ.2.de litis conteſt.in n.& in vna lite vna litis conteſtatio ſufficit.Rota deciſ. fin.nu.2.eo.ti Aegid.deciſ.697. dicit, quòd non tenetur iterum conteſtari litem,niſi velit auditor ſecundæ inſtantiæ.Decius in c.per tuas.nu.1.4.5.& 8.de appellat.& Rota deciſ.3.5 & 9. de litis conteſt.in anti.Socin.in tract.regularum, reg. 239. fallentia 1.Franciſ.Marci deciſ.1184.nu.23.parte 1.

15 Nec † requiritur litis conteſtatio,quando quis petitur declarari in pœnas canonis latæ ſententię,vel alterius bullæ Apoſtolicæ, quia tunc nihil adiudicari petitur, vel auferri, ſed petitur exequutio ſententiæ excommunicationis latæ in Canone, vel in bullis,& tunc proceditur ſummariè,Rota deci.3.de litis conteſt.in nouis,reprobato in hoc ſpeculatore.

16 Nec † eſt neceſſaria litis conteſtatio,quando agitur de nullitate ſententiæ patentis ex actis; quia in notorijs non ſeruatur iuris ordo.Rota deciſ.5.de lit.conteſt.in nouis,Aegid.dec.316. dicit,ꝙ quando nullitas prouenit extra acta cauſæ,tunc requiri litis conteſtationem,vel quãdo principaliter agitur ſuper nullitate,ſecus ſi incidenter, Decius in c.per tuas.n.13.& ſeq.de appellat. vide etiam Socin.in tract.reg.regula 239.

17 Nec † requiritur in poſſeſſorio cauſæ beneficialis, Rota dec. 4.de lit.conteſt.in ant.Afflict.dec.283.n 4.

18 Nec † in reſtitutione in integrum ad appellandum requiritur, Rota dec.6.de lit.conteſt.in ant.aliàs ſi à diffinitiua requiritur litis conteſtatio.c.2.vt lit.non cont.ali às fallẽtias ponit Socin.in d.tractat.reg.reg.239.240.241.242.& 243.

19 Teſtes † lite non conteſtata recipi non debent,c.j. & c. accedens,vt lit.non conteſt.& hæc eſt regula,vt in cap.quoniam.d. titulo in 6.

20 Fallit † quando timetur de morte,vel abſentia teſtium, vt d. c.quoniam.in prin.ſecũdò fallit in cauſa matrimoniali,& ſpirituali propter periculum adulterij,& peccati,d.c.quoniã.§.porrò,vel quando eſt facienda inquiſitio exceſſuum, vel teſtium publicatio,d.c.quoniam §.ſicut.in 6.

21 Cauſæ † verò in prouincia ex conſtitutione 16.lib.5.pendentes coram Præſide,& illius auditoribus,ſunt ſummariæ, quia dicitur in conſtitutione,ſummariè,de plano,ſine ſtrepitu, & figura iudicij,vt in d.clem.ſæpe.de ver.ſig.& propterea non requiritur formalis conteſtatio litis,quæ ſolum requiritur in cauſis nõ ſummariè tractandis,Purpur.conſ.291.nu.1.lib.1.& eſt regulare quòd in ſummarijs non requiritur litis conteſtatio. Franciſc. Marc.q.717.parte 1.n.1.

22 Sed † in dicta conſtitutione datur forma ſequens,videlicet ꝙ producto libello,& copia dãda reo,reus habet terminum duorum dierum ad excipiendum,& producendum exceptiones,& datis exceptionibus cum copia danda, vel oblata actori; actor habet terminum ad primam iuris a die datæ, vel oblatæ copiæ ad replicandum,& producendum replicationes, & oblata copia ipſarum, ſimiliter reus habet terminũ duorum dierum ad duplicandum,& prædictis factis,& legitimatis perſonis habeatur perinde,ac ſi lis fuiſſet conteſtata,& ſic præmiſſa forma ſeruit pro conteſtatione litis,præter id quod iudex, vel partes declarent litem eſſe conteſtatam,& hæc forma eſt ſumpta ex corpore iuris,vt dictum eſt ſupra nu.1.dum diximus de actione,exceptione,replicatione,& duplicatione.

23 Et † vlterius in iſtis iudicijs ſummarijs habetur lis pro conteſtata quando tractari incipit de meritis cauſæ,per dationem articulorum,gloſſa in cap.primo,in verbo abſentia.de elect.in 6. Franciſ Marci deciſ.717.

24 Fructus † vſuræ,damna,& intereſſe,quæ poſt litem conteſtatam debentur,etiam lite incepta per citationem, & non conteſtatam,& aliquando ante litem inceptam debentur, l.ſed & ſi lege.§.ſi ante.ff.de rei vend.vbi dicitur, ꝙ poſt litem conteſtatam omnes incipiunt malæ fidei poſſeſſores eſſe,poſt cõtrouerſiam motam omnes poſſeſſores pares fiunt, & quaſi prędones tenentur, nam cępit ſcire reus rem ad ſe non pertinentem poſſidere, prædo vero tenetur doli ante litẽ cõteſtatam, & hic vocatur dolus præteritus,& in l.certum.C.de rei vendi.dicitur, ꝙ malæ fidei poſſeſſor debet omnes fructus cum ipſa re præſtare,bonæ fidei extantes,poſt litis conteſtationem vniuerſos, & iſta lex non videtur cõtra dictum §.ſi ante.quia dicit, ꝙ malę fidei poſſeſſor tenetur reſtituere rem cum fructibus, & poſſeſſor malæ fidei efficitur poſt citationem, & motam controuerſiã, vt dicto §.ſi ante,& ex dicto §.ſi ante.declaratur d.l.certum, & ad hoc facit textus in l.fructus.ff.de rei vendic. ibi ſi nudæ proprietatis dominus petierit,& eo tempore ratio fructuum habebitur,& ſic à die petitionis,& denuntiationis,ſeu citationis, vt in l.ſi fundum.C.de rei vẽdicatio. ibi. per denuntiationem admonentibus tam fundum,quàm fructus,quos cum mala fide percepiſſe fuerit probatum † quæ mala fides denuntiatione probatur,Bart.in l.naturaliter nu.9. ff. de vſucapionibus, quia qui malam fidem allegat, illam probare debet, Rebuff. in l.bonæ fidei 110.ff.de verb.ſig.cart.619. & quibus modis probetur, & detegatur mala fides, latè explicat Menoch. de arbit.iud.lib.2. centuria 3.caſu 22.in quatuordecim caſibus,& qui contractus malę fidei exiſtant, declarat Rebuff. in dicta l. bonæfidei. cart.616.

Source : BIU Cujas

26 Mala fides † nihil aliud est, quàm conscientia, siue scientia rei alienæ.cap.si virgo,& glossa 34.quæst.2.& Abbas in c. consultationibus.de iure patron.& quòd scientia inducat malam fidem,est glossa in l.1.C.de his quibus,vt indign.in uerbo sciētes,& Balbus in repetitione l.Celsus.parte tertia, num.21. & in tract.præscript.in secunda parte tertiæ partis principalis q.3. nu.1.& seq.ubi dicit,ꝙ mala fides duplex est,vera scilicet, quæ ex sciētia certa rei alienæ resultat:& ficta,quæ prouenit ex persona alterius,vt puta auctoris,prout etiam ficta dicitur mala fides,quæ resultat ex lite vel litis contestatione,Bar.in l. illud.ff. de petit.hæred.& per Baldum in d.3.q.nu.3.& 4.

27 Bona fides † ex ignorantia ementis,vel contrahentis resultat, l.bonæfidei no.ff.de uer.sig.ubi Rebuff.congerit ferè omnes casus bonæfidei,& eius fraſes cart.615.& seq.

28 Violentus † spoliator tenetur fructus restituere à die spolij,& citra,l.1.§.ex die ff.de ui,& ui armata.c.grauis.de restit. spol.

29 In † interdictis habetur ratio fructuum ab eo die,quo præposita sunt interdicta,non retro,l.3.ff.de interd.

30 In † intruso propter decretum regressus,uel simile, quod inficit titulum,& possessionem à die intrusionis,& citra, Rota de cis.5.de resti.spo.& dixi alibi.

31 Et sic † dicendum est circa fructus,& interesse, quæ debētur post litem contestatam in omnibus curijs,in quibus uigore statutorum habetur lis pro contestata post seruatam certam formam,prout in cōstitutione præfata,& de qua dictum est supra, aliàs si non sit dicta forma seruata,ego ualde dubito, quia forma dat esse rei,& quicquid factum est forma non seruata, nullum est,ut dixi in c.ut minorum. Constitutionem Aegidianarum,gl.6.nu.172.& quod nullum est,non præstat impedimentum, Regula non præstat.de reg.iur.lib.6.quare ut aliquid operetur iudicium motum in casibus,in quibus fructus,& interesse non debentur,nisi post litem contestatam,ut patroni causarum animaduertant formam dictæ constitutionis seruare, ad hoc,ut lis habeatur pro contestata,& fructus, damna, & interesse debeantur post litem motam,& quę habetur pro contesta seruata forma dictæ constitutionis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in hoc in iudicio est ille,in cuius iurisdictione res sita est.*
2 *Iudex competens est,in cuius territorio personæ possidenti vis facta est.*
3 *Iudex competens in beneficialibus est Episcopus in hoc iudicio ex concilio Trident ino,licèt in aliquibus locis laici sint.*
4 *Iudex Ecclesiasticus cum laico est competens, quando occupat laicus rem Ecclesiæ.*
5 *Iudex competens super turbatione rei feudalis,quis sit.*
6 *Iudex suppremus est competens,quando quis turbatur super iure pascendi consistente in alieno territorio,cum quis turbatur.*
7 *Iudex in hoc iudicio non debet possessoribus prohibere, ne accedant ad loca possessa ante declarationem iudicialem.*
8 *Mandatum de manutenendo concedi non solet,nisi parte citata.*
9 *Cumulationem cum petitorio non impedit iudicium retinendæ.*
10 *Iudicium possessorium duplex,aliud summarium,aliud plenarium.*
11 *Iudicium possessorium summarium est,quando vtraque pars possidere prætendit de præsenti.*
12 *Summarium dicitur possessorium retinendæ,quia summariè proceditur.*
13 *Iudicium vti possidetis est personale in rem scriptum.*
14 *Litis contestatio in hoc iudicio requiritur,quando agitur,quis perpetuò possidere debeat.*
15 *Iudicis officium quando intentatur,non debet lis contestari.*
16 *Procurator nomine domini potest iudiciū mouere,quādo turbatur dominus.*
17 *Terminus actori præfigi potest ad agendum in hoc iudicio.*
18 *Iudicis officiū imploratur,quando partes quærunt possessionē armis tueri.*
19 *Iudicis officium conceditur illi qui possidet quouis modo.*
20 *Iudicis officiū cōtra turbantem respectu iniuriæ, & damnorū, & interesse.*
21 *Iudicis officiū implorare potest qui dubitat,ne in possessione molestetur, vel offendatur in persona.*
22 *Sequestrum in hoc iudicio quando fiat.*
23 *Sequestrum fit hæreditate iacente,& timetur probabiliter, ne partes deueniant ad arma.*
24 *Sequestrum fit,quando duo eodem tempore prætendunt possidere.*
25 *Sequestrum datur quando incertum est quis possideat.*

De Iudice,Iudicio,& Iudicis officio. Cap. XX.

1 Iudex † in hoc iudicio retinendæ,ille est,in cuius territorio res super qua turbatio fit sita est, l.1. ff. ubi de possessione agi oportet.

Est † etiam iudex competens ille,in cuius territorio personæ
2 possidenti uis facta est,c.sanè.de foro compet.ubi Socin. nu. 4. Menoch.de retinenda,remedio.3.nu.316.& seq.

3 In † beneficialibus,uel rebus Ecclesiasticis,si cleric⁹ turbatur uel à clerico,uel à laico, iudex cōpetēs est Episcopus in prima ĩstātia in qualibet diœcesi; quia clerici nō possunt conueniri, vel alios cōuenire in rebus Ecclesiasticis,nisi coram iudice Ecclesiastico,vt toto titulo de foro competenti extra,& hodie in concilio Tridentino est decisum sessione 24. cap.20. e reformatione, vbi statuitur, ꝙ omnes causæ ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinētes etiam si beneficiales oram ordinariis locorum cognoscantur duntaxat,& sessione 25.cap.3. ad finem versi.ne fas autem sit, prohiber magistratibu⁹ secularibus,ne impediant iudices ecclesiasticos procedere super causis concernentibus forum Ecclesiasticum,vel beneficiales contra quoslibet, quod concilium Tridētinum approbaū à Sede Apostolica, & ab omnibus Principibus Christianis vsique locorum seruari debet, & Principes seculares curare, v in eorū dominiis, statibus, & Regnis inuiolabiliter obseruetur, si cupiunt iram Dei placare, & eorum Regna, & status pacificè regere, & vti frui; nam in dicto concilio contra impedientes iudices Ecclesiasticos vti eorum officio censuræ Ecclesiasticę fulminatæ sunt, quæ separant inobedientes ab Ecclesia Dei, vnde hodie non faciunt, quæ dicit Menochius de iudicibus secularibus,cum quis turbatur in possessione beneficij in Galijs, vel aliis locis ꝙ iudex competens est iudex laicus,in dicto 3.remedio de retinenda à nu.323. vsque ad num.361. etiam qòd non opponatur iudicis incompetentia,ut num.343.Anch consi.98. Aymo consi.258.nu.4.

4 Et † non solum iudex Ecclesiasticus est competens quando agitur de re Ecclesiastica, sed etiam quando agitur contra laicum super qualibet re, quæ fuit à laico occupata de bonis Ecclesiæ. c.cum sit generale. de foro competenti, vbi Doctores, Lapus allegat.66.Menoch.in d.3.remedio,nu.361.& seq.

5 Quis † sit iudex competens, cùm fit turbatio super e feudali,vide Menoch.in d.3.remedio.nu.376.q.54.per totum.

6 Possidēs † in alieno territorio ius pascendi, vel aliquid aliud à iudice supremo domini illius territorij, tanquàm competenti manuteneri debet,Capicius decis.96.Menoch.de reinenda, remedio vlt. numero 21. nisi ius commune resistat possidenti in alieno territorio, Didac.in tract.practicarum quæst. cap.17. nume.6.versi.quarto.

7 Et † iudex in isto interdicto non debet prohibere possessoribus, ne ad possessionem accedant ante declarationem Iudicialem, Rebuff. super constitut.regiis in tract. de matria possessoria,artic.primo,glossa secunda,num 42.quia ante declarationem iudicialem nemo tenetur ius suum indiscussum relinquere.l.illud.ff.de petit.hæred.Inno.in c.in præsentia.de proba. practica Papien.in forma libelli pro turbata possi.versi animo & intentione.

8 Et non † solet iudex concedere mandatum de manutenendo,nisi parte citata,Bald.consi.338.lib.5.Decius consi;66.numero 13. quia hoc interdictum causa cognita dari doet.l.superficiario.ff.de rei vendic.& l.j.§.quod ait. ff. de superficiebus, Put.decis.216.lib.j.incipiente coram domino Mohedano, & ita etiā cauetur in reformationibus Romanæ Curiæ, Menoch. remedio vlt.de retinenda,nu.31.

9 Hoc † iudicium retinendæ non impedit cumulationē cum petitorio, nec ꝙ examinentur testes super dominio, ed quò ad ordinem prius super manutentione, quàm super dominio procedendum est,si pars hoc petat,Bar.in l.naturaliter.§.nihil commune.num.19.ff.de acquir.poss.Reuerendiss.Pallottus de cis.391. incipiente mandauerat Rota. & dicti in tract de rest. spol.in c.de suspensione petitorij.

10 Iudicium † possessorium duplex est,vnum plenarium, alterum summarium,Pau.de Cast.consi.3.lib.2.Franc. Cu.in l.admonendi.nu.203.ff.de iur.iur.Bal.in l.ordinarii. C.de rei vend. Plotus in l.si quando.nu.106.C.vnde vi.

11 De † plenario iudicio alibi diximus, de summario iunc dicendum est, nam summarium iudicium est, quando vtraque pars de præsenti possidere prætendit, vel quando possessio vacat, & vtraque pars prætendit se hæredem, vel velle possessionem acquirere, & nullus vult offerre libellum, & nulus vult esse actor,& quilibet vult esse reus,& timor est,ne partes deueniant ad arma, & tunc iudex potest capere ex officio informationes, & videre quis possideat,& prouidere contra non possidentem per monitoria, vel præcepta pœnalia, vt non turbet possidentem, & istud est iudicium summarium,& præparatorium ad aliud iudiciū plenarium, possessorium, vel petitoriū, Paul.de Cast.consi.3.lib.2.Cagnol.in l.in pari.num.7.ff.de reg. iur.Plotus in l.si quando.nu.107.C.vnde ui. Menoch.de retinēda remedio vlt.nu.4.& seq.

12 Et † dicitur summarium hoc iudiciū; quia proceditur summariè in eo,Alexan.consilio 66.numero septimo, lib.quinto. Menoch.in d.3.remedio,numero 448. tamen in eo requiritur causæ cognitio,etiam ꝙ intentetur officium iudicis, Menoch. remedio vlt.num.33.

13 Et † hoc iudicium est personale in rem scriptum, Socin. in c.sanè.nu.6. versi. septima declaratio, de foro competenti, & Menoch.in d.3.remedio.nu.318.

14 Litis † contestatio in hoc iudicio requiritur, quando agitur quis,

Source : BIU Cujas

quis, debeat possidere perpetuò, vel durante lite l.j.§.annũ, vbi Bar.in fin.ff.vti possid.Bal.in l j.C.si per vim, vel alio modo, Menoch.in dicto 3.remedio, n.555.q.70.sed quando agitur ad videndum, quis debeat esse actor, vel reus, & sic ad præparandum iudicium possessorium plenarium, vel petitorium, tunc non requiritur ordo iudicij, nec litis contestatio, nec libellus, Bal.in l. quisquis C.quorum appellat.non recipiuntur, Paul.de Castro cons.3.li.2.Plot.in l.si quando.n.112.C.vnde vi, & tunc sufficit semiplena probatio per vnum testem, Plot.ibi n 113.

15 Et † quando intentatur officium iudicis, non debet lis contestari, Menoch.d.remedio vlt.n.32.

16 Et † si turbetur dominus, procurator nomine domini potest iudicium mouere cõtra turbantem, vt desistat à molestijs illatis domino suo, vel obtinere mandatum de manutenendo, Menoch.d.remedio 3.nu..451.& seq.

17 Et † potest præfigi terminus ad agendum actori in hoc interdicto, Alex consi.88.nu.2.lib.5.

18 Officium † iudicis imploratur, quando partes quærunt eorũ possessionem armis tueri, & ne partes veniant ad arma, iudex officium impartitur, l.liberis.§.vlt.ff.de liber.causa, Lanfranc.in rub.de causa possess.& propriet.col.9.versi.prima conclusio, Capicius decis.96.in 2.dubio, & decis.209.nu.2.Berous consi.16.li.1.Menoch.remedio vlt.nu.1.& seq.

19 Concedit † etiam illi qui naturaliter, & ciuiliter possidet, vel in eo statu in quo quis reperitur, & ei in quem vigore statuti transfertur possessio sine apprehensione, Menoch.in dicto vlt. remedio, nu.14.& seq.

20 Imploratur † etiam officium iudicis contra turbantem respectu iniurię, & damnorum, & interesse, Plotus in l.si quãdo. nu.108.Menoch. in d.remedio 3.nu.550.& seq.

21 Et † ille qui dubitat ne in possessione molestetur, vel offendatur in persona, potest implorare officiũ iudicis, vt detur sibi licentia deferendi armat pro defensione suæ personæ, & possessionis, Plotus in d.l.si quando.numero 109.Capic.d.decis.96. in princip.

22 Sequestrum † fit per iudicem quando est timor armorum, si neutra pars possidet apud officium iudicis ordinarij, inhibẽdo partibus ne accedant ad illam rem, Plotus in l.si quando.n.99. & seq.C.vnde vi, Capic.decis.96.nu.1.& similiter quãdo, vna pars dicit, quòd possessio est vacans, altera pars dicit, ꝙ ipsa possidet, tunc ad euitanda scandala, fit sequestrum possessionis ex officio, Zuchard.in l.fin.C.de edicto nu.25. Menoch. de adipiscenda, remedio vlt.nu.25.& nu.31.

23 Et † quando iacet hęreditas, & timetur probabiliter, ꝙ in acquisitione possessionis partes veniant ad arma, vel veniant scãdala, fit sequestrum, c.in præsentia.in primo responso de probationibus, vbi Hostien & alij.

24 Est † quando duo prætendunt eodem die possidere, ad euitãda scandala, fit sequestratio possessionis ex officio Rotæ, Put. decis.37.1.lib.2.in fine.

25 Et † quando incertum est, quis possideat, pariter datur sequestrum. Rebuff super constitut.regijs, tomo 3.glo.2.num. 5.art. primo in tractatu de sequestro, cart.318.Bal.in c.1.col.2.de seq. pos.& fruct.per c.quia res.11.q.1.sed hoc casu possessor protestari debet ius suum saluum fore, tam in possessione, quàm in proprietate, l.interdum.ff.de acquirend.possess.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum ne vis fiat continet tuitionem possessoris missi in possessione à prætore.*
2 *Hoc interdictum est annale.*
3 *Interdictũ ne vis fiat, datur creditoribus missis in possessione custodiæ causa*
4 *Interdictum hoc, est prohibitorium, & restitutorium.*
5 *Interdictum præfatum comprehendit missum in possessionem, & eum qui prohibuit.*
6 *Interdictum, ne vis fiat, datur legatario misso in possessionẽ bonorũ hæredis.*
7 *Legatorum seruandorum causa missus in possessionem non possidet, sed custodiam habet.*
8 *Interdictum competit mulieri missæ in possessione ventris nomine.*
9 *Ventris nomine missus in possessionem non possidet.*
10 *Interdictum hoc competit misso in possessionem causa damni infecti.*
11 *Differentia interdicti ne vis fiat cum iudicio damni infecti.*
12 *Interdictum hoc datur misso in possessionem causa rei seruandæ, non autem mandatum de manutenendo.*
13 *Interdictum præfatum datur misso in possessionem contra eum, qui redeundo noluit admittere.*
14 *Interdictum ne vis fiat, datur misso in possessionem in vim pacti, licèt in extimatione rei erratum sit.*
15 *Missus in possessionem pro parte veri crediti, & pro alia parte non: sustinetur pro parte veri crediti.*
16 *Decretum, ne vis fiat, debet à prætore fieri, non ab exequutore.*
17 *Exequutor quando possit defendere, & tueri missum in possessionem.*
18 *Exequutores sententiarum an hoc facere possint.*
19 *Interdictum ne vis fiat, est generale.*
20 *Officium iudicis implorari potest, quando quis timet turbari, aut offendi in persona.*
21 *Interdictum hoc non datur contra pupillum, qui prohibuit missum possidere secus si tutor nomine pupilli prohibuit.nu.22.*
23 *Interdictum ne vis fiat, non procedit in possessione vigore mandati exequutiui, sed defenditur per interdictum vti possidetis.*
24 *Nec datur hoc interdictum misso in possessionem pro debito naturali.*
25 *Nec datur misso in posseſsionem propter creditum, cui obstat exceptio.*
26 *Nec datur hoc interdictum, quando obstat exceptio compensationis.*
27 *Exceptio competens reo debet opponi.*
28 *Exceptio quæ oritur ex ventre instrumenti, etiam parte non opponente iudex supplere debet.*
29 *Nec interdictum ne vis fiat, prodest ei, qui missus est in posseſsionem ex falsa causa.*
30 *Nec datur ei qui est creditor sub conditione ante impletam conditionem.*
31 *Nec datur cui est facta solutio, quia exceptione solutionis repellitur.*
32 *Turbanti quis prohibere potest nomine suo, & domini.*
33 *Pupillus doli capax potest prohibere, non autem ille qui non est capax doli.*

De interdicto ne vis fiat. Cap. XXI.

1 Proximum † interdicto vti possidetis, est interdictũ ne vis fiat, ideo hic aliquid de dicto interdicto dicere decreui; nam interdictum ne vis fiat ei, qui missus est in possessionem à prætore, continet tuitionem possessoris, vt venientes in possessione coerceat.l.prima, in prin.& §.1. ff.ne vis fiat ei.

2 Et † est annale hoc interdictum.l.j.§.fi.ff.ne vis fiat, Menoch. in 1.remedio de retinenda, nu.92.& seq.

3 Et hoc † interdictum datur creditoribus missis in possessionem custodiæ causa; quia non possident.l.3.§. creditores. ff. vti possid.propterea omnia exempla posita ī isto titulo, ne vis fiat, concernunt tales possessores, alia exempla hic posita melius adaptantur interdicto uti possidetis: nam possidenti datur interdictum uti possidetis.l.j.ff.uti possid.& quotiens quis nõ possidet, sed custodit, datur hoc interdictum, ut d.§.creditores.

4 Hoc † interdictum est prohibitorium, & restitutorium. l.j. §. actio.& l.3.§.cum prætor.ff.ne uis fiat ei qui in poss.ubi gl.dicit, quòd est prohibitorium, & restitutorium, dum prohibet, ne uis fiat misso in possessionẽ, & dum illum qui eiectus est restituit ad suam possessionem, licèt Menoch.in præludiis de retinenda possessione, nume.12.dicat, ꝙ sit interdictum adipiscendæ possessionis, sed leges dicunt, ꝙ est interdictum prohibitorium, & restitutorium: & ideo idẽ Menochius in 1.remedio de retinenda, nu.4.uidetur firmare ꝙ sit interdictum retinendæ, dum reprehendit Bart.& Zasium, qui uoluerunt non esse retinendæ, nec adipiscendæ, uel recuperandæ possessionis: sed ꝙ sit prohibitorium, & restitutoriũ, pater ex textu in d.l.j. & §. hæc actio, & §.cum prætor, & in rubr.ne uis fiat ei, qui in possessionẽ missus est, & non potest esse interdictum retinendæ; quia illud datur tantum possessori, ut l.3.§.creditores.ff.uti possid.iste q̃ missus est non possidet, ergo ei datur hoc interdictum, quod non est retinendæ possessionis, sed prohibitorium, antequàm priuetur possessione, posteaq̃ est priuatus possessione, est restitutorium ad illum statum, & ideo mihi placet opinio Bart. ꝙ non sit interdictum retinendæ, quod datur solum possessori, quòd non sit adipiscendæ, est pariter clarum: quia mittendus in possessione causa custodiæ non acquirit possessionem: quia non possidet, nec habet animum possidendi, & in adipiscenda, qui missus est in possessionem, possidet; quia habet animum acquirendi possessionem.l.j. §. cæterùm.ff.de acquir. possess. & in his duobus conuenio cum Bar.& sequacibus: ꝙ sit restitutorium, dicit textus in §.cum pretor.& in l.j.§.hæc actio.

5 Et hoc † interdictum comprehendit tam eum, qui ꝓhibuit, quàm eum qui expulit missum in possessionem custodiæ causa l.j.§.hæc actio.ff.ne uis fiat.

6 Datur † hoc interdictum legatario misso in possessionem bonorum hæredis.l.tertia.§.constitutum.cum §.sequenti. ff.ne uis fiat, quando mittantur in possessione legatorum nomine, ponit Menoch.de retinenda, remedio primo quæst.quinta, numero 43.& tandiu quis imponitur in possessione, quandiu ei satisfactum erit uoluntati defuncti, ut in d.§.constitutum.facit. l.certa.in fine.C.ut in possess.legat.

7 Et † missus in possessionem legatorum seruandorum causa non possidet, sed custodiam, & obseruationem habet.l.cum legati.ff.quibus ex caus.eat.& his prætor concedit interdictum ne uis fiat.

8 Conceditur † etiam mulieri pręgnanti immissæ in possessionem nomine uentris, donec pariat, ut toto titu. ff.de uentre in possess.mittendo, & ne ei uis fiat prouidetur in textu dictæ l.3. § cum prætor.ff.ne uis fiat, Menoch.in d.1.remedio de retinenda, num.48.q.6.

9 Et † misso in possessionem uentris nomine non possessionem, sed custodiam rerum, & obseruationem ei prætor concedit, nisi longo tpe duret l.3.§ fi.& l.si quis ante.§. denique.ff.de acq.pos.& propterea ei datur interdictum ne uis fiat.

Source : BIU Cujas

16 Conceditur † etiam missо in possessionem causa damni infecti; vt quia vicinus, qui habet ędes ruinosas, non cauit, vel nō promittit reficere damnum, quod ego propter ruinā pati possum, & ideo missus sum in possessionē. l. 4. in prin. l. fin. ff. ne vis fiat, vbi glo. & Doct. Menoch. in d. 1. remedio. nu. 53. q. 7.

11 Dum † verò idem Menoch. ibi numero 54. vult, quòd detur interdictum ei, qui est missus in possessionem impeditus, vel propter absentiam suam, vel quia prætoris copia haberi non potuit, & interim damnum datum est, videtur quòd dictæ opinioni obstet textus dictæ l. vltimæ. §. prætor, secundum intellectum glossæ. ff. ne vis fiat, dum dicit, damnū quod interim datum est haberet iudicium; nam damnum passus est, & non dicit habere interdictum, & glossa declarat ibi iudiciū, idest actionem in factum contra dominum ruinosę domus, vt in l. si finita. §. elegāter. ff. de damno infecto, & sic competit actio ex alia causa quàm ex eo; quia non admittitur iussu prætoris, vel missus reijciatur, & propterea glossa potest sustineri; quia interdictum ne vis fiat, non datur nisi misso in possessionem, non mittēdo; quia in rubrica dicitur, ne vis fiat ei, qui missus est in possessionem, & hoc dicitur in l. j. in prin. & §. j. d. tit. sed immittendo in possessionem habet locum iudicium damni infecti, non autem interdictum ne vis fiat, quod datur solum misso in possessionem: & ad hoc vt detur, debet probari, q̄ sit missus in possessionem, alias non datur dictum interdictum ne vis fiat.

12 Datur † etiam missо in possessionem causa rei seruandæ hoc interdictum, licèt non detur mandatum de manutenendo. l. 3. §. creditores. ff. vti possidetis.

13 Et † datur hoc interdictum contra eum, qui noluit admittere missum in possessione, dum missus reddit ad possessionem. l. j. §. hæc actio. ff. ne vis fiat, Menoch. d. 1. remedio. nu. 60. q. 10.

14 Creditor † missus in possessione rei in vim pacti exequutiui, vel dationis in solutum factæ à debitore, in qua fuit erratum in extimatione rei datæ in solutum; quia pro debito 100. fuit data in solutum res valoris 150. nam isto casu datio in solutum pro quantitate veri debiti, valet, residuum verò repetitur, Decius in l. cum amplius. colum. prima, versic. secundò. ff. de reg. iur. & in isto casu iudex inhibere potest, ne vis fiat, posito in possessionem, Afflic. decis. 178. numero octauo. Menoch. in d. primo remedio nu. 30. & seq.

15 Et † si duo mittuntur in possessionem alicuius rei, quorum vnus est verus creditor, alter nō sustinetur missio in possessionem in portione veri creditoris, Franc. Marc. q. 328. parte 2. & pro ista portione datur interdictum ne vis fiat, Menoch. in dicto remedio nu. 33.

16 Hoc † decretū, ne vis fiat, à prætore fieri debet, non ab exequutore, qui immittit eum in possessione. l. j. in princ. ff. ne vis fiat, ibi, ait prętor, si quis dolo fecerit, quo minus possideat quis permissu meo, eiusvè cuius iurisdictio de ea re fuerit in possessione bonorum sit, in eum in factum iudicium dabo, Menoch. d. 1. remedio. nu. 85. q. 16.

57 Et † ideo si exequutor in mādato de immittendo habet clausulam, in possessionē immittas, & immissum defendas, & tuearis, potest dictus exequutor immittere, & defendere vigore iurisdictionis sibi traditæ in dicto mandato de immittēdo immissum in possessione; quia non finitur in vno actu sed vltra exequutor habet iurisdictionem defendendi, & tuēdi immissum in possessione, donec possideat sine molestia, Staffile. in tractatu de literis gratiæ, & iustitiæ, cart. 97. versi. sequitur post modū, Rebuff praxi beneficiali in tit. declarationis nouæ prouisionis, in clausula, & defendant.

18 Sed † supradicti loquuntur in exequutoribus deputatis à Papa pro exequutione literarum apostolicarum, sed in aliis exequutoribus iudicium valde dubito; quia facta reali exequutione, & missione in possessionem eius qui a iudice mandatur immitti, cessant partes exequutoris, dicit tex. in l. à diuo Pio. §. sed post addictum, versic. certè. ff. de re iud. & hoc modo potest intelligi Menoch. in d. 1. remedio, nu. 90. quia missus in possessionem tueri debet à iudice, qui eum immitti mādauit. l. 3. in prin. & §. primo. ff. ne vis fiat, non ab exequutore iudicis, qui exequitur, cùm non possit vltra procedere, d. l. à diuo Pio. §. sed si emptor, quare longa est differentia exequutoris sententiarum, & literarum Apostolicarum.

19 Et † ideo hoc interdictum est generale, & continet omnes, qui in possessionē à prætore missi sunt, quos tueri debet in possessione, siue missi sint rei seruandæ causa, siue legatorum, aut ventris nomine, & missus habet ex hoc edicto actionem in factum. l. j. §. est autem. ff. ne vis fiat, & ibi glossa allegat concordantes, Menoch. in d. primo remedio, nu. 6. & 11.

20 Et † vbi quis timet turbari in possessione, seu offendi in rebus, vel pſona, implorare pōt officiū iudicis, vt inhibeat sub pęna, ne vis fiat, aut turbet in possessione, vel pſona sine alio libello, Plotus in l. si qñ. nu. 108. C. vnde vi, & petens hoc interdictū à iudice, non perdit suam possessionem, cū non timeat se posse repelli, & iudex non præsumitur velle aliquem spoliare, sed defendere, Ruyn. consi. 165. nu. 7. lib. 5. Aretin. consi. 31.

21 Interdictum † huiusmodi ne vis fiat, non datur cōtra pupillum qui prohibuit missum in possessione possidere, ex eo quia in pupillo non est dolus, l. 1. § hoc edicto ff. ne vis fiat, Menoch. de retinenda, remedio 1. nu. 70. q. 11.

22 Secus † si tutor nomine pupilli prohibuit, l. j. §. hoc edictum. ff. ne vis fiat, vbi Bart. & Alij, Menoch. in d. 3. remedio, numero 75. quæst. 12.

23 Possessio † canonicè quæsita vigore mandati exequutiui iuxta deci. Cassad. 6. nu. 11. de causa possess. & propriet. non defenditur per interdictum ne vis fiat, sed per interdictum vti possidetis, quia talis missus in possessionem possidet, & possidēti nō datur interdictum ne vis fiat, l. 3. §. creditores. ff. vti possid.

24 Misso † in possessionem pro debito naturali, ex nudo pacto, & sic nulliter, quia sine actione competenti parti fecit hoc iudex, non datur interdictum ne vis fiat, nec vti possidetis, Bar. in l. 1. §. hæc verba. nu. 2. ff. ne vis fiat, Bal. in rub. ff. de constit. pecunia. Menoch. in d. 1. remedio, nu. 39. & seq.

25 Et † non competit interdictū illi, qui missus est in possessionem propter creditum, cui obstat exceptio; quia propter nullā causam in possessionem missus est, l. 1. §. hæc verba. in fine ibi. vel exceptione submoueri potest, nihil prodesse ædictum ne vis fiat, quia non dicitur obligatus, qui exceptionem habet, l. vel obligatus. §. obligatus. ff. de liberali causa, ibi, obligatum accipere debemus, si exceptione tueri se nō potest, cæterùm si potest, dicendum non esse obligatum, & l. Fulcinius §. idem erit. ff. ex quibus causis in possessionem eatur, & si quis habeat quidem actionem, sed talem, quæ per exceptionem repellatur, & l. nihil interest ff. de reg. iur. & si quis ipso iure actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur, & l. non videtur cæpisse. ff. de reg. iur. vbi Decius declarat vtranque regulam, & ibi etiam Cagnolus, & Mainerius.

26 Et † datio in solutum à iudice facta atque confirmata vitiat, si obstat exceptio compensationis, Ruyn. consi. 160. nu. 26. lib. 2. & propterea non tuetur hoc interdicto ne vis fiat. Menoch. dicto remedio primo nu. 38.

27 Secus † verò si non opponitur per reum exceptio, videlicet quando exceptio est separata ab actione, vtputa pactum de nō petendo postea factum; quia tunc valet processus, glossa in l. si vnus. §. pactus ne peteret, quam sequitur Bar. & alii. ff. de pact. Decius in l. non videtur cępisse, qui per exceptionem remouetur, num. 4. ver. secus. ff. de reg. iuris.

28 Sed si † ex actis constaret de exceptione, vtputa quando orit ex ventre instrumenti, tunc iudex parte non opponente supplere debet, & tenetur. Alex. consi. 186. in fin. li. 2. & consi. 225. lib. 6. nu. 2. Cassad. de rescrip. decis. 10. nu. 10. Decius in d. regula, non videtur. nu. 5. vbi additio de reg. iur.

29 Nec † prodest ei hoc interdictum, qui ex falsa causa missus est in possessionem à prætore, quia propter nullam causam missus est in possessionem, l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat, & quia is mittitur ī possessionem, qui potest bona ex edicto vendere, l. pe. §. fi. ff. quibus ex caus. in possess. eatur, & ei qui est missus in possessionem ex falsa causa, doli exceptio opponi potest, & hac exceptione eum repellere, Bar. in d. §. hæc uerba. Menoch. in d. 1. remedio, nu. 15. & 19. & 20.

30 Nec † datur interdictum ei qui est creditor sub conditione ante conditionem impletam; quia repellitur exceptione, l. si quis creditorem. ff. quibus ex caus. in possess. eatur.

31 Nec † minus creditori, cui est facta solutio; quia improbꝰ est, qui vult iterum consequi, quod recepit, l. si quis. §. si quis. la 2. de re iud. l. bona fides ff. de reg. iuris, ratio est, quia potest repelli exceptione solutionis.

32 Prohibere † potest turbanti, vel facienti vim quis, & nomine suo, & domini, l. 2. in fine. ff. ne vis fiat.

33 Et † pupillus doli capax prohibere pōt, secus si non sit doli capax, l. 1. §. hoc edicto. ff. ne vis fiat, Menoch. in d. 1. remedio, num. 75. q. 12. & nu. 78. q. 13.

SVMMARIVM.

1 *Exhibendum agi oportet in interdicto vtrubi.*
2 *Exhibere aliquando significat alere.*
3 *Exhibere est in publico potestatem facere, vt sit agenti copia experiundi.*
4 *Exhibere reum significat repræsentare.*
5 *Exhibendum qui vult agere summatim, docere debet de suo interesse.*
6 *Item debet docere de causa probabili, & iusta.*
7 *Actio ad exhibendum competit pluribus ex diuersis iuribus agentibus.*
8 *Exhiberi debet res in eo loco, in quo erant, quando fuit lis contestata.*
9 *Exhibere qui cogitur, possidere debet. & aliquando qui non possidet. nu. 18.*
10 *Possidens non habens facultatem exhibendi, data cautione liberatur.*
11 *Exhibitio non sufficit, sed debet in eadem causa præstare, cum iudicium acciperetur.*
12 *Exhibens rem deterioratam liberatur.*
13 *Exhibitio quando non fit, datur actio ad interesse.*
14 *Interesse probari potest per iuramentum in litem.*
15 *Actio in factum quando ratio scripta est in carta aliena.*
16 *Agens actione in factum debet dicere omnia argumenta.*

Source : BIU Cujas

17 *Ad interesse tenetur non exhibens seruum si mortuus est pendente iudicio.*
19 *Actione reali agente competit actio ad exhibendum.*
20 *Actio ad exhibendum personalis datur contra hæredes.*
21 *Actio hæc datur contra possessorem, & eum qui habet facultatem exhibendi.*
22 *Exhibere tenetur qui est in possessione legatorum seruandorum causa.*
23 *Et datur contra depositarium, legatarium, & similes.*
24 *Exhibendum agi potest contra eum, in cuius fundo res mea posita est.*
25 *Pro glande quæ cecidit in fundo tuo, agere possum ad exhibendum.*
26 *Rota vehiculi mei posita in tuo vehiculo, exhibetur.*
27 *Ruta cæsa venditor exhibere tenetur.*
28 *Optio cui relicta est ad exhibendum, agere potest.*
29 *Torqueri si debet seruus ad exhibendum, agi oportet.*
30 *Noxali iudicio agens, ad exhibendum agere potest.*
31 *Chirografa sunt exhibenda, soluto debito.*
32 *Thesaurum meum positum in tuo fundo, non exhibetur.*
33 *Nauis transportata in fundo tuo vi fluminis, non exhibetur.*
34 *Gemma inclusa in auro non exhibetur, nec sigillum candelabro, nec tignum iniunctum ædibus.*
35 *Exhibendum sæpius agi non potest ex eadem causa.*
36 *Non tenetur exhibere, si res interierit.*
37 *Hæredi hæc actio ad exhibendum non datur.*
38 *Testamentis exhibendis non datur hæc actio.*
39 *Exceptio clara in hoc iudicio debet admitti.*
40 *Exceptiones quæ admittuntur in hoc iudio.*
41 *Alimenta seruo exhibendo quis præstare teneatur.*

De actione ad exhibendum. Cap. XXII.

1 IN † interdicto vtrubi, quod datur pro re mobili, agi oportet ad exhibendum rem mobilem, super qua petitur interdictum, vt l. 3. § Pomponius ff. ad exhibendum, & Cuiaci. lib. 5. obseruationum. c. 3. dum ponderat illa verba, tertius possessionem suam contendat, ideo hic aliqua tractabo de actione ad exhibendum, licèt sit introducta hæc actio principaliter propter rei vendicationem l. j. ff. ad exhibendum.

2 Exhibere † aliquando significat alere l. 1. § si pupillus ff. de tutel. & rat. distr. Rebuff. in l. plus ff. de ver. sig. car. 190.

3 Est † etiam exhibere in publico potestatem facere, vt ei qui agit experiundi sit copia l. 2. ff. ad exhibendum, l. 3. §. quid sit ff. de tabul. exhi. l. plus est. 22. ff. de ver. sig. vbi Alciatus, & Rebuff. cart. 190. ponit duodecim phrases quibus fit exhibitio.

4 Exhibere † reum significat repræsentare, Rebuff. in l. plus est, ff. de ver. sig. car. 190. ver. tertio, & exhibere est præsentiam facere rei, vel personæ de qua agitur, & nō exhibet qui mutum, infantem, aut furiosum exhibet; quia hi non sunt præsentes, licèt eorum præsentia exhibeatur, l. fin. ff. de verbo. sign. vbi Alciat. & Rebuff.

5 Qui † vult agere ad exhibendum summatim, docere debet de suo ītereſſe, & iudex doctus de interesse coget partem ad exhibendum, l. 3. §. sciendum ff. ad exhibendum, si tamen durat interesse vsque ad sententiam, l. 3. §. Pomponius, & l. si liber. ff. ad exhibendum.

6 Debet † etiam docere de causa probabili, & iusta, qui agit ad exhibendum, l. 3. §. si mecum, ff. eod. ti. & propterea quis non tenetur exhibere suas compositiones alteri petenti illas exhiberi licèt si exhiberētur alter studiosus doctior fieret ex dicta lectione, l. penul. in fin. ff. ad exhibendum, & non debet calumniari, dicta l. pe. in princ.

7 Hæc † actio competit pluribus ex diuersis iuribus agentibus, l. 3. §. Pomponius. ff. ad exhibendum, & non solum agit ad exhibendum qui vult vendicare, sed cuius interest, l. 3. §. sciendum. ff. ad exhibendum.

8 Res † exhiberi debet in eo loco, in quo erat, quando fuit lis contestata, l. sed etiam si. §. quo autem ff. eodem.

9 Qui † cogitur exhibere possidere debet, saltem litis contestatę tempore, l. tigni appellatione, & §. pen. ff. ad exhibendum, & si non possidet omnes res sed aliquas, tenetur illas quas possidet exhibere, l. sed & si. § si. ff. eodem, nisi dolo desierit possidere, l. 5. C. ad exhibendum, & l. Iulianus. in prin. & §. si quis rem, & l. si uir. ff. ad exhibendum.

10 Et † qui possidet, & non habet facultatem exhibendi, data cautione de exhibendo quando habebit facultatem, liberatur. l. 5. § item si quis ff. ad exhibendum, & instit. de offic. iudic. §. ad exhibendum.

11 Qui † vult exhibere non sufficit sola exhibitio, sed debet in eadem causa præstare, iu qua fuit, c tùm iudicium acciperetur, l. Iulianus. § quantum. ff. ad exhibendum. §. si ad exhibendum. in-

12 stit. de offic. iud.

Et ille † qui exhibet rem deteriorata m, liberatur à iudicio exhibendi, sed exhibens tenetur iudicio l. Aquiliæ, vel actione in factum, l. si quis sciens, ff. ad exhibendum, l. exhibitionis, C. d. tit.

13 Et † actio ad interesse dat, qñ nō fit exhibitio, l. Iulianus. §. fin. & ll. sequētibus. ff. ad. exhib. & §. si ad exhibēdū. instit. de offi. iud.

14 Et † interesse probari potest per iuramentum in litem, l. 3. §. præterea ff. dicto tit.

15 Actio † in factum datur, quando rationes scriptę sunt in carta aliena, sed si in propria, datur actio ad exhibendum. l. 3. §. interdum. & l. Iulianus. §. si tibi decem. ff. ad exhibendum.

16 Et † agens hac actione debet dicere omnia argumenta rei, de qua agitur, ideſt oēs demōstrationes rei, vtputa si agatur de seruo, debet dicere, cuius sit staturæ, pilaminis, ętatis, & an sit magnæ, vel paruæ staturæ. l. 3. in prin. vbi glos. ff. ad exhibēdum.

17 Tenetur † etiam ad interesse, si mortuus sit seruus pendente iudicio ad exhibendum, etiam ꝙ sine culpa possessoris interierit. l. de eo exhibendo. §. si post. ff. ad exhibendum.

18 Aliqñ † tenetur ad exhibendum etiam is, qui non possidet, l. Celsus. §. idem Celsus. l. Iulianus. §. glans. ff. ad exhibendum.

19 Hæc † actio ad exhibendum competit agenti reali actione, etiam pignoratitia seruiana, hypothecaria, & petituro vsumfructum, & ei qui interdicturus est. l. tertia. §. est autem. & §. Pōponius. ff. ad exhibendum, dicit, quòd datur domino, secundò vsufructuario, tertiò possessori, quartò habenti hypothecam, & ibi vide glossam.

20 Et † licèt hæc actio personalis sit. l. 3. §. est autē. ff. ad exhibendum, tamen datur pro re exhibenda, & datur contra hæredes ex dolo defuncti, si hæreditas locupletior eo nomine facta sit, veluti ꝙ pretium rei cōsequutus sit. l. de eo. §. fi. & l. Celsus. & l. si ad exhibendum. ff. eodem.

21 Et † datur hæc actio contra possessorem, & eum qui habet facultatem exhibēdi, siue ciuiliter, siue naturaliter possideat. l. 3. §. pen. ff. eodem.

22 Tenetur † etiam ad exhibendum, qui legatorum seruandorum causa in possessione sit. l. Celsus. §. Iulianus. ff. eodem.

23 Et † contra depositarium, locatarium, & similes datur dicta actio. l. cum eo ff. eodem.

24 Si res † mea sit posita in tuo fundo, vel area, tecum agere ad exhibendum possum l. Celsus. §. idem Celsus. ff. eodem.

25 Et † pro glande, quæ cecidit in fundo tuo, agere possum ad exhibendum. l. Iulianus. §. glans. ff. eodem.

26 Rota † vehiculi mei posita in tuo vehiculo exhibetur. l. gemma. ff. ad exhibendum.

27 Ruta † cęsa ex fundo vendito emptor exhibere tenetur. l. 5. §. idem Iulianus. ff. eodem.

28 Cur † relicta est optio alicuius rei, ad exhibendum agere potest. l. 3. §. idem si optaret. ff eodem.

29 Si † seruus torquendus est, ad exhibendum agi oportet. l. fin. ff. eod. l. 2. C. dicto tit.

30 Et † idem si noxali iudicio agi velit, ei actio ad exhibēdum competit. l. 3. §. si quis noxali. ff. eodem.

31 Soluto † debito creditor agere potest ad exhibendum chirografa contra tertium. l. solutione. ff. eodem.

32 Thesaurum † meum positum in tuo fundo non cogeris exhibere, quia illum non possides, nec dolo fecisti, quominus possideres, prætor enim hoc casu iudiciū dat, vt caueat de damno infecto l. thesaurus meus. ff. eodem.

33 Et † idē dicēdū de naui trāsportata in fundo tuo vi fluminis, quia illā non possides, non teneris exhibere. l. ratis. ff. de incendio ruina, & naufragio, & l. 5. §. idem Celsus. ff. ad exhibendum.

34 Nec † exhibetur gēma inclusa in auro, nec sigillū in candelabro, nec tignum iniunctum ędibus. l. gemma. ff. ad exhibēdum.

35 Ad † exhibendum sępius agi non potest ex eadem causa, secus si ex noua causa. l. si de eo §. j. ff. eod. & l. 3. C. eodem.

36 Si † res interierit, quis ad exhibendum non tenetur, nisi dolo malo possidendo interierit. l. Iulianus. in prin. & §. si quis. & per totam l. ff. eodem.

37 Hæredi † hæc actio ad exhibendum non datur quasi hæredi, sed nomine suo, & non hæreditario. l. de eo. § fi. ff. eod.

38 Nec † pro exhibendis testamentis datur actio ad exhibēdū, sed datur interdictum de tabulis exhibendis. l. 3. §. si quis extra. ff. ad exhibendum.

39 Exceptio † clara in hoc iudicio debet admitti allegata per possessorem, obscura, vel requirens altiorem indaginem reseruatur in petitorio. l. 3. §. ibidem. ff. eodem.

40 Exceptiones † quæ admittunt in hoc iudicio, sunt pacti conuenti, doli mali, iurisiurādi, & rei iudicatę. d. l. 3 §. ibid. ff. eodem.

41 Alimenta † verò præstanda seruo exhibendo præstare tenetur aliquando possessor, & aliquādo actor. l. sed & si. §. planè. ff. eodem, vbi glossa & Docto.

SVMMARIVM.

1 *Publiciana habet partim proprietatis, partim possessionis, & in ea potest quis esse possessor non dominus.*
2 *Emens à non domino ex iusta causa, non est effectus dominus rei, si possessio ab eo auferatur, potest dicere vsucepisse, ad hoc vt vendicet possessionem,*
3 *Publiciana vt competat, quæ concurrere debeant.*
4 *Publiciana competit, quando interuenit constitutum.*
5 *Publiciana datur pro legato & donatione causa mortis.*
6 *Publiciana datur pro dote.*

Source : BIU Cujas

7 *Publiciana datur, si res tradita sit in solutum.*
8 *Publiciana datur ex causa iudicati.*
9 *Publiciana datur ex causa noxæ.*
10 *Publiciana datur ex causa noxali dato à prætore.*
11 *Publiciana competit pro re adiudicata.*
12 *Publicianam habet emens à minore, quem putauit maiorem.*
13 *Publiciana competit ementi à furioso ignoranter.*
14 *Publiciana in rem actione omnia erunt necessaria, quæ in rei vendicatione.*
15 *Publicianam habet, si quis rem accepit ex causa lucratiua.*
16 *Vsufructu tradito datur publiciana.*
17 *Emptori pretio non soluto datur publiciana, si res tradita sit.*
18 *Publiciana ad quid inuenta.*
19 *Publiciana venit possessio, & quasi proprietas.*
20 *Exceptiones quæ admittuntur in publiciana.*
21 *Bona fides emptoris sufficit, licet vendens sit in mala fide, in publiciana.*
22 *Bonæ fidei emptor quis sit.*
23 *Bona fides requiritur in emptione, & acquisitione possessionis.*
24 *Publiciana non datur non habenti aliquem titulum.*
25 *Nec datur illi qui non emit bona fide.*
26 *Furtiuis rebus non datur publiciana.*
27 *Hæres furis non habet hanc actionem.*
28 *Vectigalibus bona fide traditis competit publiciana.*
29 *Pro partu ancillæ furtiuæ, publiciana competit.*
30 *Publiciana non competit in re prohibita alienari.*
31 *Publiciana contra titulo possidentem an detur.*
32 *Exceptio iusti dominij agenti publiciana obijci potest.*
33 *Publiciana veniunt res, & accessoria.*
34 *Publiciana peti potest totum, & pars.*
35 *Libelli forma in publiciana quæ sit.*

De publiciana in rem actione. CAP. XXIII.

1 PVBLICIANAM † hic annectere voluit; qa habet partim causam possessionis, & partim proprietatis, vt l. eum qui. §. publiciana. ff. de publi in rem actione, & in ea quis possessor esse possit non dominus, l. j. §. huius autem. ff. vti possid. vt sciatur quando sit, vel non sit manutenendus possessor bonæ, vel malæ fidei, & ī hoc potest esse vtilis hæc appendix.

2 Ille † qui a non domino bona fide aliquam rem comparauit ex iusta causa, vt puta emptionis, donationis, aut dotis, nec dū eius rei dominus effectus est, si hoc casu possessionem amiserit, nullam habet actionem directam in rem, vt illam vendicet, iō inuenit prætor actionem, vt dicat is qui possessionem habet, eā rem se vsucepisse, quam non vsucepit, & ita vendicat suam esse, & possessionem amissam consequitur. §. sed istæ quidem, institu. de actio. & l. j. & l. quæcunque in princ. ff. de publiciana. Viuius in tractatu communium opinionum, ī verbo actio publiciana, & duobus sequen.

3 Publiciana † vt competat, hæc debent concurrere, vt bona fide quis emerit & ei res empta eo nomine sit tradita, aliàs ante traditionem licet bonæ fidei emptor sit, non cōpetit publiciana, l. eum qui. §. vt igitur. ff. de publiciana, & competit, etiam cp res sit tradita hæredi, l. siue emptori. ff. eodem, vel alteri mea voluntate tradita sit, l. si ego. eodem titu. & etiam cp momēto possederit post traditionem, l. cū sponsus. §. fin. & §. publiciana. eodem titu. etiam pro infante seruo nōdum anniculo, agi potest publiciana: & quæ sint necessaria ad hoc, vt competat publiciana, ponit Viuius in tractat. communium opinionum, in verbo actio publiciana, & tria sunt necessaria, titulus sufficiēs ad trāsferendum dominium, traditio, & bona fides. Are. & Ias. in §. sed istæ. inst. de actio. Socin. Iun. consil. 135. num. 18. libro secundo. Corn. consi. 87. libro 3. num. 12.

4 Et † quando interuenit constitutum, competit publiciana, Tiraquell. de constituto parte j. num. 16.

5 Datur † etiā publiciana pro legato & donatione causa mortis. legatario, & donatario, qui amiserunt possessionem, l. j. §. fin. cum ll seq. ff. de publicia in rem actio.

6 Et † ei cui dotis nomine tradita res est; quia datur ex iustissima causa, siue extimata sit, siue non, l. 3. §. fin. ff. eodem.

7 Item † si ex cā iudicati res tradita sit, dicta l. 3. in fine ibi item.

8 Item † si soluendi causa tradita sit, l. 4. ff. eodem.

9 Item † ex causa noxæ, siue vera, siue falsa causa sit, l. 5. ff. eodē.

10 Item † si seruū ex causa noxali; quia non defendebatur, iussu prætoris duxero, & amisero possessionem, competit publiciana, l. item si seruum. ff. eodem.

11 Et † quando res adiudicata est, competit publiciana, & si lis fuerit extimata, similis est venditioni, & si reus obtulit litis extimationem, locus est publicianæ, leg. sed & si. in princip. ff. de publiciana.

12 Emeris † a minore quem putauit maiorem, habet publicianam, secus si sciebat illum esse minorem, l. sed & si. §. si a minore. ff. eodem, nam qui emit a pupillo, debet probare emisse tuto re auctore, & lege nō prohibente, sed si emit a falso tutore, bona fide emit, & lege non prohibente, l. quæcunque. §. qui a pupillo. ff. eodem, vbi etiam Doctores.

13 Et † ementē a furioso, ignorante illum esse furiosum, competit publiciana, l. sed & si. §. Marcellus. ff. eodē, vbi etiam glossa, & Doctores.

14 In † publiciana in rem actione omnia eadem erunt necessaria, quæ in rei vendicatione, l. sed & si, §. publiciana, & §. in publiciana. ff. eodem.

15 Ex † causis lucratiuis si quis rem accepit, habet publicianam; quia etiam aduersus donatorem competit, l. sed & si, §. sed & si quis. ff. eodem.

16 Pro † vsufructu tradito datur publiciana, & idem in seruitutibus, l. si ego. §. j. ff. eodem.

17 Et † emptori pretio non soluto, dum tamen res tradita sit, datur publiciana, l. de pretio. ff. eodem.

18 Et † publiciana non est inuenta, vt res domino auferatur: eius argumenti primò est æquitas, deinde exceptio dominij; sed vt is qui bona fide emit possessionē potius, quàm rem habeat, l. vlti. ff. de public.

19 Et † ī hac actione venit & possessio, & quasi proprietas, l. sed & si, §. publiciana. ff. eodem, & dominium deducitur pro quodam colore possessionis, vt facimus in beneficialibus, & propterea hæc actio non datur non habenti aliquem titulum, sed habenti titulum coloratum cum bona fide, l. quæcunque. §. interdictum. ff. eodem.

20 Sed † si dominus egit contra bonæ fidei possessorem, & bonæ fidei possessor sit absolutus, deinde possessionē amiserit, & à domino petierit possessionem, & dominus opponat exceptionem dominij, aduersus exceptionem dominij agēs replicat exceptionem rei iudicatæ, l. si quis rem. ff. de exceptione rei iudic.

21 Et † sufficit bona fides emptori, licet vendens sit in mala fide, & callido consilio vendiderit, l. sed & si, §. prætor ait, & §. bonam. ff. de publici. ibi, bonam fidem solius emptoris continet.

22 Et bonæ † fidei emptor est, qui rem, quam emit, ignorauit esse alienam, & putauit venditorem habuisse ius vendendi, l. bonæ fidei. ff. de verborum significa.

23 Bona fides † requiritur in emptione, & in acquisitione possessionis, nam qui capit possessionem rei alienæ, non est in bona fide, nec ei competit publiciana, l. sed & si. §. prætor. ff. eodē, vbi glossa, & in dicta l. sed & si, §. publiciana dicitur, quòd sufficit habere bonam fidem de tempore emptionis, ideo quod ante, vel post venditionem factum est, non nocet, & in §. in hac, eadem l. dicitur, quòd debet attendi bona, vel mala fides auctoris, non successoris, & serui ementis dolus, non mens vendentis spectanda est.

24 Non † datur hæc actio illi, qui non habet aliquem titulum, vt puta habenti pignoratitiam, & precariam possessionem, qui non credunt se dominos, l. quæcunque. §. interdum. ff. eodem, nec cessio iurium sine possessione cedentis potest dare titulum aptum ad transferendum dominium, & ita seruari vidi.

25 Nec † datur illi, qui non emit bona fide, l. sed & si. §. prætor, & §. Iulianus. ff. eodem.

26 In † rebus furtiuis, vel seruo fugitiuo, quæ non possunt vsucapi, non datur publiciana, l. siue autem. §. hæc actio. ff. eodem, vbi glossa.

27 Hæres † furis non habet hanc actionem: quia vitiorum defuncti successor est, l. si ego. §. partum. ff. eodem.

28 Fallit † in vectigalibus, quæ bona fide tradita sunt, licet vsucapi non possint, l. cum sponsus. § in vectigalibus. ff. eodem.

29 Et † fallit in partu ancillę furtiuę, qui conceptus est apud bona fidei emptorem, l. si ego. §. partus. ff. eodem.

30 Nec † competit publiciana ī re prohibita alienari a lege, vel constitutione; quia his casibus neminem prætor tuetur. l. sponsus. §. si res. ff. eodem,

31 Nec † datur contra titulo possidentē, Alexand. consilio 90. numero 7. lib. 2. & consi. 83. num. 13. libro 3. nec datur contra titulo possidentem pro hærede, additio ad Barto. in l. nec alius. ff. de petit. hæredita.

32 Exceptio † iusti dominij publiciana agenti obijci potest, leg. penulti. ff. eodem.

33 Et † in hac actione non solùm res empta, sed accessoria veniunt, leg. si ego. §. idem ait, & §. quod tamen. vbi de eo quod accessit per alluuionem, & idem in statuis emptis partem rescissā peti posse, & idem de area, & insula, quæ ei accessit, vt dicta leg. si ego. in fine, ff. eodem.

34 Et † non solum potest rem totam, sed partem petere publiciana, l. cum sponsus. §. & si pro parte, & leg. Iulianus. §. item si hæreditatem, ff. eodem.

35 Libelli † forma in publiciana, ponunt glossa, Ioannes Faber, Aretin. & Ias. num. 79. in §. sed istę, institu. de actio. Felyn. in cap. cum contingat. de offic. deleg. Soc. Iun. consilio. 128. num. 1. libro 2. & consuluit cp alternatiuè formetur.

SVMMARIVM.

1 *Confessoria competit pro seruitute, & agens confessoria quid probare debet. & numero 4.*

Confes-

Source : BIU Cujas

2 *Confessoriæ actionis pr oprium est, quòd quis sit actor, & possessor.*
3 *Confessoria habet admixtam causam proprietatis.*
5 *Seruitutes quæ debentur prædijs vicinis, transeunt ad emptores.*
6 *Seruitus debita fundo plurium personarum, pro ea omnes agere possunt.*
7 *Confessoria actione petitur, vt aliquid facere liceat.*
8 *Petitio in confessoria est, vt impedimentum leuetur.*
9 *interdictum quod vi, aut clam, datur pro confessoria.*
10 *Operis noui nuntiationis remedium datur pro confessoria.*
11 *Vti possidetis interdictum datur pro confessoria.*
12 *Confessoria competit ei, qui seruitutem prætendit habere.*
13 *Confessoria datur contra negantem mihi seruitutem competere.*
14 *Confessoria competit, antequam ædificetur.*
15 *Fructuario datur confessoria.*
16 *Seruitute imposita non tradita, qua actione consequatur.*
17 *Iudicium factum in confessoria, an impediat super interdicto de itinere, actuque priuato.*

De confessoria actione. Cap. XXIIII.

1 QVIA † dictum est superius, ꝙ pro seruitutibus datur manutentio, ideo aliquid dicendum est de actione confessoria, & negatoria, quæ competunt pro seruitutibus: & qui intentat hoc iudicium, tenetur probare vsum esse itinere hoc anno, non vi, non clam, nec precario, l. 2. §. Pomponius. ff. si seruitus vend. Menoch. de retinenda, remedio 5. nu. 2. & si non est vsus hoc anno, non datur, ibi. nu. 77.

2 Et † proprium istius actionis confessoriæ est, ꝙ quis sit actor, & possessor. l. 6. §. sciẽdum, ff. si seruit. vendic. & ille dicitur possessor qui seruitutem sibi deberi prætendit, vel dicit, l. sicuti, §. sed si quæritur, ff. dicto ti.

3 Et † hoc remediũ habet admixtam causam proprietatis, Menoch. in d. 5. remedio, nu. 3. & competit domino pro iure seruitutis, l. 1. in prin. & ibi Bart. ff. si seruit. vendi.

4 Et † dantur hæ actiones pro seruitutibus debitis illis, qui sunt domini prædiorum vicinorum, l. 1. in prin. & l. 2. ff. si seruit. vẽd. quia seruitutem nemo vendicare potest, nisi qui dominium in fundo vicino habet cui fundo seruitus debetur.

5 Et † seruitutes, quæ debentur prædijs vicinis, transeunt ad emptores illorum prædiorum, l. testatrix, §. fundo. ff. si seruit. vendic. nisi aliter actum sit inter contrahentes, l. si partem. ff. eodẽ ti. datur etiam hæredi, Menoch. de retinenda, remedio 5. n. 70.

6 Et † si fundus cui debetur seruitus, sit plurium personarum, omnes agere possunt, & sententia lata in fauorem vnius, alijs prodest, l. 4. §. si fundus ff. si seruit. vendic. vbi glossa, & est ratio, quia diuisionem hæc res non recipit, vt dicit textus in d §. si fundus, & ibi gl. & Doctores, & l. vna ff. de seruitut.

7 Et † in hac actione confessoria petitur, vt cogatur reus pati aliquid fieri in suo, videlicet ire, agere, tignum imponere, & similia, vel prohibere reo, ne impediat ire, agere, tignum imponere in pariete, l. quotiens. §. fin. ff. de seruit. vbi glossa dat concordantes, & Roman. in l. si prius. col. 7. ff. de operis no. nunc. dicit, ꝙ quinque sunt dicenda in libello, primò ꝙ debetur seruitus fundo, cuius est dominus, secundò ꝙ ex fundo vicino sibi seruitus debetur, tertiò ꝙ molestatur in dicta seruitute, quartò ꝙ iudex declaret sibi seruitutem deberi, quintò quòd aduersarius caueat, non molestare.

8 Vel † ꝙ dominus loci qui fabricauit in loco, qui debet seruitutem, destruat illud, quod est ædificatum, vel estructum ad im Cediendum seruitutem, l. si quid, & l. si in ædibus C. de seruit. & tibi glossa, & Doctores, l si eo. ff. si serui. vend.

9 Pro † confessoria datur aliquando interdictum, quod vi, aut clam, vt *l. 6. §.* sciendum ff. si seruit. vend.

10 Et † datur remedium de operis noui nuntiatione, l. inter seruitutes. §. fi. ff. de seruit. urban. prædio. & in d. l. 6. in fine.

11 Datur † etiam interdictum uti possidetis ei, qui prohibetur uti suo quomodo uelit, l. sicuti. §. Aristo in fine ff. si seruit. uẽd.

12 Et hæc † actio confessoria competit ei, qui seruitutem sibi cõ petere contendit, l. 2. in prin. ff. si seruit. uend. uidelicet in omnibus seruitutibus enumeratis in §. æque. instit. de act.

13 Et † datur hæc actio contra negantem mihi seruitutem deberi, dum dico ius mihi esse ire, agere, tigna inferre, & similia, l. si eo loco. in prin. ff. si seruit. uen. & ibi glossa, & Doctores.

14 Et hæc † procedunt, antequam quis in loco, in quo debetur seruitus, ædificet, licèt habens ius eundi, & agendi adhuc ire, & agere possit. l si eo. §. sed si quidem. ff. si seruit. uendic.

15 Datur † etiam confessoria fructuario, si seruitus fundo fructuario debetur; quia si uicinus fructuarium ire agere non patiatur, tenetur, quasi non patiatur eum uti frui. l. 1. & l. 5. §. utrum, ff. si usufruct. petat. & datur contra impedientem usum seruitutis, l. si quis §. agi. ff. si seruit. uendic.

16 Quid † si seruitus est imposita, sed non tradita? tunc ex empto agit cõdictione incerti, ut seruitus imponat, l. si binarũ ff. de seruit. urban. prædiorum, ubi gl. dat ꝓcordãres, & ibi ẽt Doctor.

17 Iudicium † factum super ꝓfessoria, an impediat iudicium super interdicto de itinere, actuq; priuato, uide Menoch. d. remedio 5. de retinenda. q. 30. per totum nu. 124. & seq.

SVMMARIVM.

1 *Negatoria actio datur domino neganti seruitutem deberi.*
2 *Negatoria actione quid veniat.*
3 *Cauere debet actor reo conuento in hoc iudicio.*
4 *Negatoria pro ea fundi parte datur, pro qua vsus est seruitute.*
5 *Negatoria conceditur, si colonus vsus est itinere.*
6 *Domino, & vsufructuario datur hæc actio negatoria.*
7 *Negatoria vtilis datur pro seruitute vrbana.*
8 *Negatoria datur illi, qui vsus est hoc anno per triginta dies.*
9 *Negatoria non datur non habenti bonam fidem.*
10 *Itineris refectionem proponit, qui vtitur itinere.*
11 *Quasi possessione seruitutum acquirenda septem requiruntur.*
12 *Seruitutis quasi possessione acquirenda scientia, & patientia aduersarij requiritur.*
13 *Negatoria agens debet probare dominium.*

De negatoria actione. Cap. XXV.

1 Et quia † actioni confessoriæ cõtraria est actio negatoria, quæ datur domino, qui negat seruitutem agenti deberi. l. 2. in prin. & l. 4. §. competit. ff. si seruit. vend.

2 In † hac actione venit, vt actor, qui fecit clã, & cõuincatur, vt opus suis sumptibus tollat, & in integrum parietem restituere compellatur. l. in pariete. C. de seruitut. vbi glo.

3 Et † in hoc iudicio actor tenetur cauere reo conuento. l. 7. ff. de aqua quotid. & ęstiua.

4 Et † datur hoc interdictum prò ea fundi parte, pro qua vsus est seruitute, & ob id in hoc iudicio quantum possessum, tantũ præscriptum, Abbas consi. 101. nu. 7. lib. j. Menoch. in d. quinto remedio. nu. 57. & seq.

5 Et † conceditur ei, cuius colonus, vel alius pro eo vsus est itinere, actuq; Menoch. in d. 5. remedio. nu. 66. & seq.

6 Et † datur domino, & vsufructuario, Menoch. in dicto quinto remedio. nu. 89.

7 Et † conceditur hoc interdictum vtile pro seruitute vrbana, glo. in l. j. §. 1. ff de itinere actuque priuato, vbi Bart. Menoch. in dicto 5. remedio. nu. 72.

8 Et † datur illi, qui vsus est hoc anno per triginta dies bona-fide, & postea cępit mala fide, vi, clam, vel precario possidere; quia initium spectatur, Bar. in l. prima. §. fi. ff. de itinere actuque priuat.

9 E contra † verò vbi à principio adest mala fides, etiam quòd superueniat bona fides, non vtitur hoc remedio. Menoch. in d. 5. remedio. num. 83. & 86. licèt hæredi illius concedatur; quia non debet nocere hæredi, quod nocuit auctori, Decius in l. inuitus. §. cum quis. ff. de reg. iur. Menoch. ibi. nu. 88.

10 Itineris † refectionem proponit qui itinere vtitur, Menoch. in d. 5. remedio. nu. 95. & 96.

11 In † acquirenda quasi possessione in seruitutibus septem requiruntur, primò ꝙ hoc anno vsus est seruitute, secundò ꝙ ꝓ triginta dies dicti anni vsus est seruitute, tertiò ꝙ vsus est hac via, vel itinere, credẽs vti iure suo, quartò ꝙ bona fide vsus sit, idest non vi, clam, vel precario, quintò ꝙ prædium rusticum sit, sextò ꝙ ille qui asserit habere seruitutem, habeat fundum, iuxta fundum seruitutem debentem, septimò ꝙ inter duo hęc prædia nullum sit intermedium, Menoch. in d. 5. remedio. q. 1. per totum à nu. 6. vsque ad nu. 31.

12 Et † in acquisitione quasi possessionis seruitutis scientia, & patientia aduersarij requiritur, Menoch. in d. quinto remedio. q. 2. num. 32. & seq.

13 Et † talis agens confessoria, vel negatoria debet probare dominium, Menoch in d. 5. remedio. nu. 40. & seq. quia est in rem, & competit domino pro seruitute. l. j. in prin. & ibi Bar. ff. si seruit. vendic. glos. in §. ęque, in verbo altius, & ibi per Aret. cart. vlt. instit. de act.

De interdicto, de aqua quotidiana, & extiua. Cap. XXVI.

De hoc interdicto, de aqua quotidiana, & extiua latè scribitur per Menoch. in sexto remedio, ideo ad eum recurre: similiter de interdicto de riuis, & de interdicto de fonte, de quibus tractare non expedit, cum huiusmodi interdicta parum vsu esse noscantur in istis partibus, ideo ad tractatus particulares in Digesto, & Codice, quando casus euenerit, recurrendum est: nam libellus de interdicto vti possidetis satis creuit contra meam intentionem, cum proposuerim quædam magis vtilia tractare, & ad mei vtilitatem congerere non transcribendo aliena, vt membranas implerem, licet in certis materiis aliter facere nequiuerim, tamen multa suppleui, & declaraui, quæ aliquando pro communi hominum vtilitate deseruire poterunt, & ob id lector boni consulat.

TRA-

Source : BIU Cujas

TRACTATVS FALLENTIARVM ad regulam, Spoliatus ante omnia reſtituendus.

Per Antonium Corſetum Siculum.

SVMMARIVM.

1 *Rex iniuſtè, regno expulſus eſt reſtituendus.*
2 *Regula, ſpoliatus ante omnia reſtituendus, limitatur per 50. limitationes.*
3 *Reſtitutio quò ad copulam carnalem quando impediri poſſit, & quibus negata.*
Offendi qui poteſt in perſona, poteſt etiam in bonis.
4 *Violentiam fictam proponenti obſtat exceptio dominij conuenti, nec datur reſtitutio.*
5 *Reſtitutionem qui ſpoliati petere non poſſint.*
6 *Spoliatus vxore an ſtatim reſtituendus. Et quid de excommunicato minoris cenſuræ. 7.*
Spoliationem accuſatus de hæreſi prætendere non poteſt.
8 *Spoliatus non auditur propter criminis euidentiam.*
Spoliatus ante exiſtentem conditionem non reſtituendus.
9 *Spoliatus excipiens de ſpoliatione non gaudet reſtitutione.*
10 *Spoliator clandeſtinus exceptionem dominij ſui opponere poteſt agenti poſſeſſorio recuperandæ.*
11 *Spoliato per metum obſtat exceptio dominij.*
12 *Spoliatis non ſuccurritur, vbi notum eſt iudici, poſſeſſionem non eſſe tradendam.*
13 *Spoliato multum obeſt exceptio dominij, vbi eſt probatio parata, & in quo fallat. 14.*
15 *Spoliato obſtat exceptio dominij per tertium oppoſita.*
16 *Spoliatus in oppoſitione exceptionis paupertatis non reſtituitur.*
17 *Spoliatus non agens poſſeſſorio recuperandæ, ſed alio modo non venit in reſtitutione audiendus.*
18 *Mulier à viro ſpoliata propter dotem promiſſam & non ſolutam, an reſtituenda.*
19 *Capellanus decimis ſpoliatus quando non reſtituendus.*
20 *Spoliatis quibus caſibus reſtitutio negata, habes per totum tractatum.*

1 VAERO, an rex iniuſtè expulſus a regno ſuo debeat reſtitui? Reſpondeo q̃ ſic per ea quæ dicta fuere ſuprà in 3. quæſtio. & propter regulam iuris vtriuſque, quam hic inter ſero, cum fallentijs ſuis. Regula
2 † eſt, q̃ ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus. cap. fin. de ord. cog. cap. in literis. & c. item cum quis. cap. conquerente. & c. ſolicite. de reſtitut. ſpoliatorum. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem Iuliam de vi publi.

Limita primò vltra 11. fallentias datas per Lanfran. Brixi in repe. Rubr. de cauſ. poſſ. & propri. in fin. 8. colum. & per Moder. in l. naturaliter. in §. nihil commune. ff. de acquirenda poſſ. hãc regulam vt non habeat locum, quando poſſeſſorium ſapit cauſam proprietatis, & habet annexam ſeu mixtam proprietatis cauſam. l. 2. §. quædam. ff. de interdi. cum ibi plenè no. & volunt omnes doct. & ibi Bart. & alij in d. l. naturaliter. §. nihil commune. & doct. in dicto cap. ſolicitæ & Abb. Mod. in dicto cap. in literis. in verſicu ſed contra prædicta. & text. oppono in 5. colũ. de reſtitu. ſpolia.

Limita 2. dictam regulam non habere locum, vbi ſpoliatus reconueniretur ſuper quæſtione ſpoliationis. text. eſt in dict. c. fin. de ordi. cogn.

Limita 3. ſi excipienti de ꝓprietate præiudicaretur poſtea ſuper poſſeſſione, ſi poſtea agendo petitorio & obtinendo non poſſet finaliter reddi ipſa poſſeſſio in ea ſortitudine, in qua nũc eſt, puta ſi eſt talis poſſeſſio, quæ per modicum tempus corrũpitur, vt eſſet corpus mortuum ſecundùm Innocent. in capitu. cum liberum. de ſepult. facit quod not. in capitu. in literis. de reſtitut. ſpolia.

Limita 4. non habere locum, ubi præſumptio iniuſtæ poſſeſſionis eſſet fundata de iure communi contra agentem poſſeſſorio; quia talis præſumptio admittitur contra agentem poſſeſſorio recuperandæ per text. cap. ad decimas. de reſtitu. ſpolia. libro 6 & quando notoriè conſtaret de iure ſpoliati, ex quo ius commune eſt contra eum ſecundùm Imo. poſt Bald. in d. l. naturaliter. §. nihil commune.

Limita 5. ubi in omni ſpoliatione notoriè conſtaret de non iure ſpoliati, & de iure ſpoliantis ſecundùm Innocen. in c. cum eccleſia ſutrina. de cau. poſſ. & proprie. & ibi per Abb. in uerſicu. ſed circa prædicta quæro, ubi dicit, q̃ prædo & poſſeſſor malæ fidei de reſtituendus, niſi conſtet in iudicio eum eſſe prædonẽ, quod eſt notandum pro limitatione. cap. in literis. de reſtitut. ſpolia. licet aliter ibi ſenſerit Abb. & facit dicto cap. ad decimas. & quod not. Innocen. in capitu. conſtitutus. de fil. presby. & no. docto. in d. cap. in literis. & Abb. in c. ex parte. circa fin. eodem titu. de reſtitu. ſpolia. & per Alexand. in dict. §. nihil commune. ubi plenè de hoc.

3 Limita 6. † in caſu. cap. literas. de reſtitu. ſpol. quando ſpoliatus peteret reſtitutionem coniugis & probationes ſuper conſanguinitate incontinenti offerrentur probandæ; quia tũc impeditur reſtitutio quò ad copulam carnalem. ſecus ſi probationes non offerrentur incontinenti, ut in cap. ex conqueſtione. de reſtitu ſpol. ſecundùm Abb. in dicto cap. in literis. eodem tit. vbi dicit idem eſſe in cauſa beneficiali propter rationem peccati quod vltimum non puto verum in dicto cap. in literis.

Limita 7. niſi ſpoliatus confitens de iure ſuo conſenſerit, vt admitteretur exceptio defectum proprietatis concernens. text. eſt apertus in cap. j. de reſtitu. ſpolia.

Limita 8. in prædone, qui moratur in ſtratis publicis ad depredãdũ, & occidendum, vt eſt tex. in l. j. C. quãdo licet vnicuique ſine iud. ſe uin. & glo. ſing. in dicto cap. in literis. in uer. prædo. de reſtitu. ſpol. quam magni facit ibi Bal. q̃ qui poteſt offendi in perſona, multo fortius in bonis. facit. l. ſi ſeruus. C. de his q̃ ad eccle. confu. & quod uoluit Bald. in auth. ſed nouo iure. in 2. columna C. de ſer. fugi. ubi notorio criminoſo denegatur aduocatus.

Limita 9. quando poſſeſſorium & petitoriũ intentantur ab eadem perſona ſpoliata, ut eſt text. in cap. cum dilectus. de ord. cogni. & uoluit glo. j. in d. c. in literis.

4 Limita 10. † regulam procedere, quando agens proponit uera uiolentiam, ſecus ſi fictam; quia tunc cõtra eum obſtat exceptio dominij conuẽti, ut in l. fin. & l. inuaſor. & ibi per docto. C. vnde vi. & per Barto. in l. ſi de ui. ff. de iudi. reſtringerem tamẽ hoc in caſu, quo abſens rediret & ſciret poſſeſſionem naturalẽ occupatam per alium, & ſuſpicaretur poſſe expelli; quia tũc datur interdictum vnde ui ſecundùm doct. in dicto cap. in literis. per tex. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. cum l. ſeq. & leg. ſi id quod. §. fin. ff. de acquirenda poſſ.

Limita 11. niſi ſpontanea abiuratio, ſeu renuntiatio beneficij cum iuramento prẽceſſiſſet ſpoliationem; quia non poteſt petere reſtitutionem; quia per ipſam renuntiationem perdidit tam proprietatem quàm poſſeſſionem, & quia notoriè obſtat ſibi defectus proprietatis. text. eſt pulcher in capitu. accepta. de reſtitu. ſpolia.

Limita 12. ſecundùm Bald. in leg. penulti. C. ſi a non compet. iud. ad fin. quando exceptio quæ obijcitur ſpoliato non requirit probationem facti, allegat Oldr. conſilio 281. & Alexand. ibi in apoſtill. allegat eundem conſilio 274. incip. in cauſa quæ vertitur.

5 Limita 13. † quando petitio in poſſeſſorio eſſet iuri publico & iuri communi contraria; quia tunc auditur excipiens. ita dicit Bald. in l. ſi quis conductionis. circa fin. C. loca.

Limita 14. ſi agens alleget canonicè poſſediſſe in beneficialibus aliter non admittendus per iudicem. de fil. presbyt. c. conſtitutus. & de reg. iur. cap. j. lib. 6. ſecundùm Bal. in dicta l. ſi quis conductionis, & plenè per Abb. & alios in d. cap. in literis. licet Abb. ibi alleget plura iura probantia contrarium.

Limita 15. quando agitur pro recuperanda poſſeſſione, quæ uacabat tempore, in quo fuit occupata per reum conuentum. gloſ. eſt no. in l. ſi C. vnde vi. quam doct. ibi approbant. & Ang. in l. 2. C. de edic. diui Adria. toll.

Limita 16. niſi exceptio defectus proprietatis eſſet notoria præſumptione iuris; ut quia poſſidebat duo beneficia incompatibilia, uel erat minor ætate reſpectu illius beneficij. ita pulchrè Io. And. in addi. Specu. in Rubr. de reſtitu. ſpolia. poſt princip. & But. in c. in literis. eodem titu. & Rota deci. 14. aliàs 15. in 4. colũ. incip. alia additio. pone q̃ onus obtinuit. eodem titu. in nouel. licet Abb. contrarium teneat in d. c. in literis. in penult. colum. per c. ex inſinuatione. in fin. de procur.

6 Limita 17. † niſi crimen opponatur inhabilitans perſonam ad agendum, ut excommunicatio, uel bannum; quia obſtabit agenti poſſeſſorio. But. in c. item cum quis. in gloſ. 2. de reſtitut. ſpolia. alleg. gloſ. in cap. ex inſinuatione. in uerſic. canonicum. de procura. ubi idem dicit de pacto de non petendo reſtitutionem, uel de re iud. uel de ratihabitione ſententię latę cum falſo procuratore. Abb. in d. cap. item cum quis. alleg. aliam glo. in c. dilectus. el j. in uerſ. excommunicationis. de reſcrip. & gloſſ. in c. in nomine domini, in uerſicu. audientia. 23. di. tu adde aliam in §. j. in glo. magna. in fin. 14. q. j. & ibi Archid. & gloſſ. 2. in fin. ibi nullo. in §. uerum. 3 q. 7.

Fallit primò ĩ excommunicato excommunicatione minori. Archid. & Domi. in dicto cap. in nomine domini. in fin.

Fallit ſecundò, niſi conueniatur ab excommunicatore, uel ab eo qui fecit eum excommunicari. Specu. in titul. de petit. & poſſ. §. fin. in uerſicu. 21.

Fallit tertiò, ubi ſpoliatio impediret implementum actus ꝓmiſſi excommunicato, puta ire Romam ꝓ abſolutione. Abb.

in c.

Source : BIU Cujas

in cap. intellexim⁹.in tertia columna ibi, hoc dictum limito verum. de iudi.

Fallit quartò, nisi spoliator esset fugitiuus, vel res esset peritura. Abb in c. cum inter. in 5. colum. de excep.

7 Fallit quintò † si est spoliatus vxore sua gl. in cap. quoniam, in vers. vxores. 11. q. 3. quod intellige officio iudicis non per viã actionis. Abb. in 6. columna post Butr. & Cal. in capitu. fina. de ordin. cognit.

Fallit septimò, quando excommunicatus nõ venit propriè. vt actor sed vt reus. Abb. in dicto cap. ex insinuatione. in 3. colũ. de procurat.

Limita. 18. nisi obijciatur crimen hæresis; quia qui non potest possidere, non potest prætendere spoliationem. gloss. secunda. in cap. quo iure. 8. di. But. & Abb. in dicto cap. item cum quis. in gloss. secunda. gloss. ante pen. in versicu. commodo, in cap. ex parte. de restitu. spoliat.

Limita. 19. in casu fcismatis. 23. quæstione quinta. non vos. & gloss. in dicto capitu. in nomine domini. in versicu. audientia. 23. distinctio.

Limita. 20. in casu intrusionis. tex. & gloss. in dicto cap. in nomine domini. in versicul. audi. & 3. quæstio. prima in summa, quæ dicit hoc speciale esse in Papa. & vnum pulchrum dictum de intrusione vide per Abba. in cap. ad aures, in quarta columna de rescript.

8 Limita. 21. † nisi opponatur criminis enormitas, tertia quæst. 5. super causa, item infamia & criminis euidentia, vt secunda q. 5. presbyter. secunda quæstio. j. fœlus. & c. manifesta. item simonia. de simo. accusatum. & c. tanta. item contumacia, vt tertia q. 9. decernimus. item scandalum. 3. quæstione 6. hoc quippe. hæc ponunt. 3. quæstio. j. in summa.

Limita. 22. in casu. capitu. significasti. & capitu. gaudemus. de diuort.

Limita. 23. nisi aliquis conditionaliter possidens ante existẽtem conditionem spolietur: quia non restituitur, ex quo non possidebat, cum conditio nihil ponat in esse. capitulo olim. el primo, de restitu. spolia. 13

Limita. 24. nisi incontinenti dominus deiecerit aliquem de possessione sua. dicto cap. olim. & ibi gl. pe. allega. l. j. §. vim. ff. de vi & vi arma. & ff. ad l. Aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter. & de sententia excommunica. cap. si verò. el j.

9 Limita. 25. † Nisi spoliatus exciperet de spoliatione; quia tũc non consequitur restitutionem; quia qui excipit, nihil petit. c. cum dilectus. de ord. cog.

Limita. 26. nisi a muliere obijciatur scientia viri magna. de restitu. spolia c. ex transmissa. & c. literas. in fin. eo. titu.

Limita 27. si ex gratia vel precario possedit. 10. quæst. 3. quia cognouimus. & gloss. penult. in dicto cap. olim causam. & de excel prælato. cum. ad quorundam.

Limita. 28. quando de dominio apparet per sententiam absolutoriam latam in fauorem rei in petitorio iudicio secundũ docto. contra Barto. in d. l. naturaliter. §. nihil commune. argu. cap. cum teneamur. de appella. & hoc siue conuentus possessorio recuperandæ incidisset in pœnam. l. si quis in tantam. C. vnde vi. siue non, & pro dicta communi opinio. docto. facit, quod not. ipsemet Barto. in d. l. j. §. sed & si is. ff. de no. ope. nun. & Inn. in cap. cum dilectus. de caus. pos. & propri & Ioan. And. in cap. 14 pastoralis. eodem titu. & in addi. Specu. in titu. de peti. & poss. in §. j. versicu. quid si. & ibi hoc fuit de mente Specu. nec ob. dicto cap. cum dilectus. quia procedit, quando spoliatus in eodem libello immiscuit petitorium & possessorium vnde si sententia est lata in petitorio contra ipsum actorem; quia reus fuit declaratus dominus, licet in possessorio fuerit lata pro ipso agente p̃. ualet in executione sententia lata in petitorio, ex eo quia est qd imputet̃ sibi spoliato agenti, ex quo voluntariè immiscuit causam proprietatis cum ipso possessorio.

10 Limita 29. † quando quis fuit spoliatus & agit pro violentia sibi illata: quia clandestinæ fuit spoliatus, nam tunc poterit reus, qui clam spoliauit agenti possessorio recuperandæ opponere exceptionem dominij sui: ita Bald. in addi. in dicto §. nihil commune. alleg text. in l. si de eo. in §. fin. ff. de acquirenda poss. & idem voluit Bald. in l. si quis emptionis. in §. sed hoc super illis. C. de præscrip. 30. anno. idem Rom. in dicto §. nihil commune. & Ange. in l. vitia. C. de acquirenda possess. & in d. §. sed hoc. 15 & fuit de mente Dyn in cap. qui ad agendum. de regu. iur. libro sexto. licet Imol. & Modern. aliter voluerint in dicto §. nihil commune.

Limita. 30. an hæc regula habeat locum in colono. ff. de vi & vi armata. leg. cum fundum. in §. finali. & dic quòd sic, & cessat limitatio.

Limita. 31. quando obijcitur de dominio acquisito post spoliationem interueniente facto, aut negligentia eius qui possessorium intentat, secundùm Bald. in dicto cap. in literis. qui alleg. quod habetur in capitu. super hoc. in gloss. magna. & ibi per Innocent. de renun. & expressè affirmat But. in c. solicite. de restitu. spolia. & sequuntur Moder. in d. §. nihil commune.

11 Limita. 32. † secundùm Bald. in d. §. nihil commune. vt dicta regu. procedat, quando per vim expulsiuam, seu per vim ablatiuam quis est priuatus possessione, secus si priuatus esset per vim compulsiuam; quia tunc regula non habet locum, vt si compulsus per metum ad tradendum rem fecisti, licet coacte, si agas, vt possessionem recuperes, poterit tibi opponi exceptio dominij, per text. cum gloss. in d. cap. super hoc. & sequuntur Imo. & Modern. in dicto §. nihil commune. & Bald. in l. penultima ff. de condictio. ob turpem causam. & in l. 3. C. quod metus causa. & in l. secunda. per Barto. C. eodem & ratio est: nam tunc competit remedium actionis, quod metus causa. quando præcessit dicta vis compulsiua, vt in toto titulo, quod metus causa, ī quo remedio potest opponi exceptio dominij; quia illud non datur nisi damnum passo, & sic non potes prætendere damnum, ex quo tenebaris restituere incontinenti per rei vendicatio. & ex quo possidebas de facto, & tenebaris mihi restituere, nõ habes interesse in repetendo per dictam actionem, ita dixit Azo in summa, quod metus causa pro quo facit text. in leg. fin. ff. quod metus causa.

12 Limita. 33. † si proponatur tacita renunciatio beneficij facta ante spoliationem per assumptionem secundi beneficij incompatibilis cum primo, vt probat text. aureus in cap. audita. de restitu. spolia. quod dictum approbant Moder. Perusini in dicto §. nihil commune.

Limita. 34. secundùm doct. in cap. in literis. de restitu. spolia. & Bal. ī d. §. nihil commune. vbi per confessionem actoris vel facti notorietatem apparet iudici possessionem non debere restitui, per ea quæ habentur in cap. significasti. de diuo. & ibi no. Innocent. in capitu. constitutus. de fil. presbyte. & Bald. in l. ordinarij. C. de rei vend. in 6. columna. & in titu. de pace Constan. in versicu. restituatur. per Ange. in d. l. si quis ad se fundum But. & Abb. in dicto cap. in literis.

13 Limita. 35. † nisi opponens de dominio haberet probationẽ paratam, puta per instrumentum publicum stãte statuto quòd contra instrumentum publicum nihil posset opponi & habeat executionem paratam sicut sententia: nam sicut opponens & probans de suo dominio per sententiam auditur contra spoliatum agentem, vt supra dictum fuit: ita etiam probans de tali dominio suo per tale instrumentum, quod æquiparatur sentẽtiæ. facit quod not. Barto. in simili in l. vinum. si certum petatur. & in l. hac. ff. de triticar. & in l. 3. §. in hac. ff. commoda. secus si ex forma statuti instrumentum non habet executionem paratã, put non habet de iure communi. l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iu. & in l. minor 25. annis cui fideicommissum. ff. de minori. quia licet habeat incontinenti paratam probationem: non tamen obstaret spoliatio agenti, per id quod not. in cap. j. de restit. spo. & est de mente Barto. in prima lectu. in d. §. nihil commune. & glo. in l. si de vi. ff. de iudi. dum voluerunt dictam probationem incontinenti paratam admitti solum in possessorio adipiscendæ, & non in possessorio recuperandæ. & hoc voluerunt Mod. Perusini in d. §. nihil commune.

Limita. 36. vbi in restitutione imminet peccatũ, det differri restitutio, si probationes super defectu proprietatis offeruntur paratæ. ista est singularis theorica Abb. in c. literas. de restit. spo. facit bona gloss. super causa. 2. q. 5.

Limita. 37. † nisi prælatus ecclesiæ spoliasset possidentem rẽ ecclesiæ, & postea conueniretur possessorio recuperandæ: nam si opponeret exceptionem dominij spectantis ad ecclesiam, & offerret se probaturum in promptu deberet audiri. Bald. in l. j. ad finem. C. de appella. vbi dicit, ꝙ taliter potest saluari gloss. in l. si vi. ff. de iud. quæ tenet ꝙ admittitur exceptio dominij in omnibus possessorijs, quando reus se offert incontinenti probaturum, quæ tamen reprobatur, præterquàm in possessorio adipiscendæ. Bald. tamen ibi saluat dictam glo. etiam in isto casu, & sequuntur Modern. in d. §. nihil commune. per rationem, quia prælatus ecclesiæ inuadendo rem & possessionem rei ecclesiæ existentis apud alium non facit incidere ecclesiam in pœnam. l. si quis in tantam. per glo. not. in cap. j. de do. & contu. mihi uidetur hoc non esse uerum per text. iuxta glo. in cap. j. de restitu. spolia. ubi gloss. & communiter doct. tenent ibi contrarium, & nisi ibi spoliatus consensisset, agens nomine ecclesiæ non fuisset admissus in petitorio.

† Limita. 38. ꝙ obstabit exceptio dominij spoliato opposita per tertium l. bona fides. ff. deposi. But & Abb in dicto cap. in literis. in fin. An. in d. l. si quis ad se fundum. & Moder. in d. §. nihil commune. Innocen. in c. ueniens. de sponsa ꝙ Butr. dicit procedere, quando ius tertij esset separatum a iure spoliantis conuẽti, ut sic spoliatus non reportet commodum, de quo per Rom. 149. quod Abb. non putat uerum; quim immo data connexitate procedit d. fallent. per c. sacris. de sepult. pro qua opin. adduco bon. text. in l. si communem. ff. quemadmod. serui. amit. & l. si quis ex argentarijs, in §. cogẽtur. ff. de eden. & plenè per Barb. in repe. c. Raynaldus. circa medium. de testa. & per Fely. in cap. j. de præscrip. Limita tamen nisi spoliatus ageret per remedium attentatorum pendente appellat. quia illud non poterit impediri

pediri per tertium. Imol. & Abb. in capitu. bonæ. de appellat.

Limita. 39. nisi esset talis exceptio, per quam declararetur de ficere spoliato agenti causam & interesse suæ possessionis per id quod habetur in cle.j. de caus. poss. & proprie. secundùm quosdam ibi, sed hoc non videtur verum indistinctè, nisi fortè in beneficialibus secundùm Doc. in dicto capitu. in literis. vel quando interesse deficit ex aliqua cā superueniēte post spoliationē.

16 Limita. 40. † si opponitur exceptio paupertatis conuenti cō tra spoliatum agentem: nam illa obstat etiam in hoc iudicio priuilegiato, vt habetur in capit. olim. el 2. de restitu. spol. quod procedit, quando talis paupertas superuenit propter spoliationem factam contra ipsum reum in re petita, nō sic si ex alia cā, vt ibi not. & per Rom. decis. 444. incip. fuit dubitatum. & not. in c. frequens. de restitu. spolia. libro 6.

Limita. 41. in exceptione reseruatiōis papalis specialis vel generalis cum decreto annullatiuo: nam illa obstat spoliato agēti ad restitutionem beneficij, ita reseruati, cum talis reseruatio Papæ afficiat non solum titulum beneficij, sed etiam possessionem. Rot. decis. 15. Item si contra agentem. in titul. de restitu. spoliat. in no. Butr. & Abb. in dicto c. in literis. in 17. col. eo. titu.

Limita. 42. quando spoliatus non ageret possessorio recuperandæ, sed per actionem furti vel condictione furtiua, vel vi bo. rapt. vt contingit in rebus pro quibus non datur interdictū recuperandæ secundùm ꝙ habetur in l. rē quæ nobis. ff. de acquiren. possessio. & ibi not. quia tunc spoliato agēti obstat exceptio dominij per not. in l. si de eo. in §. fina. ff. eodem. facit quod habetur in l. qui iniuriæ. in §. fin. ff. de furt.

17 Limita. 43. † quando spoliatus non ageret contra suum spoliatorem, sed contra alium tertium, qui non spoliauit, licet fortè habuerit causā ab ipso spoliatore, puta aliquo remedio possessorio, forte per l. si coloni. C. de agrico. & censi. libro 11. vel p condictionem triticariam, vel ex canone integrāda. 3. quæstio. prima. vel ex cap. sæpe. de restitutio. spoliato. quando ageretur contra succedentem scienter in vitium; quia tunc obstat exceptio dominij ipsius conuenti, vt fuit de mente Bld. in l. 2. ad fin. C. de ser. fug. & voluit Lap. alleg. 302. contrarium sensit Bald. in l. inciuilem. C. de furt. & But. in cap. pastoralis. de caus. poss. & ꝓprieta. facit quod habetur in l. fin. C. vnde vi.

Limita. 44. non habere locum dictam regulam in omnibus casibus, vbi non datur possessio. c. ex parte. & ibi not. de restitut. spolia. quia priuatio præsupponit habitum. l. manumissiones. ff. de inst. & in l. decem. ff. de verborum obliga. cap. ad dissoluendum. de spon. impub. & c quod verò non formatum. 32. q. 2. limita tamen in casibus not. in d. c. ex parte. in glos. antepenul.

18 Limita. 15. nisi mulier expelleretur a marito propter dotem promissam, & non solutam. c. per uestras. & ibi doct. de donat. inter uirum & vxorem. & l. fin. C. ad uelle. & ibi Bald. & Salyce. glo. sing. in auct. de non elig. 2. nub. §. fin. Bald. in l. de diuisione. solu. mat. & in l. quod in vxorem. C de nego. gest. in l. pro oneribus. C. de iu. do. Bald. Imo. & Mod. in l. si cum dotem. §. finautē in seuissimo. ff. soluto matr. Abb. in capitu. quemadmodum. & in cap. tua. de iureiur. & in dicto cap. per vestras. & in cap. literas. de restitu. spol. per Moder. in c. j. de adulte. Innocent. & doct. in cap salubriter. de vsu.

Limita. 46. nisi post violentiam, & spoliationem factam interuenisset consensus spoliati, vel taciturnitas tanti temporis, quod verisimiliter videtur discessum, seu recessum a uiolentia. cap. ad id quod. de sponsl. 2. cum ibi not. C. quod met. caus.

Limita. 47 ꝙ ex sola possessione facti cum nulla fuerit possessio iuris, sed nuda possessio nullo iuris colore fulcita non cōpetit restitutio. glos. antepenul. & ibi doct. in dicto cap. ex parte. de restitu. spol.

Limita. 48. nisi laicus restitutionem decimarum petat, licet de facto possideat. cap causam quæ. de præscript. & not. glos. antepenult. in dicto cap. ex parte.

19 Limita. 49. † nisi capellanus denegasset sacramēta suis parochianis: quia si postea ab eis petat decimas repelli poterit exceptione spoliationis sacramentorum. per text. in cap. cum dilecti. de ordi. cog. nam isto casu ipse capellanus non dicetur spoliatus, ex quo non exhibuit sacramenta propter quæ debebatur sibi decima, ita pulchrè dicit Lap. allega. sua, quem refert & sequitur Butr. & Dom. meus Dom And. Sicu. in dicto cap. cum dilectus. in 22. colū. faciat quod habetur in auct. dos data. C. de donat. ante nupt. ubi colligit Bald. ꝙ ille qui non facit quod debet, non recipit quod oportet, vt est glo. j. not. in l. si non fuerit. ff. de iureiuran. & quod uoluit Bald. in cap. j. qualiter dominus proprieta. feu. priue. & bon. text. in cap. esto subiectus. 95. di. & quod voluit Innocen. in cap. mandatum. de rescrip. quem referunt & sequuntur Bald. & Salyce. in l. cum proponas. C. de pact.

Limita. 50. ꝙ si rector parochialis agat contra religiosos sup decimas prædiorum assistentium intra limites suæ parochiæ ꝓtendens se spoliatum a 10. ann. circa, admittuntur religiosi volentes probare, ꝙ a 30. ann. citra semper fuerunt in possessione:

20 † nam per hoc excludunt possessionem, & spoliationem prætensam per rectorem. Nec ob. c. ad decimas. de restit. spol. lib. 6. quia illud procedit, quando is contra quem facit ius commune est actor petendo restitutionem, sed in casu isto isti se defendunt dicendo se non spoliasse, agat ergo rector si vult de proprietate, & obtinebit, nisi religiosi probent legitimam præscriptionem, vel alium titulum legitimum: nam licet ius commune faciat pro rectore in petitorio, non tamen in possessorio, vt in c. olim. lo. 3. de resti. spol. ita pulchrè dixerunt domini de Rota decis. 260. incip. Item si rector alicuius parochiæ, de resti spo. in nouis. refert & sequitur Dom. Abb. in c. j. in vlti. col. in versic. oppono vlterius. de rest. spol. & dicit ibi Imo. in fin. in vers. item aduerte. ꝙ ubi reus facit articulum contra agentem poss. ꝙ ante prætensam spoliationem possedit, & postea nunc possidet, ꝙ debet admitti talis articulus, & exceptio: quia concludit actorē non spoliatum, alleg. not. per Inno. in c. super hoc. de renun. Ex quo not. plures limi. ad c. ad decimas. de rest. spo lib. 6. vt ille tex. non habeat locum in his, qui se defendunt dicentes se non spoliasse. Secundò limitatur, nisi conuentus probare velit legitimā præscriptionem, uel alium legitimum titulum, & istas duas limitationes posuit Abb. in d. c. j. in vlti. col. tu adde tertiū, nisi sit lapsus tanti temporis, de cuius initio memoria non existat c. j. in fin. de præscrip. lib. 6. l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aqua quo. & æsti. & sentiunt domini de Rota in prælleg. decis. adde etiam quartam, quando per priuilegium potest apparere de non iure spoliati ita Lap. in d. cap. ad decimas. adde quintam, nisi notoriè cōstet de non iure spoliati. doc. in c. cum ecclesia. & in c. pastoralis. de caus. poss. & proprie. Imo. in d. c. j. & Innocē. in c. constitutus. de fil. presby. & in cap. significasti. de diuor.

TRACTATVS
SVBTILISSIMVS
& eruditionis reconditæ in materia Petitorij.
D. Philippi Franci Perusini per modum disputationis ingēnioſæ.

Thema cum dubijs publice disputatis per dominum Philippū de Franchis de Perusio ordinarie in iure canonico in studio Papiensi legentem sub anno. Mccccclxj. die. 20. Maij in festo Sancti Bernardini.

¶ Argumentum.



EX nobilissima vrbe Perusina Cornelio & Pamphilo coram Apostolicæ sedis delegato in petitorio inuicem litigantibus, Cornelius de quodam fundo quem absq; titulo & bona fide possidebat contra se sententiam diffinitiuā reportauit, appellauit, detulitq; delegatus appellationi, & ad prosequēdum terminum statuit, Interea Cornelius de dicto fundo a Pāphilo spoliatus coram delegato se restitui & grauamen reuocari postulauit. Deinde fundum ipsum statim bona fide, & absq; titulo possidere inuentus est. Cornelius verò cum contra Statutum agere instituisset, destitit, & parochiali ecclesiæ palatiū cū prædijs adiacentibus donationis titulo concedens in monasterium ingressus infra probationis annum diem suum clausit extremum, parochiali verò ecclesiæ palatium petenti procurator fiscalis sic opponi prætextu legis municipalis, ꝙ nullus subditus res immobiles de territorio Perusino in non subiectos & onera communis subeuntes alienare valeat, sitq; primò alienatio ipso iure nulla, & bona ipsa confiscata deferātur in fiscum.

Ex quo themate de quatuor contingit dubitari.

Primum dubium, vtrum dictus Cornelius potuisset iure aliquo dictum fundum a Statio recuperare.

Secūdum dubium, vtrum dictus Cornelius potuisset per delegatum contra Pamphilum in præfato fundo restitui, & illatum sibi grauamen amoueri.

Tertium dubium, vtrum dicto Cornelio sic ab intestato infra annum probationis defuncto monasterium succedat.

Quartum dubium, vtrum stante dicta municipali lege alienatio in ecclesiam valida & efficax sit censenda.

SVMMARIVM.

1 *Petitorio agere an possit, qui solum bona fide possidet.*
Petitorium dominium ex parte agentis requirit.
2 *Spoliator opponere de dominio contra spoliatum agentem rei vendicatione non potest.*
Publiciana sine titulo non competit, & quæ alia requirat.
3 *Publiciana agens dicitur agere petitorio.*

4 *Hypothe-*

Source : BIU Cujas

4 *Hypothecaria agens quid teneatur probare.*
Hypothecæ ius in re aliena non cadit.
5 *Possessor bonæ fidei quis dicendus.*
Possessor bonæ fidei ratione iuris, quod habet, facit fructus suos.
6 *Electio ad eos pertinet, qui sunt in quasi possessione iuris eligendi, item & præsentatio.*
Remedium. l. si me & Titium. ff. si certum petatur, cui competat. 13.
7 *Actio triticaria datur ad possessionem perditam.*
Violentia est vitium reale.
8 *Remedium. l. si nulla. C. de acquirenda possessio. quod remedium sit.*
Lex in dubio secundùm materiam tituli, in quo est sita, debet intelligi.
Intellectus. l. si nulla. C. de acquirenda poss. 16.
9 *Remedium cap. reintegranda. tertia quæstio. 1. quibus competat. 17.*
Intellectus. c. bonæ. de appellationibus.
10 *Appellatio extraiudicialis quod impedimentum præstet.*
11 *Beneficium. l. si coloni. C. de agri. & censi. lib. 11. quibus concessum & cuius sit effectus.*
12 *Possessor bonæfidei contra alterum bonæfidei possessorem an habeat remedium.*
13 *Argumentum à sufficienti partium enumeratione est in iure firmissimum.*
Dispositio legis si me & Titium. ff. si certũ petatur quando locum habeat.
14 *Spoliatus desinens possidere absque dolo vel culpa tenetur ad æstimationem, & quid si non sit soluendo.*
15 *Dispositio. l. 1. ff. de triticaria, quando locum habeat.*
17 *Interpretatio in claris frustrà adhibetur.*
18 *Peccatum non contrahit quod iure permittente fit.*
Extensio ex identitate rationis etiam in correctiuis fauore animæ fieri põt.
Detinere iniuste & inuadere alienum paria sunt ad periculum animæ.
19 *Superfluitas in omni iure reprobata.*
20 *Argumentum à similitudine & identitate rationis an procedat.*
Clericorum conditio dignior & fauorabilior est, quam laicorum.
21 *Remedia possessoria hic enumerantur vigintiquatuor ad possessionem recuperandam.*
Intellectus. c. accedens. lect. 1. vt lite non contestata.
Ecclesia, quæ culpa vel negligentia prælati cecidit à possessione, quomodo illam nanciscitur.
22 *Intellectus. c. bonæfi. de appellatio. & remedio quod datur per dictum. c. 24.*
23 *Attentatorũ inhibitio & remedia contra tertiũ innouantẽ non habent locũ.*
25 *Attentatorum remedium appellatione pendente locum habet in attentatis à partibus, vel à iudice à quo.*
Sententiæ exequutio facta pendente appellatione retractatur.
Intellectus ad c. ex parte Adæ, de testibus.
26 *Bona fides in dubio præsumitur ex titulo.*
27 *Limitationes plures ad § in alium. c. Romana. de appella. libro. 6.*
Remedium attentati est magis priuilegiatum possessorio recuperandæ.
28 *Re litigiosa lite pendente alienata quod remedium detur contra possessorem habentem titulum a parte.*
29 *Intellectus. l. si coloni. C. de agri. & cen. lib. 11. 32. 34.*
30 *Indefinita æquipollet vniuersali.*
31 *Bonæfidei possessor ex causa violentiæ vel furti possidere non dicitur.*
32 *Dolus ratione lucri præsumitur qui aliàs non præsumeretur.*
33 *Titulum suæ possessionis nemo cogitur dicere.*
Coloni dicuntur possideri.
34 *Serui ascriptitij vel censiti pars fundi censentur.*
35 *Condictio sine causa quod remedium sit, & cur detur.*
Condictio indebiti datur ad possessionem.
36 *Condictiones indebiti, incerti, sine causa quando oriri possunt.*
Obligatio sæpe oritur extra propositum contrahentium.
Interdictum vnde vi, cui competat.
37 *Condictio. c. sæpe. de restitu. spol. aduersus quem detur.*
Qualitas à lege inducta probanda cum facto.
38 *Actio quod metus causa datur contra tertium bonæfidei possessorem, etiam si titulo possideret.*
Actio quod metus causa est personalis & in rem scripta.
Actio personalis non sequitur rem.
39 *Metus vitium non censetur reale, & præscribitur spatio decem annorum.*
Actio de dolo est personalis, & contra quem detur.
Condictio. l. si quis conductionis. C. locati. in quo locum habeat.
40 *Condictio. l. non abs re. C. vnde vi. cuius effectus sit.*
Condictio. l. fin. C. de acquir. poss. contra quem locum habeat.
Limitatio ad auct. hoc si debitor. C. de pignoribus.
41 *Condictio. l. siquis in tantam. C. vnde vi. an habeat locum in clericis & bonis ecclesiarum. Et quid de condictione. l. extat. ff. quod metus causa.*
Condictiones. l. inuasor. C. vnde vi. & l. si constiterit. C. finium regun. contra quos dentur.
42 *Condictio. l 1. C. si per vim, contra quem competat.*
Intellectus. l. meminerint. C. vnde vi.
43 *Actio in factum, seu officium iudicis aduersus quos concedatur.*
44 *Dolus vel violentia tertij bonæfidei posseſori nocere non debet.*
Possidendis conditio, melior quàm petentis.
45 *Comparatiuum relinquit positiuum in termino.*
Actio personalis quo casu non diuidatur contra hæredes pro hæreditarijs portionibus.
Intellectus. l. de vsu. ff. de varijs & extraor. cogni.

Omnipotentis Dei præsidio implorato. Pro examinatione primi dubij videndũ est primò, si aliquo remedio petitorio potuisset dicto Cornelio
1 esse consultum recuperandi dictum fundũ. † Et videtur ꝙ nõ, cum non sit dominus, sed solum bonafide possideret, vnde petitorio agere non posset, cum requiratur dominium ex parte agentis. l prima. C. de alie. iudic. & in c. examinata. de iud. Si enim ipse Statius spoliasset, mandasset vel ratum habuisset, tunc Cornelius potuisset agere petitorio & rei vendicatione, & isto casu datur rei vendicatio non habenti dominium, & spoliato agenti rei vendicatione nõ potest spoliator opponere de dominio. tex. est sing. in l. si quis emptionis. §. sed hoc super illis. C. de præ-
2 scrip. 30. ann. † vnde patet, ꝙ spoliatus siue agat petitorio, siue possessorio contra spoliantem nullo casu potest sibi opponi exceptio dominij, sed est ante omnia restituẽdus, vt in d. §. sed hoc super illis. etiam si spoliatus incontinenti se offerret probaturum se dominio vt per glo. ord. in c. j. de resti. spol. & habetur in cap. in literis. eodem titu. & in l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iuliam de vi.

Secundo non potest agere pnbliciana; quia caret titulo: ad hoc enim vt competat publiciana, requiritur titulus, quo mediante saltem præscribere potuisset. l. eum qui. §. prætor ait. ff. de pub. & in c. abbate sanè. de re iud. lib. 6. vbi glo. ord. in uers. dominij. ponit omnia quæ necessariò debent concurrere, vt competere possit publiciana: & vide text. in l. siue autem. §. hæc actio.
3 ff. de publi. † agere enim publiciana dicitur agere petitorio, ita tradit Bald. in l. 3. C. si a non compe. iudi. colum. 3. per text. in l. minor. § si seruus. ff. de euict. pro quo etiam tex. in d. l. eum qui. §. publiciana. el j. & §. in publiciana. ubi dicitur, ꝙ actio publiciana instar proprietatis non possessionis obtinet.

Tertiò non potest agere petitione hæreditatis, cum non cõcurrant extrema, de quibus in l. regulariter. cũ seq. ff. de pet. hær.

Quartò non potuisset agere hypothecaria, ex quo non præsupponitur, quòd dictus fundus esset Cornelio hypothecatus,
4 sed simpliciter quia bona fide possideret, † agens enim hypothecaria tenetur probare rem sibi hypothecatam a domino, cum in re aliena non cadat ius hypothecæ. ff. de pignor. l. si superatus. in princip. & in l. & quæ nondum. § quod dicitur. ff. de pigno. & per doct. in l. rem alienam. ff. de pign. actio. & vide ad prædicta text. not. in l. si non dominus. ff. qui potio. vbi si a duobus non dominis ratione iuris, quod habebant, accipiatur pignus primò ab vno, deinde alter accipiat idem pignus ab alio secundo non domino, tunc primo cadenti a sua possessione nõ datur remedium recuperandi possessionem contra secundùm possidentem, & facit tex in simili in l. siue autem. § si duobus. ff. de publ. & ibi per glo. no. cum ergo Cornelius non haberet aliquod ius in dicto fundo, nullum remedium petitorium sibi cõ petere potuisset, videndum est ergo de remediis possessoriis, q̃ enumerat gloss. ord. in l. fin. C. qui legi. persona. de quibus plenius infra apparebit.

Pro parte ergo affirmatiua primi dubij arguitur sic. Cornelius bona fide possidebat. † ille dicitur bonæ fidei possessor, qui
5 domini cogitatione possidet. text. est not. in l. apud antiquos. C de furt. & 34. quæst. 2. si uirgo. vnde poterat dici fundus ille esse suus, cum res dicatur nostra nõ solum ratione dominii, sed etiã si bona fide possidemus. ff. de leg. 3. l. seruos. plenè per Barto. in l. quintus. § argento. ff. de auro & agen. leg hinc est, quòd bonæfidei possessor dicitur habere ius; cum possessio sit ius insistendi rei &c. vt per glos. in l. 1. in princ. ff. de acquir. poss. ratione cuius iuris facit fructus suos. ff. de acqui. rerum do. l. bonæfidei. in-
6 stitu. de rerum diui. §. si quis a non domino. quod procedit etiã in spiritualibus. ideo ad nos spectat electio, q̃ sunt in quasi possessione iuris eligendi, ut in cap. cum ecclesia. & c. cum olim. de causa poss. & proprie. † & præsentatio pertinet ad eum, qui est in possessione iuris præsentãdi, licet alter esset uerus patronus, vt in c. consultationibus. de iure pat. Cum ergo possessio dicti Cornelii peruenerit ad Statim sine titulo, & sic non subest iusta causa, quare apud eum debeat remanere, & non sit æquum, ꝙ ipse Statius ex possess. dicti Corn. locupletior efficiatur, certè videre, ꝙ potuisset ipse Corn. talem fundum recuperare agendo condictione. l. si me & Titium. ff. si certum petatur. ex æquita te vt est tex. ibi, & ita tenet Bart. in l. si coloni. C. de agr. & cens. libro 11. dicendo quòd remedio. dicta l. si me & Titium. poterit bonæfidei possessor, qui cecidit a sua possessione recuperare à quocunque possidente: secus in malæfidei possessore, in quo æquitas dictæ legis non haberet locum secundùm Barto. in d. l. si coloni. & hoc idem satis est de mente Hostien. & aliorum doct. in cap. bonæ. de appella. ubi ad id adducunt dicta leg. si me & Titium.

7 Secundò pro eadem parte, ꝙ dictus Corne. possit recuperare dictum fundum agendo triticaria, † quæ actio datur ad possessionem deperditam, vt l. 1. & 2. ff. de tritica. & ita tenet Bartol. in dicta l. si coloni. maximè quando res esset affecta uitio uiolentiæ, vel furti, quod uitium est reale, vt institut. de vsucap. §. furtiuæ. & in l. uitia. C. de acquirenda poss. & ibi per gloss. & in leg.

Pomponius.

Source : BIU Cujas

Pomponius §. cum quis adminiculo. ff. eodem titu. & tale vitium nunquàm dicitur purgatum, quousque res in potestatem possidentis sit reuersa, vt in dicto §. furtiuæ. & in l. partem. & in l. species. C. de vsuc. pro empto. competit ergo actio triticaria cõtra possidentem possessione amissa vitio violentiæ, vel furti, vt est tex. in d. l. 2. ff. de triti.

Tertiò pro eadem parte facit tex. in l. si nulla. C. de acquiren. poss. vbi condictione illius legis videtur esse consultum bonæfidei possessori cadenti a sua possessione vitio violentiæ, vel clãdestinitatis recuperandi possessionem etiam contra bonæfidei
8 possessorem, vt est text. ibi, secundùm intellectum gloss. † & oportet intelligere illum tex. de tertio possessore conuento, qa violenter non opponit præscriptionem contra spoliatum, vt d. l. si quis emptionis. C. de præscript. 30. anno.

Nec obst. si diceretur, quòd ibi agitur petitorio; quia certè agebatur possessorio, in ita & dubio illa lex debet intelligi secũdùm materiam tituli, in quo est situata. ff. de in diem adiect. leg. imperatores. & per glos. in versicu. debitis titulis, in proœ. 6. lib. & in cap. tibi, qui. de referip. eo. lib. vnde in illo titulo. C. de acquirenda possessione ponuntur remedia possessoria non petitoria.

Nec obstat text. in dicta leg. si nulla. dum dicit, cum omni cã, & sic videretur, quòd ille esset possessor malæfidei; quia certè loquitur post litem contestatam, vt patet ibi, petitio vestra, & sic fundatur in petitione & litis cõtestatione, vt patet in l. si fundum. ff. si certum peta. vbi est similis text.

Nec etiam obstat in dicta leg. si nulla. ibi, nulla iusta ex causa, quasi esset malæfidei possessor; quia similiter hoc refertur ad merita causæ, vt patet in tex. præses reperit &c.

9 † Quartò pro eadem parte videtur tex. 3. quæstio. prima cap. secundo. & tertio. vbi bonæfidei possessori cadenti a sua possessione vitio violentiæ aut ex iniusta alia causa est consultum agẽ do contra quemcunque possidentem & per quascunque manus & mediatos possessores res illa ambulauit.

Quintò pro eadem parte videtur esse text. apertus in capitu. bonæ. de appel. cum præsupponatur, quòd Cornelius fuerit spoliatus lite vel appellatione pendente, quo casu quicunque possessor succedens in ipsa re attentata pendente appellatione potest officio iudicis cogi ad restituendum, vt ibi dicitur.

Nec obstat, si diceretur, quòd ibi hoc est virtute generalis appellationis; quia certè ibi spoliatus non veniebat restituendus virtute appellationis. Ratio: quia appellauit, ne quis molestaret eum in possessione, sed Archidia. ibi non turbabat eum in sua possessione, cum iam fuerit primò spoliatus, & iam primò possessionem amiserat, & sic virtute appellationis ille non venie-
10 bat restituendus; † appellatio enim extraiudicialis non impedit, nisi ea quæ de directo fiunt contra appellationem & non alia, vt est tex. n o. in cap. cum vobis. de appellat. ita quòd virtute appellationis spoliatus ibi non veniat restituendus, ex quo possidens non turbat eum ĩ sua possessione, cum de ea primò fuisset spoliatus, videtur ergo in dicto cap. bonæ. esse prouisum de speciali remedio, quo spoliatus appellatione vel lite pendente potest reintegrari ad suam possessionem contra tertios & mediatos possessores. & facit quod in simili not. in cap. si constiterit. de accusat.

Sexto & vltimò videtur dicto Cornelio competere benefi-
11 cium. l. si coloni C. de agric. & cenſi. lib. 11. † vbi ex generali remedio illius. l. videtur esse consultum cuicunq; bonæfidei possessori, qui cecidit a sua possessione iniustè, licet careat titulo, quo mediante præscriberet, vt non obstet sibi exceptio dominij, sed ante omnia debet reintegrari ad suam possessionem: & ita per illum tex. tenet Innocen. in cap. post electionem. in fi. de elect. & in dicto cap. sæpe. & idem voluit gloss. ordi. in l. inciuilem. C. de furt & ita etiam sequitur Bart. o. in dicta leg. si coloni. vbi tamen requirit duo cõcurrere, vt habeat locum æquitas. d. l. Primò ꝙ fuerit possessor bonæfidei, vt ibi in tex. ideo possessor malæfidei non haberet beneficium. dicta l. quia in pari causa potior esset cõditio possidentis secundùm Bart. ibi. Secũdò requritur, ꝙ ipsa res peruenerit ad alium cum vitio & non aliter, & sic quando primus bonæfidei possessor cecidit a possessione ex vitio furti vel violentiæ, & ita loquitur text. in d. l. si coloni. ibi, vitio fugæ &c. Cùm enim ista sint vitia realia transeunt contra quemlibet etiam bonæfidei possessorem, vt dicta l. uitia. secus si res non esset affecta tali vitio; tunc enim cessaret dicta l. si co-
12 loni. † & bonæfidei possessor contra alium bonæfidei possessorem nullum haberet remedium: vt l. siue autem. §. si duobus. ff. de publ. & ita tenet Bart. o. in leg. manifestissimi. §. finautem in 2. columna. C. de furt. & in leg. rem quæ nobis. ff. de acquirenda possessio. Sequitur Imo in dicto cap. sæpe. & ita etiã tenet Bald. in dicta l. inciuilem in re affecta vitio violentiæ vel furti, vt suprà. Cùm ergo Cornelius ceciderit a sua possessione vitio violentiæ. ergo uidetur, ꝙ potuisset recuperare suũ fundum agẽdo ꝯdictione d. l. si coloni. cõtra Statiũ, licet bonæfidei possessorẽ.

13 Pro parte verò negatiua primi dubij arguitur a sufficienti partium enumeratione † quod argumentum est in iure fortissimum. ff. de his qui sunt sui vel alieni. l. patre furioso. & institu. de actio. § actionum. 21. distin. cleros. nam reperio prodita esse viginti quatuor remedia possessoria, ex quibus a iure conceditur posse recuperari possessionem deperditam, quorum nullum competere potest dicto Cornelio, vt infra patebit, ergo &c. & incipiam a remediis suprà not. pro parte affirmatiua. & primò quòd nõ competijsset condictio d. l. si me & Titium. quia dispositio dict. leg. tunc habet locum, qũ actori non potest esse consultum agendo contra eum qui principaliter tenebatur. Si enim posset agi contra illum, non potest tunc agi contra tertium; quia cessat æquitas. dict. l. si me & Titium. & ita probatur per tex. in l. si eum seruum. ff. si certum petat. vbi solũ re perempta datur illa æquitas, si enim ipsa res extaret, cùm esset tunc contra quem ageret, non posset contra illum reum agi ad pretium, vt dicta l. si eum seruum, & ita tenet Barto. & alij doct. sequuntur in dicta l. si me & Titium. Sed cum Cor. possit agere contra Pamphilum spoliantem vel eius hære-
14 dem. l. j. §. ex interdicto. & leg. si vi a me. ff. de ui & ui arm. † ubi licet spoliatus desierit possidere etiam absque dolo uel culpa; tamen tenetur ad æstimationem, ergo cessat æquitas. dict. leg. si me & Titium. cum possit agi contra principalem. Quando autem ipse spoliator, vel eius hæres fuisset non soluendo; tunc in subsidium bene posset agi contra tertium, qui non spoliauit ẽt bonæfidei possessorem. & ita tenet Barto in l. cum a te. ff. de vi & vi arma. Et sequitur Ange. in leg. si ui. & in l. si ex fundo. eod. titu. ita limitatio dictam. l. cum a te. per text. in l. itaque fullo. ff. de furt. & in l. his solis. ff. de condictio. indeb. & ff. de eo per quẽ fac. leg. fina. quicquid aliter dixerit glos. in dicta l. cum a te. & in d. l. si ex fundo. & isto casu haberet locum æquitas. d. l. si me & Titium, ex quo dicto Cornelio non posset esse consultũ agendo contra Pamphilum, qui principaliter tenebatur, sed in themate suprà non præsupponitur, ꝙ Pamphilus fuerit non soluendo &c. Amplius ad hoc ut habeat locum æquitas. d. l. si me & Titium. oportet, ꝙ reus contra quem agitur, habeat rem ex causa lucratiua, tunc enim æquum est, vt rem restituat, & non fiat locupletior, & ita probat tex. in l. si filius. ff. si certum petatur. aliàs verò quando res esset apud reum ex alia causa quã lucratiua, cessaret tunc æquitas dictæ legis. & ita tenet Bart. & alij doct. in d. l. si me & Titium. & in d. l. his solis. & cum non appareat ſ. in themate, ꝙ apud Statum dictus fundus esset ex causa lucratiua, ideo concluditur, ꝙ cessat remedium dictæ l. & sic non ob. primum argumentum. ſ. Et prædicta simpliciter no. ad intellectum. d. l. si me & Titium.

15 Secundùm remedium est actio triticaria pro recuperanda possessione. l. j. & 2. ff. de tritica. quæ locum habet, quãdo possessio immediate peruenit ad alium cum uitio furti uei uiolẽtiæ, uel rapinæ ita loquuntur dicta iura: secus autem quando res ẽt affecta uitio erat apud bonæfidei possessorem, sicut erat iste Statius; quia actio datur solum contra malæfidei possessorem, ut patet dictis legibus, & in l. sicut nec causam. §. res pignori. & §. fin. ff. si certum peta. ubi contra malæfidei possessorem bene potest agi, vt est ibi text. not. quem not. quia est prouisum contra malæfidei possessorem alio remedio quam remedio. dicto cap. sæpe. Et sic non ob. secundùm argumentum pro parte affirmatiua suprà.

Tertium remedium uidetur esse condictio. d. l. si nulla. secũdùm vnũ intellectum gl. ibi. † Sed certè posset responderi, ꝙ ibi
16 aut ageretur petitorio: cum tex. dicat petitio uestra secundùm glos. fin. ibi per text. l. actio in personam. ff. de actio. & obliga. & patet etiam: quia tex. ibi dicit de exceptione præscriptionis, quæ non obst. agenti possessorio, quando res est affecta uitio reali, ut dicto §. furtiuæ. uel loquitur ibi in malæfidei possessore, cum teneatur etiam de fructibus percipiendis, ut patet ibi, cum omni causa.

Vel potest dici, quòd ille text. loquitur de possessore immediato; quia dicit ingressum agrum, & sic ille ingressus agrum cogitur restituere, & agitur ibi contra eum qui occupauit clam, vnde non erat bonæfidei possessor, & sic non obst. & uide Bart. in l. si duo. ff. uti poss. dum allegat. l. si seruus. C. quod cum eo. & Cyn. in l. j. C. uti poss. in 7. quęstio.

17 † Quartum remedium est. cap reintegrãda. ut suprà. Sed certè ille text. locum habet solũ in clericis, & in rebus proprijs ipsorum, ut patet ibi in text. a cuius uerbis non est recedendum. ff. de leg 3. l. non aliter. 31. distin. omnino. facile enim fuisset exprimere de rebus laicorum, si uoluisset. l. j. §. finautem ad def. C. de cadu. toll. & in cap. ad audientiam. de decimis. l. si uerò. §. de uiro. ff. soluto matrimonio. vnde cum uerba illius text. sint manifesta & clara, alia interpretatio nõ cadit. l. prima. §. si is qui nauem. ff. de exercit. & in l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de leg. 3. & licet Domi. Anton. in cap. sæpe. & in cap. cum ad sedem. de restit. spolia. & Barto. in disputatione sua, quæ incipit. Lapus teneant, ꝙ æquitas. dicto capitu. reintegranda. habeat locum in rebus laicorum contra bonæfidei possessorem, tamen hoc de iure non uidetur procedere; quia qui possidet bona fide non dicitur possidere cum peccato uel periculo animæ, ex quo iure per-

Source : BIU Cujas

re permittente facit fructus suos etiam in spiritualibus, ut est dictum supra in primo articulo.

18. Pro parte † affirmatiua, quod enim iure permittente fit, non est in peccato 23.quæstio.4.qui peccat.l.Gracchus.C.de adult.ff.de iniur.l. iniuriarum. vnde cessat ratio domini Anton.dicendo quòd fauore animæ debeat fieri extensio ex identitate rationis etiam iuris correctiui, vt voluit singulariter Bart. in authent. sacrament.puber.C.si aduer.vendi.& facit quod in simili tenet Io.And.in capitu.penulti. qui fil. sint legiti.quia certe contra possidentem bona fide cessat ratio peccati, nec est eadem ratio, nec procederet argumentum a similitudine rationis, cum text.in dicto capitu.scire.dicat quò ad periculum animæ paria esse iniustè detinere & inuadere alienum, sed bonæfidei possessor nō detinet iniustè, sed iustè, vt supra. Amplius etiam quòd dispositio dicto capitu. reintegranda.non habeat locum in rebus laicorum, probatur per argu-
19 mentum a superfluis: † cum ī iure nil debeat esse superfluum, vt ī procœmio decre.& codicis; quia resecatis superfluis &c. sed superuacue emanasset noua dispositio dicti. capitu. sæpe. tam pro laicis quàm pro clericis, quæ solum habet locum contra scienter succedentem in vitium, cum fuerit noui iuris promulgatoria, vt patet ibi.in versicu.sancimus.quod verbum est noui iuris inductorium & non declaratorium veteris iuris, vt per glos. in versicu.receperit, in capitu.primo.de cleri.non resid.libro sexto, teneri doct.in capitu.secundo, de iudi.cum ergo Papa in dicto capitu.sæpe. asserat se inducere notum remedium contra talem succedentem scienter in re vitiosa, apparet quòd de hoc remedio non erat prouisum per antiqua iura; cum Papa ediderit ius de nouo, non autem declarauerit antiqua iura. vnde si non erat prouisum per antiqua iura contra succedentē scienter in vitium, vt dicto capitu.cum ad sedem. fortius non erat prouisum contra bonæfidei possessorem: nam si aliter diceremus, superuacua foret noua dispositio.dicto capitulo sæpe. cum Innocent. tertius auctor illius decretalis fuerit posterior quàm fuerint conditores dicti cap.reintegranda. & dicto cap. secunda & tertia.iij.quæst.j.prout patet ex no. per doct. in cap.
20 fina.de probat. † Nec obstat argumentum ab identitate rationis, vt sit eadem ratio in rebus laicorum: quia certè dignior & fauorabilior est cętus clericorum quàm laicorum, vt patet in l.j.C.de episcop.& cleri.& per Io.Andr.in capitulo j. de clericis coniugat.libro 6.in versicu. in cæteris. vbi enumerat multa & plura priuilegia, concessa tā clericis quàm laicis: cum enim expediat seruos Dei a strepitu causarum esse quietos. 2.quæstione 7.sicut sacerdotes.& in capitu.j.de sing.æquum fuit eis de pinguiori remedio esse prouisum. Sit ergo conclusio, quòd dispositio dicti cap. reintegranda.inducat speciale remedium in bonis ecclesiarum & in bonis proprijs, vbicunque quis ex iniusta causa cecidit a possessione, & per quascunque manus & mediatos possessores ambulauerit possessio, etiam si tertius possessor sit cum titulo & bonafide, vt per glos. in dicto capitu. sæpe. & ista est communis determinatio, vt in rebus clericorum locum non habeat, prout tenuit Ioan.de Lig.in dicto capitulo sæpe. & Io.Cal.ibi.& in dicto capitu.cum ad sedem.& idem Imo.& Panormi.in dictis iuribus.& plenius vide per Panormita. in dicto capitu.cum ad sedem.de intellectu dicti cap.reintegranda.in 5. char.& idem tenuit La.in sua allegat. 52. quæ incipit, Lætatus
21 sum.& ibi singulariter ad practicam libellandi in remedio dicti cap.reintegranda. † Quintum remedium est per text. sing. secundùm intellectum Hostien.in capitu. accedens. el primo, vt lite non contesta.plenius prouidens quòd sic sit dispositio dicti capitu.reintegranda.videlicet quando quis absque violētia vel spoliatione sua culpa vel negligentia cecidit a possessione sua & per negligētiam, vel culpam non recuperauit, vt possit officio iudicis implorato recuperare possessionē suam, etiā si ad alium absque vitio sit translata: & ita sequitur Io.Andr. in dicto cap.accedens.& alij doct.ibi.& La.in dict.allega.& Dom. Anton.in dicto capitu.sæpe. Sed tamen hoc remedium procedit in rebus ecclesiarum: cum text.in dicto cap. accedens. de rebus ecclesiæ loquatur.& ita sequuntur doct.in dicto capitu.sæpe.& Panormi.& Imo.ibi columna penulti. Poterit ergo ecclesia, quæ ex culpa, vel negligentia prælati cecidit a possessione & eius prælati negligentia, vel culpa non recuperauerit facta fide de eius pacifica & antiquiori possessione illam recuperare officio iudicis contra quemlibet possidentem, quod est menti tenendum.

Et aduertendum est; quia videretur tale priuilegium competere minoribus, qui culpa administratoris vel negligentia ceciderunt a possessione,& similiter in absentibus iusta absentia, quando ex causa absentiæ ceciderunt a possessione; cum enim in talibus locum habeat restitutio in integrum, haberent tale priuilegium & remedium, argument. capitulo ex literis. de in integrum restitu.secundùm Hostien.& Io.Andr.in dicto capitu.accedens.& Panormi.ibi facit gloss.not.quarta quæstio. penul.in summa, circa finem. volens quòd ille qui iusta absentia perdidit possessionem, quòd per in integrum restitutionem recuperet a quocunque possidente.& bene facit ad hoc text.in l.prima.C.si per vim vel alio modo.

† Sextum singulare remedium ad recuperandum possessionem etiam contra quemcunque bonæfidei possessorem est text.in cap.bonæ.de appella.omni casu quo quis est spoliatus appellatione penden. 22

Sed aduertendum est; quia ideo ibi datur officium iudicis ꝙ recuperanda possessione contra tertium possessorem, eo quia ille tertius erat, seu dici poterat pars; cum ibi appellatio fuit generalis, quòd nullus turbaret possidentem in sua possessione: & si secus fieret appellauit. potest enim in extraiudicialibus appèl lari a futuro grauamine, vt in capitu.concertationi.de appella. libro sexto,& in capitulo sicut.eodem titu.vnde dicit Innocēt. in dicto capitu.bonæ.quòd non solum facit contra appellationem ille, qui spoliauit, sed omnis ille qui tenet rem spoliatam contra voluntatem appellantis,& sic vnusquisque dicitur face re contra appellationem & esse pars, ex quo appellatio fuit generalis contra omnes, vnde non potest dici, quòd in dicto cap. bonæ. agatur contra tertium possessorem: nam prout ibi patet circa fin. Papa fundat se super probabili causa appellationis & illius virtute fit restitutio contra tertium possidentem, aliàs autem tertius ipse, qui ipse principaliter innouaret, vel spoliaret appellantem, vel appellatum pendente appellatione non posset conueniri remedio attentati a iudice appellationis etiā post
23 eius inhibitionem; † quia inhibitio & remedia attentatorum non habent locum contra tertium innouantem, text.est nō.in capitu.Romana.§.in alium.de appella.libro 6.nec potest iudex appellationis in talem iurisdictionem exercere: & iste sit uerus intellectus dicti capitu.bonæ. Contra tertium enim innouantem appellatione pendente debet agi coram iudice ordinario & iudiciario ordine seruato,& per ordinaria remedia a iure cō cessa, vt in capitu.cum teneamur. de appellat. & vide per gloss. in dicto §.in alium.vt adde, quòd sicut inhibitoria & pendentia appellationis non extenditur ad tertium, ita econtra iudex a quo est appellatum poterit innouare cōtra tertium, non obstante appellatione, vt est text. & gloss. not. in leg. creditor. in princip.ff.mandati.vbi pendente appellatione cum fideiussore potest fieri innouatio contra reum principalem, & de his vide singu.per Barto.in l.j.in fin.C.de diuer.rescript.

24 † Patet & alius secundus intellectus ad dicto capitu. bonæ. quòd ubi vltimus & mediatus possessor innouauit cum parte appellata; tunc enim quādo tertius possessor haberet causam a parte appellata innouante tenetur ex remedio attentati: & ita sit text.not.in dicto capitu.bonæ.facit etiam text.in leg. chirographis.§.j.ff.de administra.tut. & quod habetur in capitulo cum M.de constitu.& ita sing.limita text.in dicto §.in alium.vt contra tertium innouantem non habeat locum remedium attentati, nisi ipse tertius habuisset causam a parte innouante, vt patet in d.c.bonæ & ita sequuntur ibi do.

Tertius intellectus ad dictum capitu.bonæfidei.ꝙ ibi ille archidiaconus tertius possessor mandauit, vel ratum habuit, sed certè est diuinatio; quia Papa ibi fundat se super probabili causa appellationis vt suprà. Non autem quòd teneretur interdicto vnde vi; quia esset casus de indubitabili contra l. quod Labeo.ff.ad carb.& in c.rursus qui cle. uel vouen.

25 † Amplius aduerte, quòd remedium attentatorum appellatione pendente locum habet in attentatis a partibus, vel a iudice a quo, ut dicto capitu.non solum.de appella.in 6. Hinc est, ꝙ executio sententiæ facta pendente appellatione retractatur, & ad primum statum reducitur.l.cum ex causa.ff de appella.& in c.venientes.in fin. de iureiur.

Secundò habet locum in attentatis a tertio habente tamen causam a parte appellata vel appellante, vt dicto capitu. bonæ, & alienata per appellantem uel appellatum reuocantur officio iudicis appellationis, vt d.l.chirographis.§ j.

Vltimò locum habet contra tertium succedentem in ipsa re attentata, dato ꝙ non habuerit causam a iudice, vel a parte innouante.text.est singul.in capitu.ex parte Adæ.de testi.& ita ad hoc inducit illum text.Ioan.de Imo.ibi, columna quarta, & facit quod habetur in capitu.ex parte supra de rescript. & secunda quæstio.prima.in primis. censetur enim quodammodo tale vitium reale, adeo quòd agi possit contra quemlibet in ipsa re attentata etiam contra successorem etiam cum titulo & bonafide: † nam in dubio bonafides præsumitur ex titulo secundùm
26 not.per Barto.in leg.Celsus.ff.de vsucap. vnde in dicto capitu. ex parte Adæ.ille tertius possessor habebat titulum illius ecclesiæ, cum esset sibi collata secundùm Io.Andr.ibi, & tamen virtute appellationis fit contra eum executio, cum innouatio fuerit pendente appellatione, & ibi successit in ipsa re attentata ēt cum titulo, licet non habuerit causam a parte uel a iudice, cum possideret ex titulo suæ collationis & confirmationis obtentę: iudices enim primò spoliauerunt appellātem ecclesia illa post appellationem ad instantiam partis appellatæ, & ille tertius ex post possedit & successit in ipsa re iam attentata & affecta vt supra ideo contra eum fit executio non ex nouo processu, & iudiciario

Source : BIU Cujas

diciario ordine seruato, sed ex ipso primo processu & officio iudicis appellationis: secus autem quando tertius ipse primò & principaliter innouasset non habens causam a parte vel a iudice; tunc enim reum est, quòd remedium attentati non habet locum contra talem tertium innouantem appellatione pendente etiam post inhibitoriam, & ita procedat text. in dicto §.
27 in alium. † Ex quibus tene menti plures notabiles limitationes ad dictum. §. in alium. cum etiam ex his habeatur nomen & singulare remedium recuperandi possessionem etiam contra tertium possidentem titulo & bona fide, quando scilicet successit in ipsa re attentata præcedente appellatione, & isto casu concludo quòd dicto Cornelio potuisset esse consultum recuperandi possessionem a dicto Statio bonæfidei possessore, ex quo successit in dicto fundo iam affecto vitio attentati per ipsum Pamphilum appellatum pendente appellatione, vt supra in themate.

Ex quibus etiam infertur longe magis esse priuilegiatum remediū attentati quàm possessorium recuperādæ, prout voluit glossa ordina. in clementina secunda in princi. vt lite penden. cum possessorium recuperandæ non detur contra tertium succedentem in re iam affecta vitio violentiæ, vt in dicto capitulo cum ad sedem. & in leg. cum a test. ff. de vi & vi arma. & tamen remedium attentati datur contra tertium succedentem in re attentata, licet bona fide & titulo possideret, vt dicto capitu. ex parte Adæ. & hoc est nouum remedium, quando res attentata peruenit ad tertium bonæfidei possessorem etiam cum titulo etiam non habentem causam a partibus vel a iudice.

28 † Quando autem lite pendente alienatur res litigiosa; tunc contra possessorem habentem titulum a parte subuenit alio remedio per titulum C. de liti. vt habetur ibi in leg. fina. & in capitulo secundo. & tertio, vt lite penden. cum lite pendēte non non possit res in alium alienari, in auct. vt nulli iudi. §. super hoc. & in dicto capitulo secundo & tertio. Et similiter quando res alienaretur in alium causa mutandi iudicij est prouisum per remedium tituli. ff. & C. de alie. iudi. sed titulus de liti. & titulus de alien. iud. & remedia illa procedunt, quando tertius possessor haberet causam a parte. Remedium verò dicti capitu. ex parte Adæ. & dicti capitu bonæ. habet locum contra tertium etiam titulo & bonafide etiam qui nullam causam haberet a iudice vel a partibus, & hoc bene no.

29 Septimum † remedium est condictio dicta leg. si coloni, vt supra de cuius. leg. intellectu plenè videndum est. Nam Innocent. in dicto capitu. sæpe. & in capitu. post electionem. in fin. de concess. prebē. intelligit illam leg. generaliter dicendo quòd officio iudicis poterit quis petere possessionem sibi restitui, quā primò bonafide possidebat etiam non probata spoliatione cōtra quemcunque agatur.

Sed glos. in dicta leg. inciuilem. & Bald. ibi & Barto. in dicto §. sed cum in secunda. & Innocent. in dicto capitu sæpe. intelligunt. dicta leg. si coloni. quando res affecta vitio peruenisset ad bonę fidei possessorem: & ita loquitur dict. l. si coloni. ibi, vitio fugæ, aliàs locum non haberet, ut supra est dictum. Et quòd d. l. si coloni. loquatur etiam contra bonæfidei possessorem, dupliciter ostendi uidetur.

Primò in text. ibi in uersicu. ad alios. & sic non solum ad primum immediatum possessorem, sed apud quoscunque alios
30 † indefinitè, quæ æquipollet vniuersali. leg. si pluribus. ff. de legat secunda. glos. ordina. in uersi. alium. in cap. ut circa, in princip. de elect. libro sexto.

Secundò: quia ibi possessor, contra quem agitur, prętendebat se dominum, vt in text. ibi, & tunc causam proprietatis & originis agitari, & sic domini cogitatione possidebat, ut supra, & sic non uideretur ille text. solum loqui in malę fidei possessore: aut quia res sit affecta vitio: nam licèt primus possessor videatur habuisse cum uitio: cum dominus quandiu seruus est in fuga non perdit possessionem, quousque per alium possideatur. leg. rem quę nobis. & leg. si rem mobilem. ff. de acquirenda possessione. vnde licet primus qui occupat uideatur immediate dominum spoliare & habere cum uitio: tamen alij mediati possessores non uidentur spoliasse dominum, cum iam primò possessionem amiserit, & licet quò ad prescribendum consideretur uitium reale, vt dicto §. furtiuę. & dicta leg. uitia. & l. Pomponius. §. cum quis adminiculo. ff. de acquirenda possessione.
31 † tamen bonę fidei possessor ipse non dicitur possidere ex causa furti uel uiolentiæ, argument. leg. si duo. §. non uideor. ff. vti posside. tunc quia facit fructus suos: ut supra tamen etiam quia interdictum vnde ui contra eum locum non habet, ut d. leg. cum a te. & similiter nec actio furti, uel condictio furtiua, vt dicta leg. inciuilem. cum ibi not. ita quòd considerato iure possessorij quò ad aduocandum rem a bonę fidei possess. dicitur quodammodo purgatum vitium, & hoc respectu uitia realia non sunt in consideratione, ut supra patet, vnde uideretur, quòd dicta leg. si coloni. probaret indistinctè opinionem Innocentij, ex quo loquitur text. etiam de mediatis possessoribus indefinitè.

Verum pro contraria parte potest responderi primò, quòd ille text. & similia iura loquantur in malę fidei possessore, qui
32 gratis suscepit colonum fugitiuum: † nam intelligitur malę fidei possessor, cum prę sumatur suscepisse ratione lucri, ratione cuius lucri prę sumitur dolus, qui aliàs non prę sumeretur, argument. lege eleganter. §. final. cum leg. sequent. ff. de dolo. Sed quando mercede constituta suscipit seruum, uel colonum alienum, non prę sumitur sciens, sed ignorans, ut est tex. in l. omnes profugi. & ibi glo. in uers. mercede.

Secundò: quia in casu dict. leg. si coloni. & in alijs iuribus loquentibus de istis colonis, & in auct. de mandat. princip. §. sed & suscipientes alienos agricolas. licet is apud quem est colonus fugitiuus a principio fuerit bonę fidei; tamen si postea incontinenti cognita rei qualitate non restituit malę fidei censetur, & ad restitutionem tenetur, ex quo contra iuris dispositionem tenet talem colonum, vt est text. not. in leg. cum satis. §. fin. & leg. quemadmodum. eodem titu. non sic contingit in aliis rebus non prohibitis possideri, in quibus etiam sola scientia rei alienę non faceret teneri remedio possessorio nisi quando occupauit rem uacantem, ut leg. conquerebatur. C. vnde ui. In aliis
33 verò secus † cum nemo cogatur dicere titulum suę possessionis secunda quę stione sexta. § primo. & in leg. cogi. C. de petitio. hęredita. & satis est quòd quis bonafide possideat, & non cogitur restituere nisi probanti se dominum. leg. fin. C. de rei uendicatio. institut. de interdict. §. commodum. ergo dicendum est speciale esse in istis colonis, ubi nō potest opponi exceptio dominij, & debent restitui primo possessori a quo aufugerunt eo ipso cognita rei qualitate, vt dicta leg. cum satis. §. fina. & dicta l. si coloni.

Tertiò: quia dicti coloni, siue sint serui, siue liberi, omnes quò ad hoc equiparantur seruis, & dicuntur possideri, ut est tex. in l. si diutius. eodem titu. & fugiendo faciunt furtum sui sicut serui, ut dicta l. cum satis, in princip. eodem titulo. ideo semper dicuntur esse cum uitio furti apud quoscunque, cum dicātur semper sui furtum facere, & quilibet succedit ī uitium, si cognita rei ueritate non restituit: cum contra legum interdicta possidentur dicta l. quemadmodum. ideo etiam ultimus possessor ad restitutionē tenetur, ut dicta l. cum satis. §. fin. & isto casu ipsa res spoliata dicitur deliquisse, scilicet ipse colonus. vnde speciale est in ipsis, non sic in aliis rebus.

34 † Quartò dici potest, quòd in dicta leg. si coloni. cum aliis similibus sit speciale agrorum fauore, ex quibus tributum seu uectigal soluitur, ut sic inculti non remaneant, & ista ratio consideratur in d. l. omnes profugi. & in d. l. cum satis.

Quintò dicta iura loquuntur in seruis ascriptitiis, uel cēsitis, qui pars terrę censentur, ut dicta l. ne diutius. in fin. & dicta leg. quemadmodum. ideo possessores terrarum aduocant ab aliis possessoribus etiam sine uitio huiusmodi colonos, quasi primi possessores non uideantur vnquàm eorum possessionem ex toto perdidisse, cum terram possideant, & ipsi coloni non possint a terra & cultura separari, vt dicta l. ne diutius. & d. l. cum satis. & dicta l. quemadmodum. meritò possunt aduocari a quocunque possidente. non sic contingit in alijs rebus, in quib. possessio ex toto esset amissa.

Et his modis potest responderi ad dicta l. si coloni. cum alijs similibus loquentibus de istis colonis, quę iura, prout patet ex prędecentibus non probant opinionem glos. in d. l. inciuilem, & Innoc. & aliorum doc.

35 Octauum † remedium est condictio sine causa, ut in leg. prima. §. constet. ff. de condi. sine caus. & per glos. in dicta leg. si me & Titium. in fin. & ipsa condictio datur ratione possessionis, ut lege indebiti. §. sed si summi. ff. de condi. indebit. & id quod condicitur non est meum, scilicet ipsa possessio deperdita, vt l. fin. in fin. ff. vsufructuarius quemadmodum capitu. ubi ad hoc est glos. not.

Nonum remedium est condictio indebiti, quæ datur ad possessionem, vt dicta l. indebiti. §. sed si nummi. Nec obstat, quòd nemo condicat rem suam prętерquàm a fure, ut dicta l. fi. quia certè possessio ad quam agitur, non est sua sed deperdita, vt per glos. in dicta l. fina. in fin. Sed notanter tamen est aduertendum ad intelligentiam condictionis indebiti & actionis triticarię & incerti, & etiam l. si me & Titium. quia nunquam habent locū prędicta remedia, nisi quando aliquod negotium esset gestum inter actorem & reum, contra quem agitur, vt est text. in dicta leg si me & Titium. ibi, nullum negotium mecum contraxisti, & ibi not. per Ange. & idem in condictione sine causa, quia leges in illo titulo ponderant aliquod negocium esse gestum immediatè inter actorem & reum, & idem est in condictione indebiti, & in actione incerti. text. est not. in leg. si in area. ff. de
36 cōdict. indebiti. † Sed aliquo gesto tunc oriri possunt dictę cōdictiones indebiti, incerti, sine causa, & condictio. dicta leg. si me & Titium. & actio est triticaria, ut patet in leg. prima. & secunda. de tritica. & ita dicit & determinat singu. Barto. & Ang. in leg. si me putem. §. cum inter. ff. de condictio. indebit. quo casu aliquo negocio gesto inter actorē & reū subsistente aliqua

æquitate

Source : BIU Cujas

æquitate oriuntur dictæ condictiones & aliquando non secundùm id quod agitur, sed extra id & propositum contrahentiũ sæpe oritur obligatio, vt in l.si is qui.ff.commod.in fine, & hoc sumitur not. ad intelligentiam dictarum actionum. Ergo patet clarissime ex prædictis concludendum, quòd nullo ex prædictis remedijs posset possessio aduocari a bonæfidei possessore, cum quo nullum negocium fuit gestum, nisi prout supra est dictum.

Decimum remedium est per interdictum vnde vi, quod solum competit contra spoliantem, mandantem, vel ratum habentem, vt l.j ff.de vi & vi arma.& in d.cap.cum ad sedem.non autem contra tertium etiam possidentem rem affectam vitio violentiæ, vt in d.l.cum a te.& d.c.cum ad sedem.

37 Vndecimum † remedium est condictio. cap.sæpe.de restitu. spoliato. quæ datur contra scienter succedentem in re affecta vitio violentiæ, licèt sit tertius & mediatus possessor. Et aduertendum est, cp ista qualitas, quòd scienter successit in vitium, esset pro forma probanda per actorem agentem ex remedio. d.cap.sæpe.quia illa qualitas scienter, de qua in d.c.sæpe.significat secundùm tempus verbi, cui adiungitur. l. in delictis. §. sit extraneus.ff.de condi.indebi.& sic requiritur, quòd concurrat illa qualitas, vt per Bartol.in l.ex facto.ff.de vulg. & pup. & per glo.in verbo,canonicis.in capit. statutum. in princ. de rescr.libro sexto,& not.in c.decreuit. de hæreti. eodem lib. intantum quòd non sufficeret probare, quòd possessor habuerit scientiam, quòd res esset aliena: tunc enim haberet locum remedium.l.conquerebatur.C.vnde vi.vnde requiritur,quòd probetur de scientia rei violentæ & non de scientia rei alienæ simpliciter. Constat autem, quòd quando a lege disponitur aliquid cum certa qualitate,debet vtrunq; probari, & sic factum cum illa qualitate, vt est text. & ibi Bartol. in l.prima,§.primo.ff.ne quid in flumine publico, de quo tamen plenius vide per doct. in d.c.sæpe.

38 Duodecimum † remedium est actio, quod metus causa, & hæc datur etiam contra tertium bonæ fidei possessorem, vt in l.si cum exceptione.§.aliquando.ff.quod metus causa. cũ alijs similibus,etiam si titulo possideret.nec distinguitur lucratiuus ab oneroso,vbi agitur directò ad rem ipsam:vt per Bald.in d.§. aliquando.& mirum videtur,cp cum vitium violentiæ sit reale,vt in d.l.vitia.& in d.§.furtiuæ.& tamen nõ datur contra tertium possessorem, & vitium metus est personale, prout not.in d.l.Pomponius.§.cum quis.ff.de acquir.poss.& l.tertia. C.quod metus causa, & tamen datur contra tertium possessorem,vt in d.§ aliquando. & ratio differentiæ est: quia actio quod metus causa est personalis; tamen in rem scripta,vt d.§. aliquando.& in l.metum.eodem titulo,& in hoc excedit suos terminos; qa actio personalis non sequitur rem, vt in l.prima.§.si hæres.ff.ad Trebell.ideo exceditur a non suis terminis.

39 † Quia dictum vitium metus non censetur reale,& præscribitur spatio decem annorum: vt in dic.l.tertia. C. quod metus causa, & ibi per glo.not.& Bald.hanc rationem differentiæ assignantem.Si enim metum passus potest agere contra tertium possessorem,& non agit, præscribitur spatio decem annorum in hac vi compulsiua,sed in vi expulsiua, & sic in re affecta vitio violentiæ cum non possit agi contra tertium possessorem, vt dicta l.cum a te. non præscribitur per longum tempus, vt d.§.furtiuæ.& in dic.§.cum quis admi.sicut aliàs dicitur in l.edicto.circa fin.C.de edicto diui Adria.tollen.

Decimumtertium remedium est per actionem de dolo: sed ista actio est personalis, & non datur nisi contra dolosum, & sic non contra tertium possessorem, vt patet in ll.ff. & C.de dolo.

Decimumquartum remedium condictio. l.si quis conductionis.C.loca.quæ loquitur in re locata, vt conductor teneatur ad restitutionẽ possessionis, nec possit referre quæstionem dominij locatori, prout plenè habetur ibi.

40 Decimumquintum remedium est condictio. l.nõ abs re. C. vnde vi.vbi contra possidentem nomine alieno potest agi ad restitutionem possessionis & eius æstimationem, si vsque ad sententiam fuerit contumax in restituendo, & in his duobus vltimis illa.l.est ad hoc singularis.

Decimumsextum remedium est condictio. dicta lege conquerebatur. quæ locum habet contra eum qui scienter occupauit possessionem alterius vacantem, & dic prout ibi plenè habetur.

Decimumseptimum remedium est condictio. l. fina. C. de acquiren. possessio. quæ locum habet in possidente nomine alieno & possessionem relinquente vel prodente, vt aliquando aperiatur via occupandi;quia contra talem possidentem & occupantem prouisum est de remedio.dicta l.fin.per quam dixit singulariter Ang.ibi,quòd condictione.dicta l.potest agere creditor contra ementem a debitore alienante rem obligatã, quam debitor constituerat se precario nomine creditoris possidere,& licèt agatur contra tertium possessorem,nulla tamen in dicto casu est necessaria excussio, vt ibi per Angel. quod est notandum ad limitationem auth.hoc si debitor. C. de pignor. licèt aliàs quando ageretur ad bona alienata in fraudem creditoris requiratur excussio bonorum creditoris, antequàm agatur cõtra tertium possessorem:vt in l.prima. C.de reuo.his quæ in frau.credi.vbi de his singulariter per Bal.in princ.

41 Decimumoctauum † remedium est condictio. l. si quis in tantam. C. vnde vi. quæ locum habet contra violentum, qui occupauit per vim rem ab alio possessam, de quo dic plenius nota.ibi. Et an condictio.d.l.habeat locum in clericis & bonis ecclesiarum, vide per glo.ordina.& no.in c.j.de dolo & contuma.& ibi plenè per doct.

Decimumnonum remedium est condictio. l.extat. ff. quod metus causa. quæ locum habet in occupante per vim aliquam rem sibi debitam. Nam perdit omne ius quod habet in re ipsa, & ad restitutionem tenetur, prout in d.l.plenius not.

Vigesimum remedium est condictio. l. inuasor. C. vnde vi. quæ locum habet contra inuadentem rem ab alio possessam etiam absque dolo, & condictione illius. l. tenetur ad restitutionem possessionis: vt ibi per Ang.in prin.

Vigesimumprimum remedium est condictio. l. si constiterit.C.fin.regun.quæ datur contra violentum & de facto occupantem pendente lite rei, de qua litigatur in iudicio, de quo dic vt plenius ibi habetur.

42 Vigesimumsecundum † remedium recuperandæ possessionis est condictio.l.j.C.si per vim vel alio modo. quæ datur contra eum,qui occupauit possessionem absentis: nam absens reuersus est ante omnia restituendus & contra agentem condi. l.non obstat exceptio dominij,vt ibi ex tex.no. & idem voluit glo.3.q.j.in summa.quòd absens, qui perdidit possessionem,potest eam recuperare a quocunque possidente.

Vigesimumtertium remedium recuperãdæ possessionis est condictio.l.meminerint.C.vnde vi.quãdo, scilicet quis auctoritate iniustæ sententiæ, vel iniusti rescripti possessionem ab alio possessam ingreditur,& talis spoliatus est ante omnia restituendus, vt ibi habetur;quia spoliatus auctoritate iudicis iniustè habet remedium possessorij recuperãdæ, & vide etiam tex. notab.in d.c.cõquerente.de restitutio.spoliato. An tamen contra conuentum condictione.d.l.meminerint.sit necesse deducere & probare dolum,vide per Bart.in l.tertia. §. si fundum.ff. de vsucapio.

43 Vigesimumquartum & † vltimum remedium est actio in factum seu officium iudicis,quod datur non solum possidenti, sed etiam alij detentatori cadenti a sua detentatione ex vitio furti vel violentiæ,& ideo commodatarius,depositarius,vsuarius & similes detentatores agere possunt pro recuperatione detentationis amissæ:vt d.l.& ideo.§ Neratius.ff.de condi.furt. & ibi per glo.& in l.non tantum.ff.de petit.hæredi.& in d.l.manifestissimi.§.sed cum in secunda. C. de fur. & in l.Aquilius. ff. de don.quæ iura, & glo.loquuntur, quando res peruenit cum vitio & mala fide,& sic contra immediatum possessorem: secus si contra tertium bonæfidei possessorem: quia cum officiũ iudicis detur ex æquitate. l. quòd si Ephesi. ff. de eo quod certo loco.cessat æquitas bonæfidei possessorem. Patet ergo summatim sic examinatis omnibus remedijs possessoriis quòd supra dicto Cornelio spoliato non sit prouisum aliquo iure contra bonæfidei possessorem, nisi ex remedio attentati per text.sing. in dicto cap.ex parte Adæ, vt est dictum sup.in sexto remedio ad dictum cap.bonæ.Et ita a sufficienti partium enumeratione demòstratum apparet nullum remedium petitorium vel possessorium dari.

Nam iste Cornelius actor & petitor nullum ius habens in dicto fundo non hypothecam vel titulum, caret omnibus remedijs quibus sup.& cõsequenter etiam aliquam personalem actionem, vel officium iudicis contra bonæfidei possessorem habere non potest,cum quo nullum negocium est gestum vt 44 d.l.si in area. † nec dolus, vel violentia tertii debet nocere bonafide possidenti, vt dicta l.de publiciana.l.eum qui. §.prætor. Et pro hac determinatione facit tex.& eius ratio in l. siue autẽ. §.duobus.in fine. ff. de pub. vbi bonæ fidei possessor cadens a sua possessione remedium non habet contra alium bonæfidei possessorem, & potior est conditio possidentis quàm petentis,vt ibi in text.no.est expressum; quia par in parem &c. lege nam magistratus.ff.de arbi.cum cap.fin.de rescript. libro sexto, pro quo bene facit ratio.lege si duo.in princip. ff. vti possi. & licèt Bartolus in dicta lege rem quæ nobis. & in dicto §. sed cum in secunda. hic limitet, nisi sit affecta vitio, tamen contra tertium bonæ fidei possessorem non nocet in remediis possessorij, prout sup.particulariter ostensum est.

Et pro hac etiam parte bene facit textus in dicta lege non tantum. §. veniunt. ff. de petitio. hæredita. vbi bonæfidei possessor habet solam retentionem, non autem petitionem.

Source : BIU Cujas

dicit text.ibi,quòd si cadit a sua possessione,non habet petitionem contra alium bonę fidei possessorem.ad idem etiam text. in l.sed si possessori.in prin.ff.de iureiuran. vbi idem probatur. Nec prædictis obstat. c.quia V. de iudic. & 2. quæst.j. in primis. quia in dictis iuribus primus possessor erat cum titulo,vnde ratione tituli, quem habet, agit contra tertium possessorem iniustum, per regulam primam lib.6.

45 † Secundo respondetur, quòd dicta iura loquuntur contra malę fidei possessorem scienter succedentem in vitium, & ita patet in d.c quia V. idem in dic.cap.in primis.vbi text. dicit, ꝙ est leuioris culpæ.& sic comparatiuum relinquit positiuum in termino,l.vbi autem non apparet.ff.de verbo. obligatio. vnde si fuit in culpa,non erat bonę fidei possessor. patet etiam : quia ibi sibi pœna imponitur. Item ad c.quia V. potest responderi, quod loquitur in successore in beneficio, vt in cap. primo, de solutio.qui successor licèt etiam non esset hæres insolidum:tamen actione personali tenetur insolidum, si possidet rem affectam vitio violentiæ, & iste est casus notandus, in quo actio p̃sonalis non diuiditur contra hæredes pro hæreditarijs portionibus.text.est notab.in l.si plures.ff.de vi & vi arma. Non obst. l.de vsu.& quod dicit Bar.ibi.ff.de var.& extraordin cognitio. quia loquitur in malę fidei possessore, & sic apparet sufficienter ad contraria responsum.

Concludendum est ergo,ꝙ bonę fidei possessor absq; titulo nullum ius habens in re si ceciderit a possessione etiam vitio furti vel violentiæ; tamen contra tertium bonę fidei possessorem remedium petitorium vel possessorium non habet, sicut ex præcedentibus patere potest. Et hæc de primo dubio.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus in petitorio an possit si aliquid lite pendente innouetur in possessione iurisdictionem suam exercere.9.14.*
Jurisdictio iudicis a quo per appellationem an extinguatur vel suspendatur.
2 *Iudex a quo deferendo appellationi vtrum queat virtute primæ iurisdictionis de causa cognoscere.*
3 *Iudex delegatus postquàm detulit appellationi potest assignare terminum ad arripiendum iter.*
4 *Processus iudicis a quo per denegationem apostolorum vanus est.*
Apostolorum denegatio vim delationis habet.
5 *Appellatio & appellationis delatio iurisdictionem non impediunt in his, quæ sunt in fauorem appellationis.*
Possessor lite vel appellatione pendente, commodo suæ possessionis non priuandus.
6 *Intellectus c.cum teneamur.de appella.*
7 *Delegatus a principe per solam sententiam diffinitiuam an dicatur functus suo officio.*
Delegatus a principe sententiam suam exequitur.
Executio sententiæ pars est iurisdictionis causę.
8 *Iurisdictio deserta appellatione per lapsum termini iuris vel hominis ad primum iudicem redit,ad quem executio sententiæ spectat.*
9 *Delegatus in vna re de alia diuersa non cognoscit.*
10 *Rescripta & delegationes extenduntur ad causas habentes ortum post datam rescripti.*
11 *Delegatus an cognoscat de causa nullitatis sibi non commissa.*
12 *Attentatorum reuocatio ad quem pertineat.*
Judici vni concessum ceteris prohibetur.
13 *Lex superuacuis remedijs nunquam vtitur.*
Attentata ante omnia reuocanda.
15 *Iudex delegatus interlocutoriam etiam de consensu partium quando non possit reuocare.*
Appellari potest ab interlocutoria super competentia, vel incompetentia iudicis lata.
16 *Iudex deferens appellationi grauamen a se illatum reuocare an possit.*
Limitatio.c.cum cessante.de appell.
17 *Iudex ad quem an possit abbreuiare terminum iuris.*
Iudicis ordinarij latissimum est officium.
Intellectus c.cum teneamur,de appell.sup.nume.6.
18 *Attentata post appellationem sunt nulla.*
19 *Delegatus quomodo de omnibus incidentibus cognoscat.*
Delegatus per viam querelæ adiri non potest.

Videndum est nunc de secundo

1 dubio. † Et pro eius parte affirmatiua arguitur primò sic, per appellationem iurisdictio iudicis a quo non extinguitur, sed solum suspenditur,de iureiur.cap. venientes. & talis suspensio inducitur in concernentibus cognitionem vel decisionē causę principalis in præiudicium appellationis,non autem in eius fauorem,ita probatur in l.appellatione.C.de appellat. canonizata.secunda quæst.sexta,& idem habetur in l.prima.ff.nil noua.appell. pend. sed in aliis concernentibus fauorem appellationis & appellantis non intelligitur esse suspensa iurisdictio per appellationem patet:quia non obstāte appellatione potest reuocare grauamen & procedere in causa principali, vt in c.si a iudice.de appell.lib.6.& in c.cum cessante. eodem titulo,vbi text.de iudice delegato loquitur. Sed cū reuocare grauamen illatum dicto Cornelio tendat in fauorem appellationis, & in faciliorem eius expeditionē ergo delegatus hoc poterit, cum in istis sua iurisdictio non sit suspensa, dicto cap. si a iudice. & c.cum cessante.

2 † Secundò ad idem facit:quia iudex a quo deferendo appellationi,licèt videatur quantum in se est abdicare a se communem iurisdictionem,& transferre ad superiorem, vt est text.in c.cum appellationibus.de appellatio.lib.sexto,tamen propter hoc non est extincta & finita eius iurisdictio:cum possit causa ad eum redire & remitti, & potest virtute eius primæ iurisdictionis de causa cognoscere, vt est textus in dicto capitulo cū appellationibus,& ibi glo. notabil. in versic. refutari. Amplius per delationem appellationis ipsa talis suspensio & transfusio intelligitur esse quò ad cognitionē causę principalis & in præiudicium appellationis:secus intendentibus ad eius faciliorem expeditionem ; quia in his nō intelligitur suspensa iurisdictio,
3 quod patet † quia etiam iudex delegatus etiam postquam detulit appellationi potest assignare terminum ad arripiendum iter & ad prosequendum appellationem, vt est text.no.in cap. pen. §. post hæc.de appell.in sexto,& in clement.prima,eod.titulo,& in capit.ad aures.eod.titu.quæ iura etiam de iudice delegato loquuntur. vnde si consideraretur ratio suspensionis & transfusionis iurisdictionis ad superiorem esset dicendum, ꝙ delegatus prædicta facere non posset,postquam detulit, & sic abdicauit a se iurisdictionem. Verum quia ista tendunt in faciliorem expeditionem, dicitur in his retinere iurisdictionem cum exercitio, etiam si sit delegatus, & detulerit appellationi, vt d.c.ad aures.& d.clem.j. ergo poterit dictus delegatus reuocare dicta grauamina, cum tendant in fauorem & expeditionem causę appellationis,vt in d.l.j.ff.nil noua.appell.pen.& in c.non solum.de app.in 6.

4 Tertiò ad idem facit denegatio apostolorum per iudicem a quo habet vim delationis,patet quia irritus & nullus est ipso iure processus iudicis a quo, si denegauit apostolos, vt in c.vt super.& c.ab eo.de appell.in sexto, & tamen retinet iurisdictionem;quia poterit causam reassumere,si renūcietur appellationi tacite,vel expresse,vt in d.c.vt super. & c.ab eo. & cum præsupponatur in themate, ꝙ iudex delegatus assignauerit terminum ad prosequendum, & sic est possibile causam ad eum redire per lapsum termini hominis,vt in c personis. & c.cum sit. de appell.& idem per lapsum termini iuris, cum ipso iure redeat iurisdictio ad iudicem ad quem deserta appellatione, vt l.cos.in princ.C.de appell.& in l.prima,& fi.C.de temp. appell. ergo ratione iurisdictionis quam interim retinet,poterit reuocare grauamen, cum eius iurisdictio non sit extincta, vt supra, nec etiam suspensa in his quæ tendūt in faciliorem expeditionem, vt patet sup.in 1.& 2.argu.

5 Quartò ad idem facit,quia appellatio & delatio appellationis non impedit iurisdictionem in his, quæ sunt secundum naturam & in fauorem ipsius appellationis,tex.est not.in c.secundo,de matrimonio contracto contra inter. eccle. vbi licèt iudex a quo detulerit appellationi, potest prohibere, quòd nulla fiat innouatio appellatione pendente, & ita præcipere & mandare ipsius partibus,vt in d.cap.secundo,& ibi per glos.remanet ergo iudici iurisdictio, quòd nulla fiat innouatio appellatione pendente, & sic quòd possessor non amoueatur a sua possessione, cum lite vel appellatione pendēte non debeat possessor priuari commodo suæ possessionis: vt in c.primo,vt lite pen.& in c.dudum. de priuileg. decimasexta, quæst.quarta, voluimus.l.secunda. C. de probat. & C. de peti. hæred. l.diuus, ergo iudex delegatus licèt detulisset appellationi,poterit repone Cornelium sic spoliatum in possessione sui fundi; quia concessa iurisdictione vt nulla fiat innouatio, vt d. cap.secundo, videtur concessum, quòd possit innouata reuocare, argu. c.præterea.de offic. delega.& l.secunda, de iurisdi.om.iud.ff.de procur.l.ad rem mobilem.& l.ad legatum.

6 † Quintò pro hac parte videtur text.apertus. in c.cum teneamur. de appell. vbi iudex a quo erat appellatum,potest spoliatum,post eius sententiam diffinitiuam appellatione pendente in sua possessione reformare & restituere, & grauamen sibi illatum reuocare,vt est tex.ibi,ergo ita dicendū in casu isto. Nec obstare videtur si diceretur, quod d.c. .de matri.contracto,& d.c.cū teneamur.loquātur in iudice ordinario;qa certe eadem videtur ratio in delegato : cum etiam delegatus non obstante ꝙ detulerit appellationi, retineat iurisdictionē in his quæ sunt in faciliorem exitum causæ appellationis, vt patet supra in primo,

Source : BIU Cujas

mo,ſecundo & tertio argumento, vnde nõ videtur in hoc differentia inter legatum & ordinarium.

7 † Sextò & vltimò facit: quia per ſolam ſententiam diffinitiuam quam tulit de legatus à principe, non dicitur functus ſuo officio, & eius iuriſdictio non expirat ante executionem ſententiæ,vt eſt tex.in cap.in literis.de offic.deleg.Delegatus enim à principe abſque dubio ſententiam ſuam exequitur, vt dicto cap.in literis. & cap. quærenti. eodem titul. cum alijs ſimilibus: cum executio ſententiæ ſit pars iuriſdictionis ipſius cauſæ: vt in cap.ſi delegatus.§.fi.de offic.deleg.in 6. Apparet ergo, quòd dictus iudex delegatus per ſententiam diffinitiuam quam tulerat non eſt functus officio ſuo,& durat eius iudictio: cum ſit poſſibile cauſam ipſam ad eum redire pro ſententiæ executione.Nam deſerta appellatione per lapſum termini iuris vel hominis ipſo iure redit iuriſdictio ad iudicem à quo, vt l. eos. in princip.C. de appell. cum habeatur tunc,ac ſi nunquam fuiſſet
8 appellatum: vt l.2.& l.fin.C. de tempo.appella. † & dicto caſu deſerta appellatione executio ſententiæ ſpectat ad iudicem à quo, vt dicta l.2.& ibi gloſſ.in verſic.executioni.& in l.& ſi cõtra.C. de appella. Amplius licet ipſe iudex delegatus detuliſſet appellationi,eius iuriſdictio extincta non eſt, nec eſt etiam ſuſpenſa in concernentibus faciliorem exitum cauſæ appellationis,vt patet ſupra in 2. & 3. argumen. cum ergo dictus delegatus retineat iuriſdictionem,intereſt ſua,quòd pendente appellatio. nihil innouetur, cum ſit poſſibile cauſam ad eum reuerti pro executione vt ſupra intereſt ſua, quòd appellans minus quàm fieri poteſt arguetur,vt cauſa ad eum redeat, argumen.l. omnem honorem. C. quando prouoc. & in cap. vt debitus.de appellatio. vnde cum retineat iuriſdictionem, poterit ratione iuriſdictionis quam retinet reuocare innouata; cum hoc tendat in fauorem appellationis,& in faciliorem exitum & maximè reuocare innouata concernentia futuram executionem ſuæ ſententiæ, quæ ad eum pertinere poteſt, vt patet ex præcedentibus.

Pro parte verò negatiua dicti ſecundi dubij arguitur ſic.
9 Iſte erat iudex delegatus in petitorio, † ſed delegatus in petitorio non poteſt cognoſcere de poſſeſſione,text.in l.ſi de proprietate. C.ſi à non compe.iudi.ergo non p̃t talis delegatus virtute eius iuriſdictionis aliquid facere in dicto poſſeſſorio: licèt enim ſi alicui delegaretur ſimpliciter cauſa vel controuerſia indiffinitè intelligatur tam ſuper petitorio quàm poſſeſſorio, & ſic vtraque cauſa commiſſa intelligatur, vt eſt text. not. in cap.primo,de ſequẽ. poſ. & fruc. tamen quando cauſa committitur diſtinctè ſuper petitorio aut poſſeſſorio, iudex delegatus in vna non poteſt de alia ſe intromittere, vt dicta l. ſi de proprietate.

Secundo ad idem, delegatus in vna re vel nõ poteſt de alia diuerſa cognoſcere.l.j.C.ſi à non compe.iudi.de offic.delega. cum olim. ſed iſte erat delegatus in petitorio,ergo non poteſt aliquo modo cognoſcere de poſſeſſione, cum iſta ſint diuerſa, & nihil commune habet proprietas cum poſſeſſione. l. naturaliter. §. nihil commune.ff.de acq.poſſ.cum alijs ſimil.

10 Tertio † ad idem reſcripta & delegationes non extenduntur ad cauſas habentes ortum poſt datam reſcripti, vt in cap. fin. de reſcript. & in clemen.fin.eod. titu. ſed iſta cauſa ſpoliationis & reſtitutionis poſſeſſionis eſt nouiter exorta poſt datam reſcripti,immo poſt ſententiam diffinitiuam, ergo nullo iure cadit ſub iuriſdictione & cognitione dicti iudicis deleg.

Aduertendum tamen eſt: quia ad iſta tria argumenta poſſet reſponderi, vt procederent conſiderando ipſam principalem iuriſdictionem, non ſic ſi deducantur incidenter, & hoc per regulam text.in capit.præterea.de offic. delega. vbi not.dicitur, quòd ex eo quòd delegato cauſa aliqua committitur ſuper omnibus quæ ad cauſam ipſam ſpectare noſcuntur,plenariam recipit poteſtatem. vnde delegatus in petitorio poterit ſi aliquid lite pendente innouaretur in poſſeſſione iuriſdictionem ſuam exercere cum hoc ad cauſam ipſam ſpectet, quod nihil pendente lite innouetur,vt in capit.vt lit.pendẽ. vnde incidenter cognoſcit de alia re dependente tamen ab ipſa cauſa principali. facit gloſſ.in cap. paſtoralis. de cauſa poſſeſſ.& proprie.

11 Quarto † ad idem facit; quia ſi delegatus in cauſa principali poſſet reuocare attentata pendente appellatione, non foret alio de cauſa,niſi quia attentata ſunt nulla, vt in dicto cap. non ſolum.& in c.cum veniſſent.de eo qui mit.in poſ.ergo ipſe delegatus non cognoſcet de cauſa nullitatis ſibi non commiſſa. Si enim haberet de hoc cognoſcere & diffinire non poſſet facere niſi iudiciario ordine ſeruato:quia quando nullitas attentatorum deducitur corm iudice a quo,debet ſeruari ordo iudiciarius,vt eſt tex.in dicto capitulo cum teneamur. de appel. & talis eſt noua cauſa principaliter agitanda ſibi non commiſſa, meritò delegatus ex ſua iuriſdictione facere non poteſt, & ita tenet gloſſa ordina.in dicto capitulo cum teneamur. de appel.

12 Quinto † arguitur ſic. Reuocatio attentatorum pertinet ad iudicem appellationis cuius prætextu iuriſdictio eſt ad eum deuoluta, text. eſt in dicto capitulo non ſolum ibi,per appellationis iudicem.& in lege ſi cuius.§.ſi quid poſt.ff.de appellatio.reci.& in lege chirographis.§.primo.ff.de adminiſtratio. tutor. & eſt text. nota.in capitul. ſolicitudinem. circa medium.de appellation.ibi, nam ad officium eius qui de appellatione cogniturus eſt pertinet corrigere quæ contra ipſam inuenerit attentata, ergo iudex a quo ſe non intromittit; quia quod vni iudici conceditur,cæteris prohibet. l. cum ita.ff. de condictio.& demõſtratio.& in lege quod in rerum.§. ſi quis poſt.ff.de lege prima vnde cum cauſa appellationis ſit deuoluta ad iudicem ad quem,& reuocatio attentatorum dependeat ab ipſa appellatione:vt dicto capitulo non ſolum.& dicto capitulo ſolicitudinem.iudex a quo maxime delegatus ſe intromittere non poteſt,cum ad eius officium non pertineat, vt dicunt iura prædicta.Sed ad hoc argum. poſſet reſponderi; quia licet dicta iura dicant, quòd pertineat ad officium iudicis appellationis,propter hoc tamen non ſequitur,quòd ab alio iudice ſit attentata iuriſdictio, vt eſt text.not. & ibi Barto. in lege prima C.de prefect. vrb. & in capitulo per hoc de hæred. libro ſexto.

13 Sexto † ad idem facit: nã lex nunquam vtitur ſuperuacuis remedij, vt in capitulo ſecundo de probatio. & ff.vt legat. nomi.cauea.l.hæc ſtipulatio.§.diuus. Sed ſecundùm eum ſuper reuocatione attentatorum eſt a iure proditum remedium valde priuilegiatum longe plus quam ſit aliud remedium, & quàm ſit poſſeſſorium recuperandæ;quia ante omnia debent ipſa attentata per appellationis iudicem reuocari ſummario & abſq; libello & iuris ordine non ſeruato,vt dicto capitulo non ſolum & per gloſſa ſingu.in clementi. ſecunda in princip. vt lit. pendẽ.ergo ſuperuacuum eſſet, quòd delegatus iudex a quo hoc poſſet:cum haberet id expediri ordinarie, & iuris odine ſeruato,vt dicto capitulo cum teneamur. Sed ad illud argumẽtum poſſet reſponderi,quòd hoc non inconuenit, aliàs ſequeretur, quòd iudex a quo non poſſet reuocare grauamen illatum a ſeipſo,ex quo poteſt reuocari per iudicem appellationis,& tamẽ hoc poteſt:vt in dicto capitulo cũ ceſſante.ſed certe illud procederet in ipſo principali grauamine,propter quod eſt appellatum,non ſic dicendum in attentatis quorum reuocatio ad officium iudicis appella.pertinet.

Septimo † ad idem ſupra in themate tria cõcurrũt propter quę delegatus ſe intromittere non poteſt. Primò:quia lata ſententia diffinitiua eſt functus officio ſuo, vt in capitulo in literis & capitulo uenerabili. de offic.delegat. & in lege iudex poſt quam.ff. de re iudica. Secundò: quia per appellationem eſt ſuſpenſa eius iuriſdictio.de appellatio. capitulo ſuper eo. el. prima & capitulo ſepe, & iureiur.venientes. ergo nihil ex ſua iuriſdictione facere poteſt.Tertiò cõcurrit: quia detulit appellationi, ex qua delatione quantum in ſe fuit abdicauit iuriſdictionem a ſe & totaliter in ſuperiorem eſt transfuſa,vt eſt text. in dicto capitulo cum appelletionibus, conſtat enim iudicem delegatum faciliter ſuo facto poſſe a ſe iuriſdictionem abdicare.text.eſt ſingula.de officio deleg.capitulo ſignificantibus: ga deferendo appellationi dicit ſe eſſe iudicem incompetentem in ipſa cauſa principali, ſed poſtquam delegatus declarat ſe iudicem incompetentem funditus, & totaliter abdicat a ſe iuriſdictionem,quam nullatenus poſtea reaſſumere poteſt, etiam de conſenſu partium, vt eſt text. vnicus in iure in dicto capitulo ſignificantibus, qui ſepe allegatur † quòd iudex delegatus non poteſt reuocare interlocutoriam etiam de conſenſu partium,quando pronunciauit ſe iudicem in competentem,& vide not.per.Bald.in lege prima in fin.C.de pact.Sed ad hoc argumentum poſſet reſponderi, vt procedat, quando a tali iudice non eſſet interpoſita appellatio. A ſententia enim interlocutoria lata ſuper competentia vel incompetentia iudicis poteſt appellari etiam de iure ciuili gloſſa eſt ordi.in auc.habita.C. ne filius pro patre, quam ſequitur. Barto.in lege ſecunda ff.de appellatio.recipien.colum. quarta & Bald. in dicta auc. habita.§. verum.colum.quarta alias pendente appellatione cum ſit tũc ſuſpenſa iuriſdictio iudicis delegati, & ſit poſſibile cauſam ad ipſum redire,conſequenter non poteſt dici quòd ſit finita eius iuriſdictio,& poſſet tunc talem interlocutoriam reuocare tex. eſt ſingula.in capitulo dilectus.el tertio.de præben. & ita communiter ſequuntur doc.ibi,& ita etiam tenet Panor.in capitulo cum ceſſante.de appellatio.colum. tertia. Idem etiam ſequuntur do.de.Rot.Deciſio.lxxxvj.quę incipit.item ſi a pronũtiatione ita limitantes,dicto capitulo ſignificantibus, vt poſſit reuocare interlocutoriam,qua pronunciaſſet ſe iudicem incõpetentem,quando a tali interlocutoria erat appellatum,& po-

Source : BIU Cujas

terit causam reassumere,& procedere.text. est singularis in dicto capitulo dilectus.

16 Octauo † & vltimò ad idem facit: quia postquam iudex detulit appellationi, intantum abdicauit à se iurisdictionem, vt d. c. cum appellationibus ꝙ non posset reuocare interlocutoriam, & grauamen illatum à se,& ita limitatur d.cap.cum cessante, & c.si à iudice.prout tenuit Ioan. Andr. & alij doct.in dicto c.cum cessante,& Pau.ibi.colum.4. & do.Flor. in clem.2.§.j.eodem titu. & Rot. in decisio.70. quæ incipit, item si iudex. concludens quòd postquam iudex detulit appellationi, non possit causam reassumere etiam de consensu partium; quia esset præiudicare iurisdictioni iudicis appellationis ad quem per delationē causa est, totaliter transfusa, vt d. c. cum appellationibus, non sic contingit per solam appellationem,vt dicto capitulo,si à iudice. Si ergo iudex delegatus detulit appellationi, sicut non potest reuocare grauamen illatum à se, minus poterit illatum à partibus,& sic nō obstat primum argumentum supra pro parte affirmatiua, & similiter etiam non obst. secundum argumentum.tunc enim iudex à quo potest exercere ea quæ tendunt in faciliorem exitum, seu expeditionem causę appellationis,scilicet super eo,in quo non posset prouideri per iudicem ad quem, & ista est ratio: quia iudex à quo etiam postquam detulit appellationi potest assignare terminum ad arripiendum iter & prosequendū:

17 † cum id non possit fieri per iudicem ad quem, qui non potest ipse abbreuiare terminum iuris cessante causa periculi, vt est tex.not.in c.oblatæ.de appella.non sic in reuocatione attentatorum,quæ proprie pertinet ad ipsum iudicem ad quem,vt dicto cap. non solum, & cap. solicitudinem. & sic est diuersa ratio:cum in assignatione termini iudex ad quem non possit se intromittere,vt supra. Et ideo concludendum videtur pro parte negatiua: nam iudex ordinarius à quo est appellatum qui detulit appellationi cum non possit à se abdicare iurisdictionem.l.legatum.ff.de offic.præsid.ratione iurisdictionis ordinariæ,quam retinet, cuius officium est latissimum.l. j. ff. de iurisdict.om. iudic. potest adiri principaliter per viam querelæ super reuocatione attentatorum:& ita procedit tex. in d. c. cum teneamur.qui de ordinario loquitur, & in dicto cap. 2. de ma-

18 trimonio contracto. † Attentata enim post appellationem sunt nulla,vt dicto cap.non solùm,& in cap.licèt de senten.excommun. lib. 6. & in dicto cap.cum venissent,& ibi per Ioan. Andr.& alios docto. vnde cum ordinarius possit principaliter adiri per viam querelæ, vt in cap. j. de foro compet.in 6. & in cap.Romana.de appella. eod. lib. & ipse ordinarius non valeat à se abdicare iurisdictionem, vt supra, poterit ratione iurisdictionis ordinariæ quam retinet principaliter super nullitate & reuocatione attentatorum,& ita firmat tex. in dicto c. cum teneamur.in versic.querela,agendo de nullitate principaliter, & ordine iudiciario seruato, dic vt ibi in fin.& sic nō per viam attentati, & summarie:& prætermisso iuris ordine, vt per tex. in dicta clem. . vt lite penden. Sed delegatus non potest adiri per viam querelæ,cum habeat limitatam iurisdictionem, vt supra ergo super tali nullitate cognoscenda seruato iudiciario ordine, & per viam querelæ adiri non potest, cum habeat solū cognoscere de causa sibi commissa, vt supra in j. 2. & 3. argumento pro hac parte, & causa sibi commissa iam sit decisa per sententiam diffinitiuam, ideo principaliter per viam querelæ adiri non potest.

19 † Non obstat, quòd delegatus cognoscit de omnibus incidentibus:vt dicto c.præterea.& supra in 4.argumento pro parte affirmatiua: quia iura ibi adducta procedunt durante causa principali,aliàs secus.l.4.C. depos. & l. terminato, C. de fruct. & lit.expen.

Vel secundò dicta iura procedunt,quando incidentia habēt expediri officio iudicis mercenario deseruiente actioni principaliter propositæ:secus in casu isto,vbi per viam querelæ implorato officio iudicis super nullitate principaliter, & seruato iudiciario ordine proceditur, vt dicto c. teneamur. hoc enim fieri non poterit coram delegato, qui per viam querelæ adiri non potest, vt supra. Ex quibus satis apparet sufficienter responsum ad dictum capit.secundo,& dictum cap. cum teneamur, & ad alia argumenta supra pro contraria parte adducta, & hæc de secundo dubio.

SVMMARIVM.

1 *Conuersus aut trāslatus in monasterium ante professionem tacitam vel expressam an quis dicatur.*
Conuersus plene omnia iura habet monasterij.
2 *Habitus non facit monachum,sed sola professio.*
3 *Professio tacita quomodo inducatur.*
4 *Succedentes ab intestato qualiter aut quomodo dicantur succedere.*
5 *Coniunctio inter clericum,& ecclesiam maior dicitur,quàm inter nouitium, & monasterium. 21.& 22.*
Nouitius dimissus monasterio an redire ad seculum possit.
Clericis ab intestato decedentibus qui succedant.
6 *Voluntas in dubijs constare debet.*
7 *Status cuiusque,vt est,ita reputandus est.*
8 *Bona ingressi quando in monasterium deferantur.*
9 *Ingressus monasterium in animo professionis, an præsumatur voluisse vitam mutare. 24.*
10 *Intellectus l. apud Labeonem,in principio.ff.de præscriptis verbis. 24.*
11 *Professio nulla inducitur,nisi constet de consensu. 25.*
Voluntas in mente retenta nihil operatur.
Animi declaratio à defuncto in hæredem non transit.
12 *Mors dicitur esse casus fortuitus.*
Conditio nulla casu fortuito impletur.
13 *Nouitius quando dicatur incontinenti persona annexa, & obligata religioni.*
14 *Religionem ingrediens quo animo præsumatur esse.*
15 *Intellectus.c.statuimus,& c.non solum.de regularibus in sexto.*
Perseuerantia est indicium voluntatis manifestum.
Voluntas facto datur intelligi.
Præsumptiones iuris sunt liquidissimæ probationes.
16 *Religionis causa plus est quàm libertatis.*
17 *Existentes in probatione seculum exiuisse dicuntur.*
18 *Voluntas à principio variabilis morte confirmatur.*
19 *Religioni efficaciter obligatus quando quis dicatur.*
Perpetuò,dicitur durante vita.
20 *Mors quando operetur voluntatis perseuerantiam.*
21 *Intellectus auc.ingressi.de sacrosan.eccle.C.*
22 *Ecclesiæ præferuntur venientes ab intestato in bonis clericorum.*
23 *Præsumitur in dubiis pro relegione.*

Tertium dubium disputationis Petitorij.

Sequitur videndum de tertia dubitatione. Et ꝓ eius par-

1 te negatiua arguitur sic.Cornelius † ante professionē tacitā vel expressam non dicitur plene conuersus, nec translatus in monasterium in capitulo ex eo quod, & capit. nullus. de electio. libro sexto, 21. quæstio. prima si quis iam translatus. conuersio enim dicitur plena, & vndique conuersio de pęniten.distinct. prima,hoc idem.circa princip.versiculo conuersio.si enim esset plenè conuersus, haberet omnia iura monachorum, & tamen hoc est falsum,vt dicto cap.nullus, & cap. ex eo quod, & si persona non fuit plenè translata,ergo nec bona: cum bona veniant accessoriè cum persona, & facta translatione personæ intelliguntur bona translata, & aliter non. ff. de precario. l. si adoptauero.C.de episcopis & clericis,l.si quis presbiter. in authentica,de monachis. §. illud. ff. de secundis tabulis, l. qui ex liberis.§ primo.

2 Secundo † ad idem, habitus sine professione nihil operatur:quia non habitus,sed sola professio monachum facit,de regu. capit.porrectum, & capit.ex parte.qui cleric.vel vouen.capit.consuluit. sed ad hoc vt bona dicantur acquisita monasterio, oportet ꝙ persona sit plene translata, & sic monachus factus. C. de episcop.& cleric.authen. nunc autem. vbi de hoc text.& 19.q. 3. nunc autem.constat enim,quòd religiosus durante anno probationis,retinet proprium,nec bona,nec ius aliquod perdit,& à sua persona non separantur.tex. not.in capitulo beneficium. de regula.libro sexto, sed iste Cornelius decessit in anno probationis, & sic nondum monachus factus, ergo retinuit apud se iura, & bona, vt dicto capitulo beneficium. consequenter ad monasterium non sunt translata dicto capitulo, nunc autem.sola enim perseuerentia in monasterio dum est in probatione non facit quem religiosum: cum possit quandocunque per multos annos semper ante professionem tacitam vel expressam ad seculum redire, de regu. capit. super eod. & capit. statuimus.& eodem titu.capit.primo,lib.6.& per glos. in clemen.j.eodem titu referentem de eo qui steterat per viginti annos in monasterio in probatione, quòd licitè potuit exire, & redire ad seculum.

3 Tertio † ad idem, bona deferuntur ad monasterium aut ex professione expressa, aut tacita,vt in dicto capit.nunc autem.& in authen. ingressi.C.de sacrosan. eccles. sed tacita professio inducitur interueniente quadam reciproca obligatione hincinde: cum tempus probationis sit indultum tam in fauorē nouitij, quàm monasterij, vt sic nouitius asperitates regulæ, & monasterium mores illius experiatur. Maximum enim præiudicium inferretur monasterio inexpertos & improbos obsequiis associare. ita dicit text. in capitulo, ad apostolicam. de regu. 19. q.3.monasterij. Ne si morbida facta pectus totum corrumpat ouile, vt in cap.fin.de statu mona.45.distinctio.sed illud requiritur, ꝙ interueniat obligato ex parte conuersi, & acceptetur ex parte monasterii. & sic exigitur consensus vtriusque partis. l.in omnibus.la 2.& l.3.ff.de actio. & oblig.& in dicto c.ad apostolicam. Sed ex hoc solo quòd Cornelius decesserit in probatione,

Source : BIU Cujas

batione, talis obligatio non fuit inducta, nec ex sua parte nec ex parte monasterij, consequenter contractus non fuit habitus pro absoluto. l. contractus. C. de fide instrumen. & consequenter bona non transferuntur ad monasterium, vt supra.

4 Quartò † ad idem, intentio veniētium ab intestato est manifestè funda ta in iure; eo quia succedentes ab intestato dicuntur succedere secundum tacitam voluntatem defuncti, cum semper voluntas cuiusque morientis ab intestato præsumatur fuisse, & esse, quòd eius bona ad proximiores consanguineos deferuntur, nisi aliud expresse disposuerit de suis bonis. tex. est no. in l. conficiuntur. in princip. C. de iure codicil. cum concord. allegatis ibi in gl. sed iste Cornelius nihil disposuit de suis bonis, decessit in probatione non declarata alia vltima voluntate, ergo eius bona ex sua tacita voluntate, & ex ipsa legis ordinatione ad venientes ab intestato deferuntur, & maximè quia qualis fuerit voluntas huius Cornelij morientis in probatione si voluerit transferre bona ad monastetium est dubia: cum non constet, quid voluerit: quia nihil fecit, vel dixit, prout dicit text. in dicto c. consuluit. animum enim suum non expressit, & animus soli Deo est notus. 14. q. 5. si quod inuenisti. de simo. c. tua nos. de occultis verò non iudicat ecclesia 32. distin. erubescat. de simo. c. sicut tuis. ergo non potest monasterium in foro iudiciali bona vendicare, ex quo ecclesia non iudicat de occultis, vt supra, voluntas autem dicti Cornelij quòd fuerit bona sua trāsferri ad venientes ab intestato est clara & certa in iure, vt in d. l. conficiuntur. ergo &c.

5 Quintò † ad idem; quia magis dicit esse astrictus clericus suæ ecclesiæ, & maior dicitur esse coniunctio inter clericum & ecclesiam, quàm sit inter nouitium & monasterium. patet, quia nouitius potest liberè redire ad seculum dimisso monasterio, vt dicto cap. super eod. & dicto c. 2. clericus non tamen potest recedere à sua ecclesia, nec ei renunciare sine licentia sui superioris, vt in c. admonet, & c. quod indubiis. de renuncia. Ideo dicit text. loquendo in clerico seculari, quòd nullus ei proximior inuenitur quàm ecclesia, quæ ipsum domino sociauit: vt in c. 2. de pęnis, & tamen si clericus secularis decedit ab intestato, eius bona patrimonialia non deferuntur ad ecclesiam. immo succedunt venientes ab intestato, tex. est 12. quæst. secunda, cap. fin. no. in cap. fi. de succes. ab intesta. fortius ergo dicendum idem in nouitio non professo, vt ab intestato non succedat monasterium, cum quo est minor coniuncto, quàm sit inter clericū, & eius ecclesiam, vt supra.

6 Sextò † ad idem. Status Cornelij morientis in anno probationis fuit dubius: cum non constet, an voluerit, vel noluerit tacite profiteri, de quo deberet euidenter constare; cum aliàs hoc non præsumatur, dicit text. in dicto cap. 2. & in cap. beneficium. de regu. lib. 6. & in cap. statuimus. eod. titu. ibi, ad omnem ambiguitatem &c. sed primus status dicti Cornelij erat certus; quia non professus tacitè vel expresse, vltimus verò eius status est dubius; tunc sequitur, quòd debeat esse in consideratione status, qui est certus, nō autem status personæ, qui est dubius. ff. de statulibe. l. statuliberi, & l. statuliber à cæteris. in princip. in statulibero, cuius qualitas est incerta inspicimus statum pristinum. ita ergo dicendum in isto Cornelio nouitio, vt debeat considerari status certus præcedens, & non dubius status de præsenti, qui forte fuit, vel non fuit, ex quo decessit in probatione nullo alio dicto vel facto, & paria sunt non esse, vel esse & non apparere. ff. de contrahen. emptio. l. in lege. de consecratio. distinctio. secunda, solennitates.

7 Septimò † ad idem, quisquis reputandus, & cē sendus est in quali statu, & habitu reperitur. C. de seruis exporta. l. moneor. cap. si iudex laicus. de sententia excommunicationis, libro sexto, sed Cornelius inuentus est mori in statu, & habitu probationis, ergo nouitius est censendus. inde dicit tex. in cap. religioso. de sentent. & excommunicatio. lib. sexto, quòd existens in probatione cum effectu religiosus censeri non potest, & consequenter eius bona ad monasterium non deferuntur, vt in d. c. non autem. 18. q. 3.

8 Octauò † ad idem facit. Bona non transferuntur in monasterium, nisi quando persona efficaciter est annexa monasterio per professionem tacitam, vel expressam, vt in dicta authē. nunc autem. & 29. quæstio. 3. nunc autem, & in l. si quis presbyter. sed professio tacita, vel expressa non præsumitur, nisi probetur, vt est text. in dicto c. 2. de regu. lib. 6. in versic. quod tamen non præsumitur. ideo qui allegat professionem debet probare, de succes. ab intesta. cap. fin. & in cap. nuper. de testi. & ita tradit Ioan. Andr. & Gemi. in dicto cap. 2. hinc est, quòd debet sufficienter constare de conuersione, vt c. in nostra. de sepul. in versic. nec sit sufficienter ostensum vel probatum, ergo necessario incumbit monasterio probare de professione, cum constet contrarium, Cornelium scilicet in anno probationis decessisse: & per solum ingressum monasterij non præsumitur, quòd voluerit absolutè vitam mutare, & ideo cum Cornelius decesserat in anno probationis, & in statu, & hoc constat, consequenter videtur quòd bona ad monasterium non sunt translata.

9 Nonò † ad idem Cornelius per ingressum monasterij in anno ꝓbationis nō præsumitur voluisse absolutè vitam mutare; cū de hoc debeat euidenter constare, vt dicto c. 2. & dicto cap. beneficium, sed præsumitur in animo fuisse, quòd voluerit experiri obseruantiam regularem. dicto c. apostolicam, vt ita demum si sibi placuerit profiteatur ordinis disciplinam, aut si fortè non placuerit ad statum pristinum reuertatur, ista sunt formalia verba text. in c. consulti. de reg. & pondera tex. ibi, si sibi placuerit profiteatur: tunc succedit doctrina text. no. in l. 2. ff. de in diem adiect. esse in consideratione, an contractus celebretur pure, tamen resoluendus adueniente conditione, an verò à principio contractus sit conditionalis, vt non dicatur absolutus contractus nisi adueniente conditione. Primo casu cōtractus est perfectus ab ipso principio. In secundo verò non ita dicitur in d. l. 2. vnde in proposito ingressus religionem non voluit à principio profiteri, & sic pure obligari cum potestate sub conditione inquātum sibi non placeret, sed potius fuit in secundo casu supra; qa voluit cōditionaliter experiri, vt si sibi placuisset profiteretur, ita probat tex. in d. c. statuimus, & c. nō solum & c. beneficium, si enim à principio esset orta pure, certè interim esset verè religiosus, cuius contrarium dicitur in d. c. beneficium. ergo ante aduentum conditionis bona non sunt translata in monasterium. ff. de verb. sig. l. cedere diem, & ff. si quis omis. cau. test. l. si quis sub conditione.

10 Decimò † pro hac parte facit tex. not. in l. apud Labeonē. in princi. & §. i. de præscri. verb. vbi quando contractus celebratur ad placitum, puta si intra certum tempus placuisset, vel displicuisset, interim durante tempore probationis dicit ibi, & not. quòd experimentum debet esse gratuitum, & in illo tempore probationis, & experimenti nihil debet lucrari, nec consequi. ita ergo dicendum in proposito, cum Cornelius decesserit in anno probationis, & experimenti, apparet quòd monasterium nihil inde lucrari debet dicta l. apud Labeonem. in tantum quòd in animo probationis monasterium tenetur expensas de suo, & victum gratis concedere, & nihil repetere potest, etiam si professio non sequatur, & nouitius ad seculum redeat. ita tradunt docto. in capitulo primo, de regu. libro sextò, per text. ibi.

11 Vndecimò † ad idem nulla professio inducitur, nisi constet de consensu saltem tacitè, vt dicto c. porrectum, & c. statuimus, & d. c. 2. & c. beneficium. Sed animus existentis in probatione est dubius, cum debuit experiri mores, ergo in anno probationis præsumitur decessisse in illo animo dubio, in quo erat in eius vita: præsumitur enim quis decedere, & perseuerare in eodem dissensu, consensu, vel animo, quo quis erat tempore mortis. 25. distinct. qualis. de bap. cap. maiores. in fin. cum nunquam præsumatur mutari voluntas, nisi probetur. ff. de proba. l. eum qui. Sed status, & animus Cornelij dum fuit in probatione erat dubius, cum penderet ex futuro euentu: sicut in simili dicitur in l. quod debetur. ff. de peculio. & in l. sufficit ff. de condi. indebit. & voluntas in mente retenta similiter nihil operatur. l. si repetendi. C. de condi. ob cau. immo dubius habetur pro errante, & non consentiente. dicit, text. in l. manifestissimi. §. sin autem nescius, & dubitans. C. de fur. ergo cum Cornelius præsumatur decessisse in statu, & animo dubio, & incerto, quo primo erat, non videtur posse dici, quòd per eius mortem ad monasterium sint bona deuoluta magis quàm à pricipio fuissent: super incertis enim non potest ferri sententia. ff. de rei vend. l. Pomponius scribit, si frumentum. §. fi. & ibi gl. ordina. & not. quòd in tantum animus dubius, & incertus defuncti nihil operatur quòd declaratio animi non transit à defuncto in hæredem secundùm glos.

12 Duodecimò † & vltimò pro eadem parte facit. Mors dicitur esse casus fortuitus. l. fin. in princip. C. de iure doti. & in capit. quoniam frequenter. in princip. vt lite non contesta. sed nulla conditio dicitur esse impleta facto, & casu fortuito. ff. de conditio. & demonstra. l. secunda, ergo non videtur posse dici per casum mortis, & sic fortuitum, & non ex proposito iudicatur actus consentaneus, quòd voluerit profiteri, & non potest dici impleta conditio: forte enim si reconualuisset, exiuisset de monasterio, & ad seculum rediisset, prout habetur 17. q. 2. Consaldus. & in cap. ex parte Abbatis. de conuersione coniugatorum, ergo mors sequuta in anno probationis tanquam casus fortuitus non inducat possessionē & implementū conditionis, & consequenter bona ad monasterium non defe-

Source : BIU Cujas

rantur; & hanc partem tenuit disputando Petr. de Anchar. prout ipse refert in dicto cap. beneficium. Idem etiam tenet do. Panormitan. in dicto cap.in præsentia. colum. 4. & idem Imo.ibi in fin.& in cap. 2. de testamen. colum. 6. & in hac sententia videtur residere Fulg. in authen. si qua mulier. in fin. de sacrosanc.eccles.li cèt dicat decisionem huius dubij relinquendam esse canonistis, & sic transit cum Bart. qui similiter hanc quæstionem ibi non fuit ausus decidere, dicens hoc esse relinquendum canonistis.

13 Pro parte affirmatiua huius tertij dubij † pmittendum est pro notorio fundamento, quòd quando possunt apparere indicia, & signa, quòd nouitius intrando religionem noluerit amplius redire ad seculum, dicitur incontinenti persona annexa, & efficaciter obligata religioni, ita probatur in d.c.super eo.& c.statuimus. de regula. & cap non solum. eodem titul. in sexto in quibus iuribus ponderatur, an possit ex indicijs apparere, quòd noluit redire ad seculum. His sic præmissis arguitur sic. In casu isto satis apparent vrgentia signa, quòd Cornelius intrando religionem voluerit absolute vitam mutare: cum primum dispositerit de suis bonis donando ecclesiæ parochiali palatium cum prædiis adiacentibus: hoc enim censetur efficax indicium, ex quo ante ingressum disponit, & ordinat de suis bonis per viam testamenti, vel aliter: ita dicit gloss. ordin. in vers. indiciis. in dicto capit. non solùm. & docto. ibi sequuntur, & patet ex sequen. ergo cum sit efficax indicium, quòd voluerit absolute vitam mutare, non potest amplius redire ad seculum, & consequenter bona huius Cornelij censentur acquisita ipsi monasterio, quia translata persona, etiam censentur accessorie bona ipsa translata, vt est dictum supra in primo argumen. pro parte negatiua. Sed ad hoc argumen. posset responderi, quòd nunquam disponēdo de bonis causatur à iure aliqua præsumptio, nisi quando de omnibus bonis vel maiori parte esset facta distributio: ita probatur in l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraudem cred. in l. propter litem. §. primo, ff. de excusa. tuto. in cap. frequens. de restit. spoliat. lib. 6. Secus ergo quando dispositio bonorum esset in re certa, & particulari, vt in casu isto.

14 † Secundò pro eadem parte arguitur sic. Qui intrat religionem præsumitur intrare, & in animo esse, vt velit esse, religiosus, & talis præsumitur à principio fuisse, & esse eius voluntas, nisi placuerit postea redire ad seculum, & hoc probatur primò per textus in capit. primo, in princip. de regu. libro 6. ibi, vt monachus efficiatur, facit. dicto cap. ad apostolicam, in vers. conuersi, & in vers. conuerti desiderat. pro quo etiam text. in cap. commissum. de spons. & in cap. quod Dei. de statu mo. ibi, desiderans frugem melioris vitæ &c. Ad idem text. qui optimè probat. 9. quæst. 3. monasterijs, ibi, sed hoc sparsio vita, & mores solicitè comprobentur, ne fortè quis eorum aut non sit contentus de eo quod voluit, aut ratum non habeat quod elegit vnde ponderat verbum voluit, & verbum elegit. Ex quibus patet, quòd voluntas ingredientis religionem à principio est in esse deducta, quod velit esse religiosus, & vitam mutare, licèt non absolute, quominus si velit possit redire ad seculum: ita loquitur text. in dicto c. statuimus, & c. non solùm, & cap. beneficium. cum alijs similibus. Amplius quòd voluntas ingredientis religionem sit à principio in esse deducta, & vt quis in dubio velit esse monachus, & vitam mutare, sic probatur: nam in dicto cap. statuimus, & cap. beneficium. dicitur, quòd nouitius non præsumitur, quòd voluerit absolute vitam mutare, vnde præsupponitur, quòd voluerit vitam mutare, sed non absolute: talis enim qualitas de qua in text. ibi absolute non potest esse sine subiecto, immo qualitas semper præsupponit subiectum in esse, vt in cap. cum Marthe. de celebra. mis. text. † ergo in dicto cap. statuimus, & in dicto cap. beneficium. dum dicunt, quòd non præsumitur absolute vitam voluisse mutare, præsupponunt necessario, quòd voluerint vitam mutare, licèt non absolute, quominus ad seculum redeāt, si voluerint. Ex quibus omnibus supradictis iuribus, & rationibus patet, quòd voluntas & propositum ingredientis religionem sit, quòd voluerit vitam mutare, præsuppositā ergo, & data tali voluntate in esse, tunc sequitur, quòd moriens præsumitur mori in eadem volutate & in eodem proposito, quo primo erat, text. est in dicto cap. maiores. in fin & 25. distinctio. qualiter. & licèt illa talis voluntas non fuerit absoluta, quominus posset redire ad seculum, si volebat: tamen moriendo constat, quòd amplius redire noluerit: cum ammodo aliud velle non possit, vt in l. j. C. de sacrosanc. eccles. & quia perseuerantia est efficax: & manifestum indicium voluntatis. l. 3. ff. de diuor. de pœnit. distinct. 2. diuortium. ex quo enim non redijt ad seculum, & perseuerauit in religione vsque in finem decessit in eadem voluntate, & ita præsumitur decessisse: vt supra ergo satis dicitur nunc constare competentibus indiciis, vt in dicto c. non solùm. facto enim datur voluntas intelligi, immo plus est facto, quàm verbis demonstrare, vt in cap. dilecti. el primo. de appella. in l. si tamen. §. ei qui. ff. de ædil. edict. & ff. de legi. l. de quibus. in fin. & præsumptiones iuris sunt liquidissimæ probationes. l. licèt Imperator. ff. de lega. primo, l. si tutor. C. de pericu. tuto. C. de adulte. l. si qui adulterij. qualis enim fuerit animus alicuius à iure præsumitur ex perseuerantia, vt in dicta l. secunda, & institu. de rer. diui. §. seruus. si enim seruus non redit ad dominum, aut vxor ad virum, dicitur euidenter constare de animo: ita si nouitius non redit ad seculum, & perseuerauit vsque ad mortem, dicetur nunc constare euidenter de eius animo, quòd noluerit redire ad priorem statum, cum præsumatur decessisse in eadem voluntate iam à principio in esse deducta. gloss. in vers. expirat. & Ioan. Andr. ibi in c. si gratiosè. de rescript lib. 6. cum hic versetur fauor animæ, & religionis, vt dicit gloss. lib. 6.

16 † Tertiò ad idem, causa religionis, & fauor animæ præponderant fauori, & causæ libertatis. 12. q. 2 præcipimus. C. de sacro sanc. eccles. sed in fauorem libertatis voluntas reuocatoria, & quæ aliàs censeretur reuocata per mortem; tamen dicitur durare, & præsumitur quis decedere in eadem voluntate, textus est in l. si pater. in princip ff. de manumiss. quanto fortius in fauorem animæ, & religionis, hoc est dicendum, prout tradit Ioan. Andr. in dicto cap. si gratiosè. per dictam l. pater. licet ergo voluntas existentis in probatione sit reuocabilis, & si vèlit, possit redire ad seculum: tamen perseuerando & moriendo non dicatur reuocata per mortem, sed potius duret & firmata censeatur, vt dicta l. si pater. per locum à maiori, vt in cap. cum in cunctis. de electio. & in authen. multomagis. de sacrosanct. eccles.

17 † Quartò ad idem adducitur text. in cap. consulti. & c. postulasti. & c. statuimus. & cap. super eod. de regula. vbi text. ad literam sic dicit. Verùm si in probatione positi recedere voluerint secundum regulam beati Benedicti, non prohibentur ad priorem statum redire. patet ergo, quòd existentes in probatione iam secutum exiuerunt, aliàs non dicerentur redire, si non exiissent. de consecratio. distinct. 4. qui in maternis. de hæretic. cap. accusatus. lib. 6. vnde perseuerando in monasterio, & moriendo, & non redeundo ad priorem statum, constat quòd noluerit ad seculum redire, & consequenter apparet nūc competentibus indicijs absolute vitam mutasse, & hoc sufficit, vt dicto c. non solùm.

18 † Quintò ad idem, quoties in aliquo actu datur voluntas, licet inefficax; quia sit reuocabilis & ambulatoria vsque ad mortem, tamen data perseuerantia vsque ad extremum vitæ exitum talis voluntas à principio ambulatoria inefficax, & variabilis dicitur morte confirmari, vt est tex. in l. cum hic status. §. ait oratio. & §. si sponsus. ff. de donatio. inter vi. vnde dicit text. in dicto §. ait sponsus. ff. de donatio. inter vi. vnde dicit text. in dicto §. ait oratio. fas esse eum, qui donauit, pœnitere posse: cum voluntas sit ambulatoria vsque ad extremum vitæ exitum, postea subdit text. in dicto §. si sponsus, quòd si talis voluntas licet ambulatoria durauerit vsque ad mortem, firmatur talis voluntas & efficax fit ipsa dispositio, sic in proposito voluntas nouitij, & existentis in probatione erat ambulatoria; quia poterat recedere & redire ad seculum, & rebus sic stantibus talis voluntas non erit efficax, nec obligatoria; tamen ex quo durauit in eadem voluntate, & non reuocauit, nec rediit ad seculum, sed in ipsa religione decessit, confirmatur talis voluntas per mortem, vt bene probatur in dicto §. si sponsus & §. ait oratio. cum aliis similibus. Et ille qui intrauit religionem videtur donasse causa mortis ciuilis, vel naturalis se & sua, vt tenet Bart. in authen. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. & Panormit. in cap. penult. circa fin. de probat. & sic talis eius voluntas & oblatio bonorum tacita, vt in dicta authen. ingressi. morte confirmatur, ex quo talis voluntas licet ambulatoria non fuit reuocata, immo magis confirmata. dicto §. si sponsus. cum aliis similibus.

19 † Sextò ad idem. Quoties apparet, quòd voluerit quis perpetuò seruire Deo in religione, dicitur esse efficaciter obligatus religioni, vt est text. in dicto capit. statuimus, ibi, in religione perpetuo domino deseruire. Sed nunc apparet, quòd ipse Cornelius voluerit perpetuò domino deseruire, ex quo stetit, & perseuerauit in religione, dum vixit; quia perpetuò dicitur, idest dum vixit, tex. est in l. j. ff. pro soc. ergo præsuppositio eius prima voluntate iam in esse deducta, vt supra in secundo argumento pro hac parte, & data perseuerantia vsque ad mortem dicendum videtur, quòd pro monasterio sit text. in dicto cap. statuimus. iuncta d. l. j. pro socio. cum moriendo in religione amodo constet, quòd perpetuò voluerit domino seruire, vt dicta l. j. ff. pro socio, & pondera rationem gloss. in cap. statuimus. quòd sit præsumendum pro religione data perseuerantia vsque ad mortem.

20 † Septimò, & vltimò ad idem. Quoties in aliquo actu datur à principio volūtas, & ad reuocationem eius requiritur actus ℈riæ voluntatis; tunc constito de prima voluntate licet reuocabili semper per mortem dr̄ firmata talis prima volūtas, cum p

mor-

Source : BIU Cujas

mortem amodo constet aliud contrarium velle, & reuocare non posset.tex.est.in c.si delegatus.de offic.delega.libro 6. cum aliis simil. Sed in proposito voluntas dicti Cornelij primò erat deducta in esse,nisi contraria voluntate, aut redeundo ad seculum reuocaretur, vt supra in secundo argumento pro hac parte pluribus remediis demonstratur,ergo cum non mutauerit voluntatem,dicitur per mortem magis confirmata talis voluntas, cum constet amodo amplius reuocare, & ad seculum redire non posse. Accedat quod not.dicit Ioan.And.ad hoc ꝓpositum in dicto cap.si gratiosè. Ex quibus omnibus iuribus,& rationibus videtur in puncto iuris concludendum esse pro hac parte,& hanc sententiam firmauit Pet.& Cy.in dict auct. si qua mulier,& Do.Anto. de Butr.in d.c.in præsentia. Item etiam tenet Do.Petr.de Perusio in d.c.2. de testa.

21 Non obstant † adducta supra in primo,& secundo argumento pro cõtraria parte; quia procedunt nouitio viuente,cum possit interim mutare voluntatem,& redire ad seculum si velit,secus si morte, & perseuerẽtia firmata est eius voluntas,vt suprà patet.

Nec obstat tertium argumentum;quia satis dicitur interuenisse consensus vtriusque partis, ex quo monasterium non licentiauit talem nouitiũ,& ipse nouitius contrariam voluntatem perseuerando non ostendit, & ad seculum redire noluit,& hoc sufficit, vt d.c.super eo, cum aliis similibus iuribus suprà adductis.

Non obstat quartum argumentum,quia ingrediendo religionem dedicauit se,& sua, vt dicta auct.ingressi.licet non absolutè,vt dicto cap.monasteriis,tamen sequuta morte,& data perseuerentia bona sequũtur personam,vt patet supra in secundo argumento,ita quòd vna prẽsumptio tollit aliam.l.diuus.ff.de in integr. restitut. & præsumptio iuris quæ erat pro venientibus abinteſtato facile tollitur per coniecturas,vt in cap.requisisti.de testa.quæ coniecturæ, & iudicia sufficiunt,vt sic dicatur cõstare, quòd voluerit amplius redire ad seculum,vt in dicto cap.non solum, & dicto cap. statuimus. ita quòd translata persona veniunt bona accessoriè, vt suprà.

22 Non obstat † quintum argumentum; quia procedit ipso nouitio viuente, qui interim potest liberè disponere de suis bonis,& ad seculum redire, sed data perseuerentia vsque ad mortem si non ostendit contrariã voluntatem,dicitur maior coniunctio inter religiosum,& monasterium,quod habetur loco filiorum,& hæredis, vt in cap.in præsentia.de probat. & in auct. de sanctissimis episcopis. §. sed hoc præsenti.in quibus iuribus habetur, quòd monasteriũ succedit in omnibus bonis,& venientes abinteſtato sunt totaliter excluſi,non sic in clerico seculari,in quo in bonis patrimonialibus venientes abinteſtato præferuntur ecclesiæ, vt dicto cap. fin.12.quęst.5. & in d.c.de succ.abinteſta.

23 Non obstat † sextum argumẽtum; quia certè inspecto fine status Cornelij est certus & nõ dubius cum contrariam voluntatem facto, vel verbo non expresserit,vt suprà. Et si dicetur,quòd status talis sit dubius, tunc in dubio debet præsumi pro religione; quia si in ambiguis pro libertate,vel dote esset præsumendum respõdendo. leg. in ambiguis.ff.de regu.iur.& c.fin.de re iudi.ff.eodem tit.leg. inter pares.quanto fortius pro religione:cum summa sit ratio quæ pro religione facit.ff.de religio.l.sunt personæ,& in cap. cum & plãtare.in princip.de priuileg.ubi dicitur, quòd plantare religionem,& plantatam fouere debemus. Amplius concurrit fauor animæ,qui prẽferendus est fauori venientium abinteſtato,vt d. l.præcipimus, & d.l.sancimus.

Non obstat septimum argumentum; quia certè nõ consideratur habitus,vt in d.cap.porrectũ,sed solum an voluerit absolutè vitam mutare, quòd ex indiciis deprehenditur,vt dicto cap.non solùm.& d.c.statuimus. quæ indicia in casu isto concuerunt,vt suprà in 2.argu. pro hac parte,& pro hoc etiam non ob.octauum argum.suprà.

24 Non obstat † nouum argumentum ; quia immo ꝓsumit fuisse in animo fieri monachus, & religiosus,& experiri,vt si sibi displicuisset, rediret ad seculũ, vt in iuribus suprà pro hac parte adductis in secundo argumento,& text.in dicto cap.consulti.ibi,si sibi placuerit profiteatur, scilicet expresè:tacitè autem satis dicitur profiteri,dum subdit text.aut si fortè non placuerit ad pristinum statum reuertatur: cum iste Cornelius contrariam voluntatem non expresserit,& non placuit sibi redire ad seculum,fatendum tamen est, quòd a principio non sit orta efficax obligatio, sed ex quo non placuit redire ad seculum, voluntas illa firmatur morte sequuta, vt suprà.

Non obstat decimum argumentum,quia tex.in d.l. apud Labeonem.loquitur, quando cõtractus non habuit effectum, & interuenit expressus actus contrariæ voluntatis, vnde non mirum si nihil debet lucrari, sed experimentum debet esse gratuitum, non sic in casu isto, in quo non interuenit actus contrariæ voluntatis,immo perseuerantia, vt supra.

25 Non obstat † vndecimum argumẽtum, quia certè animus a principio concurrit pro monasterio,& datur voluntas in esse,& licèt non sit absoluta, sed variabilis,tamen ex quo non interuenit contraria eius voluntas, apparet tunc ex perseuerantia vsque ad mortem, ꝙ res est certa:vt in iuribus,& rationibus adductis sup. in 2. arg.pro hac parte. Ex quibus apparet responsio ad vndecimum argu. & finaliter ad vltimum arg.quia prout est demonstratum in dicto secundo argumento,si nouitius non ostendit signa contrariæ voluntatis, ꝙ velit exire,& redire ad seculum; tunc eius voluntas, quæ non erat absoluta,sed ambulatoria est cõfirmata morte. vnde per mortem dicitur sublata conditio, ex quo amodo non potest aliud velle, & non potest interuenire actus contrariæ voluntatis,vt d.c.si delegatus, & per Ioan. And. in d.c.si gratiosè. ita ꝙ in casu isto non requiritur alia voluntas confirmatoria, sed satis est, quòd non interueniat voluntas reuocatoria, cui voluntati contrariæ, & reuocatoriæ, imponitur finis per mortem,vt d.c.cum Marthę,& d.c.si delegatus. & in l.omnium.C.de testamentis.

SVMMARIVM.

1 *Leges, & statuta fortiora sunt pactis priuatorum.*
Statutum magis ligat quàm pactum.
2 *Statuto fieri potest, quod per legem fieri potest.*
Lex commercium certarum rerum prohibere potest.
Statutum quid sit.
Facultas subditorum potest limitari circa res subiectas ipsis statuentibus.
3 *Alienatio, & translatio dominij potest prohiberi per legem.*
4 *Alienatio rerum etiam in non subiectos prohiberi potest.*
5 *Statutum loci potest prohibere commercium rerum certarum.*
Bona omnia sub vniuersitate territorij vsque ad extremum eius terminum continentur.
6 *Statutum reale quando dicatur.*
Statutum laicorum non ligat eccl esiam.
Legis proprium est generalem esse.
7 *Prohibitio legis,& statuti generalis,& in rem includit ecclesiam.*
Lex generaliter alienationem rerum minorum prohibet & annullat.
8 *Alienatio facta de re litigiosa est nulla.*
Prohibitio legis generalis quando nulla sit.
Alienatio eius,cui bonis interdictum est, nulla est.
9 *Ecclesia in prohibitione statuti, & legis quare includi debeat.*
Prohibitio statuti fauorem reip.respicit, & ideo interpretationem recipere non debet.
10 *Dispositio legis,vel statuti generalis quæ non includat.*
11 *Quod expresse fieri non potest, minus potest fieri tacitè.*
Statutum laicorum expresse ecclesiam non includit.
Tacitum aliquando quàm expressum plus operatur.
Clericus non potest prorogare iurisdictionem absque licentia proprij episcopi.
12 *Indirectè fieri minimè potest, quod directè non potest.*
Propositum principale semper est inspiciendum.
Principale propositum statuti est vtilitas ipsius reip.
13 *Resp.& ecclesia equiparantur.*
Dispositio generalis pro Repub. ruſtricticam interpretationem non recipit.
14 *Appellatione populi in odiosis non includitur clerus, vel ecclesia.*
15 *Dispositio generalis statuti odiosi non includit ecclesiam,vel ecclesiasticam personam.*
16 *Statutum, & consuetudo equiparantur.*
17 *Statutum laicorum præiudicans ecclesijs non valet.*
Damnatus ad mortem,cuius bona sunt publicata, vel ad pias causas, vel pro anima nihil potest relinquere.
18 *Statutum contra libertatem ecclesiasticam est nullum.*
19 *Intellectus ad l.fi.C.de sacrosan.eccle.*
Minor alienando in ecclesiam rem immobilem sine solennitate non trãsfert dominium.
20 *Statutum casibus hic enumeratis ecclesiam non includit.*
Causa pia est priuilegiata.
21 *Statutum, quòd mulier non testetur sine consensu propinquorum, quem casum non includat.*
22 *Statutum prohibens contractum quando includat ecclesiam.*
23 *Ecclesia nullum habet priuilegium in contrahendo.*
24 *Statutum generaliter prohibens etiam in non subiectos valet.*
25 *Ecclesia, dispositione quòd sine insinuatione testamenta non fiant, non includitur.*
Dispositio generalis quando mitigari debeat.
Statutum prohibens sine certa solennitate contrahi, an clericos liget.

1 Videndum † est nunc de vltimo dubio, & pro parte affirmatiua arguitur sic. Illud quod

Source : BIU Cujas

potest fieri pacto priuatorum, fortius potest fieri per legem, & statutum. l. fi. C. de fideiu. l. j. C. de rei vxo. ac. sed pacto, & dispositione priuatorum potest prohiberi alienatio inter certas personas. l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2. l. fi. C. de leg. de condi. appo. c. verum. & redditur alienatio nulla, & includitur etiam ecclesia, vt in d. c. verum. not. in l. si ita quis. §. ea lege, ff. de verb. oblig. ergo fortius id dicendū in statuto quod magis ligat quàm pactū, vt sic in ipsa prohibitione ecclesia includatur sicut in generali prohibitione priuatarum personarum.

2 † Secundò ad idem. Id quod potest fieri per legem, potest fieri per statutum. l. j. C. de veteri iure enucle. & no. in l. nō impossibile. ff. de pact. & in rub. C. de decre. decu. lib. 10. sed per legem potest prohiberi commercium certarum rerum, & alienatio esset nulla. & potest à lege induci publicatio dictarum rerum. l. j. C. quæ res expor. non debeant. l. mercatores. C. de cōmercijs, & mercatoribus si ergo potest fieri per legem, ergo & per statutum; cum statutum sit lex municipij. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. prima dist. ius ciuile. l. 3. versic. quid tamen si lex municipij ff. de sepulchro viola. ff. quod cuiusque vniuersitatis uomine. l. item eorum. §. j. & nemo diceret dictam. l. j. & dictam l. mercatores esse contra libertatem ecclesiasticam, licèt in consequentiam possit præiudicari ecclesiæ: cum facultas subditorum possit limitari circa res subiectas ipsis statuentibus, vt in dictis legibus patet.

3 † Tertiò ad idem. Alienatio, & translatio dominij potest prohiberi per legem, institu. quibus aliena. licèt. in princip. & in l. fin. C. de rebus alienis non alienan. vnde si hoc potest induci per legem, id etiam potest per statutum, quod inter subditos lex censetur, vt supra & in tali prohibitione generali includeretur ecclesia, vt de se patet, & nemo diceret illas leges esse contra libertatem ecclesiasticam. Idem ergo in dicto statuto sit dicendum inter suos subditos de rebus subiectis.

4 † Quartò ad idem videtur text. in terminis, in l. prima, C. non licere habitatoribus, lib. decimo, vbi per legem potest prohiberi alienatio rerum in non subiectos, & onera subeuntes, ergo etiam idem per statutum. Et similiter nemo diceret, dictam l. j. esse contra libertatem ecclesiasticam, vt infra patebit.

5 † Quintò ad idem facit. Quia non solum per legem, verum etiam per statutum loci potest prohiberi commercium certarum rerum, & alienatio, & translatio dominij, text. est not. in l. si in emptione. §. primo, ff. de contrahend. emptio. ibi, vel mores ciuitatis &c. vbi videtur casus pro hac parte: bona enim consistentia intra terminum aliàs territorium statuentium cēsentur sub potestate ipsorum statuentium. C. de decur. l. ad subeunda. lib. 10. ff. de mune. & hono. l. rescripto. §. fin. C. de ædificijs priuatis. l. an in totum. per Innocen. in capit. postulasti. de foro competen. & omnia bona sub vniuersitate territorij, & vsque ad extremum eius lapidem continentur. l. prima, §. cum vrbem. ff. de officio præfect. vrb. l. ne quicquam. §. primo, ff. de officio proconsu. & in tantum subiacent ipsa bona statuto, quòd possunt publicari, & confiscari, vt dicta l. mercatores. ff. de publica. l. commissa. & l. fi. cap. cum secundum. de hæreti. lib. sextò, & ibi per glos.

6 † Sextò tale statutum est reale; quia disponit in ipsas res subiectas in eius territorio existentes ergo potrigit effectum suum ad omnes. ff. de contrahenda emptione. l. aqueductus. de seruitut. rustico. l. viam constitui. §. si fundus.

Nec obstat, quòd statutum laicorum non ligat ecclesiam, vt in cap. ecclesia de constitu. quia certè tale statutum censetur quædam lex prædij, non autem personæ; quia sententia statuti prædio datur. dicit text. not. in l. qui aliena. §. fin. ff. de nego. gest. vnde statutum disponit in suos subditos, & de rebus subiectis ipsis statuentibus, vt supra dicitur, ergo sententia statuti lata in subditum, ideſt in ipsas res quas statutum potest afficere, & publicare, & supra. Et cum dictus Cornelius esset subditus, & similiter bona sub potestate statuentium ergo statutum validum, & seruandum, quod in loco tanquam ex seruari debet, vt dicta l. omnes populi. cum alijs similibus adductis supra in 2. argum. tale enim statutum est generale, & sic habet illud quod est proprium legis; quia debet esse communis, & generalis. l. 1. ff. de legi. l. lege. ff. eodem titul. 4. distinct. erit. ibi pro communi omnium ciuium vtilitate, secus foret si specialiter disponeret in ecclesiam. ff. qui, & à quibus. l. si priuatus, & l. toties. ff. de pollici. verum in casu nostro statuit in suos subditos, & res subiectas, vt onera subeant, vt in dicta l. rescripto. §. fin. & in d. l. j. C. non licere habitatoribus.

7 † Septimò quando prohibitio legis, & statuti est generalis, & in rem includit ecclesiam, hoc demonstratur multiplici fundamento. Et primò l. lex quæ tutores. C. de administra. tuto. & in toto titul. C. de prædiis mino. prohibet lex, & annullat generaliter alienationem rerum minorum, & tamen ista generalis prohibitio includit ecclesiam: hinc est, quòd minor intrando religionem bene potest alienare eius bona absque alia solenni tate. tex. est no. in c. in præsentia. de probationibus, sed in alijs casibus ad pias causas, aut alienando in ecclesiam, alienatio esset ipso iure nulla facta per minorem absque iuramento, vt est casus in d. c. in præsentia. & Inno. ibi. Patet ergo, q̄ generalis prohibitio alienationis à lege includit ecclesiam, nec dicuntur ipsæ leges contra libertatem ecclesiasticam, vt dicto c. in præsentia, & ibi per Innoc.

8 † Secundò hoc idem probatur: quia alienatio facta de re litigiosa est nulla. l. secunda, & l. fin. C. de litigio. & tamen ista generalis prohibitio alienationis inducta à lege includit ecclesiam, text. est in cap. tertio, & quarto, vt lite pendente. & vndecima quæst. 3. quia res.

¶ Tertiò generalis prohibitio legis quando fieret causa mutandi iudicij est nulla, vt in toto titulo. ff. & C. de alienatio. iudic. & includit ipsam ecclesiam, vt in capit. primo & secundo, de aliena. iudic.

Quartò si per statutum vel iudicem esset alicui bonis interdicta alienatio esset nulla. l. is cui bonis. ff. de verbo. obligatio. ff. de curato. furio. Iulianus, & nemo diceret, quòd ille cui esset bonis interdictū, posset alienare in ecclesiam, vt de se patet. & patet etiam in dicto cap. in præsentia. & dicto c. 3. & 4. ergo cum per dictum statutum censeatur bonis interdictum suis subditis dicendum videtur, q̄ includatur ecclesia. Et qua ratione in prohibitione legali rerum minorum & in prohibitione legali de rebus litigiosis, & similiter quando esset bonis interdictum, aut quando alienatio fieret causa mutandi iudicij, in omnibus his casibus includitur ecclesia, eadem ratione debet includi ecclesia in prohibitione statuti, & legis: vt onera non
9 mutentur & deficiant. † Cum prohibitio tituli. C. de prædijs mino. & tituli de litigio. & dicta l. is cui bonis. & titul. de alienatione iudicij, respiciat fauorem priuatorum, & tamen includit ecclesiam, quanto fortius prohibitio dicti statuti, quæ respicit fauorem Reipublicæ, quæ est fortior, & non debet recipere interpretationem in contrarium. l. iubemus nullam. C. de sacrosanct. eccles. lex enim vtilis Reipublicæ iuuanda est interpretatione. ff. de conditio. & demonstra. l. hoc modo. vbi text. ad hoc not.

10 Pro parte negatiua eiusdē vltimi dubij arguitur sic. † In generali dispositione legis vel statuti non includuntur exempti, seu loca exēpta. l. decurionibus. C. de silentiarijs. lib. 11. de offic. ordin. cap. cum episcopus. lib. 6. & in c. cum instantia. de censi. & l. omnes C. sine censu vel reliquis. vbi in illa generali dispositione non includuntur prædia Italica. sic ergo includatur ecclesia exempta iurisdictione laicorum, vt in dicto cap. ecclesia. vt lite pendēn. vbi erat statutum laicorum prohibens alienationem, & tamen non includit alienationem factam in ecclesiam, & reuocatur quicquid statutum est vigore dicti statuti, de quo per do. Pan. Posset tamen ibi ad illum tex. responderi, quòd ibi statutū faciebat mentionem de ecclesia, vt patet in dicto c. ecclesia, de constit. quod est pars dicti c. ecclesia, vt lite pendēn. & ibi fuit facta executio non citata parte, vt patet in d. c. ecclesia. de consti. meritò irritatur, quod est gestum alia ratione, vt supra. Itē tūc est verum, q̄ generalis dispositio non includit exemptos, quando in specie agitur de exemptis vel rebus ipsorum, aliàs secus, prout patet in c. j. de priuileg. in 6. & in aliis iuribus adductis supra pro parte affirmatiua.

11 † Secundò ad idem arguitur sic. Id quod non potest fieri expresse, minus potest tacitè, vt in c. quanto. de priuile. & in c. fin. de immun. eccle. in 6. & in reg. cum quid. eo. lib. Sed statutum laicorum nō posset expresse includere ecclesias: vt in d. c. ecclesia. ergo multominus potest tacitè.

Sed ad hoc argumētum posset responderi, quòd multa possunt fieri tacitè, quæ non expresse, & plus operatur tacitum ali quando quàm expressum: patet. in l. in modicis. ff. de contrahen. emptio. de iurepatron. in literis. & cap. illud. de re iudic. cap. cum Bertoldus. vbi iuspatronatus non potest vendi. C. de iurepatrona. & tamen tacitè cum vniuersitate includitur: vt in dictis iuribus. patet etiam in cap. cæterum. de iura. calum. & in cap. primo, eodem titul. in 6. vbi iuramentum calumniæ non potest expresse remitti, & tamen tacitè potest. Ad idem clericus potest prorogare iurisdictionem absque licentia proprij episcopi, vt in capitulo significasti. de foro competen. & tamen contrahendo aut delinquendo in loco tacite hoc potest, & sic potest conueniri in loco contractus vel delicti absque licentia & consensu proprij dioceſani, text. est not. in capit. dilecti. de foro competen. plus ergo aliquando operatur tacitum quam expressum, vt per glos. in versic. euidentem. in capitulo, si forte. in fin. de elect. in sextò licet aliquando secus sit: vt per glos. vndecima q. prima, nolite. & per Ioan. Andr. in regula scienti. lib. sexto.

12 † Tertiò arguitur sic. Id quod non posset fieri directe, non potest fieri per indirectum, vt in cap. statutum. de hære. lib. 6. vbi optimus tex. pro hac parte: sed per statutū laicorum ecclesia per indirectum excluderetur a commercio rerum immobilium in territorio, vt de se patet, & probatur in l. & si fine. §. idē faciunt, & in l. quod minor. §. non semper. ff. de mino. pro quo

etiam

Source: BIU Cujas

etiam tex.in ratione ſui.in c.quanto.& c.poſt miſerabilẽ.de vſuris.ergo tale ſtatutum non includit eccleſiam.Sed ad hoc argu. poſſet reſponderi,vt procedat quando indirectum tendit principaliter ad id:ſecus ſi in conſequentiam; quia inſpicitur principale propoſitum,vnde cum in caſu dicti ſtatuti principale propoſitum non ſit præiudicare eccleſijs,ſed eſt publica vtilitas, licet in conſequentiam contingat poſſe fieri præiudicium eccleſiæ,id non debet eſſe inconſideratione,ſed ipſum principale ꝓpoſitum.l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi certum petatur.ff.de furt.l.verum.l j.§.huius ſtudij.cum ibi notatis.ff.de iuſt.& iure,& eſt tex. ad hoc not.in l.j.ff.de auct.tuto.vbi ſi tutor auctoratus pupillo adeũti hæreditatem debitoris ipſius tutoris, licèt per indirectũ præſtet tutor auctoritatem ad ſui commodum, tamen hoc nõ eſt in conſideratione,ſed inſpicitur principale propoſitum, vt dicit ibi tex.not. ita ergo principale ꝓpoſitum ſtatuti eſt fauor ipſius Reipublicæ ſecundùm not.in l.ambitioſa.ff.de decret. ab ordi.fa.& in dubio non debet præſumi animus iniuriandi, etiã ſi in conſequentiam ſequatur alteri amiſſio lucri.l fluminum.§. fin.& l.Proculus.ff.de dam.infec.ita ꝙ in d.c.ſtatutum.principale propoſitum erat præiudicare iuriſdictioni eccleſiaſticæ, non ſic in ſtatuto,de quo agitur.

13 † Quartò ad idem Reſpublica,& eccleſia æquiparantur, in l. fin.C.de ſacroſanct.eccleſ.ſed diſpoſitio generalis nunquàm includit caſum contrarium publicæ vtilitati,& ſi includeret non valeret,vt d.l iubemus nullã.ergo generalis diſpoſitio dicti ſtatuti non debet includere ipſam eccleſiam. Poſſet ad hoc argumentum reſponderi,vt procedat,niſi concurreret ſimilis fauor Reipublicæ;quia talis diſpoſitio non recipit interpretationem reſtrictiuam contra Rempubli.vt patet in d.l.iubemus nullam.

14 † Quintò ad idem.Appellatione populi in odioſis nõ includitur clerus,vel eccleſia,vt in c. ſententia. de ſententia excommunicatio.in 6.licet ſecus in fauorabilibus,vt eſt text. in d. cap. dilecti.de foro competenti.& in cap.fin.de offic.delega. in 6. & ibi per Io.And.in princip.ergo in tali prohibitione, ꝙ res non poſſit alienari in non ſubiectos, non includatur eccleſia: cum talis prohibitio ſit odioſa.Poſſet reſponderi,ꝙ c.ſi ſententia.loquitur in interdicto,quod non reſpicit niſi culpabiles,vnde nõ mirum ſi interdicto populo,nõ intelligatur interdictus clerus.

15 † Sextò ad idem. In diſpoſitione generalis ſtatuti odioſi non includitur eccleſia,nec perſona eccleſiaſtica, tex.eſt in cap.j.de pœnis.lib.6.ergo idem dicendum in dicto ſtatuto. pro quo facit etiam tex.in c.veſtra.de locato.vbi epiſcopus non poſſet facere tale ſtatutum in præiudicium eccleſiarũ, minus ergo poſſunt laici.Poteſt reſponderi,quòd ibi directè diſponebat de eccleſijs,& rebus eius,vnde non valet, de conſtitu.cap.quæ in eccleſiarum. & ſimiliter in dicto cap.j.loquitur in prohibitis, & directè de rebus,& perſonis eccleſiaſticis non fit mentio in ſtatuto,de quo in themate,quia directè diſponit in perſonas,& res ſibi ſubiectas.

16 † Septimò ad idem.Statutum,& conſuetudo æquiparantur: vt in c.j.de conſtitu.lib.6.ſed conſuetudo oneroſa eccleſijs nõ valet,vt in cap.j.de conſue.ergo nec tale ſtatutum debet valere. Poteſt reſponderi, ꝙ dicto cap.j de conſue procedit, quando directè in præiudicium eccleſiæ diſponit: non ſic in caſu dicti ſtatuti, cum inſpiciatur principale propoſitum ſtatuentium, vt ſuprà.

17 † Octauò non valet ſtatutum laicorum in præiudicium eccleſiarum, & non poteſt tolli immunitas conceſſa eccleſiæ in contrahendo:vt eſt tex.in cap.fin.de immu.eccle. lib.6.& facit cap.j.eodem titu & lib.& quod habetur in c.non minus.eo.titu. & in c.quanto.de priuil. ſed tale ſtatutum tollit immunitatem conceſſam eccleſiæ in cõtrahendo,ergo non debet valere.Poſſet reſponderi,ꝙ dicta iura loquuntur,quando directè, & principaliter diſponitur in præiudicium eccleſiarũ, & ita erat principale propoſitum,ſecus erat in caſu dicti ſtatuti, vt ſuprà aliàs enim ſequeretur,ꝙ nullo caſu poſſet per ſtatutum induci publicatio bonorum:cum per indirectum,& in conſequentiam dici poteſt,ꝙ præiudicare poſſet eccleſiæ,ꝙ eſſet abſurdum. Ideo tenuit Io.And.in c.2.de uſu.lib.6.& doct.ſequũtur, ꝙ damnatus ad mortem,quando bona ſunt publicata ex forma ſtatuti, non poteſt per viam contractus, vel teſtamenti aliquid relinquere eccleſiæ uel ad pias cauſas, ſeu pro anima.

18 † Nonò,& vltimò,ſtatutum contra libertatem eccleſiaſticã eſt ipſo iure nullum,vt in auct.caſſa.C.de ſacroſanct.eccle.& in cap.nouerint.de ſentent.excom.ſed dictum ſtatutum eſt huiuſmodi:quia tollit generale priuilegium a iure communi cõceſſum eccleſijs in contrahendo,ut eſt tex.in l.fin.C.de ſacroſanct. eccle.& ſic cum dictum ſtatutum ſit aduerſus canonicas, & legales ſanctiones,ergo contra libertatem eccleſiæ,& conſequenter nullum.& ad hoc propoſitum vide no.per Io.And.in d.c.fi. de immu.eccle.li.6.vbi ꝓ hac parte in terminis dicti ſtatuti facit quatuor vel quinq; motiua,ꝙ non operet in ꝓiudiciũ eccleſiæ. Sed ad ipſa argumenta poſſet reſponderi, vt ſup. in præcedenti argumento, & quia d.auct.caſſa.& d.c.nouerint. loquuntur,qñ ſtatutum ſit aduerſus canonicas,& legales ſanctiones,ſed ſtatutum de quo ſup.in themate eſt potius ſecundùm legales,& canonicas ſanctiones,cum ſit de iure validum,& non diſponit in eccleſiam, ſed in res ſibi ſubiectas, & inter ſubditos:vt ſup.in 5. & 6.arg.pro parte affirmatiua.

19 Nec obſtat † d.l.fi.de ſac. ſan. eccl.pro cuius legis intelligentia aduertẽdum; quia diſpoſitio dictæ l.non inducit a principio aliquod priuilegium in ꝓhendo,ſed ſolum poſt contractum in executione contractus, ſuppoſito ꝙ contractus in ſe valeat,& ſic in dominij translatione, vnde præſupponit contractum a principio validum, & tũc eſt, ꝙ in executione dantur priuilegia ibi expreſſa, vbi ergo ꝓctus non teneret a principio.d.l fi.nullum concedit in contrahẽdo priuilegium,& iſte fuit ſin.intellectus Bal. ad illum tex.in l.j.C. de ſumma tri ĩ magna repetitione,& ita apertè probatur in l.fi. in prin.ibi,vel legitimo modo donatę ſunt,& ſic præſupponit contractum validum procedere. Et amplius hoc demonſtratur per text. in d.c.in præſentia.de probat.& ibi per Innoc.nam minor alienando in eccleſiam rem immobilem ſine ſolennitate nõ transfert dominium, & non valet cõtractus,patet ergo, ꝙ eccleſia non eſt priuilegiata in contrahendo,per d.l.fina.ſed ſolum poſt contractum in executione, præſuppoſito quòd cõtractus in ſe ſit validus, ut ſup.ita d.auct.caſſa,& d.c nouerint.& d.l.fin.non obſtant.

20 Soluendo ergo & diſtinguendo tres caſus poteſt ſic concludi,† ꝙ aliquando ſtatutum prohibet teſtamentum vel vltimam voluntatem ſine certa ſolennitate, puta ꝙ minor vel mulier non poſſit teſtari ſine conſenſu conſanguineorum; & tunc non includatur eccleſia, & poterit in teſtamento vel vltima volũtate relinqui eccleſiæ, vel ad pias cauſas ſine dicta ſolennitate, & ratio eſt: quia pia cã eſt priuilegiata ab ipſo principio in vltimis voluntatibus, vt eſt tex.in l.j.C.de ſacroſ.eccle.vnde contra iſtud priuilegium,ꝙ reſpicit ipſum Deum, vel eccleſiam non poteſt derogari per ſtatutum laicorum,& ita decidit Bald. in d.l.cunctos populos. in magna repetitione,dicendo ꝙ in vltimis voluntatibus eccleſia vel pia cauſa eſt priuilegiata ab ipſo principio, vt in d.l.j. Ideo ſi per ſtatuta laicorum impediretur tale priuilegium, eſſe contra eccleſiaſticam libertatem:quia cõtra canonicas & legales ſanctiones,& priuilegia eccleſiaſtica,vt dicta auc.caſſa.& in d.c.nouerint.& ita procedant iura ſupra in nono, & vltimo argum.& ita etiam tenet Bal.& bene in hoc in l.generali. C.de ſacroſan.
12 eccle.vbi concludit † ꝙ ſtatutum, ꝙ mulier non poſſit teſtari ſine conſenſu propinquorum,non includit caſum,quando fieret teſtamentum ad pias cauſas;quia valebit ſine tali ſolennitate,ex quo eccleſia eſt priuilegiata a principio in vltimis voluntatibus,& refert hoc eſſe de mente Bar. in d. l.cunctos populos. in 5.q.& bene facit,qđ idem Bar.tenet in d.l.j.C.de ſacroſ.eccl. circa fi.& ſimiliter hoc idem tenet Bal.ibi in fi.quia huiuſmodi ſtatuta laicorum in numero teſtium,nec in alia ſolennitate includunt caſum,quando vltima voluntas eſſet ad pias cauſas ſecundum Bald.& Bart. ibi in fi.& hanc ſentẽtiam ſequitur Fulg. in d.l.generali.idem etiam firmat Panor.in c.relatum.el primo de teſt.3.col.& 3.c.quod clericis, de foro compe. colum.nona. in fi.vt in vltima voluntate non poſſit per ſtatuta vel ſolẽnitates legales,& laicorum impediri,ſi aliquis relinquit eccleſię vel ad pias cauſas, & pro anima de ſuis bonis, quod tene menti.

22 Aliquando † & ſecundò ſtatutum prohibet cõtractum, & tũc aliquando prohibet rõne imbecillitatis perſonarum,puta ꝙ miſor, vel mulier non poſſint contrahere,vel alienare ſine conſenſu conſanguineorum: cum fragile,& debile ſit mulieris conſilium,dicit tex.in cap.forus.in fi.de verb.ſignif.Et iſto caſu concludo, ꝙ in tali prohibitione includatur etiam eccleſia, vnde non poterit minor, vel mulier alienare etiam ad pias cauſas, vel in eccleſiam ſine ſolennitate ſtatuti iuribus, & rationibus adductis ſupra in nono argu.& apertè probatur in d.c.in præſentia.de proba.vbi prohibitio legalis ratione ętatis includit, ꝙ etiam ſi alienatio fieret in eccleſiam,vel ad pias cauſas ſine ſolennitate non valeret, vt ibi probatur, & tenet ibi Inno.Io And.& cæteri doct. ita hanc ſententiam tenet loquendo in contractibus.Ludo.in repe.auc. ſimiliter.C.ad l.Falc.in 16.ſpeciali in contractibus licèt Bal.velit contrarium in hoc caſu in quo reſidet Fulg. in l.generaliter, & Panor.in d.c.relatum,& nõ bene, ex quo ſtatutum prohibet in ſpecie ratione imbecillitatis perſonarum,vt d.c.in præſentia. vnde non dicitur ſtatutum contra libertatem eccleſiaſticam: diſponit enim in ſubditos ſuos, & res ſibi ſubiectas, vt ſupra in 6.& 7. argum. pro parte affirmatiua, & non diſponit ſtatutum
23 contra id,quod eſſet conceſſum in priuilegiũ eccleſiæ † ex quo eccleſia nullum habet priuilegium in contrahendo, vt ſup. & tenet Fulg.in d.l.fi.col.9.ibi,vnum volo,vt conſideretis &c. Nã ſi per ſtatutum adimatur eccleſiæ in conſequentiam id quod eſt conceſſum de iure communi, non dicitur ſtatutum contra libertatem eccleſiæ:cum omnibus de iure cõmuni conceſſum eſt donare,& vendere,niſi aliud impediat.Sed ex quo ſtatutum principaliter non diſponit in eccleſiam, vel de rebus eccleſiarum,

Source : BIU Cujas

rum,sed in suos subiectos, & res sibi subiectas, non dicitur statutum contra libertatem ecclesiæ, ex quo principale propositum statuentium non respicit ecclesiam,licèt in consequentiã possit contingere præiudicium ecclesiæ,vt demonstratur supra in 3.artic.pro parte negatiua, & cum statutum fiat ratione imbecillitatis personarum sibi subiectarum includitur ecclesia, vt sup.& patet in d.c.in præsentia, & est dictum in 7.argum.pro parte affirmatiua.

24 Aliquando † & tertiò statutum loquitur generaliter prohibẽdo alienationem simpliciter in non subiectos,prout est casus noster & tũc valet tale statutum,vt est tex.in d.l.si emptione.§.j.& tenet Bar.in d.l.filiusfamilias.§.diui,& Io.And.in d.c.fi.& patet sup.in 4. & 5.argu.pro parte affirmatiua. Nec potest dici statutum contra libertatem ecclesiæ,cũ ecclesia non sit priuilegiata in ꝫhendo,vt demonstratur supra in vltimo arg pro parte negatiua. verum est tñ, ꝙ statutum laicorum sic generaliter loquens debet mitigari, vt ad ecclesias,& loca pia non extendatur:ita probat text.ad hoc singu.in l.pen.C.de sacrosan.eccle.vbi Bal. hoc tenet per illum tex.& ita fit decisio huius quarti dubij per tex.in d.l.pen.& Bal. ibi,ꝙ tale statutum non includat alienationem ad pias causas, vel in ecclesiam, & hoc nõ ex defectu ꝙ non valeat statutum; quia immo valet.ut sup.in 4.& 5.arg.pro parte affirmatiua, nec etiam ex defectu,ꝙ fit contra libertatem ecclesiæ, cum nõ sit, vt sup.in vltimo arg pro parte negatiua, sed ex hac ratione; qa generalitas dicti statuti nõ includit ecclesiam, vel piã causam, & hanc sententiam in terminis dicti statuti,ꝙ nõ includat ecclesiam,vel pias causas,sequitur Io.And.in d.c.fin.& idem Lupus, & Gemi.ibi. idem etiam sequitur Ang. in l.filiusfamilias. §.diui.ff de legat.j.& in suo cõsi.47.quod incipit,quidam Franciscus. Idem etiam tenet Bartol.in d.§.diui.post medium,& in d.l.fi.& in l.dudum.C.de contrahen.emp.& idem Bal.in d.l.fin. circa medium.& idem Ioan.de Imo in c.ecclesia de constit.in pen.col.& sic communis sententia est, ꝙ dictum statutum, ꝙ res non possit alienari in non subiectos, nõ includat alienationem in ecclesiam vel ad pias causas, & bene facit, quod tenet
25 glo.& Bar in simili.in l.illud.C.de sacrof. eccl. † ꝙ generalis dispositio statuti vel legis, ꝙ testamenta, & vltimæ voluntates, seu donationes debeant insinuari,& aliàs non valeant,non includeret donationem in ecclesiam, vel ad pias causas,prout ẽt tenuit Ioan.And.in addi.Spec.tit.de instru.edi.§ porro. versic. item not.ꝙ donationes.& hoc idem sequitur Host in summa. tit.de testa.§.qualiter.versi.cum igitur,& versi.verum, & Imol. in d.c.ecclesia.de consti.col.antepen. & bene facit quod tenet Bal.in d.auc.cassa.ad hoc propositum.& idem tenet do. Ant.in d.c.relatum. vbi refert se ita consuluisse, & hoc idem sequitur Imol.& do.Pan.quia generalis dispositio legis,vel statuti,quando non est ratio imbecillatis personarum,debet mitigari,vt ad loca pia non extendatur, vt in d.l pen.& ibi Bal.licet idem Bal. in d.l.illud.& Fulgo.ibi.& Ang.in d.l.pe.C.de dona.velint contrarium.& non bene:si supradictæ rationes bene considerẽtur, & hæc tanquam vtilissima & quotidiana bene no.

An autem si statutum prohiberet contractum sine certa solennitate includat cõtractum factum cum clerico & liget clericos contrahentes. Iste est diuersus articulus de quo per doct. in d.c.ecclesia. & in c.quod clericis. vbi plenè de hoc.& in d.l. cunctos populos.

Ad argumenta verò facta in contrarium patet responsio ex præcedentibus, cum tale statutum de quo supra in themate sit de se validum,sed eius generalitas non includit etiam,vt supra demonstratur.

D. HIERONYMI DE MONTE, BRIXIENSIS.

De finibus Regundis.

SVMMARIVM.

1 *Antequàm ad verborum interpretationem deueniatur,semper erit bonum aliquid de tituli significatione declarare.*
2 *Titulus finium regundorum quid sit.*
Materiam controuersiarum confinium vtilẽ admodum & necessariam varijs in locis sparsam pro minori Iudicum & Causidicorum labore, Deo Opt.Max.opitulante, in vnum redigere statui.

CAPVT PRIMVM.

1 2 ITAQVE vt ea,de quibus tractãdum est, magis innotescant: Vlpianum Iurisconsultũ imitari volui in l.j.ff.si cer.pet.exponentem, † antequàm ad verborum interpretationem deueniatur, bonum esse aliquid de tituli significatione declarare. Placet igitur mihi, † quid sit finium regundorum titulus,primò describere,& quidem dicas esse titulum sub quo termini vel fines aut limites reguntur, vt habetur in titu. ff. & C. finium regund. Deinde erit expediens, priusquàm ad actus iudiciales accedamus, nonnulla ad finales controuersias, & ad iudiciorum præparatoria pertinentia præmittere.

SVMMARIVM.

1 *Diuisiones Regnorum, Prouinciarum,Ciuitatum, Territoriorum, Comitatuum,Districtuum,Curiæ,& agrorum,ac aliarum rerum de iure introductæ fuere.*
2 *Iurisdictio de iure gentium inuenta, sed de iure ciuili distincta.*
3 *Iurisdictio apud Hebræos tempore Moysis distincta fuit.*
4 *Iudices timere debent Deum, & odisse auaritiam.*
5 *Diuisiones diœcesium & parochiarum de iure pontificio constitutæ sunt.*
6 *Communio solet parere discordiam.*
7 *Iurisdictio propter publicam vtilitatem diuisa fuit.*
8 *Genus humanum conseruatur propter diuisiones iurisdictionum.*
9 *Diuisio denotat, quod cuiusque sit.*
10 *Finium regundorum actio dirimit lites,vbi est finium communio.*
11 *Diuisio finium publicorum spectat ad Papam, vel Principem,vel Senatũ.*

CAPVT II.

Et ne quid præterijsse videar, non solùm de publicis, sed etiam de priuatis finibus in hoc tractatu discutiẽdum erit. Ac vt planum iter faciam, sigillatim
1 omnia exponam. † Dominia igitur tã Regnorum,quàm Prouinciarum,Ciuitatum,Territoriorũ,Districtuum,Comitatuũ, & curiæ: quàm agrorum, & aliarum rerum particularium, de iure gentium distincta fuere.l.ex hoc iure.iunctis ibi not. ꝑ Bal.
2 Pau.Cast.& alios Doct.ff.de iustit & iur. † & Ias. ibi.numero 3. subdit iurisdictionem de iure gentium inuentam fuisse, sed de iure ciuili distinctam, per l.2.§. post originem.ff.de orig.iur.&
3 in c.scriptum est.6.q.3.† licèt posset dici apud Hebræos ꝑ prius distinctam fuisse,vt legitur in Exodo, tempore Moysis, qui ex Aegypto in desertum populum Hebræum duxit.Nam ad eum Ietro sacerdos Madian eius cognatus venit vnà cum Sephora Moysis vxore,& eorum filiis.Cumq; Ietro vidisset Moysem fessum in iudicando populum à mane vsque ad vesperas,ei dixit, Vltra vires tuas est negotium istud, & solus non poteris sustinere:† prouide de omni plebe viros potentes,& Deum timentes, in quibus sit veritas,& qui auaritiam oderint,& ex eis constitue tribunos,& centuriones,ac quinquagenarios, vt iudicẽt
4 populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit, ad te referant:ipsiq; tantum minora iudicent, leuiusq; erit tibi partito in alios onere. Quibus auditis Moyses fecit omnia quę ille
5 fugesserat. † Postmodum de iure Pontificio Diœcesium ac Parochiarum diuisiones factæ fuerunt.c prouinciæ. & ibi Glos.in versi.ante Christi aduentum.90.dist & in c.vrbes & loca. cum
6 duobus seq.80.dist.& per Abb.in rub.de paro. † & quia cõmunio solet parere discordiam.l cum pater.§.dulcissimis. ff. de le-
7 gat.secundo, † & ideo secundùm Anch.in rub de for.compet. propter publicam vtilitatem diuisiones factæ fuerunt, vt rectè
8 officiorum singulorum gereretur administratio. † Neq; enim humani generis cõseruatio poterat alia ratione subsistere, nisi
9 huius magnæ causæ differentiæ ordo seruaretur.† Nam si iudex quilibet de omnibus causis cognosceret, non habita personarum, locorum causarumq; distinctione, ex hoc iurisdictionũ confusio resultaret, ac dissensiones & scandala orirentur cõtra iura.c.peruenit.11.quæst.j.& c.scitote.& c.fi.7.quæst.3.& c.cõtra.
10 † Ex istis diuisionibus discernitur quod cuiusque sit, vt ait Virgilius,quem refert tex.in c.forus.de verbor.signific.Limes erat positus,litem vt discerneret agri.& Iulius Frontinus in Codice Theodosiano scribens Celso Penesto in c.j. pag.170. dicit, ideo limes agro positus est,litẽ vt discerneret aruis, quia ante Iouis limites non parebant,qui diuiderẽt agros:& sic Finium Regundorum actio,vbi est quasi finium communio, quæstionem dirimit,ut no.glos.in rubr.C.fini.regund. & in d.l.ex hoc iure.in
11 versi.termini.† Et erit aduertendum secundùm Lau. Calca.in consi.90.quia ista quæstio.nu.7.& 15. ꝙ spectat ad Principem, vel Senatum,qui Vice Principis fungebatur,affigere terminos Regnorum, Territoriorum,Diœcesum,Parochiarum,vel Plebanatuum,argum.l.quod Principis.ff.de acqu. plu.arcen.& c.j. 80.dist.& c.1.13.q.j.& l.diem functo.ff.de offic.assess.& cum pluribus concor.ibi per eum traditis, & sic terminorum publicorum affixio est de reseruatis Papæ & Principi ĩ signum vniuersalis Imperij;quia ad eos solos spectat diuidere totum orbem: & ut habetur in d.consi.90.ad dominos Castrorum spectat etiã diuidere confines territoriorum in suis Castris, vt etiam dixi infra in c.21.nu.3.

SVMMARIVM.

1 *Regna quomodo originem habuere.*
2 *Imperia siue Monarchiæ quatuor fuere.Et quintum quod fuit Christi.*

3 *Rex*

Source : BIU Cujas

3 *Rex in suo Regno Monarcha est.*
4 *Dux, Marchio & Comes quis dicatur.*
5 *Prouincia si adijcitur Regno, Castrum & villa Comitatui, quomodo regulari debeat.*

CAPVT III.

Et vt gradatim procedatur super eis de quibus diximus in præcedenti c. in primis videndum erit de regnis. Et vt attestatur Bald. in l. ex hoc
1 iure.in princ.ff de iustit.& iur.† Regna orta sunt necessitate co gente;quia omnia indigent capite.Vnde ibi Paul. Cast. nu.15. in lectura prima,dicit, ꝙ aliquando per vim bellicam condita fuere, & aliquando per Regum electionem, quos gentes sibi
2 fecerunt: inde populi liberi Regem eligere possunt,† Ac etiã notat quatuor fuisse imperia,siue Monarchias,scilicet,Orientale siue Babilonicum,quod fuit in Nino, & Meridionale seu Macedonicum,quod fuit in Alexandro, & Septẽtrionale siue Africum, quod fuit in Cartaginensibus, & Occidentale quod fuit in Cæsare Augusto,Et quintum quod fuit aduenięte Christo, & Romanum Imperium incœpit esse Christi Imperium: Et ideo apud Papam Christi Vicarium est vterque gladius,spiritualis & temporalis,vt per Aluarot.in c.j.in prin. num.6.quis
3 dicatur Dux,comes,in vsib.feu.† Et secundùm Socin.in consi.
4 165.nu.2.vol.2.quilibet rex in suo Regno est Monarcha:† & subdit etiam,ꝙ Duces vocantur, qui de aliquo Ducatu inuesti ti fuere,& Marchiones de Marchionatu,ac Comites de Comitatu,per tex.& Bal.ĩ c.j.quis dicatur Dux, Comes,vel Marchio,
5 in vsib.feud.† Et si prouinciæ adijciatur Regno,vel Castrũ,aut villa Comitatui accessoriè, & tunc debet regi secundùm leges & consuetudines primi, cui adijcitur: si autem non adijciatur accessoriè, & tunc debet regi secundùm leges & consuetudines suas, vt per Bartol. in l. si conuenerit. §. si insula. ff.de pignor.actio.

SVMMARIVM.

1 *Prouincia vnde dicatur.*
2 *Prouinciæ ante Christi aduentum distinctæ fuere.*
3 *Prouincia quomodo distinguatur & accipiatur secundùm Bart.*
4 *Prouinciæ de iure canonico varijs modis distinguuntur.*
5 *Prouincia dicitur illa, quæ habet decem aut vndecim ciuitates, & vnum regem.*
6 *Prouincia secundùm Pau.Castr.quadrupliciter diuiditur.*
7 *Italia dicitur domina prouinciarum.*
8 *Prouinciæ nomen quando simpliciter profertur, erit distinguendum, an proferatur de iure ciuili, aut de iure canonico.*
9 *Prouincia aliquando ponitur pro diœcesis.*
10 *Prouincia varijs modis accipitur.*
11 *Prouincia mutatur & diuiditur Principis authoritate.*
12 *Archiepiscopatus,Episcopatus,parochia, & præbenda diuiduntur in duas partes.*

CAPVT IIII.

1 Prouincia secundùm Car.in cle. dudum. §. extra.de sepul. dicitur à pro,ideſt lõgè, & vinco vincis, quasi locus longè distãs,
2 & à Romanis victus.† Et prouinciæ ante Christi aduentum li-
3 mitatæ fuere,vt habetur in c.j.90.dist.† Et prouincia secũdùm Bar.in extrauagan.ad reprimen. in titu. qui sint rebell. in ver. Lombardiæ.attento communi vsu loquendi, qui in similibus attenditur,cap.ex literis.de sponsa.& l.cùm de lanionis.§.asinã. ff.de fund.instru.accipitur pro Thuscia,Lombardia, Marchia, & similibus,vel etiam per alia nomina vniuersalia linguarum, separationem significantia:vt Italia,Græcia,Francia & Alemania:ut habetur in l.2.§.capita.ff.de orig.iur.& in l. etiam conditionis.in fi.ff.de manu.vind.† De iure verò canonico Prouinciæ distinguũtur per Archiepiscopatus:vnde ciuitas Metropolitana est prouinciæ caput,vel prouincia appellatur illa, ad quã
4 legati destinantur,vel si in concessione dicitur, hominibus talis prouinciæ, vt ibi per eum,& vt habetur in c.scitote.6.q.3.ꝑ Abb.in c.sicut olim.nu.j.de accusat.& ꝑ Ang.Instit.de vsucap.
5 in prin.† Prouincia dicitur illa, quæ decem, aut vndecim habet ciuitates, & vnum Regem, & totidem minores potestates
6 sub se,& vnũ Metropolitanum.† Et prouinciarum distinctio secundùm Pau.de Cast.in l.ex hoc iure. nu.2.ff.de iustit. & iur. est duplex.Quædam est,quæ fit per idiomata penitus diuersa,vt Francia,Anglia,Alemania,& Italia:& ista distinctio de iure gẽtium fuit introducta:vt ibi in glos.† vbi etiam subdit, Italiam
7 esse prouinciarum dominam,& deducit glos. in l.fin.in versic. omnes.C.sine censu, vel reliquis. & dicit istam distinctionem non tolli, nec confundi posse. Et alia est prouinciarum distinctio,quæ fit per præsidatus,& ista de iure ciuili emanauit: nam in vna de supradictis prouincijs possunt esse plures præsidatus, quæ prouinciæ appellantur.l.illicitas.§. qui vniuersas. & l.congruit.ff.de offi.præsi.& istas poterit Imperator tollere, de duabus faciẽdo vnam,vel è contra. Vnde posset Imperator Tusciã cum Lombardia vnire: & similiter Papa posset Marchiã cum Ducatu vnire,cùm ille sit prouinciarum Princeps in temporalibus & spiritualibus. Et aliâ est prouinciarum distinctio, quæ fit per Archiepatus,& ista est de iure canonico introducta. Et quædam prouinciarũ distinctio per vsurpationem facta fuit,& per consuetudinem,vt sunt hodie ciuitates Thusciæ non recognoscentes superiorem de facto: nam quælibet Ciuitas cũ suo territorio reputatur vna prouincia,vt no.in l.fi.cum glo.& ibi
8 Pau. de Cast. & Doct.C.de præscript. long. tempor.† Quando autem istud nomen, Prouincia, simpliciter profertur,si vis scire de qua intelligatur,& dicas distinguẽdum esse, aut profertur à lege ciuili,vel canonica:& si à lege ciuili, refert in qua materia proferatur:si enim in materia tributorum,vel censuum,intelligitur de prima.Si verò à lege canonica,distingue similiter in qua materia proferatur, iuxta quæ vide not.per glo. in c.co-
9 ram.in versi.prouincia.de elect.† Et aliquando prouincia po-
10 nitur pro diœcesi.c.quicunque.16.q.3.& c.student.50.dist.† sic itaque prouincia variis sumitur modis,vt not.gl.in §. cuius rei. in ver.prouinciarum.de collat.in pragmat.sancio.Fely.in c.Ro
11 dulphus.num.39.de rescrip.† Et prouincia mutatur, ac diuiditur principis auctoritate,vt suprà dixi,& per Abb.in consil.62. nume.12.volum. 2. per c.j.10. dist. & §. hoc autem.in authen.vt
12 iudi.fine quo.sufra.† non tamen intelligitur, ꝙ diuidatur quò ad spiritualia, videlicet ꝙ sint duo Archiepiscopi secundùm Abb.in consi.71.in fi.vol.2.licèt Ioan.And.in addit. ad Specul. in titu.de censi.in §.nunc videndum restat. in versi. quid si vniuersitas fecit pactum.numero 2. dicat, ꝙ sicut prouincia diuiditur per l.si eadem.ff.de offic.assess.ita etiam ex causa vnus Episcopatus in duos diuiditur, & vna Parochia in duas,& vna præbenda in duas.c.percipimus.16.q.j.& c.ad audientiam.de eccle. ædific.& c.vacante.in fi.& c.tuæ.de præben.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas dicitur,qua muris est cincta,veterum auctoritate: vel accipitur pro continentibus ædificijs, suburbijs & habitationibus.*
2 *Ciuitas in terris Christianorum propriè dicitur illa,quæ habet sedem Episcopalem.*
3 *Ciuitas iurisdictionem habet eligendi defensores,qui habeãt iurisdictionem: & ciuitas aliqua ex consuetudine elegit, qui habet merum,vel mixtum imperium, vt in vrbe Romana.*
4 *Ciuitas appellatur locus, qui habet Episcopum, licèt etiam ciuitas appelletur locus, qui habet officiales merum & mixtum imperium exercentes.*
5 *Ciuitas licèt priuetur Episcopo, non desinit esse ciuitas.*
6 *Ciuitatis appellatione continentur casalia, vicus, territorium, districtus & habitatores.*
6 *Ciuitas quæ sit, & quæ requirantur, vt fiat, & eius priuilegia.*
8 *Castri,municipij,& oppidi,ac villæ appellatione quæ contineantur.*
9 *Terra non solùm comprehendit Castrum, ac villam, sed etiam Regnum & prouinciam.*
10 *Differentia est aliquid esse in ciuitate, & in pertinentijs.*
11 *Mœnia ciuitatum sunt quasi diuini iuris, & delinquentes in eis qua pœna puniantur.*
12 *Pomærium quid sit, & intra illud arari, vel habitari non licet.*
13 *Accessorij & principalis idem erit iudicium.*
14 *Pomœrium gaudere debet eodem priuilegio, quo gaudet terra adiacens ecclesiæ maiori.*
15 *Pomœrium per quindecim pedes suos extendit confines vltra mœnia.*
16 *Consuetudo seruanda erit, si apparet in ædificando, spacio intermisso circa mœnia.*
17 *Consuetudo specialis derogat legi speciali.*
18 *Arbores si nascantur propè mœnia,iudicis officio excidendæ erunt.*

CAPVT V.

1 Ciuitas † autem muris & continentibus ędificijs finitur.l.2.ff.de verb.signif. & similiter secundùm Par.de Put.in verb. ciuitas. de verbor. signific.Ciuitas aliquando ponitur pro muris,loco, suburbijs,& habitationibus,& subinde est, ac si omnia prædicta nominata fuissent: & aliquando murorum ambitu terminatur. c. si ciuitas.de sentent.excommun.in 6.& c.statutum. §.j.de rescrip. eo. lib.vel secũdùm Bald.l.ex hoc iure.in versi. & nota ꝙ in terris. num.15.ff.de iustit.& iur.ciuitas dicitur, quæ muris est cincta, veterum auctoritate:secundùm cuius legem debent viuere Ca
2 stra in suo territorio constituta.† Et propriè in terris Christianorum dicitur illa quæ sedem Episcopalem habet,& vt voluit Bar.in rubr.qui sint rebell.in versi.Lombardiæ.nume.5.ciuitas appellatur quæ habet Episcopum: licèt antequàm essent Episcopi, erant ciuitates,quia ante Christi aduentum vrbes distinctè fuere.c.j.80.dist.& per Ias.in l.si hæres. §.vicis.nume.5.ff. de leg.j.

Source : BIU Cujas

3 leg.j. † Et ciuitati competit potestas de iure communi eligendi sibi defensores,qui habeant iurisdictionem,non autem merum,vel mixtum imperium: vt in auct.de defenso.ciui. §. iusiurandum.quod tamen fallit in vrbe Romana.l.j. §. cum vrbem. de offi.præf.vrb.fallit etiam in aliis ciuitatibus, quæ ex priuilegio eligendi potestatem habent,qui habeant mixtum, vel etiã merum imperium,vt d.§ iusiurandum.& secundùm Canones episcopi ordinari debent in dictis locis,& vbi primates habitare solebant c.1.2.& 3.80.dist. † vnde insurrexit consuetudo, ꝙ
4 locus habens Episcopum sit ciuitas,licèt verè sine Episcopo ciuitas dicatur, eo ꝙ habeat officiales prædictos merũ & mixtũ
5 imperium ac iurisdictionem exercentes: † & patet,ꝙ licèt ciuitas Episcopo priuetur,tamen per hoc non desinit esse ciuitas: vt voluit Bald.in d.l.ex hoc iure.& aliquando ciuitas largius accipitur, etiam ꝙ tractetur de muneribus subeundis, & iurisdi-
6 ctione exercenda, † & sub cuius appellatione continentur casalia,vicus,territorium districtus,& habitatores eorum. l.mediterraneæ.C.de anno.& tribut.lib.10.& l.qui ex vico.ff.ad municipal.& l.fin.ff.de iurisd.om.iudic.ac etiam comprehenditur portus & mare illi adiacens secundùm glo.in c.vbi periculum.
7 §.porrò.in versi.cum sua curia.de electio.in 6.† Quæ sit ciuitas, & quæ requirãtur, vt fiat, & eius priuilegia traditur à Pau.Cast. in d.l.ex hoc iure.nu.26.per Felyn.in c.Rodulphus.num.37.de
8 rescript.per Goza.in consi.5.nu.4.†& in dictis locis describitur quid contineatur Castri & municipij appellatione, & quid sit
9 oppidum,& villa tractatur per Iasin d.§. vicis. † Et aduerte, ꝙ terra comprehendit non solùm Castrum & villam, sed etiam Regnum, & Prouinciam.cap.cum in partibus. de verb.signifi.
10 † & aliud est dicere,aliquid esse in ciuitate, & aliquid esse in pertinentiis,prout voluit Par de Put.in d.ver ciuitas.& in vers.Castrum.de verb.sign.& in c.circa.de fini.feu.Neque erit omitten-
11 dum, ꝙ † ciuitatum mœnia sunt quasi diuini iuris, vnde in eis delinquentes capitali afficiuntur pœna.§.sanctæ Instit. de rer. diuis quamuis Ang.Aret.ibi nu.j.& Cor.in cõsi.32.visa inquisitione.num.13.in fi.volum.4 dicant doctores tenere, ꝙ ista pœna tantum procedat in violantibus almæ Vrbis mœnia, in cæteris pœna sit iudicum arbitraria:quodque est circumcirca mę-
12 nia,tam intus, quàm extra, pomœrium † vocatur. Vnde etiã, vt dicit glo.in l.cui in ver.pomerio.ff.de ser.expor.pomœrium appellatur suburbium: vel horti circa ciuitatem existentes: & cui interdicitur pomœrium, & ciuitas ipsa interdicta esse videtur,per tex.ibi.& glos.in c.latorem.in ver.nisi prius.33.q.2. & intra pomœrij confines,neque habitari,neque arari fas erat,vt describit Calepi. in suo vocabulario in litera P. Et non est mi-
13 rum, si ibi arare, vel habitare quis non possit; † quia idem erit iudicium de accessorio,quod de principali c.si super gratia. de offi.delegat.lib.6.& c.accessorium.cum ibi not.de reg.iur.eod. lib.& l.cum principalis.ff.eod.titu.vnde Hieron.Cagnol.ibi numero 9.infert,ꝙ legata domo veniat etiam hortus contiguus, tanquàm accessorius ad domum, siue tanquàm de pertinẽtijs domus per l.prædijs.§.qui domum.ff.de leg.3.& per Cępol. de seruit.vrban.prædior.in titu.de horto.c.76.num 6. Sed mœnia ciuitatum sunt sancta,& in bonis nullius.d.§.sanctæ. & nõ sunt in cõmercio nostro, vt ibi describit Fab. quia quodammodo sunt diuini iuris & sanctum ab iniuria hominum munirũ esse debet, atque defensum. l.sanctum. ff. de rer. diuis. & similiter
14 † pomœrium erit sanctum, & quasi diuini iuris, & non erit in commercio nostro. vel in bonis alicuius, & ideo in eo sicut in mœnijs nihil fieri poterit, vel sicut terra per 40. passus ecclesiæ maiori circumcirca adiacens gaudet immunitate ecclesiæ.c.sicut antiquitas.17 q.4.ita etiam pomœrium adiacẽs mœnijs circumcirca gaudere debet immunitate qua gaudent mœnia: vi-
15 delicet,ne quis intra illud quicquam facere possit.† & pomœrium per quindecim pedes suos extendit confines; quia vt dicit Cępol.de seruit.vrban.prædior.in titu.de mœnijs c.61.numero 3.q vult ędificare iuxta ciuitatis muros,debet dimittere spacium quindecim pedum per text.in l.mœniana.& in l.sicut. & ibi glo.C.de ędific.priuat.& Ang.in l.qui prouincias.C eo.vult ita seruari: & iuxta ciuitatis,vel Castri muros ędificari nõ permittatur,nisi tanto spacio intermisso, ne quid mali, vel sinistri excogitari possit,vel etiam propter incendij,& ruinæ periculũ, & ibi Cępo.nume.4.subdit,ꝙ in aliquibus locis hoc non serua
16 tur,vt Neapoli, † ideo consuetudo seruanda erit.l.j.& l.an in totum.C.eod.& glo.in l.prohibere.§.planè.in ver.municipalis.ff.
17 quod vi aut clam.vbi habetur. † ꝙ consuetudo specialis derogat legi speciali:immo plus dicit Corn.in d.consi.33. nume.4. ꝙ ex consuetudine induci potest,ꝙ priuato liceat habere ędificium supra ciuitatis muros: & vbi consuetudo non erit, standum erit.d.l.sicut.vt no.Cępo.in d.num.4. Et vbi esset talis cõsuetudo ędificandi,salarium super ędificato imponeretur, vel si opus noceret vsui, dirueretur secundùm Fab.in d.§.sanctæ.
18 † Et similiter si arbores intra pomœrium nascantur,aut pullulauerint,iudicis officio excidendæ erunt, ne earum radices mu
ros corrumpant.l.j.C.de aqueduc.lib.11.vbi Bart.in fi.no.ꝙ arbor per quindecim pedes extendit radices, & hæc erunt menti tenenda,vt si contingeret casus,prout in hoc anno 1556.cõtigit in alma Vrbe,vbi plures priuatorũ vineæ ac parietes ꝓpè mœnia existentes demoliti fuere ad effectum muniendi vrbẽ, quæ à militibus Cæsareanis,& Philippi Regis Neapolitani obsessa fuerat,scias decidere difficultates. Et quia ciuitates sub se regulariter habent territoria,districtus, comitatus, curiam, iurisdictionem,diœcesim, ac parochiam,ex quibus insurgunt finales quæstiones, ideo de singulis discutiendum erit.

SVMMARIVM.

1 *Territorium dicitur agrorum vniuersitas intra fines cuiusq; vniuersitatis, & est spacium iurisdictione munitum.*
2 *Ciuitas dicitur esse de territorio illius ciuitatis cui subest.*
3 *Iudex ciuitatis, cuius est exercitus, poterit punire delinquentem in exercitu.*
4 *Originarius non potest puniri de delicto extra territorium commisso à iudice originario.*
5 *Territorij ambitus,monasteria,& ecclesias comprehendit,& flumina.*
6 *Flumina nauigabilia in vniuersali sunt Imperii Romani, sed in particulari sunt ciuitatum,per quarum territorium transeunt.*
7 *Alueus fluminis est illius territorii intra quod reperitur.*
8 *Territorium dicitur esse in mari.*
9 *Territorium aliquando accipitur pro iurisdictione.*
10 *Territorium per actus iurisdictionales demonstratur.*
11 *Territorium diuidi potest quoad iurisdictionis exercitium.*
12 *Territorium est dominorum quoad iurisdictionem,quò verò verò ad pascua & operas est ciuium.*
13 *Dominus non potest extraneis pascua locare,nec facere, quòd herbagia non sufficiant ciuibus.*
14 *Dominus non potest pascua reddere ad culturam.*
15 *Territoria mutantur secundùm vicissitudinem Statuum mundanorum.*

CAPVT VI.

1 Et territorium † vt habetur in pupillus. §.territorium.ff.de verb.sign.dicitur agrorum vniuersitas intras fines cuiusque vniuersitatis, & à terrẽdo vocatur:& vt traditur à Bal. in rub. nu.2. quæ sint rega. in vsib. feu.& à Felyn.in c.Rodulphus.nu.13.& 28.de rescrip.& Boer.in decis.227.nu.7. in 2.par. Territorium nil aliud est quàm terræ
2 spacium,iurisdictione munitum,& armatum. † Et ciuitas quæ alicui alteri ciuitati subest,dicit esse de territorio ciuitatis, cui subest,licèt non dicatur de comitatu,vt exemplum ponit Cor. in consi.151.in hac consultatione.nu.5.vol.3.in ciuitate Pisana
3 quæ subest Florentiæ; quia dicitur esse de eius territorio, † & quotiescunque contingeret alicuius ciuitatis exercitũ castrametari in alieno loco, tunc dicitur terrere, & illius ciuitatis iudex poterit punire delinquentem in exercitu,perinde ac si in eius territorio deliquisset, ut per Bart. in d.§.territorium. & in l.cũctos populos nu.46.C.de sum.tri.& fid. cat. quem sequitur Abb.in consi.64.nu.12.volum.2. Aliàs vt latè congerit Hippo.
4 de Marsil.in consi.110.num.18.vol.2. † originarius non posset puniri de delicto extra territorium per iudicem originarium, licèt Ang.in tract.malefic.in ver.hæc est quædam inquisitio.in ver.quæro an in delictis.nume.84.& in ver. existens Florentię.
5 num.j.videatur tenere contrarium. † Et territorij ambitus,monasteria & ecclesias comprehendit, quæ non sunt de districtu, ac etiam aquam & flumina sub se habet, vt traditur per Bal.in consil.95. laudare. numero 2. volum.2. Et aduertas secundùm
6 Bal.in l.si plures.C.de condit.inser.†quòd omnia flumina nauigabilia in vniuersali sunt Imperij Romani, sed in particulari sunt earum ciuitatum,per quarum territorium transeunt;quia vnum & idem est territorium quod eminet super aquas, & qđ
7 aquis immergitur. Et Curt.Sen.in consi.70.numero 22.† dicit, alueum siue locum aquæ ducendæ censeri de illius populi territorio,intra quod reperitur.Et denique territorium comprehendit quicquid est intra territorij fines, ita ꝙ nulla persona, aut locus nullus excluditur.l.j.§.cum vrbem.ff.de offi.pręf.vrb. & per Bald.& consi.326.Rex Romanorum.num.9.vol.j.idem tenet Soc.in consi.86.nume.6.& consi.127.nume.2.vol.j. & in consi.166.nume.3.volum.2.& Socin.Iun.in consi.68. nume.2.
8 †& territorium dicitur esse in mari,vt voluit Dec.in c.licèt causam.nume.3.de appellat.vnde vt dicit Cępol.in tracta.seruit.rustic.prædior.in tit.de mari.c.26.nume.26. appellatione territorij alicuius ciuitatis comprehenditur mare & districtus per illam ciuitatem,& maximè in fauorabilibus per c.vbi periculũ. §.porrò.& ibi per docto.& Geminia.de electio.in 6.& vt habe-
9 tur per Par.de Put.in ver.territorium.de verb. signif. † territorium aliquando accipitur pro iurisdictione,& tenimento, & illud quod est factum in territorio, potest dici factum in ciuitate;quia ciuitas inest territorio,& territorium inest ciuitati, &
10 vt habetur per Corn.in consi.333.num.26. vol.j. † territorium per actus iurisdictionales designatur, non per actus particularium repręsentantes dominium, vel possessionem, prout per

fructuum

Source : BIU Cujas

11 fructuum recollectionem, † & territorium potest diuidi saltē quò ad iurisdictionis exercitium, vt per Alber.Bru.in cons.37.
12 num.7.† & territorium est dominorum quò ad iurisdictionē,
13 quò verò ad pascua & onera est ciuium.† vnde non debet Dominus locare pascua extraneis: immo nec ipsi Domini possunt tantam animalium suorum quantitatem in pascuis tenere, ꝓpter quod herbagia, & pascua non sufficiant, vt habetur ꝓ Bertran.in consil.37. volum.j. & secundùm eum in consi.49.eod.
14 uolum. † Territorij Dominus nō potest reddere ad culturam pascua in præiudicium vniuersitatis & vt refert Brun. in consi.
15 109.nu.8.† territoria sæpè mutantur secundùm vicissitudinem statuum mūdanorum.c.lege.10.dist.& c.j.dist.100.101.& c.hoc quippe.3.q.6.& c.j.de religio.domi.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Districtus est locus iurisdictione munitus, intra quem homines distringuntur.*
2 *Districtus est laicorum & clericorum, sed diœcesis clericorum tantùm.*
3 *Districtus est dominium vel territorium accedens ciuitati in subiectionem.*
4 *Districtus est, quod à ciuitate distringitur, & ponitur pro territorio, & iurisdictione.*
5 *Districtus dicitur conuentionalis, priuilegiatus, & præscriptus.*
6 *Districtus est territorium, cui iurisdictio inest, & à comitatu differt.*
7 *Districtus dicitur etiam spacium æquæ seu latitudo iurisdictione munita.*
8 *Districtus non solùm dicitur in terra & mari, sed in cœlo & aere.*
9 *Delinquentes, vel contrahentes in mare, sortiuntur forum illius ciuitatis, vel loci, cuius est mare.*
10 *Delictum perpetratum in mari inter duas ciuitates æquè distantes, dicitur esse perpetratum in confinio.*
11 *Præuentioni locus erit, quando delictum erit commissum in confinio maris, & ea quæ fit per capturam, prævalet verbali præuētioni licèt prius factæ.*
12 *Iurisdictionem habens in districtu mari cohærēte, habet etiam in mari vsq; ad centum milliaria.*
13 *Milliaria centum in mari sunt minus duabus dietis.*
14 *Papa si moritur in mare, eius electio erit fienda in loco ibi propinquo.*
15 *Loco deputato si fieri non poterit quod debetur, fiet in loco propinquo.*

CAPVT VII.

1 Districtus † enim est locus iurisdictione munitus, intra quem homines distringuntur; & dicitur à distringendo, sicut territorium à terrendo, vt habetur in c.vbi periculum.in §.porrò.iuncta glos.in ver.territorio.de electio.in 6.& not.Abb.in consi.20.nume.2. volum.j.& Cornel.in consi.187.volum.4.& secundùm Felyn.
2 in c.Rodulphus.num.31.de rescrip. † Districtus est laicorum & clericorum, sed diœcesis clericorum tantùm: & vbicunque qs distinguendi, siue terrendi habet potestatem, ille locus dicitur de districtu, siue territorio, vt refert Deci.in consi.534.nume.7.
3 vol.4.& in l.fi.nume.19.ff.de iurisd.omn.iudic. † Vel districtus, vt vult Aret.in consi.77.numero 4.propriè est dominium, vel territorium ciuitati in subiectionem accedēs vltra fines simul cū ciuitate statutos, intra quos quicquid est, vocatur districtus, vel territorium.l.pupillus.§.territorium. ff. de verb.signific. Et quicquid de nouo ciuitati accrescit, dicitur districtus, nisi sub ciuitatis nomine concedatur, vt per Cyn.& Bald.in l.etiam.C.
4 de iur.dot. † Et districtus est illud quod à ciuitate actualiter distringitur, vt per Zabar.in cle.2.§.sanè.num.6. de elect. Et districtus aliquando ponitur pro territorio loci, vel agrorum, & pro iurisdictione, & idē est quod comitatus secundùm Par. de Put. in ver.districtus.de verb.sig. Et districtus & potestas idem est, vt voluit glo.in §.rursus.in ver.potestate. Institu. de actio. & Par.
5 de Put.in c.j.nume.7.de fin.feu. † Vel & secundùm Bal.in cōsi. 499.nume.5.volum.4.districtus tripliciter accipitur, videlicet conuentionalis, quando Castrum per se regit, & se alicui ciuitati, ob sui corporalis tutelam submittit, sine tamē principis prę-iudicio, vt in l.est receptum.ff.de iurisdict.omn.iudic. Et districtus priuilegiatus dicitur, quando princeps alicui ciuitati Castrum concessit ad districtum, vt humanum.C. de legi. Et præscriptus districtus dicitur, quando Imperium & iurisdictio præscribitur in ipso Castro.l.viros.iuncta glo.in versi.omittit.C.de diuer.offic.lib.12.& c.cùm contingat.in fi.iuncta glo.in ver.vel consuetudine.de foro compe. Vel vt dicit Bal.consi.419.ad eui
6 dentiam præmittendum. volum.j. † districtus est territorium cui iurisdictio inest, & à comitatu differt, quia comitatus propriè est ciuitatum: & districtus est dominorum. Vel secūdùm Geminia.in c.quoniam.n.e cleri.vel mona.in 6.districtus comprehēditur sub appellatione terrarum Domini. Et vt traditur
7 per Fel.in d.c.Rodulphus.nume.13.† districtus dicitur propriè loquendo spatium aquæ, seu latitudo iurisdictione munita, & sic districtus erit in mari, vt voluit Cępol. in tract. de seruit. rustic. præd. in titu.de mari.nume.26.& Lauren. Calca.in consil.
8 90.in fi.† Et districtus dicitur non solùm in terra & mari, sed in cęlo & aere, vt voluerunt Bal.in consi.420. verba principis. vol.j.& Cępol.in d.titu.de mari.nu.24. & Par. de Put. in c.j.numero 6.de fini.feu. Et termini in cęlo & aere fuere positi tempore Alexandri Papæ VI.inter Lusitanos siue Portugalenses, & Castellanos, diuidendo insulas Indiæ tunc nouiter repertas per lineas graduū cœli; & quicquid reperiebatur à parte orientali erat Portugalensium, & à parte occidentali erat Castellanorum.† Et secundùm Iac.de Belu.in sua pract.de foro cōpet.
9 num.19.quando contractus siue delictum fit in mari, tunc contrahentes, vel delinquentes sortiuntur illius ciuitatis vel loci
10 forum, de cuius districtu & iurisdictione esset mare.† Vel si esset in mari delictum perpetratum inter duas ciuitates æquè distantes, tunc diceretur commissum esse delictum in confinio, quod est commune vtriusq; ciuitatis secundùm Cępo. in d.tit. de mari.num.20.per l arbor.in princ.& §.de vestibulo.ff.commu. diuid.& ad vtranque pariter spectabit criminis cognitio.
11 Et similiter erit in contractibus, vt ibi per eum.† Et si eadem particula maris ad plures pertineat, tūc quilibet poterit cognoscere, & erit locus præuentioni.l.si quis posteà.ff.de iudi.& præuenisse dicitur, qui delinquētem cępit in mari, licèt alius iudex prius eum verbaliter citasset, vt ibi Cępol.nume.21.& Ang.in
12 l.sanè.si maris.ff.de iniur.† & sic iurisdictionem habens in territorio, vel districtu mari cohærenti, habet etiam iurisdictionē
13 in mare vsque ad centum milliaria.† Et centū milliaria in mari sunt minus duabus dietis, vt traditur per Bar.in tract. tiberiadis.de insula.in §.nullius.nume.j.& per Pau. Castr.in d.l.insulæ. ff.de iudic.& in l.deprecatio.ff.de leg.Ro. & de Iac.& ꝓ Cępol. in d.titu.de mari nume.14.& Felyn.in c.cùm olim.de exceptio.
14 † Et si Papa moritur in mari, eius electio fieret in ciuitate, vel loco cui subest mare, vt voluerunt Iacob.de Belui.in d.titu.de foro compet.numero 19.& Cępol.d.titu.de mari.nume.18.per glos.in dic. cap. vbi periculum. §. porrò.in versic. territorium. de electio.libro sexto.& si mare per aliquem non distringeretur, tunc electio erit facienda in viciniori loco, siue territorio,
15 cui mare est propinquum. Et ex hoc Gemin.not.ibi † ꝙ quando aliquid non potest fieri in loco deputato, debet fieri in loco propinquo.

SVMMARIVM.

1 *Comitatus appellatur districtus ciuitatis, & continet in se accessionem & naturales pertinentias ciuitatis.*
2 *Comitatus importat territorium villarum, vel Castrorum, & gaudet eisdem priuilegijs; & poterit esse aliquod Castrum de comitatu Imolæ, quod nō erit de districtu Bononię.*
3 *Comitatus accipitur pro principis præsentia.*

CAPVT VIII.

1 Comitatus † vt inquit glo.in c.prouinciæ. in versi. comitatus. 90.dist.appellatur districtus ciuitatis, & secundùm Bal.in cōsi. 419.volum.j.continet quandam ciuitatis accessionem, & eius naturales pertinentias. Et voluit Card.Zaba.quem sequitur Fe-
2 lyn.in c Rodulphus.nume 3. de rescrip.† comitatus importat territorium villarum, vel Castrorum, quod est pertinens ad ciuitatem, ita ꝙ gaudet eisdem priuilegiis, & eandem Rempublicam constituit. Et dicitur posse contingere aliquid esse de ciuitate, & non de districtu: quia districtus concernit quod à ciuitate distringitur, sed comitatus non ita strictè accipitur. Vnde aliqua castra sunt de comitatu Imolæ, quæ nō sunt de districtu
3 Bononiæ.† & aliquando comitatus ponitur pro principis prę-sentia, vt est tex.iuncta glo.in l.vnica.in ver.comitatu.C.quan. imper.inter pupil.& vid.

SVMMARIVM.

1 *Curia nihil aliud significat, quàm quoddam ius vniuersale, sub quo inest iurisdictio.*
2 *Curia dicitur à cura, & est locus extra Castrum & pertinens ad Castri iurisdictionem.*
3 *Curia est vniuersitas, vel ius vniuersale.*
4 *Curia accipitur pro territorio, vel comitatu.*
5 *Curia accipitur pro principis residentia.*
6 *Curia capitur pro conuentu decurionum.*
7 *Vicus quid sit.*

CAPVT IX.

1 Curia † nihil aliud significat, q̃ quoddam ius vniuersale, sub quo principaliter iurisdictio comprehenditur. c.cum Bertoldus. in versi. cum vniuersitate.de re iudic.& c.j.§.item si quis.in fi.& ibi glo. quib.mod.feu.amit.& per Franc.Curt. Iun.in consi.158.nu.28.
2 volum.2.† & curia dicitur à cura. l.2.in fi.2.respōso. ff.de orig. iur.

Source : BIU Cujas

sur. Et est etiam locus extra Castrum & intra, qui defenditur ab hominibus Castri, & sic est locus pertinēs ad Castri protectionem, & iurisdictionem, vt habetur per Bald. in l. si præses. C. de condi. inser. & per Socin. in consi. 86. nume. 5. vol. j. & in cōsilio
3 156. nume. 3. & in consi. 187. volum. 2. † & si nomen curiæ non designaret iurisdictionem, non esset vniuersitas, vel ius vniuersale, ex quo solo, quod est omniū rerum dominium, quæ sunt in vno loco, pertinet ad vnum, vt per Fabia. de Monte. in tract. de emptio. & vendit. in 6. q. princ. in vers. circa tertium. num. 2.
4 in tho. 8. † & aliquando curia sumitur pro territorio, vel comitatu alicuius ciuitatis, vel castri, per text. in c. j. de capita. q curi. vend. in vsib feu. quem alleg. Nell. in tract. banni. in j. par. 2. par.
5 q 6. † Vel aliquando curia capitur pro principis residentia, vt c. si nobis. in ver. ad comitatum. 24. q. 8. & ad id facit quod vo-
6 luit Socin. in consi. 95. nume. 9. volum. 3. † Vel curia sumitur p conuentu decurionum & prælatorum, & pluribus aliis modis capitur, vt habetur per Boer. in tracta. de auct. mag. consi. nume-
7 ro 168. qui est compilatus post eius decisiones, † & Vicus aliquando capitur pro suburbijs; & aliquādo pro villa. Vel Vicus est locus congeries habitationum: Et villa dicitur Castellum, & est quilibet locus ruralis, vt traditur à Cępol. in l. j. §. idem Iulianus. nume. 7. ff. de ędil. edic. pag. 32.

SVMMARIVM.

1 *Ager est species fundi ad visum hominis destinati, & quid sit fundus, & quid sit prædium, vel locus.*
2 *Ager est locus vacuus siue villa.*
3 *Ager dicitur vineatus, & quandoque ponitur pro villa.*
4 *Ager habet conditiones duas, & est diuisus & assignatus colonis.*
5 *Ager strigatus & scannatus quid sit.*

CAPVT X.

1 Sequitur modo videre, † quid sit ager, & & vt exponit Modestinus Iureconsultus in l. quæstio. de verborum significatio- ager est species fundi ad vsum hominis destinati, vel comparati. Et ibi etiam describitur, quid sit fundus, & quid sit præ-
2 dium, † & quid sit locus declaratur in l. locus est. ff. eod. tit. vel ager dicitur locus vacuus, siue villa, & est genus, cuius appellatione venit omnis locus sine ędificio. l. ager. & l. fundi. ff. eod. & facit quot no. Alciat. in l. quinque pedū præscriptione. in pagi. 26. C. fini. regun. vel secundùm Par. de Put. in ver. ager. de verb.
3 signifi. in ver. agri. † Aliquando ager dicitur vineatus & quandoque ponitur pro villa, & quandoq; vbi est vna domus, villa vel plures; & quandoque est locus adiacens flumini, & colitur, vel seminatur, & ager dicitur in rure, & area in vrbe. Vel vt ha-
4 betur in commentario Aggenij vrbici in Iulium Frōtinum in Codice Theodosiano, pag. 172. † ager est diuisus & assignatus colonis, siue mancipiis vnicuique secundùm modum & terrę qualitatem. Et ager habet conditiones duas, vna quæ plerūq; limitibus continetur, altera quæ per proximos possessionum
5 rigores assignata est: † & ager strigatus dicitur, qui à septentrione in longitudinem in meridianum decurrit: & ager scannatus est, qui & modo ab occidente in orientem decrescit, & qualitates agrorum sunt tres, vt habentur in d. Codice Theodo. in Iulium Frontinum in pagi. 172.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio dicitur potestas de iure publico introducta.*
2 *Iurisdictio de iure gentium inuenta, licèt postmodum diuisa de iure ciuili.*
3 *Iurisdictio est quoddam ius abstractum, quod intellectu percipitur, & dicitur à ditione.*
4 *Iurisdictio à Papa, vel Imperatore dependet.*
5 *Iurisdictio originaliter est in Papa, & eius exercitium in Imperatore, & quare diuisa fuit.*
6 *Iustitiæ ministri dicuntur agricolæ.*
7 *Iurisdictionis vniuersitas triplex esse dicitur.*
8 *Iurisdictio licèt sit indiuisibilis, tamen eius exercitium est diuisibile.*
9 *Iurisdictionis diuisio facta per dominos locorum valebit.*
10 *Rex non poterit diuidere regnum.*
11 *Donatio facta ecclesiæ per Constantinum, quare fuit cum consensu populi Romani. & ibi nu. 12.*
12 *Iurisdictio quæ est apud plures, licèt diuidatur, tamen apud quemlibet remanet insolidum.*
13 *Iurisdictionem quis habere potest in vno territorio, & alius proprietatem.*
14 *Iurisdictio est passiuè in vno territorio, & actiuè in eius magistratibus.*
15 *Iurisdictio est in magistratu tanquam in subiecto animato.*
16 *Iurisdictio sicut est in territorio, ita erit in mari ei adiacenti.*

CAPVT XI.

1 Iurisdictio † dicitur potestas de iure publico introducta cum necessitate iurisdicendi, & æquitatis statuendæ, vt no. glo. in l. j. in ver.
2 potest. ff. de iur. om. iud. † Et fuit inuenta de iure gentium, licèt postmodum de iure ciuili factæ fuerint diuisiones & distributiones particulares magistratuum: vt Ias. post alios in l. ex hoc iure. nume. 3. ff. de iusti. & iure. per l. 2. § post originem. ff. de ori. iur. licèt etiam posset dici, ꝙ prius per Moysen distincta fuerit,
3 prout dixi supra in capit. 2. † Et iurisdictio est quoddam ius subtractum, quod intellectu percipitur: & dicitur à ditione, quod est potestas, & iure, idest quasi iuris potestas, ut declarat glos. in l. Imperium. in glos. magna post prin. ff. de iuri. omn. iudi. & ibi per Bar. & Doct. & in l. j. ff. eo. & tunc scribitur sine. c. Vel posset dici à iuris & dico dicis. & tunc scribitur cum, c, secundū Gram
4 maticos, licèt olim in scribendo plerunque confundatur, & indifferenter scribatur. † Et omnis iurisdictio à Papa, vel Imperatore dependet. c. mandata. de præsump. & d. l. 2. §. nouissimè, & in auc. quomo. oper. epis. in princip. Et vt voluit Bertran. in
5 consi. 331. nu 6. vol. 4. † omnis iurisdictio originaliter est in Papa & solum exercitium temporalis iurisdictionis est in Imperatore, isti autem sunt duo luminaria magna præsidentes c. solitæ. de maio. & obedi. Et quia non possunt singulorum causis interesse. l. præcipimus. C. de appella. ideo per diuersa territoria orbem diuiserunt, sicut bonus paterfamilias diuidit fundum
6 suum in plures agricolas facilioris culturæ gratia. l. Caius. ff. de leg. 2. † Et ministri iustitiæ dicūtur agricolæ, in solicitudinisq; partem, & non in plenitudinem potestatis vocati. d. c. mandata. Et subditis expedit iudices habere, sub quibus iura sua prose-
quantur, & non sibi ius dicant. l. nullus. C. de iudi. & l. extat. ff.
7 quod met. cau. † Et iurisdictionis vniuersitas triplex esse dicitur secundùm Bar. in consi. 109. Primò quæritur, vtrum iurisdictio. nume. j. videlicet vna prouinciarum, alia ciuitatum, & alia castrorum, & quam iurisdictionem vnusquisque habeat, vide
8 ibi per eum. † Vbi etiam habetur, ꝙ licèt iurisdictio sit indiuisibilis, tamen eius exercitium est diuisibile, & similiter erit intelligendum de ijs quæ congerit in l. arbor. §. fi. ff. comm. diui. ubi dicit, ꝙ iurisdictio poterit diuidi sicut castrū. Vnde Cur. Senio. in consi. 69. nu. 13. vult, duos fratres posse diuidere vnum Castrum cum iurisdictione vsque ad talem locum, & alter vltra illum locum, & sic diuidendo territorium, ex consequenti territorij iurisdictio diuiditur: & licèt iurisdictio sit indiuisibilis, tamen respectu territorij cui cohæret dum diuiditur, fit diuisi-
9 bilis. † Et iurisdictionis ac territorij facta diuisio per dominos terrarū iurisdictionis ac territorij valebit: ut habetur p Alber. Brun. in consi. 34. nu. 9. & per Host. & alios Doct. in c. fi de successio. ab intesta & per Soc. in consi. 165. in causa communita-
10 tis. vol. 2. † Et vt refert Soc. in consi. 39. nu. 7. vol. 4. Rex regnū diuidere non poterit, & sic prædicta procedunt in inferiori iu-
11 risdictione & non in suprema. † Vnde Constantinus Imperator cum populi Romani consensu Beato Syluestro Papæ donationem fecit de terris, quas nunc possidet ecclesia: secundū ꝙ habetur in c. Constantinus. 96. distin. quem deducit Corset. in tract de potesta. reg. in q. fi. nu. 3. & Fabia. de monte de emp. & vend. in .q. j. versi. 11. nu. 7. tho. 8. & secundùm Deci. in consi.
12 564. nu. 9. & consi. 690. nu. 25. † Poterit esse ratio, ꝙ Constantinus cum consensu populi donauit; quia dominus inuitis subditis non potest ciuitatem vel castrum alii subiicere, prout etiā cōclusum fuit in deci. Tholo. in q. 485. quia subditorū interest non mutare dominos, vel habere plures dominos, prout similiter interest domini non mutare vasallos: vt no. glo. in d. decis.
13 Et, secundum Cor. in d. consi. 173. circa primum. volum. 3. † Iurisdictio, quæ est apud plures, diuiditur in partes, licèt apud quemlibet remaneat in solidum, & vasalli non possunt prorogare iurisdictionē iudicis alterius iurisdictionis, vel territorij sine eorum domini consensu, vt no. Pau. Cast. in l. j. §. post operis. nu. 6. ff. de oper. no. nun. † Neque erit inconueniens, ꝙ vnus
14 habeat iurisdictionem in vno territorio, & alter proprietatē:
15 secundùm Pari. de Put. in ver. limes. de verb. sig. † Et iurisdictio secundùm Bal. in l. j. § in initio. nu. 2. ff. de offi. præfect. vrb. materialiter & passiuè inest territorio, sed formaliter & actiuè inest magistratibus, & istam opin. sequitur Ias. in d. l. j. nume. 15. ff. de iur. omn. iudi. & Boer. in decis. 227. nume. 7 in 2. par. subdens iurisdictionem inesse territorio, tanquam in re inanimata, & sicut seruitus in fundo seruiente vel dominante, per Bald. in §.
16 adhæc. col. 2. versi. modò quæro, de pa. iur. fir. † Et iurisdictio est in magistratu tanquam in subiecto animato, sine quo iurisdi-
17 ctio de per se nihil agit. l. 2. §. post originem. ff. de ori. iur. † Et sicut iurisdictio inest territorio, ita erit in mari adiacenti dicto territorio, & taliter quòd iudex poterit punire delinquentes in mari adiacēti territorio, vt voluit Ant. Corset. in sing. incip. iurisdictio. & habetur per Cępol. in titu. de mari. nume. 12. in tract. serui. rust. c. 26.

SVMMARIVM.

1 *Diœcesis est diuisio, per quam Episcopatum fines diuiduntur.*
2 *Diœcesis est nomen vniuersale, & comprehendit sub se, quicquid est intra eius*

Source : BIU Cujas

eius fines.
3 *Diœcesis quicquid habet intra se, videtur concessum iurisdictioni illius, cuius est diœcesis.*
4 *Diœceses à Dionisio Papa distinctæ fuerunt.*
5 *Episcopatus ex causa diuidi potest.*
6 *Diœcesis in spiritualibus idem est, quod territorium in temporalibus.*
7 *Diœcesis appellatione non venit ciuitas in materia stricta, sed in fauorabilibus.*
8 *Diœcesis non venit regulariter appellatione districtus & territorij.*
9 *Diœceses terminantur per castra, villas, flumina, & valles.*
10 *Diœcesis vna dicitur totus mundus respectu Papæ.*

CAPVT XII.

1 Diœcesis† est distinctio siue diuisio, per quam Episcopatuum fines diuidũtur. c. vnio. 10. q. 3. & c. quicunque. & c. licet. 16. q. 3. & per Card. Zaba. in clem. 2. §. j. num. 6. de elect. † Et diœcesis est nomen vniuersale sicut territorium, & sub se comprehendit quicquid est intra eius confines, vt voluit Bald. in consi. 336. rex Romanorum. nume. 8. & 9. volum. j. per ea, quæ habentur in l. j. §. cum vrbẽ. in ver. quicquid. ff. de offic. præf. Vrb. vnde etiam dicit Calcane. in consi. 76. in prædicta causa. numero 25.
3 † ꝙ quicquid est intra diœcesim intelligitur concessum eius iurisdictioni, cuius est diœcesis, & sic Episcopus habet fundatã intentionem de iure, ꝙ omnes in diœcesi existentes sint sibi subiecti per not. in c. fi. de restitut. spolia. lib. 6. & in c. de xenodochijs. & in c. cũ dilectus. & in c. constitutus. de religio. domi. Erit tamen aduertẽdum, ꝙ proprietas loci non facit diœcesim, vt no. glo. in c. j. in ver. locis. eod. tit. & terminis nouis non erit standum, vbi antiquis dioceſis benè diffinitur, vt no. ibi glo. in
4 ver. terminis. † Et diœceses à Dionysio Papa distinctæ, & limitatæ fuerũt, vt habetur per glo. in c. prouinciæ. in ver. ante Christi aduentum. 90. dist. Et licèt Apostoli ordinauerint, vbi deberent stare Episcopi, non tamẽ diuiserunt Episcopatuum fines: per Abb. in c. cum causam. in fi. de proba. & per Bald. in l. optimam. C. de contrahen. & cõm. stipul. & Pari. de Puteo in cap. j.
5 nu. 10. de fini. feu. † Et episcopatus ex causa diuiditur in duos, sicut parochia in duas, & præbenda in duas, secũdùm Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de censi. in §. nunc videndum. in versi. qd si vniuersitas fecit. nu. 2. per c. præcipimus. 16. q. j. & c. ad audientiam. de eccle. ædifi. & c. vacante. in fi. & c. 3. de præben. & non est verum quod dicit glo. in c. 2. in ver. diuisimus. 13. q. j. in gentilitate episcopatus fuisse distinctos, per tex. in c. j. 80. dist. in quo hĩ vrbes ante Christi aduentum à Gentilibus constitutas fuisse, sed de finibus episcopatuum nihil dicit. Et Iacob. de Belui.
6 in sua practi. de foro compet. nu. 7. † vult diœcesim in spiritualibus idem esse quod territorium in temporalibus; vnde territorium, & districtus, ac diœcesis quasi pro eodem accipiuntur,
7 vt per D. Archid. in cap. ecclesias. 13. q. j. † Et in materia stricta diœcesis appellatione non venit ciuitas, sed in larga & fauorabili sic: secundùm Abb. in c. Rodulphus. nu. j. de rescrip, per tex. & glo. in c. vnico. in versi. diœcesis. de rer. permuta. in 6. & in c.
8 episcopus. de offi. ordi. eo. lib. † Et regulariter territorij, & districtus appellatione non venit diœcesis, vt habetur per Felyn. in d. c. Rodulphus. nu. 18. & ibi describit, quando diœcesis appella
9 tione veniat ciuitas. † Et diœceses per castra, villas, flumina & valles terminantur, & illi erunt fines ęterni, in quibus verum semel, semper est verum, vt traditur à Bal. & Barba. & Fely. in
10 c. cum causam. de proba. † Et totus mundus respectu Papæ dicitur vna diœcesis. c. cuncta per mundum. & c. per principalem. nona, quæst. 3.

SVMMARIVM.

1 *Parochia quid sit, & vnde dicatur.*
2 *Parochiæ à Dionysio Papa distinctæ & limitatæ fuere.*
3 *Parochiæ non limitantur secundùm distinctionem territoriorum.*
4 *Parochiæ vel patriæ error non nocet, vbi de veritate constat.*
5 *Parochia vbi non habet certos fines, ex baptismo, & Eucharistiæ receptione demonstratur.*
6 *Domus si inter duas parochias reperiatur, cui cedere debeat.*

CAPVT XIII.

1 Parochia† est locus, in quo degit populus alicui ecclesiæ deputatus, certis constitutus limitibus: & dicitur parochia, quasi curæ partitio: nã populi cura inter ecclesias parochiales partita fuit, & talis ecclesiæ rector dĩ populum regere, secundum Abb. in rub. de paro. nu. j. per c. j. de capel. monach. & per Archid. in c. li
2 cèt canon. de elect. in 6. † Et parochiæ à Dionysio Papa distinctæ & limitatæ fuere. c. pastoralis, de ijs quæ fi. à præla. & c. eccle
3 sias. 13. q. j. † Et est aduertendum, ꝙ parochiæ non limitantur, aut distinguuntur, secundum limitationem & distinctionem territoriorum: quia vna parochia aliquando se extẽdit ad partes multorum territoriorũ, prout voluit Bertran. in consi. 350.
4 nu. j. & 2. volum. 4. † Et error parochiæ vel patriæ non nocet, vbi de veritate constat, secundùm Alex. in l. si quis in fundi vocabulo. nu. 4. & ibi Ias. nu. 4. ff. de leg. j. per l. his verbis. §. fin. ff. de hære. insti. Et parochia potest diuidi in duas, vt dixi in c. præce.
5 † Et vbi parochia non habet limites certos, populus intelligitur subesse illi curæ, in qua accepit baptismũ & sacram Eucha-
6 ristiam, vt habetur in c. j. iuncta glos. in ver. & cuius. † de relig. domi. Et si domus inter duas parochias reperiatur, cedet illi, ꝙ quam aditum habet, & si haberet aditum per vtranque, cedet illi parochiæ, per quam habet aditum magis frequentem, secundùm Bar. in l. prędijs. §. qui domum. nu. 2. ff. de leg. 3.

SVMMARIVM.

1 *Turpe est ignorare ea in quibus quotidie versamur.*
2 *Mons quid sit, & vnde dicatur.*
3 *Collis quid sit, & vnde dicatur.*
4 *Vallis quid sit, & vnde dicatur.*
5 *Planus quid sit, & vnde dicatur.*
6 *Loca insolita quæ sint.*
7 *Loca relicta quæ dicantur.*
8 *Loca extracluſa quę dicantur.*
9 *Linea finitima aut mensuralis quæ sit.*
10 *Mons quoad iurisdictionem poterit esse domini vnius vniuersitatis, & quo ad rerum singularium proprietatem poterit esse nihilominus alterius ciuitatis.*

CAPVT XIIII.

Et quia finium regundorum controuersiæ de montibus, collibus, & vallibus
1 frequenter agitantur, † turpe esset ignorare ea, in quibus sæpè versamur, vt inquit text. in l. 2. §. seruus autem Sulpitius. ff. de origi. iur. ideo non erit incongruum supradictis vnumquodq;
2 annectere, ac ea declarare. † Mons igitur secundùm Bartol. in tract. de flumi. in ver. agro. nume. 11. & 12. quem sequitur Cępol. in tract. serui. rusti. prædio. in titu. de monti. in c. 22. num. 1. est locus altus. l. si ędes supra. ff. de seruit. rusti. prædio. quod tamen intelligitur de magna altitudine, & dicitur à mouendo ꝙ contrarium; quia non mouetur, scilicet per culturam, ideſt, nõ colitur: terra enim quæ colitur benè mouetur, & mons, secundùm Cice. in lib. 1. epistolarum, in ea quam scribit Mar. Celio Rufo Aedili, dicitur diuisus aquarum diuortiis, qñ (vt rustici dicunt) sicut aqua pendet, id est, à iugo montis vsq; ad radices sicut aqua discurrit est vnius, & ab altera parte mõtis sicut aqua
3 pendet est alterius. † Et collis, vt ibi per Bar. quem sequitur Cępol. in eo. tract. in titu. de collibus, in c. 23. ab altitudine montis dici potest, propriè verò à colendo, quasi mediocres montes, qa coluntur, vnde scriptura sacra sub psalmo Dauid dicit, Mõtes exultauerunt sicut arietes, & colles sicut agni ouium: & sic colles differunt à montibus, qui sunt maioris altitudinis & cõmuniter inculti: & ipsi sunt mediocris altitudinis, & communiter culti, & habent propriam altitudinem, & non continuatam cum montibus, & in aliquibus partibus locus magnæ altitudinis, licèt cultus dicitur mons: & locus paruæ altitudinis, licèt incultus dicitur collis, & sic distinguitur mons à colle altitudine, vel cultura, vel circum colentium ęstimatione, & dicitur simile. ff. de flumi. l. j. §. j. & montes & colles differũt, vt habetur
4 in l. fi. in prin. C. de sum. trini. & fi. catho. † Et vallis, vt in d. trac. de flumi. per Bart. habetur, quem sequitur Cępol. in eo. tract. & tit. de valle, in c. 24. dicitur locus montibus, collibusve circundatus, & locus planus paruæ seu mediocris magnitudinis: & di
5 citur à vallo vallas, quod est circũdare. † Et planus est locus magnæ latitudinis, montibus, collibusve circundatus, & dicitur à
6 platos græcè, quod est ęqualitas. † Et loca insolita, vt describitur in commentario Aggeni vrbici in Iulium Frontinum in Codice Theodosiano in pag. 174. dicuntur quæ aut in saxosis & sterilibus locis sunt, aut in paludibus, vbi nulla potuit exerceri cultura, quia dum nõ esset quod excoli potuisset, nullius necesse fuit limitum regulis obligari. Et propterea & soluta loca sic vocata sunt. Vel, vt habetur in eodem libro de controuer-
7 siis limitum, in pagi. 173. † Relicta loca sunt, quæ siue iniquitate locorum assignari nequierunt, siue ex voluntate conditoris, id est, messoris relicta, limites minimè acceperunt. Locaque relicta etiam dicuntur ea, quæ vis aquę obtinuit, & loca etiam in-
8 solita vocãtur, & iuris successiuorum esse noscũtur. † Et extracluſa loca sunt æquè iuris successiuorum, quæ vltra limites, &
9 vltra finitimam lineam erunt. † Et finitima linea, aut mensuralis est, quæ aut aliqua obseruatione, vel terminorũ ordine seruatur. Multis enim locis assignationi agrorum immunitas su-
10 perfuit, sicut in Lusitania finibus Augustorum. † Et erit aduertendum, ꝙ licèt mons sit in vnius communitatis territorio, vel domini, nihilominus homines particulares alterius territorii possunt habere ibi proprietatem rerum singularium, &

sic

Source : BIU Cujas

sic quoad iurisdictionem poterit esse vnius Communitatis vel domini, & quoad rerum singularium proprietatem poterit esse hominum alterius Communitatis, secundùm Pau. Cast. in consi. 56. numero secundo, volum. 2. per l. libertus. §. sola. ff. ad municip.

SVMMARIVM.

1 *Termini fuere inuenti ad diuidendum dominia, & regna.*
2 *Terminus, limes, & confinis quid sit.*
3 *Terminus dicitur ex eo, quòd terræ mensuram declarat.*
4 *Terminus, finis, meta, & limes sunt idem in effectu.*
5 *Monumenta ponuntur vt fines, & termini.*
6 *Limes quid sit.*
7 *Lapis aliquando pro limite ponitur, sed in confinibus ciuitatum & castrorum, non sunt ita stricti fines, quia flumina, & montes pro finibus ponuntur.*
8 *Termini & limites adeò sunt proximi, vt nullus paries in medio interponatur.*
9 *Rigor quid sit.*
10 *Perstrigas quid sit.*
11 *Territoriorum fines qui propriè dicantur.*
12 *Termini ciuitatis, & castri iurisdictionem arguunt, & non rerum particularium dominium.*
13 *Termini apparentes loco publicorum instrumentorum habentur.*
14 *Termini de re limitata non dicuntur.*
15 *Disposita in termino censentur disposita in via per quam peruenitur ad terminum.*

CAPVT XV.

1 Et quia † propter diuisiones dominiorum, & gentium, vel regnorum distinctionem, à iure termini inuenti fuere, vt habetur per Pau. Cast. in l. ex hoc iure. nu. 24. ff. de iusti. & iu. ideo erit videndum,
2 † quid sit terminus, limes, vel confinis. Et dicas esse signa cuiuscunque finis demonstratiua l. 2. in princ. ff. de ter. mo. & per ea
3 quæ habentur in c. forus. de verb. signif. † Et dicitur terminus ex eo q terrę mensuram determinat, declarat, & designat: quia in ijs finium testimonia intelliguntur, & agrorum, aliarumq; rerum certamen aufertur: & sic quisq; suis terminis contentus esse debet. c. si quis episcopus. 7. quæst. prima, & glo. in clem. j. in versic. metas, de hær. dicit, Dum tua rura metis, vicinis parcito metis: prout etiam habetur in Deutero. c. 19. vbi dicitur, Non transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua. & in c. 27. dicitur, Maledictus qui transierit termi-
4 nos proximi sui: & sic metas non licet transgredi. † Et metæ, ac terminus, finis, & limes, licèt non sint synonyma, tamen pro eadem met re capiuntur. §. dictum est. Instit. quib. mod. pa. po. soluit. & §. ijs omnibus. in ver. termino. in authentic. de hære. & falci. & 6. q. j. §. j. in glo. & ibi per Archid. per eum etiam in c. ad ecclesias. colum. 10. versi. ad primum. 13. q. j. & in c. j col. j. versi.
5 ad primum. ea. q. † Et monumẽta sunt etiam tanquam fines & termini; quia permanent & docent quousque protendantur
6 fines. l. 2. & ibi gl. C. fini. regun. † Et limes, vt habetur per Abb. in c. super eo. nu. 5. de paro. quem sequitur Felyn. in c. quia indi cante. nume. 4. de præscrip. est quædam longitudo siue latitudo
7 spacium à spacio distinguens. † Et quandoque lapis est pro limite, sed in ciuitatibus & castris non sunt ita stricti limites, sed assignantur quandoq; flumina, & montes pro limitibus, vt ha-
8 betur per Pari. de Put. in ver. limes. de verb. sig. † Et termini, vel limites adeò sunt proximi sibi, vt nullus medius paries interpo natur, vt per Spec. in tit. de emptio. & vend. in ver. si autem ven ditio. num. 2. & per Pari. de Put. in c. quando. num. 3. de fini. feu. & in versi. confinia. & in versic. limes. de verbo. signif. Et terminus dicitur mediatus, & non immediatus. l. quia magis. ff. fini. regun. Et vt legitur in commentario Aggenij vrbici in Iulium
9 Frontinum in Codice Theodosiano, in pagina 173. † rigor sue
10 rectitudinis naturalis nomen accipit. † Et quicquid est secundum hanc conditionem, in longitudinem limitatum, perstrigas appellatur: & quicquid est per latitudinem per scanna. Et decumanus limes trahitur ab Occidente in Orientem: & cardinem antiqui limitem dixerũt à meridiano in Septentrionem: & sic decumanus maximus in Orientem crescit: & cardo maxi
11 mus in meridianum, vt ibi per eum. † Et terminorum fines propriè dicuntur loca vbi finiunt territoria, licèt in eis non sint apposita aliqua confiniu m signa. Et vt habetur per Curt. Iun. in
12 consilio 158. numero vigesimosecundo. † Ciuitatis vel castri termini iurisdictionem, & nõ rerũ particularium dominium arguunt. Et secundùm Pari. de Puteo in c. qualiter. nume. 6. de
13 fini. feud. † Termini apparentes loco instrumentorum publi-
14 corum habentur. † Et termini non dicuntur de re limitata, vt
15 per Felyn. in d. c. quia indicante. nu. 7. de præscriptioni. † Et quæ sunt dispositа in termino censentur, dispositа in via per quam peruenitur ad terminum: vt not. Ripa in l. quominus. num. 19. ff. de flumi. per tex. in l. abesse. & l qui mittũtur. in fi. ff. ex quib. cau. maio. Et prohibitum in termino censetur prohibitum in via. c. nam concupiscentia. de consti.

SVMMARIVM.

1 *Fines denominantur à quatuor plagis.*
2 *Fines denominantur à ventis.*
3 *Fines denominantur sic, Ab vno latere possidet talis, & ab alio talis.*
4 *Brixia est patria authoris, & obseruat primum modum.*

CAPVT XVI.

Sciendum est etiam secundùm Spec. in tit. de empti. & vend. in §. sciendum versi. item nota, nu. 12. quem sequitur Paris de Put. in
1 c. primo, nume. 16. de fini. feu. Et habetur in Iosue. c. 15. & 19. † q fines aliquando denominantur à quatuor plagis, siue regionibus mundi, scilicet à plaga orientali, occidentali, meridionali, & septentrionali: ut ab Oriente possidet Petrus, ab Occidente Frãciscus, vel Solis occasu, vel sero: & à Meridie Io. Baptista. & à Septẽtrione Alexander, vel est via aut riuus à tali latere, vide licet ab Oriẽte, vel Occidente, aut Meridie, vel Septentrione.
2 † Alij verò denominant confinia a ventis, dicenres, cõfrontat ab aquilone tali possessioni, & à contrario tali, videlicet austra li, vt habetur in Iosue ca. 17. Sed cùm non omnes possessiones directè respiciant quatuor in prædio quadrato, si angulus directè respicit vnam partem, non est dare dextram plus esse ab
3 vna parte quàm siniſtram, vel ventos. † Alij dicunt ab vno latere possidet talis, ab alio talis: primi tamen modi prolixiorem
4 faciunt memoriam. † Prout in patria mea, ciuitate Brixiæ simi liter obseruatur, vbi limites ita describuntur. A mane possidet vel cohæret talis, à meridie talis, à sero talis, & à monte talis: vel etiam describitur, si prædium sit vrbanum, aut rusticum, aratorium, vel vineatum, vel pratiuum, aut oliuatum, vel domus, aut turris.

SVMMARIVM.

1 *Signa notabiliora debent diuidere territoria, & iurisdictiones.*
2 *Prouinciæ, territoria, episcopatus & diœceses quibus signis terminantur.*
3 *Lapides positi pro terminis debent esse immobiles: & si erunt mobiles, debent habere alios paruulos lapides super terram, qui vocantur iudices.*
4 *Instrumentum debet fieri, quando termini affiguntur.*
5 *Fines inter se diuiduntur fossis manufactis, arboribus ante missis, fluminibus, & iugis montium, ac vijs, vepribas, & riuis.*
6 *Petræ notatæ pro finibus habentur.*
7 *Arbores, quando pro finibus ponuntur, erit videndum qua parte erunt notatæ.*
8 *Fossa quando est posita in confinibus, erit videndum an vnius, vel vtriusq; sit, & an publica, vel vicinalis.*
9 *Fines etiam inter se diuiduntur monumentis, sacellis, fontibus, & riuis.*
10 *Fines etiam distinguuntur per tacitas vel expressas partium assertiones, vel iudicium circumcolentium, aut vulgi opinionem.*
11 *Diœceses per villas, castra, flumina, & valles terminantur.*

CAPVT XVII.

1 Sed † quia signa notabiliora esse debent, quando territoria & iurisdictiones, ac loca publica terminantur, secundum Pau. Cast. in l. ex hoc iure. nu. 24. ff. de iusti. & iur. & ideo nunc erit videndum, qualiter ista signa esse debeant. Et Bald. in consi. 468. qualiter q bentur pertinentiæ. volum. 3. & in consi. 420. verba principis Mon
2 tisferrati. volum. j. vult † Prouincias, territoria, episcopatus ac diœceses diuidi & terminari per vias regales, flumina, montes, valles, & lapides, vel signa multum apparentia: & idem voluit Ioan. And. in c. cum causam. de proba. & Felyn. in c. quia indicante. nume. 5. de præscrip. Et Pari. de Put. in c. j. nu. j. de fini. feu.
3 & ibi nu. 20. dicit † q quando ponũtur lapides pro confinibus, requiritur, q sint immobiles & affixi in modum terminorum, vel q lapides mobiles habeant alios paruos lapides ibi affixos supra terram, qui vocantur iudices ostendentes locum quem
4 confinant: † & quòd est de consuetudine, & solet de hoc fieri instrumentum, quando per iudicem vel arbitrum affiguntur, per ea quæ habentur, vt ipse refert, in l. inter castellianum. ff. de recep. arbit. Et similiter, vt inquit Aggenius Vrbicus in Codice Theodosiano in commentario in Iulium Frõtinum in c. susce
5 pimus. in pagina 173. † fines ijs signis inter se diuidebantur fossis manufactis, arboribus ante missis fluminum interuenientium cursu, & iugis montium, quæ ex eo nomine accipiuntur, q continuatione iunguntur superciliis, necnon itineribus, vel diuersis, quæ aut loci natura, aut solers procurauit antiquitas. Et in eodem loco in pagina 175. de cõtrouersijs habetur, quod

finis

Source : BIU Cujas

finis multis documentis ſeruabitur,terminis & arboribus notatis,foſſis,& vijs, ac vepribus & riuis, ac ſæpè nominibus, id eſt, terminis ad normam factis,& in aliquibus locis inter arua marginibus quibuſdam tanquam puluinis,& ſępè etiam limiti
6 bus. † Item petræ notatæ, quę in confinibus ſunt, pro terminis habentur.
7 † Et ſi arboribus notatis fines obſeruabuntur, videndum erit, quæ arborum partes notatæ fuere. Notæ enim in proprijs arboribus velut A.foras ponuntur, vt partes liberas in parte A. nota derelinquat,ſi communes ſunt arbores mediæ notantur, & ad vtrunque pertinent.
8 † Et ſi foſſa erit finalis,videndum erit,vtrum vnius, an vtriuſque ſit partis,& in extremo fine ſit facta & vtrum foſſa publica,an vicinalis ſit,vel iugis montium,quæ ex eo nomine accipiuntur,quòd continuatione ipſa iungantur,& hæc omnia genera finitimorum putato in vno agro, prout dicitur ſine dubio reperiri.
9 † Et vt ipſe Aggenius eo.lib.in pagi. 176. refert monumenta, foſſas,ſacella,fontes, riuos, fluminaque pro finibus territoriorum obſeruari.
10 † Vel etiam fines,vt notatur in l.optimam. C. de contra.& cõmit.ſtip.& in l.cum aliquis.C.de iu.deliber. diſtinguũtur per tacitas vel expreſſas paruum aſſertiones, vel per circumcolentium iudicium,qui in hac materia ſunt teſtes magis idonei,vel etiam per vulgi opinionem l.1.§.1.ff.de flumi. quæ tamen ſunt intelligenda concurrentibus aliquibus de ſupradictis.Et vt traditur à Pet.de Vbal.in tract.de duobus fratri.in par.5.n. 31. tho. 8. & à Barba. in conſi. 6. & quidem uiſo. col. 4. vol.2.& in d.c. cum cauſam.nu.6.poſt Bal.& Fely.
11 Diœceſes etiam per caſtra,villas,ſtumina,& valles terminantur, & illi erunt fines æterni, in quibus verum ſemel, ſemper eſt verum.

SVMMARIVM.

1 *Terminus,quando reperitur in confinibus plurium territorium,vel agrorum qualiter cognoſcatur, quòd voluerit potius terminare cũ vno territorio quàm cum alio.*
2 *Cordula trahitur de vno termino ad alium terminum per directum.*
3 *Signa & literæ fieri debent in terminis lapideis territoria terminantibus.*
4 *Literæ ſculptæ in columnis docent, vt eatur de vna columna ad aliam ad inuicem reſpicientem.*
5 *Lapides affixi pro terminis conſueuerũt taliter poni,quòd incertam partem videantur reſpicere.*
6 *Termini qualitas facit cognoſcere,qualiter ſit iudicandum.*
7 *Limites territoriorum differunt à finibus vicinalibus.*

CAPVT XVIII.

1 Et ſi † vnus terminus in pluriũ territoriorũ vel prædiorũ confinibus reperiatur,vtile erit diſcuti, quare potius cum vno territorio vel prædio,quam cum alio diuidere & terminare debeat: & Corne.in conſil.333.capio.numero 7.vol.1. dicit hoc modo cognoſci poſſe, videlicet, quando terminus reſpicit alium terminum per rectitudinem, non per tranſuerſum : vel ſi teſtis termini,ſiue guardia (ut alij appellant) reſpicit terminum ab uno latere, tunc erit ſignum eſſe finem territorij vel prædij inter territoria & prædia verſus quæ reſpicit, & ita pluries per me practicatum fuit, agrimenſoribus mecum conuenientibus.

Et ſecundùm Lauren.Calca.in conſi.90.quia iſta quæſtio n. 8.vna cordula trahenda erit ab vno lapide ad alium lapidem per directum, & verſus partem termini, vbi literę & ſigna
3 alia reſpiciũt.Et vt ibi p eũ dr̃ i n.7. † de ꝙſuetudine literæ,& ſigna fieri debẽt ĩ terminis lapideis, territoria terminantibꝰ & diuidẽtibus,vt eis fides habeat:& ꝓpterea licèt alijs ſcripturis priuatis non ſit credendum,tamen iis creditur,quia non ſunt priuatæ ſcripturę,ſed publicę,in loco publico poſitę, quibus conſuetudo fidem habet, & ideo pro publicis habentur, & illis ſtandum erit,per Gloſ. in capitulo 1.in Gloſ.1.in verſiculo ſcripturam publicam appello.de fi.inſtr.
4 Subdit etiam ibi numero 10.† quòd literę poſitæ in columnis docent,vt eatur de vna columna ad aliam, ſicut ſe ad inuicem reſpiciunt literę, deducendo cordulam de vno loco ad alium locum, eundo per lineam directam non per tranſuerſum. Et vt habetur per Bartol. in tracta. tyberia. in 20. figura, quę incip.hæc figura differt ab omnibus. & quem ſequitur Pa-
5 ris de Puteo in capitulo 1.numero 17.de fini.feu.† Lapides qui ponuntur pro terminis, conſueuerunt taliter poni, quòd in certam partem videantur reſpicere, vt ſi lapis eſt longus, non debet reſpicere à lateribus, ſed per directum à parte acuta: & dicit à ruſticis adiuiſſe ita obſeruari debere, quibus in talibus credendum & ſtandum erit, argumen. l.ſi chorus. ff. de legatis 3.iuncto cap.quia indicante. de præſcription. Et ſecun-
6 dùm Bartolum in prædallegat. loco, † ex qualitate termini perpendi poterit,qualiter ſit iudicandum. Et ſimiliter Bertran-
7 in conſilio 260.numero 4.uolumine 4. dicit † quòd territoriorum limites differunt a finibus vicinalibus, & ab eis dinoſcuntur longitudine,groſſitudine & ex guardijs: & iſtud erit etiam vtile ſcire;quia multoties vidi terminos agrorum paruulos allegari a partibus pro terminis territoriorum.

SVMMA RIVM.

1 *Lapididibus terminorum ſignum habentibus ſtandum erit,licet partes, quæ litigant,non poſuerint,& eos pro terminis non habeant.*
2 *Locus ſi excauatur,vbi ſolebat eſſe terminus,ſi ibi reperitur lapis cum lapidibus paruulis,erit euidens ſignum territorij diuiſionis.*
3 *Arbor alterius generis conſueuit plantari de conſuetudine ruſticorum in agris vel ſyluis pro termino.*
4 *Crux ſolet fieri in arboribus in confinio exiſtentibus pro termino.*
5 *Arbores exiſtentes pro terminis qualiter ſint ſignandæ.*

CAPVT XIX.

1 Lapidibus † terminorum ſignum habentibus ſtandum erit,licet partes quę litigant non poſuerint,& eos pro terminis non habeant, ſecundùm Corne. in conſilio 333.capio.numero 12.volumine j. per l. in finalibus.ff.
2 fini.regundorum.Et ibi numero 7.ſubdit, † quòd quando excauatur locus,in quo dicebatur eſſe terminus,ſi ibi reperitur lapis cum lapidibus paruulis hinçinde ad cuſtodiam,qui ſignant lapidem medium fuiſſe poſitum pro fine terminante & deſignante,iſtud uidebitur euidens ſignum diuiſionis territorij vel bonorum:prout etiam dixit Paris de Put. in capitu.j. numero 20. & 21.de fini.feud.Et habetur etiam per eum in capitu. quando
3 fiunt.numero 8.& 9.eodem titulo. † quòd de conſuetudine ruſticorum conſueuit plantari arbor alterius generis vel naturæ pro confine inter prædia,vt ſi eſt arbuſtum populorum apponitur quercus,uel vlmus,& è contra: ſi eſt arbuſtum de quercubus,ponatur populus,vel caſtanea,aut ſorbus,& ſic arbor diuerſi generis. † Et in ſyluis conſueuit plantari arbor appellata Vi-
4 uace,& in nemoribus quercuum vel fagorum ubi non plantãtur arbores diuerſi generis,ſolet fieri in arbore,quæ diuidit territoria,quædam magna crux,& eſt ſignum,quòd illa arbor fuit plantata pro territoriorum termino:erit tamen aduertendum, quòd iſtud ſignum eſt fallax, & in hoc periti etiam decipi poſſunt:quia ruſtici pro eorum libito & voluntate, uel alij incidũt cruces in arboribus in alienis territorijs exiſtentibus parte abſente,ut acquirent territorium eorum Communitatibus: & alij ſimiliter faciunt cruces in alieno,prout in pluribus nemorũ confinibus uidi ab vtraque parte fuiſſe factum, & maximè in Montis nemore,vt dicitur Rochæ Romanæ, de quo aliàs con-
5 trouerſia finalis coram me vertebatur,inter D. Paulum Iordanum Vrſinum Triuigianenſium dominum & Sutrinenſes, & quæ,Deo fauente,opera mea concordata fuit. Et ut legitur in Commentario Aggenij Vrbici in Codice Theodoſiano in pagina 175. † Si arboribus notatis fines obſeruabuntur, notæ enim in proprijs arboribus uelut A,foras ponuntur,vt nota A, in parte arbores liberas derelinquat,& ſi communes ſunt arbores tunc mediæ notatæ erunt,& ad vtrunque pertinent.

SVMMARIVM.

1 *Lapis diuidens duo territoria,ſi aquarum impetu fuerit ſublatus,per hoc nõ reſtringitur, neque extenditur territorium.*
2 *Iudex differentiæ loca ſuis oculis inſpicere debet.*

CAPVT XX.

1 Et ſi † lapis magnus erat pro fine inter duo territoria, & ruina,uel aquarum impetu fuerit ſublatus per modicum vel magnum ſpacium in vno ex dictis territorijs, non per hoc territorium extenditur,neque minuitur: immo ne detur alienum occupandi occaſio,ius ſtatuit ex officio de finibus cognoſcendis,per meſſorem,vel aliter terminum declarari debere,ſecundùm Pet.de Vbal.in tract.de duobus fratribus parte 5.
2 numero 31.tom.8. † Et ſi res exegerit,iudex oculis ſuis differẽtiæ loca inſpicere debet l.ſi irruptione.ff. finibus regundorum. & ad id Pari.de Put.in cap.an ſi ex impetu.num.6.de finib.feud.

SVMMARIVM.

1 *Fines antiqui ſunt attendendi:nec præſumuntur mutati,niſi probentur.*
2 *Fines mutare in proprijs agris licet,& tunc non attenduntur fines antiqui.*
3 *Papa vel Princeps poteſt mutare fines eos ampliando vel reſtringendo: & militer Domini Caſtrorum.*
4 *Finibus antiquis ſtatur,quando venditor emptorem, vel concedens illum in quem fuit facta conceſſio,non certioraverit.*
5 *Res immobilis præſumitur eſſe, vbi ſolebat infra certos terminos, niſi fuerint mutati.*

Source : BIU Cujas

6 *Termini quanto sunt antiquiores, tantò sunt efficaciores, & antiquum nouis verificatur.*
7 *Finium memoria per terminos conseruatur, sicut per sepulchra hominum memoria.*
8 *Notarius debet describere nomen vetus & nouum contrahentium.*

CAPVT XXI.

1 Sciendum est † etiam, quòd fines antiqui regulariter sunt attendendi, & non præsumuntur mutati, nisi probentur: & ideò eis standum erit. l. in finalibus. ff. fini. regundorum. & l. secunda ibi Gloss. C. eodem titu. nisi in re-
2 rum concessione fuissent alij designati. † quia in proprijs agris licitum est terminos mutare: & tunc fines antiqui non attenderentur, sed illi qui reperiuntur designati in contractu, vt habetur in l. j. & ibi per Bald. C. eo. vbi subdit, idem esse in priuilegijs.
3 † Vnde si Papa, vel Princeps alicui concessit castrum, & designauit fines maiores vel minores finibus antiquis, attenditur non quod fuit, sed quod nunc est, argumen. l. eos. ff. eo. quia similiter in eius erit potestate terminos territoriorum in sua iurisdictione mutare, prout etiam voluit Bald. in dicta l. prima. C. eo. Curtius Seni. in consilio 57. numero 48. & Calcane. in consi. 90. numero 7. vbi subdit, quòd ad principem, vel ad Senatum spectat, qui vice Principis fungebatur, confinia ponere, & diuisionem facere territoriorum Et similiter alij Domini possunt facere in castris suis, vt ibi colligitur, & dixi supra in capitu. se-
4 cundo. in fin. † Si tamen venditor in venditione vel concedēs in concessione non certiorauerit emptorem, & illum in quem concessio facta fuit, de finibus mutatis, præsumetur, quòd venditio, siue concessio facta fuerit secundùm fines antiquos, vt tra-
5 ditur ab Alberi. in dicta l. in finalibus. & in dicta l. eos. † Et res immobilis quæ aliàs infra certos terminos fuit, hodie præsumitur ibi esse, secundùm quòd voluit Barba in cap. ex literis. num. 15. de probat. & Ioan. Lecirier in tractat. de primogeni. quæstio. 4. libro secundo, numero 2. tom. 8. & Pari. de Put. in cap. sciendum. de fini. feu. & hoc verùm, nisi probetur directè, vel per obliquum desijsset in loco quod tamen non poterit esse per ipsius mutationem l. secunda. C. quan. & quibus quar. pars debe. sed benè per terminorum mutationem, argumen. l. si cum duas. ff.
6 com. præ. † vel etiam casmate mutari possunt l. domum. C. de rei vendi. Et termini quanto sunt antiquiores, tanto sunt efficaciores, d. l. 2. cum ibi nota. Et fines antiqui cum nouis sunt verificandi, vt rei identitas, quæ petitur, appareat, vt per Bartol. in l. demonstratio. numero 20. ff. de condi. & demonstratio. & Pa-
7 ri. de Put. in cap. de probatione. num. 5 de fini. feu. † Et sicut per sepulchrum hominum memoria retinetur: similiter per terminos finium memoria conseruatur, vt not. Ange. in §. quædam
8 actiones. numero 10. & Ias. numero 38. Instit. de actio. † Et notarius in instrumentis debet nomen vetus & nouum contrahentium describere, secundùm Bart. in § nos verò, in procemi. digestorum.

SVMMARIVM.

1 *Finium varietas facit præsumere rem esse diuersam.*
2 *Finium varietas inter nouos antiquos nō excludit identitatem rei, si de corpore constat.*
3 *Loco verificato vbi res est, & vno confine sufficit.*
4 *Demonstratio non requiritur, vbi res est certa de per se.*

CAPVT XXII.

1 Finium varietas † si reperitur in finibus alicuius terræ, facit præsumere rem esse diuersam, secundùm Pari. de Put. in cap. in probatione. numero 5. & in cap. si finibus. de fini. feu. per l. in testamento ita. la prima. ff. de cond. & demōstra. & per l. j. cum ibi not. per Bart. C. si vnus ex pluribus appellatio. & idem voluit Matthę. de Afflict. in decisio. 23. numero 1.
2 per not. in l. secunda. C de erro. aduoca. † Et licet sit finium diuersitas inter nouos & antiquos fines, si tamen constat de corpore ratione possessionis satis dicitur constare de identitate, scilicet quòd senserit de ea re, licet aliter scriptura loquatur: prout voluit Parisi. in consilio 104. numero 25. volumine primo. &
3 per Alexand. in consilio 69. in princip. volumine secundo. † Et sufficit etiam verificare locum, vbi res est, & vnus cōfinis, quā-
4 do aliud fieri non potest l. forma. ff. de censi. † Et vbi est res certa de per se, non requiritur demonstratio per confinia, secundùm Deci. in l. si testamentum. numero 3. C. de institu. & substi. per Barto. in l. demonstratio, in 7. q. C. de condi. & demonstrat.

SVMMARIVM.

1 *Limes non cedit limitato: sed quod est infra fines, limitato cedit.*
2 *Termini limitato cedunt, si tamen sunt tales, quòd de sui natura cedere possint, vt in publicis confinibus.*
3 *Riparum fluminum publicorum proprietas est illorum, quorum prædijs adhærent.*
4 *Insulæ illorum sunt, qui propè ripam prædia possident.*
5 *Termini dicuntur esse de re terminata, limitata, vel finita.*
6 *Terminus dicitur esse mediatus, & non immediatus, quia terminatum astringit.*
7 *Termini lapidei territorij non sunt eiusdē naturæ, cuius sunt flumina & viæ publicæ.*
Communia sunt quæ nascuntur in confinio.

CAPVT XXIII.

1 Et hinc † videndum erit, si limes cedit limitato, & secū dùm Archidia. in capitu. ecclesias. 13. quæstio. j. limitato non cedit; quia ex hoc solo quod dicitur confinis, demonstratur alterius esse. l. tertia. in fin. & l. seq. ff. fini. regundorum. & l. quod sæpè. §. fina. ff. de contrah. emptio. & l. cum seruo. eodem titu. Sed illud quod est intra confines limitato ce-
2 dit, l. inter eos. ff. de acqui. rer. domi. & l. patronus. §. Sempronio, ff. de leg. 3. † Aliquando tamen termini limitato vel confinato cedunt, vt dicit Archid. quando de sui natura cedere possunt, vt sunt flumina publica, & viæ publicę & maris littora, vel cedunt in totum, vel in parte in diuisionibus regnorum, prouinciarum, diœcesum, & parochiarum, l. notionum. §. continentes. ff. de verborum significatio. Sed in priuatis contractib. non cedunt: quia priuatorum esse non possunt, cum personæ priua-
3 tæ iurisdictionem non habeant: † quia eorum vsus est publicus & communis: riparum tamen proprietas est illorum quorum prædijs adhęrent, etiam quòd sit fluminum publicorum. Et idē videtur sentire Lauren. Calca. in consilio 90. quia ista quæstio. numero 10. cùm pluribus concordantibus ibi per eum traditis: subdens, quòd talia non veniunt in contractibus; quia non cōsueuerunt vendi: secus si consueuissent vendi, quia tunc veni-
4 rent, cùm diuerso iure censeri non debeant. l. j. ff. de vsuc. † Subdit etiam, quòd insulæ sunt eorum, qui propè ripā prædia possident, l. 3. in fin. cum l. sequen. & l. littora. cum l. sequē. ff. de cōt. empt. & l. penulti. ff. de flumini. & l. insula. cum l. inter eos. cum l. sequen. ff. de acquirenda rer. domi. & l. littora. cum l. sequent. ff. ne quid in flumi. publi. & l. riparum. ff de rer. diui. & sic limes erit limitatus, vt habetur etiam in l. magis. ff. de acquir. rer. dom.
5 † Et termini dicuntur esse de re limitata, terminata, vel finita, l. fines agr. C. de euictio. l. si irruptione. ff. fini. regundorum. & leg. prima. §. initio. cum l. fina. ff. de offic. præfec. vrb. & l. prima &
6 secunda. ff. de offic. proconsul. † Et terminus dicitur mediatus & non immediatus, quia terminatum restringit, l. eos. ff. fini. regundorum. & per Bald. in l. sed si riuus. ff. eo. & secundùm Cal-
7 ca in dicto consilio 90. numero 10. † Erit notandum, quòd termini lapidei territorij non sunt eiusdem naturæ, cuius sunt flumina & vię publicę, quę pro terminis apponuntur: quia eorū vsus nullius est, cùm solùm sint signa diuisionis territorij, ex quibus de per se nulla vtilitas, vel vsus recipitur: & ea quæ in confinio nascuntur sunt communia vtriusque partis confinantis, vt l. arbor & l. adeò. §. fin. cum l. sequent. ff. com. diui.

SVMMARIVM.

1 *Fluminis alueo mutato aquarum impetu, non mutantur per hoc territoriorum fines.*
2 *Aluei mutatione non augetur pensio, vel fructuum venditio, quæ tempore contractus limitata fuit.*
3 *Flumen siccatum secūdùm latitudinē & longitudinem diuisum intelligitur.*
4 *Signis nouis distingui debēt territoria, vbi flumina pro terminis posita erāt siccata.*
5 *Alueus quem dimisit flumen ad quem spectet.*
6 *Alluuionis ius non vendicat sibi locum in iurisdictione & territorio.*
7 *Alluuionis ius in fundis locum habet; quia est alienatio legalis.*
8 *Aqua fluminis labentis inter duas Ciuitates fit communis pro indiuiso.*
9 *Flumen consistens in duarum Ciuitatum confine præsumitur commune, & iurisdictio competit cuilibet.*
10 *Lacus Benacus, siue Gardę est Veronensium.*
11 *Flumen Olei est Brixiensium.*
12 *Fluminis caput dicitur, vbi flumen originem trahit, & pes vbi terminatur.*
13 *Caput aquæ, & cuiuscunque rei attenditur tanquam dignius.*
14 *Fluminis origo attenditur.*
15 *Iurisdictio, quæ inest territorio, pendet à iurisdictione in Castro.*
16 *Consuetudo immemorabilis temporis hēt vim tituli, & veritati æquipollet.*
17 *Priuilegium præsumitur habere ducendi aquam, qui immemorabili tempore possedit.*
18 *Qui immemorabili tempore loca publica possedit, debet se fundare in priuilegio, & non in præscriptione, aliàs succumberet.*

CAPVT XXIIII.

Discussis in pcedēti cap. 20. de lapidib. duo territoria diuidētib. nunc erit declarādū de fluminib. montibus,

Source : BIU Cujas

montibus, viis publicis, ecclesiis, & domibus inter duo territoria existentibus, & vt res clarior reddatur, tractabimus primo de fluminibus, in sequentib. autem tractandum erit de reliquis. † Et ideò dicas, quòd si flumen publicum duo diuidit territoria, & ea confinat, mutato postmodum alueo aquarum impetu, ob id territoriorum fines, Diœcesum, Plebanatuum, & Castrorum non mutari, vt habetur per Pet. de Vbal. in tract. de duobus fratribus. numero 5. & 31. tom. 8. per l. in agris limitatis. ff. de acquiren. rer. domi. & l. item si fundi. §. sed & si insula. ff. de vsufructu. & per plura alia fundamenta, quæ deducit.

† Et ibi etiam vult, quòd si duo societatem contraxerunt ad vectigalia vel fructuum gabellas, qui in tali loco, vel in tali territorio recolliguntur, quòd aluei mutati occasione non augetur promissio, seu fructuum venditio, quæ contractus tempore limitata fuit, per d. l. in agris limitatis & l. damni infecti stipulat. §. si quis veniens. ff. de dam. infect. & per l. j. §. illud. & §. item quæritur, ff. de aqua quotid. & æsti. & per Fab. in §. præterea. numero 2. & ibi Angel. numero sexto. Institu. de rer. diui. Et erit secundùm eum inspiciendus locus tempore contractus per l. Rutilia Polla ff. de contr. emptio.

† Et si flumen, quod erat pro termino & fine, reperiatur siccatum per latitudinem & longitudinem, diuisum esse intelligitur, secundùm Abba. in capitu. super eo. num. 5. de paro.

† Et subdit in citato loco Petr. de Vbald. per iudicem boni viri arbitrio actuali signo distingui, & noua signa imponi, vbi cõ sueuerat esse flumen diuidens. Et idem voluit Bertrand. in consilio 136. numero secunda volumine prima. per l. adeò. §. quòd si toto & lege ergo. §. tribus modis. in versiculo altero. iuncto etiam versicu. duobus. ff. de acquirenda possessione. Et Paris de Puteo in capitu. an si ex impetu. numero 6. de fi. feud per text. in l. in nomine domini. §. in Sardinia. C. de offic. præ. Afric. ibi, vsque ad illos fines prouinciæ Affricanæ. Et ad idem facit, quod voluit Corn in consi. 267. Dominus Ioachinus, volumi. 3. vbi de prædictis facit mentionem.

† Quæritur etiam per Pau Cast. in consilio 377. licet iudex. in fin. volum. j. ad quem pertineat alueus, quem Rodanus dimisit, iuxta frõtem territorij vniuersitatis & territorij Domini: & distinguit sic. Aut simul & semel remansit alueus in statu, in quo est protẽsus per totam fronteriam territorij vniuersitatis, & territorij Domini, & tunc cuilibet ipsorum erit pro modo latitudinis cuiusque territorij: quæ latitudo propè ripam est, scilicet quatenus correspondeat territorio Domini, sit suus: quatenus autem territorio vniuersitatis sit eiusdem, l. adeò. §. si insula. ff. de acquirenda rer. domi. Si verò remansit alueus siccatus circa fronteriam territorij Domini tantùm, nec protendebatur ad territorium vniuersitatis, postea verò creuit: & tunc, aut creuit paulatim per modum alluuionis, & debet esse solius Domini: aut non per modum alluuionis, sed aqua recessit de illo loco, & dimisit alueum siccum, & tunc vniuersitatis esse debet, quatenus territorij frontem respiciat. l. si insulam. ubi est tex. cùm Gl. eodem titu. Et si non posset assignari ratio, quare magis Domino debeatur, quàm vniuersitati, & tũc vtriusque esse debet, argumen. l. generaliter. ff. de fideiuss. & quod not. per Gloss. in l. j. in uersicu. quinimmo. ff. si pars hæred. pet. & l. qui è contra. §. si ad Plaucianum. de liber. agnosc. & facit. l. arbor. commu. diui. & l. pro regione. ff. de acquirenda rer. domi. Et Andr. de Iser. de controuer. inuest. capitu. j. §. fin. versicu. item uidi. nume. 20. in vsib. feud. Proponit & decidit duas aliàs pulchras quæst. Prima quęst. Rex dedit mihi in feudum vnũ castrum, & tibi aliud, inter quæ flumen defluit, vtrunque diuidens territorium; & sic est terminus vtriusque, & uterque dominus vltrà flumen nihil habet: & flumen relicto suo alueo naturali, rumpit in tuum territorium per magnum terræ spacium defluens; quęritur in cuius territorio, & cuius erit illa terra media relicta inter alueum veterẽ derelictum, & locum vnde nunc flumen fluit, qui publicus factus est. l. adeò. §. insula. versicu. nouus autem alueus. ff. de acqui. rer. domi. & decidit esse in territorio meo, & terra est illorum, qui hincinde prope ripam prędia possident: Secus si flumen circũfluxisset per duas partes diuidendo totaliter, siue relicto priori alueo, tunc terra media inter duos nouos alueos erit insula, & viciniori applicabitur. Et secunda quæstione ibi est in versicu. item Rex declarat. vbi habetur, quòd quando flumen duo diuidit territoria, & prior alueus non remansit siccus; quia pars fluminis modica discurrit per eum, ibi flumen esse videtur, & ex consequenti erit terminus diuidens territoria. Vel si alueus remansit siccus, & postmodum modica quantitas aquæ ad eum redijt, an dicatur ibi esse terminus quasi priori formæ flumen redditus sit: & decidit, quòd mutato cursu aluei flumen naturã suam mutat: Sed quia ponitur flumen esse terminum territorij tui & mei, si flumen relicto priori alueo facit nouum totaliter excepta modica parte remanente in fluxu prioris aluei veteris, tunc flumen dicitur, vbi sunt tres vel plures fluminis partes, puta si flumen erat magnum, per iura generalia dicentia, ibi esse rem, vbi rei maior pars existit. l. fidecommissa. in principio. ff. de iudic. l. nonnulli. ff. quod cuiusque vni. & l. planè. ff. ad muni. quia iura intelliguntur in suo casu. Et sic cùm flumen dicatur esse terminus, tunc flumen erit, vbi maior pars eius existit, vel amplius quàm duę partes, arg. l. nominationum. C. decurio. libro 10. Et flumen quando dicit esse ab vno latere, non intelligitur de modica parte, immò de dimidia. l. nomen. §. portionis. ff. de verbor. signi. Et ideo quando in veteri alueo modicum aquæ fluminis decurreret, vel rediret, non diceretur ibi esse flumen, quantum ad distinctionem territorij tui & mei, sed ibi esse dicitur, vbi pro magna parte decurrit, † licèt Cor. videatur consuluisse contrarium in d. consilio 267. videlicet, quòd ius alluuionis non vendicet sibi locum in iurisdictione, siue territorio, & iure aluei derelicti territorium non augeri: & inter alia adducit Bartol. in tract. de fluminibus. in versiculo acquirit nobis. quem refert & sequitur Socin. in consilio 127. numero 5. vol. 1. & Ias. in consilio 146. colum. 4. versiculo 2. pro. vol. 1. per text. in l. maritus. ff. acquir. rer. do. & per Cępo. idem tenentem in tract. de ser. rust. præd. in titulo de flum. in princip. Bald. autem de contro. inuesti. §. si quis de manso. versiculo sed nunquid. numero 6. dicit, alluuionis incrementum non posse mutare fines publicos. Et subdit Socin. opin. Bartol. esse communem, nec ab ea recedendum esse in iudicando, licèt argumentando deduci possent plura in contrarium, prout per Collegium Papiense deducta fuere, à quo in ista materia consultum fuit, vt refert Curt. Seni. in consilio 57. & in consilio 73. numero 26. per totam Italiam obseruari.

† Vbi fluminum aluei mutantur opera manuum, & facto hominum, quòd eorum alueus remaneat illi, qui in flumine iurisdictionem habet. In feudis tamen secundùm Pari. de Put. in capitul. an si ex impetu. numero 7. de fini. feu. alluuio locum habebit, cùm non requiratur domini consensus: quia quando flumen tollit de vno & dat alteri, erit alienatio legalis, & prout legitur in commentario Aggenij Vrbici in Iulium Frontinum de controuersis in Codice Theodosiano, in pagina 176. Cassius Longinus Iureconsul. decreuit, vt quicquid aqua labendo abstulerit, id possessor amittat; quoniam ripam suam sine alterius detrimento tueri debuerat. Si verò maiore ui decurrens alueũ mutauit, suum quisque modum agnoscat, quia non possessoris negligentia, sed tempestatis violentia abreptum apparet. † Et vt traditur à Bald. in consilio 62. vol. 3. quem sequitur Cagno. in l. id quod nostrum est. in fin. ff. de reg. iur. aqua fluminis labentis inter duas Ciuitates sit commnis pro indiuiso: sed alueus communis pro diuiso tanquam locus confinatus inter duas ciuitates ad similitudinem lapidis existentis in confinio vel insulæ natæ in flumine. Vnde quælibet ciuitas poterit vti aqua pro parte sua, ædificando etiam in solo ipsius vniuersitatis, totã tamen aquam vsurpare non poterit: quia cùm sit communis, est duntaxat pro parte sua sibi spectante. Et secundùm Socinum in consilio 79. numero 1. & 5. vol. 1. vniuersitatis homines non possunt in flumine facere clusam, vel aliquid immittere in alterius vniuersitatis ripa ab alia parte. Et quòd ista conclusio à Doctoribus tenetur.

† Vnde Cępo. in d. titul. flumi. cap. 31. numero 14. dicit, Si flumen esset in confinio duarum ciuitatum vel territoriorũ, in dubio præsumitur esse commune, & iurisdictio cuilibet ciuitati competit in ipso flumine vsque ad medium fluminis, quia omnia sunt in confinio, quæ ab vtraque parte possidentur, per dictam l. arbor. ff. commu. diui. & l. 2. §. præterea ff. de aqua plu arcen. & d. l. adeò. §. fi. ff. de acq. rer. do. Et circa ea, quæ in ipso flumine committuntur, siue fiunt, quælibet ciuitas iurisdictionem habet vsque ad fluminis medium per Bartol. in d. tract. de flum. in versiculo acquiritur nobis. numero 8. & per Bald. in capitulo ex his, in penult. colum. ad fin. ex. de proba. & Boer. in consilio 24. numero 15. quæ tamen dicta sunt intelligenda, nisi appareret, quòd vnus tantùm Dominus, uel vna ciuitas totum flumen possediffet, in eo imperium exercendo, prout ibi Boeri. exemplificat in flumine Rodano Regnum Franciæ ambiente, quod licèt Sabaudiæ Ducatui, & pluribus alijs territorijs adhæreat, nihilominus Rex Franciæ solus iurisdictionem in eo habet, & est in eius possessione.

†Et similiter Cępo. Veronen. in d. tract. de ser. rust. præd. titu. de mari, capitulo 26. numero 9. not. lacum Benacum frue Gardæ inter agrum Brixianum & Veronensem existentem Veronensium esse, quia ipsi & eorum Princeps imperium & iurisdictionem in eo exercuerunt.

†Et prout etiam exemplificari poterit in flumine Olei originem trahente à Valle Camonica territorij Brixiani, quod defluit in lacum Sabinum siue Isei, & à pede dicti lacus exit, & defluendo ab vno latere dictum territorium circuit, & ab altero territorium Bergomense, deinde. Cremonense, & postmodum Mantuanum, mediante tamen fluminis ripa & per centum trabucchos vltra, quæ est Brixianorum. Et ideò dictum flumen eorum esse, ambigendum non erit. † Quia fluminis caput dicit, v bi flumẽ originẽ trahit, & pes vbi terminat fin

Source : BIU Cujas

13 Cępo. in dict. titu. de flumi. cap. 31. numero 8. † Et caput aquæ, & cuiuſcunque rei ſpectatur, ſiue attenditur tanquàm dignius, & ab eo etiam euentus formatur, ut per Iacob. Butr. in conſi-
14 lio 17. quæro ſtatuta. numero 23. inſerto in conſilijs criminalibus diuerſorum Doctorum, volumine j. † Quòdque fluminis origo attendenda ſit, eſt text. in l. ſeruitus aquæ. ff. de ſer. ruſ. prędi. & ibi Gloſ. not. & in l. j. §. hæc interdicta, verſicu. caput aquæ.
15 ff. de aqua quotidia. & æſtiua. † Et ſicut aqua quę ex caſtello ducitur, a caſtello pendet, vt a capite dicta l. j. §. ait prętor. & §. ſeq. & iuriſdictio, quę ineſt territorio, pendet a iuriſdictione in Caſtro, ſecundùm Oldra. in conſilio 121. ad primam quæſtionem. numero 15. & pari ratione flumen Olei defluens ex agro Brixiano ab illo pendere debet. Et eò maximè, quia Brixiani plures portus & pontes ſuper eo habent, in illoque iuriſdictionem exercent, Ripatica, gabellas, pedagiaque ab illac tranſeuntibus, &
16 per dictum flumen nauigantibus exigunt vigore conſuetudinis temporis immemorabilis, † quę tituli ſuim habet l. hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aqua quoti. & ęſti. & l. j. §. finali. ff. aqua plu. ar. quam facit pręſumere titulum in poſſidente. Talis enim longiſſima conſuetudo ueritati æquipollet. l. j. & ibi Gloſ. C. de ſer. & aqua. capitu. cum apoſtolica. & ibi Bald. Car. & Imo. nota. de
17 his quę ſunt a pręla. † Pręſumitur enim quòd is qui tanto tempore aquam duxit, priuilegium habuerit ducendi aquam, Oldr. in conſilio 396. Alexand. in conſilio 6. uiſo themate. uolumine j. Soc. in conſilio 127. uiſis capitulis. columna 4. in princip. & in conſilio 297. uiſo priuilegio & Deci. in conſilio 85. columna 2. & in conſilio 152. Et omnia refert Ripa in l. quominus. num.
18 40. ff de flumi. & ibi numero 102. concludit, † quòd is, qui loca publica per immemorabile tempus poſſedit, debet ſe fundare in priuilegio, & non in pręſcriptione, aliàs ſuccumberet, cùm ex poſſeſſione immemorabili priuilegium pręſumatur, & ſufficit illud allegare, Barto. in l cum de in rem uerſc. ff. de uſur. & Panormi. in capitu. peruenit. de cenſ. & Fel. in capitu. accedentes. columna 5. de pręſcript. Et Brixiani nedum priuilegium ex iuris pręſumptione habent, de quo ſuprà, ſed poſſunt oſtendere etiam priuilegia ſibi conceſſa ab Henrico V l. & aliis diuerſis Imperatoribus, vbi manifeſtè apparet de pluribus donationib. factis ciuitati Brixiæ de prędictis flumine & regalijs. Quę omnia longum eſſet recenſere, & ideò ne prolixius me extendam, pauca potius deſcribere uolui, quàm plura cum legentium tedio tractare.

SVMMARIVM

1 *Fines extenduntur vſque ad mediam partem viarum & montium exiſtentium inter duo territoria.*
2 *Eccleſia, vel domus ſi erit conſtructa in monte aſſignato pro confine, ad quorum iuriſdictionem pertineat.*
3 *Inſula nata in flumine agros diuidente ad vtriuſque iuriſdictionem pertinet.*
4 *Lapis, vel arbor ſi naſcitur in medio, pertinet ad vtrunque.*
5 *Via exiſtens inter duas communitates debet ſtare promiſcuo vſui.*
6 *Præventioni locus erit in pluribus iuriſdictionem inſolidum exercentibus.*
7 *Præventio qualiter inducatur.*
8 *Præventio in pluribus caſibus non habebit locum, & ſic non erit melior conditio prævenientis.*
9 *Delicto perpetrato ſi reſultat offenſa in plures perſonas, tunc tot ſunt delicta, quot ſunt perſonæ offenſæ, & vnuſquiſque poterit agere inſolidum.*
10 *Prævention locus non erit, ſi originarius non fuit benè punitus in loco originis, quia tunc poterit puniri in loco perpetrati delicti.*
11 *Condemnatus vel punitus, aut abſolutus in vno foro, non poterit condemnari, vel abſolui in alio foro.*
12 *Pœnæ duæ ſi tendunt ad vindictam, vna impoſita, tollitur altera.*
13 *Prævention realis prævalet citationi verbali prius factæ.*
14 *Prævention reali locus non erit, quando aliquis procuraſſet ſe capi, vt euitaret alterius iudicis iudicium.*
15 *Prævention locus non erit, quando aliquis iudex erat impeditus, vel quando erant duo æqualem iuriſdictionem habentes, & alter effectus fuit inhabilis, quia alteri iuriſdictio accreſcit.*
16 *Prævention locus non erit in actu nullo, vel quando citatus fuit contumax in comparendo.*

CAPVT XXV.

Exordium prędecedentis capitu. ſequendo, deducemus ea quæ traduntur a Bal. in capitu. ex
1 literis. numero 11. de prędcript. ubi habetur, quòd † ſi extarent uię perpetuę, uel montes inter duas iuriſdictiones, ꝙ eorum fines extenderentur pro indiuiſo, uſque ad mediam partem uiarum uel montium uerſus ſingulorum territoria, argumen. l. arbor. ff. com. diui. & per Barto. in tract. de flumi. in uerſicu. acquiritur nobis. numero 8. vnde ad hunc propoſitum uidentur facere tradita per Abb. in capitu. ſuper eo. numero 5. de parochia.
2 vbi mouet difficultatem † de eccleſia conſtructa vel alia domo in monte aſſignato pro confine, ad quorum iuriſdictionē pertineant, & ponit tres diuerſas Doctorum opiniones. Et prima opinio, ꝙ ad utrunque pertineat. Secunda autem quòd non ſit in alicuius dominio, ſicut res ſacræ & religioſę. §. nullius. Inſtitut. de rerum diui. Et tertia fuit opinio & melior, ꝙ pro longitùdine & latitudine epiſcopatuum, uel prouinciarū eccleſia, uel domus cenſeatur diuiſa: licet actu per hominem diuiſa non fuerit, per bonum text. in §. inſulam. Inſtitut. de rer. diui. & quem in ſimili allegat Cępol. in tract. de ſeruitu. ruſti. præ.
3 in titu. de inſu. cap. 30. numero 7. ubi habetur † ꝙ ſi inſula naſcitur in flumine agros diuidente, ad utriuſque domini proprietatem pertinet, prout accedit ad dictos agros: & ſi magis alteri accedit, erit illius domini tantùm, puta ſi ultra medietatem: ſi autem res erit indiuiſibilis, ut eccleſia, tunc uterque Epiſcopor pro indiuiſo iuriſdictionem habebit, & ibi commoda patiter habebunt, & ſubdit hanc opinionem eſſe tenendam, licet alij aliter teneant per bonam Gloſ. in capitu. quicunque. & c. licet, 16. quęſtio. 3. & facit ad hoc dicta l. arbor. & ſimiliter uidetur tenere Lauren. Calca. in conſilio 90. quia iſta quęſtio. numero 8. & 9. cum pluribus concordantibus ibi per eum cumulatis, & prędictam Abb. opinio. refert & ſequitur Paris de Puteo in uer.
4 limes. de verborum ſignificatio. ſubdens † quòd lapis & arbor, quę naſcitur in medio dicitur eſſe communis pro diuiſo ſecundùm regionem cuiuſque fundi: & dicitur diuiſa iuris intellectu, argumen. dicta l. arbor. & l. pro regionibus, ff. de acqui. rer. domi. & per bonum text. in l. penult. ff. pro ſoc. ubi habetur, ꝙ arbor exciſa uento uel ferro, quę erat in confinio, debet diuidi,
5 & quilibet habebit partem ſuam. † In via autem exiſtente inter duas communitates & per quam vtriuſque homines ibant, ſi erit quęſtio, tunc debet ſtare promiſcuo uſui, & non poterit diuidi, quia quęlibet pars diuiſa eſſet inutilis ad vię exercitium, ſecundùm quòd uoluit Paris de Puteo in capitu. pone quòd eſt quæſtio. de fini. feu. argument. l. cuius effectus. ff. de regulis iuris. & dicta l. arbor. §. ſi de veſtibulo. & ſubdit, quòd tota via erit promiſcuæ iuriſdictionis: † & inter eos quò ad iuriſdictionis vſum
6 prævention locum habebit l. prima. ff. de offic. conſul. quia in pluribus inſolidum iuriſdictionem exercentibus habebit locum prœuentio capitu. cum plures, de offic. delega. in 6. & l. fina. C. de iur. omnium iudicum. & not. Innocen. in capitu. cum ab eccle-
7 ſiarum, & ibi etiam per alios, de offic. ordin. † Et prævention aliquando per citationem inducitur: aliquando per libellum vel ſententiam, ſecundùm Barto. in l. ſi pluribus. numero 1. ff. de lega. j. & quandoque per capturam, ut infrà videbimus. In plurib. tamen caſibus prævention non habebit locum. Et primò vt Pa-
8 ris de Puteo dicit in dicto capitu. pone quòd eſt quæſtio, † quādo fit maleficium in loco communi duarum ciuitatum; quia ad vtriuſque ciuitatis poteſtatem cognitio ſpectabit cùm corū territorium offenditur, l. ſecunda. §. fin. ff. de ijs qui deiece. & ſic non erit melior conditio prævenientis, ſed quiſque ſuam proſequitur iniuriam, & hoc verius vt ibi per eum. Et ſimiliter prævention non habebit locum, quādo delictum fuit perpetratum inter duarum ciuitatum confines, & dubitatur in cuius territorio ſit commiſſum, tunc ratione dubij vtriuſq; ciuitatis rector procedere poterit, vt habetur per Barto. in tracta. de iuriſdicti. omnium iudicum. numero 14. & in l. iuriſperitos. §. cùm oriundus. numero ſecundo. ff. de excuſa. tutor. & per Maria. Soc. in c. poſtulaſti. verſicu. circa ſeptimum de foro competen. vbi dicit communiter obſeruari, quòd vterque procedat, & prout in ſimili dicit Cępol. in tracta de ſer. ruſtico. prędio. in titu de mari. capitu. 26. numero 20. ſi delictum erit perpetratum in mari inter duas ciuitates æquè diſtantes: quia tunc dicitur perpetratū in confinio, quod eſt commune vtriuſque ciuitatis per dicta l. arbor. in princip. & dicto §. ſi de veſtibulo. & ideò ad vtranque pariter ſpectabit cognitio criminis & contractus: ſicuti quando punctualiter in confinio plurium ciuitatum in terra delinquitur, vel contrahitur, per Ange. in l. ſanè ſi maris. ff. de iniur. Et poterit eſſe ratio ſecundùm Aretin. in conſilio 58. diligēter
9 conſideratis. numero 12. verſicu. reſtat ergo. † quia quando ex vno delicto reſultat offenſa contra plures perſonas, tot ſunt delicta, quot ſunt perſonæ offenſæ, & vnuſquiſque poterit agere inſolidum, & pœnam cum effectu a reo exigere, l. j. in fin. ff. de iniur. & l. eum qui nocentem. §. ſi nupta. ff. eodem titulo. & per
10 Barto. in lege ſecunda. §. ad plures. ff. de ſepul. viola. † Et alius erit caſus in quo ſecundum Bald. in l. penulti in ſeptima quæſt. C. de execu. rei iudi. prævention non habebit locum, vt quando aliquis in originis loco non fuit benè punitus: quia tunc poterit puniri in loco perpetrati delicti: licet contra iſtam opinionem videatur ſentire Aretinus in dicto conſilio 58. numero
11 12. dicens, † quòd condemnatus vel abſolutus in vno foro, non poterit condemnari vel abſolui in alio foro, ſiue ſit impoſita eadem pœna, vel minor in loco delicti, quæ veniret imponenda in loco originis; † Cùm regulariter quan-
12 do duæ pœnæ tendunt ad vindictam, vna impoſita tollitur

tur altera: nec debet puniri reus in eo quod est plus, dummodo vtraque pœna sit pœna delicti ordinaria: remanebit ergo firma opinio Bald. quando minor pœna ordinaria delicti reo imponeretur; quia tunc potest puniri in alio loco vsque ad sup-
13 plementum illius pœnæ ordinariæ. † Alius etiam describitur per Ange. in tracta malefic. in versicu. Iudex commisit, in versi. q̃ro an ex citatione verbali, in quo præueniendo, non habebit locum præuentio, videlicet quando vnus iudex præuenit in citatione verbali, & alter postmodum in citatione reali capiendo reum, quia captura personaliter facta, licet sit posterior, erit potentior verbali citatione, & idem voluit Cępol. in tract. seruitut. rusti prędio. in titul. de mari. capitulo 26. numero 21. per dicta l. sanè si maris, in fin. licet Augustin. in addit. ad
14 Ange. de hoc dubitet. † Limita tamen prædicta per Angel. & Cępol. non procedere, vbi quis procurasset se capi, vt euitaret iudicium primi iudicis citantis, per ea quæ tradidit Guid. Pap. in
15 consilio 153. numero secundo. † Præuentio etiam non habebit locum secundùm Ludouic. Roma. in singul. 142. dico tibi. quando aliquis iudex erat impeditus, per Barto. in l. si maritus sit. in princip. ff. de adulter. & similiter quando inter duos erat æqualis iurisdictio, & alter effectus fuit inhabilis: qa tota iurisdictio alteri accrescit, vt voluit Capy ī decisio. 27. numero 21. per l. j. ff. de offi. con. & Bal. in l. prima. col. fin. C. quan. non petẽ. par.
16 † Vel præuentioni locus non erit in actu nullo, per Archidia. in capitu. non ita. 2. quæstio. 6. & l si quis postea. & ibi Ange. ff. de iudi. aut si citatus fuit contumax in comparendo: quia tũc vterque iudex poterit procedere, secundùm Ange. ibi, per l. euidenter. ff. de exceptio. rei iudica. & quos refert Iaffre. in Dec. 71.

SVMMARIVM.

1 *Mensura requiritur in terminis affigendis, & in emptione & vẽditione, & in plantandis arboribus.*
2 *Mensura quid sit, & qualiter diuidatur.*
3 *Pes habet palmos quatuor, vncias 12. & digitos 16.*
4 *Palmus habet digitos quatuor, & vncias tres.*
5 *Dodrans habet palmos tres, vncias nouem, & digitos 12.*
6 *Mensura antiqua erit seruanda in diffiniendis finibus, licet noua sit melior.*
7 *Mensura quæ erit seruanda in emptione & venditione.*
8 *Mensuræ falsæ demonstratio non minuit aut vitiat rem venditam.*
9 *Mensor bonus & iustus agere debet, vt nulla ambitione, aut sordibus moueatur.*
10 *Mensuratio reiterari debet, quando vna partium dicat se fuisse deceptam.*
11 *Mensuratio expensis communibus fieri debet, quando etiam vna pars contradiceret.*
12 *Mensori incumbit onus probandi se rectè mensurasse.*
13 *Mensuratio erit, vt quis sciat, quantum se extendant territoria.*
14 *Mensuratio erit fienda per itinera & loca consueta, & non per lineam rectam, quando erit videndum per quantum se extendant territoria.*

CAPVT XXVI.

1 In terminis † autem affigendis semper erit expediẽs mensurare per quantum spacium vnus terminus distet ab alio: & in emptione & venditione aliquando requiritur mensura. & in plantandis arboribus in confinibus erit etiam necessaria mensura, vt vnusquisque sciat quantum a limine vicini se abstinere debeat, vt dicam infrà in capit. 96. & ideò videamus quid sit mẽsura. Et ut habetur in Polyanthea, dicitur illud per quod quantitas rei cognoscitur, & est duplex, intrinseca, & extrinseca. prima est in quolibet mensurato subiectiuè: secunda uerò in vno solo, uel ut inquit Iulius Frontinus in Codice Theodosiano, de controuersijs limitum, in pa-
2 gina 170. in fin. † mensura est complurium inter se æqualium interuallorum longitudo finita. Et mensura diuiditur, vt pes per vncias, per pedem decempeda, & per decempeda actus, & per actum passus, & per passum stadium, & per stadium milliarum. Et erit aduertendum, quòd decempeda dicitur mensura, qua mensuratur terra, & diffinitur a numero pedum: Passus uerò erit passus quinque pedum, ideſt duorum gressuum: & gressus erit vnius cubiti, & vnius pedis. Actus quoque dicitur spacium centum uiginti pedum. Et tres reperiuntur actus, minimus, quadratus, & quadratus duplicatus. Minimus autem quatuor habet pedes latitudinis, & pedes centum viginti longitudinis. Et quadratus vndique centum & uiginti pedibus præfinitur. Et quadratus duplicatus erit longitudinis pedum dicentorum & quadraginta, & latitudinis pedum centum & uiginti, & facit vnum iugerum; & sic denotat spacium terræ, quod in vno die arari poterit ab vno pare boum. Stadium autem erit octaua pars vnius milliarij; & sic continet in se centum & vigintiquinque passus. Et minima harum mensurarum pars est digitus: si quid enim infra digitum metiamur, partibus respondemus, vt dimidiam aut tertiam partem digiti. In pede porrecto, semipedes duo, in pede constructo, semipedes quatuor: in pede
3 quadrato semipedes octo. † Et pes est genus mensuræ, & habet palmas quatuor, vncias duodecim, & digitos sexdecim. licet Gl. in capitu. sicut antiquitus, in uersicu. passus. 17. quæstio prima. & Alberi. in l. quinque pedum præscriptione. C. fini. regundo. dicant, quindecim digitos facere vnum pedem, & quinque pedes facere vnum passum.
4 † Palmus autem secundùm Iulium Frontinum ibi in dicto
5 Codice Theodosiano, habet digitos quatuor, vncias tres. † Et dodrans appellatur, quasi dempto quadrante, & habet palmos tres vncias nouem, & digitos duodecim: & dicitur quasi dempto quadrante. Et omnis hæc mensura, ut ab eo dicitur, diligenter ac fideliter custodienda erit, Ideoque monet ut vnusquisq; suos teneat fines, nec alieno lacesset: & ager pedibus mensuratur, ut ueritas declaretur.
6 † Et secundùm Paris. de Puteo in uersicu. mensura. de uerborum significatio. in diffiniendis finibus mensura antiqua seruabitur, licet noua sit melior, per Glos. fin. in capitu. olim causam. de censibus.
7 † Et in emptione & uenditione, quæ mensura sit seruanda, quando in loco contractus seruatur vna, & alia in loco ubi res est sita, uide Papiens. in sua pract. de forma libel. in actio. reali. in uersicu. cui cohæret. numero 7. ubi dicit, aliquos uoluisse, q̃ seruari debeat loci mensura, vbi fuit celebratus contractus, per l. si fundus ff. de euictio. & l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iuris. & alij uoluerunt, quòd seruanda sit mensura vtilior emptori, argumen. l. ueteribus. ff. de pact. & alij voluere, quòd seruetur, quæ sit communior & generaliter in vniuersa regione, & sic intelligitur l. Imperator. ff. de contrahenda empt. & quod habetur in l. arbitro. §. dicet. ff. de dolo.
8 † Et demonstratio falsæ mensuræ non uitiat, aut minuit rem venditam. l. si seruus legatus. §. quinque. ff. de legat. j. & l. his uerbis. §. j. ff. de lega. 3. & l. falsa demonstratio. ff. de condi. & demõstratio. & l. j. C. de falsa cã adiecta lega. Et ut habeẽ per Aggeniũ Vrbicum in Iulium Frontinum de controuersijs militũ in Co-
9 dice Theodosiano in pagina 177. † mensor bonus & iustus agere debet, ut nulla ambitione aut sordibus moueatur.
10 † Et mensuratione semel facta de agro, si vna partium dicat fuisse deceptam, debet iterum ager mensurari; vt per Barto. in l. j. ff. si mens. fal. mo. dixe. & not. Las. in §. quædam actiones. num. 82. Institut. de action. & similiter dicitur de mercatoribus, quòd si inter eos fuerit ratio solidata, tamen debitor, uel creditor poterit petere, quòd de nouo fiat computatio, ut uideatur, si sit in calculo erratum. Secus tamen esset in cameratio, qui postquã rationes semel reddiderit, & deinde facta apocha, non tenetur amplius reddere, ut per Bartol. in l. semel. numero secundo. C. de apo. public. libro 10.
11 † Et mensuratio expensis communibus fieri debet, etiam altero ex litigatoribus contradicente, secundùm Iulium Frontinum de sepultu. in fin. in eo. Codice Theodosia. in pag. 171. ubi habetur, quòd si mensor ab altero tantùm conductus sit, condemnatio erit facienda ei, qui non conduxit in partem suam mercedis: & idem uoluit Sal. in l. si quis. C. fini. regundo. & Fel. in capitu. quia indicante. numero 2. de præscript. per l. 3. §. j. ff. si men. fal mo. dix. & Boeri. decisio. 51. in fin.
12 † Et si mensor retulerit possessionem tot iugerum, ei incumbit onus probandi se rectè extimasse, vt dicit Barto. in l. j. C de discusso. libro 10.
13 † Et erit etiã necessaria mensuratio ad hoc, vt scias per quot miliaria se extendant territoriorum confinia, & maximè in Excelso Domino Veneto, vbi in homicidiis non appensatè perpetratis homicidæ banniũtur a loco delicti per quindecim milliaria vltra confinia.
14 † Et tunc erit mensuratio fienda per itinera, & loca consueta, & non per rectam lineam eundo per campos secundùm q̃ not. Paul. Cast. in l. j. in fine. ff. si quis cautionibus.

SVMMARIVM.

1 *Caput appellatur pars superior, quæ est in loco eminenti, siue montuoso.*
2 *Pes appellatur pars inferior, siue depressa.*
3 *Caput appellatur etiam locus, per quem ingreditur, vel locus qui est meridiem versus.*
4 *Punctus, siue linea indiuisibilis potest dici caput.*
5 *Medium dicitur, quod est inter vtranque extremitatem, & aliæ extremitates latera appellantur.*
6 *Latera sex modis dicuntur.*
7 *Caput accipitur pro angulis oppositis.*
8 *Caput erit à parte nobiliori; & pars opposita erit finis.*
9 *Anterior pars dicitur per quam dominus ingreditur.*

CAPVT XXVII.

Et quia plerunq; in contractib. & aliis dispositionib. fit mentio in capite, & in fine fundi tot staria, igit̃ erit utile scire, quid sit, & quantum duret alicuius rei caput,

Source : BIU Cujas

ſiue pes: & dicas ſecundùm Barto. in tract. de inſu. in verſiculo
1 quod frequenter accidit, numero tertio, & 7. † quòd pars ſuperior quę eſt in loco eminenti, ſiue montuoſo appellatur caput,
2 † & pars inferior ſiue depreſſa, appellatur pes: & ſic dicimus in capite, in pede, in principio & in fine, argum. l. j. §. fin ff. de aqua
3 plu. arcen. † Et ſi in aliqua re neuter iſtorum concurreret; tunc caput diceretur locus per quem ingreditur: & ſi ingreſſus in locum eſſet per omnes partes, tunc diceretur caput, quod eſt meridiem verſus, & pes, quod eſt verſus Septentrionem. † Et pun-
4 ctus ſiue linea indiuiſibilis, quę eſt in capite, poteſt dici caput, &
5 eodem modo pes: vt dicta l. j. §. caput. † Et mediũ dicitur, quod eſt inter vtranque extremitatem. Aliæ verò extremitates latera dicuntur. Et quia de eis ſæpè fit mentio in inſtrumentis, ideò referam ea, quę ibi congerit Barto. in verſicu. quid ſi ex vno, vbi
6 vult † latera ſex modis dici, ſcilicet ſurſum, deorſum, ante, retrorſum, dextrum & ſiniſtrum: & quid importent dicta vocabula, latè ibi per eum deſcribitur. Et idẽ tenet Paris de Puteo in ca.
7 ad diſcernendum. de fini feu. † ſubdens quòd caput accipitur ꝑ angulis oppoſitis, & inſpicienda erit longitudo, quæ ſi non apparet inſpicitur latitudo, & ſi non appareat, quia terra, vel ædificium vndeq; eſſet æquale, & tunc ille angulus erit caput, ad quẽ
8 habebitur regreſſus. † Et ſic caput erit a parte nobiliori, pars verò oppoſita erit finis. l. ſi in aliquam. ff. de offic. proconſul. quæ ſi non appareat, dicas angulos ad meridiem, & ſeptentrionem reſpicientes eſſe latera. §. hęc conſiderantes, iuncta Gloſ. in verſi. vtroque latere, in auct. vt omnes obed. iud. prouin. vel terra tũc erit ſine capitibus latera tantum habens, atque etiam Paris de
9 Puteo in capitu. demonſtratio. eodem titu. vult, quòd † ſi quis vendat tibi decem minas talis fundi a parte anteriori, quòd illa intelligatur anterior pars, per quam dominus ingrediebatur. l. prędijs. §. fin ff. de legat. 3. & in l ſi vicinus. §. antepen. ff. de vſufr. & ibi habetur quę dicatur pars anterior, & pars poſterior.

SVMMARIVM.

1 *Iurgiorum finalium actiones à quibus perſonis tentari poſſint.*
2 *Declaratio facta cum præbendario & emphyteuta valet.*
3 *Clerici dicuntur fructuarij ſuorum beneficiorum.*
4 *Proprietarij etiam intereſt fines tueri.*
5 *Regnum Siciliæ tenetur in feudum à Pontifice.*

CAPVT XXVIII.

1 Et perſonæ † a quibus actiones & remedia finalium quæſtionũ intentari poſſunt, nunc erũt declarandæ, & inter aliàs dicas ab emphyteuta vſufructuario & iure pignorum poſſidente intentari poſſe, vt eſt text. in l. ſed & ſi loci. §. finium. ff. fini. regun & poſſunt etiam agere actione finium regundorum boneſidei poſſeſſores, prælati eccleſię nomine, Canonicus nomine præbendę, ac tutor & vaſallus, vt dicit Fab. in §. quædam actiones. numero 34. inſtitu. de actioni. & Fel. in capitu. ex literis, nume. 10. de proba. Cõmendatarius quoque iſtam poterit experiri actionem ſecundùm Alexan. in conſilio 96. viſis narratis. num. 3. volum. 4 per notata in capitu. qui plures. 21. quæſtio j. & per Gloſſ. in cap. nemo deinceps, in verſ.
2 cõmendare. de electio. in 6. † Et declaratio facta cum prębendario & emphyteuta, ac prenominatis valet, vt habetur per Bal. & Alberi. in dicto §. finium. vbi Alberi. ſubdit, dari clericis pro
3 fructibus ſuorum beneficiorum; † quia & ibi dicuntur fructuarij. cap j. de pecu. cleri. & c. 2. & ibi Gloſ. in cap. finium. de probat. & ad prędicta faciunt quę traduntur a Pari. de Puteo. in capitu.
4 j. num 1. 2. & 3. de fini. feu. † Et proprietarij etiam intereſt fines tueri. l. ſi ita § ſi dominus. ff. de vſu & habi Et Andr. de Iſer. in c. j § præterea. uerſicu. ratione peccati. nume. 53. de prohibi. feud. alie. in vſibus feud. per prædicta, refert Papam, qui loco Dei eſt
5 terris, in Regno Siciliæ † quid in feudum ab eo tenetur, poſſe etiam Iudicem eſſe. Et ibi etiam in §. nec Dominus. verſic. hoc caſu. num. 45. dicit, Eccleſiam Rom. dominam proprietatis Regni Sicilię potuiſſe declarare, ꝙ Rex non alienet; quia intereſt eius iuris proprietatis conſeruare, & vt afflicti ſubditi a grauaminibus releuentur.

SVMMARIVM.

1 *Controuerſiarum genera finium regundorum ſunt quindecim.*

CAPVT XXIX.

1 Controuerſiarum † genera in materia finiũ regundorum ſunt numero quindecim, vt refert Iulius Frontinus in Codice Theodoſiano de cõtrouerſijs limitum, in pag. 172. ſcilicet de poſitione terminorum, de rigore, de fine, de loco, de modo, de proprietate, de poſſeſſione, de alluuione, de iure territorij, de ſucceſſiuis, de locis publicis, de locis relictis, & extracluſis, de locis ſacris & religioſis, & de aqua pluuia arcẽda, & de itineribus, prout ibi omnia ſigillatim latiſſimè deſcribuntur, & per Aggenium Vrbicum in eod. Codice ad Iulium Frontinum, in pag. 174. quæ breuitatis cauſa omittere volui.

SVMMARIVM.

1 *Finium regundorum controuerſia erit prius decidenda ſuper poſſeſſorio.*
2 *Iudex antequàm pronunciet in iudicio finium regundorum ad differentiæ loca accedere debet, & ea ſuis oculis ſubijcere.*
3 *Oculus quod vidit nemo fideliter negat, vnde quod patet expreſsè, non eſt probare neceſſe.*
4 *Probatio nulla melior quàm per loci euidentiam.*
5 *Oculorum inſpectio eſt probatio, quæ derogat omni generi, vel ſpecici probationis.*
6 *Practica duplex procedendi in iudicio finalium quæſtionum ſecundùm Abb.*
7 *Practica alia procedendi in iudicio finium regundorum.*
8 *Iudex quid conſiderare debeat, quando erit in loco differentiæ.*
9 *Fines preſumuntur eſſe de iuriſdictione magis adiacentis.*
10 *Fines erunt applicati magis adiacenti, quando erit quæſtio de finibus caſtri vel villæ.*

CAPVT XXX.

Et nunc erit declarandum, qualiter in iudicio finium regundorum ſit procedendum, & Iulius Frõtinus in Codice Theodoſiano in titu. fini. regun. in pagina 170.
1 docet hanc practicam, † quòd ſi quis ſuper inuaſis ſui iuris locis, prior querimoniam detulerit, quę finali cohęreat, cum proprietate controuerſię, quęſtio prius ſuper poſſeſſorio finiatur, & tunc agrimenſor ad loca ire præcipiatur, vt patefacta veritate huiuſmodi litigium terminetur: quòd ſi altera pars locorum adepta dominium ſubterfugiendo moras attulerit, ne poſſit cõtrouerſia diffiniri, ad locorum ordines directus agrimẽſor dirigatur, vt ſi fidelis inſpectio tenentis locum eſſe probauerit, petitor victus loco abſcedat: & ſi controuerſia eius claruerit, qui primò detulerit cauſam, vt inuaſor ille teneatur addictus, ſi tamen ea loca eundem inuaſiſſe conſtiterit: nam ſi per errorem, aut in curiam domini loca data ab alijs poſſeſſa ſunt, ipſis ſolis cedere debent. Et vt habetur per Barto. in l. qui bona. §. fin. num. 1. ff. de dam. infect. quem ſequitur Bald. in conſ. 355. verba prin-
2 cipis. volumi. 3. † quando iudex uidet factum nimis intricatũ, antequàm pronunciet, ad differentię loca accedere debet, & eum ſuis oculis inſpicere, & cum peritis cõſilium habere, poſtmodumq; indicare: quia in confinium litibus probatio per uiſum multum iuuat. l. ſi irruptione ff. fini. regund. & per Gloſſ. in capitu. inter memoratos. in verſicu. mittendos. 16. quæſt. 4. & per Cornel. in conſ. 333. capio num. 41. volum. j. & per Matthæ. de
3 Afflict. in deciſio 23. num. 6. † Et ſic quod oculus vidit, nemo fideliter negat, & quod patet expreſsè, non eſt probare neceſſe,
4 ſecũdùm Bald. in conſ. 388. num. 6. uolum j. † & Curt. in conſil. 70. num. 18 vult, ꝙ nulla ſit melior probatio, quàm euidẽtia loci optima, quę nulla legis virtute excludi poteſt. † Et ſecũdùm
5 Lau. Calcane. in conſi. 8. in cauſa pendente. nume. 7. oculorum inſpectio eſt probatio quę derogat omni generi, uel ſpeciei probationum, per Bald. in l. contra negantem. C. ad l. Aquili. & ideò dicitur, quòd multum operatur oculorum inſpectio, per l. ſatis ff. de in ius uocan. & per plura alia quę congerit ad hoc.
6 † Et duplex procedendi practica traditur ab Abba. in cap. quia indicante. num. 9. de præſcrip. Vna eſt, vt depoſita querela iudex inquirat, quis poſſideat, & quantum deinde uideat circa ꝓprietatem, quantũ debeat quilibet habere: & hac in formatione habita uadat cum agrimenſoribus, uel agrimenſorem mittat, partibus citatis, ac iniungit, ut circa probationem habitam agrum menſuret, vnicuique aſſignando quod ſuum eſt. & terminos figat, & poſtmodum pronunciet illos obſeruandos fore in futurum. Altera practica eſt, ut iudex habita informatione pronunciet terminos ponendos ſecundùm informationem, uel probationem habitam. Prima tamen melior & certior eſt, eam cõmuniter ſequuntur Doctor. prout Bald. in l. ſi quis, numero 2. C. fini. regun. & Ange. in §. quędam actiones, numero 12. & Iaſ. numero 78. inſtitut. de actioni. & Fel. in dicto capitu. quia in-
7 dicãte. numero 3. † Et alia erit practica ſecundùm Abb. in cap. ex literis, numero 9. de probat. ubi dicit, primò iudicem cognoſcere de poſſeſſione, ſecundo de proprietate, tertiò agrimenſorem mittere, quartò per ſuam ſententiam terminos ſtatuere. habet enim iudex poteſtatem de nouo terminos ſtatuendi, ſed euidentioribus ſignis, & euitentur ſcandala: & tollendo de fundo vnius aliquid, ac dando alteri, faciendo tamen ei pecuniam refundere, leg. ſecunda, & tertia. ff. fini. regundo. & in §. ſi finiũ. Inſtitut. de offic. iudi. Neque ſunt a iudicibus omittenda ea, quæ congerit Aggenius Vrbicus in Codice Theodoſiano de con-
8 trouerſijs, in pagina 275. † quòd ſi res hanc habeat quæſtionem, ut nec ad formam, nec ad ullum ſcripturæ exemplum reuertatur niſi tantùm hunc locum, dico hic eſſe, & alter è contrario ſimiliter quæret, & ex ſimilitudine feracis culturæ

compara-

Source : BIU Cujas

comparationem accipiet,vel ſi ſylua cuius ſit ætatis, cuius pars ceſuræ, & ætas arborum,vt ſolent relinqui,quas antemiſſas vocant,& ſyluarum quoque ætates,an ſint pares. Erit etiam notãdum,ſi vineæ erũt ſimiles in comparatione, & an ordine ęquè diſtantes,vel ſi pari conſtitutione, aut ſimile vitium genus: vt 9 ibi latius per eum. † Iudex quoque conſiderare debet, cui magis fines adiacent,quia niſi aliter diſcernerentur,in dubio præſumuntur eſſe de eius iuriſdictione,cui magis adiacent, & magis 10 adiacenti ſunt applicandi. † Et idem fieri deberet, quando eſſet quæſtio de caſtri,vel villæ confinibus, ſecundùm Bald. in c.cũ olim.de præſcrip.& per Alexã.in l.ſi conuenerit.§. ſi nuda.ff.de pigno.actio.ibi in addi.ad Barto.quæ incip. Guliel. de Cune. & dicam infrà in capitu.178.incip.neque erit omittendum.

SVMMARIVM.

1 *Terminus erit ſtatuendus partibus citatis,quando iudex vult ire,vel agrimẽſorem mittere ad differentiæ loca,& tali die & hora ſint.*
2 *Iudex deſcribere faciat quæ fiunt in locis differentiæ,& fieri inſtrumentum.*
3 *Iudex deſcribere faciat,quòd ad loca differentiæ acceſſit,& quòd vidit tot affixos lapides in finium figura,vel arbores cum ſignis, vel quòd non vidit terminos, vel quòd erant mutati, & hæc in actis redacta decidant cauſam.*
4 *Agrimenſor poterit ſuum exercere officium partibus citatis præſentibus vel abſentibus,& per ſe,vel nuncium,aut epiſtolam iudici denunciare.*
5 *Deſignum loci probat identitatem rei,& ideò debet fieri præſentibus partibus,& de earum conſenſu.*

CAPVT XXXI.

Et cùm in præcedenti cap.dictum fuerit,vt iudex antequàm pronunciet,ad differentiæ loca accedat, vel agrimenſores mittat,nunc modò erit aduertendum ſecundùm Barto.in l.qui bona.§.huic ſtipulationi.nume.2.ff.de dam. 1 infect.† ℭ in primis terminus partibus citatis erit ſtatuendus,vt tali die & hora partes cum tali magiſtro aut agrimẽſore, vel ſecum ſint in illo loco,per l.3.C.fini.reg.& l.generaliter.§.penul. 2 C.de iureiuran. † & quia (vt ipſe dicit) per partis præſentiam iudex,vel agrimenſor poterit ſe informare, & ideò in loco differentię faciat deſcribere,quæ ibi fiunt, & fieri inſtrumentum, 3 aliàs poſſet periclitari proceſſus. † Et iudex ſecundùm Pari. de Put.in cap.& aduertendum,num.4.de fini.feu.non ſolùm ſcribi faciat in actis,quòd ad locum acceſſit,ſed etiam quòd vidit tot affixos lapides in finium figura,vel etiam arbores cum ſignis, qui,& quæ videbantur fines veri,vel quòd non eſſent in finiũ figura,vel ℭ viderentur mutati:& hæc in actis redacta cauſam decidat.per acta iuridicè, vel adiudicationem faciat. Et ſecundùm Abb.in cap.quia indicante.num.6.de præſcrip. † ſi partes 4 citatæ vadant,vel non vadant,agrimenſor poterit ſuum exercere officium,& per ſe,vel nuncium,vel epiſtolam iudici denunciare:& iſti agrimenſores ſunt quaſi teſtes. Et quia,vt dicit Pariſi.in conſi.4.num.7.volum.4.& in conſi.104.num.28.volum. 5 j. † rei identitas probatur per deſignum factum in partium præſentia,& de earum conſenſu,nominibus in eo deſcriptis:& deſignum eo modo factum probat,vt ibi per eum. Ideò aduertat iudex,quando erit in differentiæ loco,vt locum depingere, vel deſignum fieri faciat partibus præſentibus cum nomine regionis,vocabuli,& laterum,& omni ſtudio nitatur,partes concordare ſuper veris vocabulis & lateribus: quia experientia eſt rerum magiſtra,cap.quàm ſit,in princ.de electio,in 6.& ego ſæpè in ijs verſatus fui,& plerunque partes reperij ſuper prædictis nõ benè in vnum cõuenire,& ob id plures oriebãtur difficultates.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum agrimenſoribus præſentibus præſtari debet de bene & legaliter exercendo.*
2 *Iuramentum agrimenſoribus de partium conſenſu electis præſtari poterit in abſentia partium.*
3 *Agrimenſor iurare debet dicere veritatem ſecundùm eius iudicium,& non præciſè, vel ſimpliciter.*
4 *Deponentes de peritia,iurare debent dicere veritatem de credulitate, & ſecundùm eorum iudicium,niſi deponerent ſuper re certa.*
5 *Præſentia partis licet requiratur in agrimenſoris commiſſione, non tamen requiritur in eius relatione.*
6 *Calculatores & librorum reuiſores in partium abſentia ſententias proferre poſſunt.*
7 *Agrimenſoris electio fit,vt non per illos probetur poſſeſſio, vel dominium, ſed quando probatum fuit,& ignoratur,quantum quiſque poſſideat.*

CAPVT XXXII.

1 Et quando † iudex agrimenſorum ope vti vult, debet ipſis iuramentum, partibus præſentibus,deferre,de benè & legaliter exercendo, & menſurando, vt habetur per Ang.in § quædam actiones.num.12. & ibi per Iaſo.num.77.78.& 79.Inſt.de actionibus. & per Bertrandũ in cõſilio ſexageſimoquinto,in volumine primo. † In agrimenſori- 2 bus autem de partium conſenſu electis iuramentũ præſtari poterit in partium abſentia,vt per Iaſ.conſilio 201.colum. 3.verſi. non obſtat,volumine ſecundo:quia quando agrimenſor erit a partibus electus, pars non poterit opponere contra iuramentum ei delatum,vel eius relationem.Et ſecundùm Bald.in cap. 3 quia indicante.num.1.de præſcrip. † iurabit dicere veritatem, ſecundùm eius iudicium:& ſic non iurabit ſimpliciter,nec præciſè dicere veritatem,per not.in l.j.in princ.ff. de vent.inſpi.ne 4 anceps ſubeat periurium.Et Fel.ibi vult, ℭ † illi qui deponunt de peritia,iurare debent dicere veritatem ſecundùm eorum iudicium,& de credulitate,niſi ſuper re certa deponerẽt:quia tũc debent iurare ita eſſe:& ℭ teſtes deponentes de peritia probẽt, licet dicant de credulitate,voluit Deci.in conſil. 489. nume.12. 5 †Sed erit aduertendum,ℭ in agrimenſoris commiſſione partis præſentia requiritur,licet ſecus eſſet in eorum relatione.vt voluit Bald.in l.Theopompus.num.9.ff.de do.prælega. & Floria. in l.ſi irruptione.§.ad officium. numero 21. ff.fini. regundo.& Rober.Maran.in ſuo aureo Specu.aduoca.in 7.parte,num. 23, 6 in 4.parte. † Vel ſimiliter calculatores & librorum reuiſores in partium abſentia eorum ſententias proferre poſſunt, vt habetur per Barto.in l.2.§ ſi de frumentaria.ff.de admini.rer. ad ciui. 7 perti. † Neque erit deueniendum ad agrimenſoris electionem, vt per illum poſſeſſio vel dominium probetur:ſed quando probata fuit,& ignoratur quantum quiſque poſſideat, vt per eum termini declarentur,ſecundùm quòd declarat D.Caro. Rui.in conſilio 124.numero 3.volumi.5.per dicta l.ſi irruptione.§.fin. & l.3.iunctis ibi not.per Gloſ.C.eo.

SVMMARIVM

1 *Agrimenſor vel calculator tenetur ex doloſa relatione,& non de culpa, vel negligentia.*
2 *Arbitratores de dolo tantùm,& non de culpa vel negligentia tenentur.*
3 *Exercentes aliquam artem tenentur non ſolùm de culpa lata, ſed etiam leui & leuiſſima.*
4 *Actio non competit contra menſorem,niſi in ſubſidium aduerſario non valẽte ſoluere.*
5 *Doloſè dicitur aliquid fieri,quando malo animo fit:& per errorem quando bona fide.*
6 *Officiales non ſyndicatur de eo quod fit per errorem,ſed per malitiam.*
7 *Actio datur hæredi, & non contra hæredem agrimenſoris.*
8 *Actio datur contra aduerſarium,ſi extat ſoluendo,& non contra agrimẽſorem.*
9 *Peritus ſi ſeruit gratis,tenetur de leuiſſima culpa.*
10 *Diſcuſſores ſi malè æſtimant ſtatim tenentur.*
11 *Doctor ſi fraudem adhibet in conſulendo, tenetur de dolo.*
12 *Iuriſconſultus debet eſſe in conſilio cautus,in patrocinio fidelis, & in iudicio iuſtus.*
13 *Officium iudicandi exigit hominem bonum,iuſtum,ſobrium, caſtum, modeſtum,& artificem egregium.*

CAPVT XXXIII.

1 Neque † erit incongruum declarare,ſi tibi competat actio ex agrimenſoris, vel calculatoris doloſa relatione,pro quibus vide Gloſ.in cap.quia indicante.in verſic.agrimenſoris.de præſcript.quę vult,agrimenſorem de dolo tantùm teneri,& non de culpa,vel negligentia.& Abb.ibi num.10. not.teneri etiam de lata culpa.Et idem eſſe de aliis,qui adhibẽtur ad aliquam diſcordiam ſedendam inter partes, vel vt relationem & calculum faciãt, † vt ſunt arbitratores & ſimiles,per 2 tex. & Barto.in l.fin.ff.ſi men.fal mo.dixe.& in l.fin.ff.de vari.& extraordin.cogni.& per Specu.in titu de paroch.numero quinto,vbi deſcribit etiam de libello cõtra eos formando: † ac ſubdit illos,qui aliquam artem exercent,vt periti,& magiſtri,obligatos eſſe,non ſolum de culpa lata, ſed etiam de leui & leuiſſima,ſecundùm culpæ & imperitię qualitatem:& ratio eſt, quia fuit in culpa ſe immiſcendo rei, quę ad ipſum non pertinebat: vt dicitur etiam de iudice qui per imperitiam iudicat,vt Inſtit. de obliga.quę ex quaſi delic.naſ.in princip.in verſicu.litem. Et Fel.in dicto capitu.quia indicante. numero ſecundo, & tertio, 4 vult † mihi non competere actionem contra menſorem, niſi in ſubſidium aduerſario non valente ſoluere: vel niſi agrimenſor & calculator doloſam fecerit relationem, quia tunc recta via ipſe tenetur,leg.ſi duobus.§.j.& §.ſequen.& ibi Gloſ.ſi men. 5 fal.mo.dixe. † Et doloſè dicitur fieri, quando malo animo aliquid fit:& quando bona ſide,dicitur per errorem, vt traditur a 6 Paul.Caſtr.in l.quamuis.ff.de condi.& demonſtr. † Vnde ſcias quòd officialis non ſyndicatur de eo,quod fit per errorem, ſed 7 per malitiam:& Fel.in dicto cap.quia indicante, † ſubdit hanc actionẽ hæredi,& nõ cõtra agrimenſoris hæredẽ dari debere.

Source: BIU Cujas

8 Et Ias. in §. quædam actiones. num. 81 post Ang ibi. nu. 14. † distinguit, aut aduersarius meus extitit soluendo, & tunc contra eum actio dirigitur: aut non extat, & tunc contra agrimensorem vel calculatorem per tex. in dicta l. si duobus. §. primo. &
9 seq. & ibi Glos. & Barto. † Aut secundùm Barto in l. quod Nerua. num. 3. ff. depo. peritus seruit gratis, vt homines facilius ad eum labantur, & tunc teneatur de leuissima culpa: aut pecunia
10 accepta, & tunc secus: quia homines magis cogitant. † In discussoribus enim non fit ista distinctio, quia illi statim tenentur, si malè æstimant. l. j. C. de discusso. libro 10. Et vt voluit Ar-
11 chid. in c. licet. 11. quæst. 3. † si doctor fraudem adhibuit in con-
12 sulendo tenetur de dolo: † quia iurisconsultus debet esse in cõsilio cautus, in patrocinio fidelis, & ĩ iudicio iustus. Et vt inquit Aggenius Vrbicus in Codice Theodosiano in Iulium Frontinum in fin. in pagina 177. † officium iudicandi exigit totũ hominum bonum, iustum, sobrium, castum, modestum, & artificem egregium.

SVMMARIVM.

1 *Actiones & remedia quatuor competunt in iudicio finium regundorum.*
2 *Nobiles mitius puniuntur quàm ignobiles, & de priuilegijs competentibus nobilibus.*
3 *Remedium. l. secunda. ff. de ter. mo. non datur contra mouentes terminos non animo furandi.*
4 *Distinctio contra mouentes terminos.*
5 *Delicti differentia inter splendidas personas, & ignobiles, vel humiles.*
6 *Pœna criminalis erit pro terminorum amotione.*
7 *Causæ sunt sex, ex quibus aliquis moueri potest ad mouendum terminos.*
8 *Pœna alia. quæ imponitur mouentibus terminos.*
9 *Finalium quæstionum iudicio pendente si quis voluerit alienum vsurpare, tantundem de suo dare tenetur vltra rem vsurpatam: & si non habet tãtundem, tenetur ad interesse.*
10 *Arbores terminales incidens ad quid teneatur.*
11 *Tentans corrumpere terminos non punitur.*
12 *Pœnam committit, qui incipit ferire arbores.*
13 *Pœna quando possit augeri vel minui à iudice, remissiuè.*
14 *Terminos plures amouens vnico contextu, puniri debet tãtùm vnica pœna.*

CAPVT XXXIIII.

Sequitur videre de aliis remediis & actionibus, quæ iudicio finium regundorũ competunt, vt scias
1 libellum conficere. † Et sunt quatuor, prout voluit Fab. in §. q̃dam actiones. in fin. & ibi Ang. & Ias. num. 73. Institu. de actio. videlicet, finium regundorum actio, de cuius qualitate infrà in cap. 38. videbimus: & condictio. l. si constiterit. C. fini. regun. vbi habetur, q̃ ille, qui post litem cõtestatam aliquid de alieno occupat, illud idem & tantundem reddere tenetur, & accusatio criminalis & pœnalis, de qua dicitur in l. j. & 2. ff. de termi. mot. vbi contra terminos mouentes pecunia pœna imponitur, siue coercio personalis habita personæ consideratione: quia nobi-
2 les in pecuniariam, cæteri in personam cõdemnantur. † Et sic nobiles mitiùs puniuntur quàm ignobiles, vt est Glo. in c. non cogantur. 41. dist. & Andre. de Iser. in vsibus feud. de pace iura. fir. cap j. num 11. dicit, maiores plus puniũtur in pecunia, & minores plus in corpore: & idem dixit Aluarot. in §. si quis verò. num. 1. eodem titu. Et de aliis priuilegiis competentibus nobilibus, & in quibus differant a plebeis, remissiuè describitur p Bertran. in consi. 313. num. 5. volum. 3. Vltimò dat legis agrariæ pœna, quæ in quingentis aureis consistit, l. j. in fin. eodem tit. Et ibi alia lege agraria cauetur, si seruus insciente domino dolo malo fines euulserit, capitali pœna puniri nisi dominus quinquaginta aureorum pœnam soluere voluerit: & si fuerit liber, secundùm pœnæ conditionem, & facti qualitatem plectetur. Et sic nota, q̃ magis puniuntur serui, quàm liberi, vt etiam not. Glos.
3 in §. item lex Cornelia. Institu. de publi. iudi. † Et contra mouẽtes terminos non animo furandi, datur remedium d. l. 2. in fin. ff. de termin. mo. & extra ordinem puniri poterunt l. j. C. de accusa. & ibi per Saly. & contra eos poterit etiam experiri ciuiliter ad interesse. l. sed & si loci, §. si dicatur. ff. fini. regundo. Si eñ furandi [illegible] quis amouerit, contra eum furti agitur, d. l. j. & ibi Glos. [illegible] u. terminos. & per Floria. in dicto §. si dicatur.
4 † Abb. ver[illegible] x literis, num. 13. de proba. post pluriũ Doctorum relat[illegible] ta distinguendum esse, aut quis occupando terminos co[illegible] x si erit persona splendida, ad tempus relegatur hab[illegible] ctu an sit iuuenis, vel senex: quia iuuenis ad [illegible], si verò antiquus minori tempore, secundùm [illegible] ur in d. l. 2. in princ. ff. de ter. mo. Si verò erit perso[illegible] milis castigabitur, & ad opus biennio datur, vt in d. l. 2. in fin. aut obscurandorum finalium quæstionum causa, & plectẽdus erit pœna secundùm personę conditionem & facti qualitatem, vt in d. l. 2. in fin. Aut nec occupandi, vel obscurandi causa, & tunc subdistinguitur, vt in d. l. fin. Et si per ignorantiam vel fort uitò, vt quia non credebat confinia corrumpere, & verberibus cęditur, vt in d. l. 2. in fin. quæ tamen de humilibus personis sunt intelligenda: quia in splendidis erit pœna iudicis arbitraria, & tunc puniuntur minus, quàm quando scienter fecerint, vt patet ex d. l. secunda. in fin. & per istas declarationes secundùm eum habetur intellectus omniũ legum illius tituli de ter. mo. Et istam distinctionem sequitur ibi Barb. in num. 38. in om-
5 nibus, præterquam in eo, † dum Abb. dicit per Cynum, nõ fieri distinctionem inter splendidas personas & humiles, ac etiam vult malè dicere, dum tenet, q̃ d. l. 2. solùm prouideat in splendidis personis, & nihil de humilibus dicat, & sic q̃ Iurisconsultus fuisset diminutus & contra iuris regulas feciisset, cùm a nobilioribus verbera sint aliena, cap. qui contra pacem, 24. quæst. j. & nobiles etiam verberibus punirentur, si animo offuscãdi terminos corrupissent, & sic Barba. defendendo Cy. dicit, d. l. 2. per eum adductam loqui de humilibus & splendidioribus, & eius
6 dictum intelligi debere secundùm legem quam allegat. † Et q̃ terminorum amotione secundùm Pari. de Puteo in c. j. nume. 13 & in c. an si vicinus. de fini. feud. erit pœna criminalis, de qua in l. j. ff. de term. mo. & extra ordinem punitur, de qua. in l. j. C. de accusa. & ibi per Cyn. vbi etiam Bald. dicit, q̃ aliquando punitur ciuiliter pro pœna parti applicanda, d. l. agraria. & aliquando pœna criminali fisco applicanda, vt ibi per eum, & Bonifa. Vitali. in tract. malęfi. in ter. mot. vbi de omnibus quasi prædi-
7 ctis facit mentionem. † Et sex sunt causæ, ex quibus aliquis induci potest admouendos terminos, secũdùm Io. Barberi. in suo viatorio iuris, in cap. de ter. mot. videlicet animo furandi lapidem insignem, & non obscurandi limitem, & tunc pœna furti tenetur. Aut pro obscurando fines agri sui versus agrum vicini, & tunc punitur habita distinctione secundùm qualitatem personæ. Aut quando vicini duo litigant, & vnus causa obscurandi limites alterius euellit terminos, & punitur secũdùm qualitatem & conditionem personæ, & factorum violentiam. Aut animo nocendi vicino, & sibi non proficiendi; quia amouet fines communes, & tunc distinguitur pœna secundùm diuersitatem personarum ex lege agraria. Aut casu fortuito, credens furari lapidem simplicem & non terminum, & tũc verberibus cędi iubetur. Aut euulso terminorum fit de alicuius mandato, & mandatarij ob turpe exequentes mandatum, per biennium ad opus publicum dãnant, vel loco illis relegantur, seu bãniũtur per tantundem tempus, de quibus latiùs ibi per eum: vbi ẽt dixit de iure Canonico fieri distinctionem inter committentes & consilium dantes: quia consilium dantes duobus mensibus excommunicantur, vt in capitu. tanta. 86. distin. & principalis carcerari debet ad tempus pro peragenda pœnitentia, argumen. Glos. in dicto capitu. tanta. in versic. excommunicatos.
8 † Sciendum est etiam secundùm Iulium Frontinum in Codice Theodosiano in titu. fini. regundo. in pagina 171. in fin. q̃ illi qui terminos effodiunt, vel exarant arbores terminales, aut subuertunt, si quidem serui & sua sponte faciant in metallum damnantur, humiliores in opus publicum honestiores in insulam, amissa bonorum tertia parte relegabuntur, vt ibi secun-
9 dùm eum, ĩ pagina 171. Et 21. † habetur, q̃ siquis finalem quæstionem retulerit, & priusquàm aliquid sententia terminetur, rem sibi alienam vsurpare voluerit, non solùm id quod malè petebat, sed vnusquisque magis contentus suo, rem non expectet alienam: is qui irreptor agrorum fuerit in lite superatus tãtum agri modum quantum diripere tentauit amittat. & id voluit Bonifac. Vitali. in dicto capitu. de ter. mot. numero 6. subdens quòd si ille qui voluit occupare, tantundem non habeat de suo, quòd teneatur ad interesse, argumen. leg. qui restituere. ff de rei vendicat. & leg. in executione. ff. de verborum. obligat.
10 Et in num. 9. dixit † quòd incidens arbores terminales, tenetur ad idem per §. penul. in fin. Institu. de offi. iudi. & tenetur etiam pœna arborum furtim cæsarum. vt l. j. & l. facienda. ff arbo. furt.
11 cæsa. † Si quis tamen terminos furtim corrum tentauit, puniri non poterit, per ea quæ habentur in dicta l. si constiterit, & ibi per Bald. C. fi. regun. quia requiritur occupatio, & continuatio delicti, omissis opinionibus, quæ sunt in Glos. quia in hoc iudicio ciuiliter agitur; per Glos. quæ est ibi in versicu. ideſt temerariè. & ad idem, quod habetur in l. vulgaris. §. qui furti, & ibi Bar. & Doct. ff. de furt. & Barto. & Doctor. in l. si quis ad se, colum. fi. ff. ad l. Iul. de vi. & ista ratio Bald. quòd non detur ista actio contra tentantes confirmatur; quia lex requirit delicti consumatio
12 nem, vt habetur in dicta l. j. & 2. ff. de ter. mo. † Aduerte tamen quòd Bonifa. Vitali. in dict. titu. de ter. mo. in tracta. malefi. voluit, q̃ si quis incipit ferire arbores causa cædendi, licet ex toto non incidat, tamen videtur cadere in pœnam. † Et si vis scire,
13 quando iudex possit augere pœnam, vel minuere, vide Dec. in capitu. at si clerici. §. de adulteriis, numero quarto. de iudi. † Et
14 prædictis adde, quòd si quis vnico contextu euulserit plures terminos existentes in vno angulo demonstrãtes confinia ab vna parte, debet puniri vna tantùm pœna secundùm q̃ voluit Ang. in l. inficiendo. §. infans. num. 2. ff. de furt.

SVMMARIVM.

1 *Pœna vna non tollit aliam in iudicio finalium quæstionum.*

2 Crimi-

Source : BIU Cujas

2 *Criminalis actio non tollitur per ciuilem intentatam contra superexactorem.*
3 *Iudex non poterit criminaliter cognoscere, nisi ad partis instantiam, & donec vna agitur, alia cessat.*
4 *Criminalis actio quando principaliter intentatur, tunc petatur incidenter fieri finium reformationem.*
5 *Ciuilis actio quando principaliter intentatur, tunc non poterit intentari accessoriè criminalis, propter requisitæ probationis disparitatem.*
6 *Iudex de crimine cognoscens poterit etiam de finib. ciuiliter cognoscere.*

CAPVT XXXV.

Et cùm in præcedentibus capitibus declaratũ fuerit de pluribus & diuersis pęnis, in quibus puniri debẽt mouentes
1 terminos, † ideò videamus, an vna pęna tollat aliam, & Glo. in l. sed & si loci. §. si dicatur, in ver. de crimine, ff. fini regundo. tenet quòd non. & idem voluit Fab. in §. quædam actiones, in fin. Instit. de actio. per l. sanctio legum. ff. de pęn. & l. 3. C. de sepulch. viola. & ad idem quod not. Glo. in §. fin. in ver. furatus esset. Instit. de offi. iudi. vbi habetur, quòd intentata ciuili actione, non tollitur criminalis. Et similiter dicit Glos. in l. vnica. C. de superexacta. lib. 10. † quòd intentata ciuili actione contra superexa-
2 ctorem, non tollitur criminalis. † Iudex tamen non poterit ni-
3 si ad accusationem criminaliter cognoscere: & donec vna agitur, alia cessat: vt no. Glo. in d. §. si dicatur, in vers. de crimine. &
4 ibi not. Floria. practicam esse, † quòd quando criminalis principaliter intentatur, & tunc incidenter petatur, iudicis officio fieri reformationem, & iuri consonum erit, per l. qui crimen. C. q
5 accusa. non poss. Subdit † etiam ista non procedere è contra, vt si quis vellet ciuilem principaliter intentare, & accessoriè criminalem, propter requisitæ probationis disparitatem quæ clarior in criminalibus requiritur l. sciant cuncti. C. de proba. & l.
6 2. §. 1. ff. vi bono. rap. & ita intelligitur tex. in d. §. si dicatur. † Et iudex qui de crimine cognoscit, poterit etiã de finibus cognoscere, per d. §. si dicatur. & ibi Gl. in ver. de crimine, & per ea quę habentur per Iulium Frontinum in Codice Theodosiano de sepulchris, in fi. pag. 171. vbi dicit si termini deiecti, vel exarati fuerint, iudex qui de crimine cognoscit, de finibus etiam cognoscere poterit. Et quando Iudex causæ criminalis possit cognoscere de causa ciuili, vide latè per Fel. in c. cùm oportear. col. fi. de accu. & Alex. in apost. ad Bart. in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniaria pęna legis agrariæ accusatori applicatur.*
2 *Lex si imponendo pęnam inducit actionem, tunc pęna parti applicatur: & si inducit accusationem, applicatur fisco.*
3 *Lex simpliciter loquens in pęnalibus, inducit accusationem, & pęna applicatur fisco.*
4 *Actio finium regundorum est popularis: quia pęna fisco applicatur.*

CAPVT XXXVI.

1 Et erit modò † videndum cui veniat applicanda pęna agraria, & secundùm Abb. in c. ex literis. in fi. de proba. accusatori applicabitur, per tex. in l. fin. de ter. mo. Et dicit Bar. ibi vel-
2 le, quòd sit speciale in illo casu: † quia aliàs vbi lex introducit accusationem, pœna applicatur fisco, sed vbi inducit actionẽ,
3 parti applicatur. † Et vbi lex simpliciter loquitur, in dubio videtur inducere accusationem, & sic fisco applicabitur, nisi in casibus prędictis aliud à iure specificè disponatur: Tamen iudicio meo (salua reuerentia tanti viri) ille tex. in l. fi. videtur dicere, ꝙ fisco & non parti illa pęna debeat applicari, dum dicit, nam in terminos singulos quos eiecerint, locove mouerint, quinquaginta aureos in publico dare iubetur: ecce ergo ꝙ non dicit accusatori, & similiter Bart. intelligit, ꝙ pęna debet fisco applicari, dum distinguendo dicit, ꝙ quando lex imponendo pęnam inducit actionem, & tunc pœna parti applicatur, per l. si cui. ff. de ver. signi. & l. 3. in prin. ff. de sepul. viola. & l. si id quod. ff. de iur. omni. iudi. & deinde subdit. Fallit quando aliter exprimeretur in lege, prout hic: & sic videtur innuere, quòd in d. l. fi. sit expressum pœnam debere fisco applicari, licèt in eo casu lex introducat actionem, & prædicta opi. contra Abb. confir-
4 mat̃, quia vt vult Bar. in l. 1. nu. 9. ff. de publ. iud. † ista actio finium regundorum est popularis: & vbi actio est popularis, pœna fisco applicatur, per Bar. post Glo. in rub. de popula. actio. & per Abb. in c. cum te. de accu sa. & vt habetur per Pari. de Puteo in c. an si vicinus. nu. 6. de fini. feu. pro terminorum amotione, aliquando amouens ciuiliter punitur, & pęna parti applicabitur, & aliquando criminaliter, & applicabitur fisco, & idem voluit Feli. in rub. de iudi. quæ tamen vltimò dicta sunt intelligenda, vt declarat Abb. ibi in rub. nu. 35.

SVMMARIVM.

1 *Contra occupantem uiam publicam in finibus existentem non agitur finium regundorum, sed iudicis officium proponitur.*
2 *Officium iudicis datur contra occupantem flumen publicum in confinibus existens.*
3 *Contra occupantem riuum priuatum in finibus existentem agitur finium regundorum.*
4 *Flumen à riuo magnitudine cognoscitur.*

CAPVT XXXVII.

Et quoniam suprà declaratum fuit de fluminib. ac vijs publicis, & alijs rebus existẽtibus
1 inter duas iurisdictiones, † ideò erit cõgruum discutere de vijs publicis, & fluminibus existentibus inter priuatas personas occupatis, si finium regundorum agi poterit: & secũdum Pari, de Put. in c. an si via. de finib. feu. dicitur, quòd non, per l. sed & si lo
2 ci, in fin. ff. fini. regun. † Sed contra occupantem erit iudicis officium præponendum vtile, vt ibi per Glos. & Bald. & idem poterit determinari de flumine publico inter me & te existẽte: quia
3 via publica, & flumen diuidunt territoria, & sunt confinia. † Sin autem interuenit riuus priuatus, ageretur contra dominum riui finium regundorum: quia talis riuus non est confinis, per. l.
4 sed & si riuus. ff. eo. † Et flumẽ à riuo magnitudine discernitur, aut existimatione circumcolentium. l. 1. §. 1. ff. de flumin. & per Cępol. in tracta. de serui. rusti. præ. in tit. de flumin. cap. 31. nu. 3.

SVMMARIVM.

1 *Actio est ius prosequendi in iudicio quod sibi debetur.*
2 *Actionis nomen erit exprimendum in libello, quando ex facti narratione plures oriuntur actiones.*
3 *Actio finium regundorum an sit natiua vel datiua.*
4 *Actiones in hæredes transferuntur.*
5 *Actio finium regundorum quare sic appellatur.*
6 *Actio finium regundorum vnde nascatur, variæ opiniones sunt.*
7 *Finium turbatio quando est maleficium, & quando non est.*
8 *Actio finium regundorum dicitur natiua, quando oritur ex præsenti materia.*
9 *Præscriptio in iurgijs finalibus incipit currere à die damni dati, vel turbationis.*
10 *Præscriptio non currit, antequàm nata sit actio.*
11 *Actio finium regundorum nascitur ex varijs figuris causarum.*
12 *Actio finium regundorum dicitur natiua & mixta.*
13 *Actio finium regundorum quare dicatur mixta.*
14 *Obligatio quælibet oritur ex contractu, vel quasi, aut ex varijs figuris causarum.*
15 *Actio natiua quando dicatur.*
16 *Actio natiua & datiua quæ dicatur.*
17 *Actio finium regundorum poterit dici natiua, & datiua, & mixta: & aliquando nascitur ex varijs figuris causarum.*
18 *Actio finium regundorum dicitur popularis.*
19 *Actio dicitur popularis, quoties pęna fisco applicatur.*

CAPVT XXXVIII.

Et cùm in superioribus capitibus de aliquarum finalium controuersiarũ præludijs dixerimus,
nũc erit decens antequàm telam iudiciorum ingrediamur, de
1 earum actionibus nonnulla declarare. † In primisque notandum erit, quòd actio nil aliud est, quàm ius prosequendi in iudi
2 cio, quod sibi debetur, vt instit. de actioni. in prin. † Et actionis nomen in libello exprimendum erit. l. omnes. §. fi. ibi, præposita actione. C. de episco. & cleri. & in l. fi. ibi, actionem exprimere. ff. de interdict. & maxime quando ex facti narratione plures oriũtur actiones, vt latè per Spe. in tit. de actio. seu peti. in §. verum. & per Deci. post alios in l. edita. C. de eden. num. 1. & aliquid infrà dicam in cap. 42. † Erit igitur tractandum de cuius qualita-
3 te & natura sit actio finium regundorum: & quare ita appellatur. Et vnde nascatur: Et erit vtile scire propter duo, quia si esset datiua, non posset dicere aduersarium sibi obligatum; & si esset natiua, posset, secùndum Floria. in l. j. ff. fini. regun. Vnde Pau. Cast. in l. licet. §. ea obligatio, in fi. ff. de procur. dicit in actione natiua, actionem personalem esse non posse sine obligatione præcedente. Et secus esse in actione datiua: ut in actione subsidiaria, quæ datur à lege. Et alia erit causa: quia si non esset natiua ad hæredes non transiret, ut not. Glo. fin. in l. cum precario. ff. de preca. quam tamen reprobat Deci. in l. cum mota. numero
4 7. C. de transa. dicens, istud dictum Glo. iure non probari. † Et in contrarium esse regulam, quæ uult, regulariter actiones in hęredes transferri, l. j. C. de hære. actio. † Et finium regundorum sic
5 nominatur, quia per eam fines reguntur, ut per Alcia. in l. quin
6 que pedum præscriptione, in pag. 8. C. fin. regun. † Et quia uarię sunt opiniones, unde hæc actio finium regundorum nascatur, ideò omnes referam: Et una fuit opi. Glo. in d. l. j. & in l. fi. C. eod. tit. ut non nascatur ex contractu, sed datiua sit propter turbationem. Alia fuit opi. Fulgo, in d. l. j. quòd omnis actio sit natiua & non datiua. Et alia fuit opi. Bald. in d. l. fin. ubi facit unam pulchram distinctionem, & aliam ibi consimilem facit Saly. & per

eos

Source : BIU Cujas

7 eos non diſtinguitur. † Aut aliquis turbat; quia eius auctorem reperiit in poſſeſſione exiſtere, argumẽ.l.cùm Celſus.ff.de vſucap.& tunc turbatio non erit maleficium:& inde dicitur,quando aliquis eſt in leui,& leuiſſima culpa:quia non erit maleficiũ, vt not.per Cyn in l.ſi quis non dicam rapere.C. de Epiſcop. & cleric.Aut aliquis ſcienter turbat,& eſt in culpa lata; & tũc erit maleficium,quod apparet : quia criminaliter punitur quis pro vi turbatiua.l.ſeruus.ff.de actio.& obliga. † Et præfati Doctores dicunt iſtam actionem eſſe natiuam: quia oritur ex præexiſtenti materia,vt in l.iuriſgentium.in princip.ff.de pact. & ideò Gloſ.in §.hæres quoque.in verſ.intelligatur.Inſtitu. de obligat. quæ ex quaſi contract.naſ.not.actionem finium regundorum, 9 ex quaſi contractu oriri,& ſic diſtinguitur. † Aut finium regũdorum actione igitur propter furtum & damna data:vt in *l.3.§.* poſt litem.ff.eod.& tunc eſt natiua, & 30.annorum curriculũ incipit a die damni dati,& fructuum perceptorum. Aut agitur, vt termini de nouo imponãtur,vt exemplum in l.j.C.eo. vel vt iam impoſiti reparentur:quia fluminis inundatione obſcurati erant,ſiue alio modo:& tunc talis actio datiua videtur. Aut facto aduerſarij dolosè turbati erant,vel erat in culpa,& tunc iſta fit ex maleficio,& currunt 30.anni a die turbationis : ſi verò ſine dolo vel culpa,& propter iuſtæ ignorantiæ cauſam, tunc talis actio erit datiua,& ſimiliter 30.anni currere incipiunt a die 10 turbationis: † quia antequàm ſit nata actio non currit præſcriptio,vt not Gloſ.in l.ſi rem alienam.§.omnis pecunia. in verſi. 11 actio.ff.de pigno.actio. † Et ſic concludunt, actionem finiũ regundorum ex variis figuris cauſarum naſci : quia aliquando ex maleficio,& aliquando ex quaſi contractu,& quandoq; eſt datiua.Et idem videtur tenere Fab.in §.quædam actiones.num.31. Inſti.de actio.vbi vult,iſtam actionem ex variis figuris cauſarũ naſci; & hoc eſt ſecundùm diuerſa facta:& diuerſas habet origines.Interdum ex delicto naſcitur,quando fines turbari cœperunt,vel ſunt turbati,aut euulſit.Interdum ex contractu,quando emptor contra venditorem agit,vt confinetur petium terrę emptum cum alio petio terræ ipſius venditoris. Interdum ex quaſi contractu,quando peto petium terrę mihi legatum,cum 12 hærede cõfinari. † Et alia fuit opinio Floria.in d.l.j.vbi vult,veriorem opinionem ſibi videri,actionem iſtam natiuam eſſe,& mixtam ex iure reali & perſonali : quia habet effectum mixtũ: & licet inter iſtas nil ſit geſtum,tamen poteſt dici quaſi geſtum propter confinium turbationem,vel occupationem:& ſecundùm Papienſ.in ſua practi.de for.interro. fien. reo conuen. in verſ.ad declarationem.num.1.iſta actio eſt mixta per d.§.quædam actiones, & dicit attendendum eſſe modum & qualitatem agendi:quia in iſtis actionibus diuerſimodè agi poteſt & de eis proceditur,& iudicatur,quandoque tanquàm de perſonalibus,& quandoque tanquam de realibus, vt in d.§.quædam 13 actiones. † Fab.& Ang.ibi num.2.dicunt iſtam actionem appellari mixtam:quia quando partim eſt pœnalis,& partim perſecutoria,vel quando non diſcernitur quis ſit actor & quis ſit reus, vel quando eſt realis in parte,& in parte pœnalis, vel ſecũdùm Iaſ.in §.omnium.num.5.Inſtitu.de actio.dicitur mixta,quia per actiones reales ad id quod noſtrum eſt agimus,vel ad id in quo ius habemus,& per actiones perſonales agimus ad id quod nõ eſt noſtrum,ſed eſt nobis debitum, & per actiones mixtas agimus ad vtrunque:& per hoc debent nominari mixtæ.& Iaſ.in §.actionum,num.77.eodem titu.remittendo ſe ad dictam Bal. diſtinctionem in d.l.fin.dicit Fab errare,dum vult iſtam actionem finium regundorum non oriri ex contractu, ſed ex variis figuris cauſarũ:quia illa verba,ex variis figuris,nil aliud important,niſi ex quaſi contractu,vel ex quaſi maleficio: prout idem voluit in dicto §.omnium.num.37.ſubdens,Doctores ita communiter tenere,& ea ratione:quia cùm Iureconſultus in d.l.j.ff. de actio.& obligat dixerit,ꝙ obligationes naſcuntur aut ex cõtractu,aut ex maleficio,aut ex variis figuris cauſarum,& Iuriſconſultus in d.l.j.vſque ad l.ex maleficiis.in princip. tractauerit de obligationibus,quæ ſunt ex maleficio ,& ex contractu, poſteà a §.ſi quis abſentis.in d.l.ex maleficiis, vſque ad fin. legis incipit tractare de obligationibus,quę fiunt ex quaſi contractu,& de obligationibus,quæ fiunt ex quaſi maleficio: & ſic ibi proſequitur tertium membrum, ſcilicet ex variis figuris cauſarum. ergo de mente Iuriſconſulti eſt ꝙ obligationes, q̃ fiunt ex quaſi contractu,& ex quaſi maleficio dicantur oriri ex variis figuris cauſarum,cùm ſequentia declarent præcedentia. l. ſi ſeruus plurium.§.fin.ff.de leg.j.& ſubdit Iaſ.ꝙ iſta fuit originalis opin. Dy.quam omnes alij ibi deſcribunt & ſequuntur,& ꝙ Barto.in d.l.j.in princip.ff.de actio.& oblig.per hanc rationem tenet iſtã 14 opinio. † Deci.autem in d.l.cum mota.num.7.dicit, ꝙ quęlibet obligatro oritur ex contractu,vel quaſi,vel ex variis figuris cauſarum,per d.l.j.in princip.& per §.ſequen. Inſtitu. de obligat.& ita videtur ſecundùm eum,quòd actio dari non poſſit, niſi habeat pręcedentem materiam,& dicit ad hoc benefacere Barto. l.ſi me & Titium.num.4.ff.ſi certum petatur. vbi concludit, ꝙ illa actio,quæ datur ibi ex æquitate,dicatur datiua: quia licet nõ præceſſerit cõtractus vel quaſi:tamen præceſſit factum, ex quo 15 oritur obligatio,& ex obligatione actio.† Et quòd iſta obligatio oritur ex varijs figuris cauſarum, dicta l.prima, in princ. Et quando nulla eſſet materia,ex qua oriretur obligatio, tũc poſſet dici datiua.Et ſubdit Deci.quòd in iure non reperitur iſta diſtinctio actionis natiuæ & datiuæ,& communem opinionem hoc modo ſaluari;quia quælibet actio dicitur natiua largo modo,& nunquam datur actio ſine cauſa,& ſic uidetur ſecũdùm cum procedere opinio Fulgo.& aliorum tenentium, quòd nõ datur actio datiua,& tali caſu procedit quod nota.Bar. in dicta l.ſi me & Titium.Sed propriè & ſtrictè, prout magiſtraliter lo- 16 quuntur Doctor.† natiua actio dicitur illa quæ à lege ſecundũ regulas iuris communis datur.Videlicet quando factum præcedit,ex quo obligatio cauſatur,quæ actionem producit.d.l.licèt §.ea obligatio.ff.de procur.Sed datiua dicitur illa, quæ datur à lege ex æquitate,& ex aliqua iuſta cauſa propter iuris communis regulas.Et ideò dicitur datiua, quia in ea plurimum operatur legis diſpoſitio,quæ illam immediatè dare videtur: ſed in natiuis principaliter factum partis conſideratur. Et ex præmiſſis ſecundùm notata per Deci.in d.l.cum mota.nume.7. & Iaſ. 17 in d.§.omnium.nume.5.& 37.& in §.actionum.numer 77.† poterit colligi finium regundorum actionem non ſolùm largo modo poſſe dici natiuam, cum quælibet actio dicatur natiua, quia oritur ex præcedenti materia ſiue cauſa,ſed propriè & ſtrictè poſſet etiam dici natiua, quia aliquando in ea præcedit factum ex quo obligatio cauſatur, quæ producit actionem,& ſic tunc erit natiua, quando factum partis principaliter conſideratur,vt in contractu, & erit datiua quando dabitur à lege ex æquitate & aliqua iuſta cauſa propter iuris communis regulas, vel quando in ea plurimum operaretur legis diſpoſitio quæ illam immediatè dare videtur, vt habetur in l. ſi conſtiterit.C.fini. regun.Et poterit etiam dici mixta, quia quando partim eſt pœnalis,& partim perſecutoria, vel in parte erit realis, & in parte pœualis. vel quia in iſto iudicio nõ diſcernitur quis ſit actor & quis ſit reus. Vel etiam poterit dici, quòd iſta actio finium regundorum naſcitur ex varijs figuris cauſarum, quia oritur ex quaſi contractu & aliquando ex quaſi maleficio. Vel 18 ſecundum Bar.in l.1.num.9.ff.de publi. iudi. † iſta actio poterit appellari popularis,& ad partis profectum introducta. Et hac 19 ratione; † quia quoties pœna fiſco applicatur, actio dicitur popularis.vt no.Dec.in l.ſi quis id quod.nu.16.ff.de iur. omn. iud. prout ſit in iſta quando criminaliter agitur,vt habetur in Glo. §.ſi finium.in ver.furatus eſt.Inſti.de offi.iudi. & l. agraria. ff. de termi.moto.

SVMMARIVM.

1 *Actio finium regundorum datur pro confinibus maris.*
2 *Confines non dicuntur eſſe in mari,ſed pertinentiæ.*
3 *Delinquentes in mari poſſunt puniri per habentes iuriſdictionem in territorio ibi exiſtente uſque ad centum miliaria.*

CAPVT XXXIX.

Conſiderandum erit etiam ſecundùm Bald. in c.ex literis.nu.11.de prob.
1 † quòd pro maris confinibus finium regundorum actione agi poterit.Videlicet,quando eſt differentia de maris iuriſdictione inter habentes iuriſdictionis confines, non quidem vt aqua maris alicuius fiat,ſed vt dicitur ī Geneſi,Spiritus Domini *ferebatur* ſuper aquas, ita ſuper mare ſit poteſtas habentis *iuriſdictionem*,cap.vbi periculum.de electio.in 6.† Et licèt Corne.in conſi.273.nu.22.vol.1.dicat,confines non eſſe in *mari*,ſed pertinentias,quia aqua communiter vniformiter eſt,tamen Cępol. in tracta.ſeruit.ruſti.prædio.in tit.de mari.cap. 26.nu. 24. tenet in mari eſſe confines,per not.in d.c.vbi periculum. & per Bald. in l.ſi teſtamentum.C.de inſtitu. & ſubſtit. ſub condi. Et in nu.
3 12.† dicit,quòd ſicut quis poteſt punire delinquentem in ſuo territorio,ita & delinquentem in mari ſubiecto illi ciuitati vel prouinciæ,per l.Cæſar.ff.de publi.cum pluribus per eum ibi cõgeſtis,& ſic habentes iuriſdictionem in rerritorio cohærente mari,dicuntur etiam habere iuriſdictionem in mari, & inſulis exiſtentibus infra centum miliaria,& poſſunt capere & punire delinquentes ibi in mari,& in inſulis, ſicut in territorio, vt ibi per eum,& per Ant.Corſet.in ſing.incipit iuriſdi.

SVMMARIVM.

1 *Actio finium regundorum naſcitur,quando fines turbari cœpere.*
2 *Finium turbatio parit aduerſarium in iudicio finium,& antequam aduerſarium habeat,ſibi competit iſta actio cauſalis.*
3 *Actio finium regundorum naſcitur,quando petitur,vt noui fines imponãtur.*

CAPVT XL.

Et ne perperam finium regundorum actio intentetur, neceſſarium erit ſcire à quo tempore naſcatur. Et dicas ſecundum Glo.in l.fi.in ver.ſed & triginta.C.fi.regun. & in l.1.ff.

co.

Source : BIU Cujas

1 eo.† quando fines turbari cœpere,& tetigi ſuprà in c. 38. & idē videtur ſentire Paris de Put.in c.an ſi vicinus.nu. 2. de fin. feu.
2 ac refert Bal.ita tenere in l.fin.C.fami.ercis.† ſubdens, ꝙ turbatio parit aduerſarium in iſto finium iudicio, & antequam habeat aduerſarium, ſibi competit iſta actio caſualis, & non formalis, per Bal.in l.ſemper.C.de rei vendi.& Fran.Balb. in tract. præſcript.in 4.par.4.par.princ.verſic.14.quæro.nume.1. & 2. te-
3 net† iſtam actionem naſci à die turbationis, vel ſecundùm Fulgo.in d.l.1.iſta actio naſcitur, quando petitur, vt noui fines fiant, imponantur, quando non ſunt poſiti: & vtraque opinio videtur bona, quia quando termini non erant poſiti, non poterant turbari, & ſic in eo caſu actio naſci non poterat à die turbationis, ſed à die qua petitum fuit, vt imponantur.

SVMMARIVM.

1 *Actio finium regundorum intentari non poterit lite pendente ſuper appellatione ſententiæ latæ in poſſeſſorio.*
2 *Cumulatio actionem finium regundorum fieri non poteſt.*
3 *Actionem finium regundorum experiri uolens, tenetur probare dominium.*
4 *Dominium probatur per indicia, & famam, & præſumptiones.*

CAPVT XLI.

1 Et† ne te lateat, quòd finium regundorum actio intentari non poterit lite pendente ſuper appellatione ſententiæ latæ in poſſeſſorio, voluit D.Carol.Rui.præceptor meus in cōſ. 124.nu.6.vol.5. Et ratio eſt, qa abſolutoria lata ī primo iudicio poſſeſſorio pareret rei iudicatæ exceptionem in ſecundo iudicio, in quo ratione poſſeſſionis ageretur finium regundorum, & condemnatoria lata in ſecundo, pareret præiudicium primo, ideò illo poſſidente, non poterat ſecundum iudicium inchoari, nec debet dicto caſu admitti.l.fundum, & l.fundi. ff. de
2 except.& ibi per Bar.vbi tex.† ratione prædicta prohibet ſecundò agi actione communi diuidundo, & eadem ratione non debet fieri finium regundorum actionis cumulatio, quæ eſt ei ſimilis, l.in tribus.ff.de iudi.& maximè quando militat prædicta ratio, vt traditur per omnes Doctores, & maximè per Deci. in
3 l.edita.nu.6.C.de eden.† Et actione finium regundorum experiri volens, tenetur dominiū probare, videtur poſt longam diſtinctionem concludere Fab.in §.quædam actiones. nu. 32. Inſtit.de acti.quem ſequitur Ang.ibi nu.11.per l.3.C.fini.regun.&
4 habetur per Iaſ.ibi.nu.72.† & dominium probatur per indicia & præſumptionem, l.ad probationem. C. loca. & l. indicia. C. de rei vendi.per Feli.in c.cum cauſam.nu.5.de proba. Ac etiam dominium antiquiſſimum probatur per famam, vt habetur per Soci.in conſil.187.numer.5.vol.2. & dicam infrà in capitu. 54.incip.fama.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium incipit à citatione.*
2 *Libellus ante litis conteſtationem, & omnia alia eſt offerendus.*
3 *Libellus in iudicio finium regundorum dari debet.*
4 *Libellus prius datur iudici parte præſente, & per iudicem reo.*
5 *Sententia debet eſſe conformis libello.*
6 *Iudex eſſet fatuus, ſi præter, vel contra libelli formam pronunciaret.*
7 *Libellus quid debeat continere.*
8 *Actio illa cenſetur tētata, quæ ex materia deducta in libello colligi poterit.*
9 *Libelli concluſio declarat libellantis intentionem.*
10 *Libelli concluſio adaptari debet ad illam actionē, quæ videtur vtilior actori.*
11 *Actio ciuilis & criminalis, quando in eodem libello intentari poterint.*
12 *Iudex cauſarum criminalium, quando poterit procedere in ciuilibus, ſtatuto non obſtante.*
13 *Libellus debet eſſe clarus, quia futuræ litis ſpeciem demonſtrat.*
14 *Libellus ineptus in cauſis ſummarijs non vitiat.*
15 *Actionis nomen an ſit proponendum in libello.*

CAPVT XLII.

1 Cùm autem ſuperius non ſolum de aliquibus iurgium finalium præludijs, ſed etiam de iudiciorum præparatorijs pertractauimus, nunc nobis cura erit, ad iudicia præparare.† Et quia omne iudicium incipit à citatione.§.fin.Inſti. de pœn.teme.litig.& not.Gloſ.in ca.eccleſia Sanctæ Mariæ.in verſi.non-conuenerit.de conſtitu.& per Lanfran.de Oria.in c.
2 quoniam contra.in verſi.citationes.in prin.de proba.† & ante omnia poſt citationem & ante litis conteſtationem libellus offerri debet, cùm ſit cauſæ fundamentum, & vbi fundamentū non eſt, ſuperædificari nō poteſt, vt habetur in auth. offeratur. C.de lit.conteſta.& c.inducię accuſant.§.offeratur.3.q.3.vt no. Specu.in tit.de libel.concep.§ nunc videamus.ideò de hoc aliqua perſtringamus. Et in primis tractabimus† ſi libellus ii-
3 iudicio finium regundorum ſit offerendus. Et erit dicendum quòd ſic, per text.& Gloſ.in l.3.in uerſic. querimonia.& ibi per Doctores.C.fini.regun.& per Ange.in §.quędam actiones. numero 11.Inſtitu.de actio.& per Flori.in l.ſed & ſi loci.§.ſi dicatur.ff. fini. regund. & ſecundùm Specu. de libell. concept.§.reſtat uidere.numero 1.† Libellus prius iudici dare debet, capitu.
4 j.de libell.obl.& parte aduerſa prędente & intelligente, libellū reo iudex porrigere debet, auth litigioſa.C.de litig. & per dicta auth.offeratur, iuncta gloſſ.j.& ibi parti datur, ut poſſit deliberare, an uelit cedere liti, uel contendere, ut in l.j.ff.de eden. & ut uoluit Papienſ.in ſua pract.de for.libell.in actio.reali, in uerſic. ad euidētiam.numero 1.iudici libellus hac de cauſa datur: quia iudex diſcretus ante omnia libelli formam & propoſitę actio-
5 nis qualitatem conſiderare debet,† cùm ſententia iuxta libelli tenorem promulganda ſit, l.ut fundus.ff.com.diui. & c.licet Heli.de ſimo.& per Specu.in §.iam nunc dicendum.de libel. con-
6 cept.† Et ſi iudex contra, uel prędter libelli formam pronunciaret, fatuus eſſet, l.fin.C.de fideicommiſ. liber. Et ut ſcias quę in libello contineri debeant, declarātur per hęc duo carmina tradita a Specu.in §.quid libellus, in princip. eodem titu.† Quis,
7 quid, coram quo, quo iure petat, & æquo. Rectè compoſitus quiſque libellus habet.& ſic ex his collige, quòd nomen actoris in libello uenit deſcribendum vnà cum re petita, & nomen iudicis, actionisque, ac rei conuenti, ut ibi latius per eum. & per Rober.Maran.in ſuo Aureo Specu.aduocato.in 7.parte principa.incip.tertium membrum iudicij eſt. numero quinto. Et ſecundum Paul.Caſtr.in conſilio 113.numero ſecundo, uolumi.
8 2.† illa actio cenſetur propoſita, quę ex materia deducta in libello percipi poterit, argum.l.Gallus.§.j.& ibi per Bart. & Cyn.
9 in l.edita.C.de eden.† Vbi ſubdit, quòd ex libelli concluſione declaratur libellantis intentio, & qualiter narrationis uerba intellexerit, per l.Aurelius.§.Sticho.ff.de libe.leg. Et ut traditur a Paul.Caſtr.in conſilio 138.in cauſa quæritur. eodem uolumi.
10 † libelli concluſio ſemper adaptatur ad illam actionē, quę utilior & expeditior erit actori, per l.ſi quis intētione. cum ibi no.
11 ff.de iudi.† Neque erit omittendum, quod not.Bald.in dicto §. ſi dicatur.ubi vult, quòd in eodem libello ciuilis & criminalis actio intentari poterint, quando ex eadem lege oriuntur, ut eſt
12 in finalibus controuerſijs: ſecus tamen eſſet, ſi ex diuerſa.† Vnde ſi ex ſtatutorum forma prohibeatur iudicibus cauſarum criminalium procedere in ciuilibus, ſi tamē ciuilis actio oritur ex crimine, iudex criminalis poterit ſtatuto non obſtante in ciui-
13 li cauſa procedere:† Et libellus debet eſſe clarus: quia futurę litis ſpeciem demonſtrare debet: in eoq; actionis nomen inſcribendum erit, quando ex facti narratione plures oriuntur actio-
14 nes: ut not.Dec.poſt alios in dicta l. edita.num.1.† Si tamen libellus in cauſis ſummariis & executiuis, in quibus abſque libello procedi poteſt, fuerit datus ineptus, non uitiat, ut dicunt Gl. & Doctor.maximè Deci.in l.uinum, num.22.ff.ſi certum peta.
15 & Rober.Maran.in ſuo Specul.in diſpu.9.numero 22.† Sin autem actionis nomen ſit proponendum in libello, latiſſimè congerit Specu.in §.utrum actio.de actio.ſeu peti. & Iaſ. in §.omnium.numero 165.Inſtitu.de actio.ubi dicit communem eſſe opinionem, quòd actio non exprimatur, ſed taliter narrandū erit factum, quòd ex eo reſultet actio. Et multa facientia ad propoſitum de libello congerit Lanfran.de Oria.in dicto capitu. quoniam contra: in uerſicu.petitiones.de probatio.

SVMMARIVM

1 *Iudiciorum vis conſiſtit in libelli conceptione, & in eis concipiendis, imminet grande periculum.*
2 *Libellus ſecundùm varietatem & conſuetudinem regionum concipitur.*
3 *Libellandi varij modi ſecundùm Speculat.*
4 *Libellus quomodo concipiatur ab emphyteuta, creditore, & vſufructuario.*
5 *Libellandi modus ſecundùm Florian.*
6 *Libellandi modus traditus ab Ange.*
7 *Libellandi forma ſecundùm Fab.*
8 *Libellandi forma quando agitur de finibus parochiarum, di æceſum, & territoriorum.*
9 *Libellandi modus quando inter duos Epiſcopos litigatur de finibus.*
10 *Agens narrare debet ſe ſolum fuiſſe in poſſeſſione.*
11 *Libellus debet continere duos confines: & licet in eis erretur, valet: tamē eorum omiſſio vitiat.*
12 *Fines falſi non vitiant contractum, ſi de re conſtat.*
13 *Fines territorij non exprimuntur, quando delictum vniuerſaliter reſpicit territorium.*
14 *Qualitas loci vbi delictum fuit perpetratum, debet exprimi.*
15 *Actor non tenetur agri fines in libello exprimere, quando à poſſeſſore mutati fuere.*
16 *Incertus quis eſſe non debet de finibus ſuarum poſſeſſionum.*
17 *Agens pluribus actionibus ſimilibus, reo inſtante, tenetur facere vnum libellum, & vnam inſtantiam de omnibus.*
18 *Inſtantia cauſæ in quo caſu poſſit diuidi, & ſuper ea pronunciari.*
19 *Actor debet proponere in libello turbationem à 30. annis citrà factam, aliàs caderet.*

CAPVT

Hier. de Monte. De finibus regundis.

CAPVT XLIII.

1 Et quia † vt inquit Specu. in titu. de libell. concept. in princip. numero 6. circa libellorum conceptionem grande imminet periculum, ac quasi tota iudiciorum vis in eis ritè concipiendis consistit, pauciq; reperiantur in hoc plenè instructi, immo nullus est, qui plerunque in his vano abducatur errore, † & maximè secundùm regionum varietatem libellus concipiatur, vt per eum in §. iam nunc videndum. in princip. in eodem titu. & secundùm loci cõsuetudinem formari debet, aliàs ex iudicis officio reijcitur, vt nota. Deci. in l. edita. numero 26. C. de edend. & per Glos. in l. de quibus. in uersic. inueterata. ff. de legi. & per not. Ang. in l. j. ff. de offic. assesso.

3 † Et ideò vt ista euitentur, incipiam describere libelli conceptionem, quam tradidit Specu. in titu. de iudi. in §. sequitur videre. in princip. vbi vult sic fieri: videlicet, Coram & c. conqueror de P. qui me volente ponere fines inter meum prędium & suũ, quæ sunt confinia, me prohibuit: vnde ago contra eum, quòd commodis finibus disiinguatur, petens idem sententialiter interdici, ne me volentem fines distinguere, prohibeat: & ad hoc propono actionem fini. regundorum. uel sic libellus concipitur: Coram & c. conqueror de P. quòd prædij mei fines occupauit, quod prædio suo confine est, vnde ago contra eum, quòd alienos fines mihi restituat, & ad hoc & c. vel libellus hoc modo concipitur: Coram & c. conqueror de P. qui fines inter meum prædium & suum confinale positos, puta arborem vel lapidem, remouit, uel succidit: vnde ago, qnòd dictos fines loco suo, & statui debito, & solito debeat reponere: & ad hoc propono & c. Vel sic concipitur libellus, quando prædia non sunt finibus distincta, uel quando sunt fines, sed vix discernuntur, vt melius poni & videri possint: Coram & c. Propono contra P. quòd cum habeat prædium confine prædio meo, quæ prædia non sunt finibus distincta, vel fuerunt fines appositi, sed vix discernuntur: vnde ago contra eum, quòd fines apponuntur, uel positi in melius reformentur: & ad hoc propono & c.

4 † Vel libellus sic concipi potest ab vsufructuario, creditore, & emphyteuta. Coram & c. conqueror de P. quòd cùm habeat prædium confine tali prædio, cuius habeo vsumfructum, uel quòd est mihi obligatũ, vel quod habeo in emphyteusim, &c. post modum describantur quæ in alijs libellis superius sunt deducta.

5 † Floria. autem in l. prima. ff. fini. regundorum quem sequitur Fel. in capitu. quia indicante. numero 2. de præscript. alium libellãdi modũ describit. videlicet, ꝙ Titius ꝙqueratur de uicino, vel simpliciter de finiũ offuscatione, vnde petat vsq; ad tales terminos sibi adiudicari debere, & illos esse confines declarari.

6 † & sic habetur per Ang. in §. hæres. numero 7. institut. de obligat. quę ex quasi cont. In libello narrandum esse, te tenere, possidere fundum: vel ad te talem fundum spectare & pertinere iure dominij directi, vtilis, vel quasi: & quòd ad te pertinet vsque ad talem locum, & quòd Titius occupauit duos pedes de eo, qđ spectat ad te: quare petis vsque ad tales terminos & fines tibi adiudicari debere, & tales esse fines & terminos declarari, & super talibus finibus silentium perpetuum Titio imponi. Vel sic secundùm Ange. in §. quędam actiones. numero 14. Institu. de actio. libellus formabitur: Dico contra Titium, quòd cùm possiderem talem fundum rusticum, & Titius possederit vnum alium fundum, iuxta dictum fundum meum: & iuxta talem locum, siue confines dicti fundi mei & Titij, sunt adeò fines turbati, quòd benè cognosci non possunt: quare peto confinia dictorum locorum declarari & poni, ita quòd admodò cognosci, & discerni possint: Vel potest concludere, Quare peto, vsque ad tales fines & terminos mihi adiudicari, & tales debere esse terminos & confines declarari, & super talibus confinibus silentium dicto Titio imponi.

7 † Et vt refert Fab. in dicto §. quædam actiones, numero 41. secundùm materiarum diuersitatem fiunt diuersæ formæ libelli, & narrationes. Vnde si ago ad hoc, quòd termini & metæ ponantur, & sine turbatione, sic libellum concipiam: Dicit Io. contra M. quòd cum ipse habeat vicinos fundos in tali loco, idemque Io. optet fines prædictos distingui per terminos, ne confundantur in futurum: petijt dictus actor dictos fines imponi in locis debitis, ac declarari loca, & adiudicationes fieri, vbi fuerint fiendæ. Et si fuerit facta turbatio, faciet de ea mẽtionem: & si sustinuerit damna & expensas, faciat de eis mentionẽ, & iudicis officium imploret, vbi erit implorandum. Et si agat terminis auulsis reponendis, petat ꝙ reponentur, & restituãtur in loco, in quo erant, specificando locum, & petat dãna, si q̃ sustinuerit. Si verò termini indirecti fuere siti, poterit agi vt melius reponantur, vt in l. 2. §. fi. ff. fini. regun. † Quando verò agit̃ de finib. parochiarum, diœcesium, & territoriorũ, libells sic cõcipi poterit, secũdùm Spe. in tit. de paroch. n. 3. in ver. si verò agitur. Coram & c. Propono ego syndicus talis monasterij ꝫ P. ꝙ tale castrum, uel talis ecclesia cum omnib. suis iurib. territorijs & pertinentijs, ad dictum monasterium vel castrum pertinet pleno iure, cuius teritoria & pertinentiæ protenduntur vsque ad tales fines, & limirantur in eis vsque ad eos, & quòd Abbas & conuentus dicti monasterij pertinentias & territoria ipsa, & ab antiquo tempore possederunt, & nunc tenent & possident, sed prędictus P. homines dicti Castri vel ecclesiæ & Abbatẽ ac conuentum, & eorum nomine laboratores impedire & molestare super possessione & agricultura, & alijs ausu temerario p̃sumit, asserens sibi competere ius in territorio & pertinentijs supradictis, in animæ suæ periculum & dicti monasterij præiudicium & grauamen, quare peto procuratorio nomine pro dictis Abbate & conuentu dictum P. ab impedimento & molestatione huiusmodi compesci, & eidem monasterio vsque ad prædictos fines & terminos, per vestram sententiam adiudicari, & eos debere esse limites eorum sententialiter declarari, ac super prædictis territorijs & pertinentiis, & in eisdem dicto P. perpetuum silentium imponi. Fines autem sunt hi & c. Et adducit capitulo super eo. de parochi. & capitulo peruenit, in fin. 11. quæst. 1. & cap. licèt in regulis, 16. q. 3.

9 † Quando autem inter duos episcopos sit contentio, secundùm Spec. in titul. de paroch. numero 4. formabitur sic libellus Coram & c. Propono ego R. Rothomagensis Archiepiscopus contra Episcopum Lexontinsium, quòd licèt ecclesia Sancti Candidi Rhothomagensis super squamam, & parochia eius ecclesiæ, & ecclesia de villa, & tota parochia, seu parochiæ eiusdem villæ & ecclesiæ, seu prioratu Sancti Laurentij in Foresta de Lunda, & decima eiusdem Foresta, & ipsa Foresta: necnon & decima ecclesiæ de Beluagho, & villa, ac parochia loci eiusdem infrà fines suæ diœcesis sint sita, & in eius dispositione ac potestate de iure consistant: dictus tamen Episcopus decimas ipsius, & alia iura episcopalia in dictis locis de facto, cum de iure nequeat, vsurpet: quare peto in prædictis dispositionẽ, institutionem & destitutionem mihi & meis successoribus adiudicari, & eas lege diœceses esse subiectas substantialiter declarari: & dicto episcopo & eius successoribus perpetuum silẽtium imponi, cùm sibi nullum in præmissis ius competat, peto etiam nomine vel occasione iurium episcopalium in dictis locis fructus ab eo perceptos, quos ęstimo quingentas marchas argenti. Et secundum Spec. hæc forma colligitur in congregatione 9. extrauaganti, de præscripti. in capitulo venerabilis, & 6. quæst. 1. capitulo omnes, & de religio. domi. capitulo constitutus. & c. cum venerabilis.

10 † Et vt traditur à Pau. Castr. in consilio 113. in causa, numero 3. vol. 2. agens narrare debet in libello, se solùm fuisse in possessione.

11 Et erit etiam aduertendum, quòd confinium omissio vitiaret libellum secundùm quòd traditur per Io. Barto. scatam. in consilio 108. num. 9. quod reperitur positum inter consilia Bru. & per l. in rem. in princi. & §. fin. ff. de rei vendic. vnde in libello saltem duo fines sunt describendi: & valet iudicium, licèt in eis erretur, vt not. Glos. in l. forma. in ver. vicinos. ff. de cẽsi. & in l. si in rem. ff. de rei vendic. & not. Glos. in capitulo 2. de libel. obla. & per Papien. in sua pract. in for. libel. in actione reali. in versicu. cui cohæret. numero 1. & 5. & per Parid. de Put. in cap. an si erratum. num. 3. de fin. feu. † quia confines falsi contractũ non vitiant, si de re constat, l. cum seruo. §. fin. ff. de cont. emp. & l. si quis in fundi uocabulo, & ibi per Barto. num. 2. & Bal. n. 1. & Imo. & Alex. nume. 3. & Ias. nume. 3. ff. de leg. 1. Et erit quoque aduertendum, secundum Bar. in l. libellorum. versi. quæro, volo. nu. 9. ff. de accusa. & sequitur Deci. in l. si testamentum. nu. 3. C. de testa. † quòd si in libello territorij fines non exprimuntur, quando delictum vniuersaliter respicit territorium: quia vicus, siue villa, siue castrum habent proprios fines: nisi essent plura castra eiusdem nominis: quia tunc deberent confinari, vt per Ang. in d. l. si in rem. col 1. † Tamen rei qualitas designari debet, vt puta, an sit pratũ, vinea, aut terra oratoria. d. l. si in rẽ. in fin. & in l. si quis in prouinciam. C. de bon. proscrip. & per Pacien. in præallega. loco, nu. 2. † Neque actor secundum Pari. de Put. in c. discernendum. num. 7. de fini. feu. tenetur agri fines in libello describere, quando à possessore fines mutati fuere: eos euellendo immò conuentus tenetur, eos iudicare, vt habetur per Guli. in l cogi. ff. de peti. hære. & per Ang. in d. l. si in rem. Vnde in hoc non obstant dicta per Barto. in titu. de pace Constantiæ: in ver. possessores. vbi vult, quòd siquis nescit suarũ possessionum fines exprimere, sibi imputet: † quia nemo debet esse incertus quantum possideat, l. obligationes. §. fin. ff. de ver. significa. cum actor in eo casu poterit dicere se ignorare fines, & offerre declaraturos in processu caufæ secundum Ioan. And. in addi. ad Specu. in titu. de actio. & peti. in §. sequitur. in ver. item proponens, per d. l. i. §. si in rem. Et sic dictum Bal. non procedit, quando aduersarij facto confines ignorentur. † Neque erit omittendum, quòd si quis simul ageret plnribus actionibus diuersis, tamen similibus, reo tamen instante, cogitur facere vnũ libellum, & vnam instantiam de omnibus prædictis actionib⁹, prout voluit Mathesil. in not. 118. incipit nota quòd si quis per

l. non

Source : BIU Cujas

l.non est nouum.ff.de actio.emp.& ibi per Bar.& per l.heredes. §.de pluribus.ff.fami.erciscun.& l.cum duobus.§.si plures. ff.p
18 socio.† Illa tamen instantia dicitur esse diuidua, vnde si super vna actione pronunciabitur omissis alijs,valebit sententia: vt not.Bar.in l.scire debemus.ff.de ver.oblig.sed secus esset, vbi tã instantia,quàm actio vna esset tantum:vt puta si promisisti mihi decem,& illa ante petij, nam tunc sententia lata super parte erit nulla ipso iure.l.in hoc iudicio, & ibi not. ff.fami. erciscund. & not.in l.1.C.si aduer.rem iud.& Cano.in c.inter uos. de re iudi. & aliqua per Alciat.in tracta.de præsumptio.reg.2.in versic.33. nu.2.Notandm erit etiam secundum Fab.in d.§.quædam actio-
19 nes.num.36.Instit.de actio.† quòd actor debet proponere in libello turbationem à 30.annis factam,de qua agitur, & postmodum eam probare:aliàs caderet à iure suo, si contra eum excideretur de præscriptione, Quæ tamen sunt intelligenda in ijs confinibus,quæ præscribi possunt,& de quorum præscriptione infrà tractabimus.

SVMMARIVM.

1 *Litis contestatio est initium,siue exordium iudicij.*
2 *Lis contestari debet in finalibus quæstionibus.*
3 *Lis qualiter contestetur.*
4 *Lis contestatur per responsiones factas positionibus.*
5 *Litis contestatio quæ dicatur,& qualiter fiat.*
6 *Litis contestationis effectus sunt plures.*
7 *Litis contestationis omissio vitiat libellum.*
8 *Lite non contestata non potest deueniri ad sententiam diffinitiuam.*

CAPVT XLIIII.

1 Nunc autem iudiciorum telam texere volentes,de litis contestatione erit tractandum,† quæ secundùm Spec. in titu.de lit.contest.in princip.est iudicii exordium,siue principium,per ea quæ habentur in c.ex parte.el 2.de verborũ significat. & c. quicunque. 11.q. 3.& c.super quæstionum.§.vos autem.de offi. delega.& l.& quia.ff.de iur.omni.iudi.& per Lãfran.de Oria.in c.quoniam contra.in ver.citationes.in prin.de prob.Et licèt Glos.in c.quoniam frequenter.in ver.regulariter,
2 in versi.item cum agitur finium.vt lit.non contesta. dicat, † ꝙ in finalibus quæstionibus non debeat lis contestari:tamen veritas esse videtur in contrarium,prout voluit Abb.in c. quia indicante.nu.8.de præscrip.reprehendendo Bar.in l.1.C.fini.regun. & sequendo opi.Glos.in l.3.in vers.huiusmodi. C.eo.& ibi per Bal.& Pau.Cast.idem tenetur,& idem voluit Ang. in §. quædã actiones,nu.11.& Ias.nu.76.Instit.de actio.& Abb. mouetur ratione hac:quia cùm hoc casu non reperiatur à regulis iuris recessum,illis erit insistendum.

3 † Lis autem contestatur per narrationem,seu petitionem factam in iudicio,& responsionem subsecutam,vt inquit Spe. in §.nunc dicamus,de lit.contesta.Vel lis contestatur porrecto libello,& datis induciis ad deliberandum,vt per eundem Spe.in §.quoniã.eod.ti.& ꝑ Guid.Papę in con.157.nu.1.& 2.& latè per Glo.in pragma.Sãctio.in tit.de cau.in fi.in ver.litis contestatio.
4 † Et subdit Gui.Pap.ibi,quòd lis contestatur etiam per responsiones positionibus factas, scilicet quando positiones traduntur post libelli oblationem, quia si ante libellum traderentur, per responsiones eis factas non fieret litis contestatio,& sic poterit intelligi, quod dixit Lanfranc.de Oria. in d.cap.quoniam contra.in ver.responsiones,num.5.dum voluit,quòd sola contradictio facta libello inducat litis contestationem,non autem facta positionibus.Vel secundùm Rober. Maran.in suo Specu. aureo aduo.in 1.par.incipi.decimum & vltimum membrum.
5 numero 3.litis contestatio est principalis negocii apud competentem iudicem facta narratio,& ad eam secuta responsio, per c.1.de lit contesta.& fit litis contestatio per negationem,vel ꝑ confessionem per verbum dubitatiuum facti,vbi per eum numero 4.Vbi etiam subdit numero 9.† quòd litis contestationis effectus sunt plures,videlicet,quia præcluditur via opponendi dilatorias,& perpetuat actionem,ac constituit aduersarium in mala fide,quantum ad fructus,& facit eum esse in mora,& maximè in his quæ iudicis officio debentur,ac etiam operatur, vt ad diffinitiuam sententiam deueniri possit,ad quam sine ea nõ posset,& præscriptionem interrumpit,& plures alios operatur effectus, de quibus se remittit ad Specu.in titu.de lit. contesta. in §.penult.& fin. Et vt habetur per Socin. in consilio 96.nu-
7 mero 2.vol.1.† litis contestationis omissio vitiat libellum, per d.capitu.j.de lit. testa.Et secundùm Barto.in auth.si omnes. C.
8 si vt se ab hær.absti.† ad diffinitiuam deueniri non potest lite non contestata.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ principali præstatur,si est præsens, & in eius absentia procuratori suo gecerali.*
2 *Agenti finium regundorum actione iuramentum calumniæ præstatur.*
3 *Iuramentum calumniæ duplex præstatur actori & reo.*
4 *Actor & reus vterque dicitur in iudicio finium regundorum.*
5 *Actor dicitur ille qui prouocat ad iudicium.*
6 *Prouocans ad iudicium,si non constat, quis prior fuerit, forte dirimendum erit.*
7 *Officium duorum quando quis exercere poterit,remissiuè.*
8 *Iuramentum calumniæ qualiter præstabitur.*
9 *Iuramento calumniæ per partes renunciari non poterit.*
10 *Iuramentum calumnię tacitè omitti poterit, & processus valebit.*
11 *Iuramentum calumniæ non excusat quem à condemnatione expensarum.*
12 *Iuramentum calumniæ licet excuset à tacita & præsumpta calumnia, non tamen ab euidenti excusat.*

CAPVT XLV.

1 Et † quoniam facta litis contestatione satis iuratur de calũnia,vt voluit Specu.de iura.calum.in princip. & si principalis erit præsens,iurare tenetur,vel in eius absentia procuratori suo generale mandatum habenti iuramentum præstabitur, vt est text. Glos. & Doctor. in capitu.in pertractandis.eodem
2 titu.& Soc.in reg.207. Ideò erit videndum † si agenti finium regundorum actione iuramentum calumniæ præstandum sit: & dicas,quòd sic:& non solùm actori,sed etiam reo,per text.in l.inter coheredes.§.qui familiæ erciscundæ.ff famil.ercis.& per
3 Abb.in capitu. ex literis.numero 9.de probat.† Immo vtrique duplex præstabitur iuramentum, uidelicet quòd non calumniosè agit.uel quòd non calumniosè excipit, ut nota. Glos.ibi in versicu.vices.quam sequitur Deci.susidens, quòd vterque dicitur actor & reus,per l.iudicium communi.ff.fini.regũ. & hæc ratione;quia hinc inde fit adiudicatio & condemnatio,& in effectu vterque vincitur & condemnatur:& hoc prouenit potius ex natura actionis,quàm ex forma petitionis, per Bald.in l.
4 2.in versicu.sed iuxta hoc quæro.C.com.diui.† Et licet vterque dicatur actor & reus,tamen secundùm Mathesil.in sing.110.in-
5 cip.nota quòd in. † ille qui prouocauit actoris partes dicitur sustinere,per l.in tribus.cum l.sequen.ff.de iudi.& l.2.§. in tribus. ff.com.diui.Vnde,vt ipse dicit,ista procedunt quò ad litis ordinationem,non autem quò ad litis decisionem. Et sic si essent duo ordinarij,qui hoc casu duas ferrent sententias contrarias, non prævalebit sententia lata in illius fauorem,qui prouocauit ad iudicium,sed ambæ starent in pendenti, donec altera esset confirmata,vt est text singularis secundùm eum in l. duo iudices.ff.de re iudic.Et quòd is qui ad iudicium prouocat, actor esse videatur,voluit Bertran.in consil. 260. numero 1. volumi.4. per dicto cap.ex literis.cum ibi not.& habetur per Hiero. Grat. in respon.4.numero 32.volumine j.& similiter fuit votatum in
6 deci.Neapoli.268.in libellante vigore,l.diffamati.C.de inge.& manumis.quòd ipse libellans diceretur actor. † Si tamen constare non poterit,quis primò prouocauit,forte dirimendũ erit, vt voluit d.Glos.in dicto capitu.ex literis.in versicu. vices.& ibi per Abb.Bald.& Barba.numero 36. vbi etiam plura congerit,
7 † quando quis possit duorum officium exercere:& intellige tamen forte dirimi, quod est certum in facto, & dubium in iure secundùm Ias.in l.huiusmodi.§.si is cui.ff.de lega.j. Aduertas etiam,vt inquit Specu.in §.nunc dicamus, in versicu. nota tamen,numero 3. † quòd iuramentum calumniæ hoc modo præ
8 stabitur.Iuro quòd vtor bona intentione, & bona exceptione: vel quòd iustè credo petere & defendere.Et vt traditur per Rober.Maran.in suo aureo Specu.aduoca.in secunda parte iudici.
9 incip.primus actus qui sequitur.in princip. † præstabitur tam actori quàm reo.Et adeò est de substantia, quòd per partes expressè remitti non poterit,prout etiam voluit Lanfrã. de Oria, in capitu.quoniam contra falsam.in versic. testium. numero 2. de probat.per l.ius publicum.ff.de pactis.& c.si diligenti. de foro competen. † tamen tacitè iuramentum calumniæ remitti
10 poterit,& processus valebit,vt ibi per Rober. Maran. † Vbi etiã
11 subdit,quòd iudex in qua parte iudicij voluerit,etiam post concluſum in causa poterit præstare iuramentum calumniæ, per Bald.in l.j.circa fin.versicu.sed nunquid.C.de iura.calum.& per capitu.j.eodem titu.libro 6. Neque erit prætermittendũ,quod nota.Lanfran.de Oria.in dicto capitu.quoniam.in versicu. ex-
12 pensæ.numero 8. † quòd iuramentum calumniæ non excusat quem a condemnatione expensarum,per Imol.in capit. finem litibus.de dolo & contuma. dicens hanc esse communem, & per plura alia per eum deducta.Et vt habetur per Rober. Marã.
13 in prælega.loco,numero 12. † Iuramentum calumniæ licet excusset a tacita & præsumpta calumnia,non tamen excusat ab euidenti,per Barto.in l.si quis.§.Stellionatus.ff.ad Turpill.

SVMMARIVM.

1 *Positiones sunt formandæ de mente libelli lite contestata, & præstito calumniæ iuramento: & si reus negauerit,format & dat articulos secundùm stilum Romanæ curiæ.*

Positio-

Source : BIU Cujas

2 *Positiones & responsiones non possunt fieri nisi de his quę continentur in libello.*
3 *Positio est breuis narratio factum continens ad eliciendam veritatem.*
4 *Positio dicitur etiam pars intentionis continens id, super quo quis petit aduersarium respondere.*
5 *Positio respicit solam partis confessionem, & fit per verbum, Ponit.*
6 *Positiones facieris censetur fateri id quod ponit, & non poterit eas reuocare, nisi doceatur de errore.*
7 *Confessio ponenti præiudicat, siue sit scripta, siue non; quæ tamen conclusio limitatur.*
8 *Positionem facere volens, debet habere libellum præ oculis.*
9 *Positionibus quibus non erit respondendum.*
10 *Contumacis pœna in respondendo positionibus non transit in hæredem.*
11 *Positioni inepti libelli non respondens non habetur pro confesso.*
12 *Sententia declaratoria requiritur ad hoc, vt non respondens positionibus habeatur pro confesso.*
13 *Positiones inuentæ sunt, vt quis releuetur ab onere probandi.*
14 *Positiones qualiter fieri debeant per actorem.*
15 *Positiones qualiter per reum fieri debeant.*
16 *Positionum fiendarum alia forma.*
17 *Positiones non debent fieri contrariæ petitioni.*

CAPVT XLVI.

1 Et † secundùm Spec.in §.nunc videndum. in princip. de teste.curia Romana seruat,ut lite contestata,& præstito iuramento calumniæ,actor suas formet positiones, quas facit de mente libelli:& si reus negauerit,format & dat articulos ad instar positionum in scriptis.Et quidem breuissimè expedire uolentes dicunt sic: Ponit P.& probare intendit &c. & tunc posi-
2 tiones negatas dant pro articulis. † Et quòd positiones & respõsiones non possint fieri nisi de his quę in libello continentur,aliàs dicerentur impertinentes, uoluit Lanfran. de Oria. in cap. quoniam contra falsam in versicu.petitiones.num.21.de prob.
3 † Et positio est breuis narratio factum continens, concepta ad eliciendam veritatem,vt uoluit Specu. in §.i. depositioni. & Lanfran.de Oria.in loco prædicto in uerb.responsiones.nume. 5.& Robert.Maran.in suo Specu.Aureo aduoca.in 2.parte prin
4 cip.incip.quartus actus numero 1.Vbi subdit † etiam, quòd positio dicitur pars intentionis,continens id super quo quis petit
5 ab aduersario responderi. † Et positio respicit solùm partis cõfessionem:& fit per uerbum, Ponit:& ad effectum vt ponẽs releuetur ab onere probandi,si pars confiteatur.Et ibi in numero
6 6.dicit,† Qui facit positionem cẽsetur fateri illud, quod ponit,
7 per Alexand.in consi.71.columna 1.in 3. volumi. † Et non poterit talem confessionem reuocare,nisi doceat de errore: & talis confessio ponenti præiudicat,siue sit scripta,siue non, vt per Specu.in §.10.in versicu quid si actor numero 2. & in uersicu. item si ponens.numero 8.depositio.quæ tamen conclusio limi
8 tatur pluribus modis,vt ibi per eum.† Et secundùm Lanfran.de Oria.in d.versicu.responsiones.numero 6.uolẽs facere positionem debet semper habere libellum præ oculis: quia posituoni impertinenti non erit respondendum: & dicitur impertinens, quæ non facit ad causam:& qui non intelligit libellum, nesciet facere positiones,per Bal.in l.2.§.quòd si actor C.de iur. calum.
9 † Et similiter secundùm Rober.Maran.in supra allegato loco, non erit respondendum positioni contrariæ, uel continenti factum alienũ,aut positioni iuris, seu captiosæ, vel negatiuæ,
10 aut simplici,seu criminosæ † Et si contumax in respondendo moreretur ante sententiam latam,talis pœna non transiret in
11 hæredem:† Vel si non responderet positioni, quando libellus
12 est ineptus,non haberetur pro confesso. † Et ad hoc vt quis nõ respondens positionibus habeatur pro confesso, requiritur sententia declaratoria:quia ex non sola responsione quis non habetur pro confesso,vt ibi latiùs per eum in numero 17.18.& 19. Sicut etiam quãdo quis incidit in pœnam ipso iure, requiritur ante exequutionem sententia declaratoria,ut dicit Bald.in cap. j §.uel cum filia.quibus modis feu.amit.quem sequitur Abb. in
13 consilio 3.colum.7.uersicu.ad octauam quæstionem. † Et positiones,ut habetur per Specul. in d.titul.depositio.in princip. inuẽtæ fuere,vt partes per eas releuentur ab onere probandi : itaque præstito calumniæ iuramento, statim debet dari terminus ad faciendum positiones, quæ secundùm Specu.in §. sequitur
14 vide.numero 4.de iudi. † per actorem hoc modo sunt faciendæ; Pono quòd tale prædiũ est meum,uel ius habeo in eo; qa sum usufructuarius, vel creditor, vel habeo in emphyteusim. Item ꝙ est rusticum & confine prædio tuo, & ꝙ immediatè illi adhęret.Item ꝙ fines eius protenduntur vsque ad talem locũ,& tu occupasti fines illos. Item ꝙ volebam ponere, siue distinguere prædij mei fines,& ꝙ sic protendebantur,sed me prohibuisti.Item ꝙ terminos puta talem arborem, vel lapidem re-
15 mouisti. † Reus verò sic poterit positiones facere: Pono, ꝙ prædium cuius nomine me impetis,est vrbanum, & est pleno iure meum vsque ad talem locum: & ita includatur locus, de quo iste vult agere.Item ꝙ propria auctoritate occupasti fines,quos
16 tuos dicis. † Vel & alio modo secundùm Barto.in l.demonstratio in fin.princip.ff.de condi.& demonstra.poterit fieri vna positio,uidelicet:ꝙ fundus olim positus iuxta tales fines,& fundus qui est hodie iuxta tales,est idem fundus : & tunc hoc probato habebis intentum,aliàs non obtineres,& de facili totus processus periclitari posset,per text.in l.Pomponius.§.penulti.ff.de rei vendi.& istam Barto.doctrinam sequitur Fel.in dicto cap.cùm
17 causam.numero 13.de proba. † Et positiones formandę erunt, vt fundent intentionem ponentis,considerata natura propositæ actionis:& caueas a positionibus petitioni tuæ contrarijs, vt monet Specu.in §.5.numero 17.depositioni.ubi plura congerit ad propositum.

SVMMARIVM.

1 *Articuli siue capitula appellatur illa scriptura, quę elicitur ex petitione, & super qua examinantur testes, & quę producitur, positionibus negatis.*
2 *Articulus continet partis intentionem, quam quis probare vult per testes, vel scripturam.*
3 *Articulans non censetur fateri id quod deduxit in articulis.*
4 *Articuli qualiter sint formandi in iurgijs finalibus per actorem.*
5 *Articuli qualiter per reum sint formandi in litibus finalibus.*
6 *Articuli qualiter fieri debeant, quando fines sunt mutati.*
7 *Articulandum erit, fines probari posse per famam & per testes, & ista cautela erit notanda.*
8 *Aduocatus, cõtra quem fiunt articuli, quando suspicatur aduersarium posse probare de proprietate, qua cautela vti debeat.*
9 *Antiquior possessio sine titulo prefertur iuniori habenti titulum, dummodo titulus fuerit quęsitus per antiquiorem possessorem.*
10 *Articuli qualiter fieri debeant, quando vniuersitas vult probare eius homines suo nomine possedisse.*

CAPVT XLVII.

Succesiuè sequitur videre de articulis, qui producũtur, positionibus negatis per reum. Et super quibus, vt inquit Specu.in §.nunc videndum.in princip. de
1 teste. † erit sciendum, ꝙ producens testes, suam petitionem ex petitione elicitam dare debet in scriptis, super qua testes examinentur,& illa scriptura appellatur quandoque articuli, quãdoque capitula,& in plerisque locis uocatur intentio, & aliquando assertiones,capit.fin.de testi.c.causam quæ.el 2.cap. per tuas. cap.fraternitatis,& cap.ex parte.in fi.eodem titu.& c.accusator.
2 6.quæst. vlti. † Et articulus,vt inquit Rober.Maria.in suo Spec. Aureo aduo.in 2.parte incip.quartus actus.num.1.est pars intẽtionis continens id quod quis probare intendit per testes, uel scripturas.Et articulus fit per verbum Probare intendit,& respicit ꝓbationes faciendas per testes uel scripturas in casu in quo positiones negantur.Vnde erit ordo,ut fiant prius positiones, & ad eas producendas detur vnus terminus,& postea deī vnus alius terminus ad producendum articulos:& ibi numero 2.dicit capitulum esse nomen magis generale, quod potest cõprehendere vtrunque,scilicet positionem & articulum : & ibi nu-
3 mero 7.vult † ꝙ ille qui articulat non censeatur fateri id quod deduxit in articulis,per Barto.in l.2.§.quod obseruari.C. de iura calum.& per Bar in l.sicut.in fin.C.de repu.hære.& per Abb. in cap.cùm venerabilis.in fin.de excep.& Alexan.in consi.70. colum.pen.versicu.pręterea.in 2.uolum.& (vt dixi) articuli ꝓducuntur,quando reus positiones negauit,& formantur ad instar positionum:& quidam uolentes sẽ breuius expedire, positiones negatas dant pro articulis,& eodem modo reus format & dat in scriptis positiones & articulos super eo,quod ad suam defensionem probare intendit:vt habetur ibi per Specu. num.
4 1.& 2. † Et in controuersijs finalibus secundùm Barto. in tract. de testi.in vers.hanc eandem.num.28.articuli sic erunt formãdi:videlicet,vt ponas & probes, ꝙ talis fundus, cuius olim erãt tales confines:& talis fundus,cuius hodie confines sunt tales, est vnus & idem fundus.Et si testis dixerit,hoc esse verum, & ꝓ causa adiecerit;quia vidit, olim illos fuisse possessores dictorũ fundorum,qui pro finibus apponuntur,nunc uerò videt posslideri ab istis,sanè deponit: non enim de rerum dominio disputatur:& ideò sufficit, ꝙ testis aliquid dicat, propter quod illi fines denominati fuissent:& hanc Barto. doctrinam videtur sequi Pau.Cast.in l.successionum.C.fi.re.& in l.j.C.si vnus ex pluri.appell.dum dicit,articulandum esse, prædium quod tu possides,esse illud idem quod in instrumento continetur : & quod olim habebat tales cohærentias,& hodie non:quia sunt mutatæ,& deducit ad hoc Barto.in l.demonstratio.in fin.ff. de cond. & demonstra.& ibi idem tenet Paul.Castrens.in nu.7.& in cõs.
5 113.in causa.num.3.volu.2. † Vbi dicit, ꝙ debet fieri per reum vnus articulus,ꝙ pascua comprehensa intra confines in articulis deductos,sunt illa eadem, quæ continentur intra confines deductos in articulis actoris : per Barto.in l.2.C.de erro. aduoc. Vel reus debet deducere illos eosdem confines quos deducũt agentes in eorum articulis.Et in consi.98.ad primum.nume.5.

eodem

Source : BIU Cujas

6 eodem uolumine † dat cautelam,quòd fiat articulus, ſi mutati ſunt confines,quòd talis poſſeſſio,quæ nunc habet tales, eſt eadem cum illa,quæ inſtrumenti tempore habebat tales & tales confines in inſtrumento contentos,per dicta l. demonſtratio: ſed quando non omnes ſunt mutati,non expedit dictos articulos facere:& idem voluit Paris de Put.in cap.pone quòd dominus.in fin.de fini.feud.& in capitu.ſi dicatur.in fin. eodem titu. Notandum erit etiam ſecundùm Barb.in cap.cùm cauſam,nu-
7 mero 7.de proba. † quòd aduocati vti debent hac cautela, ut articulent confines probari poſſe per famam,& per teſtes. Et ſi ageretur interdicto vti poſſidetis, tunc Bart.in l. ſi de eo.§.fi.ff. de acquirenda poſſeſſione.quem ſequitur Alexand.in conſilio 88.quoniam omne datum.in uerſic.ſed præmiſſis. numero 18.
8 uolumine 5. † dat aliam cautelam ad formandum articulos:& dicit,quòd aduocatus contra quem fiunt articuli, ſi ſuſpicatur aduerſarium probare de proprietate,ut ipſe faciat poſitiones & articulos, quòd ipſe poſſidet clàm a te reſpectu poſſeſſionis. Et ſecundùm Deci.in cap.licet cauſam.numero 22.de probat. iſta cautela procedit, quando habens antiquiorem poſſeſſionem articulum dediſſet, quòd aduerſarius clàm poſſedit reſpectu eius antiquioris poſſeſſionis.Si enim diceret,ꝙ poſſideret clàm ſimpliciter,nihil probaret:quia ſicut ſimplex condictio in dubio intelligitur reſpectu proprietatis,ut l.ſi rem aliquam.in fin. ff.eodem titu.ſic in dubio ille qui poſſidet clàm intelligitur reſpectu proprietatis,niſi dicas expreſsè quòd poſſidet clàm, reſpectu poſſeſſionis:aliàs perderet. Et Alexand. in citato conſi.
9 ſubdit, † quòd in interdicto vti poſſidetis ille obtinet, qui docet de antiquiori poſſeſſione ſine titulo,etiam ſi aduerſarius doceat de iuniori poſſeſſione cum titulo : dummodo ille titulus fuerit acquiſitus poſt illam antiquiorem poſſeſſionem,per Bal. in diſputat ſua.incip.accuſatus de ui turbatiua.columna penul.
10 argument.l.ſi fundus.ff.de fun.dota. † Et ſi uis ſcire, qualiter articuli fieri debeant,quando vniuerſitas vult probare homines vniuerſitatis poſſediſſe paſcua & nemora eius nomine, uide Deci.in conſi.221.& dicã infrà in c.72.incipit.non ab re. nu.17.

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante reus abſoluitur:& ſic reo negante actor incũbit onus.*
2 *Actor & reus vterque dicitur in finium regundorum iudicio,& ideo vtraque pars probare debet de ſua poſſeſſione & de iure ſuo.*
3 *Reus in alijs iudicijs non tenetur quicquam probare.*
4 *Prouocatus ſi inſtat,vt termini antiquitus poſiti obſeruentur,tunc vterque probabit de proprietate,cum in ea vterque ſit actor & reus.*
5 *Prouocatus ſi nihil petit,ſed negat tantum petita per actorem,tunc non tenetur aliquid probare.*
6 *Actore non probante in iudicio finalium reus abſoluitur.*
7 *Rei ſunt potiores data iurium obſcuritate,& probationum paritate.*
8 *Iudex in iudicio controuerſiarum finalium non poterit pronunciare,vti poſſidetis,ita poſſideatis.*

CAPVT XLVIII.

1 Et vt omnibus notum eſt, †actore non probante reus abſolui debet,l.qui accuſare.C.de eden.l actor quod aſſeuerat.C.de probat.& c.accuſator.6.quæſtio.5 & 4.quæſtio.3.uerſicu.qui intendit.ideò erit declarandum, utrum hoc iudicium finium regundorum ſit in hoc ab alijs iudicijs diuerſum. Et ſecundùum nota.per Abb.in capitu.ex literis.numero 10.de pro
2 bat.dicas,quòd ſic:† quia uterque dicitur actor & reus,l.iudiciũ communi diuidundo.ff.fini.regundorum.& l.in tribus.ff.de iudi.& propterea utraque pars debet de poſſeſſione ſua probare, & de iure ſuo,ut per Lauren.Calca.in conſilio 90.quia iſta quæſtio.numero 2. & iſta fui opinio. Hoſtien.de probat. in fin. vbi ſubdit,quòd meliores probationes faciunt obtinere: & ſi ſunt æquales,fertur ſententia pro eo qui vocatus fuit ad iudicium.
3 † In alijs uerò iudicijs ſecus eſſet:quia reus non tenetur aliquid probare,niſi uelit.Si uerò vnus tãtum poſſidet,& alius dicat per
4 vſurpationem, † & tunc ſi prouocatus inſtat, vt termini antiquitus poſiti obſeruentur,tunc uterque probabit de proprietate,cum in ea vterque ſit actor & reus: uel ſi ille qui poſſidebat,
5 præſcriptionem allegaret; tunc in ea probanda erit actor. † Et quandocunq; prouocatus nihil petit,ſed negat petita per actorem,& tunc credit, quòd neceſſariò non teneatur aliquid probare,prout etiam ſentire uidetur Bertrã.in conſi. 260.nu.2.uol.
6 4.dicens in iſta materia, † ꝙ reus abſoluitur actore nõ probante,ꝑ d.l.qui accuſare.& l.fi.C.de rei uend.l.negantes.C.de actio. & oblig.c.inter dilectos.circa fi.de fide inſtr.c.fi.de iureiur.& c.
7 vnico.ut eccleſiaſti.benefi. † Immo data probationum paritate,& iurium obſcuritate,ipſi rei debent eſſe potiores,dicto c.ex literis,& quod ibi not.Gl.& Doct.& regula.cùm ſint partium.
8 & quod ibi not.de reg.iur.in 6. † Et in hoc iudicio finium regũdorũ non poterit iudex dicere,ut poſſidetis, ita poſſideatis, ſm Pari.de Put.in c.qualiter.nu.13.de fin.feu.qa in iſta ſnĩa nihil cõtinetur:oportet ergo,ꝙ iudex diffiniat,ſecundùm Bald.in conſil.420.qualiter probentur pertinentiæ.uol.j.& in l.4.C.ſi.regũ.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſtatuat terminum partibus eius arbitrio,quando ponentis intentio nõ erit probata.*
2 *Dilatio omnis ad probandum de iure communi eſt iudicum arbitraria.*
3 *Dilatio legalis ex cauſa à iudice breuiari, vel prorogari poteſt.*
4 *Dilatio omnis ad probandum eſt peremptoria de iure communi.*
5 *Dilatio omnis probatoria, licèt ſit peremptoria de iure communi, tamen nonnunquam fallit.*
6 *Teſtes citati ſi iurauerint in termino,poſſunt examinari poſt terminum.*
7 *Teſtes in termino dato ad probandum,& probatum habendum,non poſſunt examinari termino elapſo.*

CAPVT XLIX.

Et licèt ſuprà in c.45.& in præcedenti concluſum fuerit,ꝙ in finalibus quæſtionibus vterque dicatur actor & reus,& vterque teneatur probare,& quòd ille qui prouocat ad iudicium erit actor,& reo negante actori incumbit o-
1 nus probãdi id,quod dicit ꝑ iura ibi allegata. † Si ergo per reſpõſionem ad poſitiones non erit ponentis intẽtio fundata,iudex ſtatuet terminum partibus quindecim dierum,& plus & minus eius arbitrio pro prima dilatione ad probandum, ꝙ probare intendit:vt not.Spe.in rub.de proba.in prin.& ideò de dilationibus videndum erit.Et vt habetur per Rober.Maran.in ſuo au
2 reo Spe.aduoc.in 2.par.incip.tertius actus.nu.15.†omnis dilatio ad probandum de iure communi eſt iudicum arbitraria, habito reſpectu ad loci diſtantiam, & ad perſonarum, & cauſarum qualitatem, quia tunc poterit breuior aut longior dilatio aſſignari,per Spe.in §.nunc de tempore in fi.& in §.fi.in fin.de citatio.& eſt tex.& Bar & Doctor.in l.1. C.de dila.& in c.quò ad
3 conſultationem.de re iudic.† Immò ſecundùm eum ibi.nu.16. poterit dilationem legalẽ ex cauſa abbreuiare aut prorogare, per Abb.in c.cùm ſit Romana.nu.10.de appellla.& per Alex.& Docto.in l.1.ff.de re iudi.Et quia dilationum materia plenè tractatur per Spec.in tit. de dila.& per Doctor. repetentes in rub. eod.ti.ad eos te remitto:& hìc breuiter referam nonnulla notatu digna, quæ traduntur in præallega. loco à Rober.Maran. in num.2.cum pluribus ſeq.
4 †Et vt ibi dicitur,omnis dilatio probatoria de iure communi eſt peremptoria: & ideò vnica tantùm dilatio poterit dari. Et licèt in aſſignatione termini non apponatur verbum perẽptoriè,tamen ſubintelligitur ex iuris diſpoſitione, vt per Alex. in l.fi.& cõmuniter ibi per Doctor.ff.de feriis, & plures ad hoc
5 congerit. † Iſta tamen regula ſecundùm eum nonupliciter limitatur:videlicet,quando extaret impedimentum in prima dilatione,quia tunc daretur ſecunda : Vel quando elapſa prima dilatione, ſuperueniſſent nouæ probationes litiganti,quia poterit dari alia dilatio ad illas producendas:Vel poterunt aſſigna ri plures dilationes quando cauſa in Principis conſiſtorio examinatur:Vel aſſignatur alia dilatio ei,qui aduerſarii facto impeditus fuiſſet,& habuit primam dilationem, vel noua dilatio aſſignatur actori quando aliquid addidit libello, vel per eum noua actio cumulatur:Vel noua dilatio poterit peti,quando in iudicio noua emergit exceptio,aut aliud emergens, quia tunc concedi debet ad probãdum illud,quod erit ſuper nouo emergens,vel ſi noua dilatio concederetur,vtraque parte præſente & non contradicente : quia de ambarum partium conſenſu cenſeretur conceſſa,& valeret:& ideò debet pars ſemper contradicere, quando aſſignãtur dilationes præſentibus partibus, & nõ contradicentibus:Vel ſi dilatio aſſignaretur abſenti,non curreret, niſi à die notificationis ei factæ. Vltimò ſecundùm eum ibi nu.17.ſecunda dilatio & abſque cauſæ cognitione cõcedi debet,quando per iudicem ſine cauſa aſſignata fuit breuior dilatio,quam à lege conceditur, & litigans contradixit, & ꝓteſtat⁹ fuit:qa illa ſecũda nõ vr̃ noua dilatio,ſed poti⁹ reintegratio,& ſuppletio primę dilationis,per Imol.in c.vltra primã. de teſti.& per Bar.in l.1.in fi.C.de dilatio.& Laſ.in l.fi.ff.de feriis.
6 † Erit etiam notandum ſecundum eum in numero 19. quòd quando terminus fuit aſſignatus ad probandum,teſtes examinari poſſunt poſt terminum,ſi tamen citati iurauerunt in termino,vt per Abba.in capitulo licèt cauſam. de proba.& Lud. Rom.in conſilio 443.
7 Sed † erit ſecus,quando conceditur terminus ad probandũ & probatum habendum:quia tunc teſtes in termino, & non poſt terminum examinari debẽt, licèt in termino iuraſſent, ſecundum Abba.in d.c.licèt cauſam.& Socin.in conſilio 47 colum 4.vol.4.& circa iſtam dilationum materam vide plura notatu digna à Lanfran.de Oriano tradita in ca. quoniam cõtra. in verbo,dilationes.de teſti.

SVMMARIVM.

1 *Probationes fieri poſſunt per uocem uiuam & mortuam.*
2 *Probatio exacta non requiritur in probandis confinibus antiquis.*

3 *Probatio*

Source : BIU Cujas

3 *Probatio talis qualis ſufficit in probandis confinibus.*
4 *Probationes leues admittuntur in probandis confinibus.*
5 *Probationes minus perfectæ requiruntur in probandis confinibus.*
6 *Probatio ſemiplena & minor obtinet vim plenæ probationis in antiquis.*
7 *Probationes leuiores, faciliores, ac præſumptiones coniecturales & indicia ſufficiunt in probandis confinibus antiquis.*
8 *Probatio ſemiplena ſufficit in probandis confinibus, & probantur per coniecturas, & argumenta.*
9 *Probationes minus integræ admittuntr, vbi eſt difficilis probatio.*
10 *Probatio præſumpta probat confines, vbi eſt difficilis probatio.*
11 *Teſtes qualicer debeant deponere ſuper iſs, de quibus non eſt memoria initij.*

CAPVT L.

1 Et quia † probationes fieri poſſunt per vocem viuam, vt per teſtes, & per mortuam vocem, vt per inſtrumenta priuilegia, libros antiquos, cataſta, literas ſcriptas in lapidibus, per famam, ac per aliàs ſcripturas: erit ergo de ſingulis per capita diſcutiendum: & primò, vt rectè omnia atque ordine fiant, videamus de probationibus per teſtes fiendis in ꝓbandis confinibus. Et quia diuerſimodè fieri poſſunt, ideò vna-
2 quæque ſpecies declaranda venit. Et aduertendum erit, † quòd in probandis confinibus, maximè antiquis, probatio exacta nõ requiritur: vt eſt text. Gloſſ. & Doctor. in capit. cum cauſam. de proba. idem videtur ſentire Corne. in conſilio 333. capio. num. 3. volumine j. & Soc. in conſi. 86. numero 4. volumi. j. & in conſilio 66 numero 2. volumine 2. Vbi dicit cõem eſſe opinionẽ
3 † ꝙ in probandis cõfinibus ſufficiat talis qualis ꝓbatio, licèt nõ ſit omnino plena. Ad idẽ qđ uoluit Gemi in conſi. 100. in ver. in quo quidem libro. num. 2. † vbi dixit quòd in probandis cõ-
4 finibus prouinciarum, diœceſum, & territoriorum admittuntur leues probationes propter difficultatem, per dicto capitu. cùm cauſam. & per Gloſſ. in capitu. cùm olim. de cenſi. Et ſimiliter dicit Barba. in conſilio 6. & quidem viſo. columna 2. volu.
5 2. † probationes minus perfectas requiri in probandis confini bus. Et facit, quod tradidit Bertran. in conſilio 171. nume. 5. vol.
6 3. vbi habetur, † quòd in antiquis illa, quæ aliàs eſſet ſemiplena probatio, & adhuc minor, tamen vim obtinet plenæ probationis, & dominium antiquiſſimum per talem probationem probatur. Et, vt uoluerunt Barthol. Caſſan. in conſilio 15. nume. 18. & Aymo. Craue. de antiqui. tempo. 1ª. parte in ſectione, viſo de
7 fama. numero 31. † Probationes leuiores ac faciliores, & præſumptiones coniecturales, indiciaq; ſufficere in probandis confinibus, per l. cenſus & monumenta ff. de proba. & l. quod ex literis, ff. de bonorum poſſeſ. contra tab. & Pariſi. in conſilio 27. numero 15. & in conſilio 104. numero 14. & in con. 107. nume.
8 7. & 8. volumine j. Not. † confines per coniecturas & argumẽta probari: & quòd in probandis confinibus ſufficiat ſemiplena probatio, voluit Soc. in conſilio 86. & 89. num. 5. volum. j. Et po terit eſſe ratio ſecundùm Abb. in cap. cùm olim, & in capitu. ſuper eo. numero 3. de Parochi. & Guido Pap. in conſilio 88. numero 2. & Corne. in conſilio 142. videtur prima. in princip. vo-
9 lumine . † quia vbi ſunt res multùm antiquæ difficilis eſt probatio: & vbi cadit difficultas probationis, admittuntur probationes minùs integræ. ut habetur in capitu. tertio loco. de probat. & in c. illud. de præſumptio. & in l. conſenſu, de repu. & per
10 plura alia ibi per eum deducta. † Et ſubdit, quòd relaxatur legitimus probandi modus, vbi eſt difficilis probatio propter temporis diuturnitatem, per not per Bald in auct. ſi quas actiones.
11 C. de epiſco. & cleri. † Et ad idem facit, quod tradidit Floria. in l. in finalibus ff. fini. regundorum ubi vult, quòd in his in quibus initij memoria non exiſtit, ſi teſtes deponerẽt, quòd tales fines ita fuerunt obſeruati, facerent plenam probationem, per l. j. ff. de aqua. plu. arcen.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes de auditu in antiquis probant confinia.*
2 *Teſtes deponentes ſuper his de quibus propter vetuſtatem de viſu deponere non poſſunt, qualiter probationem faciant.*
3 *Teſtes deponentes ſuper his quæ memoriam hominum excludunt, qualiter debeant deponere.*
4 *Teſtes qualiter deponere debeant memoriam hominum non extare.*
5 *Teſtes de viſu & auditu, debent affirmatiuè deponere, & non negatiuè.*
6 *Teſtes deponere debent, nos vidimus hoc opus ſic factum eſſe, & ſic, & ita nos audiuimus à prædeceſſoribus noſtris.*
7 *Probatio per auditum in antiquis memoriam hominum excedentibus ſufficit.*
8 *Teſtibus de auditu deponentibus in antiquis non adhibetur plena fides, quando ab vno tantùm auctore originem habuiſſent.*
9 *Teſtibus de auditu deponentib. nõ adhiberetur in antiquis plena fides, quãdo non nominarent, à quibus audiuiſſent.*
10 *Teſtes à quacunque parte producantur, debent deponere de facto vtriuſque partis, aliàs non probarent limites.*

CAPVT LI.

1 Alio † etiam modo confines antiqui probari poſſunt, vt per teſtes de auditu, qui faciunt plenam probationẽ ſecundùm Abb in capitu. cùm cauſam. in princip. de probat. & ibi per Deci. num. 2. & per Barto. in tracta. de teſti. in verſi. hanc
2 eandem. numero 28. † Vbi etiam ſubdit, teſtes deponentes ſuper his, de quibus propter vetuſtatem de viſu deponere nõ poſſunt, probationem facere, & ſi dicant a ſuis antiquis fide dignis audiuiſſe, quòd talis fundus, qui pro fine apponitur, iam fuiſſe Titij, & poſteà deueniſſe ad alios, gradatim nominando ſingulos, vſque ad eum, qui nunc poſſidet, & ſufficit, ſi dicant, hanc eſſe circumcolentium opinionem. Vel ſecundùm Ant. Capy.
3 in deciſio 192. in cauſa terminata. † teſtes deponentes ſuper his quæ memoriam hominum excedunt, debent ita deponere, nec vidiſſe, cùm id opus fieret, nec ex his audiuiſſe, qui id vidiſſent, aut audiuiſſent: uel ſecundùm eum, Gloſſ. in capitu. cùm a nobis. in uerſicu. centum annorum, de præſcrip. vult, quòd teſtes dicant ſemper audiuiſſe a ſuis maioribus, & quòd nemo ſit, qui viderit aut audiuerit aliud. Vel & melius teſtes debent deponere, ſi talem tamen habeant conſcientiam, quòd ſemper uiderunt & audierunt ita eſſe nec vnquàm uiderunt, aut audierunt contrarium: & quòd communis eſt, & facit opinio. ſemper, ꝙ ſic fuerit, & quòd non extat contrarium, uel initij memoria:
4 † Et ad probandum memoriam non extare in contrarium, teſtes debent neceſſariò deponere, quòd communis opinio eſt, memoriam non extare in contrarium: & hanc opinio. uidetur etiam ſequi Raph. Cuma. in conſilio 72. numero ſecundo, ver-
5 ſicu. ad ſecundum. ſubdens, † teſtes deponentes de auditu & viſu debere affirmatiuè deponere, non autem negatiuè de communi opinione, per text. & Gloſſ. magnam in l. ſi arbiter. ff. de probat. & in leg. in ſumma. §. item Labeo el ſecundo. ff. de aqua plu. arcen. & per Innocent. in capitu. quid per nouale, & in cap. veniens. de uerborum ſignificatio. & per Specu. in §. j. verſiculo vltimo quæritur. de proba. Et ſimiliter dixit Guid. Pap. in quæſt.
6 193. in verſiculo ſeptimo. † ꝙ teſtes ſic deponere debent, Nos vidimus hoc opus ſic factum eſſe, & ſic, & ita a prædeceſſoribus noſtris audiuimus, per Gloſſ. & Barto. in dicto § item Labeo.
7 † Et ꝙ in antiquis memoriam hominum excedentibus probatio per auditum ſufficiat: quia probatio per viſum eſt impoſſibilis, uoluit Corne. in conſilio 142. uidetur prima. in principio. uolumine tertio. per ea quæ habentur in l. fin. C. de ſacroſanct. eccleſ. & ſimiliter voluit Corne. in conſilio 333. capio. nume. 22. volumine primo. per capitu. licet ex quadam. de teſti. & per capitu. j. & Gloſ. in uerſic. memoria. de præſcrip. in ſexto. & eandem opinio. tenet Paris de Put. in capitu. quia in memoria. numero quinto. de fini. feud. & Soc. in conſilio 89. numero ſecun-
8 do, uolumine j. & Deci. in conſilio 321. numero 8. † Limita tamen, prædicta non procedere, quando teſtes de auditu originẽ habuiſſent ab vno tantùm auctore: quia tunc eis non eſſet credendum, vt habetur in dicto capitu. licet ex quadam. in Gloſſ. in uerſicu. ab vno. & per Barba. in capitu. ex literis. numero 39.
9 de probat. † Limita etiam prædicta, quando teſtes non nominarent a quibus audiuiſſent, ſecundùm Aymo. Craue. de antiqui. tempo. in prima parte in ſectio. uiſo de fama. numero 12. per nota. in dicto capitu. licet ex quadam. & Corne. in conſilio 78. viſo proceſſu. columna tertia. in lite. volumine 3. vbi vult, teſtes deponere debere, ꝙ audiuerunt ab antiquioribus. ſuis, vel maioribus ſuis. Notandum erit etiam ſecundùm Specu. in titu. de iurament. calumn. in §. nunc dicamus, in uerſiculo notandum.
10 numero 3. † ꝙ teſtes a quacunque parte ꝓducantur, debẽt perhibere teſtimonium de facto vtriuſque partis: aliàs non probarent limites eſſe communes.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictionis confines, & iuriſdictio probantur per teſtes ſingulares.*
2 *Teſtes probans de vno actu iuriſdictionis, & alter de alio actu, facit probationem.*
3 *Iuriſdictionem exercens præſumitur dominus illius loci, in quo exercet.*
4 *Iuriſdictionis confines probantur per furcarum erectionem, & delinquentiũ capturam, & per citationem factam in tali loco, ſecuta citatorum comparatione.*
5 *Iuriſdictio & caſtri poſſeſſio probatur, præcipiendo, mulctando, & faciendo banna, vel per cuſtodias locorum.*
6 *Iuriſdictionis dominium probatur per cuſtodias locorum.*
7 *Solutio cenſus facit præſumere illum eſſe dominum, cui ſoluitur.*
8 *Solutio cenſus & gabellarum probat fines, vel iuriſdictionis poſſeſſionem.*
9 *Solutio præſumptionem facit, ut res pro qua aliquid ſoluitur, ſit in iuriſdictionis illius terræ, cui ſoluitur.*
10 *Iuriſdictionis fines probantur per tacitas uel expreſſas partiũ aſſertiones.*
11 *Fines probantur etiam per arbitrum ſententias, vel iudicum, & reddituum perceptionem.*
12 *Conſuetudo indicat maiorem partem quod quid eſt.*
13 *Confines probantur non ſolùm per partium aſſertiones, ſed etiam dominorum locorum.*
14 *Venditoris aſſertioni ſtandum erit circa terminos poſitos, ſi non habet intereſſe.*

Source : BIU Cujas

15 *Confines probantur etiam per voluntatem patrisfamilias in eius vita declaratam.*
16 *Confines probantur, si testes dicant, communem opinionem ita esse.*

CAPVT LII.

1 Aliter † etiam probantur iurisdictionis fines, & iurisdictio, vt per testes singulares: videlicet, si vnus deponat de vno iurisdictionis actu, & alter de alio actu per Bald. in l. fin. C. de testa. Vnde Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra. in versic. testium nume. 30. de prob. voluit:
2 † ꝙ si vnus testis dicat, tale castrum habere merum imperium, & interrogatus respõdeat scire; quia vidit illius loci officialem fecisse decapitare vnum in tali loco: & alius testis dicat, quòd vidit in eodem loco dictum officialem suspẽdere fecisse vnũ: ex eorum enim depositionibus resultabit probatio, per Inno.
3 in c. qualiter, el secundo, de accusa. † Et sic ratione exercitij iurisdictionis iste locus præsumitur illius esse, qui iurisdictionẽ exercet, secundùm Abba. in consi. 62. numero 18. volum. 2. &
4 Alber. Bru in consi. 34. nume. sexto, vbi subdit, † fines probari per furcarum erectionem, vel delinquẽtium capturam, & per citationem factam in tali loco, secuta postmodum citatorum comparitione, & idem voluit Felyn. in c. cùm causam. de pba.
5 per c. licèt. eo tit. & c. dilecto. de offi. archi. † Iurisdictio etiam & castri possessio probatur præcipiendo, mulctando, & faciendo banna, vt tradit Barba. in consil. 17. clarè præscriptum. col. 26. volum. secundo. Vel etiam probatur per custodias locorum, vt habetur per Guido Papæ in quæst. 193. in versic. quarto, per l. in nomine Domini. in princ. ibi, quoniam ita consueuit fieri, vt semper custodes fines prouinciæ seruent. de offic. præfec. & ad idem quod voluit Alex. in cõsil. 88. quoniam omne datum.
6 colum. fin. volum. quinto. † Vbi dicit, ꝙ ille actus ponendi custodes, vel custodiendi, ne damna dentur, denotat iurisdictionis dominium, & superioritatis: non autem rerum particularium: quia domini terrarum & castrorum tenentur custodes deputare omni tempore, ne damna aliquo tempore fiant, per not. Ang. in l. ne quid. in prin. ff. de incen. rui. naufra. & in c. j. §. conuenticulam. de pace iur. firman. arg. l. si ita legatus. §. dominus. ff. de vsu & habitu. † Iurisdictio probatur etiam per census
7 solutionem, vel per solutionem eius probabitur tale castrum, vel villam subesse tali domino, vel ciuitati cui soluitur, seu de eorum territorio, si per testes testificabitur, quòd tali Domino seu ciuitati soluitur cẽsus per tex. in l. prima, ibi, sub quo vicus ille vel possessio. & ibi per Bald. etiam C. de natu. lib. & ꝑ Pari.
8 de Put. in c. qualiter. de fini. feu. † Et quasi fines seu iurisdictionis possessio probatur per onerum præstationem, vt voluit Alex. in consi. 166. nume. 2. in consi. 226. nume. 2. volum. 2. vel, vt habetur per Socin. in consi. 187. nume. 15. volum. 2. probantur confines non solùm per census solutionem, ut in d. c. licèt. sed per gabellarum solutionem, vt ibi per eum, num. 3. quia ius exigendi gabellas arguit imperium in loco, in quo exiguntur, vt habetur in l. vectigalia. C. de vectig. & commissis. & per Bald. in c. j. de pace tenen. & secundùm Hippoly. de Marsil in rub. de
9 proba. nu. 266. † Solutio præsumptionem facit vt res pro qua aliquid soluitur, sit iurisdictionis illius terrę, cui soluitur: quia ille qui possidet, præsumitur dominus, quamuis quasi possessio necessariò non inferat proprietatem, sed inducat quandã præ-
10 sumptionem, vt qui possidet sit dominus. † Et iurisdictionis fines probantur per tacitas, vel expressas partium assertiones, ac per vulgi opinionem, & circumcolentium iudicium: quia in hac finiũ materia sunt magis idonei testes quàm alii, & quanto sunt simpliciores & rustici, tanto sunt credibiliores: qa non deponunt nisi de possessione facti, tãquàm suis oculis semper astantes super ipsis locis, vt habetur per Bal. in consi. 468. qualiter probentur. volum. 3. Et idem refert & sequitur Pet. de Vbal.
11 in tracta. de duobus fratri. in par. quinta, numero 31. To. 13. † Et fines secundùm Bal. in d. consi. 468. & in consi. 535. co. volum. probantur per iudicum & arbitrum sententias, vel per redituũ perceptionem: pone ergo quòd testes dicant vidisse vnam partem possediſſe à tali flumine versus fontem talis castri, vel à tali magno & insigni lapide ac immutabili: & tũc erit pręsumendum, quòd ille fons, vel lapis insignis sit terminus: quia sic con
12 sueuit fieri. † Et consuetudo indicat maiorem partem quod quid est, ut per Pari. de Put. in c. qualiter. nume. sexto, de finib.
13 feud. † Et confines, vt voluit Socin. in d. consilio 187. numero 12. volum. secundo, probantur nõ solùm per partium assertiones, sed etiam dominorũ locorum, qui iurisdictioni pręsunt, & de illa disponere possunt, vt habetur per glo. in cap. si Papa. in ver. asserat. de priuileg. in sexto, & per Alber. Bru. in d. consi. 34. numero secundo, & per Pari. de Put. in cap. an si dicatur. de
14 fini. feu. † vbi subdit, ꝙ de terminis appositis standum erit venditoris assertioni, si non habet interesse, per l. eos. & ibi glo. ff.
15 fini. regun. & per Bal. in l. in omnibus. C. de testi. † Et confines, vt traditur per Guid. Papę in d. q. 193. in versic. octauò. probantur etiam per voluntatem patrisfamiliàs, in eius vita declaratam, per l. si seruus. §. fin. ff. de leg. primo, & in l. si quis duas. §. si
16 quis autem. ff. com. prædio. † Et, vt habetur per Corn. in consi. 171. nume. 12. volum. primo, confines probantur, si testes dicãt communem opinionem ita esse, per Spec. de probat. ver. hoc etiam not. & in §. videndum restat. versi. 12.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptiones plures simul iunctæ probant confines.*
2 *Præsumptiones non solùm plures, sed etiam duæ simul iunctæ probant confines.*
3 *Probationes leuiores, coniecturæ, indicia, & argumenta, etiam semiplenæ, probant in antiquis.*
4 *Probationum species duæ possunt simul iungi in probandis cõfinibus, vbi aliàs non coniungerentur.*
5 *Probationes imperfectæ simul iunguntur in his quæ sunt difficilis probationis.*
Probationes recipiuntur secundùm subiectam materiam.
7 *Probationes quando iungi possunt, vide Abba. distinctionem.*
8 *Probationes quando non sunt commiscibiles, & tendunt ad diuersa, non coniunguntur simul, vt in pluribus testibus singularibus.*
9 *Probationes non iungerentur, si vnus testis deponeret de mutuo, & non perfectè, & alter de confessione & non perfectè.*
10 *Mutui probatio & non confessio aciunt semiplenam probationem, & in supplementum poterit deferri iuramentum.*
11 *Indicium vnum si probatur per unum testem, & aliud indicium per alium testem, non iunguntur simul ad faciendum indicium in criminalibus.*
12 *Fama debet esse formiter probata, & perfecta in suo esse, ad hoc vt possit iungi cum alia probatione.*
13 *Probationum plures species iunguntur, nisi vnaquæque species sit perfecta de per se.*
14 *Probationes si tendunt ad diuersa, non iunguntur simul.*
15 *Testes, si deponunt de diuerso loco, tempore, & actu, non iunguntur simul.*
16 *Fama sola de per se, vel testes de auditu probant in confinibus antiquis.*

CAPVT LIII.

1 Alijs † etiam speciebus probationũ viuæ vocis cõfines probantur, vt per plures præsumptiones simul iunctas, vt est text. in cap cùm causam in versi. & quæcunque adminicula. de pb. quasi dicat, ꝙ ex aliis etiam probationibus præsumptiuis pos-
2 sunt probari. † Et quòd plures præsumptiones simul iunctæ, immo etiam duæ faciunt plenam probationem, voluit Aymo
3 Craue. in consil. 158. visis actis. nume. 11. uolum. primo. † Et in antiquis maximè sufficiunt leuiores probationes ueluti coniecturæ, indicia, ac argumenta, etiam semiplena, per ea quæ deducit Pari. in consi. 104. in præsenti causa. numero 42. uolum. j.
4 Et dixit Aret. in consi. 42. num. 3. † duas probationum species, coniungi posse in probandis confinibus, vbi aliàs non coniungerentur: quia quæ non prosunt singula, multa iuuant l. 2. § j ff. de excus. tut. & c. cum dilectus. de succession. ab intesta. Et ideo bonus iudex debet cõsiderare omnes coniecturas & argumẽta. † Et quòd in his quæ sunt difficilis probationis, probatio-
5 nes imperfectæ de facili cõiunguntur, licèt in alia materia nõ reperiatur, traditur à Parisio in consi. 57. nume. 17. & 36. uolu. j. per D. Ant. in ca. ueniens. el primo, in fi. de testi. quem refert & sequitur Alexand. in consilio 24. animaduersis, colum. fin. uo-
6 lum. secundo. † Et ut habetur per Deci in d. cap. cum causam. numero 12. probationes recipiuntur secundùm subiectam materiam, & aliquando non plenè concludentes, quæ in alia materia non reciperentur & tãquam inualidæ, prout etiam Lap.
7 uoluit in alleg. 94. † Et ut scias quando & quo casu istę probationes iungi debeant, recurrendum erit ad distinctionẽ Abb. in d. c. cum causam. numero secundo, ubi ita distinguit: Aut ꝓbationes diuersę tendunt ad unum, aut tendunt ad diuersa. Et primo casu si sunt commiscibiles, & ad iudicis animum inducendum ad plenam credulitatem, & tunc inducunt plenam probationem, iuxta ea quæ dixit in c. tertio loco. eod. titu. & faciunt ad hoc not. per Socin. in consi. 187. numero quarto, uolum. 2. ubi habetur, quòd illa dicatur perfecta ꝓbatio, quæ inducit iudicem ad credulitatem, per tex. in l. tertia. §. tu magis. ff. de testi. & hoc procedit secundum Abb. siue istę probationes sint eiusdem generis in duobus testibus, siue sint diuersi generis. ut unus testis cum fama iuxta not. in cap. primo, de appella. & d. cap ueniens. el primo. de testi. quod tamen erit intelligendum in casu, quòd fama faciat semiplenam probationẽ. Idem in aliis præsumptionibus & adminiculis concurrentibus cum uno teste de uisu, uel pluribus de credulitate, ut habetur in l. 3. ff. de testi. & in c. si testis. 4. quæst. tertia, & c. cum causam quę. de
8 de re iudi. † In secundo casu, cùm tendant ad diuersa, tũc non
9 sunt cõmiscibiles, ut in plurib. testibus singularib. † Et idem diceretur, si aliqui testes deponerẽt de mutuo, sed non perfectè,

Source : BIU Cujas

& aliqui de confessione mutui,& non perfectè,& tunc nō con iungerentur ad faciendam plenam fidem:quia mutuum & cō fessio sunt diuersa,neque tendunt ad faciendum vnum totum, cum sępè sit vnum sine reliquo.Et adducit ad hoc,quod no.in d.l.secunda.§.primo.ff.de excus.tut.& l.j. C.quan.mu.offic.tut. fung.pote.& d.c.licèt.& prosequitur Abbas, dicens ita esse de mēte Bar.in l.prima.§.idem Cornelio.ff.de quæst.& in l.admonendi.ff.de iureiur.& etiam ibi per Iason.nu. 60. habetur, ꝙ testis deponens super mutui numeratione,deponit de mutuo naturali:& qui deponit de confessione, deponit de mutuo merè ciuili: & ideò non erit mirum,si non coniungantur, cùm deponant super diuersis speciebus, cum sint penitus singulares, &
10 istam opinio. Abb.sequitur ibi Felyn. nu.10. † præterquam in eo exemplo,quod deponit de mutuo,& mutui confessione:qa dicit semiplenam facere probationem, etiam in eo casu, & in supplementum deferri posse iuramentum, & adducit Abba. contrarium tenentem in c.cùm dilectus.eo.tit.& Deci.ibi numero secundo, dicit istam conclusionem maximè procedere in ijs,quæ de facili probari non possunt: quia tunc imperfectæ
11 probationes facilius coniunguntur.† Et prædicta conclusio secundùm Hippoly.de Marsil.in l.vnius § in ea causa num.3.de quæstio.limitari posset,quando sumus in criminalibus ad probandum vnum indicium à remotis,ad cuius probationem requiruntur duo testes & sic si contingat fieri probatio ꝑ vnum testem,& de vno indicio,& similiter si fiat probatio per vnum testem de vno alio indicio, tales duo testes tāquam singulares non iungerentur ad faciendum vnum indicium perfectum: quia vnumquodque per se est imperfectum,& not.ita signāter voluisse Bal.in l.si quis ex argentariis.§.primo.ff.de eden.& per
12 plura alia ibi per eum deducta. † Et ad idem faciunt quæ ipse Hippoly. congerit in d. §. plurimum. nu.46.vbi in casu quo fama posset iungi cum alia probatione, ad faciendum plenam probationem ipsa debet esse perfecta in suo esse, aliàs nō iun-
13 geretur cum alia probatione.† Et ratio est secundum eum: qa nunquam iunguntur simul plures species probationum ad ꝓbandum,nisi vnaquęq; species sit perfecta de per se in suo esse, per Bal.in d.l.si quis ex argentarijs.post prin.Et etiam Hippoly. in d §.plurimum. nu.98. congerit plura quādo diuersi generis probationes iungantur ad faciendam plenam probationem. Limitatur prædicta conclusio secundùm Deci. in d.c.cùm causam, quando probationes tenderent ad diuersa, vt in exemplo
14 supra posito per Abba.†vt si vnus deponat de confessione mutui,& alius de mutui veritate : quia tunc non coniungerentur, & non probāt.Et subdit Deci.ibi numero 11. quod secus esset, si in alio contractu testes deponerēt,vt puta depositi: quia tūc coniungerentur,& confessio vera probaret numerationem, ut per Areti.ibi in fi.& per Bald.in consi.188.præsuppositio sta-
15 tuto,in fin.volum tertio.† Limitatur etiam prædicta conclusio, quando testes deponerent de diuerso loco vel tempore, vel actu,secundum Ant.in d.c.veniens.el primo.Aduertēdum etiam erit, quòd istæ limitationes possent procedere in ꝓbandis finibus nouis, & non in antiquis: † quia in probandis antiquis remanet firma Abb. conclusio, quod sola fama de per se sufficiat, vel testes de auditu tātùm,prout videtur sentire Dec.
16 in d.cap.cùm causam. num.2. Et ea ratione, quia sunt difficilis probationis.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio est argumentum ad credēdum vnum factum surgens alterius probatione.*
2 *Præsumptio ex multis insurgit.*
3 *Præsumptionum species sunt quatuor: temeraria, probabilis, violenta,& necessaria.*
4 *Adminiculum dicitur illud,quod inducit ad veri suspicionem.*
5 *Præsumptiones,coniecturæ,& indicia in dubio probant ea quę non probant veræ probationes.*
6 *Probationes quæ aliàs non admitterentur, admittuntur in ꝓbandis confinibus.*

CAPVT LIIII.

Et vt dixi in præcedenti cap.fines ꝑ plures præsumptiones simul iunctas probantur: † erit ergo videndū,quid sit præsumptio.Et vt inquit Spec.in tit.de præsumptio.in prin.est argumentum ad credendum vnum factum surgēs ex alterius probatione,puta ex cohabitatione personarum suspectarum præsumitur coitus,vt c.nec aliqua.27.q.j.& cap.dixit dominus.32.
2 q j.& c.tertio loco.& c.licèt literis.de præsumptio.† Et præsumptio ex multis insurgit,scilicet ex causa,ex persona, ex loco, ex qualitate,ex taciturnitate,ex sequenti vtilitate,ex fletu,& negligentia,ex conuersatione,& familiaritate,ex euentu,ex vicinitate,& obscuritate,ex dignitate,ex quantitate, ex dilectione, ex frequentatione,& ex ętate:& ibi ponit exempla de omnib.præ
3 dictis, quæ breuitatis causa omittere voluit.† Et secundùm ꝙ ipse not.in §.species.eo.tit. Præsumptionum species sunt quatuor,licèt communiter tres consueuerint assignari, scilicet temeraria,probabilis, violenta, & necessaria,& ibi declaratur de
4 vnaquaque earum.† Notandum quoque venit, ꝙ adminiculum dicitur illud,quod inducit ad veri suspicionem, secūdùm Socin.in consi.187.num.quarto, vol.2. per Bal.in l.ea quidem. C.de accusa.& per Bar.in l.admonendi.ff.de iureiur. dū describit probationum gradus. † Et erit aduertendū, ꝙ etiam ea quę
5 non possunt probari per veras probationes, in dubio probantur per præsumptiones & coniecturas, vel indicia, ut habetur in glo.in c.transmissas.qui fili.sint legiti. & maximè in probandis confinibus antiquis, secundùm Lauren. Calcane.in consi-
6 lio 90.quia ista quæstio.nume.14. † Et in his probandis admittuntur probationes, quæ aliàs non admitterentur, ut uoluit glos.in c.2.in versi.si cognouerit.de arbit. & Io. And.in c.cùm quid.de reg.iur.in 6.

SVMMARIVM.

1 *Fama per vocem viuam & mortuam probatur.*
2 *Fama est communis opinio voce manifestata ex suspicione prouenies. Et fama, communis opinio, & communis extimatio sunt idem, vt ibi numero secundo.*
3 *Fama est quando tota ciuitas, vel vicinia, aut maior pars reclamat.*
4 *Rumor est quando aliqua pars ciuitatis, vel vicinię, vt puta, tertia vel quarta pars reclamat.*
5 *Notorium dicitur, quod est ita euidens, quod nec latere, nec tergiuersatione celari potest, & cuius est testis populus.*
6 *Manifestum est illud,quod à vulgo dicitur coram pluribus testibus.*
7 *Fama, vt faciat probationem, debet probari ortam esse ante litem inchoatam.*
8 *Fama probari debet per duos testes.*
9 *Fama probari debet per viros discretos, & bonæ famæ, & non per viles, aut mulierculas.*
10 *Fama in antiquis probat confines.*
11 *Fama antiquissimum dominium villarum & aliarum rerum probat.*
12 *Fama probat titulum iuris patronatus.*
13 *Fama quando faciat plenam probationem.*
14 *Fama in his quę hominum memoriam excedunt,plenè probat.*
15 *Fama in his quę sunt difficilis probationis à communiter accidentibus plenè probat.*
16 *Fama in his quę excedunt centum annorum metam, plenè probat.*
17 *Fama quando ab vna parte fuit affirmatiuè probata, & ab alia negatiuè, cui standum erit.*
18 *Fama quando fuit probata ab vna parte, & vno tempore, & ab alia alio tempore, cui stabitur.*
19 *Famæ duę contrariæ si erunt probatę, stabitur bonę famę.*

CAPVT LV.

1 Fama † autem non solùm probatur per ꝓbationes quæ fieri possunt ꝑ vocem mortuam,id est per instrumenta, sed etiam per viuam vocem,ut per testes,secundùm ꝙ no.Felyn. in c. cùm causam. nu.4.& nono,de probat.Igitur dicamus de ea, quæ inter viuæ
2 vocis species connumeratur. † Et quæ fama, vt inquit Bart. in l.de minore.§.plurimum.nume.7.ff.de quæstio. est communis opinio voce manifestata,ex suspicione prouenies. Et fama & communis opinio,& communis extimatio voce manifestan-
3 tur:aliàs secus,vt ibi per eum. † Et fama secundum gl. & Abb in c.super eo.nume.3.de eo qui cogno.consangui.vxor.suæ,est
4 quando tota ciuitas, seu vicinia,aut maior pars reclamat.† Rumor verò quando aliqua pars, puta tertia vel quarta ciuitatis,
5 vel viciniæ reclamat. † Et notorium dicitur, quod est ita euidēs,vt nec latere, nec tergiuersatione celari possit, & cuius est testis populus secundum Bar.in l.scriptus.nume. secundo.ff.de religi.& sump.fun.per c.tua nos.de cohabita.clerico. & mulie.
6 † Manifestum autem est illud,quod à vulgo dicitur, & coram pluribus testibus l.hæredes palam. ff. de testa.& de his habetur
7 per Cassado. in decis.3. nu.2. de probat. † Et fama ad hoc vt faciat probationem, debet probari, quòd ante litem inchoatam sit orta,per ea tradit Aymo Crau.in consil.260. ad dubia.nu.7.
8 volum.secundo. † Ac etiam probari debet per duos testes, vt dicit glo.in c.si testes.§.item sæpè.in ver.fama.3.q.3.& per Bar. in d.l.de minore.§.plurimum.nu.19.& per Abb.in c.vestra.nume.7.de cohabita.cleri.& mulier.& in c.tertio loco.de præsumptio.Et in c.quia.de appell.& per glo.in decis.Thol.379.in ver. quæro qualiter in ea,quæ incip.Idem tenet Siculus,& habetur per Deci.in consi.227.nume.quarto,volum.2. & per Hippoly.
9 de Marsil.in d.§.plurimum.nu.101. † subdens per viros discretos & bonæ famæ & non per viles & mulierculas famam pro-
10 bari debere. † Et ꝙ in antiquis cōfines probentur per famam, voluit Guid.Pap.in q.193.versi.3.& Hippoly.in citato loco,nume.55.& Hiero. Grat. in respon.138. nu.11.volum.j.& faciunt
11 quæ traduntur per omnes in c.veniens.de testib.† Vnde Barb. in c.ex literis.in fi.de probat. vult in antiquissimus dominium villarum

Source : BIU Cujas

villarum & aliarum rerum per famam probari, & deducit ad hoc glos.in c.veniens.el primo,in ver.illorum.de teſt. Et idem voluit Socin.in conſilio 86.numero ſecundo, volum. primo, & in conſilio 187. nume. quinto,vol.2. per no.in l.ſi arbiter.ff. de proba.& in l.ſecunda.§.Item Labeo.ff.de aqua plu.arcen. & per glo.in c.cùm olim. in verſic.inſtrumentis.de cenſib. & per Bald. in l.cùm quis. C. de iure deliber. Et idem videtur tenere
12 Caſſado.in d.deciſio.3.de probat.nume.2. ſubdens, † quòd per eam probatur titulus iuris patronatus, vt latè traditur ꝑ Boer.
13 deciſ.42.numero 32.in prima par.†Et ne prolixus videar quando fama faciat plenam probationem,te remitto ad ea quæ tradunt Doctor.in l.admonendi.ff.de iureiur.& Marſil.poſt Bart.
14 in d §.plurimum.numero 56.† Et facio hanc concluſionem, ꝙ in his quæ hominum memoriam excedũt, fama plenè probat,vt habetur per Corne.in conſi.304.nume. quinto, volum. tertio,& in conſi.35.circa primum.nu.22.volum.j. per Aret.in conſi.42.nume.primo.Roman.in conſi.324.nume.5.Socin.in conſi.89.nume.quinto,& in d.conſi.86. nume. ſecundo, vol.j. & in conſi.166.num.12.& 28. & in d.conſi.187.num.18.vol.2. Cępol.in conſi.ciuili.conſi.38.nume. 10.Curti. Senior in cõſil. 70.nume.16.Bertran.in conſi.260.numero ſeptimo,volum.4. Carol.Ruin.in conſi. 103.num. 16.uolum.primo,& in conſilio 44.numero 15.& 17.& in conſi.92.nume.3.& in conſi.151.numero ſecundo,& in conſi.173.num.2.vol.4. Pariſi. in conſi.27. nume.19.& conſi.104.nu.20.vol.j.& in conſi.4.nume.8.vol.4. Iaſ.in conſil.114.nume.5.vol.primo,& in conſil. 65. nu j.in 3. vol.& in l.cùm aliquis.nu. 5.C.de iure de libe. Hier. Grat.in reſpon.18.num.4.vol.j.Bart.Caſſan.in conſi.54. nu. 25. Alciat. in reg.2.præſumptio 3.de præſumptio.Aymo Craue.in conſi.54. num.10.vol primo,& in tracta.de antiquita.tempo.in 1. par. in ſectio.viſo de fama,& per Deci.in c.dilecti.nu.18.de appellat.& in c.veniens.nu.11.de ſi.inſtru.& in conſi.42. nu.10. & conſilio 428.nume.3. vol.tertio, vbi refert ita Doctores communiter
15 tenere. † Et fama à communiter accidentibus in his, quæ ſunt difficilis probationis,facit probationem plenam: vt eſt de mẽ-
16 te Deci.in conſi.652.num.2.vol.5.†Et ſic fama in antiquis hominum memoriam excedentibus plenè probat, vt ſi centum annorum metam excederet, ſecundùm quòd voluit Socin. in reg.144.incip.fama.num.7 & habetur in d.deciſio.Tholo. 389. in addi.incip.hanc concluſionem.Et per Marſi.in d.§.plurimũ.
17 nu.67. † Erit etiam videndum,quando fama fuit ab vna parte affirmatiuè probata,& ab altera negatiuè, cui erit ſtandum: & Bar.in d.§.plurimum.verſic.quid ergo.nu.26. decidit ſtandum eſſe teſtibus dignioribus. Vel ſi teſtes eſſent ęquales, ſtandum eſſe illi probationi, ſeu illi famæ quæ procedit ex veriſimilioribus probationibus, argu.l.ob carmen. ff.de teſti.in fin.cum ſua glo.& per ea quæ no.in c.cum tua.de ſponſali.& idem habetur in d.deciſio.Tholo.in addi.incip.an fama.in ver.quid ſi eſt pro-
18 bata. † Et hoc etiã procedit,quando eſt probata fama eiuſdem loci & temporis,vel quando fama commiſſi maleficij fuit probata ab vna parte & vno tempore, & ſecunda fama innocentiæ probata fuit alio tempore ab alia parte,& tunc præferenda erit ſecunda probatio:quia poterunt homines opinionem mutare, & vltima prævalebit, vt l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. ff. de dam.infect & prout dicit text.in l.2.ff quis ord. in bon.poſſ. ſeruet.ſi tamen fama vltima erit fundata melioribus vel ęquè
19 bonis coniecturis. † Quod ſecus eſſet, ſi fama prima ſit magis veriſimilis. Vel quando eſſent probatæ duæ famæ contrariæ, ſtandũ eſſet teſtibus deponentibus de bona,ſecundùm Aymo Cravet.in conſilio 275. quæritur. numero duodecimo, volumine ſecundo.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes qualiter deponere debeant ſuper fama.*
2 *Fama qualiter probari debeat.*
3 *Teſtis quæ exprimere debeat in probanda fama.*
4 *Fama ſecundùm opi. Bal. quam ſeruat Romana curia, qualiter probetur.*
5 *Communis opinio qualiter probetur, & teſtis debeat ſuper ea deponere.*
6 *Communis vſus loquendi qualiter probetur, & teſtis debeat ſuper eo deponere.*
8 *Fama quando non eſt orta ex probabilibus & veriſimilibus cauſis, non probat.*
8 *Fama quando facit plenam probationem, non procedit opi. Bal. ſed Bar.*
9 *Fama quando oritur ex probabilibus coniecturis, & veriſimilibus, probat, licèt teſtis non deponat à quibus audiuerit, & ſecus eſſet, ſi non eſſet orta ex probabilibus coniecturis.*
10 *Defectus perſonarum ſuppletur per argumenta probabilia.*
11 *Fama quando probatur per decem teſtes, probat, licèt non eſſet formiter probata.*
12 *Notorium dicitur quod a decem teſtibus deponitur.*
13 *Vniuerſitas à decem hominibus conſtituitur.*
14 *Teſtis quando interrogatur in cauſa ſcientiæ, tunc cauſa ſcientię debet eſſe ſeparata ab eius depoſitione.*
15 *Notarij errant, dum ſcribunt, in cauſa ſcientię teſtis dixit vt ſuprà.*

CAPVT LVI.

1 Et nunc † erit vtile ſcire,qualiter teſtes deponere debeant ſuper fama. Et dicas debere dicere famam eſſe, & cõmunem opinionem, ꝙ talis limes ſemper fuit obſeruatus à tãto tẽpore, cuius initij memoria non exiſtit,prout etiam voluit Archid. in cap. inter memoratas.16. quæſt. quarta, & Floria. in l.in finalibus.ff.ſi.regundo.& Felyn.in cap. cùm cauſam.nume.quarto,& nono,de proba.Vel ſecundùm Bart. in l.de minore.§.plurimum.nu.10. quem ſequuntur communiter Doctor.& maximè Hippol. de Marſil.numero 46.ff.de quæſtio. & habetur in deciſio. Tholo.
2 329.† teſtis debet dicere,ꝙ eſt publica vox & fama.Et interrogatus quomodo ſciat,reſpondere debet, ꝙ publicè dicitur per ciuitatem,vel à maiori parte populi huius ciuitatis,vel in ciuitate,caſtro,vel uilla. Et ſi teſtis ſolùm reſponderet,ꝙ eſt publica vox & fama,certè non probaret:quia non redderet cauſam per aliquod,quod ſenſu percipiatur.Nõ enim dicit, ſe audiuiſſe à maiori parte populi, ſed deponit, ꝙ hoc dicitur. Vel ſi teſtis diceret, ꝙ audiuit publicè dici, non ſufficeret : quia poſſet eſſe,ꝙ unus homo publicè dicat. Debet ergo dicere, & audiui publicè dici à maiori parte hominũ iſtius ciuitatis. Et ibi ſubdit Marſil.ꝙ teſtes debent dicere audiuiſſe à maiori parte populi illud,de quo dicitur,ꝙ eſt fama,& aliter reſpondendo nõ probaret famam. Et teſtis debet perſonas nominare, à quibus audiuit, ſecundùm quòd notat Deci.in conſi.57.num. quarto, uolu.primo,licèt non fuerit interrogatus, ut habetur ꝑ Marc.
3 Blanc.in tract.de indi.& tortu.in uer.fama.num.311.† Secundò teſtis debet exprimere aliquam cauſam, ꝓpter quam fama ita ſit orta, & ꝙ fama ſtatim orta ſit,prout etiam uoluit Carreri.in ſua practi.crimi.in l.obſeruare.§.curabis. nume.111. Et faciunt quæ habentur per Corne.in conſi.198.uiſa.uolum.ſecundo & per Alex.in conſi.20.nume.10.& in conſi.25.nume. quarto,& quinto,& in conſi.19.nume.21.uolum.4.& per Pariſi. in cõſ.61. nume.25.& in conſi.153.nume.14. cum pluribus ſequenti.& in
4 conſi.169.nume.44.uolu. 5.† Et licèt uideatur eſſe communis opinio,tamen contra eam, ut refert Caſſador. in deciſio.3.nume.7.de proba·Rota uel curia Romana ſequendo opin. Bal.in c.literis.de præſumptio.uidetur admittere probationem famæ abſque eo,ꝙ teſtes ita formaliter deponant,ut puta ſi teſtes deponerent tantum de publico auditu.Et dicit contra Bar. opin. eſſe obſeruantiam:quia in probanda fama,non ſumus in ꝓbatione neceſſaria,ad quam inferunt rationes Bart. ſed ſumus in præſumptiua, in qua ſatis eſt, ꝙ ſequatur per ſenſum iuris præſumptione,& per Bal.etiam in c.præterea.de teſti.quem etiam allegat Pari.in conſi.52.in fi. uol.3. dicens, Romanam curiam ſeruare opinionem Bal. & Caſſado.in citato loco,nume.9.Refert Innoc.& Anch.in c.ueniens.in pen.col. de uerb.ſigni.tene
5 re, † quòd licèt in probanda communi opinio.teſtis debeat dicere,ſe à multis audiuiſſe,quos ſi interrogatus nominat, bonũ erit:ſi tamen reſpondeat, non habere memoriam de aliquo, quia non recordatur de certo , ſed quòd communiter dicebatur,teſtimonium nihilominus valere uidetur, per l.in ſumma.
6 §.item Labeo.ff.de aqua plu.arcen. † Item in communi uſu loquendi uidentur teſtes apertè deponere de cauſa ſcientiæ, dicendo,Sic communiter audiui dicere,& probant licèt non repetant dicto tempore,uel dicta ciuitate:nam deponendo contenta in articulo uera eſſe;quia ſic communiter audiuit dicere, intelligimus rationem dicti ipſius teſtis de eiſdem loco & tempore contentis in articulis,& non de aliis:ne aliàs eſſet ſibi cõtrarius, & in falſum incideret, atque eius dictum non ualeret, & tantò magis opin.Bal.& Rotæ procederet, quando teſtis reſponderet de publico auditu, & de publica fama, & non eſſet interrogatus,quomodo ſciat,prout habetur in d.deciſ. Caſſad.
7 † Quæ tamen opin.Bal.limitari poſſet non procedere,quando fama non eſſet orta ex probabilibus & ueriſimilibus cauſis per ea quæ tradidit Aymo.Craue.in conſi. 260. ad dubia. nume.7. uol.2.uel etiam ſecundùm Pariſi.in conſi.67. num.108. uol.3. opinio Bald.non ſeruatur in foro ciuili,ſed ſeruatur opin.Bar.
8 in d.§.plurimum. † Vel poſſet Bal.opinio limitari,ut procedat, ubi fama faceret ſemiplenam probationem, ſed quando facit plenam,procedat opin.Bar.& communiter ſequentium eam, ueluti ſi extaret ſtatutum,ꝙ fama faceret plenam probationẽ: quia tunc intelligeretur de fama legitimè probata, & non de ſimplici,prout uidetur ibi ſentire Bart. in uer.quæro ſtatutum, nu.31.quem ſequitur Marſil.ibi nu. 104. plura cumulando. Et ſicut uerba ſtatuti ſunt intelligenda, ut minus derogent iuri communi,quantò minus fieri poſſit.l.ut gradatim.§.& ſi lege. ff.de muneri.& hono. l.3. C.de noxali.& cap.cùm dilectus. de conſuetud.ita etiam intelligendo opinio. Bald. minus erit leſa communis opin.quæ eſt in contrarium. Vel etiam poſſet dici, quò licèt ſeruaretur opin.Bald. quò ad ſuperiùs deducta, in reliquis uerò ſeruandæ eſſet opin.Bar.& aliorum Doctor.ſcilicet quòd teſtis debeat dicere, propter quam cauſam fama ita ſit

Source : BIU Cujas

orta,& quòd ſtatim ſit orta.Et ex prædictis rationibus fortaſſe poſſet teneri, quòd in probandis confinibus fama debeat formiter probari,ex eo quia facit plenam probationem : & ſic in eis probandis opinio Bart.& non Bald.ſeruanda eſſet:& eo maximè,quando teſtes non nominarent, à quibus perſonis fama eſſet orta:quia potuiſſet habere originē ab vno tantùm authore,& non eſſet credendum teſtibus,ſuper ea deponentibus,per ea quæ habentur in c.licèt ex quadam.in gloſ.in verſic.ab vno.
9 de teſtib.& per Barba.in c.ex literis.numero 39.de proba.† Limitari tamen poterit opin. Bart. & eam ſequentium, quando fama confirmaretur ex veriſimilibus & probabilibus cōiecturis:quia tunc teſtis, etiam interrogatus neceſſariò non habet dicere,à quibus perſonis audiuerit:quia fama potuit habere ortum à coniecturis & argumentis probabilibus.Nec requiritur,
10 ꝙ tunc originem habuerit à prouidis & honeſtis,† cū defectus perſonarum per argumenta probabilia ſuppleatur, ſecundùm Bald.in l.ea quidem.in vlti.pagi.C.de accuſatio. & per Salyc.in
11 tracta.de fama.in ver. tertiò quæro. † Secundò limitatur opin. Bart.& ſequacium,quando decem teſtes deponerent ſuper fama:quia tunc diceretur per eos fama probari, licèt non ita formiter deponerēt,vt habetur per Alex.in apoſtil.ad Bart.in d.§. plurimum.in addi.quæ incip.ſed quia.& per Felyn.in c.cū oportеat.numero octauo,de accuſa.& per Carreri. in ſua practi. crimi.in l.obſeruare.§ curabis.nu.111.& per Pariſ.in conſi.67.nu
12 mero 26.volum.3.† Et poterit eſſe ratio:quia notorium,dicit, quod à decem teſtibus deponitur,ſecundùm Corne. in conſil. 333.capio.nume.20.volum.primo, per Bald. in l.ſi verò. §.qui
15 pro rei qualitate.ff.qui ſatiſd. cogant. † Vel alia poterit eſſe ratio:quia decem homines faciunt vnam vniuerſitatem, vt per Alex. in l.prætor ait. la ſecunda, numero quarto. ff.vi bono.ra-
14 ptor.& habetur per Hippolyt.de Marſil.in ſingul.477.†Neque erit omittendum, quod traditur à Rober.Maran.in ſuo aureo Spec.aduoca. in ſecunda par.iudicio. in ver. ſextus actus.nu.11. vbi vult,ꝙ ſi teſtis interrogaretur in cauſa ſcientiæ, tunc cauſa ſcientiæ debet eſſe ſeparata ab eius depoſitione, ne ſit eadem cum dicto,veluti ſi teſtis dicat,Titius mutuauit Seio centum : in cauſa ſcientiæ debet dicere ; quia vidi pecuniam numerari ex cauſa mutui:& ſecus ſi diceret,quia ſcio:nam non probaret: quia ratio eſſet eadem cum dicto, & talis depoſitio nō valeret, per Bartol.in l.fin.ff.de offi.procur.Cæſar.& per Socin.in conſi.
15 98.colum.fin.volum.quarto. † Vnde, vt ipſe dicit, tabelliones interrogantes errant in hoc,dum ſcribunt. In cauſa ſcientiæ,teſtis dixit & depoſuit vt ſuprà : quia ſi in illa depoſitione teſtis non faceret mentionem de aliquo corporis ſenſu, ſed generaliter dixit, ſcire dicta per eum,tūc illa cauſa ſcientiæ deſtrueret totum eius dictum, & melius faceret notarius, ſi teſtem nō interrogaret.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes vniuerſitatis eccleſiaſticæ, ſiue ſint clerici religioſi, ſiue ſeculares, admittuntur ad teſtificandum pro eorum vniuerſitatibus.*
2 *Eccleſiaſticæ perſonæ ſunt magis dignæ, quàm ſeculares.*

CAPVT LVII.

Viſo ſuprà de probationum qualitate, quæ fieri debent per teſtes,nunc erit dicendum de teſtium qualita-
1 te.Et primò an† indifferenter vniuerſitatis eccleſiaſticæ teſtes, ſiue ſint clerici religioſi,ſiue ſeculares, aut conuerſi admittantur ad deponendum in cauſis ſuarum vniuerſitatum.¦Et erit dicendum,quòd ſic:vt not.Abba.in c.inſuper. numero ſecundo, de teſti.quia (vt ipſe dicit) damnum vel lucrum ad eos nō pertinet proprio nomine,& ſic nō poterit dici, quòd ſit cauſa ſingulorum.c.biduum.in verſi.palam.ſecunda quæſt. ſexta,& idē videtur ſentire Alexand.in conſilio 68.& viſo.numero 17.volum.ſecundo,& Cępol.in tract.de ſeruit.ruſti.prædio.in titu.de iure paſce. nu.11. Vbi etiam differentiā nō facit inter vniuerſitatem eccleſiaſticam & ſecularem licèt ſecundùm eum maiorem præſumptionem faciant illi de vniuerſitate eccleſiaſtica, quàm illi de ſeculari: quia minus iuris habent perſonæ eccleſiaſticæ,cùm ius quod habēt in vniuerſitate eccleſiaſtica, non tranſmittatur ad eorum hæredes, ſicut faciunt laici, iuxta no-
2 tata in cap. in præſenti. de offic. ordi. in ſexto. † Vel alia poſſet etiam aſſignari ratio: quia perſonæ eccleſiaſticæ in dubio ſunt magis dignæ, quàm ſeculares,argum. gloſ.no. in c.monachus. in verſi.examinari.70.diſt.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitatis teſtes non in totum repelluntur habito reſpectu ad perſonarum qualitatem & lucri quantitatem.*
2 *Vniuerſitatis teſtibus plenè creditur, ſi non ſentiunt commodum vel incommodum.*
3 *Vaſalli depoſitio exiſtentis bonę famæ coadiuuatur ex aliorum teſtium depoſitionibus.*
4 *Subditi poſſunt ferre teſtimonium pro ſuis dominis.*
5 *Subditi ratione iuriſdictionis non excluduntur, ſed ratione dominicæ vel patriæ poteſtatis.*
6 *Vniuerſitatis teſtes admittuntur, quando ex victoria nullum ſunt habituri commodum.*
7 *Vniuerſitatis teſtes admittuntur, licèt reportarent commodum in vniuerſo.*
8 *Vniuerſitatis teſtes in nemorum litibus admittuntur, quando ſoluunt aliquid datiarijs.*
9 *Vniuerſitatis teſtes erunt idonei in cauſis, in quibus vtilitas peruenit communi.*
10 *Vniuerſitatis teſtes non erunt idonei, quando litigatur ſuper illo, quod concernit ſingulorum commodum.*
11 *Vniuerſitatis teſtes poſſunt deponere pro vniuerſitate : quia non videntur deponere in propria cauſa.*
12 *Vniuerſitatis teſtes non ſentientes commodum vel incommodum, admittuntur, ſed eis de fide diminuitur.*
13 *Teſtes habentes ſimiles lites, ratione affectionis non ſunt idonei teſtes.*
14 *Iudex debet ſequi communem opinionem in iudicando, niſi reperiatur falſa, vel probabilibus argumentis conuinci poſſit.*
15 *Teſtes quomodo deponere debeant ſuper iurgijs finalibus, pro vna vniuerſitate contra aliam vniuerſitatem.*
16 *Teſtibus contra teſtes vniuerſitatis deponentibus quando magis ſtandum ſit: vel ſi plures teſtes vniuerſitatis producerentur, numerus ſuppleret defectum.*

CAPVT LVIII.

1 Et ſequitur declarandum, †nunquid vniuerſitatis ſecularis teſtes in iurgiis finalibus ſuarum vniuerſitatū ſint habiles,vel ſi de fide eis diminuatur,& in hoc reperio Doctor. varia.ſentientes. Et in primis Abba. in c. ſuper. numero ſecundo,de teſtibus.tenet,propter vtilitatem,quæ ſecundariò ſingulis de vniuerſitate eueniret, non in totū repellerentur à ferendo teſtimonio in cauſa vniuerſitatis, ſed eis minus quàm aliis crederetur,habito reſpectu ad perſonarum qualitatem, & lucri quantitatem,arg.c.ſi quæſtiones.de ſimo.deinde ſubdit præ dicta procedere,quando per diuerſam partem alii teſtes in contrarium producerētur: ſed vbi non eſſent niſi teſtes de vniuerſitate pro vniuerſitatibus hinc inde examinati, ſatis putarem eis plenè credendum eſſe,in alium teſtium defectum: dummodo aliàs idonei fuerint,per text.in cap. ſuper prudentia.14.q.2. Et licèt d.c.loquatur in clericis,tamen eius ratio cùm ſit generalis, vendicat ſibi locum etiam in laicis vniuerſitatis ſingularis,per l.in tantum.§.primo.ff.de rer. diui. quæ tamen ratio im-
2 pugnari poſſet, per ea quæ dixi in cap. præcedenti. † Alia fuit opin.Bald.in conſ.468.qualiter.numero ſexto,volum.3.Videlicet,ꝙ ſi teſtes non ſentiunt commodum, vel incommodum immediatum,poſſunt pro ſua communitate deponere : & ſm eum ita Doctores communiter ſentire videtur, & idem tenet Rom.in conſi.7.num.quarto,& Pet.de Girar.in ſing.24.incip. vtrum ciuis.vbi diſtinguit,aut nō litigatur principaliter de vtilitate ſpectante ad ciues:& ſunt idonei.§.legatariis. Inſtit.de teſta.aut quæſtio eſt ſuper re principaliter ſpectante ad commodum & incommodum ciuium,& non ſunt idonei teſtes.l.omnibus.C.de teſta.Et Paris de Put.in c.qui ſępè.numero j. & 2.de
3 fini.feu.† ſubdit, quòd depoſitio vaſalli exiſtentis bonæ famæ coadiuuatur ex aliorum teſtium depoſitionibus, qui non ſunt vaſalli.Et de vaſallo teſte plenè traditur ab Afflic. in deci.304. nume.14.vbi concludit,ꝙ poſſit eſſe teſtis, dummodo non ſit grandi amicitia Domino cōiunctus,vel ei familiaris, vel ſit vilis perſona. Ad idem facit,quod voluit Alex.in cōſi 138. quòd
4 omne datum,verſi.item non obſtat.nume.16.† vbi dicit,ſubditos alicuius Regis vel Domini poſſe teſtimonium perhibere ꝙ ſuis Regibus & Dominis in cauſis,quas habent cum aliis : aliàs ſequeretur maximum abſurdum & inconueniens : quia tales domini perſępè de iure ſuo probare non poſſent. Et ideo ad-
5 uertas, † ꝙ ſubditi ratione iuriſdictionis non excluduntur,ſed
6 ſubditi rōne dñicæ,vel patriæ poteſtatis. † Alia fuit opin. Fulg. in conſi.174.vbi vult,cōem opinionem eſſe,ꝙ teſtes de vniuerſitate in cauſa vniuerſitatis admittuntur ad teſtificandum,qñ ex victoria nullum ſunt habituri commodū.Idem voluit Corneus in conſi.333.capio.nu.27.vol.j.ſubdens, ꝙ non congruit
7 inſtare,an ſint ita integri ſicut alii. † Alia fuit opin. Guid. Papæ in q.193.in fi.dum vult illos de vniuerſitate poſſe pro eorum vniuerſitatibus deponere,licèt reportarent cōmodum in vniuerſo,per not.Cynus & Doctor.in leg.parentes. C. de teſtibus.
8 † Et alia fuit opin.Alex.in conſi.99.viſis proceſſibus.nume.15. volum quinto,quem ſequitur Ant.Capy.in deciſ.151. vniuerſitas.num.6.uidelicet,ꝙ teſtes de uniuerſitate in nemorum litibus admittantur ad perhibendum teſtimonium, quando ali-
9 quid daciariis ſoluunt pro lignis. † Et ſimiliter Alexand.in conſi.68.& uiſo.nume.16.uolum.ſecundo. uult,quòd quando in cauſa

Source : BIU Cujas

in causa vniuersitatis est quæstio de molendino, vel de aliis rebus, quarum vtilitas in commune peruenit, ꝙ tunc illius homines erunt idonei testes: & istam opinio. tenet etiam Ioan. de Ami. Venefr. in consilio octauo, numero vigesimoquinto, & vigesimosexto, licèt in imponendis collectis commodum sentirent: quia minus grauarentur propter vtile, quod reddere
10 tur in communi. † Et alia fuit opin. Lanfran. in c. quoniam contra. in versi. testium. numero 121. de prob. quòd si illud, sup quo litigatur, singulorum commodum concernit: vt puta si est lis super memore, in quo quilibet potest accipere de lignis ꝑ vsu suo: & tunc vnus de vniuersitate non poterit pro ea testificari: & idem voluit Bertran. in consi. 51. volum. secundo, & Paris. in consi. 27. numero 98. & consil. 104. nume. 135. volum. primo. Et Hippoly. de Marsil. in §. seruus municipium. nume. primo,
11 de quæstio. dicit, omnes Docto. tenere, † illos de vniuersitate posse testimonium perhibere in causa vniuersitatis: & hac ratione, quia nemo de vniuersitate dicitur deponere in causa ꝑpria, cùm aliud sit vniuersitas, & aliud singuli de vniuersitate: capit. quia manumittuntur. 11. quæst. secunda. & ista prius fuere deducta per Abb. in d. c. insuper. numero secundo, vbi etiam plures describit fallentias, de quibus habetur mentio per Deci.
12 ibi. Sed † Cępol. de serui. rusti. prædio. in tit. de iure pascen. numero decimo, & vndecimo, videtur iudicio meo melius concludere, dum dicit, vniuersitatis testes non sentientes commodum vel incommodum admittendos esse, sed eis de fide diminuendum, & quòd nō faciunt plenam & integram probationem, sed præsumptionem: quia negari non potest, quin ipsi habeāt aliquam affectionem erga suam communitatem, cùm sic habere consueuerint, & ideo sic præsumendum erit, arg. l. certi condictio. ff. si cert. pet. & per Docto. in l. prima. C. de arbitr. & plura congerit Afflic. in decis. 400. Ideò non sunt omni exceptione maiores, ex quo exceptio ista præsumpta opponi poterit, vt est glo. no. in c. j. in ver. maiores. de consang. & affi. & in §.
13 item verborum. Instit. de inutili. stipula. † Et similiter ratione affectionis testes habentes similes lites non sunt idonei testes, vt habetur per glo. in c. cum. R. Canonicus. in ver. cùm sint eius socij. de offi. deleg. per not. in c. personas. de testi. in c. causam. de iudi. Imo. in consi. 112. per Ludo. Rom. in sing. 355. volo ꝑbare. Et Grāma. in consi. ciui. consi. 41. nu. 1. vbi subdit, quòd nedum semiplenè probat, verum etiam à testimonio repellitur. Ista tamen limitantur secundùm Felyn. in c. personas. quando
14 testis iuraret se non consequuturum commodum. † Et quāuis in iudicando & consulendo non esset recedendum à communi opinione: vt per Alex. in consi. 25. viso processu. nu. 2. vol. 6. & Curt. Senio. in consi. 44. nume. tertio, & in consil. 57. nu. 9. & 13. nihilominus non erit sequenda communis opinio iudicando, quotiescunque reperiretur falsa euidēter, vel probabilibus rationibus & argumentis conuinci posset, vt bonus iudex acutissimi ingenij existimabit, secundùm Abb. in c. tua nos. nu. 9. de vsur. & Barba. in consil. 28. scripsit bellissimè. nu. 2. vol. j. vel quando canon, aut lex aliud disponeret: quia tunc potius standum esset legi, aut canoni, quàm cōmuni opinioni. secundùm August. Beroi. in q. 116. nu. 2. Et sic ex causa non solùm à cōmuni opinione, verùm etiam à lege Iudex recedere poterit ꝑ plura quæ congerit Io. de Neuiza. in Sylua nuptia. in lib. 5. quomodo iudicari. in dubi. nu. 7. fol. 5. & ideò melius esset sequi opin. Cępol. non obstante communi opinio. in contrarium, quæ ꝑ-
15 babilibus rationibus conuinci posset. † Neque erit omittendū, quod traditur à Barto. in l. in summa. §. item Labeo. ff. de aqua plu. arc. quòd testes deponentes pro vno castro vel vniuersitate super controuersijs finalibus vertentibus cōtra aliud castrū, debent hoc modo ferre testimonium: quòd Berroarius illius castri custodiebat & pignorabat vsque ad illum locum, & ita à suis præcessoribus audierunt. Et quando testes de vniuersitate deponunt in fauorem vniuersitatis, & altera pars probat contrarium per testes idoneos, eis potius standum erit, quàm testibus de vniuersitate, ut per Affli. in decis. 400. nu. 8. vel secundùm Deci. in c. tertio loco. num. 11. si plures testes vniuersitatis producerentur, numerus suppleret defectum.

SVMMARIVM.

1 *Testibus pluribus vel melioribus, vel si erunt æquales numero, dignioribus vel peritioribus creditur.*

2 *Testes quando adinuicem contradicunt, si non possunt ad concordiam reduci, recurrendum erit ad auctoritatem, vel multitudinem, aut ad deponentes verisimiliora.*

3 *Testes quando erunt intra se varij, vel contrarij, standum erit pluribus, vel melioribus.*

4 *Testibus deponentibus de priori possessione magis creditur, quàm deponentibus de posteriori.*

5 *Testes de possessione & titulo præferuntur deponentibus tantùm de possessione.*

6 *Testes deponentes de antiquiori possessione sine titulo, præferūtur deponentibus de posteriori cum titulo, in interdicto vti possidetis, dummodo ille titulus fuerit postmodum acquisitus.*

7 *Testibus verisimiliora & aptiora deponentibus magis creditur.*

8 *Testes super fama deponentes, si erunt æquales, creditur verisimilioribus.*

9 *Testibus dignioribus magis creditur, & personæ religiosæ præferuntur.*

10 *Testes senieres præferuntur iunioribus.*

11 *Dæmones propter vitæ longitudinem, & rerum experientiam videntur melius scire.*

12 *Testium numerus supplet defectum.*

13 *Testes duo honesti vincerent centum ribaldos ab alia parte existentes.*

14 *Testis vnus bonus præfertur centum ribaldis.*

15 *Iudicis arbitrium multum versatur circa numerum & qualitatem testium.*

16 *Probationes actoris si excedunt probationes rei, non absoluitur reus, nisi daretur modicus excessus.*

17 *Iudices potius debent errare in absoluendo, quàm in condemnando.*

18 *Probationes si erunt pares, sententia ferenda erit in rei vel possessoris fauorem.*

CAPVT LIX.

Discussis probationibus, quæ fieri pos
sunt ꝑ testes, venit modò declarandum, quæ testium depositiones sint refel
1 lendæ, vel quibus testibus sit magis credendum. † Et dicas, testibus pluribus numero & melioribus: vel si sunt æquales numero, dignioribus, vel magis peritis, vt habetur per glo. in c. in nostra. in versicu. sed aduersa. in fin. de testi. Et ibi Abb. num. 4.
2 dicit, † quòd quando testes plures contradicunt, si iudex nō poterit eos ad concordiam reducere propter impossibilitatem: tunc primò recurrendum erit ad auctoritatem, secundò ad verisimiliora deposita, tertiò ad multitudinē, per d. glo. ibi & per
3 glo. in c. si testes. 4. quæst. tertia. † Vel si testes erunt varij inter se, vel cōtrarij, standum erit pluribus numero, vel melioribus, secundùm Aret. in ca. cùm causam. numero octauo, & nono,
4 de probat. & per d. c. in nostra. † Vel testibus de priori possessione deponentibus, magis credendum erit, quàm deponentibus de posteriori. l. ob carmen §. fin. ff. de testib. & c. licèt causam. de proba. & no. Barba. in consi. 6. & quidem viso. col. pen.
5 volum. secundo, vbi subdit, † testes deponentes de possessione & titulo præferendos esse deponētibus de possessione tātùm. Et secundùm Alex. in cons. 88. quoniam omne datū. in versic.
6 sed præmissis. nume. 18. vol. 5. † testes deponentes de antiquiori possessione sine titulo præferuntur testibus de possessione iuniori cum titulo, quādo agitur cum titulo vti possidetis, dummodò ille titulus post illam antiquiorem possessionem fuerit acquisitus, arg. l. si fundus. ff. de fun. dota. & per Bald. in disputa
7 sua incip. accusatus de vi turbatiua. col. pen. † Vel testibus magis verisimiliora & aptiora deponentibus creditur, vt habetur in glo. & c. primo, in versi. memoria. de præscrip. in sexto, & in
8 d. c. licèt causam. † Vel secundùm Bart in l. de minore. §. plurimum. nume. 26. ff. de quæst. & ibi per Marsil. nume. 53. quando testes sunt æquales in probanda fama, statur illi famæ, quæ processit ex verisimilioribus præsumptionibus. Et ꝙ testibus dignioribus magis credatur, vt dixi, voluit Paris de Puteo in c. in
9 finibus. nu. 5. de fini. feu. † Vnde personæ religiosę sunt præferendæ: quia magis dignæ quàm seculares, argu. glo. in c. monachus. in versi. examinari. 70. distin. † Vel etiam testes seniores
10 ionioribus sunt præferendi, vt no. glos. in l. cùm quid. in versic. vinum. ff. si cert. pet. & idem videtur sentire Socin. in consi. 96. nu. 12. vol. j. per id quod habetur in c. quoties. de testi. & per glo.
11 in c. fi. de offic. archi. † Et senioribus magis creditur propter vitæ longitudinem, & rerum experientiam, & ideo videntur melius scire, & eadem ratione Dæmones sunt sapientes, vt dixit
12 textus in cap. sciendum. 26. quæst. tertia. † Aduertendum erit etiam, quòd numerus testium supplet defectum, vt no. glos. in l. tertia. § primo, in ver. numerus. ff. de testi. ibi, quod deficit in fide, supplet numerus, & quam glo. sequitur Cępol. in tract. de seruit. rusti. prædio. in titu. de iure pascen. numero vndecimo,
13 & Corn. in consi. 333. capio. numero 37. vol. primo. † Si tamen centum viles & ribaldi essent ab vna parte, & duo honesti viri pro alia parte, standum esset potius istis honestis: quia auctoritas præfertur multitudini, prout tradidit Abb. in d. cap. in no-
14 stra. numero sexto. † Vnde & Barba. in c. ex literis. numero decimo octauo, de proba. dicit, melius esse habere vnum bonum testem, quàm centum ribaldos: quia tunc poterit deferri iura-
15 mentum in supplementum. † Et circa testium qualitatem, & uumerum multùm versatur iudicis arbitrium. d. l. tertia. §. primo, & d. l. ob carmen. §. fi. & per Abb. in d cap. in nostra. numero sexto, & Paris. in consilio 57. numero trigesimo octauo, vo
16 lum. j. † Notandum erit etiam, ꝙ vbi actoris probationes excedunt rei probationes, non absoluitur reus, nisi daretur modicus excessus, secundùm Felyn. in d. cap. in litteris. numero quinto, de prob. per glos. in c. clerici. 81. distinct. vbi habetur, quòd

Source : BIU Cujas

plus creditur duobus laicis pro clerico deponentibus, quàm
17 duobus clericis contra eum deponentibus. † & Abb. vt ſubdit ibi Felyn.inſtruit iudices,vt non de facili præponant actoris teſtes, ſed velint potius errare in abſoluendo,quàm in condem-
18 nando. † Vel ſi probationes eſſent pares, ſententia ferenda eſſet in rei fauorem, ſecundùm Boer.in deciſ. quadrageſimaſecunda,in fin.in prima par.vel in poſſeſſoris fauorem,ſecũdùm tex.in cap. ex literis.de probatio. Et vide alia facientia ad hanc materiam infrà in cap.64.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta, & ſcripturæ ſunt inuentæ ad aliquid perpetuæ rei memoriæ conſeruandum.*
2 *Enunciatiua verba in inſtrumentis publicis inter ipſas partes confectis probant.*
3 *Enunciatiua verba in pluribus inſtrumentis publicis antiquiſſimis inter alios ſcripta plenè probant confinia, dominium, & poſſeſſionem.*
4 *Iuriſdictio & dominium in antiquis per plura inſtrumenta inter alios confecta probatur.*
5 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio probatur per inſtrumentum confectum ſuper fidelitate.*
Priuatio præſupponit habitum.
6 *Enunciatiua verba non probant confinia noua, quando ſunt inſtrumenta inter alios ſcripta.*
7 *Enunciatiua verba non probant confinia, quando inſtrumenta ab vno tantùm notario ſint ſcripta.*
8 *Enunciatiua verba non probant confinia, vbi ſingulare inſtrumentum produceretur, vel duo.*
9 *Enunciatiua verba probant confinia per duo inſtrumenta, in quibus reperiuntur ſcripta.*
10 *Enunciatiua verba originem habentia ab eiſdem perſonis, non probant, licèt ſint ſcripta in pluribus inſtrumentis.*
11 *Enunciatiua verba originem habentia à ſuſpectis perſonis, non probant,licèt ſint ſcripta in pluribus inſtrumentis.*
12 *Enunciatiua verba non probant confinia contra eum, de cuius poſſeſſionis iuſtitia conſtaret.*
13 *Enunciatiua verba ſcripta in fauorem narrantium,& eorum ſucceſſorum non probant.*
14 *Enunciatiua verba in materia odioſa,vel pœnali non probant.*
15 *Inſtrumenta antiqua ſi ſunt varia, quando aliquid in eis narratur, ſtatur pluribus vel melioribus.*
16 *Inſtrumenta antiqua, in quibus aliquid enarratur, ſi ſunt varia, non probant.*
17 *Inſtrumenta antiqua dicuntur, à quorum receptione cucurrerunt centum anni.*

CAPVT LX.

Declarata ſuperiùs probatione viuæ vocis, quæ fit per teſtes in ꝓbandis confinibus,nunc erit diſcutiẽdum de probatione mortuæ
1 vocis,† & ſic de ea probatione quæ fit per inſtrumenta,& ſcripturas ad perpetuam rei memoriam aliquid cõſeruandum inuentas,vt habetur in l.prima & ibi Bald.C.de edi.diui.Adr.toll. & l.Diuo ff.de quæſtio.& gl.in l.ſi de interpretatione.ff.de legi.
2 † Et primò videamus de ꝓbationibus fiendis per verba enunciatiua in inſtrumẽtis publicis inter ipſas partes ꝓfectis ſcripta, quæ abſque dubio probant confines,ſecundùm Afflic.in dec. 83.num.ſecundo,& ſecundùm Guid.Pap.in quæſt.193.in prin. per l.optimam.C.de cont.& com.ſti.& per l.cùm aliquis.& ibi glo.& ſcribentes. C. iure delib.Et licèt Bart. ibi dicat,confinia non probari per verba enunciatiua ſcripta in inſtrumentis inter alios confectis,veluti ſi in eis contineretur,actum in tali loco,in domo talis:per hoc non probaretur,talem domum eſſe in tali plebanatu, vel ſecundùm Pau.Caſt.ibi,& Abba. in cõſi. 62.nume.2.volum.2.inducerent tantùm vehementẽ præſumptionem.
3 † In contrarium tamen videtur eſſe communis opinio videlicet, ꝙ verba enunciatiua in pluribus inſtrumentis antiquiſſimis inter alios ſcripta, in quibus enunciatur aliquem locum eſſe de iuriſdictione,diœceſi,vel diſtrictu,plenè probarẽt, non ſolùm confinia,ſed etiam dominium & poſſeſſionem rerum particularium,vt not. glo.in cap.ſi Papa.in ver.prolata.de priuileg.in 6.& per Abba.in c.cùm olim.& glo.in ver. Inſtrumenta.de cenſib.& in ca. ſuper eo numero tertio,de paro. per Abb.Felyn.& Dec.in c.cùm cauſam.de proba.per Barba.in cõſilio 17.præclarè.colum.22.& 26.& in conſi.ſexto,colum.quinta,vol.2.& in c.ex literis.in fi.de proba.& Guid.Pap.in conſ.88. num.2.Corne.in conſi.333.capio.nu.9.vol.j. Socin.in conſ.65, nume.7.& in conſil.86.& in conſil.166.vol.j.per Iaſ.conſi.81. nu.2.in ver.ſolùm reſtat.& in conſi.114.nu.5.vol.j.Deci in cõſilio 42.numero ſeptimo,& octauo,& in conſil.428.numero 4. volum.tertio.Pariſ.in conſi.104.nu.26 volu. primo, & Aymo Crau.in conſi.54.quæritur.nume.11.volum.primo,& in Tract. de antiquita.tempo.in 1.par.in princ. nu.7.per Pari.de Put.in c. quia in materia.de fin.feu.& per Bald.in d.l.cum aliquis.quem ſequuntur Salyc.Alex.& Iaſ. & per Iaſ. in l.admonendi. nume.
4 244.ff.de iureiur. † Et ſecundùm quòd voluit Socin. in conſi.187. nume.5.volum.2.in probanda iuriſdictione, & eius dominio in antiquis, plura inſtrumenta inter alios confecta inducunt
5 probationem,per glo. in d.c.cùm olim. † Et ſecundùm eũ ibi. nume.2.quaſi iuriſdictiouis poſſeſſio probatur per inſtrumentum confectum ſuper fidelitate,& fidelitatis liberatione: quia priuatio præſupponit habitum c.ad diſſoluendum.de deſponſati impub. † Limitatur tamen communis opinio, vt nõ pro-
6 cedat,vbi ageretur de probandis confinibus nouis: quia tunc verba enunciatiua non probarent,quando eſſent in inſtrumẽtis inter alios confectis,& in hoc caſu opin.Barto. ſupra relata eſſet vera,& ita declarant Scribent.in d.c.cùm cauſam. & Bald. Salyc.Alex.& Iaſ.in d.l.cùm aliquis.& Iaſ.in conſil.65.nume.1.
7 volum tertio.† Vel & ſecundò limitari poſſet, quando plura inſtrumenta ab vno tantùm notario confecta fuiſſent:ꝙ tunc verba enunciatiua non probarent: vt habetur per Flor. in l.in finalibus. ff fini.regun. & per Aretin.in d.c.cùm cauſam.nu.2. & Iaſ.in conſi.34.nume.7.vol.primo,& per Pariſi. in d.conſil.
8 104.nume.19.& 20.& per Deci.in d. conſil.42. † Limitatur & tertiò,vbi ſingulare inſtrumentum continens verba enunciatiua produceretur ad probandum confinia: quia non probarentur,ſecundùm Corne.in d.conſi.333.capio.nu.9.& in cõſi. 171.nume.10.vol.j.Et idem eſſet, ſi tantùm duo inſtrumenta à diuerſis notariis confecta producerentur:quia per ea communis opin.non probaretur,ſecundùm Socin. in conſi.194.nu.9. volum.ſecundo,licèt in hoc contrariũ videatur ſentire Aymo
9 Craue.in dicta ſectio.ampliatur nunc.nu.19.† Vbi dicit,ꝙ duo ſufficerent inſtrumenta inter alios confecta,in quibus aliquid enunciatur ad probandum confinia. Et deducit Aretin. & Fe-
10 lyn.in d.c.cùm cauſam. † Limitatur & quartò ſecundùm Socin.in d.conſi.194.quando plura inſtrumenta,in quibus eſſent verba narratiua,originem habuiſſent ab eiſdem perſonis: quia non probarent,cùm ſemper videretur eſſe vnicum & idem teſtimonium,& ob id famæ efficaciam habere non poſſent, vt ꝙ Aretin.in d.c.cùm cauſam.quem ſequitur Socin. in d conſilio 194.col.fi.in verſi.ſed ad primum arg.tex.c.ex quadam. de teſti.
11 †Vel & quintò limitatur,quando verba enunciatiua inſerta in pluribus inſtrumentis originem habuiſſent à ſuſpectis perſonis: quia tunc non probarent communem opinionem & fa-
12 mam,ut ibi per Socin. † Limitatur & ſextò,quando reus appareret eſſe iuſtum poſſeſſorem:quia tunc iſtæ probationes præſumptiuæ & coniecturales ex verbis enunciatiuis cauſatæ non admitterentur contra eum,de cuius poſſeſſionis iuſtitia cõſtaret,vt traditur ab eo in d.conſi.194.col.fin.quẽ ſequitur Aymo Craueta de antiquitate temporum,in prima par. inſectio. viſo
13 de fama.nu.32.† Limitatur & ſeptimò quando in antiquis inſtrumentis fuiſſent ſcripta verba enunciatiua in fauorem narrantium,ſeu affirmantium,vel renunciantium, & eorum ſucceſſorum: quia tunc non probarent,vt habetur per Bertran.in conſilio 167.numero 12.volum.tertio, neque eorum aſſertioni ſeu affirmationi ſtandum eſſet ad probãdum dominium in facto etiam antiquiſſimo.Et ita procedunt ſiue vnum, vel plura inſtrumenta producta fuiſſent,& Specul.in titu.loca.§ nunc
14 aliqua.verſi.57.& 58.nume.72.& 73.† Limitatur & vltimò,qñ eſſemus in materia odioſa vel pœnali: quia tunc verba enunciatiua plurium inſtrumentorum non probarent, vt traditur ab Aymo.Craue.in d.ſectione,ampliatur nunc.numero 53.vbi
15 plura ad hoc congerit.† Neque erit omittendum,ꝙ ſi plura inſtrumenta antiqua,in ꝙbus aliquid enarretur,eſſent varia inter ſe,ꝙ ſtandum eſſet pluribus numero,vel melioribus, ſecũdùm ꝙ voluit Aymo Craue.in præallegato loco, numero ſexto, & 15.per l.ſecunda,in verſi.ſed & ſi ſit,& ibi, ſanè crebrior.ff.de of fic.quæſtor.& per Aretin.in d.c.cùm cau.num.8.& 9.& ibi per
16 Felyn.nume.quinto.†Sed contrarium fortaſſe ſuſtineri poſſet, quòd pluribus vel melioribus inſtrumentis credendum non eſſet: quia ſicut propter rerum varietatem diſpoſitio vitiatur vt incerta.l.in teſtamento.la prima.ff.de condit.& demonſtra. Et ſicut ex rerũ varietate prẽſumitur rerum varietas & diuerſitas, ſecundùm Pari.de Put.in c.ſi finibus.de fini.feu.ſic etiam ſimili ratione incertitudinis vel varietatis inſtrumentorum poſſet dici nullam eis fidem adhibendam eſſe,& maximè quando inſtrumenta vni & alteri rei adaptari poſſent,per ea quæ tradidit Auguſti.Arimi.in addi.ad Ang.in ver. Caium Sempronij.
17 in verſi.tu autem.nume.6.† Et erit etiam aduertendum,quòd inſtrumenta antiqua dicuntur,à quorum receptione cucurrerunt centum anni:vt habetur per Bertran.in conſi.159.in fi.& in conſi.171.nume.8.volum.2.

SVMMARIVM.

1 *Enunciatiua verba in priuilegijs emiſſa propter aliud probant confinia in facto antiquiſſimo.*

2 *Enun-*

Source : BIU Cujas

2 *Enunciatiua verba in antiquis inserta priuilegiis æquipollent famæ, & sufficit vnum priuilegium antiquissimum ad probandum.*
3 *Enunciatiua verba in literis apostolicis probant confinia in antiquis.*
4 *Iurisdictio, & eius fines probantur per priuilegia antiqua.*

CAPVT LXI.

1 Non † erit absonum inuestigare, si verba enunciatiua in priuilegijs emissa propter aliud probent confinia, quando agitur de facto antiquissimo. Et videtur dicendum, quòd sic, secundùm glo.in c.cum olim.de censibus,in versic.instrumentis.& in c.si Papa.in versi.prolata. de priuileg. in 6. & per Alex in consil.7. viso themate.num 11.volum.primo, & in consilio 90. numero 15.& 16.volum.sexto,& per Felyn.in c.cùm causam.de probat. † vbi habetur, quòd verba enunciatiua in antiquis inserta priuilegijs equipollent famæ, quæ fama plenam facit probationem,ut dixi suprà in cap.55.quæ tamen sunt intelligenda eo modo,quo refert Aret.in c.cùm causam.numero 26. quando verba enũciatiua proferuntur ab illo, qui super eo quod enunciauit,potuisset principaliter disponere,&eo casu,vt ipse dicit, sufficit vnum priuilegium antiquissimum: quia tale priuilegiũ æquipollet famę in probando,per Io.And.in reg. non licet.de reg.iur.in Mercuria. & per Ant.in c.fin.de successio. ab intesta. & idem videtur sentire D.Caro.Ruyn.in consilio 92. numero decimotertio,volum.quarto.Et Aymo Craue.in tract.de antiquita.temp.in prima par.in sectio.ampliatur nunc.numero 18. Et quòd verba narratiua principis priuilegio inserta inducant probationem, licèt alieni facti narrationem contineant, uoluit Deci.in consilio 445.numero 17.vol.quarto. & Bertran.in consi. 171. numero quinto, volum. tertio,& faciunt congesta
3 per Cornel.in consi.12.in præsenti, numero 4. volum.4. † Vbi dicit,literas apostolicas,in quibus verba narratiua emanant, in probandis confinibus vel factis antiquissimis probationem fa-
4 cere,per d glo.in c.cùm olim. & in d. c.si Papa. † Et secundùm quòd traditur per Aretin.in consi.42.in prin.Doctores omnes cõcludunt, per priuilegia antiqua iurisdictionem & eius fines probari posse. Et præscriptio ac probatio resultabit, vt quicquid in antiquo priuilegio contineatur, sit de finibus illius, cuius sunt fines in illo descripti,& similiter habetur per Paris.consi. 72.nume.12.volum.j.& deducit adhoc Bal.in rub. C.de contr. empti.& vendit.& idem voluit Socin.in consi.187.nume.6.in secundo volum.

SVMMARIVM.

1 *Librorum appellatione veniunt omnia volumina, siue in cartha, siue in papiro.*
2 *Confinia per libros probari possunt.*
3 *Libris plena fides adhibetur, quando agitur de magno præiudicio, si reperti fuerint sub custodia publica.*
4 *Scriptura quòd sit authentica,non est necessarium,quando reperitur sub publica custodia.*
5 *Libri antiqui non faciunt plenam fidem, nisi ab antiquis fuerit fides adhibita.*
6 *Historialibus libris, & Cronicis, quibus fuit à maioribus fides adhibita, creditur.*
7 *Finium lites inter ecclesias non sunt præiudiciales.*
8 *Libris antiquis censualibus ecclesiæ repertis in eius archiuio fides adhibetur.*
9 *Libris priuatis non repertis sub custodia in probationibus, quæ non sunt de confinibus, semiplena fides adhibetur.*
10 *Liber contra scribentem & non in eius fauorem probat, nisi esset alicuius defuncti boni, quia faceret aliqualem præsumptionem.*
11 *Liber defuncti bonæ famæ facit semiplenam probationem.*
12 *Libris mortuorum magis creditur quàm viuorum, quia nemo præsumitur velle mori cum peccato.*

CAPVT LXII.

Cùm autem inter mortuæ vocis probationes cõtineantur libri,erit igitur declarandum,si per eos confines pro
1 bari poterint. † Et in primis notandum erit,q librorum appellatione omnia veniunt volumina, siue in cartha, siue in papi-
2 ro, per Bal.in consi.266.thema proponitur.volum.primo † Et quòd cõfinia per libros probari possint,videtur esse text.iuncta glo.in c.ad audientiam.& ibi per Scriben.de præscrip.& in cap. cùm causam.ibi glo.Abb.Imo.alij Docto.de prob.& traditur à Bal.in d.consi.266.& per Abba.in consi.62.nu.12. in 2.vol. Gui. Papę in q.114.in versic.quinto.Cornel.in consi.192.videtur prima.nu.6.vol.4.Barth.Cassen.consi.15.num.2.& Hierony.Grat.
3 in respon.132.volum.4. † Ista tamen secundùm Doctor.ibi,& Corne. in consi.182.videtur in hac.volum.primo sunt intelligenda, q vbi ageretur de magno præiudicio, plena fides libris antiquis adhiberetur, si reperti fuissent sub custodia publica, per Ioan.And.& Hostien.in d.c.cùm causam.& tenetur ita cõ-
4 muniter. † Nec esset tunc necessarium, q scriptura fuisset authentica,quando reperiretur sub custodia publica, & maximè in casibus in quibus erit difficilis probatio,prout est in materia finium antiquorum. Et vt habetur per Felyn.in d. c.cum cãm.
5 omnes scribentes sequuntur Host. † Videlicet, q libri antiqui non faciant plenam fidem, nisi ab antiquis nostris fuerit fides
6 illis adhibita. † Et sic libris historialibus & cronicis, quibus à maioribus nostris fides adhibita fuit,creditur,vt est glo.in c.inter dilectos.in ver.magis.de fide instru.& in c. venerabilem. in versi.transtulit.de electio.per Bart.in l.j.num.12.ff.si cert.pet.& per Deci.post alios ibi numero 22.Et facit, quod voluit Gozadin.in consi.8.nume.99.& Hiero.Grat.in respon.9.numero 5.
7 volum.j. † Et aliàs eis non crederetur, nisi in ijs, quæ non sunt præiudicialia,vt in materia finium inter ecclesias,in c.cũ apo-
8 stolica.de his quæ fiũt à præla. † Et similiter libris antiquis censualibus ecclesiæ repertis in eius archiuio fides danda esset, ſm Aymon. Craue. in consil.158.nu.4.vol.j.& per Abba.in consi.
9 74.duo.in fi.primi dubij vol.j. † Aliis autem libris priuatis non repertis sub custodia,in probationibus,quæ non sunt sup confinibus, semiplena fides adhiberetur in antiquis, quando sunt virorum legalium,si iuramẽtum eis præstari poterit, vt voluit Socin.in consi.7.nu.16.volum.2.Et secundùm decisio. Tholo.
10 496. † sic erit distinguendũ:aut sumus in procedentibus à voluntate scribentis,& liber probat, secundùm communem opinionem.l.Nesennius.ff.de nego.gest.& c.fin.de successio.ab intesta.vel sumus in libro,in quo reperitur aliquid scriptũ in scribentis fauorem,& non probat,nisi liber fuisset alicuius defuncti boni:quia faceret aliqualem præsumptionem, & probaret iunctis aliis adminiculis,& ista confirmantur ex decisio. Boer.
11 105. nume.sexto, tom.j. † vbi dicit,librum defuncti bonæ vitæ facere semiplenam probationem, & sufficere vnum testẽ cum illo libro,vel in supplementum probationis posset deferri iu-
12 ramentum hæredi, si tamen sciebat veritatem. † Et sic libris mortuorum magis creditur, quàm libris viuorum, prout uoluit Socin.in consi.197.nu.16.volum.2.per tex & Bal. in l.rationes.C.de probat.& ibi Pau.Castr.qui hac ratione mouetur,† q
13 nemo præsumitur velle mori cum peccato mortali. Et prædictis adde Paris.in consi.104.nume.76. Et an inuentarium bonorum ecclesiæ probet cõtra tertium, licèt sit antiquũ. Afflic. videtur decidere, quòd non faciat plenam probationem, vt in decis.334.num.16.

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ inuentæ sub custodia publica, & non aliæ plenam faciunt fidem.*
2 *Scripturę librorum non authenticorum & lapidum plenam faciunt fidem.*
3 *Scripturis antiquissimis creditur, quando agitur de magno præiudicio.*
4 *Scripturæ si repertæ fuerint in loco,vbi authenticæ solitæ sunt custodiri: vel si à maioribus solet præstari fides, faciunt probationem plenam.*
5 *Præsumptio multa insurgit ex scripturis & factis antiquissimis.*
6 *Scripturæ si non fuerunt repertæ in loco, vbi custodiri solent authenticæ, vel si eis à maioribus creditum non fuit, faciunt præsumptionem & non probationem.*
7 *Scripturæ priuatæ probant dominium & iurisdictionem.*
8 *Nobilitas & legalitas viri faciunt præsumptionem pro scriptura priuata, vt contineat veritatem & non falsitatem.*
9 *Scripturis priuatis in antiquis plena fides adhiberetur,si iuramentum præstari posset.*
10 *Scripturis priuatis archiuij publici extra territorium non creditur.*
11 *Scripturis priuatis repertis in archiuio publico fides adhibetur quinque concurrentibus.*
12 *Scripturis priuatis repertis in archiuio publico extra territorium fides præstatur inter personas subditas illi territorio, vbi fuerunt repertæ.*

CAPVT LXIII.

Viso de probationib. fiendis per libros,nunc erit discutiendum de eis, quæ fiunt per scripturas in archiuio publico repertas in probandis confinibus. Et Abb. in cap.cùm causam.numero primo, de probat.quem sequitur
1 Aret.dicit, † quòd licèt glo.ponat plures scripturarum species fidem facere, non tamen distributiuè plenam faciunt fidem, sed illæ tantùm, quæ sub publica & fideli custodia sunt seruatę, & ita distinguitur.
2 † Aut agitur de nullius præiudicio: & tunc scripturæ librorũ non authenticorũ & lapidum fidem faciunt: veluti si dubitatur,an ecclesia sit consecrata,vel infans baptizatus:quia tunc

Source : BIU Cujas

sufficiunt probationes non plenæ, vt no. glo.in c. sanè. el 2. in ver.dictitiis.24.quæst.2.& Innoc.in rub.de consecr. eccles. vel
3 altar. † Et idem erit quando agitur de modico præiudicio, &
4 factum sit antiquissimum,arg.d.c.cùm causam.† Aut agitur de magno præiudicio:& tũc si esset talis scriptura, vel liber, cui ab antiquis nostris communiter sit creditum,vel si reperiretur in illo loco, vbi solùm reseruantur scripturæ authenticæ, & plenam faciunt fidem.cap.ad audientiam.de præscript. facit l.census.cum glo.ff.de prob.no.Bart.in l.j.ff.si cert. pet. & per Corn. in consi.333.capio.nume.7.volum.primo.vbi dicit, scripturis in archiuio publico repertis,fidem adhibendam esse, per auth. ad hæc.C.de fide instr.& per glo. in c.peruenit, in ver.archiuis.
5 30.quæst.prima. † Et Laurenti.Calca.in consi.90.quia ista quæstio vult pro scripturis & factis antiquissimis multum præsumi: & plura ad hoc congerit:& ibi nume. quinto, vult præsumendum esse pro scripturis antiquis, & eis standum, non solum quando agitur de finibus terrarum singularium personarum, sed etiam quando agitur de finibus publicis diœcesum,ciuita-
6 tum,castrorũ, & villarum. † Aut est talis scriptura,vt ibi Abb. prosequendo distinctionem declarat, cui à maioribus nostris communiter creditum non fuit,nec reperitur in loco,vbi seruantur authenticę:& talis scriptura,seu liber adminiculum,seu præsumptionem facit,non autem plenam probationem, vt habetur in d.c.ad audientiam.à contrario sensu. Et secundùm So
7 cin.in consil.187.numero tertio,volum. secundo. † Scripturæ priuatæ conferunt quò ad dominii & iurisdictionis probationem, quod probatur per indicia.l.indicia.& ibi Iacob. de Are. Bald.& Salyc.C.de rei vendi.glo. Bald.& Salyc. in l.proprietas. C.de proba.Et facit glo.& quod ibi not.Cano.in c.tertio loco.
8 de probat.& Socin.in d.consi.187.nu.6.vult,† ꝙ propter nobilitatem & legalitatem insurgat præsumptio pro priuata scriptura, vt veritatem & non fallitatem contineat,per Bald.in rub.C.
9 de fid.instru.& Abb.in c.2.eo.tit. † Et in antiquis scripturis priuatis si posset præstari iuramentum, plena adhiberetur fides,secundum Bal.& Salyc.in l.j.C.de eden.Erit tamen aduertẽdum, secundùm Felyn.in d.c.ad audientiam.num.14. Alex.in cons.
10 138.nu.7.vol.j.& Soc. in d.consi.183.nu.20. † scripturis priuati archiuij publici extra territoriũ fidem non adhiberi, licèt Are. in d.c.cum causam.dicat de iure veriorem esse opinionem ꝙ scripturis archiuij publici extra territorium fides adhibeatur: sed propter auctoritatem tenentium contrarium seruaretur in practica contraria opinio,quam esse communem attestatur Aymo Craue. in Tract. de antiquita. tempo. in par.j in sectio. quarto limitatur.nume.11.Notandum erit etiam,ſm Felyn.in d.c.cùm causam.nu.8.quem sequitur Deci.nume.7.& not.Soc.
11 in consi.258.nu.5.vol.2. † quòd scripturis priuatis in archiuio publico repertis,fides erit adhibenda, tribus concurrentibus: videlicet,ꝙ scriptura in archiuio publico reperta custodem de publico habeat. Secũdò,quòd scriptura sit posita inter scripturas authenticas. Tertiò, ꝙ ex consuetudine illis fides adhibeatur,per Ioan.And in addi.ad Spec.in titu.de instru. edi. §.nunc dicendum.in magna addi.in versi.quintum supplementum, & prædicta confirmantur per Aymo. Cauet. in d. sectio.quartò limitatur.nu.j.addendo etiam quartum requisitum: videlicet, ꝙ illa scriptura habeat testimonium officialis deputati ad custodiam archiuij publici:id est,ꝙ officialis publicus,vel Commentariensis sit rogatus de tali scriptura,& ipse eam scripserit, vel ꝙ attestetur esse scripturam archiuij publici,per Cornel. in consi.142.col.3.versi.testarent.vol.3.& per Deci.in d.cap.cùm causam.col.3.in quarta fallentia.Et posset addi quintũ requisitum quod tradidit Deci.in consilio 458. vbi vult,ꝙ ad hoc vt scriptura priuata archiuij publici fidem faciat, ꝙ solum ibi reponantur scripturæ publicæ,& secus esse, si aliæ scripturæ non authenticæ ibi reponerentur:quia tunc propter locum non diceretur scriptura authentica: quod tamen requisitum videtur
12 incidere in secundum suprà relatum. † Ista tamen communis opinio limitari posset,vt credatur scripturis priuatis repertis in archiuio publico extra territorium inter personas subditas illi territorio vbi reperę fuere, licèt quò ad alias personas non crederetur eis per ea quæ habentur per Aymo. Cauet.in d.sectio.numero octauo,per Bar.in l. prima,numero 34.C.de sum. Trini.& fi.catho.

SVMMARIVM.

1 *Cataſtum fieri ſolitum eſt, vt collectæ ſecundùm illud & cenſus imponantur.*
2 *Collectarum ſolutio per libros & ſcripturas probari debet, & non per teſtes.*
3 *Collectarum ſolutio in ſcriptis redigi debet,vt exactionis ratio per exactores reddi poſsit.*
4 *Collectarum & cenſus ſolutio denotat ſoluentes ſubiacere illi,cui ſoluunt.*
5 *Cataſtum ſine ſolutione non probat, & non præiudicat illis,qui non cõſenſerunt.*
6 *Cataſtatio illius, qui eſt debitor onerum realium in vno loco, non præiudicat alteri loco.*
7 *Cataſtum præbet ſignum, quòd bona in illo acataſtata ſint illius, cuius eſt cataſtum.*
8 *Cataſtum repertum penes egregias perſonas,iunctis alijs adminiculis,probat confines.*

CAPVT LXIIII.

Probationum mortuæ vocis materiã prosequendo, declarandum venit,si confinia territoriorum per cataſtum probari possint: & erit vtile scire,quia cataſta in finalibus controuersijs à Communitatibus ad eorum intentionem fundandam in iu-
1 dicio sæpè producuntur. † Sed in primis prætermittendũ non erit,cataſtum fieri solitum, vt secundùm illud census & collectæ imponantur, vt habetur per Cornel.in consilio 333. capio.
2 nu.6.vol.j. † Et collectarum solutio,secundùm Bart.in l.j.nu.9. C.de apoc.publi.lib.11.probari debet per scripturas, seu per libros,& non per testes. Ad idem facit,quod voluit Bal. in l.3.in pen. col.in fin.in versi. sed qualiter probetur solutio.C.de iure emphyteu.& ibi per Ias.per Bar.& Doct. in l.decem. ff.de verb.
3 oblig. † Et collectarum solutio in scriptis redigi debet, vt exactionis ratio per exactores reddi possit,secundùm Bar.in l.apparitores.C.de exactori.lib.10.& forensibus ratione bonorũ existentium in alieno territorio à statuentibus possunt grauiores imponi collectæ in eorũ territorio,vt habetur per Aymo.Crauet.in cõsi.201.præsupponitur in facto.nu.14.vol.2. Istis modò sic declaratis,erit distinguendum.Aut cataſtum vnà cum solu-
4 tione producitur:& facit probationem: † quia per impositionem census & collectarum deprehenditur, ꝙ locus, vel villa soluens censum, vel collectas sit de territorio, siue iurisdictione illius, vel loci cui soluitur,secundùm Alex.in consil.35. viso processu.num.4. volum.4. per §.si quis igitur ex qualibet.in auth.quib.mo.natu.effi.legi.& ibi per glo.in versi. persoluatur. & per Bald.in l.3. C.de natural.liber.vbi per illum text. no. per census & collectarum solutionem designari subiectionem;& per eam probari, ꝙ castrum, vel villa sit de territorio illius cui soluitur,& per text.in d.l.3.ibi,sub quo vicus vel possessio censeatur. Idem voluit Cornel.in consi.præallega 333.num.sexto.
5 † Aut cataſtum de per se sine solutione produceretur: & non probaret, secundùm Felyn.in c.cùm causam.nu.2.de prob.vbi dicit,si res descripta reperitur in cataſto tanquam alicuius, per hoc non tenderet in illius præiudicium, qui non consensit:& idem voluit Aymon Crauet. de antiquita. tempo. in 1.par.in sectio.quartò limitatur num.71.Et ꝙ cataſtum non probet de per se dominium vel possessionem contra eos, qui scripturæ cataſti non consenserunt,neque interfuerunt,traditur a Bal.in l.si pater.per illum tex.C.de actioni.empti.& in l.solennibus.C. de rei vendi.per Alex.in consi.62.in causa & lite. nu.16.vol.7. & in consi.77.viso processu.num.11.vol.6. Et per Lanfran.de Oria.in c.quoniam contra falsam.in versic. testium, nu.165.de proba.& hanc esse communem opinio. attestatur Paris.in cõsi. 104.in fi.vol.j.Et similiter Roma.in cõsi.275. Quo ad primum
6 dicit, † ꝙ cataſtatio illius nomine facta, qui est debitor onerũ realium in vno loco,non nocet alteri loco,qui in ipsis exigendis est creditor, per l.debitoris ad diem.C.de pact.& l.inter debitores.ff.eo.& erit not. secundùm Corneum in citato consil.
7 333.nu.3.& in consi.172.videtur in hac vol.j. † quòd cataſtum præbet non mediocre signum & argumentum, ꝙ bona in illo descripta sint illius Communitatis,cuius est cataſtum.Et ad *idẽ* facit, quod voluit Alexand.in consi.92.viso processu.nume.5. vol.2.Socin.in consi.89.nu.12.vol.j & Paris.in consi.53.primò
8 dicendum.num.21.vol.j.† Et cataſtum siue ęstimum si fuit repertum penès egregias personas, iunctis aliis adminiculis probat confines, vt habetur per Barba.in consi.17.col.24.vol.2.& consi.sexto,eo.volum.

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ in lapidibus ſcriptæ faciunt plenam probationem in non tendentibus in alicuius præiudicium.*
2 *Literæ in lapidibus ſcriptæ non plenè probant, ſed adminiculantur, vbi agitur de graui præiudicio.*
3 *Scriptura in lapide plenè probat, quando eſſet facta ab illo, qui poſſet dare fidem ſcripturæ.*
4 *Litteris ſcriptis in lapidibus ita præſtatur fides, ſicut ſcripturis publicis.*
5 *Literæ ſcriptæ in lapidibus terminorum plenè probant.*
6 *Literæ ſcriptæ in lapidibus dicuntur ſcripturæ publicæ.*

CAPVT LXV.

Et cùm literæ in lapidibus scriptæ connumerentur etiam inter mortuæ vocis probationes,ideò declarabimus si per ea cõfinia probari poterint.

Et

Source : BIU Cujas

Et Abb.in c.cùm causam.nume.j.de proba.in versi.tertiò glos.
1 no.vult, † ꝙ credatur scripturæ sculptæ in columna, vel lapide:& facere plenam probationem in non tendentibus in alicuius præiudicium:in aliis verò adminiculantur,secundùm loci qualitatem, vbi reperiuntur,& secundùm præiudicij quanti
2 tatem.c.sanè.col.2.in ver.dictitijs 24.q.2.† Et ꝙ literæ in lapidibus sculptæ nō faciant plenam probationem, videtur esse tex. in l.monumētorum ff.de religio.vbi sepulchri,vel monumentorum scripturæ non probant proprietatem ipsorum:& idem videtur sentire Felyn.in d.c.cum causam,num.8.& 27.dicens, Doctores communiter velle,ꝙ tales scripturæ non probēt,sed adminiculētur,vbi agitur de graui præiudicio, dato ꝙ essemus
3 in facto antiquissimo.† Et secundùm eum in vno tantùm casu eis plena fides adhiberetur quando constaret,ꝙ scriptura in lapide ab eo esset facta, vel illius auctoritate, qui posset dare fidē
4 scripturæ.† His tamen non obstantibus veritas videtur esse in contrarium,ꝙ ita credatur literis in lapidibus scriptis,sicut scripturis publicis,per glo.prima,in cap.primo, in ver.scripturam appello.de fide instrum.Et quòd per talem scripturam cōfinia probentur, habetur per Guid.Papæ in q.193.in versi.sexto. per d.c.sanè.el secundo,& per l.j.& 2.ff. de albo scriben.& per not. glo.in d.c.cùm causam.quam sequitur Cornel.in consi.171.videtur in hac.nume.10.volum.primo,& in consi.333.capio numero 5.eod.vol.& in consi.162.videtur primò. nume.6.vol.3. & per Pau.de Cast.in l.si à furioso.in fi. C.de test.& eandem opinio.sequitur Laurenti.Calca.in consi.90.nume.7.vbi vult, ita credendum esse literis in marmore scriptis, sicut scripturis publicis,per text. & Bart.in d.l.monumentorum. & per plura ibi
5 per eum cumulata.† Et eo maximè,quando sunt scriptæ in lapidibus terminorum: quia ex quo ita scriptum reperitur,& ita ordinatum esse præsumitur.l.Titio.§.pen. ff.de verbo.oblig.&
6 l.ex hac scriptura.ff.de donat.† Et dicuntur scripturæ publicæ: quia in loco publico sunt positę,& ad nota. per Barth. Cassan. in consi.15.& Hiero.Grat.in respon.122.nu.3.vol.2.

SVMMARIVM.

1 *Confines per famam probantur, & fama per testes,instrumenta, & alias scriptur.as probatur.*
2 *Fama ex pluribus instrumentis antiquis inducitur, & ex ea resultat plena probatio.*
3 *Fama per duo instrumenta probatur,sicut etiam ex verbis narratiuis duorum instrumentorum resultat probatio.*
4 *Fama per duos testes probatur.*
5 *Instrumenta sunt maioris roboris, quàm testes.*
6 *Probatio nulla melior in antiquis fieri potest,quàm per instrumenta.*
7 *Fama per plura instrumēta ab vno tantum notario confecta non inducitur.*
8 *Fama probatur per literas bonorum virorum.*
9 *Communis opinio inducitur ex pluribus instrumentis antiquis.*
10 *Fama probat non solùm confines,sed etiam dominium antiquissimum iurisdictionis.*
11 *Fama quando facit probationem in causis,quæ non sunt super confinibus.*

CAPVT LXVI.

1 Et quia, † vt inquit Bal.in consi.286.thema proponitur. vol.j. confines per famam probātur,vt supra in c.55 concluſum fuit,qualiter fama probari possit per testes,nunc erit declarandum qua
2 liter per instrumenta,vel alias scripturas probari possit.† Et dicas,quòd fama ex pluribus instrumentis antiquis inducitur & ex ea plena resultat probatio,vt no.in l.proprietate.in glo.fin. C.de probat.& in glos.in l.atqui natura. §. cum me absente.in ver.committatur.ff.de neg.gest.& per Barba.in consi. 6.& quidem viso.col.4.& 7.volum.secundo,& in c.ex literis. nu.39.de probat.per Felyn.in c.cùm causam.num.4.& 9. eo.tit.Pari.de Put.in c.quia in materia.nume.3.de fini.feu.& per Aymo.Craue.in tract.de antiquit. tempo. in j. par. in sectio.viso de fama. nume.22.& in sectio.ampliatur nunc.nu.8. Et licèt secundùm Aret.in d.c.cùm causam.numero vigesimotertio,fama nō pro
3 betur per vnum vel duo instrumenta,sed per plura.† tñ contrarium posset dici, quòd per duo inducatur instrumenta, sicut etiam per duo instrumenta verba narratiua cōtinentia inducitur probatio,vt habetur per Aymo.Crauet.in d.sectione,
4 ampliatur nunc. numero 19.† Vel sicut fama per duos testes probatur,vt no glo.in c.si testes.§.item sępè.in glo.fama.4.q.3. & glo.in l.3.§.eiusdem.ff.de testi.& habetur in decisio.Tholos.
5 379 in addi.incip.idem tenet Siculus.† Multò fortius probari posset p duo instrumenta,quæ sunt maioris roboris, vt est glo. fin.in c.tertio loco.de proba.quam sequitur Corne.in cons.287. numero 18.volum.primo,& Socin.in consi.156.nume.secundo volum.2.& in consi.86.num.3.vol.j.& per Alex.in cons.167. in causa,& lite.nu.3.vol.6.& per Aret.in consil. 42. nu.2.& per Parisi.in consi.104.num.46.vol.j.vbi dicit probationes per instrumenta vincere probationes p testes.Et ad idem facit,quod voluerunt Marsil.in rub.de proba.numero 192.& Aymo.Cra. in consilio 54.numero decimoquinto,volu.primo,& Bartho. Cassan.in consilio 15.numero quarto,& Fely.in d. c.cùm cau-
6 sam.numero sexto.† Vbi dicunt,nullam probationem meliorem in antiquis fieri posse,quàm per instrumenta,& recurrendum esse ad memoriales antiquos tanquam ad stipites veritatis,qui in ęternum permanent.† Limita tamen prædicta non procedere,quando plura instrumenta ab vno tantùm notario confecta fuissent: quia tunc non constituerent famam, per Felyn.in dicto cap. cùm causam. numero quarto, quem sequitur Parisi.in consi.104.numero 20. volum. primo, & vt traditur à Bald.in cap.primo.§.si duo. nume. primo, de pace tenen.
8 † Fama etiam probatur per literas bonorum virorum, per ea, quæ not.Inno.in c.cùm in tua.de sponsali.& per Alex. in addi. ad Bar.in l.de minore.§.plurimum,in ver.quæro,qualiter.ff.de
9 quæstio.† Et communis opinio inducitur ex pluribus instrumentis antiquis secundùm Socin.in consil.185 nume.5.vol.2. & per Bal.Salyc.& Alex.in l.cùm aliquis.C.de iure deliber.per l.cùm de lanionis. §. asinam. ff. de fun. instruc. & l.athletas.in
10 princ. ff. de supel. lega.† Et per famam non solùm probantur fines, vt dixi, sed etiam probatur dominium antiquissimum loci, & iurisdictionis, vt voluit Bertran.in consilio 171.num.5.
11 volum.tertio.Et † quando fama faciat probationem in causis, quæ non sunt super confinibus,traditur ab Alex.in consi.208. viso summario.numero 12.& 13.& 14.vol.2.& in consi.83.viso themate.nume.8.& 9.vol.3.& in consil.150. in causa.nume.9. volumine sexto.

SVMMARIVM.

1 *Iudex inclinare debet in fauorem illius, qui habet antiquiorem possessionem.*
2 *Possessio antiquior antiquitus pacificè possessa est potior nouella turbatione: & turbatiua non debet patrocinari turbantibus.*
3 *Possessio recentior præsumitur clandestina constito de antiquiori possessione.*
4 *Titulum habens præfertur tam in possessorio,quàm in petitorio,si non constat de antiquiori possessione.*
5 *Reus absoluitur, quando probationes sunt pares inter actorem,& reum.*
6 *Absolutio est fauorabilior, quàm condemnatio.*
7 *Probationes, quando sunt pares inter actorem, & reum in interdicto vti possidetis, ille vinceret, qui probaret de titulo in possessorio.*
8 *Proprietas iuuat in possessionem, & è conuerso.*
9 *Possessio antiquior sine titulo præfertur posteriori cum titulo, dummodo titulus fuerit acquisitus post antiquiorem possessionem.*

CAPVT LXVII.

Declaratis viuę & mortuæ vocis pbationib.quæ
1 fieri debent in controuersijs finalibus, † nunc expedit discutere,quando res redderetur dubia hinc inde propter probationum & possessionum intricationem, & actuum mixturam, in cuius fauorem iudex inclinare debet. Et secundùm Bal.in consilio 468.qualiter probentur pertinentiæ. numero octauo, volum.tertio,dicas in illa causa obtinere illū,qui habet antiquiorem possessionem.c.licèt causam.de proba.Et ratio erit secun-
2 dùm Parid.de Put.in c.finib.de fini.feu.† quia antiquior possessior antiquitus pacificè possessa licèt incipiat turbari, erit potior nouella turbatione,cùm quantò antiquior, tantò iustior: & turbatiua turbantibus patrocinari non debet.d. c.licèt causam. Et qui fuerunt turbatores, ergo posteriores, argu.l.j.ff.de
3 appel.† Et vt habetur per Socin in consi.187. nume.25.volum. secundo,cōstito de antiquiori possessione alicuius, si postmodum constaret de alterius recentiori possessione, præsumeretur clandestina.per Bal.in l.si duo.ff.vti possi.† Et si non constaret,quę esset antiquior possessio: tunc si vnus haberet titulum,
4 & alter non,ille qui habet titulum, vincet, tam in possessorio quàm in petitorio,ut per Iaco.de Are.in l.quoties,de rei vend.
5 † Et si probationes erunt pares inter actorē & reum,licèt actor reperiatur in possessione,nihilominus reus absoluitur, secundùm Cornel.in consilio 282.numero tertiodecimo,volum.4.
9 & Felyn.in c.ex literis.nume.quinto,de proba.† quia fauorabilior est absolutio quàm condemnatio. l. Arrianus. ff. de actio.
7 & obliga.† Ista tamen procederent in interdicto vti possidetis, quando probationes essent pares inter actorem & reum: quia
8 ille vinceret,qui probaret de titulo in possessorio.† Et sic proprietas iuuat possessionem, & econuerso,ut traditur à Felyn. ibi. Aduerte tamen,vt habetur per Alex.in consi.88.quoniam
9 omne datum.in versi.sed præmissis.nume.18.volum.5.† quòd habens antiquiorem possessionē sine titulo præfertur habenti iuniorem cum titulo, dummodo ille titulus fuerit acquisitus post illam antiquiorem possessionem, per Bal. in disputa. sua incip. accusatus de vi turbatiua.colum.pen.argum.l.si fundus. ff.de fun.dota.

SVM-

Source : BIU Cujas

Hier.de Monte.De finibus regundis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum quando deferatur à iudice, vel à parte parti, ob defectum probationum.*
2 *Iuramentum promissorium dicitur, quod super futuro fit.*
3 *Iuramentum promissorium si rumpitur, infamat: quia frangitur fides Deo, & homini.*
4 *Iuramentum assertorium dicitur, quod fit de præterito, vel præsenti: & non infamat.*
5 *Iuramentum assertorium aliud est de calumnia, aliud de veritate, & aliud de malitia.*
6 *Iuramentum assertorium est voluntarium, necessarium, & iudiciale.*
7 *Iuramentum necessarium est, quod defertur à iudice in defectum probationis: nec potest referri, vel recusari, sed poterit ab eo recedi propter nouas probationes.*
8 *Iuramentum necessarium dicitur etiam suppletorium: vnde si plures testes in vnam concordant sententiam, tunc absque iuramento poterit fieri sententia.*
9 *Iuramentum defertur in supplementum, quando vnus bonus testis reddidit rationem in causa scientiæ: quia tunc faceret semiplenam probationem: aliàs secus.*
10 *Iuramentum in quibus casibus non deferatur in supplementum, remissiuè.*
11 *Iuramentum in iurgijs finalibus antiquis poterit præstari actori, quando probauit per vnum bonum testem: quia finium regundorum lites dicuntur modici præiudicij in certis casibus.*
12 *Iurare si quis nollet, vel iuramentum deferre, esset manifestæ turpidinis.*
13 *Reus, quando nihil est probatum, vel præsumptum, potest dicere, Nolo iurare.*
14 *Iuramentum quando defertur, quatuor requiruntur.*
15 *Iuramentum in causis criminalibus quando deferri poterit, remissiuè.*
16 *Iuramentum non defertur in causis spiritualibus, vt monachatus, vel matrimonij.*
17 *Iuramentum non defertur in alieno facto: & sic quis non cogitur iurare, nec iuramentum deferre.*
18 *Iuramenti delatio cui sit magis danda, relinquitur iudicis arbitrio.*
19 *Iuramentum quando petenti defertur, sex copulatiuè requiruntur.*
20 *Iuramentum in causa appellationis peti potest, licèt non fuerit petitum in prima instantia.*
21 *Iudex requisitus, si non præstat iuramentum, dicitur facere litem suam.*

CAPVT LXVIII.

Viso de probationibus, quę fieri possunt per vocem viuā, & mortuam, nunc erit describendum illud quod habetur per

1 Spec.in titu.de iura.dela.in princ. † Videlicet quando ob defectum plenæ probationis actori iuramentum deferatur à iudice, & à parte parti, iuxta ea, quæ habentur in c.fin. de iureiur. & l.j.& 2.& l.manifestæ.ff.eo.& ideo ad instructionem aliqua referam per eum relata breuius, quàm potero. † Et præmittendum erit, aliud esse iuramentum promissorium, & aliud assertorium. Et promissorium dicitur, quod super futuro fit: videlicet si promittatur aliquid dandum, vel non dandum: & faciendum, vel non faciendum. Veluti si quis iuramento promittat in iudicio sistere, vel litem exequi, auth.generaliter. C.de episc.
3 & cle.& c.j in fi.de seq.fruct. † Et tale iuramentum si rumpitur infamat: quia frangitur fides Deo & homini: & magis imputatur tunc, quàm si iuraretur de pręsenti, & de præterito: quia maturius & pleniùs deliberare poterat. l.si quis maior. C.de transt.
4 † Assertorium verò iuramētum dicitur, quod fit de præterito, vel de præsenti, in quo asseritur aliqd esse, vel fuisse: & hoc non
5 infamat, scilicet quantum ad infamiæ pœnam. † Et iuramenti assertorij plures sunt species: nam aliud est de calumnia, aliud de veritate, & aliud de malitia, de quibus not.per Spec.in tit.de
6 iura.cal.§.j.† Item aliud est voluntarium, & aliud necessarium, ac aliud iudiciale, Et voluntarium dicitur, quod fit extra iudicium, & ex sola volūtate.l.iusiurandum quod ex.ff.de iureiur.
7 c.verum.& c fi.& ibi glo.extra eo.tit. † Necessarium verò iuramētum dicitur, quod defertur à iudice in probationis defectū: nec potest referri, nec recusari, nisi iusta de causa. Et iudiciale dicitur, quod pars defert parti in iudicio, quod non est necessarium subire, vel referre: sed si reus retulerit actori iuramētum, necesse habet iurare, aliàs prætor ei denegabit actionē: & post iuramentum delatum à iudice parti, & pręstitum à parte parti, potest ab eo recedi, propter nouas probationes, sed post iurm delatum à parte parti, & præstitum ab ea, recedi non poterit,
8 vt no.glo.in d.c.fi.in ver. à te loquitur. de iureiur. † Et istud iuramentum necessarium dicitur etiam suppletorium. Vnde aduertendum erit, ꝙ si plures testes in vnam cōcordent opinionem tunc sentētia absque iuramēto ferri poterit, ex quo actor plenè probauit, si verò semiplenè probasset, veluti si haberet solùm vnum bonum testem, & res esset modica, & in qua duo testes sufficerent: & tunc actori scienti ac petenti iuramentum sibi deferri, præstabitur.l.tertia.C.de reb.credi. & l.si duo patro-
9 ni.in prin.ff.eod. † Dummodo ille testis etiam non interrogatus scientiæ causam reddiderit: aliàs non faceret semiplenam probationem. Nec iuramentum deferretur, vt traditur à Bald. in c.primo.§.sacramentum. nume.13.de consue.rec.feu.& per
10 Alexand.in consi.32. volum.secundo. † Et plures casus describit Ias. in l.admonendi. nume.271. ff. de iureiur. in quibus non defertur iuramentum in supplementum, dato ꝙ quis semiplenè probauerit. † Et simili ratione in quæstionibus finium re-
11 gundorum antiquorum actor poterit petere sibi deferri iuramentum, quando probauit per vnum bonum testem: quia finium regundorum lites dicuntur modici præiudicij, quando de sola iurisdictione est cōtentio: vel inter prælatos est lis, qui solam habent administrationem, & non dominium: vel quando ageretur de finibus antiquis, secundùm ꝙ voluit Dec. in ca
12 pit.cùm causam.numero quarto, de probatio.† Aduertendum erit etiam, secundùm Spec.in citato loco, ꝙ si actor nihil probat, & dicat aduersario, vt iure ad suam innocentiam purgandam, vel ꝙ sibi referat iuramentum, videtur iustè allegare: nā manifestæ turpidinis est nolle iurare, vel iuramentum referre. l.manifestæ.l.lex Cornelia.§.hac lege. ff.de iureiur.l.Marcellus. ff.rer.amot.l.præsenti.C.de ijs, qui ad eccle.confugi. l.fin.§.licen
13 tia.C.de iure deliber.& l.fin. C. de fid.instrum. † Nihilominus reus, si nihil esset probatum vel præsumptum, poterit respon-
14 dere, frater iurare non cogor: vt ibi per eum. † Et quatuor sunt principaliter attendenda in iuramenti delatione, secundùm Spec.vbi suprà nume.5. Primum, an actor aliquid plenè, vel semiplenè probauit, vel nihil. Secundum est, si semiplenè proba uit, & tunc, aut quæstio est criminalis, & non defertur iuramentum à iudice: quia probationes debent esse aptissimæ. l.fina.C. probat. & c.fin.de iureiur. Si tamen vna pars alii iuramentum defert, delatio tenet ob inopiam probationum facta, etiam si de illo crimine transigi non posset: quia non hoc ita confiteri videtur, sicut in transactione, immo negare videtur. Si verò ciuilis & famosa sit, vt in actione doli, furti, iniuriarum, & quod metus causa, in quibus fit infamis de iure ex sententia, etiam si ciuiliter sit actum.l.j.ff.de ijs.qui no.infa Vel si mulier sit in possessionem missa ventris nomine & per calumniam: vel in crimine expilatæ hæreditatis. In ijs enim priuatis criminibus infamia condemnatum sequitur, & iuramentum nō defertur, sed plena probatio exigitur. Si verò sit ciuilis & non famosa, si tamen ardua & magna esset, & de facili non deferretur l.legitimos.ff.de legit.tute. Si verò esset parua & tunc iudicis arbitriū
15 requiritur, vt ꝑcedat inspecta personarum qualitate, & regionis consuetudine. † Et quando iuramentum in causis criminalibus deferri possit, habetur per Ias.in d.l.admonendi.nu. 174. ff.de iureiuran.& ibi etiam nu.272.declaratur per eum, quæ sit
16 causa magna vel parua. † Si verò causa esset spiritualis: ut monachatus, vel matrimonij, & tunc secūdùm Spec.iudex nequit deferre iuramentum; si autem non esset merè spiritualis, & tūc fortè posset iuramentum deferri, vt traditur per Ias.in citato loco.numero 277. Tertiò erit attendēdum, quis melius sciat ve-
17 ritatem. † Hinc est, quòd ei, de cuius principaliter facto agitur, iuramentum defertur.c.videtur.qui matrimo.accusa.non poss. In alieno autem facto non defertur, ne anceps cogatur subire periurium.l.videamus de in lit. iuran. Et in hoc casu non solū non cogitur iurare, sed nec iuramentum deferre, secundùm Aymo.Crauet.in consilio 203. deferens iuramentum. numero tertio. Et quæ dicta qualiter sint intelligēda, vide ibi p eum. Vnde Ias.in d.l.videamus.numero sexto, dicit, quòd qui dubitat, vel ignorat, si iurat contra veritatem, dicitur periurus. Quar tò consideranda erit pśonæ qualitas quis melior, quis dignior,
18 & quis præstātior videatur, vt illi deferatur. d.l.legimos. † Vel iuramentum illi defertur, qui melius probauit, vel iudicis arbitrio relinquitur.l.fi.§.sanè.C.de ijs qui ad eccle.cōfugi. Quibus abundantissimè cumulatis per Spe.adde Rober.Maran in suo aureo Spec.aduoca.in 2.par.iud.in versi.nouus actus. vbi deseri
19 bit decem species iuramenti iudicialis. † Ac etiam dicit, ꝙ sex copulatiuè requiruntur, quando iuramentum petēti defertur, quorum si quid deficeret, non deferretur: videlicet, ꝙ sit semiplenè probatum per vnum testem, & ille cui præstatur sciat ve ritatem verisimiliter per sensum corporeum, & quòd sit persona honesta, & bonæ vitæ: quia personis vilibus, & suspectis iuramentum non prętabitur, & quòd causa non sit magna vel ardua, sed modica; quia in causa ardua, vel crimjnali non defer retur: & dicitur parua, vel magna secundùm personarum con ditionem, & quòd semiplena probatio in aliquo non sit elisa
20 per probationes contrarias: quia tunc non deferretur. † Et ꝙ iuramentum sit petitum ante conclusionem in causa: & dato quòd non fuisset petitum ante conclusionem in causa in prima instantia, nihilominus poterit peti, vt deferatur in causa appellationis secundum Capy.in decis.35.numero quarto, & ibi etiam numero tertio, dicit aduocatum cautum esse debere, vt
21 in iuramenti delatione citetur pars. † Et erit etiam notādum,

quòd

Source : BIU Cujas

quòd si iudex requisitus non præstaret iuramentum, faceret litem suam, vt per Robert.Maran.in præallegato loco.

SVMMARIVM.

1 *Iuratur in litem contra mouentes terminos.*
2 *Actio finium regundorum quare possit dici arbitraria.*
3 *Iuratur in litem, quotiescunque iudicis auctoritas contemnitur.*
4 *Iudicis officium multum potest in actionibus bonæ fidei.*
5 *Actiones bonæ fidei non minus videntur arbitrariæ, quàm sint actiones stricti iuris.*
6 *Iuramentum in litem quatuor concurrentibus præstandum erit.*
7 *Iuramentum in litem præstatur per iudicem, & non per partem, aduersario existente in dolo, & non in culpa.*
8 *Iuramentum in litem est affectionis, & præstatur secundùm rei veritatem, & communem æstimationem.*
9 *Iudex potest taxare summam ad quam iuramentum in litem restringitur.*
10 *Iudex poterit taxare damnum, & eius quantitatem, non obstante statuto, quòd stetur iuramento damnum passi.*
11 *Iuramentum in litem non defertur, quando agitur de officio iudicis, sed iure actionis.*
12 *Iuramentum in litem in actionibus bonæfidei præstatur post litis contestationem, & ante sententiam. In actionibus verò arbitrarijs, & in rem post sententiam.*
13 *Sententiæ duæ feruntur in arbitrarijs actionibus.*
14 *Iuramentum in litem non solùm præstatur principali, sed etiam procuratori, speciale mandatum habenti.*

CAPVT LXIX.

1 Et hic † erit congruum declarare, si cõtra mouentes terminos iuratur in litem, & videtur dicendum quòd sic: vt no. glos. in l. sed & si loci. §. sed & si quis. in vers. condemnabitur. ff. fini. regundo. Et idem tenet Ang. in §. quædam actiones. in fi. & Ias. ibi numero 73. Insti. de actio. licèt Floria. in d. §. sed & si quis. impugnet dictã glo. distinguendo, q̃ ex ea parte, qua est hæc actio in rem, iuratur in litẽ. d.l. qui restituere: sed ex ea parte, qua est personalis, debet fieri condemnatio ad interesse. d.l. sed & si loci. §. iudicio. & idem videtur sentire Alber. in d. §. sed & si quis.
2 † Subdens, quòd ista actio poterit etiam dici arbitraria: quia habet aliquid realitatis, & quantum ad hoc iuratur in litem: sed in eo quod habet personalitatis, condemnabitur ad interesse probatum. Et secundùm Fulg. ibi. d. glo. est ab omnibus recepta. Et benè dicit non ea ratione, q̃ sit stricti iuris: quia posset dici in
3 omnibus aliis idem esse, sed potius ista ratione: † quia quotiescunque iudicis auctoritas contemnitur, iuratur in litem: & secus vbi non contemnitur, vt per Bart. in d. §. sed & si quis. & ad id facit, quod voluit Bal. in l. j. C. de accusa. & similiter uidetur tenere Dec. in l. in actionibus. numero quarto, in ver. quãdoq;. de in lit. iur. vbi dixit, in actionibus bonæ fidei iudicem habere potestatem deferendi iuramẽtum in litem ex natura actionis: sed in actionibus stricti iuris illam cõsequitur iudex prꝛeter naturam actionis, sed propter contumaciam ei datur potestas. Et
4 ideò solum actiones arbitrariæ sunt stricti iuris. † Nec non, vt subdit ibi Dec. numero vigesimosecundo, in actionibus bonę fidei secundùm earum naturam iudicis officium multum potest, & alio adminiculo non indiget: sed arbitrariæ sunt stricti iuris, in quibus iudex non habet arbitrium, inspecta earum natura, sed ex aliquo accidenti arbitrium iudici attribuitur, & à tali arbitrio superueniente, actiones dicuntur arbitrariæ, & cõsiderato isto accidenti arbitrariæ pro diuersa specie ab actio-
5 nibus bonæ fidei ponuntur. † Et isto effectu considerato actiones bonæfidei in quibus ex earũ natura iudex habet arbitriũ, non minus videtur arbitrariæ, quàm sint stricti iuris actiones, quæ ex accidenti arbitrariæ efficiuntur: quia non videtur minus potens illud, quod competit ex actionis natura, quàm illud
6 quod ex accidenti contigit. † Erit modò aduertendum, secundùm Bart. in d.l. in actionibus, q̃ iuramentum in litem præstandum erit quatuor concurrentibus. In primis enim requiritur natura petitæ rei, & quòd in ea cadat affectio: aliàs hoc iuramẽtum deferri non posset, vt ibi numero tertio. Secundò, quando natura actionis hoc patiatur, vt est in trib. casibus: in actione bonæ fidei, in rem, & arbitrariis, vt ibi per eum, nume. quarto. Tertiò requiritur ad hoc vt deueniatur ad iuramentum in litem, quòd est affectionis, aduersarii dolus, vt ibi per eum, numero 12. & 14. Vltimò iurantis habilitas requiritur, scilicet quòd sit dominus, vel quasi dominus litis, & quòd sit pubes, vt ibi. numero decimoseptimo, licèt dicat Rober. Maran. in Spec. aure. aduoca. in secunda par. iudi. in vers. nonus casus numero decimosexto, quòd tria tantùm supra dicta requirantur copulatiuè, non faciendo mentionem de vltimo requisito, ad hoc
7 vt deferri possit iuramentum in litem. † Et ibi etiam subdit: q̃ iuramẽtum in litem per iudicem defertur, & non per partem, & per aduersarii dolum, & non per culpam, vt concludit etiã Dec. in d.l. in actionibus. nume. decimoseptimo, & vigesimo-
8 octauo. Subdẽs † requiri dolum verum, & non præsumptum, vt ibi. numero primo, secundo, tertio. Et numero quarto, dicit istud iuramentum in litem esse affectionis, & cum vtilitate singulari, & præstari secundùm veritatem & communem rei æstimationem, prout refert ita communiter per Doctores cõcludi, & deducit glo. in rub & glo. fi. in l. prima, eod. titu. & in l. qui
9 restituere. ff. de rei vendi. † Et ibi etiam numero octauo, no. iudicem posse taxare summam, ad quam iuramentum in litem
10 restringitur, & refert Angel. in dic. l. qui restituere. inferre, † q̃ si statuto cauetur standum esse iuramento damnum passi, nihilominus iudex poterit damnum taxare, vel eius quantitatem.
11 † Et ista etiam procedunt secundùm Deci. ibi numero vigesimoseptimo, quando ageretur iure actionis, secus si iudicis officio: quia tunc contra non comparentem, & sic contumacem non iuraretur in litem, per glo. nota. in l. harum. in glos. fin. ff. si serui. vendi. † Et iuramentum in litem in bonæ fidei actioni-
12 bus præstatur post litis contestationem, & ante sentẽtiam. † In
13 actionibus verò arbitrariis, & in rem præstatur semper post sententiam: quia tunc arbitrariæ dicuntur, quando pars iudici parere contempsit, & ideo in arbitrariis sententiæ duæ feruntur, vt habetur per Bar. in d.l. in actionibus. numero 17. & prædicta confirmantur per Papien. in sua pract. de for. libel. in actio. rea.
14 declaratoria. §. & in florenis 10. numero 22. † Et iuramentum in litem non solùm præstatur principali, sed etiam procuratori speciale mandatum habenti, secundùm Rober. Maran. in citato loco, nume. 16.

SVMMARIVM.

1 *Antiquum factum dicitur spacium quadraginta annorum, secundùm opinionem Anto. de Butrio.*
2 *Antiquum factum quod dicatur, relinquitur iudicis arbitrio, vel accipitur secundùm diuersas materias.*
3 *Antiquum factum dicitur, quod excedit metam centum annorum.*
4 *Probatio imperfecta redditur plena & integra propter antiquitatem, videlicet centum annorum.*
5 *Instrumenta antiqua dicuntur, à quorum receptione cucurrerunt centum anni.*
6 *Probatio plena inducitur quadraginta annorum spacio, quando non agitur de magno præiudicio.*
7 *Finium lites inter ecclesias non sunt præiudiciales.*
8 *Antiquum factum probatur per communem hominum relatum, vel libros antiquos, aut historias.*

CAPVT LXX.

Et vt suprà dixi in c. 51. in antiquis per testes de auditu confines probantur, ac etiam, vt declaratur in pluribus aliis seq. capitulis, certæ probationum species in antiquis admittuntur propter probandi difficultatem, quæ aliàs non admitterentur. † Igitur erit discutien
1 dum, quid sit antiquum, vel antiquissimum factum. Et vt habetur per Aymo. Crauet. de antiq. tempo. in 1. prima par. in prin. tres fuerunt opiniones. Vna est, quòd requiratur quadraginta annorum spacium, & fuit Ant. de Butr. in cap. veniẽs. el primo. de test. quam sequitur Barba. in consi. 17. præclarè, colum. 26. in prin. volum. secundi, & eiusdem sententiæ fuit Anto. de Butr. in c. peruenit. de emptio. & venditio. quam sequitur Afflic. in decis. 13. nu. 23. & Barth. Cassan. in consi. 15. nu. 19. subdens, q̃ in finibus rerum, & in aliis circunstantiis probandis, in factis antiquis, inspecto breui hominum cursu, ita iudex arbitrabitur, cuius arbitrio relinquitur, argum. l. prima. §. primo. ff. de iure
2 delib. & glos. in clem. prima, de reb. eccle. non alie. † Alia fuit opin. quòd iudicis arbitrio relinquatur, quando tempus dicatur de antiquo in materia ꝓbationis, prout ipse dixit voluisse Ant. de Butr. in c. quoniam contra. de probat. & in c. illud. post Hostien. de præsumptio. & Alexand. in consi. quarto, & in cõsilio 187. volum. secundo, idem voluit Socin. in cons. 22. argum. d.l. prima. §. primo, & Matth. de Affl. in decisio. 84. numero 7. Ang. Instit. de vsucap. in princ. nume. sexto, subdens antiquum factum accipi secũdùm diuersas materias & regulas, vel secundùm Fely. in c. cùm causam. numero quarto, de proba. antiquissimum factum dicitur, quando testis deponit de ijs, quæ hominum memoriã excludunt, per l. si arbiter. ff. eo. † Alia fuit opi-
3 quòd requiratur tempus centum annorum metam excedens, vt voluit Imol. in c. veniens. de verb. signif. quam dicunt communem Alexand. & alii in l. cùm aliquis. C. de iure deliberan. & vltra per Aymo. ibi congesta, idem habetur in decis. Tholo. 439. & per Alex. in consilio septimo, viso themate. in fi. volu. primo, & in consi. 83. viso themate. numero nono, volum tertio, & in consi. 104. numero octauo, & nono, volum. septimo. Curti. Senio. in consi. 83. nomero 24. Socin. in consi. 39. num. 7. volum. j. Bertrand. in consi. j. nume. 107. volum. j. & in cõsi. 411. nume. 6.

Source : BIU Cujas

numero ſexto,volum.eo. Carol. Ruin. in conſilio 141.nume. ſecundo,& 18.& in conſi.161 numero quinto,volum.quinto, & in conſilio 17. numero tertio, volum. tertio. Iaſ.in conſi.81. nume tertio,& in conſi.104.numero ſexto,vol.j. & in conſilio 148.numero octauo,volum.4.& Deci. in c.cùm dilecti.nu.18. de appella.& in conſi.321.colum.quarta,& in conſi.13.nu.8.&
4 Affl.in deciſ.277.numero tertiò,† vbi dicunt,ad hoc ut imperfecta probatio propter antiquitatem plena & integra reddatur, requiri ſpacium centum annorum : quia hoc eſt longęuæ vitæ hominum curſus:& ꝙ ita communiter tenetur,à qua communi opinione non eſt recedendum, & idem voluit Hippol. de Marſil.in l.de minore.§.plurimum.numero 65.ff de quęſtio.& Aymo Crauet.in conſi.146.reſpondi.numero tertio,volum.j. Vnde etiam Bertran.in conſi.159.in fi.& in conſi.171.nume.8.
5 volu.ſecundo,dixit,† ꝙ inſtrumenta antiqua dicuntur, à quo-
6 rum receptione cucurrerũt centum anni. † Limitatur tamen dicta communis theorica ſecũdùm Aymo.Craue. de antiquit. tempo.in prima par.in princ.numero quinto,quando nõ ageretur de magno præiudicio : quia tunc ſufficeret quadraginta annorum ſpacium ad inducendam plenam probationem, & prout exemplificari poſſet in finibus diœceſum:quia non ſunt magni præiudicij ſecundùm Abb.in d.c.cùm cauſam.in 1.no.
7 quem ſequuntur Aret.& Felyn. dicentes, † materiam finium inter eccleſias præiudicialem non eſſe,per c.cùm apoſtolica.de his quæ fi.à præla.ſeu iudicis arbitrio relinqueretur, per ea quæ deducit Aymo Craue.in citato loco,& Caſſan. in d. conſil.15.
8 nume.19. † Et per communem hominum relatum, vel libros antiquos antiquum factum probatur, aut per hiſtorias:& talis antiquitas legis & conſtitutionis vim habet, vt habetur ꝑ Gui. Papæ in conſi.88.nu.ne.2.

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ ſunt quibuſcunque rebus digniores.*
2 *Perſonæ quæ non poſſunt præſcribere.*
3 *Perſonæ contra quas præſcriptio non currit.*
4 *Res impręſcriptibiles quæ ſint.*
5 *Limites dignitatum ſecularium ſunt impræſcriptibiles.*

CAPVT LXXI.

Et antequàm de finium præſcriptione tractemus,erit vtile ſcire,quæ perſonæ præſcribere poſſint,& contra quas præ
1 ſcriptio non currit,& quæ ſunt res impræſcriptibiles. † Et cùm perſonæ ſint quibuſcunque rebus digniores. l. iuſtiſſime. ff. de ędil.edic.& no.gloſ.in rub.Inſtit.de iure perſo. ideo ab eis incipiendo dicas ſecundùm gloſ. in c. clerici. in ver.ius proprium.
2 16.q.3.† quòd coloni & precario poſſidentes,vel alieno nomine,præſcribere nõ poſſunt,neque vſufructuarius,vel creditor: ſic alii,qui non ſunt prohibiti præſcribere poterunt. Et ſecundum quòd traditur per glo.in c.prima actione.in ver.poſtlimi
3 nio.ea.q. † perſonæ contra quas præſcriptio non currit, ſunt reuertentes ab hoſtibus,nec dum viuit alienator iniquus,nec dũ vacat, vel quaſi vacat eccleſia,nec contra pupillum, nec in patria poteſtate exiſtentem,nec contra mulierem viuente marito quòad dotem: aut cõtra habentem obligationem ſub die, vel conditione, neque contra excommunicatum, aut contra
4 iuſto impedimento impeditum.† Et vt habetur per glo.in d.c. clerici res impręſcriptibiles ſunt libertatis iura, nec in tributis,vel matrimonio:nec decimæ à laico, nec in repetitione rerum peculij,nec in ſeruitutibus quæ cauſam diſcontinuam habent, nec in limitibus maximè limitatis, aut procurationibus ratione viſitationis debitis, neque in obedientia præſcribitur.
5 † Et ꝙ in limitibus dignitatum ſecularium non currat præſcriptio,no.glo.in prag.ſanctio.in prooœmio,in ver. limites.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas non poterit aliquid præſcriptione acquirere,donec viuat vnus, qui rei alienæ notitiam habeat.*
2 *Vniuerſitas ſi à principio fuiſſet in mala fide,licèt hodie eſſet in bona,non præſcriberet in æternum, quia cùm populus ſit idem, videtur mala fides continuari.*
3 *Vniuerſitas incipit præſcribere elapſis centum annis : quia præſumuntur mortui,qui erant in mala fide.*
4 *Vniuerſitas non dicitur poſſediſſe, quando ſinguli de vniuerſitate ſine mandato poſſederunt lignando, vel paſculando.*
5 *Vniuerſitatis poſſeſſio non probatur per actus poſſeſſorios particularium perſonarum.*
6 *Vniuerſitas dicitur aliquid facere, quando deliberato conſilio aliquid facit.*
7 *Vniuerſitas per particulares etiam ſine mandato poterit præſcribere,dummodò eius ſcientia, vel eius regentium interueniat.*
8 *Vniuerſitas quando conſeruat eius poſſeſſionem, & de nouo acquirat per actus poſſeſſorios particularium.*
9 *Vniuerſitati non prodeſt, quando particulares proprio nomine poſſederunt.*
10 *Vniuerſitas conſeruat poſſeſſionem,ſed de nouo non acquirit, quando particulares ſine eius ſcientia, & mandato aliquid poſſederunt.*
11 *Vniuerſitas præſumitur poſſediſſe, quando eius homines particulares aliquid poſſederunt, tanquàm eſſet vniuerſitatis.*
12 *Vniuerſitatis preſentia loco mandati habetur.*
13 *Vniuerſitas præſumitur feciſſe, quando actus factus à particularibus non eſſet momentaneus,ſed ſucceſsiuus.*
14 *Vniuerſitatis conſenſus præſumitur interuenüſſe,quando bellum, vel rebellio duraſſet aliquo tempore: quia voluntas non ſolùm facto, ſed etiam verbis datur intelligi.*
15 *Vniuerſitas præſumitur conſentire, quando ex actibus particularium perſonarum ad ipſam peruenit vtilitas, abſque eo quòd fiat communicato conſilio.*
16 *Abſens præſumitur conſentire,quando cognouit & tacuit, & reſpicis eius commodum.*
17 *Articuli qualiter formari debeant in cauſa vniuerſitatis.*
18 *Vniuerſitas non ſolet prędia in alieno territorio habere.*
19 *Argumentum eſt bonum à ſolitis,& communiter accidentibus.*
20 *Vniuerſitatis paſcua qualiter diuidi debeant inter eius homines,& eorum dominos.*
21 *Vniuerſitatis paſcua diuidi debent ſecundùm patrimonij qualitatem.*
22 *Vniuerſitatis nemora ſi non ſufficerent domino & particularibus,dominus præferretur.*
23 *Vniuerſitas qualiter ſit citanda.*
24 *Vniuerſitatis ſyndicus citari ſufficit, quando vniuerſitas vult congregare concilium.*
25 *Citatio quid continere debeat.*

CAPVT LXXII.

Non ab re quoque erit declarare,an vniuerſitatis homines poſſint aliquod ius præſcriptione acquirere eorum vniuerſitatibus,propter difficultates, quæ plerunque in finalibus controuerſijs oriuntur, quando vna vniuerſitas probauit ſuos homines ligna incidiſſe, vel eorum animalia paſculata fuiſſe in tali loco, & alia vniuerſitas vel particulares perſonæ cõtrarium
1 probauerint.† Et pro eorum declaratione in primis aduertendum erit, ꝙ vniuerſitas nõ poterit aliquid præſcriptione acquirere,donec viuat vnus,qui rei alienę ſcientiam habeat,vt traditur per Socin.conſilio 187.nume.27.volum.2.arg. l.poteſt pluribus.& ibi per Bart.in fi.ff.de vſucap.& per Innoc.in c.cura.de
2 iure patro.& ſic à principio requiritur bona fides. † Vnde ſi à principio vniuerſitas eſſet in mala fide, licèt hodie eſſet in bona,non præſcriberet in ęternum, quia cum populus ſit idem, ſemper videtur mala fides continuari.l.clam poſſideri. in prin. ff.de acq.poſſeſſ.& l.proponebatur.ff.de iudi. & per Pari.in cõſilio 27.nu.107.in 1.volum. tamen Ant.Capy.in deciſ.4.in cauſa monaſterij.nu.17.& 18. † dicit poſſe conſiderari ſpacio centum annorum eſſe mortuos illos de vniuerſitate, & incipere præſcriptionem. Deinde deueniendo ad propoſitam quæſtionem, dico Bald.in conſil.373. col.j. volum.tertio,fuiſſe in hac
4 opinione, † ꝙ ſi ſinguli de vniuerſitate lignando,vel cum animalibus paſculando ſyluam poſſederunt,quòd vniuerſitas nõ dicatur poſſediſſe,vel poſſidere, niſi probetur illos tales mandatum in conſilio vel arengha ab vniuerſitate habuiſſe:& impoſſibile eſt,vt ipſe dicit,ꝙ vniuerſitas vincat, niſi doceatur illas ſingulares perſonas ab ea lignandi vel paſculandi mandatum habuiſſe.Et idem videtur tenere Corn.in cõſil. 333.capio. nu.29.& conſil.148.viſo.in fin.vol. primi, & in conſil. 65. & ſi in hac.vol.4.& in conſil.294. multa in remedium.col.8.vol.3. de quo mentionem facit Pariſi.in d.conſi.27.nu.73.in quibus
5 locis habetur, † quòd per tales actus particularium perſonarũ non probetur vniuerſitatis poſſeſſio. Et mouetur ex doctrina
6 Bar.in l.aut facta.§.fi.num.9.ff.de pęn.vbi habetur, † ꝙ vniuerſitas dicatur aliquid facere,quando deliberato conſilio & propoſito hoc facit:aliàs vniuerſitas non dicitur facere,ſed ſinguli facere dicuntur.Et vt refert Corne.in d.conſi.148.pluries cõſuluit,ꝙ licèt homines alicuius vniuerſitatis, vel communitatis aliquo tempore vſi fuiſſent lignando vel paſculando, non per hoc vniuerſitati poſſeſſio vel communitati quæſita erit.Et idem voluit Pari.in conſi.104.nu.132.vol.j. & plura ad hoc cõgerit Aymo Craue. in conſil.317. in cauſa prohibitionis. nu.4. volum.ſecundo.Communis tamen opinio in contrarium eſſe
7 videtur, † quòd vniuerſitas poſſit per particularium poſſeſſionem præſcribere abſque eius mandato, dummodo ſciẽtia vniuerſitatis, vel eam regentium interuenerit:quæ ſcientia per patientiam præſumitur,& patientia loco mandati habetur,vt infrà videbimus. Et ad id deducitur,qđ traditur à Cępo.in tract. de ſeruitu.ruſti.prædio.in tit.de iure paſce.nume.25. vbi latè diſtinguendo ita concludit. † Aut illi de vniuerſitate, de cuius
8 mandato, vel ſcientia,vel eam regentium poſſederunt:& tunc

poſ-

Source : BIU Cujas

possessio acquisita conseruatur, & de nouo acquiritur, per l. 1. §. fi. cum l. seq. ff. de acqui. possess. & l. qui patitur. ff. manda. & dicitur vniuersitatis nomine possidere, quando eā regentes sciebant illos particulares vti nemore eorum nomine vel vniuersitatis: aliàs vniuersitas non diceretur possedisse. Aut illi particulares nomine proprio possederunt: & clarum est, quòd non prodest communitati, neque in acquirendo, neque in conseruando, l. sicut, in prin. ff. quod cuiusq; vniuersi. nomi. quia agentium actus vltra eorum intentionē non operantur l. non omnis. ff. si cert. peta. & l. 1. ff. de aucto. præ. & l. 1. §. si conuenerit. ff. depos. † Aut constat, quòd sine vniuersitatis mandato & scientia, vel eam regentium possederunt: & tunc possessio acquisita conseruatur: sed de nouo non acquiritur, l. generaliter. ff. de acqui. possess. & facit quod congerit Fran. de Cur. senior in consi. 77. & Bertran. in consi. 24. nume. 1. vol. 1. & quod not. Deci. in consi. 221. nu. 10. dicens, † quòd si vniuersitatis homines singulares cum eorum animalibus pasculati fuerint in nemore, tanquàm esset vniuersitatis, præsumitur q̄ ipsa vniuersitas possederit & præscripserit, licèt non appareat de mandato: † quia vniuersitatis præsentia loco mandati habetur. d. l. qui patitur. & idem voluit Afflic. in dec. 376. nume. 6. & Pari. in consi. 111. nume. 64. vol. 1. cum plur. seq. subdens illud quod à paucis possessum fuit, ad omnes extendi: & sic præscriptio seu consuetudo extenditur: & deducit not. Guliel. & Innoc. in c. dilecto. de offic. archi. & Alberi. & Bal. in d. l. sicut. Atque Parisi. dicit † q̄ quando actus incisionis lignorum, vel pasculandi non fuit mētaneus, sed successiuus, & pluries ac pluries replicatus: tunc fit, vt gestum à particularibus & singularibus, cēseatur gestum ab ipsa vniuersitate, dato quòd gestum non fuerit conuocato consilio, & pulsata campana, nec de mandato vniuersitatis: & adducit Pet. de Ancha. in consi. 158. ex narratis in facto. nu. 11. cum cumulatis per Feli. in c. cùm omnes. colum. 17. versi. sexta declaratio. de constitu. & in c. dilectus. col. fin. versi. secundò limita. de simo. idem voluit Socin. in l. j. §. fin. ff. de acquir. possess. † vbi ponit exēplum de guerra & rebellione, quæ durasset aliquo tēpore, propter quod tacitus totius populi consensus vel maioris partis argueretur: quia nō solum facto, sed etiam verbis datur voluntas intelligi, l. de quibus. iunctis not. per Bart. in nume. 11. ff. de legi. & latè per Anchar. in citato consi. 115. num. 12. & Capy. in decisi. 130. nu. 69. Neque obstat, quod dicit Glos. communiter approbata in l. non potest dolo. ff. de regu. iur. † quæ vult, quòd ad hoc, vt actus gestus vniuersitatem afficiat, fieri debeat cōmunicato consilio, & deliberatione præcedente, consiliarijs solenniter congregatis: quia, secundùm Aret. in consi. 163. sicut Ioannes. nume. 18. limitatur, quando ex actibus particularium personarum ad communitatem vtilitas aliqua peruenerit. Vel alio modo responderi potest, obiecta in contrarium non procedere in ijs, in quibus tacitus populi consensus operatur, per ea quæ tradidit Bart. in d. l. de quibus. num. 12. & facit etiam illud, quod voluit in l. quo minus. §. 1. num. 1. ff. re[illegible].habe † Vbi si me absente geratur aliquis actus, si postea co[illegible]ui & tacui, videor approbare, si pertinet ad acquisitionem & mei cōmodum: & secus esset si respiceret meum præiudicium, prout loquitur Barto. in d. l. aut facta §. fina. & secundùm Deci. in d. consi. 221. † Cautus debet esse aduocatus in articulando & probādo vniuersitatis homines particulares vsos fuisse nemore eius nomine, ac scientibus eius administratoribus. † Neque erit prætermittendum, quòd vniuersitates ciuitatum & castrorum non solent habere prædia in territorio alieno, licèt particulares ibi habere possint, vt voluit Corne. in d. consi. 333. capio. nume. 29. & in consi. 171. nume. 13. vol. 1. † Et à solitis & cōmuniter accidentibus bonum est arguere, vt no. Glos. in l. 1. in vers. actio. C. de arbit. & in l fin. C. de fideiusso. & in l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædilit. edic. † Aduertendū erit etiam, quòd vniuersitatis pascua inter vniuersitatis homines, & eorum dominos diuidi debent, pro modo facultatum & possessionū pascuis vti debent, † ita vt domini & singuli homines debeant pro rata immittere eorum animalia in pascuis: & taliter, q̄ nec ipsi domini, neque incolæ totum absorbeant territorium, sed secundùm patrimonij qualitatem possideant: quia ille qui habet minores possessiones, debet etiam vti minus pascuis, vt habetur per Bertran. in consi. 37. nume. 5. vol. 1. † si verò ipsa nemora non sufficerent domino, & hominibus quò ad vsum: & tunc dominus præferetur, vt dicit idem Bertran. in consi. 255. num. 7. eod. vol. & habetur per Philip. Prob. in c. episcoporum. nume 1. de priui. in 6. & per Parisi. in consi. 57. nume. 134. volu. 1. † Et quando citatio erit facienda vniuersitati vel collegio sufficit si fiat maiori parti vniuersitatis, vel collegij, vt per Archi. in ca. comessationes. 11. distinct. quem sequitur Ludo. Roma. in singu. 256. per Glo. in cap. bonæ memoriæ. in versicu. singulares, de electio. & latè per Ioan. Mile. in sua practi. crimi. in versicu. promissionis. nume. 42. pagi. 70. † Vel sufficit citare syndicum, quando vniuersitas non vult consilium congregare secundùm Iaffred. in decisio. 80. per Glos. in capitulo. de concessio. præbend. in 6. vel erit citanda secundùm practi. Bar. in l. non potest. & ibi per Cagnol. ff. de reg. iur. Et in quacunque citatione debent inseri causa, locus, tempus, ad cuius instantiam, & coram quo, † vt per Aluarot. in cap. 1. in princ. num. 4. de mili. vasal. & ibi etiam. nu. 5. habetur de modo citandi in vsibus feu.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudine non violenta inducitur, quòd quis possit pasculari intra limites alicuius territorij vel agri.*
2 *Consuetudine inducitur, vt quis oblato precio possit in alterius nemore ligna incidere.*
3 *Consuetudine inducitur, vt vniuersitatis homines possint, data certa pecuniarum quantitate, pascere animalia in alieno territorio.*
4 *Reipublicæ interest, ne quis re sua malè vtatur.*
5 *Consuetudine non obstante dominus præferetur, quando ligna vel pascua pro se & eius hominibus non sufficerent.*
6 *Consuetudo lignandi vel pascendi quanto tempore inducatur.*
7 *Consuetudo qualiter sit probanda, & articulanda.*

CAPVT LXXIII.

1 Ethic consonum erit discutere, † nūquid possitinduci cōsuetudo, q̄ vn⁹ nobilis, vel alicuius castri homines possint ligna incidere, seu animalia pasculari facere infra alicuius castri limites, vel in alterius fundo: & Abb. in cap. dilecti filij. nume. 7. de arbit. refert Doctor. communiter cōcludere quòd sic: dummodo consuetudo per violentiam inducta non sit, per ca. super quibusdam. de verbor. significa. & l. si quis diurno. ff. si serui. vendi. & idem tenet Pari. in consi. 27. nume. 30. volum. 1. & Deci. in consil. 550. vol. 4. sicut etiam præscribi posset, seu acquiri tota res, vt est bonus text. in l. venditor. §. constat. ff. commu. prædio. vbi probatur, † quòd valet si consuetudo, vt quis oblato precio possit ligna, vel quid simile incidere in alterius fundo. & idem voluit Bertran. in consi. 255. nume. 7. vol. 1. & in consi. 7. num. 4. vol. 2. † vbi dixit cōsuetudinem valere, quòd data certa pecuniarum quantitate per vniuersitatis homines, eisdem liceret eorū animalia immittere, & pascere in alieno territorio, per d. §. si constat. dummodò fruantur pascuis & nemoribus, ita & taliter q̄ nō videantur ea depopulari: † quia interest reipublicæ, ne quis re sua malè vtatur. §. fi. Inst. de ijs qui sunt sui, vel alie. iur. † Et vt habetur per Abba. in d. cap. dilecti. Docto. volunt, quòd vbi ligna seu pascua non sufficerent domino, & alterius castri hominibus, non obstante consuetudine dominus præferetur: argum. ca. suggestum. de deci. & ca. quid per nouale. de verbor. signifi. si tamē nemorum & pascuorum proprietas domini existeret, vt declarat Bertrand. in d. consi. 255. nume. 7. Et Afflict. in deci. 290. nume. 7. Erit etiam aduertendum secundùm Bertrand. in consi. 51. nume. 6. eod. volu. † quòd ista lignandi & pascendi consuetudo, non inducitur, nisi per tantum temporis spacium, quod initij memoria in contrarium nō existeret, per no. per Cœpol. in tracta. de seruit. rust. prędio. in rub. de ser. iur. pascen. in versi. sed dubium ponunt. nume. 24. quia hæc seruitus habet causam discontinuam, & erit opus, quòd aduersarius patiatur: qui pati non dicitur, nisi sciat: vt ibi per Bertran. nu. 7. & allegat Bart. & Doct. in l. quoties. la ij. ff. de seruitu. † Et si vis scire qualiter articulari & probari debeat cōsuetudo, vide remissiuè Parisi. in d. consi. 27. nu. 47.

SVMMARIVM.

1 *Actio finium regundorum durat triginta annis, si nihil est præscriptum.*
2 *Præscriptio finium regundorum incipit, quando fines turbantur.*
3 *Actio finium regundorum decem annorum spacio non directè, sed indirectè præscribitur.*
4 *Fines rerum feudalium non præscribuntur.*
5 *Rex potest mouere iustum bellum propter fines turbatos.*
6 *Confinia inter Communitates 30. annorum spacio præscribuntur.*
7 *Agrorum fines spacio triginta annorum præscribuntur, quando non sunt limitati.*
8 *Vasallus si præscripsit fines territorij conuasalli defuncto præscribente sine hærede, portio præscripta ad Dominum reuertitur.*

CAPVT LXXIIII.

1 Materiam † præscriptionū prosequendo discutiendum venit, quantum duret actio finium regundorum. Et dicas triginta annorum spacio durare, secundùm Fab. in §. quædam actiones. nume. 35. & 36. Instit. de actio. per l. fina. C. fini. regundo. quem sequitur Ange. ibi. nume. 13. & Iaf. num. 39. Quæ tamen sunt intelligenda secundùm Fran. Balb. in tracta. prescrip. in quarta parte. in princip. versicu. decimoquartò.

Source : BIU Cujas

moquartò. nu. 1. quando nihil fuiſſet præſcriptum : ſed ſi quid
2 fuiſſet præſcriptum, citius tolleretur, † & præſcriptio incipit, quando fines turbãtur : vnde ſi duo prædia per triginta annos ſtetiſſent non turbata, nihil fuiſſet præſcriptum, vt not. Paris de Puteo. in cap. an ſi vnus. nume. 1. de fini. feud. per Glo. & Bal. in l. ſi actione. ff. fini. regundo. & per Bald. in d. l. fina. C. eodem titu. & ibi Bald. nume. 1. dicit, quòd ſi vicinus meus aliquid vendiderit, de meo egrediendo agrorum terminos, quòd tunc emptor decem annorum ſpacio præſcribit, videlicet præſcribitur dominio, & nõ actioni: quia adhuc finium regundorum actio competit, vt termini commodiùs diſtinguantur, & ei remanebit illud quod præſcripſit : & hoc eſt dicere finium regundorũ actionem durare in ſe, ſed iudex præſcriptionis commodum
3 non debet præſcribenti auferre. † Et ſic finium regundorum actio directè non tollitur, ſed indirectè : quia cùm dominium indirectè præſcribatur, contra finium regundorum actionem præſcriptum eſſe cenſetur, vt in ſimili no. in l. ſecunda. C. de ſeruitu. & aqua. & in l. vſucapio. C. de pigno. ergo vbi aliquid de meo eſt præſcriptum, actio indirectè tollitur, vel ad præſcriptionis formam reducitur. Et aduerte ſecundum Pari. de Put. in d.
4 capitu. an ſi vnus. nume. 1. † præſcriptionem non procedere, quando rerum feudalium fines occupati forent, contra quos non cauſatur aliqua præſcriptio ab emptore, vel alio occupa-
5 tore, quia dicti fines ſunt impræſcriptibiles. † Ac ibid. nume. 5. ſubdit, regem poſſe mouere iuſtum bellum propter fines turbatos. † Cõfinia verò inter communitates triginta annorum
6 ſpacio præſcribuntur, vt traditur à Pau. Caſtren. in conſil. 457. reſpondeo. in princip. volu. 1. per l. prima. C. de anna. excep. & l. ſicut. C. de præſcrip. triginta vel quadraginta annorum. & per d. l. fina. C. fini. regundo. Iſta tamen qualiter procedant, decla-
7 rabitur infrà in capitu. 76 † Et erit aduertendum quòd d. l. fin. procedit in præſcribendis agrorum finibus, qui ſpatio triginta annorum præſcriberentur, niſi eſſent limitati: quia tũc præſcribi non poſſent, l. fina. C. de fund. limi. lib. 10. quem allegat Archi. in capitu. quicunque. 16. q. 3. & Guid. Papæ in conſil. 88. nume. 5. vbi dicit quaſi omnes tenere, quòd quando fines ſunt diſtincti, præſcribi non poſſunt: & prædictis adde Curti. ſenior,
8 in conſil. 57. numero quarto. † Et licèt fines præſcribi non poſſint, ſi tamen Dominus ſuum territorium conceſſit duobus in feudum pro diuiſo, & vnus per iuſtum errorem præſcripſit alterius fines, defuncto præſcribente ſine hærede, portio præſcripta ad Dominum, & non ad vaſallum reuerti debet: quia conſolidatur proprietati : & non alteri accreſcit, ſecundùm Aluaro. in c. 1. in §. ſi. in fi. de contro. feu. in vſib. feu. per l. ſicut annos. ff. quib. mo. vſufruc. amit. & l. ſi. C. de remiſ. pigno.

ſil. 83. in fin. Erit modò aduertendum ſecundùm Glo. in d. cã.
4 quicunque, & Feli. in d. capitu. quia indicante. nume. 4. † quòd ea quæ ſunt intra diœceſum, & parochiarum fines, *limitibus* non cohærentia, præſcribi poſſunt: vt habetur in d. capit. ſuper eo. & per Abba. ibid. nume. 6. quia vno prohibito, reliquum videtur eſſe conceſſum. † Vnde vnus epiſcopus cum titulo, vel
5 ſi tantum tempus effluxerit, quòd non ſit in contrarium memoria, poterit epiſcopale ius præſcribere in eccleſijs in alterius diœceſi ſitis vt not. Glo. fina in capitu. licèt in regulis. in fi. 16. q. 3. & ſimiliter in alieno territorio vſus inſigniorum denotantium ſuperioritatem præſcriptione vel conſuetudine ac quiri poterit, cauſata tamen tanto temporis ſpacio, quòd non ſit memoria in contrarium, quando erit ſine titulo: vel cum titulo per quadraginta annos, vt voluit Anto. Capi. in deciſio. 189. nume. 8. & per Abba. in capitu. 1. nume. 10. vt lit. pen. & per capitu. 1. de præſcrip. lib. 6. facit, vt ipſe Abba. dicit in d. capitu. ſuper eo. pro Epiſcopo Feſulano, qui in diœceſi Florentiæ habet eccleſiam ſibi ſubiectam cum toto illius parochię populo.
6 † Et ſic ſaluis remanentibus limitibus diœceſis certa pars præſcribi poterit, ſi nõ apparuerit, vbi fuerunt limites : & tunc ob-
7 ſtabit præſcriptio. † Et erit etiam notandum, quòd ſi ciuitas ſtetiſſet per mille annos ſine epiſcopo, epiſcopatus fines nõ præſcriberentur, vt declarat Glo. in cap. fœlix. in verſic. proprium.
8 16. q. 1. † Et quando epiſcopatuum fines erunt incerti, ad nouos recurrendum erit terminos, vel ad iuriſdictionis ſecularis terminos, ſecundùm quòd voluit Feli. in d. capitu. quia indicante. nume. 5. per Hoſt. in ſumma, de proba. §. fina. quæ tamen (vt ipſe dicit) ſunt intelligenda ſecundùm Glo. in clem. Romani. in
9 ver. diœceſis. de electio. quę † vult, mutationes dominorum tẽporalium factas de ſuis territorijs nõ alterare diœceſum fines: & ad prædicta faciunt quæ congerit Paris de Put. in capit. an fines. de fini. feu. Et notandum venit ſecundùm Abb. in d. capit. quia indicante. in fin. quem ſequitur Bal. ibi. nume. 3. & habetur per Parid. de Put. in capitu. an ſi ex impetu. nume. 4. de fini.
10 feu. † quòd fines iure proprietatis, & non iure finium præſcribi poſſunt : ſcilicet vt terminus vnius non extendatur, nec alter reſtringatur, ne confundantur termini : vt not. Glo. in d. capit. quicunque. quam ſequitur ibi Archi. & per capitu. j. de præſcri. & habetur per Glo in pragma. ſanctio. in procœ. in verſic. *limi-*
11 *tes.* † Notandum erit etiam, quod dicitur in capitu. diffiniuit: & capitu. ſicut antiquitus 17. q. 4. quòd eccleſia maior ſuos extendit fines per quadraginta paſſus, & eccleſiæ minores, & capellę per triginta : & prædictis adde Barto. in §. neque. nu. 5. in auth. de manda. princ. † Neque erit omittẽdum quòd in præſcribendis confinibus ſcientia, & patientia aduerſarij requiritur, vt habetur per Alex. in conſi. 23. viſo proceſſu. volu. 1. Et ſcientia, &
12 patientia præſumitur concurrente loci vicinitate vnà cũ temporis diuturnitate, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Actio finium regundorum in finibus rerum temporalium eccleſiæ ſpatio quadraginta annorum euaneſcit.*
2 *Fines epiſcopatuum & parochiarum non præſcribuntur, nec confunduntur termini.*
3 *Diœceſim & parochiarum limites non præſcribuntur: quia ſpiritualia occupanti non conceduntur.*
4 *Præſcribuntur ea quæ ſunt intra limites diœceſum, non cohærentia finibus.*
5 *Epiſcopale ius quando ab epiſcopo præſcribi poſsit in eccleſijs ſitis in alieno territorio.*
6 *Diœceſis certa pars præſcribi poterit, ſaluis remanentibus limitibus.*
7 *Epiſcopatus fines non præſcribuntur, licèt ciuitas ſine pe: mille annos ſtetiſſet.*
8 *Epiſcopatus fines ſi erunt incerti, erit recurrendum ad nouos terminos, vel ad terminos iuriſdictionis temporalis.*
9 *Diœceſum fines non alterantur per mutationes dominorum temporalium factas de ſuis territorijs.*
10 *Fines iure proprietatis & non iure finium præſcribuntur.*
11 *Eccleſiæ maioris fines extenduntur per quadraginta paſſus.*
12 *Fines quando præſcribuntur, requiritur ſcientia, & patientia aduerſarij.*

CAPVT LXXV.

1 In finibus autem rerum tẽporalium eccleſiæ † actio finium regundorum tranſacto quadragin ta annorum curriculo euaneſcit. capit. quia indicante. de præſcrip. & not. Gloſ. in capitu. quicunque. in verſicu. prouinciarũ. 16. q. 3. & c. ex literis. de proba. Et ibi Aretin. in tertia not. dicit,
2 † quòd licèt fines rerum temporalium eccleſiæ præſcribi poſſint, tamen fines epiſcopatuum & parochiarum non præſcribuntur, ne iuriſdictionis eccleſiaſticæ termini confundantur, vt in capitu. ſuper eo. de parochi. Vel ſecundùm Innoc. in cap. cùm cauſam. de probat. quem refert, & ſequitur Feli. in d. capi.
3 quia indicante. in fi. † diœceſum & parochiarum limites ſunt impræſcriptibiles : quia licèt temporalia occupanti aliquando concedantur, tamen ſpiritualia nunquam, vt no. Oldra. in cõ-

SVMMARIVM.

1 *Dignitatum ſecularium fines præſcribi non poſſunt.*
2 *Principes ſeculares cum graui animarum ſuarum prędudicio aliena occupant territoria.*
3 *Fines regnorum, prouinciarum, diœceſum, vel parochiarum non præſcribuntur.*
4 *Præſcribi poterit quicquid eſt intra fines.*
5 *Fines prouinciarum vel diœceſum præſcribi non poſſunt, ſi conſtare poterit, vbi eſſe ſolebant.*
6 *Fines territorium non præſcribuntur, ſi conſtare poterit, vbi eſſe ſolebant.*
7 *Fines publici præſcribi non poſſunt: quia ad Papam, & Imperatorem ſpectat eorum diuiſio.*
8 *Poſſeſſio priuatorum nihil operatur contra id, quod fuit ordinatum à Principe.*
9 *Terminorum diuiſio vel affixio eſt vniuerſalis imperij.*
10 *Fines minimè præſcribi poſſunt ſine Principis conſenſu.*
11 *Fines publici cohærent territorio & non perſonę.*
12 *Iura durius ſtatuerunt, quando tractatur de reſtringendo, vel ampliando fines, quàm aliarum rerum perditione.*
13 *Fines qua de cauſa præſcribi non poſſint.*
14 *Præſcriptioni & vſucapioni innitens, impio remedio vti videtur.*
15 *Fines limitati nunquam præſcribuntur.*
16 *Fines non limitati in rebus profanis particularium decem annorum ſpacio præſcribuntur.*
17 *Fines rerum temporalium eccleſię quadraginta annorum ſpacio præſcribuntur.*
18 *Fines diœceſum & parochiarum ſunt impræſcriptibiles.*
19 *Fines dignitatum ſecularium non præſcribuntur.*
20 *Præſcribuntur ea, quę ſunt intra confines limitibus non cohærentia.*

CAPVT LXXVI.

Et hic venit declarandum, ſi regnorum, prouinciarum, vel aliarum dignitatum ſecularium

Source : BIU Cujas

larium fines præscribi possunt. Et Abb. in c. super eo. in fi. de pa
1 ro. dicit, † dignitatum secularium limites non præscribi, vt in ducatu, comitatu, & similibus, argum. l. agros. quæ est l. fina. C.
2 de fund. limi. lib. 10. cum pluribus concor. † Subdens, principes seculares malè facere, qui quotidie aliorum territoria cum graui animarum suarum præiudicio occupāt, & idem videtur sentire Cardin. Zabarel. in clem. pastoralis. versicu. vt illud, nume. 4. de re iudi. & Fab. in §. quædam actiones. nume. 38. Instit. de actio. dum dicit fines ducatuum, baroniarū, vel castellaniarum præscribi non posse, si limitati fuere: & idem videtur velle Paris de Put. in capitu. at si fines. nume. 9. de fini. feu. & Ioan. Lecirier in tracta. de primogeni. q. 4. nume. 2. lib. 2. tom. 7. Et secun-
3 dùm Martin. Lau. in quæst. 136. tom. 5. † licèt prædiorum fines præscribi possint, per l. fina. C. fini. regun. tamen fines prouinciarum, regnorum, diœcesum vel parochiarum, non præscri-
4 buntur, ne fiat confusio: nisi fines essent dubij, † vel nisi intra fines aliquid præscriberetur: quia tūc posset præscribi, per tex. & Gloss. fina. in capitu. quia indicante. & capitu. cum olim. de præscript. Et secundùm Pet. de Vbal. in tracta. de duo. fratri. par. 5. nume. 3. tom. 8. & Curti. senio. in consilio 57. nume. septimo.
5 † si constare poterit fines prouinciarum, vel diœcesum distinctos fuisse, vel si probari poterit, vbi esse solebant, non prę scribuntur ea ratione, ne confundantur termini, capit. quicunque. capitu. licèt. cum Gloss. 16. quæst. 3. capitu. volumus. 16. quæst.
6 4. & d. capitu. quia iudicante. † Et eadem ratione idem posset dici in territorium finibus, ne fiat confusio, vt videtur innuere Glo. in d. capitu. quicunque. in versicu. prouinciam. licèt Felin. in d. capitu. quia indicante. in fin. videatur contrarium sentire, videlicet, quòd territorium fines præscribi possint: quia de ista ratione dubitari posset, ideò videtur esse melior ratio, quam describit Lauren. Calcane. in consi. 60. quia ista quęstio. nume.
7 decimosexto. † Vbi vult, quòd fines publici non præscribātur: quia ad solum Papam vel Principem spectat diuisio regnorū, territoriorum, diœcesum, parochiarum, vel plebanatuum, &
8 eis sunt reseruata in signum vniuersalis iurisdictionis imperij & actus. † Vnde priuatorum possessio nihil operatur contra illud, quod statutum & ordinatum à principe fuit: & cōtra istud præscribi non poterit, per Ioan. And. in capitu. primo. de cleri. ægro. & per Ange. in l. sicut. C. de præscrip. triginta vel quadra-
9 ginta annorum. † Et sic tale ius figendi terminos, vel diuidendi, cùm sit vniuersalis imperij, alienari vel diminui non poterit: & vbi non cadit alienatio, nec prę scriptio, & ideò contra illud, quod concessum, vel diuisum, aut determinatum fuit à principe præscribi non poterit, per Bal. in rub. C. de præscript.
10 & in l. nullo. C. de rei vendi. † Igitur fines minimè præscribi poterint sine principis consensu, per text. & Glo. in d. capit. licet.
11 16. q. 3. † Et posset etiam dici, quòd fines publici cohærent territorio, & non personæ. Vnde per personam mutari non possunt, vt ibi per eum nume. 17. & deducit Barto. in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. Vel, vt dixit Pet. de Vbal. in præallegato lo-
12 co. † Iura duriùs statuerunt, quando tractatur de restringendo, vel ampliando prouinciarum, diœcesum, seu territoriorum, & aliarum dignitatum secularium fines, quàm aliarum rerum perditione, seu acquisitione. Vel, vt traditur per Alciat in l. quinque pedum. in versicu. ad notandum in pagi. 13. C. fini. re-
13 gundo. † limites prę scribi non possunt, non ea ratione ne confundantur termini, sed potius, quia qui illos possidet, videtur magis iure vicinitatis & amicitiæ vsurpasse, quàm iure facultatis. l. qui iure. ff. de acquir. poss. Et ibi in pagina decimaquarta dicit, non esse æquum compellere vicinos, vt fines suos accuratè custodiant, & ad inuicem qualibet hora digladientur, ne limes excedatur, cùm huiusmodi rixas lex abhorreat: & hæc interpre tatio, vt ipse dicit, est facienda æquitate suadente & humanita-
14 te, cùm alioquin, † qui vsucapioni vel præscriptioni innititur, impio remedio vti videtur. §. habeat. in auth. vt eccle. Roma. Et sic pro maiori declaratione, quæ hìc & in præcedenti capit. relata fuere, ita distinguendum & concludendum esse arbitror.
15 † Aut loquimur de prę scribendis finibus limitatis: & tales fines siue sint priuatarum rerum secularium vel eccleſiarū, siue publicarum rerum, aut dignitatum eccleſiasticarum, & temporalium nunquam præscribi poterunt, d. l. agros. C. de fun. limi. lib x. & per Guid. Pap. in consil. 88. nume. 5. vbi dicit, quasi om-
16 nes Docto. idem tenere. † Aut loquimur in alijs finibus non limitatis: & tunc si agitur de finibus in rebus profanis particularium præscribendis, & decem annorum spacio prę scriberentur licèt actio duret triginta annis, vt not. Fab. in d. §. quædam actiones. nume. 35. 36. & 37. Ange. nume. decimotertio. Ias. nu-
17 me. trigesimonono. & Bal. in l. fina. C. fini. regundo. † Aut loquimur de finibus rerum temporalium eccleſiarū: & quadraginta annorum curriculo actio euanescit, vt not. Glos. in d. capitu. quicunque. in versicu. prouinciam. facit text. in d. capitu. quia iudicante. & in capitu. ex literis. & ibi Areti. in tertio not.
18 † Aut tractatur de diœcesum & parochiarum confinibus: & sunt impræscriptibiles. capitu. inter monasterium. & capitu. licèt. in fi. decimosexto. quæst. 3. & not. gloss. in capitu. volumus. in verbo. fines. decimasexta. quæst. quarta. quia spiritualia occupanti non conceduntur: licèt temporalia quandoque, secundùm Oldra. in consil. 83. an Episcopus. in fin. vel ea ratione ne confundantur termini: vt not. Glo. in d. capitu. quicunque. vel ea ratione, ne priuatorum possessio operetur contra id quod à Principe siue Imperatore ordinatum fuit: quia quod non potest fieri expressè, nec tacitè: cùm ista æquiparentur, l. cùm quid. ff. si cer. pet. & per Calca. in d. consil. 90. numero decimoquinto. Vel etiam secundum Curt. Seni. in d. consi. 57. columna tertia. versicu. eandem. non prę scribuntur: quia diœceses limitatæ fuere, & præscribi non poterunt. Iure verò proprietatis, & non iure finium præscribi poterunt: id est, vt per hoc limes non extendatur, vel restringatur, per not. Glos. fina. & Ar-
19 chi. in d. capitu. quicunque. † Aut tractatur de regnorum, prouinciarum, ducatuum, & aliarum dignitatum secularium, & territoriorum confinibus, & præscribi non possunt per supradictas rationes: & maximè quando probari poterunt: & tunc præscriptio non obstabit, vt per Abb. in d. capitu. super eod. in fi. & Martin. Lauden. in d. quæst. 136. Vel vt ibidem Curti. columna vndecima. versicu. & plus circa. dicit, iura quæ volunt aliquid præscribi non posse, intelliguntur spacio quadraginta
20 annorum: nō autem procedunt in centenaria præscriptione, vel tanti temporis, quod non sit in cōtrarium memoria. † Aut tractatur de præscribēdis ijs, quæ sunt infra confines limitibus non cohærentia: & præscribi poterunt, per text. & Glo. fi. in d. c. quia indicante. & quia vno prohibito, reliquum videtur esse concessum: vt per Felin. ibi, nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio adeò est plantata territorio, quòd ab eo euelli non potest: & præscribens territorium, præscribit etiam iurisdictionem.*
2 *Iurisdictio contra Papam vel Imperatorem præscribi poterit.*
3 *Præscribi possunt ea quæ Principi sunt reseruata in signum specialis prærogatiuæ.*
4 *Iurisdictio quando præscribitur, requiritur bona fides.*
5 *Populus si à principio esset in mala fide, licèt hodie esset in bona, non præscriberet in æternum.*
6 *Iurisdictio quando præscribitur, requiritur Principis scientia.*
7 *Iurisdictio si fuit per tantum tempus, quòd non sit in cōtrarium memoria, non requiritur scientia.*
8 *Iurisdictio quando præscribitur, quorum scientia requiratur.*
9 *Iurisdictio tanto temporis spacio præscribitur, quo territorium.*
10 *Imperium per tantum temporis spacium præscribitur, quòd non sit memoria in contrarium.*
11 *Iurisdictio per non vsum triginta annorum spacio præscribitur.*
12 *Iurisdictio prę scribitur, vt ampliari possit, non quòd iurisdictionis termini amplientur.*
13 *Testes super præscriptione deponentes, qualiter deponere debeant.*
14 *Prę scriptio articulari debet, quando allegatur.*
15 *Testes deponentes super tali prę scriptione, debent esse ad minus ætatis annorum quinquagintaquatuor.*

CAPVT LXXVII.

2 de iure communi,† vbi dicitur,ſi vẽditor,donator, vel teſtator dicat,Vẽdo, dono, vel lego tale prædium intra tales confines, quod eſt quinquaginta iugerum,ſi poſtmodum reperitur eſſe de quinquaginta quinque,quæritur ibi per eum,quid erit de illis quinque,& vult facilius in donatione & legato quæſtionem procedere,quàm in emptione,quia in illis non exprimitur pretium,in emptione ſic,& taxatur vel non taxatur per iugera, vt ibi per Speculum:& vbi erit pretij,videtur eſſe maius dubium. In caſibus autem in quibus non eſt pretium,videtur, vt ipſe refert,quòd ſola iugera numerata veniant ĩ emptorem, donatarium & legatarium,vt l.pe.§.vlt.ff.de actio.emp. & ſubdit Mar. tenere contrarium per l.ſi fundum ſub conditione.ff.de le.1.& 3 l.cum pater. §. paterque filio. ff.de leg. 2.& ita diſtinguit.† Aut conceptum ſuum exprimentes incipiunt à numero,vel à menſura,vt ſi venditor dicat,vendo tibi quinquaginta terræ iugera & quicquid eſt intra tales fines, & tunc nihil plus venit,l.ſi quis teſtamento.in prin. ff. de leg.1. & l. qui fundum.§.quia agrum.
4 ff.de con.emp.& l.ſi duorum.ff.de actio.emp.† Aut exprimentes conceptum ſuum incęperunt exprimere ipſam ſpeciem,ſiue corpus determinatũ,videlicet,vẽdo terrã iugerũ quinquaginta, & eſto quòd poſtmodum adijciant menſuram ſeu numerum,tamenn venditio dicitur facta ad corpus, & ad ſpeciẽ, non autem ad menſuram,quæ iſto caſu cenſetur facta enunciatiuè,tranſitoriè & demonſtratiuè,non autem taxatiuè & reſtrictiuè:& tali caſu venditio non regulatur à menſura, ex quo in illa venit omne id, quod eſt demonſtratum per confines appoſitos, licèt numerum & menſuram excedat expreſſam,
5 & omne emptoris commodo cedit. † Et talis demonſtratio falſæ menſuræ non debet vitiare aut minuere ipſam venditionem. l. ſi ſeruus legatus ff. de leg.primo,in §.quique, & l. his uerbis. §. pater. ff. de lega. 3. & l. falſa demonſtratio. ff. de condi. & demon. & l.1. C. de fal. cau. adie. lega. & iſtam

con-

Source : BIU Cujas

concluſionem approbant Pau.Caſt.in l.Iulianus.§. Titius fundum.ff.de actio.empti.de quo mentionem facit Afflict. in deciſio.68.nu.3.ſequendo eius opinionem.Et in hanc ſentētiam conuenire videntur Inno.& Docto.in c.2.de dona.& Alex.in conſi.133.vol.1.& in conſi.127.vol.2.in conſi.8.vol.4.& prædictis adde Pariſi.in conſi.64.nu.31.& 32.vol.1.vbi ſubdit, quòd quando pretium eſt vnicum pro toto fundo,& non pro quolibet iugere,tunc totus fundus intra fines deſignatus venditus intelligitur,eſto quòd menſura expreſſa minus in ſe habeat,&
7 atteſtatur hanc eſſe * communem opinionem: † ſi autem dubitatur,quid ſit actum inter contrahētes, ſi tamē ex pretij qualitate cognoſci & declarari poterit,quid ſit actum inter eos, & tunc illud comprehenditur,vt habetur per Bar. in l. ſemper in ſtipulationibus,nu.1.& ibi per Hiero.Cag.nu.4.& 5.ff. de regu
8 iur. † Si autem in contractibus ex verborum ſignificatu res aliqua deprehenditur, tamen pretij qualitate & quantitate attenta,non erit veriſimile de ea re partes ſenſiſſe, & non comprehenditur:intelligendo tamen, vbi verba illa in alio ſignificatu poſita reperiuntur, per glo. in l.j. in verſic.agendo. ff. de ſuperficie. † Aut in contractibus apponitur clauſula, Saluis alijs confinibus verioribus: & ex ea arguitur, quòd poſitum intra confines deſignatos non erit ſemper attendendum,ſed quādoque numerus expreſſus, qui propter talem clauſulam videtur poſitus taxatiuè,vt per Par.i.n d.conſi.64.nu.28.& per Ale.col. 8.ver.ſexto,vol.4.

SVMMARIVM.

1 *Venditio valet de eo quod quis habet à tali loco vſque ad talem locum, non aliter confinando,ſi tamen conſtaret de iure venditoris.*
2 *Venditio valet,ſi quis dicat,Vendo tibi quicquid iuris habeo in tali domo,ſi conſtabit de iure venditoris.*
3 *Conceſſio facta per comitem eccleſiæ de iure quod ipſe habet in tali loco,non tribuit titulum,vel vſucapiendi conditionem, niſi probetur de iure concedentis.*
4 *Venditione facta de eo quod quis habet intra tales fines,non venit,niſi quatenus poſſideat.*
5 *Poſſeſſio rei incertæ non acquiritur,quādo eſt incerta ratione loci vel quotę.*
6 *Venditio valet,quando verba venditionis eſſent apta comprehendere omnia intra limites incluſa.*
7 *Participium Pertinentibus,reſoluitur in relatiuum.*
8 *Relatiuum ſine copula ſtat reſtrictiuè & limitatiuè.*
9 *Cōceſſio facta de iure,quod quis habet in tali fundo,vel loco,nihil operatur, ſi non probatur de iure concedentis.*
10 *Conceſſione facta de caſtro cum iuribus ad caſtum pertinentib.erit probandū de dictis iuribas.*
11 *Ius concedentis & vendentis conſtare debet,quando alius tertius reperitur in poſſeſſione.*

CAPVT LXXXIX.

1 Et ſi † fuerit facta venditio de eo,quod quis habet in tali loco vſque ad talem locum,non aliter confinando, valet ſecundùm Bal.in recollect.per Dy.& Bar.in l.patron.§.1. ff. de
2 leg.3.† Et ſimiliter voluerunt venditionem valere, ſi dico Vēdo tibi quicquid iuris habeo ī tali domo,per l.Titius ff.de actio. emp.& per Dy.in l.ſi ſic.§.ſi mihi.ff.de leg.j.ſi tamen his caſibus non probaretur ius venditoris, neque conſtare poſſet de iure emptoris,& prout in terminis conſuluit Lau.Calc.conſ.90.qa
3 ſcriptum eſt.† vnde etiam vt habetur per Boer.in deciſ.42.nu. 25.ſi comes conceſſit eccleſiæ, quicquid iuris habet ipſe in tali loco,quod nullum titulum,vel vſucapiendi conditionem tribuit illa conceſſio,niſi probetur de iure concedentis, per d.l.ſi ſic.§.1.& ibi per Bar.& Doct.& per Spe.in tit.de loca.§.nunc ali
4 qua,ver.58.† Et ſimiliter ſecundùm Par.de Put.in c.demonſtratio.nu.7.de fini.feu.ſi vendo tibi quicquid iuris habeo intra tales fines,in tali venditione non venit, niſi quatenus poſſideo, non autem totum loci ſpacium,quod eſt intra fines, vt dicitur in l.quæro.ff.de actio.emp.& facit d.l.patronus.§.1.& §.libertis. Et ideò ſi non probaretur quantum poſſideret venditor, nihil
5 acquireret emptor: † quia rei incertæ poſſeſſio non acquiritur, quando eſt loci ratione & quotæ incerta,l.poſſideri.§.incertū. ff.de acq.poſſ.ſi tamen eſſet certa ratione loci,ſed incerta ratione quotæ,poſſideri poſſet,vt ibi per Bar. vel ſecundum Aym.
6 Crauet.in conſi.293.ardua admodum.nu.4.vol.2. † Venditio valeret,quando verba venditionis eſſent apta comprehendere omnia intra limites incluſa, vt puta ſi eſſet venditum caſtrū & territorium cum prædijs cultis & incultis intra territorium exiſtentibus:ſed ſecus eſſet,ſi fuiſſet venditum caſtrum & territorium cum prædijs cultis & incultis ad caſtrum pertinentibus,quia tunc venditio limitata fuit ad illas terras & poſſeſſio-
7 nes,quæ eſſent de pertinentijs caſtri. † Nam illud participium Pertinentibus,reſoluitur in relatiuum,id eſt quæ pertinent,Gl. in cle.1.in verſi.dignitatibus.in fin.de præb.& per Alex.in cōſ.,
8 119.col.4.vol.1. † Relatiuum autem ſine copula ſtat reſtrictiuè & limitatiuè ad eas terras tantùm,quæ pertinent ad caſtrum, l. ea tamen adiectio.ff.de leg.1.& per Bar.& Doctor. in l. omnes populi.ff.de iuſti.& iu.l.1.C. de ſum. trin. & fide catho. & ſic in iſto ſecundo caſu probandum erit,quæ, quot, & quanta eſſent
9 illa bona ad caſtrum pertinentia. † Sicut etiam quando conceditur ius,quod quis habet in tali fundo,aut loco, nam de tali iure probandum erit,aliàs conceſſio nihil operaretur tanquam incerta & obſcura, per Dyn.& Bart.in d.l.ſi ſic.§.1.& per
10 Alex.in l.locus.ff.de acquir.poſſeſ.† Et in conceſſione caſtri cū omnibus iuribus ad illud pertinentibus, quòd probari debeat de illis iuribus,uoluit Oldra.in conſi.164.viſo priuilegio.& per Alex.in conſi.187.col.2.ver. circa primum. vol. 2. & per Deci.
11 in conſilio 302. colum.4.in fine. † Et iſta etiam procederunt, quando bona per confines ſpecificarentur, quia neceſſarium eſſet docere de iure concedentis,ſiue venditoris, quando alius tertius reperiretur in poſſeſſione: & vt voluit Areti. in conſil. 164.magnifici.col.1.verſ.primùm talis vniuerſalis deſignatio, vel generalis non releuat,quando conceſſio non eſſet vniuerſalis,ſed limitata ad iura concedentium.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum ſi dicat,bona feudi eſſe in tali ciuitate iuxta talia bona,vel in pertinentijs ciuitatis, quæ erit differentia.*
2 *Ciuitas muris cingitur,& continentia ædificia non comprehendit, & pertinentiæ ciuitatis non dicuntur intra ciuitatem.*
3 *Locus loci,vel alia demonſtratio,quæ denotat rei diuerſitatem, deſcribi debet.*
4 *Legatum factum de his,quæ ſunt in ciuitate Peruſij, comprehendit etiam ſuburbia.*
5 *Pertinentiæ comprehendunt etiam quod eſt in ciuitate, licèt intelligatur de his,quæ ſunt extra ciuitatem.*

CAPVT XC.

Conſiderandum quoque erit,ſecundum Par. de Put. in c. & circa de fini.
1 feu. cp † maxima fit differentia,quando in inſtrumento cōceſſionis bonorum feudalium,vel in feudi inuentario dicatur,terram ſiue domum feudi,ita eſſe in tali ciuitate,terra, caſtro, vel villa iuxta talia bona,& quando dicatur in pertinen ijs ciuitatis,terræ,caſtri,vel villæ,quia ciuitas,caſtrum,aut terra, vel villa eſt intus ciuitatem,caſtrum,aut villam,vel in locis adiacenti bus,vt in l.ſi.ff.fini.reg.& per Bar.in l.verbis.ff.de ver.ſigni.& in
2 l.Item apud Labeonem.§.conuicium.ff.de iniur.† in quibus locis habetur,cp ciuitas eſt, quæ muris cingitur, vel continentia ædificia comprehendi:& pertinentiæ ciuitatis nō dicuntur intra ciuitatem;quia quando ponitur pro loco,muris finitur,ſe-
3 cundùm Bar.in d.l.urbis.† Et ideò loci diuerſitas videtur, ſi dicatur,in ciuitate iuxta bona Ioannis, vel pertinentiis ciuitatis iuxta bona Ioannis, niſi apponeretur locus loci,vel alia demōſtratio de modo,quæ rei diuerſitatem ſignificaret, vt habetur in l.ſi quis in fundi vocabulo.ff.de le.1.& ad idem poſſent adduci nota.per Bar.in l.vxorem.§.legauerat.ff.de leg.3. vbi dicit
4 ciuitatem continere continentia ædificia. Vnde ſi lego, quæ habeo in ciuitate Peruſij,veniunt etiam ea quæ habeo in ſuburbijs,&
5 vult,cp ſit idem dicere in patria,& in ciuitate: † Et erit aduertendum ad ea quæ tradidit Paris de Put.in c.qualiter,num. 20.de fini.feu.vbi vult,cp verbum pertinentiæ, intelligatur de locis extra ciuitatem,& caſtrum.tamen illud, quod eſt in pertinentiis,dicitur eſſe in ciuitate vel caſtro.

SVMMARIVM.

1 *Demonſtratio rei verborum præcedentium ſignificatum minuere non debet.*
2 *Venditor an teneatur emptori fines oſtendere.*
3 *Demonſtratio fruſtra adijcitur rei demonſtratæ ad oculum.*
4 *Venditor non tenetur emptori inſtrumenta tradere,ſed oſtendere.*
5 *Venditor emptori notificare tenetur,ſi conſortes,vel vicini ſunt boni.*
6 *Rem potius relinquere,aliquando expedit,quàm malos vicinos habere.*

CAPVT XCI.

1 Rei demōſtratio,† vt habet per Par.de Put.in c. demōſtratio.de fini.feu.verborum præcedentium ſignificatum minuere nō debet,l.ſi ſterilis.§.quāuis ff.de actio. empt.& ideò nō ab re deſcribere,an vēditor teneatur emptori oſtendere, &
2 Pau.Caſt.in l.Titius hæres,ff.de actio. emp.ſequendo Gl.ita diſtinguit. † Aut vendo tibi quicquid iuris habeo in tali fundo, & teneor tibi oſtendere confines,& vſque ad talem locum ad quē habeo ius. Aut uendo tibi talem fundum:& tunc ſi poſſum oſtēdere confinia,vel vicinos,& etiam inſtrumēta,quę habeo, teneor oſtendere,arg.vt ibi.aut non poſſum, quia fortè inſtrumēta nō habeo,& ignoro vicinorū cognomina,& tūc ſufficit, cp oſtēdī ad oculū,licèt vicinorū nomina nō exprimā, † quia
3 rei demōſtratæ ad oculum fruſtra adiicitur demōſtratio, l. fin.
4 in fin.ff.de do prælegat.† Et venditor emptori tradere non tenetur inſtrumenta,ſed oſtendere Ac tenetur † dicere emptori, ſi conſortes,vel vicini ſunt boni,ſm Papien.in ſua pract.in for.libel.in cau.vendi.in ver.cui cohæret,per Gl.in l.quo ſæpè.§. fin. ff.de con.emp ſi tamen fuerit ab emptore requiſitus,arg.l. quæ
6 cum alio.ff.de rei vendi.cum ibi not.† Nec mirum:quia aliquā do expedit potius rem relinquere,quàm malos vicinos habere, l.ſi.C de pact.inter emp.& vendi.

Source : BIU Cujas

Hier. de Monte. De finibus regundis.

SVMMARIVM.

1 *Venditione facta de omnibus possessionibus, quæ sunt in villa S. Sixti, si duæ villæ reperiantur illius nominis, quid erit agendum?*
2 *Locus loci si non describitur in testamento, intelligitur de loco, vbi testator habet domicilium.*
3 *Promissio de domo ædificanda, non expresso modo qualiter erit ædificanda.*

CAPVT XCII.

1 Et hìc describendum venit, quod not. Paris de Put. in c. demonstratio. de fini. feu. † videlicet, ꝙ si quis omnes possessiones vendidit, quas habet in villa S. Sixti, & sunt duæ villæ istius nominis & in qualibet habeat possessiones, & si quæratur de qua villa intelligatur. Dicit istam quæstionem decidi per
2 l. quæ conditio. § cum ita. ff. de condi & demon. † vbi si in testamento non scribitur locus loci, in quo est res relicta, intelligitur de loco, vbi testator domicilium habet: vel si esset repugnãtia, neutrum debetur. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. & in simili posset deduci id quod not. Alex. in l. qui insulam, nu. 2. ff. de ver.
3 obl. † vbi si ex aliquibus coniecturis constare poterit de qualitate domus ædificandæ, licèt non esset expressè dictum, qualiter ædificari deberet, nihilominus promissio valeret: veluti si artifex stipulatur domum fieri, & ipse semper cõsueuerit in domo suæ habitationis artem exercere suam; quia tunc erit intelligendum, quòd domus sit talis, in qua possit suam artem exercere. arg. Glo. c. 1. versi. ad fœnus. de vsu. in 6. & eorum, quæ not. Bar. in l. cum plures. in fin. ff. loca.

SVMMARIVM.

1 *Inuestigatio finium occupatorum qualiter fieri debeat.*
2 *Media præsumuntur esse cuius sunt præcedentia, & sequentia.*
3 *Extremitatibus probatis, probatur & medium.*
4 *Media referuntur ad principium, & finem.*
5 *Præstatio longi temporis probatur per continuas temporis extremitates.*
6 *Medium inhabile impedit extremitates iungi.*
7 *Finis trahit ad se principium, & principium trahit ad se finem.*

CAPVT XCIII.

1 Et pro finium occupatorum inuestigatione notãdum erit secundùm Pari. de Put. in c. circa. de fini. feu. † quòd aliquando in instrumento, vel in inuentariis feudorum reperitur scriptum, ꝙ feudum in tali loco possidet lineam vnam terræ iuxta talis ecclesiæ bona, & talis feudi bona, item aliam terram ibidem, & prope ipsam, aliam lineam terræ coniunctam, item aliam terram collateralem. Item aliam terram propinquã ibidem, iuxta bona talis & talis, quòd verificata prima terra per fines modernos, vel antiquos, & per vltimam, licèt in intermediis non sint fines, vel sint antiqui ita ꝙ non possint verificari, tamen illæ aliæ terræ intermediæ videntur verificatæ, & con-
2 stat ipsas esse feudi; † quia media præsumuntur esse, cuius sunt præcedentia & sequentia. arg. l. sub conditione. ff. de hære. insti. & l. existimo. ff. de verb. obliga. & sic positum in medio ad præcedentia, & ad sequentia refertur, arg. l. talis scriptura, in fin. ff. de leg. 1. ad idem qđ not. Bar. in l. Celsus, nu. 21. ff. de vsuca. And. de Iser. in vsibus feu. quæ sunt rege in Rubri nu. 1. & plura congerit Alciat. in tract. de præsumptio. præsumptio. 22. vbi habet,
3 † quòd probatis extremitatibus & medium probatur, & idem dicit in consil. 187. numero 18. vol. 2. facit etiam, quod voluit
4 tex. in c. secundò requiris. in prin. de appella. vbi habetur, † ꝙ illa, quæ sunt in medio, sæpè ad principium, & ad finem referuntur. Et Afflic. in dec. 195. num. 5. dicit, ꝙ extrema potius quàm media sint attendenda, & faciunt not. per Bar. in d. l. Celsus, nu.
5 21. vbi habetur, † ꝙ ad probandum longi temporis præstationem, sufficit probare continuas temporis extremitates, quibus probatis medietas præsumitur, & sic per extrema medium probatur, secundùm Fely. in c. inter dilectos. col. 3. num. 12. de fi. instru. & Barba. in consi. 37. scribitur. nu. 2. vol. 2. † si tamen mediũ
6 esset inhabile, impediret extrema coniungi, l. in vsucapionibus. § 1. ff. de diu. & tempora. præscrip. & sic impediret fieri transitũ de vno extremo ad aliud, vt l. diuo Marco. C. de quæstio. & l. qui libertinus. § posthumo. ff. de oper. liber. & facit, l. filius. § sequẽs quæstio. ff. de falsi. & quæ habentur per Pau. Cast. in l. tria prædia. nu. 4. ff. de ser. rusti. prædio. † Aduerte etiam, ꝙ aliquando finis trahit ad se principium. l. 3. ff. de adimen. leg. & è contrà, principium trahit ad se finem, l. si quis, in principio. ff. de leg. 3. Et ideò
7 quæ sequuntur sapiunt naturam & præcedentium conditionẽ sortiuntur. l. quæcunq;. C. de apo. public.

SVMMARIVM.

1 *Dominus præsumitur esse ille, qui probat feudum integrum esse suum, licèt aliorum sit cura pascuorum.*
2 *Dominus certe partis integri fundi præsumitur etiam dominus rerum vnitarum.*
3 *Possessor ad hoc vt uincat in possessorio, debet possidere, non vi, non clam, nec precariò.*
4 *Iurisdictionis speciem quis habere potest in vno loco, & alter potest habere aliam speciem eodem loco.*
5 *Ius pascendi quis potest habere in vno loco, & alter in eodem potest habere proprietatem.*

CAPVT XCIIII.

Vertente differentia inter duos dominos super rebus feudalibus, si vnus probabit feudum integrum esse suum, & alter probat, ꝙ pascuorum cura sit sua in cer
1 ta parte illius territorij; quia territorium custodiuit, & ibi fidẽ exegit, & pignorauit, & nihil aliud probat, † cuius ergo erit feudum. Et dicas secundùm Pari. de Put. in c. si est quæstio. de fini. feu. præsumendum esse pro illo qui probauit integrum feudũ esse suum, & sic ei spectare dicta pascua: quia concessorum insequitur. parabilium idem est iudicium, l. si finita. § hoc edicto. versicu. si
2 iuncta sit. ff. de dam. infec. † cùm eadem sit ratio annexorum, vt not. in c. præterea. de off. delega. iuncta Glos. in versicu. ex eo. quia si constat me esse dominum in certa integri fundi parte & vniti, præsumor quoque esse dominus omnium rerum ibi concessarum & annexarum, nisi probet, ꝙ alius sit dominus partis, vel iurium eius, vt habetur in c. 1. § cum quis. de controuer. inuestitu. vbi si quis feudi medietatem, vel partem possideat, præsumitur pro eo, ꝙ sit dominus de toto feudo, argu. l. cum de in debito. § sed hoc. ff. de proba. & habetur per Ia. de Belui. in d. c. 1. § dum quis. arg. not in l. Caius. § fin. ff. de leg. 2 præsertim cùm probaretur, quòd pascuum de quo est quæstio, sit de pertinentijs villæ istius domini, & si aliter quàm possessionem altera pars probaret, præsumeretur iniusta, nisi ex iustis causis iustificaretur, argu. ca. ad decimas. de resti. spolia. in 6. † Et facit ad hoc, quia vt quis vincat in possessorio, debet possidere non ui, aut clam, nec precario ab aduersario. l. 1. in princ. ff. vti possi. & ideo ille contra domini voluntatem possidebat; quia repertus pastu
3 rare, pluries pignoratus fuerat: & patet, quòd vi possidet, l. 1. §. quid sit vi factum, ff. quod vi aut clam. † Tamen est aduertendum, quia sicut non erit inconueniens, quòd vnus in vno loco vnius speciei iurisdictionem quærat, & alter alterius speciei, pea, quæ notat Barto. in l. 2. § si quis hoc interdicto, ff. de iti. actuque priua. & in l. publicanus. ff. de pub. & quæ dixi suprà in cap.
5 76. † Ita etiam non erit inconueniens, quòd vnus possit acquirere ius pasculandi in aliqua parte territorij, & in eademet alter habeat proprietatem ista tamen in contrarium obiecta vidẽtur obstare: quia in casu præmisso fuit probatum ab vna parte feudum ĩtegrum esse suum, & non erit mirum, si erit præsumptio contra alium, quia solum probauit vnam possessionis speciem, qđ secus esset, vbi ab vna parte fuisset vna iurisdictionis species probata, & ab altera parte alia species.

SVMMARIVM.

1 *Dominus si concessit rem feudalem communem cum fratre, videtur concessisse partem fratris, quando nominauit omnes cõfines, nisi dixerit, meam.*
2 *Legatum factum de re communi, cum extraneo, non comprehendit nisi partem legantis.*
3 *Legans rem in qua ius morte finiebatur, non videtur legare nisi ius suum.*
4 *Donans rem simpliciter, solum donare videtur ius, quod habet in ea.*
5 *Vendita re communi, ex qualitate pretij cognoscitur, si tota res vendita fuit.*
6 *Quantitas pensionis indicat, si fuerit locatum, vel venditum.*
7 *Emptio à conductione cognoscitur ex pretij qualitate.*
8 *Vendita domo vsque ad talem domũ ex pretij qualitate denotabitur, si illa alia domus erit inclusa in venditione.*
9 *Contrahentium mens ex pretij qualitate cognoscitur.*
10 *Venditione facta ab eo, quod quis habet intra tales fines, non comprehenditur, nisi quatenus ille venditor possidet.*
11 *Pretium rei potius consideratur, quàm terræ quantitas.*
12 *Distinctio, per quam cognoscitur quid actum inter contrahentes, vel concedentem, aut legantem, vel donantem.*

CAPVT XCV.

Nunc venit declarandum, si feudi dominus alicui rẽ feudalem concessit, confinando omnes illius rei fines, videatur confinium ratione totam rem, vel partem suam
1 concessisse, † Et Paris de Put. in c. pone, quòd dominus. de fini. feu. vult, totam rem concessam fuisse, nisi ipse concedens dixerit, meam, per Bald. in l. cum alienam. C. de legat. Et idem erit dicendum secundùm Bal. in l. j. C. qui testa. face. poss. quando res communis erit legata & confinata per omnes confines, qa
2 videtur tota legata. † Aduertendum tamen erit, quòd si res fuisset communis cum extraneo, non videtur legasse nisi partem suam, vt voluit Dyn. in l. serui. § fi. ff. de leg. j. & facit l. vxor patrui. C. eo. & l. quod in rerum. § j. ff. de leg. 1. & quod not. in lege
3 qui tabernas. ff. de con. emp. † nam ius suum tantum legare uidetur, qui legat rem, in qua ius suum morte finiebatur, † sicut
4 donans rem simpliciter, solùm donare videtur ius, quod habet in ea, vt habetur per Bar. in l. prædia. C. de loca. prædi. ciui. libro 11. sed Barba. in consil. 36. sapientem. col. 4. nume. 7. versi. cum

ergo.

Source : BIU Cujas

ergo.volum.2.videtur aliud ſentire,dum ponit quæſtionem de eo qui vendidit domum communem,& finaliter concludit,ex
5 † quantitate pretij cognoſci,an vendiderit totam, vel partem ſuam.per l.1.§.1.iuncta Glo.in verſicu. agendo. ff. de ſuperfi.& l.pupillus.§.fin.ff.de ver.ſig. Idem tenere videtur Soci.in conſi. 98.col.2. verſi. firmantur prædicta.vol.1.& adducit l.1.ff.de reb.
6 dub.& Bar.in l.eotem ferro §.qui maximos.ff.de publica.† ſicut etiam colligitur ex quantitate penſionis,an nemus fuerit locatum,vel venditum.Et ſimiliter dicit Bart. in d.l.1.§.1.num.3. ff.
7 de ſuperfi.† emptionem à conductione cognoſci ex pretij qualitate,quando ſoluitur vna tantum mercedis quantitas, vel annua. Ad idem facit quod no.Bar.in l.ſemper in ſtipulationibus.
8 nume.1.ff.de reg.iur.† Vbi ſi vendo tibi domum hanc vſque ad talem domum pro centum,quòd ex pretij qualitate declarabitur,ſi illa domus erit in venditione incluſa,& ibi Dec. nu.7. di-
9 cit † ex pretij qualitate diſcerni,ſi fuerit emptio,vel locatio,& ſic mens contrahentium cognoſcitur ex pretij qualitate,ſecundùm Bar.in d.l.1.§.quis ſuperficies, & Par.in conſi.64.num.44. vol.1.Et plura ad materiam facientia congerit Paris de Put. in c.demonſtratio.n.7 de fini.feu.

10 † Vbi habetur,quòd ſi vendo tibi, quicquid habeo intra tales fines,quòd in venditione non venit,niſi quatenus poſſideo, non autem totum loci ſpacium, quod eſt intra fines:& ſecundùm eum hæc quæſtio deciditur per text. in l.quæro. ff.de act.
11 emp.& dicit facere tex.in l patronus.§.libertis.ff.de leg.3.Et idē uoluit Mathæ.de Affl.in deciſi.68 nu.2.†Subdens quòd potius rei pretium quàm terræ quantitas conſideratur,per Io.And. in reg.inſpicimus,de reg.iur.in 6.& per Bal.in l. ſi quis in 4. pagin. ff.de adop.& in rub.de cont.emptio.vbi dicit id eſſe veriſimile, ex pretio colligi,quid ſit actum inter contrahentes,per d.l.& §. 1.de ſuperfi.& l.1.de reb.dub.Sicut etiam ex qualitate cenſus ſoluti deciditur quæſtio,quam deſcribit And.de Iſer.in c.1.§. quidam tamen.ver.per quæ patet ſi eccleſia.nu.10.de contro. inter maſcu.& fœmi.in uſib.feud.vbi dicit, ſi eccleſia locauit vnum magnum territorium ad cenſum pro modico canone,& quòd eius proprietas ſi eccleſiæ non conſter:ſed probatur ꝙ pro toto territorio longiſſimo tempore ille modicus canon eccleſiæ ſolutus ſit,cēſum ſoluēs videtur poſſediſſe, cuius noīe poſſidet, ꝙa is poſſidet. ſm l.qđ meo.ff.đ acq.poſſ.Et ſi eccleſia non poterit probare,quòd totum territorium locauerit, ſed id quod in territorio habet,vel tale territorium ſine finium limitatione p diurnam cenſus ſolutionem probatur tantum de territorio eccleſiæ præſumptiuè locatum, quantum poteſt cenſus quantitate proportionari,& quantum in ſimilibus vicinis locis pro tanto cenſu conſueuit vel debuit locari,arg l exceptio.C.loca. & ibi nota.l.ſi non fuerit.ff.pro ſoci.& l.ſi finita.in prin.ff.de dā. infec. Conſideratur etiam quòd conſuetum eſt in eodem genere controuerſiarum.l.3.C.de ædifi. priua. Et ſic eccleſia præſumitur tantum locaſſe territorium,cuius annuus redditus valeat,& quantum cenſus ſolutus diminutione prædicta ſeruata,
12 ſi erit controuerſia inter eccleſiam & conductorem.† Et ideò putarem ſic diſtinguendum eſſe.Aut ſumus in caſibus, in quibus pretium interuenit:& ex eius qualitate & quantitate declaratur quid ſit actum:Aut pretium non interuenit,& tunc ſi ſumus in legato,vel donatione,& tunc ſolum ius quod quis habet,legatum vel donatum intelligitur. Aut ſumus in alia conceſſione,& tunc ſi res erat communis cum fratre tota conceſſa videbitur,niſi dixerit,ꝙ concedit tantum partem ſuam. Aut erat communis cum extraneo,& tunc ſolùm partem ſuam cōcedere videtur,vt probatur in iuribus ſuprà deductis.

SVMMARIVM.

1 *Feudalis res non præſcribitur.*
2 *Feudalia omnia præſumuntur, quæ ſunt intra territorium, niſi probentur exempta.*
3 *Dominus alicuius ciuitatis præſumitur etiam dominus quoad bonorum proprietatem.*
4 *Feudale prædium non præſumitur ex eo:quia ſit intra fines feudi, cum omnis terra de iure primæuo libera eſſet.*
5 *Territorium præſumitur liberum.*
6 *Libera erat omnis perſona & res de iure primæuo.*
7 *Reges & alij domini non habent intentionem ſuam fundatam in iure communi, quòd res particularium ſint ſuæ.*
8 *Feudalia bona non præſumuntur ea, quæ tenet clericus in regno, uel in terra alicuius baronis.*
9 *Imperator eſt dominus totius mundi, quò ad iuriſdictionem, non quò ad proprietatem rerum particularium.*
10 *Imperator vel Rex non poteſt uendere ſui ſubditi rem, niſi ob publicam vtilitatem.*
11 *Res empta contigua rei feudali, non præſumitur feudalis.*
12 *Fines territorij non probant dominium rerum incluſarum infra fines: Et fines iuriſdictionis alluuione non mutantur.*

CAPVT XCVI.

Dubitatum fuit in conſilio Neapolitano ſecūdùm Matthæ.de Afflict.in deci.267.ſi intra feudi quaternati fines reperiatur prædium,quod poſſideatur ab aliquo priuato, an poſſit per feudi dominum reintegrari, non
1 obſtante 20.vel 40.annorum poſſeſſione.† Et nonnullis videbatur,ꝙ res feudalis præſcribi non poſſit, vt habetur in conſtitutione Regni in ca conſuetudinem hactenus, in 3. libr.& ꝙ iſtud prædium,ex quo eſt intra fines feudi quaternati,præſumatur eſſe de feudo,vt dicit Andreæ.in c.1.de cōtrouer.inter maſ-
2 cul.& foemi. † quia omnia,quæ ſunt intra territorium, præſumuntur feudalia,niſi probentur exempta.c.omnes baſilicæ,16. q.7.& l.1.§.cum vrbem.ff. de off. præfec. urb.& faciunt ea,quæ habentur per Bertran.in conſi.182.licèt regulariter. n.7. vol.1.
3 † Vbi dixit,dominum alicuius ciuitatis vel caſtri præſumi etiā dominum quò ad bonorum proprietatem,& deducit Hoſti in ſum.de præſcrip.rerum immobilium.§.quæ exigātur, quod eſt ſub §.verum,quicquid dicant legiſtæ,in verſi.ſic & ſi princeps, & in ver.ſed nunquid minus peccatum.& in tit.qui fili. ſint legiti.§.qualiter,& à quo,& ſub §.ſalua reuerentia.verſi.quamuis ergo Imperatores.vel vt ipſe refert,ſaltem in dubio omnia prę ſumuntur eſſe ſua, vel ſaltem eius intentio eſt fundata quò ad proprietatem,prout etiam dixit videri ſenſiſſe Hoſtien.in cap. dilecto.col 1.verſi.nec puto quòd comes. & poſt Ioā.Andre.in nouella,col.vlt.verſi.ſi quæratur.ff.de off.Archi. & per bonum tex.in cap.quo iure 8.diſt.Et iſta procedunt ſecundùm Andreā ibi.niſi eſſet conſuetudo præſcripta in caſtro,quòd tenētes uēdāt liberè poſſeſſiones ſuas:quia tunc domino feudi probandi onus incumberet,ꝙ prædium eſſet feudale, vel ſi alia vicina eſſent de allodio:& è contrà,ſi alia prædia vicina eſſent feudalia,poſſidenti onus incumberet probandi,ꝙ eſſet allodium.Inſpicitur etiam,an ſit in poſſeſſione,vel quaſi tenendi ſicut allodium,vel vt feudale: vnde cum non appareat de exemptione prædij intra fines feudi caſtri tanquam allodialis, & pro minori parte ibi adſint prædia feudalia, præſumendum erit dictum prædium eſſe feudale.Contrarium tamen tenet idem Hoſtien.
4 in c.minus,de iureiur. † ꝙ prædium non præſumatur feudale ex eo quia intra feudi confines ſit, quando multa allodia ſunt in feudo,cū de iure primæuo omnis terra libera eſſet,niſi quātum violentia fuit illata:& eum ſequitur Io.And.in nouel.in d. c.minus,& Andreæ de Iſer.in c.1.de controuer inter maſ.& fę. & idem videtur voluiſſe And.de Iſer.in l. Imperialem. §. illud. de feu.& Afflict.in deci.277.num.7.etiam poſſent adduci nota.
5 per Bertran.in conſi.24.nu.10.vol.1.in 2.par.vbi dicit † territorium præſumi liberum,per l.altius,& quod ibi Gloſ.no.& Doctor.& l.ſi ædibus.C.de ſer.& aqua.& in l.fin.§. .ff. de ſerui.& l.
6 fin.§.pen.ff.quod vi aut clam.† Et idem Bertran.in conſil.266. etiam ſi venerabilis,eo.vol.dicit plura bona allodialia reperiri; quia de iure primæuo omnis perſona & res libera erat, niſi & quatenus eſſet illata uiolentia.§ ius autem.inſt. de iure natu. & §.1.Inſtit.de liberti.& no.Glo.in c.quanquàm.de cenſi.in 6.& facit quod idem uoluit in conſi. 3.inſpecto & conſiderato. nu.9. vol.3 vbi habetur, ꝙ licèt domini regnorum & prouinciarū, comitatuum,ciuitatum,oppidorum,& caſtrorum de iure communi habeant intentionem fundatam, vt homines & eorum bona temporalia ſint ipſis ſubdita,vt per Hoſtien.in d.cap.minus.& per l.incolam.ff.ad munici.† tamen reges & alij non ha-
7 bent intentionem fundatam de iure communi,quòd res particularium,vel regnorum,& prouinciarum ſint ſuæ, cùm plura bona allodia reperiantur, & de iure primæuo omnis perſona & res libera eſſet,per d.§.ius autem & §.1.& Glo.in d.c.quāquā. & idem tenet in conſi.39.vol.2.in 2.par & ſecundum And.iſta quæſtio eſt contra proceres,& aduocatum fiſcalem.qui dicunt omnia,quæ ſunt in regno,eſſe regis.† Et in c.1. quali. vaſall. debeat fideli.circa fin.dicitur,quòd ſi clericus tenet domos & vineas ac terras in regno liberè,vel in terra alicuius baronis non probatur ex hoc,ꝙ ſint feudalia,neque erunt in regis diſpoſitione, ſed ſolùm in eius iuriſdictione. & ſic erit intelligendum d. c.omnes Baſilicæ. Videlicet, ꝙ omnia in regno exiſtentia ſint ſub regis iuriſdictione & protectione,ſicut etiam vult Spec. in
9 tit.de feu.§.quoniam.verſi.14.nu.28.† omnia eſſe Imperatoris quoad iuriſdictionem,cum ſit mundi dominus,l bene à Zenone.§.ſed ſancimus.C de quadri.præſc.& l.deprecatio.ff.ad l. rodi.de iact.& c.funerum.12.q.1.per Pau.Caſt.in conſi.61. videtur dicendum.num.2.vol.2. Et Soc.in conſilio 127.colum.3.vbi dicit, Imperatorem eſſe dominum mundi quoad iuriſdictionem, non quoad proprietatem ſingularium rerum, immo illæ pertinent ad ſingulares perſonas: quia aliud eſt habere terrarum dominium, & aliud eſt habere iuriſdictionem & diſtrictum, & de vno ad aliud non infertur concludens probatio, l. non hoc. C. unde cogna.capitulo in præſentia, cum ibi not. de proba. Et quòd fines territorii non probent dominium rerum incluſarum infra fines,patet ex hoc,quia fines demonſtrātes dominium rerum particularium augmentantur & extendūtur per alluuionem,Inſti.de rer.diuiſ.§.præterea quòd per allu. & l.adeo.§.1.ff.de acqui.rer.do.Tamen fines iuriſdictionis alluuione non mutantur.l.in agris.ff.eo.tit.& per Bart.in trac. tiberiadis.in primo lib.in verbo acquiritur nobis.igitur ſtat, quòd

Source : BIU Cujas

fines particularium extenduntur & non iurisdictionis: & sic q̃ fundat se in finibus iurisdictionis non habet fundatam intentionem in dominio rerum particularium. Et omnia prædicta redduntur clariora ex longissima possessione. Et ex consequenti ex præscriptione longissimi temporis: per quòd censetur præscriptum omni iuri. l. omnes. & per totum. C. de præscrip. 30. annorum. Et ex qua longissima possessione præsumitur etiam bona fides, secundùm Bar. in l. si per illum. C. vnde vi. & plura alia quæ ibi congerit Soci & secundùm Fabia. de Monte in tract. de
10 emptio. & vendi. in 3. prin. q. ver. 11. num. 7. in 1. tomo. † Rex vel Imperator non potest vendere rem sui subditi, nisi ob publicã vtilitatem, per Glo. in l. fi. ff. de nata. resti. & omnia quæ sunt in regno sunt regis quantum ad iurisdictionem generalem, per d. c. quo iure. §. dist. vnde Bal. in c. 1. §. è contrario, num. 2. de in-
11 uestitu. de re alie. dicit † si vasallus iuxta rem feudalem emit rem aliam ei contiguam, talis res empta non censetur esse de iure feudi, quia per se stat: & q̃ quælibet res præsumitur libera esse,
12 † & allodialis, & prædictis adde Alcia. in tracta. præsumptio. in reg. 2. præsumptio. 3.

SVMMARIVM.

1 *Prædia constituuntur dominorum destinatione, videlicet per terminorum appositionem.*
2 *Prædia non solùm per terminorum appositionem, sed etiam solo animo constituuntur.*
3 *Termini disiunctiui appositio est vnio disiunctiuorum.*
4 *Terræ spacium quantum distare debet à vicino, quando aliquid ædificatur, vel arbores plantantur.*
5 *Lex finalis, finium regundorum, habet locum etiam in prædijs vrbanis.*

CAPVT XCVII.

Prædia autem, vt inquit Paris de Puteo in cap. demonstratio, num. 9 & in c. si fundus, num. 1. 2. & 3. de
1 fini. feu. † distinguuntur & constituuntur dominorum destinatione, videlicet per terminorum appositionem, vel per sepes, fossata & leuatas, per tex. & Glo. in l. quod in rerum. §. si quis po
2 test. in versi. & domus. ff. de leg. 1. † facit etiam l. rectè. & ibi Glo. fin. ff. de ver. signifi. & de vno prædio fiunt duo. l. si quis duas. §. si quis partem. ff. communi. prædio. & prædia nõ solùm per terminorũ appositionẽ cõstituũtur, sed ẽt solo animo. l. locus. in prin. ff. de ver. sig. In ædificijs autem requiritur aliquid ædificari, ut paries in medio, per d. Gl. in ver. & domus, & per Bart. in d.
3 §. si quis partem. † etiam Paris de Put. refert Oldra. dicere, q̃ termini disiunctiui appositio per habẽtem potestatẽ vniẽdi, facta est vnio disiũctiuorũ, vt l. si eadem. ff. de off. assessor. & in Auct.
4 vt iudic. sine quo. suffra. §. illud. † Et si quis vult plantare sepem, vel maceriem construere, terminum excedere non debet; vel si murum, pedem de relinquat, & si domum duos pedes, si sepulchrum, aut foueam, quantum profundum, tantundem de relinquat, vel si puteum, relinquat vnum passum, & si oliuam aut ficum nouem pedum spacio à finibus plãtet: alias autem arbo-
5 res per quinque pedes, vt habetur in l. fi. ff. fini. regun. † Et d. l. fi. debet etiam obseruari prædijs vrbanis, quando vicinus vult ædificare iuxta vicini domum, secundùm Cępol. in tracta. serui. vrb. prædio. in tit. de pariete, numero secundo.

SVMMARIVM.

1 *Solum proprium Episcopi, vel alterius domini non facit diœcesim, vel territorium esse illius, cuius est solum.*
2 *Possessio priuatorum non constituit fines publicos.*
3 *Proprietas alicuius montis poterit esse penès aliquam Communitatem, & ius pascendi penes particulares.*

CAPVT XVCIII.

Solum † propriũ Episcopi, vel alterius Domini vel vni-
1 uersitatis nõ facit diœcesim, territoriũ, vel iurisdictionem esse, cuius est solũ, ꝑm Archi. in c. licèt nõnulli. 16. q. 3. ideo si quis ædificat ecclesiam in solo suo, non per hoc sibi vẽ dicat spiritualia, vnde Calcane. in consi. 90. num. 15. dicit † q̃ pri
2 uatorum possessio non constituit fines publicos regnorum, territoriorum, diocœsum, uel parochiarum, aut plebanatuũ † Et
3 in consi. 76. nu. 25. attestatur proprietatem alicuius montis posse stare penès aliquam Communitatẽ, & ius pascẽdi penes particulares personas alterius Communitatis perpetuò, vel ad tempus: & tale ius personale cum persona finitur, iuxta not. in l. pecoris. ff. de ser. rust præ & ꝑ Bar. ĩ l. Mela. ff. de alĩ. & ciba. leg.

SVMMARIVM.

1 *Lites diœcesum sunt modici præiudicij.*
2 *Ecclesiæ omnes sunt membrum vnius Ecclesiæ vniuersalis.*
3 *Lites territorij qualiter sint modici præiudicij.*
4 *Litis finium sunt modici præiudicij, quando tractatur de finibus antiquis.*

CAPVT XCIX.

Lites diœcesum † sunt modici præiudicij, vt habetur per
1 Abb. in c. cũ causam. in 1. not. de proba. quẽ sequitur Aret. n 1. & Fel. dicens finiũ materiã inter ecclesias nõ esse prę-
2 iudicialem; per c. cum apostolica, de his quæ fi. à præla. † Ac ibi nu. 10. subdit, omnes ecclesias esse vnã Ecclesiã, & membrum vniuersalis Ecclesiæ, c. loquitur. 24. q. 1. & secundùm Corne. in
3 consi. 333. capio. nu. 16. vol. 1. † Pari ratione erit dicendum de finibus territorij, q̃ sint modici præiudicij, prout idem videtur sentire in consi. 171. col. 3. ver. ad hoc vol. 1. & Aymo Craue. in tracta. de antiqui. temp. in 1. par. in sectio. propositũ nostrũ. nu. 26. per Glo. in c. cum olim in ver. instrumẽtis. de censib. & Abba. in consi. 64. nu. 5. vol. 1. quæ tamen dicta per Corne. intelligenda erunt, secundùm quod not. Deci. in d. c. cum causam, nu.
4 4. † Videlicet finale iurgium esse modici præiudicij, vbi agitur de finibus antiquis, vel quando est cõtentio de sola iurisdictione, vel est contentio inter prælatos, qui solùm habent administrationem & dominium, c. 2. de dona. & sic dictorum Doctorum opi. in istis casibus saluari possent.

SVMMARIVM.

1 *Fines occupans de prædio meo ad fructuum restitutionem tenetur.*
2 *Fructus percepti ante litem contestatam non restituuntur in iudicio finium regundorum.*
3 *Fructus & damna veniunt post litem contestatam.*
4 *Obuentiones & augmenta veniunt post litem contestatam.*
5 *Condemnatio facta de restituenda re continet etiam fructus, qui de iure veniunt.*

CAPVT C.

Occupans † vltra fines de prædio meo, ad fructuum
1 restitutionem tenetur de eo, quod occupauit, secundùm Bonif. Viteli. in tracta. malefi. in tit. de rer. mo.
2 nu. 8. arg. l. videamus. ff. de vsur. & l. j. ff. de ver. sig † Tu autem sic distinguas. At loquimur de fructibus ante litem contestatam perceptis, & eos consequi non poterit victor in finium regundorum iudicio: quia aut ille qui fructus percipit erat in bona fide, & illos lucratur, si consumpsit. l. in bonæfidei, in princi. ff. de acqu. rer. domi. & per Abb. in c grauis. nu. 4. de resti. spolia. aut erat in mala fide, & condici poterit, l. sed & si loci. §. post litem.
3 ff. fin. reg. & idem ibi Bal. sentire videtur. † Post litem verò cõtestatam fructus & damna veniunt, & pro sumptibus principaliter agitur, dato quòd non concludatur ad terminos ponendos, vel non ponendos, † & similiter dici poterit in obuentionibus & augmentis, vt per Floria in d. §. post litem. † Et licèt iudex in sententia solũ dixerit, Condemno te, vt rem restituas, nihilominus condemnatio etiam in fructibus facta intelligitur, qui de iure veniunt, propter verbum Restituas, quod plenam habet significationem secundùm dicta nota. per Hippoly. de Marsi. in §. Quæstiones. nu. 69. de quæstio. per Bal. in rub. C. de fructi. & lit. expen. & Iason in §. omnium, in fi. Institit. de actio.

SVMMARIVM.

1 *Litibus finis tripliciter imponitur.*
2 *Iudex in rebus dubiis potest ad concordiam partes cogere, vel per medium iudicare, quando materia est diuisibilis.*
3 *Diuisio in rebus dubiis erit facienda more ? mperatoris.*
4 *Lites finalium controuersiarum sunt diuidendæ, prout fuit factum per Cardinalem Mignanellum, quando sumus in antiquis.*
5 *Lites finium regũdorum à iudicibus per adiudicationem terminari possunt.*
6 *Iudex in finalibus quæstionibus poterit iudicare vnum pro alio, & non secũdùm quòd petitum fuerit.*
7 *Sententia licèt regulariter debeat esse libello conformis, nihilominus fallit in iudicio iurgiorum finalium.*
8 *Sententiæ in quibus casibus non sunt conformes libello.*
9 *Sententia in viginti casibus non transit in rem iudicatam.*
10 *? Iudex quando erit in loco differentiæ, quid debeat scribere facere.*

CAPVT CI.

Sequitur † videre de sententijs: & in primis notandum
1 erit, q̃ tripliciter litibus finis imponitur, per sententiam, trãsactionem, & iusiurandum. l. eleganter. §. si post. ff. de condi. indebi. cap. 1. de lit. contesta. in 6. & l. j. ff. de iure iur. & iudicis bonum uotum erit eas dirimere. l. quidam æstimauerunt. ff. si cer. pet. & c. iurgantium. de re iudi. † vnde bonus iudex
2 animaduertere debet, quando res non erit clara, vt partes ad concordiam cogat, vt not. Dec. in consilio 42. numero 5. & in consil. 455. numero 1. & eo maximè quando diu litigatum fuit. c. placuit. 90. dist. & ibi Glo. in versi. excommunicatione. Addẽ in l. si vsusfructus. §. sed & si. ff. de vsufru. & ibi latè in apostil. & per Fel. in rub. de treu. & pa. & in c. canonum statuta. num. 55. de constitu. vbi not. quòd quando sunt opiniones hinc inde probabiles, laudatur iudex, qui diuidit per medium materiam diui-
3 sibilem. † Et sic quando res non erit multum clara, sed dubia erit diuidenda secundùm Deci. more Imperatoris, qui per medium iudicauit, vt habetur in l. & hoc Tiberius Cæsar. ff. de hære. institit. capitulo afferte. de præsumptio. & in l. sed & si lege. §. adeo autem. in fi. ff. de peti. hære. l. Titius. ff. ad Trebel. & aliquid per Corn. in consilio 333. capio. in fin. uolumine primo. & latè

per

Source : BIU Cujas

per Boer.in decisione 42.num.39.in 1.part.& Socin.Iunior in
4 cons.33.vol.2.† Et vt per Reuerendissimum Dominum meũ Cardinalem Mignanellum finales Gualdensium, & Fabrianensium controuersiæ ritè ac rectè iudicio meo, per medium iudicatæ fuere: in quem per dictas, Communitates postquam per centum & quinquaginta annos litigatum extiterat, fuit compromissum.& antequam cedulam laudi aperiret,ad locũ differentiæ de eius & Excellentissimi Domini mei D.Balduini de Monte Iulij Papæ III.fratris commissione accessi, vnà cum I.V.Doctore D.Francisco Nolfo Fanensi, & ea accuratè circũ ambulando perspexi, partibus præsentibus, mandauiq; de eis designum fieri,quod prælibato Cardinali consignaui.Et similiter per iudices in finium regundorum iudicio seruandũ erit, vbi plurimum & maximè in antiquis probationes minus integræ admittuntur.l.consensu.C.de repu.& c.tertio loco, de ꝓba.quia propter difficultatem plenæ & claræ haberi non pos-
5 sint.† Vel ſm Pari.de Put.in c.aduertendum,de fini.feu.iudex si obscuritatis vel vetustatis causa non poterit controuersias finales dirimere,per adiudicationem finiat, videlicet adiudican vni terram,& cogendo illum cui adiudicatur, ad dandum al-
6 teri pecuniam,vt habetur in l.2.3.& 4.ff.fini.regun.† Et sic iudex in hoc habet supremam potestatem adiudicandi vnum pro alio,& non secundùm quod petitum fuit:& in isto casu finium declaratio fiet secundùm scientiam,accedendo ad locũ per inspectionem & facti euidentiam, vt habetur in l.si irrup-
7 tione.& ibi Glo.in versi.subiectis,& ibi per Bald.ff.eo.† Et sic licèt regulariter sententia debeat esse conformis libello, l.vt fundus.ff.commu.diui.l.fi.C.de fideicom.lib.c.licèt Hely.de simo.per Deci.in l.vinum.nu.17.& ibi per Ias.num.23.vbi plura congerit.ff.si cer.petat.per Socin.in reg.38.& Lanfran.de Oria.
8 in c.quoniam contra.in versi.petitiones.num.21.de proba.† tamen ista regula fallit in iudicio finalium controuersiarum, in quo iudex potestatem habet vnum pro alio adiudicandi.§.fin. Insti.de offi.iudi.& leg.2.3.& 4.ff.fi.regun.Et fallit etiam ista regula in Principe,& in criminalibus,ac spiritualibus,vt latè per Deci.in citato loco nu.18.& 19.Et aliam describit fallentiam Paul.Cast.in l.sicuti.§.sed si quæratur.nu.7.ff.si serui.vendi.per d.text.ibi.quando perit declarari seruitus,& lite pendente fuit deperdita;quia tunc Iudex nõ pronuntiat,vt petitum fuit, sed aduersarium condemnat ad eam constituendam de nouo. Et alia fallentia notatur per Boeri.in decisio.42.num.18.vbi vult, ꝙ Papa,Imperator & alij similes Principes possint ferre sententias in alio,quàm petitum fuit.Et alia fallentia erit: quando iudex poterit cognoscere sola facti veritate inspecta; quia tunc poterit fieri adiudicatio in vno,licèt aliud fuerit petitum,vt habetur per Rober.Maran.in suo aureo Specu.in 9.dist.iudicio.
9 nu.33.& in 3.par.num.62.† Et ibi.nu.130.describit vigintiquinque casus, in quibus sententia non transit in rem iudicatam.
10 Et licèt iudici credatur de eo quod viderit,† tamẽ quando erit in loco differentiæ,scribere faciat in actis,ꝙ accessit ad locum, vel loca differentiæ, & quòd vidit tot affixos lapides in figura finium, vel arbores cum signis qui, & quæ videbantur veri fines: vel si non essent in finium forma, vel viderentur mutati, similiter in actis describere faciat:& postquam in actis redacta erunt,causam iuridicè decidat,vel per adiudicationem; & qm̃ per adiudicationem facit adiudicando agrorum fines,& tunc videtur iudex adiudicare cuilibet pro portione prædiali,& nõ pro virili,l.4.§.si aliter fundus.ff.fini.regun.& per Bald.in l.1.C. si plu.vna senten.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis officium erit Arimensorum relationem sequi.*
2 *Iudex poterit Agrimensorum relationem reuocare.*
3 *Iudex poterit Medici relationem corrigere.*
4 *Iudex poterit Notarij relationem emendare.*
5 *Iudex pro qua parte debeat iudicare.*
6 *Iudicis officium erit remittere causas qua veniunt de longinquo.*

CAPVT CII.

1 Iudicis quamuis officium erit in eius † sententia Agrimensorum relatorem sequi,vt habet̃ in l.si irruptione.§.ad officium.ff.fini.regũ.& per Saly.in l.si quis in prin.
2 C.eod.† tamen poterit quandoq;,si ei videbitur, eorũ relationem reuocare,vt ibi per eum nu.2.arg.l.quod iussit.ff.de re iu-
3 dica.† sicut etiam iudex medici relationem corrigere poterit,
4 quando retulit vulnus fuisse mortale,cùm non esset.† Vel notarij relationem emendare, qua fecit super literarum comparatione,aut alia similia facere. Et sicut iudex sapientis consiliũ sequi non tenetur,quando iuris expressum errorẽ contineret, vt per Bal.in c.quia indicante.nu.1.de præsump.& simili ratione videtur dicendum, quòd non teneatur Agrimensoris rela-
5 tionem sequi,quando iuris errorem expressum cõtineret.† Et in dubio iudex iudicare debet pro ea parte, pro qua adsunt vehementes præsumptiones secundùm Lauren. Calca.in ℈.90.
6 quia ista qõ.nu.14.† Et iudicis officium erit, quando causa venit de longinquo,ne partes sumptibus & expensis grauentur, & maximè quando plus expenderetur in itinere, quàm in causa,vt eam ad litigatorum locum remittat,vt l.cum post sententiam.C.de appella.

SVMMARIVM.

1 *Sententia proferri debet partibus præsentibus, vel contumaciter absentibus.*
2 *Sententia qualiter in finium regundorum iudicio formanda erit.*
3 *Sententia non vitiatur propter finium errorem.*

CAPVT CIII.

1 Relationem aũt † per Agrimensores, vel peritos facta,& cum eis habita ꝑ iudicem deliberatione,& diligenter discussis omnib. in iudicio discutiendis,snĩa proferenda erit præsentib.partib. vel cõtumaciter absentib.prout voluit Spec.in rub. de sentent. & de his q̃ sequu. & §.qualiter.in prin.eod.titu. Ideò consequens erit declarare qualiter sententia in finium regundorum iudicio formanda
2 erit.† Et secundùm Bald in l.si quis.num.2.C.finium regundorum.iudex positis terminis per Agrimensores, prout stare debent,pronuntiabit,partes decætero possidere debere, ſm terminos per agrimensores positos,qui incipiunt in tali loco,& finiunt in tali,vel poterit sic pronunciare. Cum mihi constet, ꝙ Titius tot possideat plusquam debeat: ideo pronuncio terminos per Agrimensores ponendos esse,& eos sic positos cõseruandos fore: & postea in executione mittat Agrimensores, qui ponant terminos, vbi stare debent. Et si non possent commodè stare, vbi deberent, ponantur alibi, adiudicando vni de alterius terra,& è contrà,& prout in præcedenti cap.declaratum fuit. & licèt secundùm Bald. vtraque opinio seruari possit,prima tamen est verior sententia, & ideò laudabilior: & facit ad hoc.§.curare.Institu de actioni.Et circa practicam iu-
3 dicandi vide Bald.in c.cum causam,de proba.† Neq; erit omittendum, ꝙ error finium non debet vitiare sententiam secundùm Fely.ibi.num.12.in vers.quartò scias,per l.patronus.§.2.ff. de leg.3.si tamen constaret de fundo.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ antiqua acta referenti an sit credendum.*
2 *Sententiæ ad hoc, vt habeat præsumptionem pro se, quæ requirantur.*
3 *Sententiæ antiqua acta referenti creditur absque alia distinctione.*
4 *Solemnitas extrinseca præsumitur ex longissimi temporis cursu.*
5 *Sententia quando dicatur esse de antiquo.*
6 *Sententia, quæ in rem transiuit iudicatam, post biẽnium dicitur de antiquo, vel si est lapsum decem annorum spacium.*

CAPVT CIIII.

1 Nunc venit † dubitandum,an snĩæ antiqua acta referenti credendum sit. & Pau.Cast.in l.emãcipationi, num.2.C.de fide instru.ita distinguit:Aut in snĩæ instrumento de actis fit mentio: & tunc sententia in rem transiuit iudicatam,omnia solemniter acta censentur: & stabitur illi, neque negans audietur,nisi contrarium probauerit: quia pro ea præsumitur,ex quo nõ appellauit,c.in præsentia, de probatio. Aut in sententia non fit mentio de actis: & tunc si fuit facta in lõginquo,ei stabitur,& omnia solẽniter acta præsumuntur. Aut fuit facta de propinquo, & tunc si poterit probari, ꝙ interuenerit scriptura,& ꝙ fuerit deperdita,& snĩæ stabitur,si aũt probari non poterit,ei non creditur,nisi ostendatur circunducta, vel cancellata: nam & illa fidem faciunt quantum ad senten-
2 tiæ valorem.† Et idem Pau.Cast.in cõsi.77.col.2. versi.nõ obstante.in 1.par.consilio.nouo.vult ꝙ ad hoc, vt præsumat̃ pro snĩa,absq; eo ꝙ acta producantur, requiri concursus infrà dicendorum.Videlicet ꝙ snĩa de actis mentionem faciat, & sit lata contra præsentem non contradicentem,vel cõtra absentem citatum & cõtumacem, vel ꝙ sit adeò antiqua,ꝙ cum difficultate,vel quasi impossibile sit acta reperire. Et Cẽpol.in cõsil.suis ciuili.in consi.63.num.1.& Corn.in consi.333.capio nu-
3 me.14.vol.1.† dicunt snĩæ antiqua acta referenti credendum esse,non aliter distinguendo inter absentem,& pręsentem,vel inter absentem contumacem & non contumacem, quamuis in snĩa de recenti soleat fieri talis distinctio,& maximè si opponeretur iurisdictionis defectus,vt per Abb.in c.qm̃ contra.nu.23.de proba.& per Ias.in l.cum aliquis.num.7.C.de iure delib. & per Gozadin.in cons.73.num.20.habetur communem esse
4 opinionem,† ꝙ licèt regulariter solemnitas extrinseca nõ pręsumatur, tamen ex longissimo temporis cursu omnia solemniter interuenisse præsumuntur, & idem voluit Laurenti. Calca.

Source : BIU Cujas

Calca. in consi. 60. quia ista quæstio. nu. 4 & in consi. 19. visis allegationibus. nu. 1. per tex. l. qui in aliena. & ibi per Ang. & Doctor. ff. de acq. hære. & in l. 1. C qui admit. ad bono. possi. & hanc opin. sequitur Bertran. in consi. 194. nu. 5. vol. 2 in par. 2. & Boer. in decisio. 281. nu. 15. in 2. par. † Et quando sententia dicatur esse de antiquo, habetur per Aretin. in consi. 73. num. 29. & per Iaso. in consi. 114. num. 3. vol. 1. & latissimè per Aymo. Crauet. de antiqui. tempo. in 2. par. in sectio. ex præmissis absolutam. nu. 37. vbi describit iudicis arbitrio relinquendum esse. † Aduerte etiam secundùm Grammati. in decisio. 24. q̃ si sententia post biennium in rem transiuit iudicatam, præsumitur pro ea, & tunc dicitur lata de longinquo tempore: & executionem petens, acta producere non tenetur, vel secundùm eum ibi num. 12. sententia dicitur valde antiqua, si post eam decem annorũ spatium sit lapsum.

SVMMARIVM

1 *Sententia videtur ab illa communitate homologata, quæ diu permisit terminos in illa nominatos stare.*
2 *Ratificare verbis vel facto paria sunt.*
3 *Iussus patris qui præcedere debet, quando filius adire hæreditatem vult, ex temporis longinquitate interuenisse præsumitur.*
4 *Mandatum quando præsumatur interuenisse ex temporis diuturnitate.*
5 *Consensus plus operatur præstitus facto, quàm verbis.*
6 *Communitas qualiter videatur approbare gesta per syndicum non legitimè constitutum.*
7 *Compromissum & laudum videtur omnia extrinseca solennia habuisse ex temporis longinquitate.*
8 *Consensus capituli in alienatione bonorum ecclesiæ præsumitur interuenisse ex temporis diuturnitate.*
9 *Forma à statuto requisita ex tẽporis diuturnitate præsumitur interuenisse.*
10 *Solennia omnia interuenisse præsumuntur ex temporis diuturnitate.*
11 *Consensus præsumitur interuenisse ex longa possessione, & diuturna patientia illius, cuius consensus requirebatur.*
12 *Sententiæ alicuius probatio non est necessaria, vbi tantum tempus effluxit, cuius initij memoria non erit contrarium.*
13 *Cardinalis testamentũ conditum de antiquo præsumitur de licentia Papæ.*
14 *Consensus in præiudicialibus præsumitur, concurrente scientia & patientia longa.*
15 *Consensus propinquorum, qui ex forma statutorum requirebatur, præsumitur interuenisse ex temporis longinquitate in contractibus mulierum.*
16 *Fides bona in antiquis præsumitur interuenisse.*
17 *Solennia non præsumuntur interuenisse, quando ex instrumento contrariũ apparet.*
18 *Solennia interuenisse præsumuntur spacio 30. annorum. vel 40.*

CAPVT CV.

Et quia in præcedenti c. concluſum fuit, ſtandum eſſe ſententiæ antiqua acta referenti, nunc venit diſcutiendum, quando fines vel termini reperiuntur poſiti in aliquo loco virtute alicuius ſententiæ arbitramentalis, à ſyndicis alicuius Communitatis homologatæ, ſi non conſtabit de eorum mandato, nunquid erit præſumptio, q̃ mandatum habuerint, & an termini confinia probent. Et reperio Alciat. in tract. de præſump. in reg. 2. præſump. 13. pagi. 239. tenere, † q̃ ſi termini per longum tempus ſteterunt affixi, probationem facere, q̃ ſententia ab illa communitate videatur homologata, quæ tãdiu permiſerat illos terminos ſtare, & tacuerit: qa † paria ſunt ratificare verbis, vel facto. l. Paulus reſpondit. ff. rem rat. hab. l. pro hærede. ff. de acqui. hæredi. l. de quibus. ff. de legi. per Bald. in l. 1. qui accuſa. non poſſ. per Pariſi. in conſi. 77. num. 54. vol. 1. Et Gramma. in ſuis conſi. ciuili. conſi. 150. num. 24. vbi dicit, quòd magis eſt declarare voluntatem actu, quàm verbis, prout etiã cõcludit Cæpol. in l. ei q. ff. de ædil. edic. per l. contractus. in fi. ff. de reg. iur. cum non ſit veriſimile Communitatem permiſiſſe illos terminos apponi, niſi illi qui ratificauerunt, fuiſſent veri ſyndici: & faciunt not. in l. cum ſeruus. ff. de verb. oblig. & quæ in terminis not. Caſſador. in titu. de procur. in deci. 3. lata erat ſententia. & per Bertran. in conſi. 171. num. 6. vol. 2. in 3. par. vbi ſubdit, † quòd iuſſu patris, qui requiritur, vt de neceſſitate præcedat, ad hoc vt filius poſſit hæreditatem adire, per l. ſi quis mihi bona. § iuſſus. ff. de acq. hæred. præſumitur ex temporis diuturnitate præceſſiſſe, argu. l. ſi filius. C. de peti. hære. Et † ſicut ex temporis diuturnitate præſumitur etiam mandantum interueniſſe, vt tenet Boer. in deciſio. 281. num. 17. in 2. par. reprobando Bald. in l. 2. C. ſi ex fal. inſtrum. & Deci. in conſi. 409. vol. 3. vbi plura ad hoc propoſitum congerit: licèt eorum dicta ſint intelligenda ſecundùm Hierony. Cagno. in l. velle non creditur. num. 20. in verſi. maius dubium. ff. de regu. iur. quando in inſtrumento antiquo enuntiatur mandatũ interueniſſe: quia tunc antiquitas fidem, & auctoritatem dat inſtrumento enuntianti mandatum: aliàs ſecus eſſet, vt ibi per eum. Iſta tamen

5 Alciati opin. ex pluribus corrobari poterit. † Et primò ex not. per Brun. in conſ. 34. num. 10. vbi dicit plus operari conſenſum per facta, quàm per verba, d. l. Paulus reſpondit, & l. de quibus. ff. de legi. & per Ancha. in conſi. 10. nume. 1. & faciunt not. per Dec. in conſi. 42. nume. 10. Et in conſi. 197. nume. 3. & in conſi. 446. num. 35. & in l. ſemper qui prohibet. num. 8. ff. de regu. iur.
6 & in conſi. 586. nu. 14. vbi habetur, q̃ ſi † communitas ſoluit expenſas in lite factas per ſyndicum non legitimè conſtitutum, videtur geſta per eum approbare & ratificare. Et in conſi. 365.
7 num. 3. † quòd propter temporis longinquitatem omnia pro validitate laudi, & compromiſſi ſolemnia extrinſeca interue-
8 niſſe præſumendum eſſe, & in conſi. 152. nu. 409. refert, † capituli conſenſum, & alias ſolemnitates in bonorum eccleſiaſticorum alienatione requiſitas præſumendum interueniſſe p̃p diuturnitatem temporis. Et conſi. 222. num. 9. dicit communẽ opinionem relatam per Alex. in l. ſciendum. col. 5. ff. de verbo.
9 oblig. † præſumptionem eſſe, quòd ex temporis longinquitate interuenerit forma à ſtatuto requiſita. Et prædictis adde etiam nota. per Deci. in con. 7. viſo conſilio. in nouis impreſſis, & ſi-
10 militer ſecundùm Gemi. in conſi. 100. num. 3. † quando probatio eſt impoſſibilis propter temporis longinquitatem, omnia ſolemnia interueniſſe præſumuntur: quia impoſſibilitati probationis parcitur. c. fin. de pac. c. faciat. 22. q. 2. & per regu. vt res potius valeat quàm pereat. c. abbate. §. contra quam. de verbo. ſig. ad idem facit quod not. Alex. in conſi. 48. num. 6 & in conſ. 50. num. 5. vol. 5. & Cępol. in ſuis conſi. ciuili. in conſi. 38. nu. 9. & Roma. dicit in conſi. 175. num. 3. & Gozadin. in conſ. 83. nu. 20. iſtam eſſe communem opinionem, quam etiam ſequitur
11 Bertran. in conſi. 194. num. 5. vol. 2. & in 2. part. † Et concurrente longa poſſeſſione, & patientia illius diuturna, cuius, conſenſus requirebatur, præſumendum erit interueniſſe, vt per Alex. in conſi. 12. viſo proceſſu. nume. 5. vol. 4. & ſecundùm eum in
11 conſi. 6. num. 8. & in conſi. 18. vol. 6. † habetur propter tanti temporis vſum, cuius initij memoria in contrarium non exiſtit, non eſſe neceſſarium probare ſcientiam alicuius, & Gozadin.
13 in conſi. 11. num. 11. & † in conſ. 41. nu. 5. vult, quòd in teſtamento Cardinalis condito de antiqu. præſumatur. Papæ licentiam
14 interueniſſe, † & conſi. 75. nu. 20. vult quòd concurrente ſcientia, & patientia longa in actibus præiudicialibus præſumatur conſenſus, per Bartol. Alexand. Iaſ & Deci. in l. ſi certis annis. C. de pact. quos refert Hierony. Grat. in reſpon. 9. nume. 15. vol. 2. & in reſpon. 121. num. 6. & 7. eo. vol. † Dicens ex temporis longinquitate præſumendum eſſe propinquorum conſenſum interueniſſe, qui in mulierum contractibus requirebatur. faciunt ad idem not. per Curt. Sen. in conſi. 83. num. 7. & Bart. Caſſan. in conſi. num. 84. † Vbi volunt in antiquis præſumendum interueniſſe bonam fidem, nullo etiam apparente titulo. Et ad idem faciunt nota. per Caro. Rui. in conſi. 63. num. 6. & in conſi. 26. num. 3. & in conſi. 222. num. 6. vol. 1. & Socin. Iunio.
17 in conſi. 22. num. 26. † limita prædicta omnia non procedere, quando ex inſtrumento contrarium apparet; quia tunc ſolennia nõ præſumuntur interueniſſe ſecundùm Pau. Caſt. in conſ. 81. in cauſa. num. 7. vol. 3. per Socin. in conſi. 1. num. 8. vol. 3. & in conſi. 49. num. 37. vol. 4. per Iaſ. in l. 1. colu. 5. in 5. limita. C. qui admit. ad bono. poſſeſ. & in conſi. 115. num. 5. in conſi. 148. nu. 7. vol. 4. Deci. in conſi. 13. volum. 1. Gozadin. in conſi. 73. num. 6. Afflic. in deciſ. 107. num. 5. & Aimo. Craue. de antiquita. tempo. in ſectio. 1. num. 5. in 3. par. † Et ad inducendum talem præ-
18 ſumptionem requitur 30. annorum ſpacium, vt in c. peruenit. de emp. & vend. & ibi gl. ſecundùm vnum intellectum, quem videtur ſequi Abb. num. 9. verſi. ex quibus, & Imo. col. 5. Et licèt Grama. in deci. 24. nu. 12. videatur dicere in actu geſto ſpacio decem annorum præſumi ſolemnitates interueniſſe, & Pau. Caſ. in conſi. 202. iu cauſa confinium. colu. 2. & in conſi. 325. ne ſub æquiuoco, col. 2. circa medium, verſic. licèt aliquis, volu. 1. quem refert Craue. in conſi. 248. num. 15. & in vol. 2. videatur dicere, quòd longum tempus dicatur per lapſum 10. annorum, ſi temporis lapſus ex poſſeſſorio coadiuuetur; vt quia res ſit poſſeſſa ab eo, qui allegat ſolemnitatem extrinſecam, & ceſſante tali poſſeſſorio ſi agitur de modico præiudicio, adhuc etiam ſufficit 10. annorum tempus ad præſumendum talem ſolemnitatem: Vel ſi agatur de magno præiudicio, & tunc 30. annorum tempus requiritur; tamen contrarium eſt verius, videlicet, quòd ſpatio 30. vel 40. annorum dicatur ſolemnitas extrinſeca interueniſſe ſecundùm Soci. in d. conſi. 46. num. 37. & Alex. in conſi. 79. circa primum. num. 14. verſi. fortificatur, vol. 1. & Bueri. in q. 281. num. 15. in 2. par. vbi plura congerit, & maximè deducit Alex. in conſi. 101. num. 7. & 8. vol. 7. atteſtantem eſſe communem opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio, quòd qui confecit inſtrumentum, non fuerit notarius, vel quòd interponens auctoritatem non fuerit iudex, non admittitur in antiquis.*

Source : BIU Cujas

2 *Probatio in antiquis non erit necessaria, quòd qui confecit iustrumentum sit notarius.*
3 *Probatio in instrumento de longinquo producto non erit necessaria, quòd qui illud fecerit, notarius sit ratione difficilis probationis.*
4 *Notarius reprobatur per plura instrumenta publica, quæ pro publicis sunt recepta.*
5 *Instrumento de longinquo a legali persona producto creditur cum iuramento.*
6 *Solennia omnia interuenisse in dubio præsumuntur ex temporis diuturnitate.*

CAPVT CVI.

1 Sed cum sæpe in finalibus controuersijs instrumenta antiquissima producantur,† vbi postmodum excipitur, ꝙ exemplans non fuerit notarius, vel actor, aut quòd imponens exemplationi auctoritatem non fuerit iudex, aut quòd non interuenit citatio eius, cuius intererat, ideò declarabimus, an talis exceptio valida erit. Et dicas non valere, vt habetur per Bal. in act. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. & in l. comparationes. C. de fid. instru. per Corne. consi. 333. capio. num. 14. & 15. vol. 1. per Socin. in consi. 187. num. 10. vol. 2. Ias. in consi. 114. nume. 3. volu. 1. per Hiero. Grat. in respon. 3. nume. 7. vol. 1. Et Corne. in
2 consi. 17. videtur. in hac, num. 9. vol. 1.† vult in instrumentis antiquis non esse necessarium probare, quòd qui fecit instrumentum esset notarius: prout asseruerat in instrumento, & idem tenuit Matt. de Afflict. in decisi. 451. nume. 5. & Bertran. in consi. 41. vol. 1. maximè in instrumentis centum annorum. Et similiter erit secundùm Alex. in consi. 150. in causa, num. 8. volu. 6.
3 † in instrumentis de longinquo productis ratione difficilis probationis; quia non erit necesse probare institutum procuratorem in instrumento fuisse illum talem qui est institutus, vel quòd fuerit notarius, qui instrumentum confecit, prout in hac opi. fuit etiam Corne. in d. consil. 17. & in consi. 142. videtur in hac. num. 3. vol. 3. & Ias. in l. sciendum. num. 19. ff. de verb. oblig.
4 † Et sic Areti. in consi. 42. arguendo de longinquo tempore ad longinquum locum, dicit, ad probandum quem esse notarium sufficere, si plura producantur instrumenta confecta illius manu, quæ pro publicis sunt reperta, quando in longinquis partibus instrumenta confecta fuissent: & idem voluit Soci. in consi. 86. num. 3. vol. 1. subdens, quòd ex illis instrumentis publicis communis opinio notarius insurgit, & probatur, vt traditur à Specu. in §. restat. de instru. editio. nume. 6. quem sequitur Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra. in ver. instrumentum, num.
5 12. de proba. dicens † producenti instrumentum de longinquo si est legalis, & fide digna persona, & bonæ famæ. iudex etiam parte absente, contra quam producitur, poterit iuramentum deferre, quòd instrumentum est verum, & a publica persona confectum, argu. §. si tamen quis, in auct. de fi. instru. & prædictis adde Alcia. de præsumptio. in reg. 3. in 13. præsumptio. in ver. sed quid si non constat, nu. 15. & Afflic. in deci. 251. Limi
6 ta † tamen prædicta secundùm Aymo. Crauet. de antiquita. tempo. in 3. par. in sectio. Venio nunc. num. 15. & in consi. 134. num. 4. vol. 1. procedere, quando sumus in casu dubio; quia tunc propter diuturnitatem, & loci longinquitatem esset præsumptio, quòd omnia solemniter interuenerint, sed secus esset in claro; quia tunc cessant coniecturæ l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. oblig.

SVMMARIVM.

1 *Loca in sententijs nominata pro confinibus si sunt naturalia, vt fons & similia, attenduntur, licèt postmodum in illis non sint affixi lapides, vt erat declaratum in sententia.*
2 *Confinia si manifestè patent præscribi non possunt.*
3 *Loca designata in quibus finiunt territoria, dicuntur fines, licèt terminorũ signa non appareant.*
4 *Terminus terminans dicitur quicquid est extra fines.*

CAPVT CVII.

Et erit etiam discutiendum, quando pronunciatum fuit, talia loca esse debere pro terminis, & ibi murellos, siue terminos ponendos esse, si postmodum termini non fuere in locis in sententia descripti, ædificati, & vna pars litigantium asserat vltra terminos designatos possediſſe, ac præscripsisse: & nunc etiam possidere, & confinia effectum non habuisse, nun-
1 quid ista pars, quæ semper possedit obtinere debeat.† Et dicas secundùm Gem. in consi. 100. num. 4. quòd non, quia loca in sententia pro confinibus nominata, & quæ designata fuere esse confinia, sunt naturalia, & perpetua, vt via, fons, & montium cacumina, licèt postea fuisset pronuntiatum, vt in dictis locis murellij, siue lapides figerentur, & ædificarentur, tamen fuit factum istud, vt clarius appareret transeuntium oculis, & non, vt determinarentur confinibus. Et sic iudices voluerunt loca nominata esse confinia, & murellos, siue lapides esse con-
2 finium demonstrationes. † Et ideò si hodiè confinia manifestè peterent, nec præscribi, nec murari possunt: quia vbi prouinciarum, terrarum, vel locorum confinia manifestè paterent, præscribi non possent, quantocunque tempore possidean tur, vt est tex. in c. licèt, & c. inter memoratos. 16. q. 3. & c. super eo. de paroch. & talis possessio iudicabitur temeraria. Et ad idẽ facit quod habetur per Corne. in consi. 188. viso puncto. num.
3 4. volum. 1. vbi vult, †quòd loca designata, in quibus finiũt territoria, licèt in eis non sint aliqua terminorum signa posita,
4 propriè fines dicantur per d. l. eos. §. fini. regun.† Erit aduertendum, quòd terminus terminans dicitur, quicquid est extra agri fines, secundùm Bald. in l. si fines. in fi. de euictio. Vnde si vna via erat pro vno termino assignata, vel quid aliud notabile, diceretur terminus, licèt murelli, vel lapides non sint positi, & ex consequenti præscribi non poterunt. Et terminus terminatus dicitur, quicquid intra agri fines extenditur, vt ibi habetur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente nihil est innouandum, etiam si sententia esset talis, quæ traheret secum executionem.*
2 *Appellationi a diffinitiua ius defert, & ad superiorem deuoluit, absque eo quòd iudex deferat.*
3 *Attentatorum remedium magis est priuilegiatum, quàm spolij.*
4 *Excommunicationis exceptio non obstat agenti remedio attentatorum.*
5 *Attentatorum reuocatio fieri non potest ad illius instantiam, de cuius non iure notoriè constaret.*
6 *Attentata per iudicem reuocari debent, quantumcunque constaret de iniustitia agentis.*
7 *Attentata si per iudicem reuocantur, non fit restitutio illi, de cuius non iure constat, sed possessio penès tertium deponitur.*
8 *Termini imponi possunt, quando causa remissionis pendet.*
9 *Iudicis officio spectat, vt termini imponantur.*
10 *Factum non dicitur in habentibus causam successiuam, nisi perseuerantia subsequatur.*
11 *Reuisionis causa pendente potest innouari, licèt sit secus pendente appellationis causa.*
12 *Supplicatio conceditur ex principis gratia & benignitate.*
13 *Supplicatio continens, quòd res iudicata rescindatur, vel quòd bis iudicetur, nisi per principem, & non per inferiorem concedi potest.*
14 *Sententiæ executio non retardatur per supplicationem Principi porrectã.*
15 *Cautio iuratoria præstaretur, quando pars iuraret non inuenire fideiussores.*

CAPVT CVIII.

Et cum frequenter lata sententia soleat appellatio interponi, ideò erit videndum, quando sententia super confinibus promulgata fuit, si pendente appellatione per partem victricem peti poterit, vt termini in loco declarato ponantur. Et
1 videbatur dicendum quòd non: † quia nil est innouandum pendente appellatione, c. 1. vt lit. pen. cum appellantis status integer esse debeat, etiam si sententia esset talis, quæ executionẽ secum traheret l. 1. §. inter. ff. nil noua. & ideò terminorum po-
2 sitio fieri debet lite sopita; † quia appellationi à diffinitiua ius defert, & ad superiorem deuoluit, absque eo quòd per iudicem deferatur, secundùm quòd traditur a Docto. in c. sæpe. de appella. & si fieret, reuocaretur in primis, & ante omnia, & citra inhibitionem remedio attentatorum. c. non solùm. de appel-
3 la. lib. 6.† Et in hoc est magis priuilegiatum attentatorum remedium, quàm spolij, vt ex pluribus Philipp. Franc. deducit in
4 c. bonæ. col. 4. extra eo. tit. † Etiam si petens executionem esset communicatus; quia pro sequenti attentatorum iudicio ex-excommunicationis exceptio non obstat, quæ aliàs obstaret agenti possessorio recuperandæ, vt per Rot. deci 14. fuit dubitatum in addi. vers. tertia differentia, in nouis, & per Deci. in
5 consi. 200. col. fin. versicu. 2.† Ista tamen attentatorum reuocatio ad partis instantiam fieri non posset, de cuius non iure notoriè constaret, per ea quę refert Afflict. in decisio. 98. pulchrũ.
6 in fin.† Sed iudex ex eius officio, cuius maiestas contempta fuit, reuocare poterit, quantuncumque de agentis in iustitia constaret, & per hoc ei possessio non restitueretur, contra quẽ fuisset attentatum, vt post Ant. de But. not. Philip. Franc. in d. c.
7 bonæ. col. 5. versicu. 7. & vltimò, † Sed esset facienda prouisio per habentem potestatem de tertio, penes quem stare deberet in sequestro possessio, absque eo quòd ei fieret restitutio; quia notoriè ius non haberet, vt in d. decisio. 14. in fi. & per Cassado. in decisio. 3. in fin. de restitu. spolia. vbi dicit Rotam ita seruare.
8 † Contrarium tamen fuit notatum per consilium Neapolitan. vbi decidit, quòd quando pendet reuisionis causa, termini poterunt affigi, vt refert Matthæ. Afflict. in decisio. 391. lata est sententia, & motum fuit per auth. quæ supplicatio. vbi Bald. C. de precib.

Source : BIU Cujas

de precib. impera. offer. ponderando tex. dum dicit, exequatur ipsa sententia, & certum est, quòd nō dicitur plenè executum, nisi per terminorum habeat territorij possessionem, de qua in sententia, quia vt not. Bald. in l. venditor. §. peruenisse. ff. de hære. vel actio. vendi. nō dicitur quis plenè habere, nisi possideat c. cum in cunctis. de electio. & per Barto. in l. nemo. ff. de leg. 1.

9 † Et tanto magis quando iudicis officio petitur, vt termini ponantur, ad quod iudicis officium spectat, vt termini in agris affigantur l. hæc actio. §. iudici. & l. si irruptione. ff. finium regun.

10 † Item in his quæ habent causam successiuam, non dicitur esse factum, nisi perseuerantia subsequatur, vt not. Barto. in l. inter Castellanianū ff. de arbit. & in l. permisceri. §. species. ff. de acq.

11 possessio. † Nec obstat, quòd lite pendente nihil sit innouandum; quia illud procedit, quando agitur per appellationem, secus si pendente reuisionis causa petatur, vt termini apponantur.

12 † Et ratio differentiæ est; quia supplicatio ex principis gratia & benignitate procedit. c. ex literis, & ibi Abb. num. 12. de restit. in integ. & not. in l. 1. C. de senten. præfe. præto. Sed appellatio innititur iustitiæ, & iustitia vult, quòd appellatione pendente nihil innouetur. Ista tamen opin. Afflicti procederet, qñ reuisio per Principem concederetur, quia vt concludit Ro-

13 ma. in c. Romana. de appell. in 6. Supplicatio continens, vt res iudicata rescindatur, vel quòd his iudicetur causa extrinsecus non apparente per solum Principem ex benignitate conceditur; quia tollere ius ex re iudicata quæsitum pertinet ad solum Principem, non autem ad inferiorem, & hoc idem pluribus rationib. firmat Abb. in d. c. ex literis. nu. 11. & extat decisio Thol.

14 479. item fuit &c. † Vbi apostillator ait, hanc esse communē opinionem, & idcò aduertas, quòd sententiæ executio per supplicationem non retardatur factam Principi. Et satis esset, ꝙ daretur cautio de restituendo, si supplicans in causa obtineret, prout declarat Abb. in c. suscitata. num. 10. de resti. in integr. &

15 Afflic. in decisio. 356. in fin. † Et sufficeret iuratoriam cautionem præstare, quando iureiurando pars firmaret fideiussores non inuenire, secundum Guid. Pap. in q. 189. circa. Et ad idem facit quod traditur a Rober. Maran. in suo aureo Specu. aduoca. in vlt. part. iudi. incip. secundus actus principalis. num. 96.

PHANVCCII PHANVCCII LVCENSIS.

De iureiurando in litem.

SVMMARIVM

1 *Multæ iuramentorum species in iure reperiuntur.*
2 *Iusiurandum in litem quid sit secundùm Azonem.*
3 *Definitio Azonis improbatur.*
4 *Descriptio ijsdem regulis subiacet, quibus & definitio.*
5 *Iurisiurandi descriptio per auctorem alia traditur.*
6 *Iuramentum veritatis ita propriè dicitur iuramentum in litem, sicuti iuramentum affectionis.*
7 *Vnde dicatur iusiurandum in litem.*

Prima pars.

Iusiurandum in litem quid sit & vnde dicatur. Cap. I.

1 TRactaturos de iureiurando in litē nos pscire oportet, ꝙ multiplex est iurisiurandi argumentum † multæq; iuramentorum species in iure reperiuntur. Nam (omissis eorum diuisionib⁹ p doctores passim traditis) aliud est assertorium, seu assertiuum, quod sanè pstamus, vt nobis aliquid recensentibus, & asserentibus credat, de hoc loquit̄ textus in c. & si Christus. ext. de iureiu. c. vt noueritis. c. ita ergo. & seq. c. nō est. 22. q. 1. & 2. ead. cau. 22. & de hoc intelligendū puto text. in l. fi. C. de reb. cred. Aliud est iuramentum confirmatoriū, quod qdem in alicuius ꝯctus confirmationē & corroborationē adhibet̄, vel per minorē, vt in auth. sacramenta puberū. C. si aduer. vend. vel p mulierem. c. cū contingat. extra de iureiu. c. quāuis. de pac. in vi. & c. licet. de iureiu. c. lib. vi. vel āt p alios maiores. l. si qs maior. de transac. Aliud est iuſm, qñ altera pars iureiurando sui aduersarij de eo, de quo inter sese alter negando, alter affirmando contendunt, atq; altercant̄, stare, & acquiescere conuenit, de quo est tex. in l. iusiurandū qd̄ ex conuentione, & in l. q iurasse. §. fi. ff. de iureiuran. & in l. ꝙ si deferente. ff. de dolo. Aliud est iudiciale, litis decisiuum, qñ iudex ad delationē alterius impellit alterū litigantē, vel ad iurandū, vel ad referendum aduersario suo iuſm super controuersia, vt iuxta illud quod iuratū fuerit, causa decidat̄, tex. est in l. manifestæ, vbi p scribentes. ff. de iureiur. & p Soc. in cons. 187. in 2. vol. Hipp. Marsi. in fing. 83. c. fi. ex. de iureiu. Aliud est, qd̄ in supplementū ꝓbationum defert̄, cū qs semiplenè suā intentionem fundauit in iudicio. l. admonendi. & ibi tradunt omnes. ff. de iureiur. Aliud est iuſm calumnię, quo qs in iudicio exponit, calumniandi animo se minime agere, molestiamq; calumniosam aduersario nullam inferre, & de hoc habent̄ tituli in vtroq; iure & Pōtificio, & Cęsareo. Aliud est iuſm purgationis, cū criminis insimulatus, ac publicè diffamatus, qd̄ demum neutiq; ꝓbet̄, iurat ad sui purgationem nequaquā illud se perpetrasse, de hoc meminit text. in c. quoties, & in c. fi. ext. de purg. cano. & hī p Rofred. de hoc titulus in sua summa, & p Corn. cons. 318. in col. 2. vol. 4. & Spec. in tit. de fur. Aliud est iuſm testium de veritate dicenda, vt l. iurisiurandi. C. de testi. c. testimonium. extra de testib. Aliud est iuſm, qd̄ successor in bonis curialis ꝓ declaranda quantitate rerū mobiliū, quarū quartā curiæ debet, subire cogitur. l. 2. circa medium. C. quan. & quib. quarta pars. lib. 10. Aliud est iusiurandum, quod iudices in sui magistratus ingressu præstare est necesse, vt in auth. sub rub. iusiurandum quod præst. Aliaq; plura, quā, vt hic recensere singula expediat, iurā passim in nostro iure leguntur, de quibus satis copiosè nostros doctores tractasse censui. Vnū est, de quo nunc ex professo tractare instituimus, quod iusiurandum in litem leges nominant, quod explicitum per aliquē satis condignè fuisse hucusq; planè non vidi. Aggrediendo igitur hunc iurisiurandi in litem tractatum humiliter, ac supplicite altissimi, & omnipotentis Dei nomine prius inuocato.

2 Quæro in primis † quid sit iusiurandum in litem, seu iurare in litem. omnis enim, (vt ait Cicero lib. pri. offic.) quę a rōne susci pitur de aliqua re institutio, debet a definitione ꝓficisci, vt intelligatur, quid sit id, de quo disputatur. & Aristoteles 4. Meta. textu x. a significatione nominū nostras traditiones incipere docet, vt refert Hiero. Cagno. in l. omnis definitio, nu. 5. de reg. iur. quod quidem & nostri quoq; Iureconsulti obseruarunt, vt Vlpianus in l. 1. ff. de iust. & iur. ibi, iuri operā daturum, prius nosse oportet, vnde nomen iuris descendat, & c. idem hī in l. 1. ff. si cer. pet. & alibi passim, & dicebat Ang. in cons. 110. in prin. turpe esse loquenti, si ꝓpriam vocem ignoret prius determinare, q̄ terminos intelligere, & principia actus scire oportet, alioq principiata processus ignorabuntur ſm Bald. in d. l. 1. ff. de iusti. & iur. Iusiurandum itaq; in litē, seu iurare in litem est, (inquit Azo in summa huius tituli) ad arbitrium suum ꝓstito iurō pro quāto nollet re carere ſm suum singulare interesse estimationem facere: quam definitionem comprobat p duos textus, alterum in l. 2. §. interdum. de in litem iur. vbi dī ꝙ culpa nō restituentis rem suam actori, punitur p æstimationem rei, quanti æstimat̄, & quanti res valet ſm Castren. & alios ibi, dolus verò non restituentis coercetur, vt quanti actor in litē iurauerit sua interesse, præstetur, & sic vltra verum rei valorem, vt illum textum interpretantur Accurs. Odofre. Castren. Alex. & cæteri ibi. Secundò comprobat per textum in l. si tutor. ff. de in litem iur. vbi habetur, ꝙ aduersum tutorem non restituentem rem pupilli fit condemnatio, non quidem quanti res est, idest pretio, sed quanti in litem iurauerit pupillus: ergo fit ſm particularem affectum, & interesse, non aūt ſm veram rei æstimationem, & sic iuſm in litem est æstimatio ſm particulare, seu singulare interesse. Hanc Azonis definitionem refert Hostien. in summa sua, sub titu. de iureiurando in litem, & cum nemo eā

3 improbet, omnes videntur eam sequi: † Verum enimuero ego eam probare non possum, nō tamen ipsam impugnare intendo, vt qui nimis superstitiosus exigā a nostro Iureconsulto seu interprete illam perfectam rei definitionem de qua meminit Cicero in 2. lib. de oratore, vt vim eius rei, quam definimus sic exprimat, vt nec quicquam absit, neq; supersit, de qua, ne dicā inter nostros Iureconsultos in hac nostra legali scientia, in qua moniti iam sumus, omnem definitionem periculosam esse, vt facilè subuerti possit. l. omnis definitio. de reg. iur. vbi per scribentes: nec inter ipsos quidem dialecticos satis conuenit, vt dixit Galenus lib. 4. de differe. pulsuū admonens, nequis se conijciat in definitiones, quia, ait, definitione essentiali nil opus esse ad tradendas disciplinas: nam definitiones, quas vocant notionis his, qui rem iam cognoscunt, sunt superuacuæ, ignorantibus non necessariæ. hæc ille. & tanto minus de propria, & essentiali definitione intentio mea est disputare, qm̄ in re, de qua agimus, differentias essentiales assignare non possumus, vt hoc iuſm ab alijs sola rei essentia dignoscamus. Nam iusiurandum in litem, seu iurare in litem, nihil aliud est, q̄ litem iurō æstimare, vt dixit Ioan. Corasius lib. 6. Miscella. cap. 1. auctoritate Ciceronis, si solam rei essentiam attendamus, aliam enim differentiam essentialem, & intrinsecam, quæ possit explicari, non habet, & ideo si definitio est bona, quando euacuat totum definitum; vt dicebat Ripa ex opinione, multorum in rubr. extra de constitu. & Panor. Abb. in rub. extra de senten. excommu. vel qñ substantiam rei per essentialia explicat, vt per Bar. in l. 1. ff. de testa. Cardi. in c. perpendimus. extra de senten. excommu. & tradit Petrus And. Gramma. in legali dialectica in loco a definitione.

tione. Moder.in d.l.oīs definitio.de reg iur. D. Alcia.lib.9. c.1. iſta definitio eſſet bona, cum omnem iuriſiurandi in litē, quā habet, eſſentiam ponat, & tñ clarum eſt, iſtam bonam eſſe nō poſſe; quia rem, q̄ ſit ab alijs differens, non demonſtrat, quatenus ad argumētum, de quo quærimus, attinet, de quibus ꝯ. Nō ergo Azonem; quia per definitionem ꝓpriam, & rectam iuſiurandum in litem non definierit, ſed quia rectè non demōſtrauerit, vel deſcripſerit iurm in litem, ego reprehēdo: qm̄ deſcriptio, quæ loco definitionis eſt adinuenta, & per ſigna extrinſeca ſeu accidentalia fit, vt ex mente doctorum tradit Hierony. Cagn. in d.l. omnis definitio, & D. Alcia. in d.lib.9. parerg c.1.

4 † ijſdem regulis ſubiacet, ac ſubijcitur, quib. ipſa definitio, vt ſicut in definitione a quo remouetur definitio, remouetur & definitum, cui è cōuerſo conuenit definitio, conuenit ēt definitum ſm Bart. & alios in l.1.§.1. ff de dolo. & in l.1. ff. de teſta. ita quoq; in deſcriptione, cui cōuenit deſcriptum, cōuenit deſcriptio, vel è cōuerſo, a quo remouet̄ deſcriptio, remouet̄ & deſcriptum, vt per Pet. Andr. Gamma. vbi ſup. in loco a deſcriptione, adeò clarè res, quæ deſcribit̄, demonſtrari debet, vt ab alijs facilè dignoſcat̄, & differens appareat, ſed demonſtratio, & deſcriptio Azonis ſuper definitione iuriſiurādi in litem rē claram nō demōſtrat ab alijs differētem, ſed in plurib. relinquit dubiam, ergo nō eſt bona. Quòd hoc ſit verum demōſtrat̄ primò, dum ponit iuſiurādum in litem eſſe, ſm ſuum ſingulare intereſſe, i. ſm proprium affectum (vt ꝯ. diceꝯ) æſtimationē facere, quod tñ ſemper verum nō eſt. l. in actionib. §. planè. ff. de in litē iur. l. tutor qui repertorium. ff. de admini. tuto. & tradit Purpur. in l. rogaſti. §. ſi fugitiuus. num. 3. 6. ff. ſi cert. pet. & dicemus inferius: nam nō ſolum iuratur in litem ob affectum, verùm ēt ob ipſam veram & cōem rei æſtimationem, & ob damnum paſſum, & lucrum ceſſans. l. nūmis. & ibi not. ff. de in litē iur. & dicemus ꝯ. Quid. n. ſi in rem, de qua lis agit̄, nullus affectus haberet̄? Iccirco negabitur ne iuramentum in litem ad veram rei æſtimationem ꝓbandam, vbi exiſtente affectu in rē aliàs daret̄? Certè nō, Rurſus deficit: qm̄, dum dicit eſſe æſtimationem iuratam, & aliud non aperit, reddit̄ dubia, an loquatur de iuro iudiciali ſuper æſtimatione rei a parte parti delato: nā in iudicio pars parti iuſiurandum defert, nō ſolum, an quippiā debeat̄, ſed ēt defert iurm ſuper qōne quanti res valeat, & ſic ſuper æſtimatione rei. l. ſi quis cum debitore. ff. de iureiur. Bart. no. in l. videamus. §. deferre. ff. de in litē iur. & Alex. ibi. & perpendit Ioan. Bapti. Caccialup. in l. admonendi. nume. 16. de iureiur. & ſic non ſufficit dicere, ꝙ ſit æſtimatio rei iurata per alteram partem litigantium facta, vel ꝙ ſit æſtimatio in alterum ex litigantib. collata: cum id conueniat ēt iuro iudiciali, quod a parte parti deferꝯ. Tertiò dico, ꝙ debebat declarare, & deſcribere iurm in litem per has demōſtrationes, ſ. ꝙ ꝓp dolum, vel contumaciam defertur. l. in actionibus. l. qui reſtituere. ff. de rei vendi. item ꝙ defertur a iudice. d.l. videamus. §. deferre. item & ꝓp difficultatem probationum. d.l. in actionibus. in fi. vbi omnes. l. ſi qñ. C. vnde vi. c. fin. ext. de ijs, quæ vi met. cau. ex ijs. n. demonſtrationibus fit clarum, quid ſit iurm in litem; quia deſcriptio per has demonſtrationes alijs non pōt conuenire, ſed ſolùm iuro in litem: & propterea Azonis definitio, ſeu deſcriptio cum ijs demonſtrationibus careat, remanet obſcura, & imperfecta. Alio modo Ioannes Bolognettus definit iuſiurādum in litem in ſua Repetit. d.l. in actionibus. num. 5. verſic. & definiri, ꝙ ſ. eſt æſtimationis litis, vel rei litigioſæ in iudicio aſſertę confirmatio, cum teſtimonio vocali ſeu mentali ad inducendam maiorem veritatis aſſertæ præſumptionem, quæ definitio q̄ *lit* probabilis, alij dijudicent. Nos verò ſic deſcribimus,

5 † iuſiurandum in litem eſt enarrare cum ſacramento a iudice ꝓp dolum, *vel contumaciam* aduerſarij delato actori, quanti faciat rem non reſtitutam, vel perditam, prout iura in ſuo caſu ei id permittunt; & tenendo hanc deſcriptionem iuriſiurandi in litem, non poſſum etiam ꝓbare opinionem Accurſij in d.l. in actionibus. §. planè, cum quo tranſierunt Bald. & Decius ibi num. 23. verſi. hoc efficaciter. col. 15. & Hoſtienſ. in ſumma huius tituli, dum voluit, ꝙ iurm veritatis propriè non dicatur iurm in litem, ſed illud propriè dicatur iurm in litem, quo de affectu in rem iuratur: nam ego alterius ſum ſententiæ, quòd

6 immò † iurm veritatis, ita propriè dicatur iurm in litem, ſicut iurm affectionis, & moueor: quia quamuis diuerſum eſſe iuſiurandum in litem, quod affectionis dr̄, a iuro veritatis fatear, attamen dico, non magis alterum altero iuſiurandum in litem propriè dici quàm homo, & aſinus, alter altero magis propriè dicatur animal; quia multum inter ſeſe differant qualitatibus. Quælibet enim ſpecies ſub ſuo genere æque propriè continetur, vt dixit Soc. in l. 1. in additio. ff. de vulga. & pup. l. ſemper in generalibus. & ibi not. de reg. iur. & tradit D. Alciat. in l. 1. nu. 68. ff. ſi cer. pet. & iurm affectionis & iurm veritatis habent ſe vt ſpecies iuriſiurandi in litem in gñe aſſumpti. Præterea id cō probo per text. in d.l. in actionibus. §. planè. vbi dr̄ in litem iurari, quod iurm eſt veritatis, vt oēs ibi tradunt, & nihilominus ibi nulla eſt nota improprietatis, idem in tex. l. tutor. qui repertorium ff. de admini. tuto. & alibi, ergo dicendum eſt, ꝙ nō minus rectè, & propriè dicatur iurari in litem, qñ de rei æſtimatione iuratur, quam, cum iuratur de affectu, quod & Ioan. Coraſius voluit lib. 6. Miſcella. c. 1. & hoc etiam poteſt confirmari, arguendo ab alluſione, vel ab etimo. de quo mox dicam, qđ argumentum non improbatur, vt per tradita per D. Alciat. in l. taberne. de verbo. ſignifi. docto. inſtit. de teſtam. in princip. & in l. 1. ff. eo. non enim minus rectè iurat in litem, ideſt in rem in iudicio deductam, qui iurat pro affectu, quàm qui iurat pro vera rei æſtimatione, vel pro dānis, & ſingulari vtilitate. Poſtremò conſidero, ꝙ iſta ſunt nomina magiſtralia iuramentum veritatis, vel iuramentum affectionis, vt atteſtatur laſo. in d.l. in actionibus. colum. 3. verſic. item aduertè, ergo diuerſitatem in iure inducere non debent, ut alterum altero magis propriè

7 iuramentum in litem dicatur. † Dicitur autem iuramentum in litem ex eo: quia in iudicio iuratur, ſecundum Azo. & Hoſtien. in eorum ſummis, exponentes verbum in litem, ideſt in iudicio, quod quàm ineptum ſit, alij iudicent, quamuis enim fatear in iudicio iurari; tamen ex eo nunquam id inferrem, cur non etiam cætera ſacramenta, tum litis deciſoria, tum etiam calumniæ, & id genus ſimilia, quæ & ipſa in iudicio præſtātur, rectè appellantur in litem? Itaq; nos dicemus rectius dici iuramentum in litem ex eo; quia in litem, ideſt in rem in iudicio deductam iuratur, vt dicit Ludo. Caronda lib. 3. veroſimil. cap. 8. quod iuramentum aliàs appellatur æſtimatorium, vt per laſo. & alios in rub. huius tituli, & per Bologne. in d.l. in actionibus, nam litis nomine propriè venit, quicquid in iudicium deducitur, ſeu deducendum eſt, vel venire poteſt l. litis. l. actionis. de verbo. ſignifica. & D. Alciat. id probat ibi ex humanioribus auctoribus, & tenuit Abb. Panor. in c. ex parte 2. de verbo. ſignific. & quemadmodum apud veteres dicebatur, quem in leges alterius iurare pro eo, quod eſt iurare leges alterius ſeruare teſte Plinio de viris Illuſt. ibi. aqua, & igni interdixit ei, qui in leges ſuas iuraſſet &c. & Cicero in oratione ꝓ P. Sextio, ibi, quaſi verò ille non in alias quoq; leges, quas inuſtè rogatas putaret, iam ante iurauit &c. ita quoq; dicebatur in litem iurare teſte etiam Cicerone in oratione ꝓ Roſcio Comędo, ibi, quod in Codice referre iniuriatus noluit, id in litem iurare non dubitet & c. in hunc quidem ſenſum, vt actor iureiurādo æſtimaret id, quod in iudicio petierat, & deduxerat, & de æſtimatione litis, ſeu rei litigioſæ vario modo faciēda tractat titulus pñs.

SVMMARIVM.

1 *Duplex iuramentum in litem.*
2 *Iuramentum veritatis.*
3 *Iuramentum affectionis.*
4 *Iuramentum in litem veritatis ſubdiuiditur.*
5 *Diuiſio iuriſiurandi in litem per Antonium Corſetum.*
6 *Quartum iuſiurandum, in litem additur per Auctorem.*
7 *Quintum iuſiurandum, quod actori pro æſtimāda iniuria ſibi facta defert.*
8 *Sextum iuramentum in litem veritatis, quod ad probandum ipſam quantitatem debiti, nullo rei dolo agenti defertur.*
9 *Leges frequenter puniunt mendaces.*
10 *Iuſiurandum in litem eſt valde exorbitans.*
11 *Iuramentum quod actori defertur ad integrandas probationes.*

Iuramentum in litem quotuplex ſit. Cap. II.

1 Poſtquam de definitione iuriſiurandi in litem diximus, ſequitur, vt videamus † quotuplex illud ſit: & Ioannes Coraſius lib. 6. Miſcella. c. 2. ſanè exiſtimauit, vnicum eſſe iurm in litem, quo modo ipſam rei cōem æſtimationem modo & illius quoq; ſingularē vtilitatem, & intereſſe (negādo ob affectionem ſolum iurari poſſe) ſolemus exponere. Sed Bar. in d.l. in actionibus. in prin. & Odofre. Bal. & Alex. & pleriq; in d.l. nummis. de in litem iur. & glo. in l. 2. § interdū. eod. tit. & Abb. in d.c. fi. extra de ijs quæ vi met. cau. duplex eſſe dicunt, & ita per Doctores cōiter diuidi iuſiurandum in litem

2 aſſerit laſ. in d.l. in actionibus. in 2. col. num. 12. † Quorum alterum iuramentum in litem veritatis appellant, vt cum proſequmur illud duntaxat, quod nobis re ipſa abeſt dolo aduerſarij, & nō aliqd vltra ex affectu expetimus. d.l. in actionib. §. planè. d.l. ſi qñ. d.c. fi. d.l. nūmis. l. fi. §. fin aūt tpe. C. de iur. dom. impe. qđ iuſiurandum in locum probationis, quæ ſit facta difficilis, defertur ſm Abb. in conſi. 109. in fi. in 2. vol. & alios in d.§. planè.

3 de quo nos ſuo loco. † Alterum affectionis eſſe aiunt, vt cum ſupra veram rei æſtimationem ex proprio, & ſingulari affectu quid efflagitando iuramus: de hoc loquitur tex. in l. ſi tutor. ff. eo. tit. noſtro. l. qui reſtituere. & d.l. videamus, & hoc contingit ꝓp rei reſtitutionem non factam, iurib. præall. vt ſuo loco declarabo, quæ diuiſio bimembris improbanda nō eſt, iuxta do-

4 ctrina in gl. & Bal. in ſumma. ff. de ſtat. hominum. † Sed ſubdiuidi poteſt in alias partes: nam iuramentum in litem veritatis duplex eſt, nam iuramentum in litem veritatis eſt vnū, qđ defertur

Source : BIU Cujas

fertur pro ſola rei eſtimatione cõmuni ⁊ actione nõ arbitraria, vt dicebat Ant. Conſet. in rub. ext. de iureiu. col. 4. verſ. aliud eſt iuramentũ, vt in caſu d. §. plane, & d. l. ſi quando & d. c. fi. & hoc accidit propter dolum, vel delictum aduerſarij, & difficultatẽ
5 probandi rem, quæ nõ extat, vt in iuribus prælegatis. † Aliud eſt, quo iuratur ſingularis vtilitas, vel intereſſe in actionibus arbitrarijs, vt inquit Corſetus vbi ſup. quando ſcilicet ad p̃ceptũ iudicis rerum peritarum nõ fit reſtitutio; nam hoc caſu conceditur omnes vtilitates pecuniarias iurari, ꝓpterquas quis vellet reſtitutionem rerum ſuarum ſibi factam fuiſſe. d. l. nummis, & de hoc tradunt Paul. de Caſt. & Ialſ. in rub. eo. & Maran. in Spec. aur. in ſecũda parte principali in ix. actu. & Bar. Bal. Odofre. Fulgoſ. Paul. de Caſt. Alex. Dec. Ialſ. & cæteri omnes in d. l. nummis, & Vld. Zaſius in rub. eo. nu. 4. Iaco. Renal. in l. j. c. 5. fo. 44. C. de ſent. quę pro eo. & Ferra. in pract. Papiẽ. in forma li. in actio. reali in verbo & florenos, nu. 32. col. fin. & hoc ſolent vocare iuramentũ in litem ob intereſſe extra rem, vt per eos ibi, & Ioã. Bolognettus in d. l. in actionibus. nu. 29. verſi. & ſi dicatur, dicit ꝙ hoc iuramentum, quod communiter doctores appellãt veritatis, eſt iuramentum affectionis, non quia ſatisfactio illa animi in rem ſit æſtimanda, ſed quia æſtimando rem, vel factum, ad quod reſtituendum agebatur, eſtimantur vnà omnes commoditates pecuniariæ, & non pecuniariæ, & extrinſecæ, & intrinſecæ, ex quibus pretium rei propter contumaciam aduerſarij creſcit. l. ſemper. § hoc interdicto. ff. quod ui aut clam. vbi ob ędificium contra ius reale ſuæ ſeruitutis fabricatum, ſi non deſtruatur, prout petijt, iuratur in litem, & intelligit iuramẽto affectionis Bolognettus, non quia affectus eſtimetur, cum nullus in eã rem habeatur. Sed omnes ſingulares vtilitates propter quas deſiderium demoliendi illud opus, & ſibi cõſeruandi in tegrũ ius ſuę ſeruitutis creuit. hoc etiam diffuſius explicat præfatus Bolognettus in d. l. in actionibus. nu. 59. verſ. ſed principale, & in l. 1. nu. 76. verſ. in caſibus vero. C. de ſent. quæ pro eo. quod te ſcire volui, tum quia huius rei effectus eſt maximus ſecũdum Bolognet. tum vbi ſupra, vt dicã ſuo loco, tum etiã, quia ſæpe doctores dicunt deferri iuramentum in litem affectionis in caſibus, vbi nulla poteſt eſſe affectio, vt ſcias eſſe iuramentũ ſingularis vtilitatis, & ſi poſſibile eſſet ibi ꝑſiderare, vel cadere affectũ, & affectus ipſe æſtimaretur, quodcunq; aliud cõ ingẽs circa eã rẽ venit in iuramentum, quod quidem nullo modo venit in iu-
6 ramẽtũ veritatis, de quo in d. §. planè, & dixit ſuperius. † Iis ſubdiuidendo ſecundo loco, addendum eſt quartũ iuramentum in litem veritatis, qñ pro rebus ipſis, verbi gratia in vi ablatis, quot & quales fuerint iuratur in litem, de hoc mẽtionem facit ſummus Pontifex in d. c. fin. ibi proprio iuramento probauerit ſingula, quæ amiſit &c. tex. in d. l. ſi qñ. & D. Carol. Rui. in conſi. 29. nu. 10. & nu. 11. in vol. 5. voluit ideo, quòd liceat in litem iurare pro quantitate, & qualitate rerum & bonorum mobilium, quæ in inuentario per tutorem erant deſcribenda, & non fuerunt deſcripta, iurãdo contra eum, quot & quales erant, & Antonius But. prout refert Abb. in d. c. fi. nu. 7. col. 3. & Ialſ. in d. l. ſi qñ. nu. xlvi. col. antepen. exiſtimauit, quòd vnum iuramentum ſit præſtandũ ſuper qualitate, & numero rerum amiſſarum, & alterum iuramẽtũ ſuper earum eſtimatione, & in pratica ego obſeruaui in iudicando in quadam cauſa ad me deuoluta per appellationem, in qua contra cauponem de non reſtituto in uolucro, ſeu fardello hoſpiti datũ fuerat iuramẽtum veritatis, ad probãdũ quid in eo eſſet, & cũ fuiſſet iuratũ in eo fuiſſe pannũ ſericum, ad probandũ æſtimationem illius fuit aſſignata dilatio; qñ facile dicebatur poſſe illius pretium probari, & propterea tutiorẽ partem eligendo, nolui, ad dubiã iuriſiurandi in litem probationẽ, cũ in promptu eſſet certa probatio, confugere, in hoc ſecutus conſiliũ Decij in d. l. in actionibus. 30. in fin. & auctoritatẽ gl. in l. 2. in gl. fin. ff. de in litẽ iur. quæ non vult, cũ certa probatio haberi poteſt, ad hanc iuriſiurandi deuenire, & ex prædictis Bar. in d. l. ſi quando. col. 2. verſ. ſecundò opponi, & ibi Ialſ. in col. 3. in 5. not. nu. 15. verſi. vnũ tamen aduerte, & Abbas in d. c. fi. quærunt an in libello formando in caſu prædictorum iurium, ſit neceſſe exprimere res ſigillatim petendo, ſi extant, ſi non extant earum pretium, & per doctores quoque fuit dubitatum, an ſemper in omni caſu, quo defertur iuramentũ
7 veritatis, poſſit iurari pro rebus ipſis: an verò pro earum æſtimatiõe dũtaxt probãda; de qbus ſuo loco nos dicemus. † Quãtum iuſiurandum prætereundum mihi non videtur, quo iniuriam nobis illatam æſtimamus iurando, vt puta, quod pro viginti aureis nollemus illa iniuria nos affectos fuiſſe, vel id dedecus paſſos fuiſſe, de quo quidem loquuntur Soci. in conſi. 546. vol. 1. & Alex. in cõſ. ccxii. nu. 4. in 2. vol. gl. in §. pœna. vbi Aret. & alij inſtit. de iniur. Bar. l. iniuriarũ æſtimatio, & in l. conſtitutionibus. ff. e. & gl. pulcherrima in c. ſi canonici. §. ſcituri ī verb. dãnis. & ibi Dñi. de San. Gemi. de offi. ordin. li. 6. & doctores in
8 d. l. ſi nõ cõuitij. C. de iniurijs, & ꝑ Iaco. Renal. in d. l. j. C. de ſent. quę pro eo. † Sextũ iuramentũ in litẽ veritatis cõmemorat Cępo. Veronẽ. in caut. ccx. incip. aliquis mutuauit, quod præſtatur ẽt ſi nullus aduerſarij dolus redarguatur, atque factũ ſui natura non fit difficilis probationis, ſcilicet, quando plenè probatur de debito, vt mutuo, ſed nõ illius debiti quantitas: hoc caſu iudex actori inramentum in litem veritatis deferret ſuper quantitate mutui, facta prius ex veroſimili coniectura taxatione, ita tradit Cępol. in d. caut. ccx. ex opinione Raynerij de Foroli. in l. j. ff. de in litem. iur. aſſerentis, quòd ita fuit iudicatum per d. l. j. & d. l. in actionibus, quod q̃dẽ aſteriſco notandũ eſt, & ꝑ ſingulari deciſione id adnotat Hippoly. Marſi. in ſuo ſingu. 322. ī cip. iuramẽtũ, & probat Petrus Rebuffus in repe d. l. j. A. de ſenten. quæ pro eo. nu. 293. verſi. item ſi probo, & Vldar. Zaſius in conſi. v. nu. 114. & Deci. in conſi. ccccxxxvj. numer. 12. verſi. tertio reſpondetur, & in conſil. cxlvi. num. 14. & Alexand. in conſil. clxxxix. nume. 26. volumi. 6. & Hippoly. Marſil. in l. i. §. idem Cornelio. num. 6. ff. de quæſtio. & in ſingula. dcxxxix. nuper. & Hierony. Grat. in conſi. lxvi. nume. 8. colum. 2. verſi. item conſiderandum eſt, in volu. 1. reſponſ. vbi dicit, ꝙ quando damnum & intereſſe ex contractu nõ adimpleto eſt probatum, licèt quantitas nõ probet, de quantitate probanda ſtandum eſt ſacramento actoris, ſiue contractus ſit bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris ille fuerit. Et nouiſſime Aymo Crau. hanc quæſtionẽ diſputauit, ac diffusè tractauit ſe pro hac parte reſoluendo, in tract. ſuo de antiquita. temp. in prima part. nume. 268. verſi. ſecundò limitatur, vbi etiã aliquos citat & primò conatur ſuſtinere in terminis ſupraſcriptis opinionem Raynerii: Secundò declarat in terminis, quando ſubeſt dolus ſecundùm iuris regulas, quæ, vt actori iuſm in litem deferatur, dolũ prius ſubeſſe requirũt, vt dicetur in ſequenti par. in 2. membro; Nos referemus eius dicta, & ſubinde ſuper iis iudiciũ noſtrũ qualecunq; ſit interponemus; Aymo. igitur limitando materiam, ꝙ libris rationum non creditur ad fauorem ſcribentis, punit quæſtionem, in qua conſuluit Petrus Philip. Corneus in conſil. cccxviii. in fine libro 4. quòd, ſi mulio merces vehendas Florentiam conduxerit, culpaq; ſua eas amiſerit, & id mulio non neget, ſed quæſtio ſit ſuper quantitate, vel qualitate mercium probanda: ſtãdum ſit ſuper quantitate libro mercatoris, eiusq; iuro, & inde iudex arbitrabitur, quanti mulio ſit condemnandus, ſicque incidit in quæſtionem, an ſuper quantitate ſtandum ſit ſacramento actoris, qñ nõ ſubeſt dolus, ſtante debiti probatione, & ꝙ ſtandum ſit, adducit doctrinam Bar. in l. admonendi. colum. 8. verſic. quæro quid ſi teſtes. de iureiuran. vbi quando ex teſtibus uel actis conſtat de ueritate debiti, licèt non probetur certa quantitas, tamen ſuper quantitate, inquit Bartol. dicto creditoris ſtatur, ſi aliquæ adſint de hoc coniecturæ, puta quia probetur tot mutuo debitorem ab eo petiiſſe. Subditq; Aymo, quòd Rayneriusin d. l. prima. fortius id uoluit, etiam, quando nullæ ſubeſſent coniecturæ, & quòd ſatis eſſe ſubſtantiam debiti probaſſe, licèt non eius quantitatem credidit; quia de quantitate creditoris ſacramentum erit ſufficiens probatio, & citat Cępolam ubi ſupra, & Deci. in l. certi ꝙdictio. §. quoniã. colum. 3. circa medium. ff. ſi certum peta. & in dicta l. in actionibus. colum 4. ad fin. & in l. fina. colum fina. C. de eden. & in capit. j. extra de probat. Sed dicit hanc deciſionẽ Purpurato ſocero ſuo in d. l. admonendi. nume. 265. ſemper uiſam fuiſſe duram, & nequaq̃ verã: quia paria ſunt non probare, vel obſcurè ꝑbare. l. duo ſunt Titij. de teſtam. tut. l. in lege Rutilia Polla. ff. de cõtrahen. emptio. l. de ætate. §. nihil intereſt. ff. de interrogato. actio. ſed creditor probans mutuum, ſi non probat eius quantitatẽ, obſcurè probat, & obſcura probatio non valet. c. in p̃ſentia cũ vulga. extra de ꝑba. vel eſt quid incertum, ſoluendoque minimum, liberaretur l. legato generãliter. & ibi not. de leg. 1. & videtur abſonum nullo ſubſiſtente debitoris dolo, ſtari in hoc iuramento creditoris, qui ferè in immẽſum poſſit iurare, quod non conceditur niſi in caſu doli, vt in materia iuriſiurandi in litem. Hanc Purpurati impugnationem Aymo. repellit ea ratione; quia ea attenta improbanda eſſet etiam præfati Bartoli doctrina; ſi quidem incertitudo non tollatur ex eo; quoniã teſtes probent certã quantitatẽ eſſe petitam: nã multoties amici à nobis petunt plus, quàm eis cconcedatur, & ideo teſtes deponentes de tractatu contractus, niſi de illius concluſione deponant, non probant contractum ſecundùm gloſſ. in l. eleganter. in verſicul. puto. ff. de conditio. indebi. Bald. in capitu. fina. extra de iuram. calum. & Deci. in conſil. xj. & nihilominus Bartoli doctrina procedit, ea incertitudine nõ obſtante ſecundùm doctores, & ideò in hoc quoque caſu (inquit Aymon) huiuſmodi incertitudinem obeſſe negabimus: talis enim incertitudo quantitatis non facit, quominus p̃ctus dicat certus; cùm per iuſm creditoris certificari poſſit, argumen. l. hæc venditio. §. 1. ff. de p̃h. empt. Oldra. in conſi. lxj. colũ. 2. à ſimili arguit de libello incerto, qui nõ dr incertus, ſi ex poſt certificari p̃t Abb. in cap. ſignificãtibus. de lib. obla. itẽ & de tritico, quod in gñre fuimus ſtipulati, ſtipulatio ratione incertitudinis non vitiat, ſi ex coniecturis ꝑbabilibus certificari queat. l. triticũ. vbi Bar. & doctores de verb. oblig. Ad ſecundum Purpurati fundamẽtũ reſpondebat ipſe Aymo. quòd abſurdum nõ eſt, probata ſubſtantia contractus ſuper quantitate ſtari ſacramento creditoris,

Source : BIU Cujas

ris, ceſſante etiam dolo aduerſarij extra caſum iuramenti in litem: nam dicit ipſe, quòd in iuramentum in litem ob dolum aduerſarij plus deducitur, quàm in hoc, cum ratione doli non ſolum quantitas & æſtimatio, verùm etiam ſubſtantia debiti, ſeu res ipſæ per iuramentum probantur, ex eo enim, ꝙ probo, verbi gratia, vim, ſeu incendium domus meæ ab aliquo factũ, tam ad probationem rerum ipſarum q̃ earũm quantitatis præcedente indicis taxatione, iuramento meo ſtabitur, & ſic per illud iuſm probatur, & quantitas, & ſubſtantia debiti; ſecus in caſu Raynerij & Bar. in quo agitur de ꝓbanda duntaxat quantitate debiti & nõ ipſum debitum, & ſenſit in hoc, quod dicunt doctores ad probandum contractus qualitatem, ſeu rerũ æſtimationem ſufficere leuiores probationes, q̃ ad probandum ipſum cõtractum, vel res ipſas, vt dixit Ioã. Bolognettus in d. l. in actionibus, & Berengarius Paulacus in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. Secundò reſpondet Aymon. (& hic mutat terminos qõnis) Raynerij deciſionem procedere, qñ reus negaret, aliquid debere, & mox actor eum de mendacio conuinceret probando debitum, tam & ſi illius quantitate probanda deficeret, nam ob mendacium, quod ſine dolo nõ eſt. l. ſi quis affirmauerit. §. 1. l. quod venditor. ff. de dolo. l falſus. §. ſi quis. ff. de furt. aduerſarius iuſo actoris ſubijcietur, † qñ quidem leges mendaces frequenter puniant ac varijs pœnis coercere, & reprimere tanquam doloſos ſoleant, l. cum de indebito. ff. de ꝓbatio l. ſi. ff. de rei vendi. & vltra allegata per Aymonem multa congeſſit Hipp. Marſi in rubri. de fideiuſ. nu. 3 && Dynus in regu. nullus. in 6. Arno. in cõmen. 84. & nos in ſpecie iuriſiurandi dicemus infra ſuo loco. in ijs igitur terminis Raynerium, & ſequaces, quod prius fuerit negata contractus ſubſtantia, intelligit, quod ait, ſe elicere ex eo; quia dicunt neceſſariũ eſſe, prius probari per teſtes, vel acta ipſam debiti ſubſtantiam, ergo præſupponunt eam negatam fuiſſe; alioqui ſi reus fuiſſet confeſſus, fruſtra de probatione facta dixiſſent, quæ concluſio probatur per Paulum de Caſtro in cõſi. 302. ergo Paulus. in vol. 2. in nouiſſimis, vbi terminis tenuit, iuramentum in litem veritatis deferri cõtra eum, qui negata intentione agentis in mendacio deprehenſus eſt, vt ad ſummam petitã condemnaretur, & adducit etiam Paulum de Caſt. in conſi. 87. quantum. lib. 2 vbi periurium reum aggrauare in probationibus voluit, & ad hoc ẽt facit quod, dicit idem Caſtrenſis in conſi. 33. 1. in cauſa Syluestri. vol 1. & Roma. in conſi. 8. & Alex. in conſi. 63. lib. 1. & Dec. in l. 2. col. 2. ff. quod quiſq; iur. quos ipſe allegat. & videtur probare Ioan. de Imol. in conſi. 2. dum in quæſtione ciſtæ apertæ facit differentiam, an is contra quem petitur iuramentum in litem deferri propter ciſtam apertam, quam actor penès eum depoſuerat, negauerit eam ſe habuiſſe, & demum conuincatur de mendacio, an verò ingenuè confeſſus ſit ſe habuiſſe, ſed neget in ea fuiſſe, quæ actor dicit, primo enim caſu per iuramentum in litem procedendum eſſe, in ſecundo aliter dicit, vt latius ibi per eum. Ego, vt meam ſententiam ſuper ijs dicam, imprimis arbitror, non prorſus rectè reſpondiſſe Corneum in d. conſi. 318. & profectò mihi videtur eum argumentando fallacia vſum fuiſſe, nam fatetur ipſe, ꝙ mulio propter res in itinere perdita ſua culpa non ſit cogendus iuramento in litem mercatoris cauſa eas probandi ſtare; quia ex communi iuris regula iuſm in litem non defertur niſi ꝯ doloſum. d. l. in actionibus, vbi omnes tradunt, & alibi ſæpe. Et tñ qõnis terminos conuertens ſubdit, ꝙ quia conductor tenetur ad factum ipſum, ſcilicet vehendi, ſi non præſtat factum illud, tenetur ad intereſſe locantis; loco enim obligationis facti ſuccedit obligatio ad intereſſe l. ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſus. de verb. oblig. vbi omnes. Sed iudex, ſi actor non probat ſuum intereſſe, non propterea debet reum abſoluere. l. ſi quod ex Panfila. vbi Barr. de leg. 2. Bolognettus, & alij recentiores in d. l. 1. C. de ſen. q̃ pro eo, ergo iudex in hoc caſu ſtabit ſacramento actoris arbitrando, & taxando, prout ſibi videbitur conuenientius, nanq; Ioã. de Plat. in §. præterea. col. fi. ad fi. inſtitu. de actio. dicit intereſſe per actorem nõ probatum, iudicem ſubtili indagatione ex officio æſtimare debere, & modò dico, ꝙ aut Corneus intelligit de intereſſe reſultante ex facto ipſo vehendi merces nõ adimpleto, & tunc nõ video quomodo iudex poſſit æſtimare iſtud intereſſe facti, ſi de facto ipſo quale fuerit, ſeu de quibus rebus vehendis actũ fuerit, adhuc nõ conſtet; qa nõ entis nullæ ſunt qualitates. l. eius q̃ in ꝓuincia. ff. ſi certũ pet. Bal. in l. actor. C. de ꝓbat. Soci. in conſi. 150. qũo æſtimabit id, quod non apparet? aut intelligit de intereſſe, ideſt de æſtimatione mercium perditarũ, & tũc idem ẽt dicendum eſt, ꝙ non poteſt iudex merces, ſeu res, quæ non probantur, & ipſe ignorat æſtimare. l. in actionib⁹. §. planè, nſo tit. Nec doctrina Bar. in d. l. ſi quod ex Pãfila, & aliorum vbi ſup. põt intelligi, niſi in caſu, qñ prius ꝓſtaret de ipſis reb. & iudex earum qualitatem & quantitatem nouit. vñ æſtimationem eius, quod nouit, facere valeat, & ꝓpterea Cornei argumentũ fallacia nõ carebat, & eius cõſultatio erat contra iuris regulam, ꝙ. ſ. contra culpoſum iuraretur in litem. Nõ nego tamen, quin iudex ex loci conſuetudine, vel ex perſonarum, & negocij qualitate poſſit recipere, ac admittere ꝙ plenis, & ſufficientib. probationib. quæ probationes alioqui cõcludẽtes non putarentur, per ea, quæ tradit Alex. in cõſi. 53. in 2. vol. cum præſertim materia probationũ ſit arbitraria, vt dixit Paul. de Caſt. & Modern. poſt eum ibi, in d. l. admonendi, Decius in conſi. 510. in 1. col. & in cõſi. 463. in col. fi. Et ꝙ ſic potuerit in caſu Cornei meritò credere libris mercatoris accedente illius ſacramento ad probandum merces mulioni deferendas datas, prout in alio caſu credi iuſo actoris mox dicam, ſed prorſus dãno rõnem, per quam dixit iurandum eſſe cõtra mulionem ꝓ prædicta. Et, vt proprius ad rem noſtram accedamus, Purpurati opinionem cõtra plerosq; probo: quam etiam amplectitur Io. Bolognettus in d. l. in actionib. num. 86. ꝙ. ſ. non ſit dandũ iuſm creditori ad probandum debiti quantitatem, ſi dolus aduerſarij nõ ſubſit, & ita ſm hanc opinionem vti æquiorem, & tutiorem iudicarem, quàmuis tãtorum Patrum auctoritas aduerſetur, † nam uix iura concedunt, ꝙ ſtante dolo aduerſarij ſtetur actoris ſacramẽto, & ideò Cyn. multum de eo exclamabat, ꝙ vnus teſtis in cauſa propria plenam faceret probationẽ, vt refert Iaſ. in d. l. ſi qñ. num. 16. col. 2. Corne. in cõſi. 82. quãquã. num. 5. col. 3. vol. 4. & Deci. in d. l. in actionib. nu. 27. & Bologn. ibi num. ... & Hiero. Cagno. in l. 1. num. 126. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter. & Andre. Barb. in c. propoſuiſti. col. 10. ext. de probat. ergo tanto minus illud deferri debet, vbi nullus allegatur aduerſarij dolus, in quo fundatum iuſiurandum in litem aduerſum communes iuris regulas fuit, & ſic ad hunc caſum doli deficientis nullo modo extenden dũ eſt, c. odia, & ibi not. de regu. iur. c. quæ a iure, eod. tit. l. cum quidam. & ibi not. de lib. & poſthu. Nec obſt. prælegata Bar. doctrina in d. l. admonẽdi, nam poſſet procedere in materia ſua, ꝙ diceretur ſufficienter probata quantitas mutui, ex teſtibus deponentib. vt puta, de petitione, qñ, quamuis non probet ꝯctum tractatus, iuxta allegata per Aymo. vbi ſup. põt iñ dici declarare ꝯctum celebratum per partes, qualis fuerit; quia ex tractatu ſæpe præſumit ad cõtractum. l. Titia. §. 1. vbi Iaſ. poſt alios de verb. oblig. Doct. in l. ita ſtipulatus. eo. tit. & Matth. de Afflict. in deciſ. 375. & Ludou. Gozad. in conſi. 90. Bald. in l. multum intereſt, ſi quis alter. vel ſibi. & eſt doctoribus in materia ſimulationis frequentiſſimus locus capiendi præſumptionem ad contractum, non ꝓpterea inferemus ad hoc, ꝙ probato debito, de eius quantitate ſacramento actoris ſtetur, quid habet commune vnus caſus cum alio, ſeu vna quæſtio cum alia? præſertim cùm iuſm non ſit probatio, ſed ab onere probandi exoneratio. l. eum qui. ff. de iureiur. Andr. Sicul. & alij in rubr. ext. de prob. Corn. in d. conſ. 318. in col. 2. quatenus non colligeretur ex tractatu pſumptio, & ſufficiens probatio ad contractum, nõ credo voluiſſe Bar. in d. l. admonendi, ꝙ pro quantitate probanda eſſet actori iuſm veritatis deferendum: quia id non dixit, & ſi dixiſſet, profectò id eſſet cõtra præfatas iuris regulas & hmõi dictum mihi videretur reijciendum, & Bar. ſi erraſſet in vno, ꝙ haberetur ꝓ plena probatione quantitatis ſola mutui petitio, vbi habenda nõ eſſet pro ſufficienti, erraſſe dicendus non eſt, & in iſto, ꝙ pro quantitate probanda actori hmõi iuſm deferatur, cũ hoc in iure ſuſtineri poſſe non videatur; quia inconuenientia non ſunt multiplicanda, iuxta notata in l. ratas. C. de reſcind. vend. & iccirco rñſio Aymo. Crauetæ ad fundamentum Purpurati de incertitudine non procedit, per ſe fundata in d. Bar. doctrina, quæ, vt dixi, põt eſſe vera, & nihilominus rõnem Purpurati non elidere: Nec ẽt illius fundamentum eſt verum, ꝙ non dicatur contractus incertus ſacramento creditoris certificandus: quia immo eſt incertus, cum nemini ad ſuum fauorem credatur. l. nullus. l omnibus. C. de teſtib. l. exemplo. C. de probat. & ſic non poteſt certificari, & textus in d l. in vendentis, cum concordant. non obſtat: quia illius dicto, cum ſit tertius, cui cõtrahentes ſtare conuenerũt, fides præſtatur. l. ſi quis arbitratu. & ibi not. de verb. oblig. & concord. & propterea ibi cõtractus certificari poteſt, & tota differentia eſt in hoc, an ſit tertius, vel alter ex contrahentibus, a quo contractus certitudinẽ accipiat, nam contractus nec in voluntatem creditoris, nec debitoris conferri poteſt quamuis in tertium conferri nõ ꝓhibeatur, vt tradunt vltra alios Alexã. & Iaſ. in l. a Titio ad fin. de verb. oblig. pariter ad ſimile de certitudine tritici promiſſi per ſtipulationem, reſponderur procedere, quando certitudo non eſſet expectanda ab ipſomet creditore, ſed aliunde per ſupradicta. Minus videtur efficax ratio Aymo Crauetæ, ꝙ hic ſola quantitas per iuramentum probetur, vbi autem eſt dolus, per iuramentum actoris probetur & quantitas: & ſubſtantia debiti, ideſt omnes ipſæ res. Nam reſponderi poteſt, ꝙ iſta reſponſio videtur verbalis, præterea nihil infert, & profectò non magis, q̃ ſi quis dicat, Rex habet duas Ciuitates, ergo ego habeo vnam, vel habere debeo, & quòd ad probandum quantitatem leuiores probationes ſufficiant, nihil infert, quòd credi actoris ſacramento debeat. Dum aũt Aymon. intelligit Raynerium & ſequaces in ijs tantum terminis ſuam concluſionẽ firmare, qñ debitor negaſſet etiam ſubſtantiam debiti, & de-

indè

indè eo probato mendax conuinceretur, non autem quando debitum fuisset confessus, puto hanc illius conclusionis restrictionem esse contra mentem doctorum. Indistinctè enim voluerunt, siue debitor confessus fuerit, siue debitum negaueris, standum esse de quantitate dicto creditoris, nec aliud ex eo infertur, quòd prius constare de debito dixerint oportere, quinimmo si eorum verba magistralia perpendenda sunt, patet ꝛrium; nam dicendo, ꝙ prius de debito constare debet per testes, vel per acta, intelligunt etiam, si constaret ꝑ confessionẽ; cum confessio sit de actis, vt in tex. c. quoniam ꝛ, vbi Deci. Lanf. an de Orian. & cæteri, extra de proba. vis enim copulatiuæ; &, positæ inter verbum testes, vel acta, infert diuersitatem inter copulata. Glo. in rub. ff. de iur & fact. igno Præterea si ad terminos doli præfata conclusio restringeretur, non esset singularis, immo regularis, ſm cões iuris regulas, quam tñ pro valde singulari notant Hippol. Marsil. Cępola, Decius & alij in locis præallegatis. Considerabam etiam ꝛ Aymo. ꝙ dicta conclusio restricta ad terminos negati debiti esset hodiè parui momenti; quia pęna negantis non habet locum, qñ negatio fit per illã gñalibus verbis concepram clausulam, quæ omnibus forensibus & causidicis est tritissima, nego narrata prout narrantur, & petita prout petuntur, quæ clausula conseruat negantem ab omni pęna ob negationem imponenda: & latè deducit Hipp. Marsil. in rub. de fideiuss. nu. 339. versi. quæ conclusio; & qñ etiã in specie negasset debitum, facilè excusaretur, vt tradit Iaco. de San. Georgio in tract. feudi, in ver. dictiq; vasal. ꝓmiss. nõ com. felo. col. 9. versi. addite ꝙ quibus, vbi dicit, requiri dolum, vel latam culpam, & aliàs dici solet, ꝙ quælibet causa etiam iniusta & temeraria excuset a pęna, & a dolo. l. igitur. §. & generaliter. ff. de lib. cau. Alex. in consi. 233. in vol. 6. Hippol. Marsil. in l. patre. nu. 24. ff. de quæstio. Præterea non video aliquo modo in iure probari, ꝙ neganti debitum hæc pęna imponatur, quando quis negat debitum calumniosè litigando, speciales pęnas a lege statutas habemus, vt scilicet in expensis condemnetur. l. eum quem temerè. ff. de iudi cum concord. nescio qua ratione hæc sit superaddenda; cum præsertim regula stet in ꝛrium. c. odia de reg iur. lib. 6. l. interpretatio. ff. de pęn. dicam etiam, si ratione mendacij sacramentum creditori deferendum est, ran quam in casu doli, cur illud non defertur de quantitate, & debiti substantia? iuxta terminos. d. l. si qñ. & d. l. in actionibus. § fi. & d. c fi. cur Aymon. præsuppositio ex mendacio dolo, facit differentiam supradictam inter casum doli, & hunc casum mendacij quod dolum continere ait? & propterea credo dicta Aymon. in hac cõclusione de iure nullo modo procedere, & opinionem Rayneri, & aliorum supra relatam in iure defendi vel sustineri non posse, & Paulus de Cast. in d. cõsi. 302 ego Paulus, non videtur lege suam consulationem firmare, & non magis cõis opinio per eum probatur, q̃ per cæteros præallegatos. Nec etiam obstant aliæ decisiones supra adductæ, ꝙ mendacium dolum sapiat, & malam præsumptionem faciat; quia id fateor interdum esse verum, non tñ concedo, ꝙ ꝑꝑ debitũ negatum possit hoc iuramentũ veritatis actori deferri, nisi alius dolus interueniſſe arguatur, vt in casu Imolæ in consi. 2. arguebatur ex mendacio, scilicet ꝙ cistam commendatam aperuisset, ꝙ est crimen, vt dicetur suo loco, ex quibus sic ꝛ Aymonẽ, & cõem doctorum opinionem in hoc texto iuramento videtur residendum. † Huic proximum est illius iuramentũ, quod actori defertur ad integrandas probationes, vt puta ego tutor, vel alius administrator reddens rationem meæ administrationis, produco Codicem rationum, & computorum, ex quo volo probare pro pupillo, vel domino meo multa impendisse, & opponitur mihi libro meo credendum non esse, casu hoc mihi creditori datur iuramentum ad integrandam probationem mei Codicis, si multa ex illius partitis probaui, vt pro reliquis mihi fides adhibeatur, & ratio est; quia facile non est in singulis negocijs testes habere, vel instrumenta de ijs conficere, ita determinat pluribus consulendo And. Barbat. in cons. 62. in 2. vol. & Paulus de Cast. in cõs. 144. aliàs 140. aliàs 138. secundùm impressionem antiquam, & incipit ad benè examinandum, secundùm verò nouam cõs. 302. aliàs 299. in 2. lib. & Corne. in d. consi. 81. quanquam. in vol. 4. Petr. de Ancha. in consi. 436. in ijs dubijs. Ias. in d. l. admonendi. nu. 81. & ibi Rip. nu. 116. versi. item sciendũ, & Lanfranc. de Oria. col. 12. versi. quintus casus, & alij repetẽ. ibi, Dec. in l. 1. nu. 4. C. de eden. & in c. 2. nu. 17. ext. de fide instr. Ay. Crau. in cõs. 198. nu. 6. & in d. tracta. de antiqu. tempo. in 1. par. nu. 253. vbi hanc qõnem qñ libris ad fauorẽ scribentis credatur. per nouem requisita diffusissimè disputat, quæ hic transcribenda non sunt, & D. Carol. Ruinus de hoc iuro sequendo Castrensem meminit in d. consi. 29. col. 6. in vol. 5. & firmat Petrus Paulus Paris. in consi. 90. in col. 2. vol. 1. & Socin. in cõs. 192. in col. fi. in 2. vol. Thom. Gram. in cõs. 158. in cã, in cõsilijs ciuilib. & Mod. Paris. in consuet. Paris. §. 6. gl. 6. num. 25. vbi declarat, quando codex rõnum dicatur rectè cõfectus, & qd cõtinere debeat, quod facit etiam Rip. in d. l. admonẽdi. num. 116. versicu. item sciendum, circa quod nõ puto necessarium pluribus insistere, & hactenus quò ad iurisiurandi in litem diuisionem.

SVMMARIVM.

1 *Tempore Moysis iusiurandum in litem in vsu fuit.*
2 *Ius Diuinum, Pontificium ac Cæsareum de iuramento in litem disponũt.*
3 *Cur de iure canonico titulus de iureiurando in litem non habeatur.*
4 *Quò ad formam iusiurandum in litem est de iure ciuili.*
5 *Tradita in testamento in veteri sunt triplicis generis.*
6 *Moralia sunt de dictamine naturæ.*
7 *Intentio legis humanæ quæ sit, & quæ legis diuinæ.*
8 *Cæremonialia quæ sint.*
9 *Cæremonialia fuerunt ad tempus, & sunt mutata.*
10 *Quæ sint iudicialia.*
11 *Stipulatio fuit de iure veteris testamenti cognita.*
12 *Imperator, nec summus Pontifex, testamento derogare non potest.*
13 *Iudex secularis in spiritualibus potest ea, quæ sunt facti, & non iuris cognoscere.*

Iuramentum in litem de quo iure sit. Cap. III.

Tertia est disputatio, quo nam iure iusiurandum in litẽ esse existimandum sit an de iure diuino, Pontificio, vel Cæsareo † & ego reperio ꝙ tempestate Moysis, vsque id in vsu fuisse vr, nam scriptũ est in Exodo c. 21. ꝙ, si quis mulierem prægnantem percusserit, & abortiuum quidem fecerit, mulierque superuixerit, subiacebit damno, quantum maritus expetierit, & arbitri iudicauerint, quod porrò quid aliud est, q̃ ꝙ suum affectum erga abortiuum maritus iureiurando declaret & iudices effrenatam affectionem moderentur, atq; taxẽt iuxta tex. in d. l. in actionibus. & in d. l. videamus. §. pen. concordantibusq; † in constitutionib. Pontificum datur in odiũ male factorum iurm actori, iudicis taxatione præcedente, d. c fi. extra de ijs, quæ vi met cauſ. c. imprimis. §. glorioſus, & ibi gloſſ. in verſ. expendiſſe, & Archidiac. ibi. 2. q. 1. & in c. induciæ. § quod fieri. & ibi glo. in verſic. iurauerit. 3. q. 3. quod iurm licèt veritatis ſit, & expreſſim de iuramento in litem affectionis in iure Pontificio, quicquam non reperiatur, tñ diſpoſitio loquens de vno, debet intelligi etiam in alio, omnibus requiſitis cõcurrentib. cum vtrunque ꝛ doloſum deferatur, & dicatur propriè iuramentum in litem, vt ſupra probaui. † Nolo tamen te ignorare, priuſquam progrediar vlterius, quod Vldar. Zaſius in l. ſi tutor. ff. de in litem iur. dixit, ꝙ ideo hic titulus de in litem iurando in iure canonico non reperitur; quia æquitas chriſtiana non eſt, vt res ſupra verum pretium vendatur, & hoc eſt verum, vt dicam infra, & iccirco in d. l. ſi tutor adnotat ibi non æquum eſſe aliquem vendere rem ſuam iuſto pretio &c. eſſe æquitatem gentilium, & non chriſtianam. Sed ego dicerem ibi eam æquitatem eſſe chriſtianam, & de iure ferè Diuino, ꝙ quis non compellatur vendere rem ſuam certo pretio, vt exẽplo in ſacra pagina Nabot, qui recuſauit Acab Regi ſuam vineam propè Baſilicam vendere, vt lib. 3. Reg. c. 21. quod factũ refertur in c. conuenior. 23. q 8. & probatur in l. dudum. C. de contra. empti l. nec emere. C de iure delib. & in iurib. cõcordãtibus, de quibus ſuo loco dicemus, per quæ vr iuregẽtium cautum, ne quis inuitus vendere res ſuas cogatur, tametſi exiſtimem, ꝙ ſi quis ſua ſponte vendere vult, vendere teneatur iuſto pretio, ſm pietatem chriſtianam, neque debeat vlla arte aliquid ſupra iuſtum rei pretium extorquere ab emptore, & nedum ab eo inuito, ſed nec etiam a volente, & ſpontè offerente accipere, vt per Iaſ. in l. quoties. C de rei vendic. & in §. ſed iſtæ. inſtitu. de actio. & dicam infra. Stante autem, ꝙ etiam de iure canonico poſſit locus in litem iuramento fieri. ſaltem qñ iuratur ſingularis vtilitas, quod eſt de veritate damni paſſi, ob rem ſuam a contumace, vel doloſo non reſtitutam, ſuccedit dicta dubitatio, de quo iure dicatur in litem iuramentum. Et ſi cõſideremus, quatenus eſt iuramentum, vel eſt iuramentum, pcul omni dubio de iure diuino arbitramur eſſe, cum in Deum dirigatur. cap. debitores. extra de iureiur. & Caro. Ruin. in conſil. 101. in præſenti. col. fi. vol. 1. & cum dicatur in lege diuina, redde Deo iuramenta tua c. & ſi Chriſtus. verſi. Angelus. in fin. extra de iureiur. & ibi not. Abb. inferendo ad poteſtatem ſup eo diſpenſandi, & D. meus Alciat poſt alios in l. ſi quis maior. nu. 11. C. de tranſact. & in rub. ext. num. 18. colum. 4. verſi. tertia difficultas. & Aymo. Crau. in conſi. 241. num. 10. & materia iuramenti eſt ſpiritualis ſecundùm glo. in c. cum contingat. per illum tex. eo. & ibi D. Alciat. probat num. 143. col. 26. verſi. item & quia, & eſt text. in c. licet eo. in 6. & in c. quãuis. de pact. eod. lib. c. tuam. extr. de ordin. cogni. Quò ad formam idem eſſe videtur, cum de eo formaliter caueatur in lege Moyſis. d. cap. 21. Exod. & quamuis lex ciuilis ſuperueniens de eo cauerit, nõ videtur mutatum, ſed potius confirmatum, vnde vt antea iudicandum eſt diuinum, & non humanum, vt in ſimili, quando ius municipale ſuperueniens idem diſponit, quod ius commune,

mune, non ius municipale, ſed commune dicitur, & traditur per Bal. & Paul. de Caſt. per illum textū in l. ius. de iuſti. & iure. & latius laſo in l. hæc verba. 3. not. de leg. 1 & Vincentius Hercul. ibi diffuſiſſimè, & gl. in c. 1. extra de conſtitu in 6. & in c. Paſtoralis. ext. de fid. inſtr. Præterea, ꝙ non fuerit mutatum, vel ꝙ non potuerit mutari, ſuadetur: quia, cum ſit lex veteris teſtamenti, videtur eſſe de iure Diuino, & ius Diuinum eſt immutabile. §. pen. inſtit. de iur. natu. & ibi Aret. & ſcribit Petrus de Ancha. in c. canonum ſtatuta. ext. de conſtitut. Fely. Deci. & alij in c. quæ in eccleſiarum. ext. de conſtit. Cæterùm ijs non obſtan-
4 tibus, † quò ad formam iuſiurandi in litē puto iuris ciuilis eſſe, nam plenius de eo ius ciuile diſponit, quemadmodum Iuſtiniano tribuitur ad æquatio legatorum, & fideicommiſſorum, quia per modum pleniorem de ijs fecit adæquationem, iuxta tradita in l. 1. de leg. 1. & ſicuti ius gentium eſſe deſinit, qñ p ius ciuile aliquid additur d. l. ius. & ibi not. Nec ēt obſtat, ꝙ ius diuinum ſit immutabile; quia negatur eſſe ius diuinum, tametſi
5 de eo cauetur in veteri teſtamento, † nam quæ continentur in teſtamento veteri, triplicis generis ſunt, alia ſunt moralia, alia ceremonialia, alia iudicialia, vt lib. 2. Paralipo. c. 23. vbi dr̃, ſi cuſtodierunt facere, quæ percepi eis cunctā legem, ceremonias, & iudicia per manum Moyſis, & in cap. 8. Deut. caue. (dr̃ ibi) ne negligas mandata eius, atq; iudicia & ceremonias. & c. 3 lib. 2. Reg. c. 5. Deut. & c. 1. lib. 2. Eſdræ, & commemorat Diuus Paulus in c. 7. ad Rom. ibi, mandatum eſt iuſtum & bonum, & ſanctum, iuſtum quidem quo ad iudicialia, bonum, id eſt honeſtū,
6 quo ad moralia, & ſanctum quo ad cæremonialia. † Moralia aūt, cum ſint de dictamine legis naturæ, c. 1 diſtin. pri. Decre ſm quam homines ad rectè viuendum naturaliter impelluntur, vt tradit Petr. de Anch. in regu. ſemel malus. in 6. Fely. & alij in c. ſi ext. de præſump. & qa in decalogo, quod inſcriptum Deus omnipotens in tabulis lapideis per Moyſem populo Hebræo tradidit, & in arca fœderis conſeruabatur, c. 20. Exod. continebatur, ea conſtet eſſe de iure Diuino & quidem immutabilia, cōcernunt enim bonos mores naturales, ſeu id, quod honeſtum eſt, quod hodie, & ſemper cuſtodiendum eſt. § iuris præcepta. inſtit. de iuſt & iur. & c. non eſt obligatorium, & ibi not. de reg.
7 iur. in 6. † & ſicut intentio legis humanæ eſt inducere amicitiā, & concordiam inter homines, vt ſimul quiete & pacificè viuant, ita legis Diuinæ eſt principaliter homines bonos reddere, & per bonitatem in gratiam Dei reducere, ſeu reſtituere, quamobrem de actibus virtutum dari, & in mente hominis inſcribi oportuit, & hæc præcepta moralia Diuus Thomas. 2. 2. q. 100 arti 1. diuidebat in tres ſpecies, quædam appellat communiſſima, quæ eruditione non indigent, vt mandata de dilectione Dei, quædam ſunt magis determinata, & ſpecifica, quæ aliqua traditione indigent, & hæc ſunt decalogi præcepta, q̃dam autem ſunt, quæ & quorum ratio non eſt cuilibet nota, ſed ſolum ſapientibus, & iſta ſunt ſuperaddita decalogo, vt in præcepto de adoratione Dei eſt additum, quod idola tollant̃, phitones & arioli comburantur, vt Deuto. c. 18. ibi non nō inueniatur in te qui luſtret filium, vel filiam tuam ducens per ignem, neq; ſit maleficus, vel incantator, neque qui phitones conſulat, neq; diuinos, vel qui quærat veritatem a mortuis & in præcepto periurij addita fuit, phibito blasphemię, Leuit. c.
8 14. & alia id genus ſimilia. † Cæremonialia verò ſunt vnctio Aaron, vaſa ſacra ſacrificia, & id genus opera, quibus diuinam ſeruiturem profitemur, quæ quidem in futuri figuram redemptoris fuerant a Deo inſtituta, quæ aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti ceſſarunt, & hodiè ꝫ fidem Chriſtianam quis ageret illa obſeruando, ſignificando, Meſſiam non aduenisſe, qui verè aduenit, & vt Theologi dicunt, & vt diffuſè per Petrum Galatinum in lib. 11. ꝫ Iudęos, vbi probat leges cæremoniarum, & alias multas, de quibus in veteri Teſtamento fuiſſe ad tempus,
9 & eas ceſſaſſe, & atque fuiſſe ſublatas, † iſta ergo cæremonialia ad tempus fuerunt, & ſic ſunt mutata, quamuis in lege Dei
10 optimi maximi haberentur, † iudicialia verò ſunt, quæ lites humanas dirimebant, vt in ſucceſſionibus, quod ſtantibus maſculis excluderentur fœminę, vt c. 27. Num. & quòd bona de familia non exirent, c. 2[illegible]. Num. vel ꝙ natus de adulterio non ſuccederet, c. 21. lib. Iudi. vel ꝙ agnatis ius redimendi bona cō peteret. c. 25. Leuit. cap. 4. Rut. quæ iudicialia, vt cæteræ humanæ leges politiam tantum humanam concernentes pro hominum opportunitate, ſecundùm qualitatem temporum quoti die mutantur, & Dñs noſter Ieſus Chriſtus nonnulla mutauit in lege Euangelica, vt Matth. c. 5. & Mar. c. 10. & ſic iudicialia mutabilia ſunt, quia ergo id, quod traditur in c. 21. de abortiui partus damno emendando, concernit iudicialia, quæ ſunt mutabilia, dicendum eſt per legem ciuilem reformari, & immutari potuiſſe, nec magis de iure diuino dici, quàm aliæ conſtitutiones hominū dicantur, quæ & ipſæ per ora Principum diuinitus promulgatæ dicuntur. l. prima ſed neque. C. de vet. iu. enuclea. l. final. vbi gloſſ. C. de præſcript. longi tempo.
11 † alioqui & ſtipulatio diceretur eſſe de iure diuino, cum & ſacra pagina veteris teſtamenti de ea loquatur, vt in capitu. 32. Hieremi. & tamen omnes volunt eſſe de iure ciuili poſitiuo, vt & nouiſſimè excellentiſſimus dominus Paulus Leoni⁹ in ſua eleganti, alta, atque optima reperit. Rubri. de verb. oblig. quæſtio. 4. nume. 128. refert atque probat: etiam doctrina eſt Iſidori in cap. non eſt. 6. diſt. quod non quæcunque in lege, & in Euangelio leguntur naturali iure cohęrere probantur. Erit igitur iuſiurandum in litem, quò ad ſubſtantiam, quatenus eſt iuramentum de iure Diuino, quò autem ad formam de iure ciuili, ſicut teſtamentum, quò ad ſubſtantiam eſt de iure gentiū,
12 † adeò quod ei nec Imperator, nec ſummus Pontifex pōt quicquam derogare, vt conſuluit Deci. conſilio 303. & in conſ. 361. nu. 7. & plenius Nicol. Bellon. in cōſ. 2. & ex Aymon. Craue. in conſi. 135. num. 66. & Doctor. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. Sed quò ad formam eſt de iure ciuili, vt tradit Alber. Brun. in tracta. ſtatut. exclud. fœmin. in primo articulo, & forma iuriſiurandi in litem conſiſtit, ac verſatur circa multas quæſtiones, vt puta, quæ ad iuramentum in litem deferendum requiruntur, per quem, & cui, vel quando deferatur, & ſuper quo, & an iudex illud negare poſſit, vel delatum, & præſtitutum non ſequi, & ſimiles, de quibus nos ſuo loco dicemus, quæ cum facti ſint, & ad animam non pertineant, per iudicem ſecularem
13 cognoſci poſſunt; † nā in ſpiritualibus, vt in iuramento, ea quę ſunt facti, & non iuris, iudex laicus poteſt cognoſcere, vt voluit Iaſon in rubr. ff. de iureiuran. ꝙ dominus meus Andre. Alciat. in rub. eod. tit. extra, & Cagnol. in l. ſi quis maior. nume. 103. C. de tranſact. & ibi D. Alciat. in verſic. inuocato. & Aymo. Crau. in conſi. 241. num. 11. & D. Alciat. & Bart. & alij in l. omni innouatione. C. de ſacroſanct. eccleſ. Similiter eadem ratione poſſeſſorium rei ſpiritualis, cum ſit quid facti & non iuris, ad cognitionem iudicis laici poteſt ſpectare, vt eſt deciſum per Nicol. Boeri. in deciſio. 69. & per Thom. Gram. in deciſio. 78. vbi, ad id quàm plurima allegant, & per Iaffe. Balbum in deciſio. 274. glo. in c. literas extra de iuramen. calum. Innocent. in c. cū dilecti. extra de electio. & Ioan. And. in c. frequens. extra de reſtitutio. ſpoliato. & diffuſiſſimè eam diſputat Andre. Barbat. in dicto cap. literas. colum. 7. verſi. vide quæ latè, extra de iuram. calum. qua de re pluribus in præſentiarum non ago. & ex hoc concluditur, ꝙ argumentum iuſiurandi in litem eſt de iure ciuili, & eius cognitio laicis etiam competit.

SVMMARIVM.

1 *Iuratur in litem pro rebus ipſis, & earum æſtimatione.*
2 *Pro fructibus in litem iuratur.*
3 *Iuramentum in litem pro fruct. bus, an ſit affectionis, vel veritatis iuramentum.*
4 *Forma iuriſiurandi in litem pro fructibus.*
5 *Quomodo in litem iurare dicatur contra eum, qui in ius vocatū vi eximit.*
6 *Ratio, cur contra eximentem vi in ius uocatum iuretur in litem vltra id quod verè exemptus vocanti debebat.*
7 *Captura defectu materiæ nulla a principio, poteſt ſuperueniente habilitate materiæ confirmari.*
8 *Edictum, ne quis eum qui in ius voca. non committitur, niſi intra peculium vocati in ius, & ſic vltra eius peculium in litem non iuratur.*
9 *Item non habet locum contra eximentem vocatum in ius coram pedaneo iudice.*
10 *Eximens debitorem alterius è carcere videtur pro eo fideiubere.*
11 *Amplia, etiam ſi in carcerem reduceret.*
12 *Extenditur etiam l. quoties. ad ſignificantem inſidias debitori meo, quem capi curabam.*
13 *Vſuram, vt damnum paſſum licet expoſcere.*
14 *Iuratur in li ē ob damna paſſa pecuniæ non reſtitutæ iuramento veritatis.*
15 *Damnum paſſum ex alia quantitate, quàm pecuniæ non reſtitutæ in iuramentum in litem non deducitur.*
16 *Intereſſe extrinſecum quid ſit, & quid intrinſecum.*
17 *Intellectus. l. nummis. ff. de in lit. iuran.*
18 *Communis concluſio, quod pro tritico, & ſimili quantitate in litem iuramento damna non reficiantur, damnantur.*
19 *Res omnis tempore, & loco poteſt pretium mutare.*
20 *Contractus claudicare non debet.*
Sola poſſibilitas intereſſe intrinſeci non debet excluſionem intereſſe extrinſeci operari.
21 *Bonitas intrinſeca differt ab intereſſe intrinſeco.*
22 *Centum aurei valent centum aureis.*
23 *Pecunia durante etiam eadem met bonitate, valore, & curſu variatur.*
24 *Pecuniæ æſtimatio tanta eſſe debet, quanta eſt rudis materia in maſſa.*
25 *Pecuniæ pretium auctum dicitur intereſſe extrinſecum.*
26 *Qui dicatur in moneta valor intrinſecus, qui extrinſecus cōtra Moder.*
27 *Cambia mercatorum quando ſint licita.*
28 *Cauſa eſt ſufficiens, quò l intereſſe intrinſecum & extrinſecum debeatur, maleficium commiſſum.*
29 *Lucrum ceſſans an deducatur in iuſiurandum in litem.*
30 *Lucrum ceſſans probatur per ſacramentum mercatoris.*
31 *Iudex lucrum ceſſans non probatum poteſt ex officio ſuo inſpecta veroſimilitudine æſtimare.*
32 *Affectus ratio numquid habeatur in iureiurando in litem.*

Source : BIU Cujas

33 *Ob affectum simplicem non iuratur in litem, secundùm communem Doctorum opinionem.*
34 *Forma iurisiurandi in litem.*
35 *Affectus solius ratione nemo alteri stipulari potest.*
36 *Affectionibus & lasciuijs est obuiandum.*
37 *Infinitum accipitur pro eo, quod est indeterminatum.*
38 *Contraria sententia, quòd ob simplicem affectum in litem iuretur, est verior.*
39 *Non est æquum aliquem cogi iusto pretio rem suam vendere.*
40 *Singularis vtilitas est pars iusti pretij.*
41 *Affectus quid sit*
42 *Affectus vis quæ sit* } *& quem effectum in iure habeat.*
43 *Sola affectio non est sufficiens, vt condemnatio, vel augeatur, vel minuatur, nisi alia æquitatis ratio subsit.*
44 *Affectus causa in personam, quæ alienatur, licet aliquid stipulari.*
45 *Ob solam in rem affectionem non datur actio, vel aliquod remedium.*
46 *Affectionis causa alteri stipulari liberationem quisque potest.*
47 *Affectionis ratio sæpè a communibus iuris regulis nos recedere ex quadã æquitate facit.*
48 *Ratione affectionis Dominus emphyteusim sibi deuolutam tenetur concedere magis proximioribus emphyteutæ antiqui, quàm extraneis.*
49 *Affectus in quibus rebus consideretur.*
50 *Affectionis iuramentum in litem non defertur ob pecuniam etiam, vt speciem depositam.*
51 *In numismate antiquo, a vulgaribus occupato medaglia, affectionis iuramentum potest dari.*
52 *In vino an affectus præcipuus consideretur.*
53 *Iuramentum non defertur, nisi habeat tres comites, Iustitiam, iudicium & veritatem.*
54 *Causæ affectus rationabilis quæ sint.*
55 *Causas affectus priusquam ad iusiurandum in litem affectionis deueniatur, probare opus est.*
56 *Pro re immobili an in litem iuretur.*
57 *An ad condemnationem augendam per iusiurandum in litem cumulentur omnes causæ, quibus æstimatio rei crescit.*
58 *In computatione interesse soluendi videtur tantum proxima causa inspicienda.*
59 *Iusiurandum in litem vtrum duplum excedere possit, remissiuè.*

Quæ nam in iuramentum in litem deducantur, per id ve stimentur. Cap. IIII.

Cognitis prædictis, quid sit iusiurandum in litem, & quotuplex sit, & cuius iuris sit, succesſiuè q̃rendum vr̃, quid nam æstimandum in iusiurãdum in litem deducatur, seu per illud probetur. Vnde pro huius quarti mẽbri expeditione quæro; de quibus rebus iurm in litem deferatur.
1 † & clarum est, q̃ defertur pro ipsis rebus, vel earum æstimatione quodcunq; iurm in litem d.c.fi.d.l.nummis.d.l.in actionib.
2 d.l.si quando.cum concor.† Secundò clarum est etiam p̃ fructib.iurari in litem.l.Nesennius. §.fundum. ff.de rei udica. Sed dubitatio est qũo hoc intelligatur, nempè, quo casu de fructibus iuretur, & an sit iurm affectionis, vel veritatis. Quo ad primam dubitationem vr̃ resolutio in text. d.l Nesennius. §.fundum, disponit enim, q̃, si donans non restituit rem, seu fundũ donatum, vt quiuis possessor damnandus est. Subdit ibi Paulus Iureconsul. hæc verba. Si autem fundum restituit: fructuum nomine, si eos non consumpserit, in solidum condemnãdus est, potuit etiam non periclitari, si statim restituisset. Si dolo malo desijt possidere, in litem iurabitur, & tanti sequetur condemnatio. Et ego opinor Paulum Iureconsul. decidere hos casus in quæstione fructuum. Primum, si reus fructus non consumpsit, teneatur ad eorum æstimationem duntaxat, vt quilibet morosus præsupponendo, q̃ fructus sine facto suo perijssent; nam morosus de interitu rei post moram tenetur ad æstimationem. l. quod te mihi. ff. si cer. per. vbi omnes. l. si ex legati causa. de verbo. oblig. & hoc est, quod Paulus ait: potuit enim non periclitari, si statim restituisset, ideſt, si non fuisset in mora restituendi, potuit de interitu eorum ad æstimationem non teneri. Secundum casum tacitè a contrario sensu videtur decidere, s. si eos consumpsisset, quod ad æstimationem eorum non teneatur, sed ad quid? & respondeo, quod tenetur quanti actor in litem iurauerit, nam in litem iuratur, si fructus dolo malo possidere desieris, vt in versicu. sequen. ergo & quando consumpsit, vt declarando gloss. in versicu. consumpserit, ibi dicit, nam differentia non est in modo rem puniendi, & perdendi, siue rem dolo malo quis perimat, siue alienet, vel desinat possidere, idem est, & pariter, vtroque casu iuramentum in litem defertur. l. arbitrio. §. primo. ff. de dol. & ibi gl. in verb. defunctus, & dicam suo loco: & si in casu hoc, contra reum, q̃ facto suo fructus essent consumpti, negaremus iurm in litem deferri. Quid ex isto textu, ibi, si non eos consumpserit &c. a contrario sensu superesset ĩndendum? Certè nihil aliud, q̃ diximus, nisi quis dicat, ĩnderi posse, q̃ sit in totum absoluẽdus, quod sanè absurdissimum esset, vt is qui consumpsisset, melioris conditionis fieret, q̃ is, qui non consumpsisset, vt fructus nõ eius facto, sed sui natura, vel alio modo sine illius culpa perijssent, quia nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facit. l. non fraudantur. §. nemo. de regu. iur. vbi post gl. Cagno. iura concordantia ad eum. §. citat. Tertius est casus, quando eos possidere dolo malo desijsset, tunc pro fructib. in litem iuratur, vt d. versicu. sequen ijs ergo duobus casibus, quando dolo malum consumpsisset, vel possidere desijsset fructus, secũdùm Paulum Iureconsultum in litem iuratur, & ita illum intelligit Bar. ibi concordando opinionem Azon. Et Hugolini, quos Accurs. ibi in glo. in versicu. consumpserit refert, quòd vtraque sit vera in terminis suis. Dum etenim Accursius dixit secundùm Hugolinum pro fructibus consumptis in litem nõ iurari, sed fieri cõdemnationem ad eorum æstimationem, intelligit Bart. hoc verum esse, q̃ fructus essent corrupti ex se ipsis, vel alio modo consumpti, sine facto tamẽ debentis eos restituere, vt in primo casu est dictum, dum verò dixit, secũdùm Azonem iurari in litem, si sunt fructus consumpti, intelligit Barto. id uerum, quando facto debentis eos fuissent consumpti. Vnde hac Barto. concordia & declaratione præcedens resolutio firmatur. Alium etiam casum, in quo in litem iuretur pro fructibus considerat Accursius in dicta glo. in versicu. consumpserit, scilicet, quando fructus extarent, & nollet eos petitos restituere, dicta lege in actionibus, dicta lege qui restituere, & deuenitur ijs casibus ad iuramentum in litem, sicuti deuenitur alijs casibus, quibus aliqua res peteretur, & possessor, vel dolo malo eam desineret possidere, vel contumaciter contra præceptum iudicis retineret, iuribus præallegatis, & infra dicetur, & probat Alexan. in d. §. fundum num. 6. colum. fi. Et quoniam ijs casibus agitur ad restitutionem fructuum, quos actor dicit ad se spectare, & venit arbitrium iudicis in deferendo iuramentum in litem, si non restituan̄, non inquiritur, an actione bonæfidei, vel stricti iuris illi petiti sint: quoniam quælibet actio intentata ad restituendum propter restitutionem non factam fuit arbitraria, & ob eam iuratur in litem, dicta lege qui restituere. § hæc sententia. & ibi Bartolus & alij tradunt, & in d.l. in actionibus, & declarabimus in tertio memb. part. sequẽ. & propterea difficultas tacta per Iaso. & Alexand. in dicto §. fundum, qui voluerunt distingui, an agatur actione bonæfidei, vel stricti iuris, vt in litem iuretur, tenentes in actione stricti iuris non iurari in litem, cessare videtur; quoniã ista distinctio non est facienda, præsuppositio, prout nos præsupponimus, quòd reus fructus restituere teneatur, sed posset locum sibi vendicare, vbi quæreremus, an teneretur restituere, vel non, & in hac quæstione alia Accursij dicta glo. versi. consumpserit, possent considerari quæ disputatio, quando scilicet fructus debeantur, seu quis ad fructus teneatur longè latior, & minus ad rem nostram pertinens est, quàm vt hic debeat pertractari, me remitto ad Alexand. & Iason. in d. §. fundum, & Bartol. in l. ex diuerso. ff. de rei vendica. & Bereng. Paul. in dicta lege prima. C. de sentent. quæ pro eo. numero. 96. versic. malæfidei. Curt. Seni. in consi. 71. Alexan. in consi. 81. in causa. in volum. 2. & tex. in lege si nauis. lege fructus. ff. de rei vendic. & passim de hac materia tractatur. Vel dicta distinctio fieri posset ea ratione, vt ob dolum ab initio commissum circa fructus petitos, iuramentum in litem daretur, & si non committeretur contumacia in non parendo iudici iubenti illorum restitutionem, quia fructus penès alium extarent, & ipse eos non posset restituere, & sic contumax non esset in restituendo, quod quidem in actione bonæfidei admittitur, secus in stricti
3 iudicij actione, vt dicam infra in 2. memb. part. sequen. † Secunda est dubitatio, an hoc iuramentum de fructibus restituendis sit iuramentum affectionis, vel veritatis. Iason, & Imo. in dicto §. fundum. dixerunt, esse iuramentum affectionis, idem dixit Bolognettus in dicta lege in actionibus. numero 30. versic. secundo notandum, quod est declarandum secundùm illius dicta, quòd sit iuramentum affectionis, quatenus, si in eos affectus haberetur de affectu iuraretur, sed quia affectum non recipiunt, vt quid in genere, & incertũ, lege qui filiabus, vbi Iason. & cæteri de lega. primo non iuratur de affectu, iuramentum tamen de cæteris omnibus intrinsecus, & extrinsecus contingentibus, quorum causa actoris interest fructus suos sibi restitutos esse, planè defertur, ac præstatur, dicta lege nummis. ff. de in litem iuran. & ibi nota. quod quidem iuramentum, quamuis sit aliquo respectu veritatis; quia iuratur de veritate interesse, vtcunq; contingentis circa eos, & non iuratur de affectu. i. de illa animi satisfactione, seu cordis dilectione, quã interdũ qs habet in rẽ nõ restitutã, differt tamen multum a iuramento veritatis, quod defertur ad probandum æstimationem rei non extantis ex dolo, & difficultate probandi, de quo in dicto §. planè. & in d.l. si quando. & in dicto capitu. fi. quia in hoc non venit, nisi sola rei æstimatio, & valor, non autem aliquid vltra ratione alicuius interesse contingentis circa rem, vt diffusè dixit Bolognettus in d.l. in actionibus. Et hoc modo Iason, & Imol. in d. §. fundum,

Source : BIU Cujas

§.fundū, dicentes pro fructibus deferri iurm in litem affectionis, intelligerem, & defenderem, alioqui si eos de affectu ipso æstimando intellexisse diceretur, eos errasse non dubitarem dicere, quia affectus in fructus verè non potest haberi, & dicemus mox. † Forma autem iusiurandi in litem, pro fructibus sic traditur per Fulgos. in dicta lege nummis. post glos. ibi, in versicu. sua, de in litem iur. iuro pro fructibus tanti mea interesse. Alia quoque per iusiurandum in litem deducuntur, vt lucrum cessans, damnum emergens, vel affectus, de quibus antequam vlterius progrediendo verba faciam, mihi videtur expedire † quomodò in litem iurare dicatur contra eum, qui in ius vocatum, ui eximit, declarare: & quid sit eo casu iurare in litem, de hoc enim est textus in dicta lege si per alium. §. in eum ff. ne quis eum qui in ius vocatus vi exim. qui quidem secundùm opinionem doctorum communem intelligitur, ꝙ contra huiusmodi eximentem in litem iuretur de affectione, & verba illius hæc sunt, videlicet. In eum autem qui vi eximit, in factum iudicium datur: quo non id continetur quod in veritate est, sed quanti ea res est ab actore æstimata, de qua controuersia est. hoc enim additum est, vt appareat, etiam si calumniator quis sit, tamen hanc pœnam eum persequi. Doctores igitur hunc textum, cum actori committatur æstimatio eius, quod sua interest vocatum in ius, sibi exemptum non fuisse, & non quidem secundum id, quod res est, sed secundum id, quod dixerit & voluerit, intelligunt, quod actor id æstimet, & declaret suo sacramento, & hoc iuramentum dicunt esse iuramentum in litem affectionis, quia defertur, & de eo quod est supra id, quod verè interest, & sic non potest dici, quòd sit iuramentum veritatis, ita hoc tenuerunt Glos. Odofredus, Bar Bal. Paul. de Cast. Alexand. Socin. Iason, & plerique scribentes in dicto §. in eum: Et quoniam non videtur posse affectus aliquis in rem demonstrari, qui æstimandus veniat per in litem iuramentum in isto casu, quo quis conqueritur eum, quem in ius vocauerat, sibi fuisse exemptum, laborarunt Doctores in defendendo communem intellectum ab hac difficultate, & Bartolus iccirco dixit dictum §. in eū procedere, quādo exemptus ratione alicuius speciei, quam tenebatur ei restituere, per actorem conueniebatur, quasi eximendo factum sit, quominus res per exemptum, detenta possit restitui, & ideo succedat dispositio, & ratio dictæ l. qui restituere de rei vend. & cōcord. & sic restringitur ad casum, quando reus exemptus ab actore in ius propter speciem vocatus fuisset, & iste intellectus cōmuniter approbatur, vt attestatur Curt. Iun. in d. l. in actionibus. num. 16. versi. circa glo. in ver. planè. vel etiam secundò respondet procedere, quādo exemptus a iudicio conueniebatur pro pecunia, quam vt speciem tenebatur restituere, & propterea iuramento in litem affectionis fiat locus, vnde secundùm primam solutionem Curtius Iun. in d. l. in actionibus, num. 23. ver sic. circa verò, notat hanc doctorum conclusionem inde illatam, ꝙ quando obligatio quantitatis loco obligationis certæ speciei succesit, iuratur in litem affectionis; quia pro specie ad quam exemptus conueniebatur, & contra eximentem, pro qua pecunia iuratur in litem, vt ipsi dicunt. Item ex secunda responsione Iaso. in d. l. in actionibus. num. 34. & Ferra. in prat. Papi. in forma libelli in actio. real. in versi. & in florenos, num. 26. & nonnulli notant hanc conclusionem, quòd pro pecunia stante tanquam specie deferatur iuramentū in litem affectionis. Hunc intellectum & rñsionem, seu solutionem ad difficultatem motam. Alex. in d. l. in actionibus col. 2. num. 8. versic. in gl. in versi. planè, dicit difficultatem habere, tum quia nimis restringit illum textum, & eum violat, tum etiam, quia vult ille textus puniri eximentem, etiam si exemptus nihil debuisset, & per calumniam eum in ius vocasset. Deinde Alex. saluat Bartolum, quòd non est absurdum, textum d. §. in eum. restringere ad speciem, quoniam iuramentum affectionis non defertur, nisi pro speciebus. d. l. nummis. de in litem iur. hæc ratio mihi videtur inepta; quoniam in text. dicti. §. in eum, non dicitur, ꝙ deferatur ibi iuramentum affectionis, & propterea dici non debet, quod sit necesse in speciebus, eum intelligere; quia non deferatur iuramentum in litem affectionis, nisi in speciebus, sed potius dicendum est, ꝙ quia ille textus non loquitur de specie, non possit vllo modo adaptari ad iuramentum in litē affectionis, de quo ne verbum quidem fit in eo tex. dicti. §. in eum. Subiungit Alex. ad fm, ꝙ non refert, ꝙ etiam de eo exempto, qui per calumniam in ius vocatus fuerat, iuretur in litem; quoniam illud est propter dolum eximentis, vt non inquiratur, an exemptus quicquam vocanti debeat nec ne. & dico, quòd nec etiam ista saluatio, seu responsio est ad propositum; quia hic non quæritur, cur hæc pœna imponatur, sed dicitur, quòd, si eximens potest condemnari secundùm iuramentum in litem actoris, etiam si exemptus nihil debuisset actori, non potest adaptari ad iuramentum affectionis, quod speciem subesse, in quam habeatur affectus, requirit, & tamen illud defertur, vbi nihil debetur, & ad hoc neutiquam tendit responsio Alexandri, si mihi licet dicere ingenuè, quod sentio de isto intel lectu, mihi vr somnium, nam nullum requisitum in iuro affectionis concurrit in casu d. §. in eum, & hoc mihi vr longè manifestius, q̄ vt plurib. demonstrare sit necesse, & satis apertè vr mihi ille tex. velle, ꝙ non attendatur, quid inter vocatū in ius, & vocantem fuerat agendum, quòd ad puniendum eximentem; quia eximens de solo facto eximendi tenetur, quod venit pro libito actoris æstimandum, nec potest puniri de facto non restituendi rem, vel rem perdendi; quia neutrum istorū censetur fecisse, vel imputari potest, & obligationes, & iura sunt separata, quæ sunt inter vocantem & vocatum, & vocantem & eximentem, quapropter de obligatione vnius ad alium non rectè infertur. l. si vnus. §. ante omnia & ibi not. ff. de pact. & ex separatis non infertur. l. naturaliter. §. nihil commune, vbi Iaso. & alij. ff. de acquiren. possess. l. pen. ff. de calum. l. Papinianus. ff. de minor. Vides ergo quàm sit a veritate alienum, ꝙ in casu d. §. in eum. iuramentum in litem affectionis deferatur. Et scias quoq;, ꝙ duæ præfatæ conclusiones illatæ ex suprascriptis solutionibus Barto. non sunt veræ; quoniam pro quantitatibus vtcunque debitis nunquam iuratur in litem de affectione, quū affectus in ijs nullus consistat. d. l. nummis, & dicemus inferius. Reiecto itaque isto communi intellectu, ꝙ in casu d. §. in eum. iuretur in litem de affectione', Franciscus Duarenus in d. l. in actionibus. num. 9. & ante eum Fulgos. negat illum textum d. §. in eum, intelligi posse de aliquo iuro; qa de eo nihil dicit, sed nos dicere debemus, ꝙ cū ille textus æstimationem illius facti, s. ꝙ vocatum in ius exemerit, in arbitriū & dictum actoris conferat, oportet actorem id, quod æstimando illud factum, dicit, iuro asserere, & firmare: quoniam, quādo dicitur standum esse dicto alicuius, verbi gratia de expensis, dāno, & interesse, semper intelligitur, ꝙ iuret, quamuis expressim id cautum non sit, vt tradit Marian. Socin. in c. qm̄ frequenter. §. quod si super. col. 2. vt lit. non contest. vbi & hoc firmat, quando statutum seu lex diceret, standum esse ¦simplici dicto alicuius, & voluit Saly. in l. 2. opp. 2. C. de reb. cred. & lati° dixit Hippoly. Marsil. in sing. 402. incip. quartæ, & hoc iurm, vt dixi, non potest in litem iuramentum affectionis esse: sed est iurm veritatis de eo, ꝙ ille putauerit sua interesse, quem vocauerat in ius sibi exemptum non fuisse, nec nobis aduersatur: quia in textu. d. §. in eum, dicatur in eo edicto contineri non quanti in veritate res est, sed quanti res controuersa cum reo æstimatur per actorem: nam hæc verba significant non esse inquirendum, quid actoris verè interest, sed quòd de hoc stari debeat eius dicto, & æstimationi, & ratio est in promptu, ne cogatur litigare, antequam illius edicti pœnam consequatur, in probando, & liquidando, videlicet suum interesse ob suum reum exemptum, quam liquidationem fieri Prætor æquum non esse per illud ædictum arbitratus fuit, & propterea nō est dicendum, quòd actor, quia æstimatio illius facti in se sit colla ta, possit facere vltra id, quod verè sua interesset, æstimationē ex affectu, quem non habet, & sibi iura non permittunt isto casu rationem habere, & alioqui iurando a pœna periurij in foro poli non erit tutus. Hunc intellectum, quòd dictus §. in eum. loquatur de iuramento veritatis tenuerunt, reprobato communi, Curti. Iunior in dicta lege in actionibus. numero 16. versicu. circa glos. in versicu. planè, & Ioan. Bolognet. ibi numero 56. versicu. quartum exemplum, & Fulgosius, si de aliquo iuramento esset ille. §. intelligendus, existimauit intelligi de iuramento veritatis oportere, vt refert Alexand. in dicta lege in actionibus. numero 8. columna secunda, & quicquid iuratum fuerit hoc casu pro veritate accipitur, quod tanti illius interest, vt aliquos putasse refert Bald. in dicto §. in eum. versicu alij dicunt. † circa textum Doctores etiam dubitarūt, quæ sit illius ratio, quod etiam, si per calumniam actoris in ius tractus fuisset is, qui dicitur vi per alium exemptus, voluerit pœnæ illius ædicti locum esse: quòd stetur dicto vocātis quanti æstimauerit sua interesse, cum iuramentum in litem affectionis, vel etiam veritatis (ipse dixerim) non deferatur, vbi de calumnia actoris apparet, per ea, quæ notant Doctores ex illo textu in lege qui bona. §. qui damni. ff. de damno infect. & dicemus suo loco, & Socinus in tracta. de citat. artic. 34. quæstio. sexta principali, dixit tantæ sententiæ rationem specialem esse; quia maior est illius excessus & delictum, q̄ dolus, & contumacia non restituentis, ideo nimirum est, si seuerius aduersus eum agatur, quàm contra contumacem, & dolosum, & quia fuit rigor iudicij conseruandus, quam rationem etiam adducunt Bald. Pau. de Cast. & Soci. in d. § in eum. Ego opinor rationem esse; quia non erat æquum, ꝙ vocans contra eximentem pro suo interesse probando debitoris sui exempti litem faceret, vt illud interesse consequeretur ab eximēte, vt dixit Bologne. vbi supra, nec videtur cōueniēs (vt ipse puto) ꝙ eximēs possit excipere, ꝙ exēptus nihil deberet actori vocāti, per regulā iuris, ꝙ nemini licet excipere de iure tertij, l. loci corpus. §. competit. ff. si ser. vēd. l. cum seruū. vbi Bal. id firmat per quinq; rōnes. C. de seru. fugit.¦ Bartol. & alij in l. 2. ff. de except. rei iud. Socin. in consi. 78. in vol. 4. & tanto minus: nam

Source : BIU Cujas

non ſpectabat ad eximendum cognoſcere,an actor calumnio
ſè ageret cum exemplo,vel non,& ei merito obiici poterat,qđ
Egyptius ille Moyſi ñdit,quis cõſtituit te Principem,& iudicẽ
ſuper nos?vt cap.2.Exod.ſi ergo eximens non põt dicere,quòd
exemptus nihil actori deberet,ſequit,ꝙ actor ℈ eximentem ẽt
vocatum ꝑ calumniã in litem iurare poſſit:quid enim,ſi exem
ptus debitor non ſit,in ius tñ vocatus ſit, vt ꝑ debito ſuperue-
nienti poſſet ſequeſtrari & recomẽdari,ſanè poterit ꝑ hoc in-
tereſſe ſequeſtrandi,& recomandandi non immerito in litem
iurari,vt dixerunt Bal.Paul.de Caſt.& Soci.in d.§.in eum,& So
cin.in d.tracta.citat.vbi ſup.quo in loco dat hoc exemplum,
pone,ꝙ erat meus debitor in diem,& ego timens, ne antequã
dies ſolutionis cederet, debitor fugam arriperet,feci pro hmõi
debito eum capi,& in carcerem duci,hac intentione, vt dũ de
eo debito diſputatur,cedat dies veri debiti, ꝓp quod eũ in car-
cere ſequeſtrare & recomandare queam.Sanè inquit Soci.hoc
7 licet, † qñ captura, non defectu formæ ſed materiæ ab initio
nulla põt habilitate materiæ ſuperueniente.ſ.debito confirma
ri,& reconualeſcere, ita refert ibi Marian.Socin.Iac.de Raue.
Mar.Syl.Iac.Butrig.& Bar.in locis de quibus ibi ꝑ eum, tenuiſ-
ſe,& voluit Paul.de Caſt.in l.ſed eximendi.§ item ſi is qui.ff.ne
qs eum q in ius,& vr deciſio Doctorum,de qua ꝑ Aymo.Cra.
in conſi.46.nu.7.vbi dicit eſſe cõem, & ſequit Sebaſt.Vant.in
tracta.de nullit.proceſ.in vlt.par.nu.131.Iſtam aũt concluſio-
nem,ꝙ in caſu.d.§.in eum,℈ eximentẽ, quanti actor in litẽ iu-
rauerit,tanti condemnatio fiat,declara,ꝙ licèt nõ inquiratur,
an vocatus ſit debitor vocantis,vel quantũ ſit intereſſe eius,ꝓp
vocatum ſibi exemplum,tñ inſpicit,in quo põt fieri executio,
8 ſeu quatenus ea fieri põt,† & ideo limita,qñ exemptus de pecu
lio conueniretur;nam ℈ eximentem non ſpectabitur id,quod
eſt petitum ℈ exemptum,ſed illius peculium, ſed quantum eſt
in peculio eius,vt ga ſit filiusfamilias, vel ſeruus.l.is cum quo.
ff.de pecul.ga vocantis plus non põt intereſſe, fuiſſe eum ſibi
exemptum, quum vltra peculium executionẽ actor facere nõ
poſſit aduerſus reum exemptum, toto titu.inſtitut.quod cum
eo qui in alie.poteſt.et.C.eo.& ideo in iſto caſu iurari in litem,
contra eximentem niſi intra peculium exempti minimè põt,
vt ibi Odofred.& alij nota.in alijs caſibus, in quibus executio
non põt aliquo modo reſtringi. iurat in litem prout actor pe-
titionem ſuam contra exemptum æſtimauerit,eo non admiſ-
ſa qõne an tanti fuerit vere creditor exempti nec ne, vt dixe-
runt Bologetius & Curt.Iun.in d.l.in actonibus.vbi ſupra.
9 † Secundo potes limitare ex ijs,quę conſulendo tradit Alex.in
conſ.35.vlto themate.col.2.ver.nec ꝑdictis obſtat,in vol.2.qñ
ſeximens hmõi vocatum nõ incidit in pœnam illius ædicti;
vt quia exemptus corã pedaneo fuerat vocatus.l.3.§.ſi quis. ff.
10 ne quis eũ qui † Quæri aũt poſſet occaſione ꝑdictorum,qd iu
ris ſit,qñ debitor de carcere eximeret, & Doctores tradiderũt
eximentem teneri ad vniuerſum debitum,ac ſi ꝓ eo fideiuſſiſ-
ſet creditori,ita notat Angelus & alij in l.quoties. C.de exact.
trib.lib.10.per illum tex.qui profecto ꝓbat hoc,& tradit Bal.in
l.addictos.C.de epiſc.aud.Bar.Bal.Angel. Paul.de Caſt. & Iaſo.
in d.l.eximendi.§.1.ff.ne quis eum.& Iaſo.in l.1.§.is vr.ff.ſi quis
iuſdic.non obtemp.& Bart.in tract.de carcer. col.pen. & Hip-
pol.Marſi.in rub.de fideiuſ.nu.1.ver.ex quo ego ẽt infero An-
gel.Aret.Ioan.de Plat.Lud.Gom.& alij in §.pœnales.inſtit. de
11 actio.† Ad cuius concluſionis ampliationem addas ẽt eam ꝓ-
cedere,ẽt ſi poſtquam e carcere exemiſſet in poteſtatem illius
creditoris reduceret,vt per talem reductionem eximens nõ cẽ
ſeatur liberari ab obligatione, in quam eximendo incidit, vt
voluit Ang.in d.l.quoties,& Saly.in d.l.in bonæfidei.nu.16.ver
ſi tenetñ mẽti.C.de reb.cred.& ſequitur Iaſo.in d.l.1.§.ſi is vr.
vbi citat Saly.& Ludo.Roma.in d.l.admonendi, & idem Iaſ.
in d.l.1.§.1.ff.ne quis eum, quam tñ ampliationem nõ probat
Lud. Gomes.in d.§.pœnales.num.49.verſi tñ iſta,ea potiſſima
rõne; quia per pñtiam rei reducitur res ad priſtinum ſtatum l.
quamuis.ff.de in ius voc.l.hoc edicto.ff.de aliena.iudi. mutan.
12 cau.fact.quod ipſe plurib.non diſcutiã.† Dicã potius,ꝙ tex.in
d.l.quoties,extenditur per Hipp.Marſi.in ſingu.137.incip.in iu
re,ad eum qui feciſſet fugere, quẽ ego poſitis inſidijs capi a fa-
milia iudicis curabã,vt is ad vniuerſum,quod ille mihi dẽbat,
obligatus cenſeat.idem Hipp.Marſi.in d.rub.de fideiuſ. nu.17.
per tradita ab Ancha.in conſ.341.viſo themate:& refert Lu-
do.Gom.vbi ſ.quo in loco allegat Ioã.de Ana. & plenius iſta
declarat Bal.in c.dilectis.nu.15.ver.concluſiones,ext.de appel
lat.& nouiſſimè Benuen.Strac.in tract.de merc.tit.de decocto.
in 2.par.vlt.par.nu.10.vbi ẽt de occultãte debitorẽ,quẽ capere
ſtudebã,ponit,de quo meminit ẽt Iaſo.in d.l.1.§.is vr. in fi. ff.ſi
qs ius dic.& de ijs hactenus.Cæterũ,ꝓgrediẽdo rẽ noſtrã dico,
nõ ſolũ rem & fructus ipſius rei ꝑ iuſiurandum in litem æſti-
mari, nec non & intereſſe ob noſtrum debitorem exem-
ptum, verũm etiam quæcunque alia damna contingentia ob
rem non reſtitutam,vt in caſu dictæ l.nummis.de in litem iur.
vbi ſi pecuniam depoſitam mihi Titius non reddat,cauetur,ꝙ,
in litem iurare queam, non quidem propter affectum, ſi quidẽ
13 nullus eſt affectus in pecuniam depoſitam.† Sed propter dam-
na,quæ ex ea non reſtituta paſſus fui,vt puta,ſi incidiſſem in ali
quam pœnam,vel pignus, quod poteram ea pecunia luere ꝑ-
didiſſem, vel aliam pecuniam ſub graui fœnore accipere coa-
ctus fuiſſem:potero enim huiuſmodi fœnus,vt damnum pete
re a meo debitore.qui ſua mora,vel dolo fecit: vt alteri ſoluen
do in eo grauarer.ita volunt omnes tam Legiſtæ, & Canoni-
ſtæ,q̃ etiam Theologi ſecundum Archidiaco.in c.vſura.14.q.3.
& in c.fraternitas.12.q.2.quem ſecutus fuit Alex.in conſi.221.
num.4.in 2.vol.& Ludo.Roma.in ſing.337.pone ꝙ ſcolaris.Io
an.de Imo.in c.peruenit.& in c.conſtitutus.extra de fideiuſ.Ca
non.in c.dilecti.ext.de for.compe.Abba.Panor.in c.1.& in c.
conqueſtus, & in c.ſalubriter.extra de vſu.& in conſi.7.incip.
tertia.in col.3.verſi.venio ad tertium, in 2.volu.Ludo.Roma.
in conſi 101.& Deci.in conſi.302.Alexã.in conſi.57.incip.qm̃.
in vol.1.Matth.de Afflic.in deciſio.Neapol.91.Paul.de Caſt.&
Salyc.in l.2.C.de vſur.Fely.in c.cum venerabilis.num.9.ver.in-
tellige quartò, in col 3.ext.de excep.& Ludo.Gozad.in conſi.
55.col.3.Soci.in conſ.130. in vol.1.eſtq; tex.in c.ſi quis oblitus,
ibi,aliqua incrementa 14.q.2.gloſſ.& docto.in l.ſocium qui.ff.
pro ſocio.& Ioan.Lupus in cap.per veſtras.§.2.verſic.ſecundò
infertur, extra de donationi.inter vir.& vxor.& Hierony.Ca-
gnol.in l curabit.C.de actio.empt.& hoc non habet aliquam
difficultatem, & doctores omnes concludunt in d.l.nummis.
14 per illum textum clarum de hoc † quòd damnum vſurarum
paſſarum probatur per iuramentum in litem,& ſequitur Pur-
puratus in l.rogaſti.§.ſi fugitiuus.nu.36.ff.ſi cert.peta.vbi dixit
eſſe textum in l.Iulianus.§.Marcellus.ff.ad exhib.quòd ob pe-
cuniam non exhibitam defertur iuramentum in litem verita-
tis,non autem affectionis,intellige, quia extimatur ſingularis
vtilitas,vt ibi omnes volunt, & declaraui ſupra. Verum enim
uero inter Doctores dubitatur in ſimili caſu,nempè,quid ſi pe-
nes te depoſuiſſem quinque ſaccos tritici, quos volebam certa
die pro canone fundi emphyteutici ſoluere & adueniente die
cum repeto,tu eos mihi non reſtituis,propter quod a iure em-
phyteutico cado,teneberis ne hoc caducitatis damnum mihi
15 reſarcire?& hoc caſu tritici,vel vini & ſimilium,† cõis eſt reſo-
lutio doctorũ,ꝙ non,vt atteſtatur Iaſ.in d.l.nummis.in 3.not.
& Iaco.Renal.eam refert, & ſequitur in l.1.c.6.fo.208.verſi.ex
iſta,& fo.107.verſi.ſecunda regula, & fo.112.verſi.& per iſta.C.
de ſenten.quæ pro eo,quod,& voluit Vldar.Zaſius in d.l.num-
mis.num.8.& fundatur in doctrina Barto.in l.1.C de ſent.quæ
pro eo quod.communiter approbata, quam refert,& ſequitur
ibi Petr.Rebuf.nume.418.verſic.ſubſequitur poſtea, poſt mul-
tos,quos allegat ibi, refert etiam Berengarius Paulacus ibi nu.
120.ver.2.Bart.& Sebaſt.Sap.ibi.nu.43.ver.ſecunda ſit conclu-
ſio,ꝙ ſcilicet in ijs, in quibus intereſſe intrinſecum cadit, non
poteſt habere locum intereſſe extrinſecum; quia altero credi-
tor contentus eſſe debet,vt ſi habeat intrinſecum,non conſe-
16 quatur etiam extrinſecum, † per textum in l.ſi ſterilis.§.cum ꝑ
venditorem.ff.de action.emp.vbi eſt caſus,ꝙ debens frumen-
tum certa die a die moræ tenetur, quanti plurimi frumentum
valuerit,præſtare,& ſic intereſſe intrinſecum pretij, ſi autem a
die moræ paſſus ſim damnum ob frumentum datum:quia ſer
ui fame perierint (quod intereſſe extrinſecum dicitur,quia ex-
trinſecus prouenit) non tenetur hoc extrinſecum ſeruorũ in-
tereſſe fame peremptorum mihi emendare, ſecundum text.in
d.§.cum per venditorem,nam nunquam illa duo intereſſe in-
trinſecum,& extrinſecum conueniunt, ſeu concurrunt, dixit
Vldar.Zaſius in d.l.nummis.ergo hoc caſu damnum caducita-
tis aiunt nõ eſſe emendandum;quia eſt intereſſe extrinſecum,
quod quidem de tritico non debetur,cum creditor intrinſecũ
pretij conſequi poſſit ſm præfatam doctrinam: In pecunia au-
tem; quia intrinſecum continere non poteſt, ideo præſtat ex-
trinſecum ſm præallegatos,ꝙ ſi non præſtaretur,mora ſua ad-
uerſario quicquam non noceret, ℈ regul.c.mora.& ibi not.de
reg.iur.in 6.& tex.in d.l.vinum.ſi cert.pet.& ibi not.quodq; nõ
eſſet tolerandum,vt dicebat Sebaſt.Sap.in d.l.1.num.47.ver.fal
17 lit,† & hoc pacto concordant iura in d.l.nummis, & in d.§.cũ
ꝑ venditorem, vt d.l.nummis.procedat duntaxat in pecunia,
textus verò in d.§.cum per venditorem.in tritico & ſimilibus,
quæ intrinſecum intereſſe circa pretium recipiunt, & Iaſ.ita
quoq; declarat hoc in l.liber homo.§.fi.de ver.oblig.& ſic pro
poſitam quæſtionem doctores cõiter determinant vbi ſup.vbi
ad d.l.nummis.addit Pet.Rebuf.nu.419.ver.item ſi debeas,ꝙ ſi
debitor die dicta non ſoluit pecuniam, tenetur ob ceſſationẽ
ad omnia damna tam expenſarum carceris, ſi creditor fuiſſet
carceratus;quia ex ea ſuis creditoribus non potuiſſet ſatisface-
re,q̃ etiam aliarum expenſarum,& pœnarum per creditorẽ in-
curſarum,& ad hoc allegat Bald.in conſ.291.incipi.qõ talis, &
in conſ.432.incip.in primis.eo ꝙ te ſcire volui tanquam dictũ
notabile. Prædictam aũt concluſionem ſuper qõne noſtra ſe-
cutus Alexand.in conſil.69.lib.4.& Bald.conſil.479.factum
lib.1. Bald.in l.Iulianus.verſicul.item oppono, & ibi Paul.de
Caſt.de actio.emp.& Ferra.in prat.Papin for.libelli,in actione

reali

Source : BIU Cujas

reali in verſi. & in florenos. num. 3. & nu. 4. & qm̃ hęc cõis reſolutio prædictæ quæſtionis apertam vim facit in tex. in d. l. nummis, eum reſtringendo, quod non poſſit in litem iurari ob intereſſe extrinſecum, niſi in pecunia, cum tm̃ ille text. loquatur de qualibet quantitate tam pecuniæ, q̃ etiam de tritico, vino, & ſimilibus, in quantitate conſiſtentibus, propterea Barto. in d. l. nummis. verſic. veniamus, num. 4. ſentiens hanc difficultatem reſpondet, fatendo, ꝙ principium d. l. nummis. loquatur gn̄aliter de qualibet quantitate, tã in pecunia, q̃ tritico, & ſimilibus, quæ affectionem non recipiunt, in fine (ait Bartolus) intelligendus eſt ſpecialiter, & reſtrictiuè pecunia, non ſanè ob vim verborum, ſed pp̃ præcipuam rõnem, rei qualitate inſurgentẽ, ſiquidem pecunia, cum intrinſecum intereſſe non admittat, extrinſecum recipit, quod extrinſecum in vino, & tritico non conſideratur, cùm econuerſo intrinſecum intereſſe iſta recipiant, & cum hac ſolutione ita acquieſcit Barto. ibi. Iaſo. & Fulgoſius in d. l. nummis † dixerunt cõem opinionem eſſe durã, & do. meus And. Alciatus eam improbat in d. l. 1 quæſtio. 3. in 2. axiomate. C. de ſent. quæ pro eo. & quamuis ibi Petr. Rebu. eius æmulus moderno nitatur D. Alciati fundamenta diruere, tamen inconcuſſa ſubſiſtere, & eius ſententiam veriorem tranſiens cum eo p̃ceptore meo facile puto, me demonſtrare poſſe. Primò itaq;, dum D. Alciatus communem opinionem rõne nulla probari & idcirco reijciendam eſſe, aiebat. l. non diſtinguemus. in fin. ibi, quod nullam rõnem habet &c. ff. de recept. arbit. Petrus Rebuffus inquit, immo ratione probari, ſi ille cogitaſſet, & pro ratione allegat tex in c. bona fides. de regu. iur. in 9. l. ſi ſeruus. §. boue. ff. de cond. fur. cap. at ſi clerici. extra de iudi. inferendo (vt ipſe puto) per dicta iura rationem eſſe, ne his idem ſoluatur, quaſi his intelligatur idẽ ſoluere, qui vtrunque intereſſe ſoluit, intrinſecum ſcilicet & extrinſecum, ò pulcherrimam deciſionis rationem. idem ne dicitur his ſoluere is qui duo intereſſe diuerſa ſoluit? quid eſt? quando iſta duo ſoluuntur intrinſecum & extrinſecum, vt quandoque contingit, (vt mox dicam) dicitur ne his idem ſolui? profecto nemo hoc diceret, nunquam bis idem ſoluitur. l. quis bis idem, & ibi not. de verb. oblig. iſta tm̃ duo intereſſe intrinſecum & extrinſecum ſimul interdum ſoluuntur, ſed vt Bar. & aliorum in hoc rationem attingam, ea videtur ridicula. ꝙ quia in frumento, & ſimilibus poſſibile eſt ſimul concurrere intereſſe intrinſecum, & extrinſecum, negetur perpetuò intereſſe extrinſecum, damnorum, ꝙ non liceat ob id litem iurare in frumento, & ſimilibus, & propter huiuſmodi poſſibilitatem negare, ꝙ damna extrinſeca ob frumentum non reſtitutum non reſarciantur per moroſum, vel doloſum, vī incongruum, eam deridet Sebaſt. Sapi. in d. l. 1. nu. 43. verſi. ſecunda ſit concluſio, & Paulacus ibi num. 121. ver. ſecundò pone, per text. in l. ſed an vltro. de nego geſt. c. ſi homo. xxx. q. 1. quid ſi a die moræ triticum nunquam pretio auctum fuiſſet, immo decreuiſſet damnumq; aliunde Dominus illius ob illud non reſtitutum fuiſſet paſſus, impunè reus ſua mora abibit? ſuaq; perfidia lætabitur? Certè non d. c. mora. communis igitur concluſio ratione caret. Secundò quatenus D. Alciat. contra præfatam concluſionem adducebat textum in l. videamus. §. præterea. ff. de vſu. quo cauetur, ob veſtimẽtũ, vel ſcyphum non redditum, non ſolum æſtimationem eorũ, quæ creſcere, & decreſcere ſolent, verum ẽt id, quod mercedis nomine locando ex eis potuiſſet lucrari, præſtari, & ſic vtrunq; intereſſe extrinſecum, & intrinſecum ſolui; reſpondet Rebuffus hoc non obſtare: quia veſtimenta pretio nõ augentur tempore, ſed vſu imminuuntur. l. 3. §. ſi res. ff. cõmod. pariter & ſcyphus augumentum in pretio tempore non recipit, & ſic in ijs ceſſat intereſſe intrinſecum, nimirum eſt, ſi debetur extrinſecũ
19 toto cœlo errat bonus Rebuffus † qm̃ res omnis tempore, & loco poteſt pretium mutare. l. pretia rerum. ff. ad l. falci. ꝓrium aſſerere, eſt mendacium, tamerſi fatear in comeſtibilibus, q̃ in alijs rebus, quandoquidem a cibo omnis noſtra vita imprimis pendeat, frequentiorem, & grauiorem pretij mutationem fieri. Nec non craſſe decipitur æquiparando ſcyphum pecuniæ, quia, vt eſt dictum ſcyhpus pretio variabili ſubijcitur, vt cæterę res l. 1. ff. de contra. empt. & nõ pecunia, cum ſit pretium rerũ. d. l. 1. l. ſi ita fideiuſſorem. ff. de ſolut. & tradit Ruin. in conſi. 79. nu. 7. in 2. vol. nec poteſt pretio eſſe variabilis l. ideò. ff. de eo quod cer. loco, & ſic intereſſe intrinſecũ admittere, vt ipſi poſt Bar. aiũt: & ego ꝓbo, vt inferius dicã. Rurſus inſtat Rebuffus, D. Alciat. male argumentari de p̃allegato textu in d. l. videamus. §. ſi dicendo, ꝙ, quamuis ſit verũ, iura promptiora eſſe, ne damnum patiamur, q̃ vt lucrum aliquod faciamus. d. l. fin. C. de iur. codic. non tamen (ait Rebuffus) verum eſt leges vtrunque ſimul concedere, ſcilicet, vt damnum euitemus, itidemq; lucrũ ſimul faciamus. Sed hæc Petri rñſio exit terminos qõnis: quia non diſputatur, an lucrum, & damnum ſimul præſtentur, hoc pendet ad alia rõne, ſed diſputaẽ, an intereſſe extrinſecũ veniat in rebus q̃ intrinſecũ continere poſſint, & in ijs terminis ſtringit argumentum dñi mei fortius ſtringendo: nam lucrum eſt intereſſe extrinſecũ, & hoc nemo negat, ſi in d. l. videamus. §. p̃terea. intereſſe extrinſecum lucri ceſſantis ob ſcyphum, & veſtimentum nõ redditum, in quib. reb. cadit intrinſecum intereſſe pretij, emendari videmus, idem oportet dicere in extrinſeco intereſſe damnorum, quod reficiatur ẽt in rebus recipientib. intrinſecum, & longè quidem fortius, argu. l. fi. de iu. codi. vnde apparet, ꝙ rñſio Rebuffi non facit ad rem. Præterea & ſecundò replico, ꝙ in d. §. præterea. non negatur & damnum, ſi contigiſſet, præſtari, vt & lucrum. Quarto loco damnat D. Alciat. vt qui tex. in d. l. nummis. intellexerit diſponere, ꝙ non reſtituens pecuniam in damnis emergentib. ei ob pecuniã nõ redditam, & non in alio ſit condemnandus, ergo (inquit Rebuffus) D. Alciatus intelligit eum non eſſe condemnandũ in ſorte principali pecuniarum, ſed quæ hæc eſt Rebuffi criminatio? põt ne eſſe magis ſupina & calumnioſa? qm̃ quidem petat, D. Alciatum intellexiſſe in alio non eſſe condemnandũ, ſ. q̃ in damnis, non in pretij pecuniarum augumento, ſiquidem pretio creſcere non poſſint. d. l. ideo, non aũt negauit quantitatem pecuniarum principalem eſſe reſtituendam. P(remò quatenus D. Alciat. improbata ex ſupradictis cõi concluſione declarauit textum. in d. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ſibi non obſtare; quia præcipua rõne nititur, ne. ſ. emptor, & venditor, de quib. loquitur ille tex. cum ſint correlatiui l. 1. C. de cu
20 pre. lib. 10. ad imparia iudicentur, † nam ꝯctus præſertim bonæfidei aliqua ex parte claudicare non debet. l. ſed & interpellatur. §. fi. de recep. arbit. & gl. ampliſſima eſt de hoc in c. de illis. in verſic. ſemel, extra de deſpõ. impub. vt quemadmodum emptor ex ſua mora in ſoluendo pretio ad vſuras duntaxat tenetur. l. Iulianus. §. ex vendito. de actio. emp. cum concord. ita vẽditor teneatur duntaxat ad id, quod interfuit emptoris; quia frumentum pluris fuerit, alioqui, ſi venditor ad extrinſeca dãna ẽt teneretur, pœna æqualis, vel ꝓportionabilis pro cuiuſq; mora inter eos non poneretur, & hanc rõnem ẽt adducit & reddit D. Alciatus in l. cum prætor. ff. de verb. ſign. Petr. Rebuf. reprehendit eum; quia dicit hoc eſſe recurrere ad ſpecialia, quod miſerorum eſt refugium. glo. in l. filium. C. famil. erciſc. ſed non videt ipſe bonus homo, ꝙ D. Alciat. magis diuerſitatis rõnem, quàm ſpecialitatem adducit, cur in ꝯctu emptionis & venditionis ſit hoc, & non in cæteris caſibus. Pro quo facit, quod dicebat Sebaſt. Sap. in d. l. 1. num. 45. verſ. ſed pro ſolutione. C. de ſent. quæ pro eo, quod, ideo non præſtatur intereſſe extrinſecum in ꝯctu venditionis, & emptionis; qm̃ veroſimiliter de eo ꝯhentes non cogitauerunt, ſed tantum de eo cogitaſſe creduntur, quod ex cauſa pretij aucti a die moræ emptoris intereſſe potuiſſet, ad quod adduci poſſet, ꝙ ꝯhentes cẽſentur cogitaſſe id, quod ĩterrogati veroſimiliter rñdiſſent. l. tale pactũ. §. fi. ff. de pact. vbi Bal & alij hoc notant, & dicit Thom. Gramma. in conſi. 4. num. 3. & in conſi. 6. nume. 19. in conſilijs criminalibus. Deci. in conſi. 486. num. 3. & Lau. Calca. in conſ. 11. ideo ſi familiæ ſuæ panem ſubminiſtrando non proſpexit, emptor ſibi imputet; qm̃ turpe eſt prudenti patrifamilias dicere non putaram, vt dicebat Alciat. vbi ſupra nume. 78. Alijs quoq; argumentis Petr. Rebuf. dicta D. Alciati inſectatur ſigillatim, quæ quatenus rem noſtram non attingunt, miſſa facio, ſatis ergo ſit in confutationem cõis ſnĩæ argumenta D. Alcia. ab oppugnatione Rebuffi defendiſſe. Contra cõem ẽt Berẽgarius Paulacus mouetur, quia non entis nullæ ſunt qualitates. l. actor. vbi Bald. C. de proba. ergo ſola poſſibilitas eius, quod nõdum eſt, ſ. intereſſe intrinſeci, ſeu aucti pretij, non debet operari excluſionem extrinſeci intereſſe; etenim inconueniens ſequeretur, ꝙ ſi pretium decreuiſſet a die moræ, illud minus creditor acciperet, & debitor ſua mora lucraretur non autem puniretur, quod eſt contra text. in d. cap. mora. Præterea inquit, ſi vſuræ præſtantur in d. l. nummis, quæ ſunt magis odioſæ, quàm intereſſe. l. qui ſine. ff. de nego. geſt. ergo tanto magis hoc intereſſe ſolui debet. Non omittam etiam duo argumenta, quæ in hac materia valdè ſunt perpendenda, alterum Fulgoſius, alterum Iaſon contra communem contorquent. Fulgoſius itaque in dicta l. nummis. contra Bartol. dicebat, quòd immo ſicut in cæteris rebus, ita in pecunia conſiderabatur intereſſe intrinſecum; quia dicebat ipſe, ſi Titius non reſtituat mihi centum autem aureos, condemnabitur ad illos centum, ecce intereſſe intrinſecum. (præſupponit enim hoc modo pretio variare poſſe.) Præterea cõdemnabitur ad id, quod ratione damnorum paſſorum mea interſit, ecce extrinſecum, hoc dictum verum exiſtimauerunt Alexã. in d. l. nummis. Sebaſt. Sap. in d. l. 1. nume. 46. & alij. Sed Berẽgarius Paulacus ibi. nume. 120. ſaluat Bartol. ab hoc, quòd dictum Bartoli ſuſtineri poteſt; quia non ita communiter ſicut in alijs rebus in pecunia valor mutatur; mutatio enim valoris in moneta non niſi principis voluntate contingit. Ioan. Fab. inſtit. de oblig. in prin. quæ autem a principis conſenſu pendent, impoſſibilia reputantur. l. continuus. §. cum quis. de verb. oblig. l. idem Iulianus. §. cõſtat. de lega. 1. & ibi not. & præſertim quia huiuſmodi mutatio non poteſt contingere ſine graui reipublicæ diſpendio, cui princeps præiudiciũ facere non cenſetur. l. 2. §. merito. ff. ne quid in lo.

Source : BIU Cujas

pub. Secundò saluabat Bar. quia lex ad ea quæ frequenter contingunt & non quæ rarò eueniunt adaptatur l. nam ad ea. ff. de legi. & ijs Berengarius cum Bartolo quò ad eius rationem, sed non quò ad decisionem qõnis nostræ residet. Sed ego opinor Berengarium, & Fulgosium, & alios tenentes recipere pecuniam pretium, seu interesse intrinsecum decipi: nam bonitatẽ monetæ intrinsecum accipiunt pro interesse intrinseco, quæ
21 tamẽ inter se sunt diuersa, † aliud enim est bonitas intrinseca, aliud interesse intrinsecum, vt dicebat Bal. in d. l. 1. nu. 67. versi. alia diuisio. C. de sent. quæ pro eo. vnde ex mutatione bonitatis intrinsecæ monetæ causante mutationem in valore pecuniæ, crediderunt, vt rerum, ita pecuniæ pretium, & æstimationem variare, & quod attribuẽdum erat deteriorationi monetæ, attribuerunt valori, & æstimationi, quam nõ vident perpetuam
22 esse oportere, † & ꝙ semper centum aurei valeant centum aureis, necesse est: vt dicebat D. meus Alciat. in d. l. 1. C. de sen. quæ pro eo, quod c. 9. nu. 11. & Caro. Rui. in consi. 79. nu. 7. vol. 2. non enim quis dr̃ eandem pecuniam reddere, verbi gratia, centum aureos, si eos in ære, vel pondere deteriores reddit, vt latè consuluit Aym. Crau. in consi. 47. nu. 6. Bart. & alij in l. Paulus. ff. de solutio. Canon. in c. olim. ext. de censi. bonitas aũt monetæ est in æris qualitate, ac ponderis quantitate, sicut in vino sapor & color, sin ea, quæ dicit Pet. de Bellapert. in d. l. 1. nu. 9. & Rebuffus ibi nu. 142. versi. item quædam, vbi addit bonitatem intrinsecam esse quidem, quod a natura rei prouenit, & ex rei qualitate substantiam, capit. Durante bonitate eadem intrinseca p̃tium in rebus augetur, & minuitur ex loco, & tempore d. l. pretia rerum, ibi, non nullam tñ pretij varietatem loca, & tempora afferunt: in pecunia aũt secus est. d. l. ideo ff. de eo quod cer. loco, nisi mutatio bonitatis intrinsecæ contingat; quia nõ est dare pretium supra pretium d. l. 1. Hinc dr̃, ꝙ pecunia non est vendibilis, vt per Lau. de Ridolf. in tract. de vsu in 2. part. q. 32. & q. 26. & in 3. part. q. 1. & sic variatio pretij, quæ dr̃ interesse intrinsecum. Sebast. Sap. in d. l. 1. nu. 97. versi. ex quo eijcio, non po
23 test in pecunia versari. Nec obstat † si dicatur, ꝙ etiam stante eandem met bonitate intrinseca, qñq; contingit monetæ valorem seu cursum mutari, vt pro pluri vno tempore idẽ nummus expendatur, q̃ alio tempore, vt sæpe vidimus, & nota. in l. cum quid, & in l. vinum. ff. si cer. peta. & perpendit Bar. in l. res in dotẽ. ff. de iur. doti. & in l. Paulus. ff. de solut. & Marti. de Lau. in tract. de monet. col. 4. versicu. circa quartum, vbi plura citat. & Franc. Curt. in tract. monetæ, col. 2. versi. ijs præmissis. & Albe. Brun. in tract. de augũ. in vlti. concluprin. in 3. concl. in quibus locis disputant, quid iuris, quando stante eadem bonitate intrinseca, cursus, seu pretium monetæ variatur, vnde videtur illud interesse intrinsecũ considerari etiã in moneta, prout in rebus ꝓtingẽte eadẽ pretij variatione: Nã ad hoc ego rñdeo, q̃quid alii dixerint, ꝙ interesse intrinsecũ nõ possit considerari in pecunia: qm̃ moneta vnicã, certam ac perpetuã æstimationẽ habet, vt dixit Iaco. Put. in d. tract. de moneta, col. 2. versi. tertiodecimo, allegando ad hoc tria iura. tex. in d. l. ideo & in d. l. 1. de ꝓhen. empt. & in d. l. nummis, quæ iura id ꝓbant, idem dixit Frã-
24 ciscus Duaren. in d. l. in actionibus. nu. 5. † quæ æstimatio pecuniæ tãta est, vel esse debet, quanta est materia rudis in massa, de qua nummus est excussus, vt ne expensarum quidem in cudẽdo factarum ratio augeat æstimationem monetæ, ꝛm legistas vt ait Iaco. Puteus vbi supra colũ. j. secundùm vero Canonistas expensarum ratio duntaxat addmittitur. Iac. Put. vbi supra. & Mart. vbi sup. ver. sextò quæro. & si pluris princeps appretiet, q̃ sit in massa rudi, tenetur ad interesse eorum, qui dictam monetam pro valore vltra legitimum modum, & æstimationẽ, acciperent, ita voluerunt doctores, prout refert Alber. Brun. in d. tracta. de aug. vbi sup. & Iac. de Put. vbi supra col. 4. vbi dicit ꝙ tenetur emendare damnũ hmõi, & p̃t ad superiorẽ appellari. c. quanto. vbi oẽs extra de iureiur. nã pecunia siue aurea, siue argentea, siue ærea, est inuẽta, vt res appretiet d. l. j. d. l. si ita fideiussorẽ. & l. ij. C. de ꝓstitu. pecu. & Bar. in l. 1. C. de vete. numis. potes. lib xi do. Alciat. in l. propemodũ. de ver. sig. & dãdo monetam ære deteriorẽ, princeps minus iusto dat, & accipiẽs tãto minus pecuniarũ accipere censetur, ac tanto minus merces põt emere, vel appretiare ꝛm Iacobum Putẽum vbi supra. in j. & iiii. colum. & Alber. Brun. & vbi sup. colum. 2. iste ergo cursus monetæ excedẽs valorẽ æris in massa, cum sit quid contingens extra naturam monetæ proficiscens ex sola principis fraude minus dantis in moneta q̃ sit iustũ, dici debet non interesse intrin
25 secum, sed extrinsecũ † tanquã damnũ extrinsecũ ex facto alterius proueniẽs, si quidẽ princeps subditis auferre id, quod pluris æstimat monetã, quàm in ære, moneta sit, dicat: & ideo Paul. de Cast. in consi. xxvi. in fi. in 2. lib. secũdùm nouã impressionẽ, appellat interesse extrinsecũ, quod cõsideratur; qa pecunia debita quãti plurimi valuerit a die moræ, vt ducati ī casu suo: in cẽteris aũt rebus semp valor intrinsecus est; qa natura res cõparatæ sunt hac de causa, vt inde nos alamus, & viuam⁹, iq̃ ꝓ necessitate tpis modo pluris, modo minoris sunt d. l. pretia rerũ, nec hæres certum, & determinatum pretium possunt habere pendente ex ijs vita hominis quæ est inæstimabilis. l. sancimus. C. de sac. sanct. eccle. l. iustissime. ff. de ædil. ædi. & adeo hoc est verum, vt Hiero. Butigella dixerit in l. cum quid. nu. 28. si cert. peta. quòd si debitor pro vno sacco tritici vellet soluere mille pondo auri, non liberaretur, in pecunia igitur augmentũ pretij eadẽmet bonitate intrinseca manente oportet considerari, vt extrinsecum interesse, sicut quodlibet aliud danũ ꝓtingẽs ob pecuniam suo tempore nõ solutã, vt & voluit Anton. Cor. in d. rub. de iureiur. col. iiij. ver. aliud est iuramentũ, & propterea puto, ꝙ Moder. male senserunt in tract. de vsu. in q. xcij. nume. 696. versicu. secundum corellarium, vbi amplissime tractans materiam monetarum, existimauit, quòd publica æstimatio, seu publicis valor imposititius monetæ dicatur bonitas intrinseca: quia est eius propria, specifica, substantialis, & formalis ꝓbitas, & essentia, quæ dat ei esse, & qua sublata desinit esse pecu-
26 nia. l. mulier. §. abesse, de verb. signi. † nam iste impositititius ualor dicẽdus est extrinsecus, & cõiter volunt doctores, prout ipse attestatur ibi, cum extrinsecus accedat, nã in moneta duplex ꝓsideratur valor, alter est in ipsa qualitate & quãtitate monetę & æris, alter est in approbatione & cursũ a principe dato; si igitur iste impositititius dicitur intrinsecus, dicitur ne alter, qui vertatur & consistit in ipsa æs vi, & qualitate, extrinsecus valor? certe nõ: ergo dicamus oportet, vt impositititius valor dicatur extrinsecus, & alter intrinsecus, vnde variatio contingens dici debet īteresse extrinsecũ ex mutato, vel alterato imposititio monetæ valore; & quoniam circa valorem intrinsecũ nõ est possibile aliquam variationẽ contingere, se moneta semper est eadẽ valore, iccirco nullum interesse intrinsecum vt in rebus ꝓsiderari, vel venire põt: vt & dixit do. meus Alcia. in l. singularia. nu. 33. ff. si cer. peta. Ex quibus magis firmatur fundamentum Bartoli & Fulgosij, & aliorum in hoc eum reprehendentium, error ostenditur. Pariter Iasonis argumentum contra Bar. fundamentum facile demõstratur futile, dum variationem in pretio pecuniæ se animaduertisse dicebat; quia mercatores modo cariori, modo viliori pretio cãbia marcorum (vt illi nominãt) de nundinis in nũdinas faciant, arguẽdo vel ab eo, quod ipsi facere solent. l. si chorus. §. ijs verbis. de leg. iij. vel ab experiẽtia rerum magistra. c. q̃ sit. de elect. in. 6. Nam ad hoc patet responsio ex d. l. ideo, quòd quia pecunia quãdoque grauioribus, quãdoque leuioribus vsuris reperiatur, non tamen dicitur habere pretiũ variabile, illud extrinsecus contingens est, & assertione cõtraria alicuius, ea quæ certam iuris determinationem habent, mutari nequeunt l. si forte. de castr. pecul. l. si donatione. C. de
27 collat. † & cambia peeuniarum sunt inducta ad similitudinem vsurarum, & licita sunt, quando hic do pecuniam, vt Romę habeam, & ratione loci certum quid soluitur vt per Lud. Rom. in cõs. cccxxxviij. ꝓ habenda. Bal. in l. ij. C. de vsu. rei iud. Bal. in rub. de ꝓstit. pec. c. q̃. j. & Ias. in l. j. nu. 64. in pri. lect. nu. 39. in 2. lect. C. de sum. trin. & fid. cat. Alex. in cõsi. lxi. viso. col. fin. lib. 2. Moder. ibi in addit. & Ioan. Lup. in c. per vestras. §. ix. col. vi. de donat. ī. vir. & vxo. licita autem non sunt, quando hic tibi mutuo, vt hic mihi reddas, ad rationem reditus cambiorum talis loci, qd̃ cambium siccum dicitur, nec differt ab vsura, secũdùm Bal. in consi. ccccxlvii. ad euidentiã. vol. v. in nouis. Sal. in auth. ad hæc. nu. 8. versi. quæro vndecimò. C. de vsu. impressa post lect. Bal. instit. Concludendo autem in quæstione nostra dico fundamentum Bar. esse verum. Sed ex eo non recte inferri ad decisionem casus nostri; quia, an interesse extrinsecum debeatur, non dẽt pẽdere a qualitate rei, sed a causa sufficiẽti, & iusta, vt præstetur, quia causa est mater obligatiõis. l. licet. § ea obligatio. ff. de procur. Aret. & alii in §. 1. instit. de obligat. & causa sufficiens reputatur dolus aduersarii. l. inficiando. § j. ff. de fur. l. Iulianus. §. 1. &
28 2. ff. de actio. emp. † ita tradit pro regula, quod in omnibus male ficijs habeatur ratio etiam extrinseci interesse Rayn. de Foro. ī d. l. 1. nu. 49. ver. vndecimò quæro, & ibi Petr. de Bellaper. nu. 12, & Sebast. Sap. nu. 48. ver. tertia sit cõclusio, & ita do. Alciat. vbi supra, & ibi Berenga. Paulacus nu. 128. versi. secundò nõ obstat, tenuerunt decidendo quæstionem nostram, ꝙ possit in litẽ iurari, pro vino, & similibus de extrinseco interesse, & text. in d. l. nummis. intelligitur in pecunia, & alia quãtitate, vt tritico & & simili secundum Moder. in tract. de vsu. nu. 31. versicul. declaro quartò. vbi damnat Bartolum, & eius sequaces in hoc. & Petrus Loriotus hoc etiam voluit in l. quatenus. in colum. xii. versicu. respondet Barto. de reg. iur. & in tracta. de eo quod int.
29 axiom. xxii. xxiii. & xxiiii. † Dubitar etiam potest, an lucri cessãtis ratio fiat per iusiurandũ in litem, & videtur, quòd nõ liceat in iusiurandũ in litẽ deducere lucrũ cessans; quia est quid incertum, secundum gloss. in l. tertia. §. fi. in versicul. solebat. ff. de eo quod cer. loco, & multa inter os, & offam intercidere (ut vulgò dicitur) sæpe solent, & iusiurandi in litem ad incertum religiò accedere non debet, lege videamus. §. curatores. ff. de in lit. iur. contrariũ est verius. & clarũ est in iure, quòd rõ lucri cessantis habetur, & emendatio fit per eum, qui in causa fuit, vt actor illud non fecerit, iuxta tex. in lege nõ utique. §. nũc de officio. ff. de eo quòd certo loco. & gloss. ibi & Doctores & Re-

per.

Source : BIU Cujas

pet. & præſertim per Hieron. Cagnol. in lege prima. C. de ſenten. q̃ ꝑ eo. eſt tex. in d. l. videamus. §. præterea. ff. de vſu. gloſſ. in cap. P. & G. extra de offici. deleg. & in c. 1. extra de plus pet. Fely. Deci. & alij in c. cum venerabilis. in gl. in verſi. in bonæfidei, ext. de except. gl. in c. conqueſtus, & in c. ſalubriter. vbi Canon. ext. de vſur. vbi voluerunt tam lucrũ ceſſans emendari q̃ damnum illatum. Additq; D. Alciat. in d. l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. cap. 9. & c. vlt. ꝙ generaliter in quibuſcunque caſibus & actionibus, dummodo ille veroſimiliter lucratus fuiſſet, & id feciſſet ſine alterius iniuria. l. ſi is cui. §. eius rei. ff. de fur. lucri ceſſantis habenda eſt rõ; ergo lucrum ceſſans ꝑ iuſiurandum in litem deducetur, per quod affectus ẽt deducitur, vt in-
30 fra dicam, qđ rarius conceditur. l. ſi ſeruum. ff. ad l. Aquili. † & ꝙ lucrum ceſſans probetur ꝑ iuſm mercatoris dixit Bertach. in repert. in verſi. intereſſe probatur, verſi. 11. & citando Bal. ibi, vt per eum, & conſulendo voluit Iaſ. in conſi. 174. & qm̃ Doctores in materia lucri ceſſantis ſoluet diſtinguere caſus, qñ is eſſet mercator, qui lucrum ceſſans petit, vel qñ eſſet alius, qui in arca ſuam pecuniam ſine fructu ocioſam tenere ſolet, vt ꝑ Deci. in conſi. 441. Hiero. Cagnol. in l. 1. nu. 37. C. de ſent. quæ ꝑ eo. Alex. in conſi. 41. col. 5. in volu. 4. & latiſſimè Socin. in conſi. 151. incip. pro fundamento, in 2. vol. & multi ex ſuperius citatis. puto ego religioni iudicantis hoc eſſe committendum; qui inſpectis circunſtantijs facti. & qualitate perſonarum, arbitretur ex poteſtate, quam habet deferendi iuſiurandum, vel illud denegandi; an lucrum ceſſans iurandum ſit; & hæc quæſtio dupliciter poteſt accidere, vno caſu, qñ quis iuſſus eſſet pecuniã alteri reſtituere, & ob contumaciam non reſtitueret, hoc caſu per iuſm in litem lucrum ceſſans probaretur d. l. nummis. vt & *voluit Bolognetus in d. l. in actionibus. nu. 26.* alio caſu, quando qs ſuo dolo, vel maleficio faceret, quo minus ego lucrarer, quod poteram, ſi me non impediuiſſet, & de hoc loquitur Iaſ. in d. conſi. 174. & nonnulli alij, & in effectu iſtis caſibus, quibus iam lucrum ceſſans debet emendari per doloſum: iuſm in litẽ ſubrogatur loco probationum, quas fieri oporteret per teſtes, vel per ſimilem modum, & per iuſm res ſit clara, vt pro veritate habeatur, ſm D. Alciatum vbi ſup. c. 6. nu. 24. & Renal in d. l. 1. c. 5. verſi. ſexto ex prædictis, fo. 45. vbi ſubdit, ꝙ facit præſumptionem efficaciſſimam tanti iurantis verè intereſſe, quanti iurauit. Hinc rñdetur, ꝙ licèt lucrum ceſſans ſit incertum, tamen,
35 quia datur ad id actio, & fit pro lucro ceſſanti condemnatio, ſufficit, vt in litem iuretur; quia id defertur loco probationis, quæ per teſtes alioqui fuiſſet facienda, ꝙ tñ potuiſſet lucrari, vel lucratus fuiſſet; nec dici poteſt dubium iurare, vel non verum, qm̃ iurat verum, iurando ꝙ tot fuiſſet veriſimiliter lucra
31 tus: tametſi lucrum potuiſſet non fieri. † Vbi autem pro lucro ceſſante non daretur iuſm in litem, nec per teſtes id probatum eſſet, iudex nihilominus ex officio ſuo poſſet taxare, & æſtimare, vt per Bar. in l. 1. C. de colo. illiri. lib. 11. & Ioan. Ign. in l. quatenus. nu. 18. verſ. vel clarius, de reg. iur. Ioan. Bolognet. in d. l. 1. col. antepe. C. de ſen. quæ pro eo. pro quo ẽt facit illa receptiſſima doctorum concluſio, ꝙ iudex ex ſuo officio poteſt ipſe rẽ æſtimare, vbi æſtimatio non probaretur, vt per Bar. in l. ſi quod ex Panfilia. de lega. 2. & Matt. Affict. deciſ. Neapol. 58. col. pen. Corn. in conſ. 20. vol. 1. & in conſ. 2221. col. 7. in 2. vol. Alex in conſ. 60. vol. 2. Lud. Roma. conſi. 281. Alexã. conſi. 77. vol. 6. & in conſi. 172. eo. Paul. de Caſtr. conſ. 219. in cauſa in 2. vol. Aym. Crau. in conſi. 218. nu. 4. verſic. non obſtat valorem. & Moder. Repete. in d. l. 1. C. de ſent. quæ pro eo, qui ita tenent quò ad in-
32 tereſſe per iudicem æſtimandum. † Supereſt modò videre, nũ etiam effectus ratio in iuſo in litem habeatur ob reſtitutionẽ rei non factam in caſibus. d. l. qui reſtituere. d. l. in actionibus. & concord. vt res, quæ non reſtituitur ſm ſingularem affectum per actorem æſtimetur, & in hac quæſtione varia ſenſerunt doctores. Nam aliqui conſiderant affectum ſimplicem ab omni vtilitate ſeiunctum, & omni commodo pecuniario expertem, vt eſt affectus in rem, quia maiorum fuerit. l. ſi in emptione. ff. de mino. vel ex alia ſimili cauſa, vt mox dicemus. Item & affectionem mixtam cum commodo pecuniario conſiderant, vt affectus in librum, in quo memoriam quis fecerit, vel apoſtillas ſcripſerit, qui planè non eſt ſine vtilitate pecuniaria, vt dicebat Alber. de Roſa. in l. 1. ff. de in litem iura. & Soc. in Rub. C. de ſent. quæ pro eo, nu. 55. col. 9. & alij Mod. poſt eum ibi, vel ẽt in fundo vicino, ex quo ad alium fundum opportunitatẽ, & cõmoditatem habebam. l. ſi cui fundus. de leg. 2. vel aquam ex eo ducendi ad inferiorem, vt exemplificat Petrus de Bellapert. in d. l. 1. num. 8. verſi. præterea, quæ vt ego, non æque alius percipere poſſt, ijs duobus modis cõſiderari affectionem per Doct. tradit Pet. Rebuf. in d. l. 1. nu. 287. verſ. notãdum eſt. Doct. itaq; varij fuerunt in hac qõne, an ꝑ affectum ſimplicem ab omni vtilitate pecuniaria ſeparatum in litẽ iurare liceat. (de mixto autem cum vtilitate nemo dubitat,) eſt enim in effectu ſingu-
33 laris vtilitas (quin in litem iuretur) partem negatiuam, † ꝙ ob ſimplicem affectum non iuretur in litem tenuerũt omnes antiquiores poſt Iac. de Rauen. put refert Sebaſt. Sap. in d. l. 1. nu. 23. verſ. ſecunda ſit cõcluſio, quod ſequendo, & voluit Alber. de Roſa. ibi col. 4. dicendo, ꝙ, ſi non reddo tibi rem tuam, quã ſummopere caram habes, vt qa antiquorum tuorum fuerit, ratione illius affectionis æſtimandæ non eſt tibi iuſm in litem
34 deferendum, & propterea admonet † qualis eſſe debet forma iuſiurandi in litem, ꝙ ſcilicet iurans dicat, iuro, ꝙ tanta eſt utilitas, & non debet dicere, iuro, ꝙ pro tanto nollem me re carere, idem admonet Io. Igne. in d. l. quatenus. num. 22. vbi dicit, ꝙ probatio affectionis continere vtilitatem debet; idem notando ſequitur Petr. Rebuffus vbi ſup. nu. 290. verſicu. item ſic, concludendo in effectu per duas, vel tres formas iuriſiurandi in litem ibi per eum traditas, ꝙ iurans ad vtilitatem ſe referre debet, & ita limitari & intelligi totum titulum de in litem iur. cum Alberico aſſerit vbi ſup. num. 288. & Pet. de Bellapertica ibi num. 8. ad finem; & Bartol. in d. l. videamus. & ibi Alexand. num. 6. de in litem iur. Bald. & Salyc. in l. cum ſeruus. ff. mand. Barto. in l. 1. colum. 5. verſicul. vidimus ſupra, nume. 12. & ibi Salycet. colum. ſecunda. verſicul. item eſt tertia ſubdiuiſio. & Soci. in rubr. eiuſdem titu. C. de ſenten. quæ pro eo. colum. 12. nume. 72. verſic. ex quibus melius, & Hieron. Cagnol. in l. prima, num. 67. verſi. pro veritate clariori. & Deci. in 2. lect. num. 30. C. eo. & Cagno. in d. l. quatenus, & in hanc quoque ſententiam, ꝙ ratione ſolius affectionis in litem non iuretur, defendit poſt diſputationem huius articuli Raynerius de For. in d. l. 1. nu. 40. & nouiſſimè Ioan. Coraſ. lib. 6. miſcella. cap. 1. nu. 4. & Iac. Renaldus in d. l. 1. C. de ſent. quæ pro eo. cap. 5. fol. 40. verſicu. affectionis tamen, vbi tradit formam iurandi in litem, ꝙ ad ſingularem vtilitatem, & non ad ſolum affectum referatur, & eandem Coraſius tradit in d. lib. 6. cap. 3. & dixerunt hanc eſſe communem ſententiam D. Alcia. in d. l. 1. cap. 6. & ibi. Pet. Rebuffus num. 289. verſic. nec obſtat. vbi dicit, ꝙ iſta communis ſententia in conſulendo & iudicando eſt tenenda in pratica, ſecundùm Pirrum in d. l. quatenus. & Deci. in d. l. in actionibus. in princ. dicit Ioan. Bertach. Paduæ diſputaſſe hanc quęſtionem, & ſuſtinuiſſe hanc partem negatiuam, prout ipſe Ioan. Bertachinus atteſtatur in ſuo locupletiſſimo repertorio in verbo iuramentum in litem, verſicul. 14. & ſic ſtat communis concluſio negatiua, quòd ob merum affectum, niſi ſecum intereſſe pecuniarium coniunctum habeat, non iuratur in litem, † ſicuti ratione ſimplicis affectus nemo alteri paciſci, & ſtipulari poteſt. glo. & ibi Bart. Bald. Paul. de Caſt. Alexã. & Iaſon in l. fideiuſſoris. ff. de pact Soc. in d. rub. num. 52. verſic. ſed quando non eſt. Iaſ. & cæteri ſcribentes in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de verb. oblig. Et hæc communis ſententia pluribus argumentis per Doctores factis pro ea firmari videtur, quæ diſputando referam, vt veritas magis eluceſcat. Et primò dicebant, ꝙ vbi in iure rationem ſimplicis affectus hñi reperiẽ, vt in d. l. ſi in emptione. ff. de mino. d. l. cũ ſeruus. ff. mand. reperiẽ quidẽ, vt actio competat, non ut ad plus agatur, ſeu vt cõdẽnatio creſcat, ita dicit Petr. de Bellapert. in d. l. 1. nu. 8 in fi. & refert Rayner. de Forol. ibi nu. 40. dicẽdo ꝙ hoc tangit glo. in l. fi. in fi. ff. de oper. lib. allegando tex. in d. l. cum ſeruus, iuncta d. l. ſi ſeruũ, ad l. Aquil. nullibi ergo inquiunt, in iure cauetur, ꝙ cõdemnatio ob ſolam affectionem augeatur, vel ꝙ ad plus eius cauſa aliquis agere queat: ita ẽt dicit Petrus Rebuffus vbi ſup. num. 288. ver. primò fallit, & iura loquentia de iuramento in litem nihil quidem de affectu exprimunt, ergo quod lex nõ dicit, nec nos dicere debemus. l. 4. §. toties. de damno infe. cum vulg. ita argumẽtabatur Bertachinus vbi ſup. vt refert Decius in d. l in actionibus. Secundò fortius dicebant ſtare regulã expreſſam in cõtrarium, ꝙ pretia rerũ nõ ex affectu ſingulorũ, ſed cõiter ſtatuuntur d. l. pretia rerũ. Tertiò id tantomagis dicendũ; qm̃ iuramentum in litem ad vtilitatem reſtringendum eſſe ſuadet textus in indiuiduo in d. l. videamus. ibi, ad ſuam utilitatem &c. qđ Bart. & alij multi ibi notant de in litem iur. allegatur etiam textus in d. l. cum furti, eod. tit. vt dicebat Bereng. Paulacus in d. l. j. nu. 144. verſ. ſupereſt, ꝙ ſi ille textus intelligendus eſt in iuramẽto in litem, prout uidetur, cũ ſub illo titulo legatur l. Imperatores. ff. de in diẽ addic. certũ eſt ibi præſtari, nõ qđ ex affectu rei peteretur, ſed qđ in vera æſtimatione eſt. Quartò arguebat Bertachinus, ꝙ, ſi in delictis affectus ratio nõ fit. d. l. ſi ſeruũ, quæ cõmittitur faciẽdo, multominus in cõtumacia puniẽda, quæ propriè nõ eſt delictũ. Alexan. in l. 1. ff. ſi quis ius dic. nõ obtemp. & Bar. in l. omne. ff. de re milit. & quæ cõmittuntur in omittẽdo: nam leuius eſt delictũ commiſſum omittendo, q̃ faciendo, & leuius punitur. gl. in l. lege Cornelia. ff. ad Senat. Syllan. & in l. mora. ſol. mat. Moder. not. in d. l. j. Quintò cõfirmabat; quia ſpecialia nõ ſunt multiplicanda. l. 1. C. de dot. prom. nec ex cõceſſione vnius aliud ẽt conceſſum eſſe interpretabimur, maxime ad iuris cõis correctionem. l. ſi qñ. C. de inoffic. teſtam. c. ext. de reſcrip. ſed ſi pro affectu res eſſet præſtanda, ſpecialia multiplicarentur: primò, ꝙ ſacramento actoris ſtaretur contra cõis iuris regulas: ſecundò ꝙ ꝑ affectu ſolueretur intereſſe præfatis iuribus reclamantibus, cuius ꝓrium obſeruatur, vt qui ab onere probandi releuatur, in alio grauetur. l. eũ qui. ff. de iureiur. tan-

Source : BIU Cujas

tum abeſt, vt & aliud beneficium concedi intelligatur. dict. l. ſi quando. d. c. 1. Sextò corroborant per text. in l. ſi tutor. ff. de in litem iur. & l. 3. §. in hac. ff. commod. aſſerendo illa iura loquentia de iuramento in litem ad æſtimationem rei ſe referre, quatenus ibi dicitur, rei pretium ſtatuendum, vel ibi quanti res eſt, quod ad effectum ſanè non poteſt referri. Septimò Petr. Rebuffus in d. l prima. nume. 289. verſic. ex hac declaratur, arguebat poſt Alber. in d. §. iurare, quòd ſi intereſſe, vbi per teſtes, & veras probationes deducitur, nō poteſt ex affectu præſtari, vel exigi. d. l. 1. a fortiori non debetur; vbi per iuramentum deduceretur, ne plus operetur fictio, & præſumptio, q̃ veritas. l. regula. §. qui ignorauit. ff. de iur. & fac. ignor. §. ſi quis rem ſuam inſtitu. de lega. & ne magis in incertis, q̃ certis lex diſponat. l. continuus §. cum ita. de verbo. oblig. Octauò, quia textus in d. l. 1. C. de ſent. quæ pro eo. loquitur indiſtinctè, ideo caſum, qñ per iuramentum in litem intereſſe peteretur debet comprehēdere l. de pretio. ff. de publi. in rem. cum vulgar. Poſtremò, quia eſſet diabolicum, ꝙ, quia rem tibi ab amaſia donatam nō reſtituo, pro affectu ꝫ me poſſis æſtimare mille, quæ forte non valet cē tum, ita dicebat Berengar. in d. l. 1. nu. 144. verſi. ſupereſt, addēs ita exiſtimaſſe Iac. But. Bal. & Sal. idem dixit Raynerius ante eū in d. l. 1. num. 40. reputans maximū inconueniens non toleran
36 dum. l. ratas. C. de reſcind. vend. & maximè † quia affectionibus, & laſciuijs eſt obuiandum; vt dicebat Petr. Rebuf. num. 289. ꝑ tex. in d. l. in fundo. de rei vend. l. ex damni. ff. de dam. infe. & animaduertit Berengarius Paulacus in d. l. 1. num. 138. ver. primò ſciendum, quod gloſſ & doctores intereſſe affectionis intelligunt, de intereſſe affectionis ſ. rōnabilis, quod ſit cum utilitate coniunctum, & ſic vī iſta negatiua ſuſtineri. Qua ſtante ad ea, quæ adducebantur pro ꝫria opinione, rñdebatur, & primò ad tex. in l. 2. ff. de in litem iur. ꝙ ex eo textu non rectè inferꝛ, iuratur vltra pretium, ergo iuratur ex affectu. Secundò ad text. in
37 d. l. videamus. §. iurare eo. & d. l. qui reſtituere. † quia verbum ibi infinitum accipitur pro eo, quod eſt determinatum, vt reſpondebat Dec. & Rebuf. in locis præall. per tex. in l. cum quædam. in princ. de vſu. & in l. conditione. la 3. de cond. & demonſtr. & traditur per Gemin. in prooem. vj § ſanè. nu. 8. vbi decem modis accipi verbum infinitum notat, & ſic neceſſariò non probatur affectum comprehendere voluiſſe, ex eo quia in infinitum iurari dicatur in litem, vel quia affectus ſit res infinita, & Pet. Rebuf. vbi ſup. interpretabatur illam geminationem in d. l. qui reſtituere, ibi in infinitum, ſine vlla taxatione, vt vnum exponeret alterum, ſm Renaldum ibi, ꝙ lex illa non determinaret, ſeu taxaret. Sed iudex in iudicio, vt dicetur infra, iuxta glo. in d. l. qui reſtituere. Tertiò ad l. nummis. co. rñdebant non ideo de affectu iurandū eſſe ſentire; quia in pecunia, ꝑ dānis iurandum eſſe dicat, cum & pariter poſſit intelligi, ꝙ pecunia ſingularē vtilitatem non recipiat, ſicut affectum non recipit, nam penes omnes paris eſt vſus pecunia, ideo cenſetur in pecunia excludere iuſm ſingularis vtilitatis, non autem affectionis; quia in nulla re illud defertur, ità rñdebat Berēgarius Paulacus in d. l. 1. num. 144. verſ. ſecundò, allegat. l. nummis. & Petr. Rebuf. vbi ſup. num. 288. Quarto loco, quatenus D. meus Alci. dicebat, ꝙ ſi non licèt ex affectu in litem iurare, ſine cauſa dubitaſſet Vlpi. in d. l. videamus. §. iurare. an poſſet in infinitū iurari, vel an iurata quantitate minus condemnari; qñquidem ſingularem vtilitatem non videmus hanc dubitationem poſſe recipere. Rñdet Rebuffus id de iure digeſtorum poſſe ꝑcedere, ſecus hodie de iure codicis, & non eſt nouum ad vetera iura noua trahere. l. non eſt nouum, & ibi not. ff. de legib. Quatenus et dicebat D. Alci. minoris eſſe operæ rem pauliſper augere, quam de nouo inducere, & ſic, ſi ex affectione introducitur actio, multo magis extendi, vt ex affectione augeatur condemnatio, dicendum eſt (rñdebat Rebuf.) ꝙ par eſt, actionē de nouo inducere, vel inductam pauliſper augere, pri. conſtit. C. & l. j. §. omnia. C. de vet. iur. enucl. placuit legiſlatori actionem ob 39 affectū dare, & nō augeri condemnationē ex affectu, quid tū? non trahitur ad conſequētiam principis beneplacitum. §. ſed quod placuit. Inſti. de iur. natu. gent. l. 1. ff. de conſti. princip. cui vtcunq; ſit, acquieſcendū eſt. l. proſpexit. ff. qui & a quib. man. Vltimo loco dicebat argumentum D. Alciati ab oppoſitis nō ꝑcedere, vbi militat diuerſa rō, vt in hac cōcluſione: quia tex. in d. l. in fundo. de rei vendi. vbi ex affectu minuitur cōdemnatio, habet fauorabilem cām liberationis. l. Arianus. ff. de acti. & oblig. quod ſecus eſt hic, vbi augeē condemnatio. Multa ex ijs argumenta adduxit Io. Corraſius in d. lib. 6. Miſcel. in c. 3. & Renaldus, & Bolog. in d. l. in actionib. & in d. l. 1. C. de ſent. q̃ ꝑ eo. Quib. non obſtantib. alia opinio, vt verior, longè magis mihi
38 placet, ꝙ immo ēt ob affectum † ſimplicē ſeiunctum ab omni cōmodo pecuniario in litem iuſum ſit deferendum, quam & non pauci probauerunt, eam n. ꝑbat dicendo eſſe veriorem ꝑ multas rōnes Sebaſt. Sap. in d. l. 1. nu. 25. ver. ſed aduertendū eſt. C. de ſent. q̃ ꝑ eo. vbi dicit ita voluiſſe gl. & Rayner. in rubr. de in litem iur. ff. & Bar. in d. l. videamus. eo dum voluit oportere iurare ꝑ quanto nollet re carere. quod quidem non pōt intelligi, niſi ꝑ affectu, vt notat etiam Berengarius in d. l. 1. nu. 144. & tenuit Guliel. de Cune. prout refert Rayner. in d. l. 1. num. 4. verſic. concludit̃ ergo, dū Gulielm diſtinguebat, ꝙ aut agebat̃ de recuperanda re noſtra, & tunc iurabitur ēt ꝑ affectu, aut de conſequenda re nobis debita, & tunc ſecus: nam ſm hos terminos nos loquimur, prout infra patebit. Hanc Gulielmi opinionem, prout eam refert, ſequitur ipſe Raynerius ibi nu. 40. ad finem dicendo, ꝙ ſacroſanctè Innocētius loquitur in d. Decretali, cum glo. Gulielmi, qui ſentit vtrunq; ſ. ꝙ ſingulare intereſſe etiam rōne affectionis attendatur, & alleg. text. in l. qui ſoluendo. de bon. lib. & alios, intellexit ergo tam vtilitatis ſingularis q̃ etiam affectionis, rationem per iuſiurandum in litē haberi, vt dicta doctorum intelligantur, ſecundùm iura, quæ allegant Barto. in l. non ſolùm. §. liberationis. ff de liber. legat. Hanc etiam partem approbat Berengarius in d. l. 1. nume. 145. verſic. ſed ſi ex ijs, vbi dicit eam defendi valida ratione, ꝑ Curt. ibi, & diſputādo eam amplectitur Decius in d. l. in actionibus. nume. 3. vbi dicit hanc ſententiam eſſe communem, prout & communem dicit eſſe Corraſius in d. lib. 6. Miſcell. c. 3. quāuis ipſe negatiuam teneat, & in hanc etiam tranſit Franc. Duaren. in d. l. in actionib. nu. 8. verſ. tantum dico, & ſentit Corne. in cō ſi. 256. primis. in fi. in 4. vol. & D. meus Alci. in d. l. 1. verſ. hæc legis verba. nu. 39. & nu. 40. eam defendit, & Ioā. de Imo. in l. 1. nu. 14. verſ. item ſecundò. ff. ſolut. matr. & Petr. Lorio. in d. l. quatenus. col. 1. & in tracta. de eo quod inte. in axiom. 40. in axiom. 18. & in axiom. 19. Eguin. Baro lib. 3. de diuid. & indiuid. cap. 6. vbi reprehendit eos, qui affectionis iuramentum in litem appellant, quando iuratur de ſingulari vtilitate, vt propter librū carum prōpter apoſtillas, vel memoriam in eo factam, & hāc etiam opinionem defendit Camil. Plautius in d. l. 1. verſi. quod re vera. nu. 18. C. de ſent. quæ pro eo, quod & Ioan. Bolognettus in d. rub. num. 88. verſic circa intereſſe ſingulare, & idem firmat diffuſiſſimè in d. l. 1. num. 75. verſic. ſed iſta. & num. 77. & in d. l. in actionibus. nu. 28. verſic. quo ſtante, vbi reſpondet ad contraria ſupra adducta, & videtur de mente Ioan. Ignei in d. l. quatenus, dum voluit, ante dilationem iuriſiurandi in litem cauſas affectionis ſpecificari, & ꝑbari oportere, & indubitabilem eſſe exiſtimauit Fulgoſius in d. l. videamus. num. 11. & videntur eam ſequi Bartol. Odofre. Alex. Paul. de Caſt. Iaſo. Alber. & ferè cæteri omnes in d. l. nummis. & in d. l. in actionibus, & in d. l. videamus, dum in eis iuribus, vel ſummando, vel notando de hoc affirmatiuè loquuntur, & Alber. in d. §. iurare. dicendo iurari de affectione animaduertit, ꝙ inſpicitur affectus iurantis, prout afficitur, non prout alius ex ſimili re afficeretur, nam vnus magis afficitur ad res paternas, quam aliàs ex eadem cauſa afficeretur, & ſic de ſimilibus, vnde paret ob purū affectum in litē iurari voluiſſe, & Vldar. Zaſius in toto illo tit. & p̃ſertim in d. l. nūmis, hoc ꝑcul oī dubio tenet. & Curt. in d. l. in actionibus, quia fortius gl. Bal. Alber. & nōnulli alij in d. l. in actionibus. § planè. dixerunt, ꝑpriè non appellari iuſm in litē, niſi qñ iurat̃ de affectione, vt ſupra in primo memb. diximus, & ſm multos in ſecundo memb. adnotauimus; diuidendo, & diſtinguendo iuſm in litem iuſm affectionis, & iuſm veritatis. Vnde non ſatis mirari poſſum in hoc tantam doctorum variationem contigiſſe: vt penè duo cōtraria axiomata a tot, & tantis doctoribus ferè imprudenter fuerint firmata. Nos nullo mō recedemus a parte affirmatiua, a pluribus (vt patet) ex præallegatis comprobata: & eam facile demonſtro in iure veriorē eſſe. Et in primis hoc conſidero ex rōne iuris expreſſa in hac materia iuriſiudrandi in litem delati ꝫ non reſtituentem rem noſtram: nam vt Pomponius lib. 28. ad Sabi. rñdit, lex curat, ne in poteſtate cuiuſq; ſit, per rapinam ab inuito dño rē iniuſto pretio cōparare. l. nec quaſi. ff. de rei vend. ideo voluit, ꝙ ſi res non reſtitueretur, pretium rei non reſtitutæ in eius dñm actorem conferreretur, vt poſſet eam ſuo libito, & deſiderio æſtimare, ſubiungens eandem rationem; † quia æquum non eſt, aliquem inuitum ſuo pretio res ſuas vendere, ita inquit Pomponius in l. non enim. iuncta l. præcedenti. ff. re. amot. & Paul. Iureconſ. in l. ſi filiofamilias. §. 1. ff. ſol. matr. & Marcellus lib. 18. digeſtorum. in l. ſi tutor. ff. de in litem iur. ibi. Rñdi non æquum eſſe, pretio, ideſt quanti res, litem æſtimari, cū & contumacia punienda ſit, & arbitrio potius dñi rei pretium ſtatuendum ſit, poteſtate petitori in litem iurandi conceſſa, quā iuriſiurandi in litē rōnem ſignarunt Franciſ. Duar. in d. l. in actionibus. Ioan. Coraſ. in lib. 6. Miſcell. c. 1. & Petr. Conſtalius aduerſ. par. ter. in d. l. nummis. aliquas ſcholias faciendo ad noſtrum titulum, nihil tñ firmat, vel ſerij dicit ſicco pede hanc materiā tranſeundo, & eandē ꝑpendit Rofred. in tract. de lib. in actione rer. amot. in col. fi. ſentiendo cū opinione noſtra. Et ad iſtā rōnē facit textus in l. nec emere. C de iur. delib. cū iuribus concord. & in l. dudū. cum ibi no. C. de contr. empt. ꝙ nemo cogendus eſt rē ſuā vendere, vel a ſe abdicare, ēt ſi duplū pretiū offerreret. l. nō eſt ꝑbabilis. vbi gl. & omnes. C. de reſcind. vend. & ꝑpterea reputat impia cautela Bar. Cępo. in caut. 208. per quam tradit modum rē alienā inuito dño emendi, hæc quidē ratio in iureiurando in litē expreſſa

preſſa manifeſte declarat, ꝙ ſtatuente domino pretium rei ad ſui libitum,& non ſecundum eius rei pretium, ideſt prout cõmuniter vel ſibi pecuniariter valet, æſtimatio per iuſiurandũ in litem fit,ſecundum affectum ſimplicem ſeiunctum ab omni commodo pecuniario,& ſecundum voluntatem actoris, ſi
40 enim fieret ſecundum † ſingularem vtilitatem ex commodo pecuniario,diceretur vendita ſingularis vtilitas ſuo pretio: qa ſingularis vtilitas eſt pars rei,& iuſti pretii, qui enim rem uendit,non ſolum,rei, ſed & illius ſingularis vtilitatis poteſt pretiũ cum bona conſcientia petere,& exigere. vt tenuit Cępo.in tra ctа.de contra.ſimul.in ij.præſump.nume.27.nume.29.num.30. quod non poſſet,ſi non eſt pars iuſti pretii, vel ſi vtilitas ſingularis de ſe iuſtum pretium non haberet:nam in foro conſcientiæ aliquid ſupra iuſtum pretium vendi non poteſt,etiam ſponte ementi, & illud pretiũ offerenti, vt dixit Abb.in ca.per tuas, ext.de donat. Iaſo.in §.ſed iſtæ.inſtitu.de actio & dicam infra, iura ergo ciuilia diſponentia ſupra uerum rei pretium voluntate in litem iurari ea de cauſa,ne in poteſtate cuiuſque ſit,&c. d l.nec quaſi,intelligi non poſſunt niſi pro affectu in rem, alioqui ſi illa iura in litem iurari pro pecuniaria ſingulari vtilitate vbi ineſſet ea, concedere duntaxat diceremus, prædicta ratio non conueniret, ſiquidem pecuniaria vtilitas habet ſuum pretium, vt eſt dictum, vnde nihil ſupra pretium præſtaretur pro voluntate domini,quod non eſt dicendum iuribus præallegatis.Ad hoc etiam moueor ea ratione; quia eſt veroſimilius iura obuiam ire voluiſſe iniurię atrociori,quàm leuiori.l.reſpiciendum.§.furta.l. aut facta. ff.de pęn §. atrox.inſtitu.de iniur. Sed grauior quidem eſt iniuria, quæ cõmittitur rem auferẽdo, quæ nobis ex aliqua cauſa affectionis ſit valde cara, quàm quæ committitur auferendo aliam rem commodo pecuniario grata; quia affectus animi eſt ſanè maior ipſis rebus l.penulti.C. commu utriuſ.iud.& ſic credẽdum eſt, affectum per iuſiurandum in litem per actorem æſtimari voluiſſe,non minus quàm vtilitatem pecuniariam ſingularem ſibi.Secundò pondero textum in d.l.qui reſtituere, dum ibi in priori reſponſo Iureconſultus dixerat, inobedientem eſſe condemnandum & cogendum poſſeſſionem deſerere,& fructus, & omnem cauſam præſtare,ſecundum gloſ.ibi in verſicu. cauſæ. dumq; in infinitum iurandum eſſe in litem in ſecundo caſu, datur intelligi, quòd ex affectu iuretur,vt aliquid vltra quam in primo contineretur addere voluiſſe dicamus, vnde condemnatio rei augeatur.Tertiò pondero text.in dicta l.nummis. ſecũdum communem intellectum, ꝙ in nummis non iuretur in litem: quia in iis nullus affectus verſatur,ergo ſecus ĩ rebus,in quas qs affectũ haberet.Quarto textũ ĩ d.l.videamus.§. iurare,& ĩ d.l.qui reſtituere, quia ſi ibi in infinitum iurari conceditur. ergo pro affectu, ſi quidem res pecuniaria eſt quid finitum, vt dicebat Fulgoſius in d.l.videamus,& Decius in d.l.ĩ actionibus, & alii vbi ſup.pari modo inducuntur,& intelliguntur tex. in d. l. ii.§.interdum & d.l.1.& d.l.ſi eo tutor.ti.Quintò argumentabatur Sebaſt.in d.l.1. nu.25.verſi.ultimò probatur,& Dec.in d.l.in actionibus,& Berengarius Paulacus in d.l.prima.nu.144.per tex. in dicta l.pretia rerum.ff.ad l.falci.dum ibi non fit aliqua differentia inter id, ꝙ eſt ſingularis utilitatis,& id quod eſt affectionis,pari paſſu utrũque ambulat,& determinatur.l. ſi ſeruum.l. inde Neratius.ad l. aquil.ergo differentia conſiderata per tenentes cõtrariam ſententiam,inter affectionem ſimplicem,& affectionem mixtam cum utilitate pecuniaria,non eſt uera,ſed ſtante iſta æquiparatione ſingularis utilitatis,& affectionis, dicta.l.pretia rerum inſertur,ut quod concedunt in uno ex æquiparatis,id quidem in alio concedatur,neceſſe eſt,iuxta not.in l.prima,de leg.primo. & in authen.quas actiones.C.de ſacroſanct.eccleſ.& tanto magis, quia iur ediſponentia, quòd per iuſiurandum in litem fiat condemnatio ſupra uerum rei pretium, indiſtinctè loquũtur: ergo non magis ſingularis utilitatis,qnàm ſimplicis effectus ratione id quidem uolũt.l.iii. de offic. præſi.l.de pretio.ff.de pub. in rem.l. 1.de lega. pręſt.Sextò, ineptum (quod pace tantorum uirorum dicatur) mihi uidetur conſiderare affectionem mixtam cum utilitate, nam quatenus affectum cõſiderant ex eo, quòd noſtra pecuniariter intereſt,non magis affectionis nomine id uenire,quàm cętera,quæ ſub damnorum appellatione re
42 ficiuntur; mehercle uideo: † nam affectus nihil aliud eſt, niſi motus animi a ſenſualitate carnis in rem quam diligimus.ca. graue.extra de pręb. & ſi reſidet propriè in corde hominis, ut dicit ex opinione Theologorum Andr.Barba.in ca.imperatorẽ. col xii. uerſicu. ſed in rebus, ext.de iur. calum.qui quidem motus nullam aptam menſuram determinatè habet, nec ullo modo conuenit ſingulari vtilitati. Hic Bartol. & Iaſo. in d.l.ſi quando.C.unde ui.Abba.& cęteri in d cap fina Bart.in authẽ. poſt iuſiurandum,& Bartol. Bald. & alii in dicta l.uideamus.§. iurare.& Moder.in dicta l.in actionibus.tradiderũt, quòd quãdo pro affectu iuratur in litem, & ante, poſt iuramentum poteſt fieri taxatio; quia nullum eſt periculum detegendi in ea pjurium; nihil enim facit iſta taxatio, niſi quòd effrenem affectionem temperat,ut dicebat etiam Vldar.Zas.in dicta l.uideamus,eodem titu. quando iuratur de veritate,aliud obſeruatur: quia taxando poſt iuramentum detegitur, quòd iurauit vltra verum. Ex iſta ergo argumentatione ſumpta a communi practica probatur pro affectu litem iurari, quod & animaduertit. Sebaſt.Sap.in d.l.prima.nume.25.Septimò non parum ſtringit argumentum do.mei Alciati in dicta.l. prima verſicul. hæc legis verba,nume.40.dum dicebat,quòd ſi affectio ita eſt efficax, vt inde actionem dari fateamur.d.l.cum ſeruus.ff.mand. quanto magis debet in cauſa eſſe, vt æſtimatio augeatur, ſiquidem minoris operè eſt,rem conceſſam pauliſper augere,quam rem concedere.c.conſuluit.ext. de iudę. item dum argumẽtabatur ab appoſitis l.fi.§ fi.de leg.3. quòd ſi affectio eſt in cauſa,vt condemnatio diminuatur.d.l.in fundo,pariter affectus debet efficere in caſu conuerſo,quòd condemnatio augeatur, quod & ſentit Ioan.Igne.in d.l.quatenus.nu.8.verſi.ego autem do tibi. Quibus omnibus rectè fundari noſtram ſententiam affirmatiuam puto,& fortius eam corroborabimus ex ijs, quæ ad contraria reſpondendo afferremus.Non obſtant ex aduerſo adducta,& primò,quatenus in iure reperiri negabant,quòd ob affectum augeretur condemnatio, ſicut ob affectum datur actio; quoniam manifeſtè probatur contrarium,vt in d.l. non enim. d.l.ſi tutor,& concord.ſupra adductis, & quamuis id non nominent affectum,tamen ſatis eſt,quòd id nominent, & exprimant per æquipollens: quandoquidem in arbitrium,& voluntatem actoris pretium rei conferant, data poteſtate in infinitum iurandi.d.l.qui reſtituere.dicta l.uideamus.§. iurare. ita reſpondet Deci. & rectè in dicta.l. in actionibus. colum. 3. Non obſtat ſecundò ponderatio de tex.in dicta.l. videamus, ibi, ad ſuam vtilitatem &c.nam ille textus intelligi debet quòd tutor iurãs perſonam pupilli, & eius cauſam inſpicere debeat, & ſic ad vtilitatem pupilli attendere,& non ad propriam, vt tribus iurandi formis declarat Vldar.Zaſi.in dicta l.uideamus. nume. 6.ff.de in litem iur.non autem intelligitur,ut pro ſingulari utilitate iuretur,negando, quòd iuretur pro affectu, ita vult gloſ. ibi,& reſpondendo Sebaſt.Sap. in dicta.l.1.nume. 26.& Franc. Duar.in d.l.in actionibus.nume.10.qui intellectus mihi videtur ueriſſimus.Tertiò non obſtat, quòd in delictis non fiat condemnatio pro affectu,quoniam reſpondetur per Dec. in d.l.in actionibus.nume.4.hoc procedere in odium contumacis,quę reſponſio eſt bona,& uidetur hoc dicere textus in dicta l.ſi tutor,nam in delictis eſt appoſita certa cuique pœna.in hoc etiã fuit apponenda,& conuenientior apponi,& conſtitui non poterat iſta,ut in eo,in quo delinquit,puniatur.authen.omnes peregrini.C.commu. de ſucceſ. & quodam modo reus cõtumax uidetur contrahere, & conſentire in ſoluendo pretium pro affectu actoris,ut ipſe rem acquirat eo pretio quantumuis graui, ſic in iſto caſu inducitur inter reum,& actorem contractus emptionis,& uenditionis, ut actor per iuſiurandum in litem grande pretium rei ſuæ conſequatur, & quidem maius communi pretio,reus autem ipſam rem comparet, ita de hoc eſt textus in terminis in l.eius rei.ff.de rei uendi. & propterea ex ratione huius caſus ad delicta non poteſt inferri, cum alio propoſito cõmittãtur,ac aliam habeant rõnẽ,ſic & aliã ſibi congruã pœnã ſortiantur.Quartò nõ obſtat allegatio concurſus pluriũ ſpecialiũ.d.l.1.C.de dot.promiſ.qm̃ rñdetur per Deci.ubi s̃.id procederein dubio,nõ aũt in claris.l.continuus.§.cũ ita.de verbo. obligatio.Secundò ego reſpondeo, quòd hic concurſus toleratur, quando quidem vnum ſpeciale eſt in conſequentia alterius,vel ex duobus,& diuerſis fontibus manant, vt per Iaſ.poſt Bart.& alios in l.ſi is qui pro emptore.de vſucap.Bar. Iaſ. & alij in l.ſingularia. ff. ſi cer. pet. ſed in caſu noſtro alterum venit in conſequentiam alterius:quia iſte affectus,eſt impoſſibile, vt declaretur,niſi iuramento proprio, ſecundum glo. & alios in §. ſed iſtę.inſti.de actio.gl.in c.Significaſti.el.ij.vbi Fely.poſt alios ext.de homi.volun.Abb.& cæteri in c.paſtoralis,ext.de excep. & ſic venit in neceſſariam conſequentiã iuramentũ, vt probet affectũ, pro quo conceditur rem ęſtimari iuribus pręallegatis. Quintò non obſt. ꝙ iura ex aduerſo allegata referant,ſed ad ęſtimationem nam reſpondet Decius,qui non ſe referũt ad ęſtimationẽ ſimplr,ſed ad eã, quã arbitrio ſuo actor faceret ſupra ſuum rei pretium d.l.ſi tutor.& concord. & ſic ad æſtimationẽ ſecundum affectum faciendam, ſi vtilitas pecuniaria fuiſſet æſtimanda, melius quidem feciſſet æſtimationem in æſtimatores,& peritos conferre.l.ĩ vendentis.C.de cõtrahen.emp.l.hęc. ff.eod.doct.in l.2.C.de reſcin.vend.Moder.in d.l.j.C.de.ſen quę pro eo, ad fi.Sextò non obſtat argumentum à fortiori Petri Rebuffi,vbi ſup.nume.289.verſic.ex hoc declaro,quia reſpondeo militare diuerſam rationem inter hunc caſum, & caſum. d.l.1.C.de ſent.quæ pro eo.nam in hoc conſideratur contumacia non reſtituentis,& quaſi illius voluntas, quòd malit grande rei pretium etiam ex affectu ſoluere,quàm rem petitam relaxare,& ſic,quòd rem comparare eo pretio velit.d.l.eius rei.ff. de rei vend.in caſu autem dictæ.l.1. conſideratur delictum, vel mora,vnde quis venit condemnandus ad intereſſe partis conueniẽter taxatum, per dictam.l.1.in pœnam delicti, vel moræ,

nianus,

Source : BIU Cujas

vt ibi, & propterea de vno ad aliud non rectè infertur. l. Papinianus. de minor. cum vulgar. Præterea probatur falsum; quia istæ leges de iureiurando in litem sunt antiquiores constitutione Iustiniani, de qua in dicta l. 1. Quamobrem dici non potest, quòd iuretur in litem de ijs, de quibus interesse taxauit imperator in dicta l. 1. & sic quòd dicta iura habeant relationem ad eã Iustiniani constitutionem, vt de eo interesse iuretur in litem, de quo meminit Iustinianus ibi. Vnde corruit illud argumentum Rebuffi, quod si interesse affectionis cum probatur per testes, & legitimos modos probandi, non venit, vel non præstatur, multominus debet præstari, cum probatur per iuramentum: ex facti. n. diuersitate ius diuersum colligitur. l. si ex plagis. §. in cliuo. Vbi Bartol. ad l. aquil. Septimo non obstat, quod dicebatur, dicta iura de iureiurando in litem esse correcta, secundum Alber. & Rebuffum, quoniam prorsus hoc negatur, & correctio iurium non est inducenda. c. cum expediat. de elect. in vj. l. 1. C. de inoff. dot. l. præcipimus. C. de appel. nisi lex noua legem antiquam, quam corrigere uult, exprimat, & nominet. l. fin. C. de ind. uid. toll. latè And. Barba. tradit in c. j. uer. tu uerò pondera. col. x. ext. de lib. obla. & hoc puto somnium. Postremò non obstat, quòd inconueniens graue sit ex affectu æstimationem rei consequi, quæ forte ab amica accepta sit actori nimium cara; quoniam respondeo, quòd dicta iura debent intelligi quando pro affectu probabili iusto, & honesto esset iurandum. l. illud ibi, iustis affectionibus. ff. de manu. vind. l. nec ei, ibi sanctissima affectione. ff. de adoptio. quo casu illud inconueniens cessat, vt dicebat Raynerius in d. l. 1. nume. 40. & insurgit illa sanctissima æquitas in d. l. non enim, & concord. vbi supra declarata, & potissime iudicis moderamine adhibito, ĩ iurãdo in litem, vel in illud sequendo d. l. in actionibus. d. l. videamus. §. pen. vt & perpendit Sebast. Sap. pro respõsione ad istud vltimum. Non obstat ponderatio de textu in d. l. cum furti, cui respondere suo loco omisimus: procedit enim, quando iuratur pro veritate æstimationis ex eo; quia in casu deferendi iuramẽtum affectionis non essemus, quãdo tractatur restitutione rei, vt intelligunt, & declarant Albe. Ias. Sal. Vdalri. Zasius post gl. ibi. Sed quando essemus in terminis iusiurandi affectionis, ibi iurarẽt de affectione, prout concluſimus in nostra cõclusione præsuppositis alijs terminis habilibus. l. qui testamento. ff. de testa. Nec responsiones ex aduerso datæ per tenentes partem negatiuam argumenta nostra elidunt, vel infirmant, & primò replicatur, dum dicebant necessariò non inferri, ex affectu iurari ex eo; quia vltra rei pretium iuretur, quòd ĩmo hoc satis infertur; quia lex volens pro voluntate domini aliquid præstari vltra communi rei pretium, intelligit id, quatenus est in affectu, cum singularis vtilitas habeat pretium suum, quo soluto, non diceretur actor plus suo petio accepisse, vt supra dixi. Secundò, dum verbum infinitum accipiebant pro eo, quod non est determinatum, iuxta supra allegata, respondeo in istũ sensum accipi non posse: quia responsio Iurecons. congrua interrogationi non fuisset, quod non est dicendum. §. præterea. Instit. de verbo. obliga. l. 1. §. 1. ff. e. nam interrogatus fuit Iurecons. an iudex metam actori, ne in infinitum iuret, prefigere posset, respõdit, quòd sic; si intelligeremus respondisse quòd non est determinatum, ad propositum non respondisset; quia de hoc non fuit quæsitum, & hoc tanto fortius dico, quia hoc demonstrat aliud verbum. ibi. in immensum, quod significat sine mensura, nec potest accipi pro eo, quod non est determinatum. Tertiò nec responsio ad d. l. nummis. mihi placet. quia, quãuis pecunia non accipiat singularem vtilitatem, nec singularẽ affectionẽ, tamen magis videtur abnegare causam affectionis, quã vtilitatis, ex ijs, quæ ex aliis legibus collegimus in litem iurari ex affectu, id est ex eo, ꝙ rem caram habeo supra pretiũ. Quartò responsio Petri Rebuffi ad argumentum do. Alciati, dũ Rebuffus dicebat ius Codicis corrigere iura nostra supra, supra p nos confutata apparet. Quintò etiam male negat consequentias do. mei Alciat. attenta ratione casus nostri, quam supra retulimus: quæ profecto non magis requirit, & mouet, vt augeatur cõdemnatio, quàm in alio casu vt actio, detur: nam lex debet esse rationabilis. cap. erit. distinct. 4. l. non distinguemus, de recep. arb. Necsumus in ijs, quæ speciali fauore princeps indulserit, quæ ad consequentiam non trahantur. §. planè. Instit. de iu. natur. gent. c. quæ a iure. de reg. iur. in vj & ideo est attendenda ratio in hoc casu, argu. not. in l. humanum. C. de legi. d. cap. erit. Vltimò non obstat responsio ad argumentum sumptum ab oppositis, dum dicebat, hic agi de augenda condemnatione in d. c. vero. l. in fundo. de diminuẽda, & quòd fauorabilior est causa absolutionis, quam condemnationis d. l. Arrianus. d. l. fauorabiliores. de reg. iur. nam replicatur, durius esse, ꝙ quis propter affectum alterius in rem amittat absque aliquo suo facto, seu culpa, ius suum scilicet melioramentorum, quàm quòd hic ex affectu augeatur condemnatio, vbi tacitè reus non restituẽdo consentit, videturque velle rem emere eo pretio per actorem statuto, secundùm illius affectũ. d. l. eius rei. & rei vẽd. & dictat æquitas summa, quòd quis rei suæ pretium statuat, seu cuique sua committantur. l. nemo exterus. C. de iudẽ. & nemo cogatur suo pretio rem suam vendere. d. l. nec enim cum aliis ad hoc supra allegatis. Ex quibus sic inconcussa remanet nostra sententia, quòd ob affectum simplicem, sei ũctum ab omni vtilitate in litem iuretur in casu restitutionis rei non factæ, quicquid alij dixerint: & ita in pratica consulendo, vel iudicãdo ego
42 tenerem. † Ex hac conclusione in aliam dubitationem Doctores nostri inciderũt, quæ sit vis affectionis, an actionem pariat, quæ alioqui non daretur, vel augeat condemnatinem, vel minuat, aliquemue effectum in iure habeat, & de hoc diffuse scripserunt do. meus. Alciatus in d. l. 1. capit. vi. quem ibi more suo insectatur Petrus Rebuffus, & Iac. Renal. fo. 49. fo. 50. versi. quẽro quartò, & Ioan. Bologne. & ibi in rub. C. de sent: quæ pro eo quod inter. & in d. l. actionibus, & alii Modernio. & Petrus Lorio in d. l. quatenus. col. xi. ver. nunc videndum, de reg. iur. ne cõ memorem antiquiores, circa quorum omnium dicta si instarẽ essem ædepol nimius: quapropter ea missa facio, videant alii, ꝓ sui ocii commoditate vsque ad satietatem, ego quid in hac re sentiam paucis explicabo: nec enim prorsus mihi prætereunda fuit, nec etiam nimium tractanda, vel disputanda, si quidem ad rem nr̃am nõ valde pertineat, nisi, vt aliquam demõstrationẽ clariorem in materia nr̃a adhibeamus, cur affectus ratio in iusiurandum in litem habeatur, & alio quidem modo, quam cæteri omnes, a quibus in hac dubitatione ferè in omnibus dissẽtio, procedam in huius articuli explicatione, an meliori, vel peiori id fuerit, aliis iudicandum rel inquo. Has itaque facias ĩ hac
43 re concluſiones. † Primam, ꝙ sola affectio non est sufficiens, nisi alia subsit causa legitima, vt cõdemnatio augeatur, vel minuatur, quod planè demonstratur d. l. pretia rerum. d. l. si seruum. & d. l. inde Neratius, vbi habetur, quòd æstimatio rei in condemnando non fit secundùm affectum, quem actor in rem haberet in nostra materia, ideo augetur condemnatio ex affectu; quia legitima causa subest, scilicet contumacia non restituentis puniẽda d. l. si tutor. ff. de in litem iur. vt ibi Marcellus considerauit, & ne alius, quam dominus rei pretium statueret. d. l. non enim cum cõcord. supra adductis, & vix est, vt alius casus in iure reperiatur, in quo subsit causa legitima augẽdi cõdemnationem ex affectu in rem, præter istum iusiurandui in litem ob rem nõ restitutam. Vice versa cõdemnatio ex solo affectu in rem non minuitur, nisi alia legitima causa subsit, vt in casu d. l. in fundo, de rei vend. in quo paupertas, & summa inopia, quæ dominum rei restituendæ facit impotentem ad soluẽdnm melioramenta, est in causa, vt actor rem illam valde amatam prorsus habeat, & possessori bonæfidei melioramenta minus soluat: nam in iure magnæ sunt uires paupertatis, & necessitatis, vt omnem legem sæpe vincat. ca. quod non est licitum, ext. de reg. iur. vbi gl. & alii. Canonistæ in cap. si quis propter. ext. de fur. & multa congessit de hoc Andre. Tiraquell. in tract. retract. ligna. §. 26. gloss. 1. nume. 10. & multis seq. Doctores in l. si constante. ff. solu. mat. & alibi sæpe, & præter istum casum aliquem in iure reperiri ignoro, in quo ex affectu in rem contingat, vt subsistente causa aliqua condemnatio minuatur; tamen concludendum est, quòd sola ex affectione in rem, neque augetur, neque minuitur condemnatio, nisi alia causa id faciendi subsit. Secunda sit concluſio, quòd iura non possunt non fateri, & declarare, quòd affectio est, quid graue, & quòd non minus quis lędi censetur, quando contra eius affectionem quippiam fit, quàm quando contra rem pecuniariam, hoc enim est quid contingens in facto, quod lex non potest negare sic esse, vt notatur per Hiero. Cagnol. & alios in l. verum. de regul. iur. Non tamen lex ob hanc rem dat actionem, vel remedium, nisi ad huiusmodi læsionem & grauamen competeret ex alia iuris ratione, vt in casu minoris in integrum restituẽdi, minor lęsus regulariter restituitur aduersum grauem læsionem. lege Scio ff. de restit. in integ. l. minoribus. l. & si. ff. de mino. & ferè per totum, & lex affectionem in rem quid graue esse censet; ergo sequitur, ꝙ aduersum casum affectionis, quam minor pateretur. est in integrum restituendus, vt in exemplo. d. l. si in emptionẽ. ff. de minor. vbi minor victus in rei licitatione, restituit in integrum, probando læsionem ex eo; quoniam in rem, in cuius licitatione victus fuit, affectum probabilem, & iustum habet, cuius affectionis causa interest rem illam etiam cariori pretio habere, cuius affectionis causa sanè maior, q̃uis eãdem affectionẽ habeat, & eodẽ modo possit ĩ eo casu lęsus dici, non tñ restituetur in integrum: quia maiores læsi nõ restituuntur in integrũ, vt est omnibus notum. Hinc Vlpianus respondit, patronum alienationem rei a liberto suo factam tanquam in sui præiudicium, & fraudem non posse reuocare, quamuis iustum affectũ in eam rem alienatam se habere probet. l. j. §. sed & si rem. ff. si quid in frau. patro. lex enim ei non dat ob solum affectum, nisi ex alia causa ius ad id competat, vt est dictum. & hic non competit; quia libertus, cùm rerum suarum sit dominus, potest ad sui libitum alienare, nisi in fraudẽ faceret, prout quilibet alius, nisi in suorum creditorum fraudem alienaret. l. non fraudantur. vbi Deci. & alij de reg. iur. lege qui autẽ. ff. de ijs quæ in fraudem

Source : BIU Cujas

dem cred.Deci.in consi.cclx.quandoquidem non attendatur, an factum aliquo modo displiceat, vel noceat alteri. l. Proculus.ff.de dam.infe.l.j. §. denique ff.de aqu. plu. arc. & nota. per Dec.Cagnol & alios in lege nullus.de reg. iur. & Paul.de Cast. in consi. v.in antiquis, sed, an ius competat ei, vel causa subsit phibendi factū nocēs,vel displicēs, & ne quis eo iure vtatur tametsi in præiudicium illius sit. Pariter perpendo Iaboleni responsum in l.libertus qui soluendo. ff.de bon. liber. in casu testamenti, in quo libertus sum patronum præterierat, ꝙ patronus præteritus habet actionem rescissoriam contra illud testamentum,etiam in hæreditate damnosa,& non existente soluēdo,non quidem ratione affectionis: quoniam aliqua sint ea in hæreditate,quæ misere diligat,& amet. Sed planè alia ratione; quia hæreditas dicitur soluendo,quæ hæredem adinuenit,vt Iabolenus dicit ibi,& probatur gl.& tex. in l.iij.ff.ad l.falcid.& sic affectio in hæreditatem non sufficeret ibi, nisi alioqui ea actio rescissoria alia de causa competeret, etiam vbi nulla affectio deduceretur,& sic concludi potest,quòd nisi aliunde remediū vel actio detur,seu ius competat aduersum grauamē,vel læsionem, quam quis ex causa affectionis patitur, sola affectio,& rei desiderium non sufficit,vtquis agere possit secundùm iura superius ponderata. Et velim in proposito d. l. si in emptionem, addas,ꝙ si statutum disponeret, ꝙ infra certum tēpus res alienata redimi posset, minor elapso redimendi tempore poterit in integrum restitui aduersum illud tēpus redimendi elapsum, vt tenet Sebast.Saph.in d.l.prima.num.36.versi.ex quibus colligo.C.de sent.quæ pro eo. & Ioan. Igne. in d.l.dudum.col.viij. C.de contra.emp.& do.meus Alciat. vbi supra. Tertia est con-
44 clusio, quòd affectio in contractu operatur, ut conuenta facilius custodiantur,& in iure subsistant in fauorem personæ dilectæ,in cuius quoque gratiam cōuentio est facta, quod nō adeo obseruaretur,si ex alicuius odio aliquid crudele fuisset conuētum,de hoc est casus in l.seruus ea lege,& in l.si venditor. ff.de ser.expor.nam in tex.d.l.seruus ea,est casus,quòd si in venditione serui,uel ancillæ cōueni,ne exportetur,vel vt manumitatur aduersus emptorem ista conuenta non seruantem agere potero ratione affectionis,cum beneficio hominem affici, interfit hominis,inquit ibi Iureconsultus, & cum afficiendo ancillam contumelia, venditoris affectionem forte simul, & verecundiam læserit,inquit Papinianus ibi, si autem nō aliquid ex affe-
46 ctione inseruū, sed immo ex odio aliquid duri in venditione contra seruum esset conuentum, ex ista conuentione non seruata agere uenditor haudquaquam poterit, d.l.si venditor. ꝙ bono viro non uidebatur conuenire,credere venditoris interesse,quòd animo seuientis satisfactum non esset, inquit ibi Iureconsultus,& hoc est verum, nisi huiusmodi cōuentio fuisset corroborata pœnali stipulatione: quia hoc casu lex cōtractus quamuis dura, & seuitia plena seruanda fuit, quum hoc ipso,ꝙ ea lex dura est in uenditione apposita, minoris homo veniisse videtur. d.l.si venditoris. in fin. & liccuit in traditione rei suæ legem imponere l.legem. C.de donatio. l.quoties. C. de donatio.quę sub mo.Iaso.in l.legem. ubi & Deci. C.de pact. & Deci.
47 in l. in traditionibus. numero 14. C. eod. affectio ergo ex simplici conuentione,& pacto,ut possit venditor agere cōtra emptorem, facit odium,uerò, non nisi ex conuentione stipulatione pœnali vallata hoc ius concedit, & sic ex affectione facilius agitur ad conuenta,quàm ex odio, & ratio est; quoniam affectionis causa continet benignitatem, & humanitatem,quæ adiuuanda est, & non restringenda.l.pen. C. commu.vtriu.iud.l. interpretatione. de pœn.§. sed & maior asperitas,instit.de ijs,qui sunt sui vel alie.iur. Hac ipsa ratione puto in contractibus bonæfidei facilè extensionem admissam fuisse, vt contractus affectionis causa extenderetur ad id, quod non erat in eo expressum, inter partes tamen verosimiliter actum, vt in casu.d.l.cum seruus.ff.mand.prout do.meus Alciat. declarat in d.l.j.cap.6.vbi venditor serui potest agere contra emptorem,vt eum manumittat, iuxta mandatum ei à seruo factum emendo,& manumittendo,quod ipse uenditor vendendo uidetur ratum habuisse,& sic tacitè conuenisse cum emptore,vt eum manumitteret:in contractu verò stricti iuris,in quo non attenditur,vel inspicitur,nisi expressum l.quicquid astringēdæ. de verb.oblig.non fit istaextensio ex causa affectionis ad non expressa,& sic considerato differentiam inter contractum bonæfidei & stricti iuris, vt in contractu bonęfidei causa affectionis perpendatur etiam in non expressis; quia is contractus ad non expressa extenditur, in contractu autem stricti iuris ratio affectionis nō habetur in non expressis; quia in eo ad non expressa nulla fit extēsio,vt est dictū:infero aūt, ꝙ si expressim aliquid conueniatur ex causa affectionis,siue in contractu stricti iuris,siue bonęfidei illud seruari oportet, adduco textum.in l.quidam cum filium. de verb.obli.& ibi nota. pro quo stringit textus in d.l.si uenditor.ad fi.de ser.expor.si expressim conuenta ex odio contra seruum seruari oportet, secundùm dispositionem illius textus,multo magis, quādo quippiam affectionis plenum expressim conuenitur.d.l.seruus.d.l.si venditor. Vnde ad quæstionē Bald.|Nouel.in tract.de dot. in 4.par.in fi.quā attingit do.Alciat.in d.ca.vi.nu.16. facilis decisio sumitur,vtrū.s. pater, qui cum Titio filiam suam in vxorem traderet, ab eius curatore stipulatus est, vt is causa studiorum aleretur Romę, habeat actionem,vt illud viaticum genero præstetur, interest enim sua generum fieri eruditiorem:nam dico ad istud expresse conuentum actionem competere,nec moueor; quia actio dotis respectu soceri sit bonæfidei.§.fuerat.instit.de actio.vt dixerunt Bald.& do Alciat. decidentes hunc casum. Sed quia ad expressa conuenta in quocunque contractu, tam bonæfidei, quàm stricti iuris datur actio, vt iam dixi.Difficilior est casus.l. propter.ff.de euict.vbi patri, qui nomine filiæ fundū in dotem dederat,eo euicto competit actio de euictione contra auctorē, non solum quia sua pecuniariter filiam esse dotatam interest, tanquam dos aliquando ad eum reuersura sit,verùm etiam,qa interest ob paternam affectionem. Ego ingenuè fateor hic rationem decisionis talis facti non percipere,quoniam,cum pater iste nihil proponatur contraxisse cum auctore illius fundi dotalis,nec ipse in eo fundo aliquo modo ius acquisiuisse: nō video quo iure contra auctorem agere queat, vel quo nam pacto eum possit conuenire.Iam enim diximus,solam affectionē non parere actionem,vel obligationem;quòd hic pariat,vide-
45 tur contra iuris rationem,† nisi forte dicas, quòd, ex quo dos ad patrem reuersura dicitur, videatur in eo fundo dotali ius ei acquisitum cessione filiæ tacita vel expressa, volentis illum ei restitui in casu dotis restituendæ post, ideo cogita. Quarta est conclusio,quando quis non sibi,sed alteri stipularetur, vel paciscereturquæ stipulatio alteri facta non valet, lege stipulatio§.alteri.de verbo.obli.§ alteri.instit.de inutil.stipul.vbi dicitur, ꝙ inuentæ sunt huiusmodi stipulationes, vel obligationes ad hoc,vt vnusquisque sibi acquirat &c.nec huiusmodi stipulatio vel pactum sustinetur:quia is, cui fuit stipulatum,sit ei amicitia, vel aliqua necessitudine cōiunctus, vt post alios deteminat Iaso. in d.l.stipulatio ista.§.alteri.nume.12.versic.in tertia oppos.Bartoli.vbi dicit ita teneri per omnes scribentes.l.fideiussoris.ff.de pact.iuncta ibi glo.& damnat Accurs. Angel. Paul. de Cast. & Bald.in l.si vnus.§.cum reo.ff.eod.& in l.quod dictum.eo ff.de pact.vbi voluerunt interesse actionis sufficere in paciscente,& stipulante alteri. Sed aduertatur, quòd prædicti doctores lo-
46 quuntur in stipulante exceptionem & liberationem alteri,† in quo casu loquitur text.in d.§.si cum reo, quod habet aliam iuris rationem,cum receptum sit alterum posse pro altero etiam inuito soluere,& eum etiam inuitum a creditore suo liberare. l.solutionem,& ibi not.de solut.l.soluendo & ibi Bar.Bal.Paul. de Cast.ff.de negot.gest.Hiero.Cagno.& alij in l.inuito.de reg. iur.l.soluere.ff.de solut.& ratio est in d.l.soluendo, quia ita natura comparatum est,vt alterius conditionem meliorem, non deteriorem facere possimus.Vnde consuluit Iaso.in consi.xli.in volum.3. quòd ratione affectionis alteri liberationē possimus stipulari,idem puto etiam nulla existente affectione ratione prædicta.

† Quintam facio conclusionem, quòd ratio affectionis sæpe facit,vt a communi iuris regula recedatur, ita quadam iuris æquitate dictante,vt animaduertit Berengarius in d.l.j.nume. 180.ver.primò posset,& dixit Lucas de Penna in l. curiales. la 3.C.de decur.lib x.Curt.in l.2.§.2.nume.34.si cert. perat.vt cōsanguineus prosequatur iniuriam cōsanguineo illatam ratione affectionis l.j.& 2.l.lex Cornelia.ff.de iniur.vel vt cōiunctus agat pro coniuncto.l.sed & personæ.ff.de procur.l. maritus. C. eod.Item,quòd vnusquisque appellet pro condemnato ad pœnam corporalem.l non tantum.ff.de appella. Item ratione affectionis introductum est interdictum de libe.hom.exhibendo, vt notat Berengarius in d.l.1.nume.181.ver.fallit tertiò,& probat tex.in l.si liber homo.ff.ad exhib.Item lege Aelia sentia disposito est licere minori 20.annis,aliquas personas sibi coniunctas, & dilectas manumittere.§.eadem lege. Instit. quib. ex caus.manu.Item, quòd mater pietate materna commota possit tutorem filij,vt suspectū accusare. §.quinimmo. instit. de suspectis tuto.Item factum est, quod tutor alimenta coniunctis pupilli præstare possit l.1.§.sed nōnullos.ff.de tut. & ratio. distr. & multos alios casus similes possem cōnumerare,quos breuitatis causa omitto; potes multos videre penes Bolognettum in d.l.j. & in rub. C.de sent.quæ pro eo.quod,& in d.l.i actionibus,& non paucos colligere possem in iure nostro. Potes etiā animaduertere,quòd affectio pro sufficienti causa, qua sæpe leges sancirentur,habita fuit,vt lex de iure redimendi bona antiquorum, & maiorum nostrorum; & quæ fuerant de familia nostra,vt legitur in veteri testamento cap.25.Leuit.& capit. 4. Ruth.& in iure nostro.l.dudū,vbi repet. C. de contr. empt.& hodie in patria mea, & in multis ciuitatibus Italiæ, & extra Italiam plura statuta,constitutiones, & consuetudines de iure redimendi bona,quæ fuerint maiorum nostrorum,sancitæ,emanatæ, atque introductæ diligenter obseruantur. Super quibus nostri interpretes pulchros,& doctissimos tractatus dicta iura interpretantes cōposuerunt,vt And.Tiraquell.& Matthęus de

Afflict.

Source : BIU Cujas

Afflict. & alij non pauci. Pariter nudum præceptum teſtatoris prohibentis hæredi rerum alienationem, quamuis alioqui inualidum, & nullum exiſtimetur. l. filiusfamilias. §. diui. 2. de leg. 1. ſatis tamen cauſam ſufficientem habere cenſebitur, ſi ſubeſſe affectionem teſtatoris probabilem ī res alienari prohibitas de monſtrabitur, & ſic tanquam non nudum, ſed cum cauſa factū illud præceptum valebit, vt tradit Rip. Iaſ. Crot. & alij Repet. in d. §. diui, & Capyc. in deciſ. Neapol. cviij. & Tiraquel. in tracta. Nobil. cap. xxxvij. nume. 22. verſi homines, vbi dicit, quòd tempeſtate noſtra homines præſertim nobiles anxij admodū ſunt ne principalis eorum domus extra familiam alienetur, vel exeat, facit ad hoc tex. in l. pater. §. Iulianus, de leg. 3. doct. in l. quoties. C. de fideicom. Bald. in conſi. lvij. item ſtatuto. col. fin. lib. 2. & in cōſ. cccxxviij determinatio. lib. 5. vnde mirabilis ille caſus mihi videtur, qui legit in veteri teſtamento. lib. 3. Regum. cap. xxj. vbi ſcribitur, quòd Naboth Iſrahelita vineam, quam iuxta baſilicas Regis Acab habeat, Acab eam expoſtulanti aliam maiorem, & meliorem offerenti, audacter negauit dicens, ſit propitius mihi Deus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi, quo factum eſt, vt mādato Iezabelis vxoris Acab lapidibus obrueretur. vnde ei flagellum Deus minatus fuerit. Non etiam
83 caſus omnes, quibus iuramēto partis ſtatur, vt in l. 2. §. in exercendis. C. quan. & quib. quar. par. lib. 10. & vt in c. 2. ext. de cler. peregr. vigintiduos enumerat Franc. Cur. in d.l. admonendi. nume. 83. & aliquos etiam alij Moder. quos ego prætereo; quia mei eſt inſtituti ſolum attingere, quę ad enucleationem huius argumenti, de in litem iur. maximè pertinere mihi viderētur, & ijs ſecundum membrum ſecundæ partis ſit abſolutum.

SVMMARIVM.

1 *Tres regulę, quæ inuicem pugnare videntur, ſumuntur, vnde traditur, in quibus actionibus in litem iuretur.*
2 *Propter poteſtatem deferendi iuramentū in litem arbitrariam, nulla actio officitur vel appellatur arbitraria.*
3 *Actio arbitraria quid ſit.*
4 *Vnde prouenerit, quòd actio arbitraria efficeretur, hiſtoria actionum commemoratur.*
5 *Quid intellexerit Martianus dicere in d.l. in actionibus. de in litem iura.*
6 *Quid Vlpianus in l. qui reſtituere. §. j. ff. de rei vend. & quo nam modo Martianus, & Vlpianus ſimul concordantur, ſeu ſibi non aduerſentur.*
7 *Iuratur in litem in actionibus in rem.*
8 *Cur non idem in actionibus perſonalibus.*
9 *In publiciana iuratur in litem.*
10 *Item pro re incorporali iuratur in litem.*
11 *Item in actione pignoratitia.*
12 *Alio modo contra poſſeſſorem extraneum, alio modo contra debitorem in hypothecaria in litem iuratur.*
13 *Textus in l. aliàs. ff. de in litem iurando, declaratur.*
14 *Contra hæredem iuratur in litem, ſi legatum non reſtituat.*
15 *In noxali actione iuratur in litem.*
16 *Item in actione ad exhibendum*
17 *Quid ſit opus probare in actione ad exhibendum, vt iuretur in litem.*
18 *In perſonalibus in rem ſcriptis actionibus iuratur in litem.*
19 *Item in actione Fauiana.*
20 *Item in actione rerum amotarum.*
21 *Item in actione quod metus cauſa.*
22 *Item in actione de dolo.*
23 *Item in interdictis.*
24 *Item in actione finium regundorum quatenus in rem intentatur.*
25 *Glo. in l. 4. §. ſed & ſiquis. ff. reg. declaratur.*
26 *De quibus factis in litem non iuratur.*
27 *In ijs ſolis actionibus bonefidei iuratur in litem, in quibus agitur ad rem.*
28 *In actione depoſiti iuratur in litem.*
29 *Item in actione locati.*
30 *Item in actione commodati.*
31 *Item in petitione hereditatis.*
32 *Item in actione dotis reſtituendæ.*
33 *Item in actione tutelari.*
34 *In actionibus contrarijs ad rem reſtituendam iuratur in litem.*
35 *An iuretur in litem propter operas locatas non præſtitas.*
36 *An in actione empti in litem iuretur.*

Source : BIU Cujas

37 *In actionib. ſtricti iuris niſi ob cõtumaciã nõ reſtituentis non iuratur in litẽ.*
38 *Intellectus. §. j. d. l. qui reſtituere.*
39 *An actio redhibitoria fiat arbitraria, & in litem iuretur.*
40 *An propter omne factum, quod mandauit iudex non adimpletum in litem iuretur de affectione.*
41 *An ſaltem iuramentum veritatis in litem deferatur.*
42 *Nunquid in actione arbitraria ratione loci in litem iuretur.*
43 *De iuramento veritatis.*
44 *An iuramentum in litem deferatur, vt maior pœna in criminali iudicio imponatur.*
45 *Nunquid in litem iuretur in ijs, quæ ex iudicis officio pendent.*
46 *Propter cautionem vim reſtitutionis habentem in litem iuratur.*
47 *Obligationes perſonales intuitu rei debitæ iudicantur, vt reales.*

In quibus actionibus in litem iuretur. Cap. III.

Tertium modò aggredior membrũ, in quo vidẽdũ eſt, in quibus actionibus in litem iuretur, cuius difficultas, quanta ſit ex ipſis iureconſultorum rñſis (ne noſtrorũ interpretum obſcuras hæreſes cõmemorem) manifeſtè apparet, nam tria ſunt Iureconſultorum reſponſa, quæ ſibi videntur repugnare, in quibusq; huius theoricæ, in quibus actionibus in litem iuretur, omnis prorſus difficultas meo quidem iudicio conſiſtit, & vt cardo voluitur, primũ eſt rñſum Martiani Iureconſulti lib. 4. regula l. in actionib. ff. de in lit. iurando, cuius quidem hæc ſunt verba, videlicet. In actionibus in rem, & in ad exhibendum, & in bonæfidei iudicijs, in litẽ iuratur &c. & paulo poſt ſubſequuntur infraſcripta, videlicet. Planè interdum & in actione ſtricti iudicij in litem iurãdum eſt, veluti ſi promiſſor Stichi moram fecerit &c. Huic proximum eſt Pauli Iurecõſulti lib. 28. ad edict. quod additum per compilatores digeſtorum ad l. legem Martiani præfatã continuatiuè fuit ī lege aliàs, cuius verba ſunt hæc, videlicet. Aliàs ſi ex ſtipulatu vel ex teſtamento agatur, non ſolet in litẽ iurari. Tertium eſt Vlpiani rñſum libr. 2. ad edic. in l. qui reſtituere. §. hæc ſnĩa ff. de rei vẽd ꝙ planè ijs verbis ſe habet, videlicet. Hæc ſnĩa generalis eſt & ad oĩa, ſiue interdicta, ſiue actiones in rem, ſiue in ꝑſonã ſint, ex quibus arbitratu iudicis quid reſtituitur,
1 locũ hẽt. † Ex quibus tres regulæ videntur inſurgere, quæ inter ſe ſe ꝯfodiant ac pugnent. Nam Vlpiani rñſo ſi oĩs actio ꝓp iudicis arbitratũ ſortitur hoc, vt in litẽ iuretur, & ſi Barto. & alij in locis, de quibus infra, dicant oẽm actionẽ de mundo ꝓp arbitriũ iudicis fieri arbitrariã. & ī ea in litẽ iurari, fruſtra & perperã ꝑ Martianũ in d. l. in actionibus, ponuntur aliæ duæ regulæ, prima de actionibus in rem, quia per ſupradictum rñſum Vlpiani iuratur ẽt ī actionib. ꝑſonalibus ęquè atq; in realibus, dummodo arbitriũ illud quod in oĩbus actionibus requiritur, in ambabus actionũ ſpeciebus concurrat. Itẽ & ſecunda regula Martiani vĩ in ſe ipſa deſtrui, & ꝯfundi, tũ quia in prædicto Vlpiani rñſo nõ admittit̃ ea diſtinctio, an ſit actio bonæfidei, vel ſtricti iudicij, tũ ẽt, quia ꝓcedẽdo Martianus iurari in actionibus bonæfidei, quæ ſunt actiones ꝑſonales. §. actionũ, & ibi no. inſti. de actio. vĩ recedere a prima regula de actionib. realibus tradita: dum. n. ponebat de realibus, videbatur excludere perſonales, cũ incluſio vnius ſit excluſio alterius l. cũ prætor. ff. de iudi. cũ vulg. ſicut paulo poſt, ponẽdo regulã de bonæfidei, & ſtricti iudicij actionibus, vĩ, cum eę actiones ꝑſonales ſint, voluiſſe excludere reales, & recedere a regula de actionib. realibus tradita, quaſi ius, in quo fundetur iurm in litẽ perpendat ex alia cã ſcilicet ex qualitate bonæfidei, quæ eſt actio ſui natura exuberans, & luxuriãs, quæ exuberãtia nõ eſt ī ſtricti iudicij actione, vt infra dicã, qua cauſa attenta vĩ in cõſideratione nõ fuiſſe rõnem in actione reali militantẽ, ꝙ quis debeat pretium rei ſuæ ſtatuere. l. nõ eñ. ff. rer. amota. quæ ratio ꝯ nõ reſtituentẽ cõſiderata potiſſima eſt, & ꝙ ſic, ꝙ quis agat, vel ad rem ſuã, vel ad rem ſibi debitam, ſeu ad quid promiſſum, nihil referat, & propterea ius, in quo fundatur iurm in litẽ, non perpendat̃ ex hac ratione d. l. non eñ. quæ oĩa videntur ad inuicem repugnantia, & ad nos imprimis ſpectat horũ antinomiã diſſoluere, nec. n. vllo modo circa diſtinctiones noſtrorũ doctorũ immorari nos impreſentiarũ expedit, iccirco eorũ dicta niſi eatenus, quatenus noſtrã doctrinã & methodũ inſpiciãt & adiuũent, haudquaquam recitabo. Et hic te lector præmonere volo, me in hoc tractatu, & præſertim in hoc membro & articulo, in quibus actionibus in litem iuretur, multa excogitaſſe ex capite meo, dum intra meã inopẽ bibliotecã me continebam, quæ alienos libros verſans, poſt cognoui, & per alios tacta aliqua ex parte fuiſſe: quos addere, & referre volui, nõ ſolum cauſa confirmandi noſtras opiniones, quam ẽt ne tacendo nomẽ eorũ, qui rectè in hac materia ſenſerunt, in nomẽ inuidi incidã. Verùm antequã attingã rẽ noſtrã, velim ſcias ſcribentes in hac materia cõſideraſſe inter alia & pro potiſſimo capite eorũ diſtinctionis tradidiſſe, ꝙ in actionibus arbitrarijs iuratur in litẽ, & diffuſiſſime recẽtiores præſertim declaraſſe, quæ ſit actio arbitraria, & qñ efficiatur arbitraria, vt per Iaſ. Vldar. Zaſium, Curtiũ, & Io. Bolognettũ in d. l. in actionibus, quæ ſcribẽtium
2 doctrina ſequenda nõ eſt; † quia nõ reperies in aliquo Iurecõſultorum rñſo, vel aliqua lege, vel cõſtitutione, qđ ꝓp arbitrariã deferẽdi hoc iuſiurãdũ in litẽ poteſtatẽ, aliqua actio efficiatur, vel appelletur arbitraria: vt animaduertit Franciſcus Duaren. in d. l. in actionib. nu. 39. vel ꝙ in iure vllibi legatur: in actionibus arbitrarijs in litem iurari; eſt ergo cõmentitia hæc ipſorum diſtinctio. † Quid autem ſit actio arbitraria, varie dixerũt
3 ſcribentes. Bolognettus in d. l. in actionibus. nu. 10. cõſiderauit arbitrarias in genere, ſcilicet vbicunq; in actionibus iudex arbitriũ hẽt in plus, q̃ deductũ ſit, ꝯdẽnandi, qua rõne, & actiones bonæfidei dicit eſſe arbitrarias, quia ijs arbitriũ iudex hẽt aliqd ſtatuẽdi, ex bono, & ęquo vltra, q̃ ī obligatione ſit expreſſum. In ſpecie ẽt cõſiderat actiones arbitrarias, & hoc modo conſideratæ differunt ab actione bonæfidei, quia in ꝯctu bonæfidei ꝯhentes ꝓp bonam fidẽ præſumuntur ad inuicem promittere nõ ſolum ea quæ exprimunt, verũ ẽt connexa, & nõ expreſſa, quæ tñ ęquum eſt præſtari, & iudex cenſetur hoc arbitrium, & hanc poteſtatem ab initio ꝯctus datam habere in condẽnãdo etiam ex bono, & ęquo ad id, quod nõ fuit expreſſum in ſtricti autẽ iuris actione, nec ꝯhentes aliqd præter expreſſa voluiſſe, nec eam poteſtatẽ iudici dediſſe exiſtimantur, iccirco niſi extrinſecus aliquid contingat in actionibus ſtricti iudicij nullum arbitrium habet, & ſiquid contingat, ꝓp qđ arbitriũ detur has actiones vel effici, vel appellari arbitrarias ab iſta qualitate arbitrij ſuperueniente, noſtri doctores tradiderũt, quaſi actiones bonæfidei ad demonſtrandum, ſeu ſignificãdũ ſuã bonam, & exuberantẽ qualitatem nõ egeant eo nomine arbitrariæ, cum ſatis id præ ſe ferat, & declaret ipſum nomen bonæfidei, quãuis & in ijs illud ex accidenti extrinſeco arbitriũ poſſit contingere, hoc. n. accidens, & ſuperuacuũ eſt, & nõ mutat nomẽ in actione bonæfidei; quia non attenditur, ſecus in ſtricti iuris actionibus, cũ alio noĩe in ijs dicta qualitas ſuperueniẽs, quæ maximã addit vim eis, non poſſit ſignificari, niſi iſto arbitrariæ actionis nomine. Quantũ autẽ ad iurm ī litẽ, & vis ipſius credidit Io. Bolognet. in d. l. in actionibus. nu. 32. verſi. tertiò notãdũ, ꝙ actio bonæfidei ſicut actio ſtricti iudicij, illud accidẽs arbitrij exigat ad effectũ, vt iuſiurãdũ in litẽ deferri queat, & nulla in hoc differentia ſit, inter actionẽ bonæfidei, & actionẽ ſtricti iudicij, qa inquit, in ijs ęqualiter arbitriũ cauſatur accidentaliter, ſcilicet exſpreto iudicis præcepto; & ꝓp arbitriũ accidentaliter iudici cõpetens, tam in bonæfidei, q̃ in ſtricti iuris actione, in litem iuratur. Sed toto cœlo errat in hoc Bolognettus; quia manifeſtè Martianus facit differentiã inter actionẽ bonæfidei, & actionẽ ſtricti iuris, quò ad ipſum ius deferendi iurm in litẽ, vt ad litteram patet ī d. l. in actionibus, & declarabo inferius. Dicas ergo in actione bonæfidei illud arbitriũ extrinſecus cõtingens eſſe ſuperuacuũ quò ad hoc ius deferendi iurm in litẽ, ſicuti quò ad cętera in aliis caſibus; quia ſufficit arbitriũ ex ipſius actionis bonæfidei natura, prouenies. Sicq; in hac materia iuriſiurandi in litẽ ꝓp accidẽs nõ magis fit arbitraria, q̃ in qualibet alia, ſed in alia negatur ꝓp aliquod accidẽs fieri arbitrariam, ergo & in iſto iuriſiurãdi in litẽ caſu. Ferrar. Monta. in l. nõ debet cui. de reg. iur. dum poſtquam retulit Bar. & oẽs voluiſſe actiones ſtricti iuris ſiue in rem, ſiue in perſonã effici arbitrarias, ꝓp arbitriũ extrinſecus accedens: quia ꝑmiſſum ſit iudici ex bono, & ęquo eſtimare quemad modũ actori ſatisfiat, nõ autem actiones bonæfidei, cum in ijs id ex earum natura ſit, & oportere, vt in litẽ iuretur, actiones ſtricti iuris fieri arbitrarias, dixit, immo actiones ſtricti iuris, & bonæfidei, ęquè fieri arbitrarias, ī caſu iuriſiurandi in litẽ, & alia quidẽ conſideratione, q̃ in alijs caſibus, vĩ in eã Bolognetti ſnĩam ire. Sed meo quidẽ iudicio male, vt per
4 prædicta. † Verùm, vnde, vel quo nam modo prouenerit hæc differentia inter actiones, ut aliæ eſſent bonæfidei, & aliæ ſtricti iudicij, & in aliquibus ex ipſa actionum natura arbitrium iudici daretur, in aliquibus verò ex accidenti, ut actio inde nomen arbitrariæ acciperet, melius quàm quiſquam alius declarant Moder. in tract. de vſu. quæſt. 74. de intereſſe & interuſu. numero 482. & in ſuo laberinto de eo, quod inter. nu. 211. verſi. quartò plenius, vbi veterem omnem actionum vſum, atq; hiſtoriam eleganter enarrat, ꝙ veteres Romani Põtificibus ſuis viris tanquam ſanctioribus, poteſtatem & curam, actiones ſingulas cuique decernendi, atque interpretãdi, mandauerant, ac cum ea Pontifices abuterentur poteſtate, Gneus Flauius ſubreptum formularum librum euulgauit, ut ait Pomponius l. ſecũda. §. omnium. ff. de orig. iur. & Cicero in orato. lib. j & poſtea ſtudijs præſertim philoſophiæ moralis, ipſiſque rerum experimentis creſcente ſenſim ęquitatis notitia, barbaries illa forenſis, paulatim ab aula recedere cœpit, nam multa tum prætores, tum alij iudices, tum Iureconſulti addendo, ſupplendo & cõmode interpretando, emẽdarũt. Primum, (inquiunt Moder.) circa id, quod intereſt apparuit frequẽs & pernicioſa iniquitas ex eo, ꝙ in ſtricti iuris iudicijs nõ haberetur rõ, nec redderetur ius de eo, quod ratione moræ ītereſſet, vel ratione loci, ubi certo loco quid dari fierivè conueniſſet. Sed ſolum de principali

Source : BIU Cujas

ſtricto iure debito, ad quod iudicis poteſtas limitata erat, adeo ꝙ ſi formula ſtipulationis, vel ℈ctus ſtricti iuris relata erat ad certū locū, nō poterat alibi agi, vel petiꝛ, quia id formulæ, quæ ſtricti iuris erat, a qua recedi non licebat, non cōgruebat. hinc contingebat, vt etiam principale debitū periclitaretur, & inane fieret, nō ſolum, ſi quo caſu creditor ad eum locum accedere nō poterat, ſed etiam, ſi debitor nollet accedere l.j. de eo qđ cer. loco, & ideo etiam dum ſeruabatur ſtilus impetrandæ legitimæ actionis, ſcilicet certæ & ſolennis. l. 2 §. denique. de orig. iur. neceſſitas ipſa effecit, ut in ſtricti iuris iudicio daret formula actionis non ſimplex, & ſtricta, ſed eo adiecto, vt iudex, qđ iuſtum eſſet arbitrari poſſet ſuper eo, quod alterutrius partium ſua die, vel loco ſatisfieri intereſſet, & tū demum hac actionis formula impetrata iudicis arbitrio, ex bono, & ęquo ius ſuper hoc reddebatur. l. ꝙ ſi Epheſi. ff. de eo, quod cer. loc. hinc actio accipiebat nomen, ſeu potius qualitatem, ſeu cognomen arbitrariæ. l. 2. ff. de eo quod. l. j. vbi conu. qui cer. loc. nō tū ob hanc rem efficiebatur bonæfidei: quia in reliquis retinebat ſuam priſtinam ſtricti iuris naturam, in actionibus bonæfidei nō opus erat ſpecialiter arbitrium iudici dare ſuper aliqua acceſſione, ſed ſemper inerat lata poteſtas, & plenū arbitrium ſuper omnibus ex ea veteribus vſitata clauſula ex bonafide, quæ ſemper tacitè inerat, & illūd arbitriū, qđ ante impetrationes ſublatas dabatur iudici in actione ſtricti iuris ſuper acceſſione, vt plurimum nō generaliter, ſed limitatim ad certā, & expreſſam cauſam dabatur, & in eo quod dabatur arbitrium, actio hæc arbitraria naturā bonæfidei aſſumebat. d. l. ꝙ ſi Epheſi. & nō ſolum arbitriū dabatur, ac locus actioni arbitrariæ fiebat, vbi principale debitū peribat, vel ratione loci, vel diei intererat, ſed etiā quoties iuſta cauſa intereſſe arbitrādi ſuberat. Deinde captioſis actionū formulis, & interpretationibus ſublatis. l. j. C. de form. qđ erat in formula impetrandæ actionis vel arbitrij in iudicijs ſtricti iuris in apta facti narratione, & in cauſa iuſta remāſit. l. 2. C. de form. nec quicq̄ per antiquationē formularū eſt immutatū in reliqs de natura, & differētia actionis bonæfidei & ſtricti iuris, & hæc Moder. in d. laberinto. Non prætеribo, qđ idem dicit in tract. vſu. nu. 482. nempe ꝙ actio bonæfidei nunquā arbitraria diceretur ea de cā: qñ in ea illud arbitriū nunquā implorabatur, tanquā ſuperuacuū, qñquidē ex ipſāmet natura actionis bonæfidei iam illud cōpeteret; vt ſupra eſt dictum. Et ſcđm iſta poſſet declarari text. in §. præterea quædam, inſtit. de act. vbi Imperator exponit, quales ſint actiones arbitrariæ, ideſt ex arbitrio iudicis pēdētes, circa quod pluribus mihi nō vī inſiſtendum: quia nō magnopere facit ad rem noſtrā, ut altiori indagine opus ſit huius rei veritatē inquirere, & ex adductis ꝑ nos ſupra ex dictis Moder. circa actiones arbitrarias perſpicis, quid ſit actio arbitraria, & quā cū cæteris ſcribentibus ille cōueniat in iſta quæſtione de actionibus arbitrarijs. Ijs præcognitis illa tria rñſa Iureconſultorū ſuperius relata modò declaranda ſuſcipio. † & ſcito Martianum intellexiſſe ſolū dicere, in quibus 5 actionibus iuretur in litē. ſ. ex cā affectus in rē, & quò ad hoc affectionis iuſm in litē regulam tradidit, ꝙ in actionibus in rem iuretur in litē, & de hoc nulla poteſt eſſe dubitatio, item, ꝙ iuretur in actionibus bonæfidei, in ijs tñ intellexit iurari in litem (vt mox probabo) quæ ad rem ſibi reſtituēdā dirigerētur, vt in l. officiū. ff. de rei vend negauit per ℈ſis iurari in actione ſtricti iuris, qualiſcunq; ea eſſet, hue ad reſtituēdā rem, ſiue ad ſoluendum debitum intētata, niſi de veritate iuraretur ꝓp difficultatem probationū, & dolū aduerſarij, cauſa faciendi ęſtimationē rei, quæ non extat d. § planè. Vlpianus verò in d. l. qui reſtituere. § hęc ſnīa, indiſtinctè in omnibus actionibus ad reſtituendū ex arbitratu iudicis voluit in litem iurari, nec ei Martianus ſua traditione, & diſtinctione in hoc refragatur, quia Martianus loquitur, quo ad vim, & qualitatē actionum, qua attēta in actione bonæfidei (cōpetēti tñ ad rē ſuā ſibi reſtituendā) iuratur in litem, abſq; eo, ꝙ arbitriū illud iudicis ſuperueniat, in actione ſtricti iudicij, quæ etiam ſit ad reſtituendum, non iuratur, niſi 12 arbitriū prædictum accedat, & tunc non iuratur ꝓp vim actionis, ſed propter illud arbitrium extrinſecus accedens ob reſti-
6 tutionē rei nō factam, & de quo arbitrio nō loquitur † aliquo modo Martianus in d. l. in actionibus, ſed de eo loquitur Vlpianus in d. §. hæc ſnīa, & ſic non poſſunt ſibi ad inuicem aduerſari. Et ſi dicatur, cur Martianus, ſi qualitatem actionum, & non arbitrium conſiderare voluit, meminit de realibus, in quibus iſta non contingit indagatio, ſed ob arbitrium dū taxat iuratur in litem, & rñde, ꝙ Martianus voluit, loqui de omnibus ꝓ modum regularum, vt in quibus actionibus ex qualitate & natura propria actionum poſſet iuſm in litem deferri, vel nō deferri, diceret, non tñ, vt excluderet alias, ſcilicet reales, quin de ipſis etiam loqueretur, in quibus tñ prædicta conſideratio non fit, vel poteſt ꝯtingere, vt in illis, videlicet, vtrum ꝓp ſui naturam in ijs in litē iuraretur, & hæc ſigillatim diffuſius ſunt infra aperiēda. Ex quibus ea duæ cōcluſione, potiſſimè ſummi poterūt, affectionis in litem iuſm minimè deferri pro re debita, vel ꝓmiſſa, ſed pro re ad nos aliquo iure ſpectāte; & hæc erit vna cōcluſio, itē in actione bonæfidei ex vi, & propria ipſius actionis natura iuratur in litē, ſecus in actione ſtricti iuris; quia non ex illius actionis natura, ſed ꝓp arbitriū iudicis ℈ nō reſtituētem rem in ea in litem iuratur, & erit altera concluſio. & in ijs oēs difficultates, & dubietates ſupra motæ ſubmouebuntur, atque cōcident. Pro quorū expeditione. Primò de actionibus in rem vidēdū eſt, ſecūdò de actionibus bonæfidei, tertio de ſtricti iu-
7 dicij actionibus. † Accipiamus itaq; imprimis actiones in rem, & proditū eſt in ijs in litē iurari, vt ꝓ Martianū in d. l. in actionibus, & in d. l. qui reſtituere, de rei vendi. vbi hī, ꝙ ſi poſſeſſor ad rem reſtituendam cōdēnatus, nō reſtituerit rē, dūs eius rei ℈ eū poterit iurare in litē, declarando, pro quāto nollet re illa carere, quare hoc in actione reali fuerit ſtatutū, & cur idē non ſit in actione pſonali pro re debita & promiſſa (pro re eīn promiſſa, vel debita in litē nō iuratur, vt eſt dictū) dubitarunt do-
8 ctores. † & Curtius mouit iſtā dubitationē in d. l. in actionibus. nū. 6. & dixit videri magis in actione perſonali eſſe deferendū hoc iuſm, quā in reali: qñ iuſm in litē defertur ꝓp fidiam. l. ci qui. ff. depoſ & magis arguitur perfidia in eo, qui nec fidem cōtractus, & cōuentionis obſeruat, & iudici non paret, quā in eo, qui ſolū iudici eſt inobediens, huic oppoſitioni rñdet Curtius & Decius reddentes aliam rōnem, nēpe, quia in rē debitā, & ſic in rē alterius quis nō hēt affectionē ſicut in rem propriā. & in hoc attenditur affectio, hæc ratio improbatur a Franc. Duareno, & Ioan. Bolognetto ibi nu. 19. & Ioan. Coraſ. lib. 6. Miſcell. c. 4. qui conſiderarunt aliā rōnem, & certè meo iudicio veriſſimam; qñ. ſ. ęquum eſſe exiſtimarū fuit, vnicuiq; ſua committere. C. de iudę. l. nemo exterus. & ꝙ quilibet rei ſuæ pretium ſtatuat. l. tutor. ff. de in lit. iura. & ꝙ rem ſuā nemo cogatur iuſto pretio vendere. l. non enim. ff. rer. amor. l. ſi filiofamilias. & mari tū. ff. ſol. matr. l. nec quaſi. ff. de rei vendi. quā rōnē ex iureconſultorū reſponſis ſupra etiā ad hoc ponderauimus; quæ rō nullo modo pōt procedere in re promiſſa, ſed prorſus ceſſat; quia ęquitas nō patitur, rē debitā, quæ eſt alterius, nos ꝓ affectu noſtro ęſtimare, & ęſtimationē ex eo factā cōſequi, licèt hoc conceſſum ſit in rebus proprijs. Bolognettus addit, ꝙ eſt grauius, aliquē primare re ſua, quā re debita. l. videamus. §. ſi in actione. ff. de vſu. Albericus verò dicit rōnem eſſe; qa iura magis fauēt in re noſtra, quā in re debita. d. §. ſi actione, quod eſt verū, & in rōnem prædictam reincidit, quā rōnē teneas memoriæ: qa facile ꝙducet te extra oēm difficultatē huiu- materiæ. Qñ igitur, Martianus dixit, iurari in litē in actionibus in rē, & ſic vſus eſt numero plurali, clarum ſit, id voluiſſe ꝓcedere in quacunque actione reali, vt notāt ibi Franc. Duaren. Deci. Pau. de Caſtr. &
9 Vldar. Zaſi. & oēs Moderni, † ideo dixerūt iurari in litē in publiciana actione in rem, ut per Bal. in d. l. in actionib. col. 2. ad fi. & Zaſium ibi, & id eſt verū, niſi actio publiciana eſſet intentata ℈ eū qui probaret ſe dñm rei petitæ; qñ iſto caſu, cū reſtitutionē rei cōſequi nō poſſit. l. pe. & l. ſi ff. de public. in rē actio. neceſſita
10 tē iuriſſurādi in litē ceſſare oportet. † Itē iuratur in litem pro re incorporali negatoria, & confeſſoria actione. l. harū. ff. ſi ſer. vendi. qñ & ipſa eſt actio in rē. §. ęquè. inſtit. de act. l. ſemper. §. hoc interdicto. ff. quod vi aut clam; & not. ſcribentes in dic. l. in actionib. Vnde Petrus Loriotus in d. l. quarenus. col. 46. verſi. dicendū eſt igitur. de regul. iur. & in tract. de eo quod inte. in axioma. 80. animaduertit hoc ꝙ pro ſeruitute, quam quis hēt in prædium alterius, iuratur in litē; quia eſt ius reale, ſed ꝓ ſeruitute promiſſa, vel debita, quæ eſſet cōſtituenda, in litem iura-
11 ri nō poſſe voluit per rationē iam dictam. † Item in actione pignoratitia iuratur in litem. l. ſi fundus § in venditione. ff. de pigno. Pariter in ſeruiana, quæ cōpetit ad perſequenda bona tacitè hypothecata pro pēſione prędij locati. §. itē ſeruiana, & ibi gl. Aret. Ioan. Fab. Iaſon, & cæteri, inſti. de act. nam realis eſt iſta actio hypothecaria. l. pignoris. vbi doct. C. de pig. & ℈ quencūq; poſſeſſorem comperit, ut per Iaſo. in d. §. item ſeruiana. eſt autē animaduertendum, ꝙ iuramentum in litem in actione hypo-
12 thecaria, † & pignoratitia alio modo defertur contra poſſeſſorem extraneum, alio modo contra eum, qui res illas obligaſſet ſuo creditori: ſic inter debitorē & extraneum poſſeſſorem diſtinguūt doctores: nam noluerunt contra tertium poſſidentem pignus, ſi illud non reſtituatur, in litem iurari, etiam vltra id, pro quo ſibi a ſuo debitore traditum & obligatum fuit, & ita procedere textum in d. l. ſi fundus. §. in vendicatione, vt per glo. Odofr. Bar. & Saly. ibi, & in §. ſi plures. d. l. ſi fundus, & ꝓ Neguſan. in d. trac. de pig. & hypot. in 8. par. in 2. membro, verſi. ſecundò in materia. vbi Neguſan. hoc extēdit etiam, quando libellus ℈ poſſeſſorem in hypothecaria alternatiuè eſſet conceptus, ad rem hypothecatā reſtituēdam vel ad debitū ſoluēdū: nam, quamuis videretur dicēdum ℈rium, ex quo petitum erat reum condemnari ad ſoluēdum debitum, propter quod non datur iuramentum in litem, vt ſupra eſt dictum, nihilominus, quia ſolutio debiti eſt ſolū in facultate ſoluendi, quæ facultas nō durat poſt ſnīam, vt notat Bald. in d. §. in vēdicatione. & eſt de mēte Odof. in d. §. ſi pluris, iurabitur & iſto caſu ī litē, cū prę ciſe poſt ſnīam, tametſi conuentus alternatiuè, ad ipſam rei reſti-

Source : BIU Cujas

restitutionē teneatur:qa actio hypothecaria solā rei possessionem auocat.d.l.si cum debitor.ff.de euict.nec potest alternatiuè vel ad rē,vel ad debitū proponi,vt dixit Salyc.in d.§.in vendicatione,nō tñ ego possessorem offerendo id, quod debet, rei restitutionem euitare.l.fin.C. de ijs qui in prio.loc. Sed hæc oblatio fieri debet ante sniam:vt est dictū.Si autem hypotheca ria agatur pro vendicatione pignoris ꝯ debitorem illud possidētem,qui illius possessionem nactus sit, traditum est qñcunq; et post sniam,eo qđ re vera debebatur,oblato ex equitate debi torem conuentū liberari:vt rñdit Martianus in d.l.si fundus.§. si pluris,& sic ꝯ eum in litem nō poterit isto casu debiti oblati 16
iurari.ita cōcludūt Bar.Odof.Saly.& cæteri oēs ibi, vbi Bald.dicit esse mirabile, ꝙ snia lata in hypothecaria nō exequatur, si debitum offeratur ꝑ debitorem, secus, si per tertium pignoris possessorem,nam iste post sniam latam non habet hoc ius offe rendi & soluendi debitum.ita dixit Bal.in d.l.si fundus.§.in ven dicatione,& dixi supra.& Bar.Saly.& Negusan. in locis prælle gatis huius differentiæ assignatæ inter debitorem & tertiū possessorem pignoris rationem addunt:quia quando creditor agit ꝯ tertium possessorem ad restituendum sibi pignus, id quod amplius debito consequitur,ob pignus sibi non restitutum tenetur actione pignoratitia suo debitori restituere,& ideo pluris sua interest, quam sit id quod sibi debetur pignus sibi a tertio possessore restitui,qñ verò ꝯ ipsum debitorē agit,pluris tua nō interest pignus habere,quā ille sibi debeat,hoc.n.casu deficit ꝑsona,cuius causa pluris sua interesse possit,pignus sibi resti tui,quā debeatur.hanc rōnem attulit Vlpianus lib.63. ad edic. in l.si inter.§.si.ff.de pign.& eam ibi notant Bar.Odof.Salyc.& alij. cessante ergo in debitore ista rōne maioris interesse debito ipso,ęqtas suggerit hypothecā liberari soluēdo id,qđ re vera debetur,prout rñdit Martianus in d.l.si fundus.§.si pluris,cuius verba hæc sunt,videlicet.Si pluris cōdemnatus sit debitor, nō restituendo pignus quam computatio sortis & vsurarū faciebat:an si tantū soluat,quantū debebat,exoneretur hypotheca; quod ego quidem quantum ad subtilitatem legis,& auctoritatem snię nō probo.Semel.n.causa transire vī ad cōdēnationē, & inde pecunia deberi.Sed humanius est,non amplius eū,quā qđ re vera debebat dādo hypothecam liberare.Verū doctores præfati dicunt ꝯ debitorē pignus possidentē iurā in litē, vltra id,pro quo illud ei traditū,& obligatū fuerat:nēpe si ob debitū 17
chirografariū retinere vellet.l.j.C.si ob chirograf. pecu.nā hoc casu militat ratio interesse, in qua fundatur responsio Vlpiani 18
in d.l.si inter.§.fi. & quia adhuc dici merito pōt re vera deberi, scilicet debitū chirografarium, tam & si hypothecariū fuerit solutum.Nota etiam ad limitationē prædictorū; quia nomen & creditum non potest possideri:ut tradit Bal.in l.& quæ nondum.§.qđ dī.ff.de pig.& hypo.& notant omnes insti. de act.in prin.post glo.ibi in ver.debetur,si obligēt pignore hypothecaria actio nō competit,sed actio vtilis personalis, ut dicit Bal.in d.l.si fundus.§.in vendicatione,& in § qđ dī.& Pau.de Cast. in l.si conuenerit.la 2.ff.de pign.act.puto iuīm in litē competere nō posse ꝑ credito & pignore hypothecato, qñquidē Martia- 19
nus loquatur de actionibus realibus in d.l.in actionibus,& hæc non sit realis,quo fit,vt habens obligata nomina,& credita sui debitoris cū non censeatur habere nisi actionē ꝑsonalē ꝯ debitorē sui debitoris, si posterior creditor ab eo debitore debitoris pecuniam exigat,non poterit auocare pecuniam exactā per posteriorem creditorē.ita tenuit Alex.in consi.27.in vol.j. 20
quem allegat,& sequitur Capy in decis.Neapoli.78.in causa lu liani,vbi dictā rōnē allegat: quia ei actio realis hypothecaria ad illud creditū nō poterat competere, quod est notabile pro quæstione.Thom.Gram.in quæst.j. in suis quæst. impressis post 21
23 decis.& Matth.de Afflic.in decis.Neapol.190.† Ex prædicta ra tione declaratur tex.in l.aliàs.ff.de in lit. iur. ꝙ non iuratur in in litē in actione ex testamento personali,qñ hæres cōueniretur actioone personali ad debitum legatū satisfaciēdū, secus si 22
actione reali: pro legatis.n.ꝙñdis proditæ sunt tres actiones, scilicet ꝑsonalis rei vendicatio,& hypothecaria l.j.& 2.C.com. de leg. §. nostra autem. insti. de lega. & dominium rei legatæ ipso iure in legatariū trāsfertur.l.a Titio.ff.de fur. no.Accur.in
24 d.§ nostra autē in gl.in ver.ꝑ in rē. † si igitur legatarius ad sibi restituendū legatū rei vēdicatione agat,poterit ꝯ hæredē in litē iurare,si sibi legatū nō restituat, de hoc est tex.in l.cū pater. §.legato.ff.ad l.Falcid.& ibi per eū textū doctores notāt, legatario petenti rem legatā aduersus hæredem non restituentem iuīm affectionis deferri,dū ex eo textu qęritur,an solutum ex causa istius iurisiurandi in litem hæres in rationem,& cōputationem legis Falcidiæ deducere queat,& ita tenet Alex.ibi,vbi dicit,hoc cōiter per doctores ibi probari,& Accur. Bar.& Pau. de Cast.ibi & Bar.in l.qui cōcubinā.§.fi.de leg.3.& Ias.declaran do sequitur in l.hmōi.§.si is cui.num.12.ver.item in actione,de leg.j.& Vldar.Zasius etiā hoc probat in d.l in actionibus. nu.8. nam hoc casu militat etiam ea ratio,ne quis cogatur inuitus rē suā certo pretio vendere.d.l.non enim.d.l.tutor.d.l.si filiofami
15 lias.§.maritum.Eadē de causa,† qñ doctores in actione noxali voluerunt in litem iurari posse, vbi iudex dñm serui nocētis interrogasset,an seruū noxam,vel ęstimationem damni soluere vellet,& dñs rñdisset se seruum noxam dare velle,vt ꝑ Curt. in d.l.in actionibus.nu.2.& Francis.Duare.ibi.dubitauit Io.Bolognettus ibi nu.20.qūo ꝯ promittentē dare,ibi daretur in litē iuīm.& rñdet, hoc nō obstare nostræ regulæ;quia post dictam rñsionē res,quæ nunquā fuit actoris,fingīt actoris,ex quo reus rñdit se dare velle pro noxa eū seruū, & quodāmodo per dictā rñsionē efficitur actoris:quia actio sequitur ipsum seruū. §.oēs institu de noxa.& in eo inducitur ius reale, & sic saluatur regula nostra.Quod diximus † in actione reali, idem Martianus in d.l.in actionibus,tradit in actione ad exhibendum, quod in litem iuratur,in eo.n.militat eadem ratio,ne re,vel iure suo quis inuitus priuetur,vt dixit Bolognettus ibi num 20.etenim hæc actio est ꝑꝑ vendicationes inuenta.l.j. ff.ad exhiben. & res non exhibita non potest vendicari.l.gemma.ff.eod.& ideo præcludēs viam ad rem vendicandam ęquè contumax reputari dēt, ac si rei restitutionē negaret,vt scribit Francis.Duaren.in d.l.in actionibus.versi.in ad exhibendū, & circa eandem facias cōsiderationē,quam supra in reali etiam fecimus,quod ex actionibus competentibus inspicitur qualitas actionis intētatæ, an sit mera ꝑsonalis,vel in rem,& pone, pupillus sine tutoris auctoritate pecuniam mutuat ꝑꝑ defectum auctoritatis, non facit pecuniam accipientis,& ideo possunt ei ad eam pecuniam cōpetere plures actiones,condictio,& actio ad exhibendū, si mala fide fuerint nummi consumpti.§.nunc admonēdi.qb.alien. lic.vel non,instit.qñ intentat actionem ad exhibendū iuratur in litem,vt post alios dixit Areti.ibi.nu.4.ad fi.vbi animaduertit hoc casu iuīm in litem non esse iuīm affectionis;quia in pecunia nō cadit affectus.l.nummis. tit. nostro. Sed esse iuīm de vero interesse,seu veritatis.idem tradit do.meus Alcia. in l.2.§. appellata.nu.7.versi.si verò mala.si cert.pet.in l.rogasti.in § si fugitiuus nu.11.ver.cum enim.ff.eo.per glos.in l.in rem.§.tignū. de rei vend.cum qua concordat glo.in l.qui res.ad fi.ff.de solu. & in l.j.ff.de tign.iniun.vbi Bar. nor.& ibi dicitur, ꝙ ꝯ eum qui mala fide tignū alienū suis ędibus iniunxit,potest agi ad exhibendū,& quia censetur dolo malo fecisse,quo minus exhibere possit,ꝯ eū in litē iuratur,secus si alia actione ageretur, prout & ibi pro tigno iniūcto alia actio competebat. Quid autem sit
17 opus† in actione ad exhibendum probare,vt iuīm in litē actori deferatur,scribit Alex.in consi.171.in causa & lite inter Bartolomęum.nu.9.col.12.vol.6.quod hic non recenseo.† Similiter iuratur in litem in cæteris actionibus personalibus in rem scriptis prædicta ratione procedēte,vt voluit Bolognettus vbi sup.Quæ autem sint actiones in rem scriptæ.Accurs.in l.3.§.est autem,& in §.præterea.ff.ad exhiben.commemorat. & Ias. & Zasius,& alij repetent. in rub. ff.si cert.petat.Nam ꝯ possessorē rei ad nos pertinentis proponuntur,vt Ias.& alii in d. Rubr.dicunt:& ad instar actionis realis,vt dixit Bald.in l. si vi. C. quod met. cau. iurabitur igitur in litem in actione ad exhibendum, vt est dictum:quia est personalis in rem scripta d.l.3.§.preterea, & hoc sit primum in ijs exemplum. Secundum exemplū † sit in actione Fauiana qua patronus alienata in sui fraudem per libertum,reuocat:quam quidem actionem in rem scriptam esse notat Accurs.in d.l in actionibus.ver.planè.circa medium, & alij post eum ibi,ideo in ea locum esse iuramento in litē ꝓstat, per tex.in l.tenetur.in fi.ff.si qd in frau.& no.Bal. in d.l.in actionibus.§.planè. † Tertium sit in actione rerum amotarū, vt est
20 tex.in l.si cum dos.§.j.cum l.seq.ff.rer.amo.† Quartū in actione
21 quod metus causa;quia & ipsa est personalis in rem scripta, vt per glo.in d.l.3.§.præterea.ff.ad exhiben. Ias. in rub.si cer.pet. nu.9 & propterea in ea iuratur in litē, vt est tex. in l.arbitrio,& ibi dicit Bar.col.2.nume.2.ff.de dolo, & tenuit Duare. in d.l.in actionibus nu.7.ver.nunc videndum,& dixit etiam Bald.in l.si cum exceptione §.hæc autem.ff.de eo quod met. cau. † Quin-
22 tum in actione de dolo,vt est tex.expressus in d. l.arbitrio. Sed hæc actio cū merè personalis sit,dubitauit Curt.cur in ea iuramētum in litem deferatur,& Curt.credidit, prout refert Duaren. quòd quamuis actio quod metus causa, & actio de dolo dissimiles sint,tamen affinitatem quandā inter se habent,adeo ꝙ sicut iuratur in actione,quod metus causa, ita quoq; debeat iurari in actione de dolo.Hæc dubitatio Curtij, vt admodum probabilis fuit,ita eius solutio Duareno, & mihi quoque non probatur;cùm nequaquā dubitationis rationē tollat,quinimmo auget, fatendo dissimilitudinem inter eas esse. Duarenus verò in actione de dolo in litem iurari ea ratione existimauit; quia in ea quoque actione restitutio rei ex arbitratu iudicis fit, & propterea,si res non restituatur,prout iudex præcepit, condemnationem subsequi oportet, quanti actor in litem iurauerit.& quamuis actione de dolo (subdit Duarenus) petatur sibi rē restitui,quæ impręsētiarū sua nō sit,sed quæ olim sua fuerit: tñ id nō debet obesse, cū eadē ratio, vel etiā maior in ea in litē iurari suadeat;qa si eius ꝓtumacia in aliis casibus,quib.fortasse sine dolo rē apprehēdidit,ꝓtumacia nō restituētis punit pęna iurisiurādi in litē,quāto magis debet puniri, qui ab initio vsq;

Source : BIU Cujas

dolo rẽ accepit, & retinet ꝓtumaciter negãdo reſtituere eã. Et hanc rationem ſenſiſſe poſtea Curtiũ ait. ego dicerẽ rõnẽ hãc procedere, qñ res eſſet actoris: ſed hic p̃ſupponimus eſſe ipſius rei ꝙuẽri: licèt dolo eã acquiſiuiſſet, vnde difficultas nõ ſubmouetur oppoſita. adderem ipſe, ideo in litẽ iurari; quia ibi iudiciũ fundatur ⁊ poſſidẽtem ad reſtituẽdũ rem quæ tametſi ex eius agentis iure exiiſſet, & ſua nunc non eſſet, ex quo tñ per dolũ aduerſarii, qui ad præſens rẽ poſſideat, deſijt ſuã eſſe, perinde habetur, ac ſi eius etiam nũc eſſet, & ideo actione de dolo eius rei reſtitutio petitur, qua nõ facta arbitriũ iudicis ad deferendum iur̃m in litem oritur. qđ ceſſat, vbi reus nõ poſſideret, ſimilitudoq; inter actionem quod metus cauſa, & actionem de dolo, cõſiſtit in hoc, quatenus vtraq; dirigitur ⁊ poſſeſſorem ad rem reſtituendam, & tunc in vtraq; in litem iuratur, quatenus verò vtraq; nõ dirigitur ⁊ poſſeſſorem ęquè in oĩbus caſibus, diſſimiles inter ſe ſunt; quia actio, quod metus cauſa, ⁊ oẽm poſſeſſorem datur, actio verò de dolo, ad reſtituẽdum non datur, niſi ⁊ ipſum doloſum poſſidẽtem, ſicq; iur̃m in litem in caſu doli ſu-
23 ſtinetur ex iam dicta poſſeſſionis ratione.† Sextum ſit in interdictis: quia ſunt impſonalia in rem ſcripta l.j. §. interdicta. ff. de interd. Ias. in rub. ſi cert. peta. & ideo in eis in litem iuratur. l. ſemper. §. hoc interdicto. & ibi gl. ff. quod vi aut clam: alias in rem ſcriptas actiones enumerat Accurſ. in d.l. 3. §. eſt autẽ p̃ſonalis. ff. ad exhib. & quas omnes cõprehẽdere dicendũ eſt, text.
24 in d.l. qui reſtituere. §. hæc ſententia.† Vltimò in actione mixta finium regũdorum in litẽ iurari dicas eatenus, quatenus rei reſtitutionem cõtinet, vt per Fulgoſiũ, prout refert Alex. in d.l. in actionibus. col. 2. ver. adde pro hac, nã ea actio partim in perſonam, partim in rem datur. l.j. ff. fi. regun. vbi glo. & doctores id quoq; dicunt, nã quatenus vicinus tenetur partem fundi reſtituris finibus reſtituere alteri vicino ſapit naturã realis actionis: quatenus verò agitur ad perſonales præſtationes, ad quas ęquè obligatur vicinus, eſt actio p̃ſonalis, vetbi gratia, vt vicinus ſuã partem ſalarii ſoluat, vel aliquam obligationẽ faciat, ut glo. in
25 d.l.j. exemplificat, † & ad terminos iſtos reſtringo gl. in l. 4. §. ſed & ſi quis. ff. fi. regun. quæ dixit in actione prædicta in litem iurari, ſi iudici nõ parcatur. Et ita Floria. & Albe. ibi hoc modo diſtinguentes, eam reſtringũt, vt refert Hier. de Monte Brixia. in tract. de fini. regun. c. 69. vbi cum in hoc nihil ipſe determinet, ſed aliqua de iuriſiurandi in litem materia deducat, quæ quidem nos aliter intelleximus, & declarauimus ſupra, vr̃ non rectè cognouiſſe, quid in eo caſu iudicẽ facere oporteat, cuius autem gloſę occaſione dubitarunt doctores, an ob factum per iudicem mandatum, & præceptũ, qđ nõ fuerit per reum adimpletum, in litem de affectione iuretur, & dicas, ſi factum p̃cipit iudex, qđ habeat vim reſtitutionis iuris alterius, iuratur in litẽ, iuramẽto affectionis, nõ ꝙ affectio probetur: quia nulla eſt affectio in factum, quæ poſſit ęſtimari: ſed quia in eo ſit ratio omnium cauſarum intereſſe, ſeu vtilitatum, tam intrinſecarum, q̃ extrinſecarum ob factum illud nõ adimpletum amiſſarũ, quæ ratio non fit, niſi in caſu iuriſiurandi in litem affectionis, ſeu iuriſiurãdi in litem, quod defertur in caſu reſtitutionis rei alienæ non factæ, exemplumq; facti, quod ſapiat vim reſtitutionis rei, ſeu iuris alterius; pone qñ iudex præciperet ędificiũ dirui, & tolli, quod eſſet factum ⁊ ius & ſeruitutẽ prædij alterius: iſtud enim factum cõcernit reſtitutionem iuris alterius, & de hoc loquitur tex. in d.l ſemper. §. hoc interdicto. ff. quod vi aut clam, vel pone qñ mãdaret fines & terminos reponi, p̃ quorũ repoſitionem reſultat agri occupati reſtitutio vicino, & in hoc caſu intelligitur text. & gl. in d.l. 4. §. ſed & ſiquis. ff. fin. regun. & hæc voluit, & probat Io. Bolognettus in d.l. in actionibus. nume. 6.
26 verſi. ſecundò concludit † qñ autem factum nõ ſaperet vim reſtitutionis, dicas nõ iurari in litem affectionis iuramẽto ſm Bolognettum vbi ſupra, vt puta, ſi præciperet rẽ tradi, vel foſſam fodi, picturam fieri, & ſimilia, quæ quidem facta fuiſſent promiſſa, vel debita; ęa iſto caſu ceſſat ratio regulæ noſtrę, de quo tñ dicam infra. Explicito iſto capite de actionibus in rem per prædicta, ex quibus noſtri in actionib. realibus, vel in rẽ ſcriptis in litem iurari, nõ autem in perſonalibus actionibus, & ſic in ſumma iurari in litem pro re noſtra, ſeu aliquo iure pertinẽte, nõ autem pro re debita vel promiſſa. Modò capio articulum actionum bonæfidei, in quibus Martianus dicit in litẽ iurari. Et animaduertas diligenter Martiani mẽtem intelligi, non in
27 omnibus actionibus bonæfidei indiſtinctè,† qñ quippiam per ⁊ctum bonæfidei promittitur. Sed in illis, in quibus agitur ad rem, ita voluit Ioan. Bolognettus in d.l. in actionibus. nu. 62. & Franc. Duaren. ibi, & ſenſit Curtius ibi nu. 25. & nu. 26. & vr̃ id voluiſſe Petr. Lorio in l. quatenus. col. 27. verſic. ego rñdeo, de regu. iur. & in tract. de eo qđ inter, in axiom. 87. licèt alij aliter ſenſerint, & pro iſta ſnĩa, quam veriſſimam ego puto, imprimis rõnem ęquitatis d.l. nõ. n. & cõcord. quæ loquitur in rebus noſtris, nõ poſſe procedere in rebus debitis, vel vtcunq; promiſſis cõſidero: quia nõ ęquum, ſed iniquum eſſet, vt rei ſibi tantum debitę ęſtimatio pro affectu ſolueretur, & hoc etiam mihi ſuadetur; quia ſtatim poſt actiones in rem Martianus ſubiungit, & annectit iſtas, quatenus habẽt ſimilitudinẽ cũ eis, ſcilicet quatenus ſunt rei perſecutoriæ, vt per tex. in d.l. officium. ff. de rei vẽd. & eã firmat Bolognettus p̃ textũ in l. aliàs. tit. noſtro, dum ibi in actione ex teſtamento in litem nõ iurari dr̃, & tñ ea teſtamenti actio habẽt naturam bonæfidei. l. in minorũ. C. de in integ. reſtit. vt ergo ratio differẽtiæ habeatur inter caſum Martiani, & illũ Pauli caſum d.l. aliàs, neceſſe eſt dicere, ꝙ rõ ſit: quia ibi de re debita, hic de re ſua agitur, aliter. n. qñ ſuũ petit̃, obſeruatur, vt eſt dictũ. Scđm Gul. de Cun. & alios ſupra citatos, nec eſt ꝙñti (vt dicit Duarenus,) iuratur in litẽ in actionib. bonęfidei, ergo nulla eſt actio bonæfidei, in qua non iuretur in litem, quemadmodũ ꝙñs nõ eſt, cũ ait Iurecõſultus, in actionib. bonęfidei ex mora fructus & vſuras deberi, ꝙ nulla actio ſit bonæfidei, in qua fructus, & vſuræ ex mora nõ debeãtur, & ſic firmatur cõcluſio, ꝙ in actionibus bonæfidei iuratur in litẽ duntaxat, qñ ſunt ad rẽ intẽtatæ, & propterea Bolognettus in d.l. in actionibus. in prin. dixit, ꝙ actio merè perſonalis ad rẽ ſibi debitã nõ põt arbitraria fieri, vel eſſe nec actu, nec potẽtia, idem voluit Curt. ibi nu. 25. ideſt in ijs nõ põt locus iuro in litẽ affe-
28 ctionis fieri. Ex iſta igitur cõcluſione ſequitur, † ꝙ poterit in actione depoſiti in litẽ iurari, vt depoſitarius rem depoſitã reſtituat, vt eſt tex. in l.j. §. ſi rem, verſic. depoſiti. ff. depoſ. l. ei apud
29 quem, eo. tit. † Itẽ in actione locati, ut res locata reſtituatur, in
30 litẽ iuratur. l. ſi cui locauero. §.j. ff. loca.† Itẽ in actione commodati, pro re cõmodata reſtituenda in litẽ iuratur. l. 3. §. in hac. ff.
31 commo.† Itẽ in petitione hæreditatis, cum aduerſus poſſeſſorẽ ad hæreditatis rerum perſecutionẽ cõpetat. l. ſiue bonęfidei. §. petitio, vbi Bart. de petit. hæred. ff l. ſi nautem. § & ijs. ff. de rei vẽdic. no. Ias. poſt alios in §. actionũ. nu. 24. verſi. vltimò nota. Inſtit. de act. iuratur in litẽ l. ſi poſſeſſor. §. fi. de peti. hæred. l. ſed
32 & ſi lege. §. hæc verba eo. tit.† Item quatenus res dotales ex ſtipulatu reſtituẽdæ ſunt, iuro in litẽ fit locus. l. ſi filiofamilias. §.
33 maritum. ff. ſol. mat. † Itẽ ſi tutor res pupilli nõ reſtituat actione tutelari cõuẽtus, ⁊ eum pupillus in litẽ poterit iurare. l. ſi tutor. ff. de in lit. iura. vbi ſępè dicta ęquitatis rõne id ſtatuitur, ibi. ęquum nõ eſſe pretio ideſt quanti res eſt, litẽ ęſtimari: cum & cõtumacia puniẽda ſit, & arbitrio ipſius dñi rei pretiũ ſtatuendũ ſit, poteſtate petitori in litẽ iurãdi cõceſſa. Hinc animaduertas, ꝙ ſi qui tenuerũt in cã pupillari iurandũ in litẽ eſſe indiſtinctè in oĩb. caſibus, tam pro rebus ſuis, q̃ pro rebus debitis, & ſibi promiſſis, vt aliquos exiſtimaſſe refert Duaren. in d.l. in actionibus. nu. 10. verſi. certũ. quia male ſenſerũt, quos & ipſe Duar. appellãdo doctores magni nominis damnat. Hincq; ſupra improbaui opinionem Steph. Bertran. in conſi. 209. ad fi. 2. uol. & in conſi. 31. nu. 15. eo. vol. & in conſi. 155. in 3. vol. qui voluit iurari in litẽ affectionis (hoc tñ paulo dubitatiuè dicit) qñ tutor bonã rõnẽ nõ redderet, codicẽ rationũ, vel inuẽtariũ nõ oſtẽdẽdo, & in dolo deprehẽderetur, nam iſto caſu, (vt ſupra dixi) non poteſt in litem iurari de affectione; quia de re reſtituenda nõ agitur, vbi nõ militat dicta ęquitatis ratio, ſed iuratur iur̃m veritatis p̃p dolum, & difficultatẽ probationũ. Et ex ijs termi-
34 natur illa quæſtio nõ parum inter doctores ꝙtrouerſa, † an in actionib ⁊rijs iur̃m in litẽ deferatur, ut in actione depoſiti contraria, & teneas, ꝙ quatenus in actione ⁊ria ageretur, vt debitũ aliquod ſatisfieret, in litẽ iuro locus eſſe nequit, exempli gratia, ſi in re depoſita depoſitarius aliquã neceſſariã impẽſam feciſſet, vt puta in cibarijs equi depoſiti, vnde ⁊ deponẽtem ſibi daretur actio ⁊ria, lege in rebus. §. poſſunt. ff. commo. l. actione. l. quod priuilegium. ff. depoſ. l. tutor. §. qui contraria. de pig. act. l. quid ergo prope finem. ff. de contr. iud. tut. & in ijs terminis intelligendus eſt tex. in d.l. ei apud quem. ff. depoſ. vbi dr̃, nõ iurari in litem; quia non agitur de fide rupta: ſed de indemnitate depoſitarij, fidem. n. frangit depoſitarius inficiãdo, negãdoque depoſitum. Sed deponẽs nõ frangit fidem negans expenſas reſarcire in re depoſita factas; nec tunc agi de perfidia, ſed de calculo dr̃, qui per iudicem vix dirimi poteſt, lege quæ de tota. §. incertæ. ff. de rei vend. & no. per glo. & alios lege furti. §. fin. ff. de ijs qui not. infam. & ita conuentus actione contraria doloſus non reputatur, nec condemnatus efficitur infamis. d.l. furti. §. fin. ff. de infam & hanc differentiam in ijs caſibus inter deponentem & depoſitarium conſiderant gloſ. & docto. in d.l. in actionibus, & in d. §. fin. & in d.l. ei apud quem, Nicolaus Bellonus in lib. 2. ſupputa. iur. in c. 14. incip. l. ei apud quem, hanc ſententiam alia approbat ratione, ſcilicet, quia in actione contraria, & iudicio contrario ſolum tractatur de ſatisfactione pecuniaria, & commodo, & intereſſe pecuniario, non poteſt in litem iurari de affectione, ſiquidem illud iuramentum non præſtatur propter pecuniam, uel nummos lege nummis. ff titu. noſtro. Sed hæc ratio non ſtringit, quia, vbi aliud nõ obſtaret, ſeu cætera habilia concurrerent, ratio prædicta nõ obſtaret, quin in ijs iuro in litem locus fieret, & quamuis affectio non ęſtimaretur: quia in nummos nulla habetur, tamen ęſtimarentur cæteræ cauſæ intereſſe, & cætera damna, quæ per iuramentum in litem probarentur, ut eſt textus in d.l. nummis. & nihilominus præſupponimus ſm prædictam communem ſentẽtiam nullo

modo

Source : BIU Cujas

modo in litem iurandum esse in actione contraria, & ideo teneas rationem iam dictam, scilicet, quia non agitur de re aliena restituenda, quo casu non potest militare illa ęquitas, dicta lege non enim. d.l.si tutor. & cōcord. Quatenus autē in actione ℈ria ageretur de re restituenda, in litem iuramento affectionis fieret locus, per eam sępè dictam rationem, ita cōiter tenēt doctores in d.l.in actionibus, limitantes textum in d.l.ei apud quem, vt attestatur Nicolaus Bello. in d.c.14. ita enim tenuerūt Accurs. Bart. Bald. Saly. Paul. de Cast. in l si pignore. §. si post, in glo. in ver. tenetur. ff. de pigno. act. & Saly. in d.l.in actionibus. nu.4. versi. oppono tertiò, vbi & Alexand. in col.j. nu.5. & Ias. ibi nu.20. & Costal. in d.l.in actionibus, & Alex. in consil.214. in vol.7. incip. quando dolus, & istam sententiā sequitur Ioan. Bolognettus in d.l.in actionibus. nu.46. versi. Sed Ioan. Cora. libro 6. c.7. Miscellan. dissentit ea certè ratione; quia sibi non potest persuaderi, ꝙ in actione contraria possit agi de re aliena restituenda, hoc etiam motu discrepat ab ista communi Nicol. Bello. in d.c.14. existimans in actione cōtraria non posse tractari, nisi de re pecuniaria, seu debito satisfaciēdo. Decium quoq;, quem sequitur Curtius in d.l.in actionibus. nu. 11. qui ℈ communem sensit, notat Bolognettus moueri eadem causa, & ratione, quia in contraria non possit agi de re restituenda, & prædicti textum in d.l.si pignore. §. si post. qui allegabatur pro cōmuni, dicunt non loqui de re restituenda, & non intelligi de iuramento in litem affectionis, eece ex ista controuersia quæstione, vtcunque sit, quorum vis sententiam sequaris reincidis in rationem, & regulā conclusionis nostræ, aut in actione contraria contingere posse, vt de re aliena restituenda agatur, verum est, & tunc in casu illius restitutionis faciendæ iuratur in litem secundùm communem sententiam, aut in ea nunquam est possibile agi de re restituenda secundùm alteram opinionem, & tunc, si hæc sńa vera est, opinio communis ei non aduersatur, siquidem ea præsupponit tractari de restituendo rem suam dño Quam autem ex altera veriorem esse sentētiam putem, ego facile me resoluo pro communi per textum in d.l.si pignore. §. si post. cuius verba sunt hæc, (pono enim ea vt facile quisque videat, quàm clarè id probetur.) Si post distractum pignus debitor, qui precario rogauit, vel cōduxit, pignoris possessionem non restituat, contrario iudicio tenetur, ergo ibi cōtrario iudicio tenebatur possessionem rei restituere, & est glo. casus in l.2 ver. contrario. C. de in lit. dan. tut. vbi dicit Accursius tutorem ℈rio tutelæ iudicio aduersus pupillum ob suam fundi partem, cum eam venalem habuisset, in litem non iurare, ergo Accurs. vult in iudicio cōtrario posse tractari de re restituenda, itidem iurari consequenter in litem, & irrationabilis, ac temeraria mihi videtur horum assertio, qui voluerunt per contrariam actionem semper agi de interesse pecuniario, idest de indemnitate, & negarunt vnquam posse in eam venire rei restitutionem, & propterea omnino communis sententia est recipienda. Disputatio quoque, quam habuit Alexand. per tres vices cum vno iudice nō prorsus indocto in dicto consilio 214. quando dolus. lib.7. facile hac ratione potest terminari, quam hic ad maiorem nostræ conclusionis dilucidationem, ego recenseo.† Alexander itaque ibi ad fauorē sui clientis illi iudici conabatur persuadere, ꝙ deferret iuramentum in litem contra quēdam, qui operas suas rusticales pro certis corbis tritici locauerat suo clienti, quas postmodum non præstiterat, & dicebat Alex. ibi probari, quia in actione bonæfidei iuratur in litem d.l.in actionibus. & ꝙ actio locati est bonæfidei. §. actionum. institu. de act. ergo & c. sed nos Alexandro in hoc possemus respondere, ꝙ in actione bonæfidei iuratur in litem, qñ agitur, vt res restituatur non autem, quādo aliquod factum promissum deberetur per actionē bonæfidei, vt proposuimus supra in conclusione nostra. Sed ille iudex aliter ibi respondit: scilicet, ꝙ in illo casu agebatur actione ℈ria, & in actione contraria non iuratur in litem d.l.ei apud quem, & dictum est superius. Sed hæc responsio nō sufficiebat, nisi addidisset, ꝙ non agebatur ad rei restitutionem, sed ad factum promissum, & propterea iurm nō poterat competere secundum per nos supra tradita, vbi voluimus etiam in ℈ria actione iurari in litem, qñ agitur ad rei restitutionem. Nicolaus Bello. in d.c.14. impugnabat Alex. quia non sufficit esse actionem bonæfidei, nisi sit pro specie competēs, pro interesse enim, & commodo pecuniario non debet posse iurari in litem d.l. nummis. Sed Alex. aliter replicabat, nempe iterum affirmabat, actionem locati esse directam, quia qñ variatur nomen ℈hentium, vt locatoris conductorisq;, emptoris & venditoris, ex vtraq; parte actio dicitur directa fm glo. & Bar. in l. cōsensu. ff. de act. & obliga. doct. in l. curatoris. C. de neg. gest. rursus ille iudex vrgebat, ꝙ immo competebat actio ℈ria; quia actio ℈ria datur ei, cui ex ęquitate, & benignitate subuenitur maxime p legis extēsionem, respectu autē eius, cuius causa principaliter ℈ctus fit, competit directa, fm Azon instit. de act. in prin. sed cōductori (subiungit ille) ad interesse agēti vī lex ex benignitate subuenire. ego vī ℈ria & nō directa ei cōpetere, sed hæc iudicis rńsio non est bona, tam enim respectu cōducentis, q̄ locātis, actio est directa, vtraq; est principalis l. in cōmodato. §. j. ff. commo. & vtraq; est bonæfidei. d. §. actionū, & de vtraq; pariter iudicium est faciendū, vt & dicebat Nicol. Bellon. in d.c.14. & vtcūq; esset, directa vel ℈ria, nihil referebat, qm̄ ius in hoc nō est, sed in eo, an sit ad rem nostram restituēdam vel ad rem promissam, vt sępè dictum est, & sic mihi vī, ꝙ in tenebris illi micabant. Verùm & aliam ille iudex mouebat difficultatem in eo casu, scilicet, quia ibi locator ad operas præstādas obligatus tenebatur ad factum, cuius loco succedit obligatio ad interesse l. stipulationes nō diuiduntur. §. Celsus. de verb. oblig. & ibi latissimè per scribētes l. si insulam. ff. eo. Vnde offerēs se paratum interesse soluere, liberatur, & sic iuramēto in litem pœnali locus esse nō potest: id.n.facit lege permittēte, propterea pœnam nō meretur l. Graccus. C. de adult. & cum ista alias promouit difficultates, quibus nō fuit responsum per Alex, quæ difficultas de iure procedit iuxta regulam nostram; quia nisi sit ad rē actio bonæfidei, nihil refert, seu releuat, & pro facto nō iuratur in litē, nisi, vt supra dixi. & dicā infra, & pōdera textum d.l.si cui. §.j. ff. loca. quia, quatenus dī de re restituēda, cōceditur ibi iurm in litem, quatenus ibi ad factū agitur, de eo amplius nō loquitur, alioqui si ex eo, qđ est actio bonæfidei daretur iurm in litem, sequeretur absurdū, ꝙ daret etiam pro pretio in ℈ctu emptionis promisso, & in omnibus casibus, quod nō est dicēdum, vt animaduertit in hoc Duarenus in d.l.in actionibus. nu.25. & illa ęquitatis ratio confunderetur, de qua in d.l.si tutor, & d.l. nō enim, & in cōcord. Cōclude igitur in dicto casu Alex. in d. consi.214. ob factum operarū promissarum nō præstitum in eo locationis ℈ctu, nullum debuisse deferri iurm in litem. Alia & ardua succedit quæstio,
36 † an in actione empti iuretur in litem ℈ venditorem, qui rem vēditam tradere nollet, & fm conclusionem nostrā patet nō posse in litem iurari; quia ad rem promissam, & debitā agitur, seu ad illius traditionē, & sic ad factū promissum, nō autem ad aliquod suū, quo casu cessat illa ęquitas. d. l non enim. d.l.si tutor & ita tenet Franc. Duaren. in d.l.in actionib. & Io. Bologn. ibi nu.48. versi. item ex eadē parte, vbi dicit Bolognettus, ꝙ tūc nemo priuatur iure, vel re sua; inductum est. n. illud iurm affectionis in casu, in quo cōtingit priuatio iuris alterius, id tñ limitat Bolognettus, qñ res esset vēdita alicui, & in ℈ctu esset appositū cōstitutū, seu precariū, pp qđ dñiū in emptorē esset trāslatū, prout hodie in oīb. instrumētis vēditionū apponi solet: nā cū emptor illius rei emptæ iam esset dńs factus, & ius reale per traditionem mediāte cōstituto factum in ea acquieuisset, nihil impedit, quin iuretur in litem, si ei per vēditorem corporalis rei possessio nō relaxetur, atq; restituat, militatq; prorsus ea ratio ęquitatis, ne quis inuitus rem suam certo pretio vēdere cogatur d.l.si tutor. d.l. nō enim. & hæc opinor esse vera. Attamē animaduertēdū est vlterius, ꝙ quamuis iurm in litem affectionis in actione ista deferendū nō esse dixerim, credo tñ ob illud factum tradēdi rem vēditā nō adimpletum iurari in litē iuramēto veritatis in casu, quo vēditor habuerit facultatem rem venditam tradendi; quia ex traditione isto casu nō facta resultat dolus, & ob dolum, & difficultatē probationis datur iurm veritatis in litem d.l.in actionib. §. planè. & concord. & iste dolus causatur; quia pręcise ad tradēdum tenetur vēditor habens facultatem rei tradēdæ, & propterea quod præcisam obligationem nō adimplet, est in dolo; propter quem iccirco iuratur in litem ad interesse probandum, & in ijs terminis recipio cōem sentētiam doctorum volentium in actione empti bonæfidei iurari in litem, quam reprehendit simpliciter Duarenus, Bolognettusq; vbi supra; damnātes Bar. distinctionem de venditore habente, & de nō habēte facultatem tradendi, de qua nos dicere clarius oportet, ac illius veritatem inferius indagare. Dico igitur, ꝙ Accursius in d.l.in actionibus, in gl. in ver. bonæfidei, & Bar. ibi in col.2. nu.5. in quæstione, vtrum in actione ex empto in litem iuretur ob rem venditam non traditam, concludūt, ꝙ aut vēditor habet facultatē tradēdi rem vēditā, & tūc, si non tradat, iuratur in litē, secus si eam facultatem non haberet; quia hoc casu soluēdo interesse liberatur l j. ff. de act. empt. & istam doctrinā amplectitur Dec. in d.l.in actionibus. nu.16. versi. circa secundum. Bar. & ibi Pau. de Cast nu.11. versi. quartò requiritur, & ibi Alex. in col. pen. versi. in eadem, ibi speciale, quam ibi dicit esse cōmunem, & simpliciter eam sequitur Petr. Costalius in aduersi. par.3. in d.l.in actionibus, & Lud. Roma. in consi.270. pro decisione, nu 5. vbi indistinctè id voluit, & Bal. in d.l.in actionibus, col.2. in princ. vbi hanc quæstionem disputat, & Saly. ibi col.2. versi. oppono ad idem, vbi & aliquos antiquos allegat, & Odofr. ibi & Curtius ibi nu.12. versi. secundò, & ibi Vldar. Zasius, nu.8. versi. casus, qui hoc volunt, & intelligunt, ꝙ iuretur in litem de affectione, sed (vt iam dixi) in iure id nullo probatur; quia in re debita nō militat illa ęquitatis ratio, quæ in re nostra nobis restituenda a lege perpenditur, nec hucusque vidi vel argumētum, vel rationem; vel alicuius legis auctoritatem, vnde mouear ad eundum in sentētiam cōem, ꝙ in actione empti iuramētū in litem affectionis deferatur, argumenta

Source : BIU Cujas

menta nō ſtringunt, niſi ad probationem doli, propter quem iuramentū in litem veritatis deferatur, quæ opinor operępretium fore hic referre pro defendenda communi ſententia in terminis iuramenti veritatis in litem, & quæ per diſſentientes ab ea adducuntur, quatenus tangunt, & ſpectant ad iuramentum affectionis pro veris ſine reſpōſione admittam, quatenus verò concernunt fundamenta iuramenti veritatis confutabo, nam aduerſus communem ſenſit Ioan. Bol ognettus. Franc. Duare. Alber. & Fulgoſ. vt refert Iaſon in d. l. in actionibus, & Corneus in conſi. 256. colum. fi. vol. 4. & aliqui antiqui. Sed, ut de Alberico dicam, nihil videtur in hoc articulo firmare, pro vtraque parte arguit, primò dicit in d.l. in actionibus. num. 3. ꝙ non videtur in actione empti in litem iurandum: quia aut inſpicis tempus ante moram, & certum eſt non poſſe iurari in litem, cum adhuc in aliquo non teneatur, aut inſpicis tēpus poſt moram, & tunc ſtatim ſuccedit intereſſe in obligatione, & ſic in quantitate, quæ nō recipit affectionem d.l. nummis, deinde arguit contra, quia vbicunque ſunt duæ cauſæ, eſt dare duos effectus l.j. C. de alien. iud. mut. ſed hic ſunt duę cauſę, ergo & duo remedia, vna quia eſt actio bonæfidei, & reus eſt in cōtumacia non tradendi, ex quibus ſuccedit iuramentum in litem: item alia, quia eſt in mora, ex qua ſuccedit obligatio ad intereſſe, & vnum iſtorum non excludit aliud remedium. Sed ad hoc ego reſpondeo, ꝙ non ſatis probatur dolus; quia poteſt lege permittente non tradere, præſtando intereſſe. l.j. ff. de actio. empt. & dato, ꝙ probaretur, non ſufficit ad iuramētum affectionis, niſi concurrant cætera requiſita, aliquo enim ipſorum deficiente illud ceſſat, licèt ſtante dolo poſſit deferri iuramentum veritatis, vt ipſe Alber. dixit in d.l. nummis. Subdit Alber. ſecundùm communem opinionem, ꝙ in obligatione rem tradi, non iuratur in litem, niſi res deſierit extare, & tunc datur iuramētum veritatis d. §. planè, fatetur tandem, ꝙ ſi verum eſt venditorem præciſe teneri ad rem tradendam; quia rem habeat, non eſt dubium in litem iurari in actione ex empto, nec circa hoc Albericus aliud affirmat. Communis autem ſententia fundatur, ꝙ venditor habens facultatem tradendi rem vēditam præciſe tenetur tradere; negansque tradere, hoc caſu eſt in dolo, ita dixit Bald. & Saly. in d.l. in actionibus, & optio ſoluendi intereſſe loco rei venditæ non traditæ competit emptori, & ad eius fauorem eſt inducta, quando venditor poteſt tradere, ita ſubiungit ibi Bald. c. qui ſtudet. 1. q. 1. no. in §. item pretium. Inſtit. de emp. quia obligatio venditoris eſt certa ad rem, & non continet nudum factum: vt not. in l. certi condictio. in prin. ff. ſi cert. petat. & hoc præſertim vult Bald. vbi vel eſſet iuratum tradere: quia iuramentum etiam præciſe obligat, & formaliter eſt adimplendum l. ſi pecuniam. ff. de iureiur. vel quando lata eſſet ſententia de hoc ſecundùm aliquos; quia ſententia durior eſt quàm contractus, & magis præciſe, & ad vnguem obſeruatur, & vt iacet, & propterea Odof. voluit duntaxat actione iſta iurari in litem, vbi lata eſſet ſententia de tradendo, in l.j. ad fi. ff. de act. empt. de quo inferius dicam, ſcilicet, quomodo præciſe ſentētia obliget, & propter eam in litem iuretur. Sed cōtra iſta ex aduerſo multa deducuntur. Primò ponderatur text. in l. ſi traditio. C. de act. empt. vbi præſupponitur facultatem tradendi ibi venditorem habuiſſe, & tamen ad intereſſe ob rem non traditam condemnatur, ut l.j. ff. de act. empt. & quatenus per laſ. dicebatur, ibi nō negari, quòd ibi iuramētum in litem deferatur, reſpōdet Dua. immo ſatis negari, cum multum referat, an lex ęſtimationem eius, quod intereſt, committat iudici, vel ipſi parti, cū & lex habeat vt res diuerſas, quanti intereſt, & quanti in litem iuratur, & iccirco non poſſe ſubaudiri, ita, quòd ibi illud intereſſe, per iuramentum in litem deducatur. Secundò Duar. dicebat iſtam opinionem probari, quia vēditor, alternatiuè ad duo tenetur, vel ad tradendum rem venditam, vel ad ſoluendum intereſſe. l.j. ff. de actio. empt. Et in alternatiuis electio eſt debitoris l. plerunq. ff. de iure dot. cum concord. Tertiò adducebatur: quia regulariter promittens factum ſoluendo intereſſe liberatur. l. ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſus. de verb. obligat. Sed legis beneficiū nemini eſt auferēdum l. facultas. C. de iure fiſ. lib. 10. & qui vtitur legis poteſtate, non eſt in dolo. l. Gracchus. C. de adulter. l. ſub prætextu. C de ſacroſan. eccleſ. poſtremò duabus rationibus Duaren. perſiſtit in iſta opinione, altera: qa cū multi ſint tituli, & tractatus emptionis, & venditionis in iure noſtro, nuſquā tā legitur in eis de iuramēto in litem, altera, & qa nō cōuenit huic caſui tradēdi, ſæpè dicta ęquitas, de qua in d.l. non. n. quam & aliquos ſenſiſſe, ac cōſideraſſe in hac qōne refert Saly. in d.l.j. col. 2. verſ. rñdet, ꝙ ibi, & ibi Odof. in col. pen. nu. 5. Ad iura autē quæ videntur præciſam neceſſitatem importare & imponere venditori rē tradēdi, rñdent intelligēda eſſe, ꝙ procedant in neceſſitate cauſatiua, ſi vult euitare cōdemnationem intereſſe, vt dicit Odofr. in d.l.j. nu. 5. Ego autem cōem ſnīam in terminis. ut dixi, iuramenti veritatis in litem, ijs poſſe ſuſtineri exiſtimo, primò: quia vera eſt cōcluſio, ꝙ venditor habēs facultatem rem venditam tradendi præcisè teneatur tradere, vt eſt cōis doctorum opinio, vt atteſtantur Alex. & Dec. in d.l. certi condictio. in prin. idē atteſtatur Berenga. Paulacus in d.l.j. nu. 208. C. de ſent. quæ pro eo qđ inte. & ita dixit, tenendo Bal. in d.l.j. nu. 74. col. pen. uer. ſed ultimo, & Archid. in d.c. qui ſtudet. 1. q. 1. & fuit ſnīa gl. in c. cū Ioānes, tex. de fid. inſt. Iaſ. poſt alios in d.l. ſtipulationes nō diuidūtur. nu. 19. uerſi. in octaua opoſi. & eā ſecutus fuit And. Barb. in ꝓl. 52. col. fi. in vol. . & hęc cōcluſio probatur primò per tex. in l. ex empto. ff. de act. empt. ponderando ibi uerbum oportet, importans præciſam tradendi neceſſitatem, prout notat Deci. in d.l. certi condictio. nu. 12. uerſi. ſecundò mouetur. Item per textum in d.l. ſi traditio, inducendo, ꝙ ſi præcisè nō teneretur uēditor tradere, nō diceretur ibi per procaciam (id eſt cōtumaciam, ut gl. & omnes ibi exponūt) nō tradidiſſe; quia cōtumacia cōmittitur, ſi præcisè tenetur, & nō aliter, ut ꝓ doctores in d.l. in actionibus. Itē per textū in §. perficiuntur. inſti. de dona. arguendo a ſimili, ꝙ ſicut donanti præcisè tradendi neceſſitas imponitur ibi, ita & uendēti, ſi rem in ſua poteſtate habeat. Itē, quia res eſt ab eo uendita, ut dicebat Odof. ubi ſup. & Saly. in d.l.j. uerſi. ego iſtam: ideo præcisè ad tradēdum debet compelli; quia prætor ait. pacta ſeruabo l. iuriſgentium. §. prætor ait. ff. de pac. negatur iccirco imponi neceſſitatem cauſatiuam, quia immo imponitur pręciſa per p̄dicta. Nec obſtāt, quæ in ꝓriū deducit Bereng. in d.l.j. nu. 208. dicendo, ꝙ hæc cōis cōcluſio ſemꝑ uiſa fuit ſibi ſomniū: nam primò rñdet, ꝙ immo ex p̄dictis iure iſta opinio probatur. Ad ſecundū rñdet, ꝙ licèt oēs leges re nō tradita, uēditorē ad intereſſe teneri dicāt, id tñ intelligitur iuxta prædicta. Ad tertium dum legē ex empto intelligit in uēditore, qui habebat facultatem rem tradēdi, rñdetur negādo, id aliquo modo ibi colligi. Ad quartū ēt rñdet ꝙ d.l. ſtipulationes nō diuidūtur, ꝓcedit in ꝯctu ſtricti iuris l. quicquid aſtringendæ, nō aūt in ꝯctu bonæfidei; qm̄ in ꝯctu bonęfidei exuberat bonafides, & ideo fortius in eo quis obligatur, & ſępè in ꝯctu bonæfidei frāgitur fides ex eo, ex quo frangi in ꝯctu ſtricti iuris non cenſeretur, ut aliquos dixiſſe ipſemet Berēgarius refert, & mihi vī de hoc tex. in l. qui tibi. C. de hęred. & act. vend. vbi in terminis noſtris noto, ꝙ fidē ꝯctus frāgere cēſetur vēditor, ſi aliis res venditas tradat, qđ nō eſt in ꝯctu ſtipulationis d.l. ſtipulationes nō diuiduntur, & maior perfidia arguitur in ꝯctu bonęfidei, quā in ꝯctu ſtricti iuris ꝯ nō adimplentem cōuenta, ut dixit Alex. in conſi. 105. nu. 7. vol. 3. Quo ſtante fundamēto facilius cōcluſio noſtra firmat, ꝙ quia venditor præciſe tenetur tradere, qm̄ tradendi facultat ē habet, ſi nō tradat rem uenditā eſt in dolo, & cōtumacia, & ꝓpterea in litem iurandum eſt ad probandum illud intereſſe facti tradendi non adimpleti: quia iudex in ꝯctu bonæfidei pati nō debet dolum impunè committi. l. ſi dolo. C. de reſcin. vēd. l. eleganter. ff. de dolo. Quod autem venditor in dolo cōſtituat nō tradendo rem venditam, quam habet in poteſtate, mihi vī probari per textum in d.l. ſi traditio. C. de act. emp. cuius verba hic ſubijcio. ſi traditio procacia uenditoris nō fiat, præſes taxabit, quanti emptoris intereſſe poſſit venditionē compleri. Quē textum pondero tria probare. ex quibus noſtra cōcluſio conſiſtit, & formatur. Primò ibi, procacia vēditoris traditio nō fiat, intelligitur textus, ꝙ committitur cōtumacia nō tradendo, & ſic dolus: quia cōtumacia ſine dolo eſſe nō poteſt, licèt dolus eſſe poſſit ſine cōtumacia, ita dixit Vldar. Zaſius in l. 2. §. interdum. ff. de in lit. iur. & no. in d.l. in actionibus, & in l.j. ſi quis ius dic. nō obtemp. Scdò pondero ibi vēditionem cōpleri, ꝙ ęſtimatur intereſſe nō adimpletæ venditionis, & nō ipſa res venditam, quam uenditor noluit tradere, & ſic cōis doctorum opinio volentium per iuramentum in litem affectionis ęſtimari rem uenditam nō traditam conuincitur, quam & nos ſupra improbauimus; quia nō cōuenit rei alienæ ęſtimationem facere, ſed id pro ſua tm̄ eſt conceſſum d l. non. n. ff. rer. amot. & concord. Tertiò pondero ibi præſes taxabit, ꝙ ſi præſes illud intereſſe taxat, ergo pręſupponitur iuſm̄ ueritatis actoris ſubſequi, quia illud intereſſe, quod probatur, nō taxatur, no. in l.j. C. de ſenten. quæ pro eo quod inte. taxatur quidem, quod per iuramentum actoris deducitur, ut dicit Bald. in l. ſancimus. nu. 6. C. de iud. qđ ubicunq; intereſſe, damna, uel expēſę per proprium ſacramentū ueniūt probādæ; iudicis taxatio locū habet l. ſi qñ. C. vn. vi. & ibi not. & in auth. poſt iuſiurandū. C. de iudi. & quamuis ibi nullū verbum ſit de ſacramēto actoris: tñ in illo textu eſt ſupplēdū, ut ibi ſupplet Accurſ. & aliàs ſæpè ī iure noſtro ſupplet hoc iuſm̄, vt in caſū. l pe. §. j. ff. ne quis eum, qui in ius voca. ubi non fit aliqua mentio iuramenti ibi, & tñ doctores ibi id intelligunt. Itē per Accurſ. ſuppletur in d. l. arbitrio. Item. §. pœna. inſtit. de iniur. & in l. pen. C. de fruct. & lit. vbi dicitur, ꝙ ꝓ qualitate itineris, & perſonæ ſumptus litis ęſtimentur, & aliquid de iuramento non meminit ille textus, & tamen iuramētum interuenire eſt neceſſe l. ſancimus. vbi omnes. C. de iudi. laſ. latè in l. ꝓperandū. §. ſin autē. col. pen. nu. 25. C. eo. gl. in §. glorioſus. c. imprimis ver. expēdidiſſe. 2. q. j. doct. in d. auth. poſt iuſiurādū. vnde cōcluditur, ꝙ intereſſe non completę vēditionis ꝑ procaciam, ideſt contumaciā, & dolū probatur, iuramento actoris iudicis taxatione præcedēte, improbata, vt dixi, cōi ſentētia, ꝙ

ad

Source : BIU Cujas

ad æſtimandam rem non traditam iuramentum affectionis in litem deferatur. Non obſtat modò pro contraria opinione adducta; & primò, ꝙ in d.l.ſi traditio. cõtra venditorem per procaciam non tradentẽ, non dicatur iurari in litem; nam reſpondetur ſatis id colligi ex ijs, quæ ſuperius dixi, & poſſet id procedere quò ad iuramentum in litem affectionis, pro re non tradita æſtimanda, & quatenus communis ſententia intelligitur, ꝙ iuretur de affectione pro re non tradita, in quibus terminis eam intellexit Saly. in d.l.in actionibus. col. 2. verſi. oppono ad idem, non autẽ quò ad intereſſe probandum per iuramentum actoris, vt dixi ſupra. Secundò non obſtat, ꝙ multum interſit, an lex æſtimationem rei committat iudici, vel parti, & ꝙ ſint in iure diuerſa, quanti intereſt, & quanti in litem iuratur ſecundùm Duaren. nam reſpondeo; hanc argumentationem vrgere quò ad iuramentum in litem affectionis: ſed non quò ad iu- 38
ramentum veritatis, quò enim ad hoc lex cõmittit iudici æſtimationem Stichi. & nihilominus ad eam probãdam datur ſacramentũ actori. l.in actionibus. §. planè. ff. de in lit. iura. Tertiò non obſtant, quæ adducuntur, ꝙ venditor præcisè non teneatur traderẽ; quia reſpondetur, ꝙ veritas eſt in cõtrarium in iſto caſu, quando facultatem tradendi rem venditam venditor habet, vt patet ex ſupra allegatis. Non obſtat etiam ꝙ in toto tractatu non reperiatur mẽtio aliqua iuriſiurandi in litem in caſu aliquo venditionis, & emptionis, nam quò ad iuramentum veritatis (ſecus quò ad iuramentum affectionis) poteſt reſponderi de eo reperiri cautũ in d.l.ſi traditio. inducta vt ſupra. Secundò poteſt reſponderi ſecundum Alexand. in d.l.in actionibus. ſatis caueri etiam in caſu vẽditionis de eo in l. 3. §. in hac. ff. cõmo. ponderando ibi verba, cæteris cõtractibus bonæfidei in litem iuretur, quæ generalitas comprehendit caſum emptionis & venditionis: Sed hæc reſpõſio mihi non placet, prout diſplicuit etiã Decio. in d.l.in actionibus. nu. 16. quia ita indiſtinctè intellecto eo textu de actionibus bonęfidei, ſequeretur, ꝙ iuraretur etiam in actionibus contrarijs; quod nõ eſt verum, vt eſt dictum ſup. Ad vltimum de æquitate. d.l. non enim, dicas, procedere in iuramento affectionis, & in hoc concludere contra opinionem communẽ: ſed non concludere in iuramento veritatis, quod defertur propter dolum, & difficultatẽ probationis. Ex quibus ſecũdum opinionem noſtrã colligito iſta duo. Primum, ꝙ communis opinio, ꝙ propter rem venditã, & non traditam in litem iuramentũ affectionis ad eam æſtimandam, deferatur, eſt prorſus falſa, & erronea: ſicque Zaſiũ vltra alios, qui Zaſius in d.l.in actionibus. nu. 8. ver. caſus, voluit in actione empti pro re non tradita; item in actione pro ſocio, mandati, & locati, indifferenter in litẽ iurari de affectione, tota via errare cum alijs eiuſdem ſententiæ non dubites. Secundum, ꝙ ad probandum intereſſe venditionis non completæ propter cõtumaciam, & dolum venditoris defertur iuramentũ veritatis. Nec obſtat in hoc, ſi mihi dicatur, ꝙ intelligendo de iuramento in litem veritatis aliter, atque cõmuniter intelligatur, fundamentum non eſt faciendum, ꝙ ſit contractus bonæfidei, cum & illud deferatur æque in actione ſtricti iuris, vt alibi ſupra dixi: nam reſpondeo, id verum eſſe, ſed in hoc caſu vim facio in actionis qualitate, vt iuramentũ in litem deferatur, quia in cõtractu bonæfidei propter maiorem vim obligationis, & fidem tradendi magis aſtrictã conſtituitur venditor in dolo, non tradendo rẽ venditam, quã tradere poteſt: quod ſecus eſt in con- 39
tractu ſtricti iuris, d.l. ſtipulationes non diuiduntur. & ibi no. Et reſpõdendo tetigi ſupra: & hactenus de actionibus bonæfidei. Supereſt, vt aliqua de actione ſtricti iuris dicamus. Et diximus iuxta Martiani reſponſum in d.l.in actionibus, in ijs in litẽ non
37 iurari, ſcilicet quatenus ſpectat ad earum vim, & naturã: †nam ſi quis cõueniatur aliqua ſtricti iuris actione perſonali ad reſtituendum rẽ alteri, & illam rẽ non reſtituat, nõ iuratur contra eum in litem ob rem non reſtitutam: niſi ob cõtumaciam, & dolũ in non parendo iudici reſtitutionẽ iubenti, vel faciendo, quo minus poſſit res reſtitui, reſtituere ceſſauerit, ſeu noluerit: & tunc nõ propter poteſtatem, & vim actionis, ſed propter arbitrium iudicis datur iuramentum in litem affectionis. l. qui reſtituere. § hæc ſententia. ff. de rei vend. non idem eſt in actione bonęfidei; quia in ea propter eius vim, & exuberantẽ naturam iuratur in litem: etiam ſi cõtumax, & doloſus non ſit in parendo iudici reſtitutionem rei iubenti; quia rem non poſſit reſtituere, quo caſu non eſt in dolo, vel cõtumacia, dum tamen dolus commiſſus fuerit ſaltem ab initio in rei apprehenbone, ſeu a principio contractus, vt dixi ſupra in 2. mẽb. & in hoc eſt differentia inter actionem bonęfidei & ſtricti iuris actionem, iuxta allegatos per nos ibi, & Vber. Zucca. in rub. ff. ſi cer. peta. nu. 23. verſi. non obſtat, & ꝙ arbitrium proueniat ab ipſa actione, vel ab illo accidenti extrinſecus prouenienti, ob ſpretum iudicis præceptum cauſatur iſta differentia, ſicut & alius effectus notabilis, quem ſignat Iaſ. in §. præterea. num. 21. ver. ſi quis diceret, inſti. de actio. & ideo dico Ioan. Bolognet. qui in d.l.in actionibus. nu. 67. & nu. 74. & nu. 19. voluit pariter neceſſarium fore tam in actione ſtricti iuris, quã bonæfidei actione, ꝙ iuſſus iu- 40
dicis interueniat, & cõtumacia nõ reſtituentis, & ſic arbitrium illud accidens æque in omnibus cõtingat, omneſque actiones æque arbitrariæ fiant: decipi totoque cœlo errare tollẽdo tam apertam differẽtiam inter actiones bonæfidei, & ſtricti iuris in hac materia. Exemplum autem in actione ſtricti iuris intẽtata pro re alteri reſtituenda, in conditione furtiua, pone, vt ſi conditione furtiua conuentus, condemnatus ſis ad rem Titio reſtituendam & tu ad iudicis præceptum nõ reſtituis, poterit aduerſus te in litem iurari, ita tradit Anto. de Petr. in l. 1. ff. de iure iur. nu. 338. ver. ſecũdò pariter. & Petrus Coſtalius in l. cũ furti. ff. de in lit. iur. vbi & Zaſius idem voluit. Item in cõdictione ob cauſam in litem iuratur, ſi condemnatus ad rem reſtituẽdam, rem non reſtituat, vt dixit Ioan. Bolog. in d.l. 1. nu. 64. C. de ſenten. quæ pro eo quod int. idem etiam dicas in re per condictionem indebiti petita, † & in ijs procedit, ac verificatur reſponſũ Vlpiani in d.l. qui reſtituere. §. hæc ſententia, vbi vult iurari in litem in actione perſonali, ſi res ex arbitratu iudicis non fuerit reſtituta, nam prædictæ conditiones ſunt ad rem reſtituẽdam competentes, & actiones perſonales. §. appellamus autẽ. inſtit. de actionibus. Poteſt etiam ille tex. d. §. hæc ſententia. procedere in actione præſcriptis verbis ad rem reſtituendam intẽtata, vt in caſu l. ſi rem §. ſi quis ſponſionis. ff. de præſcri. ver. (omnes enim actiones præſcriptis verbis ſunt ſtricti iuris præter actionem de æſtimato. §. actionum. vbi doctores. inſtit. de actio.) ꝙ in actione præſcriptis verbis non iuratur in litẽ, dixit Duaren. in d.l.in actionibus, & Alber. de Roſa. in l. naturalis. §. ſed ſi dedi. ff. præſc. ver. niſi reus condemnatus ſit ad reſtituẽdum, & ob dolum, & contumaciam reſtitutionem rei iuxta iudicis præceptum non faciat d. §. hæc ſententia, & ita concordo in hac materia iura, & doctorum dicta. Et illud Vlpiani reſponſum in d.l. qui reſtituere. §. hæc ſententia, intellige in actionibus rei noſtræ perſecutorijs, ſiue in rem, ſiue in perſonam, dummodo ad rem reſtituendam agatur, non autem intelligas in actionibus mere perſonalibus, in iſtis enim actionibus mere perſonalib⁹ pro rebus debitis, & promiſſis, quamuis iudex præcipiat ſolutionem, & ſatisfactionẽ rei promiſſæ, nihilominus contra inobedientem in litem non iurabitur ex affectu, nec illud arbitriũ locum ſibi vendicabit, ſeu, (vt noſtrorum interpretum more in hac materia loquar) actiones non fient arbitrarię ita tenuit Curtius in d.l.in actionibus. nu. 26. & Ioan. Bolog. ibi; & ponderat pro hoc Curtius. d. §. hæc ſententia, ibi, quid reſtituitur &c. & ꝙ ſic ille tex. loquitur de perſonalibus rei perſecutorijs, quibus poteſt illa æquitatis ratio conuenire. d.l. nõ enim, quæ quidem impertinẽs eſt in actionibus mere perſonalibus. Vnde patet erroneam eſſe doctrinam Bart. in d.l.in actionibus, & in d.l.ſi cum dos. ff. rerum amot. & in d. §. hæc ſententia. in vlt. lect. dum ibi dixit, ꝙ omnis actio de mundo fit arbitraria, ſi præceptũ iudicis iubentis reſtitutionẽ contemnatur; quam doctrinã approbant Bal. Pau. de Caſt. Alex. Iaſ. Vldar. Zaſius, & plerique in d.l.id actionibus. Ioã. de Imo. in l. Neſennius. §. 1. ff. de re iud. & Ioan. Fab. Ang. Aret. in d. § prętera, quos ibi ſequitur. num. 24. verſi. pro declaratione. Barto. Cœp. in d.l. redhibitoria. ff. de ædil. edic. & Ioan. And. in addit. ad Specu. in tit. de iureiur. §. 1. nu. 6. in addi. magna, & alij citati per Iaſ. in d. §. prętera. num. 24. verſi. pro declaratione. illa enim doctrina ſic ab omnibus ferè recepta non procedit, niſi in caſu eius reſtitutionis nõ factæ. vnde alicuius iuris, ſeu rei priuatio alteri cauſatur. † Hinc infero ad quæſtionem actionis redhibitorię, an in ea in litẽ iuretur. & Bart. Cœpol. in d.l. redhibitoria, dixit, nõ iurari in ea in litem; quia in ea nõ venit reſtitutio rei, ſed datio, ideſt tranſlatio dominij. & tex. in d. §. hæc ſententia. loquitur de reſtitutione, & non de datione, ſeu quando iuſſit iudex reſtituere, & nõ dare: ſed tu dic non iurari in litem in ea; quia non tantum attenditur, quid iudex pręceperit, an dare, vel reſtituere, vel præſentare. Sed an res petatur, & reſtituenda ſit, tanquam res debita, & promiſſa, vel tanquam res ad actorem ſpectans aliquo iure: iuxta conſiderationem ſupra factam ex ratione ſæpe dictæ æquitatis. d.l non enim, & in actione redhibitoria agitur de re reſtituenda, quæ nullo iure ſpectat ad eum, cui reſtituitur. Sed duntaxat ex vi obligationis debetur, ergo in ea iuramento in litem locus eſſe nõ poteſt, ob ſpretum iudicis præceptum, eam reſtitutionem iubentis, tametſi eam actionem ob id exiſtimauerit eſſe arbitrariam Accur. ibi in d.l. redhibitoria. terminatur quoque illa diſputatio, an quãdo iudex iuſſit dare, vel tradere, vel præſentare & ei non paretur, in litem iurametum ſit deferẽdum. in qua Pau. de Caſt. videtur variè ſenſiſſe, nam in d.l.in actionibus, in lect. quam fecit Senis, diſtinguit, an iuſſit rem reſtituere, vel tradere, vel præſentare, & fiat arbitraria, & in litem iuretur, aut rem dare, & tunc ſecus: nam dixit contra non dantem nullibi in iure reperiri expreſſum, ꝙ iuretur in litem, & in hoc eum ſequuntur Bart. Cœpol. Ang. Aret. & Iaſ. in d. §. prętera. nu. 25. ver. ego addo ad iſtam, in alia verò lectura aliter Caſtrenſis videtur ſentire. deciſio enim iſtius quæſtionis pendet a ratione prædicta, vt dixit Curtius in d.l.in actionibus. nu. 25.
Pariter † ſi iudex aliquod factum promiſſum præceperit reo, quòd

Source : BIU Cujas

quòd actori præstet & ei non pareatur, non iurabitur in litem iuramento affectionis, vt puta, si iussisset foueam fodi, vel rem tradi iuxta cõuentionẽ inter partes factã, prout tradidit Ioan. Bolog. in d.l.in actionibus.nu.60.versi.secundò concludit, quẽ puto in hoc veritatem dicere, quamuis opinio Bar. cõmuniter approbata ei aduersetur, cuius fundamenta ipse optime diruit: nam in quæstione, vtrum ob factũ iuretur in litem de affectione, dum gl. in l.4.§.sed & si quis.ff.fin.regund. volebat in litem iurari posse, saluãt eam glosam Bart. & cõmuniter doctores in terminis, quando iudicis præceptũ ad id pręcessisset, & sic quãdo per actionẽ arbitrariam illud deberet fieri: in isto enim casu considerant sententiam, & præceptum iudicis præcise ad factum obligare: & iccirco in litẽ iurare posse. ita voluerunt Saly. & Odofr. in l.1.ff.de act.emp. & Ias. in d.l.in actionibus.num. 34. & ibi Curtius nu.22. vbi addit hanc rationẽ; quia quis quando ad factum præcise potest cogi, tũc affectio probabilis potest cadere; ista ratione nihil potest esse ineptius, quoniam nec magis probabilem affectionem, tũc cadere verè infert, nec vbi inferret, propterea sufficit habere affectionẽ ad aliquid, nisi alia ratio subsit, vt in litẽ iuretur de affectione scilicet, nisi quis ad suum agat, vt sæpius est dictũ, & ad illud fundamentũ de præcisa obligatione propter iussum iudicis post Decium respondet Ioan. Bolog. ꝙ non videt rationem, cur præcise ad factum sententia obliget, cum soluẽdo interesse, quis ab obligatione facti soluatur. d.l. stipulationes nõ diuiduntur. §. Celsus cũ concord. Præterea dato, ꝙ præcise obliget, & iussus precise ad factũ cogi possit, non sequitur (inquit Bolognettus) ergo potest in litem iurari; quia in omni obligatione ad dandum pręcise quis obligatur, & potest cogi: & tamen propter hoc nõ iuratur in litem. l. aliàs. ff.tit.nostro, & dixi superius ex auctoritate Cœp. Ange. Aret. & Ias. & Paul. de Castr. in locis præallegatis, & tenuit ipse Curt. in d.l.in actionibus.nu.25. Subijcit etiam Ioan. Bolog. ꝙ in facto non cadit affectio, cum respiciat futurũ, & ad id, quod adhuc nõ est, affectio haberi non potest: secundùm ea, quæ ipse dixit in rub. C. de sent. quæ pro eo. istæ responsiones aduersus cõmunem opinionem factæ mihi cumulatè satisfaciunt: & distinctio Vldarici Zasij, quam facit super hac quæstione in d.l.in actionibus.nu.13. nulla fundatur ratione: dixit enim, aut obligatus ad factum, vt puta ad scribẽdum librũ, antequam feratur sententia, offert interesse & liberatur. d.l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus, aut quia non offert illud, condemnatur ad factum & tunc si id non præstat iuratur in litem de affectione. d.l.4.§.sed & si quis, & ibi glo. etenim per superius dicta cõfunditur. Pariter cõfundo distinctionẽ Alberi. in d.l.in actionibus, vbi distinguẽdo in quibus actionibus in litem iuretur, dicit ꝙ in actionibus personalibus si sunt ad rẽ restituẽdam iuratur in litem, siue bonę fidei, siue stricti iuris actiones sint, vel etiam ex delicto per iura ibi citata, si verò ad tradẽdum secundùm cõmunem opinionem in litem nõ iurari; quia præstãdo interesse liberatur: item si ad dandum, nõ iuratur in litem, secus si aliud quam ad dandum, vel tradendum; quia iuratur ob factum non adimpletum secundum tamen distinctionem ibi traditam per eũ: nam quamuis huius distinctionis aliqua capita aliquo modo probentur, & sint vera, tamẽ sic simpliciter recepta faciunt difficultatẽ, nec certam rationẽ videntur habere: & propterea adhęrendum est doctrinæ nostræ, istis reiectis. Fallit hęc nostra conclusio secundum Bolognettum nisi factũ, quod iudex præciperet reo, saperet vim restitutionis iuris alterius: quia in isto casu, in quo inducitur rei, seu iuris alterius priuatio. illa æquitatis ratio militat, de qua in d.l. non enim, & hoc alibi sup. firma-
41 uimus. †Forte sustineri communis sententia superius cõfutata posset in iuramento veritatis, vt ad probãdum facti promissi, & non adimpleti interesse in isto casu, in quo præcessisset, ad iudicis præceptum daretur sacramentũ actori, non tantùm, quia sententia precise obliget secundum glo. in d.l. qui restituere, in ver. condemnãdi. & Ias. in §. actionum.nu.48. ver. secundò singulariter. insti. de actio. verum etiam; quia videtur dolus in nõ parendo iudici iubẽti factũ promissum adimpleri, aliquo modo committi; vt voluit Caro. Rui. in consi.29. in 2.col. in vol.5. & videtur probari per Bal. in consi.347. proponitur. in 2.vol. & per Petrum Rebuf. in d.l.1.nu.576. versi. tertia conclusio. C. de sent. quæ pro eo, quod inter. super quo tamẽ amplius cogitandum est, occasione præcedẽtis quæstionis, ꝙ in actionibus arbitrarijs propter iudicis cõtemptum pręceptum in nõ restituen-
42 do rem, nostri interpretes dubitarunt. †Nunquid in arbitrarijs ratione loci in litẽ iuretur. & Alex. in d.l.in actionibus.col.2.in fi. Deci. in d.l.1.nu.70. in vlt.lect. C. de senten. quæ pro eo quod int. & Pau. de Cast. in d.l.in actionibus col.2.in 2.oppos. dixerũt nõ iurari ex eo; quia expressim non reperitur hoc de iure cautũ, quo fit, vt huius rei, nullam rationẽ tenuisse, vel nouisse manifestè videãtur. forte senserũt id, quod no. Bald. in d.l.in actionibus. in princi. ꝙ scilicet in casibus tãtùm a iure expressis actoris sacramẽto statur, & nõ in alijs, quæ quidem ratio nullius est momẽti in proposito nostro, peius in hac re dicit Abb. in d.ca. dilecti, ext. de for.cõp. dixit enim, ꝙ siquis promittit vno loco, & eo loco non soluat, succedit actio arbitraria, & sic poterit iuramentum in litẽ ratione affectionis deferri d.l.in actionibus, subiungit tamen, ꝙ, quando agitur de probãdo vero interesse, nõ iuratur, sed solùm, vbi agitur de interesse affectionis, si cadat affectio. Berengar. quoque Paulacus in d.l.1.nu.237. ver. septimò suboritur, super hac quæstione scribẽs hallucinatur; dixit enim, ꝙ in arbitrarijs actionibus propter locum nõ iuratur in litem respectu singularis interesse, sed in arbitrarijs simplicibus in litẽ iuratur, tã respectu singularis interesse, quàm respectu interesse circa, vel extra rem cõtingentis; videtur ergo sentire, ꝙ in arbitrarijs respectu loci possit in litem iurari pro interesse intrinseco; ideſt pro excessu pretij, rerum tempore, & loco mutati, vel etiam pro extrinseco interesse damnorum, seu lucri cessantis, de quo interesse latius dixi in 4.mẽb. primæ partis. Resolutio autem huius cõclusionis versatur in prædicta ratione; quia nõ agitur ad rem nostram restituendã, in quo tantum casu iura considerarunt illam æquitatem, vt actor ex proprio affectu, arbitrio, ac voluntate pretium rei nõ restitutæ ipse faceret d.l. si tutor.ff.tit.nostro, & nihil commune hoc arbitrium ob rem nõ restitutam datum habet cum arbitrio, quod datur in condemnando ad interesse: quia reus loco statuto nõ soluit, & nihil ineptius, nihil inconuenientius, ac magis extra propositũ est, quàm de vnius arbitrij effectu inferre ad effectũ alterius arbitrij, quod sanè verius ac clarius est, quàm verbis explicare, & declarare possim, non poterit igitur iurari in litem de affectione in actionibus arbitrarijs respectu seu ratione loci; vt tenuerũt præallegati doctores, vbi supra, & sequitur Bolognettus in l.1.nu.60. ad fin. C. de sent. quæ pro eo quod inter. & Ioan. Fab. in d.§. præterea.nu.13. vbi dixit, *non valere consequentiam, actio est arbitraria, ergo iuratur in litẽ*; potest enim esse arbitraria alio respectu, ita etiam dicit ibi Bald. & Ias. in d. §. præterea, quod est verissimum. Ioan. tamẽ Bolognettus in d. l.in actionibus, nu.21. versicu. nec obstat, sibi cõtrarius tenet *in* actione arbitraria respectu locis iurari in litem de affectione in effectu ea ratione; quia & ipsa propter iudicis præceptum fiat arbitraria per accidens, *alio* quidem modo, atque sit arbitraria naturaliter: nã dicit, titulũ de eo, quod cert.loc. loqui de actione vtili arbitraria, vt actor possit reum promissorem ea cõuenire alio loco, cum illa commoditate loci promissi, quæ a lege fuit ad hoc subrogata, quia, si actione primęua, in alio loco eũ conueniret, non posset, nisi ipsam pecuniam promissam cõsequi, vt ergo pecuniã, & interesse loci petere posset, fuit necessaria vtilis actio ad hoc subrogata, vt in obligatione facti subrogatur actio ad interesse. l. stipulationes non diuiduntur. § Celsus, de verbo.oblig. & ꝙ sit noua actio, quæ appellatur arbitraria, & non actio naturalis ex contractu, probatur l.1.l.in bonę fidei l. quòd si Ephesi. ff. de eo quod cer.loc. & sic cõperentibus istis duabus actionibus, primęua ex contractu, quæ intentatur in loco promisso ad pecuniam, vel res promissas dun taxat, & vtili arbitraria, quæ proponitur in alio loco ad promissa, & ad interesse ratione loci, si iudex reo conuento actione primęua præcipiat, ꝙ certo loco soluat, & reus ei non obediat, inquit Io. Bolognettus, ꝙ ista actio primęua fit arbitraria propter iudicis cõtentum. d.§. prętera & sic duplici capite potest esse arbitraria. quando igitur arbitraria fit propter ipretum iudicis pręceptum, tunc in litem iuratur de affectione, quando verò est arbitraria vtilis; tunc ad materiam iuramẽti in litem nihil facit. Verùm Bolognettũ decipi in hoc facile ex ijs quæ ipsemet Bolognettus dixit in d.l.in actionibus, demonstratur; quia Bolognettus noluit pro rebus debitis, vel promissis in litem iurari posse, vt sæpe dixi: ergo nec in isto casu, vbi non agitur, nisi de soluendo promissa, & propterea suomet mucrone Bolognettus cõficitur. Ex ijs habes declarata illa tria responsa Iureconsultorũ, Mariani in d.l.in actionibus, & Pauli in d.l. aliàs, & Vlpiani in d.l. qui restituet. §. hæc sententia. per quæ *clarè* constat
43 in quibus actionibus, & quãdo in litem iuretur. †*Hæc* quidem speculatio, & actionum distinctio non fit iuramento in litem veritatis, in eo deferẽdo solũ inquiritur, an *dolus* & difficultas probandi insit ad releuandum actorem ab onere probandi dato ei iuramento veritatis pro probanda æstimatione rei d.l. in actionibus. §. planè, vel rerum ipsarum iactura d.l. si quando d. c.fin. & aptè de eo loquitur Martianus Iurecõsultus in d.§. planè, continuando aduersatiuè materiam iurisiurandi in litem; quia distinctioni actionum in ea iurisiurãdi in litem, materia factæ, addit aduersatiuè iurari in litem nõ attenta ea distinctione, scilicet per iuramentũ veritatis; sufficit enim aduersari præcedentibus aliquo modo, scilicet in genere; quia in materia illa dedit regulam actionum, sufficit aduersari prædictam nõ habere locum in alio iuramento in litem, quod in genere cõprehendebatur sub iuramento in litem, ita dicit Hiero. Buttig. in l. vinum, nu.47. versi. non obstat quartum, & ibi Ias. nu.21. versi. quartò contra, col.x. & Anto. Rub. Alex. nu.230. versi. ad aliud autem. Deci. in d.l.in actionibus, nu.24. versi. non obstat. col.16. Curtius & alij Moder. ibi per tex. in d.l. nummis. ff. eo. vnde om
44 nia iura in hac materia mihi videntur plana fieri. † Antequam

vlterius

Source : BIU Cujas

vlterius progrediar, ex prædictis infero, ꝙ per iuramentum in litem non augetur æstimatio rei, vel non probatur æstimatio rei ad effectum. vt reus criminaliter puniatur, pone statutū dicit, ꝙ fur rei valoris centū suspendatur & occidatur, pro re autem valoris decem fustigetur, vel verberibus affligatur, Titius furatur rem Caij, Caius vult per iuramentum in litem probare rem sibi furtim subtractam valere centum, vt fur suspendatur, nunquid ista probatio per in litem iuramentum ad id sufficiet, & dicas nullo modo eam sufficere, ita tradit Curtius in d.l.in actionibus, nu.42.versi. circa vltimā, & ibi Ioan.Bolognettus ad fin.col.fi.& Ripa in l.damnum.nu.7.vers.quintò declaro.ff.de dam.infec.& Curtius in l.admonendi, nu.359. vers.quartò fallit, de iureiur.vbi declarat, & concordat opiniones Bar.& aliorum, qui ad inuicem videbantur sibi aduersari nimis obscurè loquentes, nam Bart.in l.fi.ff.de in lit.iura. cū quo transit Pau. de Cast.in l.cum furti, nu.4.ff.eo.& ibi Ias.col.2.nu.8. & Fulgosius, & Ang.in d.l.fi quando.C.vnde vi.& Alex.in d.l.fi.dicebat iuramentum non deferri, quando agitur criminaliter, alij verò contradicebant, vt refert Iason, & Alex.in locis prȩallegatis; dicit enim Curtius, Bartolum & sequaces intelligi debere, vt in casu proposito, quando ageretur, vt ex æstimatione rei facta per sacramentum actoris pœna aliqua imponeretur, alios verò, quādo in causa criminali peteretur iuramentū in litem. vt æstimationem rerum perditarum consequeretur, quæ æstimatio & satisfactio semper parti offensæ, & læsæ debetur, siue in iudicio ciuili, siue in criminali agatur contra delinquentē, vtraque horum opinio est vera; prima probatur, quia ad probationē criminis requiruntur probationes luce meridiana clariores l.fi. C.de prob.ergo nō debet sufficere iuramētum, quod nūquam defertur, vbi dolus, vel delictum impingitur; vt dixit Bal.in l.1.ad fin.versi.not.ff.de iureiur.Ioan.Bapti. Caccialupus in d.l.admonendi, nu.157. vers.vigesimononò fallit, & Ias.post alios in l.ait prætor. ff. eo. & ita in proposito huius cōclusionis argumentatur Ange.Areti. in §.ex maleficijs. nu.15.institu.de actio. Sed ex quātitate, & æstimatione furti, vnde grauior pœna imponitur furi, aliud censetur crimen insurgere & probari secūdùm Curt.in d l.in actionibus.nu.42. quia a grauitate pœnæ crimina cognoscuntur, iuxta not. per Barto.in l.leuia.ff.de accusa. Ruin.in consi.66.nu.25.in 3.vol. Aym.Crau.in cons.6. nu.17.doctor.in l.1.C.qui accusa.& iuramentum in litem non est inductum ad effectum inducendi probationem criminis, ex quo reus magis puniatur, sed est inductū, vt quis consequatur ablata, quæ ipse nō potest probare, & ideo nō debet extendi ad illum effectū, vt quis puniatur criminaliter, & præsertim, cum hoc iuramentum sit exorbitans, vt supra sæpius dixi, reg. quæ a iure.in 6.cum vulg. Altera quoque opinio etiam probatur; quia in iudicio criminali reus incidenter potest condemnari parti læsæ ad satisfaciendum, & emendādum ea, quæ eius facto absunt actori, vt in nostris terminis diffuse dixit do. Caro.Ruy.in d.consi.35.in 3.col.vol.5.& cōsuluit Aym. Crau.in consi.287.& mihi non videtur vllā habere dubitationem, plu ribus iccirco non insisto. Dictum est in actionibus in litem iu-
45 rari,† modò quæro, nunquid etiam in ijs, quæ ab officio iudicis pendent, & nulla efficaci actione debentur, possit in litem iurari, & recepta est doctorum sententia in hoc casu in litem non iurari, vt per Ias.in rub.titu.nostri, in 11.differ. & latius in d.l.in actionibus. nu 34.versi. decimò requiritur, & Alex.ibi num.9. vers.adde pro hac in fine, in 2. col. & in l.fi prius, in col.pen.nu. 44.ff.de oper.nou.nunc. vbi Ias.hanc dicit esse cōmunem. nume.48.col.13.Moder. in addit. ad Alex.in consi.214.in volu.7. & Deci.in d.l.in actionibus, nu.27.ver.vltimò etiā not.vt Petr. Costalius in l.2.ff.de in lit.iura.Ias.in l.1.nu.8.versi.tertia differentia, de iurisd.omn.iud: Vldar. Zasius, Curtius Ioan.Bologn. & cæteri repetētes in d.l.in actionibus, & hoc præfati doctores firmant per glo.in l.harum.ff.fi ser.vend. per illum textū ibi, in quantum in eo dicebatur, ꝙ actionū seruitutis prædialis euentus erat cogere reum ad eam præstandā, & in futurum cauendum, in ea molestiam nullam se exhibiturum, & contra eum, qui ista iuxta iudicis præceptum non adimpleuisset in litem iurari. Accursius ibi in verbo condemnet, primò ampliat illum textum, ꝙ etiam iuratur in litem, si res non tradatur, idest quasi traditio seruitutis fiat, etiam si cautio præstetur. Secundò mouet quæstionem, quid, si econuerso res præstetur, cautio verò negetur, iurabitur ne in litem? Et respondet, ꝙ non, sed captis pignoribus cogetur iudicis officio ad cauendum. §.sciendum, instit.de satisda.quoniam ad cauendum nulla actione, sed officio iudicis duntaxat tenetur, & ita voluit Bal.in d.l.harum, notando ibi ex illa glos. ꝙ in iuribus non iuratur in litē, si res prȩstetur, quamuis cautio negetur; quia cautio venit incidēter iudicis officio. At ego in hoc glo.dicto, licèt nō in principali cōclusione, quæ quidem est, ꝙ ex solo iudicis officio nitens non permittatur in litē iurare, magis subsisterem, quàm quicquam affirmarem. Nam videtur nō minus cautio, quàm ipsa seruitus in actionem cōfessoriam venire ex vinculo stipulationis, qua seruitutes constituuntur, & sic vtraque & seruitus & cautio iure actionis, non iudicis officio, æquè peti posse videtur. l.quoties 2. & ibi Paul.de Cast.explicat de seruit.tit.generali, nam ibi Labeo Iureconsultus dicebat, emēti viam, vel aliquod ius fundi esse cauendum per vēditorem, non fieri quominus eo iure seruitutis emptor vti posset; quia alioqui vacua traditio huiusmodi iuris nulla esset. vnde Paul.adnotat ad implendā seruitutis venditionem, requiri, ꝙ vsui seruitutis, qui loco traditionis est, accedat ea cautio; quia perfectè patiētia, ꝙ emptor vtatur seruitute, vnico momento præstari nō potest: si quidem tractū successiuum habeat cautio, ergo ita iure actionis, vt ipsa seruitus debetur: ideo Paulus Iureconsultus.d.l.harum.æquiparare præstationem cautionis ipsi seruituti videtur: vt & Cast.ibi.nume.13.declarat, & Claud. Aquens.in d l.fi prius.col.pen.opinionem Bart. & doctorum cōcordando in hoc, dixit ob cautionē iure actionis debitam in litem iurari: sicut pro qualibet alia re, & Deci.in d.l.in actionibus.nu.27. in fi.intelligit.d.l.harum, ꝙ ibi vtraq; res, seruitus, & cautio iure actionis debeatur. Verum enimuero magis in opinionem glos & Bal.in d.l.harum.inclinans, ego existimo, si expressè cautio in cōtractu seruitutis nō promittatur, eam venire ex officio iudicis, non autē iure actionis; & ad hoc pondero textum in l.egi.ff.fi ser.vend.vbi qui egerat Titio ius tigna habendi non competere pro futuris officio iudicis cautionē exigit, vbi Odof.dicit illud esse ob iudiciariam æquitatem, vt gratia iuris præsentis ad iudicem etiam tractus futuri tempori spectet, ideo ob istā cautionem negatā nō iurabitur in litem, sed captis pignoribus illa est eruenda. Quicquid autē iuris sit, an cautio ex officio iudicis, vel ex iure actionis debeatur, vera est cōclusio, ꝙ in ijs, quæ ex officio iudicis veniunt, non autem iure actionis debentur, in litem minimè iurari poterit, pone exemplum in argentario, qui solo iudicis officio tenetur edere.l.argentarius.§.cum autem. ff.de eden.l.1.& glo.ibi in ver.officium. C.eo.vbi Ioan.Rip.nu.20.post longam disputationem, determinat esse veram & communem opinionem, ꝙ ex officio iudicis, non autem iure actionis compellantur argentarij, ad edendum rationes, vel codices, & hodie notarij, sed ꝙ post iussum iudicis oriatur actio in factum, ex illo ædicto de eden.& non ante, vt voluit Bal.in l.quędam.in princip. nec illud officium est mercenarium actioni deseruiēs, sicut est officium in cęteris edictis, seu interdictis.§.fi.instit.de interd.& ex hoc Ioan.Ripa ibi.nu.21.ver.tertia vtilitas.infert ad quęstionē nostram, ꝙ quia argentarius, & notarius, non iure actionis, sed officio iudicis compelluntur ad edēdum, si ad præceptum iudicis ipsi nō edant, non iuratur ob id in litem. hoc etiā dixit Vldar. Zasius in l.2.§.interdū. nu.8. ff.de in lit.iura. quia, inquit Zasius, iuramentum hoc datur in casibus, & contra eos, cū quibus præcessit contractus, & obligatio, sed cum argentario nullus præcessit cōtractus, nec est in aliquo obligatus, ergo mitius secum est agendum, & sic interesse, ad quod, quia nō edidit, est condemnandus, actor per suum iuramentum nō poterit probare, sed ei opus erit testes, similesque probationes de eo habere, vt per Paul.de Cast.in d.l.argentarius. §.cum autem. in fi.& Alex.in d.l.fi prius.col.pen.nu.44.ver.inquantum Bart.hic, vbi dicit, ita se habere communē opinionem, & in d.§.cum autē. versi.vltimò ex isto not. & Ias.ibi soluendo cōtraria, & Riminal.in l.qui accusare.in fi.C.de eden. Barto.& alij in d.l.fi prius, dicentes, ꝙ quādo iudicis officium imploratur nulla actione præcedente, nunquam in litem iuratur: secus, si iudicis officiū imploraretur, in executionē alicuius actionis.d.l.qui restituere. & vltra prædictos, hoc etiam probat post Ioan. Fab. Angel. Aret.in d.§.præterea, nu.35. versi.ad euidentiā.institu.de actio. & diffusè prosequitur Hieron. Cagnol. in d.l.1.nu.126.versic. secunda conclusio.C.de senten. quæ pro eo quod inte. vbi ait, hanc esse ferè omnium scribentium resolutionē. Et ratio meo quidem iudicio huius decisionis est; quia cum officium iudicis nullam præsupponat obligationem, (nam ea prȩsuppositā oriretur actio.l.licèt.§.ea obligatio.ff.de procur.) vt habetur clarè per tex.in l.qui per collusionē.§.fin.ff.de act.empt.l.quintus. de aur.& arg.lega.l.hæreditas.ff.de petit.hæred. Ias.in §.1.nu.60.& in §.omniū, instit. de actio. iudex cogendo argētarium ad edendum ex suo officio, si iuramentum in litem etiam præstaret, ꝙ implorato iudicis officio, & ipsum obtinetur, officiū supra officium adderet, & cumularet, & nimium esset officiosus, quod esse non debet.l.fi quando. C.de inoffic.testa. & ibi not.c.1.vbi Canoni.ext.de rescri.l.1.& ibi not.C.de dot.promis. Nō obstāt modò aliqua, quę per Barto.sibi contrarium in d.l.harum.allegantur, dum dicebatur videri per d.l.harum, ibi. neque rē præstet, neque cautionem &c. concedi iuramētum ob cautionem non præstitam, & sic quando agitur officio iudicis, quem Bar. sequitur Pau.de Castr.ibi. & primo secundum Alexan. in d.l.fi prius, nu.45. respondetur, ꝙ tex.in d.l.harum, procedat, quādo nec res, nec cautio præstatur, tunc hoc iuramentum defertur, siquid autem horum factum sit, non dicit ille textus, quid iuris sit, relinquitur ergo iuris dispositioni.l.commodissimè.de lib. & posth.& sic remanet sub regulis nostris. Sed hanc responsionem non valde laudat Dec.in d.l.in actionibus, quia ille textus

æquè

Source : BIU Cujas

æquè vtrunque caſum determinat. Secundò ipſe reſpondet, ꝙ ille tex. d. l. harum, intelligatur cautionem per actionem confeſſoriam fuiſſe ibi petitam pōderando verbum harum actionum. Secundo nō obſtat. d. l. qui reſtituere, quia vt dixi ibi, officium iudicis eſt in executionem actionis realis; ita reſpondent Iaſ. & Alex. in d. l. ſi prius, & allegant Bar. pluries in hac ſententiam deſcendiſſe. Nihil reſpondeo argumento a ſimili, cū friuolum ſit, vel nequaquam concludens, ex quibus firmatur cōmunis deciſio, ꝙ in dependentibus a iudicis officio nō iuratur in litem; & per prædictam concluſionem deciditur, ꝙ ob cautionem damni infecti in litem non iuratur, cum ea vi alicuius obligationis, vel actionis minime detur. Sed ex æquitate prętoris, prout ei ex officio ſuo videtur, caueri ſolet. l. prætor ait. ff. de dam. infec. & ſi antequam caueatur, ædes vicinæ ruant, indeq; damnum vicino inferant, quamuis cautio petita ſit; tamen ad eius damni emendationem vicinus nō tenebitur. l. cum poſtulaſſem. ff. de dam. inf. Nec obſtat tex. in d. l. inquiſitio. ff. eo. titu. vbi actio damni infecti appellatur, non autē officium iudicis; quia impropriè loquitur appellando actionem, quod eſt officium iudicis, vt ibi gloſ. animaduertit, & Iaſ. in §. 1. nu. 49. Inſtit. de actio. per textū in l. actionis verbum, de verb. ſign. & ob cautionem non præſtitam, ſi miſſio in poſſeſſionē ædium minantium ruinam fiat, & miſſus in poſſeſſione turbetur, contra turbantem non iurabitur in litem, cùm eam habeat ex officio iudicis, vt eſt tex. in l. 1. § hæc verba. ff. ne vis fiat ei, qui text. loquitur etiam de miſſo rei ſeruandæ cauſa, vel legatorum, vel ventris nomine. d. l. 1. §. eſt autem generale, idem dicas etiam, quando iuſſum mitti in poſſeſſionem non admitteret, nā nec tunc iuratur in litem ratione prædicta, & ſi Ioan. Fab. diſſentiat in l. 1. verſ. & in caſu. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. Itē, quia cū agit pater aduerſus filium, non cōpetit actio. Sed officium iudicis, conſuluit Hiero. Grat. in conſi. 10. nu. 21. in 2. lib. in litem
46 eo caſu non iurari. Super quo amplius cogitādum eſt. † Quod diximus iurari in litem ob cautionem, quæ iure actionis deberetur non præſtitam, intellige propter cautionem. ſ. habentem vim reſtitutionis, & cauſa iuris realis, ideſt ſeruitutis debitam, ſiquidem ea cautio continet patiētiam, quæ in ſeruitutibus habetur pro poſſeſſione rei. l. corruptionē. C. de vſufr. l. 2. §. ex ijs. de verb. oblig ſecus in cautioue, vt de non offendēdo, vel damni infecti, quia pro iſta ſimplici cautione debita, nullum in effectu ius reale continente, nunquam iuratur in litem, ita diſtin-
47 guit Ioan. Bolognettus in d. l. in actionibus, nu. 63. ad fi. † Velimque ſcias, ꝙ obligationes perſonales, ſi fint reſpectu rei, vel alicuius iuris realis iudicantur tanquam reales, in eisque datur petitorium, vel poſſeſſorium, vt per Bart. poſt Cyn. in l. ſi certis annis. C. de pact. Abb. & cæteri Canoniſtæ in c. querelam, num. 14. verſ. ſed de iure ciuili. ext. de elec. Barto. in l. 1. ff. quor. bono. Bal. in l. 1. col. 1. C. de fideic. & ibi Paul. de Caſt. in col. fi. ver. nūc ext. glo. Bal. in l. iubemus, in col. . C. de ſacr. ſan. eccle. & in c. 1. §. ſciendum eſt, in col. fi. de feud. cogn. in vſib. feud. & ponitur latiſſimè per Ripam in d. l. fin. ff. quo. bono. & Abb. in conſ. 23. in cauſa. in col. 1. in 2. vol. & in ca. peruenit, el 3. ver. 2. caſu, ext. de cenſi. Bart. in l. non ſolent. §. fi. col. fi. ff. de offic. procon. Bal. in conſi. 425. viſis. vol. 3. in nouis. Lud. Roma. in conſ. 311. in caſu propoſito. Car. Ruy. in conſil. 82. circa primum, nu. 5. col. 2. in vol. 2. qui omnes, vt ipſe vidi, dixerunt, in vtroque iure, tam Pontificio, quàm Cæſareo ita communiter concludi, ideo mirum non eſt, ſi cautio concernens ſeruitutem, & ius reale, etiā in hoc exiſtimatur tanquam quippiā reale, vt ob eam nō præſtitam iuretur in litem. In cautione ſimplici, atque merè perſonali id non poteſt admitti ſecundum noſtrā regulam niſi dolo interueniente, petatur iuramentum in litem veritatis contra eum, qui in cauſa fuiſſet doloſè agendo, vt quis eam conſecutus fuerit, ſecundùm regulam, & rationem. d. l. ſi quando, & d. cap. fin. quam ſupra ſæpe exclicauimus, & hactenus quo ad hoc tertium membrum.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum eſt perſonale, nec perſonam egreditur.*
2 *Promittens ſtare iuramento Titij de expenſis, non obligatur ſtare iuramento illius hęredis.*
3 *Facultas iurandi transfertur ad hæredem.*
4 *Nunquam defertur iuramentum ei, qui de re non habet notitiam.*
5 *Quando hæres de facto defuncti vult iurare, debet prius probare per teſtes ſuum intereſſe.*
6 *Ceſſionario nunquid iuramentum in litem deferatur.*
7 *An contra hęredem contumacis iuretur in litem.*
8 *Error Barto. & ſcribentium detegitur circa intellectum l. eius qui delatorem, de iure fiſci.*
9 *Ficta confeſsio non nocet patri, qui pro filio teneretur.*
10 *Omnis confeſsio & probatio, quæ nocet defuncto, nocet hæredi.*
11 *Declaratur tex. d. l. eius qui delatorem.*
12 *Tertio non nocet ficta confeſsio, nec condemnatio ex contumacia facta.*
13 *Si lis cum defuncto ſuper crimine non fuit conteſtata, contra hæredem in litem non iurabitur.*
14 *Aliud eſt, quòd hæres teneatur ad effectum vt iuretur in litem, aliud, vt de facto teneatur, prout verè fuerit probatum.*
15 *Lis habetur pro conteſtata, vbi litis conteſtatio nō requiritur, eo ipſo quòd incipit de meritis cauſæ cognoſcere.*
16 *Iuratur contra hęredem dolo commiſſo in cauſa, in qua lis cum defuncto fuerit conteſtata.*
17 *Contra hęredem ex propria eius perſona & contumacia in litem iurari poterit.*
18 *An condemnatio in hæredem contumacis ſecundùm iuratam quantitatem per actorem erit facienda.*

Quæ deducantur in iuramentum in litem, per idque ęſtimentur. Cap. IIII.

Sequendo propoſitum ordinē quartū ac cipio mēbrū huius partis expediendum, in quo duo præcipuè quæruntur. Primò, nunquid facultas iurandi in litem transferatur in eius hęredem, ſeu ad hæredem eius, cui iam cōpetebat, qui antequam in litem iuraret, mortuus eſt. Secundò, an contra hæredē contumacis vel delinquentis aliquis in litem iurare poſſit. Et quò
1 ad primum videtur nulla ratione transferri; †quia iuramentū eſt perſonale, nec perſonam egreditur. c. veritatis. ext. de iureiur. Secundò: quia nō debet quis de facto alieno iurare. l. videamus. §. curatores. ff. de in lit. iura. & hęres ignorat verosimiliter iura ſui teſtatoris. l. qui in alterius. de reg. iur. & Alex. in conſil. 38. vertitur lis. lib. 5. conſuluit in iuramento in ſupplementum deferendo, ꝙ illud non deferatur hęredi; quia aliud eſt iuramētum ipſius teſtatoris, aliud iuramentum ipſius hæredis. Tertiò: quia iuramentum non defertur niſi ei, qui eſt de re certus, vt dicit Bal. in l. bonæfidei, col. fi. nu. 10. C. de reb. cred. Bart. in d. l. admonendi, col. fi. & docto. ibi. ff. eo. & propterea hoc determinauit Bald. in l. generaliter. in princ. nu. 2. C. de reb. cred. & in d. l. in bonæfidei. eo. tit. vbi vltra prędictas rationes adducit illam, ꝙ ſæpe bono viro ſuccedit hæres improbus, & perfidus, idem Bal. reſpondit in conſi. 314. vtrum, in 5. vol. 5. & hoc in iureiurando conuentionali dicunt Iaſ. in d. l. ſi quando, col. pen. Alexan. Soc. Iaſ. & cæteri, in l. pen. §. hoc iudicium. ff. nequis cū qui in ius voc. vi exi. Bald. in Rub. in fi de iureiur. ff. & in l. 2. ff. de cōdi. indeb. & ratio naturalis dictat, vt dicunt ibi doctores, quòd ſi confidens de te, tibi iuramentum detuli, non debeo iccirco
2 compelli ſtare iuramento ſui hæredis, † item promittens ſtare iuramento Titij de intereſſe, damnis, vel expenſis, non obligatur ſacramēto illius hæredis, vt notat pluribus Hip. Marſi. ſing. 346. licèt hæres, & probat Curtius in d. l. in actionibus, num. 43. Sed magis in indiuiduo caſus noſtri determinat Bal. in l. 2. ff. de iureiur. vbi dicit, ꝙ ſi ſtatutum dicat de damno dato ſtandum eſſe ſacramento damnum paſſi: non propterea ſtabitur ſacramento hæredis eius, & videtur ſequi Alex. in l. qui bona. §. qui damni. in fin. de dam. infec. & in conſi. 54. verſi. nō obſtat ſi diceretur, nu. 1. in vol. 2. per gl. allegatam per eūdem Bal. in l. idē Pomponius. §. fi. in verſi. appareat. ff. de rei vendic. vbi dicitur, hæredi non competere libelli declarationem, pro qua gl. multa citat And. Tiraq. in l. ſi vnquam, in verſi. reuertatur, nu. 247. verſi. quamuis. C. de reuo. donat. Caro. Ruyn. in conſi. 38. nu. 9. verſicu. quò ad primum, in vol. 1. conſuluit in illa quęſtione, an facultas declarandi priuilegiū, vel quid aliud trāſeat in ſucceſſorem, Principem, vel antianum, vel iudicē. Iis tamen non ob-
3 ſtantibus, in quæſtione noſtra communis eſt reſolutio, † ꝙ facultas iurandi in litem ad hæredem trāsferatur; & faciunt vnā diſtinctionem, ꝙ aut loquimur de iuramento conuentionali, quando pars altera iuramentum alteri parti defert, & tunc facultas iurandi nō transferatur, hoc enim caſu militat ea ratio, ꝙ ſi confido de te, non iccirco confido de hærede tuo: & in iis terminis loquitur tex. in d. l. generaliter; & in hoc omnes conueniunt, aut loquimur de iuramento, quod a lege defertur, & tunc in hæredem transfertur iurādi poteſtas, vt hoc caſu rectè voluit gl. in l. pen. §. hoc iudicium. ff. ne quis eū, qui in ius voc. Iaſ. in d. l. admonendi. nu. 313. verſi. quid autem in alijs, quæ diſtinctio fuit Ludo. Rom. in d. l. qui bona. §. qui damni in addit. nouis. & in facti ſpecie ipſe Roma. conſuluit in conſi. 290. in caſu propoſitæ. nu. 5. per hanc rationē; quia lex ſemper loquitur, & eſt in viridi obſeruantia. l. Arriani. C. de hæret. & conſequenter ita reſpicit perſonā hæredis, ſicuti eius, cui ſuccedit, & hanc diſtinctionem probat Bald. Ange. Alex. Iaſ. Soci. & Caſtren. in d. §. hoc iudicium. & Iaſ. in d. l. ſi quando. col. pen. & Bart. & Saly. in d. l. in actionibus. in col. pen. & conſuluit Vldar. Zaſius. in conſi. 5. nu. 58. ad hæredem tranſire hanc iurādi in litem facultatem, & dicit eſſe ſcribētium communem doctrinam in d. §. hoc iudicium, & idem tradit Barto. Caſlan. in conſi. 7. nu. 64. & Bal. in c. 1. & ibi Iaco. Aluaro. in col. 2. nu. 2. verſi. nota ex ſecunda parte: ſi de inueſt. inter dom. & vaſſis oria. & Bal. & Aluar. in c. 1. §. cum datur. de not. feud & Caro. Ruy. in conſi. 35. quòd ſententia. in col. 4. nu. 10. ver. & dato. in vol. 5. & Soci. in cōſ. 94.

ſubtili-

Source : BIU Cujas

ſubtiliter.in 2.col.in princ.in lib.2. Stepha.Bertran.in cõſi.100. viſis nu.25.in 5.dubio.in vol.1.& fuit deciſum in conſi.Neapolitano,vt per Matth.de Affli.in deciſ.169. indicta,& multi citati per And.Tiraq.in tract.de retra.ligna.§.2.glo.2.nu.1.verſi. ſed quæſtionis eſt,vbi ſequitur hanc concluſionẽ.& Petr.Paul. Pari.in conſi 75.in 1.lib.ita quęſtionem hanc decidit,& Ias.in l.ait prętor.la 2.§ iureiurando.nu.3.ff de iureiur.& Ias.in d.l.in actionibus.col.pen.nu.45.& ibi Ioan.Bolog.nu.92.verſ.ſed an trãſeat, vbi id tenet, quia lex ſimpliciter loquitur de actore, & hæres eſt actor,ideo ab ea lege comprehenditur,& quia ſuccedit in inſtãtia.l.ſi is qui Romę.ff.de iudi.& ibi not.Paul. de Caſ. in l.tam ex contractibus.ff.eod. Et hanc cõmunem concluſionem intelligunt ſcribentes præſuppoſita in hærede ſcientia,& notitia eius de quo iurandum eſt,vt dicit Aym.Craue.in conſ. 287.in col.fi.& Cattel.Cotta in memor.iurandi facultas,& Soci.in conſi.89.in col.fi.in volu.3.vbi exemplum ponit in filio, qui præſumitur geſtorum a patre notitiam habere,cum ſoleãt patres facta domus communicare cum filijs: & Carol.Ruy.in d.conſi.35.exemplum ponit in eo,qui diu cum teſtatore habitaſſet,vt econuerſo,ſi hæres fuiſſet abſens, non præſumitur informatus de rebus defuncti, ideo ad iurandum in litem nõ admittitur,ait Hieron.Grat.in cõſi.10.nu.36. in vol.2. vel ſi eſſet filius, vel coniunctus, præſumitur notitiam habere,dixit Soci. in conſi.264.viſis.col.5.nu.9 in 2.vol.vbi ergo notitia hæredis non deducatur,& probetur,vel præſumatur,in litẽ iurari non
4 poterit ſecundum prædictos;quoniam†nunquam iuramentũ defertur ei, qui de re non habet notitiam, vt tradit Gemin. in conſi.137.ſuper iſto,in col.fi.& conſuluit Alex in conſi.71.in col.fi.nu.14.in vol.3.vbi addit non ſufficere,ꝙ hæredes dicant, habere notitiam,vel ꝙ fama ſit,ꝙ habent notitiam,cum nihilo probato præſumantur ignorare ſecundùm Carol. Ruyn. in d.conſi.35.in col.3.& dictũ eſt aliàs ſupra ancipiti,& ignoranti iuramentum non deferri vt per Ias.in d.l admonendi.nu.300. & nu.312.& nu.314.c.qui exigit.22.q.5.& ibi Archid.Stante itaque notitia hæredis datur iuramentum in litem hæredi, ſicuti & hæredi competit facultas reuocandi confeſſionẽ erroneam a lege conceſſa & quæ defuncto cõpetebat teſtatori.l.non iccirco.C.de iur & fac.ignor.& per tradita per Ias.poſt alios in l. inter ſtipulantem.§.1.nu.8.verſi.item adde.de verb.oblig.& in l.ſi quis a filio §.ſi quis plures.de leg.2.& quemadmodũ, quando de inueſtitura eſt lis,inter dominum,& vaſallum,ſtatur ſacramento poſſeſſoris (vbi teſtes pares non adſint) vel eius ſucceſſorum,& hæredum.d c.1. § ſecum verò, ita hoc iuramentũ in litem hæredi defertur.Nec obſtant allegata ſupra in contrarium,& primò dum dicebatur, eſſe perſonale.d.ca.veritatis. & ibi not.reſpondetur eſſe perſonale;quia non ligat ex periurio, niſi animam ipſius iurantis, non quia ad hæredem tranſire nõ valeat,vt per Bal.ita reſpondentem in l.etiam ſi rẽ. in fi. de iureiur. quando a lege defertur, idẽ reſpondetur per And.Barba. in c.cum ſit generale.col.54.ver.ſed idem Bal.ext.de for.cõpe. vbi ideo infert, ꝙ propter iuramẽtum addatur forum foro reſpectu iurantis tantum non autem eius heredis,qui non iurauit,nec poteſt de periurio teneri; & ſi ipſe contrarium dicat tenere,per quædam ſua noua, & in facto ſecũdum ſuam opinionem,fuiſſe iudicatum,tamen ego puto, ꝙ reatus periurij ſolũ, vt tangit duntaxat ipſum iurantem, ita forum foro cumulare reſpectu iurantis debeat:vt per Stefa. Auſſrerium in repet.clemen.1.de offic.ordin.in 4.reg.in 4.fallen ver.item hæres defuncti.Non obſtat ſecundum,& tertium fundamentum de ignorantia præſumpta in hærede,& requiſita notitia in iurãte;quia in concluſione noſtra eam præſuppoſuimus.Vltimò non obſtat doctrina Bart.in d.l.bonæfidei.& in d.l.generaliter.C.de iureiur.de legalitate, & fide, quam habebat de ipſo defuncto, & non de eius hærede,quia reſpondetur,ꝙ id procedit, quando is contra quem eſt deferendum iuramentum,eligit eius fidei ſtare,& erat in eius poteſtate eam ſequi, vel non. Sed non quãdo iuris neceſſitate adſtringitur, acquieſcere iuramẽto actoris, vt in caſu noſtro, & damnatur ideo a Doctoribus, in locis prælegatis dictum Bal.in d.l.3.ꝙ iuramẽto hæredis illius,qui damnum paſſus fuit,non ſit ſtandũ,cum id iure non probetur,nec adiuuetur,glo.in d.l.idem Pomponius.§ ſi.in verſi.appareat,ꝙ declaratio libelli non tranſeat ad hæredẽ; quia illud eſt,ne inconuenies damnum naſcatur reo abſque culpa ſua: vt quia ad libellum prõptas probationes habuerit, quibus eo mutato vti amplius non poſſet;ita reſoluit Ias.in d.§.ſiquis plures. col.2.& Caro.Ruyn.in d.conſi.38.nu.10. lib.1. quod ſecus eſt in noſtro caſu,& ponit exemplum ſimile,quãdo quis ſocietatem coiuit vice & nomine eius,quem nominaret,& interim, nullo nominato petijt,ꝙ iſta facultas nominandi tranſit ad hęredes,vt per Ruy.deciditur in cõſi.136.in vol.1.& in conſi.pen.lib.3.& ſi hæredes nollent aliquem nominare,pro ſe contracta cenſebitur, vt per Deci.in conſi.543.Alex.in conſi.232.in 2.volu. Quibus ſic cõprobatur noſtra concluſio:Quã declara indiſtinctè procedere,ſiue inceperit teſtator iudicium,ſiue non: ſiue lis cõteſtata fuerit cum defuncto,ſiue nõ:ſecundum Ias.in d.l.ſi quando.col.pen.& Pau.de Caſt.in d.§.hoc autem iudicium. & in d. §.hæredibus,id ſenſit,dum voluit diſtingui,an lis fuerit conteſtata,nec ne,duntaxat quò ad hoc,vt hæres queat iurare,etiam ſi ſua nõ intereſſet,vt eius teſtator defunctus poterat. l.ſed eximendi.§.item ſi quis eum.eod.titu. nam ſi lis fuerit conteſtata, iurabit etiam ſi ſua non interſit,ex perſona teſtatoris defuncti, ſecus ſi nulla conteſtatio fuerit facta cum defuncto; quia tunc ex perſona ſua conſiderabit intereſſe,& ſecundùm illud iurabitur.vt ex nunc,non vt ex tunc; ita quoque tradiderunt Soc. & Alex.in d §.hoc autem iudicium. & ideo animaduertẽdum
5 eſt, † quòd quando hæres de facto defuncti vult iurare, debet prius probare per teſtes, ſuum intereſſe, & conſtito de intereſſe,ad probandum illius quantitatem in litem iurabit; vt declarat,& dicit ſummè notandum eſſe Maria.Soc.in tract.de citat. in articu.34.5.q.verſic.prædicta procedunt,quod nõ eſt neceſſarium, quando vult hæres in litem iurare de facto proprio.
6 †Nunquid autem ceſſionario iuramẽtum in litem deferatur, ſicuti hæredi, quæri poteſt: & dici poteſt, ꝙ ei tanto difficiliùs iuramentum deferatur in litem, quanto magis præſumitur factam cedentis ignorare, vt cõſulendo hac ratione tradit Ruy. in conſi.35.in 3.col.in libr.6. & facit ad hoc quod conſulendo tenuit Alex.in conſi.73.in cauſa appellationis.num.5.col.2.in vol.6.vbi dixit,ꝙ ſtatuto diſponente,quòd 15. annis elapſis cõtra petentem debitum de ſatisfactione ſtetur iuramento debitoris,vel eius hæredis,non ſtabitur iuramẽto tertij conuẽti hypothecaria, pro bonis poſſeſſis illius debitoris, quod & voluit Paris.in conſi.66.nu.112.in vol.3.de prælato ſucceſſore, ꝙ ad iurãdum in litem admittatur, habes per Matth.de Affli.in de-
7 ciſ.Neapol.169. Secundò quæro,† an contra hæredem contumacis,vel delinquentis in litem iuretur, & hic articulus multa capita,& difficilia quidem habet, prout multi & diuerſi caſus, in quibus contra hæredem iuramentum in litem petatur,contingere poſſunt. Sed nos ad duo capita principalia infra explicanda totam hanc diſputationem redigemus,& determinabimus,ſcilicet ad caput iuramẽti in litem veritatis,& ad iuramẽtum in litem affectionis. Sed priuſquam hæc explicemus, me non pigebit pauliſper digredi in diſtinctionem Barto. in hac re per eum traditam in d.l.in actionibus.nu.21.quo magis difficultas huius articuli elucidetur,& clarior reddatur. Quatenus igitur primò Bart.dicit, ꝙ ſi reus moriatur ante litem conteſtatam,non iurabitur in litem,cõtra hæredem.l.2.& 3. & ferè per totum.C.de in lit.iuran.quaſi doli cauſa non transferatur contra hæredem,niſi in lite conteſtata.l.1. & ibi not. C.ex delic.defun.in quant.hære.l.pupillum.§.1. & ibi not. de reg.iur. iuncta l.pœnalia.eo.titu. Arguunt contra Bart.Curt. in d.l.in actionibus.nu.34.& ibi Ioan.Bolog.nu 78. ꝙ immo iuret cõtra hæredem lite nondum conteſtata cum defuncto; quia hæres tenetur ex dolo defuncti etiam lite non conteſtata, quando dolus circa contractus verſatur.l.ex depoſiti. l.ex contractibus. ff. de actio.& obliga.& adducta in cõtrarium procedunt in ijs, quæ ſunt merè delicta,ſed hic agimus de dolo circa cõtractum cõmiſſo,vt puta circa tutelam,qua hæres conuenitur,ergo de dolo defuncti tenebitur, vt contra eum actor in litem iurare poſſit,& hoc voluit expreſſim Bart.in l.1.C.de in lit.iur.dum dixit aduerſus hæredes tutoris in litem iurari ob dolum ſuum.Item ob dolum tutoris verum,ob præſumptum non,niſi cum tutore lis fuerit conteſtata.Textus ergo in l.alio.C.eod.qui facit diſtinctionem in litis conteſtatione nõ procedit, niſi in caſu doli præſumpti, quo hæres conueniretur. Sed Curt.hoc damnat inhærendo dictis Bart.hic, ꝙ immo contra hæredẽ tutoris ob dolum tutoris nõ iuretur in litem;quia quamuis ex dolo tutoris hæres conueniatur.d l.ex cõtractibus;attamen iſte dolus nõ punitur pœna iuriſiurandi in litem,ſed ad obtinẽdum cõdemnationem cõtra eum requirũtur veræ probationes per teſtes, ſimilesque modos; & de hoc mihi videtur textus clarus in l.fi. C.de in lit.iur.vbi contra hæredem tutoris ex dolo defuncti vt ex dolo,non facto in inuentario,commiſſo, in litem iurari nõ vult Imperator.Sed de dolo tutoris ex alijs inquiri,& probari, vt hæres eius illo cõperto teneatur, nec ibi Imperator hoc intelligit,in dolo prsęũpto, immo in vero,vt ex illius verbis clarè ſumitur,& ſic diſtinctio,an fuerit mortuus tutor ante litem cõteſtatam,vel poſt,de qua in d.l.alio, ſuſtinetur in dolo vero. & Barto.d.in d.l.1. C.eo.confunduntur,& Bolognettus tenuit fortius,quòd in nullo ferè caſu,niſi poſt ſentẽtiam cõtra defunctum latam,iuratur in litem aduerſum illius hæredem.Quatenus autem Bart.ꝙ ſi deceſſit poſt litem conteſtatã, diſtinguendum eſt,air,aut loquimur in actione bonæfidei,aut in actionibus ſtricti iuris in actione bonęfidei,ſi dolus eſt commiſſus ante litis conteſtationem,iuratur in litem cõtra hæredem l.pen. C.eod.ſecus poſt litis conteſtationem dolo commiſſo,argu.l. eius qui delatorem. ff.de iure fiſ. In actionibus verò arbitrarijs ſtricti iuris moriente ante ſententiam non iurabitur cõtra hæredem; quia priùs dolus non poteſt eſſe cõmiſſus non parendo iudici,cum id nõ contingat,niſi poſt ſentẽtiam:animaduertas,ꝙ hęc diſtinctio improbatur a Salyc.& Alex. & a pleriſque

docto-

Source : BIU Cujas

doctoribus. Nam communiter improbatur, ꝙ propter dolum post litem contestatam commissum voluerit Bart. non iurari in litem, sicut vult propter dolum ante litem cõtestatam commissum: vt attestatur hoc tenẽdo Cur. vbi sup. nu. 36. quia nulla potest diuersitatis ratio allegari inter primum, & secundum casum, cur magis ob dolũ ante litem cõtestatam commissum iuretur in litem, quàm ob dolum cõmissum post litem contestatam contra hæredem, quoniam, si Bar. putauit dolo ante litis contestationem commisso, & post eam mortuus sit principalis, videri litem contestatam super dolo; & sic dolum contra hæredem transire. Idem est dicendum dolo post litis contestationem cõmisso; quia litis contestatio ad dolum superuenientem ex post trahitur & iudicium, cum qualitate illius doli accidentis, contra hæredem transmittitur. l. si in rem actum. cum l. seq. ff. de rei vend. la 2. cuius hæc sunt verba. Si in rem actũ sit, & in hæredem possessoris iudiciũ datum: culpa quoque & dolus malus hæredis, in hoc iudicium venit, legis sequentis hæc sunt. Cùm autem fundi possessor ante litem cõtestatam dolo malo fundum possidere desijt, hæredes eius in rem quidẽ actionem susceipere, cogendum non sunt, sed in factum actio aduersus eos reddi debebit, per quam restituere cogentur, quãto locupletiores ex ea re facti fuerũt. Hinc ergo patet, ꝙ ob dolum post litem contestatam commissum hęres tenetur ex persona defuncti, arguendo a contrario sensu. idem probatur ex textu in l. si in rem actum, la 1. eod. tit. ibi. si quid ex persona defuncti commissum sit, omnimodo in condemnationem veniet: quę iura ad hoc fuerunt ponderata per Alex. vbi sup. Addunt præterea Cur. & Bolognettus, vbi supra, ꝙ vbi nõ expectatur litis cõtestatio, & dolus venit post litis cõtestationẽ, primus actus, qui sequitur, habet vim litis contestatæ, secundum doctrinam Bart. in l. 2. C. de consort. eiusd. lit. quæ procedit in materia. l. 1. C. ex delic. defun. vt per Bart. in l. 1. ff. de deli. priua. & idem operatur, quod litis contestatio, in ijs, quæ præcedunt litis cõtestationem, ait Curt. vbi sup. ergo & dolo cõmisso post litem contestatam perinde contra hæredem transmittetur iudicium super dolo, ac si dolus fuisset ante litis contestationem cõmissus, & super eo fuisset lis contestata: & sic non magis erit iurãdum in litem contra hæredem dolo cõmisso ante litis contestationem, quàm si committatur post, & text. in d. l. eius qui delatorẽ allegatus per Barto. ad hoc, quod propter dolum commissum post litem contestatam a defuncto hęres non teneatur, vel nõ iuretur in litem contra eum, non obstat, secundùm Alex. Cur. Bolog. & alios, quoniam respondent illum textum procedere in ficta cõfessione, & probatione: nos autem in vera. Sed salua reuerentia tantorum virorum ineptè respondent, nescientes, quid ipsi vellent sibi dicere: nec tollunt obiectum Bart. ex tex. in d. l. eius qui delatorem; nam voluit Bart. ita dicere, ꝙ sicuti illa ficta probatio inducta per legem aduersus corruptorẽ tanquam pœna, non transfertur contra hæredem, priusquam fuerit super crimine corruptelæ pronuntiatum, & sic sententia lata, ita ista probatio per iuramẽtum in litem, quæ est ficta, & nõ vera, non transibit contra hęredem, nisi post sententiam, & sic postquam fuerit super dolo pronuntiatum, quo textu sic inducto, eorum responsio non tollit difficultatem; quia in vtroque casu agitur de ficta probatione, & apparet ideo responsionem eorum non esse verã. quod sentiens Alex. in d. l. in actionibus. nu. 14. dixit non procedere. d. l. eius qui delatorem. quia ita destrueret primum caput, sicut secũdum distinct. Bart. in hoc scilicet, caput, quo dixit iurari in litem, ob dolum, ante litis cõtestationem commissum, quo casu Bart. dixit in litem iurari cõtra textum in d. l. pen. idem dixit Saly. ibi, tenẽdo fortiùs, quòd non iuretur in litem ob dolum ante litem contestatam commissum. sic Alex. dum damnat Bart. doctrinam ad eius fundamentum de d. l. eius qui delatorẽ, non respondet. Ego verò dicam nihil facere. d. l. eius qui delatorẽ, ad id, ad quod adducit eam Bart. vult enim probare Bart. ꝙ dolus commissus post litẽ contestatam non puniatur, ꝙ ille textus non probat: siquidem ille textus nihil aliud cauere, & determinare intẽdat, quam ꝙ pœna corrumpentis delatorem, quæ est, vt reus habeatur pro confesso, & victo in causa, nõ imponatur, nisi postquam fuerit super crimine corruptelæ pronuntiatũ, an verò corruptela fuerit commissa vno tempore magis, quàm alio, ille textus nõ curat, vel cauet, aliquid referre, quid si defunctus delatorẽ bonorum ad fiscum corrupisset, dum ad curiam causa ea deferendi ibatur? quid si postquam detulit, antequam lis contestaretur, vel quid si post litem contestatam, antequam sententia ferreretur? an ei pœnæ locus erit, vt tãquam litis redemptor perdat causam habeaturq; pro victo, certè sic, vt l. Imperatores. & ibi not. per glo. & docto. ff. de iure fis. quid magis extra rem? quàm super quæstione, an ante, vel post litis contestationem dolum committi, necessarium sit, respõdere, & adducere, quod sit necessarium super crimine pronuntiari, priusquam pœna illius criminis imponatur; profecto nil minus ad rombũ. Vnde patet, non modo illud caput dolum esse commissum ante litem cõtestatam oportere, nõ probari per dictam l. eius qui delatorem, verum etiã conuinci, & cõfutari, per textum & ibi notata in d. l. Imperatores. ff. de iur. fis. Et quoniam doctores dicunt, ꝙ ficta confessio non nocet hæredi, nisi post sententiam. d. l. eius qui delatorem. ex quo dicto videretur dicendum, nunquam, nisi post sententiam contra defunctum latam, iuramẽtum in litem quod est ficta probatio, ex facto defuncti contra hæredem non solum deferri, sed nec etiã præstitum, & iuratum cõ-
8 tra defunctũ ipsi hæredi officere: † existimo operæpretium fore hic altum errorem Bartoli & scribentium in hac eorũ propositione, seu conclusione detegere, vt ex difficultate rem nostram eximamus. Sciendum est igitur, ꝙ Bart. in d. l. eius qui delatorem, facit hanc conclusionem, ꝙ ficta cõfessio non nocet hæredi; quoniam licèt eius auctor habitus sit pro confesso, & conuicto, tamen eius hæres non habebitur pro confesso, quin de iuribus causæ, de qua agebatur, vt de bonis ad fiscũ delatis, discutiatur, & cognoscatur. Eandẽ conclusionẽ facit ibi Alex. in addi. Bart. allegando plures, de quibus ibi per eum, & Franc. Curt. in l. principalis. §. quod si actor. C. de iuram. calum. & ante eum ibi Bart. & Bal. Odof. Alex. Ias. Salyc. & cæteri omnes in l. manifestæ. ff. de iureiur. Guido Pap. in consil. 7. Andr. Barba. in c. cum causam. col. 20. ver. adde etiam quod, ext. de iura. calum. Bald. in c. 1. §. vasallus. si de feud. fuer. cõtro. int. dom. & vas. Philip. Franc. in ca. 1. ext. de confess. in 6. Bal. in l. 2. C. qui testa. face. poss. Imol. in l. qui a latronibus. ff. de testa. & idem tradit Perusi. in c. porrò. col. 5. extra de appel. & prædicti doctores limitãt hanc cõclusionem (vt ipsi inquiunt) nisi antequam ille auctor decedat, fuerit declaratum eum haberi pro confesso; quia hoc casu, ficta confessio (vt ipsi inquiunt) transibit contra hęredẽ: & dicunt hoc esse valde notandum pro pluribus casibus legũ, & statutorum, in quibus cautum esset ob aliquod factũ reum haberi pro confesso, vt in exemplis, quæ doctores vbi supra po-
9 nunt. † Et ex hoc infert Barto. in d. l. eius qui delatorem, ꝙ ideo ista ficta confessio nõ nocebit patri, qui alioqui teneretur pro filio, sicut hæredi non officit; quam illationem de patre & hærede facit etiam Perusi. in d. c. porrò. col. 6. Ac pro fundamẽto dictæ conclusionis in ijs non adducunt, nisi textum in d. l. eius qui delatorem, de quo mox dicam. In hac ergo cõclusione dixerim ego imprimis, ꝙ, dũ præfati doctores volunt fictam cõfessionem hæredi non nocere, præsupponunt fictam confessionem esse inductam, alioqui ineptè dicerent, non nocere, liquidem qualitas sine subiecto esse non potest, deque qualitate nõ est quærẽdum, nisi pręsupposito subiecto. l. eius qui in prouincia. ff. si cert. peta. Lanfranc. de Orian. d. c. quoniam contra. col. 3. ext. de probat. Bal. in l. actor. C. de eden. Dum verò dicunt, ꝙ ficta confessio transit contra hęredem post sententiam declaratoriã, ꝙ sit habitus pro confesso, videntur præsupponere cõtrariũ, ꝙ non inducatur ficta confessio, nisi post declaratoriã, quid est ergo hoc? quid est hæc tanta doctorũ perplexitas? Rursus animaduertas, aut est inducta confessio ante sentẽtiam, aut non est inducta, si est inducta; quia non est curandum de modo, iuxta not. per Bal. in l. de quibus, col. 4. versi. circa primum. ff. de legib. siue inducta sit per sententiã, siue absque sententia,
10 transire debet contra hæredẽ, † quia omnis confessio, omnisq; probatio, quæ nocet, & præiudicat defuncto, etiã eius hæredi, & successori nocet, & præiudicat, vt dixit Caro. Ruyn. in consi. 40. pto solutione nu. 3. versi. secundò ad confirmationẽ, vol. 4. per ea, quæ ibi allegat, & in consi. 50. nu. 23. lib. 1. Aret. in consi. 36. Soc. in consi. 111. in iij. vol. & in consi. 68. in vol. 4. & plura allegat, sed omnium diffusissimè probat Aym. Craue. in suo tracta. de antiq. temp. in 1. par. nu. 79. facit tex. in auth. de iureiur. amor. præst. in princ. l. si superatus. ff. de pigno. Et propterea decidit Alber. Gand. in tract. de malef. sub rub. de aliquib. q. *num.* 24. ꝙ, siquis confessus sit furtũ etiam ante litis *contestationẽ*, & moriatur, eius hæredes prædicta confessione tenebuntur, & sic confessio defuncti in criminalibus nõ nocet hęredi, etiam si fit facta, litis contestatione nondum subsecuta, idem voluit Perusi. in d. c porrò, versi. tertiò quæritur, quod tamen tu intellige procedere, si demum cum defuncto lis super crimine fuerit contestata, alioqui, sicut non nocent aliæ probationes, quæ verè fieri possent ad probandum crimen, vt testes, si cognitio criminis admitteretur, ita quoque ista non nocebit nõ admissa dicta criminis cognitione, quæ contra hęredem non fit, nisi lite saltem super crimine cum defuncto contestata. d. not. in d. l. 1. C. ne ex delic defunc. hæred. d. l. pupillum. §. 1. & l. pœnalia. de reg. iur. Nec aliqua lex facit vllibi differentiam quò ad hæredem, vel successorem, an confessio sit ficta vel vera prout non esse faciendam satis senserunt Bart. & alij in locis prælegatis, volentes fictã confessionem nocere hæredi post declaratoriã, sin autem inducta nondum cẽsetur ficta confessio ante declaratoriam, & tunc frustra quærunt, an tunc obsit hæredi, vel an contra hæredẽm transmittatur, nam id, quod nõ est, transmittibile dici non potest; quia non entis nullæ sunt qualitates, vt supra dixi, & tex. in d. l. eius qui delatorem, horum erroneam doctrinam nihil adiuuat, ad quam rem dignoscendam hic subijcio eius legis verba, & hæc sunt, videlicet. Eius, qui delatorẽ

corrupit,

Source : BIU Cujas

corrupit,ea conditio eſt, vt pro conuicto habeatur; nam in fiſcalibus cauſis id conſtitutum eſt. Sed enim hæc pœna magis eſt vt aduerſus ipſum locum habeat,qui delatorē redemit: cæterùm aduerſus hæredē eius tranſire nō debet. Nec enim exinde perit cauſa,ex quo redempta eſt,vel actio perimitur,vel cōdēnatio facta videtur,verùm oportet conſtare prius,& de crimine pronunciari. Planè &c. quę ſubſequuntur. † Ex quo textu 11
colligo tantum duo, alterū eſt, ꝙ propter crimen corrupti delatoris corrumpens habetur pro conuicto in cauſa bonorum delatorum. Et ꝙ hoc reputatur pœna, quæ non tranſeat cōtra hæredem, & hoc eſt verum & regulare; quoniā quis dubitat, quin amiſſio iurium ſuorū ſit pœna? & ꝙ pœna non tranſeat contra hæredem, vt trad. in d.l.1. ex delic. defun. hæred. & in d.l. pupillum. §.1. & alijs præallegatis? Alterum eſt, ꝙ hæc pœna fictæ confeſſionis, ſeu amiſſionis cauſæ non committitur ipſo facto, vel ipſo iure, ſed imponitur demum mediante condemnatione, poſtquam de crimine corruptelæ conſtiterit, prout & hoc eſt regulare. ſecundùm præallegata, & voluit Soci. Iun. in conſi.11. in vol.2. de hoc habes latiſſimè per Andr. Tiraq. in l. ſi vnquam, in ver. reuertatur, nu.240. C. de reuo. donat. Vides ergo, ꝙ ficta confeſſio ibi non cenſetur vllo modo inducta contra corrumpentem delatoris, priuſquam ſententia feratur, vel condemnatio, & ſic male præſupponunt ibi Bart. & alij ſup. allegati eſſe commiſſam illam pœnam ante cōdemnationem, ſi cenſeretur commiſſa ante condemnationem vtique tranſiret contra hæredem, vt cæteræ pœnæ ipſo iure cōmiſſæ, atque impoſitæ, ſtatim a die criminis commiſſi tranſmittūtur aduerſus hæredem, vt per Hip. Marſ. in l.1. nu.65. verſi. limito tamen. C. de rapt. virgi. & Iaffred. in deciſ.391. Bal. in d.l.1. C. ex delic. defunc. & per Andr. Tiraq. latiſſimè, in d.l. ſi vnquam. in verbo. reuertatur, nu.241. verſi. quartum, & nu.243. de reuoc. donat. C. cuius auctoritates, vel quotas hic non trāſcribam, & quamuis Iaſ. in l. ſi quis iniquum. §. quod autem ait. ff. quod quiſque iur. contradicat, dicendo ſe tenere contra gloſ. & omnes antiquos & Modernos ibi indifferenter, ꝙ pœna impoſita ipſo iure ſtatim non tranſeat contra hæredem ſed requiratur ſententia, nihilominus ſententiæ noſtræ omnino hærendū eſt; quia eſt vera, & receptiſſima, & duo fundamēta Iaſ. ibi facta non obſtāt, & primū de tex. in c. cum ſecundùm. §. fi. de hæret. lib.6. & alijs per eum allegatis, vbi requiritur ſentētia declaratoria, & tamē ibi pœna cōmtttitur ipſo iure: non obſtat, quia requiritur declaratoria non ad eſſe pœnæ, ſed ſolum ad factum ipſum exequendi, quò ad omnes iuris effectus, eſt perinde, ac ſi die commiſſi criminis fuiſſet condemnatus, ita declarat Car. Ruyn. in conſi.171. in vol.1. & in conſi.4. vol.5. & ita dicit Tiraq. vbi ſupra. nu.243. Ad ſecundum reſpondetur, negādo, ꝙ in d.l. eius qui delatorem, pœna fictæ confeſſionis imponatur ipſo iure, vel ipſo facto; quia immo imponitur per ſententiam, vt dixi, & patet ex ipſa litera textus, & videtur velle Bart. ibi in 2. not. quicquid aliter poſtea ipſe, & alij in ſua cōcluſione præſupponere videantur; quia igitur tex. in d.l. eius qui delatorem, nihil aliud diſponit niſi, ꝙ illa confeſſio ficta reputatur pœna, & ꝙ ipſo iure, ſeu ipſo facto criminis commiſſi non inducitur, ſed demum per ſententiam, & ꝙ ideo non tranſit contra hæredē, Bartoli & aliorum cōcluſio ſuperius relata remanet frigida in nullo iure fundata. Ac etiam corruit illatio Bartoli, quam facit in d.l. eius qui delatorem, approbata per Peruſi. in d.c. porrò, & manifeſtè apparet, eſſe cōtra ius omne, dum ipſe ſicut voluit, fictam confeſſionem non tranſire contra hæredem, ita quoq; nec contra patrem, qui teneretur ex facto filij, & ſic dum hæredi tertium, qui ex facto alterius teneretur, æquiparat; nam hæredi nocet omnis confeſſio, & probatio, ac totum id, quod nocet eius auctori, vt eſt dictum ſuperius, ac etiam tenetur ſoluere omnes condemnationes, quæ cōtra eius defunctum auctorem fuiſſent factæ. † Sed tertiò, nedum ficta confeſſio non no- 12
cet, ſed nec etiam condemnatio ex contumacia, & ex ficta criminis probatione lata poteſt obeſſe, vt puta, ſiquis inquiſitus de crimine, pro quo pater, vel alius obligaretur; quia nō comparuiſſet in iudicio, fuiſſet habitus pro confeſſo, & cōuicto, & in contumaciam de crimine condemnatus, ita conſuluit Corne. in conſi.189. in vol.1. & in conſi.143. in 2. vol. Bart. & alij in l. cum filius, de verb. oblig. Fely. in c. cum Bertoldus, ext. de ſen. & re iud. & do. meus Alciat. in tract. præſumpt. in reg.3. in præſump.22. & ꝙ condemnatio in contumaciam facta nunquam alteri tertio noceat, probat textus in l. qui repudiantis. §.1 ff. de inoffic. teſtam. & in l. ſi perluſorio. §.1. ff. de appell. & no. ibi per Bar. & alios. Ex quibus omnibus in ſumma hæc colligas, ꝙ tex. in d.l. eius qui delatorem, nō determinat tempus, quo crimen illud corruptelę opus ſit committi, an litis conteſtatione facta in cauſa bonorum delatorum, an verò antea, vt inde ficta confeſſio, quæ contra hæredē tranſmittatur, inſurgat, atque illi pęnæ fictæ confeſſionis ſit locus. Item, ꝙ ibi ante ſentētiam ſuper crimine corruptelæ latam, ficta confeſſio non inducitur. Item, ſi cenſeretur inducta contra corrumpentem, cenſeretur quoque contra eius hæredem inducta. Item ꝙ eſt per conſequens inepta Bartoli & doctorum propoſitio, quòd ficta cōfeſſio nō noceat hæredi, niſi poſt declaratoriam contra auctorem. Itē, quòd æquiparatio de hærede ad tertiū nullo modo procedit. Poſtremò infero, ꝙ quando eſſet ſuper crimine corruptelę lis conteſtata cum defuncto, vel quando dolus eſſet commiſſus per defunctum poſt litis conteſtationem in cauſa, in eo text. d. l. eius qui delatorem, nō determinatur, quid iuris ſit, nec enim iſtū caſum ponit. Ex alijs igitur iuris partibus nos, qui de eo diſputamus, decidere debemus, reiecta doctrina Bart. & aliorum de d.l. eius qui delatorem. ſuperius recitata. Et nō eſt dubium, illud iudiciū ſuper crimine corruptelę cęptum poſt litē conteſtatam tranſmitti contra hæredē. d l. pœnalia & concord. quo tranſmiſſo pœna illius inſequenda, ſcilicet dicta ficta cōfeſſio nocebit hæredi, & de hoc quis dubitat? Circa quem, & iam diximus, quid ſentiamus. Sed ne diutiùs in impugnādo dicta Bar. in eius diſtinctione immoremur, & vt iā ſingulos caſus, in quibus contra hæredem ex facto ſui auctoris defuncti in litē iure- 13
tur, recenſeamus. † Primò ſciendum eſt in caſu petiti iuriſiurandi in litem veritatis propter delictum & crimen aduerſarij, vt in caſu. d.l. ſi quando. C. vnde vi. & in d.ca. fi. extra de ijs, quæ vi met. cauſ. quòd ſi ſuper eo crimine lis cum defuncto non fuit conteſtata; quia iudicium pœnale non tranſit contra hæredē. d.l. pœnalia. d.l. pupillum. §. 1. de reg iur. §. pęnales. inſtit. de perpet. & tempor. act. not. in d.l.1. C. ex delic. defunct. hæred. nec etiam tranſibit hoc iudicium contra hæredem, & ſic cōtra hæredem non poterit in litem iurari propter crimē, & delictum defuncti, vt ait Ioan. Fabr. in breui. in d.l. ſi quando. C. vnde vi, ad quod allegat textum in d.l. alio. C. de in litem iura. qui text. id probat & tex. in l.1. C. ne de ſta. defu. ſi autem ſuper crimine fuit lis conteſtata; tunc in litem contra hæredē iurabitur, quia iudicium poſt litis conteſtationem tranſmittitur contra hęredem cum omni ſua totalitate, & qualitate, vt dicit Bal. in d.c.1. §. ſi vaſallus, nu.4. ſi de feud. fur. controu. int. dom. & vaſ. & iudicia cœpta cum defuncto redduntur cōtra hæredem, & cum eo perficiuntur, l.1. & ibi glo. & doc. ff. ſi appell. pend. mors inter. l. ſi is qui ademptis. C. eo. d.l. pœnalia. Bal. & Salyc. in d.l.1. & hoc in criminibus, in contractibus verò, vt tutelę, in quibus iuratur in litem iuramento veritatis ob geſta, & adminiſtrata dolosè, & ob malam adminiſtrationis rationem, & tūc idem etiam eſt dicendū, quòd aut ſuper eo iudicio fuit lis conteſtata cum defuncto, & tunc contra hæredem ob dolum defuncti in litem iurabitur d l. alio. vt tenuit Lud. Rom. in conſi.413. Ang. de Peruſi. in conſi.308. portio. ad fin. Paul. de Caſt. in conſil.124. ad fi. lib.1. ſecundùm nouiſſimam impreſſionem, & do. Carol. Ruy. in conſi.92. proponitur. in col.1. in vol 5. & Paul. de Caſt. in cō ſil.212. ſupradicta. in vol.2. & Duare. in d.l. in actionibus. verſi. dolus. nu.52. & Sref. Bertran. in conſi.69. in vol.1. & tenet Maria. Soci. in d. tract. de citat. artic.34.2.q. verſ. quinta declaratio; aut lis ſuper eo iudicio non fuit conteſtata, & tunc non iurabitur in litem. l. fin. C. de in lit. iura. iuncta. d.l. alio. eo. & quamuis hæres poſſit ex dolo defuncti circa contractum commiſſo cōueniri d.l. depoſiti. & d.l. ex contractibus, id tamen non procedit reſpectu pœnæ propter dolū imponēdæ, ſed reſpectu aliorum concernentium contractum, & ſic reſpectu iuriſiurādi in litem, quod eſt pœna doli, vt aliàs dixi, non procedit; quia non iurabitur in litem contra hæredem iſto caſu, ſed dolo defuncti probato, alijs modis, quàm iuramento probabitur, quid ad tutorem, vel geſtorem defunctum peruenerit, & id quod defunctus teneretur, ſi viueret, prętare, vel ſoluere. d.l. fi. & declarauī ſuperiùs: Et hoc modo videtur ad ea iura reſpondere Ioan. Bo lognettus in d.l. in actionibus. nu.79. cōſiderando † quòd aliud 14
eſt dicere, quod hæres teneatur ad effectum, vt iuretur in litē, aliud quod teneatur ex dolo defuncti, prout verè probatū fuerit, & hoc quidem reſpōdet in alio ſuo propoſito, & ex hoc reprobatur doctrina Bar. in l.1. C. de in lit. iur. vt dixi ſupra, quicquid aliquis in contrarium dicat. Et dictam diſtinctionem teneas in caſu etiam, vbi nulla litis conteſtatio fieret in cauſa; vt quia in ea procederetur, ſola facti veritate inſpecta, nam poſt actum, qui loco litis cōteſtationis fieret, mortuo auctore illud iudicium tranſmitteretur contra hæredem cum illa qualitate & poteſtate iurandi in litem contra eum, ſicut contra eius auctorem defunctum fuiſſet iuratum in litem, ſi ſuperuixiſſet, vt determinat Stefan. Bertran. in conſi.77. nu.18. in vol.1. & Iaſ. in d.l. in actionibus. nu.38. col. antep. verſi. tertiò, & vltimò; & idē Iaſ. voluit in d.l. ſi quando. in colum fi. † lis autem habetur pro 15
conteſtata, vbi litis conteſtatio non requiritur. eo ipſo, quòd iudex incipit cognoſcere de meritis cauſæ; vt per Lud. Roma. in conſil.264. col.2. & Barto. & Bal. in l. nulla, & in l. nihil. C. de procur. Cardi. in clemen. conſtitutionem. §. fi. de electio. Abb. in c. inſinuante. in fin. de offi. deleg. Fely. in ca p. olim. ext. de accuſ. & in c. exceptionem. colum.5. verſi. tertiò intellige, ext. de except. vbi dicunt, quòd ab actio, qui ſequi ſolet poſt litis cōteſtationem, lis habetur pro cōteſtata. † Alio etiam caſu iuratur 16
in litem contra hæredem, ſcilicet ſi lite conteſtata cum defuncto, dolus cōmitteretur per defunctum in cauſa, & moreretur,

propter

3 Duaren.in d.l.in actionibus.nu.29.Quo stante † si iudex iniustè se habeat in deferendo iuramentum in litem, remedium est, vt ad superiorem appelletur, & reclametur,vt est dictum, de quo in sequenti memb.dicetur, & iudex negans iustitiam puniri debet:vt per Alex.in l.4.§.in eum.de damn.infe.Bart.in l.quod iussit de re iudi.Bar.& Bal.in l.mancipia.de seru.fugit.& in l.si quando.per illum textum.C.de testi.Bar.in l.argentarius. §.cum autem.ff.de eden.& in l.1.C.quo.& quando iudex.& in l.fi.ff.de var.& extra.crim.Ias.in d.§.præterea, & And.Barba. in c.cum sit generale col.24.ver.quando quærit ista glo.de for.
4 compet.Non omitto hoc circa iudicis potestatem, † ꝙ iudex sub mulctæ comminatione, potest rei restitutionem præcipere,quæ si facta nõ fuerit,& mulctare, & in litem iuramentum simul deferre, & sic duplici pęna reum grauare iudex poterit secundùm Ioan.And.in addit.ad Specu.in tit.de iureiur.& refert Andre.Barba.in consi.57.col.9.in vol.3.Ijs obiter de potestate iudicis explicis;aggredior hunc articulum principaliorẽ, vtrum iudex taxationem reuocare vel corrigere possit.In quo quidem scribentes multa confusè, & sibi aduersantia dixere, nos breuiter, & decisiue procedendo referemus, quæ magis
5 expedire mihi videbuntur. Dico itaque † taxationem, vbi de iuramento in litem affectionis agitur, iudicem posse quandocunq; reuocare vel emendare taxationem,quousq; tamen super quantitate iurata feratur sententia l.videamus.§.fi.& ibi Paul.de Cast.& Saly.& alij notant in d.l.in actionibus, Ioan.de Imo.in d.c.fi.num.8.ver.in glo.pen.in fin.Franc.Duaren.in d.l. in actionibus.nu.30.sic se habere communem sententiam dicit:an autem iudex post latam sententiam reuocare possit, dicetur infra in quæstione,nunquid ex aliqua causa possit sententia lata super iuramento in litem retractari.Dubitatio est circa iuramentum veritatis in litem,quando liceat iudici taxationẽ reuocare,vel quia datum,vel nimis taxando se errasse cognoscat. Et puto imprimis esse distinguendum †
6 aut vult taxationem reuocare,antequam super ea fuerit iuratum, & tunc planè poterit; quoniam cum taxatio sit sententia interlocutoria, & sic reuocabilis,prout est natura omnis interlocutoriæ l.qđ iussit.de re iudi.& ibi Bart.Alex.Ias.& cæteri,Felyn.Deci.Perus.Ioan.Anto.a Santo Gerogio.Card.Alexandri extra de appella.in cap.cum cessante impedit,quominus eam reuocet,& vt voluerunt Ioan.de Imol.& Anto.Butr.& alij in d.c.fi.extra de ijs quæ vi.& expressim tenet Imo.in l.qui bona.§.qui damni.in col.2.vers.sed si agitur.de dam.infec.Ias.in d.l.si quando. num.26.vol.3.¦versi.vltimò not.Alexan.& alij in d.l.qui bona. §.qui damni.num.4.& Barto.in d.l.in actionibus.num.24.col. fi.& Specu.in tit.de expens.§.postremò.nu.3.versi.licèt,quo in loco ait,ꝙ quãuis iudex minus ꝺdẽnare, q̃ sit iuratũ nequeat, tñ si viderit se malè taxasse,suã taxationẽ poterit reuocare,atq; reuocabit; quid enim est laudabilius, q̃ proprium corrigere errorem?c.qualiter & quando,vbi glo.Fely.& cæteri ext.de accus.glo.in c.sacramento,in ver deferat.ext.de sent.excommu. Aut iudex vult reuocare taxationem,postquam iuratum fuit, & in hoc casu magna est doctorum altercatio, & multi pluribus in locis sibi contrarij fuerũt,& vt aliquos notem. Ias.apertè sibi contrarius fuit in d.l.in actionibus.num.46. ver.aduerte tamen,in col.fi.vbi voluit,taxationem post præstitum iuramẽtum nullo modo reuocari posse.Contrarium dixit in d.l.si q̃, num.26.col.3.versi.nota vltimò. & Alex. aliter sensit in d.l.q̃ bona.§.qui damni.num.17.col.4. & aliter in l.admonendi.de iureiur.vt & refert Iaso.in d.l.in actionibus.& ipse Alexã.in d. §.qui damni.refert, ꝙ Ioan. de Imol.fuit sibi contrarius, vt & animaduertit Felyn.in c.proposuisti.nu.4. ver.secundò limita, de proba.vbi notat,ꝙ Innoc.a quo ista opinio, seu conclusio sumpsit originem,etiam sibi fuit contrarius in c.cum dilectus. ext.de ordi.cogni. Ang.quoq; notatur eadem contrarietate, & alias contrarietates signauit Andr.Tiraquel.in hoc,in tract. de retrac.ligna.§.4.glo.1.num.28.& seq.ver.sextò limita,& vix aliquem e scribentibus,qui in huius quęstionis resolutione nõ variauerit,esse puto: quantum ergo in doctorum auctoritate sit confidendum, vel quam probabiliter hæc quæstio ex doctorum auctoritate decidi queat,quisque iudicet.Est tamẽ sciẽ
7 dum † ꝙ magis communis opinio est ꝙ etiam post præstitum iuramentum taxatio reuocari possit,vt dixit Alexã.in d.§.qui damni.num.17.col.4.& Andr.Barbat.in d.c.proposuisti.col.10. versic.secundo casu,dicendo ꝙ omnes,& antiqui & Modern. vtriusque censuræ intrepretes voluerunt,ꝙ spoliator possit cõtrarium eius,quod iuratum per actorem fuisset, probare, & ꝙ stabitur probationi rei,non autem iuramento actoris, ipse tamen discrepat, vt mox aperiam,& in ista sententia communiter approbata fuerunt Innoc.Anton.de Butr.& Ioan.Andr.in d.c.fin prout ibi refert Ioan.Imo.col.4.ver.dicit etiam quòd si iudex,& Ludo Roma.in l.admonendi.num.40.versi.vltimò, vbi dicit, ꝙ iuramentum post iudicis taxationem præstitum poterit per nouas probationes retractari; quia quamuis non possit in minus condemnare stante prima taxatione & iuramento.d.§.oportet,tamẽ taxationem,quæ est interlocutoria, & sic reuocabilis d.l.quod iussit,reuocari poterit, & in consequentiam reuocabitur etiam iuramẽtum præstitum.idem voluerunt Iaso.in d.l.si quando.& Alex.in d.§ qui damni.nume. 17.Deci.in d.c.proposuisti.col.2.ext.de probat. Angel.in l.qui vas.ff.de fur.& Fely.in c.suborta.colũ.fin.ext. de re iudica. Sed omissa scribentium enumeratione prolixiori, videndum est de huius conclusionis fundamentis. Primò, Ias.in d.l.si quando.num.26.& in d.l.in actionibus.num.46.concedendo,ꝙ iudex non possit reum in minus condemnare, quam sit iurata quantitas,dicit, ꝙ potest taxationem tanquam interlocutoriã reuocare d.l.quod iussit,qua reuocata iuramentum consequẽter reuocatum censetur: nec noua facta taxatione potest detegi periurium actoris,qui iurauit,quia, si taxatio secunda fuerit maior prima,iurando modo vsq; ad secundam, non probabitur eum peierare;quia prima si maior fuisset, vtique vsq; ad illius summam iurasset,econuerso,si secunda fiat minor,iurando minus,quam prima vice iurauit, non est, in quo de periurio argui possit,siquidem intra limites taxationis coarctatur. Secundo deducebat Ias.in d.l.si quando,& Ioann.de Imo.in d. c.fin.col.pen.uers.sed aduertè,ꝙ si lex,vel statutum dicat,standum esse alicuius iuramento,semper intelligitur, nisi contrarium probetur,exempli gratia, ꝙ de impedimento, vel ignorantia probanda stetur iuramento partis,vt consuluit Ludou. Roma.in consi.102.super eo.col.2.& est glos.ordinaria in c.2. in ver.affectata.de tempo.ordi.in 6.& in c.cum continebatur, vbi Abb.de despon.impub. Innocẽ.in c.quia propter. extra de election.Felyn.in d.c.proposuisti.in princip.de probat. notant Castr.Alexan.& alij in d.l.qui bona.§.qui damni.pariter, si statutum diceret,ꝙ de damno dato staretur sacramento damnũ passi:quia ista probatio non debet esse melioris conditionis, quàm alia,quin per contrariũ elidi,& tolli possit.ita dicit Pau. de Cast.in d.§.qui damni. post Angel.fortius ibi sentientem, idem dicit Aug.in auth.de exhib.reis,& in d.l.qui vas, ꝙ statutum dicat stari iuramento actoris de damno dato vsque ad libras decem,nihilominus iudex poterit iuramentum eius calũnioſum contemnere,aliter condemnando,quam iuratum fuerit.hoc refert & sequitur August in addit. ad Angel.in tracta. de malefic.in gloss.necnon ad denunciationem. nume.18. & alios citat Fely.in d.c. proposuisti.in col.2. versic.secunda conclusio,& in c.suborta.in col.fin.num.18.ver.fallit quintò de sen ten.& re iud.qui tenuerunt aduersus iuramentum in odiũ dolosi præstitum, admitti probationes contrarias, & mouentur omnes per tex.in d.§.qui damni qui quidem tex.religioni iudicantis relinquit, an iuramentum tanquam calumnioſum (t

respuen-

Source : BIU Cujas

reſpuendum,& addunt hanc rationem,quia dolus iurantis per calumnia eſt grauius crimen,quam non reſtituẽtis rem,offendit enim Deum,partem & iudicem.cap. debitores.ext. de iureiur.& propterea debet præponderare contumaciæ, & violentiæ per reum commiſſæ.l.item ſi obſtetrix §.fi.ff. ad l. aquil. & quia nõ debet cõtra delinquẽtẽ actor ſe vindicare per viam delicti & periurij.l.ſi quis ad ſe fundum.C. ad leg. Iul. de vi. has etiam rationes refert Curti.in d.l.admonendi.nu.352.ver.& faciat,vbi etiam dicit ꝙ communiter damnatur opinio Bal. in l. 3.§.ait prætor de iureiur.vbi voluit,probationem per iuramentum prædictum nõ recipere probationem in contrarium. Tertiò poteſt dici,ꝙ vbi probationes ordinariæ amplius nõ admitterentur,& cenſerentur excluſæ nihilominus per euidentiam facti iudex informari poſſet taxationem fuiſſe iniuſtam,vtputa ducendo iudicem ſuper loco damni aſſerti & ſic reuocare taxationem,& iuramentum præſtitum retractari iudici cõueniret, iuxta communem ſententiam, prout aſſerit eſſe Vldar. Zaſius in d.l.fi.ff.de in lit.iur.& in rub.eo.nu.6.& voluit Alexã. in d.§. qui damni.num.12.ver.dicit,ꝙ ſi ſtatutum,col.3.Iaſ. in d.l.fi.& Hipp.Marſi.de proba.nu.137.ver.nõ tamẽ omitto,nu.171.Azo in ſumma.C.ad l.aquil. Bal.in l.contra negantem.C.co.Rofred in d.l.ſi quando.col.2.ad fi.& multa more ſuo congerit Andr. Tiraq.in tract.de retra.lign.§.4.glo.1.nu.36.ver.has tamen limitationes,vbi vult,probationem per rei aſpectum,& euidẽtiam nõ cenſeri reiectam:Idem tenuit Arno. in epito. xxv.ſtatutum quoniam nulla legis virtus poteſt hanc probationem excludere, vt dixit Alex.in d.§.qui damni.nu.12.& Franc. Curt.in d.l. admonendi.nu.90.& nu.352.& Ioan.de Ami.in conſ.14.nu. 5.Poſtremò Iaſo.in d.l.ſi quando num.33. conatur ſuſtinere hanc partem tex.in d.l fi.ff.de in lit.iura quatenus ibi dicitur, interdum quæri de periurio ex cauſa & intelligit illum text.in vtroq; iuſo tam veritatis,quàm affectionis,quem intellectum approbat Franc.Duare.in d.l.in actionibus.nu.30.ver.hæc poteſtas,vbi refert eundem fuiſſe ſecutum Fulgoſium, quamuis (vt ipſe Iaſ.ingenuè fatetur) vniuerſa ſcola Canoniſtarum & legiſtarum eum intelligit duntaxat in iuſo affectionis: moueturq; Iaſon friuola quidem ratione,quã ſupra improbauimus. Cardina.Alexandri.in c cum ceſſante,ver.decimotertiò fallit, nu.40.ext.de appel.dixit ꝙ ex dolo iurantis reuocantur, taxatio expenſarum,iuſm, & ſententia: & hac ſtante concluſione reſpondet Iaſo in d.l.ſi quando.ex mente omnium,qui ſupraſcriptam opinionem tenent:tex.in d.§.oportet,& in auth.poſt iuſiurandum,nõ obſtare,quia procedit, quando ex taxatio firma remaneret,vbi autem reuocatur, prout poteſt, reuocatur & iuramentum in conſequentiam. Secundò reſpondet Alex. in d.§.qui damni,nu.17.vbi contrarium non eſſet probatum: & ita reſpondet Imo.in d.c.fi.col.pe.vbi taxatio prima fuiſſet, iuxta glo.in d.auth poſt iuſiurandum, & non vbi ex poſt facto appareret iniuſta; quia tunc,inquit Imo.non eſt incongruum emendare errorem,per ea,quæ ibi allegat & eodem modo videtur reſpondiſſe Curt.in d.l.admonendi.num.352.† Verùm ego alteri opinioni,vt veriori,& certiori adhæreo,ꝙ iudex taxationem poſt iuramentum præſtitum in caſu iuriſiurandi in litem veritatis reuocare non poſſit:& ad hoc clarè probandũ, infero hic textum in d.§.oportet,cuius verba hæc ſunt, videlicet.Oportet autem expenſarum rationẽ iudices omnino examinare &c.modo ſubſequitur, illo ſolo adiecto,ſi iuſiurandũ intulerit de expenſis iudex victori,ſcilicet cum quantitate,quę viſa erit ei rectè ſe habere (quam taxationem vocant leges) deinde ille iurauerit non habere licentiam iudicem, minus quã iuratum eſt condemnare,neq; videri clementiorem lege:quæ hoc diſponat &c.Verba etiam ſimilis tex.in auth.poſt iuſiurandum,ſunt iſta.Poſt iuſiurandum delatum & præſtitum non licet iudici amplius taxare:ſed & ſi hodie iudex taxauerit, & ita ſm quantitatem a iudice taxatam iuratum fuerit, non habebat licentiam iudex minus,q̃ iuratum fuerit condemnare &c. Video ergo in ijs verbis tria expreſſim contineri: nempè primò,ꝙ poſtquam fuit taxatum, & iuratum iudex amplius non poſſit taxare.Secundò ꝙ non habeat licentiam iudex minus q̃ iuratum fuit,condemnare.Tertiò,ꝙ non excedat, vel tranſgrediatur hanc legis diſpoſitionem præſtando ſe clementiorem ipſa lege:& quamuis in d.l.ſi quando & in d.c.fi.iſta ſic expreſſa non habeantur, ſuppleri tamen debent,argu.l.quæſitum.ff.de teſti.cur igitur aduerſum clara & aperta legis verba quæſtionẽ mouemus?l.ille aut ille.§.1.de leg.3.l.non aliter eo.titu.ſi ergo lex enixe dicit,ꝙ non poſſit amplius taxare, nec minus quam ſit taxatum,& iuratum condemnare:quoniam pacto audemus dicere,ꝙ poſſit taxationem reuocare & aliam facere? & mox ſecundùm eam condemnare? poſſumus neq; magis,quam nec lex,nec enim arbitror (vt dicebat do.meus Alciat.in l.cum mota.C.de tranſa.) doctoribus noſtris concedi,vt aduerſum luſtiniani edictum interpretatione ſua legum verba deſtruant.l.2. §.pen.C.de vete.iur.enucl.de lege,cum conſtituitur, & ſancitur,di putatur,ſed poſtquam eſt condita atque ſancita, oportet ſecundùm eam iudicare,vt dicitur in c.in ijs temporibus.4. diſtinct.& not.Paul.de Caſt.in l.non omnium.ff.de legi.quamuis lex dura eſſet.l.proſpexit.ff.qui & a quib.ma & quæ poteſt eſſe æquitas in hoc quam doctores allegent,ſiquidem lex præmoneat iudicem, ne in hoc ſit ipſa lege clementior.& in iure noſtro miſericordia intempeſtiua puniatur, vt eſt textus in §. fi.inſtitu.de leg.aquil.Specu.in tit.de iniur.& damn.dat. in §. 2.ver.quandoque num.10. nonne etiam legis rigor (ſi hæc legis diſpoſitio rigor eſt) cum ſcriptus eſt,præfertur æquitati nõ ſcriptæ?Certe ſic,ſi credendum eſt glo.& docto.in l.placuit.C. de iudi.Abb.in c.3.extra de re iud.glo.& Canon.in c.fi.ext.de tranſac.& Benuen.Strac.in tract.de merca.ad fin.in vlti.part. quomod.in cau.mercat.ſit proced.Quis igitur dubitet, iudicẽ aliter iudicando contra legem expreſſam,vel caſum legis expreſſum: ſententiam dicere, & ſic nullam?l.2.C.quan.prouo. non eſt nece.c.1.ext.de ſent.& re iud.prout Innoc.Imo.& Iaſ. in locis præallegatis animaduertunt,& firmant:licèt id intelligant durante prima taxatione:non autem vbi reuocaretur, & dixit Bald.in d.l.ſi quando,per text.in d.§.oportet.& in d.auth. poſt iuſiurandum,quòd iudex aliter iudicando,quam ſit taxatum & iuratum, facit litem ſuam; idem dixit Rofred.in d.l.ſi quando.& Angel.Areti.in §.duplum.num.6.ver.in ea glo.ibi quam,inſtitu.de actio.ait in hoc iuramento veritatis, ſententiam non valere,ſi iudex aliter condemnet, quàm ſit iuratum & taxatum,quam taxationem præcedere vult, aliud dicit eſſe in iuramento affectionis.idem voluit Bal.in tract.ſtatu.in ver. iuramentum.ver.ſtatutum ſiue,alijs quoque tam ex dictis Iaſo. quàm etiam aliorum vbi ſupra citatorum, iſta concluſio confirmari poſſet, ſed quoniam clarior certiorq́ue mihi videtur, quàm vt alijs argumentis poſſe magis certificari credam, ea quidem miſſa facio.Solùm ad ea,quæ ex aduerſo adduxi, paucis reſpondebo.Et primò,dum dicunt, taxationem tanquam interloquutoriam poſſe reuocari. Reſpondeo,quicquid de vi & natura meræ interlocutoriæ ſit, regulariter. d l.quod iuſſit, & ibi no.in ſpecie,ac in indiuiduo habemus legem expreſſam in taxatione,quòd ea non poſſit amplius retractari,& illi ſtandum eſt,vt dixi,& lex in ſpecie tollit legẽ in genere.l.ſanctio. ff.de pœn.l.vxorem.§.Feliciſſimo.de leg.3.c.1.de conſti.in 6. c.generi,& per illum textum Dyn.ibi de reg.iur.in 6.Vnde & conſequentia per eos facta, quòd iuramentum præſtitum in conſequentiam reuocatur, idq́ue permittatur, apparet falſa; quia nec taxatio,nec iuramentum præſtitum reuocatur, pariterq; utriuſq; reuocatio expreſſim denegat. Eſt autẽ animaduertendum,quòd cum lex compellat,atque cogat iudicem ad condemnandum reum iuxta id, quod fuerit & taxatum & iuratum, videtur iudicis officium finiri eo ipſo, ꝙ taxat & actor iurat,& condemnatio ſubſecuta magis ipſi iuranti attribui, q̃ iudici eam proferenti; quemadmodum quando iudex arctatur ferre ſententiam iuxta conſilium ſapientis,vt ex forma ſtatutorum in pleriſque locis Italiæ contingit, ſententia non attribuitur iudici,ſed conſultori.vt ex mente Bart.in l.ſi conuenerit.ff.de re iud.voluit Lauren.Calca.in conſ.83.nu.6.& Bal. in conſil.341. in propoſito.in col.2.in volu.5.in nouis.& propterea dixerunt Lud.Roma.in conſ.421.& Socin.in conſ.195. lib.pri.quod a ſententia Principis tunc appellatur, cùm eam ad conſilium,& relationem alicuius tulit;quia nõ ipſe,ſed conſulens cenſetur iudicare,glo.in c.iudicet.3.q.7.l.qualem.l.item ſi vnus.§ idem Pomponius.ff.de recep.arbit.& late per Cardi. Pari.in conſi.118.vol.1.& quòd cenſeatur iudicis officium finiri poſt taxationem & præſtitum iuramentum voluit Ange. & Imo.in d.l.quod iuſſit,nam finitur iudicis officium non ſolum cum diffinitiua ſententia fertur.l.iudex poſteaquam.de re iud.verum etiam cum iudici manus ligantur,in aliumque deciſio cauſæ in effectu confertur ſecundum id quod ille dixerit, tamet ſi aliquid ei agendum ſuperſit in cauſa, vt in caſu expoſtulati conſilij ſapientis,quòd ipſe ferat ſententiam, vel in caſu cõpromiſſi ex forma ſtatuti petiti,quo caſu,quia quò ad definiendum ſibi manus ligantur, cenſetur eius officium finitũ, vt per Alex.in conſi.72.videtur nu.5.in vol.3.& gl.in auth.habita.C.ne filij pro pat.quam gl.amplexi ſunt poſt Bart. Alex.& Iaſo.in d.l quod iuſſit,Soci.in conſi.3.num.9.in 2.volu.Dec.in conſi.22.col 1.Pet.Ancha.in conſi.437.iſta ſententia.Aymon. Crau.in conſi.181.lib.1.Pet.Ancha.in conſi.16.viſo.2.colum. quia ergo cenſetur iudicis officium iuris diſpoſitione finiri,ex ipſa taxatione & ſubſecuto iuramento ſuper ea, non poterit vt interlocutoria mera reuocari, ſed quia habet vim diffinitiuæ,ſicut habet vbicunque per eam iudicis officium expirat,vt dixit Peruſi.in d.c.cum ceſſante, col.8.verſi.ſed tamen limita, erit quidem irreuocabilis. Procedit enim a pari ſententiam eſſe diffinitiuam,vel habere vim diffinitiuę,vt conſuluit Alex. in conſi.182.in prin.lib.6.& Angel.in conſi.198.Fely.in c.qualiter & quando,nu.7.& nu.9.& adeo iudicis officium finiri,ac actum diffinitiuum inſurgo ex ipſa taxatione, & ſubſequuto iuramento ſuper ea viſum fuit,vt iuranti ius acquiri,quod amplius ab eo inuito reuocari, & auferri nequeat, voluerint, vt dixit Imol.in d.l.qui bona.§.qui damni.col.ſecunda,de damn. infec.

Source : BIU Cujas

infect.& condemnatione ſola non oritur ius ſed ab ipſa taxatione & prętito iuꝝ, vt not. Imol. in d.c.fi.col.4.ſub nu.8. ver. recitat vlterius, & hoc pp legis diſpoſitionem fit, d.§.oportet. d.auth.poſt iuſiurandum. Nec quicquam refert, ꝙ poſtremo loco condemnatio fiat, quaſi videatur in vltimo pronunciato vis diffinitiua conſiſtere; nam reſpondetur non attendi, quid prius explicetur, vel quid poſtremò qñquidem quod eſt primum in actu eſt ſæpe ſm in intentione agentis, vt notat Bar. in in l.ambitioſa.nu.16.in pri.regu.ff.de decr.ab ordi.fac. Sed attẽditur, quod eſt prius in ordine intellectus. l.2.§.prius.& ibi not. de vulg.& pup.& ꝑpterea oportet in qõne ꝑpoſita attẽdere, in quo lex faciat iuranti ius ⁊ reum oriri, non aũt an ꝑceſſerit cõdemnatio, vel taxatio,& iuſm ꝑcedit qñq;, etenim cõdemnatio expenſarum fit,& demum taxantur,& iuratur, vt per Spec. in d.§.poſtremò.ad fi.& Imo.in d.c.fi.ſub nu.8.& eſt deciſio Dominorum de Rota 486.ad æſtimationem, in nouis. Præterea põt rñderi, ꝙ taxatio non poſſit reuocari tanquam interlocutoria executioni mandata per iudicem, q̃ non põt reuocari, vt not. ſcribentes in d.l.quod iuſſit,& in d.c.cum ceſſante, limitãdo illa iura,& Fely. vltra alios in d.c.qualiter,& qñ,nu.15.verſ. fallit quintò. Secundò rñdendo dr̃, ꝙ non ceſſat rõ periurij nõ detegendi, vt Iaſon opinabatur; quia immò ſi in ſecũdo iuꝝ non detegit̃ periurium, i.ꝙ falſum iurauerit in ſecundo iuꝝ, planè in primo falſum iuraſſe conuincit̃ ex eo; qñ iudex eum corrigit; vt ſentit Abb. in d.c.fin.ad fi.& Bar. in d.l.in actionib. ad fi. ergo poſt præſtitum iuſm permiſſam eſſe taxationis reuocationem rectè negamus. Tertiò ad id quod dicebatur, qñ ſtatutum vult alicuius ſacramento ſtandum eſſe, intelligi oportere, niſi ⁊rium probetur, ſm glo. in l.2.§.ſi abſens, & ibi Paul. de Caſt. Alex. Soci. Iaſ. ff.ſi ex noxa.cau. reſpondeo hoc eſſe verũ, vt pluribus quàm mille authoritatibus probat Andr. Tiraq. in d.tract.de retra.ligna.§.4.glo.1.& nume.1. ſed non procedere in noſtro caſu; quia nos loquimur poſt taxationem iuramentum præſtitum non poſſe probationibus conuinci, antequam iuretur,& fiat taxatio concedimus probationes contrarias ei admitti,& in ijs terminis rectè intelligantur loci ſupra citati ex Andr. Tiraq. vt in ijs terminis qõnem noſtram terminãdo intellexit Ripa in l.damnum.num.7. verſic.quartò declara.ff. de dam.infe.& ſm aliquos dixit Alber. in d.l.in actionib⁹. col. 1.in prin.& Andr. Barbat. in d.c.propoſuiſti,& ſi qui intellexerunt etiam in terminis poſt præſtitum iuramentum, vt intellexit Peruſi. in c.ſæpe.col.16.verſic.quartodecimò quærit̃, ext. de appel. non dubito dicere eos malè ſentire; quia præſtitum iuſm habet vim concluſionis in cauſa, vt dixit Bal. in l.2.col.4. verſi.ſi verò eſt iuratum.ff.de iureiur.& ſic poſt illud, tanquam poſt concluſionem in cauſa admitti probationes aliquæ non debent, vt notant Docto. in c.cum dilectus.ext.de fid.inſtru.& Moder. omnes in l.admonendi l.de iureiur.& eſt quid imputetur reo, ſi antequam fieret taxatio, & iuraretur probationes quas habebat aduerſus iuſm non fecit; vt dixit Bald. in d.l.in actionibus.§.planè.in col.2.verſ.obſcuritas eſt,& Io.de Imo.in d.c.fi.col.pen verſi.ſed põt reſponderi, vbi dixit ꝙ ſi reus taxationi non ⁊dixit, vel ab ea non appellauit, antequam iurare t̃, habet quod ſibi imputet, nec volens ⁊rium probare debet audiri,& hoc dicit fuiſſe de mente Dominorum de Rota in deciſ.284.& refert Alex. in d.§.qui damni,num.17.& Iaſ. in d.l.ſi qñ.num.30.& ad vnum contrarium Peruſi. in d.c.ſæpe.col.16. quod ſupra non attulimus, mihi placet reſpondere ſuſtinendo concluſionem noſtram, dum dicebat, ꝙ iuramentum ſubſequebatur naturam actus, cui erat adhibitum. c.per tuas. ext. de arbit. l.fi.C.de non num.pecun.& ideo vt taxatio erat reuocabilis, ita quoq; iuramentum erit reuocabile, ꝙ id non ſit verum in hoc caſu; quia iuramentum non accedit in confirmationem actus,& vt acceſſorium, & propterea naturam illius non poteſt imitari, ſed adhibetur in executionem taxationis, quæ eſt ſententia interlocutoria, vt diximus,& propterea ſuccedit alia iuris ratio, ſ. quæ militat in ſententia interlocutoria executioni mandata. Nec etiam eiuſdem Peruſini reſtrictio ad hanc concluſionem mihi placet, dum eam reſtringebat in caſu, quando poſt taxationem & inramentum nulla eſſet ſubſecutura ſententia, ſeu condemnatio expenſarum; quia in diffinitiua facta fuiſſet, nam ego indiſtinctè eam intelligo, etiam vbi ſubſecutura eſt condemnatio, prout in hoc caſu clarè loquuntur dicta iura in d.§.oportet,& in d.auth.poſt iuſiurandũ, ſm ea, quæ ſupra deduxi, fateor tamen, ꝙ ſi condemnatio expenſarum contingeret ante diffinitiuam, fieri poſſet taxatio, & iuramentum præſtitum reuocari ſimul cum ipſa expenſarum condemnatione,& hoc modo procedit dictum Innocẽtij allegatum in hoc propoſito per Peruſinum in c.cum ceſſante, verſic. vndecimò limita. col.9.extra de appel. vbi hoc dixit Peruſinus, quod dictum eſt verum, nec tunc periurium detegitur; quia condemnatio expenſarum in interlocutoria facta annullatur, ſeu reuocatur, non quia actor falſum iurauerit, ſed quia ius conſequendi expenſas a iudice aufertur, quod ius iudex põt auferre; quia iudex poteſt ius cuiuſcunque interlocutoriæ parti acquiſitum perimere,& auferre per ſuam ſnĩam diffinitiuam, vt per Petr. de Ancha. in c.fina.ext.de appell. in 6. Nec ẽt obſtat rõ, de qua per Alex. in d.§.qui damni. num.17.& ſimiles, quæ ſuadent magis ad veritatem rei, q̃ ad iuſm actoris eſſe attendendum; quia iſta ſunt vera, vbi nondum eſt iuratũ, vt ſupra eſt declaratum. Nec etiam obſtat, quod de vi probationum per euidentiam facti deduxi; quia nos non loquimur in iſto caſu ſpeciali, quando probationes per euidentiam afferentur; nam ſpãli rõne poſt concluſionem in cauſa iſtæ ꝓbationes per euidẽtiam facti etiam admittũtur, vt decidit Matt. de Afflict. in deciſ. Neapolit.152. & retractatur ẽt ſnĩa lata, vt c.fraternitatis.ext. de frigid.& malefic. tanquam conuincatur ſnĩa notoriè iniuſta, quæ ſemper eſt retractabilis. c.inter cæteras. vbi Cano. de re iud. Curt. Iuni. in conſi.97.in 2.volu. Pariſi. Card. in cõſi.54.in vol.4. Afflict. in deciſ.28.latæ, & deciſ.39.ꝓbinas.& deciſ.47 fuerunt. Lanfranc. de Oria.& alij in c.qm̃ ⁊. ext. de pro bat. Alex.& Rip. poſt alios in l.4.§.condemnatum. de re iudic.& caſus notorius ſub regula nunquam implicatur. gl. in l.1.§.hoc interdictum.ff.de tab.exhib. Vnde ſi ſtat ſtatutũ, quod appellationem ab aliqua ſnĩa interponi prohibeat, a ſententia tñ notoriè iniuſta poterit appellari vt conſuluit Bald. in cõſi.141.in præmiſſis.lib.1.in nouis. Laur. Calcan. in conſil.83. in 1.col. Iaſ. in conſi.187.in 3.vol. Hip. Marſ. in cõſi.89.in 2.vol. & in conſi.81.num.68.& in conſi.64. Alex. in conſi.106.num. 27.in 3.vol. Peruſ. in c.paſtoralis.in fi.prin.c.extr.de appel. Ioan. de Imo. in cõſi.76.vel etiam ab ea quæ dolo partis lata fuiſſet, ſm Ange. de Peruſi. in conſi.187.& propterea dictum Cardin. Alex. in d.c.cum ceſſante.num.40.verſi.13.fallit, in cõtrarium adductum non vrget; quia nos loquimur qñ in taxatione, & iuramento dolus interueniſſet, extra ergo caſum huiuſcemodi ſpecialem confirmatur regula & concluſio noſtra. l.regula. vbi Deci.& alij de reg.iur. Vltimò non obſtat, ꝙ tex. in d d.l.fi. ff.de in lit.iura. concedat de periurio quæri poſſe; & ꝙ loquat̃ etiam in iuramento veritatis, ſm Iaſonem vbi ſup. nam reſpõdeo, ſtandum eſſe communi intellectui, qui eſt, ꝙ loquatur in iuramento affectionis tñ, vt fatetur Iaſon vbi ſup. qui fundat̃ in ratione aliàs dicta; item dici poſſet, ꝙ procedat ex magna cauſa, d.l. videamus in fi.& ſic in aliquo caſu ſpeciali,& nos loquimur in caſu regulari,& ita firmamus cõcluſionem noſtrã. At reſponſiones, quas dant ad textum in d.§.oportet, & in d. auth.poſt iuſiurandum, remanent eliſæ,& confutatæ, ex iam dictis per nos, iccirco ſuper ijs non vr̃ pluribus inſiſtendum. Remanet ergo concluſio noſtra comprobata, ꝙ poſt iuſm præſtitum iudex taxationem reuocare haudquaquam poſſit d.§. oportet. d.auth.poſt iuſiurandum, quæ iura, quamuis loquãtur in expenſis taxandis vitio partis factis, in omni tñ iuꝝ in litẽ veritatis procedunt, vt fuit de mente glo. in d.auth. poſt iuſiurandum,& glo. expreſſim in hoc dicit in d.l.videamus.§.fin.in ver.ex magna.ff.de in lit.iur. quam ſequuntur ibi Bald.& Paul. de Caſt.& ſuppletur (vt dixi) tex. in d.l.ſi qñ.& d.c.fi.argu.text. in d.l.quæſitum.ff.de teſti. Huius diſputationis occaſione quę-
9 rendum eſt † qñ ⁊ iuſm præſtitum vel præſtandum probationes recipiantur, vel reijciantur, q̃ quidem qõ tam ampliſſimè pertractata eſt ab Andr. Tiraq. in d.tract.de retracta. ligna. §.4. glo.1. vt ferè ab eius tractatione me abſtinendum eſſe cenſuerim, contentus locum, vbi ille vir doctiſſimus eam tractauit, ſignaſſe ſed qñ ad rem noſtram ſpectare videbatur; & fortè magis hic deliderari, q̃ in eo Tiraquelli loco poterat, duxi aliqua de ea hic referre,& pro iuribus difficultates, quas in ea ſenſiſſem aperire. Eſt igitur ſciendum imprimis hanc qõnem originem & locum habere ex textu in l.qui bona.§.qui damni. ff. de dam.infec.dum ibi dr̃, ꝙ iuſm calumniæ per petentem caueri, ſeu cautionem de damno infecto præſtandum committitur iudicantis religioni, an deferat, vel non, vt ibi; totum tñ hoc iuriſdictioni prętoriæ ſubijciendum eſt, cui cauendum ſit, cui non,&c. nam ex eo notant Doctores, ꝙ quamuis lex dicat ſtandum eſſe ſacramento partis; tñ hoc intelligitur, niſi aliter iudici viſum fuerit, nam non debet ius aliquid inducere, quod peccati ſit nutritiuum,& quando induceret non valeret, vt ꝑ Alexand. in conſi.73.in cauſa appellationis, col.2. verſicu. quia ſtatutum.num.4.lib.6. Barto. in l.omnes populi.de iuſti.& iur. Bald. in auth.ad hæc.C.de vſur. Paul. de Caſtr. in conſi.163. ſuper primo. in antiquis. Pariſ. Cardin. in conſi.66.num.97. volu. 3.& Imo. in conſi.123.in cauſa.& Docto. in c.fin.ext.de præſcr. & ideo interpretantur noſtri Doctores, ꝙ iudex contrarias ꝓbationes debet admittere, ex quibus diſcretè atq; prudenter iudicet, an deferat iuramentum vel non; magnopere cauens ne indiſcretum iuramentum actori deferat, ita dixit Paul. de Caſt. in d.conſi.163.ſuper primo.& Ludo. Roma. in conſil.102.ſuper eo: in quo tamen diſtinguunt, vt Alex.& Imo. referunt in d.§.qui damni, per modum infraſcriptum. Aut ſtatutum dicit, ſtandum eſſe dicto alicuius, vt officialis, vel nuncio,& tunc ei ſtabitur, quouſque contrarium probetur. Aut dicit ſtandum eſſe iuramento partis,& tunc ſi dolus, vel contumacia præceſſit eius, ⁊ quem eſt iurandum, & tunc propter eius odium ex

delicto

Source : BIU Cujas

delicto cauſatum, probationes in contrarium non recipientur, aut dolus nullus præceſſit; & tunc ſi lex requirat in ſubſidium probationis, & tunc procul omni dubio licet contrariū probare; aut lex ſimpliciter dicit ſtari ſacramento, & tunc ſi ſumus in ſpiritualibus, poteſt iudex non obſtante iuramento de veritate, inquirere; ſed ſi ſumus in temporalibus, diſtinguunt, aut lex expreſſim non diſponit in caſu, de quo quæritur, ſed per quandam ſimilitudinem fit extenſio, & tunc poterit contrarium probari, aut expreſſe diſponit de caſu, de quo quæritᵘ, & tunc caſum tenent eſſe dubium. Ioan. Imo. & Alex. in d. §. qui damni, & per quaſdam rationes crediderunt, ſi crimen aliquod non ſit probatum, ſacramento partis, vel tertij ſtandum eſſe, quouſque contrarium non probetur. Sed ſi eſt probatum maleficium alterius partis inclinare videntur, ꝙ non poſſit cō trarium probari, vt eſt dictum d. auth. poſt iuſiurandum. d. §. oportet; & circa ſingula huius diſtinctionis capita plures rationes & authoritates adducunt, de eorum veritate haud particulariter inquiram, præterquam eius, quod poſtremo loco dixerunt, patebit autem de illis inferius, vbi alio ordine atque illi fecerint, hanc materiam explicabo. Ab hoc ergo capite, qđ rem noſtram plurimum attingit, exordiens, animaduertatur velim, quòd multi voluerunt, quòd quando lex, vel ſtatutum dicit ſtandum eſſe ſacramento alicuius contra eum, qui fuit in dolo vel crimine, propter eius odium in cōtrarium aliquæ probationes non recipiantur, vel aliqua probatio fieri non permittatur, vt per Alex. & Ioan. de Imol. in d. §. qui damni. Angel. in tractatu malefic. in gl. necnon ad denunciationem, num. 15. vbi eandem diſtinctionem ferè facit, quam ſupra retulimus, & Andre. Tiraq. vbi ſupra num. 28. verſi. ſextò limita, alios commemorat, qui id voluerunt, & Deci. in d. c. propoſuiſti. num. 2. verſi. prædicta concluſio, in col. 2. & refert ibi Felyn. colu. 2. Hæc opinio communiter damnatur, vt dicit Auguſti. Arim. in additio. ad Ang. in tracta. malefic. in d. glo. & Alex in d. §. qui damni col. pen. nu. 17. & Decius eam reprobat, & And. Tiraq. vbi ſupra. vbi reſpondent ad textum in d. l. pen. §. in eū. ff. ne quis eī qui in ius voc. vt exi. quem textum ibi in d. c. propoſuiſti. allegabat pro maximo alterius opinionis fundamento, dum ibi contra eximentem datur actio ad intereſſe ęſtimandum per actorem, etiam ſi is exemptum per calumniam in ius vocaſſet, & ſic in eo caſu lex videtur velle ſolum iuramentum eſſe attendendum: dicunt igitur eum textum non obſtare; quia grauitas delicti illud ibi exigit. Sed hæc reſponſio nihil releuat, alio modo etiam reſpondent, quòd ideo ibi illud obſeruatur, ꝙ in contrarium probationes recipi nequeant; quia id lex vlterius procedendo expreſſit, & ſtatuit, vbi id expreſſim non ſtatuiſſet probationes in contrarium fieri ſanè poſſent; eodem modo ſanè reſpondent ad textum in d. §. oportet, & in d. auth poſt iuſiurandum equidem dixerim ego, quòd in d. §. oportet. & in d. auth. poſt iuſiurandum. non eſt ſublata facultas probandi contrarium, ante tamen quam fiat taxatio, & iuramentum deferatur. Sed benè verum eſt poſt taxationem, & iuramentum, tanquam ſit concluſum in cauſa, vt dixi ſupra, non licere in contrarium probare. Ad textum verò in d. §. in eum. 11
reſponderem. fuiſſe ſpeciali ratione determinatum ibi, quòd non inquireret de veritate, ſed ſtaretur dicto vocantis; ne contra iuris regulam exciperetur per eximentem de iure tertij, qđ in hoc quoque caſu æquum iuriſconſulto viſum non fuit, vt & ſupra declarauimus in quarto memb. pri. part. ex eo itaque, quòd maleficium præceſſit, propter quod lex vel ſtatutum vult ſacramento actoris credi, non tollitur quin contrarium probari præueniendo iuramentum poſſit; quia nulla verba ſunt, quæ vim exeludendi probationes contrarias habeant, vt mox alio caſu dicam. Vis ergo omnis erit, ſi in lege, vel ſtatuto iuramentum pro idonea probatione recipiente, reperiantur aliqua verba, quæ non modo ipſum iuramentum approbent, verùm ēt reijciant cæteras probationes ei contrarias, propterea videndum eſt in quibus cenſeatur contrarias probationes reijcere.
10 Et imprimis non eſſe dubitandum dico, † quin ſi expreſſim & clarè ſtatutum diſponat ſtari debere ſacramento alterius, & procedendo vlterius prohibeat probationes in contrarium recipi, ſolum ſacramentum attendatur, & cætera omnia reſpuantur, facultasque probandi contrarium prorſus reijciatur, vt concludit Deci. in d. c. propoſuiſti. nu. 8. verſic. vltimò fallit, col. 3. & ibi Andr. Barbat. colu. 11. & per Hip. Marſi. in ſing. 357. extant Bal. & Saly. in l. 1. C. de reb. cred. Bald. in c. 1. verſi. credatur, tit. ſi de inueſtit. inter dom. & vaſal. lis oria. Alex. Ludo Roma. & Imo. in d. §. qui damni, & alij citati per Tiraquellum vbi ſupra nu. 18. verſi. nunc limitanda, quia ſtatuto expreſſim diſpo 12
nente non eſt recedendum. l. diem proferre. §. ſtari. de recept. arbit. & valet ſtatutum, ꝙ in aliquo caſu teſtes non poſſint reprobari, & valent iura, quę prohibent in contrarium fieri probationes ac in effectu præſumptionē iuris, & de iure inducant, cap. is qui fidem. extra de ſponſa. l. ſi qui adulterij. C. de adulte. & dixit in hoc propoſito Socin. in conſi. 380. ſtatutum mandans, in pri. fallentia. Alex. in d. §. qui damni. nu. 14. verſi. & probatur etiam vltra prædicta in col. 3. Augu. Arimin. in additio. ad Ang. in tracta. malefic. in glo. necnon ad denunciationem. Fely. in c. paſtoralis nu. 27. verſi. & generaliter dic. extra de except. & in d. c. propoſuiſti, & in d. c. ſuborta. Cępol. in caute. 104. multa ſunt, & Tiraq. Ro. Deci in locis præallegatis, alia ad hoc etiam adducunt, & Maria. Socin. in c. quoniam frequenter. §. ꝙ ſi ſuper. col. 2. verſi. item ad re. extra vt lit. non conteſt. vbi dicit eſſe communem concluſionem huiuſmodi ſtatutum a laicis conditum valere, ab eccleſiaſticis verò inferioribus conditum nō valere, iuxta reg. c. inferior. extra de maior. & obedientia. Sed Hippo. Marſi. in conſi. 33. per totum tenet conſulendo ſuper ſtatuto Bononiæ diſponente, ꝙ de furto vel damno dato ſtetur ſacramento actoris, ꝙ dictum ſtatutum non valeat etiam a Papa confirmatum, & hoc pluribus rationibus nititur probare; quas rationes arbitror parum valere, forte alicuius eſſent ponderis, quando lex vellet ipſum furtum, vel crimen, vel aliquam rem grauem per ſacramentum partis probari, ſecus ſi ſtatutum reciperet iuramentum pro ijs rebus, pro quibus etiā ius commune illud recipit, vel aliquam aliam probabilem cauſam id inducendi haberet, argumento eorum, quæ deducit latè Fely. in c. ſi num. 7. verſi. limita tertiò, extra de præſcript. ſeu dummodo manifeſtam iniquitatem non ſapiat. Quod etiam dicas, qñ ſtatutum diceret ſtandum eſſe dicto ſimplici alicuius; quia hoc tñ intelligeretur cum iuṙo, vt tenuit Socin. in d § ꝙ ſi ſuper. col. 2. Saly. in l. 2. oppo 2. C. de reb. cred. & Hippo. Marſi. in ſingul. 402. quantæ. Verùm hanc concluſionem limita ſeu declara, ꝙ ſtante dicto ſtatuto reijciente probationes contra iuramentum, probationes, quæ ⅋ præſumptionem iuris & de iure admitti ſolent, admittendæ nihilominus (vt puto) ſunt iſto caſu ⅋ iuṙm, vt dixit Alex. in d. §. qui damni. nu. 24. probationes autem, quæ ⅋ præſumptionem iuris, & de iure admittuntur, ſuius huiuſcemodi, vt per confeſſionem partis per notorium vel euidentiam facti, vt declarat D. meus Alciat. in tractatu p̄ſumptionum. §. videndum eſt nunc num. 4. vſq; ad finem; iccirco dictum eſt ſupra in hac materia ꝙ iudex poterit a reo conduci ad locum, vbi diceretur factum damnum, & ipſe per euidentiam rei æſtimare damnum, & actoris iuṙm reijcere; quia iſta probatio nō cenſetur excluſa ab hmōi ſtatuto, vt per Hip. Marſi. in l. 1. §. ſi ſerui quaſi. nu. 5. verſi. ego autem dicebam. ff. de quæſtio. vbi quàm plurima ad hoc adducit, & in rub. de proba. nu. 140. verſ. quod tamen. Bald. in tracta. ſtatut. ver. iuramentū. Arno. in epito. 25. And. Tiraq. in d. tracta. ligna. vbi ſupra num. 36. verſi. has tamen limitationes, & alijs per me ad hoc ſupra citatis. Item admittetur probatio per legaliſſimos teſtes facienda; quoniam iſta probatio aduerſum præſumptionem iuris & de iure recipitur, vt dicit Hippo. Marſi. in l. 1. §. ſi quis vltro. nu. 12. ff. de q. & in ſua practica crimin. in princ. & ſequitur Aymo. Craue. in tracta. de antiquit. tempo. prima part. nu. 256. verſi. ſimiliter, vbi citat Deci. in conſi. 575. in col. 2. & in c. poſtremo. extra de appella. & Anton. Butr. in c. vidua. extra de regu. quod eſt ſum noperè notandum; quoniam ſæpe huiuſmodi teſtes quis habere poſſet ad repellendum iuramentum actoris, quod ſequendum reiectis alijs probationibus diceretur. † Quid autem ſi ſtatutum expreſſim non dicat iuramento ſtari adeo vel le, vt probationes contrarias excludat, an contrarium probari poterit? & hoc caſu Bal. in c. 1. in colu. 1. num. 4. verſi. & facit ad ſtatutum, ſi de inueſtit. inter domin. & vaſal. ait poſſe contrarium probari, nam aliud eſt, ꝙ iuramentum ad probandum ſufficiat, aliud eſt, ꝙ aliæ probationes reijciantur, iſta ſunt valde diuerſa, vt inquit Bald in c. nonnulli. num. 11. in 3. col. ext. de reſcrip. ſtatutum ergo vnum diſponens, non cenſetur aliud ēt velle, vt poſt Abb. Dec & Fely. tradiderunt in d. c. propoſuiſti. ext. de probat. Dec. in c. cognoſcentes. in ſecunda lectu. ext. de conſtit. quia hoc ſtatutum eſt interpretandum ſtrictè, tanquā exorbitans a regulis iuris c. cum dilectus. de conſuetu. l. 2. C. de noxa. cum vulgar. & quia vice verſa facultas probationum eſt fauorabilis, & temerè non eſt coanguſtanda, l. quo niam. in fi. C. de hęre. & propterea dicebat Paulus de Caſt. in d. §. qui damni, ꝙ iſta probatio per iuramentum a ſtatuto conceſſa, nō debet plus operari, q̄ probatio per teſtes, quæ de iure communi admittiť, & nihilominus admittiť eius cōfutatio p̄ fortiores p̄bationes. l. cū de indebito. ff. de p̄ba. l. ī exercēdis. C. de fid. inſtr. & ita ēt ⅋ſiderāt Doct. in loc. p̄alleg. & eſt verū: q̄a lex diuina dicit, ꝙ in ore duorū vel triū ſtet oē verbū, c. in omni. ext. de teſti. c. relatū ext. de teſta. tamē indubitatū eſt ⅋riū p̄bari poſſe. Et exēpla in iuṙo loco p̄bōnis recepto, ſeu recipiendo uigore hmōi ſtatuti, ꝙ ⅋riæ p̄bationes in eius caſu recipiant. plura q- 12
dem poſſem afferre ex Andr. Tiraq. & alijs in locis p̄alleg. † ſed duob. impręſentiarū ſum ⅋rētus; q̄ ſup duob. ſtatutis pr̄ię meæ animaduertu alterū eſt ſup ſtatuto c. 61. lib. 1. ſub rubr de except. p̄cr. alterū uero ſup ſtatuto c. 184. lib. 4. ſub rub. de mod. p̄ban. dānū. In primo cauet, ꝙ lapſo decēnio de ſolutione debiti ſtet facto debitoris, qđ tñ ſtatutum intelligiť, ꝙ creditor poſſit ⅋riū p̄bare. ſ. ſolutionē nō fuiſſe factā, vt cōſuluit Paul. de Caſt. in ⅋i. 163. ſup primo in antiqs, & Lud. Rom. in ⅋ſi. 102. ſup eo.

& Felyn.

Source : BIU Cujas

& Felyn.in c.fi.nu.7.verſ.dixit ēt,de præſcrip.Hiero.Grat.in cō ſi.101.ex ſerie.col.fi.in vol.2.& Paul.de Caſt.in d.conſi.163. ſup primo,id plurib.probat,atq; docet iudicem, qūo poſſit indaga re ſolutionem nō fuiſſe factam,idem voluit Io.de Imo. in cōſ. 123.in cauſa.colum.pen.& Pariſ.Card.in cōſi.66.num.112.in
13 vol.3. nec iſta cōcluſio alia eget confirmatione. † In ſecundo autem diſponitur,q̄ iur̄o ciuis,qui ſit bonæ conditionis,& famæ, & talis præſumatur ⁊rio non probato, ſtetur de damno dato vſq; ad duas libras bonæ monetæ,& plenam faciat proba tionem. Sed foretano,vel forenſi credatur &c. Super hoc ſtatuto cōſuluit Dec.in cōſi.83.vbi in principio præmittit de eius validitate,& concludit,q̄ præcisè iur̄m ſit ſequendum,cæteris probationib.⁊rijs reiectis,& mouet; quia credit eam vim repellendi probationes cōtrarias habere,illa verba plenam ꝓba tionem, ſicuti, verba plenariam probationem, vt per gloſſ.in Clem.1.ext.de prob.Rom.in l.ſi duo.de acquir.hæred. Alex.in d.§.qui damni,& in l.2.§.ſi abſens.ff.ſi ex noxa.cauſ.agat.& con ſuetudine vī id declaratum,& obtentum,q̄ probationes in ⁊rium non audiant; nam notarius curiæ damnorum datorum ſolet iur̄m deferre,& recipere non citata parte,& ſm illud ſcri bit ex more condemnationem,& conſuetudo legum interpres attendit,vt per tex.in l.minimè.ff.de legib.cum concordā tib.Contrarium puto verius,q̄ ſi reus ſe defendere velit ,ꝓban do contrarium, id quidem ſibi licebit; quia illa verba ibi plenam faciat probationem,non habēt vim repellendi ⁊rias ꝓ- bationes,vt probat & conſuluit Alexā.in conſi.114. in colum. 2.verſic.nec obſtat,in vol.4.repetito lib.6.cōſi.47.quem ſequi-
15 tur Iaſon.in d.l.2.§.ſed ſi abſens,vbi dicit in ſimili ſtatuto nemi ni dubium eſſe ⁊ iur̄m,quod lex pro plena probatione recipit, poſſe probari aſſerendo ⁊trarium,& adducit rōnes, de quibus nos ſupra,& probatur per Angel.in auth.de exhib.reis,in prin. & ex ſententia eorum,qui dixerunt,probationes cōtrarias iuramēto admitti etiam qñ ſtatutum reciperet iur̄m pro plenaria probatione,vt mox dicam. Nec obſtat, quod dī de cōſuetudine,& ſtilo d.l.minimè,quoniam de ea eſſet diſputandum, quomodo ſit inducta,& præſcripta,ut diſpoſitio iuris commu nis ſit ſpernenda tanquam ſit abrogata in hoc, de quo tamen
14 agendum nunc mihi non vī.† Et ex reſolutione huius qōnis ſuper dicto ſtatuto habes hanc concluſionem,q̄ etiam quādo lex vel ſtatutum vult iur̄m recipi pro plena probatione, contraria probatio admittitur. Voluerunt aliqui, q̄ quando ſtatutum recipit iur̄m pro plenaria probatione, probationes ei contrariæ repellantur,per glo.allegatam in clem.1.ext.de pro bat.in glo.in ver.feciſſe narramus,quæ dixit,dum per eā Decre talem ſummus Pontifex mandat fidem plenariam in iis, quæ narrat ſe feciſſe,& ſuper quib,fundat reſcriptum ſuum ſibi præ ſtari,cōtrarium nō poſſe ꝓbari,fortè inquit glo.ibi hoc eſſe ꝓp vim illorum verborum,fidem plenariam hāc glo.ſequitur ibi Ioan.de Imo.& Roma.in d.l.qui bona.§.qui damni.& in d.l.ſi duo.de acquir.hæred.Iaſon.in d.l.2.§.ſi abſens.verſ.limita præ- dicta,& ibi Alex.Andr.Barbat.in c.Raynutius.col.3.ext.de te- ſta.& in l.cum acutiſſimi.colum.36.de fideic.& in tract de præ ſta.Cardi.in 2.parte.q.2.& in cōſi.2.in lib.2.& in cōſi.83. lib.3. Fely.in c.graue.ad fi.uerſi.idem ſi ſtatutum,ext.de offic.ordin. Anto.Corſ.in ſing.in ver.plenaria, & alij, quos ad hoc allegat Andr.Tiraq.vbi ſupra,num.14.verſic.ſecundò limita. Sed hęc opinio ſeu cōcluſio reprobatur per Aret.Dec.& Andr.Tiraq. vbi ſup.qui & in hac opinione fuiſſe Barto.refert,& improbat differentiam inter plenam,& plenariam: quia tantum ſignifi cat verbum plena,quantum verbum plenaria, cū promiſcuè (dicit Dec.in d.c.propoſuiſti.colum.2.) iura vtuntur iſtis voca bulis,in eadem ſignificatione,& ad hoc citat Dec.in c.qm̄. ext. de uita & honeſta.cler.c.cum inter.de re iud. c.quanquam. de cenſib. in 6. & c.quia ſæpe.de elect.in 6. & alia plura ſignat ad hoc Andr.Tiraq.ubi ſupra num.16.uer.ſed hic paululum,vſq; ad num.18.& maximè ex ipſo And.Barba. in d.l.cum acutiſſi- mi,& in conſi.17.lib.2.& in cōſi.2.lib.2. vbi in eodem ſtatuto non facit dr̄iam,an dicat,q̄ faciat plenam probationem, uel plenariam,in utroque caſu exiſtimat probationes excludi.Sed Andr.Tiraq.inter has dictiones notat hanc differentiam, q̄ al tera eſt latina,altera uerò barbara, quod eſt uerum: quoniam humaniores authores nūquam iſta dictione plenaria uſi ſunt, ſi ergo crebriori calculo Doctores cōcludunt, admitti probationes cōtrarias,quando lex,ſeu ſtatutum accipit iur̄m in ple- nam probationem,ut per Alexan.in dicto conſi.114.& Iaſo.& Alex.in dicto §.ſi habens, idem eſt dicendum, quando ſtatutum uteretur iſta dictione plenaria, quæ eſt eiuſdem ſignifica tionis. Secundò conſiderat Tiraquellus ubi ſupra.num.20.uer
16 ſicu.ſed quòd gloſſ.in d.Clemen.1.loquitur dubitatiuè,per uer bum fortè,& id non firmat. Tertiò Areti.Decius & Tiraq.di- cebant illud eſſe in Papa,pp ſummam Pontificis excellētiā ac dignitatē,cui ſoli aliàs credit.c.cum a nobis.extra de teſti.ſi ſpe ciale eſt in ſummo Pōtifice, ne de mēdacio arguatur, ergo in ⁊rium fiat regula.l.ius ſingulare.de legib.cum vulgar.& ſic vis non eſt in verbo plenaria,ſed in qualitate perſonæ,ſeu in alio; nam illud verbum plenaria,non habet vim, vt contrariam ꝓ- bationem excludat,nec valde irregulare hoc in ſummo Pon tifice exiſtimandum eſt,ſiquidem alijs in facto proprio aſſeren tibus credatur,ac teſtimonium de facto proprio ſufficiens exi ſtimetur,plenamque fidem faciat,vt per Alex.Paul.de Caſt.& Iaſ.in d.l.2.§.ſi abſens.& Thoma.Gramma.in conſi.58.nu.15. Iaſo.in l.fi.in fi.C.de ſacr.ſan.eccle.Dec.in conſi.56.& in conſi. 159.& in conſi.650.do.Alcia.in l.1.§.fi.nu.6.de ver.obli.Alex. in conſi.193.nu.12.in vol.6.Hipp.Marſi.in practica crimi.§.dili- genter.nu.131.Dec.in c.veniens.ext.de teſti.in fi.Pau.de Caſt. in l.quæcunq;.nu.11.C.de ſer.fugi.& in conſi.319.viſa.& alij ali bi,vt ergo ſummo Pontifici aliquid pluris', quam alijs tribuamus,dicendū eſt illius aſſertionem ⁊ria probatione elidi non poſſe,vel licere, maximè qñ eam facit per modum legis ex auctoritate, & iuriſdictione quam habet ſupremam in condendis legibus, quo caſu videtur procedere d.gl.in clem.1.de proba.qui quidem caſus differt valde ab eo de quo agimus,quandoquidem aliud ſit reprobare id, quod ſtatuit ex ſui poteſtate legiſlator ſeu ſummus Pontifex, aliud reprobare dictū hominis priuati,cui legiſlator decreuerit fidē plenā p̄ſtari,& ad hoc do tibi gl.ſingularem in c.fraternitatem. gl.fi.in ver.dicitur.54. diſtin.quæ dicit non admitti probationem in ⁊rium,qñ nō tm̄ præſumit ius,ſed etiam aliquid certi ſtatuit, ſecus quando ſolū præſumit,& nō etiam ſtatuit ius,& propterea de vno ad aliud, & longè diuerſum inferendum non eſt l.Papinianus.ff.de mi- no.cum vulg.quicquid alij circa hoc crediderint, ita ego iuris
15 eſſe opinor. † Quid ſi in ſtatuto diceretur iur̄o damnum paſſi omnimodam fidem eſſe præſtandam,vel omnino eſſe creden dum?& hoc caſu exiſtimarunt ⁊rium non poſſe probari, ita voluit Ludo.Rom.in d.l.ſi duo.& d.l.qui bona.§.qui damni.& And.Barb.in d.c.propoſuiſti.col.11.vbi dicit, q̄ non ſolū pro- bationes iuramento ⁊riæ reijciuntur,qñ ſtatutum id expreſſis verbis diceret,verum etiam qñ per verba æquipollentia id ca- ueret,vt quia dicat,q̄ ſtatur iur̄o omnimodo,vel q̄ omnimo- dam probationem faciat,& ſequitur Soci.in d.reg.180.fall.fi. Hippo.Mar.in d.l.1.§.ſi ſerui.ff.de quæſt.& in ſing.357,Barb.in d.l.ſciendum.de ver.obli.Felyn.in d.c.paſtoralis.nu.27.verſi.& generaliter.& refert And.Tiraq.vbi ſupra nu.22.& Dec.in d.c. propoſuiſti.col.2.nu.6.ver.tertiò fallit, vbi hanc quæſtionem diſputat,& Franc.Aret.in d.l.ſi duo,& faciunt quædam argu- menta pro hac parte,& demum reſoluunt,q̄ immo non intel ligatur per iſta verba facultas probādi ⁊trarium reiecta, & m̄i- dent ⁊trarijs.ego inclino in ſn̄iam vti tutiorem approbatam a Decio,& Tiraquello per ea,quæ ipſi adducunt; qm̄ poteſta- tem probandi ⁊trarium,quaſi id concernat defenſionem,quę eſt de iure naturali & tolli non poteſt.cle.1.de ſent.& re iud.di cere debemus nō cenſeri ſublatam,niſi, vbi expreſſim hoc lex dicat vt voluit gl.fi.in d.c.fraternitatem.in fi.diſtin.54.Nec hic referam,quæ Decius,& Tiraquellus adducunt,ſed addam vnā rn̄ſionem ad tex.in §.fi.inſti.de tutel.quo motus fuit Aretinus, vt in aliam ſn̄iam deſcenderet:dico igitur, quòd quatenus ex eo textu; quia ibi Imperator dicit tutorem a patre datum eſſe confirmandum omnino,ideſt ſine inquiſitione (inquit Impe rator ibi),arguebatur verbum omnimodo habere vim exclu- dendi inquiſitionem,ideſt probationem contrariā, poſſumus nos retorquendo hunc textum in ⁊trariam partem rn̄dere, q̄ immo probationem in ⁊trarium admittat,nam ſi iudici pro- baretur tutorem datum a patre eſſe improbum & virum ne- quam, iudex poſſet eum non confirmare, quinimmo eum a tutela remouere ei opus eſſet,vt eſt tex.in l.confirmando.ff.de confirma. tutor. vbi dicitur, quòd iudex in confirmando tutorem a patre datum debet inſpicere non tm̄,ſi voluntas te- ſtatoris in hoc durauerit,ſed etiam, ſi pupillo expedierit illum tutorem habere; iudex enim vbi videt diſpoſitionem teſtato- ris pupillo non expedire,poteſt,& debet contra eam venire,vt plenè Aym.Crau.in conſi.190.Dec.in conſi.349.Bal.in conſi. 229.viſo teſtamento.lib.4.in nouis. & id,quod dicitur ſine in- quiſitione tutorem a patre datum confirmari, intelligitur, q̄ iudex non inquirat,an ſit idoneus,vel ne, prout aliàs,vt cum a matre tutor conſtitueretur,eſſet inquirendū an eſſet idoneus. l.mulier liberis l.tutor.ff.de confir.& lex de electione tutoris a patre facta, ideo confidit, qm̄ pater bonum conſilium capit pro liberis.l.nec in ea.in fi.ff.ad l.Iul.de adulte.& propterea di ctio omnimodo,non habet vim excludendi probationes cō- trarias, ſed ut ei ſtetur diſpoſitioni & declarationi, quouſque contrarium probetur,unde alius ſit declarandus tutor,ergo in propoſito dictio omnimodo,uim habebit,ut ſtetur ſacramen
16 to,quouſque contrarium fuerit probatum. † Quid uerò,ſi lex uel ſtatutum diceret, quòd iuramentum faciat pleniſſimam probationem?an poterit contrarium probari?& Alex.in d.§. qui damni.dixit hoc caſu induci probationem iuris & de iure, ita quòd probationes contrariæ excludi cenſeantur, idem tenuerunt Barb.Rom.ac etiam plures quos adducit Andr. Tiraquel.ubi ſupra nn.21.uer.tertiò limita,& tradit Hipp.Marſi. in ſing.357 ego idem arbitrarer: quoniam ad hoc, ut iſta ple-

niſſima

25 Sciendum † est autem, ꝙ prædicta regula sic tradita, victus victori, recipit exceptionem, vt inquit Guarnerius, exceptionem facit a regula actoris contumacia, vt si actori absenti contumaciter reus condemnatur, sic eidem actori in expensis debet cōdemnari. Sed ea quæ dicta sunt, si tantum exendit reus, quātum & actor non condemnatur in aliquo minus detracto eo in residuo condemnatur. vt C. de iudi. l. properandum. §. sin autem. ex gestis iusta ignorantia, vt si credat se fouere bonam causam. Et ideo non restituet expensas. vt. C. de epis. & cleri. l. omnes. in fi. & ff. de legat. 2. l. qui solidum. §. etiam. & de peti. hære. l. illud. & in aut. de iudi. §. oportet. & ideo nō condemnāt iudices nostri temporis in expensis in causa principali nisi sint promissæ: quia præsumitur quòd bono zelo venit ad reluctandum, cum iurat de calumnia. vt C. de iura. calum. l. 2. & institu. de pœna teme. litigan. in prin. & hoc not. extra de do. & contu. c. finem. in gl. magna. & ideo quia non præsumitur immemor ęternę salutis, vt C. ad l. iul. repetun. l. fi. & extra de præsumpt. c. cum iuuentute. 26 † Item in causa appellationis si succumbat appellator, vel obtineat, sed sit contumax, cōdemnatur in expēsis: vt in aut. de his qui ingre. ad ap. §. volumus. extra de appel c. vt debitus honor. ff. de iudi. l. eum qui temerè Cum quis vocatur ad iudiciū, & nō venit nō habita distinctione, vtrum habuerit causam iustam litigandi, vel non tenetur ad sumptus: vt C. eo. l. sancimus. Et not. ꝙ expensę petuntur propter temeritatē petitoris, & de talibus loquitur hęc lex. Sed quo iure petuntur expensę in iudicio. Respondeo, si nō fuerint promissæ, petūtur officio iudicis: vt C. eod. l. properandum. §. si alterutra parte. Item scias, quòd sumptus qui facti fuerunt ante litem contestatam, debent peti in libello, alioquin iudex de illis iudicare non posset. vt infra de ædil. edict. l. ędiles. §. item sciendum & §. quòd si nolit. & §. si mancipium. Iacobus.

LANFRANCI
DE ARIADNO.
De expensis.

SVMMARIVM.

1 *Expensę multiplices reperiuntur in iure.*
2 *Victus est victori in expensis condemnandus.*
3 *Causam iustam litigandi dicitur quis habere propter veritatem incertam & celatum.*
4 *Litigare iuste seu causam litigandi iustam quis habere dicatur.*
5 *Condemnari potest quis ex duplici capite in expensis ratione victoriæ.*
6 *Emptor colono stare nō tenetur, nisi bona vēditoris conductori obligarētur.*
7 *Iuramentum calumniæ quando censeatur ab expensis excusare.*
8 *Causa iusta litigandi non excusat ab expensis ratione contractus factis.*
9 *Victus victori quando debeat in expensis condemnari.*
10 *Taxatio expensarum, tribus concurrentibus fieri debet.*
11 *Aduersarius an sit in taxatione expensarum citandus.*
12 *Iudex in sententia victū ab expensis absoluere nō potest causa nō expressa.*
13 *Compensatio mutua expensarum quo casu fieri debeat.*
14 *Victor in expensis condemnatur, si condemnatus in centum, appellans a iudice ad quem fuerit in quinquaginta damnatus.*
15 *Victor an possit appellare a iudice victum in expensis non condemnante.*
16 *Iudex non condemnans victum in expensis an faciat litem suam.*
17 *Succumbens in interlocutoria an sit in expensis condemnandus.*
18 *Iudex victum in expensis non cōdemnans in interlocutoria an possit postea eum condemnare in diffinitiua.*
19 *Expensæ quæ dicantur, ad quas reus condemnatur.*
20 *Expensæ quas victor domi fecisset sunt deducendæ, nec per victum soluędę.*
21 *Iudici delegato ad certum accedenti locum, non sunt deducendæ, quas domi fecisset expensæ.*
22 *Expensæ factæ & non fiendæ sunt taxandæ.*
23 *Expensæ factæ ab actore in recolligendo instrumentum a tabellione an sint ei reficiendæ.*
Sententia incerta in condemnatione expensarum lata est valida.
24 *Expensæ quę veniunt ratione contumaciæ quando sint resarciendæ.*
25 *Contumax in prima citatione an debeat ad trinam vsque expectari.*
26 *Iudex quando expensas reficere teneatur inquisito absoluto.*
27 *Actor ad expensas est condemnandus, si ab obseruatione iudicij absoluatur reus.*

QVm in causis soleant expensæ fieri, & interdum etiam adeo grādes, ꝙ interdum excedunt summam negotij principalis. Interdum quoque victus venit in expensis damnādus, Interdū quoque absoluendus. ideo de ipsis expensis videamus. & primò præmitto † ꝙ in iure multipliciter fit mentio de expen. nam interdum fiunt expensæ in re dotali: & de his loquitur totus titulus de impensis in rebus dotalibus factis. Quædam sunt expensæ, quæ fiunt in re empta & de his loquitur lex, in fundo. ff. de rei ven. Quædam sunt expensę quæ fiunt in litigijs, & hæc est materia nostra, in qua quidē materia habetis considerare, quòd ex duplici capite veniunt expēsæ reficiendæ. Primum caput est ratione victoriæ. Secundum caput est ratione contumaciæ. primum caput probatur in l. properandum. in §. sinautem. C. de iud. & tex. in c. finem litibus. de dolo & contu. cum multis similibus. De secundo capite loquitur tex. in l. sancimus. C. de iudi. & totus titulus. ff si quis ius dicē non obtempe. 1

Primò nanque videamus materiam expensarum, quæ veniunt ratione victoriæ, postmodum videbimus de expēsis, quæ veniunt ratione contumaciæ, & primò præsuppono regulam satis vulgarem in iure, quæ talis est. † Victus victori in expensis debet condemnari, vt est tex. in d. §. sinautem alterutra & in c. finem litibus de do. & contu. (Vbi vide Fran. Are.) Hæc regula in se habet equitatem: quia quis non dēt ab alio iustè damnum petere, vt in toto titu. ff. si quis ius dicen. nō obtempe. Vnde cū victus fecerit expendere pecuniam victori litigando damnum dedit præstando causam diminuendi suum patrimonium: & qui causam damni dat, damnum dedisse videtur. in l. qui occidit. §. qui in hac. ff. ad l. aquil. 2

Hæc autem regula fallit in causa criminali, in qua victus nō condemnatur in expensis, vt in l. nō ignorat. C. de fru. & lit. expen. nisi propter desistentiam a lite: quia tunc bene desistēs punitur in expensis, vt in l. 3. C. qui accu. pos. vel nō. Hæc est sentētia Bal. in aut. generaliter. C. de epis. & cle. Et est vera sententia.

Secundò fallit ista regula, vbi victus habuit iustam causam litigandi. Nam tunc non condemnatur in expensis ratione calumniæ, vt in l. qui solidum. in § etiā. ff. de leg. 2. Sed dicitur habere causam litigādi primò, quādo quis errauit in iure, quod est dubium, puta quia quæstio est super tali puncto, in quo sunt variæ opiniones inter docto.

3 † Secundò dicitur habere iustam causam litigandi propter veritatem incertam & celatam, vt in l. 2. & 3. ff. de condi. inde. Ecce legatarius petit legatum ab hærede, qui hæres non habebat testamentum, & restitit dicēs se nō teneri ad aliquod legatum; quia nescit, an sibi vel alijs sit relictum: in medio causæ producitur testamentum, in quo apparet legatum deberi legatario, & sic pro eo fertur sentētia, certè hæres nō condemnabitur in expēsis propter iustam causam litigandi, quæ est causa propter celatam & incertam veritatem cum non appareat testamētū.

Attendite tamen, ꝙ si post testamentum productum hæres perseuerasset in causa, debet condemnari in expensis factis post testamētum productum: in expensis factis ante testamentum productū debet absolui. & hoc; quia ante testamentum habuit iustam causam litigandi, post autem testamētum habuit iniustam causam litigādi ſm Bar. qui ita notauit in l. quisquis ifinito. ff. de postu. & ibi est casus de hoc idem tenet Ang. in l. destitisse. ff. de iudi. ex quo inferūt ipsi, quòd si habēs iustam causam litigādi apertis attestationibus vel productis instrumētis adhuc perseuerat: litigator debet cōdemnari in expēsis factis post aperturam attestationū: in reliquis autem absolui, & hoc quia post aperturam attestationū vel post productionem instrumentorum incipit scire se habere iniustam causam litigandi.

4 † Tertiò dicitur quis habere iustam causam litigādi, quādo quis antequā inciperet litigare, habet cōsilia sigillata aliquorū volentiū doctorum cōsulētium pro eo: nam tūc si precedētibus talibus consilijs incipiat litigare & succumbat: nō poterit condemnare in expēsis. istud est dictū sing. Ang. in l. terminato. de fructi. & lit. expen.

Quartò dicitur quis habere iustam causam litigandi, quādo produxit multos testes, qui deposuerūt ꝓ eo, & hi si reperti infames vel excommunicati, vel alio modo inhabiles, & succumbat, nō posset cōdemnari tūc in expēsis ſm Bal. qui ita notauit in d. aut. generaliter. qđ intelligite secundum cūdem Bald. nisi

suspicio

Lanfranci de Ariadno. De expensis.

ſuſpicio eſſet contra producentem: nam tũc etiam cõdemnaretur in expẽſis. Quintò dicitur quis habere iuſtam cauſam litigãdi, quãdo aduerſa pars probauit per vnũ teſtẽ, & in ſupplemẽtũ probationis eſt ei delatũ iuramẽtũ: nam tũc ſi ſuccumbẽs habeat aliquas cõiecturas pro eo, puta vnum teſtẽ, poſſit cõdẽnari in expẽſis: ſi autẽ nulla foret cõiectura pro ſuccumbẽte & delatum eſſet iurm in ſupplemẽtum probationis aduerſario, & cauſa eſſet ĩ facto proprio, dẽt ſuccũbẽs tũc cõdẽnari in expẽ. ſecus ſi cauſa eſſet in facto alieno: ita determinat Bald. in d. aut. generaliter. Clarum nanq; eſt, ꝙ ſi actor probauit, reus nihil, cõdemnari debet reus in expẽ. Similiter & ecõtra, ſi actor nihil probauit, debet in expẽſis cõdẽnari, & qđ dico de actore & reo, intellige de omni eo ad quẽ ſpectat onus probãdi: qui ſi nihil probat, debet in expenſis condemnari. ita determinat Bald. in d. auth. generaliter.

5 †Notate ſing. circa materiam expẽſarum, ꝙ ratione victorię quis põt condẽnari in expẽſis ex duplici capite, vel ex capite ꝑſumptæ calumniæ, & ſecundum hoc ĩtelligite omnia quæ ſ. dixi. Item poteſt quis cõdemnari in expẽſis ex capite temerario: temeritas enim nullum præſupponit dolum in ſuccumbente, neque malitiam, ſed quãdam fatuitatem importat. Ita dicit Io. And. in c. j. de ſen. excom. lib. 6. quem ſequitur Ang in l. eũ quẽ temere. ff. de iudi. qui tex. eſt melior quam alius probãs de iſtis expẽſis ratione temeritatis. Et breuiter quis debet cõdemnari in expẽſis ratione temeritatis, quia quotieſcunque quis errat in iure dicitur in culpa, vt in l. liberorũ in §. notãtur. ff. de his qui not infa. Item quis debet condemnari in expẽſis ratione temeritatis quotieſcũq; venit ad iudiciũ, & nõ fecit omnia quæ debuit, antequam veniret ad iudicium. Iſtud eſt dictum ſingu Bar.
6 in l. properandum in §. ſinautem. C de iudi. † Ecce exemplum: nam vos habetis, ꝙ emptor nõ tenetur ſtare colono, vt in l. emptorem. C. locati. niſi eſſent obligata omnia bona vẽditoris cõductori, vt no. Bar. in l. vnica. §. qđ agit ff. de ſuperficiebus. exemplum, locator vẽdidit domum extraneo, cuius locatoris bona erãt pignori obligata cõductori, emptor venit ad iudicium & impetrat præceptum, quod fit cõductori de vacuãdo domũ intra tres dies: & fiũt multę expẽſę tãdẽ producto inſtrumẽto locationis per cõductorem, in quo apparẽt bona locatoris fuiſſe ſibi obligata &c & per cõſequẽs emptor tenetur ſtare colono: certè emptor debet cõdemnari in expẽſis: & ita vidi propter dictum Bar. quia iſte emptor antequam veniret ad iudicium nõ fecit omnia ea quæ debuit: nam debuit adire ſuũ aduocatum: debuit & etiam interrogare locatorem de forma locationis. Et ſi locator dicat ſe nõ recordari, ſaltem adeat notarium, qui fuit rogatus de inſtrumento: quia ad inſtantiam cuiuſlibet præ tendẽtis intereſſe, debet facere copiam volẽti, vt not. per Angel. in l. ſi quis ex argentarijs. ff. de edend. Aliud exemplum ponamus, aliquis agit ratione preſcriptionis, quam putat eſſe completam, in qua plura requiruntur, & nõ probat de omnibus requiſitis in præſcriptione neq; capitulat bene, ita ꝙ ſuccumbit: certe debebit cõdemnari in expenſis. ſ. quia errauit in iure; quia nõ putabat illud omiſſum requiri in præſcriptione. Item quia nõ fecit omnia quę debuit, antequam veniret in iudiciũ: & ſic condemnatur in expenſis ratione temeritatis.

7 Ex quibus infertur †ad deciſionem queſtionis, vtrum iuramẽtũ de calumnia excuſet a cõdẽnatione expẽſarum. Nam licẽt excuſet cõdemnationẽ expẽſarum ratione præſumptæ calumniæ: nõ tamẽ excuſat cõdemnationem expẽſarũ ratione temeritatis, quæ temeritas cauſatur ex ignorãtia. Iſtam opinionẽ tenuit Io. de Imo. in c. finem litibus. de dolo & cõtu. quam dicit fore cõem. Idem tenet Bart. in l. j. §. j. ff. ad turpil. licet ipſe cõſuluerit cõtrarium & malè. idem tenuit Bal. in auth generaliter, præalleg. Pro qua ſnĩa facit ratio incõuincibilis. Nam de iure vna ꝑſumpto tollit aliã ꝑſumptionẽ, vt in l. diuus. ff. de reſti. in integ. Vnde fateri poſſumus, ꝙ ex iuramẽto calũniæ naſcitur pręſumptio, quòd quis cauſam iniuſtè nõ mouet cũ poſtea iurãs ſuccũbit in cauſa præſumitur ꝑ hãc ſuccũbẽtiã iſtũ iniuſtè mouiſſe litẽ. Et hæc pręſumptio tollit aliã præſumptionẽ inductam ex iuramẽto calũnię. & ſic cõcludite victum victori debere cõdẽnari in expenſis, etiam ſi iurauerit de calumnia.

8 †Aduerte tñ, quòd expẽſę quæ debẽtur ratione cõtractus, puta ex promiſſione, vt fit quotidie in inſtrumẽtis; qa promittit reſtituere eũ oĩbus expẽſis, iuſta litigãdi cauſa nõ excuſat ab iſtis expẽſis, immo nõ obſtãte quòd victus habuerit iuſtã causã litigãdi, debebit in expẽſis cõdẽnari. gl. eſt ſingu. in l. 3. §. ſi rem. ff. de leg. 3. & ibi hoc Bar. quòd ſuccumbẽs in cauſa appellationis quj obtinuit in cauſa principali debeat in expẽſis cõdẽnari.
9 Cõcludite ſm Inn. c. finẽ litibus. de dolo & cõtu. †aut ſentẽtia in cauſa appellationis eſt lata ex nouis ꝓbationibus, victus non debet cõdẽnari in expẽſis: quia iſte victus errauit in facto putãs aduerſarium amplius non poſſe probare, & ignorãtia facti & nõ iuris excuſat, vt in c. cum ignorãtia. de re iudi. lib. 6.

Aut ſentẽtia eſt lata in cauſa appellationis ex antiquis probationibus factis in cauſa principali: & tunc victus debet cõdemnari in expẽſis, licèt obtinuerit in cauſa principali, quod eſt notãdum. & eſt ratio: quia victus errauit in iure putãs ſe probaſſe Ignorãtia iuris nõ excuſat, vt ſ. dixi. Hãc ſententiã ſequitur Inno. in d. c ignorãtia iuris Idem tenuit Bar. in l. generaliter. in §. ſententiam. C. de reb. cre. & eſt communis ſententia.

Quæro iterum, nunquid iudex poterit ſibi reſeruare cõdemnationem expẽſarum. Dicite quòd nõ, ſed taxationem bene poteſt ſibi reſeruare hoc modo, cõdemnamus in expẽſis taxatione nobis reſeruata. Idem tenet gl. in d l. terminato. quam ibi cõmuniter ſequũtur Docto. (Vide Fel. in c. ſignificauerũt. in 6. col. poſt prin. ibi licèt. infra de excep. vbi etiam quid in interlocutoria, an iudex expenſarum cõdemnationẽ ſibi reſeruare poſſit. ibi, in 5. col. poſt medium. in ver. primum. vbi etiam an poſtquã ab eo eſt appellatum taxare poſſit, & an cõdemnatio expẽſarũ nõ præcedẽte taxatione ſit nulla.)

10 †Et notate, quòd in taxatione expẽſarũ tria debẽt cõcurrere per ordinem. Primò iudex debet taxare expẽſas. Secũdò victor debet iurare ſe illas feciſſe. Tertiò iudex debet delato iuramẽto ferre ſentẽtiã ſuper iſtis expẽſis declarãdo. Hæc tria probãtur in auth. poſt iuſiurãdũ. C. de iud. & ibi hoc tenet Bal. vnde ſi victor iuraret primò de expẽſis factis, poſtmodũ iudex taxaret: nihil valeret, ita dicit text. ad literam in auth. poſt iuſiurãdum. & ſequũtur docto. & eſt ratio, quia ſi hoc fieret, detegeretur periurium iurãtis, quod eſſe nõ debet. Et iudex tamen poſt delatum iuramentum & taxationem declarauerit per ſententiam ſuam expenſas in minus: tũc nõ valet ſententia ſm Inno. qui ita notauit in c. fi. qđ met. cauſa. tamẽ taxatione facta & etiã præſtito iuramento per victorem antequam declaret expenſas per ſe taxatas per ſententiam ſuam iudex reuocaret tãquã minus legitimam taxationem, poterit tñ victus appellare ab huiuſmodi taxatione expẽſarum, ſi in totum ſe putat in nihilum tenere, vel in parte, ſi putet exceſſum eſſe factum in expẽſarum cõdẽnatione. Sed hoc caſu debebit exprimere quãtitatẽ exceſſus, aliàs nõ valet appellatio. ita dicit Innocẽ. in d. c. fi. quẽ ſequitur Bald. in d l. terminato. (Vide domi. Alexand. de Imo. in l. ab executore. ff. de appellatio.

11 Quæro vlterius †nũquid in taxatione expenſarum debeat citari aduerſarius. Dicite aut victus comparuit tẽpore latę ſentẽtię in cauſa principali, & tũc debet citari ad vidẽdũ fieri taxationẽ, aut fuit cõtumax ad audiẽdũ ſentẽtiã. Et tũc fuit citatus ad horã requireret citatio ad taxationẽ Si aũt fuit citatus ad diẽ, & in alia die fiet taxatio, nõ eſt neceſſe, quòd citetur. ita determinat Bal. in d. l. terminato. quod ẽt tenẽt Canoniſtę ĩ d. c finem litibus. de dolo & cõtu. Quæro quis habeat taxare iſtas expẽſas. Dicit quòd iudex qui tulit ſentẽtiam. vel etiam eius ſucceſſor, qui eadẽ perſona cẽſetur reſpectu dignitatis, vt in l. proponebatur. ff. de iudi. & in c. ſi gratioſe. de reſcrip. lib. 6. Item ordinarius habebit taxare expẽſas, in quibus eſt facta cõdemnatio per delegatum, nõ autem delegatus taxabit, quia functus eſt officio ſuo per ſnĩam, ita determinat Bal. in d. l. terminato. ſubijciẽs quòd ſi arbitrator cõdemnauerit in expenſis. & poſt ſentẽtiam adhuc duret tempus compromiſſi, poterit adhuc tũc taxare. Si autẽ eſt finitum tẽpus compromiſſi, & tũc nõ poterit taxare, ſed iudex ordinarius tũc habebit taxare, argumẽto legis, a diuo Pio. in prin. de re iudic.
12 †Sed quæro, pone quòd iudex tulit ſentẽtiã & abſoluit victum ab expẽſis, nũquid tenebit talis abſolutio. Dicit quòd nõ, niſi ſit expreſſa cauſa. puta dicat propter iuſtam cauſam litigandi, tex. eſt ad literam in d. auth. poſt iuſi urandum.

Sed diceret quis. pone quòd iudex nec abſoluit, nec cõdemnauit, quid iuris in hoc caſu, an victor poterit tũc petere expẽſas a victo, Dicite quòd nõ, nam ſi iudex omiſit cõdemnare in expẽſis ĩ ſentẽtia cauſæ principalis nõ amplius poterũt peti expẽſæ, caſus eſt ad literam in d. l. terminato. & eſt ratio, vt in text. ibi, ne finito negotio lis noua oriatur. illa ratio eſt etiam, quia illæ expẽſæ veniũt officio iudicis mercenario, quod officium extractum eſt per ſentẽtiam in cauſa principali, ita determinat Bar. in l. à diuo Pio. in §. ſentẽtiam Romę. ff. de re iudic. Hoc fallit, vbi de forma decreti, vel ſtatuti cauetur, quòd victus victori debeat cõdemnari in expẽſis, tũc quis poteſt petere expẽſas cõdictione ex lege, etiam ſi nõ fuerit cõdemnatus per iudicem. Iſtud eſt dictum Bar. in l. 3. in §. ſi rem. ff. de leg. 3. iſtud eſt dictum Ange. in d. l. terminato. quod tene menti, quia vidi ſemel cõtrarium terminatum.

13 †Quæro vlterius, iudex dixit in ſentẽtia victum victori cõdemnamus in expẽſis. modò vtraq; pars dicit; quia vnus obtinuit in vno, & alius in alio, vel etiam in vno eodemque capitulo pro parte obtinuit vnus & pro parte ſuccubuit alter. Dicite quòd fiet mutua compenſatio, ita quòd neuter alteri tenebitur, quod procedit taxatione facta per iudicem ad inſtantiam vtriuſque partis in ſingulo capitulo, in quibus obtinuit ſententiam & victoriam, & ſi expenſę ſint æquales, ſecus aũt vbi alter fuiſſet ſollicitus ad faciendum taxare pro parte ſua, & alter fuit negligens, quia nunquam fecerit taxare: nam tunc ille, qui fecit taxare habebit expenſas, alius nihil habebit, cũ de liquido ad nõ

liquidum

Source : BIU Cujas

liquidum non possit fieri compensatio,vt in l.fi.C.de compen. (Vide omnino D.Alexan.de Imo.in l.qui Romę.§.duo fratres. xiij.col.de verbo.oblig.pro qua materia etiam vide Matth.Ma. ſ.in not.verſ.4.) Item vbi expensæ in vno articulo essent maiores quàm factæ in alio,in quo obtinuit aduersarius, tunc nō fiet compensatio,sed condemnabitur aduersarius in eo in quo expensæ alterius partis factæ sunt in plus compensatis reliquis expensis in articulo in quo obtinuit aduersarius. ita determinat Bal.in d.l.terminato.

Sed dubito retento prædicto casu,si iudex dixit,victū victori condemnamus in expensis,& iudex expressit quantitatem in ipsa condemnatione,qualiter hęc res intelligitur. hanc quæstionem nemo tangit,puto tamen dicendum ex s̄.dictis,ꝙ si expēsę ęquales sint,ꝙ tunc fiet mutua compensatio. Sinautem erūt inęquales,& vnus casus absorbeat maiorem partem litis.ille dicatur victor & consequatur expensas, si suæ expensæ excedant expensas aduersarij sui: ergo bene facit iudex, si cum acciderit ita litigatorum vni obtinere in vno capitulo & alteri in alio,& expēsę sint ęquales,dicat hoc modo, ambas partes ab expensis absoluimus ob mutuam victoriam compensatione habita. ita dicit Inno.quem sequitur Ioan. de Imo.in d. c. finem litibus. quem etiam sequitur Bal.in d.auth generaliter.

14 Vnum singulare † nō omitto, ꝙ si lata sit sententia condemnatoria in cētum,& victus appellet,& iudex appellationis solum cōdēnet illum victum in quinquaginta: aduersarius eius.ſ. victor debebit cōdemnari in expēsis:quia iniquè ille victor petijt cētū, cū nō deberet habere nisi quinquaginta : nec hic potest habere locū mutua compēsatio:quia istud capitulum est indiuiduum.Ita dicit singu.Innoc.in d.c.finem litibus.qđ multum commēdat Iode Imo.illud autem est no.digniſſimum,ꝙ si quis petat in iudicio cētum,& nō fiat cōdemnatio in iudicio,nisi in quinquagin ta:victor debet cōdēnari in expēsis,casus est expressus in c. vnico.de plus petitioni.Et est ratio,quia plus petit re.

Vlterius facite hāc cōclusionē, ꝙ si appellās succumbat in causa appellationis , qui etiam succubuit in causa principali, semper est cōdemnādus in expēsis. hæc est ratio Bald.in l.fi.C. quando prouo.non est necesſ.

† Iuxta pręmissa quæro,iudex nō cōdemnauit victum in expēsis:nūquid victor propter hoc poterit appellare, quia victus nō est in expēsis cōdemnatus? (Vide Ro.in dec. cccl vij. si auditor.in no.vbi tenet indistinctè appellari. Cardi. in cle.sępe.§.fi. pe.q.de ver.sig.dicit,ꝙ lex fi.alle.hic per Lanfrā. habet locum, quando victus appellat:tūc enim victor nō appellat,sed sufficit ꝙ inhæreat appellationi victi,& iudex appellationis reformabit sniam,sed si victus nō appellet,pōt victor appellare ab omissa cōdēnatione expēsarū,qđ ēt tenet Car.in c.Nicolao.j.de appel.Et adde Fely in c.significauerūt.de excep.lib.6.) Dicite secūdum Cy.& Bal.in l.fi.C.quando prouo.nō est ne.ꝙ si victus appellauit in eo in quo est cōdemnatus: tūc victor nō potest appellare respectu expēsarum,& si appellat superuacua erit appellatio.Et est ratio,quia iudex appellationis ad quem appellauit victus habebit cognoscere, vtrum victus debuit cōdemnari in expēsis vel ne.Vnde si apparuerit debuisse cōdemnari cōdemnabit:nam iudex appellationis habet reformare sentētiam latā in causa principali,vbi viderit expedire.Et ideo superuacuè per victorem appellatur,vt s̄ dixi.Si autem victus nō appellasset in eo,qđ esset cōdemnatus,tūc bene victor posset appellare eo respectu,ꝙ nō esset cōdemnatus victus in expēsis,& probatur prima pars in d.l.fi. in 1. responso. vbi Cy. & Bal. similiter dicunt, ꝙ si actor petat centum,& reus fuerit cōdemnatus tantum in quinquaginta,& in alijs quinquaginta fuit absolutus,si reus appellauit ratione cōdemnationis de quinquaginta , nō poterit actor appellare respectu absolutionis ab alijs quinquaginta,ita probatur ad literam in d.l.fi.in vlti.respōso.& ratio est. quia iudex appellationis de quinquaginta habebit cognoscere de to-
16 to negotio;vt s̄.dixi.† Sed pone,ꝙ iudex nō cōdemnauit victū in expēsis in casu,in quo debuit cōdemnari: nūquid faciet litē suam iudex.(Vide Pet.de Suza in l.nō quicquid.§.j.ff. de iudi. vbi an teneatur ad interesse. Et adde, quòd absoluēs repetit ab eo,quem debuit cōdemnare.Bal.in addi.ad Spe.in titu.de expē. ver.possunt expēsæ.si nō omittit.Ale.in l.2.C.de fru.& lit.expē. & 2.q.j.c.in primis.Et vide Fely.in c.significauerūt.j. de excep.) Dicite secundum Bar.in l.4 in §.hoc autē.ff.de dam. infec. quē sequitur Bald.in d.l.fi.Aut fuit petitum,partem cōdemnari deberi in expēsis:& tūc si iudex omittat,faciet litem suam, vt in l. properandum.§.sinautem.C.de iudic.Aut nō fuit petitum per partem aduersam debere victum condemnari in expensis: & tūc si nō cōdēnet nō faciet litem suam : quia iudex nō tenetur impartiri officium suum nisi petitus , vt in d.§. hoc autem. Tamen iudex hoc casu si voluerit,poterit victū in expēsis cōdēnare,etiā si nō fuerit petitū,qa ea quę emergūt post litē cōtesta tā spectāt ad officium iudicis,vt in l.ędiles.§.fi. ff. de ædili. edic.

17 Quæro vlterius † vtrum succumbēs in aliqua interlocutoria debeat condemnari in expēsis. Respōdeo,quòd si interlocutoria feratur super aliquo articulo iuris,victus nō debet cōdemnari in expēsis. Secus si super articulo facti,ita determinat Cyn.in l.Polla.C. de his q. vt indi.& tenet Bal.in d.l.fi.præalleg. Ideo vbi est articulus iuris victus nō potest in expēsis cōdemnari, quia est tale , qđ potest statim per iudicē expediri.ita quòd expēsę nō sunt necessariæ, cùm ius sit certū. Et potest poni exemplum , si facto sequestro pars veniat & dicat velle reuocare sequestrum per satisdationē, aduersarius dicit per satisdationem nō posse reuocare sequestrum,& iudex interloquitur posse reuocare, certè victus non cōdemnabitur in expensis, quia an posset reuocari an nē, stat in puncto iuris.

18 † Notādum est etiam,quòd vbi iudex nō cōdemnauit in expēsis victum in ĩterlocutoria, poterit postea cōdemnare,si obtineat etiam in diffinitiua sentētia.Si autem nō obtineat in sentētia diffinitiua,nō poterit victum cōdemnare.Ita not.Ang.in l.terminato.præalleg.Et ideo sit cautus ille, qui obtinuit in interlocutoria,vt faciat statim aduersarium in expēsis cōdemnare:quia si postmodum succumbat in diffinitiua nō posset.& est etiā notādum, ꝙ vbi quis succumbit etiam in interlocutoria, quæ nō sit iuris,cōdemnatur in expēsis, si victus nō habeat iustam causam litigādi:& an habeat iustam causam litigādi inspicitur ratione illius articuli,super quo est lata sentētia interlocutoria,non autem respectu totius causæ.Ita tenet Inno.in c.finē litibus,de do.& contu.

19 Quæro nunc vlterius † quæ sint illæ expēsę,in quibus victus debet condemnari.Respōdeo secūdùm Inno. in d. c. finē litibus. de do.& contu ꝙ sunt expēsæ necessariæ ad causam , non autē vtiles,& sic expensæ factæ in aduocatis,& in procuratoribus,& in itinere,& in hospitijs &c.vt in l. nō ignoret. C. de fruc.& litis expen.Nec debēt cōsiderari expēsę nimis delicatę, sed mediocres,vt in l.si seruus.in fine.ff.de pig.actio.Ideo si rusticus qui solitus est ire pedester, voluisset accipere vnum equum ad vecturam causa veniēdi de rure ad ciuitatem causa litem suam sollicitādi, hæ expēsæ nō veniūt in refectione, vt est gl.singula.in l.idemq;.in §.idē Labeo.ff.manda. Nam inspiciēda est cōsuetu
20 do patrisfamilias,vt in l.vel vniuersorum.ff.de pig. act. † Est autem in his expēsis aduertēdum,ꝙ debēt deduci expēsæ quas victor fecisset domi,illud qđ postea supereſt venit in refectionē expēsarum.tex.est in l.sed si. in §. qđ aut.ff. de peti. hære. & in l. sed si.§.j ff.ad exhibend.Ita tenet Ang.in d.l.terminato. & in d. §.quod autem. Et hæc sunt vera,vbi expēsæ veniūt ratione interesse puta ratione victoriæ,vt est in materia nostra : Vbi autē expēsæ venirēt ratione cōtumacię,de quibus ĩ c.debemus: tūc nō deducūtur expēsę,quas quis fuisset domi facturus. eodem modo nō deducūtur expēsæ,quas quis fuisset domi.quando expensę veniūt ex dispositione legis,veluti est in episcopo visitāte monasterium,cui debentur expēsę;nā nō dicūtur expensę, quas fecisset domi:& sic etiam in testibus , qui proficiscūtur ad locum iudicij causa testimonij ferēdi quibus debētur expensę integrę,nō in eo,quod expēdissent domi,vt in l.3 in §.Sabinus. ff.de testib.& in l.quoniam liberi.C.eod.Nam debebūtur expē-
21 sæ integræ,nō detracto eo quod expēdisset domi. † Et idem in iudice delegato,qui accessit ad certum locum,vt ibi ferat sentētiam cui debētur expēsæ,certè nō deducūtur expēsæ,quæ fecisset domi.ita not.singu.Io.An.in ver.moderatas. in c. statutum. lib.6.quem Ang.sequitur.in d.§.quod autem.

Est quoq; aduertēdum ꝙ si aduocatus peragat propriā causam & litē obtineat, & cōdemnatus in expēsis sit aduersarius, nō poterit pro expēsa computare id quod expēdit in vno alio, si ipse nō fuisset aduocatus.gl.est singularis in l.fina. C. de fruct. & lit.expen.

22 † Attendite etiam,quòd iudex solum habet taxare expensas factas non autem faciendas;ita determinat Innoc.in c.cum venisset.de eo qui mit.in pos.causa rei seruan.Quem sequitur Angel.in d.l.terminato.

Vnum commemoro notandum,videlicet ꝙ si testes extra iudicium iactauerunt scire veritatem : & postmodum recesserunt, vel sunt mortui pēdēte iudicio ante eorum depositionem: si volens producere testes succumbat,eo ꝙ nō potuit per eos probare,quia mortui vel absentes, nō cōdēnabūtur in expēsis : ita not Bal.in l.nō ignorat.C.de fruct.& lit.expē. Subijciēs ibidem Bal.ꝙ si citauerit aliquem temerè, puta quia citauerit Ioannē de Gādino cū plures sint Ioānes de Gādino in Crema , & citatus nō est ille,qui debuit citari,debebit ideo actor in expēsis cōdemnari.eodem modo si erratum est in nomine; citati ita determinat Bal.in d.l.nō ignorat.& in l.sancimus.C.de iudic.

23 † Vlterius quæro,nunquid actor,qui fecit expēsas in recolligendo instrumentum a tabellione,possit petere sibi tales expēsas refici.Respondeo secundum Bal.in d.l. non ignorat. quòd sic,si debitor fuit in mora,puta per interpellationem vel interpositionem diei elapsæ,aliàs non.

Et quippe vnum singulare est notandum in condemnatione

Source : BIU Cujas

ne expensarum; quia sentẽtia lata in expẽsis valet etiam incerta secundùm Inno. qui ita not. in c. finem litibus. de do. & contu. Hæc satis quò ad materiam expẽsarum quæ debentur ratione victoriæ &c. Nunc videamus de expensis quæ veniunt ratione contumacię. Et præmitto, ꝙ tales expẽsę possunt peti siue corã iudice ordinario, siue coram iudice delegato, vt not. Bald. in l. sancimus. C. de iudi.

Item præmitto secundum eundem Bal. ibidem ꝙ tales expẽsę possunt peti per edictum, si quis ius di. nõ obtempe. Item possunt peti officio iudicis mercenario. Item tales expẽsas quis potest cõsequi per clausulam iudicati, vt in d. l. sancimus. Tertiò præmitto, ꝙ dictę expẽsę, ita veniũt reficiẽdæ ex parte actoris sicut rei; quia vterq; possit esse contumax. Quartò præmitto, ꝙ dictæ expẽsæ veniũt reficiẽdæ per fictum contumacem sicut ꝑ verum: ita tenent docto. in d. l. sancimus.

24 † His sic præmissis quæro, quando debeãt refici istæ expensæ, quæ veniũt ratione contumacię. Respondeo secundùm doc. in d. l. sancimus. ꝙ possunt refici in qualibet parte litis; cum in qualibet parte litis quis possit esse contumax: secus in alijs expensis, quæ veniũt in totali lite: quia illæ reficiuntur in fine litis, vt in l. properandum. §. sinautem. C. de iudi. particulares autem expẽsę quæ veniũt ratione victorię possunt refici in singulo capitulo. & si fuerit omissum, potest appellare in quacunque parte litis, vt notat Bal. in dicta l. sancimus.

25 Quæro vlterius † quis fuit contumax in prima citatione, an debeat condemnari, an verò debeat expectari trina citatio. Dicite secundum Bal. vbi s. ꝙ ad primam citationem debet condemnari in expensis.

Vlterius quæro, an finita instantia possint peti tales expensę. Respondeo secundum Pe. quem sequitur Bal. vbi supra ꝙ non.

Vlterius quæro, vtrum quis possit condemnari in dictis expẽsis sine aliqua citatione. Inno. tenet ꝙ sic in c. cum dilecti. de dolo & contu. Et idem tenet Bal. in d. l. sancimus.

Vlterius quæro, vtrum condemnatus in expensis ex contumacia possit appellare. Respondeo ſm Cyn. ꝙ sic, quãdo contumacia est causa debiti: secus autem si contumacia est causa pronuntiationis: quia tunc non appellat: ita no. Cy. in d. l. sancimus.

26 † Finaliter quæro, vtrum iudex teneatur ad reficiendas expẽsas inquisito, qui est absolutus. (Vide Do. Alexan. de Imol. in l. j. ff. ad turpil. vbi quando iudex procedit ex officio. & Car. in cle. sæpè. §. fi. 7. q. de verb. signi. & Ant. de Bu. in c. dilecti. infra de do. & contu. & quid in accusatore. vide Fely. in c. accedens circa fi. 3. col. de accu. ibi. 8. not.) Respondeo secundum docto. in d. l. sancimus. quòd sic, si processerit nullis præcedentibus iudicijs, neq; fama, aliàs non intelligite omnia supradicta de expensis ratione contumaciæ, siue sit contumax in non veniendo, vt in aut. qui semel. C. quomodo & quando iudex. Siue sit contumax; quia venit, sed non stetit: vt in l scire oportet. §. sufficit ff. de excu. tuto. Siue venit & stetit, sed noluit respondere, quo casu etiam dicitur quis contumax, & potest denegari iurisdictio tali contumaci, vt in l. sed si per prætorem. §. sed si de certo. ff. ex qui. cau. maio. Per quem. §. dixit singu. Bal. in l. consentaneum. C. quomodo & qñ iudex. Quòd iudex potest denegare iurisdictionem contumaci in alia causa, in qua non est contumax, dummodo sit inter easdem personas, inter quas fuit causa, in qua fuit contumax.

Addite pro complemento huius materiæ, vnum qđ voluit Innocen. in d. c. finem litibus. videlicet quod vbi fertur sentẽtia absolutoria ab obseruatione iudicij, debet actor in expensis cõdemnari. similiter dixit Bal. in l. properandum. §. illo proculdubio. C. de iudi. Quòd vbi est lapsa instantia, iudex adhuc durat, quò ad condemnationem expensarum, quia condemnare debet actorem in expensis. nec est necessarium pronunciare instãtiam esse peremptam, nisi solum declaratiuè, secundum ꝙ ipse notauit in d. §. proculdubio. & rectè ibidem in tex. probatur. Et ex his finem facio in hac spacioſa rei iudiciariæ materia, in qua si quid bene dictum & positum reperiatur, Deo laus sit & gloriosę virgini Marię ac beato Ioanni Baptistę. Si autem aliquid minus bene dictum repertum fuerit, me humiliter vniuscuiusque correctioni subijcio.

FIDERICI SCHENCK.

De expensis in iudicio factis.

SVMMARIVM.

1 *Victus victori in expensis condemnandus est.*
Sententia pro absente actore lata expensarum condemnationem continere non debet.
2 *Iuramentum de calumnia excuset necne ab expensis.*
3 *Litigandi causam probabilem habens non est in expensis condemnandus.*
4 *Probitas vitæ excuset necne ab expensis.*
5 *Doctorum opinionem secutus non est in expensis condemnandus.*
7 *Expensarum condemnatio ob negotij varietatem nonnunquam remittitur.*
7 *Damnum fecisse videtur, qui occasionem damni præstitit.*
8 *Exceptionem dilatoriam opponens ad processum retardandum, est condemnandus in expensis non expectata diffinitiua sententia.*
9 *Processu retardato occasione exceptionis peremptoriæ propositæ, expensæ non veniunt in condemnationem ante diffinitiuam sententiam.*
10 *Exceptio peremptoria obijci & probari potest, posteaquam actor intentionem suam fundauerit.*
11 *Attestationibus publicatis non admittitur probare volens directè contrarium.*
12 *Contumax in expensis condemnatur non expectata diffinitiua sententia.*
13 *Contumacem quid præstare necesse sit, si audiri velit.*
14 *Appellans victus in causa appellationis an & quando sit in expensis condemnandus.*
15 *Appellatus succumbens in causa appellationis an sit in expensis condemnandus.*
16 *Expensarum condemnatio moderata esse debet.*
17 *Expensarum in iudicio factarum appellatione quid veniat.*
18 *Expensæ petantur ne iure actionis, an veniant officio iudicis.*
19 *Iudex si expensarum condemnationẽ omiserit, an eas de suo resarcire debeat.*
20 *Expensarum condemnationem in sententia omissam possit ne iudex repetere.*
21 *Expensę quomodo probentur.*

1 REgulare est † vt victus in expensarum causa victori condemnetur, quantum pro sola litis expensis litium iurarit. l. properandũ. §. sinautem alterutra parte. C. de iudicijs. Calumniam etiam & audaciam temere litigantium condemnando in expensis, & alio multiplici remedio sanctio imperialis compescit. Itaque & Pontifex præcipit, vt decætero in causis pecuniarijs victus victori in expensis legitimis condemnetur, nisi sententia pro absente feratur. c. calumniam. de pœnis. Nam etiam absente actore, si eum meliorem causam habere prospexerit iudex, pro eo sententiam ferre poterit, & præsentem reum absenti actori condemnare in expensis tantummodo litis, quas reus legitimè se expendisse iurauerit, cõdemnatione excipiendis. Et hęc pœna actori, etsi meliorem causam habenti, propter solam absentię contumaciam imponitur. d. l. properãdum. §. & siquidem. ver. sinautem ex gestis. C. de ind. Et qui succubuerit in causa, alteri parti in expensis condemnatã. c. vlti. de maio. & obe. in fi. vbi gl. fi. dicit esse argumentum optimum, ꝙ victus victori semper sit condemnandus in expensis. Eum etiam, quem temerè aduersarium suum in iudicium vocasse constiterit, viatica, litisque sumptus aduersario suo redde-
2 re oportebit. l. eum quem temere. ff. de iudi. Porrò † tametsi multorum sententia sit, ratione iuramenti de calumnia præstiti quẽ excusari ab expensis, quum nullus immemor suæ salutis præsumatur. j. q. 7. c. sancimus. sicque hoc iuramento prestito probabilem causam litigandi habuisse præsumatur. argu. de sent. exc. c. sacro. & ibi in gl. super verbo, probabilis. Tamen Panor. in c. finem litibus. ver gl. noluit. in hac particula, quòd iuramentum calumniæ. de dolo & contu. post Ioannem And. & Hostien. cõcludit, iuramentum calumniæ non excusare a condemnatione expensarum, tum quia condemnatio fit, non solum propter calumniam, sed etiam propter temeritatem. d. l. eum quem temere. tum quia victus præsumitur calumniari. d. c. calumniam. In dubio enim præsumitur calumniasse, nisi de cõtrario appareat manifestissimis documentis. c. j. de elect. in 6. in fi. vbi deficiens in probatione videtur calumniari, & punitur de calumnia, nisi manifestissimis documentis apparuerit de probabili causa, quæ eum excuset. Et quum iura velint hoc iuramẽtum in omni causa generaliter esse præstandum. c. j. de iura. calum. & c. eo. ti. lib. 6. quid magis ridiculum, quàm putare hoc iuramentum excusare ab expensis? quum si id verum esset, victus nunquam victori in expensis condemnaretur, nisi illo casu, quo tacito partium consensu iuramentum calumnię esset omissum. Alia tamẽ † pro-
3 babilis causa, aut probabilis error victum ab expensarum condemnatione tutatur, secundum Pan. vbi supra. Ego allego glossam in d. c. sacro. in verbo, probabilis. in fi. de senten. excom. quę ibi colligit argumentum, habentem probabilem causam litigãdi, non puniri in sumptibus litis, alle. l. qui solidum. §. etiam. ff. de leg. 2. ver. nec aliud seruabitur in litis sumptibus, si ratio litigãdi non fuerit. Ex hoc tex. a contrario sensu patet, si fuerit ratio litigandi, excusari aliquem à sumptibus litis. Quæ autẽ sit hæc ratio, opinor iudicis arbitrio relinquendum. Hosti. in d. c. finem litibus. exẽplificat de petente debitum ratione instrumẽti inuẽti in arca paterna; cui tamen erat satisfactum, quod hic probabiliter ignorauit, ex quo successit in ius alterius. regu. is qui in ius. ff. de regu. iur. Igitur succumbens nõ condemnabitur in expẽsis. Item si quis aliquid de intentione sua probarit, licèt nõ plenè, videtur litigandi rationem habuisse. c. mulieri. de iureiuran. Item si actor motus sit aliqua scriptura, non debet in expensis condemnari;

Source : BIU Cujas

cõdemnari;quia excusatur a temeritate præsumptione scripturę. Ita Bal.consil.clxvj.in fi.in quarta parte allegat.l.de ætate.§.
4 ex causa.in fi.de interro. actio. Item si † victus sit persona tam honesta,religiosa,& proba,vt in eam nulla cadat iniustitiæ, calumniæ,seu temeritatis suspicio, poterit ab expensis excusari, quod post Hosti.& Ioan.An.tenet Pan.in d.c.finem litib. versi. Concludendo ergo victum.vbi etiam post pauca concludit,se
5 cutus doctores in cle.ne Romani.de electio.Habentem† pro se communẽ opinionem doctorum videri habuisse iustam causam litigandi.quod & sequitur ibi Anto.de But.quinimmo An 11
gel.Perusinus in.l.terminato.C.de fructi.& litium expen. versi. si autem talia consilia habuisset credi.Quòd si ante causam motam litigator habuisset consilia talium uirorum,ad quorũ scientiam & fidem solet vt plurimum haberi recursus, tunc succũbens non debet in expensis condemnari. Videt.n.excusandus, si credidit peritorum responsis, quibus etiam iura fidem adhi- 12
bent.l.j.ff.de uentre inspicien.& l. semel.in verbo, medicis denuntiantibus.C.de re mili.lib. xij. Dicitque ita se vidisse obseruari in ardua causa,cuius expensę miris excreuerãt modis.Hoc Angeli dictum ęquitatem habet,modo responsum a talibus viris sit profectũ,quos verisimile sit,pecunię cupiditate ab equi bonique tramite non facile deuiaturos.Dicit etiam Ang. Perusinus,vbi supra,si quis vsque ad certum terminum instantię,habuisset iustam causam litigandi, vtpote vsque ad publicationẽ attestationum,vel aperturam processus,non debere condem- 13
nationem fieri in expensis præteriti temporis,sed solum futuri, & lapsuri post talem aperturam.alieg.l. si quis inficiatus. ff. deposi.Vbi demum post habitam notitiam quis in dolo constituitur.Ad idem facit.l.destitisse.ff.de iudi. Fit quoque nonnun-
6 quam vt neuter † litigatorum sumptuum condemnationi subdatur,scilicet quum propter negotij varietatem iudex ad eam prętermittendam mouetur,modo tamen sua sentẽtia hoc declarat.auth.post iusiurandum.C.de iudi.Hæc obtinent in expẽsis ratione victorię assecutæ per sententiam.Et horum vltra prę 14
2 missa est ratio:quia † occasionem damni præstans,damnum fecisse videtur.l. qui occidit.§.in hac quoq; actione.ff.ad. l. aquil. Ergo cum victus victori causam præstiterit faciẽdarum impensarum,meritò à victo,vt damnum inferente, refundentur. Sed
8 quid †in expensis rationẽ tardati processus,& contumaciæ? Et quidem,si petantur rationes tardati processus,& retardatio sit facta,occasione exceptionis prætorię.Panormi.in d.c.finem litibus.versi.Sed ego Deo fautore,& propitio,credo posse omnia prædicta reduci ad cõcordiã,ponit regulam:quòd quò ad omnes dilatorias, seu quasi peremptorias exceptiones, vt in exceptione contra testes,iuxta dictã gl.in c.ex parte Adæ.de testi.& 15
in c.j.de exceptioni.& quò ad hæc,cuiuscunq; sint naturę,non concernentes merita negotij principalis, debeat in probatione talis exceptionis deficiens,in expensis condemnari, non expectata diffinitiua,dummodo aliqua legitima causa non excusetur.c.j.de resti.spolia.lib.6.& c.i.de excep.lib.6.versi.q; si non probauerit.iudex in causa procedere non omittat,reum in expensis condemnans &c.Et per Bart.in l.nõ ignorat.C.de fruct. & lit.expen.Hæc conclusio secundum Pan. probatur ratione. Nam super istis dilatorijs debet pronunciari, & sententia ferri. c.exhibita.de iud.& plenè not.in c.j.de ordi.cog Igitur meritò subsequi debet condemnatio expensarum, tanquam accessoria ad ipsam sententiam,argu.regulæ accessorium de reg.iur.li.
9 6.Si verò † retardatio processus sit facta occasione exceptionis peremptoriæ.Et conclusio est,secundùm Pan. vbi s. q; deficiẽs in probatione exceptionis peremptoriæ, & concernentis propriè merita causæ principalis , non sit regulariter condemnandus in expensis ante diffinitiuam, quum in ipsa diffinitiua debeat condemnari.Ratio est:quia super istis peremptorijs nõ pronunciatur expresse,sed super principali.l.quoties.C. de iud. & not.plenè in c.j.de ordi.cog.Hæc regula limitatur,vt locum non obtineat,concurrentibus duobus, de quibus in d. c. finem litibus.de dolo & contu.videlicet si exceptio peremptoria opponatur,fundata intentione actoris & non incontinenti probetur, sed ad eius probationem induciæ accipiantur : tunc enim si in probatione defecerit, in expensis fit condemnatio non expectata diffinitiua. Et requiruntur hæc duo , vt locus sit dispositioni.d.cap finem.Consuluit igitur Panorm.vt ad
1 euitandam dispositionem illius capituli, reus ante fundatam intentionem actoris,proponat suam peremptoriam , iuxta ea, 16
quæ leguntur,& not.in l.si quidem.C.de excep.Sed non probet eam,nisi fundata intentione actoris,si est talis,quæ probari possit publicatis attestationibus.Nam proponendo exceptionem ante fundatam intentionem actoris,non videtur esse in dolo, aut malitia,super qua se fundat.d.c.finem litibus.hæc dicit Pan. esse notanda,& alibi non reperiri ita bene declarata.Igitur nõ piguit hic ea commemorare,verbis tamen nonnihil immuta-
10 tis. Ex his perspicuum est † peremptoriam exceptionem posse obiici & probari , etiam postquam actor fundauerit intentionem suam,& ita publicatis attestationibus super principali. Publicatione enim non facta,constare non posset,an actor intentionem suam fundasset.Huic applaudit.c.de testibus.& capfraternitatis.de testi.& c.cum Io.de fi.instru.& l.per hanc.C. de tempo.appell.modo talis exceptio ex diametro non repugnet intentioni actoris,sed compatibilis sit cum facto principali.puta,probasti fundum quem possedi,esse tuum : ego nunc probare volo,illum per me esse præscriptum,vel probasti me tibi debere mille,& ego probare volo pactum de non petendo,vel liberationem postea secutam.His enim & similibus casibus,non est timor subornationis testium, & sic non obstat publicatio. Secus† si obijciatur peremptoria incompatibilis cũ facto principali,veluti si tu probasti fundum esse tuum,& ego velim probare non esse tuum,vel te mihi non mutuasse mille.Tũc enim post publicatas attestationes non admittetur probare volens directè contrarium,idque propter timorem subornationis testium.cle.2.de testib.in cle.

Si autem† petantur expensæ ratione contumaciæ,& certum est non expectata diffinitiua contumacem in expensis esse cõdemnandum.c.j.de do.& contu.lib.6.Vbi actor contumax, & non comparens in termino,ad quem citari fecit reum, veniẽti reo condemnatur in expensis, ad citationem aliam minime admittendus,nisi sufficienter caueat,se in termino fideliter cõpariturum.& in c.quoniam.§.in alijs. vt lite contesta. vbi conuentus reali, si contumax sit, mittendus est actor in rei petitæ possessionem,vt tedio affectus reus veniat responsurus.

† Qui si venerit intra annum,iudicio sisti præstita cautione, ac exhibita satisfactione congrua expensarum, possessionem recuperat.& l.sancimus.C.de iudi.Vbi contumaci postea comparenti non aliter iudicialis aditus patet,nisi omnia damna, & impensas ex cõtumaciæ vitio aduersarijs inflictas restituat.Præ dictis etiam congruit.c.cum dilecti.de dolo & contu.in fi.versi. ad legitimas & moderatas expensas, quas aduersarij eius fecerant a tempore citationis emissæ,quem extunc expectare inceperant,ipsum curauimus condemnare.

† Porrò succumbens in causa appellationis, si sit appellans, condemnatur in expensis,modo sit pronunciatum ex actis primæ instantiæ,secundùm gl.in regula,ignorantia.de reg.iur.Nã per primam sententiam condemnatus,videtur temerarius,seu calumniosus litigator, nisi ratio aliqua ꝓbabilis eum excuset, & quæ sit causa probabilis, consistit in arbitrio iudicis.argum. c.de causis.de offi.dele.& arg.l.1.ff.de iure deli.& l.2.ff.de re iud. Secus igitur, si ex nouis probationibus in secunda instantia factis ꝓnũtietur, nisi appareat, eum sup principali negotio prorsus temerarium & calumniosum litigatorem fuisse.

† Si autem appellatus succumbat , & ex nouis actis secundæ instantiæ condemnationem expensarum euitat,secũdùm Bar. in l.generaliter.C.de iureiuran.& in l.properandum.§. si nautẽ reus.C.de iudi.Et ita habet stylus curiæ.Romanæ, secũdum decisionem Rotæ.Si verò appellatus succumbat ex antiquis actis primæ instantiæ,crebrior habet opinio eum cõdemnationem expensarum non euitare,secundum Panor.vbi supra, nisi probabili aliqua causa releuetur,adeo,vt etiam singularis opi.contra communem illum excusẽt,si illa singularis opinio sit probabilis,& iudex primæ instantiæ,qui eam secutus est,sit magnę authoritatis & æstimationis. Attamen Cy.in l.generaliter.C.de reb.credi.& iu. tenet indistincte, appellatum succumbentem, in omnibus expensis esse condemnandum,per regulam,victus victori.quemadmodum etiam adstruit capel.Tholosa.q.22.de quo tamẽ latius ibi in additione,& per Guido Papę q. cxxxvij. qui tenet distinctionem supra positam,quæ etiam placere videtur Inno.in c.finem litibus.de dolo & contu.Cum quadam tamen moderatione.Guido Papæ,vbi supra intelligit prædictam distinctionem,vt scilicet ita demum appellatus succumbẽs ex nouiter probatis non teneatur ad expen. si nouiter probata nõ erant verisimiliter not.succumbenti in causa appellationis.Sed gl.super verbo,expendisse.in fi.in c.in primis supra qõ. 1. dicit, q; in causa appellationis indistinctè quilibet succumbens condemnatur in expen.& gl.in verbo,condemnabitur.in fi.in cap. quiescit. §.patet ergo.2.q.6.semper inquit ĩ causa appellationis condemno victum.alle.c.vt debitus.de appel.& ff.de appel.l.negotiorum.Quod iuris dispositioni magis arbitror cõsentaneũ. Tametsi ęquitatem quandam prę se ferre videatur interpretũ distinctio.Sed quum lex non distinguat,quid momenti habeat dictio nostra?

† Expensas autem conuenit esse moderatas. c.cum dilecti:in fi.de dolo & contu.& c.in fi.de sequestra.pos. & fruct. quia honestus modus seruandus est , non immoderata cuiusque luxuria subsequenda.Et ratio haberi debet eius impensæ,quę modũ probabil non exẽcedit.l.inter quos. §.vlt.& l.seq. ff.ꝺ dam.infe.
17 Impẽsæ aũt† hæ circa litis instructionẽ & ꝓsecutionẽ,veluti honoraria aduocatorum,aliasq; causas in iudicijs vertentes cõsistũt.l.sancimus.C.de iudi.Vbi omnium quoque damnorum, aduersarij contumacis vitio inflictorum,restitutio fieri præcipitur.An autem petitione expensarum comprehendantur victus,& veniant cibaria?Et quidem doctores dicunt venire, deductis tamen illis impensis,quas domi feciisset, arg.l. sed etsi lege.§.

Source : BIU Cujas

ge §.quod autem quis ex hereditate. ff.de pet.her.& l.si res mobilis.ff.de rei vendi.nisi domi agens victum suum ex artificio, sustentare consueuisset.hoc enim impedito, per litis prosecutionem,expensæ cibariorum & victualia ei restituentur, arg. l.
18 sed & si hæreditas.§ planè patcere.ff.ad exhi. Præterea † tametsi gl.super verbo,expensas.circa finem in d.c. finem litibus. velit expensas ante litis cõtestationem factas,peti debere iure actionis id est actione pro eis intentata,& libello oblato, quum ea, quæ fiunt ante litem contestatam, non pertineant ad iudicis officiũ.l.ędiles.§.itẽ sciẽdũ.ff.de ędil.edic.tñ Pano.putat iudicẽ ex officio suo in expẽsas illas posse ꝺdẽnare absq; aliqua partis petitione, cõdemnãdo scilicet ante litem contestatam,contumacem in non comparendo.c.cum dilecti.in fi.de dolo & contu.Vbi satis apparet,nulla partis petitione nulloq; libello prꝛuio,ante litis contestationem partem contumacem a Pontifice in expensis fuisse condemnatam.Expensæ verò post litis cõtestationem factæ iudicis officio decernuntur.l.terminato. C. de fruct.& lit.expen.facit c cum appellationibus. de appel.li.6. Itaque etiam parte non petente iudex harum expensarum condemnationem facere potest,secundum Barto.in l.4.§. hoc
19 autem iudicium.ff.de dam.infec. Si † tamen iudex non condẽnauerit,non tenetur hoc casu resarcire de suo,secundùm eundem.& ita limitat gl.in l.fi.C.de fruc.& lit.expen. quæ dicit, iudicem teneri de suo resarcire,si non condemnauerit in expensis.Nam intelligitur,si pars id petierit. quod satis probatur, per glo.vlti.in versi.dummodo petitum fuerit ab eis.in c.vlti.de reseri.Consultum itaque est,vt pars semper in libello huiusmodi
20 impensas petat. † Insuper si iudex non condemnet tempore sententiæ in expensis, quæ veniunt officio iudicis, postea condemnare non poterit: nec etiam a parte peti poterunt huiusmodi impensæ.l.terminato.C.de fruct.& lit.expen. Post absolutum enim dimissumque iudicium, nephas est litem alteram consurgere ex litis primæ materia,vt ibidem.Iudex itaque condemnationem expensarum sibi reseruare non poterit;sed taxationem earundem dicendo:condemnamus in expensis, taxa-
21 tione nobis reseruata.Sed quomodo † expensæ probandæ sunt? Respondeo, per iuramentum partis, præuia iudicis taxatione. Prius enim expensas taxabit iudex,& postea super sic taxatis recipiet iuramentum partis, illoque recepto, super taxatis iuramento probatis expensis pronunciabit.auth. post iusiurãdum. C.de iudi.& 3.q.3.§.qđ fieri nõ debet.& in auth.de iudi.§.oportet.col.6.& c.olim.& ibi gl.sup verb.taxatiõe.de iniur. & dã.da.

FINIS.

REGISTRVM.

* ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd.

Omnes sunt Quaterniones, præter Ddd, quæ est Ternio.

VENETIIS, MDLXXXIII.

Source : BIU Cujas

Source : BIU Cujas

BIU Cujas

Source : BIU Cujas

332

3 Rés 2

GRANDE
RÉSERVE

Source : BIU Cujas